in ſcriptis tradere,vt l.j.C.de ſenten.ex peric.recitãd. Et ratio ſecundùm eum redditur in tex. quia in ipſo ſcrutinio ſecretè & ſigillatim tãtũmodo votũ eſt exprimendũ. quæ ratio adaptatur ad teſtes, quos iudex debet audire,qua cõſtantia,qua trepidatione loquantur.l.de minore.§.tormenta.ff.quæ.l.iij.§. tu magis.ff. de teſti.& quod no.Ioan.in c.quoniam contra falſam. de probat.vt ſupra dictum eſt.Et iſtud eſt verũ,quod ibi de expreſſione voti in ſcriptis nõ faciẽda dicitur: qui etiã in litera aperta nõ poſſet mitti ſcedula incluſa aperiẽda in ſcrutinio continens nomẽ eius, in quẽ ille cõſentit,ſecundum Io.And.ibi, quẽ Ancha. Domi. & Francus ſequuntur. Quia ſecundum ipſos vbi conſenſus requiritur certo determinato tẽpore pro forma & ſecretè,nõ poteſt talis cõſenſus præſtari etiã per illum qui eſſet abſens,vel iuſto impedimento detentus:ſecus ſi non requireretur pro forma vel occultè: allegant gl.in c.j.lxiiij. di. quæ in terminis noſtris ita decidit, per tex. in d. c. quia propter. Pro hoc

facit

faciunt no.per Bar.in d.l.Theopõpus.ff.de dote præleg.& per Bal.in l.iurisiurand.C.de test.& in l.j. & ibi
40 Moder.ff.de liber.& posth.† vbi dicũt, quòd vbi solẽnitas datur pro forma, etiã si esset levis, tũc levis omissio vitiat actum, vt plenè tenet Fel.in c.quoniã frequẽter.vt lite non conte.& in d.c. cũ dilecta. in ver. amplia decimo de rescri.& omnia quę ibi circa formã servandam dicit, faciunt pro decis.huius q.† Quinimo etiã volẽte capit.non posset talis cõsensus præstari per literas & in scriptis secundũ Francũ in d.§. si per illũ tex ibi, non poterit aliquatenus &c.& tenuit And.Barba.in cap.quamuis.in ij.notabi.de offi.deleg.& Anto. de But. in d.capit.quia propter.q.pe.& Roma. in suo singu.797.incipi.absens in electione rectoris.& Barthach.in tract.de episcopo.libr.i.in iij.parte. q. xv. & ita tenui vnico verbo in addi.ad Manda.in cap.xiij.in tract.de elect.& Pau.de Cast.in consi. 339. incipient. formæ. c.quia propter.de elect. vol. anti. licet in monialibus dicat eas pro illa vice non esse priuatas, cùm liceat mulieribꝰ ignorare iura, l.regula.ff.de iur.& fac.
42 igno.† Et licet quis volẽte capitulo possit inter esse electioni per alium.s.procuratorem, etiam si non esset iustè impeditus, vt volunt doct.in d.c.si quis iusto.& in d.ca.quia propter.§.illud.in istis (secundũ Anch.) in quibus est diuersa ratio viuæ vocis & scripturæ, non
43 eundẽ producit effectum litera & viua vox. † In aliis verò idẽ est exprimere mentis conceptum per literas vel nuntiũ,& in præsentia quo ad obligationes cõtrahendas,& omnia peragenda.l.cõsensu.ff.de acti.& oblig.& quod no.in c.decernimus de sentent. excõ. &
44 cap.optatum.100.di. Quia † certum est, quòd vbi certa forma à iure data est, nõ sufficit illã seruari per æquipollẽs, vt voluit glo.in clemẽ.j.de vita & honest.cler. Bal. Ang.& Moder.in l.1.& ij.ff.de vulg. & gl. in cap. 1.de vasal.qui cõtra const.in vsib.feud.& Ant.de But. & Abb.Sicu.in cap.ex tuæ.de cler.nõ resi.& Io. And. in addi.Spec.co.ti.in rub. & Guli. de monte ferra. in ij.parte sui commenti.ver. ex quibus omnibus soluitur.& Barth.in consi.47.sed est punctualiter seruãda, vt tenet Ang.in consi.147.inci.super primo dico,&c. qui alle.tex in l.cum hi.§.si prætor.ff.de transac. alias vnusquisque suo arbitrio daret formã. quod est prohibitum, vt d. c. quia propter diuersas. & ibi omnes, insuper Bal.col.ij.& dixi in addi.ad Mandag. in tract. de elec.capit.21.in ij.addi.& plenè Feli.in d.ca.cum di
45 lecta.ver.amplia primo.de rescri.vbi dicit † quòd formæ nihil addi vel detrahi potest. alle. Bal. in l.fi.col. ij.C de fuis & legit.& alia infinita iura. Et præcipuè vbi lex, aut canõ annullat ponẽdo decretũ irritãs, vt ipse voluit ibi, versi.quintũ signũ.& versi.amplia.xj.per quod est responsum ad secundum rationẽ pro prima parte adductã ex dicto Bal.fulcitũ: quia hic vocis ministerio opus est, vt ipsemet expressè hoc tenet ibi. Nec obstat si quis velit dicere, quòd absens potest cõstituere procuratorẽ ad certã personam eligendam, d.c.si quis iusto.§.porro.& in prag.sanc.c.j.§.idẽ iuramẽtum, de elec.& sic videtur in scriptis votũ dare, & ante scrutinium. Quia ad hoc respõdet. In. And. in d. c.si quis iusto.§.fi.quẽ sequuntur Archidiac. Domi.&
46 sequaces.† quòd aliud est actum facere, hoc est eligere per literas vel scedulam:& aliud dare mãdatum de faciendo & eligẽdo: quia per primum inducitur perfectio actus: cum in scriptis non potest exprimere, d. §.fi.& per secundum actus est in fieri,& non in perfecto cum potest committere, d.§. porro. quod dicunt esse notandum: quia quotidie ista allegantur in consi. Iis: pro quo facit quod dicit Bal.in d.tract.schismatis ver. nempe. tantum distat facisse à concepisse, quantum perfectum ab infecto: & quantum semen quod est reconditum in horreo quod nihil fructificat, ab eo quod est seminatum in agro. Quia secũdum Abb. Sicu.in c.si diligenti.de foro compe. † non potest re- 47
nuntiari iuri, quod statuit certam formam in actibus hominũ. Et ponit etiam exemplum in testamento, vt fiat cũ certo numero testiũ:& idem in c.tuis.quem ibi sequitur Feli.col.j.de testib.vbi dicunt, † quòd solenni 48
tas formalis & substantialis quæ concernit favorẽ publicum, non potest à partibus remitti, d.c.si diligenti. l.ius publicum.& ibi doc. ff.de pact. secus si concernit favorem partium, vt d.ca.tuis.& tenet Bal.in consi.181. lib.iij. Et idem dicit Ang.in cons. 94.& plene Fel. in d.c.cũ dilecta.versi.amplia.v.de rescrip. Et per hoc est responsum ad id quod dixi suprà de consuetudine & cõmuni observantia faciendi electionẽ per cartellos contra iuris solẽnitatem: † quia etiam dicta consuetu- 49
do est annullata per text.in d.ca.quia propter diuersas electionum formas, quas quidã inuenire conãtur, &c. cassa, irrita & abolita. Et hęc conclusio probatur, quòd voce, & non scripto est cõsensus exprimendus, per tex. in c.constitutis, de electio. ibi, vt haberet vocem in capitulo eorundem.& in prag.co.tit. §.ego N. iuro,&c. ibi, nec illi dare vocem quem &c.& in c.ij.ibi, voce illorum qui non pure. eo.lib.vj.& per tex.in clem. vt hi in prin.& in §.illi vero. de ætate & quali. ibi, vocem in c & in c.ecclesia vestra.in primo, de elec.& in aliis passibus infinitis, quos brevitatis causa omitto. Nec obstat si quispiam dicere vellet, quod hic ex abũdanti cautela canonici dederunt in scriptis votũ, quod prius voce declarauerant, quia contrarium patet ex tenore cartelli, † quod nõ voce prius, sed in scriptis solũ legẽ- 50
do ipsum cartellum: quia si voce prius expressissent votum, non erat opus legere cartellum, dum dicitur ibi, qui dicit & respondit, vt in quodam cartello in papyro scripto, quem legit &c. † Bene verũ est, quòd si prius 51
verbo tenus nominassent aliquẽ in pastorẽ, & postea dedissent in scriptis (hęsitantes fraudem fieri votis eorũ per scrutatores, quãdo soli sunt adhibiti sine notario & testibus, quos possunt habere, vt dictum est, & tales testes aliquãdo sunt directores electionis futurę) hoc facere poterant. Vnde est cautela secundum Abb. Sic.in d.ca.quia propter, ver. sed aduerte. quòd in qualibet graui,& põderosa causa assumi debent duo testes in examinatione cuiuslibet testis, vt possint conuinci de falso, si probaretur postea veritas in contrarium,& ipsi negarent se deposuisse quod reperitur scriptum. allegatur pro hoc bonus tex.in cap.vt nostrum, de hęretic.lib.vj.& tenet Bald.in l.nullum. C.de testibus.& Alex.in additio.ad Bart.in l.j.§.si quis neget.in j.additio.ff.quemad.testa.ape. † Et ideo in Francia stant or- 52
dinationes Regiæ, quod commissarius ad examen testium assumit vnum adiunctum non suspectum. † Vel 53
poterant signare consensum,& nominationem manu propria, ne varietur: quod hic non fuit factum quouismodo, vt dictum est. Patet etiam euidenter ex processu electionis, cum ipsum capitulum dedisset potestatem scrutatoribus scrutandi vota per cartellos: quod arguit electionem sophisticam: quia intentio & mens registratoris colligitur ex præfationibus, vt l.Titia.§. idem respondit.ff.de verbo.oblig.& voluit Ang.cons. lxvij.incip.ex themate prędict.in prin.& nihil dictum quin prius mente fuerit cogitatum. Et cartelli non erant scripti manu eligentium, sed signati solum, & sic per antea omnes scripti & fabricati, prout verisimiliter est præsumendum: † quia eo ipso quod solennitas 54
iuris non est obseruata in aliquo actu. præsumitur dolus, mala fides,& fraus in explicantibus actum. ita singulariter dicit glos.in l.j.quam ibi sequuntur,& commendant Bar.& Ioann. de Pla. Iaco. Rebuf.& Luc. de Penna C.de fid.instr.& iure hastæ fisca.li.x.& Bal. in l. cum contra. C.li ven. pig. aga.& notat Gul. de Mon-

Ferrato in ij. parte ſui commenti. ver. quæ omnia ſortiuntur per theoricam, &c. Et hoc euidenter apparet cum dederunt præcentori eccleſiæ cartellum, qui erat cæcus, quem tamen non legit, nec alius pro eo: & ſic facta eſt electio in ſcriptis ſine alia expreſſione
55 verbali. † Quia illud dicitur legi, quod tantum oculo corporis legitur, vt dicit Andr. Barb. in conſil. xxxviij. in fi. vol. ij. quem alle. Ant. de But. ita tenere in capitulo, tranſlato. de conſt. & in capitulo, cum contingat. de reſcripte. & idem Abb. Sicul. & Fel. in prœmi. Grego. in ver. in gloſſ. vtilitas eſt vt ipſis lectis & intellectis
56 &c. † vbi dicunt, quòd multiplex eſt legere. quandoque enim quis legit ad corticem, vt ſunt qui legunt ſuperficialiter, & non intelligunt. Eſt etiam legere oculo mentis & cordis, vt ſunt legentes & intelligentes. Aliquod eſt legere mentale, vt ſunt legentes ea quæ ſunt dicta, per principium & fi. capit. inter dilectos. de fide inſtrumen. quod inducunt ad plures q. vt ibi per ipſos, maximè gloſſ. in capit. cum perſonæ. verſic. integraliter. de priuilegiis in vj. quæ dicit quòd ſola
57 lectio priuilegij non dat materiam litigandi. † Et ex ea infert ibi Domi. circa finem principij, quòd ex ſimplici tranſcurſu ſeu lectione inſtrumenti non præſumitur quis informatus de contentis in eo: vnde qui taliter vidiſſet dicta teſtium, non repelleretur à pro-
58 ductione, quaſi ipſa didiciſſet. † Tamen Fel. vbi ſuprà dicit, duobus caſibus paria ſunt legere ſuperficialiter diſcurrendo, & legere maturè, vt ibi per eum.
59 ver. ſed conſidera quia forte &c. † Sed in caſu præſenti non eſt opus legere, ſed exprimere verbo conceptum mentis: alias ſequeretur quòd mutus ex accidenti poſſet eligere: quia vbi voce non eſt opus, mutus interuenit. text. cum ſua gloſſ. in l. pater quoties. §. j. ff. de acquirend. hæreditate. cum no. in l. diſcretis. Codic. de teſtament. & ideo tanquam tutor non poteſt authoritatem præſtare, l. j. de tutor. vt tenet Signo. de Hom. in conſilio centeſimo nonageſimotertio, quia interpoſitio authoritatis requirit vocem, reprobata l. vbi non voce. ff. de regul. iur. & ibi Alb. de Roſa. Accedunt no. per Angel. in conſil. nonageſimoquarto, & in conſil. centeſimo nonageſimotertio,
60 ante fin. verſic. dicet aliquis. † vbi ponit quomodo cæcus, & idiota & literarum imperitus poſſit tranſigere ſuper diſpoſitis in teſtamento, agnitis & viſis verbis teſtamenti: licet in hoc caſu ſecundum ipſum ſufficiat vim verborum vltimæ voluntatis cognoſcere per habentem iuris peritiam, l. in bonorum. ff. de bon.
61 poſſ. † Ex iſto capite videtur electionem non valere, quoniam quando vnus ex præſentibus non ſcrutatur, vel aliquid ab ipſis ſcrutatoribus omittitur, non valet electio. Et iſtud eſt vnum ſubſtantiale requiſitum in electione, per tex. in d. ca. quia propter. ibi, vt vota cunctorum exquirantur, &c. & etiam ibi, vota cũctorum. & ibi tenet Ab. Sic. poſt Io. And. & Ant. de Butr. verſi. vij. ſubſtantiale. maximè ſecundum Abb. quando contemnitur ſeu prætermittitur aliquis ex vocatis, prout erat iſte. vt tenet Rota in antiq. de electio. & Fel. in d. c.
62 cũ dilecta. in ampliatione xj. † Nam ſi quis nõ vocaretur ad electionẽ, cõtemptus illius nõ reddit electionẽ nullã: quia vocatio omnium non eſt de forma ſubſtãtiali. de qua vocatione vide ibi per ipſum, & alios, & præcipue ſi communiter vocari non poterant, per text.
63 in eadem c. ſicut dicit clem. Romani in pr. de elect. † Et ſi dicatur quod præcertus præcentor cæcus fuit ſcrutatus, & dedit votum in ſcriptis, licet non legerit, vt dictum eſt, & ſic non fuit ſcrutari omiſſus, nec etiam alij canonici: Dico quod partes ſunt non ſcrutari, & non apparere de ſcrutatione ſiue ſcrutinio, & inquiſitione legitimo modo facta, arg. l. fin. & ibi gloſſ. in verbo, orbitates. C. ad l. Flamam de plagi. vbi dicitur, quòd paria videntur aliquid non eſſe, vel eſſe & inutiliter eſſe. vt c. ij. & ibi Abb. Sicul. verſic. no. quòd paria videntur. de tranſla. epiſco. & ſic nõ cẽſetur ſcrutatus, quia cum in aliquo actu, vt electionis, requiratur forma, talis forma dicitur quid inuiduum, vt capitulo, quorundam. & ibi gloſſa, vigeſimatertia diſtinctione. accedat dictum Baldi in lege prima, C. de ſententiis ex periculo recitandis: quod ſi iudex debeat ferre ſententiã ſecundum conſilium ſapientis. & in ſcriptis datum iudex non legerat, ſentẽtia eſt nulla. de quo plene per Felin. in capitul. venerabilis. columna xvij. in iij. & iiij. fallen. de excep. igitur &c. † Nec obſtat 64
quod primò dictum eſt, quòd electio aliquando fieri poterat per ſortem. quia hodie in electionibus eſt correctum, per tex. in dicto capitu. fin. quia vt inquit Baldus in dicta l. ſi duobus in fin. princip. C. commu. de lega. quem ſequitur Ioan. de And. in dicto capit. fin. ſors non habet locum in electione Papę, quia ſors non eſt de forma inferta in d. capit. quia propter. † v- 65
bi concilium ſtatuit tres formas, ſcrutinij videlicet, compromiſſi, & inſpirationis. † Cum de omni gen- 66
te debeat eſſe vnus Papa, vt ab omni gente approbare-
tur: quod non eſſet, ſi per ſortem daretur, quia non ab omni gẽte aſſumeretur, neque hominum iudicio, ſed caſu. Præterea cum tranſlato ſacerdotio de Aaron ad Chriſtum, debuerit etiã fieri legis tranſlatio, c. trãſlato. de conſtitu. non fuit conueniens vt per ſucceſſionẽ deuolueretur papatus, ſicut ſacerdotium Aaron deſcẽdit in filios: nec per ſortẽ, ſicut de tribu Leui ſumus ſacerdos ſorte eligebatur, ne legis antiquę obſeruatio adhuc durare videretur. Sed vt vera tranſlatio dicere
tur, conuenientius fuit inuenire per quem & ſanctior & melior eſſici poſſet, qui omnibus præeſſet: non autẽ vt caſui vel ſanguini daretur papatus. c. licet. &c. Moſes. viij. q. j. & per totam illam q. ita dicit Card. Alexã.
in c. in nomine Domini. col. j. in prin. xxiij. diſt. † Et ref 67
põdet ad id quod dicitur de beato Petro, qui deputauit ſibi ſucceſſorẽ Clementẽ, per tex. in c. ſi Petrus. viij. q. j. iuncta gl. ibi, quod non deputauit ſucceſſorẽ, ſed admonuit diſcipulos quẽ eligere deberent. Sed ipſe Clemens licet à fidelibus admitteretur, videns pernicioſum eſſe exemplum, quod poſſet ſibi deputare ſucceſſorem, renuntiauit, & Linus electus fuit. † Et quod 68
dictum eſt de Mathia, qui per ſortem electus eſt ad apoſtolatum, non eſt trahendũ ad exẽplum. Nã vera electione ab apoſtolis electi fuerunt Mathias & Barnabas, quorum vnus deputaretur in locum Iudæ: & vtrũ quis eorum eſſet acceptior Deo, ignorabatur, ideo premiſſa oratione ad Deum ſortes miſerunt, dicẽtes, Oſtẽde Domine quẽ elegeris: & idẽ dicit in c. cleros. col. xl. xxij. diſtinc. Tunc ſecundo probat per tex. in dicto c. in nomine domini. in ver. Cardinales epiſcopi ſimul de electione tractãtes &c. vt ibi per eum: licet gloſſ. ibi in verbo tractãtes, teneat quod in electione Papæ debet præcedere tractatus. quod verum nõ eſt ſecundum eum. in verſi. gl. ſuper verbo tractantes &c.
† Tamen verum eſt, quod non arctantur Cardinales 69
ad aliquam formam ſeruandam ex formis d. cap. quia propter. Quod tamen habet locum in aliis electionibus, in quibus debet ſeruari forma ipſius capit. quia propter. ſed in electione Papæ ſufficit quod electus habeat duas partes vocum habentium eligere, vt patet in ca. licet, de electione. † Et alibi dicit Bald. duo 70
ſunt quæ canonizant electionem, ſubſtantia conſenſus & ſubſtantia formæ: cætera autem accidentia ſeu adiacentia ſunt, d. cap. quia propter. & c. in geneſi. de elect. vt not. Bald. in cõſi. cclxxviij. col. ij. vol. iij. & idem dicit in d. leg. fina. in fin. princip. quæſtio. penul. Et ideo dicit ipſe Bald. in d. cap. quia propter. verſi. in tex. ibi, diuerſas, quod recedere nõ poſſimus à forma

anti-

antiquitus conſtituta,quia non eſt arbitrij noſtri quid legiſlator loquatur,l.nemo poteſt. ff. de leg.j. l. codicillis.§.fin.de leg.ij.& bo.tex.in l.quidam decedens,in princ.ff.de adminiſt tut.& l.ſi filia. ff tamil. erciſc. licet ſecundum eum rei ſuæ remanenti, vel transferendæ cum onere quis poſſit legem imponere.l.qui Romæ. §.Flauius Hermes. ff.de verbor.obligatio. l. Publia.in princip. ff.depoſiti. iuxta id quod dicitur, Rei
71 meæ legem dico quam volo. † Nec pariter obſtat opinio Inno. & ſequacium: quia licet electus non ſeruata forma iuris poſſit abſque conſcientiæ ſcrupulo epiſcopatum tenere: tamen bene punitur in foro cõtentioſo per iudicem confirmatorem, quoniam electionem factam non ſeruata forma ſacri Baſilienſis conſilij, quod hodie eſt ſublatum per ſanctum concordatum legitimo apparente contradictore, vel ſuo officio,cap.cum nobis olim. de electio. cap. fin. eod. lib.& §.facta electione,eodem,in pragm.nullam ipſo iure declarat. Idem etiam ſi contra formam generalis
72 concilij,c. quia propter. † quia canonicos poteſtate pro illa vice eligendi priuat. Et eſt quædam iuris & facti priuatio: imo cenſetur pœna, cùm in fraudem legis & conſtitutionis factum & contrauentum ſit: bonus text. & ibi Ioannes Fab.Chriſt.Porcus, & Ange.Aretin.in § fin.Inſtitu.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. vbi textus, qui Sabinus, ſi noſtræ conſtitutionis fraudem fecerit, ſciat me hoc admiſſum aduerſus ſe ſeuerius executurum.Et tenet Ant.Corſet. in ſuo ſingula.pœna.allegat Abbat.Sicul. in cap.j. de conſtitutio.& Barb in repet.cap. Raynaldus. circa fin. de teſtamen.& idem Roma.in conſi. cxxxvj. in princ.vbi dicit quòd priuatio ab officio eſt pœna. l. teſtamento Centurio.ad ſi.de teſta.& l.mutus,§.pœna. ff.de procur. † Quinimo volunt Bartus in lege, ſi quis pro eo.ff.
73 de fideiuſſoribus, quod peccat mortaliter ille qui non ſeruat ſolennitatem ſtatuti,quia videtur venire contra legem ſuperioris, & non videtur obedire ſuperiori: ergo moritur morte æterna, qui peccat mortaliter. Sed Barba.in conſi.xj.nume. 1.vol.j.limitat hoc quando in contemptum ſuperioris non ſeruat ſolennitatem ſtatuti.Et alia plura Felin. adducit in cap.j.verſicu. alius caſus.de conſti. Sed in verſicu. ſequen. incip. fallit ſeu potius declaratur regula &c. dicit opinio. Innocen.multis Doctorum dictis corroboratam non procedere vniuerſaliter: ſed habere locum in plurimis caſibus. † Primus caſus quando canon vel lex ſe
74 fundat ſuper præſumptis: quia ſi in foro animæ certum ſit præſumptionem illam non eſſe veram,præualet ibi veritas, etiam quando lex induceret præſumptionem iuris & de iure. alle. Ioan. Andr. & Abb.in capit. is qui. de ſponſa. cum aliis per eum alleg.
75 † Secundus caſus in quo procedit opin.Innoc.quando lex eſt iniuſta, quia non tendit in vtilitatem communem: ſed princeps edidit eam propter ſuam vtilitatem, contra cap. erit autem lex.iiij. diſtinctio. vel poteſt dici iniuſta ex defectu authoritatis condentis, cap.vt animarum.de conſtitu.lib.vj. vel ex forma qua non diſtribuit æquè onera ſubditis,ſicut debet facere bonus paterfamilias. Et hæc dicit eſſe verba beati Thomæ ij. ij. quæſt. xcvj. articul. vj. quod inducit ad gabellam fraudandam, quæ non eſt licita impoſita, vt
76 ibi per eum. † Tertius caſus eſt quando lex imponit pœnam: quia reſpectu pœnæ non procedit in foro conſcientiæ, ſed ſatis eſt quòd ſacerdos imponat pœnitentiam pro delicto ſecundum glo. in cap. fraternitatis.xij.q.j. quam gl.dicit Abb.in d.c.is qui.ſe neſcire alibi.Et confirmat duplici ratione.Primò,quia pœna imponitur per iudicem in foro contentioſo, vt c.ſiue de cõiugij.§.in hoc capitulo.xxxiij.q.ij. Secundò,quia pœna imponitur vt cæteris metus incutiatur. l.aut facta.in fi.ff.de pœnis.& l.j.C.ad l.Corn.de fica.quæ ratio ceſſat in foro animę. Ideò cũ hic lex ſit iuſta facta per concilium generale,& ſic per habentem condẽdi poteſtatem pro communi & vniuerſali eccleſiarum, & dignitatum electiuarum,orbis vtilitate, imponens pœnam per confirmatorem ipſam legem & formam non obſeruantibus in foro contentioſo infligendam,vt dictũ eſt,ſic ſatis præmunitur: cùm ſit differẽtia inter forum contentioſum, eccleſiaſticum, & conſcientiæ, vt ibi per Felin. & quòd ſit pœna annullatio electionis,tenet Anch.in c.vlt.de elect.per tex. in d.c. ſi religioſus.de elect.li.vj. Sed Felinus in c.ex inſinuatione. ver.nec eſt verum.de ſim.dubitat, licet plures pro hac parte adducat tex.& gloſſ.ac doctores,vt ibi per eum.
† Vltimò non obſtat argumentatio de matrimonio 77
carnali ad ſpirituale: quia licet in multis conueniant, tamen in multis differunt: quas conuenientias & differentias ponunt Io.And.& Io.de Imo.in repet. d.c. tuæ.& illa eſt differentia inter alias, quòd licet matrimoniũ carnale ſolo conſenſu qualitercunq; declarato alio modo quàm per verba poſſit contrahi, vt volunt omnes in d.c.tuę,tamen in matrimonio ſpirituali neceſſaria ſunt verba d.c. quia propter. & c.ſi quis iuſco. 6.ſi.& ita tenuit pertranſcundo in d.conſi.Et Imitus opin.fuerunt etiam ſpectabiles viri domini Mondotus de la Mentonye primus Pariſienſis præſes, & ſigilli Franciæ in abſentia do.Cancellerij cum Regia mateſtate extra montes in Italia exiſtentis cuſtos, Io. Brinon Rothomagen. etiam primus præſes & Ioannes Caluat Siluatenenſis epiſcopus,& abbas de corona,& magiſter Requeſtarum,qui me ſecuti ſunt.

S V M M A E.

1 *Beneficia variè vacant.*
2 *Reſignatio cauſa permutationis an faciat beneficium vacare.*
3 *Electiua dignitates nõ vacãt hodie in Romana curia.*
4 *Quarum eccleſiarum electio ad ſolum Papam ſpectet.*
5 *Renuntiatio quo caſu nulla.*
6 *Renuntiatione in manibus ſuperioris facta, an mox procedi poſſit ad electionem tanquam de vacante.& nu.7.*
8 *Papa an & quando præuenisse.& 9.35.36.37.*
10 *Declaratio requirit partis citationem.*
11 *Reſeruatio in corpore iuris clauſa quòmodo intelligatur.*
12 *Electum locus.& 13.14.15.20.29.& ſequen.*
16 *Permutatio continet duos actus.*
17 *Conſenſus eligentium eſt in permutatione neceſſarius.*
18 *Electus quando ſit frustratus per permutationẽ, & n.23.*
19 *Præſumpto præſumptionem euincat.*
20 *Permutatio & reſignatio quando nulla.*
21 *Papæ authoritatis effectus.& 22.*
24 *Forma iuris quando ſufficiat per æquipollens.*
25 *Permutatio quando dicatur eſſe reſeruatio.*
26 *Electionis non obeſſe litis pendentiam.27.& 38.*
34 *Spoliato quando negetur remedium.*
38 *Reſignatione an vacet beneficium.*
39 *Vacare quis intelligatur beneficium,& 40.& 41.*
42 *Beneficio conferendo requiſita.*
43 *Papa etiam motu proprio non poteſt concedere beneficium.*
44 *Beneficia electiua & collatiua à pari iudicantur.*
45 *Papa ſolus admittit reſignationes cum perſisne.*
46 *Permutatio, ceſſio, tranſlatio, & depoſitio à iure æquiparantur.*
47 *Electum ante confirmationem poſſe iuri ſuo renunciare.48.& 49.*
30 *Papa quando videatur recedere à reſeruatione.*
51 *Reſeruationem quando faciat Papa.*
52 *Rex quæ petat à Papa.& 53.54.& 55.*
56 *Renuntiationis effectus.*

Quæſtio I I.

Beneficia electiua, vt ſunt Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, & aliæ Abbatiarum, decanatuum, ac prioratuum dignitates; in fauorem certæ perſonæ cum annuæ pẽſionis retentione, & non aliter, in manibus ſummi pontificis reſignata: quorum reſignatio fuit per ipſum Roma. pontif. admiſſa, an cenſeantur vacare in partibus, ita quod ſit locus electioni?

DECISIO II.

1 VIDETVR † primò quòd ſic: quia beneficia cenſentur vacare non ſolùm per mortem prælati, ſed etiam per renuntiationem, vel tranſlationem, aut amotionem ſiue priuationem, c. niſi cum pridem. &c. poſt tranſlationem. & c. vlt. de renun. & c extuæ. de cle non reſid. & per omnes in cap. ſuſceptum. de reſcrip. lib. vj. & Fel. in c in noſtra. eod. tit. & Guli. de Mandag. in tract. de elect. c. j. in verbo, mortis, & in c. lix. forma vij. in glo. j. & quod vtrobique dixi in addition. & gloſſ. in c. j. §. item quod omnia beneficia. de collatio. in prag. ſanct. & text. in cle. ne Romani. iuncta glo. poſita in verbo, morienti. de elect. ibi enim diſponitur de electione Papæ certo modo facienda, in caſu mortis. & gl. dicit idem eſſe in Papa ſedente. Nam tunc quò ad ſedem cenſetur mortuus. 2 † Quinimo etiamſi cauſa permutationis reſignentur, vt volunt Domin. de Rot. dec. cccxcviij. aliàs decis. x. nota quòd reſignatur. tit. de renuncia. in anti. & decis. cccxcix. aliàs decis. vij. nota quòd beneficia. tit. de rerum permut. in eiſdem, & Fred. in tract. permuta. q. j. de quo eſt bona gl. in cle. j. de rerũ permut. & in c. li propter tua debita. de reſcript. li. vj. & Abb. Sicul. in c. inter cætera. in j. notab. de præb. Ergo ſi per ceſſum vel deceſſum, & aliis modis ſupra dictis, vacant, licet inter prædictos modos & genera vacationum ſit differentia, & vnus modus non comprehendat alium, vt d. c. ſuſceptum. & iuribus ſuprà alle. 3 erit locus electioni. †. Tamen dignitates electiuæ nõ vacant hodie in curia Rom. nec in eis locum habent reſeruationes, text in prag. tit. de reſeruatio. & bonus tex. ibi cum gl. in c j. & c. ij. §. ſtatuit. de elec. qui texe. videtur decidere hanc q. dum dicit, vt electiones in d. eccle. ſine impedimento, aut obſtaculo omnino fiant: quæ cauſa cognita iuxta iuris commu. & dic. decre. diſpoſitionem confirmentur, vel infirmentur. Vnde põderanda ſunt verba ſacri decr. Baſi. ſine impedimẽto, aut obſtaculo omnino fiant: de quib ibi per glo. Quæ verba imponere videntur, quòd eligere debẽtes poſſint abſque aliquo obſtaculo ad electionem procedere, dato aliquo modorum prædictorum vacationis genere, cum omnem viam impedientem directè vel indirectè liberas actiones tollat. text. enim ibi non ſe fundat ſuper morte, aut alio vacationis genere, ſed habuit reſpectum ad id quod cõmuniter accidit: quia Epiſcopo aut Abbate per renuntiationem depoſito, ſatis videtur mortuus quo ad eccl. ſuam. vij. q. j. ſicut. §. ecce. Cum ergo de iure comm. electio pertineat ad eligentes, c. j. de elec. c. ne pro defectu. & c. quia propter. & c. cum eccl. & ibi Abb. Sicu. de elec. & Domi. in c. j. ver. quantum. xxi. di. & ibi Cardi. Alex. col. vi. 4 † Hoc fallit ſecundum Domi. in eccle. Treuerenſi, Colonienſi, & Rauenatenſi, in quib. electio ſpectat ad Papam: & ita intelligitur tex. & ibi gl. in c. porro. lxiii. di. Et probatur etiam per ſacrum Baſi. concilium. vt in c. i. & ii. de elec. quando vacat per mortem. Ita etiã ſi vacat per reſignationem aut depoſitionem epiſcopi factam per Papam, qui remittit ius eligendi electoribus. vt c. obitũ. c. cũ ſeq. lxi. di. & tex. in c. ad petitionẽ. & ibi omnes. de accuſ. cum iſta conceſſio facta per ius cõmune & concil. Baſi. electorib. ſit fauorabilis, & in fauorẽ eccl. facta, vt citius de epiſc. eccl. prouideatur, vt cõprehẽdat omnẽ vacationis modũ. Secus in odioſis, vt d. c. ſuſpectũ. & iurib. ſuprà alle. quæ loquũtur in reſcriptis ad beneficia impetratis, vt vnũ vacationis genus nõ cõprehendat aliud. c. quãuis. in i. de præb. lt. vi. Vnde ſequeretur inconueniens, ſi dignitates electiuæ ſemper reſignarẽtur, etiã in fauorẽ certæ perſonæ, cũ rẽtentione penſionis: quia diutiſſimè eligẽtes fruſtrarentur iure eligendi: quod eſſet contra tenorẽ & mẽtẽ illius ſacri Baſi. decreti. & hoc ſentit gl. ibi, in verb. cauſa, in beneficio cõmendato, quod finita per mortẽ cõmenda poteſtas redeat ad eligentes, vt infrà latiùs dicam. Et maximè quando in fraudẽ dictæ renuntiationis fiunt, vt à ſenibus vel infirmis eorũ fratrib. aut nepotib. c. i. & ibi Abb. Sicu. de cler. non reſid. quia cũ de proximo ſperabantur vacare, cenſentur factæ in fraudem decreti, & ſic nullius momenti. dictum eſt Andr. Barb. in conſi. xi. verſi. & ad clarã & indubitatã deciſionẽ. vol. i. † vbi dicit non valere renunciationẽ 5 factã per eum, qui veriſimiliter ſe priuandum ſciebat, vt ibi per eũ. & iſtud tenet Anan. in c. iii. verſic. & prædicta faciunt ad quæſt. de colluſio. potiſſimè ſi renuntians erat in poſſeſſione, vt ibi probat. & tex. in c. ii. de ren. lib. vi. tenet Archi. in c. nihil. vii. q. i. & plenè gloſ. in d. §. item quòd omnia beneficia. in verb. permutationis, vt infrà dicã. Item eſſet cõferre ſucceſſiuè pluribus de eadẽ domo, quod prohibitum eſt, ne potius videatur dignitas delata ex ſucceſſione, quàm ex canonica inſtitutione vel electione. Nã ſi hoc obſeruatur in dignitatib. ſecularib. fortius in eccleſiaſticis, vt c. ad extirpãdas. de filiis presby. Abb. Sicul. in c. venerabilẽ. de election. & glo. ſingular. in l. tutela. ff. de tutel. Et iſtam partem ſequi videtur Io. And. in regula, non firmatur. de regulis iuris. lib. vi. in mercuri. vbi ponit quæſt. de archipresbytero, qui non valens habere copiam epiſcopi, renuntiauit in mortis articulo in manibus presbyteri recipientis nomine Epiſcopi. Et ſtatim canonici elegerunt tertiũ: & poſt duos dies mortuo archipresbytero, Epiſcopus veritate cognita electionẽ confirmauit: vbi arguit ad vtramq; partem, & finaliter concludit cõtra Ioan. de Montemur. qui diſputauerat prius illam dictam electionem fuiſſe irritã, & per conſequens confirmationem non valuiſſe, de quo videtur caſus in d. c. ſi. de ren. cũ in electionib. ſit initium ſpectandum. c. auditis. & c. dudũ. in i. & ii. de electio. quãdo electio eſt nulla: ſecus ſi annullanda. c. quod ſicut. e. tu. Iſta electio ſic facta eſt verè nulla, quia facta ad eccle. nõ vacantẽ, & ſic in locũ viuentis. c j. & ii. de cõceſ. præb. Sed † ſi dicta renũtiatio facta fuiſſet 6 in manib. ſuperioris, electio & inde cõfirmatio ſubſecuta valuiſſet: & ipſe tenet, prout in caſu noſtro facta extitit renuntiatio in manib. Rom. põtificis. ergo poteſt procedi ad electionẽ per eos, ad quos eligẽdi poteſtas pertinet. † Hãc etiam partẽ in terminis reperio 7 tenuiſſe Guli. de mõte Ferrato, in ii. parte ſui cõmenti ad pragma. ſanct. addi ti, quod in quinq; partes diuiſit: in qua tenet quòd prædicta regula Baſi. cõcilii, vt electiones ſine impedimẽto, aut obſtaculo omnino fiãt, eſt intelligẽda primo ſiue durãte termino ad eligẽdũ, ſiue etiã antequã Rom. pontifex per eius reſeruationẽ vel prouiſionẽ etiã motu proprio de electiua dignitate de proximo vacatura, vel iã vacãte, ſingula ſingulis referendo electores præuenerit, quod nõ obſtante tali facti & nõ iuris prẽuentione poterunt regulariter electore liberè ad electionẽ canonicè faciendã procedere, & ciuſdẽ electionis canonicè celebratæ petere cõfirmationẽ: quia cũ poteſtas & iuriſdictio generalis concilii ſit diſtincta & ſeparata ſecundũ eũ à poteſtate & iuriſdictione Papæ, & illa ſit priuatiua, & nõ accumulatiua ad Papã, vt ipſe plenè probauit in i. parte ſui cõmenti. † Ideo nõ obſtãte tali prætẽtione facti 8 quæ nulla eſt, poſſunt electores ad vlteriora procedere,

dere:vt probatur in c.licet,de foro compe.& not. per gl.& Doctores,in c.paſtoralis. & in c.irrefragabili. §. exceſſus.de off.ord.cũ aliis per eũ allegat.Sed opinio. iſtius de Mõteferrato tenentis præuentionẽ in electiuis per Papam fieri non poſſe, reprehendit dictus Io. de Selua in ii.parte ſui tract beneficior.q.i.verſi. item dicit Gul.de MonteFerrato &c volens & tenens con-
9 trariũ,de quo infrà dicã. † Sed ego ſemper tenui primã opinionem,quod Papa non poſſit infrà trimeſtre præuenire,inſequendo Roma in cõſi.ccclxxxiii verſ. ſecundo quæritur. & in conſi.cccxix. & quam tenuit Anc.in conſi.cccxcix.vt dixi in additio. ad Mandag.in ſuo tractatu de electione. c. iii. in vlt. additio. & infra quæſt.lxx incip. Quæritur an prouiſio iure deuoluto. Et etiã ſecundum ipſum de Mõte Ferrato, ſi prouiſus allegaret quòd vacatio dignitatis electiuæ cucnerit ſub reſeruatione in corpore iuris clauſa, & ad probãdum oſtenderet & exhibeat ſedis Apoſtolicæ prouiſionẽ,ſub qua reſeruatione in corpore iuris clauſa fundatur Papæ intentio, cùm in tali caſu Papæ non credatur,niſi aliàs per teſtes,aut legitima conſtiterit documenta,cum clem.literis,de probatio.per ſanctam ſynodum Baſi.ſit derogatũ,vt in decreto concilii Baſil. c vnico de ſubla. cle.literis quia etiã quantumcunque electiuæ dignitatis vacatio cucnerit ſub reſeruatione in corpore iuris clauſa, ſemper debet præcedere eiuſdẽ propoſitę & allegatę reſeruationis in corpore iuris clauſę,hominis declaratio,vt in c.cùm ſecundũ leges.
10 de hæreticis.lib vi.† In qua hominis declaratione requiritur partis citatio c.licet,in i.de præben. lib.vi. & per gl.in clemen.fin.de cenſib. & in clem.i.de pœnis: quæ declaratio debet fieri per iudicem eccleſiaſticũ, & non per curias ſupremas Parlamentorum,d. c.cum ſecundum leges,in fi.& c.ſi iudex laicus. in i. reſpõ.de
11 ſent.excom.li. vi.†.Sed quomodo ſit intelligenda hæc reſeruatio in corpore iuris clauſa,ipſe ponit in iii.parte ſui cõmenti:& idẽ ſecundum eum,& multo fortius eſt dicendum quãdo reſeruatio per Rom.pontificẽ ex magna,rationabili & euidẽti cauſa in literis nominatim expreſſa eſt facta,iuxta tenorẽ decretorum cõcilij Baſi.in c.j.§.decreuit.de elec. cùm in tali hominis reſeruatione ante omnia qualitates,videlicet ex magna, rationabili & euidenti cauſa in ea expreſſa, ſint probandæ,& per ſententiã iudicis eccleſiaſtici & competẽtis purificãdæ,& liquidandæ, vt c.ſi clericus laicum. de foro com.& per gl.vulgatam in c.j.de off. deleg.li. vi.de qua reſeruatione ex magna rationabili cauſa latè
12 diſputat in iiij.parte † Secũdo.quòd prædicta regula, vt electiones in electiuis dignitatib.ſine impedimẽto, aut obſtaculo omnino fiãt, eſt extendenda ſecundum eum ad cathedralẽ eccleſiã de nouo per Rom. pontificem erectam,& ſuis finib.diſtrictam,vt in ea habeat locum electio,& non ſedis apoſtolicę prouiſio,& per
13 conſequens reſeruatio,vt ibi per eum.† Tertiò etiam extendit prædictã regulã ad electiuas dignitates, quarum prælati in curia Romana deceſſerunt, vt in eis ſit locus electioni,& non ſedis apoſtolicæ prouiſioni : & ſic hæ electiuæ dignitates non comprehenduntur ſub diſpoſitione c.ii.de præb.li.vi.ita aperte tenet glo.ibi, quam omnes Docto.ſequuntur,vt ibi latius per eum.
14 Quartò etiã extendit ad caſum noſtrum,vt ſi obtinens electiuã dignitatẽ perſonaliter,vel per procuratorem legitimũ cõſtitutũ in Romana curia,illi renuntiet iuxta formã traditã per gl in cle.i.vt lite pendente quod nõ in curia,ſed in partib vacare cenſetur,cum ſimiles dignitates nunquã cenſeãtur in Romana curia vacare, vt dictum eſt: & per cõſequens erit locus electioni,& nõ prouiſioni,cum ſpõſæ inuitæ nõ debeat dari ſponſus,cum inter eandẽ eccleſiã & Epiſcopum contraha-
15 tur matrimonium ſpirituale,d.c.ii.de renuntiatio.† Et hoc verum niſi renũtiatione electiuarum dignitatum fienda ex cauſa permutationis interuenerit conſenſus capitu.li,& eligere debentium, qui interuenire debet, vt voluit Inn.co. c. ij. de renuntiatio. lib.vj. & in clemen.vnica.eo.tit.Abb. Sicul.in c.quæſitum.eo.tit.pro quo ego allego bon.tex.in d.c ij.in fine,de renunt. Licet Abb.Siculus ibi voluerit intelligere in renuntiante ante confirmationem,per tex.ibi,priori conſenſu hactenus perdurante.ſecus ſi per confirmationem : quia tunc non poteſt niſi in manibus ſuperioris , licet ſecundum Guli.de Monte Ferrato in ij.parte nõ ſit neceſſarium, quòd talis conſenſus præcedat : ſufficit tamen quòd ſequatur,vt tenuit Lapus dicta clementina vna,quẽ ibi ſequitur Zaba.& Genu.in d.c vno. † Quo 16
niam in permutatione ſunt duo actus , videlicet renuntiatio & permutatio. in primo enim non eſt neceſſe quòd interueniat conſenſus capitu.li,quia principaliter eorum non intereſt,vt in c. admonet. & in c. quod in dubiis. de renuntiatio.& ibi no.Sed in ſecundo,videlicet permutatione , principaliter intereſt eorum de capitulo,ſeu conuentu, & eligere debentium, ne aliquis in eccleſia præficiatur, niſi duntaxat per eorum electionem canonice celebratam,vt in ca.j de elect.& tenuit Ioan de Imo.poſt Ioan. de Lig.in d.cle. vna. Et intelligit de Monte Ferrato, in permutatione voluntaria duntaxat, videlicet in qua nulla adeſt neceſſitas,vel vtilitas perſonæ vel eccleſię,vt in c.quęſitum. de rerum permutatio.& ibi per doctos in c.poſt tranſlationem. de renuntiatio vt in qua nulla cauſa in iure expreſſa reperitur,de quibus cauſis habetur in c.ad ſuplicationem.eod tit & in cap.mutationis.& in c.ſcias frater.vij.q.j.& in cap ij.de arbitr.& per gl. fi. in c.vlt. de cleri.non reſid. Nam in tali caſu ſemper erit locus electioni,& nõ prouiſioni, ſi capitulum & eligere debentes non conſentiant. † Vnde eſt ſecundum eum, 17
quòd ſi Epiſcopus vel Abbas ſenex,vel in graui infirmitate conſtitutus,Epiſcopatum, vel Abbatiam pinguem cum alio tenui Epiſcopatu,vel Abbatia,vel alio beneficio, dignitate vel perpetuo officio permutauerit,quòd non obſtante horũ epiſcoporum.vel Abbatum permutatione & prouiſione per ſedẽ Apoſtolicã facta,& approbata, ſi cuncti eligere debentes non cõſenſerint,eſt locus electioni:cũ horum Epiſcopatuum tranſlatio.vel Abbatiarũ permutatio abſque conſenſu eligere debentium ſit,& fuerit in fraudẽ Baſi.concilij, & in præiudicium eligere debentium facta:quod euidenter probatur in c.ij.de renuntiatio.li vj &in c.quia veriſimile.de præſum.& in c.j.de cler.non reſident.cũ non ſit veriſimile,quòd ſine cauſa reſignet quis beneficium pingue pro tenui,vt dicitur in dictis iurib. † Et 18
licet ſecundum eum de iure cõmuni prædictę præſumptiones non probent plenè fraudem,licet præſtent legitimam cauſam indicendi purgationẽ,ſeu aliter procedẽdi,vt in c.inter.de purgatio.canoni. vt voluit Abb. Sic.in d.c.quia veriſimile.& idẽ Ioan.de Selua.in trac. benefic.in iij.parte q.xviij. tamen hodie per verba regulæ ſacroſancti concilij Baſil.liquidè probatur fraus, cum verba regulæ,videlicet,vt electiones in dictis eccleſiis ſine impedimento aut obſtaculo omnino fiant, includant non ſolum fraudis probationem,verum etiam veriſimiles præſumptiones:quæ in maximo & minimo valore electiuarum dignitatum, & aliorum beneficiorum,nec non in ſenectute,vel graui infirmitate cõſiſtunt,vt dictis iurib proxi.allegat.quæ præſumptiones veriſimiles per verba ſæpe dictæ regulæ probãt ipſius fraudẽ,& probatur in d.c vno.de rer permu. li vj.vbi dicitur,permutare volentes liberè & ſine fraude &c.vt voluit Ioan.And.in d.c.ij.de renunt.lib.vj.& maximè ſi dicta renuntiatio facta ſit nepoti vel conſanguineo,vt ſupra in pr.dixi,vt no.in c.graue.de Præ-

19 bend & tenet Abb.in d.c.quia verisimile. †Nisi secundum Abb. quem de Monte Ferrato, & de Selua vbi suprà sequuntur, esset aliqua præsumptio, quæ prædictas omnes offuscaret: puta quia non poterat tute & secure morari in diœcesi, vel abbatia, vt d.c.ad supplicationem.de renuntiatio.& c.cum venerabili.de exceptio.& c.ad quæstiones.de rerũ permut.& idem tenet Fel.in d.c.quia verisimile,& Anch.in cons.cccxx.inci. quæstio proponitur.& Old.in consil. cccxiiij. quod magis prosequitur de Selua in d.q.xviij.tandẽ concludit ipse de Monte Ferrato, † quòd sicut contractus in fraudẽ publicarũ functionũ initi sunt ipso iure nulli, vt l.vnica. C.vt nemo ad suum patrocinium suscipiat viros rustica.li.xj.& l.pen.C.de resc.ven. Ita permutationes, cessiones, renuntiationes & translationes, & aliæ quæcunque dispositiones in fraudem Basil. concilij.& sic electionũ, id est, publicæ vtilitatis factæ, sunt 21 nullę ipso iure Et hoc est quod sonat dicta verba. †Ex quibus omnibus secundum eum soluitur contrarium, de quo obiici potest, quòd authoritatis superioris, maxime Romani pontificis, purgat omne vitiũ, & omnẽ dolum,& tollit omnẽ fraudis præsumptionẽ, vt l.furti. §.qui iussu.ff.de his qui no. infa. c. nisi essent. de præb. & l.j.C.de præd. curia. lib.x. ac supplet omnem iuris communis solennitatem.c.j. de transl.& l.omnium.C. 22 de test. †Quia illa sunt vera in his in quib nulla forma est à iure requisita, secus si ibi sit data forma, prout est consensus eligere debentium: quia non sufficit illã seruari per æquipollens, videlicet per Papę authoritatem, vt tenuit gl in cle.j.de vita & honest.cle.& gl.in c.j.de mili.vassal.qui contu.est, cum aliis per eum alle. & maxime cum in tali casu generale concilium,& per consequẽs sancta synodus Basil. sit iudex superior, vt ipse plene in prima sui comment.parte tenet: & lex superioris per inferiorẽ tolli non potest, cle.ne Roma.in pri. 23 de elect.& c.venientes.de elect. † Hoc intelligo, nisi pro communi personarum & ecclesiarum vtilitate & necessitate resignatio vel prouisio fieret: & eligere debentes voluerint consentire: tunc authoritas vel præsentia Papæ sufficit, vt ipsemet de Monte Ferrato te- 24 neat ibi iij.parte.post prin.ver.tamen in casu,&c. † Et hoc per theoricam Bal.in l.j.C.vt quæ desunt aduoca. vbi dicit, quòd quoties publica vtilitas & necessitas inest alicui actui explicãdo, & forma iuris requisita non potest in eo seruari, tunc ne talis publica vtilitas & necessitas impediatur, sufficit quòd talis forma requisita seruetur per æquipollens: & idem tenuit Alex.in l.j.ff. 25 de lib.& posthu. †Itẽ soluitur aliud cõtrarium, de quo obiici potest, quòd translationes vel permutationes sunt reseruationes in corpore iuris clausæ, vt in d.cle. vna.de rer. permut. Quia illud est verum, quando sunt permutationes vel translationes simplices & meræ: secus si sint qualificatæ, id est in fraudem, d.c.vno, de rerum permut.li.vj.& idem tenet de Monte Ferra.in iij. 26 parte sui commenti. †Quintò extendit prædictam regulam ad eos, inter quos pendet lis super iure eligẽdi, videlicet vt electio celebrata ab his qui de iure habẽt potestatem eligẽdi, teneat de iure: nec propter solam litis pendentiam super iure eligendi debet retardari, nec etiam est nulla. Bene tamen verum est, quòd non debet confirmari per superiorem. finita lite pendente super iure eligendi, sed debet differri confirmatio in euentum litis principalis, vt est casus in c. cum venis- 27 sent. de in integ. rest.& ibi latius per eum. †Vbi etiam extendit quando lis esset mota inter duos electos in fraudẽ, puta, quia minor pars capituli, vel eligere debentium sine causa non expleto termino præfixo ad eligendũ processerunt (maiori parte contradicente vel absente) ad electionẽ,& fuerunt duo electi, cũ electio à minori parte facta sit nulla ipso iure, vt c.auditis. de elec. vt ibi per eundem de Monte Ferr.& latius in iij. parte.ver. fallit etiam prædicta regula. †Et idem secun- 28
dum eum est dicendum si est litis pendentia inter canonice electum,& postmodũ assertum prouisum, vel etiam ante per sedem apostolicam datũ: cuius quidem prouisio nõ fuit facta virtute reseruationis in corpore iuris clausæ, vel ex magna, rationabili & euidenti causa in literis apostolicis expressa, & sic in sacrosancto Basi. concil. non concessis, nec permissis: quia licet præmoriatur canonicè electus, non obstãte prætensa litis pendentia facti & de facto, & non iuris nec de iure, vt dictum est: poterunt electores libere ad aliam electionem procedere: & hoc per prædicta. †Sextò etiam ex- 29
tendit prædictam regulam ad electuam dignitatem commendatam, vel etiam ecclesiam vacãtem, cui fuit datus perpetuus in temporalibus & spiritualibus administrator, vel visitator: quia in his casibus & similib. licet Papa apposuerit manũ (cum ad eundem dumtaxat & non ad alium spectet manum apponere: ac cõmenda est casus in c.vnum abbatem.xxj.q ij.& in c.dudum.in j.de elect.de qua suprà dixi: de perpetuo administratore est casus in c.is cui.de elect.lib.vj.de visitatore est ius apertum in c.fi. de suppleu. negli. præla. eo.li. potuerunt electores ad quos ius pertinet eligẽdi, procedere ad electionem. Ita tenuit gl. in d. c. is cui. quam omnes doct. ibi sequuntur, signanter Domin.& Anc. †licet in iij.parte ver.& idẽ est dicendum,& vers. 30
& ex hoc potest secure affirmari,& dicat, quod si Papa dederit seni, vel grauato seu ægrotãti coadiutorem, vel constituerit pensionem vni ex litigantibus super episcopatum,& sic manum apposuerit, quòd non est locus electioni, sed prouisioni: licet ibi hoc saluat versi. nec his obstant. s. quòd in supradictis casibus sit ex hominis, id est, Papæ voluntate, sed in coadiutore & pensione non ex mera voluntate, sed iuris necessitate Papa mouetur manum apponere, vt ibi per eum. Quod est vnum singulare, quia nunquam dignitates electiuæ vacabunt in partibus, sed in curia Romana, cum vix episcopatus qui vacant non sint sine duobus aut pluribus electis & prouisis, & in fine mediante accordio vni constituntur pensio per Papam. Sed istud non seruatur de facto in hoc Franciæ regno. †Ampliat etiam dictã 31
regulã, quòd licet eligentes contra priuilegia ecclesię, & contra legitimam appellationem, seu post, prima electione nõ cassata elegerint,& sic deliquerint: quòd non obstante prædicto delicto poterunt ad aliam electionem de nouo procedere. casus est expressus in d.c. considerauimus.de elec. † Et etiam extendit prædictã 32
regulã, quod electores processerint ad electionẽ, quarũ neutra est à maiori parte facta, quòd nihilominus poterunt iterum eligere: & sic erit locus electioni, & non prouisioni. Et est ratio, quia id quod dicitur in c. quia propter de elec.vt is eligatur in quem cõsenserit maior & sanior pars, nõ est de forma substantiali, sed est de iustitia. vnde electio facta à non maiori parte, est nulla, non ex trãsgressione formæ, sed potius ex defectu potestatis, cùm in nulla parte reperiatur virtus capitularis, vt ca.j.de elect. ista est glo.in cap. ecclesia. in ij.de electio.& ibi per Abba.post cæteros. †Et vlti- 33
mò dicit prædictam regulam fore extẽdendã cum regulariter sit fauendũ electionibus, vt ex prædictis appareat: quòd si summus pontifex electuam dignitatem reseruauerit ex magna, rationabili & euidenti causa in literis apostolicis expressa,& sic in casu per Basil. cõcilium concesso,& permisso.& eodẽ die fuerit canonicè celebrata electio, q̃ isto casu præfertur electio reseruationi.& talis electio est de iure valida,& non reseruatio: alle. Ægi. Bella.dec.xx. quæ est secundũ numerum suarum cccxxv.inci. In causa do. Guil. vt ibi per eum. †Et finaliter ex his omnibus suprà narratis, & ex d.ij. 34

parte

parte commenti ſui collectis, dicit poſſe audacter affirmari, quòd in ſingulis caſibus ſuprà enume. & aliis qui ſub d. regula comprehendi poſſunt, ſi per ſedem Apoſtolicam prouiſus de poſſeſſione expellatur, nullatenus poteſt ſpoliatorum remedium intentare. Et ſi de facto intentauit, obſtat eidem notoria exceptio defectus proprietatis, quæ obſtat petenti reſtitutionem maximè in beneficialib. vt c. cõſtitutus. & c. quoniam. de filiis preſ. & tenent omnes in c. literis, de reſtit. ſpol. Et multo fortius in electiuis dignitatibus, vt eſt caſus in c. j. de elec. remittendo ſe ad gl. pragm. ſanct. tit. de pacifi. poſſe. cap. vno. in verbo, inquirant. Et ſic in omnibus caſibus ſuprà dictis non eſt locus prouiſioni: imò Papa debet remittere electionem futuram ad capitulum vel conuentum, vt intra tempus iuris eligant, vt ſuprà dictum eſt, & c. licet. §. veruntamen, de elect. in pragma. licet ibi loquatur in caſu, ſcilicet perturbationis eccleſiæ aut patriæ vel boni publici. Et in iſtam partem videtur inclinare domi. Ioan. de Selua in ſuo eleganti tracta. beneficiali. in ij. parte. q. xxij. quòd in mortis vacatione, ceſſionis & renũtiationis modus comprehenditur, per iura ſuprà alleg. Et hanc etiam opinio. videtur tenere gl. in cap j. §. j. in verb. clauſis.
35 de elect. in prag. vbi dicit, †quòd epiſcopatus reſignati in curia non vacauunt in curia, per gl. in ca. ij. de præb. li. vj. & in d. c. ij. §. ſtatuit. in verbo fiant, de elect. vbi dicit per illum text. quòd eccleſiæ cathedrales, regulares, collegiatæ, electiuæ non cadunt ſub præuentionibus, ſicut non vacant in curia Romana. pro quo alle. tex. in ca. j. §. nec etiam. de coll. vbi beneficia collatiua cadunt ſub præuentionibus: ſecus ergo in electiuis.
36 † Sed hoc dictum glo. quam ſequutus fuit de Monte Ferrato, in ij. parte ſui commenti, de qua ſuprà dixi, reprehendit de Selua in ij. parte ſui trac. benefi. quæſt. I. vbi ſingulariter, per xxv. rationes poſt longam ad vtráque diſputationem, tenet quòd in electiuis habeat
37 locũ præuentio in Papa ſolum. †Sed, vt ſuprà dixi, ego tenerem opinio. glo. & Gul. de Monte Ferrato, quod in electiuis non habeat locum præuentio, quia nunquam haberet locum electio, cùm plerunque & pro maiori parte temporis canonici vnum aut duos mẽſes vel vltra, ob abſentiam canonicorum, vel propter mortem prælati principi nuntiandam, & conſenſum ab eo obtinendum, ſtatuant ad electionem futuri paſtoris faciendam: & ſi interim Papa præuenire poſſet, eſſet verè contra tenorem decreti ſacri Baſilien. concilij. in c. ij. §. ſtatuit. vt electiones ſine aliquo impedimento aut obſtaculo omnino ſiãt. Et iſte eſt proprius caſus & intellectus dicti §. ſtatuit. vt eccleſiis per mortem vacantibus, electione, & non prouiſione præuentionis Papæ de prælato prouideatur, vt infrà dicam
38 † In cõtrarium videtur, quòd canonici ad electionem dignitatum electiuarũ prædicto modo reſignatarum, velut vacantium non poſſint procedere: cum nec de iure, nec de facto vacauerint, nec vacare cenſeantur, poſtquam per Romanum pontificem fuerunt admiſſæ reſignationes. cle. vna, de renun. nam in iſtis ſpiritualibus eſt vnum ſpeciale, quòd interueniente authoritate ſuperioris abſque alia traditione acquiritur ius, vt voluit Abb. Sicul. poſt Inn. in ca. inter cætera. col. j. verſi. ij. ſoluit. de præb. & loquitur in permutantibus. quod dicit eſſe notãdum. facit c. ſi tibi abſenti. de præb. lib. vj. vbi patet, quòd ex ſolo tit. in iſtis ſpiritualibus abſque alia traditione acquiritur ius in re. & ſic in omnem euentum non vacat de facto: ratione cuius re quiritur (ſecundum Io. And. in c. cum noſtris. ver. in glo. pen. de præb. quem ſequitur ibi Ant. & Ab.) quòd
39 †quando ſimpliciter dicitur vacare beneficium: quòd vacet de facto: aliàs colorata facti poſſeſſio excluderet impetrantem: quia vacatio in iſtis expreſſa intelligitur de vtraque, ſcilicet facti & iuris. † Licet beneficium 40
dicatur vacare dupliciter, videlicet de iure & de facto: de iure tantum & non de facto, vt quando alius erat in poſſeſſione colorata illius beneficij, vt in caſu d. c. cum noſtris. vbi præpoſitus fuit electus in epiſcopum, confirmatus & conſecratus: & poſtea idem epiſcopus fuit in præpoſitum eiuſdem eccleſiæ electus, & ſic de iure & non de facto vacabat præpoſitatus dignitas, vt no. ibi Abba. in v. notab. † Sed 41
de facto & non de iure dicitur vacare, quando confertur abſenti, & nondum acceptauit: & tale beneficium poteſt alteri conferri. cap. j. & ij. de conceſ. præbend. & d. capi. ſi tibi abſenti. † Propter quod dicit Abb. in 42
d. cap. cum noſtris. in verſicul. ad reſignationem. quòd ante quàm conferatur beneficium vt vacans, debet remoueri poſſeſſor à colorata poſſeſſione, ne videatur facta collatio de beneficio non vacanti. † Quoniam 43
Papa motu proprio non poteſt cõcedere beneficium ab alio coloratè poſſeſſum, vt voluit ib. Anto. de But. quem ſequitur Abb. & ideo prius eſſet opus declaratione amotionis poſſeſſoris per ipſum Papam fienda. Sed cùm hic ex ſpeciali gratia ſedis apoſtolicæ obtinuerit epiſcopatum, non cenſetur vacare, nec de iure nec de facto, ſecundum Ioan. And. Anto. & Abb. Sicu. in d. capi. cùm noſtris. quia talis prouiſio habet vim electionis, & confirmationis, vt not. in capi. cum olim de cauſa poſſ. & proprie. cùm Papa poſſit conferre beneficium vni, & aſſignare alteri penſionem, vt tenet Fel. in. cap. ad audientiam. in ij. de reſcrip. † Præterea 44
certum eſt, quod beneficia collatiua & electiua à pari iudicantur. c. cum in iunctis. §. clerici. de electio. & appellatione beneficij omne beneficium comprehenditur, vt regula beneficium. de re. iur. lib. vj. & hoc iargo modo ſumpto vocabulo. & in fauorabilibus & non odioſis, vt tenet gloſſ. in d. c. ij. de præb. li. vj. facit c. periculoſum. de ſent excom. eo. lib. & plenè Io. de Selua in j. parte trac. benef. q. ij. & iij. Sed omnia beneficia per ordinarium conferenda, quocunque modo vacauerint, aliàs quam ex cauſa permutationis, vel ſimplicis reſignationis, faciunt furnum reſpectu præſentationis vel collationis illis de vniuerſitatibus: ita quòd ſub vacatione beneficiorum collatiuorum graduatis & nominatis affectorum, non comprehendantur beneficia ſimpliciter reſignata aut permutata, vt d. cap. j. §. item quod omnia beneficia. de col. in prag. Ergo nec pariter in electiuis per mortem vacantibus comprehendi debẽt electiuæ dignitates in manib. ſummi põtificis cũ retentione pẽſionis reſignatæ & admiſſę: & aliquãdo cum collatione certorũ beneficiorũ ei qui renuntiauit reſeruatæ, prout fuit illa reſignatio epiſcopatus Albien. facta per vita functũ Io. Robertet, magiſtro Iaco. Robertet eius fratri, cũ taliter facta habeat vim, & ſapiat naturam permutationis. d. cle. vna, de renũtia. Quia quemadmodum reſignatio cauſa permutationis nõ operatur veram vacationẽ benefic. ſi permutatio nõ ſortiatur ſuum effectũ. c. j. de rerum permut. lib. vj. c. dudum. de præb. eo. li. & volunt domi. de Rota deciſi. cccxxxix. aliàs deci. ix. not. quòd beneficium. tit. de renunt. in antiq. & deciſ. cccxl. aliàs deciſ. v. no. quòd ex quo tit. de rer. permut. in antiq. Quia videtur ſub modo & conditione facta, quæ non valeat, ſi modus non ſequatur, per not. per Innoc. in ca. inter cætera. de præ. & idem voluit de Rota in deci. ccxciij. aliàs deciſ. iij. not. quòd vbi beneficia. in tit. de rer. permut. in antiq. ideo alteri quam permutantib. & renuntiantibus ſub tali modo non poſſunt conferri, d. c. j. de rer. permut. Per quę eſt dare reſponſum ad opinio. de Monte Ferrato, qui voluit electiuas dignitates permutatas, aut ſub tali conditione reſignatas in manibus Papæ eſſe vacantes, & per conſequens eſſe locum electioni,

& non prouiſioni: quia ſi eſſet verum, eſſet deſtruere tex.in d.c.j.de rer.permut.& fruſtrare permutantes &
45 reſignantes ſuis beneficijs: † cum ad ſolum Papam ſpectet admittere reſignationes cum penſione in beneficijs tam collatiuis quam electiuis, vt volũt omnes, inſuper Feli.in d.c.ad audientiam.de reſcript.vt latius
46 dixi in tract.de officio legati in Francia.in ij.q.† Quia iſta æquiparantur à iure, ceſſio, permutatio, & depoſitio, quæ ſunt reſeruationes in corpore iuris clauſæ, quarum ſolus Papa eſt iudex competens. d. cap. inter corporalia.c.niſi cùm pridem.& c.poſt trãſlationem. de renuntiatio.& d.capite cum noſtris.& ibi Abb.Sic. in iij. notab. de conceſ. præb. & tenet ipſe de Monte Ferrato in iij.part. ſui commenti, quando propter vtilitatem publicam, vel propter perſonarum, & eccleſiarum neceſſitatem vel vtilitatem, vel etiam quando eſt dubium an tranſlatio, depoſitio, ceſſio, & licentia deferendi monaſterium fiat propter publicam vtilitatem, & neceſſitatem, vel perſonarum & eccleſiarum vtilitatem, an non. vnde enim epiſcoporum ceſſiones & depoſitiones non poſſint fieri, niſi expreſſa iuris cauſa duntaxat ſubſiſtente, dic, niſi cum pridem. & c.poſt tranſlationem.& c.inter corporalia. Ideo Papa, imò ius commune dicitur appoſuiſſe manum, & per conſequens nullatenus eſt locus electioni, ſed prouiſioni, cum concilium Baſilien. permittat Papę poſſe admittere renuntiationes, quæ in corpore iuris ſunt clauſæ, vt d.ca.j.& ij.de tranſlatio.epiſcopi. & ca.quod tranſlationem de offi.deleg.in pragmat.ſan.ca.j.§.de-
47 creuit. † Item hoc clarè oſtenditur. Nam electus ante confirmationem poteſt iuri ſuo renuntiare in manib. eligentium ſine authoritate ſuperioris, d.ca.inter corporalia.& ibi gl.in verbo, confirmatus. licet Hoſt. ibi tenuerit contrarium: tamen opinio gl. eſt vera & communis ſecundum Ioan.And. Anto.de Butr.& Abb.Sicul.ibi, & Guliel.Mandagor.in d.ſuo tract. de electio. capitulo ij.& ibi dixi in addition. in verbo, renuntiat. In vim cuius renuntiationis poſſunt canonici ad nouam procedere electionem, vt volunt iura & Doct.
48 ſuprà alleg. † Sed ſi poſt confirmationem renuntiuerit, tunc nullo modo poſſunt ad nouam electionem procedere, cum reſignatio illa tũc non poſſit fieri, niſi in manibus ſuperioris, d.c.j. & ij.de tranſlat.epiſco. de quo per gl.in c.electio. & ibi per doct.de elect. lib.vj. vt voluit Io.And.in d.regula, non firmatur. in mercur. & Roma.in conſ.ccevj. Nec huic obſtat, quod ſuprà deductum eſt, videlicet quòd poteſt fieri in fraudem, quia Papa, ad quem ſolum ſpectat admittere ceſſionẽ, poterit ſuper hoc prouidere diligenter inquirendo de cauſa ceſſionis, vt ſingulariter voluit Abb. Sicul.in d.ca.j.de tranſla.epiſcopi.col.vlt.in quæſt.pen. Quinimo ſecundum eum in dubio non debet præſumi dolus, leg.quoties §.qui dolum.ff.de probat. Nec etiam eſt verum, quòd Papa teneatur indiſtinctè remittere ad eligentes: quia verum eſt, quando ceſſio ſine penſione ſit in eius manibus: ſecus ſi cum retentione
49 penſionis. Quid dicendum? † Domini tenentes parlamenta in patria Occitana, tenent primam, quòd dignitates electiuæ cenſeantur per reſignationem etiam cum retentione penſionis factam vacare, & ſit locus electioni. Domini verò parlamenti Pariſien. tenẽt contrarium. Mihi videtur ex prædictis, & pro opi. cuitandis concludendum: quòd epiſcopatus reſignatus eſſet iam per Papam ex magna, rationabili & cuidẽti cauſa, quæ in literis apoſtolicis nominatim exprimatur, vel ex cauſa in corpore iuris clauſa: ita quod data vacatione, eligere debentes nõ poſſent ad electionem procedere, hoc eſt quod non deberet eſſe locus electioni per mortem renuntiantis, ſed prouiſioni, quòd talis reſignatio quæ ſolùm tendit in præiudicium Papæ, & non eligentium, ſit de iure communi, & ſecundùm decreta ſacræ ſynodi Baſilien. (quæ permittunt ſummó pontifici in illis duobus caſibus reſeruare ſuæ diſpoſitioni dignitates electiuas) valida: tunc Papa admittendo talem reſignationem aut permutationem recedit à ſua reſeruatione, vt voluit Roma. in conſil. cccdix.ver.ex prædictis. vbi dicit, † quòd quãdo Papa 50
reſeruauit beneficium ſuę prouiſioni, aut diſpoſitioni, ſeu ordinationi, & commendet tale beneficium, expirauit reſeruatio: vel etiam ſi ad preces regis benignas talis reſignatio fuerit facta, cùm communiter tales reſignationes & permutationes dignitatũ electiuarum ſine permiſſione & expreſſo Regis conſenſu nõ fiant: multum enim facit requiſitio principis, clerici & populi ad diſpenſationem obtinendam cap. innotuit.de elect.& cenſentur habere vim reſeruationis in corpore iuris clauſæ, cùm ſit permutatio & renuntiatio cum retentione penſionis dicta clemen.vna.de rerum permuta. quod valeat. Quia quemadmodum eſt permiſſum Chriſtianiſſimo Regi vt aliquando precibus benignis atque beneuolis pro perſonis bene meritis zelantibus bonum reipublicæ, regni & Delphinatus circa ſingulas Gallicanas eccleſias, vt d.c.ij. §. ãtẽ nec credit reprehenſibile. † Ita ſibi eiſdem precibus ad apo- 51
ſtolicam ſedem vti permiſſum eſt, vt ad eius benignas preces pro perſonis bene meritis &c. Papa dignitatem electiuam pontificalem & abbatialem reſeruet: vt expreſsè voluit ipſe de Monte Ferra. in v. parte ſui comment. ver. ad vnum tamen circa iſtius operis finalem partem &c. vſque ad finem. Et hoc probat, cum regulariter clauſula ſeu qualitas, quæ per ſe ſtat in fine diſpoſitionis poſita conſeruet omnes præcedentes articulos in eadem diſpoſitione principaliter contentos, vt c.inquiſitioni. de appella. & l. talis ſcriptura. ff.de leg.j.& l.ſi.ff.de rebus dubiis.& l.ſi.§. Titia. & ibi Bar. ff.de libera.legata. cum per talem reſeruationem non lædatur, imò potius conſeruetur rectitudo ſermonis & iuris communis intentio, & voluntas eccleſiæ Gallicanæ: quod luculenter patet, quia eadem ratio quæ eſt in vtendo aliquando precibus benignis atque beneuolis pro perſonis benemeritis zelantibus bonum rei publicæ, regni, & Delphinatus circa ſingulares Gallicanas eccleſias, illa eadẽ eſt circa apoſtolicam ſedem, in eo caſu quo ipſa apoſtolica ſedes ex magna, rationabili & cuidenti cauſa, & in literis apoſtolicis nominatim expreſſa, poteſt electiuam dignitatem etiam pontificalem reſeruare, vt d.c.ij.§.decreuit. licet ſedes apoſtolica ſine precibus Regis benignis atque beneuolis, & c poſſit reſeruare. Et illud dicitur reipub. commodum, vt ibi per eum. Et cum eodem videtur tranſire Ioan.de Selua in dicto tracta. ſuo benefic.in ij. parte.xxiij. Tamẽ ſecundum ipſos talis permiſſio, ſcilicet porrigendi preces tam ad ſingulares Gallicanas eccleſias, quam ad apoſtolicam ſedem, Chriſtianiſſimo Regi & domino noſtro conceſſa extinguitur, & finitur in vno actu, & vice duntaxat, cum opere & effectu ſubſecuto, vt plenè per ipſum de Monte Ferrato. Tamen
† in duobus caſibus eſt permiſſum eidem Regi vti pre- 52
cibus ad ſedem apoſtolicam dirigẽdis: quæ permiſſio nullo reſtringitur, nec limitatur actu: quinimo toties quoties ei Regi viſum fuerit, precibus eiſdem vti poterit. Primus eſt, quando eccleſia cathedralis vel conuentualis, eſt ſita in patria limitropha: prout eſt Narbonen. Carcaſſonenſis, Agatenſis, Nemauſen. Mirapiſtenſis, Tuernarum, Aquenn. Bayonenſis: & poſſunt addi Burdegalen. Auxitanenſ. Appannienſ. Cõſenauenſis, Tarbinſ. & Aduренſis: quæ quidem eccleſiæ ſunt in patria Occitana, & Vaſconiæ, inonium Pyreneorum à mari mediterraneo, id eſt, à diœceſi Agatenſi, & Narbonenſ. incipiendo, vſque ad Oceanum mare, ſcilicet

ciul-

ciuitatem Bayonenſem finiendo, regni Franciæ fixi & perpetui termini, atque limites, Catalanos, Aragonienſ. Nauarros atque Hiſpanos diſtinguentes & limitantes: Et idem ſecundum eum dicẽdum eſt de aliis, & ſimilib. eccleſiis Anglos, Flamingos & Alamanos limitantibus, vt ſunt Rothomagenſ. Remen-
53 ſis, Liſignamentis, Leuenſis, & Matiſconenſis. †Secũdus caſus eſt, quando eccleſia metropolitana cathedralis, conuentualis, aut collegiata poſſideret fortiſſima & munitiſſima loca vel caſtra: in quibus Rex de facili cũ ſuis abſque difficultate recipi, vel intrare non poſſet, prout ſunt Claromontenſ. Caturcenſ. Pictauienſ. & Abbatia beatæ Mariæ de Cella eiuſdem Pictauien. diœceſis, in qua eſt fortiſſimum caſtrum, prout vidi in magno conciliо probatum, vt eſſet fama, vel rumor, quod in vicina patria eiſdem eccleſiis fortiſſima caſtra tenentibus, licet non limitropha, veriſimiliter timeretur guerra: tunc poteſt Rex, & etiam quãdoque ſimilis caſus euenerit, dirigere ſuas benignas ac beneuolas preces pro perſonis bene meritis &c. ad Apoſtolicam ſedem, vt dictas eccleſias caſtra fortiſſima tenentes, in patria in qua veriſimiliter timetur & ſperatur in breui guerra, pro perſona vel perſonis Regi, & regno tutis & ſecuris diſpoſitione ſedis apoſtolicæ reſeruatæ, inhibendo &c. prout eſt de more & ſtylo Rom. curiæ. Et hoc per gloſſ. ſingularem in l. ij. in princ. ff. qui ſatisd. cogan. quam Doctores ibi commendant & ſequũtur, iuncto c. j. de ſupplen. neglig. præla. lib. vj. quæ glo. vult, quòd fideiuſſor vel reus principalis dicitur locupletior non tantum ex facultatibus, ſed etiam ex conueniendi facilitate: puta quòd non ſit in munitiſſimo loco vel caſtello. Faciunt nota. per Doctores in l. decem. ff. de verb. obli. Adde quæ dixi infrà, q. cxxxviij. inchoante, Expoliato poſſeſſionem, turbato. verſ. ij. etiam fallit. Accedunt not. in c. j. de dolo & contum. vbi dicitur, quòd Rex in ciuitatibus, caſtris, villis, & munitionib. regni ſui debet abſque difficultate cum omnibus ſuis intrare, atque honorificè recipi. Et ſic priuilegium Regis eſt in corpore iuris clauſum, vt i-
54 bi latius per eum. †Et in iſtis duobus caſibus limitro phus, ſcilicet, & in caſtellatis pluries, ac etiam aliis ſemel in vita ad preces Regis benignas reſeruatis, eſt ab initio acquiſitum ius & actio ipſi Chriſtianiſſimo principi, & in perſonam eius principaliter radicata, arg. c. ſi diligenti. de foro compet. Ita quod ſi ſic prouiſus velit renuntiare, cedere, vel transferre, ſine Regis expreſſo conſenſu facere non poteſt: cum talis reſeruatio & prouiſio Ioann. vel Petro facta potius intelligatur contemplatione Regis, quàm Ioannis vel Petri facta, vt l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pup. & c. requiſiti. de teſt. cum aliis per eũ
55 allega. †Et ideo talis reſignatio, aut permutatio ad preces Regis benignas & beneuolas eſt valida, & non cenſetur vacare in partibus, etiam ſi fuerit ab infirmo vel ſene facta fratri, nepoti, aut alteri conſanguineo: cum renuntiationes, tranſlationes, permutationes, quæ meræ, & ſimplices ſunt factæ ſine fraude, cum ſint in corpore iuris clauſæ, d. c. vno. de rerum permut. li. vj. non eſt dubium quin valeant, & nullo modo cenſentur vacare, & in hoc conueniunt omnes Doctores. Et propter iſtas præſumptiones, quas iura præſumunt in renuntiationibus, & permutationibus a ſenibus aut infirmis factis nepotibus & conſanguineis de pingui cum tenui beneficio, non eſt collatio & prouiſio irritanda, prout decidunt Do. de Rota, dec. ſ. cxxix. alias dec. ſ. ij. nota quod non vitiatur. de rerum permutat. in antiquis: quos ſequitur Felinus in d. c. quia veriſimile. de præſumpt. de Selua in dicta quæſt. xviij. dum tamen frater aut nepos ſit alias idoneus: ſec. Felin. & Doctores. Et iſtorum opinio benignior eſt, vt verbis iuriſconſul. vtar in l. is qui ſuis §. ſi ab noto. verſicu. ſiue autem. ff. de manumiſſio. ideo ſequenda: cum quibus ego tranſeo, quia in iſtis electionibus agitur de modico præiudicio ipſorum eligentium, vt in ſimili not. Abbas Sic. in cap. j. colum. vlt. de in integ. reſt. & Papa facilиter illis præiudicat, vt tenet Fel. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. vnde in hoc caſu non cenſetur quomodocumque in partibus vacare: ſecus ſi ſine conſtitutione penſionis. Et hanc Anto. de Prato, Doctor & Eques ac Franciæ Cancellarius ſequitur opin. & mihi dixit pluries, quòd tam Tholoſani quàm Pariſienſ. domini ſequebantur iſtam partem, & quod nunquam cenſentur vacare tales permutationes & reſignationes cum penſione, & in fauorem certæ perſonæ factæ. Et ita vidi obſeruari in Regio excelſo conſilio in conceſſione literarum adipiſcendi Epiſcopatus poſſeſſionem ſic prouiſis, & per regiam maieſtatem ad fidelitatis iuramentum receptis datarũ & conceſſarum. Nec obſtat ſi talis infirmus, vel ſenex reſignans, vel permutans, poſtea vixerit per xx. dies, propter regulam cancellariæ apoſtolicæ: ſi quis in firmitate conſtitutus reſignauerit, &c. quæ eſt xvij. & ſi illi non ſit derogatum in ſpecie, quod non cenſetur vacare per mortem, &c. vt voluit ſing. Ro. in conſi. cccxlij. in princip. incip. Quo ad primum, &c. † Limita niſi talis re- 56
nuntiatio fuiſſet facta cum regreſſu & omni fructuum reſeruatione, quia tunc cenſeatur vacare. & ita ſunt pronuntiatum per arreſtum Parlamenti Pariſien. xix. menſis Aprilis, Mil. cccxxvj. contra Ioannem de Stagno, qui renuntiauerat modo & forma prædictis officium cameratiæ Lugdunen. eccleſiæ, Franciſco de Stagno nepoti ſuo nunc Epiſcopo Ruthenenſ. & vide in ſtylo Parlamenti, in iij. parte de arreſtis. §. cxcij. & ibi Celſus in additio. Secus ſi cum medietate fructuum: tunc valet talis reſeruatio, prout pluries fuit per arreſtum curiæ noſtræ Burdegalenſ. & nouiter menſe aprilis, Anno M.D.XXXIIII.

SVMMÆ.

1 *Renuntiare, & promittere renuntiare, differunt. tam in contractibus quàm in vltimis voluntatibus.*
2 *Renuntiare promittens per ſtipulationem & iuramentum perinde eſt ac ſi actu renuntiaret.*
3 *Factum de ſe obligando operatur obligationem de præſenti.*
4 *Iuramentum de renuntiando habet vim expreſſæ renuntiationis.*
5 *Renuntiare promittens non tenetur cum iuramento renuntiare. & nu. 6.*
7 *Renuntiatio bonorum paternorum, non comprehendit legitimam. & nu. 9.*
8 *Iuramentum non ſe extendit, niſi quatenus eſt conſensum.*
10 *Clauſula generalis renuntiationis habetur pro expreſſa, quando appenſa ſit à lege, ſecus ſi à contrahentibus.*
11 *Dos eſt aſſignanda pro modo facultatum.*
12 *Dos non poteſt eſſe minor legitima.*
13 *Dos an maior aſſignanda nubentibus quam nentibus.*
14 *Condatio, ſi nupſerit: tanquam turpis reiicitur à legato.*
15 *Promiſſio de renuntiando eſt nullius effectus.*

16 *Marium qui ante matrimonium promiſerat facere renuntiare uxorem, non tenetur.*

17 *Fructus legitimæ debentur à die mortis patris vel matris.*

Quæſtio III.

Filia in contractu matrimonij promiſit renũtiare omnibus bonis paternis & maternis conſummato matrimonio, quæ tamen non renuntiauit. Et tandem pater in teſtamento certam ſummam eidem reliquit iure inſtitutionis. Quæritur, an dicta filia mortuis patre & matre poſſit agere ad ſupplementum legitimæ?

DECISIO III.

DIco quòd hęc quæſtio fuit in magno Regio conſilio mota, inter nobilem Margaretam de Luperiis actricem, & nobilem Guillemetã de Luperiis reã. Cuius quidẽ quæſtionis meliores & ſubtiliores allegationes, quæ pro eis formaliter faciunt, attingam. Et
1 pro ipſa actrice dicebatur, quòd †aliud erat promittere renuntiare, & aliud de facto renuntiare & quittare, tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, vt amplè voluit Franc. de Aret. in conſ. vj. col. 2. vbi ponit omnes differentias inter contractus, & vltimas voluntates. Aliàs iura quæ ponunt differentiam inter promiſſionem de renuntiando & ipſam renuntiationẽ de præſenti, eſſent in iure ſuperflua: quia aliud eſt promittere de renuntiando, aut de vẽdendo, & aliud in effectu renũtiare vel vendere text. in l. j. & ibi Iac. Bue. & Ang. C. de pact. pig. gloſſ. in l. bonæ fidei. §. ſi tamen. ff. de eo quod certo loco. quã Paul. de Caſt. legit cum l. ſi hæres. ver. tamen. Et idem in conſ. xciiij. incip. In cauſa quæ vertitur coram nobili viro domino. vol. nouorum, & Franc. de Aret. in l. ſingularia. col. v. ff. ſi. certum peta. & Iaſ. in l. quoties col. ix. C. de rei vendi. & Alex. in addi. ad Bar. in l. Iulianus offerri. ff. de act. empt. gl. in l. Titius. ff. de pig. act. & Bar. in l. ſi pupillus. ff. ad legem Falc. & in l. fin. §. ſi emptor. C. communia de legatis. & Alexand. in conſi. cxcj. col. ij. verſicul. non etiam deberi poſſunt. libr. iiij. & conſi. lxxiij. libr. ij. pro quo etiam allego glo. in cap. ſi quis iuſto. §. fin. in glo. fin. & ibi Domini. de elect. lib. vj. cum aliis per Antonium Corſet. in ſingula, ſuis in ij. allegat. Et ſic non poteſt compelli
2 ad renuntiandum vel vendendum. † Sed ad hoc reſponderi poteſt, quia ex quo eadem promiſſio fuit per ſtipulationem & iuramentum vallata, & corroborata, operata fuit effectum renũtiationis, ac ſi realiter, & actualiter de præſenti renuntiaſſet, vt voluit Bald. in l. pactum quod dotali. C. de collat. in xviij. q. & per no. in l. ij. ff. de euictio. & per Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de obligatio. & tenet Lud. de Roma. in ſuo ſing. cccxv. ſed in fine dicit opinio. Ioan. And. eſſe in penetralibus iuris canonici. & tenet Paul. de Caſt. in d. l. ſi hæres. verſi. ſi tamen. & in dicto conſi.
3 xciiij. †Item, quòd illud pactum de ſe obligando operatur obligationem de præſenti, cum pactum cõceptum per verba de futuro producat exceptionem
4 de præſenti, l. ſi intra illum diem. ff. de pact. †Item in hoc caſu iuramentum habet vim expreſſi, vt voluit gloſſ. reputata ſingularis, in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. & Bal. in l. j. col. pen. in ij. q. C. commoda. & Iaſ. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. in l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffic. teſt. & probatur in ca. ex reſcripto. de iureiurand. & dixi in tractatu de officio & poteſtate legati in Francia, in prima q. & tenet Barba. in conſi. lij. in fine, & in conſi. lv. pen. in princ. verſic. præterea, vol. ij. Præterea erat in prouincia ſtatutum, quòd filia dotata per patrem vel nõ dotata, quæ dotari debebat mortuo patre per proximos parentes & conſanguineos, nihil aliud petere poterat. † Ad prædicta etiam re- 5
ſponderi poteſt, ſcilicet ad Bal. in d. l. pactum, quod ibi non loquitur de eo qui promiſit contrahere ſeu renuntiare, ſed loquitur de filia quę promiſit nõ ſuccedere: cuius promiſſionis adimplemẽtum requirit ex toto abſtinentiam à ſucceſſione. Non verò ſic in eo qui promiſit renuntiare, vt in caſu præſenti multum diſſimili: quo caſu potuiſſet actrix adimplendo promiſſionem ſimpliciter renuntiare bonis paternis & maternis ſine interpoſitione iuramenti, & taliter faciendo diceretur ſufficiẽter adimpleuiſſe promiſſionem, regul. in numerationibus. §. fin. ff. de ſolutionibus. no. Bar. & Doct. Moder. in l. ſingularia, ſi cer. pet. & in ca. commiſſum. per Antonium, & Abb. Sicul. de ſponſa. †& non potuiſſet virtute dictæ pro- 6
miſſionis cogi ad interponendum iuramentũ, cum de dicto iuramento interponendo nihil fuerit dictum: pro quo ego allego textum in cap. ad audientiam. quod metus cauſa. vbi qui iurauit renuntiare non iurauit repetere, & Barba. in conſ. lj. in princip. vol. j. †Et in eo caſu indifferenter omnes Doct. con- 7
cludunt, dictam renuntiationem bonorum paternorum & maternorum, (nulla facta in ſpecie mentione de legitima) non comprehẽdere legitimam, per textum ſingularem in d. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inofficio. teſta. †Et ad iuramentũ dicitur quod 8
non habet vim ſpecifici & expreſſi, vbi eſt defectus ſubſtantiæ & conſenſus: ſed ſolum quando eſt defectus ſolennitatis omiſſæ, ſecundum Alex. & Iaſ. in d. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. poſt Bart. ibi, in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. & vltra iuramentum non ſe extendit, niſi quatenus eſt conſenſum, ſecundum ipſos, & idem Abb. Siculus in c. cum contingat. col. pen. in prin. de iureiuran. per tex. in l. ſi. C. de non nun. pec. & in l. ſi. ff. qui ſatiſd. cogant. & in l. ſi libertus iurauerit. ff. de ope. libe. & Franciſ. de Aret. in l. j. §. ſi quis ita. col. v. de verb. oblig. & eſt tex. cum gl. in c. pen & c. venient. & c. ad noſtram. in ij. de iureiuran. & Bart. So. in conſi. ccxiiij. inci. in cauſa Onofrij. ver. reſponſo. vol. ij. †Ideo ad legitimam ſeu eius ſupplemẽtum 9
talis promiſſio (etiam ſi eſſet vera renuntiatio) non ſe extendebat, cum ſpecifica & nominata renuntiatio legitimæ requirebatur: quia vbi lex requirit pro forma actũ ſpecificari, tunc iuramentũ non ſupplet illã formam, quoniam text. in d. l. ſi quando. §. & generaliter, diſponit pro forma, quod ſpecialiter fiat mentio de legitima. Per quod erat reſponſum ad renuntiationẽ iuris dicentis, generalem nõ valere, niſi ſpecialiter & nominatim renuntiauerit: quę videtur operari effectum renũtiationis expreſſe factæ, vt voluerunt Bal. & Ang. in l. omnes, ver. ſpecialiter & nominatim. C. de præſc. xxx. an. per illũ tex. quem dicũt 10
eſſe meliorem de corpore iuris. †Hoc eſt verũ quã- do illa clauſula apponeretur in lege vel ſtatuto, aut in reſcripto Papæ vel Principis, quorũ diſpoſitio habetur pro lege: ſecus ſi apponatur illa clauſula à cõtrahentib. quia tunc non ſufficit. Ita pulchrè limitat Ang. in d. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. in fi. quem refert & ſequitur Iaſ. in l. j. col. vlt. ver. ſecundo limita. ff. ſi quis in ius voc. non ierit, pro quo allegat text. in ca. qui ad agendũ. de proc. lib. vj. Ergo ſequitur quod non ſufficit renuntiatio ſimplex iurata, vt tenet Barba. in d. conſi. lv. lib. ij. & Georg. Nata. in repetitio. c. quamuis pactum. vtij. in princip. verſicul. in adde ad hoc beneficere, & c. de pact. li. vj. volens etiam quod ſi pater iuſſerit filiam eſſe contentam & tacitam,

quod

quod poſſit petere ſupplementũ legitimæ. per tex. in auth. vt cum de appel. cog §. cæterum, ibi, etiam ſi certis rebus iuſſi fuerint eſſe contenti. allegat Roma. in cõſi. cccclxxviij. inci. Hæc mater iſtarũ ſpuriarũ. & Oldr. conſi. cxxxij. & alias cõſului, vt in conſi. xlj. & idem tenet Zabarel. in conſi. lx. col. ij. in fi. & in cõſi. xcvij. & Ludo. de Roma. conſi. cclxxvij. inci. nõ eſt dubium, &c. & Bar. cõſi. xxxiiij. inci. factũ tale eſt, Maſſius Martini. Et iſta eſt vera & cõmunis opinio, quicquid dixerit Frãchus in d. c. quãuis. quã tenent Gul. de Cug. Bart. Ang. & omnes Mod. in l. de his. ff. de tranſa. & in d. §. & generaliter. vbi text. eſt clarus. Et ad ſtatutum per ream allegatum, reſpondebatur pluribus rationibus: & ego vltra allegabã
11 Angel. in conſi. cccl vij. verſi. de quarto. † quod dos eſt aſſignanda pro modo facultatum patris, & dignitatis natalitũ. l. cum poſt. §. gener. & l. quæro. ff. de iure dot. & l. ſi filię pater. ff. de leg. iij. †
12 Et in hoc ſecũdum eum eſt aduertendũ, q̃ non poſſunt boni viri arbitrari vt earum dos ſit minus legitima, quoniam ipſa legitima minuſcula portio appellatur, l. ſi quis in ſuo. C. de inoffic. teſta. Et ita dictum ſtatutũ vult dum dicit: tamen legitima & eius ſupplemento &c. Et idẽ tenet Sali. in authen. res quę. in princ. C. com. de leg. & Decius in conſi. clxxx. colum. j. Corneus conſi. ccxc. incip. ardua plurimum & ſatis dubia. volu. iij Et facit quod not. Bald. in authen. niſi rogati.
23 verſi quæro nũquid monaſteriũ. C. ad Trebel. † vbi dicit, quod executores deputata ad virgines maritandas, non debent dare illam dotẽ & quantitatem, quæ eſt ſolita dari virginibus intrantibus monaſterium. Et ſic vult quòd maior debet dari dos maritandis, quàm ingredientibus monaſterium. Tamen Ioã. Andr. in addi. Specu. ſuper rub. de ſtatu monac.
24 † dicit, quod ſi relinquuntur centum filiæ, ſi nupſerit: ſi verò religionem intrauerit, quinquaginta: q̃ nihilominus ſi intret religionem habebit centum: quia reiicitur illa conditio ſi nupſerit tanquam turpis, quæ eſt indirectè impeditiua vitæ contemplatiuę. Et idem tenet Matthęus de Mat. in ſuo notab. lij. Tamen Paul. de Caſt. in dicta auth. niſi rogati. ſequitur Bal. dicens ſe ita conſuluiſſe. Et idem dicit in l. Titio centum. §. j. ad fin. ff. de condit. & demonſtra. & in l. Deo nobis. poſt Bal. C. de epiſco. & cler. Sed Alber. de Roſa. in ſecunda parte ſtatu. quæſtio. ciiij. tenet opinio. Ioan. And. de quo vide plene Tho. Ferra. in cautela ix. vbi ponit nouum conſilium, vt monaſterium tãtam dotem petere poſſit. Et concludo
15 † in iſta quæſtio. dictam promiſſionem de renuntiãdo, eſſe nullam, & nullius effectus ac efficacię, vt tenet Franciſ. de Are. conſi. 148. & Paul. de Caſt. cõſi. 277. ad primum reſpondetur. ante fi. verſic. Et tertiò
26 vltra prædicta, volu. nono. † dicens conuentionem factam inter patrem filiæ, & eiuſdem filię maritum, de ipſa, poſtquam eandem ad domum ſuam duxerit, renuntiare faciendo hæreditati paternæ nullam eſſe, poſtquam prius non renuntiauerat, nec illam conuentionem ratificauerat. l. j. C. ſi in communi eademque cauſa. & l. inter ſtipulantem. in prin. ff. de verb. obliga. Nec nocet ipſi marito qui promiſit, l. ſtipulatio iſta. in prin. eo. tit. Et ita tandem fuit per areſtum ipſius excellę curiæ dictum, & pronunciatum dictam actricem habere debere ſuam legitimam, ſeu ſupplemẽtum illius cum fructibus, à tẽpore litis conteſtatæ, ſine expenſis propter promiſſionem de renũtiando. Et ego reportaui dictũ proceſſũ, licet aliqui ex dominis tenebãt contrariũ. Quod
27 q̃ idem areſtum fuit latum die xj. Octobris, anno M.D.XV. † Et videtur eidẽ actrici iniuſtitia facta in fructibus, quia fructus legitimæ, ſeu illius ſupplementi debebantur à die mortis vtriuſque patris & matris. vt in auth. nouiſſima. cum ibi not. per Doct. inſuper per Fabia. de Chioſis. C. de inofficio. teſta. & in l. Papinianus. §. vnde ſi quis. ff. e. tit. no. gl. in l. in fideicommiſſariã. in gl. j ad fi. ff. ad Trebel. & tenet Alex. in conſi. lxix. ver. ſuper ſecundo dubio. li. j. & in conſi. cxxvj. li. vij. & Pet. de Bellaper. & Cyn. in l. vnica. C. de inofficio. dot. & Ioan. And. in addi. Spec. tit. de pign. §. ſequitur videre. in verbo, ſi vſufructus. Corneus in conſi. cclxv. col. ij. in litera, d. vol. j. & Bald. in l. non eſt. L. famil. erciſcun. vbi concludit hoc eſſe verum, etiam ſi tales fructus fuiſſent ab hærede conſumpti bona fide poſſidente. & idẽ Bertrandus conſi. ccxlvij. nu. ij. vol. iij. & Franciſ. de Curte antiq. conſi. xxxix. verſi. ex prædictis infertur quid de fructibus.

SVMMÆ.

Miſſam dicẽs poſt ſumptum cibũ licet verè conſecret, committet tamen crimen depoſitione dignum. Euchariſtia licitè poteſt poſt alios cibos in neceſſitate ſumi, ſed non conſecrari.

Quæſtio IIII.

Tradita fuit mihi quæſtio domino meo, domino Caſtellano de Verai, vtrũ Papa Iulius, ac cæteri presbyteri poſſent poſt cœnam, antipaſtum & comeſtionem celebrare miſſam, & conficere ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum.

DECISIO IIII.

VIDETVR primo, q̃ ſic: quoniã poſt cibos & cœnam ſumptam dominus Ieſus hoc ſacrum inſtituit ſacramentum, vt Matthęi xxvij. Marci xiiij. & Io. xj. & Luc. xxij. c. ſacramẽta altaris. de conſecra. diſt. j. ibi, excepto vno die, &c. Quia debemus nos conformare Chriſto benedicto tanquam exemplari, quia omnis Chriſti actio eſt noſtra inſtructio. Tamen contrarium eſt verius & ſanctius d. c. ſacramenta altaris non niſi à ieiunis hominibus celebrantur, nullo etiam excepto die. vt c. liquido de conſecrat. diſt. ij. & c. nihil cõtra. §. nullius. vij. q. j. ad quæ iura derogatum eſt in hoc, per dictum c. ſacramenta altaris. Et etiam per contrariam conſuetudinem, ſecundum gl. & doc. in dictis jurib. q̃ text. in c. ex parte veſtra vbi gl. vlti. & Abb. Sicul. & Belenzi. in addi. de celebrat. miſſ. vbi nõ eſt licitũ ſacerdoti vinũ perfuſionis ſumere ſi aliã celebratus eſt miſſã, vt eſt in die natiuitatis Domini, in quo ttes celebrãtur miſſę: vel in neceſſitate, c. nocte ſancta. de cõſecr. diſt. j. & c. conſuluiſti. de celebrat. miſſ. & latè Io. de Turre cremata in d. c. ſacramenta altaris. vbi ad vtramque partem argumẽtatur, & in iſta reſidet: & in contrarium adductis reſpondet. Et hæc quæſtio fuit iterum determinata in cõcilio Conſtantien. vt in ſectione xx. ideo non eſt plus inſiſtendum. Ergo ieiuni debẽt conſecrare. Et ſic hic ſumitur ieiunũ pro priuatione cuiuſlibet alimenti, ſcilicet antequã quis ſumat cibũ vel potũ, licet poſtea ſit in eadẽ die pluries comeſturus, ſecũdũ Rich. de media villa in iij. di. viij. art. ij. q. ij. † quoniam ſi 1
presbyter celebrat poſt cibũ ſumptum ante dormitionem committit crimen depoſitionis à beneficio dignum, licet ſine dubio conſecret, c. ſi cõſtiterit. & ibi Abb. Sicu. & Io. de Ana. Frã. de Are. nu. iiij. & Feli. iij. non quia hoc repugnat inſtitutioni ſacramẽti, cũ fuerit, vt dictũ eſt, in Cœna inſtitutum. Et non obſtat quòd Dominus Ieſus poſtquã cœnauit, ipſe

ſacramentum inſtituit,& cœnatis diſcipulis tradidit: quia ad hoc reſpondet text.in d.c. liquido.ibi,namque ſaluator quo vehementius commendaret myſterij illius altitudinem: & etiam propter maiorem reuerentiam ſacramenti, & maiorem ſolennitatem ac ſobrietatem miniſtri. & ibi gl. in verbo namque, quæ dicit, quod hoc fecit dominus ad cõſummationem omnium ſacramentorum veteris teſtamenti, & agni paſchalis,quem ante manducauerat:& vt introduceret veritatẽ in inſtitutione ſancti ſacramenti. Quę ratio ſacerdotib.non conuenit,vt debeant poſt cœnam conficere.Et hæc ratio fuit etiam Rich. vbi ſuprà.q.j.& ipſum ſequitur Rober. de Licio in opere quadrageſimali,ſermone lxiij.c.j.in ij.dubio.Leonar.de Vti.in ſermo. de Cœna Domini. ver. quantum ad non ieiunos.vbi alleg.Aug.in libr. Reſponſionum ad Ianuarium,à quibus d.c.liquido,eſt extra
2 ctum.† Verum in neceſſitate imminente mortis periculo, poteſt hoc ſacramentum poſt alios cibos ſumi,tamen non cõſecrari,vt dictum eſt,& tenet Bertac.in trac.de epiſc.in ij.parte, lib. iiij. q.xlij. Et vbi conſecraret & conficeret poſt paſtum,verè conficeretur,vt voluit gl.in d.c. liquido. in verbo ſeruatur. & gl.in d.c.ex parte. in fine. & Boniſa. de Vitali. in clemen.j.§.tranſituru.nu.3.4.5.& 6. de reliquiis & veneratio.ſanct.& gl.in c.quod à patribus. in ver.ieiunio.lxxv.diſtinct.

SVMMÆ.

1 *Domini duo ſi ſint æquales pro indiuiſo,neuter ſine altero exercere poteſt iuriſdictionem.*

2 *Iuriſdictionem duo habentes in ſolidum quomodo ad concordiam cogantur.*

3 *Domini duo inæquales pro diuiſo quomodo iuriſdictionem exerceant,& alia.& nu.4.& 6.*

5 *Iuriſdictionem ſi duo habeãt inæqualiter pro indiuiſo,an qui maiorem partem habet ponat officiarios.& c.& nu.7.8.9.10.& 11.*

12 *Iudicum alternatiua quæ incommoda pariat. & nu. 13.& 14.*

15 *Iudex ſucceſſor an ab alio malè abſolutum proſequi poſſit.*

16 *Vulneratus tempore vnius iudicis,& mortuus tempore alterius, cui pariat emendam. & numer. 17.18.*

19 *Iudex tempore coarctatus,cui de iure partium nondum conſtat,quid agere debeat.*

20 *Arrendatoris vnius tempore ſi committatur maleficium,& tempore alterius feratur ſententia, cui detur emenda.& nu.22.& 23.*

21 *Inquiſita vnius tempore inchoata, & poſteà finita, cuius lucro cedant.*

24 *Pœna vnius tempore commiſſa,& alterius tempore indicata cui cedat.*

25 *Gabellatori qui fuit tempore contractus, an illi qui fuit tempore conditionis debeatur gabella.*

26 *Iudicem duobus dominis habere communem vtilius eſt,quàm ſeparatos.*

27 *Iudice negligente an expiret tempus in præiudicium domini.*

28 *Proceſſus ſuper eadem cauſa coram duobus dominis ſeparatim factus an valeat.*

Quæſtio V.

Quid,ſi duo ſunt domini poſſidẽtes iuriſdictionẽ certi caſtri pro indiuiſo,ſcilicet vnus ſeptẽ cum dimidia partes,& alter quatuor cum dimidia in totũ partes duodecim per Arreſtum eiſdem dominis adiudicatas. An is qui habet maiorẽ partẽ poſſit ſine altero minorem partẽ habente ponere Ballium & alios officiarios ad iuriſdictionẽ exercendam? Et qualiter alias inter eos diuidi debeat exercitiũ & lucrũ proueniens.

DECISIO V.

VIDETVR † quòd ſi omnes eſſent in 1
iuriſdictione, & imperio æquales, & omnes ætate maiores pro indiuiſo poſſidentes, quòd vnus ſine alio, & eo inuito, licet ad quemlibet inſolidum ſpectet iuriſdictio,ſecundũ Guil.de Cug.Bart. & omnes.in l.prima. ff. de offic. procon. non poſſit exercere per ſe, vel per alium iuriſdictionem, quia par in parem non habet imperium,l.nam magiſtratus.ff.de arb.& c.innotuit.de elec. † Tamen cõcor- 2
dari debẽt in exercitio,& vſu iuriſdictionis,l. huiuſmodi.§.ſi. ff.de leg.primo: & tenet Martinus Lauden.in tract.de priu.§.cccccxv. Et ſi concordari nõ poſſunt,compelli debent ad ſe concordandum. d.l. huiuſmodi. §.ſi.vel diuidendum vſum iuriſdictionis alternatiuus vicib.vel conſtituendum vnum iudicem communem, & eſt gl. in c.licet. xvj. q. iij. in verbo, conuenit.ad quã facit ſing. Lud.de Ro.in ſing.xlvij. incip.ſunt ſub Regina duo domini. & Ioan.de Cur. in conſ.xxv.col.ſi.& Ang.& Alex.in l.ij. §. ex his.ff. de verb.ob.& ibi per Iaſ.Alcia. & Mod. & Abb.Sicu.& Fel.in c.prudentiam.de offic.deleg. & Imb.in c.de re iud. † Si verò ſint diſpares, & inæquales pro 3
diuiſo: & tunc vnuſquiſque habet ſuos officiarios, quos conſtituere poteſt: & iſtud eſt clarum per ea quæ no.Fel.in rub.de maio. & obedien. in vj.fallen. & ſing. Alb. Brunus conſi. xciiij. in cauſa vertente ſub poteſtate dicti loci.col.j. & ſequen. & quod no. Bapti.de ſancto Blaſio conſi.xij. quod ponitur inter conſi. prædicti Bruni. col.v. verſi.ſupereſt quod videamus.& plenè Luc.in l.quicunque. C.de fund.limitroph.lib.xj. † Tamen ſecundum eum,is qui ma- 4
ior eſt imperio & iuriſdictione, imminente guerra & neceſſitate præponitur in adminiſtratione,& cuſtodia totius ciuitatis, vel caſtri: vt de vtroque caſu dixi latè in tract.de cuſto.clauium porta.ciuit. fo.xv. † Sin autem pro indiuiſo,vt in caſu noſtro: & vide- 5
tur quòd is qui habet maiorem partem,ponere officiarios debeat,vt l. ſancimus. §.ne autem communione inducta. & ibi Bald. verſi. ſi habeamus commune hoſpitium tu & ego. C. de dona. & l.ij. C.de meta.& ibi Lud. de Penna. verſi. primam eligendi. lib.xij.& not.Bar.Io.de Plat.& Lud.de Penna.in l.ij. C.de his qui ſe defer.lib.x.& l.ſuum. cum l.ſeq.ff.de pact.quia debet habere maiorem prærogatiuam: vt iurib.ſuprà alle. & præcipuè cùm dominus qui maiorem partem habebat, ſolitus, ac in poſſeſſione eſſet ponendi officiarios,etiam pendente proceſſu,licet emolumenta poſteà debeant inter ipſos ſecundum portiones diuidi: quia inquit Bart. in l.ſeruus communis.in princ.ff.de ſtipu.ſer.quando ſunt plures domini eiuſdem caſtri, vt vnus habeat maiorem partem in iuriſd. † quod emenda debet diuidi pro 6
rata iuriſdictionis, ita quod ille qui habet plus de iuriſdictione, habeat plus de pœna: & ipſum ſequitur Iaco.de ſanct.Geor.in tract.de Regalibus ſeu operibus.col.iij.in fi.verſi.ſed pone ſunt plures domini. † Videlicet an talis maiorem habens partem poſſit 7
emen . m & mulctam in præiudicium ſocij habentis minorem remittere vel donare. Abb. Sicu.conſi. vj.anchoan.In quæſtione quæ vertitur.col.iij.verſ.ex prædictis infero.vol.ij. tenet quod non, vt latius tr.eo infra quæſt.liij. incip. Sed aliud dubium erat ex eo quod princeps,&c.† Et reuertendo ad queſt.no- 8
ſtrã, prędictę opinionis do.Bernardus de Boria,& ego,

ſaltem

ſaltem quod ambo ſimul concordari debebant de communibus officiariis ponendis,per tex.in d.l.huiuſmodi. §. fi. prout poſtea reperi fuiſſe dictum per arreſtũ curiæ Tholoſanę inter dominũ Ant.de Morlhone tunc ibi præſidentem, & proprietarium caſtri Marini,& dominam vſufructuariam eiuſdem caſtri, quod ſimul crearent officiarios, & iuramentum cõſulum ſeu iuratorũ caſtri reciperent, vt recitat Benedi.in ſua repe.c.Raymutius.fo.cclxxviij.co.iiij.poſt prin.ver.ſemel tamen dictum fuit.de teſt. † Tamen 9
hoc non obſt.in caſu noſtro contrarium fuit dictum per arreſtũ curiæ noſtræ latũ in vigilia aſſumptionis beatę & perpetuę virginis Marię,Anno Domini M. D. XVII. die verò xiiij. Aug. me ibidẽ præſidente,inter nobilẽ Arnaldũ de Sanchemeus dominum de Iſſacp,actorem ex vna, & Guidonẽ de Rouſſinac dominũ de Couſaigez defenſorẽ ex alia partibus,videlicet quod partes prædictæ ponerent officiarios particulares ſecũdum portiones quas in iuriſdictione habebant, videlicet Rouſſinac pro ſuis ſeptẽ partibus cũ dimidia, pro ſeptem menſibus cũ dimidio, & deSanchemeus pro quatuor cũ dimidia partibus, 10
pro aliis quatuor cum dimidio menſibus.† Et idem prius fuerat per aliud areſtum dictum pro epiſcopo Xantho qui in ciuitate Xanctonarũ habebat iuriſdictionẽ à die feſti ſancti Viuiani vſque ad finẽ menſis Sentem.contra procuratorem Regium,prout latius in d.areſto continetur,lato die xviij.Septemb. anno 11
1512.† Et nouiter per aliud areſtum latum inter procuratorem Regis generalem, & dominum Alanum de Furo vicecomitem de Caſtillone, & dominam Franciſcam de Montepeſato coniuges, die xxvj.Martij,anno Domini M. D. XXXij. fuit dictum, Regem ponere ſuos officiarios pro duobus menſibus in loco ſanctæ Liberatæ,& pro aliis decem menſibus dictos coniuges. † Sed inconuenientia multa quæ ex 12
hac opi.& deci.oriri & ſequi poſſent,deduxi. primò propter iuſtitiã retardatã, quoniã finito tempore vnius condomini officiarij alteriusrecuperare nõ potuerunt acta & proceſſus tam ciuilium quã criminalium cauſarum non expeditos,nec terminatos,cum plerunq; cauſæ non poſſint finiri & terminari infra quatuor menſes cũ dimidio,vel ſeptẽ cum dimidio, vel alio minori tempore,l.proſperit.& ibi Bened.de Plumb.ff.qui & à quibus.vbi cauſæ non poſſunt expediri infra x.dicrũ ſpacium, cum not.in l. properandum.C.de iud.& c.venerabilis.extra de iud.& in auth.clericus.& ibi Iac.But.Bal. & Sal.C.de epiſc.& cler.&in auth.vnde ſumitur,vt clerici apud proprios epiſcopos.in fi.&.ibi Ang.& tex.cum gl.in l.qui iudicare debet.in fi.& ibi per doc.ff.de iuriſd. om.iud. & Bald.in l.ſi cum ipſe.ff.de excuſ.tut.cũ aliis per Alex.allegatis in conſ.xxxij.li.vj. & tex.in l.generali.& ibi Ang. C. de decur. lib. x. vbi eſt caſus quod infra tres menſes inſtantia eſt terminãda.& Alb.in prima parte ſtatu.q.lvj.& Paris de Puteo in ſindi. verb. iudex qui tenetur proceſſus expedire. & in verb.inſtãtia cum plurib.cap.ſeq. † Tum ſecundò propter ac- 13
celeratã iuſtitiã: quia officiarij vnius abbreuiabũt & accelerabunt infra tẽpus ſuum iuſtitiã, & expeditionem cauſarum, vt alterius officiarij nihil commodi & emolumenti percipiant.vnde Bar.in l.Seius & Augerius.ff.ad legem Falc.dicit iudicem ex officio peruenire poſſe ad ſententiam,ſi videt perite inſtãtiam, de quo per Alex.ibi col.pen.&in l.j.col.pe.C.vt quę deſunt aduoc.& Decius in ex. cõſultationibus.in pr. ver.& hoc exemplificari poteſt.de offi.dele.quę præcipitatio erit nouerca iuſtitię,cle.paſtoralis. §. verũ. de re. ind. & plura delicta remanebunt impunita: quod fieri non debet,l.ita vulneratus.§.quòd ſi quis abſurde.ad leg.Aquil.de quo per Iaſ.in §.curare. nu. 41.cum plurib.ſeq.de act.& Paridem de Puteo in d. c.iuxta prædicta.col.ij.in prin.ver.ex quibus infero. †Et aliquãdo ſi vnus bene & iuridice proceſſit,alius 14
malè & fauorabiliter, & fortè per inuidiã aut inimicitiam abſoluit cõdemnandũ, vel eum qui venit abſoluendus condemnabit, vel bonas cauſas terminabit,& modicas &breues relinquet aliquando ruinoſas.l.j.§.ſciendũ. ff. de magiſt. conuenien.& ibi Bal. no.illũ tex. cõtra officiales, qui maiorẽ partem proceſſuum reſeruant ſucceſſori,vt puniantur, quia non expedierunt proceſſus.& alibi non eſt ita bene ſecũdũ eum.† Et ſic incidet in illa q.quam dect.ponunt, 15
an ſucceſſor in officio & iudicatura,ſi velit reũ abſolutum proſequi,poſſit.de qua plenè per Paridem de Puteo in tract.ſind.in verb. pœna. §. iuxta prædicta. & etiam in illã q.† de vulnerato tempore vnius iudi- 16
cis,qui proceſsũ inchoauit, & poſtea eo mortuo vel finito tẽpore alter' qui proceſſum terminauit, quis eorum habeat emendã,& emolumentũ proueniens ex dicto maleficio? †Et videtur,quod neuter,vt vo- 17
luit Bald.in l.ſed & milites.§.planè.ff.de excu.tut.licet videatur quod ad eum qui cõdemnauit,per text. in l.vſufructu legato. & ibi Angel. ff. de vſufruct. & quemadmodum quis vtatur.de quo per Alb. de Roſa.in rub.de manumiſ.& in l.lege Fauia.eod.titul.& in l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infec.& Cyn.& Bald. & Mod.inſuper Iac.de ſanct. Geor. ver. vlti. formo vobis.& etiam ſecunda lect.nu.9.in l.fi.de iuriſ.om. iud.& Iaſ.in l.more.col.iij.verſ. vlt. inquantum iſte tex.co.tit.& Ioan.de Ana.in c.j.in fine.poſt. Petr.de Anch.ibi nu.7.ne prælati vices ſuas.& dixi in d.l.lege Fauia.in addi.ad Benedict. de Plumbino. Accedant not.per Alber.in tertia parte ſtatut. qu. xxvj.& q.xxxiij.cum ſequen.& Signo. de Hom.in conſil.cv. incip.eo tempore quo terra Leuci. & Io.de Imo. in l.diuortio.§.ſi vir.in fi.ff.ſol.mat. poſt Dyn. & Bald. ibi Alex.in eadem l.§.ſi fundum.& Ioan.Campezij. in tract.de dote.in ij.parte.q.xxxv.& Bal.in l.fi.C.de fruc.& lit.expen.& Ang.in l.ſi poſſeſſor. §.j.ff.de petit.hared.& Soci.conſ.lxx.num.10.vol.iij. † *Et co-* 18
nuenit concludunt quod ad primum iudicem, vel 19
firmarium. †Sed quid debet facere iudex qui arctatus eſt tempore, cui adhuc de iure partium nõ conſtabat?vide Alex.in l.ait prætor.§.ſi iudex.& in l.Põponius,aliàs incipit,ſi vni. ff.de re iudic. & Abb. Sicul.in c.pe.col.vlt.de iudi.& Paul.de Caſt.in l.quemadmodum.ff.de iud. †vbi ponunt etiam q.de Baro- 20
ne qui arrendauit caſtrum ſuum cum iuriſdictione, aliiſque iuribus & pertinentiis eiuſdem ad annum vſque quo pendente quidam commiſit maleficium in territorio dicti caſtri,pro quo delicto debuit puniri in centum libris:lite conteſtata & proceſſu pendente finitus eſt annus: & iterum ipſe Baro prædictum caſtrum alteri arrendauit, tempore cuius ſententia fuit lata, per quam fuit adiudicata prædicta centum librarũ ſumma.Cui eorum debet applicari: an primo arrendatori vel ſecundo? † Et etiam quid 21
de inquæſtis inchoatis nondum finitis. †Et concludunt Bal.Imo.Alex.& Iaſ.in d.l.fi.de iuriſd.om.iud. quòd primo,& non ſecundo firmario ſpectat condemnatio,per l.quæcunque actiones. ff.de act.& oblig.& l.is qui in putcum. §.ſi poſtea. ff. quod vi aut clam.& Mart.Laudenſ.in tract.de fiſco. §.xcij.commiſſa tempore diei vltimi.& Nicol. Milis in ſuo reperto.in ver.fructus iuriſd.qui alleg.tex.in l.ſi §.non ſolùm.in fi.ff.de his quæ in fraudem cred.qui ſecundũ eum melius facit,& Alex.in d.l.diuortio.§.ſi vir.

ff.ſolut.mat.& ipſum Bal.ſequitur Soc.in d.conſil.lxx.
23 nu.x.vol.ij.†licet Guido Pap.q.535. velit quod de-
beatur vltimo arrentatori,per tex.in l. qui explicandi. C. de accu.ibi, cuius hnis in iudicis poteſtate ac motu ſitus eſt: cum aliis per eum allega. & Alb.de Roſa in d.l.lege Fauia. & quæ ibi dixi in addi. Bene-
24 dict.de Plumbino.ff.de manumiſ. † Et quid ſi quis emit caſtrum & iuri.dictionē cum pacto de retro-uendendo,& ante reuenditionē aliquis deliquit, qui non fuit ad pœnam condemnatus, an facta reuenditione emptor ſit excluſus à petitione illius pœnæ? Vide Cagnolum in l.ij.nu.163. C.de pact.inter emp. & ven.vbi tenet,quòd non, per no.per Alex. in d.l.
25 diuortio.§.ſi fundum.col.vlt.ſol.mat.†Et quid de ga bella an ſolu debeat gabellatori tēpore contractus, an ei qui eſt tempore euenientis conditionis? vide Purpura.in l.ij.§.appellata.nu.33.ante ff.ff.ſi cert.pet.
26 & Soc.d.conſil. lxx.nu.10. vol.4. † Et ſic magis erat vtile conuenire in commune officiatores, & ſecundum eorum partes percipere emolumenta iuriſdictionis.Sed ipſas partes poſtea ſupra loca trāſeundo concordari & diuiſi iuriſdictionem inter eos, quoniam dicto de Sanchemeus adiudicari omnem iuriſd.erga prædictum locum de Iſſaco exiſtentem: & prædicto Rouſſinac totam iuriſdictionem ex parte & erga dictum locum de Couſargez: media Riperia Gruſa vocata partagium & diuiſionem iuriſdictio-
27 nis vnicuique facientes. † Sed hic cadit dubitatio, ſi talis iudex fuit negligens, an expiret tempus in præiudicium domini? Gloſi.tenet quòd non in d.l.properādum.§.ſin autem in medio triennij. in verb. repleatur. & ibi per omnes, & Alb. de Roſa.in d.l.di-
28 uortio.§.quòd in anno.ſolu.mat. †Sed quid de proceſſu ſuper vna eademque cauſa ſeparatim facto coram talib.dominis ſeparatam iuriſdictionem habētib.an valeat? Inn.in c.cum M.Ferrar. cōcludit quòd ſic,argu.l.is à quo.ff.de rei ven.niſi reus opponat exceptionem conuentionis petēdo remiſſionem fieri ad alium. Et cum ibi ſequuntur Bald. Alb. & Fel.ac Ripa.ſo.vlt.nu.190. Et ſi diuerſas tulerint ſententias, vide ibi Compo. Abb.de Ripa.num.200.

SVMMÆ.

1 *Delegatus à principe,vel ad vniuerſitatem cauſarum,ſi ſententiam nullā tulit, an denuo iudicet. & n.2.3.4.5.& arreſtum quod ſic. & n.6. & 7.*

8 *Delegatus à principe an poteſt ſubdelegare,ſaltem in uno articulo.& nu.9.10.*

Quæſtio VI.

Iudex delegatus à principe ſi ſententiam nullam protulerit,an poſſit iterum iudicare ſicut ordinarius, & talis iudex delegatus an poſſit ſubdelegare in tali cauſa criminali.

DECISIO VI.

1 IT videtur † quòd non,vt ſingulariter tenet Bal.in l.ſi vt proponis.in j. col.iij.ver.ſed hic dubitatur. C.quomodo & quando iud. & idem Io.Imo.in l.iudex poſteaquam. ff. de re iud.licet de Bal.nullā faciat mentionem: dicens hoc
2 non reperiri clarè expreſſum in iure. †Et quod licet dignitas delegati à principe ſit maior,c.ſane.de offi. deleg.non tamen ſecundum Bald. firmior, vt voluit Archid.in c.ſi quis epiſcopus. ij. q.vij. quia ordinarius nō poteſt ſe intromittere de eadem, c.ſtuduiſti.
3 de offi.deleg.†In contrarium videtur quòd poſſit iterum iudicare,vt voluit ſingulariter Ang.in d.l.iudex.in fi. quia æquiparatur ordinario. † Idē dicit in delegato 4
ad vniuerſitatem cauſarum:pro quo facit quod dicit Alex.in auth.ad hæc. C. de iud. quod eande poteſtatem habet delegatus à principe in illa cauſa,licet nō maiorem,quàm habent ordinarij in cauſis ſuis:ergo de eadē cauſa poteſt denuo ſicut ordinarius cognoſcere.†Quid dicēdum? Alex.in d.l.iudex. videtur ſe- 5
qui Ang.ponens caſus fallentiales,ſcilicet in delegato à principe, & in delegato ad vniuerſitatem cauſarum,ac in delegato ad vnam cauſam,qui contra formam mandati tulit ſententiam, quod poſſint denuo cognoſcere:dubitatuē tamen propter opin.Bald.& Io.de Imo.Et idem facit Fel.in c.qualiter, & quādo. in primo,col.xxiij.ver.Octauò fallit.de accuſ.& in c. in literis.col.j.ver.fallit ſecundò, de offic. deleg.vbi ponit vj.caſus fallen.in quibus iudex delegatus poſt ſententiam poteſt ſe intromittere.& Anſi.c.Dec.capel.Tholoſ.q.xxxviij.& Paul.de Caſt.in conſ.cij.incipi.viſo teſtamento Chriſtiani. vol.anti. & And.Bar. in c.cauſam matrimonij.col.vij.ver. Et ex hoc infert quod ſi Epiſcopus.de offic.deleg.† Et hęc opi.Ang. 6
videtur benignior: ſecundum quam fuit iudicatum per arreſtū venerabilis ſupremæ Burdegalenſis curiæ,me ibidem præſidente,& proceſſum domino de Circul referente & reportante.Anno domini M. D. XVII.prolatum die xvj. Decemb. inter magiſtrum Mauricium Regnault presbyterum homicidam, à ſeneſchallo Xanctonen. vel eius locum tenēte in loco ſancti Ioan.Angelicenſ. appellantem ex vna, & Comitiſſam de Taillebourg,Ioannē Bartenel.Ioannem de Lauiz,& Mariam Regnaulde,eis iūcto procuratore Regio ex altera partibus:per quod præfata curia appellatione annullata remiſit prædictas partes coram epiſcopo Xanctonenſ. vel eius auditore ſub rehabilitatione per iam dictū Regnault prætenſa.Cui Abbas de Tonnay Charāte iudex cum certis ſuis collegis per ipſum Regnault presbyterum à ſede apoſtolica impetratis(& qui nullā tulerat ſententiam)committeret,& ſubdelegaret vices ſuas, prout latius continetur in dicto arreſto.†Et ita etiam per- 7
aliud arreſtum in ipſa curia latum dictū fuit in cauſa erectionis & mutationis ſtatus,& ordinis monachalis eccl.cathedralis Tutelen.in ſtatum ſecularem die viceſima Febr.anno quo ſuprà.†Et ſic videtur iudi- 8
cem in cauſa criminali à principe delegatum poſſe ſubdelegare,vt tenet gl.quam ibi ſequuntur Bar.Bal. Ang.Pau.de Caſt.in l.vna.in verb.iudicandas.C.qui pro ſua iuriſd.iudi.dare po.vbi Guli. de Cug. dicit ſe de hac q.magnam habuiſſe altercationem cum domino Bertrando de monte Fauentio, facto propter eius ſcientiā Cardinali,de quo Cardinali & eius laudibus facit mentionem Alb.de Roſa. in l. diem functo.col.vlt.ver.hanc legem repetit in Montepeſſulano.ff.de offic.aſſeſſ.& ambi de eo dnn. & idem tenet Bar.poſt ipſum Guli.in ij.q.in l.j.ff.de offic. eius cui manda.eſt iuriſdict.& ibi Bald.Ang. Iaſ. col.xv.cum ſeq.vbi atteſtantur hanc eſſe communem, & pariter Rimin.in vj.vltimis col.& Purpura. fol.25. nu.611.& Iaſ.in l.à iudice.colum.iiij.verſic.iij. Cod.de iudi.& Guido Papæ deciſ. 624. dicens ſe vidiſſe ita ſeruari in parlamento Delphi.& idem in ſingula. cccxcviij. verſi.an delegatus à principe: & idem Card. & Io. de Ana.in c.archiepiſcopatu. de rapto. & Cor.conſil.xxx iij.colum. vltim.volum.j. & Alex. conſil.cvj. col.vij.verſi.non obſtat quinto. lib.ij. Io. de Imol.& Abb.in c.venerabili.per illum text.de offi.deleg.De quo vide Felin. in c.quod ſedes.colum.j. verſi.dum firmat hic Abb.de offic.ord. † *Et iſta eſt communis,* 9
licet

licet Pet.de Bell.pertica,& Cyn.in d.l.j.de offi.eius. & in d.l.vna.C.qui pro fua iurisd. vehint cõtrarium. & idem ibi Iaco.de Ra.Raynu.Oldra.Mar. Sili.Salt. & Fulg.idem Alb.Ludo.de Ro. & Alex.in d.l.j. vbi Alb.dicit glo.in d.l.vna. communiter reprobari, & iſtam eſſe communiorem, quia videtur induſtria perſonæ electa. Et idem Alex.in l.j.char.vlt.ff.de muſ.om.iud.Iaco.de Bell.in §.fi.adfin. per illum text. in authen.vt defuncti, ſeu tumera eorum. † Tamen credo vnum articulum poſſe ſubdelegare, vt alias concluſimus in cauſa habitantium Villæneuæ Agenien.in qua dominus Gotfredus Delarchaſſania per Regem commiſſus,ſubdelegauerat vnum articulum procedendi, & faciendi proceſſus contra abſentes contumaces tantùm, & non diffiniendi. † Sed non in totum poſſet,maximè in hoc regno, quando per dominum noſtrum Regem delegatur aliquis ex cõſiliariis magni ſui conſilij,vel alicuius ſuæ Curiæ ſupremę Parlamenti ad faciendum & cognoſcendum contra ſeditioſos alicuius ciuitatis, & hoc ſine ſcitu principis: quia electa eſt induſtria perſonæ, & hæc ratio ſola ſecundum Alex.in d.l.j.de offi.eius eſt ſufficiens a l ſuſtinendum hanc partem, & reſpondendum ad obiecta. Et ego expertus ſum in plurib.cõmiſſionib. nobis directis, tam in prouincia Prouinciæ, quàm in Agenen. ſenechalia, vt in tractatu de ſedit.& in plurib.his noſtris quæſt.de quo vide Tho. Gram.voto.iij.nu.38.cum duobus ſequentibus.

10 11

SVMMAE.

1 *Publicatis bonis filij non publicatur vſusfructus quẽ habet pater.*

2 *Publicatis bonis patris an publicetur vſusfructus quem habet in bonis filij.& nu.3.& 4.*

5 *Publicato vſusfructu quem habet pater in bonis filij, quis interim nutriet filium,& nu.7.& 8.*

6 *Filij ob crimen patris non priuantur bonis eis ante delatis.*

9 *Pater ſolum vſumfructum habens in bonis filiæ an teneatur eam dotare,ſi nemo eam cum nuda proprietate velit accipere.*

10 *Filio ſam.delinquente, nec proprietas,nec peculium aliquod publicatur.& nu.11.& 12. licet ſecus de caſtrenſi,ſecundum aliquos.& nu.14. & quid ſi pater adminiſtrationẽ ei conceſſit.& n.15. & 16.*

13 *Filio eſt interdicta omnis alienatio ſine patris conſenſu.*

17 *Pater occidens filium qua cautela ſeruet ſucceſſionem quæ ei obuenerat.*

Quæſtio VII.

Alia fuit orta quæſtio in ſuprema Burdegalæ curia, me præſidente, vtrum filio delinquente proprietas peculij aduentitij,in quo pater habet vſumfructum, poſſit ſaiſiri pendente proceſſu ac de iure publicari, & in præiudicium patris confiſcari? Et quid econtrà patre delinquente,& publicatis, aut alias ob delictum pro executione diſtractis bonis, in quibus habebat vſumfructum, perdat illum? Et quis teneatur nutrire filiũ, ſi pater nihil præter vſũfructũ habebat.

DECISIO VII.

1 BART. † in l.ſi poſtulauerit.§.iubet. ff.de adult. dicit primò per illum text. quòd publicatis bonis filij publicetur proprietas. † Et ſecundò quod patre delinquente,& eius bonis publicatis, quòd publicetur vſusfructus, quem habet pater in bonis filij. Et ibi in hoc vlt.idem tenet Ang.in l.eorum.ff.de dam.infec.& Bart. in l.iij. §.ſed verum. ff.de minor.refert ſe vidiſſe vſumfructũ publicare,per d.l.ſi poſtulauerit. §.iubet. verſi. ſed ſi vſusfructus.ff.de adult. Et in hanc opinionem etiam videtur tranſire in l. ſi quis in tantam. ff. l.iiij.verſi. quæro an habeat locum in iuribus incorporalib. C. vnde vi.& Maſuerius in ſua praxi,tit.de pœ.fo.xcvij. col.iij.ver.item ſi bona patris. & Iaſ. in §.actiones. num.65.Inſti.de act.† Sed Bald.in l.prima.C.de bonis quæ liber.tenet quod nõ publicatur vſusfructus. Et ita tenet Philip.Cor.conſi.ccviij.in fi.vol. † Pro quib. opin. concordandis Salic. in l. ſi quis poſthac. §. ſi quid etiam. in vlt.q. C. de bonis damno. diſtinguit, quòd aut publicatio bonorum fit ex cauſa, propter quam patria poteſtas deperditur: & tunc vſusfructus redit ad proprietatem, quia ceſſat cauſa propter quam patri concedatur patria poteſtas. & legitima adminiſtratio:& ſic intelligit opin. Bald. Aut patria poteſtas durat, & tunc publicatur vſusfructus.Et cum eo tranſit Alex. post Ludo.de Ro.in l. ſi finita.§.ſi de vectig.lib.col.xx.ver. item circa hæc. ff.de damno infect. Et iſta fuit diſtinctio Cyn.quem ſequitur ibi Bal. in l.ſixtinus.§.ſi pater.ff.de excuſatio.tuto. & ſic limitatur opin. Bart. & ſequacium. † Sed vide dubitari, ſi pater nihil aliud habebat quàm vſumfructum, quis interim nutriet filium adhuc patre viuente, & patria poteſtate durante, cùm fiſcus vel creditor ſuccedat in locum patris, l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus mod. pign. vel hypothe.ſoluitur. & l. ſi vt proponis.ff.de bonis dam. Et pater tenetur filio alimenta præſtare, vt l.ſi quis à liberis.de lib.agno.& Inſtitu.de iure natu.prin. ſaltem de illo vſufructu bonorum aduentitiorum. † Et ſignanter in crimine læſæ maieſtatis, quo priuatur omni ſucceſſione poſt aduenientem etiam delatã: ſed non dicit ſucceſſione ante crimen commiſſum delata, cum pœna.l.quiſquis. §. filij verò. C. ad legem Iul. maieſta. videatur non habere locum in filiis iam natis, ſed poſt delictum, vt ibi volunt Pet. Cyn. Ioan.Fab. & Ang.& idem Ang.in l.adoptiuum. §.patronum. verſi. in text. & verſi. ſecundum membrum.ff.de adopt.ſed Sali.contrarium in omnibus liberis & bonis patris. quod verius videtur per illum tex. in hæreditate filio ante commiſſum crimen delata, vt non confiſcetur, vt tenet etiam Ang.ibi, col.ij. ver. in tex. ibi, proximiorum hæreditate, &c. Sed ibi perdit patriam poteſtatem & vitam: ideo iſto caſu vſusfructus conſolidatur cum proprietate, & fiſcus occupat, nec tenetur alimentare: dum tex. in d.§. filij. dicit, vt his perpetua egeſtate ſordentibus. † Sed in caſu noſtro non,quia vſusfructus tranſit in creditorem, quandiu pater viuit:quare tenetur creditor vel fiſcus eo caſu alimentare filium, ne interim proprietas diſſipetur, l.ij. in fin. ff. de alimen. & ciba. lega. † Et ita in hoc caſu fuit dictum per arreſtum curiæ latum die xxiij. Iulij, anno Domini MDXXX. pro Gaucherio Alexandro mercatore villæ Peſtagoreæ,& Catherina Boucharda eius vxore in materia criidarum actoribus, contra Franciſcum du Boys, filium Rodulphi du Boys opponentem, † Sed quid de tali patre ſolum vſumfructum habente, an teneatur dotare filiam, quam nullus cum proprietate nuda vult accipere? Vide Andr. de Iſern. in ſua peregrina lect. tit.de adiut.exigend.pro fratris mili.num. 9. verſi. quid ergo ſi pater.fol.cxv. & tenet quod ſic,dum tamen de vſufructu relinquatur patri vnde ſe alat, & filios cæteros, quos frater & ſoror proprietarij tenerentur alere: vel dabit etiam in dotem filiæ proprietariæ illud ſaltem quod daret in ſua domo alendo eam,vt ibi vide.† Et quò ad primum,an pro-

2 5 6 9 10

proprietas filio delinquente publicetur, Bartolus tenet contrarium in dict. l. ſi nnita. §. ſi de vectigalibus. in vj. quæſt. ff. de damn. infect. cum quo tranſeunt ibi Ioan. de Imo. & Paul. de Caſtr. quòd non publicetur proprietas, remanente etiam patri vſufructu, ſicut nec profectitium, nec caſtrenſe peculium confiſcantur. † De profectitio alle. text. in dict.
11 l. iij. §. ſed vtrum. & ibi Barto. & Bald. ff. de minor. & Sabin. de Giocchis in repetit. authent. nouiſſima. quæſt. xxv. C. de inoff. teſt. Licet in dicto §. ſi de vectigalibus. videatur hoc limitare, de quo ibi per Alexand. & Moder. Et idem tenet Socin. conſi. cxxj. num. 20. lib. iiij. † Et de caſtrenſi peculio, quod non
12 publicetur, eſt textus in l. iij. & ibi Lud. Bolog. in primis interpre. C. de bo. dam. quod eſt fortius. refert gloſ. in l. j. ff. de bo. dam. & Decius in l. ex pœnalibus. ff. de reg. iur. & Alb. d. l. ſi poſtulauerit. §. iubet. colum. j. verſic. & prædicta faciunt: ergo multo minus aduentitium, vt vult gloſ. in d. l. iij. de bon. damn. & ibi plenè Sali. poſt Bald. Ioan. Fab. & Ang. & Io. Fab. in §. fin. inſtitu. de noxa. act. Et idem Bart. Socin. in reg. ccclvij. Licet quidam impreſſor, nomine Ben. dictus in epiſtola in iij. volu. conſi. edita, teſtetur domin. Socin. declaraſſe illas fallentias ab eo non eſſe factas, nec etiam profectò cuorum primorum volum. conſilia dediſſe imprimenda: ſed ſibi, prout etiam mihi, plura fuere ſubtracta. Et idem reuertendo tenet Bald. in l. iij. §. ſi filius. arg. illius text. & ibi Ial. quod quiſque iuris in alium. & Bald. conſi. clxxiij. incip. ſecundum ea quæ proponuntur. vol. ij. & in Lexecutorem. in princip. C. de execu. rei iud. Et
13 hæc concluſio probatur: † quia filio eſt interdicta omnis alienatio ſine patris conſenſu, vt l. cùm non ſolùm. §. filiis. C. de bo. quæ liber. ergo delinquendo non alienabit, ſed apud patrem manebit: ſicut quando filius hæreditatem repudiat. d. l. cùm non ſolùm, & aliis iuribus & rationibus per Bart. adductis. Et eum ſequitur Sali. in d. l. iij. de bon. damn. allegat bonum text. in l. cum ancillis. C. de inceſt. nupt. à contrario ſenſu: vbi dicit tex. quod omnia bona filij debent applicari ciuitati, ſi à patria poteſtate fuerit liberatus, & ſi non erat à patria poteſtate liberatus, nulla bona ciuitati applicantur. Et ſic dictio, nulla bona, quæ eſt negatiua, poſtpoſita ſigno vniuerſali æquipollet ſuo contradictorio, l. fin. circa med. C. de bon. quæ lib. Si igitur omnia bona filij excluduntur, ergo tã caſtrenſia, quàm aduentitia, vt l. ſi is qui. §. vtrũ. ff. de reb. dub. & idẽ Salic. in dicta l. ſi quis. verſi. ſi quid etiã. C. de bo. dam. & Ang. Aret. Inſt. quib. nõ eſt permiſſum facere teſtam. in prin. col. iij. & in tracta. ſuo maleſi. in gloſſ. eius bona publicamus. quæſtio. quid ſi filius, & in dict. §. actiones. & ibi Ial. nu.
61. verſic. tangit etiam circa hanc vltimam, & c. inſt.
14 de act. † Et idem tenet Ang. in l. ſi filius. ff. de damn. infect. ſcilicet quò ad peculium profectitium & aduentitium, non verò quò ad caſtrenſe peculium, quia ſecundum ipſum confiſcari & publicari poteſt, quia aliter filio condemnato nunquam aliquid publicaretur, vt ibi per ipſum: & idem Guid. Papæ videtur tenere, quod fiat executio in bonis filij, etiam patre opponente, niſi pater haberet vſumfructum in talibus bonis filij. Et ita ſeruat curia Delphin. ſecundum ipſum in quæſt. ccccxvj. & idem Flo. de ſanct. Petr. in l. alienationes, verſic. Item facit quod filiusfamil. ff. famil. erciſc. volens quod filius delinquendo poſſit alienare: quia iſta alienatio dicitur neceſſaria, vt not. gloſſ. in d. l. & ſi condemnatus. de noxali. act. Et de iſto dicto Flo. de ſanct. Pet. vide Bart. & Sali. vbi ſupra, & Bart. in l. ſi quis in tantum. colum. ij. verſic. quæro an dominus teneatur. C. vnde vi. qui tenet contrarium, dicens ſe ita de facto conſuluiſſe. & alibi ciui. Et licet d. dictum Ange. & Papæ habeat apparentiam, tamen non reſpondent ad textum in l. iij. de bon. damna. qui expreſſe dicit contrarium, quod caſtrenſe peculium non publicatur, vt dictum eſt. Et Alexand. ſequitur Bart. in dict. §. ſi de vectigalibus, colum. xv. verſic. Item in quantum Bart. in vj. quæſt. tenet in omnibus peculiis non habere locum confiſcationem, hoc latius proſequitur & idem Plat. in l. & ſi inſtrumenta. verſic. Item not. hic quod propter cauſam patris. C. de iure haſtæ fiſc. lib. x. & Ana. in cap. ij. verſic. extra gloſſ. de delic. pue. & Albe. in iij. parte ſtatu. quæſt. xj. & Franc. Luca. in tract. de priuile. fiſci. in ij. princ. quæſt. verſic. ſecundo quæritur cum ſeq. Zabarel. in clement. paſtoralis. de re iud. † Hoc verum eſt quod aduentitium 15
ſecundum Bart. & doct. non publicatur, niſi patre conſentiente: & conſentire videtur, vt inquit, ſi filio adminiſtrationem conceſſit, vt l. cùm oportet. §. ſin autem. C. de bonis quæ lib. & bon. text. in l. cùm filij. C. qui bonis cede. poſſ. ibi, quòd patre volente poſſidet, &c. Et idem Ial. in dict. §. actiones. verſic. dicebat. & Bald. nume. 13. de artic. & Socin. in dicta regula ccclviij. in 1. fallen. & Alexand. in dict. §. ſi de vectigalibus. verſic. item in quantum. Bart. & Maria. Socin. in cap. veniens. verſic. iſtud dicit Bald. de accuſ. † ſed Abb. Sicul. in conſi. 16
lxvj. lib. ij. tenet in hoc contrarium patre etiam conſentiente. Et tamen in aliis omnibus ſupradictis ſequitur Bart. volens etiam in fortioribus terminis, quòd ſi inter patrem & filium factum fuerit compromiſſum, & tandem per arbitros fuerit dictum quod de bonis in quibus pater habebat vſumfructum filius poſſet liberè diſponere, tamen ſi poſtea bona filij publicentur, quod talis ordinatio non habet nocere ipſi patri, ſicut nec econtra, vt voluit Angelus in dicta l. adoptiuum. §. patronum. verſic. dicam ergo. ff. de in ius vocand. quòd ſi pater renuntiauerit vſuifructui, & ſic filius totalem habuerit adminiſtrationem, & poſtea ipſius patris publicentur bona, quod filius non priuatur poſſeſſione vſusfructus: † dicens hoc re- 17
medium eſſe ſingulare ad ſaluandum ſucceſſionem, quando pater qui calore iracundiæ motus, occiderat filium habentem ſucceſſionem maternam, vnde ei non poterant ſuccedere ſimiliter filij eius, qui videntur ſecluſi à ſucceſſione, ne patri acquirant. Vnde alij attinentes ex latere materno petent hæreditatem ad ſe ſpectare. Conſuluit tamen quòd pater renuntiet vſuifructui, vt alij fratres obtinerent: quod fecerunt: dicens id ſe practicaſſe. quod reputat ſingulare Cæpol. in cautela bcx. incipien. propter delictum patris. An hoc ſit verum dixi infrà quæſtio. xxxij. inchoan. frater occidit fratrem. vbi vide: ſecus videtur ſecundum Socinum vbi ſuprà in ſecunda fallent. ſi pater in iudicio conſentiat filio agenti, & litiganti ſuper bonis aduentitiis: quia tunc poterit fieri executio ſuper illis in ſui præiudicium patris. Allegat Bald. in l. fin. col. ij. verſic. quæro quid de quaſi ideuſſore. C. de vſur. rei iudic. ſic tenere per gloſſ. in dict. l. ſi condemnatus. Et cum iſto dicto Bald. tranſit Ro. in dict. §. ſi de vectigalibus. de quo ibi per Alexan. colum. xvij. poſt medium. verſic. Item inquantum. Bar. & cum aliis infra allegatis, quæſt. cxxxiij. ex ordi. Et per ſupradicta videtur ſoluta alia q. col. col. vj. Et ſic clarè patet, quod nec proprietas peculij

tam † profectitij quàm adventitij & castrensis, nec vsufructus, publicatis bonis filij publicantur: & tenet Maria. Socin. in c. veniens. fo. xxij. col. ij. ante fi. versi. illud dicit Bal. de accul. Ergo in casu occurrenti minus potuit fieri fasimentum in dictis bonis, nec etiam generalis tenuta, secundum Bal. in d. l. iij. C. sed virū. Sed omnes domini tenuerant quod imo, me excepto, qui me fundabā in cōmuni & vera opinione quia nō constabat ipsum filium admirationem bonorum eorum habuisse. Tamen Curia æquitate mota ordinauit, ex quo agebatur de modico præiudicio, quod bona tam mobilia quam proprietas immobilium esset sasita & posita ad manum Regiam, sine illorum mobilium deplasiatione, ac trasportu seu translatione de quibus facta esset descriptio pro conservatione illorum quibus in futurum pertinerent, prout continetur in dicto arresto lato die x. mensis Martij. An. M.D.XVII. Et vide quæ dixi infrà quæst. lxj in c. pater cui per eius vxorem. & postea per aliud arestum latum die xxvij. mensis Iulij. Anno M.D.XXI. Proprietas fuit adiudicata post mortem patris habentis vsumfructum in bonis filij sui vocati, Militis de Luzinam.

SVMMÆ.

1 *Dominus loci non potest prætextu consuetudinis incarcerare ministrum Regis literas exequentem.*
2 *Aduocati non debēt iurisdictionem aliorum secundum Regem defendere.*
3 *Rex habet omnem iurisdictionem in regno suo.*
4 *Rex Galliæ non cognoscit superiorem.*
5 *Curia denotat superioritatem.*
6 *In parlamentis literis exequendis non debent Barones & alij domini eorum requiri, & num. 7.8.& 9.*

DECISIO VIII.

QVINTA Martij, anno Domini M.D.XVII. fuit latum arestum per me Præsidentem in plena audientia contra dominum de Alberto, qui incarcerare fecerat quendam seruientem regiam exequentem quasdam literas regias in loco de Castrogelesio sine insinuatione, & pareatis, appellā tem: per quod dictum fuit bene appellatum, & male processum, inhibendo eidē domino, & aliis dominis à cætero † prętextu cuiuscunque stili, aut cōsuetudinis in suis locis obseruatæ, non impedire seruientes literas regias exequentes, & quod placitatio seu litigatum per † aduocatum factū à registro deleretur, inhibentes etiam eidem aduocato, & aliis eiusdem Curiæ non facere tales à cætero postulationes, iuxta leg. moris est aduocationibus. ff. de pœnis. † Et curia fundauit se eo quod princeps dominus noster habebat iurisdictionem in toto regno suo, l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iact. & l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. Licet loquatur in Imperatore, idem habet locum in Christianissimo † domino Rege nostro, qui non recognoscit superiorem. cap. venerabilem. de elect. & Ioan. Fab. in prooem. Instit. §. j. cum aliis similib. per Ioan. Ignæum Regis in curia Rothomagens. Consiliarū in sua disput. an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem. adductis, & Per. de Lesuandire in suo tract. q. j. in fin. & alibi dixi. & idem Bertran. de Carpentareto consi. iiij. num. 13. vol. ij. & consi. cxcij. num. 14. li. iij. & Cardina. de Zabar. in cle. j. de iure nat. princ. ver. quartō oppono. Licet Alex. in ij lib. disputationum. c. xxij sententiat cōtrarium, olim: Gallos Romanis fuisse subditos. † Et pro hac parte allegant, quod citatio denotat superioritatem & subiectionem in citando, vt voluit gl. quam faciunt ibi sing. Abb. Sicul. & Fel. in c. cum causa. de offic. deleg. & quod in terminis tenebat Guido Papæ in decis. fois. q. cccxlvj. † volens Barones & baronetos nō debere requiri in exequēdis literis parlamēti. & ita dicit per curiā Delphinalē fuisse cōclusum. Pro qua facit text. in authē. vt nulli iudi. §. si vero quis. collat. ix. in verb. iubemus. & sic mentius non debet requirere, sed sine pareatis exequi. Et idem text. in c. authē. si vero cōmunis & ibi Salic. C. ad adul. & quod not. Bald. in Iprælesin. iij. ff. de offic. præfid. & Mascar. in sua pract. tit. de adhornamentis. fo. xij. col. ij. in prin. alleg. text. in l. omnes. §. verum apparitor. C. de Epis. & cler. Et sic fuit habet thyl. Præcip, vt in thyl. tit. de adhornamentis. vers. Item quid si per verba communia? Et hoc etiam per aliud arestum dictum fuit latum die xx. Decembr. Anno domini M.D.XIX. similiter per aliud arestum latum in fauorem magistri Ludo. Procuratoris procuratore regio secum adiuncto, contra magistrum Symonē Cabares procuratorem terræ & legum de Putolibus reum, die xxij. Ianuarij, anno Domini M.D.XXX. quamuis Iacob Rebuf. in l. pactus. C. de execu. & exac. li. xiij. velit per illum text. seruientem ad terram alicuius Baronis per præfatā causa executionis fiendā missum debere prius Baronē requirere, veleū iudicē, quàm exequi. pro quo dicit facere l. cōtra nostra. eo. tit. & quod no. in fumi. l. cum vnus. §. qui. ff. de bonis autho. iud. poss. & in §. si iudex. de pace tenen. & eius viola. Et si contra fecerit, esse puniendum tanquam vsurpantem iurisdictionem: per text. in d. l. j. de executo. cum aliis per ipsum alleg. & idem dicit ibi Ioan. de Plat. quod intellige de alio seruiente quàm regali, quia regalis non tenetur requirere, vt voluit Bald. in l. prohibitum. C. de iure fisc. & Ausr. quæst. Tholos. cccexxiij.

SVMMÆ.

1 *Sergentarij sine officiarij quàm variis nominibus in iure vocentur. & num. 2. 3.*
4 *Barones an possint ministros in eorum iurisdictione delinquentes punire.*
5 *Ordinarius potest delegatum principis in suo territorio delinquentem coercere.*
6 *Iudex minor potest punire officialem iudicis maioris, dum tamen hoc ei notum faciat.*
7 *Episcopi quando possint punire ministros suos laicos in officio delinquentes. & nu. 8.*
9 *Regij seruientes si delinquant in officio, debent remitti ad suos iudices: & quomodo contra ipsos procedatur, & num. 10. 11. 12.*
13 *Sergentarios suos quisque index potest punire.*
14 *Iudicis vnius ministro si in alterius territorio fiat iniuria, quis cognoscet. & num. 15.*
16 *Seruiens si extra officium delinquat, à quo puniendus sit.*

Quæstio IX.

Sed an Barones possint tam suos quàm regios seruientes in eorum territorio & iurisdictione delinquentes punire.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA MISCELLANEA

Digitized by Google

DECISIO IX.

1 IT † preſſuppono quòd iſti clientes,id eſt ſeruientes prout exponit gl.in l.non dubito.in verbo, clientes.ff. de captiuis. & Gul. Rouille infrà alleg. & eſt (vt ipſe ait)vulgare Gallorum, ſed imò ſergentarij vulgariter, appellãtur:quos ſic etiã ordinationes regię vocant, ſed ius communeCęſarianos,i.catholicanos appellat, vt dicit Spe.in tit.de cita.§.ſequitur.col.ij.verſi. cuique,per nuntium.allegãs text.in l.pen.§.fi.C. de bo.proſc.ad idẽ allego tex.in l.prohibitum.in fi. ibi,Cæſarianos,id eſt officiales.& in l. defenſionis fa
2 cultas.C.de in.fiſ.lib.x.† Sed & Io. And. in addi. ad Specul.in d.§. ſequitur, exponit catholicani, id eſt vniuerſaliter ſeruientes, allegans Azo. in ſum. Sed ibiAzo aliter capit ſecundum Rogerium ibi,prout etiamAccur.& Io.Fab.in l. pen. de primipilo li.xij. C Cuius tamen ſignificatio nec apud Nico.Perotti Cornucopiam, nec apud Calepinum inuenitur.
3 † Et alia ipſorum diuerſa nomina ponit Spe. vbi ſup.& gl.prag.ſanct.in procę.fo.vj.& Guli. Rouille in ſuo compendio iuſtitiæ, tit. de ſeruientib. col.j.
4 & ij. † Hoc præhabito circa hanc q. videtur quod ſic, vt tenet Petrus de Aurilaco in ſua praxi, tit. de condi.inſt.de act.§.quadrupli.col.j.& ij.fo.cxlij.quẽ ſequitur Gui.Pa.q.ccxxvj.& idem Cyn.in auth.qua in prouincia.col.vlt.ver.vLiuxta l,iſtam referens ibi
5 Pet.de Bellaper.C.vbi de crimi.agi oport.† volentem iudicem ordinarium poſſe coercere delegatũ principis in ſuo territorio delinquentem. De quo vide Aufrerium in d.q.ccccxxiij.& idem Guli. Rouille in d.ſuo compendio iuſtitiæ.c.ix q.vlt. Et pro hac parte videtur bon.tex.in l.ij. & ibi Lu. de Penna.C.de lucris aduo.lib.xij.& text.in §. quod ſi delinquentes.in auth.de mand. prin. Et ita tenet Bar. in l.officiales. C.de offi recto.prouinciæ.dicens no
6 tandum eſſe ex illa l.† iudicem minorem poſſe punire officialem iudicis maioris delinquentem in ſuo territorio,dum tamen hoc notum faciat maiori.Et idem Alb.de Roſa.in l.ſi quis fortè.§. ſi quos comitum.ff.de pœ.referens ſic fuiſſe de facto Bononiæ determinatum inter poteſtatem & capitaneũ. Nam capitaneus non poterat cognoſcere,nec punire de cauſa ſanguinis. Modo quidam de familia ſua commiſerat delictum in officio,propter quod pœna ſanguinis veniebat puniendus:ratione cuius poteſtas agebat cognitionem & punitionem ad eum ſpectare : Capitaneo in contrarium reluctante dictum officialem in officio delinquentem debere à ſe puniri,cum de ſua eſſet familia. Et pro ipſo capi-
7 taneo deciſum fuit.† Et idem in epiſcopo, vel eius officiali qui punire poterit officiarios laicos de delictis per ipſos in officio ſuo commiſſis,vt voluit Aufer.in repe.clem.j.de poteſtate eccl.ſuper laicus.fo. vl.verſi.xxv.epiſcopus.& idem Ioan.Andr.poſt Archid.in c. ſi epiſcopus.de off.ord.libro vj.Quamuis Anch.& Ant.de Butr.in cap. cum contingat. de foro compe. velint contrarium, per illum tex. Sed
8 † Barb.tenet primum,vt ibi vide per eum.nu.13.cũ quatuor ſeq. vbi multum diſputat an poſſet tam in ciuili,quàm criminali eſſe iudex eorum qui de familia ſua ſunt.Quod limitat pluribus modis,quem vi-
9 de nu. 38. † Et prædictam concluſionem intelligit veram Fab.in l.quod promulgatis.C.de off.præfec. vrb.niſi ſeruientes Regij delinquant in officio: quia tunc debent remitti ſuo iudici,l.de militibus.ff. de cuſto.reorum.& ſic, vt inquit,tenent curiæ Frãcię: & verum dicit.Et ita per ordinationem Caroli vij. in recollectis per Aufrerium tit.de ſen.& areſt. artic.viij.incip.Quia ſæpenumero diſpoſitum fuit.ac-
cedat l.ij.C.de ſporlu.† & ibi Io. Fab.& Bald.in fi. 10
dicit,ad ipſos puniendos eſſe ſine figura iudicij. & velo leuato procedendum.Et idem Paris de Puteo in tract.ſyndi.in verbo appellatio.ver.an ſtatria lata.poſt medium ibi, quæ opi. Bart. Quinimo ipſis ſergentariis abſentibus & non vocatis, videtur poſſe ad condemnationẽ procedi diffinitiuã,per tex.in l.ne diu.C.de pœnis.tamen illud non ſeruatur,quãtumcunque fuiſſet notorium:vnde requiritur quod ſemel citentur,l.ſi apparitor.C.de cohorta. lib. xij. Et ita Lu.de Pen.in l.ſi coloni.verſi.triplex.C.de agri.& cenſi.li.xj. † Et ſi non cõpareant, & ſint con- 11
tumaces, poterunt condemnari ſine aliis defectibus.Et ſic concluſum fuit contra magiſtrum Io. de Linars locum tenentem de Martello,qui condemnauerat quendam ſergentarium delinquentem nõ vocatum,quæ eſt limitatio ad d.l.ne diu. † Tamen 12
à tali punitione poterunt appellare, vt volunt Bar. Ang.& Paul.de Caſt.in l.nulli.C.quorum appel.nõ recip.qui ita illam l.intelligunt.quod ſequitur Paris de Puteo vbi ſupra.& Chaſſe.li.conſuet.Burgundorum tit.*des iuſtices.* §. vij. fol. lxxx. cum ſeqq. & in tit.*des aduens.*fol.ccclxxxvj.licet Aufr. in hoc velit contrarium in d repet.cle.j.de poteſtate eccl. ſuper laicis.ver.25.in fi.Et opi.Io.Fab.ſequutus ſum in §.
xv.in fi.de iuriſdi.om.iud.li.conſuet.Biturigũ.†Sed 13
ſuos ſergentarios quilibet bene poteſt punire: & in hoc trãſeunt doct.ſupra allegati,& Alb.in l.omnes. per illum tex. C.de offi. recto. prouinciæ. & in l. ſi quos.nu.3. C.de offi.præfect. præto. Orien. & ibi refert ſic vidiſſe de facto ſeruari. † Et idem dicen- 14
dum de iniuria & exceſſu eidem ſeruienti facto ſuũ exercenti officium: quia cognoſcit iudex cuius authoritate ſergentarius in iuriſdictione alterius iudicis iniuriatus fecit executionem, vt tenet Alb. de Roſa.in d.l.ſi quis fortè.§. ſi quos comitum. in vlt. q.de pœnis.& in l. vna.C. ne quis in ſua cauſa. † Et 15
ſic actiuè & paſſiuè,ſi in officio exercendo facti fuerint ſibi exceſſus, vel ipſe aliis fecerit, iudex regius cognoſcet cuius authoritate proceſſit.† Secus ſi a- 16
liter & extra officium delinquat, tunc iudex inferior in territorio cuius deliquit cognoſcet, & cum puniet,iurib.ſupra alleg.Et in vtrobique caſu tenet etiam Alb.in l.ſenatuſconſulto.nu.3.ff.de offi.præſi. & Alex.conſi.xiij.nu.10.Et ſic fuit per areſtum curiæ latum die xvj. menſis Iunij, Anno domini M. D.XXXVI.dictum contra vicecomitem Turoniæ: & per aliud areſtum latum in fauorem abbatiſſæ Xantoniæ ratione iuriſdictionis loci de Matenia die Menſis Anno Dominj,M.CLVII.

SVMMÆ.

1 *Ceſſionarius non poteſt incarcerare debitorem ſicut poterat creditor virtute inſtrumenti, niſi prius conſtet de ceſſione.*

2 *Hæres debitoris non poteſt incarcerari, niſi prius conſtet eſſe hæredem.*

3 *Hæres intra tempus conficiendi inuentarium non poteſt à creditoribus conueniri.*

4 *Hæres creditoris an capi faciat debitorem.*

5 *Hæres an antequam conſtituat creditorem in mora probare debeat ſe hæredem.*

Quæſtio X.

Ceſſionarius contra poſſeſſorem rei obligatæ & hypothecatæ fecit ſaiſire tem prædictam ſic hypothecatam: qui poſſeſſor appellauit,allegans non fuiſſe,nec eſſe hæredem debito-

debitoris,nec bona ab eo tenentem. Quæritur an poterit in vim obligationis, non prius diſcuſſo de ceſſione, & debitore non citato. Secundò an non excuſſo, ſi tamen poſſeſſor ſit hæres debitoris,poterit ad executionem procedere.

DECISIO X.

ET Bald.in l.per diuerſas. in x. quæ. C. manda. mouet iſtas duas quæſt. † Et primò quòd licet ex forma ſtatuti vel ſtyli, aut vigore inſtrumenti, ſeu ſigilli in eo appoſiti debitor, aut res eiuſdem ad inſtantiam creditoris poſſint capi,vel excommunicari,nulla præcedente monitione aut citatione,tamen hoc nunquam fieri poteſt ad inſtantiam ceſſionarij: quia prius de ipſa ceſſione debet debitore citato diſcuti. Et idem dicit fieri debere de hærede debitoris, an ſit hæres, antequam poſſit capi, vel bona quondam ipſius debitoris. Et † pro vtroque dicto allegat Inno. in cap.quia v.de iudi.& ſequitur con.cdiij. circa finem. & Alex. conſi.xcv.col.iiij.& conſi. 443. col.ij.lib.j. licet dicat contrarium conſi.xviij.verſi.Circa tertium dubium. lib.5. Sed primum tenet Ang.Aret.in §.fuerat.& cũ ibi ſequitur Iaſon.num.61. Inſtitu.de act. Veruntamen dicunt fieri poſſe executionem,ſi prius conſtet eſſe hæredem,vel ceſſionarium. & tenet Barba.conſil.xv.volum.j.aliàs non,vt dictum eſt.& idem tenuit Alciat.in l.ſtipulationum. §.ex his. num.xj. de verb. oblig.& Hippol.ſingul. xcvj. dicens ſe ita Bononiæ practicaſſe. Et idem Salyc.in d.l.per diuerſas.q.xiiij. & Ange.in l.poſtulante.ff.ad Trebel.& in l.ſi actio. C.ſi vnus ex plurib.hæred. creditor. & Bart.in l.creditores.C.de pign. Et ſic in vnum cõueniunt omnes ſupradicti doct. ceſſionarium agere non poſſe per executionem contra debitorem,nec creditorẽ contra hæredem debitoris, niſi prius cognito an ſit ceſſionarius verus, an hæres debitoris. & idem Bart. in d.l.poſtulante.& Rom.in Lalia.§.eleganter. ff.ſolut. matr.quia ſi vigore inſtrumenti debitor capi poſſit, tamen eius hæres non. & idem Bart. in l.ſi deceſſerit.quem ibi ſequitur Alexan.col.j.ff.qui ſatiſda.cog. Secus videtur ſecundum Franc.de Are. quem ſequitur Felin.in d.c.quia v.col.pen.verſi. dicit hic Inn.ſi debeat fieri executio contra tertium detentorem,vt in caſu præſenti,vt voluit Bart.in l.j.ff.ſi mulier ven. nomine.pro quo allego text. in cap. veniens. de teſti.de quo plenè per Feli. in d.cap. quia v.& ſingul. Barth. Socin. in reg. 145. & Ioan. Fab.in l.fin. C. de execut. rei iudi. Et ſic de ſtylo Franciæ ſeruatur, vt habetur in j.parte ſtyli,tit.de act.perſonali.verſic.Itẽ ſi mortuus ſit debitor,&c. Et ibi idem tenet Aufrer. & verſic.Item mortuo eo,&c. Et maximè vt voluit Bart.in l.ſcimus.§.donec. quem ſequuntur ibi doct. inſuper Iaſ. de iur. deliber. quando hæres eſt infra tempus conficiendi inuentarium, quod talis executio inſtrumentorum ex forma ſtatuti, non poteſt fieri contra talem hæredem: & tenet Bal. ibi.. & ſi præfatum.cod.l.quia † hæres à creditoribus hæreditariis infra illud tempus trium menſium ad inuentarium conficiendum datum conueniri non poteſt, d.§.donec.& Iaſ.in §.fuerat.num.61. Inſtit. de act.& latius infrà dicti queſt.xxxviij.incipien.inſuper in audientia. De quo vide Bald.in l.ait prætor.§.ſi quis.ff. de procur.aliter diſtinguentem,quem ſequitur Albe.Bru.in repert.ſtatutorum. in verbo, procurator. §.v. inchoan. ſtatutum Florentiæ, quia aut agit ex mandato directarum,& non tenet proceſſus: aut ex vi vtilium,& tenet: aut dubitatur, & tunc facienda eſt interpretatio pro agente,arg.l.ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. tamen de ſtylo curiarum tenetur ceſſionarius docere de ceſſione, ſi actione vtili etiam agat. Et ita fuit per arreſtum curiæ me ibi Præſidente dictum die xxvj.menſis April. Anno 1518. † Sed quid in hærede creditoris,an poſſit in vim obligationis procedere per executionem contra debitorem ? Et videtur quod non, niſi prius conſtito an ſit hæres creditoris, ſicut dictum eſt de hærede debitoris: quia debitor non eſt ſibi nominatim obligatus: ideo per actionem & non executionem procedere debuit,vt C. vt actio.ab hæredibus & contra hæredes.incip. & ibi per doctores: & pro hoc facit quod notat Abbas Siculus, & plenè Andr. Barb. & Feli.in cap. ex parte decanatus de reſcrip. & Bar. in lege, ſi quis inficiatus. ff. depoſiti. vbi volunt, † quod antequam hæres poſſit conſtituere debitorem in mora,requiritur quod probet ſe primo hęredem,& præcipuè in actu extraiudiciali, ſecundum Bald. in rub.C.depoſiti,quem Doct. ſuprà alleg. ſequuntur, & Anton Corſet.in ſing. procurator. & idem Soc.in conſi. xcvj. num. xj. volum. iiij. Sed contrarium eſt verius. Nam poterit procedere per executionem, cùm heres cenſeatur eadem perſona cum defuncto, vt in auth.de iureiur.à moriente præſtito.colla.v. & tenet Decius conſi.ccccxxxvj.num.j.& ij.Sed tamẽ poſt tenebitur docere, an ſit hæres vniuerſalis, vel particularis: alàs diceretur malè proceſſum, cùm nullum haberet ius in ipſo debito. Et idem Pau.de Caſt.conſi. xcj. inchoan. In cauſa appel.col.ij. verſi. venio nunc ad ſecundum dubium. vol. anti. Et ita fuit dictum per arreſtum die xxvj. menſis April. Anno quo ſupra latum.

SVMMAE.

1 *Citatio facta ad domicilium originis valet, licet conuentus aliud habeat domicilium ratione officij.*

2 *Magiſtratus maior non poteſt in loco ſui officij conuenire.*

3 *Domicilia duo quis habere poteſt.*

4 *Conſignato pecunia coram iudice loci valet,licet ibi non valeret citatio abſentis.*

Queſtio X I.

Quemadmodum ſyndici ciuitatum & locorum tenentur ante litem conteſta. vel poſt,docere de ſyndicatu: vt voluit Bar.conſi.cxxxv.incip. Deo Dauid. Ita rectores ſeu curatores agentes tenentur docere de titulo, de quo dixi infrà quæſt.ccexiij.incipien.Rector percens fructus.

DECISIO XI.

ROXIMIOR retrahere volens in fine anni adiornare fecit coram Seneſchallo Petragoricen. emptorem, qui erat primus Præſidens Pariſiis, in domicilio habitationis paternæ, & propriæ, & die aſſignata in contumaciam & defectum conſignauit certam ſummam: & ordinatum fuit iterum readiornari: & ante diei præfixæ aſſignationem compertum fuit dictum Præſidentem emptorem ab humanis deceſſiſſe: Quare ordinatum fuit hæredes adiornari ad certam diem, qui, ſeu eorum tutores comparuerunt, & terminũ ad deliberandum an eſſent hęredes captauerunt: nihilominus appellauerunt à dicto primo adiornamento ad domicilium facto, dicentes illud eſſe nullum, ex eo quod alibi habebat domicilium, videlicet Pariſiis,

vbi ratione officij,& non ad podium Guilelmi residebat.† Fuit conclusum quòd citatio fuerat bene de- 1
creta, ac ritè processum per ipsum iudicem: quia adiornamentum seu citatio potuit fieri ad domicilium originis: quia Senatores non mutant domicilium, licet ratione senatoriæ dignitatis videantur habere domicilium in vrbe, vbi tenentur ob dignitatem residere, l. senatores. & ibi doct. de senatorib. & l. interdum. §. senator. ff. de iudi. in l. ciues & in l. sequen. quæ incipit, senatores. & ibi Io. de Pla. & Lucas de Penn. C. de incolis. lib. x. & Bald. in l. obseruare. § proficisci. de offic. proconsul. & l. municeps. ff. ad municip. & gl. in l. assumptio. §. j. eod. tit.
& bon. text. in l. ij. C. vbi senator. vel clari. † Quoniam maior magistratus non posset conueniri in ea 2
ciuitate, in qua est magistratus, l. ij. ff. de in ius voc. tamen in alio loco domicilij sui, in quo non gerit magistratum, potest conueniri: vt tenet glos. j. quam faciunt ibi ling. Iac. de Arc. Cyn. Sal. & Alb. de Ro. in l. si præses. C. de epis. audi. & in l. senatusconsc. colu. vlt. vers. Secundo casu. ff. de offi. præsid. & Fel. in ca. legebatur. ver. regulariter. de maio. & obed. & Mart. Lauden. in tract. de offic. dominorum. §. lv. & ibi vide, qui magistratus possint conueniri durante officio: & plene per Alb. & Felin. in locis suprà allegat. Et Ias. post Bart. in l. de pupil. §. si quis ipsi prætori. col. v. versic. circa secundam quæst. Bart. ff. de noui ope. nuntia. † Et quia quis potest habere duo domi- 3
cilia, vt dicit iuri. & d. l. assumptio. §. iuris prudentib. & l. si quis instructus. alàs est §. in l. eius. & ibi Alb. de Rosa. ad munici. & gloss. & doct. in c. statutum. §. cùm verò etiam. de rescript. lib. vj. & in ca. j. versi. alienigenas. & glo. in d. l. ciues. C. de incolis. & Alex. consi. xxxij. ver. Et similiter dicit lib. v. Et vbi citatio fuisset nulla, tamen consignatio facta coram præside propriæ originis, erat sufficiens ad interrumpendũ cursum præscriptionis, & perpetuandum ad simile tempus, per text. in d. l. si præses. & text. & ibi docto. insuper Sali. in l. vt perfectius. C. de annali except. in c. placuit. §. hæc de præscriptionib. versi. is verò qui. xvj. q. iij. & c. sanctorum. de præscri. Et quod in terminis nostris redimendi infra tempus consuetudinarium rem emptam, vel venditam autoritate iustitiæ, sufficit talis citatio, tenet Guido Pap. in Decis. cccxv. col. v. versi. & quia supra visum est &c. de quo plenè per Fel. post Ioan. And. & Abb. Sicul. in cap. illud. de præscr. multa hic possent dici de citatione facta ad domicilium, sed vide quæ dixi in rep. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & in §. xix. de iurisdict. omn. iud. lib. consuet. Bituri. Et ita fuit per arrestum dictum latum die decimasexta mensis Martij, Anno Domini M.D. XVII.

SVMMAE.

1 *Filius an intra tempus retractus admittatur ad rem per patrem venditam retrahendam.*

2 *Filius minor an retrahere possit rem à patre venditam.*

3 *Retrahere non potest qui fuit proximus tempore venditionis, si alius supernascatur proximior.*

4 *Alienari res extra per familiam prohibita, si omnes alienationi consentiant, nascituri postea reuocabunt.*

Quæstio XII.

Et prædicta faciunt ad decisionem quæst. etiam retractus, an filius qui natus est in Hispania, ex parentib. tamen Francigenis, veniens ad ciuitatem Bajonen. moram trahere, in qua pater originem assumpserat, qui ante recessum, & natiuitatem filij prædicti vendiderat certum dominium, ad quod proximiores in vim eiusdem ciuitatis consuetudinis ad quadraginta & vnum annum vsque retrahendum admittuntur, retrahere possit?

DECISIO XII.

EX isto themate videntur duo oriri dubia. † Primum an filius 1
infra tempus prædictum xlj. anni admittatur ad rem per patrem alienatam retrahendam? Dico quòd sic, per text. in cap. constitutus. & ibi Henri. Bohic. col. j. & doct. de in integrum restit. & Geraldus Bagoilli in sua quæstio. de retract. quem refero & sequor in §. j. in glos. ij. in fin. & in glos. seq. in fin. de consuet. retract. Et dixi latius infra q. cxxxviij. incip. an filiusfamilias pubes aut infans. cum alijs ibi alleg. & in q. lxiij. inchoan. minor contumax. † Licet hanc 2
conclusionem Chassenæus voluerit intelligere in filio maiore, & non in minore infante, vt ipse tenet in lib. consue. Burg. tit. de retract. §. j. in verſ. *homme & femme*. nu. 7. versi. item quæro. de quæst. vbi dicit se consuluisse. Tamen illud consilium inter sua non reperitur, sed eiusdam alterius, qui tamen contra eum consuluit, vt patet cons. xxiij. nu. xij. cum seq. dicens ipsum Chassenæum vbi suprà prædictam facere differentiam de filio minore ad maiorem, ob nõnullas per ipsum ibi adductas persuasiones, quæ tamen (vt ait) nihil ad propositum faciunt, narrans eũdem Chass. inter loquendum tenuisse etiam minorẽ posse retrahere, licet, vt complaceret aliquib. in fauorem eorum contrarium consuluerit: quia postea cùm sua commentaria edidit, veritus fuit veriorem partem tenere, ne sibi ipsi contrarius reperiretur: quam tamen contrarietatem minimè in hoc passu euadere potuit. Nam licet, vt suprà dictum est, minorem esse incapacem iuris retractus fuerit nixus dicere, tamen in glo. quæ est in ver. *le plus prochain*. nu. xiij. & nu. xiiij. tit. de retract. dicit, quòd agnatione proximioris excluditur ille qui erat proximior tempore contractus initi, hoc est tempore venditionis factæ. Satis per hoc innuens infantem etiam in primo anno suæ natiuitatis esse talis iuris retractus capacem, & habilem, respondens talis Iurisconsultor, in prælleg. consi. xxij. ad iura per Chassenæũ adducta, vt ibi nu. iij. vsque ad nu. ix. Et fortè Chassenæus ausus non fuit in hac re eius dare consilium, quamuis alterius consi. supra allegatum, eius opinionem reprobans, inter sua consilia imprimi permiserit. Et sic secundum hanc partem fuit pluries per curiam nostram iudicatum, vt in d. q. cxxxviij. dixi.
† Quare quamuis quis sit tempore venditionis ma- 3
gis ad retrahendum proximus: tamen si venditori filius fuerit conceptus, & infra tempus ad retrahẽdum natus, & sic effectus proximior, vt in casu nostro, præfertur alteri ad retrahendum venienti, & cum filio concurrenti: vt tenuit Gerald. Bagoil. in dicta sua q. retractus, quẽ sequutus fui in §. ij. col. ij. versi. sed quid si vnus tempore venditionis. de consuet. retract. Licet Chassenæus eo. tit. §. j. in gl. *le plus prochain*. nu. xiiij. vers. sed manus est dubium, fol. ccclvj. voluerit cõtrarium, vt dictũ est. Pro quo facit, quod actio quæ non ab initio nata, oriri non potest. l. seruii & filij in prin. ff. de furt. & l. si tutoris. §. fi. ff. quod iussu. tamen ipse non facit differentiam, nisi quando tempore venditionis non erat conceptus, quia si tunc erat conceptus, non facit dubium. Sed in vtroque casu tene talem filium cõceptum, & infra tempus na-

pus natum esse semper talis iuris retractus capacem. Et ita fuit etiam conclusum in curia, Pro qua conclusione facit quod dicit Fulg. in l. quoties. C. de fideicom. quem ibi refert, & sequitur Philip. Corne. in ij. no. & Ias. in ij. limitatione. allegat Ioan. de Ana. in consil. xlvij. incho. Illud præsupponitur. & clarius ibi Lud. Bolo. in addit. in fi. ver. vlt. dicebam,
4 quòd † licet valeat alienatio rei prohibitæ extra familiam alienari, quando fuit de consensu illorum de familia facta, per illum text. tamen nati ex talibus consentientibus bene possunt reuocare. l. peto. §. fratre. vbi est textus cum glos. in verb. ex familia. ff. de le. ij. & ibi doc. & in l. ij cognatis. de rebus dub. & idem Gul. Benedict. in dicto ca. Raynu. fol. ccxcj. nume. xlix. cum aliis per nos alleg. in §. iij. colum. vj. in princip. de consuetu. retract. & etiam in additio. Et idem est dicendum in omnibus legatis & relictis sub conditione alicui cognationi, aut progenici & parentelæ: quòd intelligatur de omnibus futuris nascituris eiusdem cognationis, si reperiantur tempore conditionis existentis ad reuocandam alienationem admittentur, l. eum qui post. & ibi glos. & doc. ff. de cond. & demonst. & in l. interuenit. ff. de leg. præst. & ad hoc text. in l. si in personam. ibi, licet tempore quo fuerit datum, necdum te esse natum probetur. C. de fideicommissis.

SVMMÆ.

1 *Domicilia duo quis habere potest, alterum originis propriæ, alterum paternæ: sed non tria aut quatuor. & nume. 2.*
3 *Originis suæ domicilium nec per mille annorum absentiam quis mutare, nec illi renuntiare potest. & num. 5.*
4 *Adoptione non mutatur domicilium.*
5 *Domicilium paternæ originis non potest filius mutare.*
6 *Originem aui quis retinet, sed non proaui. & nume. 7. & 8.*
9 *Matris originem quando sequatur filius. & num. 10.*
11 *Romani olim nisi Romanam ducerent, non retinebant filios in potestate.*
12 *Naturalia mutari non possunt.*
13 *Filius in sua & paterna originis loco subit munera realia & personalia etiam in spiritualibus. & nume. 15.*
14 *Forum sortiri, & statutis ligari paria sunt.*
16 *Origo quotuplex probetur.*
17 *Filius natus extra regnum an censeatur alienigena.*
18 *Alienigenarum ius in Gallia.*
19 *Albena ius in quibus partibus Galliæ non seruetur.*
20 *Naturalitatis literarum ius. & num. 21.*
22 *Retract. ex statuto facere illi soli possunt qui succederent ab intest.*
23 *Testamentum factum in loco domicilij debet illius iure regulari, & non secundum locum originis.*
24 *Ciuium appellatione stricte qui veniant.*
25 *Statutum potest facere de ciue non ciuem, & de nobili non nobilem. & num. 26.*
27 *Rebellium filij quando censeantur ciues.*
28 *Maiores qui dicantur.*
29 *Parentes qui dicantur.*
30 *Galli filius in Hispania natus censetur Francigena. & nn. 31. & 32.*
33 *Retrahendi ab emptore iure acquiritur agnato etiam absenti.*
34 *Obligatio addita obligationi non facit deteriorem creditoris conditionem.*
35 *Originis cōmoda possunt præscribi, sed non origo ipsa.*
36 *Origo paterna cum domicilio filij præsertur originis filij.*
37 *Filius natus in captiuitate, si cum sola matre reuertatur, sequitur originem matris. & num. 38.*
39 *Natus in captiuitate seu peregrinatione cuius sit domicilij. & num. 40. & 42.*
41 *Hospitalis expositus alicuius loci, ciuis loci censeatur ciuis.*
42 *Statutum tribuens immunitatem nouis incolis, an eos comprehendat qui olim fuerunt ciues. & nume. 44.*
45 *Originis priuilegio non gaudet, qui ibi non subit onera.*
46 *Regnicola intelligitur, cuius pater aut auus in regno natus est.*
47 *Furti nouam actionem viri ex noua contractatione, limitatur, & nume. 48.*
49 *Ciuis non censetur, qui in ciuitate natus est ex rustico in districtu ciuitatis de gente.*
50 *Aurelianensium cautela in doctorandis filiis.*
51 *Ciuis non est qui transeundo natus est.*
52 *Ciuis intelligitur qui forte matre absente alibi natus est.*
53 *Natus in loco in quo non erat mater manifesta, an sit ciuis.*
54 *Decima animalium ob bella alieno loco parientium, cui loco debeantur.*
55 *Emere prohibitum non prohibetur redimere.*

Quæstio XIII.

Secundum dubium est, in quo maior videtur dubitatio, an filius in Hispania longè post discessum patris à regno Franciæ, expresse suæ propriæ originis renuntiantis, conceptus & natus, rediens ad domicilium originis paternæ, & suam contiguam sine spe migrandi ac fraude aliqua trahens moram, possit intra illud tempus xlj. annorum venire ad retractum, iuxta consuetudinem patriæ.

DECISIO XIII.

PRo cuius decisio. vltra in præcedenti qu. adducta, † quòd quis potest 1
habere domicilia originis propriæ & paternæ, iuribus in eadem allega. & Steph. Bertrand. consil. clvij. nu. 16. volum. iij. & consi. cl. in prin. e. volu. & Cor. consi. clxxvij. in litera, B. volum. iij. & Tho. Gramina. voto x. num. 14. † non tamen tria aut quatuor domicilia, 2
vt voluit Alber. de Rosa. in l. si quis instructus. post princip. ff. ad municip. sequendo Rosi. quod non videtur verum, vt infrà dicam, &c. Præsuppono † quòd filius suam propriam sequitur originem, 3
quam nec mutare, nec illi expresse, nec tacitè renuntiare potest, vt tenuit Rapha. Cuma. consil. clxxvij. colum. iij. versic. nouissimè probatur. per textum in l. assumptio. in princip. ibi, neque recusando quis patriam ex qua oriundus est &c. ff. ad municip. & ex origine propria neminem posse voluntate sua eximi manifestum est. & ibi Odofr. & scribentes. C. de municip. & origina. lib. x. l. priuilegio. C. de decurio. eodem lib. & Tho. Grammat. vbi suprà nume. 16. † Nec etiam per adoptionem, l. 4
ordine. §. fin. ad municip. & l. libertus. §. in adoptiuis. eodem titu. † Etiam si absens per mille staret 5
annos, semper suum retinet domicilium originis, vt singula. Bart. in l. quæsitum. in princip. per illum text. ff. de leg. iij. & per text. in l. Seiæ. §. Pamphilæ. ff. de fund. instr. & instr. le. & Maria. Socin. consil. xxxv. cap. iiij. versic. v. volum. j. Et dixi infrà quæst.

14 fidem de dote cū patre vxoris, per quē marito factæ ſunt promiſſiones de dote ſoluenda: ex quibus debet haberi pro ſoluta. §. venditæ quoque res. inſti. de rer. diui. & ibi fundi partem. ff. de contrahen. emp. & vend.
15 † Et iſta fuit ratio Bar. in d. conſ. cxxxiij. & aliorum in locis ſuprà alleg. quoniam maritus per curſum dici appoſitæ, fuit in mora petendi dotem: & ſic per eum ſtetit, quominus fuerit ſoluta. Ergo perinde debet haberi ac ſi fuiſſet ſoluta, vt eſt tex. in auth. vt exactio mittātur dotis prin. æ. §. fi. & notatur in d. auth. de non eligen. ſecundo nuben. §. pen. in gl. magna, vbi quando per aliquem ſtat quo minus ſolutio dotis fiat, quantum ad illa lucra habetur pro ſoluta, etiam vbi vera requireretur pro perfectione alias ſequeretur quod negligens & morioſus eſſet melioris conditionis quā diligens: quod eſſet contra tex. in l. non ſolū. ff. de noxa. l. ſeruus. ff. quod vi aut clam. & alios rationibus per Guid. Pap. vbi ſupra adductis, & tenet ſing. Alexand. conſ. lxiij. col. vlt. ver. nec obſtat. vol. iij. & Soc. conſi. xxxij. col. pe. ver. quibus ſuppoſitis, vſque ad fi. vol. iij.
16 † Sed vbi mulier in iuris promiſſiſſet dotem, & illa fuiſſet in mora ſoluendi, tunc non lucraretur donationem propter nuptias, per tex. in d. auth. de non eligen. ſecundò nuben. §. pen. & in l. pollicitationem. C. de don. ante nup. & tenet Guid. Pap. conſil. xix. & Cum. quem ibi ſequitur Soc. in dicta l. de diuiſione. col. ij. in pr. & idem Cuma. & Paul. in d. l. ſi marito. §. j. ſolut. mat. & alij in locis ſuprà alleg. Et hoc vt inter
17 eos ſeruetur æqualitas. † Sed in caſu noſtro mulier non promiſit, ſed eius pater, vt dictum eſt: & ſic non fuit in mora ſoluendi aut petendi. Pro hoc tex. & ibi Salic. in fin. in l. creditor. §. j. ff. mand. & Ioan. Fab. in
18 l. pro oneribus. C. de iure dot. † Sed dubium eſſet, ſi pater vxoris fuiſſet tunc ſoluendo, & poſtea effectus fuiſſet non ſoluendo, vel dos fuiſſet præſcripta, an eſſet imputanda talis culpa & negligentia marito & hæredibus ſuis. Et videtur quòd ſic, vt per Bart. Paul. de Caſtro & omnes in l. nupta. §. j. & in d. l. ſi marito. §. j. & in l. Lucius. fol. ma. & eſt bonus tex. in l. cum in fundo. §. j. & in l. ſi extraneus. & in l. promittendo. C. de iure do. & tenet Ioan. Campez. in d. tract. de dote. in ij. parte q. lxxvij. & Corn. conſ. cdv. in litera H, vol. ij. & Maſuer. in titul. de dote & matrimonio. fol. xxxviij. col. j. in fi. ver. Item ſi dos promiſſa. & in tit. de præſcriptionib. fo. lv. col. ij. verſi. Item eſt res dotalis. & idē Guid. Pap. vbi ſupra. & latius dixi infra q. cliij. inci. venio ad ſecundam q. vbi teneo contrarium, q
19 marito non ſit negligentia imputanda. † Sed in augmento dotis per ipſum maritū vxori dato, videtur ſecus: quia tūc nihil debetur, ſi nihil fuerit ſolutum. Et ſi pro parte fuerit dos ſoluta, pro rata debet habere de dotis augmento, vteſt caſus in d. auth. de non eligen. ſecundò nuben. §. pe. incip. illud quoque. Et ita Guid. Pap. in Deciſ. cclxxiij. in prælect. in d. §. illud quoque non dicatur, quòd habita fuerit fides de dote. Tamen hoc fenrit ibi gl. in verb. percipiat dum dicit, reſpondeo, ibi fuit parata dare. dicens tamen q hoc ie dicta auth. de non eligen. ſecundò nuben. §. ii. & auth ſed quæ nihil. extracta ex d. §. fin. C de pact. dotalib. & idem gl. dicit in auth. æqualitas, quam ibi ſequuntur Bal Sal. & Io. Fab. quæ poſt l. ex morte. ſuper qua ſi nt poſitæ † prædictæ authen. ſed quæ nihil. 20
& auth. æqualitas habetur, non ſeruantur de conſuet. licet de hoc dicto dubitet Steph. Bertran. conſil. cxx. vol. iij. ſi debeat de tali conſuetudine credi gl. tu dic quod ſic, vt videmus per experientiam: & de hoc plene vide Deciū conſ. cccccxl. nu. 8. cum pluribus ſequ. & per Modernos poſt Bar. in l. de quibus. ff. de legib.
Tamen hic fuit habita fides, vt dictum eſt. † Et idem 21
ſi pendente termino per ipſum maritum ad dotem ſoluendam dato, maritus interim deceſſat: quòd tūc vxor debet lucrari totā donationē propter nuptias, vel dotis augmentū, vt per Guid. Pap. Deciſ. cccccxx. & Maſuc. in d. tit. de dote & matrimonio. fol. xxxviij. col. ij. verſi Item fuit conuentum. † Volens autem gmen- 22
tum dotis incontinenti matrimonio ſoluto debere ſolui, etiā ſi dos non fuerit ſoluta in terminis in contractu contentis. Sed quid econtra, ſi pendente termino vxor deceſſat, an vir debeat lucrari dotē vel partē dotis, infra dictam ante finem. † Et aduertendū eſt, 23
quòd hæredes mariti non poſſunt deducere expēſas per virum in actione dotis factas, vt tenet Spec. in ti. de don. inter virum & vxo. §. fi. ver. illud etiam quæritur. & ibi Ioan. And. & Maſuer. in d. tit. de dote. fo. xxxviij. col. ij. verſ. item ſi mulier. & Præpoſitus Mediolanen. in c. fi. verſi. ſanè. nu. 2. de dona. inter virum & vxo. † Præterea maritus hic forte non intendebat 24
aliquid de dote taliter promiſſa petere, & illā poſſet remittere, vt tenet gl. quam faciunt ibi ſingula. Cyn. Bald. & Sal. in dicta l. ſi conſtante. in verbo, firma, C. de don. ante nup. & Ludo. de Roma. ſingu. 601. † vel 25
poſt mortem patris ſperabat exigere, vt integrā portionem eius vxori ex ſucceſſione patris debitam abſque dotis collatione haberet, vel non irritaret patrē ad alios liberos aduantagiandos, vel præferendos.
† Vnde in caſu noſtro videtur concludendum vxo- 26
rem lucrari debere dotem, ſeu donationem ante nuptias ac dotis augmentum, ſiue dos fuerit ſoluta (& in hoc non eſt dubium) ſiue non, ſed ſolum promiſſa, & ſic habita fides de ea ſoluenda, etiam abſque termini præfixione, aut cum temporis aſſignatione, prout plerunque in contractibus nobilium dotes magnas & amplas quotannis per portiunculas ſoluere promittentium, fieri ſolitum eſt. Et ita ſe habet conſuetudo, quæ videtur in hoc regno Franciæ generalis, quam etiam in Xanctonienſi Seneſchallia ſeruari vidi. † Quæ primò vult hominem & fœminam per 27
matrimoniū coniunctos & copulatos in bonis mobilibus & conquæſtibus conſtāte matrimonio factis eſſe communes. De qua faciunt mentionem Iacob. de Rau. & Cyn. in l. cunctos populos. col. pen. verſic. ipxta hoc quæritur. C. de ſum. trin. & Io. Fab. in auth. donatione. C. de ſecund. nup. pro qua videtur tex. in c. ſignificauit. de donatio. inter vir. & vxor. & in l. ſi reum. C. de re iudica. & Petr. Gerald. in ſuo ſing. xcix. cum aliis per nos alleg. in §. ij. de conſuetu. matr. lib. conſue. Bitu. & infra q. cciij. inchoan. Sed quid ſi mater quę donauit primo marito. Et de dicta cōſuetudine Fræciæ videtur facere mētionē Iulius Cæſar in cō mētariis ſuis, li. vj. de bello Gallico, fo. §. Viri, inquit, quātas pecunias ab vxorib. dotis nomine acceperūt, tāras ex ſuis bonis æſtimatione facta cū dotib. cōmunicāt: huius omnis pecunię cōiunctim ratio habetur,

fructúsque seruantur. vter eorum vita superarit, ad eum pars vtriusque cum fructibus superiorum temporum peruenit. † Vnde hodie in bonis mobilibus & cõquæstibus sunt communes nisi aliter sit actum in ipso contractu matrimonij: & istam dicit esse cõmunem opinionem Alexan. in dicta l. si donaturus. §. j. de condit. ob caus. quando cõsuetudó simpliciter loquitur, quòd coniunx superuiuens lucretur dotem vel donationem propter nuptias, quò i locum habeat in dote promissa, vt ibi per eum. † Tamen in hoc casu erit necesse, vt vxor habeat medietatẽ immobilium & acquisitorum factorũ constante matrimonio, quòd cedat hæredib. viri actionem pro tota dote promissa aduersus promissorem dotis, vel eius hæredes: quia nõ potest esse communis in bonis, & habere dotem præcipuam. † Sed eligendo vnum renũtiat alteri: ideo tenetur pro parte cedere actionem. † Et si nulla dos fuerit promissa, quod est lõgè plus, erit etiam communis, & habebit medietatem bonorum: imputandum est enim marito qui sine dote accepit vxorem. idem Paul. de Castro consi. cccccxij. alias cccclviij. incipien. præmittendum est ad euidentiam. vsque ad verſic. quo ad tertium. vol. j. † Secundò quòd vxor habeat doerium cõsuetudinarium, etiam si in contractu matrimonij de ipso doerio consuetudinario habendo & lucrando nihil dictum fuerit. Ergo à fortiori vbi de ipso doerio consuetudinario per ipsum vxorem lucrando: aut de maiori fuerit cõuentum, vt cõmuniter in casu matrimonij morte sine liberis soluti, fieri solitũ est, vt latè dixi in §. inj. & seq. de consuet. ma. lib. consuet. Bitur. Et sic consuetudo in istis duobus casibus ad bona mobilia & conquæstus constante matrimonio factos, & sic communes ad doerium consuetudin. lucrandum, nõ habet respectum ad solutionem vel promissionem dotis: sed solum ad coniunctionem & consummationem matrimonij: sed quo ad communitatẽ bonorum tenetur cedere, vt dictũ est, actionem pro media dote promissa aut super dictis acquisitis computare, & deducere illam partẽ mediam. † Tamen quò ad doerium magis de iure attẽditur coniunctio per verba de præsenti, quàm carnalis copulæ consummatio, l. cui fuerit. & ibi Socinus ff. de conditionibus & demonstr. & l. nuptias non concubitus. & ibi Decius. ff. de regulis iur. & idem Paul. de Cast. consi. cccxxv. alias cccxxv. exordien. Vtilis omnibus scripturis. vol. antiq. & in d. consi. cxxij. eodem vol. sequendò Bart. in l. nihil. ff. rerum annot. Et idem Matth. de Mathe. sing. lxxv. cum aliis per nos allegat. in §. iiij. in glos. j. col. iij. de consuet. iur. & stat. perso. & glos. prag. sanc. tit. de concubi. §. & cum omne. in ver. vxorem. volens prædictam consuetu. disponentem bona mobilia & conquest. inter virum & vxorem factos locum habere in sponsa de præsenti, vt plene dixi in dicto §. j. col. vj. in pr. de consuet. matri. tamen de consuet. à iure & doctoribus communiter approbata requiritur quòd ipsa fuerit ad domum viri tradicta, & ibi ipse vir cum ea cubuerit, aut etiam alibi, licet carnaliter non fuerit ab eo cognita, vt plenè per Decium consilio cclx. quod est amplum. & in dict. consil. liij. num. 7. prout plerique prima nocte ob ipsius benedictionis reuerentiam in virginitate permanent, c. sponsus & spõsa. xxiij. distin. & aliquando biduo vel triduo, vt in c. alter. xxx. q. v. vel forte ob naturæ frigiditatem cum vxore coire, & commisceri non possunt, c. quidam sponsauit vxorem, & dotauit eam, & cum ea coire non potuit, &c. xxvj. q. ij. & per totum tit. de frigi. & malefi. quia tunc illud statim lucrabitur doerium, vt ibi videtur tex. in c. si quis desponsata sibi & tradita. & in capit. sequen. eadem causa, & q & in d. l. mulierem. & in l. denique. cum l. sequen. ff. de ritu nupt. & idem tenet Soc. consilio cxxxij. volum. ij. & Bal. in l. non tantum. & ibi Ias. per illum textum. C. de leg. & dixi in d. §. iiij. in glo. j. col. vlt. versi. & aduerte, &c. & sic alias consului. & idem tenet Ias. in d. authen. præterea. col. vj. versi. quia respondeo. † Tamen secũdum eum, vbi consuetudo diceret maritum lucrari omni casu dotem, vel partem dotis, tunc siue data sit dos, siue promissa tantum, siue fit sequuta traductio ad domum, siue non, tunc lucratur dotem, quamuis cõsuetudo Bituricen. requirat consummationem copulæ, vt prohibita dicatur donatio inter virum & vxorem, vt dixi in dicto §. j. colum. vj. in prin. de consue. mat. † Licet in hoc casu quando non fuit introducta, nec alibi cum ea cubuit, nihil lucretur: & ita fuit dictum per arestum, vt ibi dixi. Vnde secundum Ioannem de Imo. in l. si socer. §. Lucius. col. iij. post medium. verli. & attende bene quia Azo. ff. sol. matr. in partibus Lombardiæ non attenditur traductio ad domum viri, quando vir post desponsationem conuersatur in domo vxoris: & habet secum ante traductionem copulam quia faciunt ibi festum nuptiarũ: quod nunquam (vt inquit) faciunt, nisi data integraliter dote. Et sæpe videmus viros traduci ad domum vxorum, sicut vxores ad domum virorum, vt dicit Baldus in l. cæterum. §. mulieri. ff. de vsu & habita. & alibi dixi. sed ex † quo concubuit cum ea, licet non fuerit cognita, tunc matrimonij consummatio probatur, d. l. mulierem. cum duabus ll. seq. de ritu nupt. quia non stetit per eum, Accedant no. in l. si tibi res proprias. & in l. cum veteru. C. de don. ante nuptias. & in d. l. non tantum. C. de legat. & idem tenet Bald. consi. lxxxviij. incip. Petrus & Martinus. vol. v. & Fel. in d. rub. de sponsa. col. iiij. versi. limita eam sing. quia habetur, vt inquit, pro coniuncta & copulata, argu. l. pen. ff. de testam. mil. & Sal. in l. cum te. in fi. per illũ text. C. de dona. ante nupt. pro quo allego tex. celebrem in l. cum hic status. §. si quis sponsam. ff. de dona inter vir. & vxorem. Licet Abb. Sicul. in consil. j. vol. j. teneat contrarium, & Decius consi. lxvij. & Cornel. consi. ccxlviij. vol. ij. † Limita prælictam conclusionem esse veram in sponsa de præsenti tradicta ad domum viri decedente post annos nubiles: secus si ante decesserit, vt est text. quem facit Bal. singul. in l. pen. §. final. ff. quod falso tuto. author. dicens lucrum dotis ex pacto vel statuto locum non habere in spõsa ante nubiles annos decedente: quamuis de edat in domo viri sponsa, & supportauerit onera matrimonij. Et hoc etiam habet locũ non solũ in lucro proprietatis, sed profecto in lucro fructuũ. Quod est notatu dignũ, & dicit illã l. didicisse à domino Bar. idem tenet ibi Lud. Bolog. in primis interpreta. Sed quid de iure canonico in sponsa viripotente ad copulam ad domum viri ducta, non tamen cognita, licet nixus copulæ intervenerit remitto ad dict. consi. nostrum, vbi plene dixi. Sed in casu isto circa hoc non est insistendum, cum fuerit consummatum matrimonium, & in domo mariti longo simul steterint tempore. Quare debet lucrari, vt voluit Baldus cõsilio cxxxiij. inchoan. factum dignoscitur. volum. ij. & Ioan. Campez. in dict. tractat. de dote. parte v. q. xiij. † Et capin. Docto. dicentium appellatione vxoris sponsam de præsenti contineri, intelligitur in fauorabilibus, & non in odiosis, vt dicit Bald. in dicto consilio cclxxxiij. vol. j. & lxxxiij. vol. j. & Albe. de Rosa. in l. solet. ff. de his qui no. int. Nam odiosum valde profectò esset, vt tales sponsi de præsenti lucrarentur dotem, ac donationẽ propter nuptias, seu doerium cõuentum,

nentum, aut consiveri linarium, & perentes ac proximi, & ipsorum desponsatorum consanguinei prouarentur illis; vt dicit texan. d.l.si donaturus. in princ. cum not. in l. quod Seruius. cod. tit. de condi. ob causam. nisi sponsa de præsenti fuerit ad domum viri traducta, vel alibi ipse cum ea cubuerit, licet nō fuerit per eam cognita: quia tunc censetur vxor vt vsque ad finem tenet Abb. Siculus. amplè consil. lxxx. volum. & Anton. Rubeus consil. xix. incipien. stante statuto. Huic autem conclusioni. secundum Bald. consil. cclxxj. incipi. consuetudo valuata pacto est, volum. ij. quod vir † etiam lucretur dotem, vel partem illius, si per mulierem steterit, vt quia potiùs voluit ingredi monasterium, quàm consummari matrimonium: quod potest facere, l. Deo nobis. C. de epis. & cleri. cap. committimus. de spon. & cap. ex parte. de conuer. coniu. vel etiam si alia occasione noluit adhærere viro, sine tamen culpa viri: quia si per virum, vel eius culpam steterit, tunc lucrari non debet, argu. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Accedat dicta l. cum veterum. † Sed quid si vxor intra terminos solutionis dotis præfixos decesserit: quia non tenebatur dotem dare, nisi post quinquennium: an maritus debeat lucrari in vim statuti partem dotis sic promissæ? dic quod non, vt tenet singulariter Ang. consil. clvij. incipien. Quod si aliquod matrimonium. Et ipsum sequitur Iaf. in dicta l. si donaturus. num. col. vltim. vertic. item adde quod consuluit Ang. † Sed econtra in vxore secus, quod lucratur, si maritus decedat pendente termino, donationem propter nuptias, vt suprà dictum est. Sed contra istud videtur ratio in contrarium, cùm vir & vxor correlatiuè se habeant, & quòd in vno correlatiuorum constituitur, idem in reliquo statuendum est. l. j. C. de cuprest. lib. xj. Tum quia æqualitas in dote & donatione propter nuptias non seruaretur: quod est contra authen. æqualitas. C. de pact. conuen. Sed ad hoc respondet glos. ibi, quòd illa authen. hodie de consuetu. non seruatur, vt suprà dictum est. Et ita à tribus annis citra fuit dictum per arrestum Parisiis latum pro nobili Ioanne de l'Estang, contra quendam nobilem etiam virum Sathanac de Maduno super Ituram in Bituriam, & super illis quæstionib. fuimus electi quatuor amicabiles compositores, & arbitratores, de licentia tamen curiæ: scilicet domini de Haulcourt, de Belcier, & de Benquet in eadem Curia consiliarij, & nunc Præsidentes, & nos, inter nobilem Catharinam Chaussim, derelictam defuncti magistri Nicolai Valee actricem, & magistrum Briandum Valee Regium eiusdem curiæ consiliarum reum. Et ita vt suprà concluximus. Sed partes concordare non potuimus, & tempus interim arbitrij lapsum fuit: & postea per appellationem à Senescallo Aquitaniæ in istam processus deuolutus, & tandem per curiam terminatus, & vt suprà conclusus, nemine discrepante, & me ibi existente. Et latum arrestum die xiij. Augusti, Anno Domini M.D.XXXIIII. Et pariter fuit conclusum in alia causa domicellæ Isabellæ de sancta Mora actricis, contra nobilem virum Ioannem de Rupe dominum de Soubranreum. Et latum arrestum xij. Iulij, Anno Domini M.D.XXXV.

S V M M Æ.

1 *Vir & vxor si simul vendentes an præsumantur æqualiter pecunia potiri. & num. 2 & 6.*

3 *Marito emente prose, & vxore, & heredib. vxoris nō succedet in medietate, nisi soluta medietate pretij, aut nisi ex pacto & de consuetudine sit vxor particeps omnium bonorum. & num. 4.*

5 *Mulier sine viri consensu rem stabilem alienans, nihil ab heredibus mariti petere potest.*

7 *Mulierem se cum viro obligare cuius sit effectus. & num. 8. & 9.*

10 *Pater & filius si simul vendant, an pro medietate censeantur pecuniam accepisse.*

11 *Matre & filio simul vendentibus, ad quem censeatur deuenisse pretium. & num. 12.*

13 *Vendens rem alienam si domino succedat, an reuocet & num. 14. 15. & 16.*

17 *Venditoris rei alienæ si dominus ipse succedat, an reuocet.*

18 *Vir si vendat rem vxoris, aut econtrà, sibi inuicem succedant, non possunt repetere.*

19 *Patre vendente rem filij non potest filius ei succedens reuocare, idem de auo, & num. 20.*

21 *Matre vendente rem filij aut econtrà, si ei succedat, non reuocat.*

22 *Inutiliter dicto, quid deneget.*

23 *Pretium distinctis vic.*

24 *Verbum quadus, in instrumento appositum censeri debet vt aliquid operetur.*

25 *Fidexssor furiosi ante vtili obligatus tenetur. & n. 51.*

26 *Fidexssor succedēs debitori tenetur tanqua hæres.*

27 *Potest, verbum, in futurum extenditur.*

28 *Pactum de retrouendendo censetur pars pretij.*

29 *Contractus potest rem vti defensionibus.*

30 *Contractus ea quando non excludit petitionem.*

31 *Instrumenti quas qualitates seruare debeat, qui ex eo agit.*

32 *Consignare quis debet, vt non incidat in pœnam, vel vt consequatur actionem.*

33 *Consignasse non videtur qui pecuniam reassumit.*

34 *Pactum de fructibus lucrandis non est contra ius.*

35 *Curator datur furioso à lege, prodigo à iudice.*

36 *Administratio an sit à lege interdicta tam prodigo, quàm furioso, & nu. 37.*

38 *Prodigus quis censeatur.*

39 *Curator furiosi ipso iure desinit cum ad sanam mentem redierit. nume. 40.*

41 *Furoris probatio est difficilis.*

42 *Furiosus, fatuus, demens, mente captus, & stultus idem in iure sunt, licet aliquando differant, & nume. 43.*

44 *Testes singulares non probant in specie, sed bene in genere.*

45 *Testibus duobus in specie deponentibus plus creditur, quàm mille in genere.*

46 *Ad meretricē probandū sufficiunt testes singulares.*

47 *Furiosi quare nullus actus valeat, etiam rectè factus, etiam ad pias causas, etiam cum iuramento. & num. 48. 49. & 50. 51. nisi vt, num. 53. 54. 55. 57. 58. & 61.*

52 *Emēs à male gerēte negotia sua, quādo securè emat.*

57 *Minor non restituitur ex contractu bene gesto.*

59 *Fatui Parisiensis decisio item Mediolanensis. 60.*

62 *Furiosi contractus an censeatur tempore dilucidi interualli factus.*

63 *Obligatio magna sine causa præsumitur in futura facta.*

64 *Donatio magna sine causa præsumitur furiosa.*

65 *Testatorum fatua voluntates quando non implendæ. & num. 66.*

67 *Furorem aut fanam mentem quis probet.*

68 *Furiosus nec de iure ciuili, nec de iure canonico potest matrimonium contrahere, nec religionem intrare. & num. 69.*

70 *Furiosus non censetur qui à parentibus & aliis, officia & administrationes committas exercet:*

71 *Prodigo cui fuerat bonis interdictum, ad regimen curatis postea accito, an censeatur interdicto sublata.*

72 *Furoris & sanæ mentis datis probationibus aduersis, præferur sana mens.*

73 *Testatorem mente sanum si notarius in testamento scribat, aut contrà, an per hoc probat. & nu. 74.*

75 *Furioso sunt quæda possibilia, aliqui impossibilia.*

76 *Cupido quare depingitur puer alatus, & cum sagitta.*

77 *Adulterium uxoris est grauius quàm homicidium filij.*

78 *Testamentum non vitiatur per furorem superuenientem.*

79 *Curatoris datio non prohibet testamenti factionem.*

80 *Furiosus est censendus quem pater ita reputauit.*

81 *Pater potest filio prodigo administrationẽ denegare.*

82 *Prodigus potest exhæredari.*

83 *Testes de furore & sana mente contraria deponentes, quomodo concordentur.*

84 *Testamentum habentis dilucida intervalla, quãdo tempore furoris, vel sanæ mentis censeatur factum. & num. 85.*

86 *Furiosus semel an semper talis præsumatur, & quomodo illa præsumptio tollatur. & nu. 87. & 88.*

89 *Furoris vicino tempore actus factus non concludit nullitatem. & num. 90. 91. & 92.*

93 *Testibus duobus de sana mente deponentibus plus creditur, quàm mille de insania. & nu. 87.*

94 *Affirmatiua & negatiua non differunt, quando per eadem media probantur.*

95 *Testibus deponentibus consona iuris communis plus creditur.*

96 *Testes deponentes testatorem tempore testamenti fuisse insanum, non concludunt.*

98 *Curatoris datio ante acta non irritat.*

99 *Curatorem dare ei, cui est à lege datus, non oportet.*

100 *Mater non potest esse nutrix sine bonorum suorum obligatione.*

101 *Inuentarij omissio an vitet datione curatoris.*

102 *Episcopi præsentia non est hodie in curatoris datione necessaria.*

103 *Furoris exceptio non impedit missionem agenti possessorio adipiscendæ.*

Quæstio XXIII.

Motus fuit in curia suprema Burdegal. processus inter dominum Antonium de Grosoles militem, & Beatricem de Nolhan, dominam de Buzeto eius coniugem, subrogatos in locum Ioannis & Arnaldi de sancto Chemaus, etiam subrogatorum in locum Helenæ de Sclamar domicellæ originalis, seu primæ actricis mediãte cessione Odeti de Nolhan facta eisdem in materia tetractus tam conuentionalis, quàm nullitatis ex furore Caroli de Nolhan nlij Helenæ prædictę procedentis actores ex vna: Et nobilem virum Lodouicum de Latreum ex alia partibus. An quoniam mater prædicta, quæ simul cum prædicto Carolo filio suo vendiderat Castrum de Biraco eidem filio spectans & pertinens, cum pacto tamen de retrouendendo cuilibet ipsorum concesso: tandem per tam dictum filium post eidem reo mediante summa trecentorum scutorum vendito & remisso, ipsa mater illud ratificauerat, & approbauerat, in quantum ipsam tangere poterat, cum iuramento & promissione euictionis, hæres filij in solidum postea existens possit agere. Et quo quidem processu ortæ fuerunt plures quæstiones. Prima quando duo vti vir & vxor, dant rem vxoris, vt ipsa sola, an pretium præsumatur ad vtrumque pro media peruenisse: ita quod soluto matrimonio possit vxor, vel eius hæredes ad eam vel totum pretium agere. Secunda quæst. quid quando venditur res mariti, quæ erat pro dote vxoris tantùm hypothecæ affecta. Tertia, quid in patre vel matre, filio aut filia vendentibus rem filij, vel econtra, rem patris aut matris. Quarta, si vir succedat vxori, vel econtra: an filius patri vel matri, vel econtra possit recuperare rem etiam feudalem. Quinta quæstio est, an contractus venditionis prædictæ, si prius vel post alij contractus testamentum, & cætera negotia per ipsum Carolum tanquam furiosum facta, si tamen bene gesta reperiantur, ac ordinata valeant. Sexta, ex quibus probetur furiosus, vel sanæ mentis, ita quod data paritate probationis vtriusque, quis obtinere debeat.

DECISIO XXIII.

QUOT † ad primam quæst. videtur, quòd quando aliqui simul vendunt rem aliquã, quæ est vnius ipsorum tantùm, & omnes pretium recipiunt, quod pro media recepisse videntur, vt volunt Bart. in viro & vxore alienãtibus rem dotalem cum iuramento, in consil. 124. Punctus quæst. talis est, domina P. arg. l. reos. §. cum in tabulis. & ibi eum sequitur Paul. de Castr. ff. de duob. reis. & Lud. Polog. in suis secundis interpre. in l. fi. ff. de iure dot. quoniam si vir & vxor in eo instrumento confiteantur ex venditione per eos facta pecuniam quæ eisdem fuit soluta, ad eos peruenisse, præsumitur ad vtrumque pro media peruenisse, l. vxori. §. fi. ff. ad Vellei. Ita quòd vxor soluto matri. nõ potest petere totum pretium, sed mediam partem quæ peruenit ad maritum. Et idem Bald. in l. mater. col. iiij. versi. sed hic quæro, quid in tali casu maritus. C. de rei vendi. & in l. si cùm seruum. versi. sed quid si mulier. & ibi Moder. ff. si certum petatur. & Alex. in consil. xxxviij. lib. ij. & Paul. de Cast. in consi. cccliv. alias ccclxiij. incip. Bart. volu. anti. & in consil. viij. in causa quæst. volu. nouorum. & in consil. cccliij. super primo dubio. col. vlt. versi. circa vltimum articulum. eo. volu. † licet non ponat pro constanti, ex eo quod nonnulli tenent contra Bar. vt statim dicam Et prędictam opinio. Bar. sequit. Francisc. de Curte, in cõsil. liiij. col. ij. versic. pro qua. & in versic. Et sic opin. Din. Et pro hac opin. facit quod dicam in ij. quæst. de patre vel matre filio vendentib. † Sed secus videtur, si maritus emisset pro se & vxore, & eorum hæredib. aliqua bona, & vxor velit succedere in medietate illorum sic per ipsum maritum emptorũ, quod conferre debet heredibus mariti medietatem pretij: quia in dubio ex quo tunc pro se & vxore, ac eorum hæredib. præsumitur de suis pecuniis propriis emisse, & gessisse in hoc negotium vxoris & hæredum. l. & si de tua. C. de donatio. inter virum & vxo. Tenet Abb. Sicul. in consi. xlvj. col. j. versic. circa tertium & vlt. vol. j. Et hoc dicit probari per l. ij. C. pro socio. & ibi ita tenere Bart. & in l. si patruus. C. comm. vtriusque iudi. & in l. quæ dotis. ff. solu. ma. Ex quo per instrumentum non apparet vxorem de suo partem soluisse pretij, nec ambos simul emisse, non præsumitur pro media soluisse. † Et hoc nisi vir & vxor de consuetudine, aut ex pacto in contractu matrimonij inito essent in bonis mobilibus & conquestib. communes, quia tunc id quod vnus ipsorum acquirit de suo, alteri pro media acquirit, vt dixi in §. ij. de consuetudi. matrimonio. lib. consuetud. Biturig. † Sin autem vxor sola sine consensu viri dotem alienauerit, & pretium receperit, tunc nihil ab hæredibus viri petere potest. Nec etiamsi cum consensu mariti iurauerit, & sola obligata fuerit de euictione, vt tenet Io. de Imol. in d. c. cũ contingat. super glos. fin. & in l. cum vir. col. v. ver. Item aduerte. ff. de vsuca. & Alex. in d. consi. xxxviij. & Ang. in Liubemus col. j. versic. quod intelligo verum. C. ad velle. quem sequitur Vital. de Cabanis in tract. sito clau. fol. 258. col. j. ante f. versi. quod verum intellige. † Sed quo ad primum artic. contrarium tenuit Bal. sibi contrarius in auth. si qua mulier. C. ad Velle. reprehẽdẽs Bar. quod imò

tota

tota pecunia præſumatur ad maritum peruenisse,niſi expreſsè & vere probetur quod realiter medietas peruenerit ad vtilitatem vxoris, per tex. in d. auth.ſi qua mulier. & in l.cum quis decedens. §. Titia.& quod no.ibi Bart. ff.de leg.iij. Et ita fuit opin.Iaco. Butr.in d.auth.ſi qua mulier. quem ibi ſeq.Alber.de Roſa.quæ approbatur de iure comm.per tex.in c.peruenit. ib , quia in communes vſus viri & vxoris illius pretium eſt conuerſum. & ibi Ioan.de Imo. & vterque conſu.de emp.&vend.& tenet Ioan.Lup.de Pala.Rub. de don.inter virum & vxo.ſol.xij. col.j.ante med.ver.concurrentib.igitur.& idem Paul.de Caſt. in d.auth.ſi qua mulier.col.j.in fin.ver. Sed quæritur an ſtetur. & etiam Salu.& Io.de Imol.in d.l.cum vir. col.vj.verſi.quid autem quando vterque vendidit.& col.ix.verſi. Item aduerte. & in cap.cum contingat. col.xxvij.verſi.iuxta prædicta,de iureiu. & vtr.bique dicit ita de facto Bononiæ iudicatum fuiſſe: & hanc tenet Ludo.de Roma. in d.l ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur.ff.ſolu.matri.& Paul.de Caſt in conſi.xlj. col.j.volu.antu.Ced.de Senis in conſil.cexlj.dominus de Papia.& Alex.conſil. cix. viſo proceſſu cauſæ.lib. iiij.Abb.Sicu.in conſil.xliij.in præſenti q. col.j. vol. j.& Alex.in conſi. 172.nu.15. lib.vj. & Fran.de Aret. in d.§.cùm in tabulis. & Ang.de Aret.in §. eſt aliud genus.col.ij.inſti.de dona.& Signo.de Homed.conſil.xlj.& Bernard.Lanèri. in addi.ad Bar.in d.conſil.

7 124. † vbi docto. prædicti dicunt quòd hodie experientia docet,quod maritus verè percipit pecuniam, & ſolum mulier ponitur in eodem inſtrumento pro cautela ipſius emptoris: quia videtur ſibi ſatis cautum,ſi vxor ſit obligata,& color quidam videtur adhibitus,vt dixit text.in dict.l.vir vxori.§.fina.ad Velleia.& in l.ſi funebris. C.eod.titu. Ideo in repetitione dotis aut donationis propter nuptias in re immobili exiſtenti, cõtra hæredes viri non nocet,quin poſſit totum petere. Sed cõtra emptorẽ nocet ſi iurauerit,d.c.cùm contingat.& c.licet mulieres.eo.tit. lib.vj.Et iſtam opi. Bal.ſequutus fuit Soci. in conſil. 15.col.vj.ver.eſt ergo aduertendum,li.j. & Bald. nouel.in tract.de dote, in primo priuilegio. xxj. part. charta xxx. & Io. Campez in ſuo tract. etiam de do-

8 te.in iij. part. q. j. † Sed cautæ mulieres (vt inquit Bald.)quib.bene conſulitur, faciunt ſibi à viro cauere,vt ex dicta confeſſione participationis pretij non poſſit eis præiudicium afferri,nec generari. Et ſic,vt dicit,facias tu fieri.& idem Paul.de Caſt.in d.conſil. ccclxiij.& pariter Io.Campez.vbi ſupra in iij. part.q. clix.& etiam Bal nouel.in d. tract. de dot. in xxxviij. priuilegio.& hanc partem tanquam veriorem ſecutus fuit in l.v.in glo.j.col.iiij.cum ſeq.de conſuetu. iurium ſta.perſo.co.lib.& iſtã q.pariter mouit Bald. in l.j.col.ij.verſi.prædicta faciunt.C.de duob.reis.ſed

9 non decidit.† Sed bene quo ad ſimplicem hypothecam , quàm in bonis ipſius mariti de eius expreſſo conſenſu alienatis habet ſpecialem vel generalem, ſibi prejudicat & nocet,cùm ius quod ipſa in eis habebat,remiſiſſe videatur,cap.paſtoralis.de don.l qui tabernas argentarias. ff. de contrahend. emptio.l.vxor patrui.C.de leg.& Pau.de Ca. in l.ſerui electione.§.fi.ff.de leg.j. & tex.in l.ſi domus.§.fi. & ibi Albe.de Roſ.co.tit.& l.aſ.in l.ſi.verſi. hanc concluſi.C. de iur.emphyt.cum aliis alleg.per Anton.Corſet.de poteſtate Regia. q.v.quod intellige quando reliqua mariti bona pro reſtitutione dotis non ſunt ſufficientia:aliàs non nocet,d.ca.peruenit. & auth.ſiue à me.niſi iurauerit(vt communiter faciunt) tunc præiudicat,d.c. cùm contingat.& ca.licet mulieres.Niſi

6 etiam in renuntiatione hypothecæ vxor dixerit ſe certam eſſe alia marito tot ſupereſſe bona,ex quibus ei ſatis fieri poſſit de dote ſua, ſecundum Alber.de Roſ. in d.auth ſiue à me.Ideo clauſulam non omittas apponi facere,cùm contrahis cum viro & vxore. Vnde mater hic quę vẽdidit vnà cum filio rẽ ipſius, videtur ſolum ius hypothecæ remiſiſſe. Quemadmodum etiam dicimus in patre & filio habente ius hypothecæ in bonis patris ratione dotis maternæ, quod videatur renuntiaſſe illi iuri,l.ſicut. §.ſi volumtate.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſoluitur. ca.conſtitutus.& in integ. reſt. non tamen per hoc intelligitur renunti ille dotis vel hypothecę quo ad alia bona paterna non vendita:, vt l. iubemus. C. ad Velle.& ita per tex.tenet Paul.de Caſt.in conſil. lxxj. breuiter in caſu præſenti.volu.nouo.& Guid. Pap.in conſ.clvj. in quadam cauſa.& Iaſ.in l.ſi vnus. §. ante omnia.ad fin.de pact.& Gerald. de petra fract. in ſing. xxij. tenet mentem vnum &c. Et hæc quo ad primum & ſecundam quæſtio. † ¶ Sed quo ad tertiam q.an pre- 10
tium rei venditæ pro parte media recepiſſe videantur, quando pater & filius fin.ul fatentur aliud in inſtrumento habuiſſe. Et tres ſunt opinio.quas Bar.& Bal.referunt in d.§.tranſgrediamur.in iij.quæſt.. Sed vera (primo (alis cauſa ſemotis omnibus) eſt ſecundam quos, quod pro parte dimidia præſumitur ad vtr.que peruenisse, per tex. in d.§.cùm in tabulis. quos ibi tenuntur Io. [illegible] de Ro.Alex.col. ij.verſic.Et prædicta faciunt.& et[illegible] Alber.de Roſa.& idem Bald.in l.ſi conſtante.in prin.& ibi Ioan. de Imol.col.ij.ff.ſoluto matrimonio. & Alex. in addit.ad Bart.o.in vj.q.in l.diuob.§ j.ff.de [illegible]..licens *hanc eſſe communem*, quamuis Cyn. in add.[illegible]is in d. §. tranſgrediamur. velit quod totum pretium præſumatur ad patrem peruenisse,ſi pater gubernabat filium : ſecus contra ſi filius gubernabat patrem, quia ſenex , & filius mercator & induſtrioſus , quòd præſumatur totum ad filium gubernatorem peruenisse.Et hæc ſententia eſt Cyn. quam ibi dicit Ang. habere quandam æquitatem, quæ tamen non reperitur ſcripta.ergo rigor iuris ſeruandus erit.Et communem tenet Franc.Curtius in d.conſil.Imj.ſæpe & frequenter articulus iſte pulcher contingit , niſi ſecundum eum aliter probaretur ad gubernatorem totum peruenisse: quia bonum eſt arg.à communiter accidentib.conſuetis & ſolitis.l.j.C.de arbit.cum aliis per ipſum alleg.& per Alex.in d.§. tranſgrediamur. & ideo caſu æquitas Cyn. videretur bona. † Et 11
idem videtur dicendum in matre & filio vendentib. vt pro media recepiſſe videantur. † Sed in caſu no- 12
ſtro totum præſumitur ad matrem peruenisse, quia filium gubernabat , cùm dicat ille fuiſſe non longè poſt contractum venditionis furioſum , & à mente omnino alienatum , & ob furiam eidem certos ad cuſtodiendum dediſſe homines.Et tenet Bald.in l.ſi à matre.C.de iure dotium.vbi ponit in matre vidua, & filia matrimonium contrahentibus cum Titio patre & Caio filio eiſdem afferentibus & portantibus certa bona eidem filię ſpectantia,quod non nocet filiæ,niſi ipſa volente:quod dicit eſſe notandum, quia de facto ſæpe contingit: & verum dicit , quia crebro fiunt talia matrimonia,pro quo text. in cap. quod ſuper his.de conſangui.& affini.† ¶ Et quò ad 13
quartam q. ſi in caſib. & perſonis prædictis alter alteri ſuccedat in totum , vel in parte,an confirmetur vẽditio:ita quòd in totũ vel in parte non poſſit vẽdicare rẽ aut pretiũ.Et iſta non eſt modica q. Et videtur quòd nõ, quia ſi vnus vendat rẽ alienã , & ſuccedat domino,vel alio modo ius eiuſdem rei ab ipſo acquirat,confirmatur venditio: ita quòd tanquã hæ-

res, vel ex persona sua illam reuocare non possit: sed ope exceptionis repellatur, l. cùm vir. & ibi Bartol. Alber. de Rosa. Ange. Io. de Imo. & Paul. de Castr. ff. de vsucap. & in l. vendicantem. ff. de euict. & in l. si quis alienam. ff. de act. emp. & in l. si à Titio. ff. de rei vendi. & in l. si à Titio. ff. de excep. rei iud. & in l. apud Celsum. §. à Titio. ff. de excep. doli. vbi plus etiã dicitur, quòd si post successionem habitam secundo alteri vendat, quòd non valet ista secunda venditio: & est ratio secundùm gl. ibi, quia nemo potest plus iuris in alium transferre, quam ipse habeat, l. nemo
14 plus iuris. ff. de regu. iur. † Vnde circa hoc Bart. in d. l. cùm vir. col. iiij. versi. vt ergo liqueat. distinguit, aut superuenit ius venditori seu authori meo, & causa quæ retrotrahitur, & tunc ius meum confirmatur, l. penult. in fin. ff. de castren. pecul. Aut est causa quæ retro non trahitur, & tunc aut quæritur an confirmetur, quò ad exceptionem, & benè confirmatur quò ad exceptuonem, l. illicitè. ff. de reb. eorum. Aut quæritur quò ad actionem: & tunc ipse etiam distin-
15 guit, vt infra dicam, & ipsum sequitur Angel. ibi. † Sed Paulus de Castr. non curat an causa quæ nunc superuenit retro fingatur interuenisse, vel non, sed an ex causa de præterito, & tunc confirmatur venditio, tam ad agendum si non possideo quàm ad excipiendum si possideo, etiam quantum ad transferendum dominium in me sine noua traditione: puta, vt inquit, si legata erat tibi res sub conditione, & ipsa pendente illam mihi vendidisti: deinde conditio extiterit. Licet enim conditio non trahatur retro in vltimis voluntatib. l. j. §. j. ff. ad Sillani. tamen venditio confirmatur, arg. l. proinde. ff. si certum petatur. & d. l. pen. in fin. de cast. pecul. aut non ex causa de præterito, & tunc ad expediendum si non possideo confirmatur, d. l. illicitè. de reb. eorum. Et ista sua distinctio quasi reincidit in distinctionem Barto. & idem Io. de Imo. ibi, colu. iij. versic. & ex prædictis.
16 † Sed quò ad agendum, quãdo non ex causa de præterito, sed ex superuenienti, vt videtur in casu nostro, vt sit admissibilis, & est distinguendum secundùm Bart. aut authoris mei non intererat, quia non erat obligatus, & non confirmatur, l. si seruo. ff. qui & à quib. & l. j. in princ. ff. de pignorib. aut eius intererat, quia erat obligatus: & tunc aut ius meum erat tale, quòd nudo consensu contrahitur, & confirmatur. l. rem alienam. ff. de pignor. aut requirebat traditionem, & tunc an confirmetur, vt ius authoris mei ad me transeat, & non confirmatur: sed si erat possessio rei prius tradita, vt hic, Bart. nil expresè dicit, sed tacitè innuit ius meum confirmari, quia nulla est tunc opus traditione, per not. in l. cum nemo. per gl. Bart. Bald. Alberic. de Rosa. & Salicet. C. de acquir. possessio. vbi gl. vlt. versi. iiij. dicit, quòd is qui emit à furioso, alienare non potest, & tamẽ qui ab eo emit, in cõspectu inũbratę quietis, vsucapit, l. j. §. si à furioso. ff. pro empt. vt infra dicam. Aut quæritur an ex me possim incipere vti iure meo: & possum, d. l. si à Titio. de rei vendicatio. cũ similib. suprà alleg. & idem Paul. de Cast. quãuis secundũ eũ illæ leges loquãtur, quando venditor non erat dominus tempore venditionis, vel erat dominus reuocabiliter, vt in casu d. l. cum vir. sed si ex postfacto erat irreuocabiliter dominus, tunc cõfirmatur, etiam sine traditione noua, secundum Paul. qui ita intelligit illũ tex. contra gl. &
17 Bart. ibi. † Et idem videtur ecõtra, quando dominus successit venditori, quòd confirmetur vt illã reuocare non possit, l. venditrici. secundum secundam lect. gl. quamuis alia sit magis aurea literę. C. de reb. alie. non alienan. & in l. Seia. & ibi Bart. & Bal. ff. de euictio. & in l. cùm à matre. C. de rei vendi. & in l. j. in princ. ff. de excep. rei vendi. vbi est casus de vtroque dicto clarus. Sed in contrarium videtur tex. quòd nõ confirmetur in hoc casu, quando dominus successit venditori, in l. rem alienã. versi. non est idẽ dicendũ. ff. de pigno. actio. pro solutione cuius Bart. in d. l. cũ vir. col. iij. post mediũ, versic. quæro quid econuerso. distinguit, quòd aut quæritur vtrũ ius in eum quò ad ius agendi firmetur, & non cõfirmatur, d. l. rem alienam. nisi in duob. casibus, secundùm Paul. de Cast. in d. l. cùm vir. col. iij. versic. secundus passus est. imo est casus specialis in d. l. rem alienam. secundùm Bart. ibi in fin. & Alex. in addi. ad ipsum in d. l. cùm vir. & idem sentit Io. de Imo. ibi, ideo non obstat. Aut quãtum ad ius excipiendi, & tunc aut dominus qui successit venditori tenetur de euictione tãquam hæres, aut non. Et si tenetur vt hęres, & tunc aut inuentariũ non fecit, & indistinctè in totum tenebitur stare, d. l. cum à matre. & aliis iurib. supra allega. sed si inuentarium fecerit, exceptione repellitur, vsque ad quantitatem quæ sibi ex bonis defuncti remãsit, l. scimus. §. in computatione. & ibi gl. magna. C. de iure deliberand. Si verò de euictione non tenebatur, tunc eatenus exceptione repellitur, quatenus ex illã hæreditate lucratus est, & non in plus, l. si ab eo. C. de libe. causa. & ipsum in hoc etiam sequũtur Paul. de Castr. & Angel. in d. l. cùm vir. nihil addito. sed Bal. in d. l. cùm à matre. col. iij. versi. Et ex prædictis text. & glo. vult contrarium, quòd dominus qui successit venditori, repellatur indistinctè exceptione, per illum text. & gl. quia ibi non tenebatur mater de euictione, & nihil lucrari poterat, nisi debitum bonorum subsidium, nisi sustinendo Bart. dicamus, secundùm Bald. quòd istud debitum bonorum subsidium sit quasi lucrum, vt not. in l. ij. C. de iuris & fact. igno. & in d. l. si ab eo. de libera. causa. quoniam si talis sit hæreditas in qua non reperitur legitima ob æs alienum, quòd totam hæreditatem absorbeat, dominus non repellitur à vendicando, etiam si non fecerit inuentarium, quia non tenetur de euictione, sequẽdo opinio. Bart. vt ibi vide cum versic. sequen. ponamus &c. & in d. l. scimus. §. in cõputatione. *& ista est communis*, vt infrà dicam. † Ideo si vir vendat rẽ vxo- 18
ris, vel econtra, & ei succedat, non potest repetere, d. l. cùm vir. & ibi Paul. de Castr. col. j. & ibi est text. quando vir venditor successit vxori dominæ rei vẽditæ: & econtra quando vxor successit viro, est tex. in l. si vxor. C. de bon. autho. iudi. possi. & in l. si adulta. C. de hære. vel actio vendita. † Et in patre vendente 19
rem filij, si filius succedat patri, quòd non possit rem vendicare, est text. in l. si patri tuo. C. de donatio. & in d. l. scimus. §. in cõputatione. & sing. Pau. de Cast. in consil. ccviij. dico dictum Bartholomæum. volu. nouorum. † vbi tenet filium non posse petere me- 20
dietatem feudi alienati, postquam fuit hæres mediãte persona matris, auo materno qui alienauerat feudum. Ideo non potest venire contra factum illius & repelli potest exceptione. nam quem de euictione tenet actio, ipsum agentem repellit exceptio, d. l. vẽdicantem. & etiam per exceptionem. ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet. ff. de reg. iur. allegat etiam glo. in tit. de successio. feud. §. hoc quoque. in verbo, inuestire. & ibi Iaco. de Belloui. & Bal. ita tenere. & Bald. in l. qui se patris, circa mediũ. C. vnde liber. nisi quatenus inuentario facto in bonis patris vel aui, nihil vltra legitimam debitã ad filium peruenisset, iuxta not. in d. l. cùm à matre. & in d. l. scimus. §. in cõputatione. Secundò repellitur à dicto feudo, quia est de hęreis ipsius alienantis,

l. j. C.

l.j. C. de condatio. inferens. cui factum aut alienantis
nocet. vt cõtra ipsum venire non possit, posito quod
alius agnatus non nocere vt voluit glos. in §. quoque
prætor. vt latius per ipsum Paulũ in d. consi. & in cõ-
sil. cxix. prænattendum. est ex vol. nono. Et hoc ve-
rum nisi feudum et non notum fuit et receptum pro
se & liberis suis, qui tamen in alienatione non con-
sensissent, & tc effetur inuentarium, nec haredes se
protestent, tunc cõtrauenire possent, si nihil eidem
de bonis defuncti remansisset. Vbi verò de substan-
tia pateret, tantum ei cui, quantum sit illa portio
quam vellent vendicare, remansisset, tum siue inuẽ-
tarium fecerint, siue non, contrauenire minime pos-
sunt, per tex. & glo. in d.l. cum à matre. vt dictum est
secundum Bal. in d.l. qui se patris. col. x. versic. Item
quæritur. & idem Philipp. Decius in d. lex qua per-
sona & Rapha. Fulg. in consil. lxvij. paterfim. testantẽ
to recte facit. & Ludo. de Roma. in consil. xviij. vbi
facti narratione col. j. versi. Nunc autem videndum
est, vtquod singulorum contulit iacturam (per eos fa-
cto (vt ex inspectione ipsorum apparere videtur)
edita: & sequitur Philipp. Decius in consil. 84. inci-
pi. & in consil. quam principal. vbi loquitur in feudo per
patrẽ remisso cuilibet post successit. & Alex. in con-
sil. xxxvj. per eo. & in consil. xcvj. principalis. in cõ-
sil. xxvij. in causa & lite. & in consil. xcij. visis & op-
portune discussis. vbi versi. existimantur predicta.
Iaso. & Socin. in consil. xxxiij. col. viij. in princ. prin-
ma quæst. conclusio. vndec. & 5 gloss. de Homedeis in
21 consil. ccxij. signanter in vlt. versi. ad quintũ. † Et idẽ
in matre venienteni rem filij, qui eidem successit. d.l.
cum à matre. Et econtrà si filius vendat rem patris
vel matris, quod non possit revocare, si filius patri
aut matri succedat, iuxta supra alleg. & tenet Alber.
de Rosa. in d.l. cùm vir. vers. & quærit Dyn. & idẽ gl.
in l. nec nos præterit. in verb. transigi. & ibi Bald.
& Sali. C. de capt. ergo idem, imò magis videtur in
casu nostro dicendum, quando ambo pater & filius,
vel mater & filius vendunt rẽ filij, cui pater vel ma-
ter succedit, cum quilibet pro media teneatur, se-
cundum quod dictum est supra. Accedat pro hoc text.
in d.l. vir xx. §. patrẽ. ff. ad Vellea. & quod notat
Bald. in d. l. cùm à matre. de iure dotium. quia non
oportet dundere, quod vno & indiuisibili consensu
celebratum est, vt dicit Bart. in consil. cxcv. Lancelo-
tus, quem sequitur Bal. in consil. cxcviij. col. j. præ-
supponatur in facto. volum. ij. Quoniam vltra filius
hic, & præter mater prouidebat defendere emptor
rem: eo non solùm videtur teneri ex promissione,
sed tanquam hæres insolidum, etiam vbi essent plu-
res hæredes, vt tenet Ia. de Are. in l. cùm ex causa.
quem refert & sequitur Ang. in fi. ff. de verb. oblig. &
sic alias per d. de Are. tenere attentauit Soc. vt ipse
dicit in l. frater à fratre. col. iij. ante fin. versi. secunda
quæstio est. ff. de condict. indeb. quando filius est
hæres pro parte, quod teneatur insolidum defende-
re, & consequenter fortius non offendere per text.
in d.l. frater à fratre. & ita vidit aliàs iudicare, quod
esset singulariter notandum, secundùm eum ad l.
cùm à matre. si verum esset. Sed posset sibi visum
fuit oppositum, quia etiam de iure communi vendi-
tor tenetur ad defensionem, l. si plures. §. nota lite.
ff. de evict. Et consequenter hæres pro sua tantùm
parte, pro qua est hæres venditoris, & non pro qua
non fuit hæres, d.l. cùm à matre. vt ibi vide per And.
Alcat. in l. j. harũ. nuncxxij. ff. de verb. oblig. quia
lex xij. tabular. inducit obligationem dandi in hære-
des, l. pacto. Sic etiam. C. de pact. cùm hæredes nõ
repræsentent personã defuncti, nisi pro rata portio-
nũ hæreditariarũ: in cæteris habentur pro extraneis,
d.l. cùm à matre. & glos. in l. ij. in fin. magnæ gl. ff. de
præto. stipulatio. l. j. C. si cert. pet. & l. j. & l. pro hære-
dibus. & l. creditores. C. de hæred. actio. cum simi-
lib. Quare videtur ipsam matrem hæredem vniuer-
salem non esse ex persona sua vel filij, vel ad agendũ
admissibilem, pot. quã bona defuncti sint sufficien-
tia pro iure proprio aut hypothecæ, si quod prætẽ-
deret, quod non est: imò succesit in pingui hæredi-
tate, & res vendita non erat sua, nec sibi obligata, in
cuius alienatione consensit, vt dictũ est posito quod
res fuisset sua. Tum & maximè quia defunctus eius
filius in secunda vẽditione, seu remissione pacti re-
cobrij, seu de retrouendendo, quod sibi matrique ac
Io. de Luc. vxori in prima reseruauerat venditione,
promisit solenni stipulatione iuramento vallata, o-
mnia & singula in ipso instrumento expressa, & cõ-
tenta facere & tenere, attendere, complere, & inuio-
labiliter ac cum effectu de puncto a puncto penitus obseruare, & minquam contra facere, dicere,
seu venire: nec contra facienti dicenti seu venienti
in aliquo se iurare, consentire, defendere, vel tueri
de iure, nec de facto, per se, nec per aliã interpositam
personam aliquo iure seu titulo, aliqua ratione siue
causa, vllo modo vllis temporibus in futurum. Quæ
quidem clausula in effectu continet id quod stipula-
tio Habere licere ipsam rem venditam, id est per se
non fieri quominus id quod venditum est habere
liceat ipsi emptori. Quæ etiam obligat hæredes &
successores, licet de ipsis nulla facta fuerit mentio, l.
stipulatio ista habere licere. in prin. versi. si se obli-
gat. & ibi Las. in iij. notabi. & in §. quæsitum. & §. sic-
ut. de verb. obl. Ergo & ista similiter transire debet:
& per consequens se & hæredes suos obligare, cùm
sit magis, atque etiam magis simpla, & etiam dictũ,
sit non venire contra se vel per alium in futurum.
Nam hæc promissio non tantùm continet ius
tunc competens, verum etiam in futurum, hoc est,
vt nec ex iure tempore stipulationis interpositæ cõ-
petente promissori, verum nec etiã ex futuro & post
quæsito possit ipse promissor vel sui successores ipsã
rem euincere, vel auferre ipsi stipulatori, aut succes-
soribus suis, vt est tex. in d.l. stipulatio ista habere li-
cere. versi. sed si se obligat. & in §. sed quatenus. iun-
cta gl. in verbo successores ante medium. ibi, & est
eius promissionis effectus. pro hoc etiam tex. in l. fa-
cere non oportere. & in l. licet inter gesta & facta. &
ibi gl. ff. de verb. signi. & ita per illa iura consuluit in
terminis nostris Ludouic. de Roma. in d. consi. xviij.
& pulchrè, & etiam Rapha. Fulg. in d. consi. lxvij. col.
ij. ante medium. versic. rursum idem c. solenni stipu-
latione promisit. vt ibi vide per eum. vbi amplè de-
clarat hanc rei vendicationem nõ posse per hæredẽ
intẽtari: & idẽ Abb. Sicu. in consil. xliij. Quidã domi-
nus Antonius frater. vol. j. & Albertus Brunus in cõ-
sil. xxxiij. circa conuentiones. & Guid. Pap. in consil.
clvj. in fi. præterea verba in ipsa stipulatione habere
& licere, & nõ cõtrauenire per se, vel per alium, inuio-
labiliter ac cũ effectu de puncto ad punctũ peni-
tus obseruare. & c. sunt multũ attendenda. † Et pri- 22
mo, dictio inuiolabiliter, quantæ virtutis sit, aperit
tex. cũ gl. in auth. sacramenta puberũ. ibi, inuiolabili-
ter custodiantur. C. si aduersus vendit. & ibi per om-
nes. & vnde sumitur, de pace tenen. §. itẽ sacramẽta.
vbi gl. dicit, id est incorruptibiliter, id est, sine viola-
tione vel corruptione aliqua. Nã importat actionẽ
& exceptionem. † Secundò, dictio penitus, quæ sicut 23
dictio omnino, & prorsus, quæ sunt synonyma vni-
uersalia, si vna ipsarum ponatur in stipulatione, nec

per ſe, vel per alium quemquam omnino vel penitus fieri, æquipollet vniuerſali omnis, d.l ſtipulatio iſta habere licere. in prin. & ibi Bal Franc. de Aret. in primo not. & Iaſ. in tertio ad idē tex. in c. quanuis pactū. ibi omnino ſeruari. de pact lib. vj. cū aliis per Feli. alleg. in c. ex parte. in primo de offi. deleg. & Alex. in conſil. viij. nu. ij. lib. vj. Dicta enim verba debent aliquid operari. l. ſi quando. ff. de leg. j. & c. ſi Papa. de
24 priuil. lib. vj. † Quia vnumquodque verbū in inſtrumento appoſitum cenſeri debet appoſitum cum effectu aliquid operandi, vt dicit Bald. in rub. C. de cōtrahen. empt in ix. q. per l. ſtipulatus. in princip. ff. de vſur. & Alex. in conſi. ix. col. lib. vij. Ideo quod defunctus fecit aut remiſit, hæres eius feciſſe videtur, l. ſi tertius. §. fin. in fin. & ibi Doct. ff. de aqua pluuia arc. Tum hic vēditor in dicta ſtipulatione in verſi. promiſitq; nihilominus ibi de omni & quocunque damno præiudico, lite, quæſtione, petitione, cōtrouerſia, quæ fieri poſſent, ſeu moueri contingere in futurum. Et ibi, & ſi fortè aliquo tempore in futurum aliqualis petitio &c. Quæ verba ſunt attendenda: quia qui omne dicit nihil excludit, cap. ſolitè. de maior. & obedien & l. Iulianus. ff. de leg. j. & latè Abb. Sicu. in d. conſ. xliij. qui aliis hæc probat rationib. vt ibi, cauſa breuitatis. Et ſi vi pacti de retrouendendo ſibi per filiū, & nō ex cauſa perſona acquiſiti nō poteſt cauſis prædictis venire, quia qui ſibi reſeruauerit, remittere voluit poſtquam ſe pro hærede gerit, vt latè per Fulg. in d. conſil. lxvij. Quinimò & fortius ipſa Helena mater & hęres eaſ em fecit ſtipulationes & promiſſiones, quādo talem ſecundam venditionem recobrij per filium factam approbauit, & emologauit, ac ratificauit, & inquantum ipſam tangebat ac tangere poterat & poteſt, firmam ratámque & perpetuam eſſe voluit, cum expreſſa hypotheca omnium bonorum etiam futurorum, ac cum ſimili clauſula, ſcilicet de non contraueniendo per ſe, vel per aliam perſonam in futurum: de qua ſupra dictum eſt. Accedat pro hoc text. in l. j. cum ibi notatis per doct. C. ſi mater indemnita. promiſ. & in l. Marcellus. & ibi Bar. Ang. Alber. de Ro. Paul. de Caſt. ff. de fideiuſ.
25 † Vbi fideiuſſor pro furioſo ante vitium obligato tenetur, l. ſi à reo. §. ſi à furioſo in fi. eo. tit. vt hic vide-
26 tur, & infra dicā. † Et fideiuſſor qui ſuccedit debitori, tenetur tanquā hæres, l. ſi debitori creditor. eo. tit. vnde ex cauſa de futuro, ſcilicet tanquā hæres venire nō poteſt, l. qui Romæ. §. duo fratres. & ibi per doct. inſuper Alex. ff. de ver. obli. & in l. quoties, & ibi Bal. Ang. Paul. de Caſt. & Iaſ. C. de fideicommiſ. & in l. j. & ibi Lancel. Decius. C. de pact. & Abb. Sicu. in c. ex
27 multiplici de decim. † Tū propter verbum poteſt, quod extenſiuū cōprehēdēs ius futurū, licet ſit præſentis tēporis, l. ſi ita quis in teſtamento. in princ. & ibi gl. Bar. Bal. & Io. de Imo. ff. de leg. ij. & Florian. de ſanct. Petro, in l. quod cùm ſuſpenderetur. ff. de his qui deiecerunt vel effude. Tum etiā ratione euictionis promiſſæ, qua tenetur, l. exceptione. & l. ſi fundū. C. de euictio. & in l. j. C. de iure dotium. vbi mulier dote euicta etiā tenetur ſi de euictione promiſerit. & in gl. vlt. & Doct. Nec obſt. quod allegatur matrē ſolùm venditionē facultatis recobrij per filiū factā approbaſſe, & non protecto primā venditionē: quia illam nouerat opus approbare: cùm ipſa vnà cum
28 filio vendiderit, vt dictū eſt. † Quinimo eandem ratificaſſe videtur, quia pactū in contractu venditionis de retrouendendo appoſitum eſt pars pretij, quādo res ratione illius (vt communiter fit) minus vēditur. text. in l. fundi partem & ibi Bald. Alber. de Roſa. & Sali. ff. de contrahen. empt. quoniam hic illud pactū facultatis redimendę vltra pretiū trecentis ſcutis venditum extitit, & ſic illā ſecundā ex prima deſcendentem ratificando, primā totam ratificaſſe videtur, cùm etiā confeatur additio ad primam venditionē, quæ vna reputatur, l. cū precum. C. de liberacauſa & per ſuppletionem pretij videtur nouam feciſſe venditionē, vt volut Cin. in l. j. q. ij. C. de fideiuſ. mino. & alibi dixi. Quinimò Helena prædicta ſecundo annis quatuordecim elapſis, prædictis vēditione & ratificatione pendente, etiam proceſſum approbauit & ſic non poteſt obiici aliqua fallitatis exceptio reſpectu illius, vt infra dicam. Quare vtilis prædictis tā venditione principali, quàm recobrij per filium, ac illarū bina ratificatione per matrem facta, ipſa tam ex ſua, quàm ex defuncti filij perſona, & hæreditario, aut alio quocunque nomine, reuocare in vindicti pacti de retrouendendo illa non poteſt, remittētib. enim actiones ſuas amplius regreſſus non datur ad eas, l. quæritur. §. ſi vēditor. ff. de ædilit. edict. Nec pariter in vim nullitatis cōtractus, ex furia filij fui procedentis, cauſis prædictis agere, quāus facilius quis admittatur ad agendum pro furioſo, vel infante, quā pro alio. l. benignus. & ibi Alber. de Roſ. ff. de liber. cauſa vt tenet Io. Fabr. in d. l. cùm à matre. in fin. volens quòd lex illa habeat locum etiam vbi cōtractus eſt ipſo iure nullus. Tamen ex quo ipſa primo egit actione ex vendito, ſeu præſcriptis verbis. iuxta l. ij. C. de pactis inter empt. & vend. deſcendente ex inſtrumento pacti ad ſibi reuendendū rem pro eodem pretio, quod tam extra iudiciū obtulit, quàm in iudicio cōſignauit, variare nō poteſt, quoniā ſic agendo innuit contractum venditionis benefactum, ac bonum eſſe: quamuis poſtea in replica annis decem lapſis videns cauſis prędictis ſe non eſſe admiſſibilē, allegauit & propoſuit contractum venditionis eſſe ratione furoris filij nullum: ſequendo exemplum Iudæorum, qui dixerūt Pontio Pilato, cùm defeciſſent in accuſatione, & probatione, contra Ieſum Benedictum: Domine, recordati ſumus quòd ſeductor ille, &c. & extat prouerbium apud nos vulgare: Qui canē odio habet ſuum, rabiem impoſint ſuper eum. Ideo tanquam ſibi omnino contraria venit repellenda, iuxta not. per omnes Doct. in l. j. C. de furt. & in l. edicta actio. in materia cumulationis. C. de edē. & per Felin. in c. ij. col. x. verſic. circa materiā. de libel. oblatione. † Secùs in reo, qui contrariis poteſt vti defenſionib. l. nemo prohibetur. & ibi Soci. poſt Bart. ff. de 29
except. & in reg. nullus plurib. & ibi Din. cum aliis per nos alleg. in add. de regul. iur. lib. vj. & alibi ſæpe. & in terminis videtur text. in c. ſicut tenor. in princ. ibi, quòd licet iſta duo inter ſe repugnantia videantur, vt quiſque ſcilicet ſit extra ſe poſitus, de præſenti vita deſperet, &c. de reg. & tranſ. ad relig. † per quē 30
tex. dicit ibi Abb. Sicul. in primo nota. quod licet in petitione alicuius contineatur quædam contrarietas ſeu repugnantia, tamen ex quo concluſio petitionis non eſt contraria, non eſt repellendus: oritur tamen contra eum quæſtam ſiniſtra ſuſpitio. Sed hic quāus in petitione & concluſione prima repugnantia non fuerit, quia ſolùm ad reuenditionem propoſuit, & concluſit, vt dictum eſt, & poſtea in replica ad nullitatem egit, duas articulando contrarias concluſiones, ideo iſta contraria bonum & malum ſeu nullū, non poſſunt eſſe ſimul. c. hoſpitalem. & ibi Archid. Dominic. & Cardina. Alex. xxxij. diſt. contra quos ait propheta moraliter loquens, Væ vobis qui dicitis malum bonum, & bonum malum. † Ideo agens ex 31
inſtrumento debet agere ſecundùm qualitatem inſtrumenti cum ſuis modis & temporibus. Hæc

eſt

eſt prima concl. bald.in conſil.cxcviij.incip. Preſupponatur col.ij.vertic.cõcluſio mea prima erat iſta. Secunda eius concluſio quod formalis poſtulatio agendi ex inſtrumento eſt,quæ fit ſecundum formam: igitur inſtrumẽtum eſt pars formalis petitionis. Tertia concluſio eius,quod nemo agere poteſt ex inſtrumento,& reprobare cauſam ex qua ſibi inſtrumentum actionem defert, ſed in ea perſeuerare poſtquam elegit illam,l.vt fundos ff.communi diuidun. & §.contra c.inſtit.de acti.& authen.qui ſemel. quomodo & quando iudex,& vnde ſumitur. & l. quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribut.actio.& l.ſi. C.de fideicommiſ.lib & idem dicit Phili.Decius in conſ. lxij in cauſa quæ agitur.quod eſt multum notandũ.

32 † Tum vbi eſſet admiſſibilis,tamen non conſignauit integram ſummam mille quinquaginta ſcutorum,de qua fuit certa mater prædicta:quod requirebatur de iure ac generali conſuetudine Franciæ: de iure l.quot decem.§.idem reſponſum.ff. de ſolu. vbi cauetur quòd ad hoc vt aliquis conſequatur actionem,vel non incidat in pœnam aut moram,vel illa purget,requiritur oblatio realis.Et ad idem gl in l. ædiles.§.in.ff.de ædil.edict.quam reputat ſing.Iudoci de Ke.in ſing. ccxliij. & tenent Bart. & Ial. in l. penult. §. ſi quis ff. de noui operis nuntia. & Ioann. Fab.in d.l.ij.de pact.interempt.& in l.acceptam.C. de vſur.& Matthe.de Mat.in ſingu.cxxviij. cũ ſequẽ. De conſue.patet per omnes lib.conſuet.Frãciæ, vt pleniè dixi in §.iiij de cõſuet.retrac.lib.cõſuet. Bitu rig.igitur&c. at quod fortius eſt,obiicitur actoribus cõſignationẽ ſeptingentorũ quinquaginta ſcutorũ in manibus defunctæ Ioã.de Puſtal fratris tertij tũc præſidentis factam reaſſumpſiſſe & leuaſſe : tamen non fuit bene probatum. nam ſi probatum , aliud

33 fuiſſet. † Quia non videtur conſignaſſe qui conſignatũ reaſſumit,dicta l.acceptam.in fin. & ibi gloſ. Ioann.Fab.& Doctor.& in l.debitor.& ibi Flor. ff. de vſur.quoniam obligatio,quæ non durat,non videtur facta,l.ſi pro parte.§.an rem.verſi. verſum. ff. de in rem verſo.& tenet Henric.Bohic.in d.c. conſtitutus.col.ij ver.ſuper eo.cap.in fi.de in integrũ reſtitu.& Salic.in l.j per illum tex. C. qui potio. in pigno.hab.dicens quòd ſi conſignator receperit pecuniam , in priorem ante conſignationem ſtatum redijſſe videtur : & beneficium quod per oblationem & conſignationem fuerat aſſequutus , amiſit. et idem Baldus conſi.vij.col.j.ver. ad euidentiam. lib.j Nec etiam curandum eſt,quòd ceſſio furis nõ potuit per Helenam matrem fieri Odeto de Noilham de re litigioſa annis xiiij.poſt.per l.ij. C. de litig.etiam in coniunctam perſonã,vt ibi , & latè Fulgoſ.in conſi. clxxix. incip. dubia ſuper quibus. col. iij.in medio.& Bonifa.de Vitali.in clementi. cum literis,nu.lxxvij.vertico.noua concluſio. vt lite pendẽ.Hic enim fuit nomine dotis facta ceſſio Guione de Sclamar,quæ iure fieri potuit,l.fin.vertic.exceptis.eod.tit. Per quod etiam eſt dare reſponſum ad id,quod dicta Helena poſtea conſenſit, fines, & concluſiones eidem reo adiudicari: quoniam prius nomine dotis ceſſio dicto Odeto,& eius vxori,quãuis penes eandem actiones directę vtili potentiores remaniſſent.l.ij.& ij.C.de actio.& oblig.& l.iij. ff. pro ſocio.niſi in tribus caſibus contentis in l.iij. C. de noua.quorum nullus hic interuenerat. Ideo cõſentire non poterat adiudicari reo in præiudicium ceſſionarij:de quo per Rapha.Cuma.in cõſ.iij.Domina Stella donat. Vnde cum fauore matrimonij, & dotis præfata curia per ſuum arreſtum ſubrogauit prædictos de ſanct. Chemaus,& deinde in ipſorum locum iam dictos de Groſolez,& eius vxorem. Tamen in illa ceſſione ipſa mater fatetur de nouo approbationem feciſſe eidem reo tam iure ſuo, & ſibi competenti,ac competenti, ac cõpetituro ex ſucceſſione filij , quàm alias quouis modo receptas per Bouzonum de Vitrina notarium.Et ſic quocunque modo,aut pacto de retrouendendo,vel furore agatur,non ſunt,vt dictum eſt,& infrà dicetur,admiſſibiles.Sed bene videtur aliquantulum obſtare ceſſio per Odetũ facta prædictis de ſanct.Chemaus, quoniam prædictus Odetus prius ratificauerat prædictum venditionis contractum,& contra illum non contrauenire iurauerat,etiam ratione iuris in futurum ſibi cõpetituri:& res peruenit ad eum caſum à quo incipere non poteſt.Quoniam ſi egiſſet admiſſibilis non fuiſſet.Vnde exceptio quę obliat cedenti,obſtat etiã ceſſionario,vt volunt Cin. Bal. Ang. & Salic.in l. eius. C.de cõpenſa.& in l.ſi quis in rem. ff.de procur.cum alijs per nos alle.in regula, is qui in ius ſuccedit alterius.in additiõn.ad Din.de regu. iuris,libro ſexto,ſed hoc non potuit nocere Guione eius vxori,quamuis eidẽ nõ pertineret, ſed prædicto Odeto.Nec pariter prodeſt eiſdem actoribus tertio allegare contractum fuiſſe vſurarium , ex eo quod dictum fuit in pacto de retrouẽdendo , quod ſi infra ſex menſes alicuius dictorum x anno. idem Carolus,aut eius mater veniret,quod fructus illius anni in totũ remanerent eidẽ emptori,&c.† Quo- 34
niam illud pactum de fructibus ſic lucrandis nõ eſt cõtrarius,imò ſecundùm ius,quia fructus qui percipiuntur poſt menſem Martium , ſeu poſt Calendas Martij,ad ipſum pertinent emptorem vel eius hęredem,cùm iam in cultu fecerit ſumptus eorum , aut ſubditi pro eo,vt c.j.§.fin.& ibi gloſ.in verbo,ante Martium hic,finitur lex deinde conſuetu. regni incipiunt.& gloſſ.& Docto. inſuper Alberic. de Roſa.in l. defuncta. in fine magnæ gloſ. ff. de vſufruct. & glo.in cap.j.§.Itẽ ſi eccleſia.in verbo ,acquiſitos. titu.de annatis.in pragm.ſanctio.Nec huic contrariatur tex.in ca.ad noſtram.de emptio.& venditio. quia ibi loquitur quando venditor non poteſt ante certos annos in vim pacti de retrouendendo agere ad reuenditionem rei:ſed vbi quolibet anno poterat agere vſque ad tempus recobrii datum,tunc tale pactum valet,vt ibi per Docto. & tenet Alexan. in dicto cõſil.cix.in fin.vol.iiij.& Docto.in l. diuortio.ff.ſolu. cum alijs per nos alleg. cauſa brewitatis. conſil.xx.incipien.caſus talis eſt : *Le Doyen & chapitre.* ¶ Sed quo ad quintam & ſextam quæſtionem dicendum eſt,quòd vbi eſſet iſto nullitatis furoris reſpectu admiſſibilis,videndum eſt an ſit verum,quod donatio per furioſum facta ſit nulla. Et primo præſuppono , nunquid furioſo & prodigo detur curator à iudice vel à lege xij.tabularum.Et glo.in l.j.ff.de curato.furio.dicit † curatorem dari 35
furioſo à lege,prodigo verò à iudice ſequendo Azonem in ſumma eo.tit. §. & in furioſo. Et idem Alberic.de Roſa.in Rubri.ff.eod.in princip.& gloſ. Barto.& communiter omnes moderni in l.is cui bonis. de verbo. obligat.& gloſ.in §.mutuum. verſicul.furioſus.inſtit.de inuti.ſtipulation. & gloſ. in l. ſi quis cùm ſciret. ff. de vſucapio. pro emption. & Vber. de Bonacur. in ſua praxi. titul. quibus mod.curat.furio.in princip.fol.xlij. column.iiij. Et iſtud multum prodeſt ſcire,vt dicit Alberic.vbi ſupra,propter alienationes per ipſos factas ante inter
dictionẽ à iudice,vel à lege factã , † quãuis gl.in §. 36
furioſi. inſtitut. de curato.dicat idẽ eſſe in prodigo ſicut in furioſo,ſcilicet à lege interdictã eſſe admi-

nistrationē. Q. ā Bald. ibi dicit procedere in prodigo notorio. Et idē in d.l.j. de curato. furiosi. & idē tenet Christoph. Porcius & Ioan. Fab. in d. §. furiosi.

37 † Sed hic in hoc Bartol. tenuit contrarium in d.l. is cui bonis. q. in prodigo etiā notorio requiratur sententia iudicis declaratoria. Et ibi eū sequuntur cōmuniter Doct. insuper Andr. Barba. col. xj. versi. in eadē glos. vbi ample hunc dispu tat articu. Et pariter Ias. col. iij. post Paul. de Castr. & Alexād. & idē Franci. de Are. in l. is cui lege ff. de test. Et omnes se fūdāt per text. sing. in l. Iunianus ff. de cura. furio. Et idē Bal. in l. vna. col. xij. ver. modo circa personā cōliten-

38 tis. C. de confes. † dicēs, q. licet quidā tria exigāt, scilicet q. sit prodigus declaratus, bonis interdictus, & datus curator: tamē eo ipso q. est per sententiā declaratus prodigus, legis dispositio succedit quali ipsius sententiæ executio bonis interdicens, d.l. is cui bonis. Et infra aliquid dicā. Et idē Ludoui. de Rom. sing. cc. xxv. incipiē. fui interrogatus. † Et aduertēdū,

39 quod licet à lege curator datur furioso, ita ipso iure desinit esse postquam ad sanos peruenit mores, d.l.j. & ibi Bald. post Petr. du Bellapertica de curat. furio. & in l. humanitatis. ibi Docto. insuper Decius num. 10. C. de impubes. Et aliis subsitiv. & Vbert. de Bonacursio, in dicta sua praxi. titu. quib. mod. cura furio. post princip. versi. nē excipitur. & Guid. Pap. q.

40 ccxl. † hoc intelligens quando biennio aut triennio post factit prudens & discretus. per textū in authē. de monachis. §. illud, quicquid voluerit Barto. in d. l. is cui bonis, de verbor. obligatio, quē tamē plures sequuntur. Et Philip. Decius consil. cclxxiiij. colum. ij. versi. nec admitti debet. Tamē opi. Bald. videtur verior per textū in dicta l. j. de curato. furio. de quo plenè dixi in §. vlt. in gl. ij ante fin. versic. Sed curatores. titu. de consuetud. ior. perso. lib. consuetud. Bi-

41 turig. & infra aliquid dicā. † Secundo præsupponō quòd probatio furoris est difficilis, vt ait Bald. in l. furiosum. C. qui testamenta facere possū. quia nō creditur testibus de furore deponētibus, nisi causā reddant fuerint examinati etiam non interrogati. alleg. Innocē. in cap. cū causa. de testamen. Et ipsum sequitur Raph. & Philip. Corneus in dicta l. furiosum. Et etiam Ioan. de Curte num. 21. con. ij. num. 1. & 2. & Cæpol. Veronē. in l. j. §. fi. in xij. not. ff. de ædil. edict. Et idē Cornel. consi. xxj. in litera E. & in vol. ij. & Angel. Aretin. §. præterea. colum. j. in fin. instit. quibus nō est permissum facere testamen. Et ibi Marcus Antonius de Baserio in eadem furiosi. in fi. & Dor. de sancto Pet. in l. fed & si § . iniuriam. num. 7. ff. ad legem Aquiliā & Socc. consi. xlvj. colum. ij. versicu. primum

42 est quòd testes. volum. j. & Andr. Barba. in c. cum dilectus num. 8. ante fin. de succes. ab intesta. † Tertio præsupponō quod furiosus, fatuus, demens, mente captus, stultus videntur de iure æquiparari, tam dementis. C. de Episcop. audien. & l. vel fatuo. ff. de priuileg. credito. & in c. maiores. §. verū de baptis. & d.l. j. §. fi. cū duabus ff. seq. & ibi Bald. Alber. & Cæpol. de Edili. edict. & in l. ij. & ibi Bald. C. de cura furio. l. si furiosi. C. de nupt. & Alexand. cōsil. liij. volum. j & consi. cxlj. col. ij. circa fin. Quod vltimū reperitur in vj. lib. consil. xxxvj. de stulto vide Cæpol. in l. cum mancipium. post glos. ibi. ff. de ædil. edicto. & glos. in l. penulti. §. fina. ff. de legat. ij. & de lege Furia. Licit text. mentio. insistat ad l. Falci. licet aliqualis sit inter istos differentia, vt vide per Docto. in locis suprà allegat. & Ias. in l. patre furioso. in iij. nota. ff. de iis qui sunt sui vel alien. iur. Non loquor de stulto sapiente, quoniam multi sunt qui fingunt stultitiam, vt ait ille Cato: Stultitiam simulare loco, prudentia summa est: vt aliquando post delictū cōmissum. vt refert Alber. in l. furiosum. ff. de curat. furio. & in l. diuus. & ibi omnes. ff. de offic. prætor. † Et 43 inter alia stultus est in factis, & fatuus in verbis, vt dicit Dominic. in ca. Constantinopolitanæ. xij. distinctio. cum aliis per Riminaldum in dicta l. furiosum. num. 1. alleg. Vnde Etiæ xxxij. dicitur: Fatuus fatua loquar. & ca. legimus. in princip. xciij. distinctio. Et de omnibus prædictis, vide Decium in d.l. humanitatis. numer. 1. & 6. & consi. ccccxlvij. num. 1. Francisc. de Curte iuniorem in dicto consil. clj. numero 3. &

4. † Quarto præsuppono, quod licet singulares te- 44
stes super aliquo facto deponentes non probēt, ca. licet ex quadam. de testib. ca. bona. ç. de electione. cum similibus. illud verum: quando tractatur de probando actum in specie particularem. Tamen ad probādum quid in genere, scilicet quem esse insanū, quē esse furiosum, aut quem esse hæreticū, sufficiunt testes singulares, vt not. Inn. quē sequūtur ibi Docto. in c. qualiter & quando. in ij. & in capit. cum oportet. & ibi Ioan. de Imol. de accusation. & Bald. in l. j. C. qui numero tutel. & Alexand. in terminis nostris consi. xcij. col. post medium. versi. nō obstat. inchoan. visa & opportune discusso. lib. v. cū aliis per eū allegatis. Sed contrariū tenet Ioan. Andr. in c. vt officiū. §. j. super verb. testium de hæret. l. vj. & Ant. de But. in dicto cap. qualiter & quando. Sed primū verius, quando testes inducuntur ad probandū hęresim, aut furorem in genere. Sed quando in specie, tunc procedit opinio Ioan. Andr. & ita intelligit Felin. in dicto cap. licet ex quadā. in ij. fallen. & Alexan. cōsil. cxlvij. col. vltim. versi. præterea text. singu. incipien. visa themate. lib. vij. & Alberic. de Rosat. in l. turpia. ff. de legat. † Dicēs tamē plus credi duo- 45
bus testibus in specie, quā mille in genere deponentibus. Et sequitur Ias. consi. ij. num. vj. vol. j. † Et idē 46
est ad aliquā mulierē probandā esse meretricē, sufficere testes singulares. secundum Alexand. consil. xij. col. vltim. in princ. versi. & quia in consi. lib. vj. & Felin. in c. præterea de testib. & alibi dixi. † His præ- 47
habitis videtur vēditionem per furiosum factā fore nullam, ac nullius esse efficaciæ & momenti, Lin negotiis contrahendis. & ibi ample Decius. ff. de regul. iur. vbi furiosos nullum posse cōtrahere negotium. Quoniā id quod agit, non intelligit, dicto §. mutum. versi. furiosus. instituta. de inutilibus. & est. in princ. xlvij. distin. & ibi Cardi. Alexand. & furioli nulla est voluntas. l. furiosi. ff. de regul. iuris. & dicto §. præterea. instit. quibus nō est permissū facere testam. Quia vbi intellectus abest, ibi furor adest, dicit Bal. in c. clerici. col. j. circa fi. de vita & honesta. clerico. alleg. no. in l. j. C. vnde vi. Et idē Mat. de Afflict. Decisio. Neapo. cccxv. num. 2. & in omnib. & per omnia loco absentis habetur, l. vbi non voce. §. furiosus. de regu. iur. & l. ij. §. furiosus. & ibi Alber. de Rosa. ff. de procura. Et hoc quantū ad ea quæ præsentiam personæ furiosi desiderant, vt declarat ibi Alber. in fin. & bo. tex. in l. j. §. furiosus. ff. de iure codi. & in l. j. §. adipiscamur. ff. de acquirēd. possess. Et etiā talis vendītio per furiosum facta est nulla, etiā si emptor cum sanæ mentis putabat. d.l. §. fi. furioso. quē legit Bart. cū §. si a pupillo. ff. pro empt. vbi Bartol. dicit idem esse dicendum in furioso vendente, & ex eo colligere, quod in pupillo alienante. Et idem Bonifa. de Vitali in cleri. col. vj. versicu. conclude circa furiosū. versicu. conclude circa infantem. † Et etiam 48
si talis alienatio fuerit iuramento furiosi vallata, vt voluit Bald. in l. j. q. x. C. de rescindēd. vēdi. quia homines, vt inquit, donec sūt in frenesi deponere vel

testari

tellari non poſſunt, ſequitur Laſ. conſi. cxlj. num. 6.
49 volum. iij. † Quinimo dato, quod etiam actus per furioſum fuiſſet recte factus, prout prudenti conue nit viro, tamen nõ tenet, ſecundum Decium in d. l. in negotiis. in j. concluſione. quia hoc videtur factũ caſu, ex quo mẽte carebat. d. §. præterea. & idẽ Abb. Sicul in ca. ſicut tenor. in ij. nota. per illum textum.
50 de regula. † ſiue loquamur in cõtractibus, ſiue in teſtamentis etiam ad pias cauſas conditis. d. l. furioſũ, & idem Bald. in l. j. in quæſt. j. de ſacroſanct. eccleſ. & And. Barbat. in dicto cap. cum dilectus. numer. 7. de ſucceſ. ab inteſtat. & latè numer. 4. per illum text. & ſumma Angelica in verb. furioſus. quem ſequitur ſumma Silueſtrina in ſimili verbo, & Cuma. in dicta leg. furioſum, colum. ij. Corn. conſi. lxxiiij. in litera F, vol. j. & conſi. cccix. eod. volumi. & conſi. xxij. lib. iiij. & Ægidius Bellamera Deciſio. dcxj. in j. fallen. quamuis furioſus iuſtum putet eſſe, quodcũque fecerit. cap. illam. in fin. xj. q. iij. & Alexand. in dicto conſilio xcij. col. iiij. verſicul. Quinimo videtur. lib. v. & ſic videtur, quod mater quæ in venditione pro filio interceſſit, non teneatur. l. ſi à reo. §. furioſo. ff. de ſolutio. etiam ſi ſciẽter interceſſit. vt tenet ibi gl. magna, cùm principale non teneat, vt ibi dicit text. & iura ſupra allegat.
51 † niſi furioſus fuiſſet ante vitium obligatus, per tex. ibi in fine. & ſuprà dictum eſt in inj. quæſt. Et iſtam partem tenuerat prius Odofre. in. d. l. ſi quis cum ſciret. quẽ refert & ſequitur Albe. de Roſ. in d. l. is cui bonis. verſi. dominus autem Odofre. de verbor. obligat. qui ſic ſcribit:
52 † ſi vis ſcire verum ſecure emas à malè gerentibus ſua negotia, Dic, aut emis ab eo cui non eſt interdicta adminiſtratio à lege vel à iudice, tunc ſecurè emis, quoniam ſi eſt dominus, trãsfert dominiũ: ſi non eſt, transfert cauſam vſucapiendi, d. l. ſi quis cũ ſciret. Aut emis ab eo cui interdictũ eſt bonis à lege vel à iudice, & tunc venditio non tenet, d. l. is cui bonis. & l. cum lex. ff. de fideiuſſo. & l. vbi lex. ff. de vſucap. Sed hic erat Carolo de Noilhã à lege interdicta adminiſtratio tãquã furioſo: quoniã omnia veris furioſis, & mente captis cõuenientia faciebat, ac verba fatua proferebat ad inſtar cuiuſdam Veneti, cuius meminit Gregorius conſi. ccxij. exordien. Quædam mulier. colum. ij poſt princip. verſi. & antequã vnquã, qui vltra verba quæ dietim proferebat fatua, dum exeruiſſet eius membrum ad magnitudinem vnius brachij hominis, propter quandam infirmitatem, omiſſo pudore ſe palam diſcooperiebat in preſẽtia plurimum perſonarũ, & percutiebat dictũ membrũ, ac ſi ſuper tympano percuſſiſſet, verba inhoneſta proferendo, clamando etiam, & dicendo, Si quis ſuam non poteſt ingrauidare vxorem, veniat ad me. Refert etiam Sylua nup. fo. 70. colum. iiij. ante fin. Sic iſte Carolus de Noilhano ſuum oſtendebat membrum ſignanter pueris: & qui conabatur carnaliter cognoſcere matrem ſuam, dicendo eidem, quòd vnum faceret filium maiorem, fortiorem, ac valentiorem Rolando. Et alia plura fatuitatis exempla exercebat, de quibus infrà dicetur. Et ſic patet venditionẽ eſſe nullam. Et idẽ in ſimili tenet Frãciſc. de Curt. in d. conſil. clj. num. 7. & Bertrand. de Carpen. conſi. xlviij. num. 14. volu. j. nouorũ. †
53 In contrarium videtur quod valeant acta, & geſta rectè, & ritè per furioſum facta, l. furioſus. ff. de actionibus & obligationibus per quam pa ct furioſum obligari ex ſuis cõtractibus, ex quibus obligatio contrahitur re ipſa. Ad idem tex. in l. ſi à furioſo, in princ. eodem tit. & in l. ſi à furioſo. & ibi per doctos. ff. ſi cert. pet. vbi ex mutuo reconciliato furioſus ſibi alium obligat, & ipſe ex tali reconciliato mutuo obligatur alteri, dictis iuribus. & l. non omnis. §. ſi pupillus ff. ſi cert. pet. & l. cum eo. §. ſi furioſo. & ibi Alexã. ff. de acquir. poſſeſ. & plene Paul. de Caſtr. conſi. cxx. nume iij. volu. j. † Tum quia quã 54
doque furioſus non eſt ex toto extra mentem, quia plerunque habet dilucida interualla, vt quibuſdam videatur pene furor eſſe remiſſus. l penult. C. de curat. furio. & d. l. furioſum. & tenet id quod agit tunc temporis, ac ſi profecto furioſus non eſſet, vt ibi. Et gloſſ. in ca. quamuis. vij. q. j. in verb. Sed ſi interualla. & c. neq. furioſus. xxiij. q. vij. & in c. dilectus. de ſpõſa. vt infra dicam Et ad iſtud non patet reſponſum.
† Sed bene ad primum, quod loquitur de obligatio 55
nibus quæ circa conſenſum expreſſum vel tacitum acquiruntur, veluti in actione negot. geſt. quia in ea ſufficit quod non intercueniat prohibitio, l. ſi ex duobus. ff. de nego. geſt. Ita gloſ. in dicta l. in negot. de regu. iuris. vel etiam ex cauſis quibus nobis ignorãtibus actiones quærũtur. & eiſdẽ etiã furioſo acquiruntur, d. l. ſi à furioſo. & l. patre. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Sic etiam contra eum, & ita reſpondet Cardinal. de Zabar. l. conſil. lvj. † Tamen 56
ſecundum Angelum in dicta l. furioſum. requiritur, quod ſeries & forma verborum in contractibus, & vltimis voluntatibus per furioſos prolatorum probent validitatem, vel inualiditatem, quæ inſpici in hoc & attendi debent. Quia ſi conueniunt homini ſanæ mentis, aliàs ſecus. Et pro hoc dicit eſſe caſum in l. fina. C. de hæredibus inſtituend. Talis enim præſumitur contractus, qualem verborum proprietas demonſtrat, text. ad hoc celebris in l. intereſt. ibi tantum quantum lectio probat in ſcriptura. & ibi Angelus & Salicetus. C. de ſolution. Ad idem textus in l. ij. ibi, actorum lectio quæ precibus intexta ſunt manifeſtè declarat. & ibi Lucas de Pen. colũn. j. verſiculo & nota actorum lectio. C. de delato. lib. x. tenor enim diſpoſitionis oſtendit qualis fuerit cõtractus & mens contrahentium. vt ibi, cum aliis per Andr. barb. alleg. cõſilio ij. col. ij. num. 5. & conſi. xj. num. xvij. & conſi. xxvj. num. j. volum. ij. & Ioannes de ſancto Nazario in tractatu de peſte. folio 5. num. xxxij. Ideo dicit Lucus de Penna in dicta l. ij. col. ij. in princip. de verbo, & ſermone, allegans Hugo. de ſancto Victore, quòd vanus ſermo, vanæ conſcientiæ indexeſt: & mores hominum lingua pandit. Et qualis ſermo panditur, talis animus approbatur: quoniã ex abundantia cordis os loquitur. Ad idem Seneca in prouerbio: Imago animi ſermo eſt: qualis vir, talis oratio. magnum etenim eſt vocis & ſcientiæ temperamentum garrulo nõ reſpõdere. Præterea † hoc 57
oſtenditur in minore, qui in contractibus in quibus eſt deceptus reſtituitur, vt per totum ff. & C. de minor. Tamen in contractibus bene geſtis prætextu minoris ætatis non reſtituitur, l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiurand. ergo idem in furioſo, quia non omnia facta & geſta per eos habentur nulla, aut inutiliter geſta, vt habetur de illo fatuo Romano, vt recitat glo. in l. ij. in verbo cõſtituit. de origine iuris. Qui cũ Græci miſiſſent Romã quendã ſapientem, vt exploraret, an Romani digni eſſent eorum legibus, prudenter cum Græco ſe habuit, vt dicit ibi gloſ. communiter ap probata: tamen Odofred. Rayn. bartol. & Ioannes Raynaldus, co. iij. verſiculo quæro pro expeditione. & Hieronym' Cagnol. in verſicul. poſtea ne diutius. nume. 55. & Budæus ibi in ſuis annotationib. fo. 16. pag. 2. poſt princi. verſi. verũ enimuero. dicunt iſtud eſſe fabulatorium, circulatoriũ, ac nugatoriũ, quãdo tẽpore illo nõ erat

ſides Trinitatis in cognitione: quod videtur verius. Et idē Ioannes de Neuizan. in Sylua nuptia. fo. 70. column. iiij. poſt prin. verſi. facit diſceptatio illius ſa
58 tui, cum aliis per eum alleg. † Et pro illa parte facit, quod Ioannes Andre. in d. c. cū dilectus in fin. de ſuc ceſ. ab inteſt. de teſtamēto furioſi, qui illud rite fece rat, quo viſo ſenatus Romanus decreuit ipſū valere. & idē Bald. in c. j. in princi. per quos fiat inueſtitura. vbi etiā cum Ioanne And. refert Valerium lib. viij. c. penul. dicentem teſtamentum furioſi prædicti fuiſſe per Senatores approbatum. Et ſic per arreſtum tanti ſenatus, poſtquam ſapienter teſtatus fuerat: quia tūc præſumitur ſanæ fuiſſe mentis. Et idē tenet Hippolyt. de Marſil. conſil. ciiij. numer. vij. libr. j. & Tiraquel. de legib. cōnubia. fol. cxxx. pagina ij. verſic. non temere igitur &c. Tum aliis exēplis per eū adductis, quia prudētia apparet ex dictis & factis ex tenore teſtamenti, aut contractus collectis & perpē ſis cap. legimus. xciij. diſtinction. & gloſ. in l. penulti ma. ff. de condition. inſtitution. Pro qua textus in l. idem Iulianus §. fina. l. ibi, furioſi eſt talia legata te ſtamento aſcribere. ff. de legatis primo, & in leg. is qui. ff. de tutoribus & curator. datis ab iis. & in l. ob quæ vitia credo allegata. Et ibi Bal. & Cæpol. Vero nē. & idem Ludo. de Roma. in d. l. furioſum. Ideo Matth. xxvj. c. dicitur. Et tū ex illis es? nam & loque la tua manifeſtum te facit. Quare diuus Greg. ſcri bens Mauricio Imperatori, prout recitatur in c. illa xj. quæſt. iij. quod laudabile eſt in propoſitis, nō vbi furor, ſed ratio dominatur in eis, vt ibi. Et ad hoc text. in l. nā & is. §. j. ibi, vt videatur ille nō quaſi ſanę mentis fuiſſe, cum teſtamentum iniquè ordinaret. ff. de inoffi. teſt. & late per Guliel. Bened. in repe. c. Raynutius. in verb. adiectæ impuberi. fol. 264. num. 67. & 74. vſque ad fo. 266. de teſta. & ſingulariter And. Barb. conſi. lviij. co. j. verſi. & adduco ſimile, vol. j. Et latius conſi. lix. col. iij. verſ. Et ſi quiſpiam. vol. ij. reprehendens ibi Abb. Sicu. volentem contra rium in d. c. ſicut tenor. de regula adducēdo prædi ctam Deciſi. per ſenatum factam. Et idem faciunt Ang. Ful. Paul. de Caſt. & Ludouic. de Roman. in dicto capitul. furioſum. & ibi Iaſon in iiij limi
59 tatio. † Præterea Barba. adducit etiam aliam de ciſion. per ſatuum Pariſienſ. factam, qui decidit quæſtionem miro modo inter tabernarium & quen dam pauperem ortam, à quo tabernarius extor quere volebat pecuniam ex eo quòd ſuum come derat panem ad odorem aſſati: nam ſoluit illi ex ſono vnius denarij turonen. quam quæſtionem Cato melius decidere non potuiſſet, ſecundum Hoſtienſem. Ioannes Andr. Abb. Sicul. & Andre. Barba. colum. ij. in cap. ad noſtram. de conſuet. Et prædic. deciſio. adduxi in §. ij. de iuriſd. omn. iud. lib. conſue. Biturig. cum aliis ibi allega. & idem An to. Corſet. in ſing. teſtamentum. & Barb. in l. j. in princip. column. vij. vero pone quòd furioſus. de ver. obli. & Bauerius in d. §. item furioſi. in j. limita. inſtit. quibus non eſt permiſ. fac. teſt. & Syl. nup. fol. lxx. col. iij. cum pluribus aliis per eum alleg. ſignan ter referens Roſarium Buſti. ij. parte ſermone xxix.
60 dicentem, † Baſtianum Hilcido fatuum determinaſ ſe coram duce Mediolani quæſtionem de præceden tia legiſtarum & medicorum: ſcilicet latronem præ cedere carnificē vt ibi. Et licet hoc videatur homi nibus rectum iudicium, maxime mercatoribus, qui vocāt Conſiliarios, Aduocatos, & Iuſtitiarios cauil latores, iuxta illud Imperatoris dictū in l. ab Anaſta ſio. C. mādati, quod omnia mala noverūt ij qui circa lites morātur. & in authenti. de exhibend. & in trod. reis. §. illud quoque antiquitas. nec recte ſecun dum æquitatē iudicantes, quemadmodum ipſi mer catores dicunt ſe facere leg. quintus. ff. mandati. Tamen Paul. de Caſt. eis reſpondet in lib. j. in diſ finitione iuris. ff. de iuſti. & iur. & mentiuntur per collum: quia aduocati cognoſcunt æquitatem, & eius oppoſitum, quod eſt rigor. leg. placuit. C. de iu diciis. de quo per Pau. vbi ſuprà, & alibi dixi. † Et 61
pro hac parte accedat tex. in leg. cum furioſus. ff. de iudi. vbi iudex furioſus habens dilucida interual la. poteſt iudicare. & l. nec mandanté. §. j. ff. de tuto. & cura. datis ab iis. cū aliis per Abb. ſicu. conſi. xvij. & conſi. xlvij. vol. j. alleg. Nec obſtat, vt inquit Barb. 62
in d. conſi. lix. deciſio Pet. de Anch. in cle. ſi furioſus. de homici. dicentis ſe quæſtionē de facto decidiſſe, cum quidam furioſus qui ex verbis & factis extrin ſecis videbatur ſanæ mentis, iecciſſet contractum, in quo ſe obligaſſet ad mille, & hęres eius illo mortuo contra dictam promiſſionē nullam, ratione furoris ſe defenderet, & probatum eſſet illum dilucida ha buiſſe interualla, licet tamen de tempore furoris nō conſtitiſſet, dubitabatur, an talis obligatio præſume retur facta tempore ſanæ mentis. Et ipſe determina uit quòd non, ſed tēpore furoris, ex quo ſemel fue rat furioſus. Et idem refert ibi Card. de Zaba. in ij. q. ſe de facto conſuluiſſe. & Bertran. de carpen. d. conſ. xlviij. nu. 24. cum duobus ſeq. vol. j nouorum. quod eſt amplum circa hanc partem: quia duo ſecundū Barb. concurrere debent, ſcilicet, ſi antea fuerat furioſus, & poſtea ſe obligauit. Sed in caſu Per. de An ch. non fuerat probatum quòd antea fuiſſet furioſus. Tum quia ipſe de Anc. card. & alii loquūtur eo caſu quo quis fecit actum obligatoriū in ſuiprę iudicium, quod non tenet, d. l. in negotiis contra hendis. † Et non mirum, quia ſi homo nullo mo- 63
do de furore ſuſpectus talem de tanta ſumma ſine cauſa obligationem feciſſet, profectò non te neret, leg. cum de indebito. §. ſinautem cautio. Et ibi Flo. & Iac. de ſancto Geor. ff. de probat. & c. ſi cautio & ibi Abb. Sicu. & Feli. de fid. inſtrum. cum no. in leg. Campanis. ff. de oper. liberto. † Et idem in 64
donatione, ſuper qua conſuluit Bertrand. de car pen. Secus verò ſi actus tenderet ad ſui commodū, vt ſi teſtatus fuiſſet, ita vt ſolent ſapientes teſtari aut contrahere, vt in præſenti caſu de Noilhano, qui lo cum de Briaco vna cum vxore & matre vendidit, vt ſupra dictum eſt, & infra dicetur. † Pro quo facit 65
quod dicit Pau. de Caſt. in d. l. pe. de cōdi. inſtit. col. j. verſi. nota etiam contra illud de quodam doctore Paduano, qui fecerat repertorium iuris, & tamē ordinauerat ſuū portari corpus cum tubis & corneis ad eccleſiam: & eius vxorem eadem nubere die, rubeiſque indui pannis, alias ſuum hæredem priuabat hæreditate, quòd quanuis hæc ordinatio non ſit ſeruanda, per illum tex. & in leg. ſeruo. §. ine ptas voluntates defunctorum circa ſepulturam ve luti veſtes, vel ſi qua alia ſuperflua, vt in funus im pendantur, non valere, Papinianus lib. ij. Reſponſo rum ſcribit. ff. de lega. j. Tamen de facto fuit ſeruata. Satis enim reſultat præſumptio, vt inquit Paul. illum teſtatorem ſanæ fuiſſe mentis, cum eſſet doctor, & ſciebat illas leges. Imo taliter ordina re, videtur facere illud quod lex ſuadet canoni ca, c. qui diuina. xiij. q. ij. quod qui diuina vocatione ab hac luce recedūt, cū pſalmis & pſallentiū vocib. ad ſepulchrū deferri debent. Lugere enim & deplo rare, ac lamentari eos qui ab hac decedunt vita, ex puſillanimitate contingit, c. vbicūque eadē cauſa & quæſtione. Et ita per illa iura tenet Ludouic. de

Roma.

Roma.in dict.l.j.de verbo.obliga & Anton. Bauerius in dict.§.furioſi.quib.non eſt permiſſ facere teſtamen.col.vltim.ante finem.verſi.ſubdas tamen vnum.& quod notant Bald.Ange.Paul.de Caſt. Alberic.de Roſa.& Sali. in l.decreto. C. ex quib. cau.

66 infamia irroga † Et idem quaſi refert Angelus in dicta l.penultima.ff.de cõditionib.inſtit. poſt princi. de quodã mercatore Florentino,qui ibi deceſſit, & iuſſit ſe in vno corio inuolutũ ſepeliri,& vna cãdela vnius denarii,ob hæreditatis priuatione.Et ſic etiã intellexit forſſe per quendã epiſcopũ Pariſiẽſem ordinatũ,qui cum vna lanterna,& de nocte voluit inhumari.Vnde conſuluit Ange nõ eſſe parẽdum iuſſui cum hoc nõ fuiſſet honeſtum,conſiderata regionis conſuetudine,ac conditione defuncti, eiuſdemq; generis,quæ attendi debent,l.at ſi quis. ff. de religio. & ſumpti. funer. & dicta leg. ſeruo alieno. §. ineptas. de legatis primo. Et iſta noſtra quæſtio non eſt ſine dubio, etiam vbi ex aduerſa non probaretur aliter teſtatorem compotem & mentẽ ſanum, quam ex diſpoſitione vnius actus geſti,vt in caſu Franciſci de Curte ſuperioris. Sed vbi vna pars probat furorem,& alia ſanam mentem,

67 cuius probatio præualeat. Et iſta eſt vere quæſtio noſtra Sed † quis teneatur probare furorem,an ſanã mentẽ,Specula.in titul. de probationib.§.j. verſic. pone quidam erat furioſus concludit, quod illi qui fundat intentionem ſuam ſuper furore, vel ſuper ſana mente incumbit probatio alterius iſtarum qualitatum:vt ſi vellẽ infringere actũ alicuius,qui tunc temporis erat demens,mihi incumbit probatio vel ſi hæres inſtitutus petat ex teſtamento hæreditatem tanquam à ſano,& non furioſo facto: tunc incumbit ſibi probatio, l. ei qui dicit. ff. de probatio. Et Lapus,allega.xxxvj.inchoã.diſputat primò an prodigus. Sed in iſto exemplo hæres non habet ab initio exprimere illum eſſe ſanum, & non furioſum:ſed ſimpliciter petere ex teſtamento hæreditatem: & ſi non obiiciatur ex aduerſo de furore,

63 quod iſtum teneatur probare, vt infra dicam. Et hanc quæſtionem aliàs mouí in §.viij.in gl.ij. col. iiij.de conſue. iur. ſtat. perſo. lib. conſuet. Biturig. me remittendo ad Doctores in l. furioſum. & ad Abbatem Siculum in d.ca.cum dilectus.col.vlti.de ſucceſſio. ab inteſtato.qui etiam ſe remittit ad per eum in ſimili dicta.in c.ſuper hoc.de renuntiat. dicens numero teſtium maiori ſuper renunciatione ſpontanea vel coacta eſſe ſtandum. Ergo idem in teſtibus de ſanitate & inſania deponentibus,vt infra dicã.Et in terminis etiã noſtris cõſuluit de verbo adverbum Bartholo.Soci.in dicto.conſi.xlij.incipien.In caſu reſtitutionis.volumi. j. Et quamprimum illud vidi,credebã pro caſu noſtro editũ fore, niſi quod in caſu ſuo furioſus prætenſus erat laborator,& in caſu preſenti nobilis & potens.Et ad vtrãque partem plurimis argumentatur rationibus. Et tandẽ viſis tã ſuper furore, quàm ſana mẽte probationibus hinc inde factis,cõcluſiuè tenet, cõtractũ per illum prætenſum furioſum fuiſſe bonum & validum,fundans ſe ex eo primo, quod continuè ſuã exercebat artem mechanicam.Sicuti Carolus prædictus ſuum ſcutiferi officium in menſa, & domo alti & potentis domini de Albreto, & in omnibus actibus nobilibus conuenientibus ſe honeſtè gerens,tam inter nobiles,quàm domicellas, ipſóſque verbis bonis intertenendo. Etiam & ſecundo matrimonium cum quadam domicella Ioana de Luc. ex potentibus nobilibus parentibus procreata contraxerat,qui cidẽ Carolo talẽ in vxorẽ,ſi ſciuiſſent, aut cognouiſſent eundẽ fuiſſe virũ furioſum,& alias mẽte alienatum,& à ratione deuiũ,profectò prout præſumendum eſt,non dediſſent: † quia de iure ci 68
uili,& canonico matrimonium contrahere non poterat,in l.hæredibus.§.j.ff.ad Trebellia.& in d.l.patre.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.& l.furor.& l. in ſponſa.in fi.ff.de ſponſal Et Alberi.de Roſa.in l. obſeruare.ante finem.ff.de cur.furio.& Fulgo.in d. conſi.ccxij.col. penul. circa med.verſi. adeſt etiam & aliud vehemens argumentum. Et iſta fuit etiam ratio Soci.in dicto conſil.xlij.per tex.in d.c.dilectus de ſponſal.& in c. neque. xxxij. quæſt. vij. & plene Laſ.in dicta l.patre.col.j.verſi.tertiò nota. & col. ij. verſicul.quid in dubio.in fine. Et etiam Soci. in conſil.xlvij.nume.viij.inchoan. Facti narratione & dubijs.vol.ij.& Alexand.cons.iij. Et † idem de in- 69
trante religionem dicendum eſt, cum matrimonium ſpirituale contrahat, vt volunt Docto. in locis ſupra allegatis,& plene Lapus in dicta allegatione xxxvj. Vel poſſet dici quòd ante furorem illam acceperat in vxorem,& poſtea furorem ſuperueniſſe,vt dicit Baldus in dicta l. humanitatis col.penultim.de impube.& alijs ſubſtitutio.Eidem Laſon.cõſilio clxxviij.volu.ij.prout in caſu præſenti euenit, vt ex infra dicendis apparebit.Præterea † pater hũc 70
eundem Carolum filium ad ſua gerenda negotia, & bona adminiſtranda procuratorem & receptorem conſtituerat:quem alias,prout eſt veriſimile,ſi cum cognouiſſet mente captum,non conſtituiſſet, nec deputaſſet. quod eſt multum notandum: quia parentes conſilium pro liberis capere ſolent leg. quod ait lex.ff.de adulterijs,& in l. ſi furioſo. in fin. ff. de curato.furioſi.& infra dicam.† Et huic non vi 71
detur obſtare quod dicit Bar.in l.j.C.qui & aduerſus quos.reſpondiſſe ſemel in quæſt.de facto, quòd licet ille cui interdictum erat bonis tanquam prodigo,& datus curator, aſſumatur poſtea ad decurionatus officium,vel ad aliud ciuitatis ad regimen: tamen interdictio ob hoc non cenſetur reuocata: quia potuit aſſumi non ex eo quòd effectus eſſet diligens in ſuis rebus agendis, & ſic per conſequens quaſi ad ſanos perueniſſet mores. ſed propter neceſſitatem patriæ, aut alium bonum reſpectum, vt ibi per eum, quem ſequuntur Angel. & Paul.de Caſtr.& Philippus Decius conſil. cclxxiiij. col.ij. verſicu.nec admitti debet reſponſio,quia furioſus deſinit eſſe talis,ſi ſanitatem: & prodigus, ſi ſanos receperint mores, d. l.j. de cura.furio. & ibi Bal.in fi. cum alijs ſupra per nos in j. præſuppo. allegat.in d.§. viij. in gloſ. ij. verſicul. ſed curatores. de conſuet.iur. ſtat. perſo. Tum quia ante interdictionem bonorum fecerat venditionem, de cuius nullitate agitur, ac pariter omnia prædicta egerat, vt conſtat de depoſitionibus teſtium, ac alijs inſtrumentis & petijs productis. Quare apparebat quòd etiam plures cauſas, & bailletas perpetuas,ac contractus licitos, nec non plura arduã negotia perfecerat, & celebrauerat hominis ſanæ mentis, vſque ad venditionem incluſiuè prætenſam. Vnde teſtes deponentes de furore, & ſana mente reduci debent ad concordiam, vt dicit Bar.in leg.ij.ff.cer.pet.& Bald. in leg. teſtium facilitatem. C. de teſtib.cap. cum tu. c. tit. iuxta illud,diſtingue tẽpora,& cõcordabis ſcripturas.c.periculoſe,de pœ.di.j.& l.apud antiq. C. de fur. Quare teſtes pro parte matris hæredis deponentes filium ſuum fuiſſe furioſum certo tempore ante venditionẽ, & ad mortem vſque, & ſic cõprehendendo eum fuiſſe tempore vẽditionis furioſum debẽt in-

telligi ſecundum quòd teſtes rei deponunt, videlicet quòd erat tunc ſanæ mentis vltis tot contractibus in nu. decem, vel circa per ipſum paulo ante cõtractum venditionis prædictæ paſſatis: per quos vnà cum teſtamento Caroli & teſtium rei depoſitionibus clarè hoc probatur. Ideo præferuntur ſimplicibus depoſitionibus teſtium actricis, ar. c. licet cauſam. de proba. Quoniam inſtrumenta ſimul iuncta probant illud quod vnum per ſe non probaret, vt dicit Bal. in leg. fina. per illum tex. C. de ſal. cau. adiec. leg. Et Franc. Curtius ſenior. conſ. vl. in fina. Quia quæ non proſunt ſingula, multa collecta iuuant, l. inſtrumenta. Cod. de probatio. cum ſimili. & ſic concordat Cardi. de Zabare. in dict. conſil. lvj. in vlti. quæſt. dicens quod licet ſit probatum
72 aliquem eſſe furioſum, † & ex aduerſo illum etiam ſanæ mentis per inſtrumenta contractuum per eum factorum, prout in caſu ſuo fuerat per quatuor contractus parum ante cõtractum reſcindi petitum celebratos, quod tunc probata eſt ſana contrahentis mens, quæ præferri debet ſecundũ
73 eum, vt infra dicam. † Veruntamen ſi notarius in teſtamento diceret teſtatorem fuiſſe mente ſanum &c. non probaretur mentis ſanitas: quia ſecundùm Iaco. de Bellouis. non probatur per teſtimonium notarij, ſed ſola legis præſumptione: nam mẽtis ſanitas eſt quid inuiſibile, & propriè non percipitur viſu vel auditu, ſed magis iudicio rationis. Qualitas enim mẽtis nõ probatur per notariũ, ſed per ſolã verborum prolationẽ. Ita refert & ſequitur Bal. in d. l. teſtiũ facilitatẽ. de teſt. volens etiã quòd nec à teſte probetur directè: nã nõ cadit directè in ſenſum teſtis, l. nec codicillis. & idem Frãc. de Are. d. l. ij. & omnes in l. ſanũ mente. C. de trãſactio. vbi Iaſ. dicit *hanc eſſe communem*, quã tribus corroborat rationibus vt ibi per eũ, & idem Lud. de Ro. cõſil. cccexx. co. iiij. poſt princ. verſi. qua ratione. Licet Ioã. de Imo. in d. l. ij. teneat cõtrariũ. ſed Ang. & Cuma. poſt Din. tenẽt primã, quã ſequitur Frãciſ. de
74 Curte iunior in d. cõſi. clj. nu. i. † Sicut ecõtra, ſi notarius in inſtrumento diceret talem ſanum corpore licet mẽte & intellectu languentem &c. nõvitiaret, ſecundum Iaſ. ſequẽdo Bal. in l. Imperator. in j. col. verſi. pone ergo. ff. de ſtatu hominum. Et ſi quiſpiã diceret, quòd contractus, teſtamenta, &c. huiuſmodi plerumque fiunt, cum peritorum conſilio, l. dictantibus. C. de teſtamen. & tunc illo caſu bene reperiuntur rectè & ritè facta & ordinata, quòd eſſet aperire viam fraudibus, vt dicit Philip. Corne. in dictã leg. furioſum. colum. ij. Reſpondetur tamen, quòd hoc iure permiſſum eſt, d. l. dictantibus. & gl. ij. in l. illa inſtitutio. & ibi Bar. & Alexand. ff. de hæred. inſtitu. cum aliis per Alexandrum alleg. Quinimò ſtultus diceretur, qui rationem animi ſui ſequens abſque iuriſperito teſtamentum conderet, aut contractum ponderoſum faceret, vt dicit textus celebr. in l. penul. §. fina. ff. de legat. ij. & plenè Lucas de Penna in l. omnes. colum. vij. verſi. quæro an in deciſionibus, cum ſexdecim col. de decurio. libro x. Et dubium non eſt, omnia omnino quæ conſilio recte geruntur, iure meritóque & effectu & firmitate niti, leg. dubium. C. de repudiis cum aliis per gl. ibi & Alberic. de Roſa. alleg. Ideo ait Salluſtius in Catilinario, in princip. Quod priuſquam incipias, conſulito: vbi conſuleris, mature facto opus eſt. Parata enim ſunt foris arma, niſi ſit conſilium domi, vt inquit Cicero primo Officiorum. Igitur vile eſt homini imperito, regi à perito, vt ait Iacobus de Ana. in cap. quorundam. colum. ij. verſi. nata caſum de Iudæis. Quare Oroſius ſecundo ad Auguſtinum ait, Expers conſilij furor dolorem virtutem putat, quantum meditatur ira, quantum promittit audacia. & etiam ne melioris conditionis ſint ſtulti quàm periti. leg. Seruius. ff. quod vi aut clam. Aliàs ſi non eſſet bene dictatum & ordinatum, dictans eſſet puniendus, vt authentic. de non alienan. vel permutan. §. quia verò veriſimile. cum aliis ibi per gloſ. in verb. dictauerit. allega. Tum alia ratione poſſunt hic & debent teſtes concordari: ſcilicet, quòd propter fugam vxoris ipſius Caroli, quæ ab eo, cum vno tibaldo eiuſdem Caroli ſeruitore aufugit, cum certis etiam pecuniis ablatis & ſubſtractis, quas venditione prædicta idem Carolus ab ipſo reo receperat, effectus fuerat furioſus, & mente ſua alienatus, prout teſtes rei dicebant communiter in loco de Buzeto, & aliis locis circumuicinis tunc dici & teneri. Vnde teſtes actorum deponentes ipſum Carolum fuiſſe furioſum, debent intelligi veniſſe ad furiam ob prædictam cauſam, & ſic poſt venditionem. Nam, inquit diuus Auguſtinus libr. quæſtionum veteris & noui teſtamen. recitatiue vero in cap. aliquos ſcimus ſubito dementes factos, ferro, fuſte, lapidibus, morſibus, multis nocuiſſe, quoſdam etiam occidiſſe. xv. quæſtion. j. & not. Bartol. in l. nuto. de legat. iij. & in l. ij. de bon. poſſeſ. furioſo, infanti delata. & in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus ibi, quod enim tam humanum. & ibi Docto. ſolut. matrim. vt infra dicam. Sic enim accidit regi Nabuchodonoſor, vt habetur Daniel. iiij. & xxiij. quæſti. cã Nabuchodonoſor. Qui ob eius ſuperbiam ſeptem annis furore vexatus nimio plura exercuit fatuitatis ac beſtialitatis acta: & non mirum ſecundum Hierony. ibi, vt refert Nicolaus de Lyra. fo. 304. litera D, † quia multa ſunt homini ſano impoſſibilia, quæ tamen ſunt homini furioſo poſſibilia. Furia enim facit multa agere & pati, quæ aliàs non poſſet. Videntur enim homines deſperati non curantes pericula. l. deferre. §. item conſtitutionibus. ff. de iure fiſc. Bald. in lib. j. C. de eunuchis. Videmus enim amentes, vt ait de Lyra, diu ſub dio morari, & crudis ſuſtentari, & videntur etiam eſſe beſtiæ beſtiarum, etiam ferocium, cum quibus amicitiam contrahunt. Et ratio iſtorum ſecundum de Lyra poteſt aſſignari, quia furia naturam hominis deordinat, & quaſi beſtialem facit: & vita hominis non differt à vita beſtiali, niſi per vſum rationis. Et ex hoc ſequitur, quod aliqua ſunt eis delectabilia & poſſibilia, quæ ante non erant propter tranſmutationem naturæ: ſicut mulieribus prægnantibus carbones, vel terra ſit cibus delectabilis, & hoc propter naturæ deordinationem, quæ tamen aliàs ſunt eis abominabilia. Et ex hoc etiam ſequitur aliud, ſcilicet quod cum beſtiis contrahunt familiaritatem, aut quandam aſſimilationem ad eas: & propterea beſtiæ non deuorabant Nabuchodonoſor: ſicut experimento videtur, canes ferociſſimos non nocere fatuis naturaliter, vel amentibus. Et tamen Nabuchodonoſor fuit ligatus vel incluſus, prout ſolitum eſt fieri, leg. congruit. §. fina. cum leg. diuus. ff. de offic. præſid. & lib. penultim. §. vltim. de paricidiis. cap. ipſa pietas. xxiij. quæſtion. iiij. Hoc fuit ſecundum de Lyra, quia infirmitas magis fuiſſet aggrauata. Patet enim ad ſenſum, quod furioſi cum ligantur magis infirmantur. Nam & frenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari. cap. quid faciet. xxiij. quæſt. iiij. Sic etiam accidit diuo Carolo ſexto Francorum regi melancholiam, vt habetur in eius
75

chro-

chronica per Gagunum ædita.folio 103. verſo. Et pariter Theromi citerioris Hiſpaniæ, vt refert Macrobius:& pluribus aliis id accidit, quos refert Valerius lib.vj.cap.ix.Et maxime ſapientibus, qui ob amorem mulierum bacchati effecti ſunt fatui:quia furore amoris nihil vehementius inuenitur, ff. illud.in authentic quibus modis natu. effic. legit. & inſtitut.de ſucceſſion.ſublatis.Non enim frater fratri dum furor ille venit,ligneus ille furor neſcit habere modum,vt dicit gloſſa in dicto §. illud. & Ariſtoteles vij.Ethicorum.cap.ult, iram & ciuiditates venereas, cæteraque ſimilia corpus etiam manifeſtè permutaſſe, atque nonnullos in furorem ac inſaniam adegiſſe.quid enim ipſimet Ariſtoteli euenit,quid Salomoni, qui aſſiduitate & cõuerſatione mulierum adorauit idola, & eis templum ædificauit.iij.Regum xj.& cap. Salomon. xxxij. quæſtion. iij & Eccleſiaſtes xlvij.Ideo ipſe ſcribit: Vinum & mulieres faciunt apoſtare ſapientes. Quid enim Appio Claudio Iuriſconſulto, qui amore virginis captus,omne fas atque nefas miſcuiſſe dicitur, l.ij. §.initium. ff. de origine iur. Et Lucius Florus de geſt.Rom.capto ſanctæ de ſeditio.verſi.ſecundum in vibe decemuiratus libido cõſtat. & dixi inf.quæſtione ccxxvij.incipien.quid de iudice. quid profecto Virgilio poetæ laureato, vide quod dixi in quæſt. in inchoante.Quidam hoſtiarius curiæ noſtræ.colum.vlti.& Alber.de Roſa.in l.vna.C.de ſenatuſcon. Claudia. vbi in fine ponit differentiam inter amorem & cupidinem. Nam ex primo pulchritudinis aſpectu amor concipitur: & ex aſſiduitate ſequentis cognationis cupido cauſatur, cuius percuſſor eſt amor. † Vnde amor puer pingitur,quia eſt irrationabilis & ſtultus. Cupidinem dicũt deum fornicationis, quem idem alatum pingunt:quoniam cupidine calentibus nihil leuius,nihilque mutabilius inuenitur. Sagittam in manu tenere fingitur, quoniam cor vulnerat, faciémque inflammat.Quid dicemus de pluribus, qui ob ſcięti̇am errant, ac ſtulti fiunt? iuxta illud Ieremiæ x. Stultus factus eſt omnis homo à ſcięti̇a ſua.& Eſaiæ xlvij. Sapientia tua & ſcientia tua decepit te.Et alios videmus ob nimiam literarum ſtudium inſanire.& Actium xxvj. dicitur, multæ literæ te ad inſaniam conuertunt, vt per Lucam de Penna in l. omnes iudices.col.xvj.ver.videmus.C.de decurio.li. x.& Sylua nuptia.li.10.col.iiij poſt princ.verſi.Et inquit Philoſophus † Si igitur furia inuaſit Carolũ de Neilhano non ſine grandi cauſa,quia grauis eſt in mente vir: adulterũ vxoris,quã homicidiũ filij, l.codicillis.§.matre.ff.de le.j.& no.Bal. iin c.ex parte.de conſue.& con.lvj.volu.iij.& l. Gracchus. ibi, tamen nox & iuſtus dolor.C. de adul. quamuis videatur tex. in l.interdũ.§ j.ff.de public.dicere quod poteſt eſſe aliud adulterio grauius: de quo ibi per Alberic. & in dicto §. matre. & gl. in c. quid in omnibus.xxxij.q.vij. ſignanter quando peius adulterio turpis adulter obeſt.gl.in c.cum quidam.de iureiuran.& Bolog.in authen.habita.col.iij. C. ne filius pro patre.& Sylua nupt. qui etiam dicit, quod quandoque in thiſicam, vel aliam incurabilem ægritudinem & mortem incurrit ex mœrore quem inde ſuſcipit, maximè in nobilibus & honeſtis viris, ſecundum Paulum de Caſtro in dicta l. interdum.de publicanis. & dixi in dicta quæſtion. incipien.quidam hoſtiarius curiæ noſtræ. colum.ij. Et cum illo dolore accidit ſibi bonorum amiſſio,quæ dolorem aliam & metum etiam inducit. not.Ioan. Fab.§.ſciendum.inſtitut. de donatio. & tex.c. Abbas,cum ibi nota. per Gloſſam & Doctor. de iis qui vi metúſve cauſa fiunt. & Gome. in §.fuerat. numer.44.de actio.cum ſimilib.per eum allegatis.

† Vnde teſtamentum factum, aut alia diſpoſitio propter furorem ſuperuenientem non annullatur, dicto §.item furioſi.inſtitu. quibus non eſt permiſ. facere teſta. & ibi Ioann. Fab. & Marcus Bauarius in ij.& iij.nota.& tex.in dicto §. matre.& ibi Docto.inſuper Iaſ.verſ.conſequenter not.& late Frãciſcus de Ripa.libr.iij. interpreta. titu.de reuocan. donatio.fol.21.quæſt. lxvij. & ſingulariter Socin. conſil.xlvij.volumin.iij. inchoan. facti narratione. Ad idem text.in l.iij.§.ſi quis ante ff.de ſecund.tabul.& in l.ij.& in l.qui in poteſtate. §. fin. & l. qui teſtamento.§.nec furioſus.ff.de teſtamen.tenet Iaſ. in dicta l.furioſum. col. j.in ij. limitatio. & ibi Rimin.numer.ij.verſi.Item no. quod furor ſuperueniens.& Iacob. de ſancto Geor. in l. ſi à me.& l. iudex.ff.de iudic. dicens hoc etiam procedere, ſi talis inhabilitas ſuperueniat ex crimine,ſeu delicto illius qui facit actum: vt in teſte qui tempore quo erat habilis tulit teſtimonium. & poſt ſi efficiatur infamis,non vitiatur teſtimonium, vt habetur in l. ad teſtium.§.conditionem teſtium.ff.de teſtamen. & capi.teſtimonium. de teſtib. & Doctor. in l.qui furere cœpit.ff.de ſtatu homin. Nec obſtare videtur, quod teſtes actorum deponunt etiam illum fuiſſe fatuum, oſtendendo pudibunda. vt infra dicam,& imagines ſanctorum ſalutando, nec tranſire ſubter arborum frondes volendo,&c. quia pauci ſunt ante cruces,& imagines Dei:& virginis Mariæ,ſine ſalutatione,& adoratione, ac inclinatione capitis cum pilei amotione tranſeuntes: imo hoc tenetur facere. capitu. per latum. cum ſequen. de conſecration.diſtinct.iij.& cap.ſi canonici. §.cæterum.de officio ordin. lib. vj. & l.j.C.nemini licere ſignum Saluatoris.l.Titia.§.ſi.ff. de auro,& argento lega.& Franciſ.Tigr.in l.non contrahit.ff. ad legem Iuliam maieſta.& Ioan. de Ana. ca. ij. colum. ix.poſt mediam.verſicul. Quæro iuxta prædicta.de maledi.Et pariter nolle tranſire ſubter arbores,nõ poteſt dici fatuus,imò ſapiens, propter frondes arborum iter publicum tranſcendentes,ab illis ſe deuiando, ne ei accideret quod Abſaloni contigit, qui tranſiens ſubter condenſam quercum & magnam frondibus,quibus caput eius adheſit,ſuſpenſus fuit,vt habetur 2.Regum xviij.&cap.ſicut xlvij. diſtinctio.verſic.Abſalon verò.Aut etiam propter arborem incidentem, ſeu putatorem, l.ſi putator. ff.ad legem Aquiliam.& §.item ſi putator.inſtitut. eod.quoniam non ſufficeret teſtes dicerem quem inſanæ mentis eſſe,quia prædicta viderunt facere, & inania loqui verba, quia tales teſtes non probarent, niſi dicerent eum talia facere more inſanorum,cum etiam ſani mente aliquando talia faciãt, vt dicit Bal.d.§.furioſi.inſtitut. quibus non eſt permiſ.facere teſta.de quo dicto exclamat Alex.n. d. furioſum.& idem Iaſ.in conſi.ij.nu.7.volui.j. † Nec pariter obſtare videtur quòd fuit eidem Carolo datus curator:primò,quia licet fatuo detur curator ſicut furioſo, l. j. in fin.& l.ij. C.de poſtul. tamen propter hoc non prohibetur teſtamentum facere, aut alia agere acta, vt tenet Ioan.Fab. in dicto §. præterea.inſtit.quibus non eſt permiſ. facere teſta. quem ibi ſequitur Angel. Aret.& Iaſ. in d.l. furioſum.in iij. limita. Secundò quia hic poſt contractus prædictos, & prætenſam venditionem datus fuit curator tanquam furioſo & prodigo. quod eſt notandum:ipſum etiam tempore venditionis, &

cæterorum prius per eum geſtorum,nó eſſe furioſum, & per conſequens firma & valida,d.l.j.de curat.furio.& d.l.is cui bonis.de verb.obli. Nam geſta per prodigum notorium valent & tenent, vt ibi,& dictum eſt ſupra in præfatione, niſi eſſet minor,vt voluit glo. in l. patri pro filio. in verbo interdict.ff.de minо. quam facit ſing. Lud. de Ro.in ſuo ſing.ccxxv.inchoan. fuit interrogatus. Et dixi in d.§ viij.de conſuet.in.ſta.perſo.hb.cõſuetu.Biturig.præterea non eſt veriſimile,matrem,& ceteros parentes eiuſdem Caroli venditioni prædictæ conſenſiſſe,& illam poſt certum temporis ſpatium bis ratificaſſe,ſi talem cũ cognouiſſent, prout præſumitur,in l.octaui.in fi.ff.vnde cogna.& l.de tute. C.de in integ.reſti.Et ita per illa iura tenuit Bal. in d.§.item furioſi.inſtitut.quib.non eſt permiſ. facere teſt.& Alex.in terminis in d.conſi. liij.libr. j. & Philip.Decius conſi.lxxxvj. col.iij. vertic. vltima conclu.& in d.l.furioſi.col. ij.ver. & probetur quis furioſus.de re.iur.& conſi.cccxlviij.quod eſt ſingul. pro hac quæſt.in conſil. cccccxxvj. num. 6. Et ſic parentes & alijnes tenebant, & reputabant ipſum Carolum ſagacem & non furioſum: quod eſt notandum, ſecundum Barto. in d.l.diuus. ff.de offi. præfec.Et pater in vita ſua tenebat eum ſagacem, vt dictum eſt,& etiam in morte, quia eum in teſtamento ſuo inſtituit hæredem, abſque exemplari ſibi facta ſubſtitutione, & ſine aliquo ſibi dato curatore: quod ſecus alias fuiſſet, ſi eum pater pro furioſo, aut mente alienato, abſque intellectu & diſcretione tenuiſſet. dolor enim patris filius ſtul-
89 tus,Prouerbior. 19.¶ Quia tunc omnes etiam iudices reputare tenentur eundem tanquam furioſum, & non mente ſanum,l.ea quæ pater.C.de infamib. ibi,ſed apud bonos & graues opinionem eius qui patri diſplicuit, onerant, & tenet domi.Lupus de Palatios.in repetitio. c. per veſtras de dona.inter virum & vxorem.fol.86.colum. j. num. 2. & 3.vbi allegat Paulum de monte Pico.in repeti.l.in quartam.colum.xliiij.verſicul.viij. ff. ad leg. Falcidiam. Quinimo ſententia in contrarium contra reputationem patris lata non valeret. Sicut econtra quãdo pater reputabat eum ſanæ eſſe mentis, vt dixit textus in dicta l.ſi furioſo puberi. de curato. furio. & ibi glo.vlti.in. dicit nota. de paterni teſtimonij authorita.Et idem Alex.in dicto conſi.liij.lib.j. & Decius in dict.conſil.lxxxvj.col.iij.ver.vltima cõcluſio.& Petr.de Bella pertica.& Albe. Roſa.in l.j. §.amplius.ff.de confir. tutor. Sed vbi alias fuiſſet datus a iudice curator tanquam furioſo,vbi non erat,vide per doctores ſupra allega. & Bar. in d. l. is cui bonis.qui tenet valere interdictionem,per no. in l.ſi ab eo.ff.de vſucapion.& §.item prodigus inſtitut.quibus non eſt permiſ.facere teſta. & gl.in l. Sciæ.egreſſæ.ff.de tut. & cura.dat. ab iis. Et ſequitur Bertrand.de Carpen.conſil.xlviij.numer. 11.cũ ſequẽt.volu.j.nouiter impreſſo & Domini.de Rota Deciſi.dcccxlvj.alias deciſ.viij.titul.de teſtamẽt. inchoand. Titius & Mæuius.in antiq. tamen Bald. Angel.& Docto.in d.l.is cui bonis.tenent contrarium,de quo ibi per Iaſo.& Moder.& Ludouic. de Rom.conſi.cccixxxv.col.vlt.verſicu. quo ad ſecun-
81 dum.& dixi ſupra in j.præſuppoſi.¶ Et eſt vnum aliud ſingulare in dicta l. ſi furioſo puberi. ſecundùm Baldum ibi in ver.in text.his conſequẽs, quòd pater ratione prodigalitatis poteſt filio bonorũ adminiſtrationem denegare, quod alibi rarò, vt inquit, inuenitur.Sic hic pater conceſſit filio adminiſtrationem bonorum,igitur &c.volens etiam ibi Bald.per illum text.ibi,filium eſſe prodigũ, quod 82
ratione prodigalitatis filius poteſt exhæredari, relictis ſibi alimentis:quia hoc non fit in odium,ſed in fauorem,ne diſſipet bona. quod in caſu noſtro, nec in proceſſu domini Ioan. de Puiolibus Seneſchalli Landarum actoris, & dominorum Alani de Fuxo & Franciſcæ de Montepezato cõiugum reorum:inter quos ſimilis erat quæſtio de eodem Carolo de Noilhan, qui locum de ſancta Liberata vendiderat Carolo de Montepezato,fuerat per patrem dicti de Noilhan factum: imò ſemper ſanæ mentis ab eo,& matre, & alijs cognatis tentus & reputatus,vt dictum eſt. Et ita concluſum fuit in dicta cauſa de Puiolibus. Et in illa etiam erat præſcriptio xlix. annorum. quod erat peremptorium. Quia licet quis emat à furioſo, qui ſanæ mentis tũc reputabatur, & bono & iuſto errore ductus, cum parentes & cognati,& alij palam & publicè ſecum contrahebãt: nihilominus poteſt ex tali titulo pro emptore præſcribere,l.ſecunda.§.ſi à furioſo.ff.pro empt.Quia ipſemet Ioannes de Sclamar dominus de Puiolibus,qui dicit eũ nunc eſſe furioſum,quod non poteſt: quia quem approbo non reprobo, l. Neſennius.ff.de negot.geſtis.& l.ſi quis teſtibus.C. de teſtibus Et econtra, quem reprobo non approbo:cum talis bonorum interdictio prodigo facta procurantibus fieri præ cæteris nocet, vt voluit Franciſ.de Tur.Cremat.ſingul. xcvj. & domin. de Rota in dicta Deciſion.dcccixvj alias deciſ. viij.de teſtamen.in antiq.& dixi in dicto §.in gl.ij. colum. iiij.ver.Et nota in hac materia. de conſue. iur.perſo.¶ Tertiò teſtes vtriuſque partis ſecundum Soci. 83
in dict. conſilio xlij. debent alio concordari modo:ſcilicet dictum Carolum pro certo dilucida habuiſſe interualla, & aliquando ſanæ fuiſſe mentis, viſis tot contractibus & rebus ac negotiis per eum bene & rectè geſtis.Et idem dicit Cornelius conſilio ccxix.volumine primo.Et ſic intelligantur teſtes rei,aliquando in furore fuiſſe repertum, prout teſtes actorum deponũt.Et hoc modo ſunt, vt cõtrarietas euitetur, ad bonam concordiam reducẽdi, d. ca. cum tu.de teſtibus. Alias teſtes omnino eſſent contrarij Quamuis enim,vt inquit Socinus, eo tempore quo teſtes actorum deponunt furioſum,multa vidiſſẽt facere fatuitatis ſigna,quæ probent fatuitatem,non tamen ſequitur quod ſemper fuerit fatuus: quoniam non ſemper viderunt eum talia facere,cum non fuiſſet continue eum eodem allegat text.cum glo.in verbo, ſemper. in l.prima. ſoluto matrimonio.& in l.fin.de parricid.cum aliis per eum allegatis.Et de hac dictione ſemper, vide infrà,quæſtione clvij.inchoan.Or, nunc veniendo. ideo Eccleſiaſtici xxvij. dicitur: Sapiens ſicut ſol permanet:ſtultus autem ſicut luna mutatur. Quare cum probatio furoris ſit difficilis, vt dictum eſt,& iura de vero loquentia,de illo qui continua mentis alienatione,omníque intellectu caret, intelliguntur,dicta l.diuus.in princip. de offic. præſid. & dicto c.dilectus.de ſpon. & dicta l.ſi cum dotem §. ſi maritus.ibi, ſenſum non habet, & ibi Ange.ſoluto matrimon.quod clarè oſtẽdit Socin. per ea quæ ponit Bald.in d.l.furioſum.¶ Quærens ſi teſtamen- 84
tum factum eſt ab eo qui habet dilucida interualla,& non apparet quo tempore factum ſit,an tempore furoris,vel tempore ſanæ mentis. Et decidit ibi Bald.quod aut tempus teſtamenti erat vicinum tempori furoris, aut erat ab eo multum remotũ. Primo caſu,refert aut qualitas diſpoſitionis arguit ad partem ſani conſilij, & præſumitur ſanæ fuiſſe

mentis

mentis tempore teſtamenti. Aut qualitas diſpoſitionis declinat in contrarium : tunc ſecus, l. penultima.ff. de condit.ionibus inſtitu. & illum ſequitur Paulus de Caſtr. Fulg & Riminal. num. 4. in dicta l.furioſum.& Pau.Caſtr in l. qui teſtamẽto.§.nec furioſus in j.quæſt.de teſt.& And. Barba. conſi.lix.col.vj.verſi.nec obſtat.volum.iij.& Franciſ.de Aret.l.ij.col.vlti. verſi. Circa ſecundum arti. ff.de teſtam. Non tamen ex ſola temporis vicinitate furoris tantum, ſed cum aliis adminiculis & præſumptionibus,vt ibi per eum, quæ tamen nulla ſunt ex parte actorum:multa vero ex parte rei. Et idem Socinus conſil.xcviij colum.iij. verſi.ex quibus infero.volum.iij.& bal.in d.l.j.in fin.verſi. circa eorum.de cura.furio.& Angel.Areti.in d.§.præterea.quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. Vnde venditio facta & alij contractus in eodem anno etiam per eum celebrati, non arguunt fatuitatem,quinimo prudentiã : quia ex illa venditione non fuerat læſus : quamuis actores niſi fuerint probare deceptionem iuſti pretij : tamen non venerunt illa via,iuxta conſtitutionem, l. ij. C.de reſcinden.vendi.& c. cum dilecti. & c. cum cauſa.
85 de emption.& venditio.† Sinautem verba teſtamẽti eſſent mixta furiæ,& ſanę menti,nunc præſumeretur furioſus,ſecũdum Angelum in d. l. furioſum. nec attenderetur temporis diſtantia, vt ipſe voluit in hoc,damnãdo doctrinã Bald.fratris ſui.Et ipſum Angel.ſequuntur Fulgo. & communiter doctor.ibiquamuis Bald. hunc non amplectatur caſum †
86 Quarto vero caſu,in quo dicitur,quod ſemel furioſus ſemper præſumitur furore, vt voluit gl.in c.indicas. iij. q. ix. & in d.c. cum dilectus.de ſucceſ.ab inteſtato.hoc verum, ſi non eſſet probatum quod medio tempore fuerit qualitas furori contraria, vt volunt Oldra.& bal.in d.l.furioſum.quos ſequũtur ibi Angel.& Sali. Aliàs regulariter furioſus præſumitur ſemper in furore durare: & idẽ Pau.de Caſt. in dicta l.qui teſtamento. §. nec furioſus,quia cõmuniter ſecundum eum dicitur. Qui ſemel incipit fatuizare nunquam liberatur. Et idem Franciſ.de Aret.ibi.& in d.l.ij.col.ij.verſicul. ſuper primo dicit Bart.o.de teſta ponens duas regulas quas colligit ex dictis bal in l j §.ſi magiſtratus.ff. de magiſt. conuenien.Et idem tenet Cæpo.in d.l.j.§.fin. cum ll.ſequen.de ædil.ædic. vbi diſtinguit vt ibi,& ſequitur Alexan.in d.conſ.cxlj.col. ij. verſi. his præſumptis.cum ſequen.lib. j. & conſi.lxxxv.inchoan. viſo themate colum.ij.verſi. Sed his non obſtantibus,lib.ij.quod quidem reperitur in vij.lib.conſil. cxlvij.& Ange. Aret.in tract.crimi.in verb.Sed quid ſi maleficium.& in d.§.item furioſi. quem legit cũ §.præterea teſtamentum in glo. negotium. de teſt. & ibi Marcus Bauarius in iiij.notabi. limitat. gl. in
87 dicto c.indicas quinque modis:† & vno modo ſecundum Bartol.in l.ij.ad ſi. ff. de bonorum poſſeſſ. infanti vel furioſo delata. Nam ſi probetur quem certo momento ante actum celebratum, puta tali die fuiſſe furioſum,non ſequitur quod tunc in poſterum ſit furioſus, quia illud poteſt contingere propter aliquod accidens, vt dictum eſt. Et idem
84 Florentin.in l.ſed & ſi.§.iniuriam. ff.ad legem Aquiliam. & Franciſ.de Aret. in dicta l.qui teſtamẽto.§.nec furioſus. colum. ij. & And. Barbat.in d c. cum dilectus.de ſucceſ.ab inteſtato. col.pen.verſ. videndum eſt. adducens pro hoc tex. in c.cum in-
88 ter canonicos.de elect. † Tamen iſta præſumptio, quòd furioſus ſemper præſumatur furioſus, tollitur ſecundum Barba.& alios, ex alia præſumptione vehementiori:quia inter præſumptiones eſt dare gradum,vt violentior prævaleat minus violentæ,cap afferte.de præſumptio.& l.j.C. qui & aduerſus quos.Et ideo licet quis fuerit furioſus, & hodie præſumatur, tamẽ illa præſumptio tollitur ex qualitate actus geſti. Quare ſi actus geſtus congruit viro ſanæ mentis,præſumẽdum eſt ſanæ fuiſſe mẽtis tempore teſtamenti, vel contractus.Et iſta fortior eſt præſumptio,& magis conformis naturæ.Et iſto modo,vt inquit Barbat. poſſunt reduci Doct. ad concordiam.Et iſtud eſt in effectu, quòd volũt Ang.& docto.ſupra alle.ex quib. Socin.in præallegat.conſi.xlij.duobus hanc doctrinam concludit.† 89
Primò quòd actor habet neceſſe probare contractum vel inſtrumentum fuiſſe tempore furoris,aut vicino furoris celebratum,d.c.indicas. iuncta gl.in verb.oſtenderet.& c.in præſentia.de probat. Habit ergo hoc quod fuerit confectum temporis interuallo à tempore furoris.Et ſic non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe,l.non hoc. C. vnde cogna.& l.neque natales.C.de proba. & d.ca.in præſentia.per quod dare eſt reſponſum ad Pet. de Ancha.& Cardi.de Zabar.in clem.j.de homi. quos ſequitur Iaſ.in d.l.patre.co.ij.verſic.quid in dubio.
†volentes quod ſi probatum ſit quem aliquo fuiſſe 90
tempore furioſum,& exaduerſo probatum ſit fuiſſe ſanæ mentis,non ſufficere ad validandum actum geſtum,niſi probetur ſanæ fuiſſe mentis tempore actus etiam geſti.alleg.nota. per Din in regula,ſemel malus.quia hoc verũ,quando non probaretur ipſum ſanæ fuiſſe mentis tempore contractus, nec dilucida habuiſſe interualla, prout fuit hic,iuxta l. cum aliis.C.de curatore furio. vnde videtur ſublata illa furoris prẽteriti prẽſumptio.vt ibi,& ita volunt doctores ſignanter Franciſ.de Aret.in d.l.ij. C.de teſtamen.Quare allegatio & probatio per actricem,& ſubrogatos de furore ipſius Caro.facta, annullatur per probationem per ipſum reum factam:tam ſcilicet per venditionem,quàm per alios contractus tunc, & paulo ante celebratos, ac per teſtamentum poſt per eum factum,&bene ordinatum:quæ omnia conueniunt in omnibus partibus homini ſanæ mentis,& non profectò furioſo, vel dementi:prout vult Petrus de Anchara.Et ita dicit Alexand.conſil.xcij.col.iiij.lib. v. maximè cum furor poſt ex cauſis prædictis ſibi ſuperuenerit,vt dictum eſt. † Secundo modo concludi poteſt:quia 91
dato ſecundum Socin. quòd probaretur contractũ vel teſtamentum factum fuiſſe inſtante tempore vicino furori, non tamen ob hoc præſumi debet, quòd tunc fuerit fatuus aut furioſus, quia qualitas diſpoſitionis arguit ad partem ſani conſilij: quod clare oſtenditur ex contractibus & inſtrumentis per eum celebratis, quibus (cum non probetur contrarium)ſtandum eſt, l.cum precib. C.de probatio.§.ſi vero moriantur.in authen. de fide inſtru. Et iſta hominib. conueniunt ſanæ mentis,vt de ſe patet,& Alex.alle.Bart.in tracta.de teſte. §.oppoſita prudentiæ. dicentem.† quòd ſi conſtat furio- 92
ſum dilucida habuiſſe interualla,& dubiteturan actus geſtus fuerit factus in quiete, an in furore, dicendum erit ſecundum eum quòd ille actus hoc oſtendit.Et ipſum ſequitur Iaſ.in d.l. furioſum. verſicu.quid autem.allegans Alexand. ſic tenere in aliis pluribus conſi.& Bart.in dicta l.ij. de bon. poſ. furio.Pro quo facit tex.in l.aut facta.§. euẽtus quoque ſpectatur. vt à dementiſſimo quoque facta. ff. de pœnis.& in l.ſi quis in tantam.C. vnde vi.vnde id quod matrem aut alios coniunctos offendebat,

oſtendit hoc in furore feciſſe. Sinautem econtra fecit quod quilibet diligẽs paterfamilias feciſſet,oſtendit actum in quiete fuiſſe geſtum , ſecundum Bartolum & Doctores ſupra alleg. Et latius per Soc.in dicto conſi. xlij. & Joan.de Neuizano in ſua
93 Sylua nuptia.verſi.præterea nonne & fatui.† Tum quia plus creditur duobus teſtibus de ſana mente, quàm mille de inſania deponẽtibus,vt voluit Abb. Sicul.in d.c.cum dilectus. de ſucceſ.ab inteſt.& la. conſi.ij.nu.8.vol.j & conſi.clxxviij.num.j.vol.ij.Et dictum.eſt ſupra col.vj.poſt princ. & maximè quia teſtes deponentes de ſana mente deponũt de qualitate naturali intrinſeca , quæ à natura ineſt,& cũ qua homo naſcitur:quoniam homo naſcitur bene ſenſatus, & ſic de affirmatiua vtroq; iure comprobata,d.ca.cum dilectus. & ibi expreſſe Barbat. & gl.in ca.ſi forte.de electio.lib vj. & l. nec codicillos.C.de codicil.vbi Bartol.dicit,quòd aſſerens aliquem eſſe ſanæ mentis, habet præſumptionem iuris pro ſe,quòd ſi ſanę mentis.Et ſequitur Franc. de Cur.in conſil.præalleg. clj. Et ſic præferri debent teſtibus deponentibus de negatiua illius qualitatis,licet reſoluatur in affirmatiuam , ex qua de neceſſitate ſequatur eum eſſe furioſum, vel mente captum,& non ſanæ mentis , vt dicit Bal. in c.dudum.quem ibi ſequuntur Doct.de præſumptio.& Iaſ.in d.conſil.ij.nu.8.volum.j.& Franc.de Areti.in
* c.in noſtra,verſi.aliquando teſtes. quem ibi ſequi-
94 tur Feli.verſ.fallit ſecundo.de teſti.volentes,†quòd quando per eadem media alicuius ſenſati , & ſigni affirmatiui probatur negatiua , non eſſe differentiam inter affirmatiuam & negatiuã:vt puta quòd res ſit vjtioſa,vel nõ vitioſa, quod aliquis ſit furioſus vel non furioſus,aut mortuus vel non,vel ęgrotus aut non.Et hoc probat tex, ſecundum Feli.in l. j.de cano.ſtrument. vrbis Romæ.lib.xj. Et ibi Bar. ad hoc ponderat illum tex. Et iſtud corroboratur per ea quæ ſingulariter dicit Imo. in c. j. de frig.& malef.quòd ſi duo teſtes deponant virum frigidæ eſſe naturæ, & alij duo teſtes ſimiliter deponant non eſſe, ſtatur duobus vltimis teſtibus , tanquam veriſimiliora & aptiora naturæ deponentibus:cum
95 aliis per Ant. Corſe. in ſing. in verb.teſtis.alleg.† Sic etiam magis ſtatur teſtibus deponentibus illud quod eſt conforme ac conſonum iuri communi, quàm aliis aliter deponentibus , vt voluit Inno. in cap.auditis.de præſcrip.quem ſequitur Bal.cap.j.de
outrouer.inueſtitu.&in authen omnes peregrini. C.communia de ſucceſ. & Pet. de Ancha.in c.j.& ibi Moder.de reſcrip.lib:vj.& conſ.ccliiij.inchoan. in quæſt.presbyteri Caroli.& Fran. Cur.in tracta. de teſti.conclu.ix.& Feli.in d. c. dudum. ver.in gl. idoneus. de præſump. & latius in c. ſuper his. ver. Quarta conclu.de accu. & Corſe. vbi ſupra in verbo. teſtis.& And. Barbat.conſil. v.nu.2.vo.ij. Pro-
96 pter hoc dicit Dominic. in c.concilia.xvij.diſt.†teſtes deponentes teſtatorem tempore teſtamenti inſanum fuiſſe,non probare concludentur:quia iſta inſania non eſt regulata iure poſitiuo,vt ibi dicitur in verſic.ſacerdotes inſaniſſimi: quia inſania eſt carentia recti intellectus:ideo non concludunt.alleg. text.in dicto capit.in præſentia. Et eum ibi ſequitur Felin.poſt princi.verſicu. Et adde Domini. de
97 probation. † Ideo dato quòd mille teſtes probarent talem prius fuiſſe furioſum, & duo probarent eũdem tempore quo actum geſſit,ſanę fuiſſe mẽtis, iſta ſecunda probatio prævalet, per tex. in d.c. indicas. quia dictæ probationes non diſcordant,& prima probatio non infert in tempus de quo agi-

ter,niſi p ęſumptiue Et ita ſingu. Philip.Corſe.cõſilio lxxv.volumi.ij.quod eſt pro hac Decil. proprium & ampium. Igitur cumhis prædictis ſimul iunctis oritur probatio in homine ſanæ mentis,cũ ex pluribus præſumptionibus ad idem cõcurrentibus inducatur plena probatio,gl. in l.inſtrumenta.C. de proba.& in l.iij.§.eiuſdem.ff.de teſtibus.& c.cum cauſam.& c.tertio loco. de proba. cap. accedens.in ſecundo.vt lite non conteſt. & c.illud. de præſump.& c.cum bertoldus. de re iudic. & d. c.cum dilectus.de ſucceſ.ab inteſt. & bal. in rubr. de probat in l.iij.C.ad l.Iul.maieſta.& in d.c.auditis.de præſcrip.cum aliis per Barbat. alleg.in d.cõſi.lix.Et nihil ex aduerſo eſt productum quod iuuet probationem teſtium de furore prætenſo deponentium : cuius probatio eſt , vt ſupra dictum eſt , difficilis. Nec obſtat allegare ſimulationem contractuum per ipſos de Lartreos patrem & filium circa emptionem & acquiſitionem prædicti caſtri de Biraco factorũ: quia non refert quis eorũ emerit locum prædictum,nec quibus pecuniis. Nã ſolent homines armorum ex ſtipendiis multa acquirere diſcurrendo per totum, cum aliis armigeris,violando & extorquendo,vt moris eſt in Italia, vt dicit Bald. conſi. cxj. inchoan. quidam nobilis filiofamilias.in prin.vol.iij. Sic etiam in Gallia & vbique faciunt homines armigeri. Nec etiam obſtat ſi dictus Ludouicus ſit hæres ſui patris, qui facultatem recubrij ſeu reuenditionis per eundem eidem Carolo datam extinxerat & amortizauerat, ſiue non:ex quo ſibi poteſt competere ac pertinere tam ex perſona patris,quàm ex ſua , cum vna & eadem reputentur perſona,l.ſi.C.de impub.& aliis ſubſtitut.& l.in ſuis.ff.de libe. & poſthum. cum aliis per Hippolit.de Marſil. ſingula.clx. inchoand. pater & filius.alleg.† Nec pariter obſt.quod cura- 98
tor fuit per iudicem eidem Carolo datus,quia hoc fuit,vt dictum eſt,poſt venditionem,&ratificationem.ac alios contractus per ipſum rectè & ritè factos,quoniam ſi ante fuiſſet ſibi de curatore prouiſum,non valuiſſet,per eum geſta , vt volunt iura & Doct.ſupra alle.& Corne.conſi.lxix. in litera X, ante ſi.ver.nituntur etiam.volu.j.Quia inquit Philoſophus j. Politicorum , homines qui ſe ratione propria gubernare neſciũt,naturaliter ſore ſeruos eorum qui eos ratione & prudentia gubernare poſſunt.† Et ſi dicatur quod non erat opus ei dare 99
curatorem,cum à lege datus ſibi fuiſſet,vt ſupra in præfatione dictum eſt,hoc verum , niſi probatum fuiſſet eum ſanæ fuiſſe mentis, vt ſupra ſatis extitit deductum. Et prædicta etiam curatoris datio erat nulla , cum de iure ad eius eſſentiam requiratur, quòd curator furioſo datus , non ſolum poſt iuramentum de vtiliter rebus furioſi agendis præſtitũ, faciat inuentarium bonorum publicè ſcribere, & omnia bona ſua adminiſtratione ſpecialiter obligare.& hypothecę ſupponere,l. de creationibus.& ibi Bartol.Bald.& Salicet.C.de epiſco.audi.& l.ſi. §.ſed cum antiquitas. C. de cura.furio.†vbi mater 100
non poteſt eſſe tutrix ſine bonorum ſuorum obligatione.l.fin. C. quando mulier offi. tutel.fung. & Salic.in authen.matri & auię. q.xviij.eodem titu. Sed etiam requiritur,quod in pręſentia epiſcopi & trium primatum prędicta curatoris furioſi datio fiat. Tamen de conſuetu. ſecundum Bar. in d. l.de creationibus. valet talis datio curatoris ſine illorũ pręſentia:dicens ita ſe conſuluiſſe , prout in conſil. cxliiij.incip.Iudex communis.cum ſeq. conſil. Sed dicta mater quæ erat legitima , & datiua tutrix &

cura-

curatrix,licet fecerit inuentarium bonorum, non tamen expreſſe hypothecauit bona ſua pro adminiſtratione bonorum illius:ſed Alexan. circa vltimũ dicit in d.conſi.lxxxvj. inchoand. Vilis dubitationibus.verſ. non obſtat quod non fecerit inuentarium. volum.ij. † propter hanc inuentarij omiſſionem curatoris dationem non vitiari nec annullari,ſed tanquam ſuſpectum remouendum,l.fin.C. de arbit.tutel. licet non reſpondeat ad d.l.de creationibus.quæ hoc expreſſe ſtatuit: alias quod non valeat:vt dictum eſt.Bene tamen verum eſt, quod alii tutores minorum non conficientes inuentarium remouentur,vt ſuſpecti, vt dicit Bar. in l.tutor qui repertorium in prin.ff.de admi.tuto. Quare idem eſt dicere, quòd non valeat curatoris datio,vel quòd tanquam ſuſpectus veniat remouendus,cum etiam remoueri debeat, quando non tenet datio,antiſt.de ſuſpect.tut.prin.& §. fina.& l.ij. de tutor.& curator.qui ſatis non deder.¶Sed quod hodie neceſſaria non ſit antiſtitis præſentia, tenet Alexand.conſil.cxxxij.lib.j.& conſi.xxxix. lib. iij.& Ang.Are.in *d.§.* præterea.Et Iaſ. in l.rem non nouam.& ſi.C.de iudic.& Franc. Purpora. in l.ius dicentis.fol.47.nu.78.ff.de iuriſdict. om. iudic. Et iſte proceſſus fuit bis partitus & indeciſus. Et ipſo prima vice ſic remanente indeciſo, certe fuerunt per actores impetratæ à domino noſtro Rege literæ,ad proponendum dictum Carolum non fuiſſe dominũ de Albreto ſcutiferum,licet per reum nũquã fuiſſet allegatũ ipſũ fuiſſe ſcutiferũ domini de Albreto.Sed teſtes rei hoc in ratione de ſana eiuſdem mente reddẽda dicebãt: quia reuelauit,Deus ſcit. Super quo quidem facto ego adiuncto mihi domino Rogerio de Candeley Regio in eadem curia conſiliario feci inqueſtas, quibus per curiam viſis,vnà cum toto proceſſu,fuit etiam ſecũdo partitus.Et ſemper maior numerus dominorum erat pro ipſo reo.Quod intelligens prædictus de Groſſoles pater,dedit nonnulla falſitatis media contra inſtrumentum approbationis ſeu ratificationis per dictam Helenam de Sclamar paſſatum: & de remiſſione,& quittãtia recobrij facta,videlicet quòd tempore eiuſdem ratificationis & homologationis ipſa Helena erat à loco Buzeto abſens, & quòd notarius qui receperat illud fuerat de falſo ſuſpectus, quamuis dictam patris remiſſionem ipſa agnouiſſet fuiſſe veram, & receptam & paſſatam per dictum bonum hominem ſiue Buzonum de Vitrina notarium prædictum: quæ falſitatis media ad probandum fuerunt admiſſa, & etiam reus ad contrarium,& commiſſarij ad hoc deputati fuere domini Ioannes de Isbarola,Briandus de Valee,& nos: quibus reportatis fuit progreſſus declaratus partitus,& quòd partes erga Regem prouiderent, quem tandem ad ſe & eius magnum conſilium euocauit,&poſtea inuicem compoſuerunt & tranſegerunt. † Quid ſi agenti poſſeſſorio adipiſcendæ obiiciatur exceptio furoris & dementiæ teſtatoris, an impediat miſſionem. Die quòd non, quia hæc exceptio de ſui natura altiorem requirit indaginẽ, quæ in iudicio petitorio reſeruari non debet, niſi eam obiciens vellet incontinenti probare,vt no. gloſſ.Bartol.& Docto.in l.quamuis.C. de edict.diui Adria.tollen. & Angel. conſilio cxxxv. circa finem verſicu.ſuper ſecundo dico.

*101

102

103

SVMMA.

1 *Poſſeſſione triennio non quæſita, an ius beneficij ſit extinctum.*

2 *Interruptio ciuilis & triennalis prodeſt ſolum interrumpenti.*

3 *Beneficium videtur habere pro derelicto,qui intra triennium non eſt adeptus poſſeſſionem.*

4 *Præuentione ligantur manus ordinarij, vt nec collatum titulum tribuere poſſit.& nu.§.*

6 *Titulum non habens coloratum non habet remedium pacifici poſſeſſoris,nec regulæ cancellariæ nec præſcriptionis.*

7 *Præſcriptio triennalis incipit à tempore tituli colorati.*

8 *Titulus in beneficialibus potius attenditur quàm poſſeſſio.*

9 *Beneficium poteſt reſignari bullis nondũ confectis.*

10 *Tempus ad poſſeſſionem beneficij vacantis & per ordinarium collati non eſt à iure præfixum.*

11 *Poſſeſſio beneficij à Papa per reſignationem collati, debet haberi intra ſex menſes.& nu.12.*

Quæſtio XXIIII.

Duo litigabant de beneficio per ipſos ab ordinario imperrato quos tamen tertius alius in curia præuenerat Romana,cuius ius melius & validius erat, cum iuxta conſilium Baſilienſe præuentiones locum habeant, vt in titul.de collat.c.j.§.neque etiam collationes per præuentiones. cuius quidem impetrantis ius vnus illorum collitigantium triẽnio acquieuerat tam lapſo quod durante,ille nec ipſe aliquo modo poſſeſſionem dicti beneficij in vim impetrationis prædictæ adeptus fuerat, licet illud poſt triennium procurarit. Quæritur nunc an ius illius ob defectum poſſeſſionis per illum tertium,neque per eum, ad quem illud ius peruenit in vim illius non adeptæ,ſit extinctum.

DECISIO XXIIII.

IT † videtur, quòd ſic,ex quo alter litigantium triennio poſſedit pacifice, & ſine lite,quo ad illum tertium, in cuius locum eius collitigans ſucceſſit, vt eſt text. in clemen. j.de ſequeſtra.poſſeſſ. & fruct. & in c. j.de pacific.poſſeſſ.in pragma.& ibi glo.expreſſè in verb.terminorum.volu. † interruptionem ciuilem & triennalem prodeſſe ſolum interrumpenti,& nõ aliis, per iura & rationes per eum addu&tas:& licet iſte tertius non venerit in proceſſu, nec ſe oppoſuerit, tamen exceptio præſumptionis triennalis, quæ obſtabat,& opponi ſibi poterat,obſtat,& opponi poteſt collitiganti eius ceſſionario, vt voluit Cynus in l. eius.quem ibi ſequuntur Bal. Ange.& Sali.C.de compen. & in l. ſi quis in rem. ff.de procura.† quoniam beneficium videtur habuiſſe pro derelicto,ex quo intra triennium poſſeſſionem nõ fuit adeptus, vt dictum eſt. Et multi ex dominis hanc tenebant partem. † Sed maior pars,de quorũ numero eramus, tenuit oppoſitum,tum primò & peremptoriè, quia beneficium fuit per iſtum tertium primò impetratum, & præuentum:ex quo manus ordinarij fuerunt ligatæ, & qui non potuit ſe de illud conferendo intromittere, vt not.Doct. in cap.auditis.de electio.cap.ſi à ſede.& ibi omnes. de præbend.libr.vj. & in dicto c.j. §.neque etiam collationes per præuentiones. & ibi gloſſ. in ver. per præuentiones. de colla. in pragma. & gloſſ.in §.item circa clauſulam. in verb. non valeant. eodẽ tit.¶ Vnde eius collatio non tribuit ſibi coloratum titulum,imò incoloratum ex defectu poteſtatis in conferente,vt dicit Abb. Sicu.in cap. cum noſtris. colum.j.in prima regula.de conceſ. præbend. & in

1

2

3

4

5

c.j in princ.ne ſede vacan. & Din. in regu.beneficium q.v.& ibi Fran.colen.vj. poſt medium. Quia licet habuerit titulum ab ipſo ordinario, tamen ex defectu actuali poteſtatis,qua pro tũc fuit per prę uentionem,n priuatus,non potuit ex tali incolorato titulo triennalem obijcere præſcriptionem: quantuncunque etiam ſine lite poſſederit, vt vult text. in dicto c.ep.j. de pacifi. poſ. qui dicit, quicunque non violentes, ſed jubens coloratum titulum. &
6 ib glo ſ in verbo coloratum.† ideo clarum eſt,quod ſine titulo vero, ſaltem colorato, qui non poteſt ſe iuuare di.to titulo,de pacific.poſſeſſ. neque de regula cancellariæ apoſtolicæ xxiij. Quoniam requiritur titulum habuiſſe ab initio coloratum. Secun-
7 dò quòd illud poſſederit triennio: † & ſic præſcriptio triẽnalis incipiet currere ab illo tempore,quo titulum habuit,coloratum, vt dicit gl. prędicta in verbo,coloratum.col.pen.arg.l.certe.§.pen.ibi, nã ſi ab eodem emiſſet, inciperet. ff.de precar. Nec obſtat, quòd iſte tertius non fuerit poſſeſſionem
8 adeptus, † quia in beneficiis non attenditur principaliter poſſeſſio,ſed titulus, capitu.ex frequentibus.de inſtitu.& regula beneficium. & quæ ibi dixi in addition.ad Din.incipien.adde quòd in beneficialibus.in quęſt.ij.& inj.regula,qui prior eſt tempore,de regulis iuris.& Doct.in c. in literis. de reſtit.ſpol.gloſſ. fin. & doct.in c. ex inſinuatione. de procur. præcipuè quando reſignatum vel permutatum fuerit, aut ius in eo prætenſum. c.fi.& ibi per Doct.de conceſ.prębend.lib.vj.& in c.j.de rer. permu.& ibi Dominic.&Franc.co.lib.& Abb.poſt Ant.de But.in c.cum olim.de rer.permut.& Imol. & Zabarel.in c.quæſitum. eo. tit. & Fel.in c.ad audientiam.ver.no.etiam ex eadem gloſſ.de reſcript.
9 † Et etiam poteſt beneficium obtentum reſignari bullis nondum confectis,vt dictis iuribus,& no.
10 in c.inſtitutionis. exv. q.ij.† quoniam tempus ad poſſeſſionem beneficij per mortem vacantis& per ordinarium collati adipiſcendam, non eſt à iure præfixum, vt voluit Abbas Sicul.in c.capitulum. verſi.his præmiſſis conclude. de reſcrip. Quamuis
11 ſecus,ſi fecit per Papam collatum,† quia tunc intra ſex menſes debet poſſeſſio beneficij capi: aliàs cenſetur per mortem reſignantis vacare, vt in re-
12 gula cancellariæ apoſtolicæ xxiij. † Quæ tamen regula nõ habet hic locum.cum per mortem prę ueniendo ordinarium, & non per reſignationem, vt dictum eſt, impetrauerit, quod pendente proceſſu vni ex litig.ntib. poſſeſſori acquiſitum ſuit, cui quidem poſſeſſori ex alio titulo etiam incolorato nouiter acquirendi illud ius tertij non expediebat in vim illius noui iuris accipere poſſeſſionem.§.interdum.Inſtit.de rerum diui. per quẽ tex. ita tenet gl.in d.tit.de pacifi.poſſeſſ.in ver.coloratum.in fin.& Geminia.in c.vltim.lvj.diſtinct.in vlti.not.alle.n at.in c.ex parte.de conceſ.prębend. Et ſic fuit per arreſtum dictum me ibidem Prælidente in fauorem magiſtri Ioannis de Beaupoil rei contra magiſtrum Ioannem Leber actorem ratione eccleſiæ parrochialis de Mombohieo apud Petragoram latum die xviij. Nouembris, Anno M. D.VIII.Et ſimilis quæſtio fuit in curia mota inter magiſtrum Ioannem Merge actorem ratione poſſeſſorij eccleſiæ parrochialis ſancti Viuiani de Valle conquerentem ex vna,tam ex iure gradus,quàm etiam iure deuoluto à ſede apoſtolica,ſeu legati in Francia per quendam de Medulo impetrato, qui nulla poſſeſſione adepta deceſſit, & per cuius mortẽ præfatus Merge ius illius iam triennio elapſo impetrauit:& religioſum fratrem Ioãnem Boulhaud, tanquam eius ſubrogatum in locum magiſtri Ioãnis Textoris, ac magiſtrum Petrum Hillaret, & Cardonem de Beamon reos & opponentes: qui obijciebant eidem actori reſpectu illius iuris impetrati, id quod ſuprà in prima parte deductum eſt.Quo non obſtante recredẽtia fuit eidem Merge pendente proceſſu adiudicata, & latum arreſtum die vij.Septembris,Anno M.D XXII.Et aliud arreſtum latum in fauorem magiſtri Gulielmi Blaue rei opponentis contra magiſtrum Gulielmum Vitalis actorem,latum die menſis Decembris, Anno M. D.XXXV.Et dixi infrà quæſt.lxx.incip.Quæritur an prouiſio in fine.

SVMMAE.

1 *Frater occidens fratrem ei ſuccedit,ſed ab indigne auferetur,& datur fiſco hereditas, niſi ſit alius aque propinquus.& nu. 2.idem ſi agnatus occidat agnatum.§.*
3 *Fratris factum nocet fratri. & nu.10.*
4 *Maritus occidens vxorem, nõ poteſt ei ſuccedere, etiam deficientibus coniunctis.*
6 *Filius interficiens patrem, ſi exheretatus non ſuccedat,an nepos ex eo vocetur.& nu.8.*
7 *Vſumfructum an retineat pater indignus in hereditate filio delata.*
9 *Patris occidentis portio an aliis fratribus an fiſco cedat.*
11 *Frater ſubſtitutus occidens fratrem non ſuccedit.*
12 *Filius cuius pater occidit teſtatorem, non priuatur.*
13 *Teſtatoris necem non tenetur vendicare filius contra proprium patrem,nec contra.& nu.14.*
15 *Homicida factum quando nocet vxori & liberis in hereditate.& nu.16.& 17.*
18 *Frater occidens fratrem vel eius filium priuatus feudo.*
19 *Indignitatis exceptio nõ poteſt à conſanguineis opponi,a nequam agente fiſco ſit iudicatum.*

Quæſtio XXV.

Frater occidit fratrem ſuum: Quæritur an ipſe, vt eius filius eidem occiſo ſuccedat cum aliis fratribus ab inteſtato vel ex teſtamento.

DECISIO XXV.

T barto.in l. codicillis. §.matre.ff.de leg.primo, mouet hãc quæſtionem, ſed eam non decidit. † Vnde dico, me vnico 1
expediendo verbo, ipſum fratrem homicidam, & eius filiũ venire ad ſucceſſionem, quæ tamen eſt eis tanquam ab indignis auferenda,& fiſco applicanda,tex.cum gl.in l.cum ratio.§.fi.& ibi hoc tenet etiam bar.ff.de bo.dam. & Pau. de Caſt. in d.l.codicillis.§.matre.& Vlbe.de Roſ.in iij. parte ſtatu.q.lviij.† niſi ſecundum bar. in d.l.cum ra- 2
tio.§.fi.ſit alius non interficiens, qui in eodem ſit grad cum interfectore:quia tunc ille præfertur & ſuccederet,l.ij.§.fratris.ff. ſi quis aliquem teſt. prohi. vbi dicitur † factum fratris nõ nocere fratri,l.fan- 3
cimus.C.de pœ.& idem tenet bald.in l.data opera. q.pen.C.qui accu.non poſſ. Sic ergo homicidium eius tantum ſibi qui eſt proximior, & eius filio, qui eſt in remotiori gradu nocet,& non aliis in eo-

dem

dem conſanguinitatis gradu exiſtentibus. & ad hoc tex.in l.Lucius Titius. & ibi gl. & Bar. in ſecundo notabili ff de iure fiſ.& Bal.in l.eam quam,ver.hæc facit ad quæſtionẽ.C.de fideic.& etiã in l.j.verſ.ex tra quæro.C.vnde vir & vxor.† dũ vult maritũ occi 4 dentẽ vxorẽ non poſſe eis etiã coniunctis deficien tibus ſuccedere,p r tex.in l.ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. & ibi Paul.de Caſt.& mod.ff.ſol.mat. vbi Ang. di- 5 cit.† quod occidens agnatum proximum inuitatur ad eius ſucceſſionem,& eſt illius hæres:ſed aufertur ei tanquã ab indigno, vt iuribus ſuprà alleg. & l. ſi quis cum falſ & l.cũ falſi.ff.de falſis.& c.fi.de ſepul. & Lucas de Penna in l.cum hæc ſola.C.de primipi li.dign. & omnes in l. vna. C. ſi ex delictis defun cto.Et pro hac Deciſi.eſt etiam tex.celeb. cum ſua glo.in l.his conſequenter.§.j.& ibi Floria. ff. famil. erciſcun.& tenet Bar.in l. ei qui. & in l. fin. & ibi Alex.in vlti.additio.ff.de iis quib.vt indi. & Ange. in l.adoptiuum.§.patronum. ff. de in ius vocan. & Cæpol. in cautel. lxxx. inchoan. propter delictum patris.&c.† Quamuis Bal. in l. ſi quis incelli. ante 6 finem.C.de inceſt.nupt.dicat per illum tex. quod ſi ſtatutum velit filiũ ſolum interficientẽ patrẽ [illegible] cedere,quod nihilominus nepos ex tali occiſo [illegible] rit ſuccedere,ſi culpabilis repertus in morte aui nõ fuerit:aliàs ſecus,ſi culpabilis fuerit. Et Alex.ſequi- 7 tur Bal.in addit.ad Bar.in d.l.cum ratio.§.fi.† Sed an tunc requiratur quod pater renuntiauerit vſu fructui,vide Ange.in d.l.adoptiuum. §. patronum. & Cæpol. in dicta cautel.lxxx.qui videtur tenere q ſic:de quo dixi ſuprà q.vij. col. iij. † Sed primũ cõ- 8 munius & verius,nã ipſe homicida eſt incapax,etiã hæredes ſui talium turpiter quæſitorum,quæ ab eis tanquã ab indignis auferuntur,d.l.cum ratio.§.fin. & d.l.Lucius.alias daretur delinquendi materia. Et tenet ſingulariter Barbat.conſil.viij.in j.q. vol. iij. & Soci.conſilio cxxiiij.volu.ij.& idem Bal.in l.hæ reditas.verſicu.extra quæro cum ſeq.& ibi Salicet. C.de his quibus vt indig. † vbi reprehendunt Bar- 9 to.in hoc,quòd ipſe voluit portionẽ ſeu partẽ dicti interficientis alteri fratri & nõ fiſco applicari,quia eſt contra text.in d.l.his conſequenter.§.j.Sed Bar. loquitur in pluribus fratribus,quorum alter eſt in culpabilis, & non occidens, quòd ſuccedat pro parte ſua,ſecundumRoma.ſingul. ſuo ccccliij. vbi dicit conſuluiſſe.Et ſic etiam Alexan. in d.l. hæredi 10 tas,intelligit Bar.quod † homicidiũ fratris nõ præ iudicet alteri fratri,ſed ſolum ſibiipſi, quo ad ſuam partem & portionem. Et idem tenuit ipſe Bald. conſil.ccxxiij.exordient.punctus infra ſcripti conſil.verſicul.quo ad ſecundum autem dubium.volu mi.j.loquens in marito vxorẽ,quæ eum prius inſti tuerat hæredem,interimente,vt not.Bart.in l.ſi.ff.ſi quis aliquẽ teſta.prohi.cui debet hæreditas auferri, & dari matri filiæ Et latius Bald.conſi.50.inchoan. ſuper eo quæritur. verſicu. item quæritur an frater 11 ſubſtitutus.volu.iiij.† quod frater ſubſtitutus in ca ſu mortis non ſuccedit in vim inſtitutionis interfi ciendo fratrem,cui eſt ſubſtitutus, ne dolus ei pro ſit,dicta l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir.Et ſic homicida per dit ſubſtitutionem ab eo factam poſt mortem fra tris ab eo occiſi:& eius portio accedit ſecundumeũ aliis fratribus, quia excluſus pro mortuo habetur. Et prædictam concluſionem tenet Philip. Cornel. conſ.ccxxij.incipien. videtur in hac conſultatione. volu.iij.niſi(vt ait)eſſet ſtatutum excludens fiſcum, & idem Barbat.in d.conſil.viij.quæſtion.ij.& Albe. de Roſa. in l.ſi ſequens.ff.ad Sil.& in d.l.cũ ratio.§. 12 ſi plures in fine. de bon. damna. † Fallit prædicta concluſio, niſi filius eius pater teſtatorem occi- 13 diſſet,inſtitutus fuiſſet hæres, quia tunc non appli cabitur fiſco,nec ipſe filius hæres † tenebitur vin dicare contra patrem proprium necem defuncti, vt tenet Albe.de Roſa.in l.j quem ibi ſequitur Iaſ. in j.limita.C.de iis quib vt indi.per tex.in l.ſi adul terium cum inceſtu.§.liberto.§.de adulter.quia in ſtituendo illum vel eius patrem interfectorẽ,vide- 14 tur iniuriam remiſiſſe,vt dicit Bal.in l.athlete.§.dat remiſſionem.verſi.extra nota quod argumẽto hu ius tex. ff. de excuſatio.tuto † Et idem ſecundum Iaſon.in filio occidente teſtatorem,qui inſtituerat patrem ſuum,quòd non teneatur pater vlciſci ne cem defuncti contra filium, per dictum §.liberto. Concluditur ergo,quòd licet homicida, & eius fi lius nepos occiſi poſſint ſuccedere eidem occiſo, tamen ratione indignitatis & incapacitatis eorum portio,ſeu pars tanquam ab indignis auferetur, & fiſco applicabitur aliis non exiſtentibus hæred. & conſanguineis non culpabilibus, vt dictum eſt: & [illegible] fuit per arreſtum curiæ parlamenti Pariſiẽ ſis iudicatum, vt refert Auſer. in quarta parte de areſt.quæſt.cxxx & idem Ioan.Gal.q.clxlvj.Et ſic ſe cundum hanc concluſionem dictum fuit per are ſtum curiæ noſtræ Burdegalæ, contra Ioannem de la Valliere,qui quidem ſuum cognatum interfici fecerat,ſiue ſororium fratrem ſororis vocatũ An tonium Caleih : qui eidem prius omnia ſua quæ habebat bona dederat : quod prædicta bona non obſtante dicta donatione, venirent ad ſuos proxi- 15 mos ad ſuccedendum capaces & habiles. † Et fuit retentum in mente curiæ,quod ſi ſoror quæ erat vxor homicidæ,& eius liberi nepotes occiſi,vellent ſuccedere,quòd repellerentur,& pars & portio eo rum,quæ erat modici valoris,veniret ad alios proxi mos,& non profecto ad fiſcum. Et fuit latum die ij. Decembr. Anno M.D.VIII. apud Petragoras: quamuis hæc concluſio iſto caſu ſit vera in bonis prædictis donatis: † tamen vbi non eſſet donatio 16 facta,videtur propter homicidium viri vxorẽ ſuc ceſſione fratris ſine eius culpa occiſi non debere priuari : & ita concluſum fuit in curia in cauſa ho micidij perpetrati in iuriſdictione de Bordeille, & latum arreſtum die XXVIII. Maij, anno M.D. XXIX.

† Sed ſi occiſus frater vxoris eſſet multũ diues,& 17 ſine liberis,& homicida multum pauper, pluribus oneratus liberis,adhuc idem videtur dicẽdum, niſi vxor & ſoror defuncti fuiſſet eiuſdem delicti con ſcia,& particeps,& de hoc apparet per aliqua indi cia:tunc ſecus,quia veniet repellenda. Tamen in fi lio interficientis etiam non culpabili habet locum communis contra Baldum,vt dictum eſt, quod nõ ſuccedat.† Et in feudo idem, quòd frater occidens 18 fratrẽ vel filium fratris,priuetur feudo.c.j.§.ſimili ter.quibus modis feu.ami.& ibi Bal.& Cardina.A lex.& Franciſ.Cur.iunior in tract.feud.fo.xxxv.co. j.verſic.vndecima cauſa priuationis. † Et aduerte 19 ad vnum ſingulare,quòd antequam inter fiſcum & indignum feratur ſententia priuatiua contra ipſum indignum pro fiſco, non poteſt per aliquem ex fratribus vel aliis proximis, excepto fiſco obiici, quòd hæres vel alius ſuccedens ſit indignus:vt te net glo.ſingulariter à Doctor.approbata in d.l. his conſequenter.§.j. in ver. non pertinere, per quam glo. dicit Bald. in d.l. j. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit.quòd contra eum qui incidit in titu lum prædictum, ſi quis aliquem teſtam. prohi bue. non poteſt ſuper hæreditate eſſe litigium

ciale, niſi ad petitionem fiſci. & idem Corne. conſilio cl. in litera O, volum. ij. quòd not. tu.

SVMMÆ.

1 *Præſcriptio viginti annorum tollit accuſationem & officium iudicis. & nu. 3.*
2 *Officium iudicis inquirentis eſt loco accuſationis.*
4 *Exceptiones omnes quæ opponi poſſunt contra accuſatorem, poſſunt etiam contra iudicem inquirentem.*
5 *Accuſatio de falſo, an duret uſque ad triginta annos. & numero 6.*
7 *Crimina an viginti annis præſcribantur iure cano. ſicut ciuili. nume. 8.*
9 *Arbitrium poteſtati datum ſuper maleficijs, intelligitur in non præſcriptis.*
10 *Præſcriptio ipſo iure tollit obligationem naturalem in delictis, ſecus in contractibus.*
11 *Delicta nullo tempore præſcribuntur quando agitur ſolum ad pœnitentiam imponendam.*
12 *Adulterium, ſtuprum, & lenocinium præſcribuntur quinquennio, niſi admiſceatur inceſtus, aut violentia. & nu. 13. & 14.*
15 *Actio in criminalibus per libelli oblationem perpetuatur.*
16 *Præſcriptio non currit contra ignorantem contra quem agat.*
17 *Incendiariorum quæ ſit pœna.*

Quæſtio XXVI.

Contra quandam nomine Petronellam ſiue Petronillam la Negre, incendiariam, quæ ex proposito in duabus domibus ignem poſuerat, quæ incenſæ & combuſtæ fuerant, fuit ex officio proceſſum: quæ confeſſa oppoſuerat præſcriptionem ſolum xxv. annorum. Quæritur, an hæc exceptio præſcriptionis xxv. annorum ſit ſufficiens ad impediendum proceſſuram & punitionem delicti, ſiue procedatur per accuſationem, ſiue per inquiſitionem, iuxta l. querela. C. ad legem Corne. de fal.

DECISIO XXVI.

QVM hæc quæſtio, per appellationem per iam dictam la Negre ab ordinario vicecomitis Turennæ, & Seneſchallo ſuperiore, qui eam non obſtante præſcriptione allegata decapitandam cõdemnauerat, ad ſupremam Burdegalæ curiam interiectam & relevatam veniſſet, fuit per omnes dominos, & me Præſidentem concluſ. † quod ſic, & quod malè fuerit iudicatum, per text. & glo. in d. l. querela. & in l. apoſtatarum. C. de apoſta. ſiue ex officio mercenario, ſiue etiam nobili actum & proceſſum fuerit, quicquid voluerit gl. ibi. Quia ſecundum Cin. Bar. & Sal. in d. querela. † officium iudicis inquirentis 2
ſuccedit loco accuſatoris, ſeu accuſationis. l. reſcriptum. §. ſi quis accuſatorem non habens. ff. de inu. & bon. &c. quoniam & quando. in ij. de accuſa. † Sicut enim accuſatio tollitur xx. annos. d. l. querela. 5
ſic eodem modo iudicis officium, cum ille tex. loquatur generaliter. & idem tenet Ang. in l. ſi vacãtia. ad finem. C. de bon. vacan. lib. x. vbi refert audiuiſſe Bar. in ſcholis alle. pro hoc tex. cum gl. in l. filiusfami. §. veter. ff. de procu. & Ioan. de Imo. in l. diuus. ff. de re iu. & ſequitur. Ancn. conſi. cxc. volẽs quòd ſublato iure querelandi ſit etiam ſublatũ ius inquirendi. & Alex in l. ita demũ verſi. Et ideo facit hęc glo. & idẽ Iaſi. bi, ver. tertiodecimo limita. C. de procu. † Quia omnes exceptiones quę oppo- 4
ni poſſunt cõtra accuſatorẽ, ſimiliter poſſunt opponi cõtra iudicẽ inquirentẽ, vt voluit Alex. conſi. lxiiij. verſi. nec poteſt dici. vol. j. & Hippol. de Marſi. ſing. cccexxiiij. incip. inquiſitio & accuſatio. Et idem Ang. Aret. in trac. maleſi. in gl. eius bona publicamus. quæſt. ix. inchoan. Quæro licet accuſatio. † quamuis in crimine falſi velit eius querelã ad an- 5
4 extrinſecus.ff.de conditionib. & demonſtra. † vbi ſi fuerit relictum hoc modo, Si hæres erit,do vel lego Titio decem:vel per hæc verba, Quiſquis mihi hæres erit,vt l.ſi in teſtamento. in princip. ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta. & l.qui liberis.in princip. §. j. primo.& ibi Socinus , de vulgari & pupillari. quod legata non ſunt conditionalia quò ad tranſmiſſionem hæredis legatarii , ſed bene quòd ad natiuitatem. & pro hoc facit l.ſeruus alienus. §. ſi quis ita. ff. de hæred.inſtit.& ibi Ioan.de Imo.& in l.conditionib.§.j. ff.de condit. & demonſtrationib. vbi gloſſa exponit ſi hæres erit, id eſt, ſi hæreditatem adierit: quare requiritur aditio. Et pro hac parte facit text. in l. plane. in ſecunda,in princip.ibi, niſi idem & patri hæres fuerit. ff. de legat. j. & in l.in ratione.§.finali, & ibi,quod idem patri hęres extiterit.ad legem Falcid. quę iura multum pungunt. & hanc partem ſequitur Alexander conſil.1. verſic. pro hoc facit, volumin.j.
5 † Et ſic videtur talis eſſe ſubſtitutus copulatiuè ſub duplici conditione, ſi hęres erit, & deceſſerit ſine liberis,eo caſu,&c. Quare debent omnes adimpleri. Secùs ſi alternatiuè,l.ſi hęredi plures.ff.de condi.inſtitut. Et iſtud videtur tenere Barto. Socin.in l.j.col. lx. ff. de vulgar. & pupillar. quia conditio debet in forma ſpecifica adimpleri, l.Męuius,& l.qui hęredi. de condi.& demonſtra.Et in caſu ſimili ſubſtitutionis conſuluit Phil. Decius conſi. lxxix. verſi. & idem in ſimili,allegans Roma.in conſil.cccj. incho. prima dubitatio. & conſi.ccxxvij.& conſil.cxxxviij. exor. nouo ſuperuenit dubitatio. volentes ambo quòd quando ſubſtitutio ſunt facta ſub duabus conditionibus copulatiuè cum illa dictione , tunc illo
6 caſu , &c. † requiritur vtramque adimpleri condi-

tionem, ad hoc vt habeat locum diſpoſitio teſtatoris:quia ſecundum Roma.illa dictio in ſubſtitutione appoſita , quæ eſt,tunc eo caſu , &c. cùm ſit adiecta pluribus determinabilibus, debet quidem pariter & vniformiter determinare.l. in teſtamento. C. de teſta.mil.l. quamuis. C.de impub. & alis ſubſtitu. & Bar.in l.iam hoc iure. §. ſed ſi aliter.ff.de vulgari & pupillari.& infrà dicam in fine.Et idem Ioan.de Ana.conſil.lxvj.incip. Viſis his quæ in facto.verſic.ſed his non obſtantibus. Et quidam Doctor qui conſuluit pro Pet. de Ancha. cum patre ſuo, quod conſilium ponitur inter conſilia ipſius Petri. num.cccljv. inchoante.Ex ſerie teſtamenti colligitur. verſic.tertiò hoc probat,&c.Et hoc propter illam dictionem tunc eo caſu , quam multum ponderant omnes ſupradicti Doctores,& ſingul.Andr. Barbatius conſil. lxvij.verſic. Reſtat nunc capere aliud dubium. volu. iij.& conſi.lxxj. eod. volum. & Philip. Decius conſil. cxxv. poſt princip. Quemadmodum fuit Amiſtanus, qui ſub pluribus conditionibus honeſtis fuit ſubſtitutus Seguyno de Valens , quod verè non fuit, imò Pontius, quod patet per teſtamentum : tamen licet non conſtet conditiones prædictas fuiſſe adimpletas , quod requirebatur , vt ſubſtitutio locum haberet,l.Lucius.in vltima ibi,prius morietur,quàm eam hæreditatem adierit: aut filium filiámve,&c.& ibi Ioannes Imol. & Doctores. & dicta l.ſi hæredi plures.& aliis iuribus ſuprà allegatis.Et præcipuè ad obtinendam remiſſionem & gratiam alicuius criminis, quæ ad obtinendum eſt difficilis. l. qui cùm maior. §. ſed & ſi minor.ff.de bon.lib.& gloſſ. in l.j. §. planè.in verb.impetrabile.ff.de aqua quotid.& æſtiua. Lapud Iulianum. ff. de leg.j. Tamen per Regem generaliter fuit conceſſa omnibus : ideo etiam ignoranti relegato vel deportato acquiſita fuit, vt ſentit gloſſa & ibi expreſsè Bartol. in l. fina. C. de ſent.paſſ.& Paulus de Caſtr. in l. quidam relegatus. & ibi plenè Socin. in quarto no. ff.de rebus dubiis, vbi plures exponit rationes ſingulares. Quamuis Maſuerius in ſua praxi, titu.de priuil.velit in pace & abolitione generali inter duos principes facta non comprehendi malefactorem:quod dicit facere contra plures gentes armorum Franciæ. argu. l.j. §. hæc actio.ibi, ſed natura æquum eſt. ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſſ.fuerit.& Laſ. conſil.liij. in fin. volum.iij. cùm præſumantur adimpletæ , attento tanto temporis lapſu , qui eſt cxl. annorum , vt voluit Paulus de Caſtr.conſil. cvij. inchoan. vltra ſupradicta, volum. antiq. Licet contra iſtud dictum faciant nota. per Abb. Sicu.in cap. examinata. & cap. venerabilis. de confirm. vti.vel inuti. † Et iſtud eſt ſingul.quando 7
bona rebellium tempore rebellionis ſunt conceſſa aliis perſonis facta pace : reddenda ſunt primis dominis. textus eſt quem Baldus facit ſingul. ad hoc in extrauagan. de pace Conſtan.in verbo, priuilegia, quia pax non habet vim ſimplicis indulgentiæ , ſed reſtitutionis in integrum, quod dicit mente tenendum,& ſequitur Franc.de Are.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de liber.& poſthu. & Socin. conſil.lviij. verſic. adhuc dici poteſt,quod ex quo.volu. iij.Et de relicto facto rebelli,vide Cæpol.cautel.clxviij.exordien.nota tu qui vis relinquere.Et in his amplius nō inſiſto.† ¶In contrarium videtur in hoc caſu dicen- 8
dū:primò quòd nō ſit caduca. Si enim volumus cognoſcere ſubſtitutionis effectū,oportet quòd cognoſcamus eius ſpeciē & naturā.Nam natura eſt illa quæ effectū parit.Et quęlibet ſpecies ſubſtitutionis habet ſuā naturā,& interpretationē,vt dicit Bar.in d.l.iam hoc iure.de vulg.& pup.& ſing.Bal.in terminis quę-

tho.noſtræ in conſil. cccclxiiij. volu.ij. infrà plenius allega. Vnde cùm hic ſubſtitutio facta fuerit per verba directa,non ciuilia, ſcilicet quod religioſæ & hoſpitale recipiant, & recipere habeant omnia bona
9 † quod verbum eſt directum, non ciuile: vt voluit Bartol. quem omnes ſequuntur in dict. l. Centurio iij.q.ca.non.prim.& in iij.verſic.quid enim. dicens verbum accipiat, quod non ſit directum ciuile eſſe magis commune: quia congruit omnibus gentibus
10 & animalibus: & concludendo compendioſam per verbum directum, accipiat,facit eam obliquari. Et tenet Rapha. conſil.ccv. inchoan. magiſter Ioan. & Iaſon in dicta l.Centurio.verſic. ſed circa quæſtion. ſequen.Ergo ad ipſum hoſpitale & eccleſiã ſpectare & pertinere debebant iure fideicommiſ. niſi aliud infrà dicendum appareat in contrarium. Et etiam clarè patet,quod hæc fuit voluntas, & mens teſtato-
11 ris,facere ſubſtitutionem compendioſam,† quę puberi vel impuberi ſine diſtinctione temporum tacta poſt pubertatem, continet vulgarem & fideicõmiſſariam, d.l.precib. de impube. & aliis ſubſtitutio. & omnes in dicta l.Centurio.& Angel.Alberi. & Moder.in dicta l.iij. §.qui fideicommiſſariam. de hæredibus inſtituend. † Vnde verba ſi hæres erit,adiecta ſubſtitutioni, ſi deceſſerit ſine liberis maſculis ex ſuo corpore natis,eo caſu volo, &c. non ſunt de eſſe & ſubſtantia ipſius ſubſtitutionis compendioſæ,nec illa verba ſi hæres erit,requiruntur,vt voluit Cin. in dicta l.precib.in materia pupillaris ſubſtitutionis.in iij.quæſtio.& idem Alber.in iij.q. & idem Alexan. verſi.in eadem gloſ. ſi filius meus hæres erit. & Barto.in l.j. quæ.iij. de vulga. & pupil. vbi hoc probat,
12 vnam ponens concl.& regulam, † quod omnis ſubſtitutio ſiue expreſſa, ſiue tacita habet duo extrema, quorum primum eſt negatiuum ſiue priuatiuum,& ſecundum eſt affirmatiuum: vt in vulgari hoc patet per dict.l.j. & inſti. eodem titu. de vulg. ſubſtitu.in princ. Et in pupillari pariter, vt ſi filius meus hæres erit,& infrà pupillarem ætatem deceſſerit, Titius ſit hæres. Nam (vt inquit) illa verba, Si hæres erit,ſunt poſitiua,& non verba pupillaris ſubſtitutionis, quæ poteſt fieri exhæredato,vt dicta l.prima,in fin. Et illa verba, Infrà pupillarem ætatem deceſſerit, ſunt priuatiua.& ipſum ſequitur Franciſc. de Aretin.in d. l.Centurio.verſicu.ſecunda conclu.& Socin.in dicta l.verſic.circa quæſtion.principal.dicens opin.Barto. eſſe communem,quam tenuit Bald.in dicta l,precibus.verſic.vnum etiam aduerte.& ſingul.Ange conſilio xlj.in princip.& colum. iij. & Paulus de Caſtro conſil.xiij.verſic.venio nunc ad quintum.volum.antiq.& Bald. conſil. xl. inchoan. quanquam prudenter.volum.iij.& Io.de Platea. inſtitu. de pup.ſubſti. in princ.& in §.qua ratione.col. j. nec etiam ſecundum Bartol. vbi ſuprà, ſubſtitutio de qua in dicta l. qui liberis. §. hæc verba. Quiſquis mihi hæres erit, idem filio meo impuberi hæres eſto: in qua intelligitur ſi impubes deceſſerit: non eſt vulgaris expreſſa,ſed pupillaris,vt ibi. & idem in l. ij. col. iiij. quæſti. xx. iiij. quibus verb. fiat ſubſtitutio pupil. eodem ſtyl. Et cum ſequuntur communiter Doctores v-
13 triſque cenſuræ. † Et quòd illa verba,ſi hæres non erit,non ſint de ſubſtantia, eſt bonus text. inſtit. de pupil.ſubſtitut.in princip. & ibi Ioan.Fabri in verb. iuue hæres erit. dicens quod exemplum expreſsè pupillaris poſitum ibi in text.videlicet,ſi hæres non erit,ſiue hæres erit,& in pupillari ætate deceſſerit,eſt tota pupillaris ſubſtitutio.Et idem ibi Bart.in princ. & Iaſon in additio. ad Chriſtophorum Porcum.colum.iij.licet gloſ.in verb. hoc modo. teneat contrarium, quantum ad verba, ſi hæres non erit, quæ eſt vulgaris. Pro cuius opinione facit text.in dicta l.j.ff.eo. titu.ibi, duplex veluti, &c. Tamen quicquid ſit,illa verba non alterant pupillarem vel compendioſam ſubſtitutionem. Quia licet pupillaris ſubſtitutio cõcipiatur,ſi hæres erit,& in pupillari ætate deceſſerit. &c.tamen ad hoc vt ſubſtitutus admittatur, non eſt opus, nec requiritur pupillum fuiſſe hæredem,vt dictum eſt, l.Iulianus. alias incipit,ſi pupilla. ff. de acquiren.hæredi. quam Bartol.in dicta l.j.verſic.extra hoc quæro,ad hoc allegat pro ſingula.& etiam in dicta l.ij.in quarta quæſtione,verſicul.Sed quæro,quid ſi illa verba ponuntur. Iaſon in additionib. ad Chriſtophor. Porcum Inſtit.de pupilla. per quæ iura decidit Bartol.in dicta l.ij. colum.ij. verſic. Sed quæro quid ſi illa verba ponuntur per teſtatorem, ſi filius meus hæres erit, & infrà pupillarem ætatem deceſſerit ,talis erit hæres: & filius non fuit hæres quia abſumuit,ſi tamen infrà pupillarem ætatem deceſſerit, veniet ſubſtitutus ex tacita vulgari. Et idem Angel. in dicta l.ſecunda.§.ſi.& Ioan.in c.Raynutius.in materia vulgaris,& Salic.in l.ſi in teſtamento.C.eod.& Alexand.in dicta l.precibus.colum.iij.verſ.Quid autem ſi teſtator.& in dicta l.ij.colum.vij. verſi.ſubſequenter in quantum Bart.& ibi Iaſ.colum.vij. verſi. circa quæ Barto.non tamen ſecundum Iaſonem per iura quæ alle. Bart. † Sed quia ſubſtitutio facta in v- 14
num caſum extenditur ad alium:quia in ſubſtitutionibus largiſſima ſit interpretatio, l.fin. C.de inſtitu. & ſubſtit.de qua plenè per Iaſ.poſt Franc.de Are.in dicta l.j.& Roma. conſil. cccclxxx. exordien. in caſu propoſitæ conſultationis.Licet Lancelo.Hip.in ſuo tract.ſubſt.& in materia pupil.in v.& vj.q.verſ.Tertiò eſt illud. maximè teneat contrarium, ſed minus bene.Et primum tenet Lancelo. Decius in d.l.precibus.verſi.Et in quantum poſtea magiſter meus.ergo pupil.ſubſtit.ſecundum Iaſon. opin. & communem, facta in caſum, ſi pupillus hæres erit, & in pupillari ętate deceſſerit:extenditur ad aliũ caſum,quo non erit hæres,ſi moriatur in pupillari ætate:remittendo ſe ad per eum dicta,in d.l.j.in quarta quæſtio. Bart.ſecundi effectus vulgaris.col.15.vbi etiam tenet in illa quæſtione, ſi pupillus cui pater ſimilem fecerat ſubſtitutionem:ſi hæres erit, & infrà pupillarem ætatem deceſſerit : viuo patre deceſſit,quod admittatur ſubſtitutus, ſiue pater prouidere potuit, ſiue non. Et *iſta eſt communis* ſecundùm Imol.Alexand. Franc.de Aret. & Iaſ.† & ſic ex tacita vulgari ſuccedit- 15
ur, licet expreſſa pupillaris ſit extincta,ſecundùm Docto.ibi.Et hoc tenet etiam Raynut.de Forlen. in tract. ſubſtit. quærens, quòd ſi pater habeat vxorem prægnantem, & dicat, filium naſciturum hæredem mihi inſtituo: & ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit,ſubſtituo Caium:& filius non naſcatur,an ſubſtitutus admittatur? Et videtur quòd non, quia ſubſtitutio fuit concepta eo caſu, quod naſceretur, & in pupillari ætate decederet: ſed in eo caſu, quo non naſcatur, teſtator non diſpoſuit: nihilominus ſecundùm Raynutium admittitur ſubſtitutus, licet filius non naſcatur.Pro hoc bon.text.in l.ab exhæredati ſubſtitutio. §. final. & ibi Ioan.de Imol.ff.de legat. j. vbi pupillaris ſubſtitutio facta poſthumo comprehendit etiam tacitam pupillarem poſthumo non nato, l. penultim. in fin. ff. de vent. inſpic. & ſequitur Andreas Barbat. in capit. Raynutius.colum. lxxxj. in materia ſubſtitutionis vulgaris. Et ſi dicatur hoc eſſe verum in vtroque caſu fauore pupilli: reſpondetur ſecundum Iaſo. in dicta l.j. quæſtio. iiij. idem eſſe in compendioſa ſubſtitutione, alle-

allegans Zabarel. ita tenere in dict. cap. Raynutius. & verũ dicit, qui in quæſtione xxix. allegat etiam Baldum item tenere in dicta l. precibus, volentes quod ſi inſtitutus compendiosè decedat viuo teſtatore, quod alius ei ſubſtitutus ex tacita admittatur: & in terminis ſingulariter Philippus Corneus conſilio ccxcvij. vol. j. & conſilio cxxxvij. in littera A, volum. quarto (quia vt inquit) illa verba, ſi hæres erit, non ſunt de ſubſtantia ſubſtitutionis compendioſæ, quæ comprehendit plures ſubſtitutiones etiam directas. & idem Ioannes de Platea in dicto §. qua ratione, columna prima, verticulo in compendioſa. & Barto. conſilio xl. inchoante. ſuper eodem teſtamento dubitatur. & pulchre Paulus de Caſtro in dicto conſil. xiij. verticul. venio nunc ad quintum. volumine antiquo, & etiam Angel. in dicto conſilio xlj. verſiculo quod autem ſubſtitutio ſit compendioſa. & Alexan. conſ. 4. incipiente, videretur inſpectis iis quæ in themate. vol. ſecundo, & in conſi. ccxvij. colum. prima, vol. 6. & Matthæ. de Matt. in dicto ſingul. xiiij. volen-
16 tes illa verba, † ſi hæres erit, non eſſe de ſubſtantia pupillaris aut compendioſæ ſubſtitutionis, nec illis adiecta alterant naturam ipſarum. Et idem ſingulariter Baldus cõſilio cccclxiiij. incipiente quidam Nicolaus. volumine ſecundo, vbi erat caſus, quod prædictus Nicolaus hæredem fecit vniuerſalem filiam ſuam. Et ſi caſus accideret filiam hæredem ſuam decedere ſine hæredibus filius, voluit bona venire ad vxorem ſuam. Deceſsitque filia viuo patre, &c. tenet quod ſubſtitutus admittatur exvulgari ſpecialiter tacita, & expreſſa generaliter contenta in compendioſa. Et hoc probat vt ibi per eum, dicentem ſe ita pluries conſuluiſſe, & reſpondentem ad illa verba, ſi filia hæres deceſſerit, quod non intelligatur, hoc eſt, ſi ille quem hæredem inſtituit, decederit: non enim intelligi debent, quod requiratur, quod poſt aditam hæreditatem deceſſerit, loquamur ſecundum eum in ſubſtitutione directa. quæ non continet grauamen ſiue loquamur in fideicommiſſaria, in qua clauſula codicillaris grauat eum qui ab inteſtato ſubſtitutus eſt, per legem, quæ vocat eum in defectum inſtituti. Quod quidem conſilium repetitur de verbo ad verbum in conſil. ccccl v. volumine quarto. & pro hoc text. & ibi Bart. in l. ſi ita. §. qui filio. ff. de bonorum poſſeſſione ſecundum tabul. vt tenet Paulus de Caſtro in conſilio. cclxx. aliàs cclxxvij. inchoante ſuper primo quæſito. volumine antiquo. & gloſſa in d. l. prima, in verb. Caius de vulgari & pupillari. & idem Paul. de Caſtro conſilio cclxxvj. exordien. caſum iſtum alias præ manibus habuit, volumine nouorum. vbi quaſi in terminis noſtris ita conſuluit. Et pro hoc allego textum formal. quem ab aliquo non repert allegatum, ponentem ſimilem ſubſtitutionem. in authen. de reſtitutionib. poſt princip. ibi, filios enim quidam ſuos inſtituens hæredes, deinde alterutris eos filiis non exiſtentibus ſubſtituere volens, iuſſit ſi contigerit aliquem eius filiorum & hæredem futurum ſine filiis humanam ſoluere vitam, &c. & in l. Scia ex parte hæredi inſtitutæ, ſi hæres erit, fundos, &c. ff. de fun. inſtruc. igitur &c. Et idem ſentit Bart. inſtitut. de pupillar. ſubſtitutio. in princip. dum vult vt ſuprà dictum eſt, hæc verba, inſtituo filium meum hæredem, & ſi hæres non erit, vel ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit talem ſubſtituo, debere intelligi ac ſi diſſiſet, filium meum impuberem hæredem inſtituo, & ſi in pupillari ætate deceſſerit, ſiue hæres factus ſiue non, talem ſubſtituo. ¶ Ideo hic in caſu noſtro illa verba, Si Pontius hæres eſſet, ſiue ex inſtitutionibus, ſiue ex ſubſtitutionibus, & decederet ſine libero maſculo &c. intelligi debent, id eſt, ſi dictus Pontius ſiue hæres factus ex prætactis inſtitutionibus vel ſubſtitutionibus, ſiue non, deceſſerit ſine liberis, eo caſu volo quod ædificetur eccleſia & hoſpitale. Nec requiritur quod fuerit primo hæres, & poſtea ſine liberis deceſſerit. Et idem Socin. conſilio ſexto, verticulo Sicut in ſimili illa verba. volumine tertio. Quod poteſt dare reſponſum ad Alexandrum in dicto conſilio primo & alios ſuprà, pro prima parte allegat. Nam ipſi loquuntur, quando plures fuerunt hæredes inſtituti, & ſi omnes decederent ſine liberis, tunc eo caſu conſtruatur hoſpitale, &c. Et illo tunc requiritur, quod omnium mors ſequatur ſine liberis. l. hæredes mei §. cum ita. ff. ad Trebellianum, & tenet Ioannes Calderinus conſilio quarto titulo de teſtament. Secus eſt in aliis conditionibus, vt voluit ſingulariter Bald. in l. generaliter. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib. quod dicit eſſe notandum. Et ſequitur Barba. in d. conſilio lxvij. verſiculo facit quod notat Bald. & infrà latius dicam: & ſic non obſtat etiam dicta l. plenè. nec l. in ratione. §. fina. † quia licet ſubſtitutus exhæredari non poſſit 17
grauari legatis, quando non fuit inſtitutus, l. cum quidam. C. de legat. dicta l. ab exhære fato. de legatis primo. Tamen ſi fuerit inſtitutus, licet repudiauerit ex capite inſtitutionis, poteſt grauari, l. ſi filius, & ibi tenent per illum textum, quem faciunt ſingulariter Ang. Imola. & Alexander verſiculo, notat ex illo textu. & ibi reſpondet Alexander ad iura ſupradicta, quod verbum, hæres extiterit, intelligatur, id eſt, hæres ſcriptus, non autem adeundo hereditatem paternam. Nam ſatis eſſe videtur, vt inquit, quod teſtator ſibi prouiderit quantum potuerit, ſcilicet cum inſtituendo, etiam ſubſtituendo: ideo ſi non adiuuerit hæreditatem, ſibi non autem teſtatori, eſt imputandum. Et idem videtur dicendum, ſi filius vel hæres erant iam tempore teſtamenti mortui. l. iij. in prin. ff. de adimen. lega. Et hoc fauore teſtamenti & piæ cauſæ ſubſtitutæ, vt voluit Corn. conſil. ccxcvij. volumine quarto. vt infrà dicam. † Quinimo voluit plus 18
Bartol. conſilio xxxviij. inchoante, Paulus Hugo de Bononia. quod ſi filius cui compendioſè fuerat ſubſtitutum, mortuus fuerit viuo patre, & poſtea pater caſſauerit illud teſtamentum, & aliud fecerit ſecundum, in quo inſtitutionem hæredis non fecit, quod ſubſtitutus in primo teſtamento veniet ex vulgari
comprehenſa in compendioſa: † quoniam primum 19
teſtamentum fuit quo ad legata tantũ irritatum, ſed non quo ad inſtitutionẽ, & ſubſtitutionẽ, l. milites. §. veteranus. ff. de teſta. mili. & inſtit. quib. mod. teſta. infir. §. ex eo. & ibi Ang. Aret. & l. ſi iure. & ibi Bart. ff. de leg. iij. & idem eſt ſi hæres poſt mortem teſtatoris viuo primo ſubſtituto decedat, vel repudiet, vt tenet ſing. Bart. quem Bald. Ang. & Paul. de Caſt. ſequuntur in l. quandiu. §. is autem. per illum tex. & ibi plenè Franc. de Ar. col. pen. poſt Io. de Imo. ff. de acq. hæred. Dum tamen dicta ſubſtitutio compendioſa fuerit facta per verba cõmunia vel directa, nõ ciuilia, aut etiam obliqua. Secus ſi per verba directa ciuilia, vt dictum eſt, & infrà dicetur. Et idem magis in caſu noſtro fuerit facta, ſi hæres erit, & deceſſerit ſine liberis maſculis, quòd illa verba, ſi hæres erit, nihil (vt dictum eſt) operantur. Et hoc probatur, cum ſubſtitutio compendioſa fiat ſub conditione mortis, vel alia, vt tradit Bar. in d. l. Centurio. quem Doct. communiter reprehendunt, quando ſub alia conditione extrinſeca: aliàs ſecus. d. l. qui liberis. in pr. quia regulariter non adiicitur alia conditione mortis: & ſi adiiciatur, tunc adiicitur cũ conditione mortis: ſecun-

dum Io.de Imol.in d.l. Centurio.ver.circa primum & in d.c.Raynutius.& Philip.Franc.in d.c.ſi pater.in materia compendioſæ.verſic. circa primum.in fine. de teſt.lib.vj.& Ang.in d.conſi.xlj.colum.ij.& Phil. Corn.in prælleg.conſi.ccxcvij.col.ij.ver. his tamen
20 minimè ſuffragantibus. † Tamē illa conditio addita compendioſæ non mutat, nec alterat naturam illius compendioſæ, cùm attendatur mortis conditio. & ſentit Old.conſ.lxxix.& Alb.de Roſ.in rub.de vulg. & pup.in materia compendioſæ,dicens quòd ratione præcedentium vel ſequentium non mutatur ſignificatio verbi,l.nam quod.ff.de pen.leg.& l.ſi cum tibi fundum. ff.de verb.ſig. Ergo non cenſetur facta hic ſubſtitutio ſub duabus conditionibus, ſed ſub vna,ſcilicet mortis, ſi ſine liberis maſculis decederet: quia ſubſtitutio compendioſa in teſtamento militis, vel etiam pagani facta puberi duas continet ſubſtitutiones,videlicet vulgarem, ſi hæres non erit, & etiam fideicommiſſariam,ſi hæres erit, & quandocunque deceſſerit,argu.l.ex facto.ff.ad Trebel.Quare ex illa vulgari cōprehenſa ſub compendioſa ſuccedit ur, ſicut ex tacita vulgari cōprehenſa ſub pupillari, ſecundum communem opi.Doct.Ideo ſubſtitutio cōpendioſa hic facta non fuit, nec cēſetur caduca propter mortē Pontij de Beynaco ante Amiſtanum primum ſubſtitutum decedentem: quinimo bona poſt mortē ipſius Amiſtani veniunt ad vltimum ſubſtitutum,vt volunt Bar.& Doct.in dicta l.quandiu.& Iaſ. in dicta l.j.verſi.7.& vlt.de vulgar.& pupill. & conſ. lxxij.exordien.Viſis ſubſtitutionibus.vol.iij.& conſi. lxxx.inchoan.iſte caſus aperto iure.vol.j. & ſing.Pau. de Caſt.conſ.clj.incip.præſens dubium.& Bal.conſ. lxxviij.inchoan.quamuis primusſubſtitutus decedat. volum.ij.allegans bonum text.in l.Publius. §.ſi.ff.de cond.& demon.& idem conſil.xxxix.incip. quanquā prudenter ſit allegatum. vol. iiij. & in iam d.conſil. 464.vol.ij.& conſi.exord.thema proponitur.vol.j.& pulchrè Oldra.de Lau.conſi.clxxvij.inci.Teſtator in ſuo teſtamento volens. vbi ab initio ſubſtitutio fuit vtilis,& cuius conditio extitit: licet primus aut ſecūdus ſubſtitutus antequam conditio ſua, ſeu de ſe facta exiſteret, deceſſerit, quòd tunc veniat vltimus ſubſtitutus, aliàs non, vt erat hic in caſu noſtro & idem Ægi Bella.con.xlviij.ver.circa vj.q. inchoan.ar Comes Gaben.& Soc. conſ.lij. verſ. ad quintam autem & vltimam rationem.vol.j.quod conſilium ponitur etiam inter conſil.Philip.Cor.nu. cxcviij.vol. iij.cui ſe ſubſcripſerunt Ioan.Baptiſ.de Caccia lupis, & ipſe Cor. plures adducendo rat ones pro parte iſta.Et idem Maſuer.in ſua praxi.titu. de ſucceſ.& vlt. volunt ver.item notandum, & potiſſimè, vt inquit, in compendioſa ſubſtitutione,quæ tacitam complectitur vulgarem,vt dictum eſt.Et pro hac parte text. in l.coheredi.in prin. & in l.ſi Titius. ff.de vulga. & pup.& ita per illos text.tenet Iaſ. in l.Lucius.§.fin.in fi.ff.eodem.& text.in l.vna.§.pro ſecundo.& ibi Bal. & Doctor.C.de cad.tol.Et Guido Pap.q. cccxxv.& q.cccccl.& Pet.Iac.in tit.de compendio.ſubſti.verſi. quidam teſtator. Dicens hanc quæſtion.fuiſſe prope Monte Peſſulanum inter quoſdam nobiles & potentes viros ſuper quadam hæreditate.& per omnes Doctor.in l.lex Cornelia.ff.de vulg. & pup. & idem Domini. de Rot.Deciſ.decclxvij.aliàs deci.ix.incip. qui iam inſtituit filios ſuos.titul.de teſta. in antiq.Et eſt bona in caſibus prædictis ratio, quia ſicut teſtator voluit ſubſtitutum bona habere ſua, & bona etiam pupilli,quando pupillus vel inſtitutus compendioſè eſſet hæres teſtatoris, & deceſſerit ſine liberis: ita profectò,vt dictum eſt,voluit ipſum habere bona teſtatoris,ſi non eſſet hæres, l.fin. C. de inſtit.& ſubſtit.quamuis ſecundum Ioan.de Imo. Alex & Doct. ibi in locis prælleg. hoc teſtator fortè non ex, reſſiſtet mortis cogitatione turbatus, l. hac conſultiſſima.§.at cum humana. C. qui teſtamenta facere poſſunt. vel abominabatur alium caſum nommare, l. quamuis verſicu.quod abominor. C.de impub.& aliis ſubſti.Et ſi teſtator,qui ſubſtituit in hunc caſum, fuiſſet interrogatus, veriſimiliter ſubſtituiſſet in alio caſu. Perinde ergo habetur, ac ſi illud ordinaſſet, vt voluit gl.in l.tale pactum.§.ſi.ff.de pact.quæ gl.ſecūdum Bal.ibi habet locū in qualibet materia. Et pro hoc bon.text.in l.ſi.C.de poſthu.hæred.inſtit. Quare Bart.in d.l. quandiu. quem ibi omnes ſequuntur, & Bal.in d.conſi.ccccxxiij.& Pau. de Caſtr.conſil.clij. Soci.in dict.conſi.lij.& Corne.in d.conſi. ccxcviij.li. iij.diſtinguit † quatuor ſubſtitutionum grādus. Primus quando plures fuerunt vulgariter ſubſtituti. Et 21
tunc licet primus vel ſecūdus deficiat, tamen tertius admittitur,dicta l.ſi Titius.& d.l.coheredi.Secundus caſus eſt, quando ambo ſunt pupillariter ſubſtituti: ſi deficiat primus gradus, deficit etiam ſecundus, quia † ſpes ſubſtitutionis pupillaris non tranſmitti- 22
tur,l.qui habebat.ff.de vulga. & pupil. Tertius caſus eſt,quando primus eſt ſubſtitutus pupillariter, & eidem ſecundus eſt compendioſè ſubſtitutus. Et tunc hoc caſu ſi deficit ſubſtitutio pupillaris, admittitur ſecundo ſubſtitutus, quando per verba generalia ſeu communia fuit ſubſtitutus.vel per verba directa non ciuilia vt ſuprà dictum eſt: ideo obliqua, ex quo eſt ſubrogatus in locum fideicommiſſarij ſubſtituti, quia in fideicommiſſo à primo hærede relicto plures facti ſunt gradus ſubſtitutionum. Ergo ex quo omnes factæ ſunt in fideicommiſſo, non poſſunt eſſe niſi fideicommiſſariæ:quia ſubſtitutiones ad fideicommiſſum inuitantur,& nihilominus in illo fideicommiſſo cadunt ſubſtitutiones vulgares, quoniam etiam in fideicommiſſis & legatis cadūt ſubſtitutiones vulgares,l.vt hæredibus. ff.de leg.ij. & d.l. vnica. §.j.C.de cadu.tollend.Quartus caſus,quando omnes ſubſtitutionum gradus,tam primus, quàm ſecundus & tertius ſubſtitutus fuerant ex fideicommiſſaria, vt fuit hic,vocati. Et quāquam deficiat primus gradus, ſecundus, aut tertius, tunc vltimus primi vel ſecundi admittitur,cum fideicommiſ. remanſerit penes primum hæredem cum onere reſtituendi. Et ſic debet ſecundo reſtitui,vt d.l.vnica.§.pro ſecundo. & idem Corn.conſi.xxxv. ver. ſpes enim ſubſtitutionis. cum ſequen.vol.ij.Et alias ſic conſului,vt in conſ.xlix. inchoan.factum eſt tale:quondamvixit in humanis.Et idem Maſuer.in ſua praxi.tit.de ſucceſ. ver.item notandum quod quamuis. & pro hac Deciſ. bene facit quod dicit Ang.in d.l.Centurio.col.ij. in illa quæſt. Bar.vbi, † ſi quis filium hæredē inſtituerit: & ſi ſine 23
liberis deceſſerit,volunt bona ſua dari vel diſtribui & executores deputati qui capere & diſtribuere debebant, deceſſerint hæreditate non agnita, quod talis ſubſtitutio non eſt caduca,imò in locum eorum ſuccedit epiſcopus. Allegat Io.And.in addi. Spec. tit.de inſtru.edi.§.nunc aliqua. ver. ſed ſi aliter executoribus. volens etiam valere factam à milite, quia erit ſeu per fideicōmiſſariam:† quoniam Epiſcopus qui eſt 24
legitimus adminiſtrator,& pater pauperum, voluntatem illam non exequitur,vt hæres,ſed ſolum à poteſtate ei per canones & leges attributa.ca.tua nobis. & ca.Ioannes.de teſta.& l. nulli,C.de epiſc.& cle.Et eſt in hoc caſu mirum quòd duo ſunt hęredes inſolidū,ſcilicet pauperes vtiliter, & epiſcopus quò ad ius &nomen,ſicut in l.j.§.ſi quis addita.ff.ad Tert.Et ſic

lega-

legalis eſt hæres,vt de patre diximus, qui adit hæreditatem filij inſtituti illam repudiantis, l.j. §.j. C.de
15 bon.quæ liber. †Et pater excludit ſubſtitutum,ſecũdum Bar.& communem in l.j.de vulga.& pup.& in l.ſi paterfam.eo.tit.& Paul.de Caſt.& Iaſ.in l.cũ proponas.C.de hæred.inſt.quia in caſu Angel.pauperes hæreditatem erant ſumptuari de manu alterius, non eius qui eſt hæres,ſcilicet fideicommiſſarij. Vnde in caſu præſenti, in quo teſtator voluit epiſcopum & ſucceſſores eſſe executores, viſa dicta ſubſtitutione, deberent ipſi recipere & habere dictum locum de Poulhaco,& de Gauanduno: & iſta fuit mens teſtatoris,qui potius voluit ſua bona venire ad hoſpitale,
16 quàm ad proximiores, † vt faueatur cauſæ teſtati,& res non vadat ad cauſam inteſtati,l.in teſtamentis.& ibi Decius.de reg.iur. quia eſt vnus fauor, quoniam vbi duæ ſunt opiniones,illa eſt ſequẽda,quæ prò teſtamento facit,ſi pars iudicantium. ff.de inoffi.teſta.
11 Alius enim fauor eſt ratione piæ cauſæ: & in dubiis opi.eſt tenenda quæ fauet ipſi piæ cauſæ l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſumpt.funer.quia vltima voluntas interpretationem recipit extenſiuam, & non reſtrictiuã,vt volunt Bal.in l.plenũ.ver. ſed & ſi pecoris.ff. de vſu & habit.imò ſecundum eum ibi in §. equitij.
22 ſubſtitutio recipit interpretationem ex perſona eius cui ſubſtituitur,vt ibi.& idem tenet Ang. in d.l.quãdiu.§.is autem. Præterea ſubſtitutio Amiſtano facta fuit compendioſa, ſimilis illi factæ Pontio, ſi hæres eſſet, & quandocunque decederet ſine procreandis. Et ſucceſſiuè eidem Amiſtano ſubſtituit dictũ Pontium, vnde in omnem euentum eſſet fideicommiſſaria,vt volunt Doct.in locis ſuprà alleg. Ideo ipſo Pontio ante Amiſtamm mortuo, ſucceſſio debet venire ad hoſpitale & eccleſiam, vt volunt Bar.Paul. de Caſtr.& Doct in l.quandiu.& alij ſuprà alleg.niſi eidem hoſpitali obſtet præſcriptio, quam credo obſtaturam,attentata tam longiſſima præſcriptione,de qua in ſeq.dicemus quæſtio.nec obſtat d.l.qui habebat.de vulg.& pupil. quia loquitur quando ſubſtitutiones ſunt omnes pupillares, vt dictum eſt.Et ſic eã intelligit Ang.in d.l. quandiu,vt ibi per eum.Franc. de Aret.& Iaſ.Et etiam ex eo quod expirauerũt poſt pubertatẽ filiæ, ſiue ſorores ſubſtitutæ, quæ poſtquã ad annos peruenit nubiles deceſſit: ideo non tranſmittit ad eius ſubſtitutos. Et iſta eſt magis amica literæ.Tum non obſtant alia iura pro prima parte adducta, quòd legata relicta, ſi Titius hæres erit, vel quiſquis mihi hæres erit,det Titio decem: quia hic non agitur de tranſmiſſione ad hæredes præmortui legatarij,vel ſubſtituti,vbi eſt alius ſubſtitutus. Nam conditionalia ad ipſos tranſmittuntur, l.vnica.§.pro ſecundo.& §.ſin autem aliquid.C. de cad.toll. Et ſic
27 non obſtant dicta iura. † Tum omnis ſubſtitutio eſt inſtitutio conditionalis ſuſpenſa,& non pura,vt tradit Bar.quem ſequuntur Doct. inſuper Franc.de Aret.in d.l.qui liberis.in princ.per glo.ibi,in verb.pure,qui allegat tex.in l.cohæredi.§.cohæredes. de vul. & pup.& in l.in ratione.§.quòd vulgo. ad l.Falc.glo. & Doct.in rub de vulga.& pup.& idem ibi Socin.&
28 in l.j.cod.tit.†Aliquando enim eſt conditio, quæ (vt inquit Franc. de Aret.in d.l. qui liberis.) de neceſſitate reſpicit executionem actus, & aliquando reſpicit ipſam diſpoſitionem,& eius eſſentiam: & primo caſu loquuntur iura præalle.& l. conditiones extrinſecus.Et ponitur exemplum ſecundum eum, in l.aliquando.ff.de condit.& demon. ſcilicet de legato facto ſub conditione,ſi hæres adierit hæreditatẽ: quæ
29 conditio reſpicit effectum executionis, † Aliquando ipſa conditio reſpicit eſſentiam, vt in caſu noſtro, in quo ſubſtitutiones factæ fuerunt ſub duabus conditionibus,ſcilicet, ſi hæres non erit, & ſi pupillus deceſſerit in pupillari ætate: cuius diſpoſitio redditur conditionalis,ſi deceſſerit ſine liberis maſculis,igitur &c.Per quod eſt dare reſponſum ad id quod allegatur,non conſtare Pontium de Beynaco prædeceſſiſſe d.Amiſtano,cui Põtius erat ſubſtitutus.Imo ſub correctione conſtabat: & vbi clarè non cõtitiſſet,idem tamen:†quia in dubio præſumendum eſt pro ſubſti- 30
tuto,vt eſt text.ſin.in l.ex facto.§.pen.ff.ad Treb.per quem tex.dicunt ibi Doct.quòd ſi quis eſt alteri ſubſtitutus, ſi deceſſerit ſine liberis, & allegetur ipſum deceſſiſſe ſine liberis,& illud negetur,præſumitur in dubio pro ſubſtituto vlti. & hoc etiam tenent Bart. & Ang.in l.qui duos.§.cum in bello.ff.de reb.dub.& Alex.conſi.xxix.inchoan.viſo themate, & ea dubitatione.vo.ij. & Soc.conſ.lxxix.ver. accedat etiam ad ſuperiora.vol.j. †volens etiam quod ſi inſtitutus pu- 31
pillariter dicat,ſe debere admitti ex pupillari:& non apparcat an hæres deceſſerit pupillus vel adultus, in dubio præſumitur pro ſubſtituto, quod hęres deceſſerit pupillus,per illum text. quamuis Bal.in hoc caſu cenſeat contrarium,con.ccxciij.exordien.factum tale eſt.vol.iiij. quod credo verum fauore matris petentis ſucceſſionem filij, quod ſubſtitutus qui vult eam excludere à iure quod ſibi competit de iure naturali,l.nam &ſi parentibus.ff.de inoffic.teſta.tenea-
tur probare mortẽ in pupillari ætate euenuſſe. Secus eſt in alio. §Ex quibus concluditur ſubſtitutionem prędictam non eſſe caducam.† Tum etiam prędicta 32
verba,ſi hæres eſſet aut erit,debent intelligi, id eſt, ſi is quem hęredem inſtitui,vel ſubſtitui,aut quem volo & cupio hæredem eſſe meum, deceſſerit ſine liberis.ita exponit Bald. in prælleg.conſil. ccccliiij. incip.quidam Nicolaus:quia illa verba, ſi hæres erit, vel eſſet, non ſunt de ſubſtantia ſubſtitutionis compendioſæ vel pupillaris, vt crebro dictum eſt. Et ſic videretur non fuiſſe factã ſub duabus conditionibus: quod eſt dare reſponſum ad Alexan. Roma.Ioan.de Ana.Phili.Decium & ad iura ſuprà in j. parte alleg. quia dictio. eo caſu, ſuper qua ſe fundant ſupradicti Doct.non refertur ad illa verba, ſi hæres erit,ſed ſolum,ſi deceſſerit ſine liberis. l. ſi hæres ab cod. ff.ad Treb.Et pro hac Deciſio. videtur text. celebris in l. Lucius Titius.§.filiam ex aſſe inſtituit.ff.de leg.ij.vbi teſtator filiam ex aſſe inſtituit hæredem,eique ſuum ſubſtituit nepotem: & ita cauit, ſi, quod abominor, neque filia, neque nepos meus hæredes mei erunt, tunc portionem meam partis dimidiæ fundi illius ad libertos meos pertinere volo. quærebatur, cum ante teſtatorem,&filia inſtituta,& nepos ſubſtitutus deceſſerit: & inteſtati bona peruenerint ad pronepotem eius, an fideicommiſſum ad libertos pertineat? Et reſpondet Iuriſconſul. quod ſi nullus alius hæres inſtitutus,ſubſtitutúſque eſſet quam filia &nepos,fideicommiſſum debere præſtari: ſed hic erãt alij ſubſtituti,vt hoſpitale,igitur res eſt clara.†Et illa dictio, 33
tunc ſignificat extremitatem temporis.ca.cupientes §.electos.in verb.eo caſu.de elec.lib.vj.l.ſi is legatũ. §.ſi ita ſcriptum.& ibi Soc.poſt Bar. & Doctor.ff.de condit.& demonſtra.& in l. ſubſtitutione.ff.de vulg. & pup.& in l.ſi.de ſacroſ. eccle. & c.ij.ibi, tu cũ tunc & ibi And.Barb.de probat.& in prœmio inſti.§.omnes verò popul. verſic. tunc noſtram extendimus curam.& Franciſ.Curt.conſ.lvj. col.j. qui allegat.botex.in auth.de hære.& Falcid.§.ſi verò aliqui abſint. ibi, & iuſiurãdum teſtium dicentium ſe & affuiſſe iis quæ geſta ſunt,& vidiſſe quæ tunc agebantur,gloſſa. & Franc.de Aret.in l.lecta ſuper.verb.tunc.& ibi per

Mod. ff.ſi certum petat.& in l.hæres.ff.de acquirend. hæredit.& in l.Gallus.in princip. & ibi Franciſc. de Aret.in ij.notab. Et in terminis noſtris idem Franciſcus Curt.conſil.xlij.verſicul. illa enim dictio,tunc &c.Dicens etiam notarios quotidie apponere in inſtrumentis: Ex nunc prout ex tunc, vt vnum tempus inſit alteri, vt ex quolibet poſſit diſpoſitio ſumere initium.& idem Angelus in l. huiuſmodi. ff.de verborum obligation. per gloſſ. ordin. in l.j. ff.de iure codicil.& per text. in clemen. j. de iure patron. †Et
34 ideo illa verba, tunc eo caſu, videntur amplecti ſubſtitutionem fideicommiſſariam,vt ſubſtituti quoties caſus euenerit admittantur, vt dictum eſt. & ita Socin.conſilio xviij. verſi. præterea clarius conſtat. volum.iij. cum illa dictio, tunc eo caſu, importet conditionem.Allegat Bar.in l.j. de conditio. & demonſtra.Et idem Philip. Decius conſil.cccxiiij. initium cuius eſt, pro reſolutione, numer.iiij. cum ſequent. tum quia deciſio Alexan. & aliorum ſuprà allega.habet locum ſi inſtitutio & ſubſtitutio fuiſſent factæ ſub duabus meris conditionibus,videlicet, ſi Petr.& Ioann. deceſſerint, vt in caſibus per ipſos conſultis, tunc eo caſu ſubſtituo, vel volo, &c. Tunc diſpoſitio teſtatoris non verificatur, nec habet locum, niſi conditionis forma ſpecifica impleta, dicta l.ſi hæredes plures.de condition.inſtitu.& l.Mæuius. & l. qui hęredi.de conditionibus & demonſtrationibus,quia illa verba,ſi hæres erit,vel eſſet, non habent alterare naturam & conditionem compendioſæ, quin conditio mortis ſemper attendatur,vt dictum eſt.Igitur non fuit caduca.

SVMMÆ.

1 *Præſcriptio centum annorum, an currat contra pauperes & captiuos.& num.3.*

2 *Ignorantis an detur reſtitutio in integrum.*

4 *Ignorantis an currat tempus quadriennij ad petendam reſtitutionem,datum etiam poſt centum annos.& nu.5.6.& 10.*

7 *Tempori de cuius initio non extat memoria, nihil officit bona vel mala fides.*

8 *Poſſeſſio naturalis ſola non ſufficit ad præſcribendum.*

9 *Ignorantia etiam iuſta in quibus præſcriptionibus locum non habeat.*

11 *Præſcriptione quacunque per legem vel ſtatutũ ſublata, adhuc habet locum præſcriptio centum annorum.& num.12.*

13 *Præſcriptio currit executori ignoranti teſtamentum.*

14 *Executori teſtamentario non currit annus niſi à die monitionis.*

15 *Epiſcopo ignoranti an currat annus exequendi,ſicut executori dato.*

16 *Epiſcopus qua via poſſit excludi ab executione teſtamenti.*

17 *Epiſcopi conſtitutio an ligei ignorantes.*

Quæſtio XXXIX.

Præſcriptio centum annorum, vel maioris temporis, an currat contra pauperes incertos vel eorum executores,ſcilicet epiſcopos, vel alios in teſtamento deputatos & commiſſos, aut eccleſiam, & alios ignorantes hæreditatem, legatum, fideicommiſſum aut donationem eis factam. Et ſi currat, an poſt tempus quadriennij datum eſt reſtituendum, poſſint ex capite ignorantiæ integrum reſtitui vltra prædictum tempus centum annorum, & in infinitum.

DECISIO XXXIX.

T circa hanc quæſtionem, quæ fuit etiam in dicto proceſſu magna,propter diuerſas Doct.opi. inter ſe contrarias,videntur eſſe tres, vt ex infrà dicendis apparebit,tamen inter omnes materias, quas ab adoleſcentia vſque ad hanc ætatem,vel mea,vel clerici ſcripſi manu,nihil præſenti quæſt.ſcripſi difficilius : me eccleſiæ ac principis deciſioni, & aliorum correctioni ſubmittendo.†Et primo videtur præſcriptionē iam dictam 1
contra captiuos,& alios pauperes non currere : cum ſint incerti & ignorantes,vt voluit Anto. de Butr.in c.nihil.per illum tex.ſecundum quartam lectu.quam ipſe ponit,de præſcriptio.& etiam Barto.in l.ſi quis. quæ eſt vlti.per illum text.C.qui milit. non poſſ.lib. xij. dicens ignorantibus quo ad incommodum eorum non currere.Et idem Petr.de Vbald.in tract.de quartis in iiij.exemplari c.ij.col. pe. pro quo videtur tex.in c.nos quidem.de teſta.& C.de incertis perſonis & ſenatuſc.Treb. aliàs ad ſenatuſcon.Treb.& de incertis perſonis.quamuis glo.ibi ſuper rub.dicat illum tit. non tractare de ince.perſonis,ſed in Gregoriano fortè : eb quod dicit rub. eſſe generaliorem, prout & alias contingit in rub.de relig. & ſumpt.fune.& in rub.de ſponſa.C. & cũ ea tranſeunt ibi Cin. Raph.& Cor.ſed Bal.ibi tenet contrarium,dicens ſecundum aliquos ibi tractari de incertis perſonis, in l.iij.eodem ti.quod ſibi non placet,quinimo in l.iubemus.§.ſin autem.in verbo,poſthumo. eo.tit. quia poſthumus dum eſt in vtero, incerta perſona,l.ſed ſi reſtituatur.§.fin.ff.de iudi. Et etiam dicit tractari de incerta perſona incidenter,in l.penul.§.cùm autem. ibi,nullo hærede.eo.tit.Tamen videtur pauperes nõ eſſe incertos,cum congregatio pauperum loco perſonæ ſungatur,l.nulli.C.de Epiſcop.& cleri.Et Epiſcopus à iure deputatus executor, habetur loco perſonæ,clemen.quia contingit.de religi.domi.&Bald. conſil.lxxv.col.j.inchoan.videtur quod electio facta. vol.iij.ſed contrarium tenuit Bart.in l.j.§. ſi quis autem propter.& ibi Alex.in addit.ff.de itine. actúque priua.quod currat ignorantibus,ſed reſtituantur,argu.illius text & ibi Abb.Sicul.conſ.iiij exordien.factum ſuper quo petitur de iure conſilium.vol.ij.& in d.ca.nihil.quem ibi ſequuntur Imo. & Felin. primo per tex.& gloſſ.in l.fin.in verb.pro redemptione captiuorum.C.de ſacr.eccle.vbi gl.alleg tex.in d.l.nulli.de epiſc.& cleric.quæ iura probant talibus factum valere.& tenet Ang.conſ.cxvij.in pr. & bo.text.in l. generali in verb.pauperibus.& ibi gl. C.de ſacr.eccl. & Iaſ.in l.j.in j.no.eo.titu. in vtraque lectur.tam Paduana,quam Papienſi.& Bal.conſ.ccclxxx. incipien. Circa prædicta.vol.ij.& etiam per tex in §.pro temporalibus.in auth.de eccleſia.tit.& in l.ſi. & ibi Bart. Bal.& Doct.C.de præſcr.longi temp.vbi non diſtinguitur ſcientia ab ignorantia, & per alia iura : & rationes per ipſos Imo. & Felin. alleg. Et idem tenet Rom.conſi.lxix.& Fred.conſ.cj. † quamuis ſint plu- 2
res Doct. antiqui tenentes reſtitutionem in integrũ ignoranti non eſſe concedendã:quos refert Fel.in c. vigilanti.circa princ.de præſc.& Franc.de Are.conſ. ciij.exordien Breuitas in conſultatione bene neceſſaria eſt.†Tamen Felin.in d.c.vigilanti.col.ij.vbi hãc 3
examinat quæſtionem per quatuor col. firmat opin. Far.eſſe veram & communem,quia ſicut contra eccleſiam præſcribitur, ita contra pauperes, vt iuribus ſuprà alleg.& ſing.Ang.in l.vniuerſitas.C.ne rei dominicæ

minicæ vel templo.& Barbat.conſil.xlj.libro ij. quia pauperes in caſu præſenti non erant ratione loci incerti, cùm de hoſpitali in prædicto loco de Gauandumo conſtituendo mentio pro ibi recipiendis pauperibus eſſet facta: ſecus videtur eſſe, ſi pauperibus alicuius ciuitatis iuiſſet relictum, quia illi ſunt incerti. Et ratio diuerſitatis quare pauperes vnius ciuitatis non dicuntur certi, ſicut pauperes vnius hoſpitalis, eſt ſecundum Baldum in l.j.verſi. ſed quæritur quare pauperes.ff.de lega.ij.propter difficilem numerationem vel diſcretionem: cuius ratione reputatur impoſſibilis certitudo.l.vſufructuarium.§.ſi in viuariis. ibi,commodiſſimè tamen ne per ſingul.ff.de vſufru. & Cor.conſ.clxiiij.vol.ij.& gl.& ibi Pau. de Caſtr.in l.ſi ſic conſtituta.ff.quemadmo. ſeruit. amit.& Ioan. Fran.Balb.in tract.ſuo de præſcr.in iij.quartæ partis prin.q.xxviij.nu.xc. & idem Corn. conſ.ca.incipien. quòd non eſt curſa præſcriptio.vol.j.& ideo præſcribi poteſt. Sed aduerſus talem præſcriptionem xxx. vel xl.annorum,poteſt intra quadriennium reſtitui, vt tenet gl.in auth.quas actiones, quam ibi ſequũtur Doct.& etiam Iaſ.ver. ſum.in vij. parte dicens hanc eſſe communem.C.de ſacr.eccle. & Paul.de Caſtr.in d.l.ſi ſic.poſt gl.ibi.ad idẽ gl.fin. in l.j. in verbo,æſtimauit.C.de pat.poteſt.& Zabarel.& Abb.Sic.in clement.j.per illum text.de in integ.reſtit.& Ang.in d.l.vnic.ſis.& Abb.Sicu.in d.c.vigilanti. & c.placuit. in ij.q.princip.& vtrobique per Felin. de præſcri. & ſic fuit opin.Bart.vt dictum eſt in d. l.j. §.ſi quis autem.de itin. actũque priuat. quem ſequuntur Doct. ſuprà alleg.& Ioan.Franc.in d.trac.præſcriptionum. in iiij.quartæ principal.quæſt.xxix.nu.xciij. & amplè Socin.poſt Bartol.in l.cum filius.§.in hac.ff.de verb. obli.& Din.in regula,cum quis. de reg.iur. libr.vj.& Raph.Cuma.conſ.clvij.ver.cæterum.& Raph.Fulg. conſi.cxxij.in fin.ver.& rurſum.& conſi.lxiiij.in fi.& Bal.in repe.d.l.fi.de præſcrip.longi tempo. verſ. ſed iuxta hoc quæro de qua ignorantia. & idem Ip. Rimin.in l.iuris ignorantia.nu.vij. C.qui admit.ad bo. poſſ.† Tamen in hoc paſſu Bal.fuit mirabilis opi. in l.falſam.C.ſi ex falſ.inſtru. iſtud quadriennij tempus ad integrum reſtitutionem petendam & finiendam tantummodo datum,l.fi.C.de tempo.in integ.reſti. peten.non currere talibus ignorantibus etiam vſque ad centum annos, quin reſtitui poſſint: & ipſum ſequitur Pau.de Caſt.in l.fi.C.de dolo.& Alexan.conſ. lxxj.col.vlt.vo.j.& conſ.iiij.verſ.nec obſtat ſi diceretur.vol.ij.& conſ.cl.ver.circa aliud dubium.vo.vij.& conſ.xxxix.num.xvij.& xxj.vol.vj.& conſi.cxvj.incip. perſpectis ponderatiſque omnibus.vol.v. dicens ibi hanc eſſe communem opi.& idẽ Abb.Sicul.in c.j.in fi.& ibi Feli.in fin.de præſcrip.& Soc.conſi.lxxxvj.in fin.verſ.vj.& vlt.volu.j.& conſ.lxvj.nu.xj.vſque ad fi. lib.iiij.& amplè Fel.poſt Abb.in d.c.vigilanti.dicens etiam hanc eſſe cõmunem,ſcilicet quòd reſtituantur etiam poſt centum annos.& idem Iaſ.in d.auth.quas actiones.verſic.vnum tamen tene perpetuò cordi.& in l.ij.colum.lxxxvj.ver.pro confirmatione. C.de iure emphyt. ideo non eſt facienda vis, an præſcriptio currat vel non currat ignorantibus; ex quo ad annos centum vſque poſſint ex capite ignorantiæ reſtitui. & idem Andr.Barbat.conſilio xlvj.verſicul.præterea faciat.allegans Angel. ita tenere in l. ſicut. in aliquibus lectu.in fin.C.de præſcript.xxx. vel xl.ann.& verum dicit.& idem tenet Mart.Laudenſ. in tractat.de legitima.verſic.ad tertium articulum, an quadriennium,&c.& Soci.conſil.cxxcix.inchoan. Capio primum conſultationis articulum.verſicu. confirmatur prædicta.vol.ij.& Geral.de Petra ſanc. ſing.ſuo xviij. verſi.ſed vnum perpetuò. & Iacob.de ſanct. Georg. ſub dubio forte in l.ſuperuacuam.verſ.ſed videamus nunquid.C.de tempo.in integ.reſtit. peten. & Hipp. de Marſil.in l.qui ignorans num.xvij.ff.de falſ.& fin. ſuo cccclxxij.incipiẽ.multa.& quam plura.† Sed cõtrarium tenet ipſemet Bald.in l.j.ver. xxiiij.pono.C. qui admitt. quòd non reſtituatur contra præſcript. longiſſimi temporis ex ſola ſimplici ignorantia non cauſata ab abſentia,vel alio impẽdimento, per text. in d.l.fi.de temp.in integ. reſti. & cum ſequitur Anchar.con.clxx.inchoan. principaliter contra iſtos legatarios.per tex.in d.l.fi.de præſcrip.long.temp.ibi, ne altera inextricabilis dubitationis oriatur occaſio: quod eſſet,ſi poſt centum annos repertis inſtrumentis antea incognitis peteretur reſtitutio & idem Rapha.in dict. l. cum alius.§. in hoc. de verbo.obligation.& Ang.in l.ſi infanti.ad fin. C.de iur. delibe.& pulchrè Alex.ſibi contrarius, conſi.ccxciiij. quod eſt in ij.vol.clij.exordien.viſo themate ſuprаſcripto.col. vlt.verſic.& poſito.& conſil.cccvj. quod eſt eo.vol. clxiij.exordien. viſo proceſſu cauſæ vertentis. & per tex.in l.ſicut.in fin.C.de præſcript.xxx.vel xl.ann.allegans etiam Angel.ibi ita tenere in aliquibus lectu. in fin.Et idem Alexan.in l.iij.§.Labeo circa fi.verſi. viditis.ff.de acquirend. poſſeſſ. dicens hæc formalia verba,ſum ſolitus tenere,quod aduerſus præſcriptionem ratione ignorantiæ detur reſtitutio in integrũ: ſed non habet locum in præſcriptione xl.anno. quia illa pleniſſimam parit ſecuritatem, l. omnes. C. de præſcrip.xxx.ann. quia quis,vt inquit,non dicitur habere pleniſſimam ſecuritatem, quando poteſt cõſuli per reſtitutionem in integrum, vt dicit gloſ. quam allegat in l.ait prætor.§.permittitur. in gloſ.magna. ff.de minor. licet ipſe in fi.dicat, nec hoc firmo, tamen eſt notabile verbum, ſi verum eſſet, & occurrit mihi ſæpè de facto.& idem ait in d. l.cum filius. §.in hac.& ſingul.Francif.Curt. conſ.lxxxij. quod eſt penult.in ordin.verſi.& ſi fortè opponatur. & hoc per text.in d.l.omnes.de præſcript.xxx.vel xl.ann.& in l. fin.quæ eſt ſingu.& ibi Iaco.Rebuff.& Ioann.de Pla. qui idem tenent.C.de fund. patrimon. lib.xj.dicens Curtius hanc opin. eſſe veriorem, aliàs ſecundum eum fruſtratoria eſſet hæſitatio, an eccleſiæ aduerſus præſcriptionem xl. anno. competat beneficium reſtitutionis in integ.iurib. ſuprà alleg. Ideo non curat de opin. aliorum Doct. qui non ponderauerunt tex.in dicta l.eos.& in dicta l.fin. & in cap. ad aures. de præſcri.& facit bonus tex. in l.licet. in verb.ignorantes.iuncta gl.in verb.longi.C.de iur. delibe. Et iſtam partem tenet Abb.Sicul.in c.cum nobis. & ibi Feli.col.vlt.poſt med.ver.illud etiam bene notat.de præſcrip.& amplè ac elegantiſſimè Barbat.conſi.xlj. ver.& ſi quiſpiam opponat. Et pariter hanc partem multum defendit Franciſc.de Are.in prælleg. conſ. ciij.inchoan.breuitas in conſultatione bene neceſſaria eſt.in prima dubitatio. & maximè in eo qui eſt tutus præſcrip.xl.anno.& ſing.Philip. Decius conſil. xxix.incip.& pro tenui facultate mea. propter quod Iaſ.in §.rurſus, verſi.vlti. ad complementum prædictorum.nu.lxxiiij.inſtit.de act.titubat. & non eſt auſus ibi firmum figere pedem.† Tamen iſta eſt vera& communis opin.quòd poſt præſcriptionem xxx. vel xl.ann. concedatur reſtitutio ex capite ignorantiæ intra quadriennium: ſed non poſt præſcriptionem centum annorum,quia talis res dicitur antiqua ſecũdum communem opin.quæ excedit metam centum annorum,vt concludit Alexander referens alios in l. cũ aliquis.C.de iure deliberandi. & in conſilio ccvij. inchoan.viſo ſummario. columna penultim.volum.

4

6

ij.& conſl.xiiij.incipien.viſis.libro iiij.& Phili.Decius conſil.cxxj.cuius eſt initium. in cauſa quæ Alexandriæ agitatur. nu.vj. cum aliis infrà alleg.qui incipit.Ideo dicit Salic.in l.ij.C.de ſeruit.& aqua.† quòd quando habemus tempus,cuius initij memoria non exiſtit in contrarium, non curamus de bona vel mala fide.Et iſtud euidenter demonſtratur,quod ſi eccleſia Romana,contra quam nemo centenaria non currit præſcriptio,d.l.fi.de ſacroſanct.eccle.& in authen.vt eccleſia Romana.& c.ad audientiam.& d.c.cum nobis.de præſcrip.& c.cum dilecta. de conſtit. vtil. vel inutil.eſſet in proceſſu:non reſtitueretur, per text.in d.l.fin.Ibi,ſed ne videamur in infinitum.& ibi,vnum tantummodo terminum vitæ imponamus humanæ. C.de ſacroſanct.eccl.qui text. omnes comprehendit etiam ignorantes:& idem tex.in dicta auth.vt eccleſia Romana.ibi.ſed centum tantummodo annorum lapſis,&c.Et ibi,ſed ille ſeruetur innocens,qui re vera innoxius ſit. Ad idem tex.in authentic. hæc conſtitutio innouat conſtitu.Ibi, vt ſopito hoc temporis ſpatio tam perſonales, quàm hypothecariæ in perpetuum conquieſcant. Quæ iura multum vrgent contra opi.Bal.& ſequa.& tenet Pet.Paul.Pariſ.in d.c.placuit.nu.xx.& xxij.de præſcrip.cum aliis per eum allegatis.Et illam partem ſequutus fuit Sali.in d.authen.quas actiones. verſ. quærit gloſſ. an contra has præſcriptiones:aliàs,dicit ipſe,incideremus in abſurdum, quòd eccleſiæ nunquam curreret præſcriptio, vel ſemper contra curſum temporis reſtitueretur: quod eſſet contra d.l.fin.de ſacroſan.eccle.& alia iura tam ciuilia quàm canonica. Tum quia nullum foret eccleſiæ Rom. priuilegiũ:& licet eccleſia vel hoſpitale aut minor ignorans ex capite ignorantiæ reſtituantur ex clauſula generali intra quadriennium: iuxta l.j.ff.ex quib. cauſ.maior. tamen ſi poſt xxx. aut xl.annos, intra illud quadriennium non poſtulauerint in integrum reſtitutionem:amplius eam petere non poſſunt,d.l.fi.de temp.in integrum reſti.vt tradit ſing.Roma.conſil. clxvj. inchoan. viſa diligenter propoſiti thematis cõſultatione. verſi.vlt.videndum an poſito.quem refert & ſequitur Iaſ.conſil.xxvij.nu. iiij.vol.j.vbi loquitur in hoſpitali.& idem Soc.in d.l. cùm filius.§.in hac verſic. ſed hanc rationem.& ver. præterea vt dicas. volẽs reſtitutionis remedium non concedi paſſim & indiſtincte. Et idem dicit in verſi. v.pro hac opinio. per textum in d.l.j. in fi. ex quibus cau.maio.& idem Gerar.de Petra.ſan.in præd. ſing. ſu.xxviij. verſic. ſed intra quod tempus dicta reſtitutio proponi debet.& ſingulari. Soci.conſ.ij.ver.item in ſecundo, quia à iure adeundi. vol.iij. vbi pro hoc allegat text. in l. vna. C. de vſucapio. transform. vt ibi vide per eum. Et ſic non obſtat minor ætas Almerici præfati : ex quo Fragant de Stiſſaco pater eius qui agere poterat præcedebat eum. Vnde ipſe Almericus eius filius cuitare non poteſt præſcriptionem cuius initium in perſona patris maioris, vt dictum eſt,in j.quæ.ſumpſerat. Ideo ex iſto capite minoris ætatis non poteſt petere beneficium reſtitutionis in integrum. vt tradunt Bar. & communiter Doct.in d.§.in hac.& Bar.in l.ad diem.eo.tit.& in l. Æmilius.& ibi Bal.ff.de minor.& Ang.in l.inſulam. in vj.fallen.de verb.oblig.& Bal.in l. fina.in fin. C.ſi penden.appella.mors interuenerit.& Anchar. & Io. de Imo.in c.potuit.de loca.& Petr.Cin. & Docto.in l.ij.C.de iure emph.& Franc. Curt. in iam d.conſil. pen.ver.nec etiã obſtat minor ætas. Et pariter Paul. de Caſt.conſ.xxxiij.ver.nec obſtat ſi dicatur.incip.de iure cõmuni.vol.nouo. & amplè Fran.Curt.conſ.lix. exordien.ſuper præmiſſa conſultatione.col.ij.cũ ſeq. nec etiam ex capite ignorantiæ, ſi minor non poſſidebat,ſed agebat,& ſic actor : quia tunc non auditur ad petendum in integrum reſtitutionem, cum ſibi ſit imputandum quod non ſe informauerit, & diligenter explorauerit à coniunctis & adminiſtratoribus ſuis,cum eſſet in ſua poteſtate, quando agere & experiri vellet.alleg. Din. in regula. cum quis in ius alterius,limitando glo.in d.§. in hac. & ibi idem tenent Bar.Ang.Imo.Paul.de Caſtr.Alex.& Soci.& Iaſ. igitur dictus Almericus, quamuis minor xxv.annorum,non poſſidebat dicta loca de Gauanduno & de Poulhaco,cũ eſſet actor, ideo beneficium reſtitutionis in integrum ex capite ignorantię impetrare non poterat: ſecus ſi fuiſſet reus poſſidens,qui vſus fuiſſet iure defenſionis, quare ipſe hæres poſſidens, & conuentus poterit ex capite ignorantiæ impetrare reſtitutionem in integrum, quia non eſt in eius facultate quando conueniatur.l.purè.in fin.ff.de excep.doli.& idem dicit Feli.in d.c.vigilanti.in vij.limita.in quolibet alio nõ poſſidẽte ciuiliter,nec naturaliter: quia ex quo ignorans, contra quem præſcribitur, amiſit ciuilẽ poſſeſſionẽ,incipit contra eum curſus præſcriptionis,& non ante. † Sola enim naturalis poſſeſſio 8
vel detentatio non inducit poſſeſſionẽ neceſſariam ad præſcriptionem:de qua in regula ſine poſſeſſione de reg.iur.lib.vj. quoniã contra ciuiliter poſſidẽtem non præſcribitur, l.malè agitur. C.de præſcript.xxx. vel xl.ann.Et intelligitur illam ciuilẽ perdidiſſe ſecũdũ eum,quando ſcit poſſeſſionẽ naturalẽ ab alio occupatam.& negligit per modicũ tempus illam recuperare:tunc ſtatim perdit ciuilem:quia videtur ſuſpicari ſe poſſe repelli.l. clã poſſidere. in fin. cum l.ſeq. ff.de acq.poſſeſſ.latius per Feli.in d.c.vigilanti.& intelligi debet ſtatim arbitrio iudicis:vel quando ſtetit per decennium:de quo ibi per Abb.& Fel.ver.quartus caſus.& Bal. conſ. xiiij. ver.capio tertiũ.vol.j.inchoan.caſus qui alle.text.in l.furtũ.§.j.ff.de vſucap.& alibi dixi per diſcurſum alterius q. nec pariter obſtat hoſtilitas allegata ad impediẽdũ præſcriptionẽ, quia non fuit proteſtatũ, nec aliter actum : per quod voluntas agendi fuit declarata : quare non impedit,vt tradit Io.de Pla.in rem publicam.C.de iure reipubl. lib.x.& Alexan.in alleg.conſi.ccxciij.ver.nec obſtãt impedimenta hoſtilitatis & peſtis.& Barb. conſ.xlj. ver.quinimo plus dico,&c.vt in ſeq.quæſt. latius dicam. Ex quo enim reus non viderat nec detinuerat teſtamentũ Raimundi Bernardi teſtatoris,non præſumitur,ſed actor penes quem teſtamentum reperitur,habere notitiam contentorum in eodem, vt declarat Ancha.in d.conſi.cxx.& Bar.& Doct. in l.qui Romæ.§.duo fratres.de verb. oblig.in l.de iis. ff.de tranſact.& Barbat.in d.conſi.xlj.ver.item iſte.& Decius in d.conſi.xxix. Et præcipuè quia ignorantia ex parte hoſpitalis ſiue Epiſcopi Agennen. propoſita, erat ſupina, & quòd bene ſciuerat, aut ſcire poterat, &c.propter cõſtitutionem ſynodalem ſuper hoc factã:& iſtud factũ erat admiſſibile, ſecundũ Feli.in d. c.vigilanti.in iij.limitatio.& Bal.conſ.cccl.xxj.lib.j.& Ioan.Fran.Balb.in d.ſuo tract. præſcriptio. q.xxix. in iij.limit.qua requiritur quod fuerit iuſta & probabilis ignorantia,vt infrà dicam.† Et hanc cõmunem opin. Bart. limitat Felin. vbi ſuprà ſeptẽm modis,& 9
prima eius limitatio eſt, quod non habeat locum in præſcriptione longiſſimi temporis xl.annorum, per tex.in d.l.fin.C.de fund.patri. libro xj. Sed non figit pedem, an aduerſus eam detur reſtitutio ignoranti, in qua non loquitur Bartolus.licet aduerſus præſcriptionẽ xxx. aut xxx.annorum bene detur. Et in hoc tranſeunt ferè omnes Docto.& Cuma. conſil.cxlvij.

colum.

col.vlt.ante fin.ver.cæterorũ.&F. Ig.conſ.ccviiij.col. vlt.ver.illud tamen dubitatũ eſt.&Pau.Pariſ,d.ca.vigilanti.nu.v.Soc.conſ.xlij. inchoan. ſubtiliter & eleganter.ver.iiij.illa opi.vol.ij.Et illa fuit limit. Franc. de Are.in d.conſ.ciij. dicentis com.opi.ſic cõcordari poſſe,quamuis ſecundum communem poſſit peti in integrũ reſtitutio intra quadriennium poſt præſcriptionemxl.ann.Sed tamen dubium eſt inter Docto. an vltra quadriẽnium poſt completam præſcriptionem xl.annorum paſſim, & indiſtincte concedatur vſque ad centum annos & vltra, vt in caſu noſtro. †Ideo neſcio quid dixiſſent Bald.& alij Doct. ſuprà alleg.cum ſequentes in quo ſunt centum & xl.anni, & vltra.& ſic in tempore excedente hominum memoriam.quibus Barbat.in dicto conſi.xlj.reſpondet, quod in præſcriptione centum annorum opin.Bart. in d.§.ſi quis autem non ſit vera:quia debet intelligi in præſcriptuone longi temporis, & non longiſſimi. Et pro hac opin. multum facit quod ipſemet Baldus dicit in l.j.verſicu.attende autem.C.de annal.except. †quod ſi in aliqua lege noua mueniantur hæc verba, nulla præſcriptuone obſtante, vt in pluribus ll.collectis per gl.in l.fin.C.de fund.limitroph.libr.xj. & ibi per Docto.& latius per Bald.in l.omnes in fin.verſi. alij dicunt econtra C.de præſcription. xxx. vel xl annorum,& in l.fin.§.ſin autem.C.commun.de ſucceſ. †Nihilominus præſcriptio centenaria curret, ſicut eſt Peruſij,in inſtrumentis dotalibus,contra quæ nulla præſcriptio currit: tamen ſecundum eum centenaria præſcriptio ſiniet actionem. allegans gloſſ. in authen.vt de cætero non fiant commuta. rerum eccleſiæ.in verbo, præſcriptuone. & ibi idẽ tenet Ang. & Bal.& Ang.in l.j.C.ne rei dom.vel templ.vendic. vllo tempore.& Ias.conſ.xiij.nu.iiij.inchoan.non eſt. vol.iij. Ergo à fortiori illo caſu, vbi ſunt centum & quadraginta anni effluxi,vel ſecundum gloſſam in d. authent.vt de cætero non fiant commutat. hodie etiam præſcriberetur xl.annis, d.§.pro temporibus. in authen.de eccleſ.titu.& idem Bar.Angel.Alex.Ioan. de Imol.Franc.de Aret.& Ias.in l.nemo poteſt. ff.de leg.j.& Gerald.de Pet.ſang.in d.ſing.xviij. verſ. facit quod dicit Bald.& idem tradit Bald.in d.l.omnes.& Franc.de Are.conſ.xv.verſi.circa tertium dico.& Felin.in rubr.de præſcript.verſic.conſidera ſecundò.& Roma.in l.j.ff.de vſucapio. & amplè Vital. de Vrb. in tractat.clauſu.fol.xiij.& Franciſc. Balb. in tractat. præſcriptionum.num.xxxj.& Alex.conſ.xvj.verſ.nec ad hoc obſtat.vol.v.& Ang.in l.cũ ſatis.§.caueant.C. de agric. & cenſi.lib.xij.& Ioan. de Ana. in c.ij.col. vlti.verſi.Ex hoc etiam infert. de Iudæis.& Angel.in l.non ſolum.ff.de vſucap.Vnde Ange.ibi,& Bal.in d. l.j.de anna.excep.dicunt, quod (licet gloſſ. velit in l. ij.C.de inge.manu.quod per curſum annorum mille non præſcribitur homo,)illum modũ loquendi non recordatur alibi legiſſe.Tamen nõ videtur alius modus loquendi magis extraneus:quem ponit glo. in l. qui lumnibus.in fin. ff. de ſer.vrba.prædio. quod ſi per mille millia annorum tenuerim aream ſine ædificio iuxta palatium alterius, non poſſum prohiberi ibi ædificare:de quo ibi Angelus admiratur. Sed ad hoc facilis eſt reſponſio,vt perDoctores ſuprà alleg. Præterea teſtator non poſſet facere quod minor præſcriptio centum annorum ordinaria non currat legatario, quamuis bene in extraordinaria, vt voluit Baldus in l.ipſis rerum.colum.j.verſicu.ſed nunquid econtra. C.vt in poſſeſſ.lega.niſi teſtator,qui ita vellet,diceret & quoties præſcriptum fuerit,toties promitto,vel lego.Et idem in contrahente ſi dicat,quoties præſcriptum fuerit,toties promitto.Nam ex deſinentia vnius alterius origo proficiſcitur,l.ſi cum in annos.ff.quibus modis vſusfru. amittit. & idem Roma.in ſua repe.rubric.de arbit.verſic. ſed cautela eſt. † Quare dubium non videtur quin præſcriptio executori currat ignoranti teſtamentum, de l.fin.de ſa- 13
croſanct.eccle.& concludit ſingulariter And. Barba. poſt diſputationem longuam in hoc puncto factam. Et ideo debet apparere facere de ſua ignorantia,ſcilicet quod ignorauit ſe eſſe in dicto teſtamento deputatũ executorem: aliàs præſumitur ſciuiſſe,ex quo non dicit teſtamentũ fuiſſe clauſum & ſigillatum.Et maximè hodiernis temporibus, in quibus teſtamẽta (vt inquit) fiunt nuncupatiua & aperta, quorũ mortuo teſtatore habetur notitia:quo in caſu præſumitur ſcientia.allegat ita tenere Paul.de Caſtr.conſ.x. cum aliis per eum allegatis.ſed ipſum Bal. vide cõſ. xcvij. exordien.ſuper primo quæſito videtur.col.j.verſi.ſuprà quarto & quinto quæſito.vol.antiq. † Veruntamen executori teſtamentario non currit annus, niſi 14
à die monitionis,vt expreſsè nota. per Abbatem in d.c.nos quidem.de teſta. & per Doctores in authen. hoc amplius.de fideicommiſ.& in corpore vnde ſumitur.& tenet Frede.conſi.cxxix.in prima quæſtion. & Abb.Sicul.conſi.lxix.verſi.venio ad vltimum,vol. j.quod dicunt Frede.& Abb. eſſe verum & procedere in meris executoribus,nõ autem in commiſſariis, qui habent eligere & diſcernere in quam cauſam æqualiter illa bona ſunt diſtribuenda,vt latius per Abbatem in d.conſi. †Sed an epiſcopo ignoranti currat 15
tẽpus exequendi teſtamentum, & deuoluatur facultas ad Archiepiſcopum: licet in caſu noſtro Epiſcopus Agennen. fuiſſet executor teſtamentarius, & in eius recuſatione Archiepiſcopus Burdegalen.&Barba.in dicto conſi.viij.verſi. reſtat nunc videre. tenet quod non,ex quo dicitur pater pauperum, d.l.nulli. & l.id quod pauperibus.& l.ſi quis ad declinandam. C.de epiſcop.& cler.Et ſi videtur quod vnum & idẽ ius varietur in perſona plurium.ca.j.de iure patrona. lib.vj. Tum ſecundum eum reperitur caſus in iure expreſſus,quodEpiſcopo ignoranti currat tempus ad exequendum indultum à iure, & deuoluatur ad Epiſcopum. Sed ſalua tanti doctoris dixerim pace, eſt text.clarus in dicta authent.de eccleſ.titul.§.ſi autem qui hoc facere.ibi,ſi autem ſanctiſſimus locorum Epiſcopus reliquerit aliud horum quæ à nobis dicta ſunt,liceat ſanctiſſimo eius metropolitæ hæc omnia agere & complere,&c. & ſic per illum textum tenet glo.in d.l.nulli.in verſicu.impleturus. vbi text. dicit, quod epiſcopus ſine vlla cũctatione, id eſt, ſine mora,ſic impleturus, alioquin ſuccedit Archiepiſcopus in eo faciendo. Et ſic patet, quod ſicut per lapſum anni deuoluitur executio ad Epiſcopum, ita de ipſo ad Archiepiſcopum.Et tenet Bal.in dicta l.nulli.verſicul.ſed ſi executor. & Salic. ibi colum.j. ibi, poſt vnius anni.& column.vlti.verſic. quæro decimo. cum gloſſ.& Bald.in d.l.id quod pauperibus. Specu.in tit. de inſtru.edit.§.nunc aliqua. quæſitione lxxv. incip. item Archiepiſcopus aut poterit. †Et ſic eſt reperire modum ad excludendum Epiſcopum ab execu- 16
tione, ſcilicet quando teſtator ſubſtituit in commiſſariam per negligentiam ſucceſſiuos executores, vt dicit Baldus in authentic.licet teſtator.in fine. dicẽs in practica eſſe notandum. C. de epiſcopis & cleric. & idem in l.ſi fundum ſub conditione. §.Stichum.ff. de legat.j. & in l. item & ad litem. in iij. notab.ff.de procurator.& Cæpo.caute.ccvij.incip. quia legimus nunc. & Bald.in l.captatorias. in vltima quæſt. C.de teſt.mili.t.dicens de conſuet.ita ſeruari vbique locorum.& idem And.Barb.poſt Zabarel.in d.c.nos qui-

dem.verſi. ſecundò moueor,&c. Et hoc contra Bartol. qui in Lexecutorem. C. de execu.rei iudic. & in conſ.cxlij.inchoan.conſtitutioneCamerinenſis Epi-
17 ſcopi tenentem †conſtitutionem Epiſcopi non litigare ignorantes: contra quē tenet ibi de Bellenginis in addition.ad eum,& Ang.conſ.lxiiij.inci.quoniam nihil eſt.dicens nunquam fuiſſe in hoc paſſu cū Bart. vt per ipſum & Doct.in d.authentic. amplius. de fideicom.Et idem Ant.Rubæus conſil.xcvij. inchoan. circa præmiſſam facti contingentiam, cum aliis per ipſum allegatis.Et contra Bar.videtur tex.& ibi Hoſtien.& omnes canoniſtæ in cap.cum in tua.qui matrimo.accuſ.poſ.Et idem tenuit ipſemet Bart.quem ibi ſequuntur Bald.& Angelus in l. genero. ff.de his qui notan.infam.& Alber.in dict. l. nulli. ſed in caſu Barba.Epiſcopus iam fuerat executus,&ſic mora nō poſſet ſibi imputari,quæ purgata etiam fuiſſet, argu. l.inſulam.ff.de verbor.oblig.Et ſic in caſu in quo res non eſt integra,ſuper quo Barba.ſuam multum fundat intentionem,& ipſis ſimul concurrentibus,præfertur Epiſcopo Archiepiſcopus,vt ibi per eū: ſed in caſu noſtro tā Epiſcopus,quā Archiepiſcopus executores perRaimundū Bernar.teſtatorē fuerunt negligētes annis centum vel quadraginta.vnde in tēporis decurſu ignorare non potuerunt tenorē teſtamenti, cùm palàm, & publicè inter partes iam dictas cauſa fuerit Tholoſæ & Burdegalæ.lx.ann.& vltra.iudicialiter ventilata, etiam profecto vicario procuratore ac aliis Agennen.Epiſcopi,& Burdegalen.Archiepiſcopi officiariis præſentibus: qui palàm facta & publicè præſumūtur ſciuiſſe,l.j.C.qui & aduerſus quos. l.pupillus.§.proſcribere.ff.de exercito.actio.cap.j.de poſtul.prælat.& c.quod dicitis. xvj. diſtinction.& d. ca.cùm in tua.qui matrim. accu.poſſ. Quinimo talis ſcientia in aliis qui ſunt in prouincia vicina præſumitur,vt dicit text.in cap.quoſdam.& in ca. quanto. de præſump.& Franc.de Curt.conſ.vj.feud.inci.præſupponitur in ciuitate Papiæ.col.pen.in princ. limitans ſic dictum Bal. in d.l.falſam.ſi ex fal.inſtrumen. quod debet intelligi quādo probabiliter quis ignoraret:ſecus autem vbi non poſſet eſſe in eo talis probabilis ignorantia: vt eſt ignorare quod publicè ſit, vel dicitur:tunc ſecundum eum non relutuitur,& idem in conſilio xx.inchoan.Præſupponitur in facto. col.ij.&Fel.in d.c.vigilanti.in iij.limita.cum aliis ſuprà alleg.quæ limitatio ponit ſecurim ad radicē. Et idem tenet Anchar.conſil.clxx.& Socin.in d.conſ.ij. verſic.vltra rationes adductas dico. Et ſic etiam non obſtat interruptio preſcriptionis per Comitem Armaignaci facta, quia incipiendo præſcriptionem à perſona Ioannis de Duroforti vocati le Roux de Baiamont,Anno 1413.vſque nūc xx.annum ſuprà mille & quingenteſimum,ſunt cētum & octo anni. Vnde ſecundum Baldum in d.l.nulli. col.vlt.in antiquis factis & geſtis,vltra annos xl.nō poſſunt hæredes teſtatoris ad ſoluendum relictum compelli propter quadragenariam præſcriptionem,per tex.in d.§.pro temporalibus.in authentica de eccle. niti ſecundum eum teſtamenta eſſent conditionalia & pariter ſubſtitutiones,in quibus tanto tempore executio fuerit retardata, tunc non excluditur Epiſcopus ab executione. Sed hic à tempore ſubſtitutionis in perſona Amiſſani de Gauanduno finitæ fluxere cxl. & vltra anni.igitur &c.Ideo concludit Barba. in d.conſil.xlj. præſcriptionem tam longi temporis ignorantibus currere,nec de iure poſſe in integrum reſtitui. Et idem conſ.xc.vol.j.vbi cum vide a principio ad fi. vſque.Et idem tenuerat Bal.conſi. ccccl.xv. exord.præmiſſis verbis cuiuſdam ſtatuti.vol.iiij. quamuis dicat hanc quæſt.eſſe dubiam:tamen Franciſ. de Are.in d conſil.xv.verſi.articulus autem vtrum ex clauſula generali vſque ad fin.in d.conſ.ciij.dicit eam claram.& idem Ioan.de Pla.in d.l.rempublicam. de iur. reipu. lib.x.C.Per quę videtur reſponſum,quod tempus ſuſpendentiæ, & quæſtionis inter ipſas partes de dictis locis de Gauanduno, & Poulhaco motæ debet deduci & non currere interim eccleſiæ, vt volunt Cin.Bal. Paul. de Caſtr.& Iaſ.in l.contra maiores.C. de inoffi.teſta.cum aliis per nos alleg.in §.j.verſ.Sed quid ſi poſt venditionem mouetur quæſtio.de conſuet.retract.lib. conſue. Biturig. Quoniam licet deducatur tempus proceſſus à die litis conteſtatæ, tamen adhuc remanent pluſquam centum & xx. anni, vt patet intuenti,vt dictum eſt.

SVMMÆ.

1 *Pax, treuga, & bellum ſunt tres modi quibus vita hominis regulatur.*

2 *Treuga eſt potius guerra quàm pax.*

3 *Impedimentum iuris & facti in præſcriptione.*

4 *Citato non ſufficit allegare impedimentum aquarum aut guerræ, aut proteſtari, niſi & ſe diligentiam adhibuiſſe doceat. & numer. 5. 6. niſi in caſu 7.*

8 *Citato non valenti comparere bonum eſt proteſtari.*

9 *Impedito ob aduerſarij potentiam non currit præſcriptio.*

10 *Locus iudicij aut conſilij, ſi non ſit tutus, debet mutari, & numerari.*

Quæſtio XL.

Quæritur an impedito agere propter guerram, ſufficiat probare impedimentum belli in loco in quo experiendum erat: vel ſit neceſſe etiam probare ſe diligentiam adhibuiſſe agendi,& ipſum actum expedire non potuiſſe, taliter quod non currat ſibi præſcriptio.

DECISIO XL.

ET dico hanc quæſtio. etiam ex dicto proceſſu fuiſſe ortam,pro cuius deciſio. præſuppono primò, † vitam hominis regulari 1
altero ex tribus modis, quia aut in pace,aut inguerra,aut in treuga,l.poſtliminij ius.in prin.&in §.in pace.& l.poſtliminium.§.induciæ.de capt. & in c.j.& ij.& ibi per Hoſt.de treu.& pa. Et tēpus guerræ conſiſtit in calamitate, quoniam homines inuicē ſe laceſſunt & deprædātur, quod eſt propriū guerræ, d.§.induciæ.Proprium autē pacis in lenitate &libertatis trāquillitate, ac rerū & perſonæ ſecuritate conſiſtit.c.ſi.de treu.& pac.& Arch.in c.noli. xxiij. q.j.& Bal.in proœ.Grego.ver.ſex ſunt cauſæ.& verſ.de ſex cauſis.& Mart.Laud.in tract.ſuo de bello. Et pax eſt diſcordiæ finis, & tēpus treugæ eſt medium, ſeu dubiū inter pacē & guerrā.†Et potius dici poteſt tem- 2
pus guerræ quàm pacis,vt not.in c. ſignificauit.de Iudæis.& Bald.in ca.Imperialis.de pace Conſtan.& gl. in prag.ſanct.in tit. de auth. conci. general.in verb. guerrarum.de quo per Bal.Abb.Sicu. & Feli.in rub. de treu.& pac.& Car. Alex.in c.ius gentium.ver.nota vlterius differentiam. j. diſt. & Archi.in c.illi qui. xxiiij q.iij.& Anch.conſ. lxxxviij. inchoan. præmiſſa facti ſerie.Et Io.de Ana.in d.ca.ſignificauit. in ij.notabili.& ſex ſunt cauſæ, quare pax non eſt inter homines, quas vide per Archidiaconum in dict. cap. noli. & Bald. in proœm. Gregoriano. verſicul. ſex

ſunt

ſunt cauſæ. †Secundò præſuppono quod impedimẽ-
3 tum eſt duplex, iuris ſcilicet & facti. Et iuris impedimentum impedit tantum præſcriptionem, l.j.§.fina. C.de annu.excep.& no.in l.quoties.C.de precib.Imperat.offeren..Sed non impedimentum facti, niſi ſit hoſtilitatis, quod nõ ſolum impedit præſcriptionem inchoari, ſed etiam inchoatam: ipſo tamen curante, facit dormire, c.ex tranſmiſſa.de præſcr.& Barto.in l. naturaliter.ff.de vſuc.& plenè Paul.de Caſt.conſ.289. exordien. vtilis iis quæ ſuperius narrantur. Aliàs eſt 286.vol.antiq.& Guid.Pap.q.cccxvj.col.v.verſ.quæro vlterius. ¶ Et iis præhabilis dico quod hanc quæſt. ponit Bar.in l.ij.§.quod diximus. ff. ſi quis cautio.&
4 in l.præſes.C.de appel. †volens non ſufficere citato alleganti impedimentum fluminis & aquarum, aut guerræ, illud probare, niſi probet ſe adhibuiſſe omnẽ diligentiã tranſeundi flumen, vel actũ feciſſe agendi, & non potuiſſe illud expedire. Et ipſe ſequitur Ang. in d.§.quod diximus.& hoc per text. quem dicit eſſe meliorem de mundo in l.qui commeatus. in prin.& ibi idem Bar.ff.de re milit.ibi, dum tamẽ non traditus à loco ſe profectum probet, quàm vt occurrere poſſet intra commeatum &c. & idem Bar.conſil.cij. inchoan.charitſſime domine.& Ange.conſil.ccxix.& Bal.conſ.ccxix.& latius conſi.cxxxv.inci. ſanctiſſimæ recordationis.vo.j.& Lucas de Penna in l.qui grauatos.C.de cenſi.lib.xj.& Matth.de Afflict.deciſio.Nea
5 polita.xxx.inchoan.quidam exterus. †Sed contrariũ tenet Paulus de Caſtro in d.§.quod diximus. aliàs in §. ſi quis tamen cum poſſet. quod ſufficiat probare impedimentum tantum, per tex.in l.fin.ff.ſi quis ordo in bo.poſſ.ſeruet. & idem in d.conſ. cclxxxvj. ver. nec obſtat quod. Et reſpõdet ad d.l.qui commeatus, quod ita contigit de facto. Quæ reſponſio ſecundum Alex. in d.§. quod diximus. eſt contra illum textum, & idem cum Paul.tenet ibi Fulg.ſed opin.Bartol.ſequitur Alex.ibi col.ij. reſpondens ad Paul.& Fulg.& ad iura per illos alleg.dicens iſtam opi.Bart.eſſe tam legiſtarum ibi, quàm canoniſtarum in d.c.ex tranſmiſſa.de præſcri.communem: quæ tamen fuit primò Innoc.ibi, quem ſequitur Abbas Sicu.col.j. quicquid voluerit Matth.de Afflict. deciſ. Neapol.l.num.v.& idem Abbas in c. ſciſcitatus. col.ij. & in cap.plerunque.ad finem de reſcrip.& plenè Fel.in d.ca.ex tranſmiſſa. multa pro hac parte adducens iura, & dicta Doctorum, ſignanter tex.in l.quibus diebus.in prin. ff.de conditionib.& demonſtra.ibi, nec per te ſtaret quominus eum ſubmoueres. ac ſi diceret, ſecus ſi poteras remouere, & non remouiſti. Ad idem allegat text.in l.turpia.§.ſed & ſi ſerui mors. ibi, quia per te non ſtetit.& ibi gloſ.ff.de lega.j. & idem Feli. in ca. placuit verſi.dum dicit Abb.præſcrip. & glo. in cap. cupientes.§.quod ſi per xx.in verb. præpoſita. de electio.lib.vj.& ibi Doct.& Ant.de Butr. in cap.cum non liceat.de præſcri.& Roma.in d.§.quod diximus. & ibi Laſ.ver.ſecundo quærit Bar.& glo.in prag.ſan. tit.de pacti.poſ.in verb.proteſtari.in fin.& Card.Alex. in c.j. col.v. cum ſeq.quo tempore miles inueſt. pete.deb. & Salic.in dicta l.præſes.verſic.ſed eſt ne-
6 ceſſe. †Nec ſecundum Bart. ibi eſt opus proteſtatione de neceſſitate, niſi eſſet conſuetudo:& ibi eum ſequuntur Alexan.Laſ. & Moder. quia ſecundum ipſos proteſtatio ſit ad oſtendendum, quod animus impediti erat perficere actum ſi potuiſſet, l.vt perfectius. C. de annali except. Vnde ſi alio modo quàm per proteſtationem apparet, ſcilicet per diligentiam ita fuiſſe, ſatis ſuum declarat animum: quia nihil refert quid exæquipolentibus fiat.cap. in iis.de verb.ſignificat.& idem Franc.de ſancto Naza.in tracta. de pe-
ſte.fol.xxviij.nu.xix. ponens regulam cum fallent. & Ioan.Bal.in tract.præſcrip.ij.parte ſextæ partis principip.fol.lxvj.numer.vj.verſ.limitantur autem. & hanc communem opin.intelligit Pau.de Caſtr. in d.conſ. cclxxxvj.verſi. Item poſito eſſe veram, ſi reddebatur ius in aliquo: vel ciuitate: vt erat Brixiæ in facto, in quo conſuluit, in qua ciuitate petenda erat iuſtitia: quia ſi reddiebatur ius ciuibus tantum, & non forenſibus, tunc quantum ad ipſos perinde erat, ac ſi ius ſimpliciter in ciuitate illa non fuiſſet redditum: & iſto caſu ſufficit facere diligentiam. Aliàs ſecus, ſi ibi omnibus reddebatur ius tam forenſibus quàm ciuibus: quia tunc non ſufficeret proteſtatio. Et eſt ratio, quia in primo caſu non poterant ire ad illum locum in quo reddebatur ius, niſi cum periculo, tranſeundo per aquas, vel hoſtes, capit. accedens. in ij. ibi, non niſi per diſtrictum eius ei pateret acceſſus.& ibi Felin. in quarta concluſio. vt lite non conteſtata. †Et ad præ- 7
dicta Pau.de Caſt.in d.conſ. limitat cõmunem concluſio. Bar. ſuprà relatam, ſcilicet faciendi diligẽtiam, circa actum experiendum: aut proteſtari debere ſe agere non poſſe, nõ habere locum, quando notorium eſſet quod omnis eius diligentia fuiſſet inanis, & fruſtratoria, & nihil profuiſſet: cum illo loco ſemper guerra eſſet, & non reddebatur ius niſi modo ſupradicto. Quia tunc ſufficit probare hoc, & non profectò diligentiam exercendi vel experiendi actum, quem ſine periculo expedire non poterat: quia non agitur de conſtituendo aduerſarium in mora, ſed de excuſando ſe à negligentia petendi. Vnde non expedit dictam diligentiam, vel proteſtationem inutilem & ſuperfluam facere: quia veritas rei patens & manifeſta, adminicula non deſiderat, l.j. C.ſi minor ſe ab hæredi.abſtinu. nec tenetur quis facere quod factum non releuat, l.j.§.fin.ff.ſi quis in ius vocatus nõ ierit. Idem ſentit Pau.de Caſt.conſ.xxj.col.iiij. conſ. cxxc. verſi.iiij.& conſi.ccxcij.verſic. nec obſtat notata per Bartol.eo.vol.antiq.& idem Zabarel.in clemen. paſtoralis.§.notorium.de re iudic.& Cardin.Alexand. in d.c.j.quo tempore miles.ver.vnum tene menti.& ſic hæc vltima opin.Pau.videtur incidere in primam ſuam opin.poſitam in d.§. ſi quis ſcil.cet. quod non teneatur docere de negligentia, ſed ſolum de impedimento, prout in dicto conſilio vult, quod non teneatur docere de negligentia, vbi notorium eſſet impedimentum, quia eſſet fruſtratoria. Sed vbi non eſſet notorium, videtur innuere quod teneatur docere de diligentia, & ſic contrarius. Et ita eum intelligit Alexand. in dicto §. quod diximus. ante finem. reſpondendo ad l.fin.§.penultimo. quis ordo in bo. poſſ.ſeruetur. per ipſum Paul.de Caſtro contra opin. Barto. adductam, quia in dicto §. pen. apparebat diligentiam nullam parere effectum, & ſic ſuperfluam. & ad hoc propoſitum ipſemet Paulus allegat illum textum. ſed hanc limita. Paul. ſequitur Felin. in dict. c.ex tranſmiſſa. verſicul. quæ omnia & ſimilia limita. & colum.iij. verſicul. limita tamen nouiſſimè tribus modis &c. in j. limit. † tamen bonum eſt ſecundum 8
Felin. in fin.iij. limita. ad euitandas opin. in omni caſu proteſtari de impedimento, & quod per eum non ſtetit, nec ſtat. Et debet talis fieri proteſtatio tempore congruo & publicè, & continere cauſam impedimenti, ſequendo Feli. de Peruſio in c.fin. col.iij. de appel. quæ proteſtatio eſt multum vtilis & neceſſaria ad demonſtrandum per eum non ſtetiſſe, quamuis eſſet notorium locum non eſſe tutum. text. cum ſua gl. in d.cle. paſtoralis. in verb. notorium. & ita per illũ tex. tenuit Maria Soc. in ti. de dila. artic. xviij. q.v. verſ. aduerte tamen. Et per text. in d. c. accedens. vt

lu.non conteſt.Vnde dictus Almericus hanc poterat facere proteſtationem & diligentiam:cũ anno 1401. & etiam quinto miſerit quæſitum teſtamentum Amiſtani in ciuitatibus Agennij,& Villenouæ, vel intentare proceſſum, quod fuiſſet ſibi vtilius. Pro quo dicit Ioan.Fab.in præ.inſtit.in princ. verſi. item in fi.glo. ſanctius eſſe in illo tunc quàm alio tempore iuſtitiam facere,vt legitur ſecundũ eum in vita beati Gregorij de Theodoſio Imperatore qui fuit ſaluatus, & de inferno extractus, quòd vadens ad bellum fecerat de quodam principe iuſtitiam. Tamẽ credo, quòd voluit dicere de Traiano Imperatore, qui voluit facere iuſtitiam de filio ſuo, qui interfecerat filium viduæ,vt refert Sigilbertus in ſua Chronica fo. xxxi j.pag.j.in fin.& Luc.de Penna in l. nemo carcerem.col.ij.ante fin. C.de exact.tribut.lib.x. Tamen non debet tunc rigor iuris omnino ſeruari. c.fina.de
9 treuga & pace.& cap.ſcientiæ.xxxj.diſt.†Et idem videtur dicendum, ſi quis fuerit ab aduerſario propter impotentiam impeditus, quòd non currat præſcriptio:& ibi gl.in l.in omnibus cauſis. pro facto accipitur id in quo quis alium perhorreſcit, quominus bat.& ibi Dec.nu. x.ff.de reg.iur. & Maria Soc.in d. tit.de dila.artic.xviij.q.v. & Felin.in d.c.ex tranſmiſſa.col.iij.in ij.limit.& in c.j.col.pen.in fin.ver.& generaliter non currit impedito facto iudicis, vel aduerſarij præſcriptio.pro quo allego tex.& ibi Ang.& Bal.in l.fi.in fi.C.de adult. vnde iſta communis opi. eſt ſequenda in iudicando,& conſulendo.Sed vbi opi.Paul.quis ſequi vellet, volentis quod ſi nullum in ciuitate in qua petenda erat iuſtitia, reddebatur ius, propter continuam guerram,niſi ciuibus: tamẽ non videtur locum habere, ſi coram rege amborum partium ſuperiore, vel alia eiuſdem ſuperioris ciuitate iuſtitiæ complementum habere & cõſequi poterat, prout deductum extitit in dicto proceſſu inter præfatos nobiles Bertrandum de Luſtraco reum, & nobilem etiam virum Bertrandum deStiſſaco actorem vendicantem locum,& Seignoriam de Gauanduno, cũ loco de Poulhaco membro ab eo dependenti, & allegantem impedimentum guerræ ſemper vigentis in Seneſchallia,& ciuitate Agennij, in qua ſecure iuſtitia forenſibus non adminiſtrabatur, ob quod non poterat agere. Sed hoc non ſufficiebat, quoniam in ciuitate Tholoſana,in qua erat parlamẽtum,ſub quo ciuitas Agennij reſpondebat,& referebatur: & in quo poſt guerras finitas intentauerat primo proceſſum Almericus de Stiſſaco,poterat illum prius intẽtare,in quo,nec à xx.leucis circa, nulla erat tũ guerra: vel ſaltem coram Chriſtianiſſimo Francorum rege, in cuius ſeruitio erat idẽ Almericus,experiri poterat, & facere ſuam agendi & experiendi diligentiam, & ſic per conſequens non videtur obſtare probatio, quod in ciuitate & Seneſchallia Agennij nullũ propter guerram reddebatur ius,ſi alibi tunc, ſicut poſt guerras finitas,agere poterat,aut proteſtari,& facere diligentias agendi, ſicut ingroſſari faciendo teſtamentum Amiſtani,pro quo tunc miſit bis Agennij, vt dictum eſt: quod eſt dare reſponſum, nullũ reperiſſe executorẽ,aut oſtiarium,qui tunc voluiſſet exequi adornamenta,& expleta iuſtitię facere,quia ipſe bene iuuerat. Tum quia hæc diligentia multum ſibi poterat ad impediendam inchoari præſcriptionẽ: ſecundum communem Doct.opin.ſupra relatam.Et tunc non eſſet dubium,vt notat etiam Bar.in l.ad émancip.ff.pro fac.& Imol.& Doct.in l.ſeta c. ff.ad Trebellia.†Et ſupradicta conclu.probatur, quia certum eſt, quòd quando locus iudicij non eſt ſecurus, nec tutus,qui talis eſſe debet iudici & partibus, c.ſtatuimus.de offic. deleg. lib.vj. iudex debet alium locum eligere tutum.Et per illum tex.dicit Paul. de Eleaza. papã approbaſſe coronationem deHenrico Imperatore extra vrbem,ob rumorem regis Rober.factum. Et quod iudex poſſit mutare locum ſibi non tutum, & alium eligere proximiorem tutum, plenè Ioann. And.in d.c.ſtatuimus.& in cle.de foro compe.& ibi Card.de Zab.poſt Zeuzil.ſi.xxij.& ſing. Maria Soc.in c.qualiter & quando ij.quæſt.x. artic.de accuſ.& Fel. in d.c.accedens.col.ij.ver.j.concluſio. vt lite non cõteſt.plura per hoc adducens iura & dicta Doctor.& inter alios Ludouic.de Rom.conſ.ccclij.col.vj.volẽtem locum ſacri concilij mutari poſſe, ſi non ſit dominis reuerendiſſimis patribus ſecurus, vt probatur per ſacrum concilium Baſil.in ca.j.§.locum.& ibi gl. in verbo guerrarum.de autho. concil. Præterea & iſtud multum pungit, certum eſt quod in ciuitate Agennij reddebatur ius, ſaltem ciuibus, vt dictum eſt, ad quam ciuitatem erat multiplex acceſſus:vnde non ſufficeret probare vnum acceſſum, & iter nõ eſſe tutum: ſed neceſſarium foret probare nullum ex aliis acceſſibus eſſe tutum: quia debuit ire per itinera magis ſecura,licet ſint aliquantulum longiora,vt voluit Bart.in l.Imperator.ff.de appel. quem ibi ſequuntur Doct.cum aliis per Alex.ibi alleg. & idem Maria Socin.in d.rubr.de dilat.arti.xviij.q.v.verſi.adde tamen fol.24. quod dicit eſſe bene notandum in practica, tam pro actore quàm pro reo:& idem Fel.in d.c.accedens. verſ.quinta concluſio. Et pro hoc dicitur in Euangelio Marc.ij. Quod magi reſponſo accepto in ſomnis,ne redirent ad Herodem,per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.Matth.ij.c. & gl.in Lomnes iudices.in verb.Epiphaniarum.C.de fer.igitur non obſtat hoc guerrarum impedimentum. Tum quia etiam poterat agere tempore treugæ, quia ſpatio duorum annorum,vel circa durauerat,& ſic præſcriptionem interrumpere per citationem poterat. l.nemo.ff.de acquir. poſſ.l.ſicut. l.cum notiſſimi.§.j. C.de præſcri.xxx.vel xl.annorum: licet tempus treugæ magis guerræ quàm paci accedat,vt dictum eſt in præfatione.Vel ſaltem debebat idem Almericus impetrare à domino noſtro Rege,cuius ipſe erat ſeruitor,ſaluum conductum,aut à rege Angliæ,tum Duce Aquitaniæ,à quibus de facili obtinere poterat. vnde eſt ei imputandum,vt tenet Fel.in d.c.ex tranſmiſſa. ver.quod autem dictum eſt de hoſtilitate. & d.c.accedens.col.j.& iiij.& Franc.de Aret.conſi.xvj. Et vide quæ dixi infrà q.xiij.inci. Sed intra quod tempus. col.ij.verſi.ſed impedito leuare bullas.

SVMMÆ.

1 *Teſtator an prohibere poſſit hereditatis additionem ante ſolutionem legatorum.& nu.4.& 7.*

2 *Legata non debentur hereditate non adita.*

3 *Legata pia ſolui poſſunt ante aditam hereditatem.*

5 *Teſtator poteſt ordinare vt hæres adeat verbo tantum.*

8 *Piæ cauſæ relictorum non debet differri executio,licet differatur aditio.*

9 *Teſtator poteſt dare executoribus licentiam vendendi,etiam ante aditam hereditatem.*

Quæſtio XLI.

Præterea alia inſurgit ex dicto proceſſu quæſtio, quod Amiſtanus teſtator prohibuerat additionem hæreditatis, quouſque legata relicta atque funeralia fuiſſent ſoluta: an hanc potuerit prohibitionem facere, & hæres illa non obſtante potuerit adire.

DE-

DECISIO XLI.

1 LEGAT † videtur quod non, propter iam dictam teſtatoris prohibitionem, niſi ſolutis legatis, quæ
2 † niſi adita hæreditate non debẽtur. l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff.de legatis j. & l.a Titio.ff. de furt.& l.vna. C.quorum leg. & ibi per omnes,& l.prima,ff.eodem titulo.& l.non eſt dubium.C.de leg.& l.ſi veritas.C.de fideicomm. & tenet Bal.in terminis in l.eam quam.col.iij.cod.
3 tit.& Iaſ.in l.fin.C.de cod.Secus † quoad pia legata, quæ ſolui poſſunt hęreditate non aditavt volunt Innoc.& Doct.in cap.Ioannes. & cap.cum tibi.de teſt. & Abb.Sic.in c.in iuuante.eo.tit.& Deciſ.capel.Tholoſ.q.lxxxix.& Lap.alle.xcij.& Bar.in d.l.eam quam.
4 †Sed contrarium tenet ibi Iaſ. ver. quintum caſum addit Bart. legata pia non deberi in hæreditate per hæredem ſcriptum adita.Et iſtud eſt tutius,ſecũdum ipſummet Bart.in l.j.C.de ſacr.eccl.& Ioann.And.in addi.Spec.de inſtru.edi. §.nunc verò aliqua. & Flor. de ſan.Pet.in l.qui hęres.ver.ex his.ff.fam.ercisc.referens Io.And.in d.§.nunc verò aliqua.in vltim.addit. poſt prin.dicentem hanc q.fuiſſe aliàs de facto. Teſtator inſtituit quendam conſanguineum ſuum vniuerſalem hæredẽ,ea conditione, quòd non ſuccedat, nec apprehẽdat poſſeſſionem in parte vel in totum, niſi prius per executores teſtamenti fuerit omnibus legatariis ſatisfactũ,&c. Quia licet teſtator vſus fuerit verbo,conditionis: tamen non fuit propriè conditio,ſed quoddam onus impoſitum hæredi, prohibendo ad certum tempus apprehẽſionem poſſeſſionis. Allegat cap.verum.de condit. appo. dans conſilium iuriſtæ volenti ſic teſtari,quòd faciat ad tollendum hoc dubium exprimi, quòd poſt aditam hæreditatem animo ſolum declarato penitus & in totum abſtineat à rerum hęreditariarum apprehenſione.Et iſta fuit prius deciſ. Old.de Laude.conſi.cviij.vtcho. Titius veniens ad mortem &c.& idem Anch. conſi.
5 xlvij.exor.pro clariori deciſ.dubij. †dicẽs teſtatorem poſſe ordinare hæredem adire hæreditatem verbo tantũ, & non ſe de facto ante ſolutionẽ legatorũ per executores fiendam,immiſcere adminiſtrationi bonorũ.Et idem Iaſ.in l.debitori tuo.col.ij. C. de pact. vel niſi tempus fuiſſet per teſtatorem appoſitũ, intra quod debuiſſet hæres ſoluere. Et ſi intra illud tẽpus nõ ſoluiſſet,eſſet in mora,vt voluit Bar.conſ.vij.inci. factũ tale eſt,And.quidãMartini ciuis Tudertinus.& ibi Bernar. Land.in addit. quod repetitum inuenies conſ.xviij.inci. Martinus ciuis. & conſi.cxiiij.Quare in caſu præſenti teſtator conſtituit executores, quibus poteſtatẽ dedit vendendi, & alienandi bona ſua pro ſolutione legatorũ & relictorũ, etiam ante adi-
6 tam hæreditatẽ,qui † ſic diſponere potuit,l.mulieri. §.ſi quis hæreditariarum,ff.de condi.inſti.Et idẽ voluit Alber.de Roſa.in l.precibus.ver.quæro etiam aliam q.cum ſeq.& Iaſ.in d.l.eam quam.ver. decimus
7 caſus.†Et ratio quare teſtator ſecundum Alber. aditionem prohibuit hęreditatis,eſt ne officium executorum per hæredem ex apprehenſione poſſeſſionis impediri poſſet.Et in hoc attendi non debet verborum proprietas,ſed magis teſtatoris volũtas, & prohibendi ratio. l.cum filio.ff.de leg.iij. & l.filiumta.in princ.ibi,ita cum adire hæreditatem volo,ſi is patria poteſtate liberatus fuerit,&c.ff.quando dies.leg.ced. quia,vt inquit Salic. hæres ſolo adeundi animo non dicitur facere contra teſtamentum, nec etiam hæredem in eadẽ hæreditate inſtituẽdo, quod eſt fortius: quia videtur ſolũ ius quod habebat reliquiſſe, vt ibi per eum.& Alex.conſ.lviij.verſi.& Ang.etiam lib.iij. & hoc per tex.in §.ſi vero expreſſim. in auth. de hære.& falc.& tex.in l.nulli.in ver.ſine contradictione. C.de epiſc.& cleri.ex quo tex.not.ibi Bal.ver.deinde not.†in illis relictis ad pias cauſas,licet differatur hęreditatis aditio, tamen non debet differri executio. Item ſecundũ eũ terminus pendentis inuentarij non 8
differt iſtorum piorum executionem. Et Alex.conſi. cij.inchoan.viſis & ponderatis iis quæ narrãtur. ver. & ideo dicit Ioan.And.vol.j. Tum executores præſumuntur etiam teſtamentum compleuiſſe, & exequi feciſſe,attento tãto tempore lapſo & defluxo. vt voluit Angelus in repet.l.ſciendum.& ibi cum ſequuntur Doct.ff.de verb.obl.& Fel.in ca.Alber.de teſti.& etiam hæredem aditiſſe hęreditatem propter curſum temporis diuturni cumulatum poſſeſſioni longævæ. l.ſi filius. C.de pet.hær.ſecundum vnum intellectum gloſſ.ibi approbatum per Cin.& Bart.& communiter Doct.in l.qui in aliena.§.j.ff.de acq.hæred.& ſingulariter Ang.conſ.cviij.exordien.mater.

SVMMÆ.

1 *Dominus quando quis præſumatur.& num.2.3.6.7. 8.9.*
4 *Dominium eſt quadruplex.*
5 *Titulus quando præſumatur ex longa poſſeſſione.*
10 *Poſſeſſio longiſſima parit ius.& nu.12.*
11 *Dominium non probatur ex vno inſtrumento venditionis.*
13 *Sententia reſpicit libellum, & libellus ex articulis declaratur.*
14 *Variare quando liceat in proſecutione cauſæ.*
15 *Dominium probare debet actor in rei vendicatione,ſed non in petitione hæreditatis.*
16 *Dominum ſe certo tẽpore fuiſſe aſſerens, non ſat habet, ſi generaliter probet ſe a centum annis eſſe dominum.*
17 *Libellus an ſit inſtificandus ex cauſa allegata, & non ex alia.nn.18.& 20.*
19 *Libelli ineptitudine non obſtante,index poteſt pro actore iudicare.*
21 *Dolus præſumitur in eo qui longo tempore aliquid differt.*
22 *Poſſeſſorio iudicio adducens vnam cauſam, & probans aliam poteſt obtinere.*
23 *Concluſio libelli non eſt neceſſaria in criminali,ſicut in ciuili,& an ſit variabilis.& nu.24.*
25 *Dominum non probatur ex ſolo titulo.*
26 *Tranſactio parit titulum habilem ad præſcribendum.*
27 *Dominus vel poſſeſſor nemo præſumitur, etiam ſi in aliquo inſtrumento ita narretur.*
28 *Princeps tranſfert ad libitum ſuum.*
29 *Dominum ſe aſſerens ab cauſa emptionis, debet quatuor probare.*
30 *Beneficium obtinens per reſignationem, aut permutationem non tenetur probare titulum ſui prædeceſſoris.*
31 *Emere tuto volens quid faciat.*
32 *Dominium quibus modis probetur.33.*
34 *Titulus venditionis quando præſumatur.*
35 *Præſcriptio longiſſimi temporis nõ requirit titulum.*
36 *Titulum prætendens dicitur habere bonam fidem.*
37 *Poſſidere quis dicitur,ex pluribus venditionum inſtrumentis diuerſis temporibus & pretiis confectis.*
38 *Præſcriptionem lõgiſſimi temporis nec furti vitium, nec violentia,impedit.*

39 *Iudex laudari quando debeat qui per medium diuidit inter partes.*

Quæstio XLII.

Alia insuper ex dicto processu orta fuit quæstio, an sufficiat allegare titulum & probare possessionem suam, vel prædecessorum suorum xxx. vel xl. annorum habitam: ita quod præsumatur titulus probata possessione longissimi temporis, vel alterius memoriam hominum excedentis.

DECISIO XLII.

1 DIco quòd gloss. in l. penultima in verbo amouerit. in fin. ff. de condit. institut. dicit, arguendo ex illo text. †quod sicut ex gestis, vel dictis fatuus præsumitur quis fatuus, vt ibi, & capitu. legimus. xcij. distinct. ita ex gestis ab aliquo tanquam domino præsumitur dominus: vt si possidebat rem, & colligebat fructus tanquam dominus, quamuis non esset dominus, vt probatur in l. Titia. & ibi Bartolus, Ang. & Paul. de Castr. ff. de sol. Et ideo secundum Bald. Ange. & Paul. in d. l. pe. cauti aduocati, & procuratores quando articulant, seruant illam glo. & dicunt, quod talis tenuit & possedit talem rem tanquam dominus, & fructus recollegit, & omnia gessit, sicut consueuerunt facere veri domini. Pro quo vide quod dicit Alber. versi. & pro fine huius gloss. & pro hoc melior est tex. qui sit in iure, secundum Ang. in l. filiusfa. §. iidem principes. ff. de leg. j. quem alleg. Barb. consi. 50. nu. xij. vol. j. & facit quod dicit Bal. in c. tua. ver. Sed nunquid dominium potest esse notorium. de cohab. cleri. & mulie. volēs dominium notorium esse, & seruitutes notorias, vt sunt Horti Salustiani, & palatiū Ciceronis, vel palatiū Accursij, vt ipse narrat in l. qui fundum. §. fi. ff. de contrah. emp. & in hac Burdegalæ ciuitate
2 palatium Galienū. †Sed gl. in l. ij. & in l. cum res. C. de prob. tenet contrariū, quòd ex possessione & gaudentia rei quis non præsumatur, & Bal. in sua praxi. tit. de extraord. quæst. iiij. quæst. xiiij. vers. potest hic.
3 formari talis quæstio. †Quare pro harum concordia glo. Bar. post Iac. Aret. in d. l. pen. distinguit quòd aut dominium fuit deductum in iudicio per modum actionis, aut per modum exceptionis: primo casu, aut principaliter intentatum per modum rei vendic. in qua principaliter venit dominium, quia in reivendication. advictoriam requiruntur duo extrema: vnum ex parte actoris, scilicet dominium, alterum ex parte rei conuenti, scilicet possessio, & hoc adest. Aut incidenter, & accessoriè dominium deductū fuit. Primo casu dominium debet directò probari de iure gentium, vel ciuili acquisitum. l. in rem. j. ff. de rei vend. nec potest deducere possessionem de præsenti, quia possidenti non datur, nec competit rei ven. l. j. §. hoc interdictum de soli. ff. vti possid. Nec profectò sufficeret allegare titulum, & probare possessionem de præterito, quod ipse possedit tanquam dominus, d. l. cùm res. & d. l. in rem. & l. ita vt si fur. ff. commo. cum ibi no. & idem Ant. de Butr. & Abb. Sic. in c. cum ad sedem. de resti. spo. & Inno. in cap. illud. de præsump. Et istud dominium vocatur directum & proprium.
4 †licet si quadruplex dominiū, vt dicit Bal. l. in rebus col. ij. post princip. ibi, dominium. C. de iure dotium. scilicet venditionis, dispositionis, plenæ possessionis, & dominium fruitionis, vt ibi vide causa breuitatis. Sed si probaret cum hac longi temporis possessione titulum habilem ad dominij translationem, his cōcurrētibus probaretur dominium, vt not. in d. l. cùm res. & idem Bart. consil. ex. quidam Mascliotus, dicens quod quædam sunt quæ non possunt percipi sensu, nisi per causas valde remotas, vt puta quòd aliquis sit dominus: & tunc est necesse, quod testis viderit eum acquirere dominium titulo, & possidere longo tempore. allegat Inno. in c. causam de testi. Ad idem facit quod notabiliter ponit Bartol. in sua quæst. per eum disputata inci. mulier habens magnū patrimonium. ver. circa tertium. †an patientia cum cursu temporis 5
præsumatur titulus allegatus, & tenet quod non sufficit talis allegatus titulus, quando respicit magnum damnum patientis, l. nulle. C. de rei vendi. & l. diuina. C. de præscrip. long. temp. Et idem Soc. cxij. num. xxij. cum seq. vsque ad fin. vo. iiij. vbi etiam vult, quòd quādo probaretur quē habuisse bona ex successione paterna, per hoc non probatur dominium, per textum in l. nihil. & ibi plenè Bal. C. pro hęrede. & idem
Socin. consi. xxix. nu. ij. eodem vol. iiij. †Sed fallit se- 6
cundum Bart. in d. l. pen. quando agitur contra eum qui violenter accepit propter odium violenti. præsumitur enim ex præterita possessione dominum in directo iudicio rei vendi. l. si quis emptionis. §. sed hæc super illis. C. de præscri. xxx. vel xl. anno. & idem Bal. in d. l. pen. versic. Item adde vltimo vnum mirabilem casum & etiam Soc. consi. cxij. nu. xxiij. vol. iiij.
†Et idem dicit Paulus de Castr. quando agitur cōtra 7
illum qui habet à me causam. puta cōmodatarium, vel depositarium rei vendicatione. Nam sicut obtinerem in actione commodati vel depositi, quia non potest mihi referre quæstionem dominij, iuxta nota. in l. si alienam. ff. sol. matrimo. & l. si quis conductionis. C. loca. ita putat si egi rei vendi. quamuis glo. videatur dicere contrarium in d. l. ita vt si fur. ff. commo. quam Doct. sequi. videntur, quod tamē sibi non placet: quoniam ex hoc quod recepit à me tanquam à domino, confessus fuit me esse dominum: quare non potest mutare propositum, & denegando restitutionem videtur me spoliare. l. colonus. ff. de vi & vi armata. ergo sicut in casu præcedenti obtineo cōtra spoliatorem, ita in isto qui censetur spoliator: & plerumque aduocati litigando formant statutum querelæ & sæpè vidi. †Secundò casu, quando dominium 8
in iudicio incidenter deducitur: vt quia quis agit cōfessoria ad seruitutem rei suæ debitam. Nam hoc in casu principaliter deducit in iudicium seruitutem. secundariò dominium rei suæ. Et non posset in primo obtinere, nisi probaret secundum, scilicet quod res est sua, ad cuius probationem sufficit inducere possessionem de præsenti, & tunc presumitur dominus. & ita secundum eum intelligi debet glo. in dicta l. pen. & expresse no. gl. in l. sicuti. §. si quæratur. ff. si seruitus vendit. & est text. cum gl. in l. j. ff. fami. erciscun. & ibi Flo. & Raph. Cuma. consi. cl. ante fi. versic. nam secundum maiorum. & Paul. de Castr. consil. vj. incip. in causa mota per Gasparem. col. j. ibi, tamen quia dominium. vol. nouorum. & in consil. lij. inchoan. in causa spectabilium virorum dominorum comitum. post princip. eod. volum. & Philip. Cor. consil. xlviij. in litera D, lib. iiij. & Alex. consil. iiij. lib. iij. & consil. ciij. nu. x. lib. vij. & And. Barb. consi. viij. ver. præterea accedat, vol. j. & Ias. post Barto. in l. si prius. vers. in secunda oppo. tertiæ partis principa. & versi. secunda conclus. ff. de noui operis nuntiatio. & istud vocatur dominium cooperans, quia deducitur incidenter. Nec obstat secundum Barto. l. item Mela. §. pen. ff. ad l. Aquil. vbi dominiū venit in iudicium incidenter, & tamen bonæ fidei possessor non habetur pro domino: quia ibi constabat de contrario, scilicet

cum

eum non eſſe dominum.† Aut ad probationem do-
9 minij principaliter intentati poſſeſſio inducitur de
præterito:& iſto caſu poſſeſſio non facit quem præ-
ſumi dominum, vt dictum eſt l. & quæ nondùm ſunt.
§.j.ff.de pignor.& not.gloſ.in d.l.ij.de probat.& idē
in hoc tenet Philip.Corne.conſi.xix.in litera K,cum
ſequen.lib.ii. & Paul. de Caſtr. conſil.cccvii.incip.
certè ſi dictus magiſter Iacobus volum. nouorum.
10 † Niſi poſſeſſio eſſet longiſſima:quia tunc præſumi-
tur,cùm ex ea ius oriatur, l. ſi quis emptionis. §.i.de
præſcripte.xxx.vel xl.annorum.Ita Bald.in l.nō ignō-
rat verſi.de iuribus rerum. C.qui accuſa.non poſſ.v-
bi eum vide ad omnia prædicta. Et diſtinctionem
Bartol.ſequitur Philip.Corne.conſil.xxxiii. volu.iiii.
quod eſt ſingul.& in conſil.clv.in litera L,& Rom.
conſil.ccccxxiiii.circa propoſitum thema.verſic.quò
ad ſecundum. & idem Socin. in conſil. cvi. incip. in
11 cauſa.verſi.tertiò videndum eſt.volu.ii. † Vbi etiam
dicit,quod per vnum inſtrumentum venditionis rei
emphyteuticariæ, aut locationis perpetuæ non pro-
batur dominium contra emphyteutam, de quo per
Abbat.conſil.lxxiii.in primo dubio.lib.& idem So-
cin.conſil.lxxxix.colum.v.verſic.i. ſcilicet rei vendi-
ca.volum. i. quod eſt ſingulare in hac materia & idē
Petr.Craſſi.in repet.cap.cùm ad ſedem. verſi. tertiū
12 principale. de reſt. ſpo. † Et iſta quæſtio fuit etiam
in curia inter nobilem Carolum de Caumont acto-
rem loco de monte Pauliaco, & de Samazano rei
vendicantem ex vna & illuſtrem Regem Nauarræ
tanquam hæredem quondam Alani de Albreto aui
ſui reſt.:qui actor præfatus dicebat prędicta loca,&
caſtra de monte Pauliaco & de Samazano ſemper,&
ab omni æuo fuiſſe & eſſe de domo eorum de Cau-
mont: & in additionibus ſuis aſſerebat illa loca e-
miſſe à domino Lymeul,ann. 1395. quamuis fuiſſent
per ipſum reum, & anteceſſores ſuos occupata: &
anno deinde 1418. die verò vj.Iulii ſic agnoſcentes
reſtituerunt illa, ſcilicet Carolus de Albreto, a quo
tempore(annis x.& vii.lapſis)poſſederant. Ad præ-
dicta dicendum, idem de Caumont nonnulla pro-
duxit inſtrumenta inueſtiturarum, & etiam poſſeſ-
ſionis gaudentiam denotantia, longe ante acquiſi-
tionem à dicto domino de Limeul prætenſam paſ-
ſata. Quæ prima videbantur facie contrarietatem
continere, & eius petitioni repugnare. quare tan-
quam contrarius erat repellendus,l.i.C.de furt. Ta-
men non faciebant,quia declaratur libellus, & peti-
tio ſua,per text.in c.fin.de iureiu. lib.vi. Vnde ſtari
debet illi aſſertioni in additionibus factæ, vt ibi, &
in l.cum precum.& ibi Bald. & Docto. C.de libera.
13 cauſa. † Quia licet ſententia reſpiciat libellum, ſeu
illius concluſionem: tamen libellus declaratur ex
capitulis ſeu articulis,vt not.Inno.in c.ii.de ordi.cog-
ni.Et Felin.in c.ii. verſic.octauus caſus.ibi ſecundò
conſidera.de reſcript.Quoniam,vt inquit,pars vide-
tur velle vt ſequatur ſententia, iuxta modum dedu-
ctum, ergo non refere quomodo deducatur. quod
verum videtur,ſi additio ad libellum facta, ſit ex ea-
dem cauſa,ſecus ſi ex diuerſa petat,vt hic erat. vt vo-
lunt Paul.& Alexan.in l. ſcire debemus.& etiam Iaſ.
verſi.Secundò amplia.ff.de verbor.obli.& Bertachi.
in tract.de Gabel.in v.parte principa.q.vlt.ſed gloſ.
dicit,quod licet quis egerit rei vēdicatione in forma
communi,& in ſe proſecutione ſingulariter ſeu par-
ticulariter eſt proſecutus ſe dominium habuiſſe à
Titio: tamen in cauſa appellationis poterit prætē-
dere & allegare, quod ab illo titulo,aut præſcriptio-
ne habuit.ita dicit gl.in l.per hanc.in verſi. ad nouū
capitulum.C.de tempo.appel. quam ibi faciunt ſin-
gu.Iac.de Are.Cin.Io.Fab.Bar.Bal.Ang.Pau.& Sali.
& Alexan.conſil.lxxv.nume.v.lib.vi.& Matth.de Af-
flict.deciſ.Neapol.lx. † Nam in proſecutione actori 14
licitum eſt variare,& maximè in curiis ſupremis, vt
infrà dicam: niſi ſecundùm Docto.ibi ſe aliter nixiſſet
in libelli concluſione,quæ attendi debet. Et pariter
alia ſimilis cauſa fuit inter nobiles Gerardum de Se-
gne actorem rei vendicantem locum de Fouquey-
rolles, & Franciſcum de Calleyrant, dominum de
Grinaux reum. † Vnde aliqui ex dominis,ex quibus 15
eram vnus, in ſequendo prædictam communem
Docto.ſuprà alleg.ſententiam tenuerunt,in rei ven-
dicatione actorem debere probare dominium, licet
non in petitione hæreditatis, in qua non requiritur
dominii probatio, ſed ſufficit probare defunctum
tenuiſſe,& poſſediſſe tempore mortis,tanquam do-
minum, abſque alicuius tituli probatione, vt voluit
Paulus de Caſtro conſilio cxxxix.incipiente,in cauſa
quæ vertitur coram locum tenente patriæ fori Iulii.
verſic.vnde in petitione hæreditatis.vol.nouo.quare
reus debebat abſolui,& vltra pro deciſio.quæ ſuprà
prædictæ, & etiam Regis Nauarræ allegaui in termi-
vnum conſil.Alex.ſing.xvj.cuius initium eſt.In cauſa
& lite vertente inter magnificam communitatem
actricem, & agentem, ponendo regulam, † quòd ſi 16
fundamentū intentionis alicuius eſt quod ipſe fue-
rit tali tempore dominus certi loci, vel caſtri, habet
neceſſe probare de dominio illius temporis, adeo
quòd non ſufficeret,ſecundùm eum ſe nunc proba-
re eſſe dominum,vel etiam ſe eſſe dominum in præ-
teritum à centum annis citra, per tex.in d.l. & quæ
nondum.§.j.& in l.j.in princ.de pign.vt declarat ibi
Bald.& in l.ſi ij qui.in fin. C. de adult.& in l.ex per-
ſona. quem ibi ſequitur Salic. C.de proba.cum aliis
per Alexand.in dict.conſil.alleg. quod eſt amplum.
& idem Phil.Corne.conſil.ccxix.lib.iiij.& ſingulari-
ter Socin. conſil. lvj. viſo proceſſu inter dominum
Felicem,volum.iiij. vbi ponit,tam in directa rei vē-
dicatione, quàm vtili Publiciana. & Alexand.conſil.
iiij.lib.ij. & conſil.xxxv. lib.vij. & Ang.conſi.ccxxix.
ex themate ſupradicto. vbi vult, quòd quamuis in
libello quis proponere poſſit fideicommiſſariam
hæreditatis petitionem, rei vendicationem, publi-
cianam,ac officium iudicis,quòd niſi probet illum,
à quo dicit cauſam ſeu titulum habere, fuiſſe domi-
num,ſuccumbere debet,vt infrà dicam: & per Phi-
lip.Franc.in ſua diſput.in materia petitorij.verſi.pro
parte verò negatiua. ibi, Nam reperio prodita eſſe
xxiiij.remedia poſſeſſoria, ex quibus à iure conceditur poſſe recuperari poſſeſſionem deperditam. Et
ſupradictam concluſionem, quòd agens teneatur
probare dominium, tenent domini de Rota Deci-
ſio.cccxxx.alias Deciſ.xv. titu.de re iudica.inchoan-
te,ſi vendico à te caſtrum,in nouis.quæ etiam ponitur inter deciſiones Ægidij de Bellame. dccx. & idē
Paulus de Caſtr. conſil. cccxxxv. in cauſa quæ ver-
titur inter communitatem ciuitatis Maſſæ. volum.
antiq. & Abb. Sicul.in d.cap. cùm ad ſedem. col.ij.
& Iac.de ſancto Georg.in repet. rub.ff.de rei vendi.
verſic. Nunc deuenio ad practicam. † Et eſt ratio, 17
quia opus eſt iuſtificare libellum & petitionem
ſuam ex cauſa deducta,& allegata, & non ex alia, vt
tenet Innoc.in cap.ex parte.de priuileg.& Bar.in l.j.
& ibi omnes Moder.ff.de eden. & probat text. in l.
Bebius Marcellus. ff.de pact.dota. & in cap.Abbate.
de re iu.lib.vj.Exprimendo enim vrā cauſam, vi-
detur illam duntaxat, & non aliam in iudicium de-
duxiſſe. l. fin. C. de anna. excep. vnde reſpectu alte-
rius opus eſt noua interpellatione, & nouo libello,

ac noua inſtantia, vt tenent communiter legiſtæ & canoniſtæ vbi ſuprà,& Barb.in cap. examinata.& ibi Felin.in fin.de iudi. & Ant. Corſi.in ſuis ſing.in verbo,iudex.& Socin.conſil.xxxix.viſis & inſpectis maturè & diligenter ponderatis.verſi.circa tertiâ principalem quæſt.volum.j.cum aliis per nos allegatis in addi.ad Din.in regula.nullus pluribus. in vlt.de reg. iur. lib.vj. Et vltra vide ſingulariter Ægid. de Bella. conſil. xxviij. ſuppoſito tali facto, quod H. filiam ſuam.& Maria. Socin.in cap.ij. verſic. Nonò quæro. de libel.obla.& Paulus de Caſt. conſil. cccLxviij. viſo & examinato diligenter ſupraſcripto. volumi.nouo.

18 † Tamen contrarium ſentit Inno.in cap.cùm ex officij.de præſcri.& Speculat.in titu.de ſentent. §.qualiter.verſi.quid ſi lis. in tit.de act. & pet. §. ſequitur videre legaliter. verſic. hoc quoque non eſt prætereundum.& ibi Ioan. And. vt vtrobique Spec. alleg. tex.in l.ij.ff.de priuile.credi.& ipſum ſequitur Rom. conſil. xxj. licet in conſil. cccLvj. primus propoſitæ conſultationis. velit contrarium.& hanc Innoc.partem ſequitur Abb. Sicul. in dict. cap. examinata. & Iaſ. in l.vnum.verſicu.Secundo prædicta regula fallit in Papa, Imperatore, & aliis ſimilibus principib. ff.ſi certum peta. & iſte eſt vnus de xiij. caſibus fallen. quòd ſententia poteſt ferri in alio quàm petitum fuerit, licet regulariter ſententia debeat eſſe conformis libello, vt ibi per eum. Et idem tenet Guli.Benedic.in ſua repeti.c.Raynutius. fol.cccLxvj. col.iij.ante fi.verſi. vnde reſtat quòd in regno Franciæ.dicens,quòd ſupradicta ceremonialis iuris communis practica in curiis ſupremis regni Franciæ

19 ceſſat:† quia poterit iudex poſtquam conſtat de iure actoris, non obſtante ineptitudine actionis propoſitæ pro ipſo actore iudicare: ſed in caſibus ſupra narratis erat defectus probationis. Et hæc allegatus ſtylus non videtur iuridicus reſpectu rei, qui petitione & cauſa expreſſa viſis non curauit defendere, certus quòd actor non probaret contenta in ſuo libello,in quo tenebatur perſeuerare. auth.qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & in l. j. in princip. verſi.ſi igitur perſeuerat. ff.de ventre inſpi.quem ibi facit ſingul. Alber.in ij.not. quia modus agendi, vel petendi attendi debet,vt dicit gloſſ.in c.hęc quippe. iij.quæſt.vj. in verſic. ſuffraganeis.poſt medium.quã Baldus facit ſingular.in l.cum Papinianus.C.de ſenten.& interlo.omn.iud.& in l.j.col.penul. C.qui accuſa.non poſſ.& Iaſ. conſi.xxj.num.j.volum.iij. & iſtud tenet Ang.in dict.l.ſi.verſi. Et præmitte pro euidentia huius l. de annali except. & ibi idem Bald. & Alexan.in ad li. quæ regula in materia beneficiali etiam habet locum,vt tenent domini de Rota, Deciſ.cccxx.aliàs eſt deciſ.xiij.tit.de dol.& contum.licet in cauſis beneficialibus. in nouis. Et ita iudicatum fuit per conſilium Neapolita.vt refert Matth.de Afflict. deciſi. prædicta lx. Et ſic videtur quòd iſta ſecunda actio non fuit interrupta per litis conteſtationem ſuper prima factam,per illum text. d.l. fina. vt ſuprà dictum eſt.& per not.per gloſſ.vltim.in au-

20 then.offeratur. de litis conteſt. † Et nec illam opin. Innoc. & Specul. nec ſtylum allegatum vidi in curia noſtra obſeruari, quamuis plures ex dominis ſequuti fuerint: ſed vt ſuprà per maiorem partem dominor.fuit concluſum,quando longo tractu temporis, poſt probationes & productiones primo factas, ac mortẽ rei,& plurium ſucceſſorum noua proponitur actio,& cauſa, quã propoſita, aut nouus producitur titulus,ex quo noua reſultat actio: quam ſi reus ante mortem vidiſſet,illam impugnaſſet,& forte de falſo redarguiſſet: quod eius ſucceſſores ignorãtes, & minores non poſſunt facere, quia diſtulit longo tempore producere,præſumitur diſtuliſſe dolo malo, vt copiam probationum ſubtraheret,expectata partis, & teſtium morte potuiſſet confirmare,vel infirmare inſtrumentum l.in l.Aquilia.j.ff.ad l.Aquil.& l.ſi.C. de vſur.pupil.& Bald.conſil.xxxvij.quidam tabellio. volu. tertio. † prout in dicta cauſa de Stiſſaco, & in 21
cauſa domini Ioannis de Puyolibus Seneſchalli Lãdarum actoris, & domini Alani de Fuxo vicecomitis de Caſtillione, & dominæ Franciſcæ de Monte Pezato, coniugum reorum euenit. In quo proceſſu eramus xxj.Et latum areſtũ xxj. Auguſti, Anno 1532. Non tamen illud areſtum fuit ob illam cauſam, ſed propter plures alias cauſas latum.Et circa hoc Felin. in cap.licet Eli.verſi.item extra gloſſ.de ſimo. ponit regulam ſupradictam cum xxx. fallentiis, & iſta eſt xij.fallen.quam poſuit etiam Ioan.de Ana.ibi. Et ſic longè plus quàm Iaſ.Tamen verum eſt,quòd quando ſunt plures cauſæ in petitione expreſſæ, quarum vna probata eſt per ſe ſufficiens ad obtinendum, tunc obtinere debet,vt voluit Bar.conſi.cxciij.commune Lucignani.in fin. verſi. ſuper quarto dico,per tex.iuncta gl.in c.ij.de teſti.ſe voluit allegare dictum c.ij. de reſcri. & hoc tenuit Cin.in l.cùm te. C.probatio.& Paul.de Caſtr.in l.ſolemus. quem ibi ſequitur Iaco.de ſanct.Georg.num.iij.ff.de iudi. & Maria Socin.in d.c.ij.de libel.obla.fol.lxxv.in ix.q.verſi.Secundo caſu,propter quod vtilis eſt (ſecundùm Bartolum Maria.) cumulatio cauſarum, quia ſi ex vna cauſa quis ſuccumbat ob defectum probationis,poterit ex alia cauſa probata obtinere.Et idem Docto. in l.edita actio.in materia cumulationum. C. de eden.& Din.in dicta regula, nullus pluribus. Et iſtud fuit dictum Hoſti.in c.ad diſſoluendum. de deſpon. impub.cum aliis per Anton.Corſet.in ſuis ſingular. in verb.libellus, cuius initium, licet libellus vnicus, allegatis.& idem Bal. Salic. Cuma.in l.interpoſitas. & ibi Iaſ.in iij.not.C.de tranſact.cum aliis per eum alleg. Et pro hoc facit quod dicit Roma. conſil. xxj. incho.Ita de iure. quòd petens centum prout cõſtat tali inſtrumento, licet ex illo non conſtet, tamen ex alio obtinere debet. † Sed in iudicio poſſeſſorio,ſi 22
actor deducat vnã cauſam, & probat aliã, tunc bene poteſt ſequi condemnatio,ſecundùm Bald. Ang. & Alex.in d.l.ſi.de annali exceptio. allegant Inno.in c. querelã.in fi.de elect.& idẽ Alexan.in additionib.ad Bart.in l.j.§.idem ſcribit Neratius in fi.ff.depoſiti.& Ange. allegat text. in c.peruenit.de cenſib.† Et ad- 23
uerte, quòd in criminali non eſt neceſſaria concluſio,cùm non ſit in accuſatoris poteſtate,ſed diſpoſitione iuris,vt dicit Bald.in l.ſi quis ſe iniuriam. C.de accuſatio. quod patet, quia ſi eſſet in eius poteſtate, poſſet petere pœnam x.ſol.homicidæ imponi,quod falſum eſt: ſecus in ciuili cauſa, in qua hoc poteſt agens. quia ſi debentur ſibi mille, poteſt tamen concludere ad quinque,ſi velit.† Vnde dicit plus ibi Bal. 24
quod in criminali concluſio eſt inuariabilis, ſemel poſita:ſed in ciuili variabilis.allegat no.in c.qualiter & quãdo.de accuſati.& in d.c.licet Eli.de ſimo.quod dicit eſſe notandum,& idem ibi Felin.in vj.limita.& Iaſ.in d.l.vinũ.verſi.tertio prędicta regula limitatur. &c.& Cæpol. conſil.xiiij. verſi.nec obſtat dum dixi, quòd non potuit poteſtas.Et idẽ Vitalis de Cabanis in tracta.clauſu.fol.ccx.col.j.poſt princ.dicens ſic in Italia cõmuniter ſeruari in curiis ſecularib.in quibus non ſit cõcluſio.& Roma.conſi.clxxvj.incho.Iſtæ ſunt reſponſiones.verſicul.in quantum dicitur quod tex.vbi hoc ex duobus probat. Præterea dico,poſito quod dictus de Caumont probaſſet titulũ, ſcilicet ſe emiſſe,

emiſſe, aut alio titulo habuiſſe, ſeu eius prædeceſſores à dicto domino de Lymeul, hoc profectò nõ ſufficeret: † cùm ad probationem dominij non ſufficiat probare, & oſtendere titulum habilem ad ipſius dominij acquiſitionem, niſi etiam authorẽ eius, à quo dicit ſe habuiſſe, oſtendat fuiſſe dominum: ratione cuius probatio dominij reputatur difficilis, & quodammodo impoſſibilis, vt dicit gl. in d. l. cùm res, de probatio. quam ibi ſequuntur Docto. & ſingu. Paul. de Caſtr. conſil. cccxiij. Ite Martinus, ex deductis, volu. nouo, & in l. ſi quis ſeruo. & ibi Iaco. de ſanct. Georg. de furt. & Alex. conſil. iiij. verſicu. Secundò videtur. lio. ij. & in conſil. clxxx. verſic. ſed circa petitorij. eod. lib. in conſil. lxxj. verſi. ſecundo pro dicto vaſallo. lib. j. & conſi. xj. col. j. lib. iiij. & Din. Bar. Alberi. Paul. Alex. & Muder. in l. ſi ſic. §. j. ff. de lega. j. dicentes per illum tex. & in l. legaui. de liber. legat. quòd ſi Comes conceſſit eccleſiæ quicquid iuris ipſe habebat, vel conceſſerat tali, in tali loco, quòd nullum titulum, aut vſucapiendi conditionem tribuit illa cõceſſio: niſi probetur de iure cõcedentis. & notat Specu. in tit. de emphyteut. §. nunc aliqua. verſic. lviij. & Bart. in l. emptor fundi. ff. pro emptore. & Oldr. cõſil. clxiiij. & Alexan. conſil. prælegato. xxxv. num. v. lib. vij. & conſil. lvij. num. j. & ij. lib. vij. quod eſt totũ in hac materia ſingula. & Abb. Sicu. conſil. vj. verſic. venio ad quintum, & vltimum dubium. volum. ij. & Maſuer. in ſua praxi. tit. de probation. verſic. Itẽ quaĩter pars. & Franciſc. Bald. tracta. præſcript. j. part. iij. part. principa. num. viij. & Baldus in c. j. in princip. verſi. pone dicit Comes. de feud. gardiq. & cõſi. lxxij. dominus Thomas. verſ. ad euidentiam præmittẽdũ eſt, ibi, primò probatur dominiũ. vol. iij. & vtrobiq; allegat tex. ut inter dilectos. §. ſi. de fide inſtr. & qui vult, vt inquit in dict. c. j. probare relationem, debet probare terminos duos: & vtrunque verum, vt colligitur ex illo text. ſcilicet terminũ referentem, & terminum ad quem fit relatio, vt not. Innocen. in d. c. inter dilectos. Et hoc verum ſecundum Bartol. in d. l. emptor. niſi ſequatur rei traditio, quia tunc poteſt
26 præſcribere. & ſequitur Alexand. in d. l. ſi ſic. §. j. † Et idem ſi per tranſactionem ſuper re dubia factam accipiens pecuniam concedat, vel cedat omne ius, vel quicquid iuris ſibi cõpetit in tali re, de qua erat inter eos lis, quòd tunc habet tit. pro emptore, ex quo poteſt præſcribere, vt tenet Bart. in l. j. ff. pro emptore. quẽ ibi ſequitur Ang. & idẽ ibi Alber. licet Paulus ibi contrarium velit: tamen ſecundum opin. Barto. fuit in curia cõcluſum, in dicto proceſſu domini Alanij de Fuxo contra dominũ de Phyolibus. Et ideo ad euitandum opinionem ſis tu tranſigens, & dans pecuniã cautus, quod apponi facias in tranſactione, quod pars tua aduerſa vendit, vel concedit, & transferet tibi illam rem, & etiam omne ius, quod in ea habebat: tunc verè poſſidebis titulo pro emptore, in vim cuius præſcribere poteris. Ideo an prædicta verba, concedo, vel transfero, importent dominij tranſlationem, aut donationem, vide Bartolum, Albericum & Imolam in l. final. ff. de donationibus cum aliis per Felinum alleg. in cap. cùm venerabilis. verſi. dem dicit Abb. de exceptio. quia modus probandi dominium eſt difficilis: vt dictum eſt, & Bar. in l. rẽ quæ nobis. ff. de acquir. poſſ. & in l. rem alienam. ff. de pigno. actio. Bal. in d. conſi. lxxij. verſi. ad euiden-
27 tiam. dicens, † quod nemo præſumitur dominus, vel poſſeſſor, licet in teſtamento, contractu, vel iudicio hoc afferat, niſi probet: quoniam per ſolum inſtrumentum venditionis non probatur dominium, niſi alia concurrant adminicula vt voluit Angel. in l. officium. ante fin. ff. de rei vend. & Bald. conſil. cevj. cum duobus ſequen. volum. iij. & Socin. in conſil. ſuprà alleg. & Matth. de Affict. in Deci. Neapoli. xl. numer. ij. & iiij. & prædicta verà ſunt niſi in donatione à Principe ex certa ſcientia facta: quia tunc nõ eſt neceſſe probare, & producere aliud, quàm inſtrumentum donationis: † cùm ipſe Princeps habet 28
poteſtatem dominium transferendi ad libitum ſuæ voluntatis, vt dicit Ang. in d. l. officium. ante fin. & Socin. in dict. conſil. lxxix. verſic. primo ſcilicet. & idem Iaco. de ſan. Georg. in l. traditionibus. numer. xvj. C. de pactis. & Alexand. conſil. iij. verſic. facit quod not. lib. v. & Barba. conſil. v. numer. ix. volum. ij. & conſil. viij. nume. xvij. volum. j. & Iaſ. conſil. xxvij. num. j. ij. & iij. volum. j. & Pet. de Belluga. in Speculato. principal. tit. de iuriſdict. & vtroque imperio. numer. vij. & ſeq. ſecus ſecundùm eum, ſi Princeps aliter contrahat per venditionem, vel aliũ contractum, quia tunc neceſſaria eſt traditio ad dominij tranſlationem: iuxta dictam l. traditionibus. & ſic in contractibus principis ſeruatur ius commune, vt ibi vide. & Barbat. conſil. xj. nume. j. volum. ij. & idem in probatione poſſeſſionis antiquæ, quæ vitam hominum excedit, quia difficile eſt, licet probatio dominij ſemper eſt difficilis: ſed probatio poſſeſſionis recentis facilis eſt, ſecundùm Docto. ſuprà alleg. per notata in d. l. cùm res. de proba. & in l. ſi arbiter. ff. eod. tit. & idem dicit gloſſ. in l. etiam. §. j. in verbo, deberet dari. ff. de petitio. heredi. & Abb. Sicu. in cap. ſæpè. in ij. notab. per illum tex. de reſtitu. ſpoliato. Idẽ dicit tex. in l. ij. & iij. ff. de interroga. act. de probatione aditæ hæreditatis, quæ eſt difficilis. Et ratio eſt, quia dominium in iure conſiſtit, vt not. Innocen. in cap. cùm cauſam. de probationib. & hanc concluſionem tenuit Ioannes Fabr. in §. omnium. verſic. nunc videamus. ibi, in hoc tamen aduerte Inſtitu. de actio.
dicẽs, † quòd vbi quis aſſerit ſe dominum: quia emit 29
à tali domino, oportet quòd probet quatuor. Primò, venditorem fuiſſe dominum. Secundo, & ſibi venditum. Tertiò, pro certo pretio quod ei ſoluit. Quartò, rem ſeu poſſeſſionem illius ſibi traditam, vt §. vẽditæ. inſtitu. de rerum diuiſion. & idem dicit eſſe in titulis prophanis, quòd oportet probare titulum & traditionem, & dominium tradentis. l. nunquam. & l. traditio. ff. de acquir. rerum domin. & cum ibi ſequitur Iaſ. numer. lxxij. verſic. ſubdit etiam Ioannes
Fabr. † Secus videtur in beneficialibus, quia obti- 30
nens per reſignationem ſimplicem, vel cauſa permutationis, non tenetur docere de titulo ſui prædeceſſoris, ſed ſolum ipſum fuiſſe tentum, & reputatum pro rectore illius eccleſiæ, vt tenent domi. de Rot. Deciſio. cix. aliàs deciſ. iiij. tit. de rer. permutat. incipiente, agenti & poſſidenti. in nouis. & Ægidi. Bellamer. Deciſi. ccccxlv. inchoan. non obſtantibus concluſionib. & Lappus allega. lxxix. in Dei nomine. Amen. verſ. venio ad ſecundum caput. & Domin. in c. ſuſceptũ. & ibi Fran. verſ. item aduerte tertiò. de reſcrip. lib. vj. & Ægid. Bellamera Deciſi. cxij. incipi. ſubrogatus. volẽs ſecus eſſe in ſubrogato in ius alterius, & idẽ in Deci. cxvj. petens confirmationẽ. quod intellige, vt ibi per eum, & dixi infrà quæſt. ccxc. incipien. duo permutauerunt. & in quæſtione ccv. incipien. tractatus de permutandis beneficiis inter aliquos, & quæſtio. cl. incipien. ſed quia ſuprà dictum eſt. verſicu. primo, quòd licet. † Quare Barto. in dict. 31
l. rem quæ nobis. dat ſingularem practicam, quando quis vult habere rem aliquam, quod de ea faciat fieri bannimenta, ſeu proclamationes, ſiue cridas, incantus, & ſubhaſtationes, ſcilicet quòd ſi quis ve-

lit dicere talem rem fuiſſe in bonis alicuius antequam per Titium poſſideretur,veniat,& compareat coram tali iudice: Et tunc nemine coram iudice comparente,& probato quòd Titius poſſederit,intelligitur dominium fuiſſe probatum: quaſi illa res in nullius bonis fuerit, & ſic effecta fuerit Titij occupantis.l.j.in princi.& ibi Socin. in iij. notab. verſic. circa ſecundum, poſt Franciſcum de Aret. ff. de acquirend. poſſeſ. & ipſum ſequitur Alexand.in dicto conſilio iiij.verſic.verùm quia modus. libro ij.quoniam qui probat ſe occupaſſe poſſeſſionem alicuius rei, probat dominium directum præſumptiue, niſi doceatur alium priùs poſſediſſe: cùm ante illius occupationem res præſumatur in nullius fuiſſe bonis. & idem Franciſc.de Aret.conſil.xv. verſic. ex his videtur.quamuis ipſe & Alexan.in dict.l.rem quæ nobis.impugnent. Barto. ſed eum ſaluat Socin. in dict. l.j.in iij. notab. de acquirend. poſſeſ. ad quem circa hoc recurre, & ad Iaſo. in dict.l.rem quæ nobis verſic.Secundo principaliter.& in dict.§.omnium.folio xxxj.numer.lxxi. & Iacobus de ſancto Georg. in rubric. ff. de rei vendica. colum. penult. verſic. vnum ſingularem modum. vbi approbat opinionem Bartol. quæ etiam de ſtylo, & conſuetudine curiarum Franciæ ſeruatur. ſecundùm quem tamen ſtylum non tenetur proclamari faciens probare, & docere Titium poſſediſſe, ſed in genere, & ſimpliciter cridari,& ſubhaſtari facere rem talem Titij ſitam in tali loco,& confrontatam,&c. † Vel poteſt etiam in 32
hoc ſecundùm Alexandrum in præallegato conſilio alius ſeruari modus ad probandum dominium, videlicet quòd ſunt ſexaginta anni vel circa quod Fredericus deceſſit: & hæc ac alia bona quod tunc, & antea poſſedit, vt verißimile eſt probari per famam, quoniam in antiquis poteſt probari dominium per ſolam famam: quia fama in antiquis idem operatur quod plena probatio,vt notat Innocen.in c.veniés. de verb. ſigni. & gl.in l.at qui natura. §.cùm me abſente.& ibi Ang.ff.de neg.geſt. quam ita intelligunt Bar.& Bal.Paul.de Caſt. & Moder.in l.proprietatis. C.de probatio.& Ang.in l.Titius.ff.quib.modis pig. vel hyp.ſolui.cum aliis per alleg.& Barba.conſi.viij. in princ.volu.j. & Iaco.de ſanct.Georg.in di.rub.de rei ven. verſ. aduertas, in quantum dixi de fama. & Bald.in d.conſi. lxiiij.ver.iij.præmittendum eſt.vbi alleg.Inn.in c.cùm cauſam de iura.calum.vnde dicit Felin.in tract.ſuo, qualiter literæ apoſtolicæ noceãt patrono eccle. verſic. conſidera tertiò ſufficere allegare titulum, & probare tempus immemoriale, ex quo inducitur præſumptiua probatio, quæ eſt ſufficiens,iuxta l.hoc iure.§.ductus aquę.ff.de aqua quot. & c.ſuper quibuſdam. de verb. ſign. dicens,quod re vera ſæpius locutus fuit cum hominibus prætendentibus ſe patronos: & propter eorum antiquitatem neſciebant quomodo eſſent patroni, ſed allegabant prædicta:quod dictum fuit Bald. in c. cùm ſuper. de renun.vbi dicit,quòd per famam probantur antiqua facta, & nobiles probant ſe habere ius patronatus licet non probent de titulo.& idem Barb. in d.conſil. viij. col. j. & ratione difficilis probationis ſufficit probatio præſumptiua,vt dicit Bald.in auth.quas actiones.col.vj.C.de ſacroſanct.eccleſi.& idem Ioan. Fab.ſub dubio ſortè.in præalleg. §.omnium. in vlti. quæſt. ſcilicet an verbum dare, importet tranſlationem dominij.& Ang. in authen. de inſtru.cautel. & fide.tenet quòd ſic,per text.in §.ſic itaque.& ibi Angel.Aret. & Iaſon, licet aliquando ſecundùm naturam contractus impropriętur, vt ſic dicat quòd dedit in depoſitum, quoniam tunc non tranſit dominium, ſecundùm Angel. in dict.authent. de fide inſtru.& idem Socin. conſil.xciij. verſic.confirmantur etiam ex verbo dare. vol.j. & ibi vide de verbo, tradidit.& idem Franc. de Aret. conſi. clx.verſi.ſed tamen his non obſtantibus. & ibi vide quæ ſint verba dominij tranſlationem importantia. Sed hic dominus de Suſſaco non deduxit niſi ſolum dominium, quod non probauit: vt ex deductis in quæſtionibus prædictis apparet † Si verò dominium deducitur in 33
iudicium per modum exceptionis,vt in caſu dicti de Luſtraco rei:& tunc ſecundùm Bart.aut poſt fundatam intentionem actoris probat poſſeſſionem tantùm,& non præſumitur dominus, l. ſiue poſſidetis. C.de probationib. quia in rei vendica.ex parte agẽtis requiritur dominium,vel quaſi:& ex parte rei cõuenti poſſeſſio,vel quaſi,per nota. in l. prima. C. de alienatione iudic. mutandi cau.& in l.officium.C.de rei vendicatione. & Franciſc.in diſputa. facta in materia petitorij.in princip.& Docto.in locis ſuprà allegatis,ſignanter Socin.in præall.conſil.cl.xxix. Aut ante intentionem actoris nullo modo fundatam,& tunc ex poſſeſſione præſumitur dominium,l.ob maritorum.& ibi gl.& Docto. C. ne vxor pro marito. l.j.cùm ibi not.per Docto.C.de iure fiſci.lib.x. & in d.l.Titia.de ſolut.quod intelligit Paul. de Caſt. in d. l.penult. in fide conditio. inſtitutio. verum eſſe in reo,vt abſoluatur à petitione actoris, quam nõ probauit,licet reus nullum habeat ius.l.j.poſt princip.ſi pars hæredita.petatur. & d.l. penultima, de rei vendicat. ſed non ſufficit quantum ad hoc, vt iudex debeat reum declarare dominum,vel ipſum abſoluere, adiecta cauſa,tanquam dominum,vt not. in l. circa. ff.de probat.quod eſſet magis eidem reo vtile,quàm ſimpliciter eum abſoluere ab impetitione actoris non probantis. Et iſtam diſtinctionem Bartol.quæ fuit etiam Albe.de Roſa. in l.penult.de conditio.inſtitut.ſecuti ſunt Bal.Ang.Paul.& Moderni,ibi, & idem Bald.in l.indicia.C.de rei vendica.quamuis alio modo diſtinguat.& iſtam quęſtionem mouet etiam gl.ij.in l.ſi maior.C.comm.diuid.ſed illã non ſoluit. † Pro cuius tamen ſolutione Odofre. ibi diſtinguit, 34
quem ibi ſequitur Salicet. aut reus allegat ſe emiſſe à tertio,& tunc titulus non præſumitur,aut ab alio à quo actor dicit ſe habuiſſe,& ſic ambo ab eodem,& tunc titulus præſumitur ar[illegible]. quæſt. ibi per gloſſ. tactæ de diuiſione facta quam probare reus non poteſt,ſed ſolum poſſeſſionem longi temporis.Ideo titulus diuiſionis præſumitur, vt ibi latius per Salicet. † Sed in præſcriptione longiſſimi temporis, in qua 35
titulus de iure ciuili (quod de conſuetudine, ac ſtylo curiarum Franciæ in hoc attenditur)non requiritur, l.nunquam.ff. de vſucap. & d.l.ſi quis emptionis.de præſcrip.xxx.vel xl.ann. & tunc ſufficit allegare titulum tantùm & probare præſcriptionem.vt ibi.& tenet Paulus in d.l.penu.ante fin.verſic.dico etiam.Sic etiam in iuribus incorpor.alibus, vt voluit gloſſ. in l. ſeruitutes.in iij.& ibi Paul.ff.de ſerui.& Bal. in l.traditionibus.C.de pact.per tex.in l.hoc iure. §. ductus aquæ.ff.de aqua.quoti.& æſti.& præcipuè in caſu dicti de Luſtraco. in quo interuenit tempus cxl.annorum, vt dixi ſuprà quæſtione proxima. & ita tenuit Ioan. Fab. in dict.§.omnium.quem ibi ſequitur Iaſ. verſic.& iuxta hoc dubitat.cum aliis per eum allegatis.Et idem Maſuer.in ſua praxi tit.de probatio.verſic.Item qualiter pars poſſit probare. Et non ſolùm titulus verus,ſed etiam putatiuus,etiam iuſto errore interueniente cauſat bonam fidem, etiam in præſcriptione longi temporis,vt voluit Barto.in l. Celſus,de vſucapio. Paulus de Caſtr.in d.conſil.cclxxxix. col.v.

tol.v.poſt princip.volum.antiq.& Bal.in l.penul.C. quib.non obnic.longi temp.præſcrip.Quinimò vult plus quòd etiam præſumatur bona fides, licet non habeat titulum verum,nec putatiuum,ſi poſſedit lõgo tempore ſine controuerſia.allegat Inno.in c.cum venilſet.de reſtit.ſpolia.verſi.Item no.quòd non ſufficit,ideo talis poſſeſſor ſecundùm eum non tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum tanquam malæ fidei poſſeſſor. quod idem tenent domin. de Rota decis.cccx.aliàs deciſio.ij. incip. nota. ex cuius iuſto titulo.tit.de præſcrip.in antiq.& dec.cccclxxiij. aliàs deciſi.xj. eodem titu.incipien. ſi appareat conceſſio Epiſcopi.in nouis.Pro quo dicit Bal.in l.j.per gloſſ.ibi poſitam.C.vbi cauſa ſtatus.quòd nedum ex iuſtis rationibus, ſed etiam ex iniuſtis, & temeratis cauſatur bona fides.Et idem Socin.conſi.xj.col. vlti. in prin.volum.iij.& Angel.conſil.clvj.verſicu.de ſecun.& verſi.ſuper tertio.& omnes in d.l.ſi quis emptionis.Et in dubio in præſcriptione longiſſimi tẽporis præſumitur bona fides,etiam abſque titulo, vt dictum eſt, & tenet Bart.in l. ſuper longi temporis. quem ibi ſequitur Bald.verſi.Nunc habes.& etiã Salicet.C.de præſcrip.longi tempo.& Bart.in d.l. Celſus.& Bal.in l.j.C.de vſu. transfor.& Angel. in l. fin. quib.non obnic.longi tempor.præſcript.& Anto.de Butrio.& Abb.Sicul.in c.ſi diligenti.de præſcript.& Barto.in l.fin.C.vnde vi.& Alexan.conſi.lxxj.lib.j.& gl.in c.ſanctorum.xvj.q iij.& plenè Alexan.conſi.ix. verſi.& ſi dicatur lib.j.& conſi.lxxxiij.nu.x.cum plurib.ſeq.lib.vj. Quare locum de Gauanduno non eſt dubium qui reus præſcripſerit, niſi ei obſtet hoſtilitatis & guerræ impedimentum, de quo in ſeq. d.cã q.Sed de Pauliaco eſt dubium, quoniam Bertran.de Duroforri,qui donauerat prædictum locum de Gauanduno Ioannu de Duroforri, dictus in vulgari, le Roux de Beauiaumone, à quo prætẽdit reus habuiſſe tit.dotis prædictum locum de Gauanduno,donauerat etiam ipſum locum de Pauliaco Almerico de Duroforri,qui & eius filius de eodem gauſi fuerat, licet Ioannes de Beynac hæres defunctæ matris ſuæ filiæ Seguini de Valens dominij de Gauanduno, & de Pauliaco vendidiſſet prædicto de Bauiaumont prædicta loca, & omnia iura, & actiones, quæ vel quas habere & prætendere poſſet. Et tamen poſt Arnaldus de Luſtraco prædictum locum de Pauliaco vi abſtulit, & poſſeſſionem propria authoritate aduocauit à Ioanne de Sort,vel eius hæredibus,& ſic iniuſtè.Vnde non potuit ex perſona ſua præſcriptionem inchoare,quoniam non habebat bonam fidem tempore poſſeſſionis adeptæ, quæ nec poteſt iuuari ſequenti acquiſitionis titulo de dicto loco de Pauliaco factæ per ipſum Arnaldum de Luſtraco à iam dicto Ioanne de Sort,etiam ſi à ſuperiore confirmatio fuiſſet de eodem ſubſecuta,l.authoritatem.C.vnde vi.& ibi Barto. & Sali. & pro hoc bona gl.in l.ij. C.de fund.patri.lib.xj.quæ arguit contra eos,qui occupauerunt terras Comitis Hugolini,& impetrauerunt reſcripta per obreptionem:vt voluit Bal.in l.ij. C. de legi. vbi arguit contra Floren. qui ſubiugauerunt Piſanos,& Areti.vt dixi in §.vlt. de iuriſdi.libr. conſuetudi. Bituri. & Rom. conſil.ccxviij.inchoan. præſens caſus.& ſingu.And.Barba.conſil.lxiij.verſic. ſecundo ego pondero. volu. j. de quo plenè per Felin.in c.poſtulaſti. verſic.circa quartum & vltimum. de reſcrip.vbi hoc limitat in verſic. limita prædicta, niſi Princeps, vt ibi: ſed ex quo iniuſta eſt poſſeſſio non tenet,vt dicit Bald.in d.l.ſuper longi.col.vlti.in princip. ſecùs ſi iuſtè apprehendiſſet poſſeſſionem: & ſic intelligit gloſ. magnam in d.l. Celſus.loquentem de apprehenſione poſſeſſionis, quòd intelligatur de iuſta & non de iniuſta. Et in dubio ſi dubitatur de iuſta,vel iniuſta poſſeſſione,ſi tertius poſſidebat:quòd poſſeſſio præſumatur iniuſta,& clandeſtina, ex qua præſcribere non poteſt.l. clàm poſſidere. in princip.de acquir. poſſ. & c. licet cauſam de probati. Sed hoc probare non videtur:quia iuſto errore fuit motus ad apprehendendam poſſeſſionem prædicti loci de Pauliaco propter famam publicam tũc ibi vigentem, quòd locus prædictus erat de pertinentiis iam dicti loci de Gauanduno, quæ fuit iuſta cauſa credendi habere titulum, & poſſe hoc facere, ex quo cœpit poſſidere & præſcribere: quod ſufficit ſecundùm Doct.ſuprà alleg. † Nam prætendens titulum dicitur habere bonam fidem, l. intra vtile. §. vendentibus.& ibi Bald. ff.de mino. & ita per illum tex.tenet Inno.in c.vigilanti.de præſcript.vnde præſcriptio in re principali trahitur ad dependentia & acceſſoria eiuſdem,vt nota.in l.ſi aliena.§.i.ff.de vſucap.& in l.eos. C.de vſur.quando illa acceſſoria inerant ab initio ipſi principali, vt erat locus prædictus de Pauliaco, qui de honore erat & pertinentiis de Gauanduno. Et ſic præſcriptus fuit cum principali, aliàs noua opus eſſet præſcriptione. Ita volunt Docto.in l.qui fundum.§.j.per illum tex.inſuper Ludo. Bologni. in primis interpretationi. ff. de vſuca. pro empt.& Roman.in ſingul. cccccbxix. incip. tu habes regulam, quia licet malæ fidei poſſeſſor non poſſit poſſeſſionis cauſam mutare: hoc verum niſi ex cauſa ſeu titulo poſtea habito.l.non ſolùm.§.quòd vulgò. & ibi Bar.Ang.& Alberic. ff. de vſucapio. quoniam ſequens titulus multum facit.vt in l. ſi remán vlt. ff. de pign.actio.de quo per Alexand.in l.ſi alienam.ff. ſolu.matr. Quia prædicta regula non haberet locum in cauſa & materia petitoria, ſecus eſſet in poſſeſſoria: quia tunc bene habet locum, vt voluit Bald. in ſua diſpu.inchoan. accuſatus de vi turbatiua. col.penult.dicens,quod licet vni ex litigantibus in interdicto vti poſſidetis, dominum acquiſitum poſt poſſeſſionem ante acquiſitam nihil opituletur, nec ei profit,tamen bene in petitorio, vt in caſu noſtro allegat in argumen. l.ſi fundus. ff.de fund.dota. quem refert & ſequitur Alex.in l.ſi de eo. §.fina.in fin.ff.de acquiren. poſſeſſione. vnde etiam hic longè ante litem acquiſiuerat.Et idem allegabatur contra dominum Amaniou de Monte peſato,quem manu armata occupauerat locum de ſancti Liberata, & ſic tanquam malæ fidei poſſeſſor præſcribere non poterat, quia reſpondebatur dictum locum à fiucibus Angelorum inimicorum antiquorum regni eripuiſſe: & per conſequens bonum Regis & cæterorum particularium dominorum prædicti loci geſſiſſe: ac ipſum locum ſe dominis reſtituturum, ſolutis quos fecerat ſumptibus, declaraſſe, iuxta formam iuris præcipientis expulſis hoſtibus ex agris quos ceperant dominia eorum agrorum ad priores dominos redire,nec ea publicari,aut prædæ loco cedere,l.ſi captiuus.§.expulſis.ff.de cap.quem poſtea locum in parte acquiſiuit, licet ante maiorem eius partem acquiſiuiſſet.Vnde dici non poteſt per iura ſupradicta,malæ fidei poſſeſſor ſic redimendo: deteriorem eum cauſam dominorũ non effecit, ſed profecto meliorem. Perimi enim ius bonæ fidei emptoris vetuſtiſſimum & iniquum, & contra inſtem conſtitutionis eſt,vt ait Iuriſcõſultus in l.in bello.§.rurſus. ff.de capti. Tum etiã eidem de Luſtraco apprehendere permiſſum erat alia ratione,propter debita hæreditaria, & legata per Seguinũ de Valens relicta de ſuis propriis pecuniis ſoluta: pro quibus prædicta loca erant

hypothecæ affecta, & illa iudicio teſtatoris quouſq; ſu ſſet ſibi ſatisfactum retinere, & fructus ipſorum recipere poterat, vt conſtat per teſtamentum & codicillos Raimundi Bernardi de Valens. quare ſine præcedenti titulo non cepit. Ideo vim feciſſe nõ videtur,l.creditores. C.de pignor. Præterea Ioannes de Beauiaumont, Arnaldi de Buſtraco ſocer, prius prædictum emerat locum de Pauliaco, & ſic ante alium habebat titulum,qui cauſam præbuit vſucapiẽdi,& præſcribendi potentiam,cùm ex vtroque titulo
37 poſſideret locum prædictum. † Quoniam quando quis plura habet venditionum inſtrumenta, diuerſis temporibus, & pretiis confecta, ex vtroque dicitur poſſidere,argumen.l.ſi quis ante.ff.de acquiren.poſſeſſio.& tenet Barto.in l.ſingularia.quem ſequitur ibi Alexand. verſicul. Item in quantum Bartol. ff. ſi certum petatur. & Paul.de Caſtro in l. qui bis. & ibi per Moder.ff.de verbor.obligatio.& Alexan. conſil. xxvij.verſic.Quid autem operetur.lib.iij.Pro quo dicit Bald.in d.l. indicia. C. de rei vend. quòd dictum notabilis viri dicentis patrem meum,cui ſucceſſi,talem emiſſe fundum, inducit iuſtiſſimam crudelitatem,vt ex ea poſſit cauſari titulus putatiuus ſuperueniens ad præſcribendum illum fundum,iuxta l. Celſus.& quod notat ibi Barto.ff.de vſucapion.& in d.l. qui fundum.§.procurator. pro emptore. & Felin. in cap.cùm contingat. col.iij. in princip. de reſcriptis. cum aliis per ipſum allegatis. Quare ipſe de Beauiaumont,& Arnaldus de Luſtraco præſcribendo locum,& ſignoriam de Gauanduno, præſcripſiſſe videntur cum dicto emptionis titulo iam dictum locum de Pauliaco, attentata tam longa præſcriptione,vt dictum eſt ſuprà quæſt.xxxv. Quia vbi eſſemus in præſcriptione longi temporis decem vel viginti annorum,aut triennali vſucapione,quę currunt,etiã iure veteri cum titulo & bona fide currebant aliud
38 eſſet,ſed † præſcriptionem longiſſimi temporis xxx. annorum, nec reale vitium furti, vel violentiæ impedit. quod patet,quia etiam fur & raptor tanto tẽpore præſcribunt, non vt quærant dictum dominiũ, vel vtile, ſed duntaxat exceptionem propter negligentiam non petẽtis.text.ad literam in l.j. §.ad hæc. ibi,nec furti neque vi bonorum raptorum. C.de anna.exceptio. Nec etiam mala fides defuncti poſt illud longiſſimum tempus lapſum nocet hæredibus, & præcipuè inchoare volentibus præſcriptionem à ſe,cùm fuerint bonæ fidei poſſeſſores,per conſequẽs eis non obſtat.l.cùm hæres. ff. de diuer. præſcrip. & no.gloſ.in regula, cùm quis in ius. de reg.iur. lib.vj. Quintimò plus dicit Din. in regula poſſeſſor. ad finem, quòd de æquitate canonica, ſi hæres vult inchoare præſcriptionem à ſe,mala fides defuncti nũquam ſibi nocet,etiam in præſcriptione longi temporis,& ſic illa lex, cùm hæres. non habet locum de iure canonico ſecundùm eum. Et hoc ſequitur Paulus de Caſt.eius conſi.cclix.ſecundùm verum numerum, inchoante viſo puncto ſupraſcripto, & allegationibus factis ſuper eodem volum. nouorum, in præſcriptione xxx.annorum.vt ibi per eum,qui hoc probat per authen.malæfidei.& ibi Barto.C.de præſcri.long.tempo.& allegat Bald.ita tenere in l.nihil. C.de vſucap.pro hæred. & Bart. in d.l.cùm hæres.& idem Bart.& Alexand.in l. Pomponius. §.j. ff.de acqui.poſ.niſi(vt ait Paulus in allegato conſil.) in præſcriptione xxx.ann. ex forma ſtatuti requireretur titulus. Sed hic currit præſcriptio non ſolùm xxx.ann. ſed etiam centum,& vltra,poſt mortem primorum ſuorum authorum, quę eſt plus quàm ſufficiens ad inchoandam & finiendam præſcriptionem, vt dicit Pau.in d.conſi.cclix.verſi.ſecunda ratio eſt.& in cõſi ccxv.verſ.ad ſecundũ reſpondetur.vol.nouorum.& ſignanter ſecundùm eũ, vbi hæredes habent titulũ, vt hic,etiam tam ex eorum quàm ſuorum authorum perſona,vt ſuprà dictum eſt.Nam licet præfatus Arnald.de Luſtraco,pendente proceſſu emerit à prędicto Ioanne de Sort,vt dictum eſt,tamen hoc nõ obſtat alia ratione peremptoria, cui reſponderi nõ poteſt:quia à tempore hoſtilitatis finitæ, & ducatus Aquitaniæ à faucibus Anglorũ reducti, videlicet ann. 1453.vſque ad conteſtationem litis factæ anno 1477. fluxerunt xxiiij. anni. Et ſic etiam fuit in dicta cauſa domini Ioannis de Puyolibus contra dominum Alanum de Fuxo, & Franchiſiam de Montepeſato eius coniugem, quia ab initio proceſſus vſque ad litis conteſtationem excluſiuè erant xxiij. vel circa anni prędicti. Et hęc præſcriptio ſine aliquo fuit vitio,& cum titulo & bona fide completa.l.more litis. C.de rei vendic.& ibi per omnes,& in l.nec bona fide. C. de præſcrip.long.temp.& in l.nemo.in fin. ff.de acquir.poſ.& in l.ſi poſt cœptum.ff.de rei vendi.& l.ij. & ibi Bart. C.de fructib.& lit.expen. Nec obſtat dicere cauſas reſſorti habitantium (quæ erant in parlamento Tholoſano, in quo Proceſſus prædicti de Stiſſaco fuerat inchoatus) remiſſas ſeu réuocatas fore ad parlamentũ Burdegalę nouiter erectum,& tractu poſtea temporis Pictauis conſtitutum,& iterum annis tribus effluxis ad Burdegalam tranſlatum, ratione cuius tempus debet prędictum deduci,nec interim currere debet,l.ij.§.penult.in fi.ibi,in omnib. autem in quibus protelatur.& ibi gl.& Doctores. ff. de iudic. Quoniam ad hoc reſpondetur, quòd non debet deduci,per textum in l.properandũ.§.ſin autẽ vtraque parte.verſic.ſin autẽ in medio triennij.C.de iudic.vbi tex.ſic ait:Sin autem in medio triennij, vel morte iudicis, vel alia irrecuperabili occaſione iudicium fuerit mutatum, tũc ſi quidem ex triennio annale tempus, vel amplius reſidet, in quo alius iudex cauſæ imponitur,intra reliquum tẽpus finiatur, &c. Et ſic non conſideratur mutatio iudicij, ſeu fori de loco ad locum: prout ſæpè hic cauſa peſtis, vt annis duobus præteritis primò Liburniæ, ſecundò Petragorędeinde hic Burdegalæ reuerſum. Et ideo dicit ibi gl.cautè dicit mutatum,& non ſolutũ: quia tunc ſecus eſſet ſi ſolidũ & finitũ fuiſſet iudiciũ, ſeu parlamentũ.ad idem tex.in l.proponebatur. & ibi gloſ.& Doct.ff.de iudic.Igitur mutatio Parlamenti de loco ad locũ nihil facit, quin teneatur quis proſequi Parlamẽtum,& cauſam ſuam in eo pendentem, ſeu inchoatam:quia ante litis conteſtationem non dicitur agere,ſed velle agere,l.amplius.ff.rem rat.hab.Vnde loca prædicta de Gauanduno,& de Pauliaco plurib. & diuerſis præſcripſerunt temporib. & modis:cũ re vera ſecundùm verã & cõmunem opi.citatio & inchoatio proceſſus nõ cõſtituat quẽ in mala fide, nec impediat præſcriptionem currere, iurib.ſuprà alleg. Tamen his, & aliis in q. ſupradictis allegatis nõ obſtantib. cùm pro reo foret iudicandum: per regulã, cùm iura partium ſunt obſcura. & l.Arrianni.de ſolu.dictum fuit per arreſtum Curię locũ de Gauãduno remanere & pertinere debere reo:& locum de Pauliaco eidẽ de Stiſſaco actori, ſine fructuũ reſtitutione per reum fienda: ac fructus,reditus,& prouentus ipſorũ locorũ per medium inter ipſos fore æqualiter diuidẽdos. Et vnũ per iam dictas partes fieri hoſpitale,de trib. centũ libris Turonen. perpetui reditus, etiã per medium ſoluẽdis donandũ & fouendũ. Sed an poſſit per teſtatorẽ ordinari vnum hoſpitale fieri in certo loco,vide Lapũ de Caſte.in rep.ca.de xenodochijs.

dochiis.de relig. dom. Et arellum latum fuit die anj.mentis Septembris,vigilia Nativitatis Christi,Anno M.D XX.quod videtur fuisse ultimum actum reflectionis, l.Nesennius.ff.de negot.gest.sed alteri potest non vere esse. † quia quando sunt diuersæ opiniones de probabilibus, 39
ad partem illam declinat qui dicit per medium instrumenti diuisionem, vt elegantiss. probat Anch. consil.cxv.incipiente, inter contrarias & varias consilia quem sequitur Felin.in c. j. ver. ij. no. quod quando de constit. & pro hoc tex. celebris in l. anteponibus.ff.de negotiis gestis quandam, quem vid. Angel. ibi.in 3.pars hæres.pecu. & primus vsus erat Bart. in l. fidei.no. verne. & sic mihi videtur ff. vti possidetis. & in l. colligimur.C.eod.titul.Sed ante eam Dinus in l. Titiæ textores.in prin.ff de leg.j.& Bal.in l. Si pater. in ij.no.ff.de hæred.instit & Alex.in l. Titius. per illam tex.in ij.no.ff.ad Trebel. & idem Decius in d. c.j. verbo. Quarto concludo supradict. & de constitu:Et apud canonistas ita fuit opinio : primo Vincentij,quem refert & sequitur Abb.Sicu.in c. licet causam.versi.extra glo.ponit Vincen. de probatio. & Ioan.Baptist.& Socin.in eorum consil. posito in lectur. Socin. post titul. de exceptio. rei iudicatæ. versi.possunt igitur colligere.volentes.quod quando in aliqua materia est diuersitas opinionum, partes debent venire ad concordiam:ad quam venire inuitat text.in l.non sine. C. de bon. quæ liber. ibi, ambiguitas, atque diuersitas &c. Quod quidem consi.etiam repetitur inter consi.Socci.consi.cl.vol. j.dixi in q.cxlix.incip.an Rex Franciæ dominus noster,col.vlti.& vnū etiā notabile verbum in quæst. cxxxix.incip.in prædicta reintegrationis col. vlti. & dictum hoc intelligit Bal.in l.præses.in princ. C. de sentenc.& interloc.omn.iudic.quando possessiones & probationes non essent aduersatiuæ, sed incompatibiles, sed quando istæ se infringent, quia quilibet probat de possessione insolidū, tunc secundum eum opin.Bartol.est falsa:quoniā partibus dici potest,vnus vestrum mentitus est: nescio quis sit. ideo ite cū Deo.Sed Lacelo.Decius in d.l. Titiæ textores. verū. secundo indubio dicta lex, dicit quod Specul.in tit.de petit.& possess.§.j. docet iudicē debere dicere partibus ita æqualiter probantibus.Ite in nomine diaboli.Sed salua pace non reperi Specul.sic dicentem,sed solum iudicem debere in ipsa causa supersedere.si tamen iudex cum bona conscientia possit accedere ad alteram partem, tunc (vt inquit Bald.)rectefacit,vt vide in dicta l.præses.& singulariter Lucas de Penna in l. qui numerari. versi. secundo quæritur.C.de numera.& actua. lib.xij.quē vide causa breuitatis.Sed Albe.in dicta l. Titię textores.dicit,quòd data paritate probationum sententia ferenda est pro reo,per not.in c.in nostra.de testib.& bonus ad hoc text.in l.inter pares.ff.dere iudic.& in l.lege Iulia Petronia,& ibi dixi post Benedict. de Plum.ff.de manumis.& istud est verius secūdum Imol. in dicto c.in nostra, in gl. vti possides.& Feli.ibi,col.fi.& Imol.in d.l.Titiæ textores. & secūdum hanc vltimam partem conclusum fuit etiam in causa possessoria domini de Cancon contra dominum de Caumont, vt dixi in q. ccxxxvij. incipien. spoliato possessione : quamuis per nouam productionem constaret partes pro parte loci de Pertica pro indiuiso possedisse, vt ibi vide. Tamen contra iudicium tale tam rusticorum,quàm aliorum in dubio per medium diuidentium,est text. in leg. quæsitum.§.si quis eodem.& ibi Albericus.ff. de fundo instruct.

SVMMARIA.

1 *Exceptiones impedientes sententiam ponuntur coram executore.*
2 *Exceptio quando debet opponi.*
6 *Exceptio quando debet proponi coram executore.*
9 *Exceptio expensarum non potest deduci coram executore.*
10 *Exceptiones quando possunt proponi coram executore.*
15 *Exceptiones quæ non possunt proponi coram executore.*
17 *Sicut et non competit executori examinare de bonitate executi.*
18 *Exceptiones quæ per sententiam possunt ad executionem reiudicandi.*

QVÆSTIO XLIII.

Super consuetudine [illegible] Sancti Petri [illegible] bus. Primo [illegible] & propositis [illegible] tionem [illegible] tia excepere, & [illegible] exceptionem per [illegible] exceptionis, vel [illegible] secundo, an [illegible] rum tam per [illegible] & extra [illegible] de Paulhano, [illegible] ac executionem debeant [illegible] & annuali [illegible] per prædecessores [illegible] & tolita, [illegible] gendam: vna cum [illegible] & bona [illegible] & bona antecessorum ea præsumpto extra [illegible] Cum per arellum fuerit [illegible] locus prædictus de Paulhano [illegible] iudicatus.& viso quodam arresto in curia retento & registrato, non tamen partibus pronunciato, per quæ curia eorum de Lutteco reseruabat acquisitiones per ipsum,& suos prædecessores in ipso loco de Paulhano factas,(respondendo nunc de Ioanne de Reynac,& Ioanne de Sorz factis quantaxat exceptis),posse retinere & petere

DECISIO XLIII.



TIquo ad primum dubium pono vnam regulam,quod † exceptiones impedientes sententia executionem opponi debent coram executore, vt dicunt Doct. in clementina. de re iudic. Vnde dico item, quod semel proposuit viam exceptio,aut plures, posse in executione sententiæ aut arresti,vel etiam in alia instantia eandem exceptionem per viam exceptionis vel petitionis proponere: & hoc quando de eadem non fuit in primo iudicio plene cognitū & discussum.l.finaliter.§.fi.& ibi Bal.& Alber.ff.de neg gest.vel etiā quando non ad eundē sed diuersum finem tenderet.l.vēdicantem.cum l.seq.& ibi Ang.ff.de euict.vbi venditor qui euictionē,& in illius euentū duplam per stipulationē promiserat,ad sibi tradendu rēvenditā ex alio superuenīti titulo egit:aduersus quem licet emptor de dictis euictione & duplæ promissione excepisset:quia quē de euictione tenet actio,eundē agentē repellit exceptio,vt ibi,& l.exceptionem.C. eo.tit. succubuit rep.nihilominus idem reus ad duplā in stipulatione deductā agere potest: cū primo exceptio proposita ad rei petitæ repulsam tenderet & nunc secūdo verò iudicio ad pœnā.quia aliud est res,aliud dupla.Et ideo cū diuersa sint,exceptio rei iudicatæ non obstabit,vt l.cū quæritur.cum ll. seq. & ibi gl. & Moder. ff. de excep. rei iud. † Secus si 2

Digitized by Google

exceptio in ſecundo iudicio propoſita ad eundem cum prima tenderet finem.l. duobus.& ibi Ludo. Bolog. in ſecundis interpreta. de excep. rei iudic. Vel etiam ſi expreſſe per iudicem fuiſſet tanquam non vera reprobata.l. quod in diem. §.ſi rationem. ff.de compenſa.& ibi Paul.de Caſt.in d.l. ſinautem. §.fina. poſt Bartol.& idem Bald. conſilio clxxxix. inchoante ſtatuto ciuitatis Papiæ. vol.iij. & ſingulariter Paul. de Caſtr. conſ.cccvj. incip. viſa petitione porrecta per ſer.Marcum.vol.nouorum.& pro hoc c.cũ eccleſia Sutrina.in fi.& ibi Inn.& Doct.de cauſa poſſ.& propr.& Signo.de Homed.cõſi.xxvij.incip. quæritur an exceptio rei iudicatę.& amplè Soci.cõſil. ciiij. viſis inſtrumentis donationis. col. viij.ver. Circa ſextam q.vol.ij.vbi eũ vide. Sed hic non fuit expreſſe reprobata.ideo non obſtat:& no.gl.in c. j. & ij.& ibi Abb.Sic.de ordi.cog.& in clemen.ſi.appel. & ita per illa iure tenuit Federi.de Senis conſi. ccxxij.& g..& Doct.in c.ſuborta.in verb.reprobaſſe.& ibi Feli.in verbo exceptio cõpentationis.& in
3 verbo,ſententia.de re iudicat. † Et idẽ erit ſi tacitè fuerit repulſa per iudicẽ pronuntiando ad vlteriora fore procedendũ, l.j.& ij.cum ibi not.per Doct.C. de ordine cogn.& d.c.ſuborta.& ibi Feli.ver.habes ex his.& ex tex.& c.cũ aliis per cũ alle.vbi hoc limitat octo modis. Et primò,ſi plenè fuerit cognitũ,vt dictũ eſt,aliàs non,vt ibi per eum in j. limitatione: & idẽ Rom.conſi.ccccx.inchoante,vt clarior reddatur.verſi.vnde reſultat.& pro hoc text.in l.ij.§. ſi dubitetur.& ibi Ludo.Bolog.in primis interpret.ff.de iudi.igitur ſi expreſſe vel tacitè exceptio fuerit reiecta,requiritur,vt amplius opponi nec vlterius dedu
4 ci poſſit, quòd fuerit plenè cognitum. † Quoniã ſi in ſummario iudicio in quo plenè non diſcutitur, oppoſita fuerit, & repulſa aut reiecta, nihilominus poterit poſtmodũ opponi in iudicio ordinario. l. ſi quis à liberis.§.ſi vel parens.ff.de liber. agnoſ. & l. penultim.& ibi gloſſ.ff.de his qui ſunt ſui vel alien. iur.& tenet Paulus de Caſtro in dicto §.ſi rationẽ. & in conſ.xxx.incip.vt plenè attingamus id de quo quæritur. in princip.voluminouorum. & Ioann.de Imola conſil.cxxx.col.j.verſic.non obſtat & Corn. conſi.cxxvj.in fina. volum. iiij. vnde in caſu noſtro reus propoſuit exceptionem ſolutionis pecuniarum,ad quas ſoluendas cõdemnatus extiterat,prout apparebat per ſententiam de ipſis condemnatoriã quã produxit,offerẽs quittantiã & ſolutionem probaturum Certè enim erat admiſſibilis,vt nulli non pareat, ad proponendum & probandum illam, vt volunt iura & Docto. ſuprà allega. & Paul. de Caſtro conſil.cclviij.exordiente,in cauſa quæ vertitur Parmæ.verſicul.& primò obſtare videtur. volum. nouo. & Ioannes de Imol. in prælegato conſil. cxxx. verſic. non obſtat. & verſicu.circa tertium.
5 † Quamuis ſecus eſſet,ſi per viam & modum agendi propoſuiſſet & ſuccubuiſſet, tunc non poſſet etiam per modum exceptionis, licet ad diuerſum tenderet finem, & iterum proponere:quia in plus habet actio,quam exceptio:ideo ſi quis in agendo ſuccumbat,ab excipiendo repellitur, ſed non profectò econuerſo,d.l.duobus.de exceptio.rei iudica. quia agens ſimpliciter omne ius ſuum in iudicio deduxiſſe videtur.l & an eadem. §. j. & l. ſi quis cum totum.cod.tit.& l.fin.de anna.exception.Et tamen non is qui excipit,videtur jus ſuum omne deduxiſſe,quoniam ad repulſam ſolum propoſuit, & ſe defendit.dicta l.vendicantem.& d.l.duobus. & ſic tenent ibi Barto. Ange. & Paul. de Caſtro. & idem Bartol. in leg. qui Romæ. §. duo fratres. ff.de verborum obligation. & Doctor. in l. j. & l. peremptorias.C.ſentent.reſcin.non poſſe. & Paul. conſil. x.inchoante,in caſu præſenti ſi quæritur vol. nouo. & Abb.Sicul.in conſil.50.in j.& ij. ratione. volum. j. & Alexan. conſi. lxj. verſicul. item præſuppono. cum ſequenti.libr.ij.& Bartol Bald.& Salice.in lib. j. C. de iuris & facti ignoran. Item reus in executione poteſt ſemper excipere & proponere exceptionem, quæ ſententiam non impugnat. leg. Neſennius.§.fina.& ibi Ludouic.Bologni.in ſecundis interpretatio.ff. de re iudica. & l. ſi ſullo. & ibi Barto.Alberic.Paul.& Sali.ff.de condictio.ſine cauſa.& Alex.conſi.cxxiij. circa quartum dubium. lib. ij.& bonus tex.in leg.eleganter.§.ſi quis.ff. de condict.indebi. & Felin. poſt Abb.in c. poſt exceptionem.verſicul.& no.quòd ſuccumbens.ibi,item fallit in exceptione quæ ſententiam non impugnat.de exception. cum aliis per ipſum allega.& Ange. Aret.in §.ſunt præterea. verſicul.ſed ſi quis. de actio. & Deciſio.capellæ Tholoſanæ quæſtion.cclix. ante finem.† Ideo dicit Bald.in dicta leg.j.verſicul.& no 6
ta de iur.& facti ign.quod exceptio dicitur ſe compati cum ſententia, quando compatitur cum cauſa ciuili & naturali obligatione, ex qua agitur. l. penultim. ff. quod cum eo. Sed quando ius agentis, quod fuit ventilatum,eſt exceptioni contrarium,& poſito vno contrariorum,remouetur reliquum, & tunc exceptio excluditur, ſed non quando eſt talis exceptio,quæ examinatur ſeorſum à principali, & quæ non elidit principale,tunc iſto bene poteſt opponi poſt ſententiam: pro quo ponit Bald. tria exempla.vt ibi per eum: & ipſum ſequitur Socin. in conſilio xc.incipiente,circa primum conſultationis articul.verſicul.confirmantur etiam prædicta. libr. ij.& Iaſ. in dicta l.de iuris & facti ignoran. verſicul. ſucceſſiuè nota. vbi ex dicta regula ponit quinque notabiles deciſiones. & idem in propriis terminis Cornel. in conſilio cxlvij. column. penultim. in litera M, cum ſequen. volum. ij. & Bald. in conſ. clxxvj.in vltima quæſtion.libro j. † Vel etiam quando 7
eſt tale quid, quod in iudicium non poteſt deduci,niſi per modum excipiendi: quia tunc qualitercunque quis ſuccumbat in exceptione, etiã ſi ſuper ea non ſit expreſſe pronunciatum, non poterit in alio iudicio deducere,vt d.l. peremptorias. & ibi Cin.& Doct.ſenten.reſcin.nõ poſ.& tenet Paul. de Caſt.in §.ſi rationem.& in conſ.cccvj.& Feli. in locis alleg.& Soci.in conſi.ciiij.in vj.quæſt.vnde cũ in præſenti caſu † omnes qualitates ſuperuenerint, 8
ſcilicet q. non fuit plenè cognitũ:quia non allegata cõtra actorem non extitit cũ aliis excep.ſed in contractis perfunctoriè,& ſic ineptè:quoniam exceptio formaliter obiici debet,aliàs non valet, vt tenet Ang.in conſil.lxj.incip.quæritur & quæſtio per ſtatuta.col.ij.circa med.per tex.in l. j. §. Labeo. ff. de flumi.& in clem.vlti.de appel.& in l.itaque.ff.de procu.Et ſi poſtea hic oppoſuerit, hoc fuit principaliter contra epiſcopum Agẽnenſem,ſeu eius procuratorem fiſcalem,licet illam contra alium actorem ampliauerit. Secundò, quia ad aliũ & diuerſũ finẽ in primo iudicio ad repulſã totius rei tã de Guanduno,quàm de Pauliaco illã propoſuerat:& nũc in executione ad finem pecuniã & impenſam rationẽ reparationum, legatorum ac aliorum hæreditatis debitorum per ſuos prædeceſſores ſolutam habendi,pro quibus,cũm de iure æquiparentur l.emptor.ff.de rei vẽd.vti potuit retentione caſtri,vt ibi per omnes.inſuper Alber.& Iaſ. in l.ſi non ſortẽ. §. ſi centum.ff.de condi.indeb. vt infrà dicã in proxima quæſt.

9 ma quæſt. † Quia exceptio deductionis impenſarum quæ in re vendita factæ fuerunt, opponi poteſt poſt ſententiam in rei vendicatione latam, quamuis oppoſita non ſit, ſecundum Barto. in d.l. in fundo. col. vlti. & idem ibi Alberi. verſi. ſed quid ſi exceptio expenſarum. ff. de rei vendicatio. & Bart. in l. Paul. ff. de excep. doli & Specul. in titu. de execu. ſenten. §. poſtremò. verſi. quid ſi bona ædificaui. & ibi latè Ioã. Andr. in additio. & in tit. de exceptio. §. dicto. verſi. ſed pone ædificaui. & Bertran. conſi. xv. num. 50. cum duobus ſequent. vol. j. nouiter impreſſo. & Doct. in l. ſi in area. ff. de condic. indebit. & Iaſ. in d.l. j. verſi. ſecundò infero. de iur. & facti ignorantia. Et etiam exceptio non ſufficientis patrimonij ad legatorum ſolutionem opponi poteſt. l. cùm fideicommiſſum. & ibi Barto. Ange. & Alber. ff. de confeſſ. & in d.l. Neſennius. §. fin. & tenet Rapha. Fulgo. in conſi. xcvj. verſic. ſecundo principaliter. Cum illa exceptio non repugnet areſto generaliter lato, per quod dictus reus opponens fuit ad reſtituendum dictum locum de Pauliaco ſine fructibus actori condemnatus: quem tamen ſibi impenſis, & debitis per eum & ſuos ſolutis ſibi prius ſatisfactis, tradere & reſtituere obtulit, & exceptio rei iudicatæ, ſecundum iura & Doctor. ſuprà allega. & non obſtat ſibi, quia illa nunquam extenditur ad aliam rem, neque ad actionem competentem ad eandem rem, ſi generaliter ſit ſententiatum. d.l. cum quæritur. & ll. ſequen. & idem Socin. in conſilio xviij. verſic. tertiò in propriis terminis. volumin. j. Et poſito quod reus oppoſuiſſet contra actorem generaliter ſimul cum aliis exceptionibus, in qua generali exceptione vel oppoſitione (cũ ad cautelam fiat) ſolitum ſit (non ſolum exceptiones quas quis ſit ſibi competere, ſed etiam quas ignorat) cumulare, vt videmus quotidie de facto fieri, ſecundùm Pau. de Caſt. in conſil. eclix. verſi. nam oppoſuit, non nocebit, quin poſſit ſecundum eum poſtea ſuper qua velit probationes inducere: quę ſuper non exceptis induci non poſſent, tanquam in iudicium non deductis, iuxta nota. in l. ſi duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiurand. alleg. Bald. in l. per hanc. verſi. quæro reus oppoſuit. C. de tempo. appella. & idem Alberic. in d.l. ſinautem. §. fin. in fin. de nego.

10 geſtis. & idem Paul. in dicto conſi. xxx. † Præterea cum ſit reus: pluribus potuit vti defenſionibus etiam diuerſis vel contrariis, & tunc incumbit ſibi onus probandi cap. auditis de præſcrip. & præcipuè ſi per modum conditionis, & in eodem inſtanti in medium adduxerit, iuxta no. per gloſſ. Bald. & Doctor. in l. ſi quidem. C. de exception. & tenet Zabarel. in cap. imputari. de fide inſtrumen. & Felin. poſt Abbatem Sicul. & Anto. de Butr. in capitu. paſtoralis. verſic. quod autem. de exceptio. & idem ibi Philip. Decius in gloſſ. in verbo, audiantur. Et non ſolum in eadem inſtantia, ſed etiam proiectò in diuerſis inſtantiis, vt tenet gloſſ. in ſumma. xiij. quæſtion. ij. & tenent Barto, Angel. Alberic. Paul. de Caſtro. & Socin. in l. nemo per illũ text. ff. de exceptio. vbi Socin. ponit tres concluſiones. & per Albericũ de Roſat. & Deciũ in l. nemo. ff. de regul. iur. & Cin. Bartol. Bal. in l. j. & ibi Iaſ. colum. vltim. C. de furtis. & idem Vital. de Caba. in tracta. clauſularũ, fol. 149. col. j. Franciſ. & Din. in regu. nullos pluribus. eo. tit. lib. vj. cum aliis in additio. j. & ij. per me allega. & Luc. de Penna. in l. profeſſio & deſiderium. ante finẽ. C. de muneri. patri. lib. x. & Bald. in l. edita. verſi.

11 ſed nunquid in actione. C. de eden. † niſi tales exceptiones eſſent in facto contractæ & incompatibiles, vt eſt ſi opponit de pacto facto certa die in hac Burdegalæ ciuitate, & de ſolutio. eadem die facta in ciuitate Tholoſana: tunc repellitur reus, ſecundum Raph. Cuman. quem ſequitur Socin. in d.l. nemo. in fine, argum. l. ſcripturæ. C. de fide inſtrumen. & l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. † Et intelli- 12
ge maximè quòd vti poteſt exceptionibus contrariis, quando non conuenitur ex ſuo proprio facto, ſed ex facto alterius: quia tunc non eſt admittendus, argu. l. qui in alterius. de regul. iur. Secus ſi ex facto proprio, quia in proprio non eſt tolerabilis ignorantia, l. quanquam. ff. ad Velleian. & l. ſi. ff. pro ſuo. ita tenuit Vbert. quem refert & ſequitur Spec. in titu. de exceptio. §. viſo quando exceptiones. verſicu. ſed quid ſi debitor. & Alberic. in dicta l. nemo. de excep. & Felin. in d. capitu. paſtoralis. verſicul. regulam tamen. † Et idem ſi ab initio reus confeſſus 13
fuiſſet, qui poſtea velit contrarium proponere: quia illam confeſſionem non poteſt perimere: ſed bene declarare vel limitare: cap. cum dilecti. de accuſation. & ibi per omnes. Et eſt ratio ſecundum Io. And. in reg. nullus. quia per confeſſionẽ quam quis facit, eſt ius acquiſitum aduerſario, ſi in ea conſenſit: ſecus eſt in negatione: ex qua ius non eſt acquiſitum aduerſario, qui in ea non conſenſit. & ipſum ſequitur Ioan. Fab. Bald. & Paul. de Caſtr. in auth. contra qui propriam. C. de non numerata pecu. & dixi infrà in quæſt. incipien. ſed iuxta præmiſſa quę-

ro. † Et in iſto caſu ita fuit in curia concluſum in 14
cauſa domini Bernardi Gyti appellati, Contra Stephanum de la Corcele à Seneſchal. Lemouicen. ſeu eius locum tenente appellantem, qui in primo iudicio coram iudice à quo obtulerat ſoluere cenſum beneficii, deducendo ſibi certam penſionem occaſione prædicti beneficij per eum ſolutam: qui condemnatus in cauſa appellationis, propoſuit ſe cenſu & fructibus beneficij gauiſum non fuiſſe, ideo non teneri. Et quia iſtud factum eſt confeſſioni ſeu compenſationi allegatæ contrarium, non fuit admiſſum: quoniamqui conpenſat, videtur fateri debitum, vt tenet Din. in regula exceptionem obiiciens. de regu. iuris. lib. vj. & Roma. in con. lxxvij. & per Io. And. & omnes in cap. cum venerabilis. de exceptio. & Barto. Angel. & Alberi. in l. non vtique. ff. eod. titu. & compenſatio eſt quędam ſolutio, l. ſi debitor. ibi, nihil intereſt ſoluerit, an compenſauerit. ff. quipotio. in pign. habean. & l. ſi peculium. §. quod ſi hæredi. ff. de ſtatuliber. & plenè Felin. in dicto capit. ſuborta. in verbo, exceptio. & Paul. de Caſtro in dicto conſil. cccvj. Quare fuit dictum bene iudicatum, non obſtante illo nouo & contrario facto propoſito: & latum areſtum, die xxvij. Martij, Anno 1522. † Tum & peremptoriè. poſito enim 15
pro conſtanti quòd quis ratione areſti lati, vel ſtatuti, vel ſtylo non poſſit opponere aliquam exceptionem: tamen rem poterit retinere loco pignoris, quia iſtud non eſt excipere, cum non habeat exceptionem, ſed pignori incumbere. l. Iulianus. §. offerri. & l. qui pendentem. ff. de action. empt. & l. ſi pater. in fine. C. eod. titulo. & ita per illa iura tenet Baldus in l. ſi traditio, verſiculo tertiò quæro. C. eodem titulo. & idem in dicta l. peremptorias. verſicul. quæro condemnatus eſt venditor. & ibi Alexã. in addition. allegat Bald. in addition. Specu. in tit. de execution. ſenten. & idem tenent Alexã. in additio. poſt Bal. in l. ex prędiis. C. de euict. & in d.l. j. ver. ex hoc nata. ibi, ſecundum in exceptione. de iuris & facti igno. & planè Barbat. in conſi. lxxxvj. verſi. & ſi dicat quiſpiam. volum. iij. † volentes, q̃ ſi venditor 16

fuerit condemnatus ad rem tradendam poterit in executione opponere exceptionem pretij non soluti,non obſtante ſtatuto prohibente nullam opponi poſſe exceptionem,cum iure pignoris poſſit retinere poſſeſſionem pro ipſo pretio non ſoluto,d.§.offerti.l.licet.Bartol.in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iuraverit.ff. de iureiurando. voluerit contrarium. Sed primum verius & communius, ſecundum Iaſ.ibi verſi.nunquid autem iſta diſtinctio. & Alexand. in conſ. xx. incipien. Viſo proceſſu ſuper cauſa. numer. ij. lib. vj & Iaſ.in dicta leg.j. verſi.iiij. ex iſta. ff. de iuris & facti ign. & idem Cornel. conſil. lxj.in litera N,volum. iij. & dixi in §. iiij. in gloſ. j. verſic.& not. de iuriſdict. omnium iudic. lib. conſuet. Biturig. Accedant notata per Bartol.in lib.j. §. parui.ff. quod vi aut clam. & Dominic. in conſi. cxxxix. column.j. Et ſi dicatur quòd nihil ab Epiſcopo de Luſtra.de legatis & debitis ſolutis per Seguinum de Valens hæredem,cuius idem de Luſtra eo non fuit hæres, & ſic ad eum non tranſiit ius
17 exigendi prætenſa debita. † Ad quod reſpondetur, quod licet non tranſeat actio, cum non ſit hæres:tamen ius excipiendi tranſit ad eum,tanquam ſucceſſorem etiam ſingularem,vt l.ſi tertius. §.ſi prius. & ibi per Bart.& Docto.ff.de aqua pluuia arcenda. & in l. ſi ſuperatus. ff. de pignor. & ita tenet Bartho. Socin.in conſi.xxiiij.verſ. ſecundum ex iure.in fin. volumin. j. & Roma. in conſil. cccxj. poſt princip. cum aliis per eum allega. Tum quia habuit ius ceſſum ab hærede ipſius Seguini,vt infrà dicam: & idē tenet ſingulariter Franciſ.de Aret.in conſi.lxx.verſic.non obſtat quod iſtud excipiendi & Socin.conſil.cxiiij.incip. In cauſa dominæ Liſæ. verſi. exceptio autem ſeu ius excipiendi. vol. ij. Sicut dicimus ſecundum eum in ſucceſſione rei cuius occaſione competit exceptio,l.fluminum §.adiicitur.ff.de dāno infect. & ibi per omnes poſt Din. in l. dolia. §. eum qui.ff.de contrahen.empt. & Ioan. de Imo. in conſi.inci.viſis ac ponderatis.col.ij.poſt med.alleg. tex.in l. etiam ſi in rem. ff. de iureiuran. & Philip. Corne.in conſi.cx.in litera F, volumi. iij. & Bal. in
18 d.l.in fundo. in iiij. not. † Et quæ ſint exceptiones, quę poſt ſententiam opponi poſſunt ad eius executionem impediendum,vide Bar.in d.l. j. de iuris & facti ign.vbi ponit tres caſus principales, quos Bal. Salic & amplè Iaſon ibi,verſi. pro clara intelligentia,proſequuntur. Et in hanc partem maior pars dominorum inclinauit,& nullum fecit dubium.Et ita alias concluſum fuerat in cauſa domini de Beauuille contra regium procuratorem generalem,domino de Ciret, domino ſanctæ Fortis exiſten. relatore,vbi longè maior erat dubitatio, quia Rex dicebat ſe dominum locorū de Beauuille, & certorum aliorum locorum,& prædictus de Beauuille ſe etiā dominum vel quaſi in totum illorum dicebat, qui tamen ſuccubuerat coram Seneſchallo Agennen. & ſententia per arreſtum confirmata,& coram executore arreſti voluit proponere eandem exceptionem, ſaltem in parte ſe fuiſſe dominum certorum locorum:qui tamen admiſſus fuit.Cuius opin. ego & plures ex dominis non eramus, quia ad eundem tendebat effectum,& plenè diſcuſſum fuerat, & ad probandum admiſſus, &c. quantum enimuerò ad acquiſitiones per ipſum à Luſtraco de Ioā. de Beynac ex Ioan. de Sortz factas,ipſe nunc non eſſet iterum ad proponendum(licet non propoſuerit) admiſſibilis, ſed bene ad acquiſitiones aliorum allegandum,iuxta arreſtum pro memoria curiæ in actis eiuſdem regiſtratum.

SVMMÆ.

1 *Reparationes quæ dicantur.*
2 *Reficere quid.*
3 *Reparare & reficere idem eſt.*
4 *Ædificare prohibitis non prohibentur reficere.*
5 *Reficiens quando poſſit nouum opus nuntiari.*
6 *Meliorationes quæ dicantur.*
7 *Expenſas neceſſarias deducit etiā mala fidei poſſeſſor.*
8 *Expenſas vtiles quis deducat.*
9 *Expenſa facta in ſoluēdis debitis an ſint neceſſariæ.*
10 *Expenſas voluntarias quomodo quis deducat.*
11 *Expenſæ gratia fructuum factæ quouis deducit, & quomodo.13.*
12 *Expenſarum æſtimatio quo tempore fienda.*
14 *Expenſas an deducat ſucceſſor particularis.*
15 *Fructuum compenſatio quomodo fiat cum expenſis. & num.16.20.25 & 26.*
17 *Fructus percepti an ſint reſtituendi per grauatum fideicommiſſo.& nu.21.& 22.*
23 *Emptor conditionalis an etiam fructus reſtituat.*
24 *Creditor tenetur fructi.pigno.in ſortem computare, ni ſi in caſu.*
27 *Neceſſitas eſt triplex.*
28 *Propria dicitur res aliqua altero de quatuor modis.*
29 *Tanquam,dictio,quid ſignificet:& quid dictio tandiu.18.*
31 *Integraliter verbum quid ſignificet.*
32 *Falcidiam an detrahat hæres,ſi teſtator inſerit legata omnia integrè ſolui. & num. 33.*
34 *Creditor computat fructus pign.in ſortem, niſi aliud pacti ſint.*
35 *Pactum quod creditor lucretur fructus pignoris,an ſit vſurarium.*
36 *Emere an quis poſſit ab eccleſia certam panis & vini portionem ad vitam.& nu.37.*
38 *Donec dictio,quid importet.*
39 *Vſusfructus quando intelligatur integer vxori relictus.*

Quæſtio XLIIII.

Quod ad ſecundam quæſtionem,an ſummæ pecuniarum tam pro reparationibus loci & caſtri prædicti de Paulhaco, quam pro ſolutione piorum & aliorum legatorum,ac debitorum defuncti Raimundi de Valens per prædeceſſores ipſius de Luſtraco impenſæ & ſolutæ compentari debeat, vnà cū fructibus per ipſum de Luſtraco,& ſuos anteceſſores perceptis,& leuatis,attento quod per primum areſtum fuerit ſolū eidem de Stillaco prædictus locus de Paulhaco ſine fructuum reſtitutione adiudicatus:ac etiam viſis teſtamento & codicillis iam dicti Raimundi Bernardi, per quos voluit Seguinum de Valens grauatum in defectum liberorum reſtituere debere,ac de bonis ſuis propriis vendere ad valorem ducentarum librarum Turonenſium reditualium vſque pro ſolutione prædictorum legatorum, & debitorum per ipſum relictorum.Pro quorum ſecuritate voluit quod Seguinus prælatus poſſet,ſeu ſui ſucceſſores poſſent de bonis ſuis hæreditatis recipere & recuperare prout voluerit ſeu voluerint,& tanquam de re ſua propria ordinare, tandúque bona prædicta hæreditaria omnia tenere, donec prædicta ſic impenſæ eſſent integraliter exſoluta,non obſtantibus ſubſtitutionibus antedictis, &c.

DECISIO XLIIII.

PRAESVPPOSITO pro iſtius quæſtionis intellectu,quæ dicātur reparationes,& meliorationes domus, & quæ deduci poſſūt.† Et dico q re 1
parationes dicūtur illæ per quas priſtina forma, vel facies domus abſque dilatione vel pro-

vel productione seu depressione conseruatur. puta si quis refecerit tectum vel parietes, quæ minabantur ruinam, vt l.j.§.deinde ait.ff.de muris.† Reficere verò, vt inquit Iureconsul.est, quod corruptum est, in pristinum statum restaurare. verbo enim reficiendi tegere, substruere, sarcire, ædificare, item adhibere, adportare, quæ ea quę ad eandem rem opus esse, continentur.† Idem enim sonat reparare q od reficere, l.iij §.reficere.& ibi glos.& Barto.ff.de itinere actuque priuato. & lib.j. §. si quis in ipem refectionis ff de via publica.& l.j §. si quis ædificium. ff de noui operis nuntiatio.& ibi Alberic. de Rosa. Bartol. Ang. Alexand. & ample Ias. quem §. legit Paulus de Castro cum §.opus nouum.& l iij.C. de ope.public.& l.j.§.penultim.ff.de mor.inferen. vbi Baldus & Angelus† dicunt quod prohibiti ædificare castra, vel domos, non prohibentur reficere.& idem Anchara.in cap.consuluit.de Iudæis.& Ias. in dicto §. si quis ædificium.& per Doctores in l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verborum obligatio.limita, nisi domus esset diruta funditus : † quia tunc reficienti nuntiabitur nouum opus, quoniam hæc refectio antiquum non sustinet, sed domum nouã facit. Quia aliud est reficere, aliud nouum opus facere, vt dictis iuribus, licet largo modo idem sit, dicta l.j §.ædificare.& ibi Bald.& Aug.de mort. inferen & glosin cap.ij.in verbo nuntiatum.de noui oper.nuntia.& Felin.in dicto c.consulit.in ij.notab. versic. sed aduerte. & Ias. in repetitio.lib.quominus. column. penult. ff. de flumin. & Felin. in capit.cum accessissent. & ibi Deci. colum fin. tom. de constitut.& Dect.in l.domum suam reficere. ff. de regul.iuris.& And.de Iser. in constitutio. castra munitionea.fol.cxliij nu.j.& tenet Bal.in l. si vt proponis. ij.per illum tex.C.de nupt.& pro hoc gl in c. de monachis xviij.q.ij. Et ista est limitatio Doct.in super Felin.& Ias.in dicto §.fi quis ædificium. vers. limita istam conclu. quam quidem limitatio. probat ex tribus glo. & tribus textib. cum aliis plurib. docto.dictis & rationibus.& secundum hanc conclusio.fuit per curiam iudicatum in fauorem nobilis viri de Lossanges cõtra alium condominum.qui de nouo in area iuxta castrum ędificare volebat, dicens aliàs ibi ædificium fuisse, licet dirutum. Et similem quæstio.ponit Alber.de Rosa.in d. §. si quis ædificium.& in d.§.sacram.vbi Alber. refert ita fuisse iudicatum de facto : quia iste de nouo ædificat, non autem veteri sustinendo remedium adhibet, quod est necessarium.dicto §. si quis ædificium. & dixi inf.à quæstion. cccxv. si quis in proprio fundo. † Meliorationes autem domas dicuntur illæ, per quas castrum vel domus efficitur melior, dum tamen sint ita affixæ.quod efficiantur domus: vt puta si in domo fieret vna camera, vel furnus, aut cellarium. Nam ista sunt pars domus, & caula domus fiunt.l.quod dicitur.§.fi.cũ l. sequent. ff.de impen.in reb.dotali.fact.accedat l.Iulianus.§. fi. cũ ll.seq.de action.empt.ita tenet Paul.de Cast.in cons. ccclxiij.aliàs secũdum verum num.cccl xxx. incip. Quantum ad illa quæ facta sunt.volumin.antiq.vbi cõsulit.quod vbi postes& perticæ sũt, vel alta quæ nõ sũt ita affixa, vt sint pars domus, quę possunt pro libito amoueri: tũc nõ dicũtur reparationes, aut meliorationes, cũ pristina forma vel facies sine ipsis cõseruetur: sed dicuntur instrumẽta domus, si gratia illius posita fuerant: vt ibi per eũ.& quę notãt Doct.in l.cetera.§.sed si parauerit. ff. de legat.j.& dixi in cõsi.inicipiẽ. Iaquelina du Molin. ver.& prædicta & notata.& in q.cccxxx. incipiẽ. Pierre ali quis vendidit domum.cum seq.q. Ideo circa expensas & sumptus reparationum repetendos, antequã de compensatione ipsarum cum fructibus perceptis dicamus, primò est insistendum. Quia licet hanc q. Iureconsultus in l.in fundo.ff. de rei vendi. termina re noluerit, sed iudici decidendam reliquerit : dum in principio dicit, bonus iudex variè ex personis causisq; constituet,&c. Et hoc propter incertitudinẽ facti, vt volunt glossi.& bene secundum Alberi. ibi, vers. quæro. quia vbicũque est diuersitas facti nõ potest certa data responsio. l. ea est natura cauillationis ff de reg.iur. Quare prudentes responsores nõ respondent precise, sed cum distinctione, si possint, quia magis tuta est sua responsio quam præcisa. facit l.precibus. C. de appellab & alias sublatis.& leg. vt respondeat. C. de transactio. Et ad hoc quod dicitur variè ex personis & causis iudex habet statuere. facit secundum Alberic. de Rosa. ibi, l.fin.C. de actio.& oblig.& l.legitimos.ff. de legitim.tutor.& l.vna. C. si quis impe.maledi. Et istud etiam secundum eum attenditur in pœnarum imputatione, vt ibi, & l.Prædias.§.final.ff.de incen.ruina. & naulag & c. de cadis. v.vltim de offic. delegati. Quam bonam secundum Iureconsul. & glossi. Bartol. Bal. Ange & communiter Doctor. in dicta leg.in fundo distinguendum est, quod aut sunt necessariæ expensæ, & illas deuenire potest per retentionem rei cum & malæ fidei possessor ipsas deducat, l.domum.& ibi Cin & Salicet. C. de rei vendica. & l.& ex diuerso.ff.eod.& per certe illed.& ibi Lan. Fab. Io de Plat. & Ang & Are Instit.de rerum diuis. prout sunt expensæ. † quæ communiter fiunt in reficiendo siue reparando, vt dixi si prà in præsuppositione, & not.in d.l. in fundo.& in Lampensarum.ff.de verb.signi.& in l.finautem.§. in repetita. & sing. Alberic. de Rosa.de rei vendi. & Doct. in l.diuortio.§.impendia.ver.planè.ff. fol. matri. & in l.si in area.ff.de cõdi.indebi.& in l.adeo.§.j ff. de acquisen.rerũ domi. Et ideo dixi in reficiendo, quia secundum Barto.in d.l.in fundo.vers. venio ad expensas, &c.ad ipsas communiter iura se retrunt. nam expensæ in faciendo de nouo non sunt regulariter necessariæ, vt dixi suprà. sed potest esse ratio secundum eum, quòd etiam expensę in faciendo de nouo erunt necessariæ, l.j.ff.de impen.in reb. dotal. & idem Ias.in l.fi.§. fi.ver.secundo not.C. commu. de leg & Corn.in cons.ccxliij.in litera D, volu.ij.& Albe.de Rosa.in l.fi.in fine.C.etiam ob Chirographa. pec. pig ten.non pos.& in l.si non sortem. §. si centum.& ibi Ias. de condi.indebi. † Si verò sint expensæ vtiles, tunc si faciens sit bonæ fidei possessor, & euincens erat facturus vel venditurus: & tunc ipse faciens deducet pro ipsis quantum res ipsa est effecta pretiosior, dicta leg.in fundo. ij. respon. Si verò non erat facturus aut venditurus, idem, si ipse euincens sit dives, aliàs permittitur ipsi possessori auferre, d.l.in fundo. Et hoc nisi ipsi possessori esset prius de nõ reficiendo denunciatũ.l.aut si ante denuntiatũ.ff.de rei vẽdic. per quod videtur decidi q. Quod proximior retrahere volẽs nõ tenea tur emptori ad expẽsas vtiles, quas fecit post denũtiationẽ sibi in iudicio, vel extra iudiciũ de nõ reparando factam, vt ibi, de qua infrà q.xlvij.inci.& quia suprà in q.dicam. † Aduerte tamen, quòd expensa facta in soluendis debitis dicitur vtilis, vt est tex.cum sua gl. quę faciũt ibi Ange.& Lud.Boleg.in secũdis interpreta.sing.in §.fi autẽ creditor.in authẽ. de nũ alienan.imò censetur necessaria : quia necessariò solu enda sunt debita, cũ pro ipsis soluẽdis immobilia

in ſubſidium etiã eccleſiaſtica alienari poſſint.auth. hoc ius porrectum.C.de ſacroſan.eccle.vt infrà dicam.ergo acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis,vt in c.acceſſorium.de regu.iur. lib. vj. & in l. cum principalis.ff. eo. & eſt tex.in terminis noſtris in l.Titius.& ibi Bart. & Alexan .ſuper verbo rogationis.ff.ad Trebel.& idem Bertran.conſi.xv.nu.5o.

10 vol.xj.† Sin autem ſint expenſæ voluntariæ, in iſtis ſolum permittitur deductio, prout voluit gloſſ. in d.l.in fundo. id eſt, quod permittitur deductio vel abratio ſiue ablatio,niſi ipſe dominus fuiſſet alias facturus,vel diſtracturus,cum & tales expenſę volũtariæ dicantur impropriè vtiles, & de his dicendum eſt prout in ipſis vtilibus dictum eſt. Sed hic ignorabatur quales impenſas idem de Luſtraco fecerit, cùm non fuerit ad probandum admiſſus,tamen fuit tentus & reputatus bonę fidei poſſeſſor:quia ſolum ad dictum locum de Pauliaco ſine fructibus reddendũ condemnatus extitit,& in dubio talis præſumitur,ex quo habet cauſam & titulũ, vt not. Barto. & Docto.inſuper Franc.Balb. in l. Celſus.ff. de vſu cap. & in c.ſi diligenti.de præſcript. & dixi ſuprà in proxi.q.& gloſſ.Ange.Are.& Doct.in §.ſi quis à nõ domino. de rerum diuiſio.Inſti.& Fran.de Curt.iunior.conſ.xxxviij.nu. iij. Etiam ſi non habet titulũ, facit fructus ſuos,vt ibi.Et concluſionem prædictã tenuit Benedict.Capra.in conſi.xc.incip.pũctus fuit quidam lectus. ver.circa ſecundum. vbi in terminis noſtris ita diſtinguit,& conſuluit de grauato reſtituere,ſi ſine liberis decederet :quia interim vendidit domum,& emptor reparationes fecit,à quo per fideicommiſſariũ domus reperitur, cui emptor expenſas reparationum obiicit,quod facere poteſt ſecundum eum.Ideò in hoc articulo plures ex dominis ita tenuerunt.Sed in contrarium concluſum fuit ex eo quòd huiuſmodi expenſæ debeant compenſari cum fructibus per ipſum de Luſtraco, & ſuos prædeceſſores perceptis.de quo in ſeq.artic.dicam.

11 † De expenſis verò,quę gratia fructuum quærendorum,colligendorum,& conſeruandorum fiunt, nõ eſt dubium quin tam bonæ fidei quàm malæ fidei poſſeſſor deducat.l.ſi à domino.§.fi.ff.de peti.hæreditã.cum nullus caſus ſit qui horum ſumptuum in fructibus factorum deductionem impediat, vt dicit text.in l.fundus qui.in fine.j.reſpon.ff.famil.erciſcũ. & ibi Flo.& per Doct.in l. fruct.& in d.l.diuortio, §. impendia. & ibi Iaſ. in primo notab.fol.matri.& in l.j.cum ll.ſeq. ff. de impen. in reb. dota.factis. & glo.in d.l.in fundo. & in l. fructus. de rei vendi. tamen iſtæ expenſæ compenſantur cum fructibus, vt iurib.prædic.Et in iſtis non inſiſto, & aliquid infrà dicam:de quibus vide Pau.de Caſt.in conſ.cclxx.inci.viſo pũcto ſuprascripto.ver. tertio principaliter vol.nouo. & Bal. in conſ. cxc. verſ. expenſæ autem

12 li.j. † Et no.quod æſtimatio harum reputationum fieri debet ſecundum tempus reſtitutionis rei, & non profectò ſecundum tempus expenſarum factarum.vt eſt tex.in l.domos. ff. de leg. j. quam ibi ad hoc faciunt ſingularem Iac.de Are.Bart. Bal. Ang. Alber.de Roſa.Alex.& Moder.in verbo,ædificiorũ quãritatibus ęſtimatis.& Pau.de Caſt.in d.cõſ.cclxx. in ſi. tamen fuit dictum Ang.Ioan.Perigli. qui ſubſcripſit illi conſi.& idẽ Paul.de Caſt.in d. l. domos. & Corne.in conſil.clviij.verſi. circa quartum. vol. iij.& ſentit Alberi.de Roſa.in d.l.in fundo.verſic.itẽ

13 quæritur quod tempus. † Quare circa hoc Paul. in d.l.domos.in fin.verſicul.ſed adhuc oppo.vſque ad finem diſtinguit quatuor caſus. Quia interdum fit impenſa cauſa colligendorum fructuum,& illa cum fructibus compenſatur,vt dictum eſt . Interdum fit ad vtilitatem rei,non cauſa culturæ.& tunc aut illa impenſa non fit pro maiori tẽpore,quàm quo quis ſit percepturus fructus,vt eſt cuſtodia rei , vel ſimilium:& idem dicendum l.iij.§.nos generaliter.& l. pen.ff.de impenſ.in re doc.lac.& d.l. ſumptus. quæ eſt poſt d.l.domos.& ibi Ange.Iuã.de Imo.& Alex. & idem Ange.& Alex.in d.§.impendia.verſic.& inducitur hic tex.ad quæſt.vbi circa impenſam cuſtodiæ diſtinguit Angel. quem ſequitur Alex. Paul. de Caſt.& Franc.de Are.in l.fructus.ſol.mat. & Iaſ. & Franc.de Are.in d.l.diuortio.§.impendia, ambo in primo notab.per Barba.in conſi.lvj.nu.v.lib.iiij. Interdum eſt talis impenſa duratura illud tempus, non tamen perpetuò : & tunc inſpicitur quantum valet hodie cum repetitur. Vnde ſi expendit centum,& nunc cum res repetitur à poſſeſſore,illa impenſa parum eſt duratura ,intantũ quod non remanet vtilitas ex ea vltra decem, poſſunt repeti. & ita intelligunt Iacob. de Aret. & Bartol. illam leg. domos,in fin.& illud eſt ſecundum Paul. notabile pro illis qui recipiunt vineam ad certum tempus,& ponunt ibi palos:nam ſi annales ſunt,non repetunt impenſam:ſi autem duraturos per decennium , & locatio durat ad quinquennium,repetunt pro dimidia,quia pro dimidia temporis impẽſa ſeruiuit ſibi, &pro altera ſeruiet domino,cui reſtituit.ideo ab eo repetit. Sinautem ad perpetuam rei vtilitatem , & tunc habetur reſpectus ad id quod valet res de præſenti, ſcilicet tempore reſtitutionis , vt dictum eſt: de quo plenè per Alexand.in dicto §. impendia. & in d.l.domos,colum. j. vbi impugnat hoc vltimum dictum Pauli,vt ibi vide : & pro opinione Pauli de Caſtro allego text. in l. iiij. §. hæc autem actio.ibi, quod ad pretium verum rei refertur , & præſentis temporis ſit æſtimatio. ff. vi bon. rapto. Sed poſſet dici quòd ibi loquitur quo ad æſtimationem damni. & etiam facit text. in cap.continuus. §. cum quis. in fine. ff. de verborum obligatione.

14 † Sed an emptor , & ſic ſucceſſor ſingularis poſſit vti iure retentionis,aut poſt reſtitutionem petere impenſas & pecunias creditoribus hæreditariis, vel legatariis ſolutas : quoniam in hærede , & ſic in petitione hæreditatis,ſi eſt poſſeſſor bonæ fidei,poteſt omnes deducere impenſas:ſi autem malæ fidei, neceſſarias & vtiles per officium iudicis , vel exceptionem doli: voluntarias verò per abraſionem , l. planè cum l.ſequent. ff. de petition. hæredita. Ideo dicit Albericus de Roſat.in dicta l.domos,de legat. j. quam legit cum tribus legibus ſequentib. per illum textum. quòd ſi rogatus reſtituere hæreditatem , ſi decedat ſine liberis interim faciat expenſas in rebus hæreditariis, quòd adueniente conditione hæres eius habebit illas expenſas.Et idem dicunt ibi Angel. Paul. de Caſtr. & Alexand. in princip. etiam ſi res fuerit poſtea perempta.& Barto.Imol. & Doctor.in l.vbi purè.§.ſi.ff.ad Trebel.& Roma. in l.mulier.§.ſi.& ipſe eod.titul. & Socin. in conſi. lxxxij.in fin.volum.iiij.Secus videtur in rei vendicatione:quoniã non ſuccurritur alio modo,quàm per retentionem rei in rerũ natura exiſtẽtis , ſecundum gloſ.& Bart.in d.l.in fundo.& in d.l.ſi in area.de cõdition.indebit.Et idem in ſucceſſore particulari bonæ fidei videtur dicendum,quòd ipſe,vel eius hęres poſſit petere illas impenſas , ſi de ſuo ſoluit verum debitum,iuxta voluntatem teſtatoris , ſiue nomine defuncti,ſiue hæredis,text.eſt in l.in hoc iudiciũ. §. impendia.verſicu.ſed is qui à me emit.ff.cõmu.diuidun.quẽ facit ſingul.Roman.ſing.clxxvj.& tex. ſingula.

gula. in l. poſſeſſor. in princip.& ibi gloſ.& magis amplè in verbo, debebit in omni caſu.ibi diſtinguens.ff.de petitio.hæreditatis.& in l.quod ſi poſſeſſor. & ibi glo. magna, & Docto.eod.tit.& in l. hæreditate.& l.fi.§.finautem ex contractib. C.eod. tit.Et aliter ipſe poſſeſſor,ſi victus fuerit,hæreditatem reſtituere non compellatur,vt inquit Imperator in dicto §. ſin autem ex contractibus. niſi pro omnibus quæ ritè ab eo geſta ſunt petitor ei ſatisfaciat.Et idem dicitur in dicta l.quod ſi poſſeſſor. in fin.& l.ſi pœnæ.§ j.& in dicta l.ſi in area, de cõdit.indebi.& ita tenet Roffred.Beneuenta.in quæſtionib.ſabbati.quęſtiõ.xviij.in ſolutione illius,vel etiam repetere & agere ad ipſas impenſas,vt dictis iuribus,& idem Cornel.in conſi. cxxxviij. in litera F,& latius in dicto conſilio ccxliij. in litera D, lib. ij.Et idem in eo qui expenſas fecit de ſuo in primo beneficio,pro quibus competit ſibi retẽtio primi, vt tenet Henricus Bohic. hic.in capit.de multa. verſicul.idem in eo.de præbend.arg.cap.quicunq;. xij.quæſtion.iiij.& idem tenet Abb.Sicul.ibi verſi. ſecundo ſallit,quod dicit eſſe notandum, vt retentio pro expenſis habeat etiam in beneficiis locum. & idẽ tenẽt ibi Anchar.Anto.de But.& Imol.poſt Ioan.And. & vbi fuiſſet malæ fidei poſſeſſor poſtquàm ſoluit de ſuo,ſeu pecunia ſua,&ante litis cõteſtationem,licet non habeat condictionem, quia ſcienter ſoluit, tamen incontinenti cùm deſtinat in animo, vt cedat ſolutio commodo veri hæredis, acquirit eidem exceptionem. & ſibi vtilem negotiorum geſtorum actionem contra verum hæredem,de iure ff. hodie verò condictionem ex l.fin. C.de petit.hære. & ita tenet Fulg. & Ioan. antiqui in dicta l.ſi quid poſſeſſor.contra Azo.& Hugo.licet eos etiam ſequatur Accur.ibi in glo.ij.& etiam in glo.magna. Sed opinio Bulg.& Ioan. ſequuntur ibi Bart.Bald.Ang.Albe. de Roſa. & Paul. de Caſt. ac etiam Odoff Cin.& Sali.in d.l.de hæreditate. & Petr.de Bellapertica.& Alberi.de Roſa. in dicto §. finautem ex contractibus. in fi. & Cin. in l. ſi à patre. C.de condit.indebi.& iſta eſt vera & communis opinio, quæ æquitatem continet grandem,ex quo debitum ſolutum cedit in liberationem, & vtilitatem hæredis,& hęreditatis.pro hoc text.in l.ſi hæres pecuniam.ff.ad Treb.& quod no.Bart.&Salic.in d.l.ſi pœnæ.§. j. ff. de condi.indebit.imò ſequendo Azo.& ſequaces, ſi poſſeſſor ſoluit de pecunia hæreditaria,adhuc ipſi hæredi imputat,vel in reſtituendo retinet: quoniam geſſit negotium ſuũ ipſo geſtu,l.ſoluendo.ff.de neg.geſt. quamuis aliàs inter bonæ fidei & malæ fidei poſſeſſorem ſit in duobus differentia,& vide in d.l. ſi quid poſſeſſor. ad hoc accedant no.per Bar.Ang.Albe.de Roſat.in l.quamuis.ff.de condi.indebit. Et ideo extat regula, quòd cui datur actio ad repetendum id quod eſt ſolutum.fortius datur remedium, vt re integra ſeruetur indemnis,l.frater à fratre.in ver.igitur.& ibi Iaſ.in xj. notabi. in lectu. ff. de cond. indebit.ſicut ſecundum eum, cui damus actionem,fortius retẽtionem,l.j.§.quod autem.ff.de ſuperfic. & in regula,cui damus. & ibi Philip. Decius.ff. de regul.iur. Et prædicta vera,quando emptor vel alius ſucceſſor,ſiue generalis,ſiue particularis nullos vel paucos percepit fructus hæreditatis, vel alterius rei,l.
15 quod ſi ſumptus.ff.de petitione hæreditat. † Sed quãdo pluribus antè annis recepit fructus,eſt grãde dubium an hæredi vniuerſali, putatiuo aut Gratuito,vel emptori bonæ fidei, ſiue particulari ſucceſſori (licet faciat fructus ſuos,l.bonæ fidei.& ibi Bartol.& Alexan.ff.de acquir.domin. & l. item veniunt.§. fructus. & dicta l. ſi à domino. §.ſi.cum l. ſeq.de petit.hæredi. & l. qui ſcit.§.bonæ fidei ff.de vſur.cum aliis in præcedenti q.alle.) poſſit fructuũ perceptorum compenſatio opponi. Ita quod hæc compenſatio fructuum, etiam iudicio & voluntate tacita vel expreſſa teſtatoris perceptorum cum impenſis reparationum vel ſolutionib. debitorũ, quia venditor hæres tenebatur adueniente conditione,vel poſt mortem,ſi ſine liberis decederet,reſtituere hęreditatem.Et videtur,quòd ſic,quia emptor tenetur hanc impenſam reparationum, ſiue in faciendo de nouo,ſiue reficiendo etiam in re aliena,ſiue debita ſoluendo conſiſtant: cum parificentur ſumptus facti in re.& pecunia creditori ſoluta,quaſi contineantur appellatione expenſarum. vt d.l.emptor. & ibi Bal.in j. nota. cum fructibus perceptis,ſi ad illam ſummam aſcendit,compenſare.tex.eſt in dic.l.emptor.& l.ſumptus.& d.l in fundo.de rei vendica. & ibi glo.magna poſt medium. ibi,ſi verò in reficiendo,& ibi eum ſequuntur Bar. Bald.Ang.& Alex.in addit.ad Bart. in verſi.materiam expenſarum. cum ij.poſtil. ſequenti, vbi Bal. dicit hoc eſſe multum notabile & quotidianum: quia poſſeſſores quotidie faciunt expenſas in re ad perpetuam ipſius vtilitatem : tamen fructus quos percipiunt, illas expenſas extenuant. & eſt mirum ſecundum eum, quòd contra exceptionem expenſarum replicatur de fructibus perceptis,& ſic fit compenſatio per modum replicationis.cùm cõſueuerit fieri ſolùm per modũ exceptionis, ex parte rei propoſitæ.Et pro hac parte bon. text. in d.l. Imperator.de in diem addi.& gl.ſingu.in l.ſi mortis cauſa.quam ibi ſequuntur Bar.& Alber. de dona.cauſa mortis. & tenet Bal.in d.conſil.clxxvj. in finalibus verbis.& in l.inſulam. §. fructus. verſic. ſumptus verò neceſſarios.& ibi Pau.de Caſt. Alex. Iaſ.& Moder. ſoluto matrimo. † Vbi Alexan. diſtinguit aut poſſeſſor bonæ fidei conuenitur ab eo à quo cauſam habuit, & tunc repetit expenſas.ſecus ſi non poſſideat,vt iurib.ſuprà alleg.& pro hoc text.in d.l.ſumptus.de lega.j.ſecundùm vnam lect. quam multum commendat ibi Ange. quia omne quod ędificatur,ſeritur,vel plãtatur,ſolo cedit.Tamen hæc regula ſecundùm Ange. ibi patitur exceptionem in eo qui ædificat in loco alterius ſibi reſtituendo in alicuius conditionis euentum, vt non dicatur illos ſumptus donaſſe : & hæres ſibi reſtituendo tenebitur. Aut conuenitur ab alio à quo cauſam non habuit : & tunc expenſas tenetur cum fructibus compenſare, non autem illas petere, & de hoc dicit eſſe caſum in l. dominus. §. in conducto.ff.loca.& ibi tenet Bal. Quinimo vbi non fuiſſent fructus in loco de Pauliaco percepti, tamen ſecundum Alex.vbi ſuprà, poterunt expenſæ in vna re factæ deduci ex fructibus alterius rei, ſcilicet de Gauanduno, allegat textum celebrem in l. fundus in dotem datus. §. fina. quæ eſt poſt l. diuortio.ff ſol.matrimo.& ibi per omnes.inſuper Alex. in fine. & Franciſ.de Aret. & Ludo. Bolog.in primis interpretat.Et pro hoc facit quod dicit Bal. in l.ſi certatum.in princip.in ſecundo no.per illum tex.ff.de teſtamen.milita.quòd licet creditores alicuius militis ipſo viuo poſſint eligere in quib. bonis mittantur,vt l.creditores.ff.de diſtra. pig. tamẽ mortuo milite duobus inſtitutis hæredibus,vno in caſtrenſibus,altero in paganicis, creditores perdũt iſtam optionem & debent creditores caſtrenſium recurrere ſupra caſtrenſia, & creditores paganico-

rum,ſ. per paganica. tamen eſt notandum, quod ſi non ſufficerent illa bona,ſuppleretur ex altera vniuerſitate. Et eſt ſecundum eum arg. cum fiſcus eccleſiæ habeat plures cameras,quod illud quod non poteſt ſolui ex vna , debet ex alia ſuppleri : de quo per Pau.de Caſt.conſil.cccxxxv.alias cccxl.quia exceptiones.verſ.reſtat nunc.verſi.j. cum verſi.ſecũdo verò caſu. vol. antiq. Et ſic non ſolum expenſæ in reparationibus,ſed etiam in ſolutione debitorũ de ſua pecunia per ipſum Seguinum,aut particularem eius ſucceſſorem ius ceſſum ab eo vel eius hęredibus habentem ſolutæ,compenſari debent cum fructibus,iuribus præalleg. Tum quia licet teſtator hæredẽ de ſuis propriis bonis grauare non poſſit, ſed bene de bonis tãtũ ipſius teſtantis,quę ſola veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, & non fructus poſt mortem percepti , qui amplius non ſunt eius bonis,vt l.ex facto.in princ.& §.non tantum. ff. ad Trebell.& l.cohæredi.§.cum filiæ. & ibi Fęanc. de Are. verſic.not.vij.ff.de vulg.& pupil. & l.quod de bonis.§.quod auus.ff.ad l. Falci. & l. Imperator. in princi.& §.j & §.penul. ff.de leg.ij. & tenet Corn. in conſi.180.in litera X.vol.iiij.ita tamen,quòd bona antè vel poſt per ipſum acquiſita in reſtitutione non veniunt.Prædicta vera,niſi tantum perceperit de fructibus bonorum relictorum , quantum alijs dare vel ſoluere eſt grauatus , vt tenet glo.in d. §. cum filiæ in verbo tenebuntur. quam ibi ſequitur Raph.Cu.per text.in l.filiusfa.§.apud.ff.de le.j.& in l.iij.§.j.de le.iij & in l.cum pater.§. Titio.de legat. ij.& eſt text.celebris in d.l quod de bonis. §. quod auus.ad l.Fal.vbi Ale.facit illam glo.in d.§.cum filiæ.ſingularem.& in l.mulier.§.cum proponeretur. ad Treb.& idem Rapha.Cuma.in conſi. xxv. verſi. Circa autem legitimam. & Io. de Imo. in conſi. cxij.col.vlti.Et iura ſuprà allegata ſunt clara,quòd debitum etiam à defuncto duduci poteſt , tamen imputatur cum fructibus iudicio teſtatoris perceptis,d.l.cum pater.§. Titio.vnde Pau.de Caſt. in d. §.quod auus.verſic.in text. ibi planè. quem ibi ſequitur Alex.dicit, quod licet regula ſit, quòd fructus per grauatum conditione pendente percepti, etiam iudicio teſtatoris,cedant lucro hæredis , nec ſint reſtituendi,niſi ſit expreſſe ad hoc rogatus,l.in fideicommiſſariam.ff.ad Trebel.& l.quod his verbis.ff de leg.iij.& idem Ang. in conſil. cccxxxj. incip.pro conſultationis prædictæ deciſione vbi ponit hanc regulam negatiuam , quòd fructus percepti non ſunt reſtituendi per grauatum,ſeu eius hęredem , etiam ſi teſtator voluerit quòd reſtituere tenetur omnia bona prouenienda vel prouentura quomodocunque,& qualitercunque.Et ab iſta regula excipit ſeptem caſus fallentiales. Tamen ſecundum ipſos ſi ſit aliqua detractio fienda aduerſus legatarium , non cedunt tunc hæredis lucro, imò computantur in eo quòd erat detrahendum & non ſolum in Falcidia vel Trebellianica. d.l. quod de bonis.§.fructus,vel in debitum quaſi naturale, vt in dote,ad quam pater tenetur filiæ. d. §. cum proponeretur. ſed etiam in verũ debitũ ciuile & naturale,d.§.quod auus. Tamen circa hoc vltimũ Iaco.de Are.& Bar.ibi,non computantur in verũ debitũ,niſi ſit dictum: ſed bene in quaſi debitum. ſed Pau.de Caſtr.reſidet in ſua opi.quòd in verum debitum computẽtur,etiam ſi non ſit dictum. Bene tamen ſtatur quòd in quartam debitam iure naturæ nec in Falcidiam aut Trebellianicã fructus computentur in liberis primi gradus. l.iubemus. C. ad Trebel.& idẽ tenet Ang.in d.conſi.ccxxiiij.ver. ad tertium.& in d.conſi.cccxxxj.in vij. fallentia, & Alex.in cõſi.cccj.nu.xvij.vol.vj.& in l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoffi.teſta.nihilominus eſt debitum,ſed quaſi debitum, quia non debetur niſi deducto ære alieno , l. Papinianus. §.quarta.ff.de inoffic.teſta.tamen computatur in verum debitum. Et mirabile eſt ſecundum Pau.de Caſtr.quòd ſi pater tenebatur filio ciuiliter & naturaliter ex cauſa caſtrenſis peculij. vel hodie aduentitij & filius ſit rogatus reſtituere,ſi deceſſerit ſine liberis, fructus percepti impedient detractionem debiti , ſi ſufficiunt ad illud:non tamen detractionem legitimæ, quæ eſt minus debita:& iſtud videtur ſibi mirabile,& ſatis extraneum.& idem in d.§.cum proponeretur.& in dote remaneret ille §. cum proponeretur incorrectus.ſed imò ſecundum Albe. de Roſa.ibi corrigitur hodie per text. §. quamobrem. & ibi Iaco.de Belloui.in authen. de reſtitu.& ea quæ parit in xj. menſe.qui §. quamobrem prout iacet tenendus eſt , ita ſecundum eum quòd exceſſus de fructibus non reſtituatur.d.l.ſcimus. §. repletionẽ. & ibi Ial.& in authen.res quæ.C. comm. de leg. d. l.iubemus ad l.Falcid.& idem Io.de Imo. in d.l.de bonis.§.fructus. & in l. in fideicommiſſariam. ad Treb.& ita ſecundum eum communiter , tenetur & idem Alexan.in d.§. quòd auus. & cum ibi vide,& latius & multum amplè in d. §. cum proponeretur.in j.notabi.vbi dicit, non eſſe à communi opi.diſcedendum.quòd fructus † percepti & conſumpti computantur in dotem. dico etiam nõ ſeruando diſtinctionem Iac.de Belloui. ſiue dos danda viro condigno exigat omnia bona, ſiue ſit danda nõ condigno,prout ſæpè cõtingit,quòd mater aut alij parentes, vel tutores clandeſtinè maritant filias,vel ipſæmet filiæ ſe inferioribus copulant : & ſi computarent fructus perceptos dotis minueretur eorum ſtatus & nobilitas. Et idem conſuluit Rapha.Cuman.in conſi. lvj. quia ſecundum eum maritus habebit legitimam , per l.quoniã in prioribus.C.de inoffi.teſta. licet idem Cuma.teneat cõtrarium.in d.conſi.xxv.in ij.dubio. vſque ad fin. & idem in conſi. lij. ſed primum verius & communius. Quia quæ non poteſt dare dotem pinguem, non inueniet maritum diuitem, ſecundum Pet. & Cin.in l.j.C.de ſecund.nup.& dixi in §.vlti. col. iij. de conſue.mat.ideo dicit Bar.in d. §. quòd auus.vnum quod reputat Pau.de Caſt.ibi ſing. vt quis ſit cautus,quando ab eo petitur conſilium,† Quando teſtator grauauit filium , vel alium deſcendentem de reſtituẽdo,ſi decederet ſine liberis,& vixit pluribus annis,& tandem fructibus perceptis ſine liberis extraneo prius inſtituto deceſſit : quæritur quantum habet reſtituere , & quantum poteſt retinere. Doct.cõmuniter nõ cõſiderãtes reſpõdent, q̃ poteſt retinere,dimidiã pro legitima & Trebellianica debita defũcto:quia cũ ſit fideicõmiſſũ cõditionale,duæ quartæ poſſunt detrahi, l. quãquam. C.ad l. Falci. de quo per Alex. ibi, an poſſint duæ quartæ detrahi.& in conſi.viij.& in conſil.xliij.& in conſil.cxliiij.li.ij.& in conſi.xxvj.li.j.& Ang.in cõſil.cxxiiij.col.vlt.verſ.ad ſecundum dico.& Pau.de Caſt.in conſi. ccxj. alias clxxxix. quia dubia ſuprà formata.in fi.vol.nouo.& Ludo.Bolog.in conſ.xv. & Fran.Cur.in conſ. lxxvj. verſ. ſed quid plus. vbi dicunt communem opi.eſſe , quod poſſunt detrahi. Alia verò dimidia eſt reſtituẽda,& tamẽ de fructibus non conſiderant.† Tu verò ſecundum Bar. Pau.de Caſt.& Alex.inſpicias an grauatus erat de liberis primi gradus,& tunc non habes fructus cõſiderare,

17

18

19

12 quadrimeſtre tempus,d.l.in hdeicommiſſi. in prin. & in d.l.ſi cum exceptione.§. quòd ſi homō.& ca. quęrenti.offic.de lega.Sed contra prędicta facit ſecundum Bar.d.§.quod ſi homo.propter quod quidam,vt ait,dicebant,quòd vbicūque agitur ad ſpeciem poteſt fieri executio incontinenti: quod eſt contra d.l.in hdeicommiſſi. Ideo aliter ſecundum eum dicendum eſt,quando agitur ad ſpeciem:quia aut agitur actione reali,& tunc ſeruādum eſt quod dictū eſt. Aut agitur merè perſonali, & habet quadrimeſtre tempus,d.l.in hdeicommiſſi.&idem dicit glo.in c.cum apud xj.q.iij.aut agitur perſonali in rem ſcripta, aut actione ad exhibendum, quæ eſt perſonalis in rem ſcripta.l.de eod. in fin.ff. ad exhibend.& tunc idem quod in reali.d.§. ſi in rem actum.& idem in actione quod metus cauſa,quæ eſt etiam in rem ſcripta.l.metum.§.fin. ff. quod metus cauſa.& in illis caſibus datur tempus, ſicut in reali, arbitrio iudicis moderandum,dict. l. ſi cum exceptione. §. quod ſi homo. ſi vero agitur actione mixta, vt petitione hæreditatis, tunc prout in ea venit veniunt res in ſpē naturā realium:prout vero in ea veniunt perſonales præſtationes, ſapit natā rei in perſonalium rextos eſt clarus in l. hæ-
13 reditas C.de petitio.hæredita.† Sed ſi agitur actione criminali,tatum mandatur executioni, ca. ſicut.ij.q.j.& reis.C.de pœn.& Inno.in d.ca.quærenti. de offi.delegat.& Bal.in d.l.ſi.col.vltim.verſ. Item dic pro regula,cum aliis per Alexan.ibi in additio. a.de.l.de execut.rei iudic.& aliquid per Abb.Sicul. in c.de cætero.verſicu.adde tamen & ibi Felin.ver. tertius caſus de re iudicat. & idem ſecundum Baldum ſi ſint condemnati pecuniariter ex delicto: quia cum illis non eſt agendum miſericorditer,ſed rigidè,& leuato velo,quia reatus omnem miſerationem excludit.l.j.C.vbi ſena. vel cla. fallit etiam in aliis caſib.notatis per gloſſ.in d.c.cum apud.ponēs pro theorica prędicta verſum:in perſonali poſt menſes quatuor:in reali protinus eſt omnis ſentētia perficienda.Sic in criminalibus,ſed caſus excipe quinque confeſſus, prægnans, iratus,inſultus,ſeruus,vt ibi.

SVMMA.

1 *Diuiſio hæreditatum qualiter fieri debeat.*
2 *Feudum & iuriſdictio poſſunt diuidi.*
3 *Bonitatis ſicut & quantitatis habenda eſt ratio in diuiſione,num.5.& 7.*
4 *Vendens fundum ad menſuram,debet boni ſicut & mali ſoli rationem habere.*
6 *Diſtributiones quotidianæ æquales omnibus dandæ.*
8 *Emitta quarta parte,quæ valet medietatem,agetur de euictione ad medietatem.*

Quæſtio XLVI.

Quoniam per areſtum inter prædictos de Stiſſaco actorem,& de Luſtraco reum latum,dictum fuit locum de Paulhaco eidem de Stiſſaco,& locum de Gauanduno, dicto de Luſtraco reſpectiuè ſpectare & pertinere:& etiam æqualiter iuriſdictionem,reditus,& terras prædictorum locorum inter eos diuidendas:quod factum fuit per arpentationem & menſuram ſextariorum terræ ab agrimenſoribus electis communiter factam,& in medio dictorum locorum poſiti fuere picqueti,ſiue termini, & limites diuiſionem ipſorum facientes, ita quod vnus non plus terræ quam alius habebat. Quam quidem tamen diuiſionem ipſe reus nō approbauit,ſed ab eadem appellauit, dicens terras exiſtentes in portione & parte actoris verſus locum de Paulhaco ſibi aſſignatas fore meliores & fertiliores in triplo terris erga locum prædictum de Gauanduno exiſtentibus ſterilibus, & infertilibus:quoniam vna ſextariata terræ loci de Paulhaco,valet in æſtimatione fertilitatis tres ſextariatas loci de Gauanduno: quare dicebat reſpectum ad hanc bonitatem habendum. Quærebatur verum in diuiſione prædictarum terrarum æqualiter facta debeat agrorum bonitas conſiderari:ita quod ratione illius debeat alteri non habenti tales, & ſimiles in bonitate terras compenſatio in maiori quantitate terræ fieri: Et hic prædicta diuiſio per menſurationem facta ſit partibus vtilior,quam facta in globo ſiue in groſſo.

DECISIO XLVI.

TEt præſupponō quod licet 1
diuiſio agrorum feudorū, & aliorum bonorum immobilium fieri debeat in globo, ſiue groſſo,vt voluit glo.in l.j.in princ.ſuper verb. participib. argu. illius text.C.quando & quib.quarta pars debe.lib.x. annuens illum tex.facere contra peſſimos,& maleuolos cohæredes liuore plenos, volentes propter minimā vnius portionē, vel alterius maximā diuidere hæreditatē minutatim, ſcilicet per ſulcos vel perticas,quod,vt inquit, fieri nō debet,ſed ex vniuerſitate.quia per aſſignationem aliquarum rerum integrarū.vel certū æſtimationē,quod totū iudicis arbitrio dirimitur,ſecundum Ioan.de Pla. ibi in ij. notabi.per textum in l.non amplius.§.fi. cum l.ſequenti.ff.de legat.j.& in §.quædam actiones. inſtitut.de actionib.& §.ſi familiæ.de offic.iudi.cū aliis per Petrum de Ferra. in forma libelli pro hæredi. vel re ſingul. diuidendi. verſicul. poſteà quæro.&

2 ro.& verſi.domum ſuam.in fi. † Et ſeudum,vt iuriſdictio poteſt diuidi,vt plenè per Alexandrũ cõſilio vij.lib.v.cum aliis per nos allegatis in §.j. & ij. de ſeud.libro conſuetud. Biturig. & per diſcurſum harum noſtrarum deciſionum. Et ita cõcluſum fuit in curia,in cauſa nobilis domicellæ Franciſiæ de Lanc,dominæ de Bautiran,& Gaſtonis de Liſle eius filium à Seneſchallo Aquitaniæ appellantium, contra magiſtrum Ioann.de Poucat,curiæ grafferium,& latum arreſtum die xxix. Nouembris anno 1537.per quod dictum fuit agrimẽſores tres per ipſas partes eligendos,qui loca diuidenda viſitarent tam ſuper latitudine, quàm fertilitate, ſeu bonitate,& ſterilitate terræ, quorum rapportu in curia audito fieret diuiſio & adiudicatio:tamẽ deciſio videtur contraria præcedenti factæ de Gauanduno,& Pauliaco, & contra ius commune, vt per totum titulum.ſi menſ falſ.mo.dix.& d.titu.finium regund.& l.partem fundi.& ibi Bal.& Doct. ſuprà alleg.de ſeruitu.ruſticor. prædior.diſponentes portiones rerum diuidendarum per menſurationem,& æſtimationem bonitatis fieri debere,ne partes decipiantur:quæ videtur ſecurior: ſed iudices,qui de hac finium regundorum materia cognoſcent,iudicabunt,quid partib.vtilius, & cõmodius erit.† Vnde in quæſtione noſtra de bonitate terrę conſideranda:videtur quod ſit attendenda, 3 argumen.l.quicquid.ff.de acquirẽ.rerum domi.vbi habetur ratio ſpecioſitatis, ſiue precioſitatis: quia ſi tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaueris, aut alieno argento ferruminaueris, totus ſcyphus erit tuus.Et idem dicitur in l.ſed & ſi ex meis.§.j. cod. titulo,ibi,in quibus propria qualitas rei ſpectaretur,&c.& in l.ſi prædium. verſicul. idem obſeruatur.C.de ædil.ac.vbi dicitur quod ſi peſtibilis fundus,j.peſtibiles herbas vel letiferas afferens venditus fuerit,redhibendus erit. Ad idem text.l. fundus. in princip.ff.de rebus eorum qui ſub tutel.ibi, cum vtique pro fructuum modo pretium inueniturus ſit,quia res æſtimatur ſecundum reditus: Pro quo glo.ibi alleg.text.in l.ſi quos,C.de reſcinden.venditio.& ita in terminis videtur tenere Bald. in l. ſicut in fi.ver.vnum ſcias.C.de actio.empt.† quod 4 ſi quis vendidit fundum ad menſuram, quæ verè reperiuntur: tamen in eo eſt certa pars terræ, pro parte bona,& pro parte alia mala,an taliter debeat fieri menſurario.de vtraq;,& pretium debeat eſſe æquale,tã pro bona quã pro mala terra. Et decidit quòd ſic per tex.ſingu.iuncta ſua gl. in l. qui libertatis.§.fi.ff.de eoictio.quem ibi ſequitur Ludouic. Bologni.in ſuis primis interpretation. non tamen per illum textũ, quem ibi aliter declarat,vt ibi per eum. Et idem tenet Iacobus Rebuffus in l. j. poſt princ.verſi.& ſic facit.C.de cond.in pu.horreis. li. x.pro quo allegat.text in l.ſi ſeruo.ff. de pignor.action.& in authent. de fideiuſſ. §. quod autem in fin.& in l.quæ vtilia.& l.qui fundos.&l.qui per potentiam.C.de omni agro deſerto.lib.xj. Et melius ſecundũ eum tex.in authen.de alienatio.& emphyteu.§.quod autem prohibetur.† In contrarium vi- 5 detur,quòd agrorum bonitatis ac fertilitatis ratio habenda non ſit,per text.in l.ſi partem fundi.verſi. neque.ibi,aut bonitatis agri, aut vſus eius aquæ ratio habenda eſt.ff.de ſeruitu. ruſtic. prædio. & ibi Bartolus,Bald.Angel.Paulus de Caſtro,Alberic.& Floria.de ſancto Petro,vbi Bald. & alij dicunt per illum text.diuiſionem fieri debere quantitatiuè, & 6 non qualificatiuè. † Quare ſecundum eos diſtributiones quotidianæ debent omnibus canonicis dari pares,& æquali menſura,ſecundum corpora plus vel minus pro ſuo nutrimento& indigentia. allegant Innocen. & cæteros canoniſtas ita tenere in c.cum M.Ferrarienſis. & in c. cum acceſſiſſent. de conſtitution. Tamen diſtributiones prædictæ (vt ait Angel. in dicta l. ſi partem.) præſtari debent ſecundum conſuetudinem eccleſiæ, vt ibi vide.Et idem dicit Cæpo. Veronen. in tracta. de ſeruitu.ruſtic.prædiõ.titul.de ſeruitut.aquæductus. verſicu.Sexta conclu. vſque ad vij. concluſionem. quod dicit eſſe notandum pro ſcholaribus, qui ſtant in collegiis expen.collegij:quia prior non daret expenſas quotidianas, niſi viriliter, dato quòd vnus plus comedat,quàm alter,& hoc dicit vidiſſe de facto Bononiæ in collegio Hiſpanorum, in quo erat vnus Colonus, qui ſolus tantum comedebat quantum quatuor alij, vt ibi vide. Et de Polonis, Normanis, & Anglicis bene bibentibus ne ánima habitet in ſicco,loquitur gloſſ.in c.Moyſes.xxxij.q. ij. Et pro hac parte facit quod dicit Bart.in tract. Tiberiadis. ij. li. de inſula. verſ.ſi quidem mediam partem.quem ego habeo ſub verſi. quod frequenter accedit,&c. volens partes non aſſumi ſecũdum bonitatem,ſed ſecundum mẽſuram.& idem in ver. communis fiat eorum.Quid dicendũ? & Bar.Ang. Pau.de Caſt Alb.de Roſa.& Flor. in d.l.ſi partem. ſoluunt hæc argumenta,dicentes,q̃ vbi vna res nõ poteſt accedere duobus,tunc pretiotius attenditur d.l.quicquid.Sed quando poteſt duob.accedere,vt ſeruitus ſeu commoditas aquæ:tunc non inſpicitur bonitas,vel pretioſitas agri.Nam in rebus in quib. vnum non eſt alterius acceſſorium,non attenditur pretioſitas,d.l.ſi partẽ.de cuius intellectu vide Cępol.in d.tracta.de ſeruitu.ruſtic.prædi.tit. de ſeruitu.aquæ ductus.verſ.& ex prædictis inſertur.ponẽs circa hoc decẽ concluſiones.† Sed illud eſt verũ in 7 ſuo caſu:ſed in noſtro prima pars videtur verior cũ diuiſio bonorũ ęqualiter fieri debeat,l.inter filios. C.famil.erciſ.& l.ſi maior.in fin.ibi, & in omnibus æqualitas ſeruetur. C.commu.diuid.& ibi Bald. & Doct.quoniam ſi vnus minus haberet quàm alius, tenetur ſupplere,vt dictis iuribus. & l. ſi poſt diuiſionem.C.de iur.& fact.ign.& l.ſi ſoror. C. de colla.etiam ſi talis diuiſio facta eſſet iurata, vt tenet Soci.conſi.xxv.per totum li.iiij. & idem Benedict. Capra conſ. lxxvij. & Rom. conſ. cccixxj.quod eſt ſingula.& non ſolum quòd ad numerum iugerũ æqualitas conſiderari debet,ſed etiã quòd ad valorẽ& æſtimationem bonitatis rerum diuiſarum: aliàs nõ diceretur æqualiter fieri,ſi vni meliores res & fertiliores hæreditatis darentur,& alteri ſteriles & infertiles,l.incerti iuris non eſt.ibi, vel deteriores fecerunt,rationem eſſe habendam.C. famil.erciſ. & melior text.in l.ſi probatum.in fin. & in l. ad officium.ibi,eóque cui res maiores pretij obuenit cęteris.C.communi diuid.& vtrobique per Bal.Salic. Albe.& Pau.de Caſtr. Quare debet fieri æſtimatio bonitatis agrorum vni parti adiudicatorum, & alteri recompenſa fieri & dari,l.Mæuius.§. arbiter.& ibi Flo.ff.fam.erciſ.& in l.ſi quis putans.§.ſi fundus. ver.arbitrum autem. & in l. item quamuis. §.fi.ff. commu.diui.& inſtit. de offi.iudic. §.ſi famil.erciſ. & in §.quædam actiones.& ibi Ioann.Fab. Angel. Aret. & Iaſ. de actionibus. quæ iura ad hoc ſunt clara. Et idẽ tenet Bar.poſt Iac.Butr.in l.ſi ex fal ſis ver.& benefacit ad quæſt.de facto. C. de tranſact. dicens diuiſionem ſecundum bonitatem, & nõ ſecundum menſuram iugerum fieri debere,arg.gl.in verb.firmis.ibi,ſed ſi quid non apparet. & arg.l.

qui ſolidum.ff.de legat.ij. per quæ iura decidit Bar. quòd ſi ex forma ſtatuti mulier repetens dotem debeat habere poſſeſſionem rerum viri,ſecundum æſtimationem caſtrati: & mulieris dos ſit centum, & in bonis viri reperitur vnum podere valens ſecundum æſtimationem caſtrati ccc.& ex vna parte illud podere eſt pingue.&ex alia parte ſterile,quòd mulier non poterit capere illam partem pinguem quæ valet totum reſiduum,& ſterilem relinquere. Ideo debet accipere promiſcuè partem de vtraq;& æſtimatores debẽt ratione huius partis pinguis æſtimare ſterilẽ. Et ipſum Bart. ſequuntur ibi Ang. Alex.& Iaſ.verſi.in ſecunda parte gloſſæ. qui ambo allegant Io.de Imo.ita tenet in l.debitorib.ff.de re iudic.& idem Riminald. in d. l. ſi ex falſis. verſi.in gloſſ.in verb.firmius.& ibi Salicet.& Pau. de Caſt.

8 ¶ Et inducit ad quæſtion. dicens idem eſſe in fundo vendito pro mille,quòd ſi illius fundi quarta euincatur pars,quę pro ſui bonitate valet dimidiam iſtorum mille. poterit agi de euictione, non pro quarta parte de mille,ſed pro dimidia, dicta l.j. de euictio.& idem Philip.de Vbal.in tracta. de duob. fratribus parte xj.q.xij.ver.nec debent partes aſſignare.& Tho.Parpalia.in repet.l. placet. verſic. & an ſtetur æſtimationi.C.de ſacroſanct. eccleſ.& ad hoc text. in l. ſi in qualitate fundi. & in l. ſi fundo vendito. & in l. ſi duorum fundorum. qui text.eſt celebris, & in l. ſi ſeruum.§.ſi modus, & ibi Fulg. & Paulus de Caſtrò. ff. de actio.empt.cum aliis inſeq.quæſt.allega. incip. & ſuprà. & in l. quid aliud ſunt iura prædiorum quàm prædia æqualiter ſe habentia,vt bonitas,ſalubritas, amplitudo. ff. de verborum ſignifica. & text. in authen. de trien.& ſemiſ.§.j.ibi,aliis quidem meliora percipientibus, aliis quidem deteriora:&c. & idem tenet Ang.in l. creditoris.ff.de diſtra. pign. & Corne.conſi. cciiij. inchoan.circa primum.in litera, G, & H,vol.quia quando,vt inquit,habetur conſideratio partis fundi,non determinato latere,debet fieri diuiſio proportionaliter ad bonitatem & valorem, allegando nota.per Barto.& Bald.in d.l.ſi ex falſis.& ratio eſt bona,quia ſi vnus vellet à latere meliori, alter etiã vellet ab eodẽ latere:ita ꝙ eſt quodãmodo neceſſe deuenire ad illã cõſiderationem, vt ibi vide. Et ſic cõcluſum fuit, vbi eramus xiiij.nemine diſcrepante,& dictum quod annullata appellatione,& etiam eo à quo appellatum fuit,ſummariam inquiſitionẽ ſuper commoditatibus,& incommoditatib.per vtranq; partem allegatis per commiſſarium deputatum fiendam:pro ipſa facta executione reſpectũ, prout fuerit rationis,habendo.Et areſtum latũ die xix.Decembr.Anno 1524. & idem per aliud areſtũ latum die xix. Auguſti, Anno 1530.inter Guidonem de Thourigne dominum de Boyſiuerbert, & domicellam Ioannem Chemne ream. Et iſta diuiſio in villa, & patria Tornacen. vocatur Cherquinnange, quia quando aliqui volunt diuidere aliquem locum, aut fundum, accipiunt agrimenſores qui Cherquinnant, id eſt, quærunt, & Cherquant terminos fundi diuidendi, vt refert Gal. Deciſ. cxlviij. §. ad idem fuit dictum.

SVMMÆ.

1 *Expenſas quas poſt denuntiationem retractus fecit emptor an ſolnat retrahere volens. & numer. 2. & 5.*

2 *Conſignans pecuniam ad reemendum, facit ab eo tempore fructus ſuos.*

4 *Denuntiare debet emptori ne faciat expenſas reparando,ille qui reemere vult.*

7 *Expenſas ab emptore factas intra tempus quod datur proximioribus ad retrahendum an ſolnat reemendo.nu.7.8.& 9.*

10 *Emptor ſi fraudem faciat magnas expenſas ne retinatur, eas non recuperat.*

Quæſtio XLVII.

Et quia ſuprà in quæſtio.xliiij. inchoan. quo ad ſecundã quæſtion.an ſummę pecuniarum. pollicitus ſum hic annectere quæſtionem,ꝙ proximior retrahere volens teneatur emptori ad expenſas vtiles,quas fecit poſt denuntiationem ſibi in iudicio,vel extra iudicium de non reparando factas.

DECISIO XLVII.

ET † videtur quòd non, per no. in l. aut ſi ſtante.ff.de rei vendic.& minus, ſi poſt conſignationem pretii in manibus iuſtitiæ factam, quia ius per ipſam fuit iam ſibi quæſitum, vt tenet Io.Fab.in §.ex non ſcripto inſtitut. de iure natura. & plenè dixi libr. conſue. in §. fin.de conſue.reten. rerũ.& in §. pen. de conſuetud. retract. & infrà q. cxxxix.inchoan.Alia fuit quæſt.no.an ius retractus. in fin.† Quoniam ab illo conſignationis tempore proximior facit fructus ſuos. l.ij. C. de pact. inter emptor.& Ioann.Fab.in §.actionum. verſicul.& iſta faciunt.inſtitut.de actio.& Maſuer. in ſua praxi, titul. de locat. & Ioannes Ignæus in repetitione l. dudum.C.de contrahenda emptio. & dixi in dicto §. penultim.de conſuetudin.retract.& quidam incertus in tractatu de retracta. quem fecit ſuper l. j.C.de fund.rei priua.libr. xj.in iij. parte quæſti. ij. & iij.quia tunc empt. efficitur malæ fid ei poſt denuntiationem vel conſignationem prædictas, vt volunt Ioannes Faber & Doctores ſuprà allega. ad hoc text.in l. ingenuè. C. de murile. libro xj. & l.ij.& ibi gloſſ. C.de ſeruitut. & aqua. & in dicta l.ij.de pactis inter empt.&in dicta. l. aut ſi antè denuntiatum.& l.ſi fundum.C.de rei vendication. & l.ait.§.ſi quis. ff. quæ in fraud. credito. & Felin.in cap.ij.verſicul.ſallit ſextò, de præſcript. Ideo illas vtiles reparationum impenſas non recuperat, vt ibi dicitur. † licet bene valdè neceſſarias,quæ tunc abſque dilatione, & cum authoritate iudicis faciendæ ſunt,quia forte mora eſſet periculum allatura: eo tamen caſu denuntiatione proximioris non obſtante, illas poteſt facere & repetere, l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ff.de noui operis nuntiatione.& l.j.§.ſi quis purgatis.ff.de cloacis.licet illi videantur caſus ſpeciales in riuis, & cloacis:& idem in ædificio minanti ruinam, ſecundum gloſſam in dictis iuribus.& dicta l.j.§. ſi quis ædificium. de noui operis nuntiatione. quia tunc timetur de dãno infecto:ſecundum gloſſ. ibi per text. in §.nuntiatio fit.ea.l.aliàs non poteſt.& ſi non fecerit,perdit:cæteras verò extra rem repetet, vt plenè dixi in dicto §.penultimo.verſicul.Sed quid an empt. Pro quibus rem ipſam retinere poterit, vt ibi dixi verſicu. ſequen. incip. ſed quid cum proximior. Et pro hoc text. in l. illud. §. j. & ibi Bald.ij.notabili. ff. de ædilicio edicto. & dixi infrà. quæſtion.lxxvj.exordien. ptoximiori retrahẽti. colum. vltim.& ita decidit Albericus de Roſat. in l. intra vtile.§. vendentibus. in fine. ff. de mino. vbi hanc ponit quæſtionem. † dicens, cautum & vtile volenti

lenti recuperare, ſi denuntiat emptori, quòd nullas faciat expenſas, quoniam eam recuperare intendit, argumen. dict. l. ſi fundum. cum ibi notatis per eum. C. de rei vendicatione. & iſtud eſt clarum, quia non debuit ipſius proximioris ſpernere nuntiationes, ſi in iudicio factæ fuerint, dum tamen ante inchoationem reparationis illas fecerit denuntiationes, dicta l. ſi fundum. & aliis iuribus ſuprà allegatis. Ideo non caret fraude, qui contentus teſtato, perſeuerat, vt dicit textus in dicto §. ſi quis particeps. & bon. textus in l. penultima. ſecundum vnam lectu-
5 ram. ff. pro empt. † Et illa quæſtio fuit curia & camera inquæſtarum inter venerabilem virum magiſtrum Mauricum de Marcis curiæ aduocatum proximiorem retrahentem, & magiſtrum Franciſcum du Molin au Roy, ſaccorũ proceſſuum præfatæ curiæ cuſtodem, emptorem, qui plures fecerat reparationes poſt denuntiationem, & prohibitionem de non ędificando ſibi coram Seneſchallo, vt
6 intellexi, factam. † Quinimo etiam videtur, quòd ſi intra annum & diem, aut aliud tempus conſuetudinarium eidem proximiori ad retrahẽdum conceſſum, illas vtiles fecerit expenſas, etiam ante denuntiationem, aut conſignationem, repetere non poſſit: quia illud tempus habetur pro denuntiatione & hominis interpellatione, l. magnam. C. de contrahenda & committenda ſtipulatione. & capitul. potuit, de locat. quoniam incipere & cogitare debuit quod euenire poterat. l. ſi idem. §. ſi vna. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. & l. fin. §. ſed quia noſtra. & ibi Bald. C. commun. de legat. l. ſi quis domum. §. primo. verſicul. idem quærit ſi ſumptus fecerit. ff locat. Ac etiam ſe non eſſe irreuocabilem dominum. l. ſi ex duobus. §. ſed & Marcellus. ff. de in diem addi. & l. ſi ſeruos. & l. ſi neceſſarias. ff. de
7 pignoratitia actione. † Quamuis Albericus de Roſat. in hoc tenet contrarium in prima parte ſtatutorum. quæſtion. xcvj. & in §. vendentibus. ſequen. Iacob. de Aret. per illum textum, quòd agnatus proximior teneatur ad illas expẽſas vtiles & neceſſarias, ſicut minor, vt ibi, & l. Iulianus. §. præterea. in principio. ff. de actio. empt. & l. dominus, §. primo. ff. loca. Tamen textus in dicto §. vendentibus. loquitur quando minor ſex iam effluxis annis volebat rem recuperare per curatores alienatam, & ipſis dimiſſis agere contra emprorem, qui reparationes fecerat. quòd non admittatur, niſi illis refuſis: quoniam emptor ipſe veriſimiliter ignorare poterat minorem velle aduerſus vendítionem reſtitui-
8 † Quod ſecus videtur, quando agnatus venit intra annum, cum in mora modici temporis reſpectu vtilium non fiat præiudicium, ſi differantur fieri, argu. l. ſi debitori. ff. de iudi. Secus in valde neceſſariis, ſine quibus ædificium corrueret, vt dictum eſt. Pro hoc adduco dictum Bald. in l. ij. verſicu. xix. quęro. C. de reſcind. vendi. ſic intelligens text. in d. §. vendentibus. quem facit ſingula. dicentis, quòd ſi venditor tandiu abſtinuerit agere, donec cura, & ſolitudine emptoris res eſt longè melior facta, quòd repellatur: etiam ſi nondum ſit præſcriptum, niſi offerat ſumptus, & pretium operarum. Et ipſum ſequitur Ant. de But. in c. cum cauſa. q. xix. de empt. & vend. & Iac. de ſancto Georg. in l. ſi res æſtimata. §. ſi mulier, nu. v. ff. de iure dot. Licet Sali. in d. l. ij. tenear contra Bald. quia emptor poteſt euitare reſtitutionem rei, ſupplendo iuſtum pretium, ſecundum tempus quo emit, d. l. ij. & l. ſi
9 fin. eod. tit. † Sed dic quod aduerſus minorẽ nõ poteſt emptor euitare, & minus aduerſus proximiorem, qui non habet niſi annum & diem, & aliquãdo minus ſecundum conſuet. loci, vt dixi in §. j. de conſue. retrac. quoniam minor vltra ann. xxv. habet annos iiij. ad reſtitutionem, l. petendam. l. finali. C. de temp. in integrum reſtitut. igitur, &c. Sinautem eiuſdem non eſſet prouinciæ, vt poſt annum, vel plures ignorans alienationem veniret ad retractũ, tunc deciſio Alberi. de Roſa. haberet locum, vt nõ teneatur ad vtiles & neceſſarias, per d §. vendentibus. Sed an talis proximior abſens, ex capite ignorantiæ debeat ſemper admitti, dixi in dicto §. j. in gloſſ. fina. Et latius in quæſtio. cxij. inchoan. An tempus conſuetudinarium, & ſuprà in quæſt. xxxix. incip. præſcriptio centum annorum. Aliàs daretur eis decipiendi proximiores occaſio, qui propter magnas impenſas in reparando factas retrahere non poſſunt, ſoluendo principale pretium cum aliis expenſis vtilibus, quod fieri non debet, dicta l. in fundo. ibi, fingo pauperem. & in dicta l. ſi ſeruos. & hoc vltimum tenet Alberi. de Roſat. in d. §. vendentibus. † volens quòd ſi emptor in fraudem 10
magnas nimis & oneroſas fecerit expen. quod illas tunc recuperare non poterit ad inſtar creditoris, d. l. ſi ſeruos. vt fuit in caſu dicti de Marcis, qui tales exceſſiuas vendens expenſas motus fuit quittare, & dimittere retractum, quem dicto du Moulin au Roy, dicebat non eſſe admiſſibilem ad quittandũ, ſed compelli debere ad omnes expen. vna cum principali ſoluendum: de quo in ſequen. dicam quæſtio. & pro hac parte allego textum celeb. in l. Imperator. ff. de in diem addi. vbi dicit emptorem ſub conditione vel in diem non repetere niſi neceſſarias impenſas pendente cõditione factas, moderatas tamen, vt dictum eſt. & idem text. in l. creditor. in fine. & ibi gloſſ. vltim. C. de pign. actio. & ſic ſe habet conſue. huius ciuitatis Burdegalæ, de retract. §. vlt. volens vtiles intra annum factas non repeti, ſed ſolum neceſſarias. Et idem de conſuetu. Pariſien. vt in magno conſuetu. eod. titu. fol. xlviij. colum. j. verſi. ſed quæritur ſi pendent. & pariter de conſuetudinib. Turonen. eodem titul. §. iiij. & ibi tenet gloſſ. in fin. Ideo proximior de iure nulla conſuetu. ſtante ad aliquas non tenetur expenſ. niſi ſint modicæ expenſæ valde neceſſariæ: quas iudex ex ſuo habet officio arbitrari. dict. l. in fundo. & dict. l. ſi ſeruos. & gloſſ. in l. hactenus. ff. de vſufruct. & dixi ſuprà in præceden. quæſt. His tamen de non ædificando prohibitionibus. ac conſuetudine non obſtantibus, contrarium per arreſtum dictum fuit, vt in ſequenti dicam quæſtione.

SVMMÆ.

1 *Emptio dicitur, etiam pretio non ſoluto.*
2 *Proximior an emptore per arreſtum ad reuendendum condemnato poſſit non reemere. & numer. 6. 8. & 22.*
4 *Pœna ſtatuto impoſita vendenti extenditur ad ementem: ſed pœna damnis ad vſuram non extenditur ad accipientem. & num. 5.*
7 *Vendituro ad recipiendum condemnato an etiam emptor tradere tunc cogatur. & nu. 8.*
9 *Vendere promittens nõ obligatur ad gabellam, donec ſit completa venditio.*
10 *Mandatum de vendendo non eſt vendere, & reuocari poteſt.*
11 *Vendere proximiori ſi pari pretio ſoluatur, an qui ſoluit poſſit [illegible] & repetere.*

12 *Emptor qui obtinuit, ſi non vult vti victoria, an vēditor agere poſſit.*
13 *Legatum rem vendere promittens, an videatur renocare legatum.*
14 *Pactum de vendendo pretio ſoluto, & re tradita, an faciat fructus accipientis.*
15 *Arrha data in pacto de vendendo, an cenſeantur pars pretij, an mutuum. & nu. 16.*
17 *Venditiones factæ ſi in craſtinum differatur paſſatio inſtrumenti, an ſit interim locus pœnitentiæ. & numer. 18.*
19 *Promiſſio de vendendo an tranſferat dominium.*
20 *Hæres vendere grauatus, an compellatur.*
21 *Venditione prohibita an intelligatur quiuis emere prohibitus.*
23 *Vendere offerens poſt alterius acceptationem an poſſit pœnitere.*
24 *Vendere nulli alij quam mihi promittens, an mihi teneatur.*

Quæſtio XLVIII.

Quæritur an proximior, qui ſententiam, vel areſtum obtinuit iure retractus contra emptorem, ad ſibi reuendendum rem, ſoluendo tamen pretium, & legitima conſtamenta, ac impenſas reparationum in ipſa re factas, ſit, emptore condemnato inuito & contradicente, ad ſibi quittandum, & renuntiandum ius retractus eidem adiudicatum admiſſibilis.

DECISIO XLVIII.

IT †præſuppono, quod emptio contrahitur poſtquam de pretio conuentū eſt, licet non fuerit ſolutū. inſtit. de emp. & vēd. in prin. & §. pretium. & §. venditæ quoq; res. de rer. diui. hoc habito videtur quod licet proximior poſſit expreſſè ante adiudicationem ſibi factam, vel etiam tacitè per lapſum temporis renūtiare iuri retract°, c. j. §. Titius. ſi de feud. deſū. cōtr. ſit inter domi. & agn. dixi in §. j. & in addi. ij. de cōſue. retract. & alibi ſæpè, & vltra ibi alleg. tenet Soci. cōſi. xvj. nu. xxix. vol. iij. & in hoc non eſt dubiū.
2 † Tamen ad illi renuntiandū, vel quittandum poſt areſtum, aut ſententiam inuito emptore admiſſibilis non videtur, cum ipſe emptorem ad ſibi reuendendum rem ipſam, conuenire fecerit, & ſententiā cōtra eundē rapportauerit: exequi ergo debet contra ipſum proximiorē. Nā ſicut ipſe emptor ex vi & vtilitate cōſtitutionis, & areſti cōpellitur præciſe reuendere proximiori, ſicut venditor tenetur præciſè tradere rem, ſi illam habet ſecūdum Mart. cuius opi. Accur. in d. §. pretium. in verbo, tradatur. ſequitur & ibi idem Io. Fab. Porc. Io. de Pla. & Ang. Are. & Bar. Bal. Sali. in l. j. in prin. ff. de act. emp. & Bar. & omnes in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obli & Ant. de But. Abb. Sicu. & Imo. in c. cum Io. & ibi Fel. verſ. & per prædicta tangunt hic. de fide inſtru. & Bal. conſ. cccxviij. inchoante, quidā emit. vol. iij. ergo idem proximior, qui iam cōſignauit & depoſuit, qui eſt & habetur loco emptoris, ad rem
3 recipiendam compelli debet, † cum correlatiuè ſe habeant, quorum eadē eſt diſciplina, l. ſi cum dies. § penult. ff. de arbitr. & regula parium eſt eadem, vt ibi tenet Bal. in l. cum te. C. ſi cert. peta. qui alleg. l. Iulianus. §. ſi procurator. ff. de act. empt. & vendi. quæ quidem regula etiam in pœnalibus locum habet.
4 † Vnde ſtatutum de venditore, loquens de vendente tantum in platea frumentum, quòd puniatur in cētum, habet locum etiam in emptore emēte, & ecōtra: vt volunt Bart. Bal. Ang. Pau. de Caſt. Cornel. & Iaſ. plenè in l. fin. C. de indi. vidui. & in l. ſi. & ibi Io. de Plat. Iac. Reb. & Luc. de Pen. C. de cupreſ. lib. xj. & Bart. in l. ſi. & ibi Alexan. in addit. ff. de acceptil. & Iaſ. in l. ſi. in ſi ff. de in ius voc. & Bapt. de ſancto Blaſio in tractatu ſuo correlatiuorū. quæſt. iij. ver. v. procedit & Abb. Sicul. in proœ. Grego. & in c. quia clerici. de iure patro. & Hippol. Marſil. in l. ſi quis viduam. verſicu. & faciunt dicta per Abbat. ff. de quæſtio. vbi eum vide. & Cæpo. in l. debet. in ij. nota. ff. de ædili. edicto. & Abb. Sicul. poſt gloſ. in c. j. in ver. ſub conditione. de loca. cū aliis per nos alleg. in §. ij. in gloſſ. vlt. de conſuetu. mat. & præcipuè vbi eſt eadem ratio: ſecundum Abbat. Sicul. & Doc. ſuprà alle. aliàs nō, vt c. ſuper de vſu. † vbi pœna poſito mutuanti ad vſuras non extenditur ad recipientem, cum non ſit eadem ratio, vt ibi cum aliis per Iaſ. alleg. in d. l. ſi. de indi. vidui. quia allego bonum tex. in c. j. §. habito conſilio. de prohibi. feud. aliena. per Feder. † Ergo multo magis, ſi non ſumus in pœnalib. aliàs ſentētia aut areſtum eſſet fruſtratorium, & illuſorium: quod eſſe non debet, l. ſi prætor. ff. de iudic. & l. moris. ff. de pœn. & idem Fabia. de monte ſancti Sabini, in tractatu ſuo de empt. x. quæſtio. principa & nota. vltimo, & ſentit Rofred. Beneuē. in quæſt. ſabba. quæſt. xxv. incip. Iul. fecit pactum Sempronio, quod ſi aliquo tempore vellet vendere domum ſuam, quod illam daret Sempronio pro decem libris minus quam res illa communi pretio eſtimaretur: & ſi poſtea velit vēdere, quòd teneatur vendere eidem Sempronio pro decē minus, ſicut conuenit, & ſecundum æſtimationem tēporis præſentis, licèt longè minus valeat, quàm tēpore promiſſionis: quia propter caſum etiam poſtea contingentem non debet fieri mutatio, l. liberto. §. à liberto. ff. de ann. lega. pro quo tex. in l. continuus. §. cum quis. in fi. ff. de verb. obliga. & in hanc partem inclinat Guido Pap. quæſtio. ccccclxix. ver. ſi conuenit Titio rem meam vendere. & Cornel. conſi. ccxcj. vol. iij. & Bart. Ange & Moder. inſuper Iac. de ſancto Georg. in l. ab emptione. nu. xij. ff. de pact. volentes quod ſi emptor velit re tradere rem quam emptor ſibi tradiderit, & vēditor nolit eam recipere, quòd emptor tenetur ad pretium nondū ſolutum: nec per talem pœnitentiam eſt liberatus à pretio, vt ibi per eos. Et pro hac deciſio. videtur tex. in l. Labeo ſcribit, ſi mihi bibliothecam. ff. de contrahen. emption. vbi venditio ſub conditione facta habetur pro perfecta, ſi ſtat per emptorem quominus fiat: aliàs claudicaret, quòd altera pars eſſet alteri obligata, & pœnitere non poſſet, alia ſic. tum quia ab initio contractus ſunt voluntatis, & ex poſt facto ſunt neceſſitatis. l. ſicut. C. de actio. & obliga. & ita tenet Baldus conſilio cccx. inchoan. præmiſſo quodam delato. volu. j. volens promittentem vēdere vni cum certa pœna intra tempus, ſi obtinuerit licentiam à domino, & pariter is cui facta fuerat, promiſit emere, & contingat alij vendere pendente tempore, teneri ipſum promittentem ad pœnam per text. in d. l. Labeo ſcribit. cum aliis per eum alleg. quoniam fecit quominus venditionis conditio ſortiatur effectum, ſeu ipſa conditio impleatur. & idem Corn. conſi. ccc. licet ſecus dicat, ſi is cui eſt facta promiſſio non ſe obligaſſet emere, quia tūc eſſet ſimplex promiſſio correſpectius. Et pro hoc facit l. ſi æquo, cum ibi not. per Doctores. ff. de legatis primo. & l. ſi neceſſa-

neceſſarias.§.de vendendo. ff. de pignor.actione. & idem tenet Barb conſ.lj.nume.xv.ver ſi. capio hũc articulum. volumin.j.ſignanter vbi interuenit pretij oblatio,& iudicis præceptum, quia tunc intelligitur venditio legitimè facta. Sed ipſe ioquitur in pacto,& promiſſione de retrouendendo,iuxta l.ij. C.de pact.inter empt.& ita tenet Bald. in l. ſi prædium ver.ſed pone lata eſt ſententia. C. de ædil. actio.† volens quòd ſi lata eſt ſententia contra venditorem,vt rem recipere teneatur,& pretium reddere,quòd ſi emptor nolit vti ſententia,quòd poterit agere venditor contra eum : quia ſtandum eſt ſententiæ,l.res iudicata. ff. de regu.iur. & facit l. ſi ſterilis.§.ſi tibi fundum.ff.de act.empt.quod ſi emptor interim vendat alij,non tenet venditio. Et an hoc ſit verum , dixi ſuprà in d.q.iij. Licet tamen Angel.conſi.cxlviij.incip. Ex forma & ſerie dictorum inſtrumentorum.dicat quòd ex pacto de vẽdendo non acquiratur ius in re,tamẽ bene obligatur perſona ad intereſſe. dicta l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. Tum quis non poteſt renuntiare liti inuito aduerſario , ſi ipſius aduerſarij intereſt, vel propter ſtipulationem de euictione,vt tenet gloſſ.in l. vtique.circa med.ibi , item quid ſi actor.quam ibi faciunt ſingu.Bart.& Ang.de rei vendi. & ſic ſecũdum Ange.limitatur l.poſtquam liti. C. de pactis. quod intelligitur aduerſario conſentiẽte,vel quòd ſua non intereſt.& idem Iac.de ſancto Georg. in l. deſtitiſſe.num.ix.ff.de iudic. & Iaſ. in dicta l. poſtquàm liti.in iij.limita.vlti. hæc firmat per tria fundamenta,quamuis non alleget gloſſ.Bald.& Ange. in dicta l. vtique. ſed emptor habet intereſſe propter expen.tam litis quàm reparationum factarum ad ſummam centum Francorum Burdegalen.aſcẽdentium. Igitur &c. † In contrarium videtur,quòd aliud ſit de facto vendere , & aliud teneri ex promiſſione,vel ſtipulatione, aut per ſententiam alicui vendere,l.j.C.de pact.pigno. vbi Iacob.de Butri.dicit,† quòd ſi ſtatuto teneatur quis ſoluere gabellam de venditione rei facta: & de hoc cognoſcant domini gabellarij,licet quis promittat vẽdere rẽ,nõ tamẽ tenetur ex hac promiſſione ſoluere gabellam , nec de hoc cognoſcũt domini gabellarij, quia nõ eſt venditio,ſed cõuentio de vendendo,& eum ibi ſequitur Angel. per gloſſam in l. in bonæ fidei.verſicul.ſi tamen.ff.de eo quod certo loco. & ibi idem Alberi.de Roſ. cum iſta ſint diuerſa. & idem Franciſcus de Aret.conſi.vj.colum. ij.& conſil.xxviij.vbi ponit quid in contractibus , & in vltimis voluntatibus. Aliàs , vt inquit, iura quæ ponunt differentiam inter promiſſionem de vendendo,& ipſam venditionem de præſenti , nihil ſeruirent. Et ſi de facto ex tali promiſſione de vendendo fuerit ſoluta gabella,non tenebitur poſtea venditione facta nouam ſoluere gabellam , vt voluit Bartolus in l.interdum.§.quoties.ff.de publican. & Iac.de ſancto Georg.in d.ab emptione.num.vij.& aliàs de hoc dixi in lib.conſuet.Biturig.tit. de conſuet.feu.infra per diſcurſum harum quæſtionum.& concluſio.ſupradictam tenet Franc. de Aret. in l. ſingularia colum.v.ff.ſi certum petat.& Alex conſil.lxxii.columna.iij.libr.iij.& gloſſ.vlti. in ca.ſi quis iuſto.§.fin.& ibi Dominic.de electio.lib.vj.& Anto.Corſet ſingu.ſtatu.in ij.cum aliis ſuprà in antepen.q.allg.& facit text.in l.quod ſæpe.§.ſi quis amico.ff.de contrahen.emptio. † vbi mandatum de vendendo,non eſt vendere. Et illud reuocari poteſt,vt tenet gloſſ. vlti. in l.j. quam ibi ſequuntur Bart. Bald. Albe.de Roſa.& Sal.ff.eod.titu.& in l.conſenſu.ff.de action. & obligat. per text. in clemen.j de renuntiatio. vbi habetur aliud eſſe renuntiare beneficio , & aliud pactum facere de renuntiando.& text. in l. ſi quis argentum. & ibi Salicet.C.de donat.vbi aliud eſt pactum de donãdo,aliud donatio:& pariter aliud eſt promiſſio de legitimando filium , & aliud legitimatio, vt voluit Cæpol.conſil.lxj nume.vj.volum.ciuilium. & hanc partem tenet Andr.Alci. in l.j.§ qui præſens. numer.xij.ff de verbo.obligdicens , ſi hat promiſſio de vendendo , & alius ſit contentus emere, quod niſi duret mea voluntas vendẽdi, nihil agitur, per iura ſuprà allegata.& Abbat. Sicul. in ca. dilectus. de ſpon.ſed ſi duret voluntas , certè conſenſus eſt ſimultaneus.& idem ſingul. Iaſ.conſil.cxvij.nu.j.inchoan.in quæſtione,quæ vertitur.volu.j. & Paul.de Caſt.in d.l.in bonę fidei.quam legit cum l.ſi hęres. ver.ſi tamen de eo quod certo loco. vbi hanc ponit quæſtio.† quando quis promiſit vendere , an ille cui facta eſt promiſſio,ſi aliquid nomine pretij ſoluit pro vẽditione futura poſſit pœnitere,& non emere,ac repetere quod datum eſt, ſi nõ ſteterit per promiſſorem quo minus vẽdat. Et tenet quòd ſic, non obſtante d.l.Labeo ſcribit,ad quam reſpõdet, quòd ſi aliquis promittat vendere per ſtipulationem,ipſe promiſſor obligatur ſtipulatori,l.Labeo §.conductum. ff. de verborum ſignificat.& tamen ante factam venditionem non eſt obligat. ad aliquid.Non ſic econuerſo,quia is cui facta fuit promiſſio,non eſt obligatus , licet ea facta obligatus eſſet ad pretium:quia ſtipulatio non eſt contractus vltro citróque obligatorius. vnde qui non eſt obligatus,in poteſtate ſua eſt , ne obligetur, l. qui pecuniam. ff. ſi certum petatur. & l. qui pecuniam. ff. de condict.ob cauſam. vbi in cnotractibus innominatis habet locum pœnitẽtia ex parte eius,quia nõ eſt adhuc obligatus, licet alter obligatus ſit: quia ſibi eſt impletus contractus. Ideo licet offeratur per cõdemnatũ, vel promiſſorẽ tradere, & adimplere ex parte ſui , non propterea habetur pro perfecta,cum ab eadem is cui facta eſt poſſit (vt dictum eſt)reſilire : quia poſtquàm in eius fauorem extitit facta , non debet in eius odium retorqueri , l.quod fauore. C. de legat. Nam obligatus rem dari, vel tradi aut præſtari , tenetur præcisè tradere , l. vbi autem non apparet. §. fin.de verb. obligat. hoc verum ſecundum gloſſ. ibi , ſi actor hoc voluerit. allegat. l. ſtipulatio. §. ſinautem. ff.de noui operis nunt. vbi eſt bon. tex. in fin.ſi hoc petitori placuerit. & ibi gloſſ. vltim. neq; ad hoc poteſt per aduerſarium compelli. Accedat l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & ibi per omnes. Et pro hac deciſi. eſt text. in l. ſi iudex circunuento. & ibi per Doctor. ff. de minor.quæ non eſt alibi , ſecundum Bald. ibi , quia ſecundum eum ſententia claudicat quantùm ad eius executionem , cum is in cuius fauorem lata ſit, poteſt ei renuntiare. quamuis Bald. ad illam l. reſpondeat in dict.l.ſi prædium. de ædil. actio. quòd reſtit.in integr.non dicitur propriè ſententia condẽnatoria:nec ex eo oritur actio in factum. Tamẽ pro hac parte facit l.in ſeruitutem. §. ſi petierit. ff. de bon.liber. vbi etiam in fauorem libertatis ſententiæ latæ renuntiari poteſt.& tenet Rom.conſil. cclxvij.verſ.quo ad ſecundum. vbi alleg. Inno.in ca.quia plerique. de immu. eccleſ. fallit tamen in ſententia ſuper matrimonio lata , vt ibi vide. &

Felin.in capit.nouit.verb.Sed tu in hoc facias tres concluſ.de iud & hoc propter peccatum ab vtraque parte euitandum,alias renuntiari poteſt ſententiæ, quæ in rem tranſiuit iudicatam, l. iuriſgentium. §. ſi paciſcatur. in j & ibi Doctor. inſuper Iac. de ſancto Georg. in vtroque lectio. j. & ij. ff. de pact. & Bald.in leg.eleganter.in princip.ff.de condition. indebi.& Ioan.de Imol.in leg.act.& ibi Alexander column.vltim.ff.de re iudic.& Philip. Decius conſil.ccxix. accedant etiam not. in leg. ſi aduerſarius. C.de fide inſtrumen.& celeb.tex.cum gloſſ. in l. illud. in fine & ibi Bald. & Cæpol. ff. de ædil. edict.

12 † vbi ſi emptor qui obtinuit non vult vt, victoria, poſt venditor agere non poteſt. vbi gloſſ. allega. text.in dicta leg. ſi iudex circunuento. quamuis etiam Bald.in dicta leg.ſi prædium. velit dictam l. illud intelligere quando res nondum tranſiuerat in condemnationem vtriuſque partis.Secus eſt hic:& iſtud dubium decidit arreſtum, per quod emptor eſt condemnatus ad reuendendum proximiori, ſoluendo tamen per eundem proximiorem principale cum expenſis taxatis, ac alijs legitimis conſtamentis. Ergo eſt in poteſtate ſoluere vel non, id eſt,accipere vel non accipere,vt infrà dicam. Et ſic, vt inquit Paulus poterit datum repetere, tanquam cauſa ob quam dedit non ſequuta, qui noluit & nolle potuit lib j.§ ſed ſi parendi.ff. de condition.ob cauſam. & ſic conſuluit Paulus de Caſtro conſilio xciiij. exordien. in cauſa quæ vertitur coram nobili viro domino. volumi. nouo. & vtrobique reſpondet ad dictam legem.Labeo ſcribit.& alia iura pro prima parte alleg. quod ibi contracta fuerat venditio ſub conditione quæ non pendebat arbitrio dunt axat ementis,ſed alterius. Ideo non poterat reſilire à venditione iam facta, licet conditionaliter,quæ erat perfecta quantum ad hoc. leg.neceſſario.ff.de per.& commo.rei vendi. quare ſi ſtat per eum habetur pro impleta. Secus ſi ſub conditione, quæ penderet ex ſua mera voluntate: quia poteſt eam non implere. Et ſic non perficitur venditio.Allegat Bart.ita ſentire in leg.ſi quis cum debitore.in fina.ff.de iureiuran.quando loquitur de intellectu illius leg.Labeo. Et idem Alexand.ibi. verſic.& pro iſta opi.ergo multo magis ſecundum Paulum de Caſtro,ſi non fuit venditio conditionaliter facta:ſed promiſſio duntaxat facta de vendendo.quod dicit menti tenendum:& vnum defendiſſe militem de vno magno labyrintho, in quo erat qui non cautè contraxerat, nec bonum habuerat conſilium peritorum,vt ibi,& ſic non obſtat quòd venditor,& emptor correlatiuè ſe habent. quod verum eſt,quando vera,& perfecta fuit venditio.Non vero ſic in pacto de vendendo. Ideo dicit Bartol. in dicta leg. fina.de indic. vidui. quòd ſi emptor liberauerit venditorem,certè ſtatim intelligitur emptor ipſe liberatus à venditore.& in fortioribus terminis tenuit pulchrè Alexand. conſil. clxviij. inci.

13 ſtantibus veris his. lib. vj. † volens quòd ſi teſtator poſt rem legatam locauerit eam ad longum tempus,& illam cum alijs terris promiſerit eidem vendere pro certo pretio, pro cuius pretij parte libras receperit ducentas Bononien.& quòd facta ſolutio ne integra promiſit facere & paſſare ſolenne inſtrumentum venditionis, decidens per prædicta non videri teſtatorem legatum reuocaſſe: cum per talem promiſſionem de vendendo non fuerit facta aliqua alienatio rei, nec purè nec conditionaliter, vt ibi per eum. Et idem conſil. lxxvj. verſicul. circa tertiam dubitationem, volumin. v. & latius in addition.ad Bartol.in leg Iulianus.§.offer.in iij.poſtil.inci.de fundo dotali.ff.de act.empt. ponens duas quæſtiones, quarum prima eſt, an ex pretio non ſoluto in pacto de vendendo debeantur vſuræ, & decidit quòd non. quia aliud eſt vendere,& aliud eſt pactum de vendendo facere:vt inrib.ſuprà alleg. & ſic ſecundum eum in tali pacto de vendendo locum non habet quod notatur & dicitur in leg.curabit. C. de act. empt.Pro quo facit quòd appellatione venditionis intelligitur de vera & non ſimulata venditione. leg. ſi non verum, id eſt ſimulatum.ſecundum gloſſ. C. de dona. inter vir.& vxo. & And.Barb. conſi. lix. cum aliis per nos alleg.in §. ij. column. vj. poſt princip. de conſue.Bitur. † Et quid ſi totum pretium fuerat ſolu- 14
tum, & res in vim illius pacti de vendendo tradita, an faciat fructus ſuos. Vide Soci.in leg. ſi ante nuptias,& ibi Iaſ.ff.ſol. matri. Franc. Curt. conſil. lxxxiij.inchoan.in controuerſia vertente inter magnificos. Secunda quæſtio Alexand. Quid † di- 15
cendum eſt quando in tali pacto de vendendo fuit datum aliquid nomine arrharum, quæ habentur in venditione pro parte pretij,iuxta notat.in leg. fina. C.de ſpon.& in cap.gemma.eod.titul.& in leg. Titia.ff.de verb.ob.& in dicta leg.quod ſæpè. in princip.de contrahen.empt. & Iſti. eod. in princip. & in leg. contractus. C. de fide inſtit.& Bald.in dicto conſil.cccexiiij.volum.iij.& decidit Alexand.quòd illud datum nomine arrharum, in pacto de vendendo præſumitur mutuum,& quòd ipſum pretium contractus emptionis futuræ voluit palliare,& occultare quod eſſet mutuum ſub falſo nomine venditionis: ſicut ſæpenumero videmus, vt inquit ipſe in ſimili de muliere, vt poſſit donare viro conſtante matrimonio,fingit ſe vendere,leg.ſi ſponſus. §.circa.ff.de dona.inter vir. & vxor. & j. quæſtion. ij.cap.ſacerdotes. quæ non valet, nec in vim illius adſtringi poteſt,vt ibi latius per eum.Et ſic conſuluit Rapha. Cuma.conſil.clxxxiiij. exordien.1559. die v.Aprilis. Cui ſe ſubſcripſit Rapha. Cuman.
† Quamuis Iacob.de ſanct. Georg.in dicta leg. ab 16
emptione numer. x.& ſeq.de pact.dicat,quòd arrha data pro parte pretij facit rem deſinere eſſe integrã, quando arrhæ conſiſtunt in pecunia:quod eſt intelligendum ſecundum ſupradicta,ſi emptor velit:ſecus ſi nolit,dicta leg. contractus. de fide inſtru. & ſentit Ab. Sic. conſil. lxxvj.in ij.dub.volum.j.dum vult promittentem facere inſtrumentum venditionis non promittere vendere:cum paſſare inſtrumentum venditionis tendat ad probationem cõtractus faciendam,dicta l.conſenſu.ff.de act.& oblig.l.cum res.C. de proba.& leg. pactum quod bona fide. C. de pact.& Bald. conſi. cccxiiij. † Sed an hoc ſit ve- 17
rum,ſi facta fuerit venditio ei de qua & pretio partes fuerant concordes:poſtea dicentes in craſtinum velle facere,& paſſare inſtrumentum venditionis, ſit locus pœnitentiæ, vide And. Barbat. in rub. de empt.& vendi.verſi.ſed dubitatio ſatis eſt pulchra, qui tenet quòd non,quia venditio eſt perfecta, vt dictum eſt.& idem in l.ſciendum.verſi.ego vidi arduam quæſtio.in contingentia facti.ff.de verbor.obligat.† Sed contrarium tenet Pau.de Caſt.in dict. 18
leg.cum res.verſi.Sed aduerte quotidie contingit. de proba.dicens hunc caſum habuiſſe Florentiæ:& alias de facto pluries vidiſſe,& idem, & latius dicit in dicta leg.contractus verſicul. in tex. ibi, de fide. inſtru. & vtrobique hoc probat euidenti ratione, vt ibi per eum cauſa breuitatis. Et hæc opi.magis placet quam tenet Soci.conſil.cxx.numer.xvij. vol.

iiij.

iiij. & ſupradictam in caſu noſtro concluſ. tenent Mod.in l.ſi quis maior.inſuper Iaſ.ver.limito iſtam l.Tho.Parpilia.in repe.x.verſic.limitatur per
19 Mod.C.de tranſac. † volentes etiam per nudam promiſſionem de vendendo non transferri dominium,etiam ſi illa promiſſio fuiſſet cum iuramento facta,vt ibi vide.†Et quando per teſtatorem hæres eſt grauatus,ſeu iuſſus alicui vendere, compellatur,vide Barto.Baldum & Lancelo. Decium in
20 l.iudeiuſſores:§.meminiſſe.§. de leg.j. & in d.l.ſi æquo pretio.cod.tit.& in l.ſi hæres.ff.de act.empt.& Fab de monte ſanct.Saui.in tract. de empt. quæſt. xxij.princip.quæſt.& doct.in l.in numerariis. ff. de ſolut.& text. in l.iij.& ibi docto. C.quando decreto opus non eſt. & pro hac deci. facit quod dicit Bald.in l.j.in princip.C.de commu.ſer.man.per illum text.cum gloſſ.quòd licet ſtatutum compellat aliquem vendere, non tamen compellit alium emere:nec econtra,cum vnum ſtatutum non inclu-
21 dat aliud.† nec obſtat l.prima,de cupreſ. quod vbi quis prohibetur vendere,ita intelligitur alius prohibitus emere,econtra,quia ibi prohibitio fiebat rerum: ideo prohibitio vtrunque comprehendit contrahentem , licet verba ad alterum dirigantur tantum. quæ eſt diuerſa ratio ab iſta: & ſequitur Ioann. de Plat.in dict.l.j. de cupreſ.Fab de monte ſancto Sauin.tracta.de empt. quæſt.ij. princip. col. vlt.verſi.non tamen ſtatutum compellens.& in iij. quæſt.princip.verſi.xxviij.quero an ſtatutum.& Alex.conſi.clxxiij.nu.x.lib.vj.Sed iſtud dictum Bald. in emptore coacto non procedit, ſecundum Alex. in addi.in d.l.j.de con. ſer.manumiſ. quia ſtatutum compellens emere , videtur in conſeq.compellere vendere,ſine quo ſtatutũ verificari non poteſt.iuxta no.per Bal.in l.ſi.col.ij.C.fideic. libr.& Iaſ.in d. l.ſi.in iij.conclu. verſ. nonò facit. de indicta vidui. Sed non econtra , quia ſi ſtatutum velit habentem domum paruam,iuxta habentem amplam& altam, teneri ſibi illam vendere , non tamen illud ſtatutũ intelligitur compellere illum habentem altam emere.Et iſtud videtur mihi verius: quia quis regulariter non compellitur emere , niſi tempore neceſſitatis,vt guerræ,aut famis.l. vna.C. vt nem.lic. in empt.ſpec.ſe execu.libr. x. & l.nec emere.& ibi Iac.de ſanc.Geor.C.de iure deli.cum ſimi. per Iaſ. in d.l.ſi.de indict.viduit.tol.& Fab.de monte ſanc. Saui.in d.tracta.de emp.iij. princip. verſi. decimononò quæro.& And.Barb.poſt antiq.in c.j. de empto.& vendi.† Quare in præſenti caſu licet proxi-
22 mior in vim conſue. procurauerit obtinere ſententiam & areſtum ad emptor. ſibi reuendere cõpellendum , tamen areſtum non intelligit ipſum proximiorẽ compellere inuitum emere,quin pœnitere & renuntiare,ac quittare poſſit,dum in ipſo areſto dicitur ſoluendo,&c. †Hinc eſt,quòd ſi quis
23 obtulerit vendere rem alicui iuſto pretio , & is cui facta eſt,oblationem acceptauerit prædictam , tamen offerens ad vendendum cogi non poteſt , vt tenet Corne.conſi.xxv.inchoan.circa primũ.volu. iiij.quia illa oblatio videtur potius quædam declaratio & intimatio voluntatis , ipſius offerentis vel quædam potius proteſtatio quam promiſſio : ideo ex alia aliqua non reſultat obligatio: quamuis per alteram partem fuiſſet ſimpliciter acceptata, vt ibi per eum. Et magis in caſu præſenti,vbi agnatus retrahens eſt enormiter læſus,cum ignoraret impenſas in re factas plus in triplo aſcendentes , quàm principale rei pretium. Ideo ad illam rem ſibi damnoſam & oneroſam capiendam compelli non debet,vt iurib. ſuprà alleg.l.tenetur. §.fin.ff.de act' empt & dict.l.Iulianus , in princ. cod.titul & text' ſing.in l.vtilium.ff.de impen.in reb.dotalibus fact. ibi,iniquum enim etiam compelli mulierem vendere,vt impenſas in eam factas ſolueret, ſi aliunde ſoluere non poteſt : quod ſummam habet æquitatis rationem,quoniam ſi teneretur teneri debere ad illas exceſſiuas impenſas , quas poſt denuntiationem ædificandi prohibitiuam prætendit fuiſſe per emptorem factas,nunquam ad retractum veniret. Ideo nunc compelli non debet,d.l.quod ſæpè.§.ff. ff.de contrah.empt.Quia per dictam denuntiationem eidem emptori de non ædificando factam. ſatis declaratum eſt nolle ad retractum veniendo teneri ad ſolutionem illarum impenſarum, de quibus dixi ſuprà quæſtion.Et iſtud probatur , quia quando promiſſor in ſtipulatione eſt deceptus, obſtat exceptio agenti ex promiſſione l.ſi quis cum aliter.& ibi per Bald. & omnes ſcribe.de verb.oblig.Sic econtra ſi deceptus ſit is qui promiſit emere ex quo ignoravit tantam ſummam expenſarum, ex quibus cauſatur deceptio longè vltrà dimidium veri & iuſti pretij. Et iſtud expreſsè decidit areſtum, vt iam dictum eſt,per quod fuiſſe ipſe emptor condemnatus reuendere proximiori , ſoluendo tamen per eundem proximiorem principale cum expen.taxatis,& aliis legitimis conſtamentis. Ergo ſatis elicitur,quòd non ſoluendo erit ipſe emptor condemnatus reuendere,liberatus & quittus , & aliter viſo areſto compelli non poteſt. † Quinimò ſi aliquis 24
promiſerat non vendere alij quam mihi , ex hac promiſſione non poſſum inuitum compellere ad mihi vendendum,quia intelligitur,ſi velit,cum oratio negatiua neget potentiam , & non actum : & dictio exceptiua ponit potentiam , ſcilicet ſi promiſſor velit : vt tenet gloſſ. quam ſacinnt ibi ſing. Guliel.de Cugn.Petr. de Bella pert.Bartol.& Moder.in l.eum qui.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cauſ.& idem Bartol.Alexand. & Franciſ.de Aret. in lege actione C.de tranſactio.cum aliis per ipſos alleg.& Ioann.de Imol.Alexand. & Modern. in l. qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verbo. obligat. Tamen ſi iſte alij venderet,poſſem contra eum agere actione ex vendito,l.ſi ſterilis.§.penultim.ff.de actio.emp. Sed ſi promiſerit alij vendere,quàm tibi , tunc negat actum neceſſitatium, & dictio exceptiua ſequens ponit actum cum illa neceſſitate.& idem tenet Iaſ.inſtit.de action.in princip. verſic.nota ex iſto text.in verb. nihil.verſic. aut enim in promiſſione,&c.quod facit ad quæſtion. quæ his diebus accidit in curia,an valeat pactum inter emptorem & venditorem redimentem rem venditam factum , quòd ſi illam alteri vendat , ipſe emptor poterit illam habere pro eodem pretio , quo alteri vẽdita fuerit. Et quid ſi fuerit permutata.de quibus in ſequen. dicam quæſtion. Et iſta vltima pars videtur mihi de iure verior: verum quòd talis proximior debet ad omnes condemnari expen. litis erga emptorem , tempore ad deliberandum ſuper renuntiatione retractus ſibi dato , l. eum quem temerè.ff.de iudiciis. Et in aliis debet ab illo tempore ipſe emptor condemnari , per nor. in l.ſi quis inficiatus. ff.depoſi. & per omnes in leg. deſtitiſſe.ff. de iudic. per quod eſt dare reſponſum, quod non poteſt quis renuntiare liti inuito aduerſario, quando eius intereſt , quia ſoluendo expenſas ſupradictas,ad quas tenetur emptor habet intereſſe,& non ad ſumptus reparationum, cum ipſe eos ſponte contra prohibitionem & voluntatem

proximioris fecerit: pro quibus non habet repetitionem, niſi eſſent valde neceſſariæ, vt ſupra dictum eſt in aliis quæſtionibus, & ſic per conſequẽs non intereſt, illos habere ſumptus reparationum, quæ ſibi remanent, quas eius induſtria, & diuiſamento ac phantaſia fieri fecit, quia forte idem proximiori ſic diuiſæ & conſtructę non placerent: quia alio modo conſtrui feciſſet, cùm contiguam haberet domum. Tamen his non obſtantibus in magna camera, nobis in tornella exiſtentibus concluſum fuit pro prima parte. Et per arreſtum dictũ, ſcilicet ipſum de Marcis proximiorem ad rem petitam, & ſibi in vim retractus adiudicatam, quittandum non fore admiſſibilem, cum condemnatione expenſarum: quod fuit deſtructio illius. Et latum fuit die xxiiij. Ianuarij, Anno 1524.

SVMMÆ.

1 *Promittens nulli alij vendere, niſi mihi: an mihi vendere teneatur. & nu. 2. 3. & 4.*

5 *Vendere nulli niſi mihi promittens, poteſt permutare.*

6 *Venditæ rei tractatus non extenditur ad permutationem.*

7 *Vendere prohibitus non prohibetur dare in ſolutum.*

Quæſtio XLIX.

Sed quid ſi emptor fecit pactum cum venditore redimẽte ab eo rem per eum ſibi venditam, quod ſi illam contingat per ipſum alteri vendere, emptor ipſe poſſet illam habere pro eodem pretio quo alteri vendetur: & quid ſi permutauerit.

DECISIO XLIX.

ET gl. in d.l. eum. §. qui iniuriarum. in verbo. idem Pomponius. ante fi. ff. ſi quis cautio. dicit ibi eſſe arg. ad q. illam, † cum quis promiſit ſe non venditurum alij niſi mihi, & nihil aliud dicit. Sed Barto poſt Gulielm. de Cug. & diſputationem dictionum exceptiuarum, ſcilicet niſi, præter, & præterquam, de quibus ibi per omnes Docto. concludit, quòd ſi promiſſio fuerit facta ſub his verbis, Promittis nõ vendere alij niſi mihi: tũc cõditio niſi, ponatur exceptiuè, & intelligitur, quod nõ vendes niſi mihi. Vbi verò oratio prima negat, vt Promitto nemini vendere, niſi tibi, tunc ſi illo tẽpore habebam rem venalem, & voluntatem vẽdẽdi, hęc promiſſio importat quod tibi promitto vendere. Si verò voluntas vendẽdi tunc non adeſſet, ſed dubitabas, quòd alij venderet, recepiſti promiſſionẽ ab eo quòd nemini venderet niſi tibi: certè intelligitur, ſi vẽdere velit. quia dictio, niſi, ponit, vt promitto tibi vendere cum vendere volam, & ſic non potes agere contra me, vt vendam tibi. Sed ſi alij vendam, tenebor. per text. in l. ſi ſterilis. §. pe. in fin. ff. de act. em. & in l. qui fundum. ij. ff. de contrahen. empt. Saltem ad intereſſe, vt ibi, & idem in effectu dicit Barto. in l. actione. C. de tranſactio. & Albe. vnico verb. in dict. l. ſi eum. §. qui iniuriarum verſ. & ex prædictis. & in dictionario ſuo in ver. niſi feceris. circa medium. verſicu. ex prædictis patet ſolutio duarum quæſt. & idem Bald. & Ang. in d. §. qui iniuriarum. & Ange. & Imo. in l. qui Romæ. §. coharedes. in fin. & Alex. ibi verſic. in eadẽ ibi. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. & idem Salic. & Iaſ. in d. l. actione. verſic. item adde circa quæſt. Bart. & Henric. Boic. in c. præterea. in ij. in princ. in verſicul. & per hoc poteſt reſponderi. de appella. & Ang. cõſi. clxxxiiij. exordien. ex forma & ſerie. verſic. ſicut nec illi cui facta eſt promiſſio. Sed Guido Pap. in q. ccccclxix. verſic. ſed vidi dubitari inter nos in camera, tenet in terminis noſtris tale valere pactum, per ea quæ dicit Bar. in l. filiusfamil. §. diui. §. de legat. j. Vnde circa hanc quæſt. Iaſ. in dict. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. verſic. in tertia parte. ponit vnam concluſi. ſeu regulam, quam poſuit Nico. de Neapoli. inſtitu. de actio. in princip. † & ibi idẽ Iaſ. nu. ij. vſque ad iiij. incluſiuè, quòd ſi promiſi non vendere alij fundũ iſtũ, niſi tibi, quòd per talem cõuẽtionem non poſſum adſtringi ad tibi vendendum, per text. in l. nemo paciſcendo. ff. de pact. vbi Iaſ. dicit huius conuentionis rationem eſſe duplicem: prima, quia obuiat pleno iuri, & eſt contra naturã dominij arg. l. cum precario. ff. de precã. Secũda ratio, quæ melior videtur, quia eſt cõtra bonos mores, cum aufert domino liberam facultatem diſponendi de re ſua, contra l. in re mandata. C. manda. Et pro iſta ratione alle. l. dubium. C. de contrahen. emp. & iſtam dicit eſſe communem opi. Iaſ. inſti. de actio. vbi ſuprà, quem ibi ſequitur Ludo. Gome. nu. vij. † Et iſtã regulam limitat tribus modis in d. §. qui iniuriarum. niſi quando iſta cõuentio eſſet facta per verbum tenearis mihi vendere: ſecundũ Bar. & alios ibi. Secundò, & quando tempore conuentionis ille habebat rem venalem tunc qualitercunque verba fuerint prolata, important neceſſitatem, quod teneatur illi vẽdere ſecundũ Bar. ibi qui nihil pro hoc allegat. Iaſ. tria adducit fundamenta, quæ per ipſum vide. Tertiò fallit, quòd quamuis per talem conuentionẽ nõ poſſit cogi vendere mihi, tamen ſi venderet alij, teneretur mihi ad intereſſe, d. l. ſi ſterilis. §. ſpe. ſed in d. l. nemo paciſcẽdo. alio limitat modo hanc conuentionem, vt procedat quando pactũ erat ſimpliciter prohibitiuum. † Secus quando ſolum erat limitatiuũ, puta caſu quo vellet alienare fundum ſuum, quod illum teneretur potius alienare vicino, quàm alij pro eodẽ pretio, vt videretur eſſe in caſu noſtro. Et tunc tale pactũ bene valet, dicens Ioan. de Imo. in d. §. coharedes. ita limitaſſe, per illum text. item fallit ſecundum Gome. vbi ſuprà, quando interuenit in ipſo pacto iuramentum: allegans Alber. Bru. conſi. lxvii. col. ij. ver. ij. incip. dum dubitatur, cum aliis per ipſum Gome. pro & contra alleg. & idem Corne. conſil. clxxviij. vol. j. in litera E, ſed Anto. Rub. in hoc tenet contrarium, conſil. cxlvj. nu. iiij. v. & vj. Item etiam limitatur, quando res ſpecialiter ad hoc fuit hypothecata. tunc impedit dominij tranſlationem. l. ſi creditor. §. fina. ff. de diſtractio. pigno. & ita tenent Doct. in locis ſuprà allega. & Bart. & omnes in l. ſi ita quis. §. ead. lege. ff. de verb. oblig. & Iaco. de ſancto Geor. in d. l. nemo paciſcendo. verſ. Tertiò fallit. & Gome. vbi ſuprà numer. x. in fi. verſ. limitatur prædicta concluſio. & dixi in §. xxiij. quæſtio. vlt. titu. de conſue. feud. incommen. conſuetudi. Bitu. & Guid. Pap. d. q. ccccclxix. in princ. & ver. ſed vidi dubitari inter nos, ibi, niſi principali. & Anto. Rubeus conſil. lviij. nume. v. Sed quid ſi talis venditor quid vendidit, ſecundo recuperauerit, & reemerit poſtquam emptor primus ratione pacti iurati & pœnæ adiectæ inquietauerat, & litem mouerat, vide Corn. in dicto conſi. clxxviij.

volum.j.dicens circa hanc q. Bal l.de Bartholinis & Socin.ſecum conſuluiſſi,quod inciderat in pœnam: vt ibi per eum,qui primo alleg.Ang.tenere contrarium conſil. clxix. incip. ſuper puncto ſupraſcripto brevitatis cauſa.verſic.Ratio eſt,quia certum,dicens de hoc eſſe caſum cum ſua gloſſ. in c. ſi quis presbyterorum.de reb.eccle.non alie.& Spec.in tit.de emphyteu.ſ.nunc aliqua. verſic. xcvj. de quo vide quæ dixi lib.conſuet. Biturig.tit.de conſuet. retract. §. ij. ver.Sed quæritur ſtante conſuetu.& iſtud videtur æquius,vt ibi dixi. † Sed nos ſumus hic in permutatione,in qua videtur minor dubitatio, quod non com- 5
prehendatur, nec contineatur ſub venditione, † in 6
qua etiam non venit retractus proximioris,aut prælatio retentionis, ſecundum generalem conſuetud. regni Franciæ,vt latè dixi in §.xviij.de conſuet.feud. lib.conſue.Bitu. † Quinimo prohibitus vendere,nõ cenſetur eſſe prohibitus dare in ſolutum, vt voluit Corne.conſi.clxvj.volu.ij.inchoan. quatuor vertuntur in hac conſultatione. De quo tamen vide, quæ amplè dixi in §.iiij.poſt princip.verſi.ſed quæritur an hæc conſuet.de conſuet.retract. Et quid ſi donaſſet, an tenetur promittens.& Anto.Rub. conſi.xxvij.nu. ilj.& iiij.tenet quòd non, & ibi latiùs vide per eum. Et hæc quæſtio cum eſſet in curia inter magiſtrum Iacobum Fenyn iudicem maiorem Agennij actorem,& procuratorem regium eiuſdem loci & Seneſchalliæ reum ex alia partibus, curia fuit per magnũ conſilium interdicta,neſcio ſi euocabitur.

SVMMÆ.

1 *Venditor caſtri, in quo dixit eſſe plura quàm inueniantur,ad quid teneatur.& nu.2.4.5.6.& 10.*

3 *Argumentum de qualitate ad quantitatem valet.*

7 *Venditor agri, in quo plura inuenantur quàm ille expreſſit,an illa habebat.& nu.9.*

8 *Emphyteuta qui rem ſterilem fecit fertilem, non debet augeri penſio.*

11 *Caſtrum ſimpliciter venditum, intelligitur cum omni iure & iuriſdictione.*

12 *Caſtrum concedens Princeps tranſfert ea omnia, quæ poſſunt per ſubditum poſſideri,non ex quæ ſunt regalia, niſi ſpecialiter & ex certa ſcientia.& nu.13.*

14 *Bona morientium occupare an ſit ius regale. & numero 15.*

16 *Notarios & alios officiarios creare an poſſint domini terrarum.*

17 *Princeps concedens caſtrum cum iuriſdictione, deinde addens aliud caſtrum, intelligitur etiam addere iuriſdictionem.*

18 *Prædia coniuncta cenſentur eiuſdem qualitatis, niſi appareat diuerſitas.*

19 *Regno pars nouo accedens debet iuribus regni cenſeri.*

20 *Argumento cuiuſque rei idem quæritur ius quod erat in ipſa re.*

21 *Contractui cuiuſque ſupplementum fieri debet iuxta naturam prioris.*

22 *Aſſieta qualiter debet menſurari.*

Quæſtio L.

Et ea quæ ſuprà dicta ſunt in quæſt. xliij. incip. quòd ad ſecundam quæſtionem, an ſummæ pecuniarum faciunt ad deciſion.alterius quæſt. ſæpe occurrentis, & multum in curia vertentis, quando ſcilicet quis vendidit certum locum, caſtrum, vel vnam parochiam, aut duas cum alta, media,& baſſa iuriſdictione,ſeu cum mero & mixto imperio, ac cum omni ex eo dependenti, & omnibus aliis iuribus ſuis: in quo quidem loco, vel parochiis ſic venditis dicit, & aſſerit certum eſſe annuum reditum,tam argenti quam bladi, gallinarum ac coruarum ſiue hominum operarum in aſſieta cum directitate,ſeu directo dominio: quam,ſi non reperiatur,vel pars poſtea euincatur,aſſignare,finire,& perficere de proximo ſeu propinquo in proximum & vicinum locum promiſit & conuenit. Quæritur, ſi non reperiantur reditus & prouentus,an venditor perficere teneatur.

DECISIO L.

IT † videtur dicendum aſſietam illorum 1
reddituum eſſe in locis magis propinquis, & vicinis rei venditæ perficiendam: vt in §.j. iuncta gloſſ. in verb. pro aſtris. in authen.de aliena. & emphyteu. & l.ſed & loci. §. hoc iudicium. ff. fini. regundo. tenet Corn. conſil.xxix. colum.j. volum.iij. qui ad hoc alleg.bon.text.in cap. Abbate.iuncta gloſ.in verb.vicino.& ibi Innocen.de verb.ſign. vbi gloſſella exponit vicinum, id eſt proximum.& l.Lucius.ff.de alimen.& cib.leg. cum aliis ſuprà per nos in quæſt.xvj.alleg. Et hoc ſub eadem bonitate ſeu qualitate rei & iuriſdictionis, argum.l. qui fundum. in princip.& §.j. & ij. ff. de contrahen. emptio.& per totum.ff.ſi menſ. falſ. mod. dix. & illam aſſietam reddituum cum iuriſdictione perficere tenetur,etiamſi dictum non fuerit,de propinquo in propinquum ſibi cohærentem, ſi venditor alium habet locum in quo perficere poſſit, vt ſentit Maſuer.in ſua praxi, titul. de locat. verſicul. item ſciendum quòd, & latius titu.de oblig.verſic.item ſi quis. † Aliàs ſi careat territorio, tenetur actione ex em- 2
pto, quanto minoris emptor fuiſſet empturus, aut veram rei æſtimationem pro rata ſoluere, vt ibi vide,& text. in l.ſi in emptione.in princip. & ibi Barto. ff. de actio. empt. quia modus etiam in venditione dictus eſt omnino obſeruandus. vt ibi, & in l. Iulianus. §. ſi Titius. & ibi Bartol.& Salicet.cod.tit. & idem Petr. de Ferrariis,titu. forma libell. in cauſa vendit. in gloſſ. perticarum centum. in j. quæſt.& Ioann. Fab. in l. ſi quis argentum. verſicul.nunquid hoc caſu.C.de donat. Et modus in rebus,ſunt certi denique fines, Quos vltra citráque nequit conſiſtere rectum. Aliàs ſi non teneretur, eſſet decipere ipſum emptorem, quoniam dolum malum à ſe abeſſe præſtare venditor debet:l.ea quæ commendandi cauſa. ff. de contrahen.empt. & dict.l.Iulianus.§. qui tamen. ibi, aſſeueraũt autem bonæ frugi, & fidum & charum vendidit,&c. & bon.text. in l.ſi ſeruum.§.ſi modus.& ibi Ful.& Paul. de Caſtr.& in l.ſi qualitate fundi. & in l. ſi duorum fundorum. ff. de act.empt.vbi in fin.dicitur: ſed ſi quid deeſt emptori, pro modo ſiue qualitate loci hoc ei reſarciri.& idem in l.ſi fundo vendito.cod.titu. † in quibus locis 3
probatur bonum eſſe argumentum de qualitate ad quantitatem.Ideo quando deficit ſubſtantia tãtùm, vel qualitas tantùm, debet emptori perfici, multò magis ſi vtrumque deficiat,per illa iura: & per text. ad hoc. ſingu.in c.per tuas. ibi, feudum integrari.& ibi gloſſ.Pet.de Anc.Io.de Imo.& vtẽsque conſil.de donatio.& ſing. Alex.conſil.viij.lib.iiij.qui etiam alle.tex.in l.ſi venditor hominis.in princ. ibi,ſi minus eſt, præſtet, &c. ff.de actio. emp. & ibi per Paul. de Caſt.& in d.l.ſi ſeruum.§.ſi modus agri. eod.titu.accedat text. in l. de modo etiam agrorum. ff. finium regun. † Etiam ſi in modica rei quantitate aut qua- 4
litate ſit læſio, quæ non toleratur, etiam ſi ſit infrà dimidiam:tunc agitur ad ſupplementum,d.§.ſi modus agri. & cap. Per tuas. & aliis iuribus ſuprà allegatis quod ſecus eſt in læſione pretij, quæ toleratur

infrà dimidium iuſti pretij, ſed vltra non, l. ij. C. de reſcin.vend. & c.cum cauſa.de empt. & vendi.& ratio ſecundùm Abb.Sicul.ibi,colum.vj.& And.Barb. ver. quòd allegatur læſio, quia quando actus principiat de pluribus,regulatur à potentiori, l. quæritur. ff.de ſtatu homin. vbi ergo ratio fauens contractui eſt potentior, vel æquè potens ſtatur contractui, & vbi potentior eſt ratio infringens contractum, quæ excedit vitium,tunc poteſt peti vitium tolerari:vt in ſimili habetur,in l.domum. ff. de contrahen. empt.

5 † Et prædicta dicit Oldra.conſ.l. cxcvij.incipien.in conceſſione cuiuſdam donationis.facere ad deciſio. quando dictum eſt in venditione aut donatione rem eſſe xx.modiorum, aut braſſiarum ſeu perticarum, quibus vtuntur Vaſcones: aut eſſe xx. acrarum, quæ eſt menſura terræ qua vtuntur Anglici Normani,vt dicit gl.in c.ad audientiam. in verb. acras. de eccleſ. ædif. ſicut nos dicimus in vulgari noſtro (vt ibi ait Hoſt.in lect.xx.) iornalia terræ:tantum enim valere acra apud Anglicos, quantum iornale apud nos, & quantum Arpentum apud Gallic. & quantum bubulcata vel tabulata apud Italos & Lombardos, aut iugerum infra limites in venditione nominatos: ſi minus vel plus reperiatur, an totum illud plus cedat emptori,& pro numeri competat actio. Qui diſtinguit aut in venditione vel conceſſione rei inceptum eſt à numero vel menſura,dicendo, vêdo tibi talem terram quatuor modiorum aut iugerum, in talibus finibus & limitibus contentorum,tunc non venit id quod plus reperitur,l.quidam teſtamento. ff.de legj.ſicut econtra venit, ſi non reperiantur tot iugera. Et ſic ratione deceptionis in numero vel menſura inuentæ,agit ad ſupplementum. d. c. per tuas. & l ſi in emptione.& l.ſi duorum fundorum, & dd. ſi ſeruum.§.j.& ibi Pau.de actio.emp. Corn.conſi.lix.vo-

6 lum.iiij.& Iaſ.conſil.lv.4.volum.j. † Sed quando in conceptione inceptum eſt ab ſpecie aut corpore certo,ſcilicet do, vel vendo tibi talem terrã vel fundum ſic confrontatum,& limitatum,qui eſt quatuor modiorum vel braſſiarum.Et tunc illud quod reperitur plus cedit emptori, nec ab eo reuendicari per venditorem poteſt: quia menſura vel numerus hoc caſu demonſtrationis cauſa adiectus fuit: & falſa demonſtratio non vitiat,l.falſa demonſtratio.ff.de cõdi.& demon.Et idem tenuit Spec.& Io. And. in tit. de emp.§.j.circa fi. & idem ſi minus reperiatur.Tũc hoc caſu venditor non tenetur ſupplere,de quo plenè per Corn.in d.conſi.lix.& Decium. conſil.cccc. & Iaſ.in d.conſil.lv.num.iiij. & conſi.lxxiij. nume.j. vol.j.& in l.j.verſic.quintò limita.C.de ſum. Trin.cũ aliis per ipſum alleg.& idem Decius conſil. ccxxlvij. & hanc opin.ſequuntur Petr.de Ancha.Abb.Sicu.& And.Bar.in d.c.per tuas.de donatio. & Bald.in rub. de contrahenda empt.verſic.vlt. quæro.quæ eſt xxij. q.& Salic.in l.ij.cod.tit. & Barba. in rub.de empt.& vendi.ante fi.& Alex.conſil.cxvijpoſt ptinc.exord. Viſo proceſſu.volu.ij.& in additio.ad Bart.in dict.l. Iulianus.§.ſi Titius & Feli.in c.ſignificante.verſic.& dum Alex.de reſcrip.& Crotus in Lommes.verſi.ſexta concl.ff.de inſtit.& iure.& Soci.conſi.cxviij. vol. iij.& conſi.xxxij.li.iiij.& Alex.conſ.cvij.lib.vj.& cõſ. lxxxij.li.vij.Et in aliis locis, vbi ſuprà per Iaſ.alleg.& Pet. Rebuf. in repet. legis vnicæ.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt proſer.& item Matth.de Afflict.in Deci. Neapoli. lxviij.num.e.iij. Et idem tenet Guid. Pap.in d.q.viij.per text.in l. Lucius Titius. ff. de alimen.& cibaria.legat.& per ea quæ not.Ioan.Fab.in l.ſi

7 quis argentum.in prin.C.de donationib. † Et ſuper hoc vidi etiam dubitari in curia, quando conceſſio bailleta fuit per dominum ad certas menſuras facta, quæ numero deſignato reperiuntur maiores: an cedere debeant recipienti ſoluendo pretium iuxta portionem menſuræ. Et videtur quòd non,quia venditio & conceſſio fuit ad certum numerum iugerum taxata,arg.l.Rutilia Pola.& l.comprehenſum,& ibi Albe.de Roſ.ff.de contrahen.empt. Vnde erit in poteſtate venditoris, an velit eidem, aut alteri illud pluris concedere.d.l.comprehenſum.& l.penul.§.fi. de act.empt. Contrarium videtur verius,quod ſit in facultate accipientis retinere pro ſimili pretio. l.qui fundum.§.qui agrum.ff.de contrahen.empt.Et præferri debet omnibus habere volentibus,arg.c.ad aures.& ibi Barb.de reb.eccle.non alien.& ſentit Bald. vbi ſuprà.q.xxij. Et ſignanter vbi homines ab initio extirpauerunt, & ad fertilitatem cura eorum reduxerunt, & longo tempore tenuerunt. hoc eſt enim priuilegium cultiuantium, vt præferantur aliis.l.fin. C.de aliu.& l.pe.C.de omni agro deſer. lib.xj. † vbi 8 accipiens rem ſterilem in emphyteuſim, ſi illam fecit fertilem,penſio per dominum non debet ſibi augeri.l.quicunque.eod.tit.& ibi Bart.Ioan.de Plat. & Iac.Rebuf.& pulchra deciſi.Archi.in c. j. poſt princ. verſic.Sed quid dices de quæſt.xiij.q.v.vbi vide.quod intelligerem quando intra deſignatos terminos, & limites aliquid reperitur vltra numerum traditum: quòd accipientes pro ſimili pretio poſſint illud habere & retinere, quia credunt omnia intra limites contenta eſſe ſua,& ad eos pertinere:& ſic bona fide poſſiderunt.Secus putarem,ſi vltra limites & terminos reperiatur vſurpatum, quòd illud ſit in diſpoſitione & voluntate domini. d. l. comprehenſum. de contrahen. emp.& dd.penult. §.fin.de act.emp. Et idem quando à corpore & ſpecie inceptum eſt, ſi aliquis vltra limites reperiatur vſurpatum,dominus poſſit alibi diſponere, licet in vtroque caſu recipiẽtes extirpauerint, & ad frugum fertilitatem reduxerint,quia eſt eis imputandum. † Si verò primo caſu, 9 quando à numero iugerum fuit inceptum, & limites non fuerunt deſignati, ſi vltra numerum expreſſum inueniatur alius parvus numerus duorum aut trium modiorum, quos ſimul extirpauerunt, quod illud vltra inuentum accipientes pro eodem debeãt habere pretio,ex quadam æquitate, quia de modico non eſt curandum, l.ſcio. ff.de in integ.reſti.Si verò reperiatur ſimilis aut maior numerus vltra venditum aut conceſſum, tunc illud ſit in voluntate domini. Et ita plures in curia fuit iudicatum, & vltimatè in fauorem habitantium de Thonneux contra dominum eiuſdem loci. Et latum arreſtum die xxx. Auguſt. 1532. † Et reuertendo ad quæſtionem no- 10
ſtram, pro eius deciſion. facit quòd † vendito ſim- 11
pliciter caſtro,aut villa, videtur venditum cum omni iure ſuo,ſcilicet iuriſdictionis & imperij. l.j. in fi. & ibi Bart.& Docto.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſdict. & l.ij. ff.de iuriſd. omn. iud. & l.j.§. cùm vrbem.ff.de offic.præfe.vrb.& Bar.poſt Din. in l.inter eos.cum ſeq.ff.de acquir.rer.dom. & in l.ij.ff.de acquir.poſ.& Ant.Corſi.in tract.de pote.reg. q.v.quoniam villa illa aut caſtrum in ſe continet iuriſdictionem,honorem,& diſtrictum,vt dicit Inno.in cap.ex literis,de iure patr.quem ibi ſequuntur Docto.Alb. Roſa.in l.ſi.col.vj.poſt prin.C.de iuriſ. omn. iud. & hoc per text.in l. quicunque caſtellanorum.& ibi idẽ Luc.de Penna.verſi.item pone.C.de fund.limitrop. & Albe.de Roſ.in l.traditio.ff.de acquir.rer.do.& in l.imperium. verſic. item quæro vtrum recognoſcẽs caſtrum.de iuriſdict.omni.iud. vbi inter alias rationes adducit, quòd conceſſio caſtri & iuriſdictionis non

nis non reſpicit partem, ſed totum tam in caſtro quàm in territorio. & idem Bald. in c.j.verſic. item ſcias quòd do.Oldr. ic cap.qui curiam vend.& conſil.cccclxvj.inch.an.villa vel caſtrum.lib.j.quod eſt ſingulare propoſitum. & Roman.conſil.cccclxiij.verſic. quo ad ſecundum.& Corne.conſil.cccxxj.in litera M, vſque ad fin. conſil.volum.iiij.& Cul.de Cug. Bald. & Docto.in dict.l.j. §.initio.de offic. præfect. vrb. & Barb.in clem. ne Romani. verb.adde ſecundo de elect.cum aliis per eum alleg.& Oldra. conſil. ccxj.qui incipien.ad primam quæſt.qua quæritur. verſic. ſuper eo vero quod carius quæritur. & Bald. in cap.j.verſicu.porrò ſic eramus. de allodiis. dicens territorium eſſe ſuprà territorium ſicut nebulam ſuper paludem, quæ generatur per actiuam potentiam ſolis. & idem dicit in c.j.§.fin. verſi.ſecus puto. quibus mod.feud.amitt.& in d.l.j. §.cùm vrbem. de offic.præfect.vrb. & in l.ſi quando.in j.C.de bo.vac. lib.x.& ibi Angel.Ioan.de Pla.& Luc.de Pen.verſic. item in lucit. & idem ibi Iac.de Rebuf.& latiùs Lucas de Pen. in l.j.verſi.deneg mus.C.de priuil.ſchola. lib. xij. dicens hoc eſſe verum, quando Princeps
12 conceſſit caſtrum: † quod tunc tranſeant ea quæ poſſunt per priuatum & ſubditum poſſideri, ſed nõ quæ ſunt merè regalia, vt eſt poteſtas condendæ legis, creare magiſtratus & tabelliones, monetam cudere, & ſimilia, (quæ non poſſunt cadere in ſubditum) donaſſe nullatenus intelligitur: quia iſta velut Regis oſſibus inhærentia nequeunt ab eius poteſtate regia ſeparari: remittens ſe ad ea quæ ſcripſit in l.j.in verbo,augere.C.de vetera. lib.xij. vbi idem dicit. & pariter Albericus de Roſa. in dict. l. imperium.quem ibi ſequitur Iacob.de ſancto.Georg.numer.xiiij.& ſingul.Lauren. Calca.conſil.cj.inchoan. quia quibuſdam nobilibus cum aliis per ipſum allega.ita quòd ſi Rex nihil apud ſe retinuerit,non videtur prædicta conceſſiſſe iura, nec appellationes, ſecundùm ipſum de ſanct.Geor.ibi,& Alber.in d.l.
13 j. in fin. de offic. eius cui manda. † niſi ſpecialis de regalibus mentio in conceſſione fuerit facta,& certa ſcientia,& motu proprio Principis: cùm ſemper regalia intelligantur reſeruata Principi, quantumcunque conceſſio fuit generalis,& generaliſſima. & dicit Alb.in l.quoties. C.de precib.Impe.offeren.& Lauren.Calca.ad conſil. cj.verſi.& propterea etiam. & Ioan.And. Philip.Franc.& Dominic.poſt Ioann. Monach. in cap.generali.in princ.verſi.item oppono.Epiſc.vel Abb. & in verſi. ſequen. & per Lucam de Penna. & Docto. in cap. j. quæ ſint regaliæ.Luc. de Penna in l.quicunque.in ij.verſi.domeſt.C.de omni agro deſer. lib.x.Quare videntur ciues habitantes ciuitatis Foroiulienſis Prouinciæ bono iure conqueri contra Epiſcopum Foroiulienſem, regalia in eadem ciuitate & caſtris eidem ſuppoſitis prætextu priuilegij ab illuſtri Hildefonſo Comite & Marchione Prouinciæ conceſſi,Anno Domini 1203. xiij. menſis Nouembris prętendentem.Licet repererim Bertrand.conſuluiſſe pro Epiſcopo Foroiulien.conſil.cclxxvj. nume.xvij. volum. iij. † ponens etiam an
14 in tali conceſſione veniant bona morientium ſine hærede.Et tenet quòd ſic,licet videantur regalia, vt colligitur ſecundùm eum ex his quæ no. Bar. Bald. Angel.& Joann. de Pla.in l.j. C.de bon.vacan.lib.x. quod ſequitur Alexand. conſil.xxj. verſic.videamus ergo verum dominus dicti loci. volum. j. Tum quia Barones hodie in talibus ſuccedunt, vt dicunt Ioan. de Plat. & Iacob. Rebuf. in l. comicularij. vbi eſt bonus text. C. de apparato. præfect. præto. lib. xij.
15 † Tamen Lucas de Penna in dict.l.j. de bon. vocan. tenet contrarium, etiam ſi conceſſa ſuiſſent regalia, per ea quæ ipſe dicit in dict. l. quicunque. de omni agro deſert. Vnde hinc forte,vt inquit in dict.l.comicularij. in ver.tuæ, inoleuit abuſus qui iam hactenus eſt in curia Romana ſeruatus, cum quis decedit etiam legitimis relictis hæredi. & interdum teſtamento ſolenniter condito,qui in ipſa curia officium gerebat,quia aboreuiator,ſcriptor, aut officialis, aut alius Cardinalis, intra cuius librariam defunctus moratus eſt atque deceſſit,occupat omnia bona ſua. Quod quantum ſit æquum, nouit is qui omnia nouit antequam fiant. Tamen in hoc regno de conſue. generali ſuccedit fiſcus omnibus alienigenis albinis ſic nuncupatis,ſi non obtinuerint literas à domino noſtro naturalitatis,vt alibi ſæpè dixi,niſi eſſet conſuet. pro domino loci, in quo deceſſit hæc liberis,quia ſi habeat liberos non ſuccedit fiſcus aut alius dominus,ſed liberi, vt dixi lib. conſuet.Biturig.titu. de teſta. §.fin.colum.j. Et ita dictum per arelatum in fauorem magiſtri Ioann. de Lanſangue presbyteri, Martialis Sarrante. Perrichonij Portæ, nomine tutorio liberorum Petri de Lanſangue appellantium à Seneſchallo Bazaten. contra regium procuratorem; & latum die x.Martij,anno 1533. † Sed videtur quod 16
de iure poſſit creare officiarios ad iuriſdictionem ſui territorij exercendam, & etiam notarios, vt conſuluit Oldr. conſil. lxxv. exordien. quis poſſit creare notarios.de quo per Hoſtien.Abb.Sicul.& Felin.in cap.cùm P. tabellio. de fide inſtru. Sed an hoc procedat in hoc regno, dic vt dixi infrà quæſt. cclij. inchoan.ad tertiam quæſt. veniendo,ſcilicet an tabellio. Et idem ſecundùm Bald.dict.l.ſi quando.de bo. vocan. ſi ille cui Princeps conceſſit, rurſus alij concedat, quòd transferat imperium cum vniuerſitate, argu.l.quædam.ff.de acquir.rer.domin. & tenet Bar. in l.j.quæſt.vlt.verſi.poſtremo quærit.cum verſic.ſequen.& latè Iaſ.colum. vj. verſic.iiij. & vlt. ff.de iuriſdict.omn. iud. & ibi idem Iacob.de ſancto Geor. in ij.lect.in fin.& Felin.in cap. quod ſedes. ante fin. de offic.ordin. & in capit. Rodulphus in verb.territorio.poſt medium de reſcriptis.& And.Barb.in capit.præterea.verſic. quærit etiam domi. Per. de officio delega. & Bald.in cap.j. in princip. verſic.extrà quæro.de controuerſia inueſtit. propter quod Iaſ.in dict.l.j. de iuriſdict. omn. iudic. ponit primo quinque effectus ſeu vtilitates vltra iltam: ſecundò, ponit quatuor concluſiones. Et ad deciſ. quæſt.noſtræ multum facit quinta vtilitas per eũ adducta, † quòd 17
Princeps qui conceſſit caſtrum cum certo territorio,& ſic cum iuriſdictione, ſi poſteà addit territorium caſtro, quod etiam intelligatur addere iuriſdictionem, licet in augmento nihil dixerit de imperio ſeu iuriſdictione.Allegat Angel.in §.j.circa princip. in authent. de æqual. dot. Quod quidem dictum repetit Iaſ. ibi, in iij. concluſ. verſic. Item adde. Quoniam, vt inquit Angel. omne priuilegium principali datum porrigitur ad eius augmentum.Et pro hoc multum facit textus in dicta leg. ſi quando. ibi,cum adiacentibus.& in leg.etiam.C.de iure dot. & ſequitur Franciſc. de Curt. conſil. lvij. inchoan. ſuper eo quod ab ordine noſtro.verſicu. Et bene facit.cum aliis per ipſum allegatis. & quod dicit Angel. in authen.vt ſit determi. numer.cleri. de eo qui emit gabellam vini. Et idem & melius Angel. in leg. item ſi fundi. §. huic vicinus. ff. de vſufruct. & Philip.Decius in cap.auaritiæ. colum.vltim.numer. xiiij. de præbend. Et ratio, ne vna & eadem res diuerſo videantur iure cenſeri. leg. eum qui ædes. ff. de vſucap. Et pariter ne huius totius para ſit

cum iuriſdictione,& imperio, & altera pars ſine iuriſdictione exiſtat.argum.l.iudicatæ.in princip.ff.de excep. rei iudit. Ideo illam partem reſtantem non minus commodam etiam non promiſſam præſtare debet, l.ſi quis domum.in princ.ff.loc. & in l.Labeo ait,in ij.in fin.ibi,tunc alios non abſimiles adhibendos.ff.de arbit.vbi gloſ.dicit. æque bonum dandum & recipiendum. Alleg.text. in l.illud.in fin.ibi,vel alios minus idoneos adhibeas. ff. quod met. cauſ.& tex.in l.qui autem.§.ij.ibi, vel vt alium perſonam nõ minus idoneam,& c.ff.de conſti.pecu. Quia conceſſio iuriſdictionis non eſt circa partẽ, ſed potiùs circa ipſum totum, tam in ipſo territorio, quàm in aliis,in quibus redituum aſſicta eſt perficienda, arg.l. ſi eo loco.§.ſi.ſi ſeruit.vend.& l.ſi ſullicidij.§.vltim.ff. quæ madm.ſeru.amit.& bo.text.in c.j.§. cùm autẽ.& ibi Bald.& Card. Alex. de conten.inter do.& vaſſal. de inueſt.vbi Bald.dicit,in verſic.concludendo.ergo
18 not.illũ tex.ad q.† quòd ſi de latitudine prædior.dubitetur,an ſic feudalis,vel emphyteuticaria,quòd tota ſit eiuſdem qualitatis,vbi nullæ apparent notæ diuerſitatis,per not.in l.vxori ſuæ.in princ.ff.de leg.iij. accedat l.in.§.cui dulcia.ff.de vino & trit leg.pro quo dicit Alex.in l.ſi ex toto.in ij.nota.ff.de leg.j.per tex.
19 quòd † augmentato regno illa pars augmentata regi debet iurib.& conſtitutionibus regni. Et idem conſi.ccxviij.inchoan. in occurrenti caſu.volu.ij.Et ipſum ſequitur Lancelo.Decius in d.l.ſi ex toto.col. pen.verſ.an ſi augeatur. Quamuis Alber.de Roſa.in prima parte ſtatuto.q.xxviij.verſi.ſed nũquid ſtatuta Regis.cenſeat contrariũ. Sed primum verius, quod tenet Guid.Pap.deci.cclxv.& Iaſ.in l.ſi.verſi. ad prædicta.C.de verb.ſign.& in l.quod in rerum. §.ſi quis poſt.in primo nota. ff. de leg.j. Et plura alia ſimilia ſcribit Prepoſitus.in c.j.§.ſi.de inueſti.de re alien.facta,& ſingulariter Io.de Neuiſa.in quodã ſuo conſi. poſito inter conſilia Alber. Bruni.nu.xij. inci.patres comederunt vuam acerbam. verſic. confirmo ex iis, qui inter alios alleg.ipſum Brunum in tract.de aug-
20 mento.idem tenere.† Tale enim ius quæritur regulariter in augmento accedente, quale quis in primo habebat,l.ergo.§.alluuio.ff.de acquiren.rer.domin.l. inter ſocerum.§.cum inter.ff.de pact. dota. & Bald. in l.cùm fundus.ff.de leg.ij.& Mart.Lauden.in tract.
21 de caſtella. §. xxxiij. † Et multo magis quando ſupplementum contractus fieri debet ſecundùm naturam primæ conuentionis, ſecundùm quam, & non ex noua conceſſione fieri dicitur, aut ex augmento. ideo debet adimplere contractus, tanquam veniens ad conſequentiam primi contractus, ſequendo initium ipſius contractus,vt dicunt Abb.Sicu.& Barba. in d.c.per tuas.per illum text.poſt glo.ibi,in verb.de nouo.vbi Barba.alleg.tex.in l.ſi.in princi.ff.de mortuo inferen.remittens ſe ad per eum dicta in c. ij.de feud. Tum etiam quia communiter inferitur clauſula,cum omnibus ſuis pertinentiis: quæ comprehendit etiam molendina loci ſicut iuriſdictionem,vt dicit Bal.in dict.c.j.verſi.nota quòd vendita curia.cum ver.modo hic quæritur. quem ibi ſequitur Card.Alex.de capi. qui curiam vendidit.& Inno.& canoniſtæ in c.cum ad ſedem.de reſtit.ſpol.& in c.inter dilectos.de donat.& Lucas de Penna d.l.ſi quando.de bo. vocan. Et ita ſe habet conſuetudo in hoc regno, quando locus cum certis reditibus & prouentibus venditur cum iuriſdictione ſeu mero & mixto imperio in aſſicta de propinquo in propinquum aſſignandis,quòd tota illa aſſicta fiat in loco magis proximiori, & in omni iuriſdictione exiſtenti, quæ attendi debet ſecundùm Bald. in dict. conſil. 446. in fin. volum. quoniam conſuetudo præſtationis & rei præſtandæ intelligitur,vt inquit Bald. ſecundum locum illũ,vbi fieri debet traditio & ſolutio corporalis.l. cùm per in ſtipulationib.ff.de reg.iur. ita dicit in c.j.§.ſi qua controuerſia,per illum tex. de pace Conſtan.quia venditio dominij eſt vniformis. Ideo eiuſdem naturæ eſt,vt ipſe dicit in cap.j.§.econtrario.de inueſt.de re alien.facta.per tex.in l.cum fundus.ff.de leg.ij.& in l.Seiæ.§.Titianæ.& ibi Alber.de Roſa.ff. de fun. inſtruct. qui ad hoc ſunt ſingulares. Et hoc cùm ſit vnus contractus celebratus, arg. eorum quæ notantur in l.Marcellus. ff. de rei vend.& ſubrogatũ ſapit ſeu aſſumit ſibi priſtinam qualitatem, vt dicit Bal.in c.vno.de vaſ.decrepi.ætat.& l.ſi cum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio. Et ſic fuit dictum in propria cauſa, contra dominum Petrum de Monteferrando militem, per Seneſchallum Aquitaniæ. Nam vendiderat mihi duas parochias cum iuriſdictione & certo reditu denariorum & bladi,cuius media ferè pars deficiebat, de quibus oportuit aſſictam de propinquo in propinquum facere: quam ægre fecit, ſed non cum iuriſdictione: ſed tamen ad illam fuit condemnatus per dictum Seneſchallum. † Sed qua- 22
liter aſſicta debebat menſurari de loco vendito vel conceſſo ad locum propinquum ſeu vicinum, vide Bart.in l.iij.ff.de verb.ſignifi.& in tract.de flumi.ſeu Tiberia.tit.de inſula.in figura xxxvj. ante fin. verſic. ad ſecũdum dicendum etc.vbi dicit menſurationem fieri debere ab illa parte loci, quæ proximior loco menſurando. Vnde in caſtro erit clarum:ſed in villa ſeu rure poterit eſſe difficultas, quoniã domus ſunt diſperſæ & diuiſæ, nihilominus putat quòd ſi aliqua domus diſtaret multum ab aliis,quòd illa domus nõ dicatur vicina, maximè ſi vox clamãtis exaudiri non poſſit,l.j. §.eo tecto.cum verſic. potuiſſe. ff. ad Silla. remittendo ſe ad per eum plene dicta in l.ſi tertius. in princip.de aqua pluuia arcend. de quo per Alber. de Roſ.in l.iiij.§.pen. ff.de dam.infect. & per Doct. in c.præſenti.de præben. lib.vj. & per Lucã de Pen. in l.quicunque.verſi.vicinas. C.de omni agro deſer. libr.xj.per Bar.& Flo.de ſanct. Pet.in l.iiij.§.hoc iudicium.ff.finium regun. Et aduertendum eſt ſecundùm Bart.in d.tit.de inſula.quòd licet lex dicat mille paſſus debere menſurari à continentibus ædificiis, l.mille paſſus.ff.de verbor. ſignific. & not. in d.l.iij. eod.tit. Tamen iſto caſu putat debere inchoari ab ipſo muro ciuitatis vel caſtri, vel ipſo loco, vbi villa terminatur, prout ipſe ibi in ſeq.declarat quæſt. Sed tu dic menſurationem fieri à fine iuriſdictionis loci & caſtri finitæ verſus locum magis vicinum.

SVMMÆ.

1 *Syluam non caduam an tradere cogatur, qui in loco proximo certos reditus tradere pollicitus eſt. nume.4.11.12.& 23.*

2 *Fructus appellatione an contineantur theſauri,lapidicinæ,argentifodinæ,&c.*

5 *Vineæ & penſiones domorum ſunt in fructu.*

6 *Glans eſt in fructu, & eius appellatione omnis fructus omnes arbores continentur.*

7 *Nemus in reditum dari poteſt.*

8 *Vtendi verbum, refertur ad modum, non ad quantitatem.*

9 *Sylua caduæ,& non caduæ differentia.*

19 *Fructus omnis eſt in reditu,ſed non econtra.*

14 *Propè dictio,quid importet.& num.15.*

16 *Agrorum diuiſiones communibus expenſis fieri debeant.*

Quæſtio

Quæstio LI.

Sed quid retento eodem themate, scilicet, venditione certi reditus cum iurisdictione in loco existente facta: & si casu non reperiatur in eodem loco, promisit de proximo in proximum assignare & constituere: & in illo reperitur locus sylua alta non cædua, quæ Haulte fustaye lingua materna vocatur, quam locus reditus ad mensuram iornatorum capere vult is cui reditus fuit constitutus, venditore aut alio debitore reditus contradicente, & retinente, quia non vult tradere. Quæritur an veniat sylua appellatione reditus, ita quod constituens, vel eius hæres teneatur præcisè tradere, prout sæpe contingit in doctis redituum per maritos vxoribus constitutis. Et quid econtra, si debens reditum velit tradere sylvam loco reditus, & is cui debetur, nolit recipere, an compellatur. Et divisio agrorum cuius expensis fieri debeat.

DECISIO LI.

1 [F]IAT † primò videtur, quòd non cogatur de iure communi tradere, cùm talis sylua non cædua in fructu non veniat, l. item si fundi. §. fina. cum duabus ll. sequen. ff. de vsufruct. quæ iura volunt in vsufructu sylvam cæduam non grandem & altam venire, & ibi dicitur in l. sed si grandes arbores essent, non posse cædere eas, & idem dicitur in l. qui fundum. prima. §. cùm fundum. ff. de contrahend. empt. & glos. in cap. generali. in
2 verbo reditus. & ibi Docto. de elect. lib. vj. † Quoniã arbores iam fructiferæ, vel aliæ res, vt thesaurus, quæ non renascuntur, non computantur in fructu, l. diuortio. §. si fundum. & ibi Petr. Bart. & scriben. & in §. si vir in fund. ff. solu. matrimo. vbi lapidicinæ marmoreæ, aurifodinæ, argentifodinæ, vel salinarum nõ sunt in fructu, nisi in loco renascantur, vt sunt lapides, qui in Gallia & Asia renascuntur, vt dicit text. in d. §. si vir. & in l. fin. ff. de fundo dota. & in l. si ex lapidicinis. & ibi glos. & Iac. de sancto Geor. ff. de iure dot. & quæ dixi suprà quæstione xviij. Et quid an appellatione lapidicinarum contineatur calx facta ex lapidibus? ista fuit quæstio Piri ix. vt refert Alberi. de Rosa. in l. carbonum. ff. de verb. signi. & videtur text. in l. arboribus. in princip. de vsufructu. permittens vsufructuario posse ligrum capere ad calcem faciendam. & facit in argumen. l. qui fundum vendidit, pomum recepit, nuces, & ficus, & vuas duntaxat duracinas, & purpureas, & quæ eiusdem generis essent, quas non vini causa haberemus, recepta vi-
3 deri. ff. de verb. significa. † quare glos. vlt. ibi dicit, Adam vuam comedisse secundùm quosdam, iuxta illud, Patres comederunt vuam acerbam. Alij Theologi dicunt pomum, alij ficum, propter folia quibus se cooperuerunt. & pro hac Decision. videtur text. in l. frugem pro reditu appellari. ff. de verb. significa.
4 & in l. sylua cædua in prin. & §. seq. eod. tit. † In contrarium videtur ipsum teneri ad tradendum, argu. l. & eleganter. §. non solùm. ff. de dolo. vbi à pari procedunt diruere domum, arbores excidere, vineas ex-
5 tirpare. † Nam vineæ, & pensiones domorum sicut sunt in fructu, sic sylua, seu foresta esse debet: & maximè in casu nostro: quia tradidit agrarias vinearum: ergo arbores sylvæ. Pro hoc l. vrbana prædia. in fin. ibi, plane si plurium horti in reditu sunt, vinearij forte, vel etiam olitorij &c. ff. de verb. sig. & l. j. §. arboris appellatione etiam vites continentur. ff. de arbor. cæden. & l. ij. & iij. in princip. ff. arborum furtim cæsa. vbi Albert. dicit, Nec primùm plantasse vineam. cap. sexto die. xxv. distin. & ibi vide per Archid. & Cardin. Alexand. & alibi dixi. † tum glans
6 est in fructu: & appellatione illius omnis fructus, & omnes arbores continentur. l. qui venenum. §. glan-

duca. ff. de verbo. signi. & l. vna. in fi. ff. de glande legen. † Et sic nemus in reditum dari & recipi potest, 7
quando ad iornalia pretio æstimata vult recipere, & dare cautionem de vtendo & fruendo tanquam bonus vir, seu paterfamilias vti & frui debet. d. l. item si fundi. §. fina. & ibi glos. & Albe. de Rosa. de vsufruct. vbi † verbum vti, ad modum referendum est, non ad 8
quantitatem. quòd est pulcherrimum, quando in testamento, vel lege, contractu, vel sententia dicitur aliquem vti, vel facere debere secundum consuetudinem patrisfamilias. Illa enim verba non esse referenda ad quantitatem rei, sed ad modicum: id est quantitatem vtendi: quia si paterfamilias vtebatur incidendo in anno vnum solum plaustrum, quòd is qui vti debet, incidere potest decẽ, si sunt sibi quolibet anno necessaria. Sed si paterfamilias consueuerat cædere de quinquennio in quinquennium: illud bene respice modum, quem vti debens seruare tenetur, quia Spiritus sanctus, vt inquit, non datur ad mensuram, sed ad bonum modum. cap. quæris. de consecra. distinct. quarta. † Et in hoc est differentia 9
inter sylvam cæduam, & non cæduam: quia ex non cædua vti potest ad vsum suum tantùm, & non vendere, l. arboribus. in princip. ff. de vsufruct. quæ loquitur secundùm glossam & Abba. in sylua non cædua. Sed ex cædua potest totum accipere, & etiam vendere, dict. l. item fundi. §. fin. cum duabus ll. seq. & ibi Angel. in l. ex sylua. quæ est post dict. §. fin. præterea sylua potest esse pascua, quæ est pascuis pecudum destinata, dict. l. sylua cædua. §. fin. ff. de verbo. signi. † Et extat regula, quòd omnis fructus consi- 10
stit in reditu: sed non conuertitur, l. Paulus. §. j. & ibi Angel. ff. de vsur. † aliàs sequeretur habentem v- 11
sum fructum, si non haberet in sylua, illum habere territorium & iurisdictionem, in qua potest totum habere reditum vna vel duabus leucis, & sic in parte iurisdictionis, & in foresta quæ erit forte in remotiori loco, in qua delicta committentur, super quibus nullam habebit iurisdictionem. Et sic in nemore iurisdictionem non poterit contra delinquentes, vel ligna furantes exercere, sed extra locum in loco sibi commodato, si velit commodare in præiudicium subditorum non modicum, à qua iurisdictionis extractione poterit appellari. ista notan. in l. fina. de iurisdict. omn. iudic. † Et sic aliàs fuit dictum per 12
arestum curiæ latum inter dominam Rosam de Mõtesquiou vi Iuam doërium suum petentem, & Alanum de Duroforti dominum de Baiaumont reum, die ix. Ianuarij, Anno 1532. Et in omnem euentum oporteret ipsum doërium habere in nemore vsum lighi mortui, & mortui ligni, vt in vulgari dicitur, *bois mort*, & *mort bois*, cum fructu glandis, qui debet æstimari arbitrio iudicis: quia ligna in sylvam non sunt deferenda, sed ab ea exportanda, iuxta illud Horatij: In sylvam non ligna feres. quod ad aliud induxit propositum Ioann. de Neuiza. in sylua nupt. fol. 4. ante finem. † Et ita fuit dictum inter fratres 13
de la Rochechandry, de foresta de clam. & similiter in causa dominæ Isabellæ de sancta Maura viduæ actricis, & Ioannem de la Roche reum. Et latum arestum die j. Iunij. Anno 1535. † Sed quid si per do- 14
minum in concessione, & traditione terræ, & nemoris dictum fuerit, ipsam terram, & nemus esse prope sanctum Cyprianum in sua iurisdictione existentia: quæ tamen in veritate non erant, prout testium depositione apparebat, vt infrà dicam: sed ostendebatur illam terram à dicto loco per dimidiam leucam distare, & remotam fore: an intelligatur de ipsa, vel alia iuxta dictum locum

ſancto Cypriano exiſtente, in qua termini & alij li-
15 mites verificabantur. † Et dico intelligi debere de illa terra, quæ eſt propè ſanctum Cyprianum, quia dictio propè, nõ poteſt verificari in alia remotiori, quam terra illi lõco ſancti Cypriani contigua & cõiuncta, vt voluit Bart. in tract. Tyberiadis ij. parte de inſula. verſi. propè ripam prædia poſſident. & Ange. Aret. in d. §. quod ſi naturali alueo. inſtit. de rer. diui. oportet enim intelligere de terra, & nemore contiguis, & coniunctis loco, & caſtro limitato, & nuncupato, aut ſaltem ſecundùm Barto. quòd non ſit aliud medium prętet iter publicum exiſtens: quoniam via publica non impedit verificationem terminorum, aut acquiſitionem rei, aut inſulæ in flumine natæ. l. Martius. ff. de acquir. rer. domin. Facit in ſimili tex. in l. properandum. §. ſiquidem. ibi, propè finem trienn. C. de iud. per quem tex. dicit ibi Franc. de Are. in ij. nota. quòd ille dicitur eſſe propinquus in tẽpore, qui eſt propinquus per ſex menſes. l. non tantum. in prin. ff. de excuſa. tut. vnde dicitur Dominica in paſſione Ioan. xix. quia propè ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus. Vnde inchoando ad locum ſancti Cypriani, & itinerando via & itinere, quo itur ad Thayacum ad crucem vſque vocatam N. Et ab illa cruce non vltra progrediendo, ſed ambulando per ſenitam ad manum ſiniſtram exiſtentem ad & verſus domum, & maynamen tum de la Rocque, & de eo ad maynamentum cuiuſdam de Sors nuncupati, qui ſunt veri limites feudales. Quare totum id quod intra prædict. terminos, & limites eſt, verſus & propè ſanctum Cyprianum, eidem de Rupe de Beyna ſpectat & pertinet, & in hoc videtur malè iudicatum, in non ſibi id adiudicando: ſed caſtrum & locum de la Vixiere vſque ad dictos limites adiudicãdo domino de la Faye, bene iudicatum. Et etiam altam eiuſdem loci iuſtitiam domino Archiepiſcopo Burdegalen. adiudicando. Et latum fuit arreſtum die
16 xxj. Iulij. Ann. 1535. † Et aduerte ad iſtas agrorum, & feudorum diuiſiones, quæ fieri debent expenſ. communibus, vt tenet gloſ. vlt. in l. ſi irruptione. §. ad officium. ff. finium regun. & ibi eam ſequitur Alber. per l. eos. §. j. C. de appel. cum alijs per eũ alleg. Etiã ſi vna partium non conſentiat, ſed expreſsè contradicat, quod teneatur pro parte ſua ad expenſ. agrimenſorum, vel calculatorum authoritate iudicis adhibitorum, vt dicit text. in l. iiij. §. ſed & ſi menſor. ff. finm. regun. quem ibi faciunt ſingularem Bald. Alber. & Flo. de ſanct. Pet. & illum ad plures alias quæ. adducunt. & idem Azo. in ſumma eo. tit. verſi. Item nomine intereſſe. & Chaſſaneus. lib. conſu. Burgun. tit. *des Iuſtices*. §. vj. in verb. *Par leurs ſermens*. num. iij. & Sali. in l. iij. verſi. quæro cuius expenſ. C. eod. tit. & Felin. in c. quia iudicante. verſi. Et adde quòd mẽſuratio. de præſcri. & ſentit Ioan. Fab. in §. quædam actiones. verſi. item veniunt damna & ſumptus. cum verſicu. ſeq. de actio. allegandò illam l. iiij. & idem verſi. quærntur pro formatione libelli. Et ſic fuit per areſtum dictum in fauorem magiſtri Ioan. de Pontac. curię graffarij contra nobiles Domicellam Fraciſcam de Laire, dominam de Bautiram, & Caſtonem de Liſle, latum die xxix. Nouemb. Anno 1537.

S V M M Æ.

1 *Reſtituere verbum quid importet.*
2 *Expenſarum condemnationi ſufficit vna citatio.*
3 *Expenſarum appellatione, an damna contineantur. & nume. 5.*
4 *Extranei propoſitio non impedit executionem areſti.*
6 *Iniuriam remittens non videtur remittere damna, & intereſſe.*
7 *Damnorum appellatione non veniunt expenſa.*
8 *Damna & intereſſe prius liquidari debent, quàm exequi poſſit.*

Quæſtio LII.

Latum fuit per curiam areſtum, & executioni realiter in fauorem potentis domini de Albreto, contra dominum de Oruallo occaſione caſtrorum de Chaſtelux, Chalucet, & Gorbaſin, demandatum: aduerſus quod quidem areſtum idem dominus de Oruallo errores propoſuit, petens in eadem errorum inſtantia præfatum dominum de Albreto cogendum procedere & defenſiones dare. Ad quem errorum proceſſuram impediendam iam dictus dominus Albretus etiam allegabat, videlicet certas expenſas executionis dicti areſti adhuc non fuiſſe ſolutas. Secundo deteriorationes, damna & intereſſe prædictorum locorum, quæ in ruinam labi ob defectum reparationum fuerat & permiſerat. Tertiò, venditiones & alienationes certorum locorum à dictis caſtris dependentium eſſe caſſandas, & reuocandas: & per conſequens areſtum non fuiſſe plene executum. Prædio domino de Oruallo in contrarium reluctante, & primò reſpõdente ad expenſas, quæ impedire proceſſuram dictorum locorum non poterant, illas nihilominus offerendo: nec etiam aliæ deteriorationum, ſi quæ eſſent, & alienationum exceptiones, quæ altiorem requirebant indaginem, obſtabant. Et ipſis auditis dubitatum fuit, ſi dictæ exceptiones proceſſuram dictorum errorum impedirent.

DECISIO LII.



T videtur quòd ſic, quia idem dominus de Oruallo fuit condemnatus ad reddendum, & reſtituendum eidem domino de Albreto prædicta caſtra. † Vnde verbum 1
reſtituere, intelligi debet integraliter, tam de re quàm fructibus & expe. ac omnibus, quæ acceſſoriè veniunt, l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. Etiam ſi expenſæ fuiſſent ſolutæ, excepto vno nummo, vt voluit Bald. in cap. conquerente. de reſtitutione ſpoliatorum. & Iaſon. in authentic. qui rem. verſi. quinto adde. ibi, & idem de expenſ. C. de ſac. ſanct. eccleſ. † Et eſt vnum aliud ſingular. in condemnatione expenſarum, in qua ſufficit vna citatio, & vnus defectus, vt voluit Andr. Barbat. in cap. olim. verſicu. not. ibi ſemel, ſecundò, & tertiò. de reſcript. & hoc per not. in cap. querelam. de proc. Et ita ſeruatur de ſtylo curiarum Franciæ. Tum quia creditor tenetur reddere pignus, & res hypothecatas, non deterioratas, l. creditor. C. de pign. act. & leg. eleganter. §. final. ff. eodem titul. & vtrobique per Bartolum, Bald. Angel. Salicet. & Alberic. de Roſa. Tum tertiò, quoniam licet ad deteriorationem ſeu intereſſe, & damna prædictorum caſtrorum, non fuerit præfatus dominus Oruallus condemnatus, ſed ad expenſas ſolùm, † tamen appellatione 3
expenſarum videntur damna contineri, ſi damna non fuerint petita, nec ſuper illis ius factum, vt voluit Salicetus in l. non ignorat. per illum text. ibi, poſt ſumptus. C. de fructibus & lit. expen. & in l. ſancimus. C. de iudic. cùm nihil reſtare debeat imperfectum aut fiendum, l. fina. C. ad Sillan. quoniam damnum eſt diminutio patrimonij, l. iij. ff. de damn. infect. & gloſſ. in cap. ij. in verb. damnis & iniuriis. de offic. ordin. lib. vj. quod videtur contra text. in cap. in noſtro. de iniur. de quo per Roman. ſingul. cccxliiij. vt infrà dicam. Et etiam expenſæ diminuunt patrimonium, l. ius alimentorum. ff. vbi pupil. educa. debeat. † Tum etiam, quia 4
tam de iure, quàm per ordinationes regias, areſti exe-

fti executio fieri debet realiter, & de facto, propoſitione errorum non obſtante. De iure patet in auth. quæ ſupplicatio. & ibi Bart. Bald. ſalic. poſt Cin. Ioſ. & Ioan. Ab. C. de precib. Imp. offer. & in l. j. C. de ſen. præfect. præt. & in cap. ex literis. & ibi Imo. Io. And. & Abb. Sicul. de in int. gr. restitut. & Cundo Pap. q. 5... & per ordinationes patet in ordinationibus Philip. 5. & Philip. & Recollect. per Auſtred. in tract. de ſent. & re iud. 5. 4. & 11. Alias eſt ſibi omnis audientia & tractatus de regenda, l. ſed & ſi per prætorem. 9. aut prætor. 11. in fin. ff. ex quibus cauſ. maior. & l. contumaces. cum ibi not. per gloſ. & Doctor. ff. de re iudicat. † In contrarium videtur præd. casu exceptiones non impedire errorum proceſſuram, quia appellatione & nomine expenſarum damna & deteriorationes non continentur, vt voluit gl. quam Bart. ibi dicit nota ibidem in l. 3. in verb. tenebitur. ff. de alien. iud. mutand. cauſa facta. & Bald. in l. terminato. verſ. modo quæro. C. de fruct. & lit. expen. & text. & ibi gloſ. Abb. Sicul. & Felin. in capitul. dilecti. de for. comp. † Nam remittens iniuriam & violentiam, non videtur remiſiſſe damna & intereſſe, l. is qui in puteum. 9. ſi poſtea. ff. quod vi aut clam. & Bal. conſi. cccxcvj. in pe. q. volumine. j. & reſpondet Bart. ad dictum l. ſancimus. & l. non ignorat. ſupra. pro prima parte adductas: quia quandoque expenſæ reſtituuntur ratione contumaciæ, & tunc habetur ratio cæterorum damnorum. d. i. ſancimus. Quandoque ratione retardati proceſſus, & tunc idem d. l. non ignorat. quandoque ratione victoriæ tantum. & tunc habetur ratio expenſarum litis, l. properandum. 9. ſin autem alterutra. & ita loquitur gloſ. in d. l. j. de alien. iud. mutan. cau. fact. Vel aliter dici poteſt, quod iura cõtraria loquuntur in damnis factis, & datis circa perſonam, vt quia lucratus ſuiſſet ex operibus ſuis, quod non fecit, & ſic intereſſatus fuit. ſecus in damnis circa res contingentibus. & ita ſing. ibi gloſ. in verb. in aliis rebus. † Sic econtra, appellatione damnorum non venient expenſæ, vt voluit Bal. in l. j. C. vnde vi. per text. in d. can noſtra. de iniur. vbi remittendo damna non videtur remiſiſſe impenſas. & ibi Abb. Sicul. in ij. notab. quê ibi ſequitur Io. de Ana. quamuis Archid. in c. in primis. ij. q. ij. velit contrarium in iudicijs, in quibus eſt larga interpretatio facienda, l. ſi quis intentione. ff. de iudi. ſecus in contractib. d. c. in noſtra. quia in cõtractibus ſtricte fit interpretatio, l. quicquid adſtringendæ. ff. de verb. ob. & ipſum ſequi videtur Roma. in fin. 344. inchoan. nunquid appellatione damnorũ. Sed hic non videtur miſſidium: cum hic expenſæ proceſſus principalis non fuerint adiudicatæ, ſed ſolum agatur de expenſis executionis areſti? vnde licet damna & intereſſe fuerint cum expenſis petita, tamen dictum fuit ſine expen. nihil de damnis & intereſſe pronuntiando. Quare de prædictis damnis & intereſſe amplius audiri non poteſt, l. quod in diem. 9. ſ. ff. de peti. hær. tenet Cuud. Pap. quæſtio. cccev. & latius quæſtio. ccccclxxv. verſi. ſed ſi tunc in primo iudicio fuerint propoſitæ, & tractatæ, &c. & dixi ſupra quæ. xviij. incip. Ortum aliud fuit dubium. † Tum dicta damna, & intereſſe prius liquidari debent, antequam, exequi poſſint, vt volunt ſing. Bald. conſi. cccxcvij. inchoan. prænuſſis verbis ſtatum. vnij. Et cognitio ſtata erit, vt inquit, ſummaria ſine libello, ſed ſolum fiet petitio ſuper qua fiet conteſtatio litis. Et ita dicit ſe practicaſſe in civitate Peruſina. & ſic ſe habet praxis, & ſtylus curiarum Francie. quod actor dat per declarationem damna & intereſſe, & reus ſuas diminutiones. De quo facit mentionem Io. Fab. in §. curare. Inſtitut. de action. Tum quia ſequêdo dictum areſtum, executor illius condemnauit prædictum dominum de Albreto in expenſis neceſſariis & vtilibus per tum dictum dominum Ornaſium in prædictis causis factis, quæ ſibi allocatæ fuerunt, de quibus prælatus dominus Albretus proteſtatus fuit de grauamine, & appellando. Ergo nunc non eſt admiſſibilis de Albreto ad petendum deteriorationes & intereſſe. dicta tunc incipiendo, prout nunc fiert, obtinere tentauit. Ideo tanquam contrarium venit repellendus, l. j. C. de furtis. Tum quia per plura appunctamenta, & acta curiæ fuerat ordinatum prædictum dominum Albretum debere defendere, & reſpondere articulis erroniq, & ita fuit dictum per arreſtum latum. menſe Maij, Anno 1519.

SUMMAE.

1 *Hæres intra tempus conficiendi inuentarij non poteſt niſi in causis conuenta, ipſe tamen poteſt alios conuenire. & nu. 2. & 8.*

3 *Exceptio non confecti inuentarij, poteſt ab hærede etiam poſt ſententiam opponi.*

5 *Tutor nec conuenire, nec aliàs conuenire poteſt non confecto inuentario.*

6 *Hæres non poteſt conuenire debitores ante tempus deliberandi.*

7 *Hæres intra tempus inuentarij cognitum reaſſumere, vel repudiare proceſſum deſuncti.*

Quæſtio LIII.

Inſuper in audientia venerabilis, & ſuprem. Burdegal. curiæ noſtræ, nobis illam tenente, & expediente, eſtitit queſtio, an hæres citatus reaſſumere, ſiue reapprehendere, aut repudiare proceſſum defuncti, teneatur adhuc exiſtens intra trimeſtre tempus conficiendi inuentarium, iuxta l. ſcimus C. de iure delib. illum reaſſumere & procedere.

DECISIO LIII.

Dico † quod licet de iure hæres ad id compelli non poſſit, quia hæc exceptio, ege. ſ. in intra tempus conficiendi inuentarium, poteſt opponi proceſſui, & impedit litis cõteſtationem, vt volunt Cinus, Bartol. Bald. Paul. de Caſtro, Cornelius, Alexander & Iaſon in dicta l. ſancimus. 9. donec. per illum textum. de iure delib. rand. & Angel. Aretin. Inſtit. de excep. verſ. x. & Specu. in titul. de reo. §. j. verſ. item ſimus hæres. & deciſio. capel. Tholo. quæſtion. cclvij. † Tamen fallit in pluribus caſibus, vt ibi & per Doct. in dicto §. donec. & Angelus & Ioannes de Imol. in l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per legem Falcidiam. & Bal. conſi. ccvij. inchoan. tria ſunt. verſicul. allegatur etiam. libr. j. † Quinimo ſecundum Doctores ſuprà allega. hæc exceptio poteſt opponi poſt ſententiam, non quod opponatur contra ſententiam, ſed contra illius executionem, vt volunt Cinus, Baldus, & plenè Iaſon in l. j. C. de iuris & facti ignorantia. vt dixi ſuprà quæſtio. incipien. ceſſionarius. & Barto. in l. ex diuerſo. §. fina. ff. ſoluto matrimo. & Bartol. in l. ab executione. col. ij. C. quorum appella. non reci. vbi Doctores hoc limitant: eſſe verum, niſi antea eſſet hæredi datus terminus ad deliberandum, & proponêdum ſuas exceptiones tam dilatorias, peremptorias, quàm anomalas, vt Deciſi. capel. Tholoſ. cccxvj. & Guido Papæ quæſt. ccccclxxj. quamuis hæres poſſit alios hæreditatis debitores conuenire, eò vt tenent Doctores ſuprà allegati. † Et ſic priuilegium conceſſum hæredi, vt non vexe-

tur pendente tempore inuentarij, non retorquetur contra eum,vt alios vexare non poſſit:quia non ſubeſt eadem ratio, quod eſt limitatio ad l.fina. C.de fruct.& lit.expenſ.& ita ibi limitat Angelus ante finem.verſicul.ex prædictis apparet. & idem in §. donec.& ibi per Iaſonem.†Secus eſt in tutore,qui non poteſt conueniri,nec experiri in iudicio vel extra,inuentario nondum contecto,& perfecto,vt eſt textus in l.fina.§.fina.& ibi Docto.C.arbi.tute. & Bartolus in l.tutor qui repertorium.in principio. ff.de adminiſtratio.tuto.& Cornel.conſilio ccvij.volumine iij. niſi in quatuor caſibus,quos vide per Bartolum d.l. tutor.& Salicetus in l.tutores.C.eodem titulo & De cif.capel.Tholoſ.quæſtion.cclxxix. † Et quod dictũ eſt heredem poſſe conuenire debitores hereditarios intellige verum poſt tempora deliberationis:ſecus ſi ante tempora deliberationis finita:quia tunc nõ poteſt,vt tenet Speculator in titulo de actore.§.primo. verſicul.quod eſt hæres. † Nihilominus dictum fuit ipſum hæredem reaſſumere, vel repudiare debere proceſſum ſine præiudicio iuris ſeu beneficij inuentarij.Et ſic limitatus fuit textus dict.§.donec. habere locum,quando hæres ab initio conuenitur à creditoribus, vel legatariis, à quibus conueniri non poteſt, etiam ſi hæreditas eſſet lucroſa: vt tenet Bartolus, & Doctores ibi.quia beneficium à iure indultũ nemini eſt auferendum.vt in regula,indultũ. de regulis iuris libro vj. Sed ſecus quando eſt adiornatus ad reaſſumendum proceſſum per defunctum inchoatum, tunc tenetur reaſſumere, vel repudiare proceſſum. Et primo datur ſibi dilatio illius menſis ad deliberandum,quæ in vulgari *de appenſement* vocatur:quo aduenient tenetur reapprehendere, aliàs pro repudiante erit tentus,quantumcunque fuerit intra prædictum conficiendi tempus: & ſi reaſſumpſerit proceſſum, datur ſibi alia dilatio ad ſecundum, & iuxta retroacta ſiue arrementa cauſæ procedendum,in eadem.Et latũ fuit arreſtum die xxiiij. Maij, Anno 1519. † Item limitatur dict. §.donec. niſi debitum hæreditarium ſit ex noua conuentione cum hærede facta renouatum: tunc ſi hæres pro tali debito reformato conueniatur,nõ habebit beneficium inuentarij: quia non conuenitur cauſa immediate hæreditaria:vt voluit Angel.conſilio xxxj.exordien. Dominus Philippus.allegans textum in l.cum hæreditas. ff. ad Trebellian. & ſequitur Decius conſilio ccexcvj. num. xij.

1 6 7 8

SVMMÆ.

1 *Principalis ſiue capitaneus factionis quis dicatur.*
2 *Princeps factionis tenetur de damno à ſuis illato.*
3 *Coadunati non tenentur de damno à ſociis ſuis illato.*
4 *Princeps factionis non tenetur ex promiſſione alios releuare indemnes.& nu.5.*

Quæſtio LIIII.

Quæritur an conuocans ſeu coadunans teneatur ex promiſſione, qua promiſit ſibi adiuuantes, & auxiliantes præſtare,& releuare indemnes,ſi eos contingat ad emendam,vel aliam pœnam condemnati.

DECISIO LIIII.

FT † pro deciſi.huius quæſt.præſuppono quis dicatur principalis ſiue capitaneus, & coadunator hominum, qui in aliquibus locis dicitur corporalis. & dicuntur ſecundum Bal.in l.j.verſic. ſed quæro,qui ergo dicantur principales.C.de ſeruis fugi.illi qui faciunt aut fieri faciunt, l. in hoc iudiciũ. ibi,princeps.& ibi idem Bar.& Albert.de Roſa.ff.de ſeruo corrupto. †Secundò præſuppono talem principalem ſeu capitaneum teneri de damno,quod ipſe & alij per eum conuocati dederunt,ac de morte hominum ab vtraque parte interueniente, quia totum illud malum ac damnum ſibi imputatur, l.quoniam multa facinora.ibi glo.& Docto. C.ad legem Iul.de vi publi.& Mar.Lauden.in tractat.de milit. §.vlt. & ſingulariter Alexan.conſil.ciij.incipien. videtur prima conſideratione.lib.j.& Maſuer.in ſua praxi.titul. de pœn.& text.clarus in d.l.in hoc iudicium.ibi,etenim iuſtius eſt eum teneri. qui princeps fuit delicti, quàm eum quæri, ad quem res perlatæ ſunt. de ſer. corrupt.& Bal.ſuper rub.extra de iis qui vi metúſve cauſa fiunt.ver.ſed an corporalis. † Et illi coadunati & euocati non tenentur de damno, quod alij dederunt,ſed ſolùm de eo damno,quod ipſimet dederũt. tex.& ibi glo.Barto.& Ang.in l.ij. §.ſi quis homines. ff.vi bonorum raptorum. vbi gl. in verb.coactus.dicit,Comitem Albertum non teneri de damno dato à bannitis, ſi ipſe illud non dedit damnum, nec eos coadunauit,ſi eis opem tantùm dedit. & idem Bald. in dicta l.j.de ſeruis fugitiuis.& Innocent. in cap.fin. quod metus cauſa. & latius in ſequent.dicam quæſt. †Hoc pro conſtanti habito dico talem principalem coadunatorem non teneri ex promiſſione,vel ſtipulatione,aut actione mandati releuare indemnes lacayos,& alios pedites cõuocatos, vt decidit gl.quam faciunt ibi ſingularem, Bartol.Bald. Angel.& Salic. poſt Cinum, & Petrum de Bellapertica in dicta l. quoniam multa facinora.in verbo,ſupplicium.optima moti ratione, quia in turpi promiſſione potior eſt conditio poſſidentis,vt §.illud.& ibi Ioan.Fab.& Angel.Aret.inſti.manda.& l.remunerandi.§.rei turpis.& l.ſi verò non remunerandi. §. ſi adoleſcens. ff. cod.titul.& Din.in regula,in malis promiſſis.de regul.iur.libr.vj.cum alijs per nos ibi, in additio. allegatis.& idem Hippoly. de Marſi. in ſua praxi criminali.§.conſtante.num.lv.verſi.ſcias etiam in hac materia.Quod tamen intelligit Bar.in dicta l.quoniam. eſſe verum,quando fuit facta coadunatio ad aliquam vim illicitam,vel bellum illicitũ.†Secus ſi ad licitum, videlicet ad aliquem defendendum, & ſimilia, quia tunc eſſet licita promiſſio.Tamen Baldus ibi,in hoc vltimo,quando ſit licita, diſtinguit, aut loquitur de illis qui gratis iuuare tenentur ratione ſuſcepti officij, puta ratione mandati ſuſcepti, & tunc non poſſunt petere emendationem, l.inter cauſas. §.non omnia. ff.manda. quem §.dicit gloſſ. non debere ſeruari de curialitate:ſed Doctores dicunt contrarium. cum talis æquitas ſcripta non ſit, vt ibi per Albericũ de Roſa. Quoniam ille qui tenetur iuuare alium ex promiſſione vel confederatione, non tenetur adiuuare,niſi fuerit requiſitus. textus & ibi Cardinal. & Alexan.in c.j.in princip.in verbo,requiſitus.de noua forma fidel.in vſib.feudo. Aut loquimur de iis qui non tenentur iuuare gratis,vt ſunt ſtipendiarij, & iſtis debetur emenda. notat Innocent.in cap.ſicut.de iureiurand.quem ibi ſequuntur Abb.Sicul. & Doct. & idem Io.Fab.in d.l.quoniam.& ibi Salic.latius diſtinguens.vt per eum Iac.de Bellouiſu in tractat.crimi.tit.de quæſt.fol.108.cum aliis alle.per Alex.in addit.ad Bar.in l.j.in prin.ff.ad leg.Rhod.de iac. & tex. in l.ij.§.ſi ſeruatis.c.ti.& Martinus Laudenſ. in tract. de bello.§.xlj. cum ſequent. & idem Baldus conſilio ccexciiij.inchoan.inter marchiones.verſic.ſubſequẽter quæritur.volum. iij. volens patrem non teneri ex violen-

1 2 3 4

violẽtia per filium cũ gentib.& hominib. ipſius patris facta, niſi probaretur aliquid ex dicta violentia ad ipſum peruenille patrem, vt ibi per eum, & pro hoc text.in cap. cum ad ſedem. & ibi Abba. Sicul.de reſtitutione ſpol. & ita fuit concluſum in curia, in quadam cauſa domini ſapiẽtis prioris clauſtralis eccleſiæ maioris Tutelen.cuſtodiam clauium iocalium & reliquiarum eiuſdem eccleſiæ habentis, & ipſas claues tradentis,& deliberantis pro ipſis reliquiis & iocalibus per religioſos pignorãdis erga Nelum de Maſis campſorem Lugdunen. pro expeditione bullarum habendarum de ſtatu regulari in ſtatum ſecularem commutando ex vna, & ipſos religioſos eiuſdem eccleſię qui promiſerant dictum priorem pręſeruare indemnem. Et dictum fuit eos eidem priori non teneri.

SVMMÆ.

1 *Dominus an propria authoritate poſſit aliqua exigere à vaſallo,& nu.2.& 4.*
3 *Taxationem factam ad iuramentum partis iudex reuocare & imminuere poteſt.*
5 *Dominus an poſſit vaſallum flagellare.*
6 *Dominus an propter malam ſuorum tractationem poſſit iuriſdictione & domino priuari.*

Quæſtio LV.

Quia ſuprà præceden.quæſt.in iij. præſuppoſitionem diximus principalem capitaneum teneri de damno tam per ſuos quam per alios dato. Quid ſi talis erat dominus terræ, qui iniuſtum induxit bellum vaſallo ſuo aut ſubdito, vel indebitè eum bãnuit:ita quod res eiuſdem mobiles, vtenſilia, & ſupellectilia nominibus ſuis facho dedit. An ſuper dictis bonis amiſſis ſtetur iuramento vaſalli,iuxta dictum cap.fin. quod metus cauſa.& l.ſi quando.C.vnde vi.& can primis.§. glorioſus.ij.quæſtio.j. & l.j. de damnum in via da. in Lombarda.

DECISIO LV.

1 ET † videtur dominum loci poſſe pro iuribus,& ſeruitiis ſibi per vaſallum,& hominem ſuum debitis propria authoritate exequi facere,& illa exigere, per tex.in l.eſt differentia. & ibi Bart.
2 Bald.& Sali.ff.in quib.cauſ.pig.tacit.contrahat. †Et hoc verum ſecundum Spec.tit. de feud. §. quoniam. verb.decimooctauò quæritur.ſequendo Mar. de Fano, quando certum eſt illum eſſe hominem ſuum. Secus vero ſi eſt dubium: quia non gerit ſe pro homine quaſi ſuo: aut ſi dominus velit vltra debitum exigere, tunc hoc propria non poterit facere authoritate,l.qui iuriſdictioni.ff.de iuriſdi.om.iudi. Et eſſet recurrendum ad iudicem ordinarium,l.ordinata. ff.de liber. cauſa. aliàs ſi dominus contrafecerit, poterit à vaſallo conueniri,l.litibus.C.de agri. & cenſi. lib.xj.& l.fin.C.quib.ad libe.procl.nõ licet. & ipſum ſequitur Alberic.de Roſa.in nullus,verb.quia omnia faciunt.C.de Iudæis.& idem in l.vtique. & ibi Mod. ff.de damno infect. Et ideo ſi per vim expulſiuam, vel ablatiuam, aut compulſiuam res ſubditi ſui occupet,aut occupare faciat,tunc diſpoſitiod.l.ſi quando. & c.fina.quod metus cauſa. contra eum habebit locum,vt voluit Innoc.ibi, verſic. item nobis videtur, quòd ſi aliquis rex,vel dominus terræ,&c.& eum ibi ſequuntur Hoſt.Abb.Sicu. ver. idem dic ſi dominus alicuius loci.& Iaſ.d.l.ſi quando.verſic. ſubiiciunt etiam in ſpecie.Et multum facit elegans conſi. Alexan. ciij.libro primo exord. videtur prima conſideratione dicendum. & ſic fuit cõcluſum contra dominum Ægidium de la Tour, dominum de Limolio, in famoſio,in tauorem domini de Cireuilh, eiuſdem vaſalli.Sed quia dictus dominus aduerſus abreptionem bonorum per ipſum de Cireuilh vaſallum prætenſam, probauit nihil per ſuos a domo eicti ac Cireuilh, captum aut ablatum fuiſſe, niſi bladum quod idem vaſallus ab eiuſdem domini meditaria exportauerat. Et ſic etiam probatum fuerat per inqueſtam ipſius vaſalli, & pariter per acta quæ dominus prius de ipſa bladi exportatione fieri fecerat. Et ſic licet vaſallus probata violentia, & habita ſuper rebus arreptis vel inuaſis per iudicem taxatione,& iuramento partis vim paſſæ, obtinere ſecundum iura prædicta debeat.† Tamen ſi iudici ante condemnationem 3
viſum fuerit taxam per eum factam ſic iuratam,ex iuſta cauſa reuocandam, poteſt illam reuocare, & minus taxare quàm iuratum fuerit,vt volunt Innocent. Ioannes Andr.Anch.& Abbas Sic.in dicto c.fi.quod met.cau.& idem Ioan.de Imo. in l.quod iuſſit. ff. de re iudic.& Alexan.in l.qui bona. §.qui damni.de damno infecto.cum aliis per Iaſ.alleg.in d.l.ſi quando. verſicu.limita tamen ſingulariter illum text. quia,vt inquit,violentus inuaſor ante taxam,& iuramentum poteſt contrariũ probare, res nõ fuiſſe admiſſas,nec trãſportatas, vt hic fuit alleg.Ang.ita tenere in l.qui vas.in princi.verſicu.fur vas obtulit.ff.de fur.& idem tenuit Bald.q.penul,C.ſi aduerſus liberta.& idem in l.contrà negantem.q.vltim.C.ad legem Aquil.& Alexand.in addition.ad Barto.in d.l.ſi quando.col.iij. in fi.cum ſequen.verſicu. & poſſet in hac lege quæri. Quare ſi domino non erat intentionis aliquid præter bladum ſubripere, non tenetur,l.qui iniuriæ. in princip.& l.verum.ff.de furt. Ideo dicit text. in d.l.ſi quando.& c.fi.quod pro perſonarum tam vim paſſi quàm violenti & inuaſoris,ac etiam negotij qualitate,iudex perditam ſeu rem amiſſam & damnum cõſiderare debet,prout declarant Innoc.Hoſtien.Abb. Sicu.& Moder.in dicto cap. fi. & omnes in dicta l.ſi quando.† Tamen de ſtylo Franciæ vtroque caſu do- 4
minus non debet ius ſibi dicere,d.l.nullus. & in rub. & nig.Cod. ne quis in cauſa ſua ius ſibi dicat,ſed per ſuos officiarios via ordinaria ad ſoluendum procedi facere.pro quo bon.text.in l.creditores. ff. ad legem Iuliam.de vi priua. ibi, optimum eſt, vt ſi quas putas te habere petitiones,actionibus experiaris. Interim ille in poſſeſſione debet morari,& tu petitor eſſe.& idem in l.extat.ff.quod metus cauſa.tamen excuſatur à dolo: vt voluit Bald. conſilio ccxliiij.inchoan.ille qui iuxta rationem.volu.iiij. † Quamuis Bald.in au- 5
then.ad hoc.C.de lati.liber.tollend. dicat quod ſicut licitum eſt domino propria authoritate ſeruũ ſuum capere,& plagis mediocribus caſtigare,idem licitum eſt nobilibus facere de hominibus ſuis.& idem conſil.cccxxxix.incipien. Magnificus dominus Nannus Marchio.colum.ij.in fin.volumin.iij. ibi, etiam ipſi Marchiones poſſent eos corrigere in domo,& in iudicio,per l.& ſi certus ſit percuſſor.§.fin. cum l.ſequ. ff.ad Silla.& l.ſi ſerui & filij.in princ. ff.de fur.& dixi in §.j.in glo.j.de conſue.iur.ſtatu. perſo. in libr.conſuetu.Biturig. Sed tales domini in hoc non ſunt tolerandi,vt volunt Ang.in l.ſancimus. C.de pœnis.Nã tales,vt inquit, nobiles debent reprimi, vt non ſint tam audaces ad maleficia in plebem & debiles perpetranda:quia ipſemet Baldus dicit in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. ſunt nonnulli domini terrarum tyrannelli, qui ſanguinem populorum ita emungunt, quòd vix precarium dimittunt eis ſpiritum. & refert Barb.in repet.c.Rainaldus.verſicu.xxxiij.non habet locum,in fine,de teſtamen. †Sed an ex tali mala ſuo- 6

rum tractatione debeant domini priuari iurisdictione & dominio eorum,vide Fran.de Curte innorem consi.cxxxvij.inchoan.habita diligenti consideratione.de quo dicam infrà q.ccccij.inchoa. quidam nobilis habens in suo castro,& ideo dictus dominus de Limolis propter excessum & modum procedendi, in capiendo bladum ruptis seris portarum domus, & horreorum fuit condemnatus in centum libris erga Regem,& in aliis centum ergo vasallum. Latum arestum die xxviij.Augusti,Anno 1529.

SVMMÆ.

1 *Nauis patronus, ministri & nautæ omnes tenentur de delicto ibi commisso.& nu.2.& 3.*

4 *Nauis dominus etiam absens, etiam si prohibuit expresse delictum, tenetur, nisi protestetur. & num.5.*

6 *Nautæ an possint esse testis in causa domini nauis.*

Quæstio LVI.

Quia in præcedentibus quæstionibus fuit decisum de nauicularijs:nunc dicemus,vtrum, quod per piratas, aut mare inuolantes perditur,restituatur.

DECISIO LVI.

ET similiter per adducta in duab.proximis quæstionibus fuit decisa alia quæstio, quę sæpe hic contingit cõtra nauigantes,& mare frequentantes,raptores, aliósque mare inuolantes, de quibus inuolantibus & piratis facit mentionem tex. cum glo.quem Ang.dicit ibi singu.in l. expugnatur. ibi,aut anchoræ inuolantur.de mari. ff. de incen.rui. naufra.† Et alibi dixi, quòd non solum dominus siue exercitor, quem patronũ nauis, aut magistrum post Deum eiusdem vulgariter appellamus, sed etiam omnes nautæ,& remos ducentes, siue remigantes tenẽtur de damno ratione delicti in ipsa, vel alia naui commissi,etiam si illius fuerint delicti ignorantes, l. licet.§.fi.cum l.seque.ff.nau.caup.&l.j.§.magistrum. j.ibi,quanquam ex delicto cuiusuis eorum qui nauigandi causa in naue sint,detur actio in exercitorem. ff.de exercito.actio.&etiam tenetur patroni,seu magistri, licet nauibus ad merces conducendas solum præpositi,vel etiam à piratis præseruandas:& si alius est omnium nautarum principalis capitaneus deputatus,d.l.j.§.magistri.& ibi glo.in ver.vel ad merces, exponit ad merces, scilicet emendas vel vendendas, vel conducendas,vt portentur securius. l.j.§.nauigãdi autem causa accidere debemus eos qui adhibẽtur, vt nauis naugent:hoc est nautas. ff.furt.aduersus nautas. caupo. stabul. prout hoc tempore guerræ inter Regem nostrum, & Hispanum existentis, ob piratas inuolantes factum fuit.Et tales naues dicuntur,&appellantur naues de conductis,vel sunt hi, quos Græci nautepibatas vocant,vt dixit tex. in l.fin.§.j.versic. & quidem si quis sit.ff.nautæ, caupo. vbi gl. exponit nautepibatas maiores nautas esse,qui operas suas nauti præstant.l.j.§.j.co.titu. qui nullam dãt pecuniam. Vel dic pilotam esse,vel mesonautam superintendẽtiam habentem,&omnibus respondentem,vt dixi in lib.authoritate magni consilij, in magna addit. vel dici potest scriba nauis omnia inuecta & lata inscribens. † Et in isto casu erit in electione, & facultate damnum passi,quem velit conuenire,scilicet capitaneum, exercitorem aut magistrum, vel aliquem ex nautis,aut de aliis in naui existentibus. d.l.j. §.esi autem nobis electio & d.l.j.post prin. versi.cum enim in caupone.ita vt in potestate sit ejus cujus res subrepta fit, vtrum velit cũ exercitore honorario iure, an cum fure iur.ciuili, experiri.ff.furt.aduersus naut. caupo.stabu.& d.l.licet.§.fin.& ibi gl.in ver.vti,cum cautis furibus qui non sunt exercitores,sed alias fortè ducunt remos.& idem,vt inquit, in quibuslibet aliis. † Sed contra hoc videtur tex. in d.l.j.§.j.nautæ, 3
caupo. sed gl.ibi tribus modis soluit, & duæ vltimæ sunt veriores, scilicet quòd ratione delicti quilibet teneatur,vel ratione contractus exterioris:alias non. & sequitur Bart.in d.l.j.§.j.furt. aduersus naut.caup. & ita dicit fuisse decisum per consi. Neapoli.Matth. de Afflict. Decis. lxxxij. inchoan.an dominus nauis teneatur.† Volens etiam dominum absentem teneri 4
contra prohibitionem suam expressam, si magister aut nautæ deliquerint,d.l.j.§.magistrum.in ij.& glo. in c.prudentiam.& ibi Barb.nu.xxiij.de offic.deleg. & idem dicit ipsum dominum teneri etiam si fuerit præsens, & delictum non prohibens, si prohibere poterat,sequendo Specu. in tit.de lapsi.& dispensa.§. iuxta.versic. quid si amici mei. cum aliis per eum alleg.quem causa breuitatis recurre.† Et si non poterat 5
prohibere,protestari debet se nolle teneri de facto suorum, d.l. si.§.nautæ, caup. aliàs tenetur, & etiam quando aliquid ad eum de rapina peruenit. Tenet Io.de Imo.in c.cum ad sedem.de restit. spol.& Bald. consi.cccxciiij.vol.inchoan. inter Marchiones. versi. subsequenter quæritur. & tex.in l.iiij.§. non tantum autem qui capit, verum is qui recipit ex causis prædictis tenetur.& §.non solum.de incend.rui.& naut. & non solum videtur de eo quod recepit, sed de omnibus teneri,& ibi dicitur in §.Senatusconsultum. videlicet si quis ex naufragio clauos,vel vnum ex eis abstulerit omnium eorum nomine tenetur. Sed ibi est speciale in naufragio. Secus videtur,si de naui aliquid subripuit, vt non teneatur nisi de eo tantum quod subtractum fuit, l. vulgaris. §. sed & si de naui onerata.ff.de furt.Sed hic omnia ablata pertinerunt ad nauem,& magistrum nauis, ideo de omnibus tenetur,vt dictis iurib.& Matth.de Affli.in d.Decisio. lxxxij. versic. item datur alia regula.& Hippo.Marsi. consi.xxij.vol.j. qui loquitur tamen in caupone & idem Io.Fab.in §.item Seruiana.insti.de act.& latum fuit arestum in fauorem Rauleti Iouclau actoris cõtra Henricum le Clere reum, qui Iouclau fuerat per reum,& nautas suos tam in rebus,quam naui deprædatus:die xxv.Iunij,aut j.die Iulij,Anno 1533. Sed an
† nauta possit esse testis in causa domini. & Marcus 6
Anth.Bauer.in §.pater.num.lij.insti.de testa.allegat. Bal.consi.cccxxxvj.inchoan.punctus infrà scripti cõsilij.vo.ij.tenere quod non. Tamen ibi non loquitur de nauta,sed de alio subdito, qui potest esse testis.& contra eius determinationem est text. in l. quoties. C.de naufra.lib.xj.& l.consensu.C.de repud.

SVMMÆ.

1 *Heres adeundo quasi contrahit.*

2 *Fiscus si quid prælegetur, & cum aliis postea instituatur,an de prælegato debeat onera.*

3 *Hæredum pacta non valent in præiudicium creditorum vel debitorum.*

4 *Heres quoquomodo tenetur ad debita defuncti.*

5 *Hæredum vnus soluens qua actione ab aliis petat.*

6 *Verba non semper debent de aliquo operari.*

Qua-

Quæſtio LVII.

Inter dominum Ioannem de Beaupoilh,dominũ de Fortis,& magiſtrum Ioan.& Petrum de Beaupoilh,fratres,fuit pactum factum, vt tranſactio inita, quòd dominus ipſe de Fortia primogenitus teneretur de dotibus, & aliis debitis quondam eorum patris, ſoluere duas quartas partes, & alij duo fratres aliam quartam partem. Item quod proſecutio, vtilitas,profiguum,ac commodum &etiam incommodum, ac damna ex proceſſibus motis, & mouendis ratione certorum locorum in tranſactione nominatorum, ſeiacet de petit Maugeſir,& Puy Larreau,aut aliorum locorum dictæ ſucceſſionis prouenientia,ſpectarent,& pertinerent ad dictum primogenitum. Modo primogenitus ſolus quendam aſſumpſit proceſſum in materia reſciſſionis cõtractus, per patrem eorum inchoatum,qui fuit per areſtum cõdemnatus ad ſoluendum reditum cẽtum librarum Turonen.cum arretagnis, & expen.facultate tamen ipſum reditum pro ſumma mille, & ſeptem centum librarum Turonen.extinguendi ſibi data. Quæritur,an alij fratres teneantur ſoluere de dictis ſummis eorum quartam partem, iuxta primam tranſactionis clauſulam,aut nihil iuxta vltimam clauſulam.

DECISIO LVII.

1 RAESVPPONO † primo, quod hęredes adeundo hęreditatem videntur quaſi contrahere cum creditoribus,& legatarijs, & indirectũ intelliguntur defuncti rectum habere,l.ex maleficijs §. is quoque. j. ff.de act. & obli.gl.in l.fi.ff. de interro. act. quod not. in l.quoties. ff.de ſeparat.& in l.apud Iulianum.ff.ex quibus cau.in poſſeſſ.datur.Ideo quilibet de iure tenetur pro parte ſua,l.j. & ibi omnes. C. de reb.cred.& l.ij.& per totum.C.de hæred. act.& etiam ratione clauſulæ primæ in ipſa tranſactione contentæ,in qua omnia debita ſoluenda comprehendũtur. & qui totum dicit,nihil excludit, l.Iulianus.in princ. ff.de leg.iij. Tum propter verbum ſoluenda, quod futurum ſignificat tempus, l. verbum oportebit. & l. verbum facere.ff.de verb.ſig.Tum vt æqualitas inter liberos ſeruetur, l.cum pater. §.cuictis. ff. de leg.ij.

2 †Quod eſt verum, etiam ſi pater certos inſtituiſſet filios in aliquib. bonis,& poſtea eoſdem,& reliquos vniuerſales feciſſet hęredes,quod quilibet tenetur ad oneta & debita pro hæreditatis portionibus ſoluẽda,non inſpectis prælegatis, vt voluit Bal. conſ.ccliv. inchoan.ſi pater.vol.j.& in d.l.j.ſi cert.pet. & l.quoties.C.de hæredi.inſtit.& in l.ex facto.ff.eod. Ideo ſi dos ſecundum eum fuerit data ſocero, & mortuo eo vxor remanſit penes maritum, quòd marito debet aſſignari dos pro partibus cohæredum. l. ſi maritus. ff.fami.ercisc.Sed ſecus ſi aliquos in re certa inſtituiſſet hæredes,alio vniuerſaliter exiſtente hærede: quia tunc ille hęres vniuerſalis,& non alij fratres tenetur: niſi bona hæredis eſſent non ſoluendo.Et tunc legata per iura prædicta non valerent, vt tenet Bal.conſ. 327.inci.ſi teſtator inſtituit. eo.vol.j. Tum etiam ex conuentione,& ordinatione patris in contractu matrimonij ipſius primogeniti facta,ac ex prædicta trãſactione,quia promiſerunt quartam ſoluere partem,

3 quæ † licet in præiudicium creditorum non valeat, bene tamen in præiudicium ipſorum hæredum, l. debitorum pactionibus.cum ſequen.& ibi omnes. C.de pact.ſicut nec econtra valet pactum hæredum creditoris in præiudicium debitorum,l.ea quę.C.fam.ercisc.& l.j.& ibi Doct. C.ſi vnus ex pluribus hæred.debito. vel credito. & tenet Lucas de Penna

4 in l.final.C.de primipil.libro xij.ibi dicens †hæredes defunctorum teneri ad omnia debita,ad quæ defunctus tenebatur, ſiue filius, ſiue extraneus, ſiue raptoris,ſiue alterius,ſiue debitum fuerit ex contractu,vel quaſi,ſiue ex maleficio,vel quaſi:ſiue etiam peruenerint res pro quibus debitum contractum fuit ad hæredem,ſiue non,ſiue lis ſit cum defuncto conteſtata, ſiue non.alleg.text.in c.ex præſentium. in fin. de pig. & in c.j.de ſolu.& in c.fin. & ibi per vtrunque Conci.de ſepul.†Quinimo ſi ſoluit,poteſt repetere ab a- 5
liis pro eorum parte actione ſimi.ercif.vel communi diuidun.l.ſti pulationum.in ij.§.vlti.& ibi gl. Bart. & Mod.ff.de verb.obliga.& l.filiæ.§.j. C.famil.ercis. & etiam ſumptus &expenſas,quas de ſuo fecit,& ibi, & l.his conſequenter.§.ſumptus quos.ff.eo.tit.& tenet Zabarel.conſ.xxxvij.q pen. Contrarium autem, quòd iſti fratres non teneantur ad illud debitũ, cum per clauſulam in fine tranſactionis poſitam proſequutio,& omne commodum,& incommodum,vtilitas & dandum proceſſuum motorũ & mouentium occaſione dictæ ſucceſſionis ad ipſum primogenitũ pertinere,& ſpectare debeat: quæ clauſula de aliquo debet operari,l.ſi quando. ff. de leg.j.cum generaliter loquatur, comprehendens omnes proceſſus motos & mouendos:arg.l.ſi ſeruitus. ff.de ſeruit. vrban. prædi.per quod eſt dare reſponſum ad primam clauſulam iuri conſonam, quæ intelligi debet de debitis liquidis &claris.Preterea ipſe ſolus reaſſumpſit proceſſum,& poſt areſtum latum paſſus fuit ſimpliciter fieri executionem illius cõtra ſe, & ſuam portionem bonorum,nõ excipiendo de parte aliorum fratrum, nec ipſos in garandos vocauit, aut ſummanit,vt d.l. j.& iurib. ſuprà allega. & iſtam partem ſequuti ſunt aliqui ex dominis. Tamen cõcluſum fuit pro prima parte,ipſos fratres teneri ſoluere eorum quartã partem ſummæ principalis,& non expenſarum proceſſus. Quoniam illa clauſula verè refertur ad proſecutionem proceſſuum motorum, & mouendorum, occaſione locorum prædictorum, & aliorum dictæ ſucceſſionis, quam tenebatur facere idem actor,& ſoluere ſumptus dictorum proceſſuum,ſicut econtra recipere commodum, & vtilitatem ex ipſis prouenientes debebat,& ſic nõ ad debitum principale paternum.Secus ſi tale debitum foret commune, ſcilicet quondam patris,& ipſius filij: tunc filius tenetur pro dimidia, & etiam pro alia quarta, & cæteri fratres tenerentur pro alia ſolum quarta,licet pater cõtrariũ ordinaſſet,vt voluit pulchrè Bal.cõſ.cccl.xxviij. inci.Caſus talis eſt Greg.vol.iij. † Nec obſtat illa re- 6
gula,quòd verba debent de aliquo operari, quia intelligi debet ſi apto & legitimo modo fuerint prolata:& non profectò,vbi inepto modo ſunt prolata, vt dicit Alb.de Roſa.in l.ſed & ſi quis.§.quæritum.in fi.ff.ſi quis caut.per tex.in l.j.de verb.oblig.& ſic fuit dictum per areſtum latum menſe Iunij anno 1519.

SVMMÆ.

1 *Præſcribere an quis poſſit rem communem indiuiſam.& nu.6.*

2 *Diuiſio an præſumatur inter fratres facta ſi pro diuiſo decem annis ſteterint.& nu.3.*

4 *Societas ſolutur, quando ſeparatim ſocij agere cœperint,& ſibi quiſque negotiari.*

5 *Socij ſi poſt diuiſionem diu ſteterint in communi, an iterum cenſeantur bona communicaſſe.*

7 *Fratre vno diu omnia poſſidente, an alij cẽſeantur ſua portioni renunciaſſe.*

8 *Præſcriptio xxx.annorum an habeat locum in iure ſe immiſcendi,ſicut in iure adeundi.*

9 *Locatam ſemel rem præſumitur quis eodem titulo poſtea poſſi[illegible]*

Quæſtio LVIII.

An vnus, vel duo ex cohæredibus, vel ſociis rem poſſidẽtes communem indiuiſam pro diuiſa & ſolida poſſint x. vel xx. annis præſcribere: ita quod amplius eam non teneantur cum aliis diuidere bonis.

DECISIO LVIII.

1 Æc †quæſt. fuit in curia, & in camera inquæſtarum, in qua fuerũt partiti: pro cuius partitione duo venerunt ex dominis in magna camera, & aliqui dominorum tenebant quòd poterãt præſcribere, & per conſequens non teneri ad illam iterum diuidendam, per gl. in l. ſi maior. C. communi diuid. † quæ vult diuiſionem præſumi inter fratres factam, ſi pro diuiſo decem annis ſteterint. Et illam gl. extollunt & commendant ibi Bar. Bald. Paul. de Caſtr. Alb. de Roſa. & Salicet. & facit l. ſi filius. C. de peti. hære. & etiam l. qui in alie. in princ. ff. de acq. hæred. & idem Iaſ. poſt Ange. Aret. in §. quædam actiones. num. xl. inſti. de actio. cum aliis per ipſos alleg. & Alex. conſil. iij. incho. Viſo proceſſu. lib. iij. & conſi. xcij. inci. viſo & diſcuſſo laborioſo proceſſu. li. ij. & conſi. cxiij. lib. iiij. & idem Paul. de Caſtr. conſil. xciij. exord. non ſequendo ordinem. vol. antiq. & Alex. conſil. xxv. poſt princ. lib. v. & Iaſ. conſil. cxxviij. n.
2 ij. vol. j. & conſi. clxxij. num. ij. lib. iij. † Alij autem domini tenebant contrarium, ſequentes Petr. de Bellapertica, Cin. & Iaco. de Rauenna in d. l. ſi maior. tenentes contra gl. ex tali tempore bonorum diuiſionem non præſumi. Sed præcedens opinio eſt communior, & verior in caſu ſuo, quando fratres & conſortes æquis portionibus decennio poſſederunt bona pro diuiſo, vt tunc præſumatur inter eos facta diuiſio. & ita intelligunt Docto. ſupra alleg. glo. prædictam. & pro hac opin. alleg. Alber. de Roſa. bo. text.
4 quem etiam alleg. Bald. ibi in l. itaque. †cum ſeparatim ſocij agere cœperint, & vnuſquiſque eorum ſibi negotietur, ſine dubio ius ſocietatis ſoluitur. ff. pro ſocio. & idem Bar. in queſt. per eum diſput. inchoan. mulier habens amplum patrimonium. in fi. & Ang. in l. ſi. ff. pro dote. & Fel. in c. ſicut. verſic. hanc fallen. firmat etiam Imo. de re iud. & pulchrè Bald. conſil. cl. exordien. Quod ſi minor lib. j. & conſil. 369. inci. quædam puella. in fi. vo. iij. quia, vt inquit, poſſidere eſt facti huncinde interuenientis. Et idem cõſi. cxxix. incho. an. diuiſio à principio non tenuit. volum. iiij. & conſilio xciiij. inci. caſus talis eſt, quidam Leo de Verona. vol. v. & Roma. conſi. ccv. verſicul. Tertiò principaliter. & conſilio ccccviij. per tex. in d. l. itaque.
5 †ponens etiam quid econtrà, ſi longo tempore poſt diuiſionem ſteterint communiter, an præſumatur iterum voluiſſe communicare bona. Et tenet, quod
6 ſic. †ſed in caſu noſtro, in quo vnus vel duo poſſederunt fundum, vel grangiam velut propriam x. vel xx. annis, certè dicto tẽpore minori triginta annorum præſcribere non potuerunt, vt tenet Bartolus, Bald. Alber. & Docto. ſupra alleg. per textum in l. ſeruum communem. C. famil. erciſc. & in l. ij. C. quib. cauſ. ceſſat longi temp. præſcrip. per tex. ſingul. in l. hæreditatem. eo. tit. quæ eſt immediatè ſequens in l. licet. C. de iur. deliberand. Quia hic non eſt præſumptio, nec coniectura diuiſionis factæ. cum alius ſocius nihil de communi poſſideat. Sed in caſu gloſſæ præſupponitur quemlibet fratrum tenuiſſe partem ſuam ſeparatam, & pro diuiſo: & ideo inducitur præſumptio tacitæ diuiſionis. Et huius coniecturam adiuuat longa poſſeſſio. & idem dicit Ang. in l. fina. C. communi diui. per d. l. vnus. & Imol. in l. j. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. & idem in terminis noſtris ſingul. Corn. conſil. cclxxv. inci. quanquam. vol. iij. & conſi. cclj. inchoan. in hac conſultatione. eo. li. & Bald. conſ. xcviij. vol. ij. & pro hac deciſio. facit quod dicit Bald. in d. l. licet per illum text. de iur. deliber. quem ibi ſequuntur Pau. de Caſt. Albe. de Roſa. Corne. Alexan. & Iaſ.
7 †quod licet vnus fratrũ poſt mortem patris omnia vniuerſa bona etiam per lõgum tempus ſcientibus, & patientibus aliis fratribus adminiſtrauerit, tamen per hanc patientiam non videntur tacitè renuntiaſſe portioni eorum. Et idem Iaſ. in dict. §. quædam. & Barto. Ange. & Franciſc. de Aretin. in l. recuſari. ff. de acquiren. hæredit. Sed bene ſpatio xx. annorum, vt tenet glo. in d. l. licet & in l. quandiu. in j. ff. de acquiren. hæredi. quæ eſt communiter approbata, ſecundum Alexand. ibi in princip. & idem in d. l. ſi maior. ad addi. ad Bar. & Soci. conſ. lxij. & conſil. cxxj. vol. j. & Alexand. conſilio lxiij. incipien. punctus talis eſt, Bachus. volumine v. & Cornel. conſilio xvj. & conſil. ccx. in litera B. & I, volumine iij. & Angelus conſil. clxj. verſic. de ſecundo. & licet textus loquatur in hæredibus ignorantibus, tamen idem eſt ſecundum Doctor. & Iaſ. ibi in ſcientibus. † Et hoc verum ſe-
8 cundum eum in iure adeundi, quod eſt proprium extrancorum, quòd præſcribatur xxx. annis. & idem Felin. in c. de quarta. verſic. & ſcias quod iuri adeundi de præſcript. Sed non iure immiſcendi, quod eſt ſuorum, quod non præſcribatur dicto tempore xxx. annorum, vt ibi per eum, poſt Ang. qui idem tenuit ibi: tamen communis videtur eſſe in contrarium, & de hoc dic vt dixi ſuprà quæſt. præceden. & ſic deciſio gloſſæ communiter approbatæ nõ habet locum, vbi vnus hęredum rem communem poſſedit, vt propriam, & pro diuiſione, nec etiam profecto quando ex aliis coniecturis comprehendi, vel præſumi poteſt omnes hæredes & conſortes non habuiſſe animum diuidendi, quamuis ita ſeparatim poſſederint, vt tenet Alex. in d. conſi. xxv. ver. confirmo per ea. lib. v. & Bal. in d. conſi. xciiij. vol. v. & hoc ſecundum Alexan. ſi portiones per eos ſeparatim poſſeſſæ erant valde diſpares, & malè conuenientes portionibus quę iure dominij & hęreditario ad ipſos hæredes ſpectabant: quia tunc non eſt putandum ſeu præſumendum ex illa longa poſſeſſione ſeparata voluiſſe ita ſibi præiudicare, argu. l. cum de indebito. ff. de probatio. & c. ſuper hoc renuntia. Sic etiam tenuit Bal. in d. l. ſi maior. quod etiam intelligit Alex. in alleg. conſ. xcij. ver. nec prædictis etiam obſtat, quando in hoc magna el ſet deceptio vltra dimidiam iuſti pretij, vel ſaltem tertiam. vt probatur in l. vnde. cum l. ſequenti. ff. pro ſocio. & in l. ij. C. de reſcind. vend. & hoc inter maiores, ſecus inter minores. Vnde in caſu noſtro licet co hæredes poſſederint longo tempore integram & ſolidam grangiam, tamen per hoc non intelliguntur diuiſionem feciſſe. Quare ſecundum Alex. in d. conſi. 92. hoc poteſt per alias cognoſci coniecturas, & euidentias, quæ arguunt non diuiſionẽ, ſed communionem bonorum, prout hic erat præſcriptio vehementiſſima: quoniam dictus cohęres, cui obiiciebatur diuiſio & longa poſſeſſio, locauerat pro tempore duorum annorũ iam dictis cohæredib. partẽ & portionem ſuam prædictæ grangiæ: †& finita locatione vi-
9 dentur reconduxiſſe, & illo titulo poſſediſſe, iuxta l. item quæritur. §. qui impleto tempore. cum l. ſeq. ff. loca. & ſic ſuo poſſederũt nomine. igitur &c. Sed hic erat dubium, an dicti cohæredes, qui pro ſuo, & diuiſio tenuerant rem communem, & illam vendiderant, quam emptor x. annis poſſederat, tunc videa-

tur

tur præſcribere per text.in d.l. hæreditatem.& idem ſi cohæredes. vel conſors alio particulari poſſideret titulo,quàm pro hærede,vel pro poſſeſſore, d.l.hæreditatem & ibi per Docto. Sed hic non fuerat impleta præſcriptio: & ita fuit concluſum, & per arreſtum dictum & pronuntiatum die iiij. menſis Iunij, Anno 1519.

SVMMÆ.

1 *Tutores adminiſtratores, & eorum hæredes tenentur vſque ad xxx.annos.*
2 *Tutores etiam in communi doloſi habẽt beneficium diuiſionis: niſi ex proprio quiſque dolo conueniatur,& nu.3.& 4.*
5 *Tutores quando habent beneficium ordinis & quãdo diuiſionis.& nu.6.& 7.*
8 *Condemnati ſimpliciter intelliguntur pro virili.*
9 *Condemnati inſolidum an habeant beneficium diuiſionis.*
10 *Exceptio diuiſionis, ſeu ordinis, an debeat opponi ante litem conteſtatam.*

Quæſtio LIX.

Tres aut quatuor tãquam tutores certorum pupillorum fuerunt per arreſtum curiæ condemnati ad reddendum rationem doloſè per eos adminiſtratæ tutelæ, & reliqua ſoluendum, & vnum ex ipſis tutoribus condemnatis minores proſequuti ſunt: quibus per ipſum tutorem conuentum opponitur exceptio diuiſionis,& quod ipſe inſolidum non poterat conueniri, viſo etiam arreſto contra omnes lato: quæritur quid iuris.

DECISIO LIX.

1 ET † præſuppono antequam veniam ad deciſio.quæſt.quod tutor, vel curator, aut procurator, vel eorum hæredes tenentur reddere rationem adminiſtrationis, etiam poſt longum tempus xx.annorum,& vſque ad xxx.ann.& notatur in l. inaximè.ff.de adminiſt.tut.vbi eſt bo.text. & in l.tutores.& ibi Doct.C.arbit.tut.& tenet Bal.in rub.extrà de procura. verſi. nunquid poſt longum tempus.
2 †Hoc habito dico,quod licet tutores qui adminiſtrauerunt ſimul, vel non adminiſtrauerunt, teneantur inſolidum,ſiue inter ſe diuiſerint adminiſtrationem, & exercitium tutelæ,ſiue non,l.ij.C.de diuid.tutel.& l.j.§.nunc tractemus.ff.de tute.& rat.diſtrahen.& gl. Cin.Ioan.Fab.Bar.Bald. Angel.Alberi.Salic.Alex.&
3 Iaſ.in l.j.C.de tranſact. † tamen beneficium habent diuiſionis,& non ordinis,ſiue omnes tutores ſint teſtamentarij,ſiue legitimi,ſiue datiui, etiam ſi doloſè adminiſtrauerint,l.ſi plures.ij.ff.de adminiſtr. tut. & hoc quando ex communi dolo & communi culp.
4 †Secus ſi proprio vniuſcuiuſque dolo,ſecundum cõmunem opi.gl.& Doct.ſuprà alleg.contra Azo.in d.
5 l.j.de tranſa.& idem Io.Fab. & Alber. de Roſa.in d. l.ij.de diuid.tut. †Sed quando nonnulli geſſerunt,& alij non licet gl.in d.l.j.de tranſac. velit eos tunc beneficium ordinis habere,ſcilicet gerentes primo cõueniri loco,ſecundo non adminiſtrantes, tertio magiſtratus,d.l.j.§.nunc tractemus.de tutel. & ratio di-
6 ſtrahen.& l.j.& ij.C.ſi tutor. vel cura. interue. †Tamen ſecundum Din.Pet.Bar. & Doct. ſuprà alleg.ſi adminiſtrantes de mandato aliorum qui non adminiſtrabant, geſſerunt, tunc non eſt beneficio ordinis locus,quia omnes per alios geſſiſſe videntur. Si verò non gerentes non mandauerint, & tunc aut loquimur de geſtis,aut neglectis:ſi de geſtis, & tũc verum dicit gl.quòd habeant beneficium ordinis, d.l.j. & ij. ſi tut.vel cura.interue.& d.§.nunc tractemus. ſint autem de neglectis: & tunc aut ſunt connexa geſtis,& idem in l.tutorem qui tutelam.ff.de admi.tutor.& l. tres.tutores.ver.in eo.tit. Si verò non ſunt connexa geſtis,& tunc non erit in eis locus beneficij ordinis, vt l.tutores qui poſt.§.cum qui.de adminiſtra.tutor. & d.l.tres tutores.ver.item in eo. †Ergo in hoc caſu 7
videtur habere locũ exceptio diuiſionis,ſcilicet proponendo,& probando alios tutores vel curatores eſſe ſolueudo,arg.d.ſi contendat.ff.de fideiuſſori. & tenet Ang.in l.j. C.quo quiſque ordine cõue.lib.xj. & iſtud clarè probatur per iam dictũ arreſtum,per quod fuit dictum prefatos quatuor tutores teneri reddere rationem tutelæ: & ſic quemlibet pro ſua virili parte,& portione,l.j.& ij.C.ſi vnus ex pluribus appel.& perinde habetur, ac ſi ab initio per iudicem, aut teſtatorem diuiſa fuiſſet adminiſtratio: quo caſu quilibet tenetur pro ſua ſolum parte,d.l.ij.de diuiden. tutel.& pro hoc facit l.Paul.in ij.& quod no.ibi Bartoff.de re iudic.dicens, verba ſententiæ, vel arreſti non limitari ſecundum naturam obligationis precedentis,ſed ſecundum verba ſententiæ, vel arreſti: † quia 8
condemnati ſimpliciter intelliguntur pro virilibus, licet obligatio, & libellus procedant & concludant in ſolidum:pro hoc l.vna.C.ſi plur.vna ſent.fuer.cõdem.& ibi expreſsè Bald.& Alb.de Roſa.in l.ea quæ. famil.erciſc.& dixi infrà q.cccx.incip.ſi plures rei ex vno delicto.& tenet Soc.conſil.cclij.ver.circa ſecũdam quæſt.cum ver.ſeq.vol.ij.pro hoc tex.& quod ibi notant Bar.Bald. Ang.Pau.de Caſt.Alber.Alex.& Iaſ.in l.ſi creditores.C.de pact.& in d.l.j.de tranſact. cum vno pro parte ſua facta, illa non obſtante alij poſſunt pro eorum parte conueniri.Et idem in ſententia ſecũdum Io.Fab.& Alber.de Roſ.ibi per text. in l.non minorẽ.eo.tit.& plenè Corn. conſ.cccxiij. verſi.circa ſecundum.vol.j.& Fulg.cxxv. †Quinimo 9
vbi fuiſſent per ſententiam condemnati inſolidum, adhuc poterunt,vt voluit Bar.in d.l.Paulus.quem ibi ſequuntur Bal.Ang.Paul.de Caſtr.Alex. & Iaſ.opponere exceptionem diuiſionis: quia dicta diuiſionis exceptio in exequutione opponi poteſt. Et ita fuit dictum per arreſtum latum menſe Iulij. Anno 1519.
†Sed videtur exceptionem diuiſionis,ſeu excuſſionis 10
ordinis debere opponi ante litem cont. vt vult Cin. l.exceptionem.in vj.q.& ibi Bal.C.de excep.& idem Cin.in auth.præſente in viij.q.C.de fideiuſſo.& Sali. in auth.hoc ſi debitor.in xj.q. C.de duob. reis. eſt enim,vt aiunt,dilatoria.Et per Bart.& Soci.in l.j.ff.de excep.& Alex.conſ.lxxviij.verſ.non obſtat exceptio. li.j.de quo dic vt ibi per Doct.ſupra alleg.

SVMMÆ.

1 *Adminiſtratores ciuitatis, an habeãt beneficiũ diuiſionis & ordinis ſicut contutores.& nu.2.*
3 *Talea an per modum mutui poſſit à ciuitate imponi.& nu.5.6.7.8.9.& 10.*
4 *Breues libri qui dicantur.*
10 *Seneſchallis,& ballluis in eorum iocundo aduentu, nihil debetur,nec ipſi recipere poſſunt.*
11 *Taleam ſine libro recepta quis non poteſt leuare.*
12 *Congregari non poſſunt communitates ad faciendum procuratorem ſine licentia.& nu.13.*

Quæſtio LX.

Sed alia in curia orta fuit quæſtio,an idem eſſet dicendum

in pluribus alicuius ciuitatis adminiſtratoribus, beneficium ciuilionis & ordinis oppouentibus.

DECISIO LX.

ET † dic quòd ſic per tex.& glo.Bar.& Alberi.in l.Imperator.cum duabus ll. ſeq.ff.ad munici. & in d. l.j. & ij.& ibi Io.de Plat.Odof.Luc.de Penn.Iac.Rebuf.& Bar. C.quo quiſque ordin.conuen.ideo ſi vnus non adminiſtrauerit,& alij adminiſtrauerint,illi ſemper prius tenentur, vt dictis iurib. & præcipuè in l.quid ergo.quę eſt poſt dictam l.Imperator.† Et ita fuit concluſum in curia,contra Mõdotũ de la Vergne,ſyndicũ ciuitatis Tutellæ, actorẽ redditionem adminiſtrationis petentẽ aduerſus Ant. Saler.magiſtrum Ioan. du Verdier Regium aduocatum,& alios eiuſdem ciuitatis conſiliarios: qui tamẽ omnes adminiſtrauerant. Quare omnes fuerunt pro parte virili condemnati, & latum areſtum, die xxiij. Iunij.Ann.1323.† Sed aliud contra dictos conſiliarios, & ſignanter contra du Verdier aduocatum Regium, qui ceream collecta.n.,ſeu taleam per modum mutui per ipſam ciuitatem, pro certis literis doni, iuriſdictionis ſedis per Regem eidem ciuitati conceſſis,ordinatam impoſuerant, & ãne rotulo aut libro receptæ leuauerant,contra l.j.C.de exact.trib.lib.xj. † Et ibi Luc.de Pen.vocat libros receptę breues,quia breuis propriè dicitur preſſus,contrarius longo:vel ſunt breues libri quos ipſe appellat quaternos,debitorum nomina, & quantitates debitas & receptas continẽtes.l.fin.C.de conuen.fiſci. debit. & pariter accipiũtur breues in l.fi.in fin. C.de offi. magiſt. & alias iurib.per ipſum allega. vel de iure poſſunt dici introitus & exitus. Primò quærebatur, † an prædicta Tutellæ ciuitatis potuerit ſine authoritate princ.imponere, ſeu ordinare pecuniam per modum mutui ab habitatoribus leuari.& Spec.in tit.de iud.§. quia verò,ver.quid ergo de colligen. tenet quòd non. & ipſum refert,& ſequitur Ioan.Fab.in l.j.C.noua vecti. impo.non poſ.ſed Spe.ibi non inueni. quod dictum intelligit Io.Fab.de villa, & collegio imponente ſuper extraneis: ſecus ſi ſuper illis de ſua vniuerſitate, quia tunc poterit,l.j.ff.quod cuiuſque vni.& l.j.C.de colleg.illici. quia talia videntur eſſe de regalibus. c.j. quæ ſint reg.& tenet Alex.conſ.cxlv.libr.ij.& Hoſt. in ſumma de immu.eccle.§.à quibus.ver.quid ergo. & Ang.in l.iiij.§.actor. ff.de re iudicata. dicens hanc quæſtionem Paduæ de facto habuiſſe,& ita obtinuiſſe quod villa ſibiipſi collectam imponere poteſt,allegans gl.in verb.perſoluat.in authen. quibus mõdis natu.efficun.lic.§.ſi quis igitur.& ibi idem Angelus in fin.ſed Ioannes de Imol.in dicto §. actor. dicit illam gloſſam ſi bene ponderetur, non velle dicere, ſed ſolũ velle villam in collectis debere contribuere cum caſtro vel ciuitate cui ſubiicitur. † Quia ſortaſſe ſecundum ipſum dici poteſt, quod vbi imponitur collecta ex cauſa legitima, puta propter debitum vniuerſitatis, & tunc poſſit ipſa ſibiipſi imponere, d. l.j.§.quod ſi nemo.ff.quod cuiuſque vniuer. ſed ſi ex cauſa voluntaria,tunc non poteſt,per d. c.j. quæ ſint regal.& circa hoc Bart.in l.j. C.de ſuperindict. lib.x. quem ibi ſequuntur Ang.Ioan.de Pla. & ſingu.Iaco. Rebuff. † Et magis ampliè Lucas de Penn.diſtinguit, aut collecta imponitur pro neceſſitatibus villæ: & tunc poſſit,d.§.quod ſi nemo.Et hoc ſi non habet in communi facultates ſufficientes pro illo debita ſoluendo,l.fi.ibi,neceſſitatib.publicis.C.de priu.dom. Augu.lib.xj. Sed vbi pro donando principi, vel pro vtilitate publica totius imperij collecta imponitur, tunc non poteſt villa ſubiici eam imponere: ſed ad ſuperiorem ſpectat concedere eidem licentiam imponendi,d.l.j.de ſuperdict.& l.placet.C.de excu.mu. lib.xj.& Bar.in d.§.quod ſi nemo.& in l.ij.ff. de alimen.& cib.leg.& Inn.& Doct.in c.grauamẽ.de ſenten.excom.& Alex.in d.§.actor.& Pet.Iac.in ſua praxi,tit.de ſtatu.vniuer.verb.ex prędictis apparet quod conſules.per tex.in l.iij.§.præſit.de mune.& hono. cum ſimili,niſi eſſet conſuetudo in contrarium, vt l. j.C.de expen.Iudo.lib.xj.vt voluit Iac.Rebuffin d.l.j. & Alex.ibi in addi.ad Bar.& Bald.in l.fin. C.ſine cẽſu,vel reliquis.& Deci.capit. Tholo.cccxlviij. † Sed consuetudo,& ſtylus Franciæ eſt in cõtrarium,quod ſine licentia principis non poſſint talcam aut collectam imponere,vt infrà dicam. † Et ſic aliàs fuit dictum per areſtum magni conſilij latum Lugduni, Ann.1527.contra Seneſchallum Agen.& magiſtrum Martialem de Corteto eius locum tenentem, ac quendam receptorem,ob eam cauſam, quod ciuitas eidem Seneſchallo in eius nouo ad officiũ aduentu, ſine permiſſu principis donauerat mille quingẽtas libras,quas impoſuerit, & cottiſauerat æqualiter ſuper ciuibus de dicti Corteti conſi. & illum receptorem ad ſolas pecunias leuandas, & exigendas cum ſalario ſexviginti,aut ducentarum librarum conſtituerat. † Tum quia Seneſchallis, balliuis ſiue præſidibus prouinciarum in eorum iocundo aduentu, aut aliàs nihil de iure dari poteſt,nec ipſi recipere poſſunt, l. fin.C.ad leg.Iuliam repetun.l.& dixi in tract. de autorita.mag.conſi. † Quare dictus Verdier,qui ſine libro receptæ & miſſæ leuauerat à ciuibus fuit & eius ſocij condemnati in emendam.& idem tenet Bal.in l.etiam.C.de execution. rei iudic. & Alber. Brunus conſi.xxxij.col.j.& Ioan.Fab.in §.vniuerſitatis.Inſtit. de rer.diuiſion. dicens quod curia Franciæ hoc non permittit. † Imò nec ſic congregari ſine ſuperioris licentia pro faciendo,& cõſtituendo procuratorem ad euitandum fraudes & machinationes, quæ committi poſſent contra principem,vel dominum. & idem Guid.Pap.deciſio.cvj. † dicens,quod ſi taleam faciant inter eos ſine licentia iudicis, inquiſitantur inſcante procuratore fiſcali,& in emendã condemnantur. Et idem dicit Deciſio.lxxxvij.in verſi.vlterius & octauò.vbi dicit,ſemper vidiſſe ſpatio annorum xxx. tam in praxi,quàm in curia Parlamenti. & ſic ſeruatur in hoc regno,vt videtur in ſtylo Parlamenti, titu. de areſt.xxx. † niſi ex priuilegio principis hanc haberent facultatem, vt habet ciuitas Sarlatenſis, quæ olim à Rege Philippo Pulchro obtinuit,conſules ciuitatis cum conſenſu xxiiij. conſiliariorum pro neceſſitatibus eiuſdem poſſe imponere taleam: quod priuilegium fuit productum in curia, in ſimili cauſa inter quendam nomine Cordis,& ſuos adhærentes, & conſules eiuſdem,ex alia.

SVMMÆ.

1 *Pater de iure habet vſumfructum in bonis aduentitiis filiorum.*

2 *Vſusfructus alteri coniugum ab altero relicto, ſi extãt liberi,ſolum relicta intelliguntur alimenta.& numer.3.*

4 *Diſſipidare bona,quando quis dicatur.*

5 *Pater an teneatur facere inuentarium de bonis filij.7.9.& 14.*

6 *Inuentarium quis faciant.*

8 *Inuentarium quid probet, unde dictum & quare inuentum.*

10 *Pater*

10 *Pater quando det cautionem vtendi, & fruendi arburio bonorum filij.*
11 *Pater quando teneatur reddere rationē administrationis bonorum filij.& nu.19.*
12 *Inuentarium facere debet vsufructuarius, etiam si testator id sub pœna prohibuit.*
13 *Vsumfructum an perdat pater per ingressum religionis.*
15 *Patris quando sit auferenda administratio bonorum filij,& nu.16.*
17 *Patris si auferatur administratio bonorum filij, an etiam vsufructus auferatur.& nu.20.*
18 *Pater dissipans bona, quando teneatur assignare partem liberis pro alimentis.*
21 *Pater quando teneatur satisdare filio.*
22 *Mater an teneatur facere inuentarium.& nu.23.*

Quæstio LXI.

Pater cui per eius vxorem relictus fuerat vsusfructus omnium bonorum mobilium,& immobilium conquestuum, ad quem tamen vsusfructus de consuetudine spectabat, si cœpit male versari alienando immobilia, & conuolando ad secundas vota. An cogatur facere inuentarium.

DECISIO LXI.

1 E T † præsuppono quod pater de iure habet vsumfructum in bonis aduentiis filiorum, l.iiij. & per totum. C. de bonor.mater. & de bonis quæ liberis.
2 † Et vbi de consuet. non habet, si tamē vxor relinquat vsumfructum marito,& ipsum faciat vsumfructuarium, non habebit dē iure extantibus liberis:nisi alimenta,vt voluit Bald. in auth. hoc locum.in vlt.quæst.C.si mulier secun.nupt. & Ias. in l.vltim.versicul.in sexto simili. C.de indi.vidu.tol.& idem Bald.& Doct.in l.Titia cum testamento.§.Titia.ff.de leg. †Sicut econtra,quando pater facit vxorem vsufructuariam & massariam,extantibus liberis,
3 ex identitate rationis non habet nisi alimenta, vt tenet glo.Bar.& omnes in d.authent.hoc locum. & d. §.Titia.& alibi sæpe per discursum harum quæstionum.†Secūdò quando dicatur quis dilapidare,& dissipare bona,vide Innoc. Bald. & docto. in c.fi.de sequest.pos.& fru.& Bal.in c.j. §.sancimus. quo temp.
4 miles inuestitu.in vsi.feud.Pet.Angel.in l.diuus.ff.de pet.hæredi.& Andr.Barb.consil.ix.nu.xx. vol.ij.& ex infrà dicendis patebit. †Hoc habito videtur patrem
5 de iure communi non teneri facere inuentarium,vt decidit Cin.in l.cum oportet.in princ. q.iij.Cod.de bo.quæ liber. sequens Mar. Sylleya, quia patres non sunt simplices, & nudi administratores, imo vtuntur & fruuntur bonis filiorum. item etiam lege non cauetur,quòd ad id teneantur. Et sic se habet,vt inquit,consuetudo.& idem Bald.in d.l.cum oportet.
6 §.non autem.in prin. † quoniam inuentarium concernit eos qui tenentur reddere rationem, & non alios,arg.l.orphanotrophos.& idem ibi Bal.in vij.notab.cum versi.seq.C.de epis. & cler. & inuentarium dicitur caput omnium rationum,quod nudi & simplices administratores facere tenentur, l.nulli.co.ti. & idem Ange.consi.cxiij. ante fin. & Bal. consi.431. inchoan.quædam vidua. ante fin.vol.ij.& Alexan.in addi.ad Bar.in d.§.non autem. Sed pater nō tenetur reddere rationem in d.§.non autem.& l.si quis prioris.§.fi. & ibi Io.de Garo. C. de secund.nup.& tenet Franc.de Aret.in l.si superstite. per illum text. C.de dolo.Et hoc in filio in potestate constituto: secus si filius esset emancipatus,vt ibi:nec etiam pater tenetur præstare cautionem,nec alia ad quæ tenentur extranei vsufructuarij. l.fin.§. fin autem ex alieno. ibi, paterna reuerentia,&c.de bono.quæ libe. & ibi Bolog.in dict. §.vbi autem.in primis interpret.Cornel. consil.cv.in litera O,vol.iij.licet Spec.in titul. de instru. edi. §. edicto. dubitet an pater teneatur facere
7 inuentarium. † Sed primum quòd teneatur facere, tenet Rapha.Cuman.consil.lxxviij.exord.casus talis circa medium. Tamen honestius,vt inquit,faciet pater vel auus si conficiat inuentarium,cum bona liberis & nepotibus reseruare teneatur. & licet secundum eum inuentarium, facere non teneatur, tamen cogetur pati bona describi,&de eis instrumentum publicum confici.argum.l.j. §.recte. ff.vsufruct. quem.caueat.vt adueniente casu mortis patris,vel alii facilior sit probatio, argum. l.non solum.§.sed vt
8 probari.ff.de noui ope.nuncia.& c.ij.de proba. † Et sic sentit inuentarium de bonis vnius factum facere & probare res in ipso descriptas esse in bonis illius, in cuius inuentario reperiūntur descriptæ, l. chirographis.cum ibi not.ff.de admnist. tut. & hoc idem tenuit Raph.Fulg.consi.clxj.post princ.incip.in causa Iacobi de Seratico, saltem semiplenam facit probationem,vt ibi per eum.& Iac.de Are.& Doct.in l. fi.C.arbitr.tutel.& Bald. consi.ccbxiij.inchoan. Gasparonus Allonus.vol.j.& aliàs consului,vt in consil. lxv.quia inuentarium dicitur ab inueniendo,l.fin.C. de bonis vacan.lib.x.& d.l.fin.arbi.tut.& l.si quis intra.C.de bon.præscrip.& Bald.consil. ccccxxj. incip. quæritur an signum sanctę Crucis sit principium inuentarij.volumin.iij.& inuentum fuit,ne res possint subtrahi,& furari,in authen. de hæredi. & fal.§.sancimus & Bal.consi.cccxxiij.inchoan. factum sic proponitur. vol. iiij. aliàs daretur occasio & materia furandi,quando esset suspicio.de quo plenè per Signorel.de Homed.consi.cx.incip.testator in testamento.
9 †Et istud puto verius signanter vbi ex donatione, vel legato,aut aliter acquisito, res spectaret filio, qui
10 tunc censentur esse quasi extranei. † Et illo in casu tenetur pater dare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, l. vsusfructus. C.de vsuf. & ibi per Doct.& Bal.Doc.in l.Titia.§.Titia.de leg. ij.& Bal.consil.clxj.inci.post mortem Iuuenalis. vol. ij.Secus si à lege ratione patriæ potestatis,& administrationis,l.ij. de bonis maternis. & aliis iuribus suprà alleg. †Sed quando pleno iure bona pertinent
11 ad liberos,tūc teneretur pater reddere rationem administrationis,vt dicit Soci. consil.ij. versic.est enim regulare.vol.j. & consil.xxxiiij.vel circa sextam principalem quæstio.cod.lib. † Quinimò & fortius, vbi
12 esset vsusfructuario per testatorem inhibitum inuentarium facere etiam sub pœna, quòd nihilominus conficere tenetur,vt voluit Abb.Sicu.consi.4.versic. formatur & sextum dubium. libr.ij. & pro hoc facit quod dicit Cin.in auth.idem est,de bo. quæ lib.limitando glos.ibi violētem, †patrem vsumfructum per
13 monachationem & ingressum religionis ipsius non admittere nec perdere:intelligi debere quādo aliter pater habuit,quàm à lege,quia tunc non perdit. Secus si à lege, ratione potestatis tunc bene perdit vsumfructum, cum per ingressum religionis perdat patriam potestatem. Quod Bart. dicit esse verum in medietate vsusfructus:sed in alia medietate debet in præmium emancipationis habere vsumfructum,dd. cum oportet.§.cum autem. sed Salic.in hoc casu sequitur opi.Cin.quòd nō retineat dimidiam, quia filius isto casu habet existentiā suā à Deo,&nō à patre & ista est,vt inquit,communis.Tamen Bald.in dict.

authentic.excipitur.ſequitur glo.quod non finiatur, quia ipſe eſt eius meritorius,& illa opi.videtur magis æqua,de qua latius dixi infrà quæſtio. 197. in fin.

14 † Tum præcipuè tenetur pater deſcriptionem bonorum pati, ſi eſt ſuſpectus de fraude in alienando aut diſſipando bona,vel ad ſecunda conuolando vota.Et hoc ſi ratione ſecundæ vxoris, & eius liberorũ aliter transfigit bona,vt dicit gl.in d.l.ſi quis prioris. §.fi.per tex.in l.Imperator. ff. ad Treb.quia tunc tenetur de adminiſtratione doloſa.d.§.ſin autem æs alienum.& d.l.cum oportet.§.fin. Et iſtud dicit Bart. in §.non autem.eſſe verum in rebus mobilibus, quæ apparere non poſſint, & pater eſt male vitæ,& non ſoluendo per d.l.Imperator & gl.in d.l.ſi.§.fin.& ibi Bal.& Doct.& per tex.in d.l.ſi.§.minores.C.de ſent. paſſis.Secus dicit eſſe in bonis immobilib.quę perdi nec conſumi poſſunt, ad quæ filius ſuum poteſt habere recurſum,& hoc in caſu non poteſt ſibi interdici adminiſtratio bonorum. & ipſum ſequitur Frã. de Aret conſi.lxxij.ver.ad quartum igitur.& Paul.de Caſtr.conſi.cccchiij.inchoan.ad primum verſ. quartum dubium.vol.notto.Licet Bal.in d.§. non autem. teneat contrarium per d.l. Imperator. & d.l. fin. de ſent.paſſis.& l.ſi cum dotem.§.ſi verò.ff.ſol.mat.Sed ſecus videtur quando delinquit in negligendo adminiſtrationem:, quia tunc poteſt compelli gubernare, & ſumptus in rebus facere.l.j.de bo. mat. & hoc voluit gl. in d.l.Imp.quam ibi Bal.vt refert Bolo.in primis interpr.facit ſing.Sed ipſe met Bal.tenet contrarium: etiam de negligendo in d.l.fin.col.vlt.de ſent. paſſis. de quo plenè per Alex. in d.l.Imperator. &

15 † quod patri ſint bona immobilia, & adminiſtratio auferenda, q tando illa bona vendit & diſtrahit, tenet Barto.in d.l.ſi. Imperator. verſiculo inquantum Bartolus eſt verior, & æquior, præcipuè quando pater alienando poneret in manibus potentiorum, à quibus de facili non poſſent recuperari,vt voluit ibi Paulus de Caſtro,& Alex.in ſi.& Ang.in d.verſi.non autem.de quo plenè per Ioann. de Ana. in c.cum ex iniuncto.de hæred.& Signo de Homed.conſ.cxxxvj.

16 † Et non ſolum patri diſſipanti & malè regenti eſt bonorum filij adminiſtratio auferenda,ſed etiam ob impietatem erga perſonam filiorum ſeruatam.argu. d.l.ſi cum dotem.§.ſi verò.Et tunc,vt dicit ibi textus ſequeſtrari debent.Ita tenere Rapha.Cuman.per illum text. conſil. lxxxij. exordien. caſus talis Auguſti. ponens exemplum de patre qui accepit cõcubinam, ex qua procreauit liberos,quorum ratione malè tractat,& à ſe expellit ſuos ex mortua vxore liberos naturales & legitimos:quòd ei auferenda ſunt bona,vt ibi,& idem Socin.d.conſi.xxxiiij.verſic. circa ſextam principalem quæſt.& Alexan.conſi.cxxj.lib.v.dicens patrem malè verſari & adminiſtrare in non ſoluen-

17 do canonem de reb. emphyteuticis. † Sed an caſu quo perdit adminiſtrationem, perdat vſumfructum, diſſipando bona vel illa non reparando. & textus in dict.l. Imperator.decidit,in verſicul.Sed paternæ reuerentiæ congruum eſt egenti. quem gloſſ.ibi vltim. intelligit, ſcilicet patrem debere habere ex bonis filij ſolum alimenta textus ibi dicit egenti. Licet aliam ponat opinio. patrem debere habere vſum fructum argu. l.hac edictali. §. mobilium.C.de ſecund. nup.ſed primam tenent Dyn.Alber. in d.l. Imperator.& ibi Ang.Paulus de Caſtr.Ioan.de Imol.dicens hanc eſſe communem.& Alex.ibi in tribus locis.primo,col.ij.verſic.ſubdit Paul.de Caſtr.& ver.in gl.ſuper ver. emolumẽtum,vbi dicit iſtam opi.communiter teneri.& ver.ſed illud quod ipſe dicit de fructibus.Et idem ibi Bolo.in primis interpre.& Alex.in l. cum ex filio.in ſi.ff.de vulg.& pup.ſub. & Soc.d.con. xxxiij.q.v.& Cuma.in d.conſi.lxxxij.& ſing.Bart.in l. ſi.C.ſi quid in fraudem pat.ver.ſed pone pater.quem ibi ſequitur Paul.de Caſt.quamuis Sali.diſcrepet,vbi Bal.dicit, quòd ſi pater diſſipat bona filiorum , tunc aufertur ſibi bonorum adminiſtratio , per d.l.fin.de ſenten.paſſis. ſin autem pater diſſipat bona propria ſubiacentia reſtitutioni fideicommiſſi faciendæ filiis poſt mortem patris, & tunc aufertur patri poſſeſſio, & datur filiis,vt pater inde alatur:per d.l.Imperator. ſi autem ſint bona propria, & libera patris, tunc filij poſſunt petere ſibi aſſignari tot bona patris ex quibus viuere poſſint.& idem in marito l. vbi adhuc.C. de iur.dot.& d.c.per veſtras. † Quamuis Bal.in l.non 18
poteſt. ff.de adopt. velit quòd ſi pater diſſipat bona ſua,non tenetur propter hoc aſsignare vnam poſſeſſionem filiis pro alimentis, ſed tantum de menſe in menſem aſsignare alimẽta.& hoc in prin. cuiuſlibet menſis pro toto illo menſe, per l.ſi.ff.de libe.agnoſ. ſed opi.præcedentem dicit laſ.in l.ſi cõſtante. quæſt. vij.ij.partis in ſi.ff.ſ.lut.matrimo.eſſe veriorem & ęquiorem,& tenendam.Et hoc propter litem & quęſtionem inter patrem & liberos ſingulis diebus fugiendam & euitandam.Licet Alex.in addi.ad Bar.in d.l.fin.ſi quid in fraud.patro.dicat Bal.in d.l.non poteſt melius fortè loqui.& Salic.ibi in fi. de hoc dicto hæſitat. † Aliam vero diſtinctio. annectit Bal. in l.fi- 19
liæ cuius.verſi.ſed quid dicemus.C.famil. erciſcund. quia aut pater non habet vſumfructum: quia ille qui reliquerat filio prohibuerat, ne patri vſusfructus acquireretur.d.authen.excipitur.de bo.quæ lib.& tunc quia pater deliquit in re aliena tenetur ſicut quilibet extraneus,& ſicut tenetur filio emancipato. d.l.ſi ſuperſtite.& ibi idem Bal.C.de dolo.Si verò pater habet vſumfructum , tunc aut diſſipat ſolum reditus & fructus,& tunc non tenetur,cum de iis non teneatur filio reddere rationem. d.l.cum oportet. §.non autem.nec hos tenetur fructus filio conſeruare. Sed ſi pater ipſam rei ſubſtantiam diſſipat,tunc tenetur de hoc reddere rationem. Quoniam hãc proprietatem tenetur filio conſeruare illæſam. & idem dicit ſore diſtinguendum in matre diſſipante rem filij, in quibus habet vſumfructũ,d.l.hac edictali. §.omnibus.& rationem ponit Alex.& Docto.in d.l.Imperator.reſpõdentes ad d.l.hac edictali. §.mobilium.quæ non lequitur de dilapidatione patris,ſed de eius tranſitu ad ſecunda vota: quo caſu ſeruatur ſibi vſusfructus,l. ſi.de bo.mater.Quoniam non tantàm culpam committit mater , ſecundum contrahendo matrimoniũ, quam pater diſſipando,& dilapidando. & idẽ Franc. de Aret.in l.cum filio.verſi. ſed ſi vis ſuſtinere. & ibi Bolog.in primis interpret.ff.de lega.j.& idem de Areti.conſi.lxxij.in v.q. † Quamuis Io.And.teneat ſe- 20
cundam opi.glo. ſcilicet patrem non perdere vſumfructum.in addit.Specul. titul. de dote poſt diuor.in fi.ad quem Pau.de Caſt.in d.l.Imperator.reſpondet, 21
vt ibi per eum.† Et aliam opi.ponit Io.de Imo.in d. l.ſi conſtante.in ix.q.ij.partis princip.quod pater teneatur ſatiſfacere filiis , cum in cauſa aduentitia poſſit inter patrem & filium in poteſtate conſtitutum cautio c . . . . ere,l.iubemus. & ibi Bart.& Doctor.C.ad Treb.& ſi pater ſecundum Imo.non poſſit ſatiſdare, tunc per officium iudicis pecunia debet ſequeſtrari penes idoneum mercatorem,iuxta d.ca. per veſtras. . . donat.inter virum & vxorem. aut res aliqua loco pecuniæ aſſignari. Nihilominus tamen vſusfructus erit patris,niſi fortè filiæ agerent,& aliunde non haberent vnde ſe alerent: quia tunc eis ne egeant prouideri debet, cùm pater eos teneatur alere etiam de

ſuis

fans bonis.l.si quis à liberis.ff.de liber.agnosc. Multo ergo magis de vsufructu bonorum matermorum vel æquum etiam secundum eum, quod daretur filius dimidia vsusfructus,sicut fit emancipato,d.l.cum oportet.§.pen.& ipsum sequitur Iaso. in d.l.si constante. Sed ipsi loquuntur in dote quæ consistit in pecunia, & etiam in patre vergente ad inopiam alio modo quàm per dissipationem & dilapidationem. In quo casu eorum opin.habet apparētiam, quod pater ipse satisdare aut ponere pecuniam teneatur penes vnum mercatorem.Sed contra ipsorum opin.tenet Soc. in dicto consi.xxviij.q.ij.sequendo primum, scilicet filios non teneri se submittere fragilitati cautionis. l. cogi.9.inde quæritur.ff.ad Treb.vt ibi per eum. quæ est communis & verior,quia nos loquimur in bonis immobilibus per ipsum patrem dissipatis, aut non reparatis,ratione cuius perdere debet & administrationem, & vsumfructum, filius sibi secundum decētiam & conditionem personæ alimentis, iuxta d. l. Imperator.& expresse tenuit Guiliel.de Cug.in auth. idem est.in fin.de bo.quæ libe. & sic fuit dictum per arestum in fauorem nobilis Antoni de Altarripa nepotis,contra aum fratrem.Latum die xvij. Ianu. 1521. Sed in casu nostro non constabat de dilapidatione & alienatione bonorum nec de impietate patris erga filios.Quare bona non fuerunt data liberis,nec aliter sequestrata, sed solum ordinatum quod de eis tam mobilibus quam immobilibus pro eorum portionibus competentibus fieret descriptio absque rerum translatione,vt vulgo dicitur, *Sans rien desplacer*.Prout in simili dixi supra quæstione septima. incipien.alias fuit visa quæst. & latum fuit arestum die xvj.mensis Iulij 1520. contra magistrum Ioannem la Court a Seneschallo Xanctonensi appellantem in fauorem filiarum suarum. Licet enim sequestratio sit prohibita,l.vnica.C.de sequest.pec. & per totum,extra de sequestra.pos.& proprieta.Non tamen bonorum descriptio per modum inuentarij, ne bona pereant,vt dicit Bart. in l. mandatis. in princip. per illum textum.ff.de requir.reis. & in l.j. §.pen.ff. de ven.in po.mitten.& Sali.in l.j.C.de requir.reis.& Masuer.in sua practi.titu.de societ.in fin.verti.item si
22 quis.†Sed an mater,vel auia materna,vel paterna teneatur facere inuentarium de bonis filiorum, vt illa describantur, & videtur quod sic, vt tenent Doctor. post glo.in d.l. si quis prioris. & ibi Alex. in additio. & Bal.& ample Ioann.de Garo.in d.consilio 431.incipien.quædam vidua.ante finem.lib.ij.& consi.clxx. incip.factum sic se habet.eo.lib.volens plus quòd licet inuentarium non sit perfectum,& sit nimis plenum,tamen si est per decretum iudicis approbatum, intelligitur solemne.d.l.fin. arbit.tut. & idem consil. cccij.incipien.ad euidentiam.vo.iij.& ibi vide quomodo probetur inuentarium defectuosum. & idem consi.cccvj.incip.inuentarium hæredū.vol.iiij. †Sed
23 contrarium tenet Signor.de Homed.consi.lxxvj.col. vlt.verticu.ad septimum.scilicet matrem non teneri facere inuentarium, nisi fuisset tutrix data à iudice, vel ab ipso confirmato,vt institut.de cura.§.j. & ij.& l.creationibus.C.de episco.audien. Et quamuis primum videatur de iure verius,per not.in authen.matri & auiæ.cum pater & mater teneantur ex mala administratione facta in proprietate, & non in vsufructu,quādo ad eos spectat,vt dictum est, & tenet Bal. in d.l.cum oportet. §.fin.tamen vltimum de consuetudine seruatur secundum Ioan.And.Iab.Pet.& Cin.& Alber.de Rosa.in d.authen.matri & auiæ. matrem non teneri facere inuentarium, nec secundis renuntiare nuptiis, aut Velleiano, nec aliis iuribus.in fauorē mulierum introductis,vt dixi in §.vj.de consuet.iur.stat. perso.& ample infrà q.incohan. quo ad ij. quæstionem videtur.

SVMMÆ.

1 *Dote sufficienter assignata, & filia renunciante, an si pater fiat locupletior, possit peti supplementum legitimæ,& nu.5.8.16.& 19.*

2 *Legitima an augeatur aucta hæreditate post mortē patris.& nu.3 4.*

6 *Dos succedit loco legitimæ.*

7 *Canonicorum numerus potest augeri si crescant facultates ecclesiæ,etiam si ab initio aliter fis statutum.*

9 *Dos an diminuatur, si pater fiat postea pauper. & nu.16.& 11.*

12 *Contrarietas in doctore est turpis.*

13 *Iuramentum impedit peti supplementum dotis. & nu.14.*

15 *Filia non sufficienter dotata petit supplemētum,nisi renunciasset cum iuramento.*

17 *Iuramentum de seruandis statutis ecclesiæ, intelligitur solum de præsentibus.*

18 *Filia sufficienter dotata, si pater fiat postea locupletior,& extraneus succedat, aut si fratres aliqui moriantur, non potest petere amplius. & numer. 19.*

Quæstio LXII.

Si pater tempore quod dotauit filiam(qua mediante ipsa renunciauerat) erat parum dives, tamen dos secundum illud tempus erat competens, si postea fuerint facultates eius inductus auctæ, an filia possit petere supplementum congruæ dotis seu legitimæ ex illis bonis post dotem datam auctis & augmentatis.

DECISIO LXII.

ET circa hanc quæstion.Doctor.variauerunt, vt ex infrà dicendis apparebit. †Et primò videtur ipsam posse agere 1
ad supplementum legitimæ, vt voluit Bal.in consilio cccixix. incohan. quædam puella. versicul. pone quod tempore datæ dotis.volumine iij.rationem reddens,quia legitima est finalis causa renuntiationis. Sed cessante causa finali renuntiationis, cessat eius effectus, argumento l.hus honoribus.§.auctis post appellationem medio tempore facultatibus, paupertatis obtentu non excusatur.ff.de vaca.mu.qui tex.est celebris.Præterea,vt inquit Bal.ista renuntiatio est odiosa,& ea quæ sunt odiosa potius debent restringi quàm ampliari, regu. odia restringi.de regul.iur.lib.vj. & pro hac decis.videtur bon.text.in l.etiam. §.vlt. ff.de bon.liber.ibi,si patrono implendæ cōditionis causa quid datum sit, in portionem debitam imputari debet: debitam autem partem eorum quæ cum moritur libertus habuit,patrono damus.mortis enim tēpus spectamus. ad idem text.in l.si patronum.§.fin.eod.tit.quæ iura allegat & commendat mente tenenda Roma. sing. suo cccvij.incip.volo tibi vnum dicere,&c. † volens 2
fortius per illa iura filiam, vel filium, cui relicta est portio,extraneo hærede instituto, posse petere legitimam incrementi bonorum,quæ post mortem sine opera hæredis creuerant,& aucta fuerant: & pro sua Deci.allegat.tex.in d.l.etiam.§.fi.& in d.l.si patronum §.fi.†quę sub correctione volunt contrarium. Et cō- 3
tra eius dictum est text.in l.in ratione.& ibi Paul.de

Caſtr.& Alex.ff.ad leg.Falc.ad idem text.in l.in quã-
titate patrimonij.eod.tit.vbi probatur,augmentum,
vel diminutionem hæreditatis poſt mortem defun-
cti contingentem.non augere,vel diminuere legiti-
mam filiorum, nec dotem quæ in locum legitimæ
ſuccedit,l.ſancimus.C.de nup. cum aliis infrà allegã-
dis.& ita de Ripa in c.cum M.Ferrarienſis.de conſti-
nu.xxxviij.in fin.ver.ſecundo intellige. interpretatus
eſt,& intelligit Roma. dicere non poſſe incrementũ
poſt mortem factum petere.& ſic Doct.ſuprà alleg.
4 tenent,per d.l.ſi patronum.§.fi.†Sed magis ac etiam
magis vrget pro primo dicto Roma. text. in l. ſerui
qui.ff.ad leg.Falcid.vbi eſt tex.clarus.de quo Salic.in
l.ſcimus.§.repletie nem.C.de inoffi.teſta. dubitauit.
Sed ad illum text.reſpondent Paul. de Caſt. & Alex.
in d.l.in ratione.& Iaſ.in authen.ne uiſſima.ver.& pro-
pterea eſſe pulchrum dubium. de inofficio. teſta. ta-
men nullus ipſorũ diſcrepat, quod bonis patris poſt
mortem eius auctis,augeatur legitima filiorum,quia
5 in illis nihil poteſt querelare. † Et in hoc non vide-
tur dubium.Sed bene ſi facultatibus auctis,à tempo-
re dotis conſtitutæ ad mortem patris vſque dos an-
geri debeat:& quod augeri debeat tenuit Franciſ.in
ca.quamuis pactum.verſic.tertio limita.de pact. lib.
6 vj.quia aliàs eſſet contra illum text. †cum eos ſuccedat
loco legitimæ,l.quoniam nouella. C. de inoffic.
teſt.& idem Paul.de Caſtr. conſil.ccvj.aliàs ccxj. in-
cheau.ergo Paul.de Caſtr.iuris vtriuſque Docto.vo.
antiq.vbi iſtud ſuccinctè probat.& idem conſi.cclix.
aliàs cclxvj.incip. licet iſta domina Liſa.poſt princi.
verſ.& venit dotanda.& Bald. de Vbald. in tract.ſuo
de dote,in vj.parte priuileg.vij.verſ. Imo ſi tempo-
re quo pater arg.l.in delictis.§.ſiextraneus.ff.de nox.
act.& idem Bal.in l.pactum in vj.opp.C.de colla.per
l.ſi quando.§.j.& fi.& ibi tenent Bart.& Paul.de Ca.
C.de inoffic.teſtam.& Paul.in d.l.in ratione.& mul-
tum facit tex.in d.c.cum M.Ferrarien.& ibi expreſsè
Bal.ver.ibi, item in contentioſo iudicio. de conſtit.
7 †vbi erat conſtitutio iurata de certo numero cano-
nicorum per Papam cum decreto irritanti cõfirma-
ta: Tamen hoc non obſtante, ſi ſuperexcreſcant ec-
cleſiæ facultates,poſſunt recipi alij canonici:& ſic eſt
in filia ſecundum Bald. ibi, quæ recepit pro integra
ſua legitima,quæ poſſit auctis facultatibus patris pe-
tere legitimam ſuper excreſcentia bonorum: quod
dicit eſſe nota.dignum,allegando d.§.auctis.& idem
ibi Ioann.de Ripa.num.xxxviij.& Ruynus in repet.l.
Gallus.§. & quid ſit tantũ,verſ.ſed dubium eſt, quid
ſi tempore matrimonij.ff.de lib.& poſthu. & Socin.
conſi.100.ver.confirmatur iſta opin. allegans plures
Doct.ſic conſuluiſſe in ciuitate Florentiæ in quadam
magna cauſa, in qua erant conſilia doctorum totius
Italiæ,& pro iſta parte fuiſſe pronuntiatum, & iudi-
8 catum.†Sed contrarium, ſcilicet filiam nõ poſſe pe-
tere ſupplementum huius augmenti, tenuit Iac.But.
in d.l.pactum,quæſt. vlt.de collat. & ipſum ſequitur
Bald.ibi contrarius in l.in ſucceſſione. C. de reuoc.
iis quæ in fraud.credit.& in l.quamuis in fin.C.de fi-
deicom. & Ang.in l. ſtipulatio hoc modo concepta.
in x.fallen.ff.de verb.obliga.& ibi Ioan.de Imo.verſ.
& potes etiam addere. quos ibi ſequitur Rom. & i-
dem Bal.in l.fin.§.j.C.de vſur.rei iudi. & in authent.
res quæ.verſic.Quæro,ſtatuto cauetur.& ibi Paul.de
Caſt. C.comm.de lega.dicens Pau.verſi.quòd autem
dixi ſuprà,hoc eſſe ſing.& mente tenendum.& Alex.
conſil.cxxx.col.j.lib.v.& hoc arg.l.de fideicõmiſſo.
C. de tranſact. & idem Angel.in l.ſi proponas.& o-
mnes hanc opinionem Iaco.Butr.ſuſtinentes reſpõ-
dent ad l.ſi quando.§.j.C.de inofficioſo teſtamento.
quod ibi loquitur quando minus legitima datũ fuit,
inſpectis facultatibus quàs pater tempore quo dedit
dotem, vel legitimam habebat: & latis hoc videtur
innuere illius text.litera. †Præterea potuiſſet ſimili- 9
ter contingere, facultates patris potuiſſe ex poſt di-
minui: & forte etiam liberorum numerum augeri,
& ipſam filiam quæ renunciauit nullos habere libe-
ros: quæ in conſiderationem veniunt. quoniam ſi
poſtea hæreditas diminueretur, filia profectò nollet
propter talem diminutionem eius dotem iam ſibi
datam diminui, quæ tunc tempore dationis erat cõ-
petens. quare ipſas vel eius hæres non eſt ad portio-
nem augmenti petendam admiſſibilis,cuius contra-
rium non fuiſſet postulatura,vt dicit text.in l.pen.C.
de ſol.& text.in l.ad res donatas.ibi, quid ergo,ſi res
ab eo cui donata eſt melior facta ſit.ff.de eden. †Li- 10
cet tamen ſecundum Paul. in d.l. ratione. dos poſſit
diminui & repeti quatenus vltrà habuit,facultatibus
patris diminutis.Et idem Soc. de conſi.100.ver.con-
firmatur hoc.allegans text.in authen.quamuis.& ibi
gl.& Doct.C.de rei vxo.act.& Iaſ.in l. frater à fratre.
in lect.ff.de condi.indeb.& Bal. in l.iij.ver. ex prædi-
ctis.C.pro dona.& Fran.de Ripa in d.c.cum M. Fer-
rarienſis.num.xxxviij.verſicu.tertiò probo.& ad hoc
aduerte.†Et quamuis hoc dictum ſit ſing.tamen nũ- 11
quàm vidi practicare, licet plures viderim filias ha-
bentes maritos locupletes, quarum parentes fame
per bant, & eleemoſynam oſtiatim non ſine earum
grandi dedecore quærebant. & ſic ratione dubij e-
uentus toleratur dicta quittantia,& renuntiatio filiæ,
per rationem dictæ l.de fideicõmiſſo. quæ eſt, quod
vbi ex aliquo actu poteſt quis conſequi commodum
ſicut & damnum, licet caſualiter contingat accidere
damnum,tamen non dicitur lædi, quamuis videatur
eſſe ſpeciale in pacto ſuper dote facto, per tex.ſingu.
in l.Attilicinus.ff.de pact.dota.de quo tex.admiratus
eſt Bar.ibi propter dictam l.de fideicommiſſo.tamẽ
idem eſt in dote,ſecundum Alex.ibi,& probatur per
l.ſi pater.§.pen.& fi.ff.de pact.dota. vt latius per A-
lex.vbi ſuprà. Et præcipue, quando in iſta renuncia-
tione interuenit iuramentum.& idem Alexan.in d.l.
pactum. verſ.tangit etiam hic Iacob.Butri. & conſil.
xxix.verſi.& inter cætera.vol.iij. licet in d.l.in ratio-
ne.non figat pedem.Sed remittit ſe ad id quod dixit
in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.ſed ibi nihil di-
cit, quamuis videatur magis in primã inclinare par-
tem.verſi.caue. ſed Iaſ.tenet hanc ſecundam in d.l.ſi
quãdo. §.j. dubitatiuè tamen,propter tex.in d.c.cum
M.Ferrarienſis.& dictum Bal.ibi,reſpondens tamen
ad illum text.c.cum M.Ferrarienſis. quòd ibi agitur
de fauore publico vt plures diuino cultui inſeruiant.
Et ſic non facit ad propoſitum illud dictũ Bald.cum
hic agatur principaliter de priuato fauore. Et idem
poteſt reſponderi ad dictum §. auctis. quem ibi
ita intelligit Alber. & idem dicit Iaſo. in d. authent.
res quæ.in vj.notab.& Corne.in d.l.pactum. verſi.ex
quo nota.dicens hoc dictum Iac.But.& Ang.ſatis eſ-
ſe dubium:ſed poſſet tolerari ex quo tollitur ius filio
dicendi nullum, ſaltem ope exceptionis. & pro hac
parte facit tex.celeb.in l.ij. & quod ibi not.Ioann.de
Plat.Iac.Rebuff.& Luc.de Pen. C. de fund.rei priua.
lib.xj. Quid dicendum in tanta doctorum varietate,
& contrarietate? †quæ in Doctore eſt turpis,vt dicit 12
Bald.conſil.x.in fi.incip.ſciendum.vol.ij.licet.ſecun-
dũ eum ſpeculatiua & æſtimatiua,quę eſt vtilior pars
intellectus,quia eſt concluſiua,nõ ſit ſemper eadem.
quod eſt verum quia primo ipſe variauit, & fuit ſibi
contrarius:& etiam Pau.de Caſtr. Alex.& nouiſſimè
Iaſ.in locis ſuprà alleg.ſequutus eſt ſecũdam partem.

ſed

ſed in dict.authentic. nouiſſimo.verſiul. limita prædictum notabile.& textum noſtrum,&c.tenent primam partem.† Et iſtam ſecundam dicit eſſe falſam, 13
& communiter reprobari per tex.in d. l. ſi quando. §.j. niſi quando interuenit iuramentum, tunc nihil petere poteſt:in hoc omnes conueniunt ratione iuramenti,per dict.c.quamuis pactum. Licet etiam in hoc lai.dubitet propter Deciſi.dict.c.cum M.Ferrarienſis. ſecundùm inductionem quam facit ibi Bal. vt dictum eſt,ſed ipſe reſpondet,vt ſuprà. Tamen iſta eſt vera concluſio, quod obſtante iuramento nõ
14 poſſit ſuppletionem augmenti petere. † Sed vbi nõ interuenit iuramentum, dic quod nihil etiam petere poſſit,vt volunt Doctores pro ſecunda parte allegati,Et Georg.Nata.in repeti.d.c.quamuis pactum. verſic. tertiò fallit, & verſic. an autem in æſtimanda tali legitima conſideratur tẽpus renuntiationis, &c. dicens iſtam eſſe communem opinio. & idem Barba.in dict.cap.cùm M.Ferrarienſis,verſic.not.etiam ex iſto text.num.clx. & ſingul. Lauren. de palatus in tracta. ſuo de ſtatu. fœmin. maſc. extanti. a ſucceſſi. exclude.verſi.ſed an filia incongrue dotata.Et etiam Albe.Brunus in tract.ſtatut.artic.ix.principa. quæſt. j.colum.vltim. verſi. poſt prædicta quæri poteſt. Et iſtam tanquam æquiorem ſemper ſequutus ſum, vt dixi in §.vj.in additio.incip.per quæ dico quæſt. penult.de teſta. li.conſuet. Biturig. vbi refero vita tunctum cancellarium dominum de Ganey ſemper denegaſſe in cancellaria literas releuamenti talis deceptionis, cum tempore dationis dotis, aut alterius rei loco legitimæ traditæ benè fuiſſet & debitè, ſecundum facultatem bonorum patris dotata, argu.l. intra vtile. ff. de minor.& l.ij.& l. ſi voluntate.C.de reſcin.vend.& c.cùm dilecti.& ibi gloſſ.in verb.tũc. de emptio.& vendi.& idem tenet Franciſc.de Aret.
15 in l.j.per illum text.in ij. notab. C.de pact. † Secus videtur,ſi tunc temporis non fuiſſet facultatibus patris inſpectis dotata, vel eſſet enormiter læſa, quia non obſtante tali pacto ſacramento non vallato poſſet contrauenire. per dict.l.ſi quando.§.j.quæ ſic ſecundùm Docto.ſuprà alleg.intelligi debet:niſi legitimæ vel eius ſupplemento renuntiaſſet, dict. l. ſi quando. §. & generaliter iuncto. §. illud, cum quo continuatur, dum dicit, & generaliter diffinimus, quando pater minus legitima portione filio reliquerit,vel aliquid dederit,vel mortis cauſa,vel inter viuos donatione. C. de inoff.teſt. Et ſic habetur reſpectus ad tempus dationis dotis, vel legitimæ, quo fuit vel non fuit debitè tum ſecundùm valorem & æſtimationem bonorum patris dotatæ: & ſic de illo augmento nõ debet fieri repletio, cùm expreſsè dicatur, ſi inter viuos, ſiue in vltima voluntate minus legitima donatum vel relictum eſt filio vel filiæ.
16 † Vnde concludendum videtur,ſi legitima inter viũos, vel in vltima voluntate relicta erat tunc inſpectis patris facultatibus ſufficiens, non poſſe agere ad ſupplementum,propter lucrum,ſeu facultates poſtea auctas, & excretas, vt volunt Doctor. ſuprà alleg. & ſingul.Franciſc.Cur.con.vlti. hanc dicens partem eſſe communem.& Cor. conſil. j. in litera M, poſt med.verſic.ſi enim fuerint competenter dotatæ,volum. iij. quia in caſu in quo dos ſecundùm eum debet aſcendere vſque ad legitimam, tunc debet conſiderari tempus dotis conſtitutæ, & ſic quanta eſſet tunc legitima, ſi dotans tunc ab inteſtato decederet, licet poſtea tẽpore mortis reperiatur, quòd maior
17 eſſet legitima de iure communi. † Et iſta eſt, vt mihi videtur, vera iuris veritas, & æquitas: pro qua facit c.clericus.de iureiuran.vbi iuramentum de ſeruandis ſtatutis eccleſiæ,refertur ad ſtatuta ſubſiſtentia tempore iuramenti,& nõ ad ſtatuta poſtea edita.
† Et hanc concluſionem intellige veram, quando 18
maſculi & agnati ſunt hæredes inſtituti pro conſeruatione nominis domus, ſecus ſi extranei eſſent hæredes inſtituti.Et tunc agere poſſent a. ſi.ſupplementum,ſecũdum Pau.de Caſt.in d.l.pactum.verſi.quaquem: ibi ſequuntur Doct.& ita ẽ prius Bal.in d.con. ccclxix.vol.ij.& Soci.conſi.lxiij.vol.j.& idem habet Iaſon.in ſtatuto excludente filias dotatas à ſucceſſione ſtantib.maſculis,& agnatis, quorum contemplatione excluduntur: ſi extranei inſtituerentur hæredes ſuccederent filiæ, & haberent legitimam bonorum acquiſitorum,de quo plene per Bald.Angel. Imol.& Alex.& Iaſon.ac cæteros Moder.in l.Gallus. §.& quid ſi tantum. ff.de liber. & poſthu. & per Alber.Bru.in d.tracta.ſtatuto.artic.x. verſi.ſecundo mẽbro principali.& per Paul.de Caſt. & ampliè Iaſ.in l. qui exceptionem.ff.de condict.indebi. & Bart.in l.j. §.pen.ff.de bon.poſſeſ.cõtra tabu. & aliàs ſuper hoc conſului.& idem Benedict.Cap. conſil.lxxvj. incho. pulchris quidam Antonius.de quo facit mentionem Corne.in d.conſil.j.in iiij.dub. in litera L,vol.iiij. & etiã de d.conſil.Soci.& licet Corne.dicat ibi ſe conſuluiſſe apud Florentiam, hoc fuit conditionaliter tamen ſi ſecundum morem ciuitatis dos data filiæ fuiſſet congrua.quod tunc non debeat haberi reſpectus ad quantitatem legitimæ, ita quod agi nequeat ad ſupplementum dotis, maximè ſtante diſpoſitione legis Platonicæ, qua diſponitur, ſtatutum à principio ad finem vſque,prout facet,& ſcriptum eſt,inuiolabiliter eſſe obſeruandum. & ita etiam refert conſil.iij.in litera A,volu.iij.& conſil. 100. & conſil. ccxc.eod. lib. & iſtud vltimum conſilium quod fecit pro curia Florentina eſt multum amplum & elegans.& idem Corne. conſil. cxcvij. in litera R,& ſequen.volu.& conſil.lxxvij.& conſil.xcj.& conſil.cvij. volu.ij. † Et etiam habet locum concluſio prædicta, 19
ſi tempore dotis datæ eſſent tres aut quatuor ſorores, vel filij, propter quos dos reputabatur tunc ſufficiens,qui poſtea ante patrem obiiſſent: & non remanſit niſi vnus filius cum filia dotata: tunc licet ſecundùm Soci.in d.conſil.100. & Docto.ſuprà alleg. poſſit peti ſupplementum legitimæ antiqui patrimonij, non tamen de nouo aucti, & augmentati. Quare in iſto caſu habet locum d.l.ſi quando. §.j.& ſic intelligit ipſe Cuma. conſil. xlvj. in fin. quem alleg.& pariter Capra & Corne.in conſil. ſuprà alleg. Quoniam ſtatutum aut renuntiatio filiæ intelliguntur rebus ſic ſtantibus,ſeu in eodem ſtatu remanentibus, hoc eſt quòd ſucceſſio poſſit ad eas poſt fratres peruenire,vt dicit ibi Pau.de Caſt. in d.l. pactũ. ver.quia.de colla.& Albe.in ij. parte ſtatutorum. q. cv.& And.Barb.conſil.xxxviij. col.vlt.volu.j. & conſil.xxxvj.vol.ij.& Soci.conſ.xxxiij.circa tertiam principalem difficultatem. volum. iij. & ita concluſum fuit in cauſa Peronæ de Quinſaco à Seneſchallo Aquitaniæ appellantis contra Petrum de Quinſaco appellatum. Et latum arreſtum Anno 1519.

SVMMÆ.

1 *Minor contumax condemnatus, an poſt annum condemnatus datum poſſit reſtitui.*

2 *Minor reſtituitur etiam aduerſus ſententiam principis, & ad retrahendum, & in appellatione, & ſecundo decreto, & nume.4.& 5.*

6 *Minor non reſtituitur aduerſus delictum, ſed bene vt à delicto ſe purget.*

7 *An item, an restituatur aduersus confessionem delicti.*
8 *Contra absentem in Francia procedatur tam in ciuili quàm criminali causa. & nu. 9.*
10 *Minor ex consuetudine potest diffinitiue condemnari, & ex contumacia tollerari. & nu. 11.*
11 *Consuetudo ligat etiam pupillos.*
13 *Maior infirmitate detentus, qui intra annum ad se purgandum non venit, restituatur.*
14 *Absens post quatuor contumacias condemnatur, & quemodo & nu. 15. & 16.*

Quæstio LXIII.

Minor contumax, & sic indefensus, quatuor contra eũ defectibus secundũm stylum curiæ Franciæ obtentis, per arestum condemnatus extitit: an possit post annum condemnatus à lege ad purgandum, & se defendendum ac bona recuperandum concessum, in integrum restitui, si est intra tempora restitutionis.

DECISIO LXIII.

1 VT breuiter videtur dicendum, quòd sic quia tempore aresti erat 18. vel 19. anno. dicet nunc sit xxvij. aut xxviij. cum initium sit spectandum. l. si procuratorem. in princ. ff. manda. arg. l. ij. ff. de excusa. tut. quoniam hic agitur de defensione, quæ cum semel cœperit, debet esse perpetua. arg. l. pure. in fi. ff. de excep. doli. & beneficia quæ pœna liberant, perpetua esse debent. authen. constitutio quæ de dig. §. illud. cum aliis per
2 Bal. alle. in l. ij. C. si aduer. delict. † Tum constat minorem non solum restitui posse aduersus sententiam præsidis prouinciæ, vt per totum. C. si aduer. rem iudi. sed etiam aduersus sententiæ præfecti prætorio, & Imperatoris. l. in causæ. §. fi. cum ll. seq. vsque ad §. nõ solum. ff. de mino. & etiã Papæ. c. suscitata. de in integ. restit. Tum si minor ob non solutum, & defraudatum vectigal, inciderit in commissum, tamen intra xxx. dies seruatur illæsus, l. Imperatores. §. fin. de publ. & post illos xxx. dies restituitur in integ. l. si ex
3 causa iudicati. §. si in commissum. ff. de min. † Tum si minor intra annum vel aliud tempus ad retrahendum à iure vel consuetudine, aut statuto municipali concessum, non retrahat, restituitur, c. constitutus. & ibi Inno. Abb. Sicul. & Mod. de in integr. restit. & Oldr. Bar. Bal. Franci. de Are. ac cæteri sequa. in l. si. C. in quib. cau. in integ. restit. cum aliis per nos alleg. in §. j. de consue. retracta. in glo. j. lib. consue. & Bald. & Albe. in l. Æmilius. ff. de mino. & Bald. consil. lxxj. exordien. quia pupillus. vol. iij. & Guid. Pap. Decis. xxxj. dicens etiam minorem post tempus statutorũ Delphinalium, ad redimenda pignora præfixum per
4 restit. in integ. admitti. † Tum minor qui appellauit, & non relenauit, vel non se præsentauit intra tẽpus sibi præfixum, restituitur, vt volunt Cin. Io. Fab. Bal. Bart. & Sal. in l. præses. C. quomodo. & quando iud. & Ant. de But. in c. pen. de iud. & Bar. & Bal. in l. j. C. si sæpius in integ. restit. postul. fue. & Bar. & Doct. in l. nam & posteà. §. si minor. ff. de iurciur. & Decis. capel. Tholos. ccxxiij. & Bar. in d. l. fin. in quib. cau. in integ. restit. & Raph. Fulgos. consil. cl. & glo. in l. fin. C. si aduer. rem iudi. & Bald. in l. penul. q. pen. eod.
5 tit. † Tum minor aduersus quem fuit missio in bonis propter contumaciam, ex primo decreto facta, post annum etiam restituitur, l. si finita. §. si forte. & ibi Bar. Alex. & Iaf. ff. de dam. infect. Et idem si ex secũdo decreto facta fuisset missio, d. l. si finita. §. posteà autem quam. & l. si minor. ff. de bon. autho. iudi. possid. vt late dixi in repet. l. consentaneum. in solutione conclusionum. c. quotno. & quando iud. & Ioan. Fab. in d. l. pen. si aduersarem iudi. Tamen tenetur ad expensas, vt voluit Bart. in d. §. si forte. de quo ibi per Doct. & decis. capel. Tholos. ccxxx. & Io. Fab. in l. j. C. de requi. reis: saltem satisfacere tenetur. Sed primũ quòd expensas refundat, seruat. r. † ergo in casu illo 6
restitui potest in integrum aduersus lapsum anni, vt sua recuperet bona, & à delicto se purget, non tamen quod aduersus delictum restituatur, quia in delictis censetur maior. l. ij. C. si aduersus delict. & d. l. si ex causa. §. nunc in minorib. ff. de minor. nisi quatenus miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem induxerit, vt dicit textus in l. auxilium. versic. in delictis autem. & ibi glossa. Bart. Bald. Ang. & Alb. de mino. & in l. j. §. accusationem. in fin. ff. ad Turpil. & in l. j. ff. ad l. Iul. de ambi. & dict. §. nunc in minoribus. vbi est bon. text. iuncta gl. in verb. ei subueniretur. quam faciunt ibi Bartol. & Alber. de Rosa. singu. & Roma. sing. cccc. & Franc. de Crema. singul. xviij. & Carpo. cautel. vj. volentes minorem si potuit ex delicto per partem aduersam quittari pro certa summa, & inde contra eum feratur sententia in maiori summa, restitui posse aduersus talem sententiam, vt in ea solum condemnetur summa de qua aduersarius contentari voluit: nec potest minor in crimininbus prætextu nullitatis ob tutorem vel curatorem non sibi datum subleuari: quia l. clarum. C. de authorita. præstanda non seruatur in curiis Franciæ, & quasi vbique, vt sentit Petr. de Ferra. in sua praxi. titu. for. inquisi. in versic. contra & aduersus. quæst. penult. & idem dicit Guliel. Benedict. in sua repetitio. c. Raynutius. versic. pariter si minori, & c. Dicens ita seruari in hac nostra Burdegalensi curia. † Et sic 7
videtur aduersus cõfessionem delicti per ipsum minorem factam non fore restituendum, vt voluit disputando Iaco. de Bellouisu, cuius disputationem refert & sequitur Ioannes And. in additio. Specul. tit. de restitu. in integr. §. quis autem. in additio. incip. l. j. saluo quod dicitur. Dicens quod si per statutum confessiones, & contractus facti per minorem xxv. & maiorem xiiij. annorum validantur, tunc quantumcunque minor sit læsus confitendo, vel contrahendo, non datur restitutio. per textum in authent. si captini. C. de episcopis & clericis. & ita Socinus consil. lvij. nunc. xiiij. volum. iiij. cum aliis per ipsum allegatis. & item Bald. in l. ij. in fin. C. de cusio. reor. & in cap. j. §. item si vasallus. ti de inuestitura feud. controuersia sit. & in cap. j. §. sacramenta. versic. modo quæro de pace iuramen. fir. tenend. vt infra in fine dicam. † Nec pariter seruatur l. absen- 8
tem, ff. de pœn. quod contra absentem lite non contestata procedi non possit, quia de consuetudin. & stylo Franciæ contra absentem proceditur diffinitiue, quatuor prius obtentis contumaciis, seu delectibus, vt dicit Ioann. Fab. in l. cunctos populos. C. de summa Trinita. & Masuer. in tit. de dilatio. versi. Item in causa criminali. & hoc si de delicto per informationes constet. & idem in causa ciuili, sed de delicto per literas obligatorias, aut per testes appareat: in delictis probatur per textum in l. eius qui delatorem. in princip. ibi, pro conuicto habeatur. & ibi, verum oportet constare prius, & de crimine pronuntiare, & ibi Bartol. in ij. notabili. & Alberic. de Rosa. post Hirne. & Alexand. in addit. ad Barto. ff. de iure fisci. vbi Barto. in princ. dicit, quod illa est prima lex, quæ fecit sibi honorem. & text. in cap. veniens. & ibi Doct. de accusatio. & Hippol. de Marsi. in rub. ff. ad l. Cornel. de falsis. nu. xxiij. & aliquid per Bart. in quæstio. per eum disputata inchoan. per Italiam communiter sunt statuta, quòd confessi maleficia.

& dixi

& dixi in §.xviij.& xx.de iuriſdict.omn.iudic.lib.cõ ſuetu.Bitur.& idem dicunt Spec.& Io.And.in tit.de accuſa.§.ſequitur.& Baldus de pa.et tenen.& iur.dit. §.iniuria.& Io.And.in c.veritatis. de dolo & contu. & Offre.in ſtylo Parlamen.tit.de defectu ſuper actio. perſo.verſi.item aduerte.q.de iure.& Bart.in d.l.abſentem de pœn. Et idem dicendum in actione perſonali,& reali, vt per Offred.loco ſuprà proxime alleg.& Maſuer.in ſua praxi,tit.de contu.verſi.item in petitorio.& Bal.in l. receptitia. prope fin. verſi. ſed pone ſtatuto cauetur.C.de conſtitu.pecu. & in c.excommunicamus.verſi.& not.quod ad ferendam ſententiam.de hæretic.& Bal.in l.ij.§. hoc autem. verſi. 9 vlterius no.C.de iuram.calum.† Et intelligo ſtylum prædictum Franciæ,poſſe procedi contra abſentem contumacem,ſi conſtabat de delicto,aut debito per veras probationes,vt dictum eſt:ſecus ſi per falſas,ex quibus lata fuiſſet ſententia contra abſentem: quia tunc remedio reſtitutionis in integrum ſuccurritur ei,vt voluit gloſſ.& Doct.in l.prætor.§.Marcellus.ff. de iudic.& latè Soci.in l.qui agnitis.vertic. Circa ſecundum articulum.ff.de exce.ponens duas circa hoc concluſiones. Et de areſto vel ſententia lata per falſas probationes, vide infrà q.ccevij.incip. & in prædicto proceſſu. Et talis ſtylus ſeruatur in Italia, vt refert Bar.in d.l.j.& ſi.ff.de requir.reis.& in l.j. C.eod. tit.& in l.duus.ff.de cuſtod. reo. & in d.l.abſentem. cum aliis per nos alle.in §.xx.de iuriſd.omn.iudi.lib. conſuet.Biturig.& in repe.l.conſentaneum. C.quomodo & quando iudex.& idē Bal.in l.j.verſi.Sed hic quæritur an valeant ſtatuta eo.tit.& in l.qui crimen. ver.reuertendo ad propoſitum. C.qui accuſ.nō poſ. & Gandi.in tra&.malefi.tit.quid ſit agendū reo abſente & contumace.& ibi Iac.Butr.in addit.& Fran. de Are.conſi.cxlvj.exord.viſa conſultatione & ſtatutis.& eſt ſimile ſtatutum Florentiæ, vt dicit Paul.de Caſt.in l.vna.in fin.C.vt nem.inuit.agere vel accuſa. coga. Vnde ſecundùm Bald. in d.l.penul. ſi aduerſus rem iud.bannum & bonorum annotatio poteſt cõtra minorem etiam indefenſum infligi.& idē Ange. Aret.in tract.malefi.in gl.qui iudex vidēs.poſt prin. & Franc.de Aret.in l.non ideo minus. C. de procu- 10 rat. † Quare ratione talis ſtyli poteſt quis etiam minor diffinitiuè condemnari: quæ conſuetudo & ſtylus vel ſtatuta ſunt introducta de iure poſitiuo, vt dicit Bal.in l.ne diu.C.de pœnis.& Ang.Are.vbi ſuprà.quamuis Ang.in d.l.j. C. de requiren. reis. dicat illa eſſe contra omnia iura mundi: quod videtur verum cùm de iure communi ratione contumaciæ in non comparendo non debeat imponi talis pœna, vel ſimilis, ex qua in effectu quis incurrat amiſſionem cauſæ, vel perditionem perſonæ, vt dicit gloſſ. quam ibi declarat Bald.in l.j.§.final. ff.ſi quis ius dicen.non obtemp. & ibi per Moder. & idem Bald.in additio.ad Spec.in tit.de actio.verſ.ſtatuta, & in Offrer.in dicto ſtylo, vbi ſuprà. Tamen ſupradictam obſeruationem ſtyli dicit eſſe veram Bald.in dicta l. clarum.verſic.ſententia vero lata,quoniam minores etiam ligantur ſtylo & conſuetud. regni, vt probat text.in l. ſed ſi fine.§.Lucius.ff.de adminiſtra.tuto.& ipſum ſequitur Anchar. eius diſcipulus in cap.Raymutius.numer.viij.de teſta. & ibi vide per Moder. & Doctum l.j.C.quæ ſit longa conſuetud.& Bal.conſi. liij. inchoan. ad hoc vt miſſio. volum. ij. dicens, 11 † quod licet contumacia non cadat in minorem, ita vt ex illa etiam nimia non poſſit mulctari, tamen bene ex capite conſuetudinis vel ſtatuti hanc poteſt pati pœnam, vel damnum fructuum, & idem Paul. de Caſtr. conſil. xlvij. inchoan.vltra ea quæ ſuperius allegata ſunt.vol.nouo.& Specul. in tit. de fideiuſ.§. j.verſi.ſed pone.& Ioan. And. in c.veritatis. de dolo & contuma.& Bal.in c.j.col.vlt.verſ.pone laicus.qui ſucceſſo.teneantur.in vſib.feud.facit bon.text.in arg. in l.minor etiam ſi quaſi contumax. & ibi gloſ.Bar. Bal.& Ang.ff.de mino.& Barb. conſi.vj.in prin.vol. iij.& Ludo.Bolog.in ſuis primis interpreta.in ca.j. de delict.puerorum.limitans per illum text.conſuetudinem & ſtatutum ligans minorem,debere intelligi de puberibus,& non impuberibus: quia text.eſt clarus, vt ibi per eum,qui reprehendit Roman.in d. ſuo ſingu. tamen opi. Roma.in hoc ſeruatur regno, † quòd conſuetudo ligat pupillos Et hoc idem te- 12 nuit Bologni.poſt Bar.in d.§.Lucius. per illum text. & dixi in §.j.de præſcri.in gl.vlt. vbi l.b.conſuet.Biturig.cum aliis ibi allega.& alibi ſæpè. † Tum præ- 13 terea ſi maior contumax fuerit infirmitate, vel alio iuſto impedimento impeditus, quod intra annum ad ſe purgandum non venerit, reſtituitur tamen,vt volunt Cin.Bald.& Ang.in d.l.j.C.de requiren.reis. & Iac.de Bellouiſu in tract.cri.tit.de fuga reorū.col. v.cum ſeq. & Bald. in c.vltra tertiam. & ibi eum ſequitur Feli.verſi.Et inquantum dicit hic Innocen.de teſtib.& Bal.in tract.iudic.q.iij. inciſ. quarto quæritur,ante fin.verſi. Et prædicta. ergo à fortiori minor, quoniam aduerſus præſcriptionem minor reſtituitur,l.j.& ibi gl.C.ſi aduer.vſucap.& in d.l.fin in quib.cau.in integ.reſtit.& gl. in verb. ſeruanda in l. licet.C.de præſcript.xxx.vel xl.ann. & per Doctos.in cle.j.de in integ. reſtit. vbi idem dicitur in eccleſia, quæ iure fingitur minoris, c.j. & c.auditis. de in integ.reſtit.& c.j.& ij.eod.tit.lib.vj.& Bar. Bald.Salic. in authent. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ.& Abb.Sicu.in dict.c.j.in integ.reſti.Et plenè de vtroque per eundem Abbatem conſil. xxxij.verſic.venio nunc ad ſecundum principale.volum.j. & in ca.j. de præſcrip. & ibi Fel. verſic.dum ſolenniter concludit Abb. dum tamen minor & eccleſia petant reſtitutionem intra quadriennium. & ſupradictam tenet Bar.Bald.Ang.& Alb.in l.etiam.in ij.ff.de mino.volentes quòd ſtante ſtatuto diſponēte aduerſus actiones præſcriptionem x.ann. currere, vt volunt nunc vltimæ ordinationes regiæ,per Lud.xij. editæ. artic. xlvj. id non habere locum contra minores. & idem Corn.conſil.xxxv. in litera B,libro iij. & conſil. 100. vol.j.& latius Bal.conſil.clx.incip.Aut mulier de cuius adulterio quæritur.volu.iij.volens quòd licet minor aduerſus delictū non reſtituatur,tamen aduerſus iudicium, vel confeſſionem in iudicio factam reſtituitur,pèr dictum §. nunc in minoribus videndum. & in l.certum. §.ſed an & ipſos.ff.de confeſ. & Cin. & Docto.in l.vna. C.eo. tit.ita vt,inquit Bal.in dict. conſil. cclx. minori ad petendum illam reſtitutionē non labatur tempus,quandiu iudicium pendet,& ætas ſuffragatur. Quinimò etiamſi renūtiaſſet expreſsè,non ei noceret talis renuntiatio: tamē ſecundùm Doct.ſuprà alleg. ac de ſtylo, vt ſuprà dixi, aduerſus confeſſionem per minorem in delictis factam, non reſtituitur, niſi ex cauſa. † Et aduerte quod licet ab- 14 ſens non poſſit condemnari,niſi quatuor defectibus prius debite obtentis,quia tunc habetur pro cõfeſſo, l.locorum.C.de omni agro deſer.& ibi glo.& Doct. lib.xj.cum aliis per nos alleg. in §.xx.de iuriſd.omn. iudic.lib. conſuetu. Biturig. † Et antequam condem- 15 netur in vim defectuum & contumaciarum,tunc ex prius in ipſa cõdemnatoria ſententia dicere & pro- nuntiare debet defectus debite fuiſſe obtētos & cõ- tinuatos: & deinde declarare ipſum reum eſſe ve- rum contumacem, & deficientem, ac ab omni bus

exceptionibus declinatoriis, dilatoriis, & peremptoriis cecidiſſe, & excluſum fuiſſe, & poſtea declarare eum deliquiſſe & exceſſiſſe. & pro reparatione dictorum criminum & exceſſuum condemnare. Et ita dicit Anto.de Butri.in c.dilecti. verſic. vltim.aduerte.de dolo & contuma. De cuius dicto admiratus ſum narrando ſtylum noſtrum tanquam practicus curiarum Franciæ. Pro quo alleg.text.in l. hæc autem. ibi, conſtare liqueréque prætori. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſio. eatur. & idem dicit ipſe in c.cùm dilecti.de elect. Et eum refert & ſequitur Hippol.de Marſil.in rubric. ff. de falſis.num. xxxv. & idem conſil.lxxxij num.xxvij.volum.ij. cum aliis per eum allega. & idem conſil.x.num.xvij. & conſi. 16 lxiiij.num.xiiij.lib.j. † Quamuis gloſſ.quam ibi ſequitur Bald.in l.penul. §.cùm autem. C.ad Trebel. velit ſufficere iudici conſtare ex actis quem eſſe cõtumacem, abſque eo quod ipſe pronuntiet, ſeu declaret eum eſſe contumacem: vt latius per Hippol. in d.rubric.de fal.nume. lvij. Sed primum de conſuetud.& ſtylo curiarum Franciæ ſeruatur. Et hoc videtur ſentire Barto. in d. l. eius qui delatorem. verſic.Sed dubium eſt.

S V M M Æ.

1 *Hæres an ſolnat emendam contumaciæ teſtatoris.* 2 & 3.

4 *Contumax condemnatus qualiter ſe poſſit intra annum purgare.*

5 *Contumacia eius qui ſine licentia receſſit, maior eſt quàm eius qui nunquam comparuit.* & num. 6.

7 *Contumax qui comparuit, & antequam interrogaretur, receſſit, perinde habetur ac ſi non comparuiſſet.*

8 *Contumax poſt quatuor defectus ante adindicationem adhuc auditur.*

9 *Infamis non eſt qui ob contumaciam eſt condemnatus.*

10 *Iudex poteſt condemnato bonam famam ex cauſa iuſta reſeruare.*

Quæſtio LXIIII.

Sed quid ſi condemnatus in emendam in vim defectuum & contumaciarum moriatur, an hæredes eius teneantur illam ſoluere emendam.

DECISIO LXIIII.

1 T † Din.tenet quòd non.in l.ex iudiciorum.quem ibi ſequitur Albe. in princ. & Io.de Imo.ff.de accu.quia ad hoc vt pœna tranſeat ad hæredes, requiritur copulatiuè litis conteſtatio, & condemnatio. Et licet contra contumacem fiat condemnatio, tamen deficit conteſtatio. Pro hoc.l. vnica. C. ex delict. defunct.& ibi Albe.in ij. parte ſtatuto. clxxxiiij. & idem Bal.in d.l.vnica. verſic. quæro nunquid actiones. Quia requiritur ſecundùm eum conteſtatio, vel mora rei in conteſtanda lite, l.eum.§.fi.ff.ſi quis caut.cum aliis per Alexan.alleg.in additio.ad Bart. in d. l. ex iudiciorum. & idem Alberic.in iiij. parte ſtatuto.in quæſt.xxv.inchoan. item quærit ipſe Gãdinus. & in quæſt. 50. incip. ſed quid ſi bannitus.
2 † Sed contrarium tenet Bart.in d.l. ex iudiciorum. verſi. quæro, pone, quia loco conteſtationis habetur pro hoc miſſio ex primo decreto, vt voluit Pet. in l.j.ff.de priua.delict.& ipſum Bart.ſequitur Ang. in d.l.ex iudiciorum.de quo per Parid.de Puteo, in
3 ſynd.in verb.hæres & Rom. conſil. cxcv. † Sed dic pro ſolutione, quòd omnium opin.de ſtylo curiarum Franc æ obſeruatur, quia interuenit conteſtatio ex præcepto & ordinatione iudicis, & mora rei, vt infra dicam. Quoniam ſi in tertio defectu contumax nõ comparcat, erit excluſus ab omnibus defenſionibus, & ſibi adiudicabitur vnum ny, ſiue vna negatio in cauſa, ac ſi in iudicio præſens nihil allegaſſet aut defendiſſet, ſed in pura remanſiſſet negatiua facti. Et quarto defectu obtento fertur ſententia vel areſtum. † Nihilominus taliter condemna- 4
tus intra annum comparens ad ſe purgandum, & iuſtificandum, ac bona recuperandum, vt dictum eſt: admittitur, dum tamen in carceribus ſe ponat: nec ante auditur, vt voluit Bald. in rub. extra de procur. ver.procurator in capitali cauſa. & ita per ordinationes regias, & ſtylum curiarum Franciæ ſtabilitum eſt, vt dicam in ſequen. quæſt. † Et hoc 5
verum quando adiornatus nunquam in iudicio comparuit: ſecus ſi ab initio comparuiſſet, & ſuper contentis in informationibus, & chargiis reſpondiſſet, & poſteà illicentiatus receſſiſſet: quia tunc dicitur contumax.xj. q.iij. cap.cæterùm. & ita tenet Anto.de But. in c.j.ibi promiſerat, & altera die reſpondit hoc ſibi placere, atque diſceſſit. de iudic. quem ibi ſequitur Aud.Barba.num.xxxvij.& Felin. verſic.vtrum recedens. vbi etiam ponit duos caſus fallen. vel etiam ſi poſt purgationem defectuum, & contumaciarum intra annum petitam, & per iudicem admiſſam latitaſſet: tunc duo ſufficiunt defectus, ſeu duæ tantùm contumaciæ, cùm dependeãt ſeu deſcendãt ex proceſſu, ratione quarum contra abſentem ſic contumacem ſententia poteſt ferri diffinitiua, aduerſus quam intra annum etiam non auditur, nec per principem reſtituitur, niſi legitimum allegaret impedimentum, per ea quæ dicta ſunt ſuprà in præceden. quæſt. de maiore contumace qui intra annum non comparuit poſt ſentẽtiam, aut areſtum, ſed poſt annum ex cauſa reſtituitur. Et ita fuit concluſum in curia, contra quendam nobilẽ Seneſchalli Agennen. nomine Carboneũ Dauroux actorem, & Io.Dangius, & latum areſtum die xiiij. Auguſti. Anno 1521. Et pariter per aliud areſtum latum contra Stephanum ſapientis mercatorem Cõdoni actorem, die ij. Aprilis, Anno 1530. Et ſimiliter per aliud areſtum eodem anno, & die viij. eiuſdem menſis Aprilis latum contra Franciſcum Iaubert, dominũ de Foiſſac, in fauorem Petri Targier, & etiam per aliud areſtum contra Gaſparem Deſtuer ſcutiferum in fauorem Petri de Stagno etiam ſcutiferi, latum die xxiij. Maij, Anno 1525. Et ita videtur ſentire Cẽpol.conſi.xx.talem ſic contumacem nõ recipi. Sed tantùm vxorem aut filium eius ad informandum iudicem de innocentia condemnati. Tamen de ſtylo curiarum Franciæ non recipiuntur in vita condemnati: ſed poſt mortem ſic: vt vidi in cauſa cuiuſdam cõdemnati, poſt cuius mortem vidua, & liberi eius, & defuncti nomine de Laſſus petierunt admitti virtute literarum Regiarum ad purgandum, & iuſtificandum defunctum.
† Et ratio iudicio meo reddi poteſt bona, inter il- 6
lum qui nunquam comparuit, & eum qui comparuit, & illicentiatus receſſit, quòd vltimo caſu non requirantur quatuor defectus, quia comparendo & reſpondendo exceptiones fori declinatoriæ & dilatoriæ ſunt peremptæ, & ab illis excluſus, ideo duę tantùm requiruntur contumaciæ, l. ſi accuſatorib. C.de accuſation.qui ad hoc videtur tex.ſing.Prima enim datur ad ipſum exceptionib.peremptoriis excludendum: ſecunda contumacia ad vtilitatẽ illius defectus contumaciæ ad iudicandum. Quod ſic nõ

eſt in

est in eo qui nunquam in iudicio comparuit, quia ad ipsum exceptionibus fori declinatoris excludẽdum requiritur primus defectus: Et secundus ad dilatorias, tertius ad peremptorias excludendum. Et quartus ad ipsorum defectuum vtilitatem iudicandum requiritur. Et in primo defectu ponuntur Regij procuratoris, vel instigantis, vel vtriusque simul petitiones & cõclusiones. de quo dixi in l. cõsentaneum. C. quomodo & quando iud. Et pro hoc l. si apparitor. & ibi gl. & Doct. C. de cohortali. lib. xij. & probatur in arestis per Autre. recolle. §. cxlv. & est ratio quia contumax in vno actu non videtur contumax in alio, vt dicit Barto. ponendo hanc regulam in l. qui ante calend. ff. de verb. oblig. pro cuius dicto allegant ibi Alex. Fran. de Are. & Ias. gl. in c. cũ qui. de dolo & contu. & idẽ Bar. in l. si prius. de no. ope. nuntia. cũ aliis per ipsos allegat. & est text. celeb. quam alleg. ibi Bald. ad hoc in l. ij. §. hoc etiã. in fi. C. de juramen. calum. dicens etiam contumacem in vno articulo videri etiam esse contumacem
7 in qualitate cohærenti articulo. † Sed vbi accusatus cõparet, & per iudicem non auditus, nec interrogatus recederet, eo casu quatuor requiruntur defectus. Quia paria sunt non comparere, & comparere, & inauditus, & illicentiatus abire, vt dicit Barto.
8 in d. l. consentaneum. ante fin. & ibi latius dixi. † Et vnum in hoc no. quòd si is contra quem ad instantiam procuratoris Regis, vel partis quatuor fuerunt concessi defectus, comparuerit ante adiudicationẽ vtilitatis illorum, paratus se defendere, debet in suis defensionibus audiri, & procurator non habebit aliquam vtilitatem, neque pars, nisi expensas defectuum, vt habetur in stylo Parlamenti, titu. de defectu in actione reali. & in titu. de defectu super actione person. & ita decisum fuit per arestum curiæ Parisien. vt ibi habetur in parte de arestis. §. cxvj. & Galli. q. cxlij. Et sic etiam per curiam nostram fuit iudicatum, & latum arestum, die 27. Aprilis, Anno 1532. Sed in causa merè ciuili comparens ante adiudicationem non habet de stylo nisi vnum ny,
9 & condemnabitur in expens. defectuum. † Et aduertendum est condemnatos per contumaciam nõ fieri, nec effici infames, l. j. & ibi glo. & Docto. C. de modo mulcta. & tenet Barto. consi. cxj. incho. quæritur & in dubium reuocatur. versi. hoc præmisso. & Iaco. de Bellouiso in sua praxi. cri. ver. no. bonum argu. tit. de diuers. pe. dicens condemnatos extraordinariè non esse infames. Et idem Cald. consil. j. tit. de accus. cùm condemnetur ratione, & vigore statuti vel consuetudinis, aut stylì curiarum: quia de iure absens lite non contestata non condemnatur, d. l. absentem. de pœnis. & Bartol. consil. clxxiiij. incip. sec. Ioan. de Castr. durati. in prin. versi. j. & vers.
10 seq. vt suprà dictum. † Quinimò iudex potest ex iusta causa reseruare condemnato bonam famam, vt voluit Bart. in d. consil. cxj. versic. Superest ergo, quòd condemnatus: sed sine iusta causa non potest, arg. l. ex militari. ff. de testa. mili. & Cin. & Doct. in l. & militibus. C. eod. titu. & in l. & si seuerior. C. ex quib. caus. infa. irro. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. eo. tit. Et is cui reseruata fuit fama, potest secundùm Bar. d. consi. cxj. admitti ad omnia, non solùm publica officia, sed profectò etiam ad testimonium ferenda. etiam si post talem sententiam declaratoriam alia in contrarium declaratio fuerit per iudicem parte non vocata facta. Tum quia suo functus erat officio, l. iudex. ff. de re iudic. Tum quia lata contra tenorẽ primæ sententiæ, quod nõ licet, l. ab executore. ff. de appella cum aliis similibus.

SVMMÆ.

1 *Confiscatio pets non potest ante condemnationem.*
2 *Princeps potest ad bona, & honores restituere, sed non ad emendam parti adiudicatam. & nu. 3.*
4 *Confiscatione non data potest abolere princeps.*
5 *Confiscata bona non recuperat quis pendente iudicio purgationis vel abolitionis. & num. 6.*
7 *Restitutio in integrum, non impedit exceptionem prioris sententiæ, nisi in casibus num. 8 & 9.*
10 *Grauis literas habens criminosas debet primò incarcerari.*
11 *Emenda debet solui antequam condemnatus ad defensionibus audiatur.*

Quæstio LXV.

Sed aliud in dicto procedit erat dubium, an Princeps qui iam donauerat bona confiscata, seu pro emenda capta restituendo postea condemnatum ad ipsa bona, & se defendendum, iustificatoúmque intra annum de iure concessum, videatur reuocasse donationem de dictis bonis prius facta.

DECISIO LXV.

LIt hæc quæstio sæpè euenit, vt videmus per experientiam de homine de aliquo crimine accusato, digno de confiscatione bonorum, cuius bona ante cõdemnationem, & declarationem confiscationis solent nobiles a Principe impetrare † quod licitum
1 est, l. j. de petit. bo. ſ. b. lib. x. C. & ibi Bar. Bald. Ang. Iac. Rebuf. Io. de Plat. & Luc. de pœna. Et videtur
2 primo Principem potuisse exprese, non solum ad honores & famam restituere, sed etiam ad bona, l. relegati. ff. de pœn. vt infrà dicam. & istud plenè probat Raph. Fulg. consi. cxlij. exorti. Anto. de crimine læsæ maiestatis condemnatus. & Feli. in c. inter quatuor. vers. in quantum. de maio. & obed. & in c. fraternitatis. de testi. † sed quo ad pœnam seu e-
3 mendam parti adiudicatam, non posse remittere, cùm sit parti adiudicata, l. venia. C. de in ius vocan. Et ibi hoc tenuit gl. quam Bart. Alex. in vlti. not. & Soci. in v. not. Franc. de Aret. post Paul. de Cast. sequitur. Et idem ibi Lancel. Decius Aquen. & Purpura. nu. iij. cum aliis per ipsos allegatis. & Abb. Sicu. consi. vj. ver. ex prædictis infero ad decisi. secundi dubij. volu. ij. ponens de pœna siue emẽda pro parte fisco, & pro parte alteri priuato iurisdictionem habenti applicanda, an superior possit illam alterare, & remittere in totum, illo priuato inuito. Et cõcludit quòd non, licet Lancel. in d. l. venia. velit cõtrarium, & minus bene. Nec obstant iura per eum allega. scilicet l. ij. C. de com. re alie. & l. j. de vend. rerum fisca. cum priuat. communium. Quia verum est, quòd Princeps potest vendere rẽ cum alio cõmunem: tamen socius partem pretij habebit. Tum in hoc casu videlicet imperio seu mulctis, & emẽdis communibus priuatus etiam non habens iurisdictionem præfertur fisco, l. j. & ibi per omnes. C. de pœn. fisc. lib. x. & in l. in summa. & l. quod placuit. ff. de iur. fisc. cum simil. aliàs fiscus tolleret socio secũ cõmunem habenti iurisdictionem vel separatã fructus, & emolumẽta iurisdictionis suę. De quo suprà dixi q. v. † Sed in casu nostro agebatur nõ de pœna 4
seu emenda parti, sed fisco adiudicata, & alteri donata, quod facere potuit, vt per And. Barba. in cap. Raynaldus. vers. sequar ergo q. inceptam. de testa. & Feli. in c. super eo. de offic. delega. & Ægid. Bellamera Decis. ccxliij. incip. conclusio patet. † Sed maior 5
videtur dubium, an pendente processu super iusti-

ficatione condemnati debeat habere bona ſua capta,& illis gaudere, vti & frui, aut fiſcus potius in eiſdem remanere debeat,vel ſoluere,ſaltem ſi condemnatus ſoluere velit emendam parti, quia per remiſſionem, aut per literas ad ſe purgandum poſt condemnationem, & confiſcationem obtentas nõ recuperat,vt dictum eſt,bona ſua, niſi expreſsè dicatur l.ij. & iij.de aboli.& in l.in inſulam.& l.fin.C. de ſent.paſſis & Bal.in l.ſi ademptis bonis.eo.tit.& tex.in c.vergentis. ibi, vt nec ad eos bona eorũ vlterius reuertantur,niſi eis,&c. & ibi Io. de Ana.& Fel.in ij.no.de hęre.& Ang.Aret.poſt gl.& Io.Fab. in §.cùm autem. inſtit.quib.mod.ius pat.pot.ſolui. Quinimò cõtraria in literis remiſſionũ ſolet communiter apponi clauſula,ſcilicet ad omnia bona nõ confiſcata,&c. de qua vide per Feli.in d.c.vergẽtis. Aliquando dicta clauſula non apponitur, vt vidi.

6 † Et videtur quòd pendente proceſſu non debeat recuperare bona ſua,per tex.in l.ſi.in prin. ff.de requir.reis, volentem condemnatum intra annũ redeuntem,& ſe à delicto purgare petentem, nõ habere integram rem ſuam,niſi facta purgatione.Ergo ante non.& ita,vt dicit ibi gl.ij. intelligunt quidam ipſum non recuperare bona, niſi demum ſententia abſolutoria lata,alleg.§.ſi quis autem. inſtit. de ſuſpect.tut.qui tex.copulatiuè loquitur,& natura eius requirit concurſum omnium copulatiuorũ, l.ſi hæredi plures.& l.Męuius.ff.de cõdi.& demõſt. & ſic etiam videtur innuere tex.in l.j.verſ.poſtquã.

7 C.de requir.reis.† Præterea reſtitutio in integ.pẽdente negotio, ſeu cauſa, requirit altiorem indaginem,quia denuo eſt procedendum : tunc executio ſententiæ non impeditur,ſed remanet illius executio facta in ſuo robore : prout multi tenent, inter cæteros Bart.in l.iiij.§.condemnatum, quẽ ibi Pau. de Caſt.ſequitur,& alij.ff.de re iudi.& Bart.in l.defendente.ff.de authori.tuto.& in l.ſi prętor.§.Marcellus.ff.de iudic.& Pau.de Caſtr.in l.j. C.in integr. reſt. poſtu.ne quid noui fiat,ibi idem tenent Ang.& Sali.Et præcipuè ſi aliqua imminet præſumptio cõtra minorem,vel alium reſtitutionem petentem,c. ſuſcitata.& ibi per Doctor.de in integ.reſti.& ſi talis ceſſat præſumptio contra eum, debet dare cautionem,vt ibi dicitur,& not.Ioan.Fab.Cin.Bald.& Raph.in d.l.in integ.reſti. poſtu.& Io.de Imol.in l. qui a latronib.§.j.ff.de teſta.& Corne.conſi.cxj.incip.licet videatur.vol.j.Barba.conſi.xviij.volu.j.vel

8 niſi ſecundùm Bal.in l.j.& Alex. in addi.ibi, † executio eſſet irreparabilis, tunc ſuſpenditur, vt quia agebatur de caſtro inexpugnabili, & difficili ad re-

9 cuperandum. † Vnde pendente petitione reſtitutionis in integ.executio ſententiæ fieri non poterit per capturã,ſeu incarcerationem perſonæ. Allegat not.in ſimili in l. ij. ff. de appel. non recip. & idem dicit Pau. in d.l.iiij.§.condemnatum.& Alex.conſi. xvij.exordien.requiſitus in cauſa. verſi.prætereà videmus.vol.j.vbi amplè vide.& Deciſio.capel.Tholo.ccccxx.& de hoc latius dixi infrà q.ccxxxviij.col. ij.verſi.ſecundò etiam fallit.cuius initium,expolia-

10 to poſſeſſione.† Sed hoc dictum in hoc non ſeruatur regno in criminalibus: quia omnis criminoſus, deferens literas remiſſionis, aut abolitionis ſiue pardonij, aut repelli à banno,ſiue bannimento,aut aliàs quaſcunque literas debet, ſecundum ordinationes regias, incarcerari, vt habetur in ordi. Lud. xij.artic.cxxvj. quæ inconcuſſe per curias ſupremas Parlamentorum Franciæ ſeruantur : & ſentit Bald. in rub.extra de proc.verſ.procurator in capitali cauſa.vt dixi in præceden.q.& pro caſu noſtro videtur tex.in d.l.j.verſi.ſed & Papinianus. ff.de requi.reis. requirens ſolum adire præſidem prouinciæ, & ſatis offerre de iuri parendo, executione in ſuo eſſe manente.& ita tenuit glo.in d.l.ſi.eo. tit. quã ſequuntur Din.& Alberic.in d.l.j.vbi Alb. dicit vidiſſe ſic cõmuniter ſeruari.& idẽ in d.l.j.C.eod.tit.idem tenent Io.Fabr.Ang.& Sali.licet dicat in ſi.eum ſatisdare debere de bonis reſtituẽdis ſub dio ſortè. Sed primum tenuit Albret.de Gandi.in tracta.malefic. titu.quid agendum in reo abſente & contumace.in princip.& Ang.Aret. etiam in tractatu ſuo maleficio.in vel.qui iudex.& Cępol.conſil.xxxix.Et ſic in præſenti caſu,& in q.præced.dictum fuit pro nobili Ludouico de Talleraud minore actore, contra nobilem etiam virum Iacobum de Claromonte reũ, cui Rex dederat emendam,in qua per curiam idem de Talleraud per defectus condemnatus erat. Sed tamen opin.Salic.poſſet locum habere, quãdo Rex per ſuas literas leuat manum ſuam pendẽte proceſſu,cum clauſula de tradendo cautionem,prout vidi in cauſa dominæ Marthæ de Extraco, eiuſdem comitiſſæ, cùm comitatus ipſe per cõtumacias,& defectus per ſupremam Tholoſæ curiam fuerat Regi applicatus & confiſcatus. Et ipſa ſuper iuſtificationibus & defenſionibus fuit curiæ noſtræ Burdegal. renuodiata. † Tamen aduertendum eſt,quòd ſi emenda(taliter ſententia Seneſchalli & areſto curiæ confirmata) non fuerit per condemnatum ſoluta, debet per ordinationes regias ſolui, antequam in defenſionibus audiatur,vt habetur in ordina. Lud. xij. Et in eadem cauſa vidi in curia fieri hæſitationem,an ordinatio prædicta locum haberet in condemnato per areſtum curiæ,in prima inſtantia. Et quidam dicebant quòd non,viſo tenore ordinationis: quia primò cõdemnatus per Seneſchallum appellabat ab eius ſententia ad curiam, in qua non comparet : in quo donatur maior contumacia, & procraſtinatio ſeu proteruitas contumacis, quàm priùs, & quæ magis aggrauat, l. quæcunque. C. de ſer.fugit.Tamen maior dominorũ pars tenuit contrarium,ſcilicet ordinationem ſeruari debere cõtra talem contumacem per curiam ipſam condemnatum. Sic enim actio oritur in factum ex ſententia confirmante,& non confirmata,l.furti.§.j.& ibi gl. Bar.Bal.Ang.Alb.& Pau.de Caſt. ff.de iis qui not. infa.Ita ergo ab areſto in prima inſtãtia lato, à quo appellari non poteſt, ideo exequẽdum iuxta formã ordinationis. Et ita pluries fuit per areſtum dictũ, vltimatè cõtra quendam Bernardum Guinerie dit Lhullier remiſſionarium, & Iaquettam Chartiere opponen. & latum areſtum die vij. Martij, Anno Domini 1555. Et aliquando dictum fuit poſt dictũ areſtum fore procedendum in cauſa promittendo tamen actori poſſe interim exequi facere condemnationem.

11

S V M M Æ.

1 *Succeſſor particularis loci,quando certos reditus ſoluere teneatur.& n.2.3. & 4.*

Quæſtio LXVI.

Dominus de Albreto promiſit ratione cuiuſdam tranſactionis, & appunctamenti domino de Iahiac aſſignare, & conſtituere ſummam xxx.librarum Turonen.perpetui reditus ſuper locis, & ſegnoriis de Larche de Terraſſon, ordinando quod anno illo reditus prædictus per receptorem eidem domino de Iahiac ſolueretur : poſtquam dicta loca idem dominus de Albreto donauit domino de Ribeiraco: quæ tandem ſibi per dominum de Ponthieure fuerunt euicta : ratione cuius prædictus dominus de Albreto ad tantum reditum eidem domino de Iahiac, ſuper aliis ſuis bonis tradendum condemnatus extitit.

Nunc

Nunc in aſſignatione vult defalcare, & deducere prædictũ reditũ prius dicto domino de Iahiac aſſignati promiſſum, vt illum dictus de Ribeiraco ſoluere teneatur eidem domino de Iahiac. Quæritur an teneatur, ita quod ſingularis ſucceſſor dictorum locorum in locum prædictorum locorum de Archa, & Terraſſon ſubrogatorum teneatur ad ſolutionem illius reditus.

DECISIO LXVI.

1 BReviter † videtur dicendũ ſucceſſorem non teneri, ex quo reditum ipſum non conſtat fuiſſe expreſſe ſuper dictis locis, vel parte ipſorum aſſignatum, nec conſtitutum. † Sed ſolum de conſtituendo
2 promiſſionem, & obligationem factam, quæ perſonam non tranſgreditur promittentis, l.j.§.ſi hæres. & ibi per Docto. ff. ad Trebel. & text. eſt clarus decidens hanc quæſtio. in l.ſi.6.ſi. & ibi Baldus ad Alber. ff. de contrahen. emptio. & ita per illum text. tenuit Bartol. quem ſequuntur Bal. Alberic. & Ioã. de Imol. in d.l. codicillis. §. inſtituto. ff. de legat. ij. & idem Salicet. in l.ij. per illum text. quem facit ſing. C. de reuo. iis quæ in fraudem credito. & Ioan. Fab. in l.ſi quis argentum. verſic. quid ſi quis vendat re-
3 ditum ſuper tali fund. C. de don. † Secus ſi aſſignaſſet & conſtituiſſet dictum reditum ſuper illis, certa parte illorum, vel etiam ex illorũ locorum fructibus ſoluendum, tunc bene eſſet realis obligatio, ſecundum Bartol. & Docto. in locis ſuprà allegatis. & idem Bartol. in l. libertis, ff. de alimen. & cibar. legat. & in l. fundus, ff. de annuis legatis. volens paria eſſe dicere, cõſtituo vel lego, aut relinquo tibi cẽtum ſuper illo fundo, vel obligo illum fundum. & idem Ioannes Fab. in §. item Seruiana. Inſtitut. de action. & Bal. conſi. cccviij. inchoan. caſus talis eſt, Rex Cypri. verſi. Secundò, quia in conceſſione dicitur. vol. ij. & Lucas de Penna in l. ſuper. C. de mãcip. & colo. patrimonio. libro xj. & in rubric. de ſuperexact. libro decimo, & Iacobus de ſancto Georgio in authent. ſacramenta puberum. num. xxvj. C. ſi aduerſus venditio. Quamuis Paulus de Caſtr. velit iſtam etiam conſtitutionem eſſe perſonalem. & in conſilio cvj. incipien. circa ea quæ ſuprà ſcripta. & conſi. cccxxv. aliàs cccxl. inchoan. quia exceptiones. verſicul. reſtat nunc reſpondére. & conſilio ccccxxxviij. aliàs ccccxxxiij. exordien. videtur dicendum. volum. antiq. & Roman. conſi. ccclxxxviij. Et ibi vide, an fructus ſint obligati, & per Paulum, in d. conſi. cccxl. & Felin. in cap. ad audientiam. in ij. concluſio. de reſcript. vbi idem tenet. Sed primum, quòd ſit realis reditus conſtitutio, tenẽt Bart. Alberic. Imol. & Moder. inſuper Iaſ. in l. fina. de noui operis nuntia. & in l. fluminum. §. adiicitur. ff. de dãno infecto. & Iaſ. in l.ij. verſi. puto ſic poſſe concludi. C. de iure emphyteut. & Paulus de Caſtro in l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pactis. & facit quod notat Abb. conſilio xxiij. volumin. ij. & Bald. conſilio xxxviij. incipien. Papa, ſiue eccleſia Romana. volumin. j. & not. per Bart. in l. pater. & Alexand. ibi in
4 addi. ff de ſeruit. † Sed prædictam communem cõcluſionem limitat Albericus in l. cum hi. §. ſi vni. in vltim. quæſtio. ff. de tranſactio. eſſe veram, & procedere in contractibus, d.l.ſi. §. fina. de contrahen. empt. ſecus in vltimis voluntatibus, aut in fauorem eccleſiæ, vel in fauorem alimẽtorum: niſi eſſent omnino incapaces, vt ſunt fratres minores, & alij mendicantes, vel dicit ibi Angel. quem ibi ſequitur Iaſ. verſic. iſtam regulam limitat Angel. Et ita fuit dictum per arreſtum (viſa promiſſione abſque conſtitutione, & aſſignatione loci expreſſe facta) latum die xiiij. Auguſti, Ann. 1519. Sed vbi conſtitutio reditus fuiſſet cum pacto de retrouendẽdo intra modicum tempus facta, tunc non cenſetur perpetua nec realis, niſi finito pacti tempore, vt voluit Alex. conſi. x. vol. j. Sed contrarium tenuit Paul. de Caſtr. in l.ſi à te. C. de pact. inter empto. & vendit. & in l. ſi cum venderet. ff. de pigno. actio. & hanc contra Alexand. tenui in quæſt. incip. & per ſupradicta videtur. 182. tamen verum eſt hoc in caſu talem compellere non poſſe venditorem, aut eius hæredem, nec tenementiarios ſeu poſſeſſores rerum ad recognitionem ſibi faciendam, arg. cle. j. in fin. de reb. eccleſ. non alien. niſi aliud actum eſſet, quia non cenſetur dominus incommutabilis, prout dixi in conci. Iacquelina du Moulin. ſed ſufficere debet emptori pro illo modico tempore frui, & gaudere. Secus ſi pactum de retrouendendo fuiſſet ſine præfinitione temporis factum, tunc ſine præiudicio pacti tenetur venditor recognoſci facere tenementiarios qui ad hoc compellendi ſunt, argumen. dictæ clemen. j. in princ. & ſentit. Maſuer. in ſua praxi. tit. de loca. & iure emphyt. verſi. item emptor non tenetur: vel etiam tenetur, ſi locus vẽditus eſſet ſibi traditus, & homines eiuſdem loci ſoluere recuſarent: iſto caſu venditor tenetur recognoſci vel gaudere facere emptorem, & ita concluſum fuit in curia in cauſa magiſtri Almerici de Laborie à Seneſchallo Petragoricen. in ſede Sarlati appellantis, contra nobilem, & honorabilem magiſtrum Arnaldum de Laborie eiuſdem curiæ conſiliarium appellatum, latum arreſtum Anno 1524.

SVMMÆ.

1 *Euictio non habet locum in donatione, niſi ſit remuneratoria, aut ſit promiſſum.*
2 *Factum promittens, quid intelligatur promittere.*
3 *Factum ſuum promittens in venditione, an etiã teneatur de facto ſuorum prædeceſſorum, & ſucceſſorum. & num. 4. 5. 6. & 7.*

Quæſtio LXVII.

Alia inſurgit ex dicto proceſſu quæſtio, quoniam ipſe dominus de Albreto, & defunctus illuſtris Rex Nauarræ eius filius promiſerat domino Odeto Daydie militi domino de Ribeiraco in caſu euictionis prædictorum locorum de Archa, & Terraſſon eidem Daydie donatorum, teneri de eorum facto tantum, & ſuorum: quæ loca iam fuerant per arreſtum curiæ Parlamenti Pariſien. pro parte dimidia in fauorem domini de Ponthieure euicta, an teneantur ad euictionem.

DECISIO LXVII.

PRAESVPPONO, † quòd in do- 1
natione non habet locum euictio, l. ariſto. §. fina. ff. de dona. & l. ad res donatas. & ibi Cæpol. ff. de ædil. edicto, niſi incepiſſet à promiſſione, vel promiſſa fuiſſet euictio, prout hic fuerat, vel niſi eſſet donatio remuneratoria, vt volunt Docto. ibi, quæ etiam fuerat hic: & idem Io. de Imo. Alex. & Fran. de Aret. in l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verbo. obligat. & Bartol. Salicet. Doct. in l.j. C. de iure dotal. & Anch. Abb. & And. conſi. in ca. ſi. verſi. extra gl. de emp. & vend. & Docto. in l.ij. C. de euict. & bo. tex. in terminis in c.j. de inueſt. de re ali. fa-

& ibi Alua. Bald.& Cardi.Alexan.& idem Petr.de Ferra.tit.forma lib.quo agitur pro don.in glo. fina. & ibi tit.forma libel.quo agitur de reuo. feu.in gl. antepe.verſi.quid ergo ſi res feuda. & Abb. conſil. xxx.vol.ij.Secundo præſuppono quod verbum de facto,de quo promiſſum eſt velle teneri, exponitur quandoque pro eo quod ſit contra ius, quãdoque pro eo quod eſt præter ius, quandoque factũ illud ſua nõ excludit eſſentialia.ita in terminis dicit Ange.conſi.clxxvj.inchoan.præmittendũ eſt ad euidentiam.Primum ſecundum Ange. probatur in l.vbi pactum.C.de tranſact.& nor. in l.ſiue apud acta.eo.titu.Secundum probatur in l. ſtipulatio iſta §.alteri.ff.de verb.obli.& in l.j.§.j.ff.de feriis. Tertium probatur in l.conſilio.§.ſi.ff.de curat.furio. † Item quandoque ſecundum eum promittitur per venditorem defendere ipſum emptorem aduerſus omnes de iure & facto: quæ verba quandoque referuntur ad qualitatem promiſſionis. Sed qualiter hoc fiat,ponit Cin.& Doct.in l.ſi.C.de act.emp.& Docto.in locis infrà allegandis. Quandoque referuntur ad qualitatem euictionis, vt quia venditor ſe obligat de euictione,ſiue de iure, ſiue de facto, ſiue per iniuriam,ſiue quocũque modo euincatur. Et in iſtis duobus caſibus tenetur de euictione,vt ſuprà dictum eſt,& idem Abb.in dict.cap.fin.verſed hodie dubitabatur.& ibi Barb. ver.tu adde.allegans prædictum con.Ang.pro quo bon.text.& ibi Barb.Alb. & ſequaces in l.ſi cum fundum.ff.de verb.ſig Et aliquid per Feli.in cap.ſedes.ver per iſtam regulam ibi,ſimiliter dicit Ange. de reſcript. & Abb.in ca.petitio.de iureiur.& conſi.xlix.vol.ij. & Philip.Deci.conſi.lxxiiij. verſi. quartò demonſtratur. † Hoc habito pro conſtanti videtur breuiter dicendum,ipſos teneri de euictione, vt expreſſe volunt Bar. Bal. Salice. & Paulus de Caſtr. in l. ſeruus.in prin.per glo.ibi,in verb.intereſt. in fin.ff. de condict.furt.& ibi Alex.in addi.ad Bart.volentes illum qui promittit in contractu venditionis de ſuo teneri facto,etiam teneri ex facto ſuorum authorum ſiue prædeceſſorum ſuorum & hæredum. & idem Barto.in l.ſtipulatio iſta.in princ. & ibi Alex.in princ.verſic.econtra vero.& Iaſ.verſi.iiij.no. poſt Paul.de Caſtro,& Rom.ibi.ff.de verbor. obli. & Cin.Bald.& Sali.in dict.l.ſi.in ſi.de actio.emp.& Ange. Are.in §.ſi.ver.Quæro,quia hic dicitur. Inſt. de emp.& ven.vbi vide.& in §.actionum.de actio. & Anto.de Burgos in ca.ſi venditori.verſ.quid autem,quando dicit.de contrahen.emp.& Hippo de Marſi.ſingu.dclvj.incip.venditor. † Quamuis Bal. in cap.j.qui ſucceſ.feu.da.tenean.in fine velit contrarium,& in l.ſi ſeruum.§.j.ff. de verbo. obli. quẽ ſequi videtur Franciſc.de Aret. in dict.l. ſtipulatio iſta.in iij.not.verſi. Et aduerte quando dictio tantum,eſt appoſita.& Alex.in addi.ad Bald.in dict. l. fina.de act.empt. per tex.in l.qui in futurum.§.j.& ibi Bart.ff.de pact.& in l.ſi ſic.la grande.ff.de verb. oblig.& Iac.de ſancto Georg. in l. ſi pactum.ff.de proba.ſed Bar.& alij ſuprà alleg. loquuntur quando appoſita non fuit dictio taxatiua tantum, ſed ſimpliciter, quando quis promiſit de dato & facto ſuo:quo caſu non eſt mirum ſi comprehendatur author promittentis, quia cum factum authoris videatur factum ſuum, vt authentica de iureiu. à mor.præſtito.§.fina.& idem Bart.in l.damni.§ Sabini.verſi.Sed quid ſi dicit, quod habuit pacem cũ hærede.ff.de dam.infect.& Iac.de Sanct. Georg.in dict.l.ſi pactum. verſi.addite ad prædicta. Tamen Doct.ſuprà alleg. volunt idem eſſe, quando dictio taxatiua eſt appoſita,quòd nõ excludat authorem, nec etiam hæredem,per not.in l.ob æs. C.de præd. minor.Sed ſolùm extraneas excludit perſonas,niſi dictum fuiſſet de facto extraneorum teneri, vt dicit Ange.in l.dubitatur.C.de euict.& Ang.Aret.in d.§.ſi.de emptio.& venditio.& Philip.Decius conſilio cclxxxj.verſic.† Sed prædictis non obſtantib. & iſta eſt communis ſecundum ipſos, allegantes tex.in clem, exiui.§.ius autem.de verb.ſignificat.& ita tenet Franciſ.de Crema. ſing. xxxj. inchoan.ſæpè iſtud quotidie contingit.& Ancha.conſi.lxxxiij. exordien.in nomine Domini Amen, omiſſo primo dubio. & in cap.ex literis Siluiani. de ſpon.& Alex.conſi.clxxxviij.incip. ſi vendo. volumin.* & Cardi.Alex.in dict.cap.j.qui ſucceſ.feu.dar.tenean. & Maſuer.in ſua praxi.titu.de emptio.& venditio. verſi.Item dato quod non fuerit conuentum. cum verſicu.ſequen.& Ioann.de Ana.in cap.olim.& ibi Feli.verſi.& tangit hic.de accuſ. & pro hac Deciſ. eſt text.celeb.in l.de tuo etiam facto. & ibi Alber. Bald.Salic.& Franc.de Aret.ff.manda.Et ſimilis eſt text.in l.ſi quis à multis.& ibi Albert. & Floria. ff. de noxa.actio.& in l.ij.in princ.& ibi Alb. & Bald. ff.de hære.vel actio.vend.& in l.emptorem.§.fina. & ibi latius Alb.poſt Bald.ff.de actio.empt.remittens ſe ad l.& ideo.ff.de condict. furti. Sed voluit allegare dict.l.ſi ſeruus. eodem tit.Et ſic ſentiunt, quod teneatur de facto prædeceſſorum ſuorum.Et idem Fab.de monte ſancti Sauini in tract.de empt. & vend.in vj.ver.circa xix.membrum. † Et iſtam communem ſententiam limitat Franc. de Crema. ſingu.clvij.incip.vnus ſocius noſter,vt teneatur de facto authoris vniuerſalis,& non de facto ſingularis,per gloſſam vltim.relatam ad tex.in dict.l.fina. cum fundum.de verborum ſignific. & Hippo.in d. ſingu.dclvj.Et ſequitur Petr.de Ferra. in ſua praxi. tit.for.libel.in cauſa vendit.in verb.promittens, de euict.verſi.octauus eſt.ibi,vel niſi venditor ſpecialiter conuenit,ne pro alieno facto teneatur,ſed pro ſuo tantum.Quo caſu ſolum tenetur ſi ipſemet alij prius vendidiſſet,vel obligaſſet, per iura ſuprà alleg.tamen Bald.in conſi.lxv. incip. ad euidentiam. poſt princ.verſi.ſed veritas eſt.volu.ij. tenet ipſum teneri de facto etiam ſucceſſoris ſingularis, dict.l. fin.& ibi per Din.de noui.oper.nuntia.† Et ita fuit dictum per idem arreſtum latum, die quo ſuprà proxima quæſtio. Contra Carolum monſieur filium dicti Regis Nauarræ. Et poſt latum fuit aliud arreſtum cõtra dominum de Albreto (qui dicebat, vt dictum eſt,non teneri de euictione) die j.Febr. Anno quo ſupra.

1 2 3 4 5 6 7

SVMMÆ.

1 *Rem ſoluere obligatus, non eſt ad æſtimationem condemnandus.*
2 *Sententia executoria debet eſſe conformis prima.*
3 *Æſtimatio debetur ſolùm iudicis mercenario.*
4 *Æſtimatio quando veniat in condemnatione.*
5 *Æſtimatio quanti plurimi, venit à tempore petitionis.*
6 *Æſtimatio frumenti,quomodo probetur.*
7 *Sententia ſuper executione eſt interlocutoria.*

Quæſtio LXVIII.

Quidam nobilis nomine Ioannes Bœuf Martello fuit per arreſtum condemnatus ad recognoſcendum magiſtrum Ioannẽ de Linars locum tenentem Seneſchalli in dicto loco de

co de Martello in dominum ſuum, nec non ad ſoluendum arreragia reditus ſibi ſingulis annis debiti : qui de Linars coram executore dicti areſti petiit arreragia ſex annorum in communi æſtimatione, & pretii valore quo valuit frumentum, Anno M.D.V. Quo magis valuit quàm annis præteritis. & ita executor ſicut petitum fuit, condemnauit ipſum Bœuf in æſtimatione tantum: à quo appellatum fuit ad curiam: quæritur an bene.

DECISIO LXVIII.

EST † dico malè fuiſſe iudicatum & bene appellatum, cum per areſtum fuerit ſolum condemnatus ad arreragia, & ſic ad rem, & non ad æſtimationem rei. vnde ſoluendo rem eſt liberatus, inſtit. quib. mod. tollit. obliga. † Quia ſententia executionis debet eſſe conformis cùm prima ſententia ſeu areſto, vt voluit in terminis Ioan. de Ana. conſi. v. & ibi Lud. Bolog. in addit. adducens Bart. in l. eum qui. ff. de his quib. vt indig. de qua ſtatim dicam. accedant not. per Flo. in leg. vt fundus. ff. commun. diui. Secundò, quia vt ait de Ana. ſequeretur quod ſententia ſecunda ſuper executione æſtimationis lata, eſſet prius executa æſtimatio, quàm illius condemnatio, contra ius commune, lib. j. C. de executio. rei iudic. leg. ſi cum nulla. ff. de re iudi. Tum ſecundum Ludo. ibi, frumentum præſumitur per lapſum triennij conſumptum, lib. j. C. ſi aduerſus vſucap. Ergo poſt rem conſumptam æſtimatio creſcere non poteſt, per not. per Bartol. in lib. iij. §. in hac. ff. commoda. & Alexand. in l. vinum. verſicu. Secundò quia ſi res petiit. ff. ſi cer. pet. ſed ſi iſta ratio eſſet vera, dicta leg. vinum. nihil nobis ſeruiret : ſed intelligi æſtimatio debet, vt ſtatim dicam. † Præterea æſtimatio debetur officio iudicis mercenario, not. Bartol. in dicta leg. vinum. quod officium poſt ſententiam implorari non poteſt, ex quo in ſententia, vel areſto nulla eſt de eo facta mentio, lib. iiij. C. depoſi. & leg. ſi quis miſſum. §. fi. ff. de dam. infec. Et quæ dixi ſuprà quæſt. xviij. inci. Ortum fuit aliud dubium: tum quia ſicut, vt inquit, vna iuſta cauſa litigandi excuſat à condemnatione expenſ. leg. qui ſolidum. §. etiam. ff. de leg. ij. ita excuſat à mora. & per conſequens à ſolutione valoris quanti plurimi, per illum text. quòd eſt notandum. Tum quia prædictus Bœuf obtulit frumentum plus quàm auferri deberet: quod ſufficit ſecundum de Ana. conſil. ix. quoniam vt vult Bart. in dicta leg. vinum. verſi. Et aduerte. quem ſequitur ibi Bal. verſ. videamus. æſtimatio ſola peti non debet, ſed ſimul cum frumento aut vino: & dicere, peto condemnari ad tantum vinum, vel tantum frumentum dandum, & reddendum cum æſtimatione quanti plurimi valuit tali tempore vel anno, & cum æſtimatione quanti plurimi contigerit vſque ad ſententiam. leg. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco. Et non debet petere condemnari ad ſolam æſtimationem, cum principaliter ſuper frumento debet fundari libellus & iudicium, leg. ſi in iudicio. ff. de excep. rei iudic. † Licet Pet. & Cin. tenuerint contrarium, quod poſſit fieri condemnatio in æſtimatione: tamen opi. Bar. & Bal. ſequendo gl. in dicta leg. vinum. eſt vera & communis, quam ibi ſequitur Alberic. verſicul. quomodo formari debeat ergo ſententia. & prius tenuerat Spe. tit. de fruc. & intereſſe. §. v. & Iaſ. in d. l. vinum. ver. & aduerte quia licet ponens ibi regulam, quòd ſententia debet eſſe conformis libello. Et ad illum ponit ampliationem: & xiij. fallen. quando condemnatio fieri poſſit ad non petita, vt ibi vide, & etiam per Franci. Purpu. & cæteros Moder. Et hoc verum non ſolum quando in genere petuntur, vt dictum eſt, ſed etiam ſi in ſpecie : vt ſi peto fructus, quos ex tali fundo percepiſti : quoniam debet ipſos petere, ſi extant, ſin autem non extant, petere æſtimationem in valore quanti plurimi, ſecundum Bart. in dict. leg. eum qui. de his quib. vt indig. vbi pro hac materia eſt ſingu. gl. & idem Bar. Bal. Ang. & Moder. in leg. diuortio. §. ob donationes. ſolu. matr. & Ioan. Fab. in leg. fina. C. de fideicom. liber. † Et illa condemnatio quanti plurimi, venit à tempore petitionis, & non antè ſecundum Doctor. ſuprà alleg. Et ſic aliàs dictum fuit per areſtum Pariſienſ. vt habetur in ſtylo Parlamenti. iiij. parte de areſtis. §. xxiij. & idem Maſuer. in ſua praxi, tit. de ſolutio. verſicul. item ille qui tenetur ſoluere bladum. Tum hic frumenti æſtimatio peti non potuit, cum anno illo quo facta fuit, valebat plus frumentum quàm annis præcedentibus. Et ad illud tantum concludere debebat, & proteſtari de intereſſe, & ſic executor, vt dictum eſt ad ſolam non potuit condemnare æſtimationem: † quoniam non ſufficit ad probandum ſaccum, aut ſextarium frumenti vna die illius anni valuiſſe lviij. ſolidos Turonen. ſed quod communiter per plures dies valebat dictos lviij. ſolidos Turonen. vt dicunt Doctor. in leg. pretia rerum. ad leg. Falc. & Alex. conſi. xcij. inchoan. viſo & opportunè diſcuſſo. lib. v. & Soci. con. xlj. verſi. Sed ad hoc vt quis aliquo tempore, volum. j. & Alexand. conſ. lxxv. exordien. viſo themate & dubiis. ver. Et iſtud rectè intuent i. libr. ij. & idem Bar. in dicta leg. vinum. & ibi Lance. Deci. verſic. Tertiò nota. ibi, dicentes hanc partem eſſe humaniorem, quamuis Cuma. & Ang. teneant contrarium. vnde probatum non fuit, ſed ſolum quod communiter valebat dicta ſummã, non exprimẽdo hoc die, vel hoc menſe, vel anno, nec quibus diebus tantũ valuerit, prout requirebatur, vt dictum eſt: quoniam ex varietate temporũ & curſu variatur æſtimatio, vt docet experientia, quæ eſt rerum magiſtra, cap. quam ſit. de elect. libr. vj. Et econtra, per curſum temporis æſtimatio deterioratur, ſiue minoratur, vt dicunt Doctor. in dicta leg. pretia rerum. Et ita concluſum fuit, & dictum per areſtum latum die iij. aut iiij. Auguſt. Anno 1519. Et pariter per aliud areſtum in fauorem Ioannis de Batur rei, appellantis à Seneſchallo Agennen. latum die iij. Ianuarij, anno 1531. † Sed an ſententia ſuper executione rei, vel fructuum lata ſit diffinitiua, vel interlocutoria, Anchar. conſi. cclij. incip. vicarius poteſtatis. cum duobus ſequen. tenet ipſam eſſe interlocutoriam, & regulari debere ſecundum regulam interlocutoriæ.

SVMMÆ.

1 *Eccleſiæ omnes olim ſuberant Imperatori.*
2 *Conſtantum donatio.*
3 *Eccleſia patrimonium ad laicos redibit.*
4 *Epiſcopi habent iuriſdictionem in laicos de iure, & ex prorogatione.*
5 *Epiſcopus quiuis eſt index ordinarius Regis Frãcie.*
6 *Index ſecularis quãdo poſſit inter clericos cognoſcere.*
7 *Epiſcopus non poteſt cognoſcere de actione reali.*
8 *Secularis index an cognoſcat inter clericos. & numero 9, 11. 20.*
10 *Curia cogunt epiſcopos conſtituere vicarium aliquem ex conſiliariis.*
12 *Clerici qualiter de gerendo clericali habitu moneri debeant, vt aliqui habeantur pro degradatis. & nu. 13. 14. 15. 17. & 18.*

16 *Clericus homicidij ex propoſito perpetrati tempore non habens habitum clericalem, an gaudeat priuilegio.*

19 *Epiſcopi quandoſunt ipſo iure degradati, vt perſecularem iudicem puniantur.*

21 *Epiſcoporum iuriſdictio receſſit ab aula.*

23 *Poſſeſſorium cauſæ ſpirituales, non eſt ſpirituale.*

24 *Epiſcopus de reali cognoſcit in connexis & dependentibus. numero 25. & 26.*

27 *Clericus venditor tenetur ſequi forum emptoris.*

28 *Clericus quando cogatur agere coram iudice laico.*

29 *Coloni eccleſiaſticorum coram quo iudice agant. & nume. 30. & 31.*

2 *Clericus factus hæres laici iam conuenti, coram quo proſequatur. & nu. 33. 35. & 36.*

Quæſtio LXIX.

Super quæſtione, an epiſcopus poſſit cognoſcere de cauſa garentigij ſeu euictionis, attenta maximè ſubmiſſione & prorogatione expreſſa in ipſum epiſcopū, & eius curiam per clericos facta, vel iudex ſecularis cognoſcere debeat, dubitatum fuit.

DECISIO LXIX.

1 PRAESVPPONO, † quòd omnes clerici, & eccleſiæ olim ſuberant Imperatori, vt probatur in authen. vt eccle. Roma. cent. ann. gaud. præſc. circa princip. & in ca. Cōſtantinus. xcvj. diſtinctio. & not. Inno. in capitu. ij. de maio. & obedien. quærens quis eos exemerit à iuriſdictione imperij: & reſpondet hoc olim fuiſſe factum voluntate Imperatoris, cap. ego Ludouicus. lxiij. diſtin. vel, vt inquit, potuerunt etiam per conſtitutiones ſuper hoc factas eximi, tanquam res ſpirituales, quibus ipſe Papa præeſt, vt ibi latius per eum. Et ipſum refert, & ſequitur Alber. in l. bene à Zenone. verſic. ſed an Imperator. C. de quadrien. præſcript. vel aliter ſecundum Alberi. ibi, reſponderi poteſt, omnes eccleſias & eccleſiaſticas perſonas fuiſſe Imperatori quò ad defenſionem & protectionem ſubditas, d. authē. vt eccle. Roma. & ita ibi exponit glo. in verb. noſtras. & in ca. conuenior. xxiij. quæſt. viij. dicens ibi Alberi. ver. ipſe enim Conſtantinus hoc proceſſiſſe ex donatione per ipſum Conſtantinum Syluestro
2 Papæ facta. † Nam illam faciendo donauit ferè omnem imperialem poteſtatem, & multas ciuitates, & prouincias, ac imperiale etiā palatium cum ipſa ciuitate Romana, vt colligitur in nota. in l. j. §. cum vrbem. ff. de offi. præſ. vrbis, ac ipſum Imperatorem corona propria coronauit, d. ca. Conſtātinus. quod factum fuiſſe puta inſtinctu & voluntate diuina. Licet dici audiuerit à magnis viris, vocem tunc fuiſſe de cœlo auditam dicentem, Hodie ſeminatum eſt in eccleſia Dei venenum aſpidum. Qui viri dicebant hoc reperiri in antiquis & authenticis ſcripturis, pro quibus Alber. allegat magiſtrū Ioānem Doctorem Pariſienſem, in ſuo tractatu de poteſtate Papæ & Imper. cap. xxj. ita tenentem, referens etiam ſe audiu ſſe à fide dignis, quòd tempore Bonifacij viij. quidam Cardinalis de ordine Ciſtercienſi, homo maximæ reputationis, & ſcientiæ, quadam dum ſermocinaretur feſtiuitate, in concluſione dicebat, quòd per eoſdem paſſus & gradus, per quos eccleſia in temporalibus aſcenderat, pariter deſcenderet vſque ad extremam Syluestri paupertatē. Et ad hoc probandū validas adducebat rationes, & authoritates, quarum ſcripturæ. † Et nūc videmus tēpus aduenisſe, ſcilicet 3
patrimonium eccleſiæ ad laicos redire: quoniā hoc Anno 1523. terras, reditus, prouentus, & cæteras, poſſeſſiones cordigerorum, & conuentuum minorum beati Franciſci prouinciæ Burdegalen. maximè ciuitatum Burdegalæ, Marmondæ, Reolæ & Rinuci nouiter reformatorum, authoritate & ſpeciali mandato Papæ, venditas fuiſſe vidimus per ſyndicum illorum, quibus authoritatem præſtiti, & pretium in reparationem ipſorum iuxta poteſtatem nobis datam ordinariè. & ſic factum fuit per alios commiſſarios in patria linguæ Occitanæ, pro quo dicit Pet. de Ferra. in ſua praxi, titu. for. in act. confeſſo. pro ſeruitut. in verb. plenam & omni modam. quod benè & ſanctè faceret Papa, ſi totam temporalem iuriſdictionē in manibus Imperatoris remitteret: nec aliter vnquā reſpublica, & maximè Italica quieſcet, nec vlterius de papatu tale ſchiſma, quale fuit annis præteritis, vllo tempore amplius accideret. Et ex hoc ſtatus vniuerſus clericorū magis redderetur Deo ac populo deuotus. Et ipſe Papa cum Cardinalibus quietius viuerent, ac Deo deuotius & populo magis acceptius & gratius. quare Bald. in leg. obſeruare. §. proficiſci. de officio præſulis. dicit epiſcopos in Italia iuriſdictionem non habere, vt infrà dicam, & pro hoc Barthol. de Salignaco, in itinerario terræ ſanctæ in xiij. tomo. capit. j. verſicul. natio ſecunda. dicit ſe à ſancto viro audiuiſſe, quòd ſicut eccleſia Orientalis ob nimiam paupertatem lapſa ſeu paſſa fuit multa incommoda, ita Occidentalis eccleſia ob nimias pompas, & diuitias deſolabitur. De quo vide Guliel. Benedict. in repet. capitu. Raynutius. numer. cclxxiij. & in additio. de teſtamen. † Et hoc habito, 4
videtur primò epiſcopos non ſolum de iure, ſed etiam ex prorogatione habere iuriſdictionem in laicos tam de iure ff. C. & auth. quàm etiam de iure canonico. primò de iure ff. probatur per tex. in leg. final. §. item epiſcopi, qui præſunt pannis & cæteris venalibus rebus. ff. de mune. & hono. cui concordat text. in lib. j. de epiſcopa. audien. & in capitu. j. de emptio. venditio. & ibi Anchar. in tertio notab. & bonus text. in l. hæreditas. in fine, & ibi gloſ. & Docto. ff. de petitio. hæredita. ad diem text. in l. nulli. & §. quòd ſi teſtatore. & §. quod ſi in vico. C. de epiſco. & cle. cum ſua authen. licet teſtator. & vnde ſumitur. de Eccleſiaſtic. tit. & capit. ſi hæredes. & cap. tua. de teſtamen. ſecundo de iure C. probatur iuribus ſuprà alleg. & C. vt omn. iudic. tam ciuil. quàm militares. l. j. in fina. cum ſua authen. ſed verò. & vnde ſumitur, vt iudi. fine quoquo ſuffrag. §. ſi quis autem præter. §. neceſſitatem. Tertiò de iure authentic. probatur dictis iuribus ſuprà alleg. & in authen. ſi verò contigerit. C. de iudic. & vnde ſumitur. vt differ. iudic. §. ſi tamen contigerit. cum §. ſequen. cum aliis ſimilibus. Quartò de iure canonico probatur iuribus ſuprà dictis, & in capit. nouit. cum ibi not. per Doct. inſuper Felin. de iudi. & in cap. licet ex ſuſcepto. poſt glo. de foro compe. & in capit. penultim. & fina. eod. titu. lib. vj. & plenè per Iacob. in ſua praxi, titu. de cauſ. ex quib. vaſal. quantum eſt de iure debet amit. feud. & in tit. de ſucceſ. regni. verſi. illi Philippo. & in tit. de duello. qui optimè defendit eccleſiam. & idem gloſſ. in proœ. pragma. in verb. libertatis. vbi multa addu cit contra Petrum de Cumeriis in diſputationibus apud nemus Vicenarum factis. Et idem Ochoam in ſuis viij. quæſtionibus, vt dixi in §. xxj. de iuriſd. omn. iudic. lib. conſuet. Biturigen. Et pro hoc facit,

† quod

5 †quod quilibet epiſcopus eſt iudex ordinarius Regis Franciæ,& præcipuè illorum in cuius diœceſi habent domicilium,cap.ſi Imperator.& capit. duo ſunt xcvj.diſtinct.& gloſſ.ij. in capitu. quicunque, & ibi Archid. Dominic.& Franciſ.de ſent.excom. lib.ij.& Abb.& Felin.in capit.omnes. de maior. & obed.& Alber.in d.l.bene à Zenone. verſicul. An papa habeat aliquam ſuperioritatem in Imperatorem.Et non ſolum de iure,vt dictum eſt,ſed etiam ex prorogatione,& ſubmiſſione eorum iuriſdictioni facta poſſunt epiſcopi cognoſcere,vt not. in c.ſi diligenti.& in ca.dilecti filij de for.comp. & in l.ſi quis in conſcribendo.C.de epiſ.& cler.& in l.pen. C.de pact. vbi eſt ſimilis text. & bonus text. in l.ſi qui ex conſenſu.& l.epiſcopale iudicium. cum ſua auth.ſi quis litigantium.de Epiſc.audien. cum not. in l.j.& ij.ff.de iudic.& in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdi.omn.iud. Et præcipuè de cauſa præſenti, quæ realis non extitit,nec ex reali deſcendit, ſed perſonali ex empto,vt dicebant aliqui ex dominis, qui hanc tenebant partem, allegantes pro ea aliqua arreſta per curiam ſupremam Pariſien. fuiſſe lata, vt patet in arreſtis recollect.per Aufr.in §. xlix.loquês de arreragijs. & idem tenet Guid. Pap. Deciſio. lxxvij.in propriis terminis noſtris de prorogatione per laicos facta. Et quòd ſententia per officialem lata excommunicando,& aggrauatorium ob defectum garentagij concedendo, valebat, ſaltem iure & vi pacti,l.ij.C. commu.vtri.iudic.& pro eis facit Deciſio Pet.Iac.in dict.titu.de ſucceſſio. rei.verſic.

6 Sed quia idem † volentis iudicem ſecularem non poſſe inter clericos cognoſcere de actione reali: ſed vbi non agitur de actione reali ſic. & ita tenui in dict.§.xxj.ſequendo ipſum Guid. pap. in dict. Deciſio.lxxvij.& idem Abb.in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtitu.vbi enim tenet Felin. verſic. ad idem quod notat Oldra.&c. ſequendo Oldrad.cõſil.lxxxiiij.inchoan.an Epiſcopus poſſit forum declinare.& idem Petrus de Mõte in ſua monarchia, quæſtion.iiij. & Collecta. & latius Abbat. in cap. qualiter.de iudic.& ibi Felin.verſ. contra Guhelmum. Et idem Maria Soci. in capit. ſanè.de for. comp.& pro iſta opin. facit bon.text. in l.decernimus ibi,ſiue de eccleſiaſticis ſiue de propriis.deEpiſcopa.audien.& idem tenet.Petr.Rebuf.& Ioan. de Plat.in l.viros.C.de palat. ſacra largi. libro xij. & ſing.Alberic.in authen.ſtatuimus. verſicul. licet verum ſit. de Epiſco.& cleric. & Bellamera conſil.xl.exordien.factum eſt tale.vbi inſertæ ſunt plures allegationes dominorum auditorum de Rota. præcipuè domini Ioannis de Allezo, circa proceſſuram factam Auenioni, contra iudicem ciuitatis Biterren & procuratorem Regis Francię,ac certos alios officiarios tempore Clementis vij. Sed ibi agebatur de iuribus eccleſiæ contra parochianos.

7 † His tamen non obſtantibus maior pars dominorum tenuit contrarium, ſcilicet epiſcopum non potuiſſe cognoſcere de actione reali,& ſententiam per eum ſeu eius officialem latam non valuiſſe, cũ ageretur ad euictionem ſeu garẽtagium, ſiue gaudere ac vti & frui re vendita faciendum:quia tunc res non erat euicta,ſed ſolum impedita actrix fuerat gaudere re vendita : & ſic erat realis, ſeu ex realitate dependens : & quod ita de ſtylo & conſuet. curiarum Franciæ obſeruabatur, allegantes plura arreſta Pariſi.fuiſſe lata, vt patet in dictis arreſtis. §.xv.loquens de actione reali. Et idem in arreſtis per Gallum recollectis,referentem capitulum ſancti Maxentij condemnatum fuiſſe in ducentis libris,eo quod virtute ſpiritualis iuriſdictionis de reali cognouerat actione.pro quorum opinio.allegaui Ioan.Fab.in §. item Seruiana. inſtit. de actio. dicentem,prælatos regni Franciæ de reali actione nõ cognoſcere.Iſta ergo cauſa cum realis eſſet,debebat tractari coram iudice ſeculari,vt voluit Gul. de Cug.in authentic.clericus.in princip. de Epiſc. & cler.per text.in l.de iis.eodem titu.vbi idem tenet,& etiam Odofre.& text.in dict. authent. clericus.hæc clarè dicit,ibi,quod ſi natura cauſæ vel alia ratio faciat, vt negotium apud Epiſcopum decidi non poſſit.per ciuilem procedat iudicem. Ad idem text.in d. cap. licet ex ſuſcepto.ibi,& præcipuè quæ forum ſecularem contingunt. & text.in l. iiij.§.ſi aliter fundus. ibi, quoniam magis fundo, quam perſonis adiudicati fines, vel partes intelliguntur.ff.finium regund.& in l.aliena.§.fi. in prin. ibi, ſententia prædio datur. ff de nego.geſt.iſtud eſt expeditum & clarum inter laicos & clericos. † 8

Sed inter clericos eſt dubium, ſecularis cognoſcat de reali,& de feudo.& aliis ex reali deſcendentib. & videtur vtroque iure expeditum iudicem laicum inter clericos cognoſcere, cum cauſa feudalis apud pares curiæ.vel dominum terminari debeat. c.imperialem.& ibi Bald.de prohibit. feud. aliena. & cap.vno,an apud iudi.vel domi.quæſt.feud.termi.& ibi Aluaro.& Card. Alexand.& c.æterum. de iudi.& ibi vterque Conci.& Feli.qui licet multum hoc impugnẽt,tamen ita tenent, vt ibi per ipſos,& in cap.verum & c.tranſmiſſa.de for. compe.† Sed in actione perſonali, & criminali Epiſcopus cognoſcere debet,dict. authent. ſtatuimus, & iuribus ſuprà alleg. Et quia ſæpè Epiſcopi, ſeu eorum vicarij, vel officiales poſt clericor. remiſſionem,& renuodium ad ipſos factum, ipſos clericos criminoſos relaxant,& dimittunt, ex quo pleruncque oritur in plebem ſcandalum,videre clericum, & laicum pro enormiſſimo delicto commiſſo diuerſimodè condemnari : laicum per fruſta ſcindi, dilaniari:& clericum pro eodem delicto in carceres poni perpetuos,& ab eius amore vel pecunia vel aliter elargiri,& liberari:ratione cuius populus contra clericos & prælatos intumeſcit,& murmurat,vt dicit Anchar.in regula,ea quæ fiunt de reg. iur.libr.vj & Ioan.de Ana.in cap.j.de homicid.pro quo text.in clemen.j.ibi & ſcandala. & ibi Auth.ed. in repeti.de officio ord. Et ſuper hoc fundata eſt quædam ordinatio Philip.iiij.quæ eſt in ordine ij. titul.de vita & honeſta officia. per Offred. in tit. ideo dicit text.in l.ij.in fine. C. de priuile. ſcholar. li.xij.quòd propter priuilegia fori maleficiorum creſcit authoritas,& publica vacillat vtilitas. & ibi plenè Luc. de Pen.& Bertran.conſi. clxxxij.exordien.pro faciliori deciſ.dubitorum.volum. j. nouiter impreſſo.† Quare curiæ ſupremæ,hoc videntes ſolitæ ſunt compellere Epiſcopos ad conſtituendum aliquos ex dominis Conſiliariis clericis vicarios, qui de tali crimine clericorum cognoſcat, quia hodie pauca ſine clerico aut monacho authore committũtur delicta, prout crebrò videmus in dies. † Tamen in pluribus caſibus, & criminibus mixtis, eſt locus præuentioni, de quibus in ca.ſit generale. & ibi per omnes. de foro compet.Et per Ancha.conſi. 196. incipi.magnifice & illuſtris.& Feli.in dict.c.qualiter.in ij. limitatio. de quibus & iudices ſeculares contra clericos cognoſcunt, quos ponit Aufred. in dict. clemen. j. quæſt.j.& latius in ij.regula.de offic. ordina. & Alberi.in d.auth.ſtatuimus.† Et eſt notandum, quòd

9 10 11 12

tales clericorum remiſſiones plerunque fiebant ex eo, quòd de iure communi requirebatur clericos non coniugatos (vt priuilegium perderent clericale) tolli per Epiſcopum monitos. c. in audiẽtia. & c. cõtingit de ſent. excom. & c. j. de vit. & honeſt. cleri. li. vj. & clem. j. in verb. nominatim. eo. tit. quia clerici coniugati non monentur, & c. j. & ibi Dominic. & Doct. de clerici. coniuga. lib. vj. & tenet Cæpo conſi. xj. Et ideo non puniebatur, propter
13 monitionem eis non factam. † Propter quod Papa Leo x. Modernus ad requeſtam Regis fecit vnam conſtitutionem incip. Leo Epiſcopus, qua ordinauit & voluit clericos ſolutos, à cæteris, in genere quotannis per Epiſcopos, in eorum eccleſiis cathedralibus trinis primis dominicis quadrageſimæ fore monendos, ac incedere debere in habitu, & tonſura clericalibus decentibus. Aliàs ſi clerici delinquentes tempore perpetrati delicti per quatuor menſes, ante reperti non fuerint in habitu, per iudices ſeculares puniri poterunt: cuius conſtitutionis tenor ſtatim inferius inſeretur, quæ eſt contra text. in dicta clemen. j. de vit. & honeſt. clerici. & opin. Ioan. And. & Doct. ibi in verſicul. no-
14 minatim volentium ad † perſonam, & non in genere talem debere fieri mentionem. Et idem Abb. in c. contingit. ij. de ſenten. excomm. & Tho. Gramm. voto xxxiij. numer. xiij. Tamen ex quo mandatur per dictam extrauagan. fieri in genere, ſufficit, vt voluit ſingulariter Abb. in c. quoniam frequenter, §. fina. quem ibi Felin. laudat, & ſequitur. verſicul. aliud valde notabile. cum verſicul. ſequen. aduerte. vt lit. non conc. Et idem Ab. in c. final. de vit. & hone-
15 cler. † volens etiam Epiſcopum hoc poſſe ſtatuere. Tamen Cardi. Alexan. in c. clerici. ante finem. xxiij. diſtinctione. multum dubitat Epiſcopum non poſſe hoc conſtituere. De Papa non eſt dubium quin poſſit hoc per legem, vt dictum eſt, conſtituere. ſed de Epiſcopo vide textum in capitul. ij. de conſtitut. libro vj. & gloſſ. in c. Romana. de ſentent. excom. eod. lib. iij. verſicul. ſententiæ. & ſtatim dicam: quod eſt ſummum bonum, propter iuſtitiam miniſtrandam, & ſcrupulum conſcientiarum timoratorum, ac opiniones Doctorum tollendas. nam opin. Zabarel. & Abb. in cap. perpendimus. de ſentent. excom. & ſequac. ſignanter Cæpol. in dicta conſil. xj. & Socin. in conſi. xij. volum. j. & Offre. in repeti. dictæ cle. j. de offi. ord. in tertio notabi. hodie per dictã extrauagant. Leonis non ſeruantur: quoniam clericus, qui dimiſſo habitu, & tonſura clericalibus decentibus, deliquerit, ſine alia ſpeciali monitione
16 poteſt per iudicem ſecularem puniri. † Sed fuit dubium, an clericus, qui inſidias, & ex propoſito interfecit fratrẽ presbyterum, aut alium laicum, non repertus tempore homicidij & captionis in tonſura, & veſte clericalibus gaudere deberet priuilegio fori. Et omnes domini paucis exceptis tenuerunt quod non, ſequentes opinio. Abb. antiqui. Hoſti. Ioan. And. & Anton. de Butr. in dicto cap. perpendimus. & Anch. in dicta regula, ea quæ fiunt. de regu. iur. lib. vj. & Deciſi. Guid. Pap. in quæſtion. cxxxviij. quorum opin. eſt magis communis, ſecundum Offre. in dict. cle. j. in j regula. x. fallen. ſecundum quam referunt Guido Pap. & Offre. fuiſſe iudicatum. Et idem tenet Alber. in leg. ſed ſi accepto. ff. de iure fiſc. pro qua Deciſio. facit text. in cap. ex parte. in vltim. de priuileg. & in capit. in audien-
17 tia. de ſentent. excommunic. † Ex quo ergo (ſecundum Abb. ibi, & Tho. Grammat. voto xxxiij. name. xj. xij. & xix) clericus fuit ter monitus: & hoc olim ſecundum ius commune: hodie verò ſufficit quod fuerit trina generali monitione de modo & tempore prædictis facta monitus, vt habetur pro degradato, quia illa trina monitio ſufficit, vt clerici ſe culari relinquantur iudici, quorum debet eis fortius fieri per epiſcopum traditiõ, quando delictum commiſerunt enormiſſimum. & idem Abb. & Anchar. in cap. at ſi clerici. de iudi. & Ioan. de Ana. in cap. j. de homicid. verſi. adde prædictis. Licet Barbat. in dict. c. at ſi clerici. & Franci. de Are. in c. cum non ab homine. de iudic. teneant contrarium. Sed Felin. in dicto cap. at ſi clerici. in fina. princip. non eſt auſus figere pedem. Tamen per d. extrauag. Leo. Papæ non eſt hodie opus traditione per epiſcopum fiendæ: quinimo ſeculares poſſunt eos capere & punire, ſi tempore delicti, & antè quatuor menſibus ſine tonſura, & veſte clericalibus decentibus in
18 cediſſe repererint. † Et ita pluries per curiam iudicatum extitit: primo contra quendam de la Roquette ciuem Liburniæ, qui per inſidias occiderat quendam tonſorem eiuſdem ciuitatis habitatorem. Secundo contra quendam vocatum de quatuor pontibus. Et tertiò contra quendam nominatum du Caſſe. Et latum arreſtum die xxij. Augu. Anno 1534. Et nouiter contra quendam Ioannem Regis Clericum, qui cognouerat, & intertenuerat vxorem cuiuſdam, & mediante pecunia mandauerat quibuſdam maritum verberare tantum, & non occidere, licet de facto occiderint: & dictum fuit ipſum non debere gaudere, quamuis eſſet in habitu, & tonſura clericalibus, quia per aſſaſinamentum fecerat. Et in ſimili dicit Ioan. Gallus fuiſſe Pariſijs iudicatum in quæſt. clxxvj. Et idem Tho. vt habetur in ſtylo Parlament. iiij. parte de arr. §. cclxxj. Et ſimiliter hic contra Guil. Dauance Burdegal. latum arreſtum die 14. Ianuarij, Anno 1529. Et idem tenet Soci. in quodam ſuo conſ. poſito inter conſil. Franciſ. Curtij. conſi. xx. verſicul. omitto poſtremò, † dicens idem 19
in epiſcopo, per tex. in c. j. & fina. de homici. lib. vj. quia tales prælati ſunt, vt inquit, ipſo iure degradati: adeò quod à iudice ſeculari puniri poſſunt: & Domi. in d. c. j. ij. quæſtion. vltim. & idem Cæpol. conſi. xxxiiij. Bal. & Ange. in l. non ideo minus. C. de accuſa. & Alexan. conſi. cxxxviij. libr. j. & Ange. Are. in tracta. malefi. in verb. Sempronium mandatorem. quæſt. xviij. & Tho. Gramma. voto viij. numer. x. & voto xj. num. v. & Aufre. in repe. d. clemen. j. reg. j. fallen. xviij. Qui Regis poſtea fuit condemnatus ad mortem per ſententiam Seneſchalli confirmatam per arreſtum Curiæ, latum die xiiij. Maij. Anno quo ſupra: tamen quatuor aut quinque ex dominis, & ego eramus opinionis, ipſum debere propter varietatem iterum quæſtionari, per theoricam Bol. in l. in bonæfidei. verſic. item quæro de confeſſione. C. de iureiur. & Hippol. in l. repeti. verſic. quo ad ſecundum. & verſicul. & ideo ego quæro. ff. de quæſt. & Paris de Put. in tract. ſyndic. in ver. tortura. c. viſo, de repet. tort. & pariter hodie iij. Septembri dictum fuit contra quendam vocatum de Toyſoyres prouocatorem Regis Nauarræ in loco de Memilan, Anno quo ſuprà. † In actione reali ſunt 20
opi. vt ſuprà dictum eſt, & per Archid. in c. j. de cleri. coniug. vj. Tamen ſecundum Guliel. de Cug. in d. authent. clericus. iudex ſecularis de conſuetudine cognoſcit de reali, quia clericus ratione poſſeſſionis eſt ei ſubditus, & ita, vt inquit Bal. ibi, poſt principium, ſeruatur in Francia, quamuis de iure (non obſtante conſuetudine) contrarium eſt verum, vt dicta authentic. ſtatuimus. & capit. ſignificaſti.

caſti.& ca.ſi diligenti.de for.compe. & dixi.in d.§. xxj.& idem dicit Bald.in c.ij.in fin.de iudic.& in d. l.de iis.& hoc quo ad res,& non quo ad perſonas clericorum.& idem in c.j.de controuer. apud par. termi.verſic.extra quæro. vbi allegat illud dictum Guliel.de Cug. & alios dicit tenere contrarium, per d.c.ſi diligenti.& pro dicta conſuetudine allegaui etiam Ioann.Fab.in §. ſi vero reus inſtitut. de ſatisda.dicentem,quicquid ſit de iure, ſcio Cardinales,& Epiſcopos in Regno Franciæ reſpondere in realibus coram iudice ſeculari. Et quod cum ipſe ſit de Regno,leges regni non impugnat. & eũ ſequitur Offred.in repe.d.clem.j.verſi.nec videtur quod valeat,&c.& latius in ij.regula,fallen. iiij. qui etiam ſe excuſat in ſtylo Parlamenti in additio. vj. titu.quorum cognitio ſpecialiter pertinet ad Regem.Dicens hanc opinionem eſſe duram: ſed cum ſim de corpore curiæ, nolo regni conſuetudinem impugnare. Pro quo dicit Bald. in l. obſeruare.§. proficiſci.verſic.& qbia hic congruè cadit ff.de offic proconſu.reſpondendo ad iura ſuprà.pro.j.parte alleg.cognitionem & iuriſdictionem Epiſcopis
21 & prælatis concedentia. quòd de † generali conſuetudine,& rationabili,iuriſdictio Epiſcoporum apud nos receſſit ab aula. & mirum quod hoc dictum non reperi aliquem (quod legerim) allegãtem,& pro dicto Ioann.Fab.Bal. & Offre. allegaui gloſſ.in d.c.j.de empt.& vend.volentem quod hodie Epiſcopus de conſuetudine non imponit pretium rebus,prot vult ibi text. & iura ſuprà alleg. quamuis Hoſt.& Abb.Zab. teneãt ibi contrarium. & communiter Doctor.vt dixi,tamen opi.gloſſ.in hoc regno ſeruatur,quia per iudices, & reipublic. adminiſtratores hoc fieri ſolet.& pro maiori parte per curias ſupremas Parlamentorum Regni. & pro hac opi.videtur bo.text.in ca.cum veniſſent. de eo qui mit.in poſſeſſ.cauſa rei ſeruan. vbi Bald. ſic ait:
22 aliter tamen ſeruatur in regno Franciæ, † quod in realibus actionibus reſpondere debet clericus coram iudice ſeculari, cũ res ſit in territorio Regis, iudicatur ſecundum conſtitutionem Regis.Tamen Gulielm.de Cug.dicit vbi ſuprà hodie eſſe ius cõmune,& pro eius dicto,dicit ibi Bald. videri quòd caſus illius c.loquitur in actione reali, dicens ſeruandam eſſe conſuetudinem populi, ſi talis conſuetudo eſt laudabilis. Vnde ſtatuto cauetur, quòd clerici qui non ſoluerunt munera pro patrimonialibus,pro quibus loco tributorum debentur collectæ ex hypotheca deſcendente ab æſtimo communis,non audiãtur,illud ſtatutum valet: quia eſt laudabile propter bonum publicum: licet tamẽ de hoc alibi dicat ſe aliter ſcripſiſſe, & ipſum ſequitur Bar.conſi.j.verſi.prætereà adduco. volu.iij. dicens quod iſta doctrina Bal.eſt in ſuis dictis vltima.quo caſu potius videtur eam approbare: quia cum longiori deliberatione,& præſtantiori ſtudio illam nobis tradidit:ideo tenacius eſt ſequenda,l. diui fratres.ff.de iure patro.& etiã cum ſit vltima, videtur illam præ aliis ex corde tenuiſſe,ſicut dicimus de Iuriſconſultis,vt eorum vltima opin.ab eis recitata videatur approbata, vt dicit Cin.in l.cunctos populos.C.de ſum.Trini.cum aliis per Barto. alle.& idem tenet Barb. in rub.de reb. eccle. non allen.in ij.quæſt.princip.& Fed.de Senis.conſ.xxiij. inchoan. factum quod proponitur. verſi verò ſit realis executio,eſt facienda.& quod not. Abb. in c.ad noſtram.per illum text.ibi, legi regni. & ibi Decius,& Felin.in proba.pro quo dicit Bal. in c.j.
23 apud quem controuer.feud.de.ſi. † quòd poſſeſſorium cauſæ ſpiritualis,non eſt ſpirituale, quia non tangit medullam veritatis alleg. text. in ca. literas. de iura.calũ & ibi gl.& in cle.diſpendioſam.de iudi.& idem dicat Bald. in l. ſi de proprietate. verſi. quæro nunquid poſſeſſorium.C.ſi à non compe.iudi.& ideo practicatur quotidie in materia poſſeſſoria,vt pro beneficijs,& aliis rebus ſpiritualib.coram iudice ſecula.agatur,vt plenè per Abb. in d.literas.& in c.fi.de iudi.& Deciſ.parl.Delph.queſt. j.vbi Guid.Pap.inſerit Bullam Martini v. qui approbauit conſuetudinem, & ſtylum curiæ Franciæ antiquum in cognoſcendo per iudicem ſecularem de poſſeſſorio beneficiorum. Et idem Guliel. Benedi.in ſua repet.c.Raynutius. nu.cccxxx. cum ſeq. de teſta.inſerens etiam ibi in addit. in ver. Martini Papæ. quoddam breue Leonis Papæ x.directum curiæ parlamenti Tholoſę,per quod approbat ſtylum curiæ:pro quo eſt text. in c. ad cauſam.ij. qui filij ſint legi.& Anto.de Butri. & omnes Mod. in d.c.fin.de iudi.& Guid.Pap.quæſt. lxxxv. & quæſt. ccccclij.& Aufre.in repe.d.cle.j.in ij.regula.Falien. xxiiij. & ita dictum fuit contra Archiepiſcopum Burdegalen.per arreſtum curiæ in fauorem domini Guliel. Maignam Rectoris curiæ ſancti Vincentij de Pondeuſaco,& ſancti Laurentij ſuę ann. xc.va.. quam ab abuſu appellantis, quarum fructus idem Archiepiſcopus faiſiri & leuari in vim cuiuſdam conſtitutionis ſynodalis per eum factæ fecerat. Et idem Arreſtum in plena audientia pronunciaui, & condemnatus extitit in centum libris erga regem, & in quinquaginta erga dictum Maignam, Latum die xix.Iulij,Anno 1524.& opi. Gulielm. de Cug. ſequutus fuit Flo.de ſanct.Petr.in l.venditor. & ibi Fulgo.ff.de iudi. & Flo. in l. fi.ff. de noxa.act.quos refert & ſequitur Ange.Aret.in rub.de excep. ver. aduertas tamen ſecundum Gulielm.de Cug.& dixi in §. iiij. de iuriſd. omn. iud.libr. conſuet.Bituri. & hæc concluſio confirmatur per extrauag. Sixti iiij.incip.ad vniuerſalis eccleſiæ. §. prætereà quia aliquæ tit.de treug.& pac.& iſta communis opinio probatur ſecundum Feli.in c.ſi clericus. per illum text.& in d.c.cum ſit generale.verſ.vlt hæc omnia. de foro compet. † Sed in connexis, & ex realitate 24
dependentibus,dicit Gulielm.de Cug. in d.authẽ. clericus.Epiſcopos de illis poſſe cognoſcere: vt ſi agatur hypothecaria cõtra clericum, qui obligauit omnia bona ſua, & ſic agitur pro re conſequenti ſiue dependenti,quòd hæc quæſtio coram Epiſcopo ventillari debet,cum perſona dicatur principalis,& hypothecaria acceſſoria: & acceſſorium regulatur ſecundum principale,l.cum principale. ff. de reg.iur.& in regula acceſſorium.& quæ ibi dixi poſt Dia. in addi. cod. titu. lib. vj.& hoc ne apud diuerſos iudices pro vna re litigetur. aliàs eſſet inconueniens.l.j.& ij.ff.de quib. rebus ad eum iudicatur.& ita aliàs fuit dictum pro Epiſcopo Pariſiẽ. qui cognoſcere poſſet de petitione arreragiorum, vt in arreſtis §.xlix.& idem Abb.in d.c.qualiter.per tex.in d.c.ſi. de iudi. & idem Gallus in quæſt. 50. quando clericus ex promiſſione tenetur, licet deſcendat ex reali,tamen in caſu ſuo nihil tunc fuit dictum.Sed contrarium fuit etiam aliàs dictũ, prout continetur in dictis arreſtis.§.xxj.& in d.quæſt. l.vbi Gallus refert latum fuiſſe arreſtum contra Abbatem ſancti Vincentij,qui ob hoc quòd de ſimili cauſa cognouerat, fuit in emendam xl.libr. arum Pariſien.condemnatus.& idem dicitur in §.cxxxix. in fi.&idem refert Aufr.ſeruari hypothecaria, quod ad iudices ſeculares ſpectet illius cognitio, vt in

Deciſio.capellæ Tho.116.& ibi idem dicit,ſi de ſigno clerici in ſchedula poſito vel de ſigillo Epiſcopi recognoſcendo, vel ſi ſub ſigillo Regio fuerint adſtricti, vel de reddēda ratione adminiſtrationis per clericum geſtæ agatur:& idem dicit in dict clementi.j.in ij.regula Fallen. iiij. & xviij. cum duabus ſeq.& idem Maſuer. in ſua praxi,titul.de iudi. verſi.item ſciendum eſt,quod clericus.& idem habetur in §.inj.titul.de arre.& idem dicit Offred.de arreragiis,quando medium concludendi eſt reale & non perſonale,vt ibi vide per eum. quia in connexis idem eſt iudicium, vt volunt Bald. Albe.& Ang.in l.etiam.§.j.ff de minor. licet per magnum conſilium fuerit euocatum certum areſtum contra Epiſcopum Agennen. per curiam in fauorem ſyndici eccleſiæ & procuratoris Regis ſecum adiuncti latum ratione obligationis hypothecæ & ſigilli Regij, & per conſilium dictum, noſtro non obſtante areſto,ipſum Epiſcopum non teneri reſpondere,cum expenſarum condemnatione: quod facere ex defectu poteſtatis non potuerunt, vt dicā
25 infrà quæſt.† Tamē prædicta videntur fore intelligenda,ſecundum Docto.in d.c.fin.ſuper glo.ſecūda inſuper Feli.verſi.tertia concluſio.de iudi. quādo continentia cauſæ diuidi non debet:ſecus ſi poteſt diuidi,vt quia actor,& reus ſunt diuerſi fori: & hoc per text.quem faciunt ſingula etiam legiſtæ in l.nulli.C.de iudiciis.quia vt aiunt Abb. & Felin.ſi per vnum vna actio intentaretur,& per alium alia, & qui conuentur habet pro ſe regulam, vt actor ſequatur forum rei,cum ſit generale. de foro cōp. & l.ij.C. eod. titu.tunc debet remitti ad ſuum iudicem, vt latè dixi infrà quæſtion. cxiiij.inchoan. Florentinus.Secus ſi talis habens talem exceptionem,vtranque intentauerit,quia prius egit vna,ſe-
26 cundò alia:tunc coram eodem experiri debent. † Vnde ſi clericus intentauerit poſſeſſorium pro aliquo fundo, & poſtea victus velit petitorium intentare,tunc coram eodem intentare debet, c.clericus.& ibi Doct.de foro compe.& Bal.conſi.xiiij. verſi.ij.principaliter.volu.j.& pro ſupradicta Deciſio.facit quod dicit Bald.in d.l.venditor. quem ibi ſequitur Raph. Fulgoſius, & Iaco. de ſancto
27 Georg.† quod clericus venditor tenetur ſequi forum emptoris, hoc eſt ſui iudicis ſecularis, & non eccleſiaſtici, quia eſt tanquam merus, & neceſſarius defenſor emptoris.& idem tenuit ibi Alberic.de Roſa.& Petrus de Anchara. in regula, ea quæ à iudice.quæſtio.xvij.de regul. iuris libro ſexto.& in capitulo fina.de emptione & venditione, in tertio notabili. & ſingula. Philippus Corneus conſil.lxxix.inchoan.in hac conſultatione ſunt diſcutienda plura,columna tertia in litera P, verſiculo,reſtat videre ad ſeptimum, volumine quarto.& Albericus de Roſ. in l.ſecundum, columna tertia, verſicul.ſed quid ſi aliquis. C. vbi in rem actio. & Bald.in l.prima,eodem titulo,& in l.emptor.C.de euictio.& Abbas Siculus in dicto capitulo finali. & idem Auſre. in dicta clemētina,paſtoralis. in ij. regula in quinta fallentia. vbi dicit ita ſeruari de conſuetudine in præſenti regno. & in hanc inclinat ſententiam Angelus in leg.non ſolum.§.quod
28 vulgò.ff.de vſucapio.† quod ſi iudicium poteſt intentari contra emptorem,tunc clericus poteſt cogi proſequi,& defendere ipſum coram iudice laico.dicta l.venditor. Aliàs vbi iudicium reale non poteſt fundari,quia reus eſt colonus clerici, cuius
29 nomine colonus poſſidet,tunc non. † Et ita dicit fuiſſe determinatum, & Ioannes de Imol. ibi cum ſequitur:licet Ang.in dict.l.venditor.quē ſequitur Paulus de Caſtro teneat contrarium, quod debeat remitti clericus coram ſuo iudice,ſequens Speculator.in titulo,de primo & ſecundo decreto §. reſtat. verſiculo. quid ſi dominus. cum verſiculo ſequenti & idem Socinus conſil. xcj. columna octaua,verſiculo, confirmatur ſeptima,volumine ter-
tio.† Sed Albericus de Roſa.ibi dicit,& in dicto §. 30
quod vulgò illam quæſtionem de qua Ange.ibi loquitur, fuiſſe Parmæ pro Epiſcopo eiuſdem, qui cauſam ſuorum inquilinorum ſuſceperat, agitatam,& dictum ipſum coram iudice ſeculari teneri defendere.Et idem dicit in eccleſia quæ rem laico vendidit:& idem ſingulariter Lancelotus Decius in dicta l.venditor. dicens hanc eſſe communem opinionem,reſpondens ad allegata per Paulum de Caſtro,vt ibi vide poſt Florentinum de ſancto Petro.Et idem Gulielmus Benedictus in repetitione capituli,Rainutius,folio xcj.columna tertia, verſiculo ſimiliter cognoſcunt iudices ſeculares.vbi eū vide ad omnes caſus prædictos à folio lxxxj. vſque
ad folium xcvij.incluſiue. † Sed quod clericus re- 31
mitti debeat coram iudice, tenuit Ioann. Fab.in dicta l.prima.ff.vbi in rem actio.& in dicto §. fina. columna ſecunda,verſiculo quid ſi clericus.& verſiculo quid ſi neceſſario.de ſatiſda.& Collect.in capitulo nullus, verſiculo, ſed nunquid clericus.de foro competen.& Antonius de Butrio poſt Ioann. Andream in capitulo,quoniam frequēter. §. quod ſi ſuper.columna quinta,in fin.verſiculo, quid ſi in foro ſeculari.vt lite non conteſt. & Angelus Aretinus in dicta rubrica.& Cæpol. columna xv. cum ſequenti,verſiculo ex iis Baldus in dict l.prima,&c. & hoc intelligunt verum quando iudicium non erat cum emptore clerici cœptum, neque conteſtatum:& aliàs ſecus.argumen.l. fin.in fin.C.vbi in rē actio.& omnes pro illa parte allegant gloſſam in capitulo,clericum nullus.&ibi Cardinales Alexād. xj.quæſtione prima.Sed bene intellecta vult contrarium per Abbatem Siculum & Doctores ſuprà
allegat. † Quid dicendum, ſi clericus efficitur hæ- 32
res laici iam conuenti coram ſeculari iudice? Et Bald.conſilio ccvij.in principali verſiculo ſecūdo, volumine primo,tenet quod tenetur ibi proſequi: & idem Ioan de Imola.in l.ſi eum hominem.ff. de fideiuſſoribus. & Barbat.in dicto conſilio primo, columna xviij.verſiculo,& adduco ſimile.volumine tertio,& Auſrer.in dicta clementina paſtoralis, in ſecunda regula,& ſexta fallentia.† Quamuis Bal. 33
in l.prima. C.ſi pendente appellatione mors inter. teneat contrarium. Angelus in l.tam ex contractibus.ff.de iudic.& Bald.in capitulo in præſentia. ff. de probatio.& Antonius & Abb.Siculus, & Felin. in capitulo quia,de iudi.& Ioannes Andreas in regula,qui in ius.de regul.iuris,libro ſexto.† Sed pri- 34
mum tenet Barb in dicto capitulo quia per dictas rationes,& Pau.de Caſt.in l.hæres abſens. ff.de iudic.& in l.ſi conſtante.§. final. ff.ſoluto matrimonio.& ibi Modern.† Sed quid tenendum in prædi- 35
ctis caſibus?& prima opinio quo ad realitatem, & ex ea dependentia eſt de iure communior, & verior,ac tutior: quia periculoſum eſſet in his loqui contra eccleſiaſticas perſo. & bona eorum: eſt ratio,quæ pro religione facit l.ſunt perſonæ.ff.de religioſis & ſumptibus funerum. † Tamen ſecunda 36
opinio de facto in hoc regno ſeruatur: ſed quo iure,vt inquit Auſr.in dicta quæſtione, cxxvj.defendi debeat talis ſtylus, non video. Sed iſtos inter alios caſus deſcriptos in ſtylo allegato exorbitantes

à iuris

iuris communis diſpoſitione tolerari oportet: ſed quo ad euictionem ſeu garentigium, & ad inſtantiam per hæredem clericum ſuſpiciendam, non videtur dubium, vt dictum eſt.

SEQVITVR TENOR CONSTITVTIONIS PAPAE Leonis decimi.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Romanam decet Pontificē prouidere, vt hi, qui clericalem decorem ſuis flagitiis deturpare non verentur clericali priuilegio minus perfruātur: ne quod in fauorem bonorum inductum eſt, improbis licentiam ſubminiſtret, ipſiſque in protectionem in eorum exceſſibus tribuatur. Sanè chariſſimus in Chriſto filius noſter Franciſcus Frācorum Rex Chriſtianiſſimus nobis nuper exponi fecit, quod licet ipſe zelo iuſtitiæ fernēs improbos homines, vt eius regno, & dominiis eiicere, & illorum exceſſus punire, ac ſuper omnia in eiſdem regno & dominiis iuſtitiā vigere ſummo anhelet deſiderio: qui planè nonnulli clerici, nec in habitu & tonſura clericalibus decentibus incedentes, ſed potius ab omnibus pro meris laicis habiti, & reputati, à quorum oculis Dei timor & mundanus honor receſſit, de eccleſiaſtica diſciplina clementia nimium confidentes, exceſſus & delicta quotidie perpetrare non verentur, qui licet dictam tonſuram habeant, tamen re vera actibus & operibus vitam ducunt laicalem, vt præfertur, & in ſuis apprehenſi delictis, ſe priuilegio clericali defendere, & iuſtitiam ſecularem illudere conantur: huiuſmodi ſuum deſiderium adimplere non poteſt, ex quo improborum delicta remanent impunita clericorum ſtatus decolorantur, ipſáque iuſtitia non mediocriter impeditur: Quare præfatus Rex nobis humiliter ſupplicari fecit, vt pro regni & dominiorum ſuorū huiuſmodi quiete, & ſtatu tranquillo ſuper his ita opportunè prouidere, vt exceſſus huiuſmodi non immerito fræno iuſtitiæ coerceantur, & comprimantur, de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur conſiderantes, quod clerici per decentiam habitus extrinſeci, eorum intrinſecam honeſtatem oſtendere debent, non indignum arbitrātes viam quam ſibi huiuſmodi homines ad impune delinquendum per idem priuilegium ſub ſpe eccleſiaſtica diſciplina clementia quæſierunt, opportunis remediis amputare: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, authoritate apoſtolica tenore præſentiū ſtatuimus, & ordinamus quod deinceps perpetuis futuris temporibus huiuſmodi clerici in regno & dominiis prædictis delinquentes, ſi tempore perpetrati eorum delicti, & per quatuor menſes ante habitu & tonſura clericalibus non inceſſerint: poſtquam tamen præſentes in metropolitanis, & cathredalibus regni & dominiorū prædictorū eccleſiis, iuxta ordinationem infraſcriptam fuerint publicatæ, per iudicem ſecularem libere & licite capi, inquiri, diſtringi diſtrictu, ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis: ex ipſo inhibentes locorum ordinariis, & aliis quibuſcunque eccleſiaſticis, ne contra ſtatutum & ordinationem huiuſmodi quoniſmodo directe, vel indirecte venire præſumant, ac decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquā quauis authoritate ſcienter cōtigerit attētari. Ne quiſpiam de præmiſſis ignorantiam valeat allegare volumus, ac præfatis ordinariis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub ſimili pœna ſuſpenſionis à diuinis ex ipſo diſtricte præcipiendo mandamus, vt ſingulis annis præſentes literas, ſeu earum tranſumptum authenticum primis tribus diebus dominicis quadrageſimæ ſucceſſiuè in eorum eccleſiis, dum maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit, pro trina monitione publicare teneantur, ac clericos debitè monere, vt tonſuram & habitum decentes deferre debeant, ac publicationem cum huiuſmodi monitione loco trinæ monitionis à iure requiſita ſuccedere, vimque ſpecialis trinæ monitionis cuilibet ex dictis clericis poteſtate, ad hoc vt contrauenientes puniri poſſint, habere decernimus: quodque quoſcunque poſt dictos quatuor menſes duntaxat à die primæ publicationis, vt præfertur faciendæ, computandos, ligare incipiāt. Locorum verò metropolitanis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub ſimili ſuſpenſionis à diuinis pœna in eo ipſo incurrenda, committimus & mandamus, vt ſi ſuffraganeos ſuos, vel eorum aliquem in præmiſſis negligentes fore repererint, quilibet eorum in prouincia ſua præfatorum ſuffraganeorum negligentiam ſupplendo, omnia & ſingula præmiſſa debita executioni demandare procurent: contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac felicis recordationis Bonifacij Pap. viij. prædeceſſoris noſtri, de vna & duabus dietis in concilio generali edita, ac alijs Apoſtolicis, nec non in prouincialibus, & ſynodalibus conciliijs, & dictis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, à quibuſlibet priuilegijs indultis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialib. quorumcūque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, de quib. quaruncunque totis tenoribus, & de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ quo ad hoc nolumus cuiquam aliquatenus ſuffragari, caterisque contrarijs quibuſcunque. Per hoc autem eidem priuilegio quo

ad alios qui veri eccleſiaſtici fuerint, & ipſam nullitiam proſequẽtur, non intendimus in aliquo derogare. Et quia difficile foret eaſdem præſentes literas ad ſingula quæque loca in quib. opus fuerit deferre, volumus, & dicta authoritate decernimus, illarum tranſumptis manu notarij publici inde rogati ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati, ſeu perſonæ eccleſiaſticæ in dignitate conſtitutæ munitis, vel curiæ eccleſiaſticæ, ea prorſus in iudicio, & extra, ac alias vbilibet fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eiſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, inhibitionis, commiſſionis, mandati, intẽtionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum huiuſce nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, M.D.VI.X. Calẽdas Octobris Pontificatus noſtri Anno 4.

SVMMÆ.

1 *Prouiſio per deuolutionem poſt electionem intra terminum requiſitum facta, an valeat.*
2 *Deuolutione ſibi facta conſtare debet ſuperiori, vt poſſit prouidere.*
3 *Factum contrarium interdictum, & ordinem eccleſiæ ratum non poteſt haberi.*
4 *Electione non rite celebrata quando ſint inox delatæ, & quando non.*
5 *Prouiſio per deuolutionem inualidam facta, an per aliam deuolutionem conualidetur.*
6 *Collatio facta iure deuoluto ante tempus, non iure ordinario, an valeat.*
7 *Ordinary collatio quando non valeat.*
8 *Beneficij collatio nulla conualidatur tractu temporis.*

Quæſtio LXX.

Quæritur an prouiſio iure deuoluto per Papam aut aliũ ſuperiorem facta poſt electionem, intra tamẽ trimeſtre à iure eligendi debentibus conceſſum, valeat. Et an conualidetur per aliam deuolutionem ſuperuenientem, & ſi non conualidetur, quid ſequatur.

DECISIO LXX.

ET † videtur quòd ſic: quia per talem prouiſionem ſic poſt electionẽ factam non fuerũt eligẽtes in aliquo eorum iure & poteſtate eligendi priuati. Vnde ſi peccauerunt in forma vel materia, deuoluitur poteſtas in cathedralibus ad Papam, & in aliis ſuperioribus dignitatibus, vel etiam in caſu negligentiæ ad proximum ſuperiorem, capit. quanquam, de electione, libro ſexto, vbi notatur per Baldum, ibidem Abbas Siculus & Doctores in capit. ne pro defectu, libro ſexto, de electione, & Mandago. in tractatu ſuo, eodem titulo. capitulo primo, & ibi dixi in additione: & ſic functi ſunt eorum poteſtate eligendi. † Præterea, vbi poteſtas per prius competit vni quàm alteri, ita quòd in certis caſibus de vno deuoluitur ad reliquum, ad hoc vt ſuperior poſſit ſua vti poteſtate, oportet conſtare actum deuolutionis eſſe, cap. ſciſcitatus. in verbo, conſtituerit. de reſcriptis. & capitu. ſi contra vnum de officio delegati. Sed hic apparet de iure deuolutionis, ſcilicet de electione iam facta. igitur eligentes ſi ſuo iure defraudentur, omnino priuabuntur prouiſionis iure. & ita tenet Petrus de Ancharano, conſilio trecenteſimo nonageſimo nono, etiam non obſtante ſacro Baſilienſi concilio, in titulo, de reſeruat. hoc prohibente, vt ibi per eum. & idem in beneficiis collatiuis, vt tenet Abbas Siculus in capit. cum ex officiis. de præſcriptio. vt infrà dicam, & in quęſtione ſua quinta, incipiente Augerio, columna vigeſima quinta. verſiculo circa ſecundum. † In contrarium videtur, quòd non poſſit ſolus pontifex, niſi trimeſtri, vel ſemeſtri elapſo, vt ſingul. in terminis tenet Ludouic. Roma. conſ. cccclxxxviij. inchoante, Dubitatur primò vtrum electio. colum. iij. verſicul. ij. quæritur. & conſilio cccxcix. exordiente, in præmiſſa conſultatione, qua quæritur. & hoc per textum in capitul. videre. xxxv. quæſtione vj. dum textus dicit, quòd contra interdictum & ordinem eccleſiæ factum eſt, ratum non haberi tam diuinæ quàm humanæ legis proclamat authoritas. & ita tenui in additione ad Mandag. in dicto tractatu de electio. capitul. iij. in verb. prædictorum. Sed de iure communi, & per ſacrum Baſilien. concilium, hoc eſt (vt dictum eſt) prohibitum, in capit. j. & ij. de elect. in pragma. ergo alias facta prouiſio nõ tenet. † Nec obſtare videtur, quòd poſt electionem factam eligentes finiti ſunt poteſtatem eorum: quia intelligitur ſi peccauerint in materia eligendo ſcienter indignum, tunc ſtatim deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem. cap. cum in cũctis. §. fina. de elect. ſed in forma peccauerint, tunc ſecus, quia veniunt priuandi. Quare ſecundum concilium Baſilien. peccantes in forma ab ipſo tradita ſunt ea vice priuati. d. cap. j. §. quod ſi prædicta non fuerint. & ibi gloſſa. in verb. ipſo iure. & in ver. priuati. aut ſi electus tenuerit conſentire electioni de ſe factæ, cap. cum inter canonicos. de election. & cap. quam ſit, eodem titul. libro vj. aut etiam poſt conſenſum renuntiauerit iuri ſuo, capit. inter corporalia. & cap. vltimo de renuntiat. vel etiam ſi electio propter occultum electi vitium irritetur, tunc eligere, aut poſtulare debentes poterũt iterato poſtulare, vel eligere capit. cum Vintonenſis. & ibi Docto. de elect. & capit. de electio. eodem libro vj & tenet Mandago. in dicto tractatu capit. ij. cum aliis ibi per nos allegatis. Ergo interim pendente trimeſtri videtur Papam, aut alium ſuperiorem non poſſe prouidere: & latius per Ludo. Roma. in conſil. ſuprà allegato. & dixi ſuprà in quæſtione incipient. beneficia electiua. column. iij. verſicul. ſed ego ſemper tenui. † Nec talis prouiſio tractu temporis conualidari poteſt per deuolutionem ſecundum Card. de Zaba. conſil. ciiij. cum ſequentib. inchoan. A, B, clerici. quem refert & ſequitur Felin. in dicto cap. cum ex officij. column. antepenul. ver. noua & vltima concluſio. de præſcrip. & idem de Zaba. in clemen. j. §. ſecus. column. iij. verſic. ſiciunt hæc ad quæſtionem. de conceſ. præb. & latius in cap. dilectus in ij. in x. quæſtione de præben. vbi inſerit dictum conſil. A, B, & idem tenet Oldra. conſi. cxxxvj. & aliquid cõſil. xcvj. verſi. ad quartum. cum ſequen. † Licet Abb. Sicul.

1 2 3 4 5 6

Sicul.in dicto ca.cum ex officiis.velit contrarium: & Ioannes de Selua in tractatu ſuo de benefic. quæſt.ſed Coſma Guymier in ſua gloſſ. in cap. j.§. ad tollendum.de electio.in verb.procedatur.in fi. auſus non fuit figere pedem. Et idem Abbas Sicul. in dict.q.Augerio.niſi quando iure deuoluto ante tempus fuit facta collatio,& non iure ordinario,vt ibi column.xxv.verſic.aut patronus erat abſens. † Sed primũ videtur verius, quod in curiis ſupremis ſeruatur:& ita concluſum fuit in curia in cauſa Abbatiali,& Benedictione Dei, Aliàs de Niſortio pro magiſtro Ioanne Beraldi contra Deniſiam de Montpeſac:& pariter in alia cauſa cuiuſdam nomine Cartimentiam actoris conquerentis ex vna, & Ioannis Dulcis,& Ioan.à terreni ex altera,occaſione prioratus Mauſi Agennenſis:& etiam in cauſa domini Gabrielis de Grandimonte Cardinalis actoris in eius fauorem, contra de ſancto Vitali reum. Et latum fuit arreſtum xxix.Aprilis Ann.Domini 1520.ſuprà mille. In quo agebatur de præbẽda eccleſiæ Aduren.mandatario affecta, dato executore:quib.inſinuatis nõ obſtantib.ordinarius illã per renuntiationem alij & non mandatario contulit:contra text. in cap.fina. de renuntiatione, libro vj.& capit. dudum. de præben.eodem libro: & ſic nullo modo valuit ordinarij collatio; c.ſi conceſſione.de præben.libro vj.poſt cuius ordinarij collationem dictus actor illam impetrauit Romæ decem & ſeptem menſibus lapſis, & pendente proceſſu. † Quia collatio beneficij nulla tractu temporis non cõualidatur,vt dictum eſt,quoniam ius ſuperueniens de nouo,dummodo veniat ex cauſa de præterito,etiam poſt litem conteſtatam prodeſt agenti ad victoriam in eadem inſtantia, vt voluit Bald.conſil.xlj.colum.ij.verſi.nec nemini dubium eſt.volum.j.per l.ſi rem.§.fin.& ibi Barto. ff.de pignor.actione.& l.ſi mandauero tibi vt à Titio. ff. manda.& l. ſi in diem. ff. de petitione hæreditatis. de quo per Bartolum,Baldum,Angelum, & plene Iacobum de ſancto Georg. in leg.non poteſt.ff.de iudicat.& Angel. de Aret. in inſtitut. de actio. in principio ante finem. cum aliis per Iaſonem ibi allegatis columna vltima. Ideo dicitur, litigando creſcit ius,vt per gloſſam & Doctores in capitulo Abbate ſanè. de re iudica. libro ſexto. & latius dixi ſuprà quæſtione incipien. duo litigabant.

SVMMÆ.

1 *Electio à monachis facta circa ſolennitatem concilij Baſilienſis an valeat.*
2 *Concilium Baſilienſe circa electiones Epiſcoporum & Abbatum,quomodo intelligendum.*
3 *Poteſtas eligendi reſidet in obſeruantibus formas concilij,& non in peccantibus.*

Quæſtio LXXI.

Alia ex prædicto proceſſu quæſtio fuit orta, an ca.quorundam.de electio.lib.vj. & clemen. quod circa.eodem titulo,habeat locum in electione facta per monachos, & religioſos non mendicantes à minore parte numero, de facto & non fictione iuris, non obſtante Baſilien. concilio nouiter diſponente & indiſtinctè loquente, non ſolum de electione Epiſcoporum, & ſuperiorum, ſed etiam de electione Abbatum.

DECISIO LXXI.

1 ATtendit videtur primò quòd ſic, vt voluit Oldrad.conſi.ccliij. inchoan.quæſtio eſt. Et hoc per quinq; rationes quas ibi cauſa breuitatis vide. † In 2
cõtrariũ quòd nõ, quia dictum ſacrum cõcilium vult &ordinat ſolẽnitates,& formas per ipſũ ordinatas obſeruari debere,non tantum in electione Epiſcoporum,ſed etiam Abbatum,cap.j §. & cum hi monæ. ibi,hi ad quos Pontificis, vel Abbatis ſpectat electio.& ibi gl.in ver.Abbatis.& in §.ad locum. ibi, pro quocunque prælato.& ibi glo.in verbis prælato.& ſentit glo.in §.quod ſi prædicta non fuerint. in verbo priuati.& glo.in §.deinde eligant.in ver. virũ & in verbo ſcientia.vbi glo. in verbo prælati. quod ſi omnes peccauerint in forma per concilũ Baſilien.addita,ſit deuolutio ad proximum ſuperiorem in inferioribus dignitatibus, & in cathedralibus ad Papam, vt ſuprà in prima quæſtione dictum eſt.Si verò dicti canonici peccauerint tantum,tunc poteſtas deuoluitur ad non peccantes, c. cum Vintronenſis.de elect.cum notatis in cap.quãquàm.eod.titul.libr. vj. † Et circa hanc partem 3
multi ex dominis, & ego multum dubitauimus, quia licet Ciſtercienſes, & Præmoſtratenſes, ex priuilegio confirment ſine aliqua præcedente examinatione. electiones conuentuum ſiue monaſteriorũ,ſubditorũ vt volũt Innoc.Zabar.& Doct. in ca.venerabilem.de electio.tamen glo.in d. ca.§. comparentibus autem aliquibus vel non. in verb. circunſtantiæ.vult expreſſe confirmatorem etiam ex officio ſe inquirere debere,&informare de pluribus circunſtantiis,& in fine dicit etiam de iis quę habentur in dict.ij. & cap. quorundam. & cap.ex eod.titu.libr. vj. ergo dictum cap. quorundam. & cle.quo circa habebunt locum in iſtis religioſis, & monachis,poſtquàm confirmatur ſe informare debet de numero eligentium, ſi à maiori numero de facto reſpectu totius non fictione iuris facta fuerit electio:quamuis de hoc per proceſſum electionis apparere poſſit. Nec obſtare videtur ſacrũ Baſiliẽ. cõciliũ & gl.in ver.prælati.quoniã intelligi debẽt, quòd poteſtas eligendi reſidet in obſeruantibus,& 11
non peccantibus in altera trium formarum per ipſum concilium adhibitarum. Secus ſi illis obſeruatis facta extiterit electio à minori numero reſpectu totius,non per remotionem,aut priuationẽ fictione iuris. Et ita fuit concluſum in dicto proceſſu,& latum arreſtum die vij.Septembr.

SVMMÆ.

1 *Concubinas clericorum, an ab eorum domibus ſecularis iudex expellat,& puniat,& numer.3.4.& 7.*
2 *Parochianus non poteſt contra presbyterum ſuum agere,actione famoſa.*
5 *Papa concubinam quis poteſt de adulterio accuſare,ſed non Papam ipſum.*
6 *Sacrilegium committit concubina conſtituta in ſacris.*

Quæſtio LXXII.

Quæſtio fuit in curia mota,an iudex ſecularis poſſet concubinas clericorum à domib. eorum expellere,ac eis a eadem mulieribus inhibere ſub pœna fuſtium, inde amplius a cum presbyteris & clericis non conuerſando.

DECISIO LXXII.

PRIMA † facie videtur q̃ non, per textum cum gloſſ. magiſtrali in capitul. eos. in verb. indulgemus. xxxij. diſtinctio. volẽtem concubinam clerici debere per Epiſcopum puniri: & ſi nõ valeat eam punire, tradere eã iudici ſeculari, & ibi ſequũtur Archid. & Dominic. Cardinalis Alexan. & Antonius de But. Abbas Sicul. & Franciſc. de Aret. in cap. cum ſit generale. de foro competen. & Abb. in c. ſi concubinæ. de ſenten. excommu. & Iaſ. in l. cum quadam. verſicul. ſecundò limita. ff. de iuriſ. omniũ iudicum. & gloſſ. pragmat. ſanctio. in titul. de concubi. §. & cum omne fornicationis crimen. in verb. pertinet. per text. ibi, ipſas autem concubinas, aut ſuſpectas prælati omnibus modis curent. & idẽ hodie eſt per Concordata titu. de concubinis. §. ipſas autem concubinas. † Tamen contrarium tenet gl. j. in c. clericum cuiuſlibet. xj. quæſtio. j. vnde ſuper hoc Ancha. conſi. cxcvj. incip. magnifice & illuſtris princeps, & c. poſt augmentationẽ ad vtrãque partem factam, diſtinguit inter fornicationem occultam, & notoriam. Primo caſu tenet, quòd non poſſint. Secundo verò caſu ſic, & idẽ in regula, ea quæ. q. xxiiij. libr. vj. & ſequitur Barb. in cap. per tuas. ver. Petrus de Anch. de proba. vt erat in caſu præſenti, quia rector ſancti Symeonis ciuitatis Burdegalę detinebat quandã vxoratã contra eius mariti volũtatem, qui cum vicinis conquerebatur: & vicini dicebãt propter malum ipſius exemplum fore ſcandaliſatos, & erat pluſquam notarium, tam per ſententiam, quàm rei euidentiam. Vnde magis debebat puniri, quàm alij ſimplices fornicatores, c. præter hæ. xxxij. diſtin. in c. veſtras. de cohabitatio. cleri. & mulie. & per Abb. in c. ſicut. eod. titul. & Ant. Corſet. in ſuo ſingulari. in verb. fornicatio. & gloſſ. pragma. ſanct. titul. de excomm. non vit. in verbo, ſuſpenſionis, volens parochianos laicos poſſe accuſare presbyterum, ſeu rectorem eorum de concubinatu, ac etiam ſecundum Doct. in ca. ex parte. de reſtitu. ſpolia. libellum in quo clericus petit cõcubinam eſſe dentibus lacerandam. & idem dicit Barbat. conſil. xxxviij. verſi. & pro certo iſta tranſactio. vol. ij. tamẽ ſecundum Bal. in c. Imperiali. §. fin. de prohibita feud. aliena. per Federic. parochianus † non poteſt agere actione furti, vel alia infamante contra presbyterum parochianum, ſicut nec vaſallus contra dominum, vt ibi per eum, & Feli. in c. cæterum. ver. ij. not. de iudic. † Et ſic poteſt ſecũdum Pet. de Anch. in ca. conſi. cxcvj. ſaluari opinio pro vtraque parte adducta: vt ibi per eum. & idem repetit in dict. regula, ea quæ ſiunt. in xxiiij. quæſt. de regul. iur. libr. vj. dicens illud feciſſe conſilium ad petitionem principis Caroli de Malateſtis, & ipſum ſequitur Matth. de Afflict. & conſtit. Neapol. titul. de adult. nu. ix. & Ioann. de Anania in rubric. de adult. & Feli. in d. c. ſi concubinæ, dicens gl. d. c. eos. eſſe per conſi. Pet. de Anch. limitandam: & idem dicit in d. c. cum ſit generale. ver. de concubina clerici. Quamuis Feli. in c. eccleſia ſanct. Mariæ. verſi. xvj. quæro. de conſtitutio. multum dubitet de opinione Petri, plura contra ipſum adducẽs, vt ibi. Tamen ſecundum opinionem Petri inſtantib. parochianis factæ fuerunt inhibitiones concubinę de non conuerſando, & moram trahendo cum dicto rectore. Et pro hac detiſione facit ſecundum Feli. illa diſputatio Pilei doctoris antiqui, † determinãtis quem poſſe accuſare mulierem, quæ adulterium commiſit cum Papa, licet Papa accuſari non poſſit, arg. l. adulter. ff. de adul. & in hanc partẽ videtur inclinare Aufr. in repe. clemẽ. j. de off. ordin. in ij. reg. & fallen. xxxiij. ver. extẽde huiuſmodi primam &c. † dicens, quod concubina clerici in ſacris conſtituti committit ſacrilegij crimen, ca. qui Chriſto. &c. virginib. xxvij. quæſtion. j. quod eſt commune crimẽ, d. c. cum ſit generale. † Vnde iudex ſecularis in præſenti Franciæ regno illorum recipiet cognitionem, & illas puniet, licet etiam poſſint per iudicem eccleſiaſticum puniri: & opinio Pet. de Ancha. maximam continet æquitatem. Vide quæ dicit Aufr. quæſt. Thol. cccexlviij. An licitũ ſit Epiſcopo, monachis, aut clericis tenere concubinas: & ſic etiam pluries fuit per curiam ordinatum, & præcipuè cõtra Abbatem fontis Gulielmi ordinis Ciſtercienſis, Bazaten. diœceſis, qui detinebat vxorem cuiuſdam pauperis, & ei Abbati fuerat ei inhibitum de amplius cum ea non conuerſando ſub pœna: qui tamen contrarium fecit, & fuit inſtante marito & procuratore Regio in emendam condemnatus. Et ſimilis etiã fuit facta Ioanni de Taleram, d. de Grimault, epiſcopo Tricolenſi de non conuerſando cũ quadã Suſanna de Rozieres, de qua erat notorię diffamatus, ex qua plures habuerat liberos, & hoc ſub certa pœna in areſto contenta, lato die xiij. Auguſti, Anno 1521.

SVMMÆ.

1 *Sententia pro parte acceptata, an pro illa poſſit executioni mãdari, licet pro alia ſit appellatum. & num. 2. & 3.*

4 *Coniunctli & ſuperati articuli qui dicantur.*

5 *Appellatio interpoſita ab vno articulo non deuoluit alios niſi clauſulam expenſarum, & niſi ſint connexi. & nu. 6.*

7 *Appellatus an ſe iuuare poſſit appellatione appellantis. & num. 8.*

9 *Appellatio vnius cauſa in quibus caſibus impediat proceſſuram alterius.*

Quæſtio LXXIII.

Sæpè dubitatum fuit, an ſententia pro aliquo in parte, & pro parte contra ipſum lata, à qua ſolus appellauit inquantum cõtra ſe faciebat, & in quantum pro ſe illam acceptauit, eſſet pro illa parte, vel tota, ſeu in totum per ipſam appellationem ſuſpenſa, ita quod non poſſit pro alia parte acceptata executioni demandari. Quia ſi vterque tam reus, quam actor appellaſſent, non eſſet dubium quin tota ſuſpenſa fuiſſet, ſed quando vnus tantum appellauit, eſt dubium.

DECISIO LXXIII.

VIDETVR † quod pro parte ſit tantum ſuſpenſa, vt tenet Cin. in l. j. C. de aduo. diuerſ. iudi. volens, quòd licet per appellationem ſententia ſuſpendatur, l. j. in fi. ff. ad Turpillianum. & c. venientes. de iureiur. & ſi pro parte ab initio non poteſt valere, & pro parte valere, tamen ſecundũ Cin. ex poſt facto poteſt pro parte valere, argumen. eius quod dicitur de teſtamento. l. circa. ff. de

ff.de inoffi. teſta.& per conſequens poterit pro alia
2 parte aſſequi.† In contrariũ videtur text.& ibi Bal.
& Salic.in l.ampliorẽ in princ.C. de appel. & pen-
dente appellatione nihil fit innouandum,ff.nil no-
uari appel. penden. per totum. Quid dicendum?
3 † Et videtur pro ſolutione huius quęſtionis eſſe di-
ſtinguendũ,aut libellus plures cõtinet articulos,ſeu
plura capitula diuerſa & ſeparata,aut vnum factum
ſeu capitulũ,ſeu plura,tamen cõiuncta & connexa:
quia illa capitula ſunt ſeparata,iuxta text in d.l.am-
pliorem.quæ in hoc dat ſingularem doctrinam ſe-
cundùm Bal. ibi, quæ diuerſitate factorum ſeparа-
4 tionem recipiunt.† Et illa dicuntur coniuncta quæ
ex continentia factorũ ſeparationem non recipiũt,
l.j.C.ſi vnus ex plurib appellaue. vbi eſt bonus tex.
cũ aliis per nos alleg.in conſil.ij.in additione. Ideo
vbi ſunt plures articuli ſeparati,tunc ſentẽtia poteſt
eſſe pro parte abſolutoria,& pro parte condemna-
toria.c.Raynald.ibi,ſuper legato abſolui.& Ancha.
& ibi Barba.ver.not.ibi.ſuper legato.de teſta.allе-
gans c.Raynutius.vbi etiam idem tenet:& pro hoc
tex.in l etiã.j §.j.& ibi glo.Bart.Bal.& Alberi.ff.de
minor.& l.quædam mulier.in fi.& ibi Flor.de ſanc-
to Petr.ff.famil.ercif. Vnde is qui ſuper articulo ſe
credit grauatũ,poteſt appellare: & dicta appellatio
ſuper aliis articulis ſuper quib.non fuit interpoſita,
non deuoluit,nec ſuſpendit executionem:vt l.fi. &
ibi Cin.Bal.& Salic. C.quãdo prouoc,nõ eſt neceſ.
Et ita tenẽt Io.Fab.Bal.&Sali.in d.l.ampliorẽ.quia,
vt aiunt,ſeparatorum ſeparata eſt ratio.& nulla eſt
cõiunctio,l.ſi maritus j.C de dona.inter vir.& vxo.
in c.inquiſitioni.de appellatio.& tex.in d.c.Raynal
dus,ibi,à cuius ſententia.& ibi Barba.ver.nota. ibi,
à cuius ſententia.vbi dicitur caſum. & in d.ca.Ray-
nutius.quòd quis poteſt approbare ſententiã reſpe-
ctu articuli facientis pro ſe, & reſpectu articuli fa-
cientis cõtra ſe appellare. Facit quod habetur in c.
ſignificauerunt.de excep.& c.cũ tẽpore.de arbit.&
c.cũ Io.& ibi Abb.Sicul.in fi.& de fide inſtr.& erit
ſecundũ eũ optima practica,vt quis appellet in par
tibus facientib.contra ſe,& in partib.facientib.pro
ſe acceptet ſententiã,& illi acquieſcat: nã tot vidẽ-
tur eſſe ſententiæ,quot ſunt articuli,d.l.etiã.j.§.j. &
gl.in c.ij.de ord.cogn.& in l.eos.j.reſpon.j.verſi.de
iſtis formis.C.de appellat.Et reſpon.j.Barba. in cõ-
ſil.x.ver.ideo dicimus quòd ſentẽtia.vo.j.Et in hoc
caſu vtraque pars poterit appellare,& ſententia va-
lebit,& aſſequi poterit pro parte, pro parte non,l.
in hoc iudicio.ff.famil.erciſcun.c.placet.de conuer.
coniugat.& l.j.& ibi Cin.in vlt.q.& Franc.de Aret.
in iij notabi.C.ſi aduerſus rem iudic.& tenet Abb.
Sicul.in c.veniens.in ij. in prin.quem ſequitur Feli.
de teſtib & ſingulariter Alberi.in d.l.etiã.§.j.verſi.
ſed quid ſi appellatũ eſt.vbi allegat tex.in c.non ſo-
lum.de appella.lib.vj.& Cardina.in rubr.vt lite pẽ-
den. quod in aliis poterit fieri executio ſecundùm
ipſos.& Pau.de Caſtr.conſi.cclxx.inchoan.viſo pũ-
5 cto ſupraſcripto,in dub.volum.antiq.† Et aduerte,
quòd licet appellatio interpoſita ab vno articulo
nõ deuoluat alios articulos, & capitula per ſenten-
tiam deciſa,ſuper quib.non fuit appellatũ:deuoluit
tamen ſecundùm Barba.in d.capi.Raynutius. clau-
ſulam expenſarum, in quibus iudex à quo grauauit,
licet expreſsè ſuper expẽſis non fuerit appellatum,
d.l.ſi.& ibi Salic. quando prouoc. non eſt nec. Ta-
men ſi expenſæ fuiſſent taxatæ, & à taxa nimia ap-
pellatũ,tunc tot ſunt ſententiæ,quot articuli: & te-
netur exprimere,& cruſare,ſeu ſigno Crucis,aut a-
lio ſignare,& in non cruſatis taxa ſuum ſortitur ef-
fectum,iuribus prædictis, ac ordinationibus regiis
ſuper hoc editis,& in ſtylo curiarum Franciæ,& in
patria conſuetudinaria tot ſunt mendæ quot arti-
culi,ſi in ſingulis dicatur bene iudicatum,& taxatũ.
Sed hoc in curia noſtra Burdegalenſi non ſeruatur,
ſed in vna pro omnib.emenda condemnatur.† Sed 6
quando eſt vnum capitulum,vel plura coniuncta &
connexa,qui capitula connexa reputantur vnum &
idem indiuiduum capitulum ratione connexitatis,
tunc ſecus eſt,vt volunt omnes ſuprà allegati : vt ſi
petebam fundum Titianum,vel decẽ,& pars fundi,
vel pecuniæ media adiudicata mihi fuerit,vel in a-
liis exemplis poſitis per gloſſam in d.l.etiam.§.j.per
Doctores in locis ſuprà allega. & ab alia parte fue-
rit reus abſolutus, qui appellauit à dicta ſententia
quatenus contra ſe faciebat : quòd appellatio præ-
fata deuoluit, & ſuſpendit totam ſententiam, quæ
non poterit pro parte à qua appellatum nõ extitit,
executioni demandari:vt volunt Docto.ſuprà alle-
gati,& Bart.conſi. cl. exordien. cùm prædicta exa-
minarẽ.& Iaco.de Ga.& Io.Fab Bald.& Salic.in d.
l.ampliorem,& ibi Alex.in addit.ad Barto.& idem
Bald.in d.l.ſi.quãdo prouo.non eſt ne.verſi.quæro
de tali caſu.& ibi Salic.& Alberic.& in l.j.verſic.itẽ
ſi aliquis velit appellare.eod.titu.volentes ſufficere
appellationẽ vnius, ſcilicet rei vel actoris interpo-
ſitam fuiſſe,nec requiri vtrunque appellare: quia ſi
iudex appellationis viderit reum condemnandum,
in totum condemnabit, vel abſoluet. & idem Bar-
bat.in d.c.Raynutius. † Sic appellatus poteſt ſe iu- 7
uare appellatione appellantis,ſecundùm iſtos,cùm
appellatio ſit communis,dicta l.ampliorem. & te-
nuit Anto.de Butr.in d.c.cùm Ioannes,in vlt. q. &
ibi Abbas Sicul.Ioannes de Imol. & Felin.verſic.in
textu ibi,infirmantes,& domini de Rota.deciſione
cccl viij. † Licet videatur quod non poſſit appella- 8
tus ſe iuuare appellatione appellantis: quia non ap-
pellando acquieuiſſe videtur,& ſententiam ex toto
approbare,c.quod ad conſultationem. de re iudi.&
probat tex.in d.c.Raynutius.& c.Rainaldus. tamen
illa iura narrant ſic de facto contigiſſe, quod fieri
non requirebatur : tamen de ſtylo curiarũ Franciæ
eſt opus vtranque partem appellare: ſiue ſuper vno
capitulo ſeu articulo ſeparato ab aliis,ſiue ſuper v-
no ſolũ,vel coniuncto, appellatũ fuerit per vnũ ex
ipſis tantũ:aliàs nõ reformabitur,niſi in parte à qua
appellatũ fuit,ſi reformari debeat. Et ita in caſibus
prædictis pluries in curia concluſum fuit.Quã con-
cluſ.tenet Ægidius Bellame.conſi.xviij. verſi.cõfir-
mo.incip.ecce quòd facta tenali: ſed non effectuali
executione:† vbi dicit quòd altero de tribus modis 9
fit appellatio vnius cauſæ,quæ impedit proceſſurã,
& executionem alterius. Primò quando cauſa non
eſt ſeparata,ſed eſt articulus primæ cauſæ,cap. cum
appellationibus.& cap.non ſolùm.de appell.lib.vj.
& cap.Romana. §.ſin autem. & quod notat Hoſti.
& Ioan.And.in cap.ſuper eo. de appel. vt ſuprà di-
ctum eſt.Secundò,quando articulus à quo appella-
tur,eſt præiudicialis,non poteſt cum alio expediri,
d.c.ſuper eo.Tertiò,quando executio cauſæ,in qua
eſt appellatum,eſt excluſoria primæ,& ſtatim pro-
bationes offeruntur, iuxta notata per Din. in re-
gula qui ad agendum.de reg.iur.lib.vj.vt latius per
Ægid. vide. Fallit in minore appellante ab vno eo-
capitu.quia appellatio non deuoluit, vt ſuper eo-
c.pronũtietur,d.l.j.& ibi Frãciſ.de Are.in iij. nota.
C.ſi aduerſus rẽ iudicatã. Sed Alber. tenet cõtrariũ
in l.nõ eo minus.C.de procura.niſi capitula ſin ſe-
parata:& ita ſeruatur etiã in minore,ſicut i mai-

SVMMÆ.

1 *Expenſas an debeat pro rata qui in aliquot articulis obtinuit.*

2 *Clauſula commoda ad euitandam condemnationem expenſarum, vbi actor non omnia probauit.*

3 *Actor quibuſdam probatis quando condemnetur in expenſis.*

4 *Cauſam vnam probare ex pluribus, in cauſa appellationis ſufficit ad obtinendum.*

Quæſtio LXXIIII.

Sed quid quando quis plura capitula ſeparata, & diſtincta propoſuit, quorum aliqua probauit, & aliqua non, an pro tanta victoria debeat in expenſis obtinere.

DECISIO LXXIIII.

1 DIco † quòd ſic: & reus debet abſolui in illis non probatis: & idem quando eſt vnum capitulum, vel coniuncta capitula, cuius, vel quorum partem probauit, & partem aliam non, † niſi eo caſu apposuerit in petitione clauſulam: Quare peto condemnari ad dandum talem quantitatem, aut talem ſummam, aut aliam quantitatem, vel ſummam, quam probare poterit, vel probatum fuerit, tunc venient in cõdemnatione omnes expenſæ proceſſus contra reũ, tam in reali & perſonali, quàm in iniuriarum actione, vt notatur per Doct. in locis prædict. & tenet ſingulariter Maſuerus in ſua praxi, titu. de iniuriis. verſi. item ſi actor proponat. qui pro hoc alleg. Cin. in l. ij. de probationibus, vt nihil dicit, niſi in quantum. in vlt. q. in fi. allegat text. in argumentum in l. iij §. hæc autem actio. ver. docere quæ actor. ff. vi bonorum raptorum: & ita tenet ſingulariter Marianus Soci. in ä. ij. de libelli oblatione. verſi. quartò infertur ex prædictis. ibi, & nota quod nos practicamus, quòd quis ſpecificat ipſam æſtimationem, & additur clauſula, & illud plus & minus quod probatum fuerit. Et ſic de ſtylo ſeruatur, & illam clauſulam ſolent apponere omnes aduocati, & procuratores curiarum tam Metropolitanæ, & Primatialis, quàm Balliui Bituricenſis. Pro qua facit text. & ibi Bar. & Albe. in l. habebat. ff. de inſtit. actione. & Bar. latius. & ibi per omnes in l. diuus. ff. de re iudica ponentes clauſulam in libello inſerendam, offert ſcilicet ſe probaturum tantum ea quæ ſufficiãt ad victoriam reportandam. & idem ſi dicat in concluſione libelli, non ſe adſtringens ad probandum, niſi ea quæ ſufficiunt ad victoriam obtinendam. cæ. licet cauſam. & ibi per gloſ. & Docto. inſuper Feli. de probatio. & Specul. in tit. de libel. conceptio. §. 3 vlt. verſic. item conſueuerunt. † Quæ quidem clauſula omiſſa facit actorem in expenſis ſuccumbere, ſi omnia non probauerit, cùm ſimpliciter agens videatur ſe ad omnia narrata probanda adſtringere, vt dicta l. habebat. & iuribus ſuprà in præcedenti quæſtione allegatis. Sed clauſula quam actor ponere poterit, vtilior erit, quando ſunt plura facta connexa, vel diſtincta & ſeparata, quod nihil in ſpecie petat, ſed ſolum dicat, Super quibus omnibus, & ſingulis peto ius, & iuſtitiam miniſtrare, ſimul diuiſim, copulatiuè, alternatiuè, ſingula ſingulis congruè referendo, & omni alio meliori modo & forma, quibus fieri poterit, & veſtrum nobile officium benignè imploratum ordinauerit, ſeu duxerit ordinandam, capit. ij. & ibi Anton. de Butr. Abbas Sicul. & Docto. de ordine cognitio. & Bald. in dict. l. ij. de probat. & Angel. Aretin. in §. omnium. verſic. ego autem ſum ſolitus. & ibi Iaſ. verſic. multum autem eſſet vtile. inſtitut. de actio. vbi cum vide, & Albert. Brunum conſil. lxxxiij. verſic. ex quo patet. & Par. de Puteo, in tracta. ſyndica. in verbo tortura. capitulo officialis poſuit ad cordam. verſic. tortura in fine. & Marianus Soci. in dict. c. ij. de teſtib. verſic. & maximè hoc procederet. Et pro hoc textus cum gloſſ. in capit. ſecundo. & ibi Doctor. de reſcriptis. & in capi. cùm iamdudum de præbendis. † & in cauſa appellationis ſufficit vnam probare 4 cauſam ex pluribus ad obtinendum. cap. ſignificauit. & ibi Abb. in vltimo nota. & in cap. ſignificante. & Abb & Dec. in vltimo not. de appellatio. poſt Præpo. Mediolanen. & Franciſcum.

SVMMÆ.

1 *Sententia lata contra venditorem garendum poteſt executioni mandari contra emptorem.*

Quæſtio LXXV.

Dubitatum fuit an ſententia lata contra venditorem garendum poſſit executioni contra emptorem, vel alium poſſeſſorem conuentum demandari.

DECISIO LXXV.

DIco † quòd ſic, vt tenet 1 Cin. Ioannes Fabr. Bartol. Bald. Ang. Alberi. de Roſa. Paulus de Caſt. & Alexand. in additio. ad Bald. in l. j. C. vbi in rem actio. & ſingulariter Barto. conſi. ccxix. exordiente, agitur cõtra Tyolum: & etiam Doctores ſuprà allegati in l. venditor. ff. de iudiciis. & Ioannes Fabr. in §. fin. q. penult. Inſtitut. de ſatiſdatio. & ita tenui in §. xiij. in additione vlt. in principali, de conſuetud. feud. libr. conſuetu. Bituri. & ſic aliàs conſului pro domino Ioanne camerario Pariſienſi, cameræ computorum generali, qui ſententiam contra religioſos, Abbatem & conuentum ſancti Ambroſij Bituris garendos Petri Abbati mercatoris obtinuerat: quæ ſententia fuit executioni contra dictum Petrum demandata: & ſic pluries per curiam iudicatum extitit, & non ſolùm pro principali, ſed etiam pro expenſis. Et prædicta concluſio habet locum, etiam ſi garendus condemnatus ſit ſoluendo: quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis: vt regula acceſſorium. de regulis iuris, libro ſexto, & l. cùm principalis. ff. cod. titu. & ita fuit dictum per areſtum.

SVMMÆ.

1 *Retractus conſanguineorum non habet locum in de nouo acquiſitis.*

2 *Diſponere quæ melius poteſt de acquiſitis, quàm de his quæ ex ſucceſſione ſunt delata.*

3 *Acquiſitum per me eſt magis meum quàm quod venit per ſucceſſionem.*

4 *Affectio non habet locum in acquiſitis per me.*

5 *Retractus introductus in fauorem generis, & conſeruationis agnationis, an locum habet in de nouo acquiſitis.*

6 *Retrahentis conſanguinei ſi ille renuntiat, an iterum retrahant. & num. 7.*

8 *Secundus proximior retrahere volens an teneatur ſoluere emptori, id quod dedit verè, & realiter ſolutum, cum legitimis conſtamentis.*

9 *Proximior qui ſemel declarauit ſe nolle retrahere, non poteſt amplius pœnitere.*

10 *Retractus habebit locum in nouis acquiſitis, ſi rem emptam pluribus annis tenuerit acquirens.*

11 *Pre-*

11 *Proximior vendente, & idem ancto præsente venidente an sint duo venditores.*

Quæstio LXXVI.

Proximiori retrahenti fuit per sententiam, vel ex expresso consensu emptoris res vendita deliberata, qui proximior eandem postea eidem emptori vendidit, aucto seu augmentato sibi per proximiorem de centum, vel maiori pretio. Quæritur an alius proximior venditoris, & in gradu sequens prædictum proximiorem, possit retrahere, offerendo illud plus datum, posito etiam si secundo loco emptor vendiderit extraneo, & præsertur consanguineis secundi venditoris, si est intra tempus retractus.

DECISIO LXXVI.

1 IT† primo videtur respectu consanguineorum emptoris, quòd ad retractum nõ admittantur, quia res illa dici non potest de genere & stocquo progenitorum antiquo emptoris, nec descẽdere ab illo, sed profecta à dicto primo venditore, & est illi emptori conquestus, & acquisitio noua, in qua non habet locum de consuetud. generali retractus, vt dixi in §. j. in glos. j. versicu. quid si permutans vendidit rem permutatam. & in glos. in ver. nota quòd in conquestibus. de consue. retract. lib. consue. Bituri. & hoc si statim facto retractu: secus si longè post factam venditionem consanguinei illius emptoris ad
2 retractum venirent, vt infra dicam: † Nam certum est emptorem de ipsis conquestibus per ipsam acquisitis melius posse disponere, quàm de illis quæ ex successione sibi prouenerint, vt authen. presbyteros. C. de Episc. & cler. & voluit Io. Fab. in procæ. Instit. in verb. Iustinianus. & Card. Alex. in c. Titius. in prin. si de feud. defunct. conten. sit inter domi. & agna. & latius in c. j. in prin. quæ. vlt. de alie. feud. per Fed. per illum tex. & Masuer. in sua praxi, tit. de retract. ver. in bonis autem acquisitis, dicens hoc esse verum secundum Docto. & consuetudinem Franciæ, licet in partibus suis seruetur contrarium. & idem tenet Bald. consi. cccIxix. inchoan. præmissis verbis. vol. ij. & Guliel. Benedict. in repe. c. Raynutius. nume. cxlj. ideo dicit glos. in l. si quid bello. in
3 verbo, erat. ff. de captiuis. † quòd illud quod acquisiui per proprietatem meam, est magis meũ, quàm illud quod acquisiui ab antecessoribus meis. alleg. tex. in l. iij. ff. de interdi. & releg. quia potentius est ius quod quis suo habet iure, quàm ius quod alieno beneficio, l. more. & ibi Bal. de sancto Geor. in primo notab. in ij. lectu. ff. de iurisd. omn. iudic. & text. in l. vna. C. de imponen. lucra. descrip. lib. x. & in ca. j. §. sed etiam res. per quos fiat inuest. & text. in l. pa-
4 ter. § quindecim. & ibi Albe. ff. de leg. iij. † & in istis acquisitis non cadit affectio, cùm non fuerint suorum prædecessorum, l. si in venditione. ff. de mino.
5 † Quoniam retractus fuit introductus in fauorem generis, & conseruationis agnationis, vt plenè dixi in d. §. j. adde text. singularem in l. j. ff. de priui. credi. qui non reperitur alibi, vt ait Alber. super rubr. ibi, & in l. qui officij ibi, præterquam paterna. ff. de contrahen. emptio. & Lud. Bolog. consi. xxv. incip. viso igitur puncto mihi exhibito in tertio dubio.
6 † Sed respectu consanguineorum primi venditoris an possint ad retractum venire, si sint intra annum, siue retrahens vendat, aut eius emptor, & Ludo. Bolog. in dict. consil. xxv. in tertio dubio. vers. & nota quòd tale ius, &c. tenet quòd sic, quando consanguineus emit à consanguineo, qui postea vendidit extraneo, etiam si per mille tranlierit manus. Ergo à fortiori in casu nostro, quando proximior qui non emit à consanguineo, sed retraxit ab extraneo emptore, qui postea factum dubitans vendidit alteri: quòd alius proximior primi venditoris poterit illam tanquam de antiquo stocquo suorum existentem retrahere, si intra tempus fuerit retractus: † nisi vendatur vni existenti de genere rei 7
venditæ, tunc non habet locum retractus, de consuetudine Franciæ, præcipuè apud Bituriges, vt dixi in §. iij. versi. sed quid an proximior. de consue. retract. lib. consue. Bituri. quamuis de iure locum habeat retractus, dict. c. Titius. secundùm intellectum Card. Alex. ibi: qui text. vult proximiorem admitti ad retractum rei consanguineo venditæ, & idẽ voluit Bal. consil. cccIx. inchoan. ad euidentiam præmittendum est. & consil. cccIIx. vol. iiij. & Io. Fab. in §. ita demum. instit. de hæredi. quæ ab intesta. desc. & idem Matth. de Afflict. in tract. prothomiseos, super vltima constitutione per Federicum Imperatorem edita, versi. sed quæro quid si parentes renuntiant. Vnde circa hoc vltimum seruanda erit loci consuetudo: quia opinio Io. Fab. intelligi debet, quòd magis proximior admittatur ad retrahẽdum rem alij remotiori consanguineo venditam de consuetudine Engolimensi, Xanthonensi, & Pictauiensi, prout intelligit quidam Doct. in tractat. retractus, quẽ fecit super l. j. C. de fun. rei priuatæ. lib. xj. quare secundùm consuetudinem, quoniam verum est quando proximior emit, & postea vendidit, (nisi sit consuetudo specialis contraria) quòd statim non possit vendere, tunc non habet locum retractus ex parte cõsanguineorũ vltimi vẽditoris, vt dictũ est, & infrà dicã. Sed bene quando proximiori volẽti retrahere, emptor dedit certã pecuniæ summam ne retraheret, qua mediante proximior sibi remisit, tũc sequẽs proximior retrahere potest soluendo pretiũ cum summa pecuniarũ data: quia pretiũ verũ potest augeri, tex. est clarus, & ibi Bald. in l. hęc venditio. §. vlt. ff. de contrah. emp. ibi, augebitur autẽ pretiũ, si pluris emptor vendiderit. licet videatur tex. in l. postliminium. §. penul. ff. de cap. & postlimin. reuer. quòd non teneatur ad illud pluris datum, sed ad primum solũ pretium, quo per emptorẽ res fuerat empta. sed ibi loquitur in homine certo pretio redempto. & pluris alij vendito, quod ipse redemptus non teneatur ad illud pluris pretij.
† Sed in casu isto secundus proximior retrahere vo 8
lẽs tenebitur soluere emptori omne id quod dedit verè, & realiter soluit cum legitimis constamentis, l. debet. & ibi Cæpol. ff. de ædil. edict. aliàs emptor iure retentionis vti poterit, vt dixi in §. secundo. & in §. iiij. versi. sed quid cum proximior. de consue. retract. lib. consue. Biturig. & pro hoc dicto bon. tex. in l. illud. §. j. & ibi Bald. in ij. notab. ff. de ædil. edict. & in l. si de vi vel metu. & ibi Ang. ver. itẽ nota ex hac scriptura. C. de iis quæ vi metúsve causa. & aliàs dixi in consilio nostro lxiij. incip. Titius, quia in casu quo proximior vendidit retractũ emptori, non fuit effectus dominus, cùm non retraxerit rem venditam. Et vbi fuisset effectus dominus, renuntiando tamen iuri redimendi, vel illud vendendo aliis, non præiudicat agnatis, si fuerint intra tẽpus, vt voluit Cardin. Alex. in c. j. §. porrò. post princip. versic. quid autem in agnato. qual. feud. olim alien. pot. remittendo se ad dictum cap. Titius. si de feudo defunct. conten. sit inter domin. & agnatos. vt dixi in dicto §. ij. versi. sed ponamus. de consuetudine retracta. † & si semel renuntiauerit aut de cla- 9
rauerit proximior nolle retrahere, nõ poterit pœnitere, vt ibi dixi. argu. l. qui Romæ. §. cohæredes. & ibi Bart. & Docto. ff. de verbor. obligat. l. quoniet.

C. de fideicommiſſis. & idem in domino qui declauauit ſe nolle vti iure retentionis, vt tenet Specu.in tit.de emphyt.§.nunc aliqua.verſic.100.& ſequen.Et in vtroque tenet Maſuer. in tit. de locato. verſic.item ſi dominus.& in tit.de retractatio. verſic item ſi ille cui competere, & Io. de Ana.conſil. xlvij.& ibi Bolog.in addit.& Socin. conſil.ccxxvij. verſ.ſecundò fortius,in fi.vol.ij.& dixi in d.§.ij. in glo.j.in vlt.q.de conſuet.retract.& infrà q.incip.an
10 filiusfamilias pubes, aut infans. † Sed ſi res poſteà vendatur per proximiorem, aut emptorem poſt tempus conſuetudinarium retractus, tunc proximiores rā primi quàm ſecundi venditoris non poſſunt retrahere,tā de iure quàm conſuetudine Franciæ,cùm cenſeatur conquæſtus,in quibus (vt dictū eſt)non habet locum retractus,niſi plurib.tenuiſſet annis rem emptam: quia tunc liberi vltimi venditoris poterunt retrahere.cap.conſtitutus.& ibi Hēric.Boyc.de in integ.reſtit.& Bal.d.conſil. ccccx. in fin.volu.iij.& dixi in d.§.j.in gl.j.in fi.& in gl.ij.per quod tolli videtur dubium nonnullorum, dicentiū proximiorem qui poteſt retrahere rem extraneo venditam,ſi emat illam, non per modum reuenditionis in vim conſuetudinis retractus, eſſe ſecutiorem,quod ab eo alij proximiores ſecundi venditoris retrahere non poterunt, cùm ipſe eos excludat: quod non videtur. ſicut enim eodem modo,& pro eodem pretio, vel maiori vel minori nō refert, debet admitti ad retractum, quando fit per modum reuenditionis: ſic etiam quando fit per modū emptionis, aliàs eſſet imponere legem verbis. Et ita fuit concluſum in curia in cauſa appellationis mota inter Stephanum Bridier,à Seneſchallo Xanthonā-ſi, ſiue eius locumtenente appellātem,& reū principalem ex vna, & Lietam Chariere appellatam actricem iu materia retractus.Et latum fuit areſtum
11 die xx. Octobris, Anno 1520. † Sed quid,an ex iſta additione, ſeu noua pecuniæ datione per emptorē proximiori,vltra primum pretium facta, debeātur ventæ ſeu laudimia, & ſic duæ ventæ & laudimia, ſcilicet vnum ex primo contractu, & aliud pro ſecundo? Et Guli.& Bald.tenent quod ſic,in l.ab emptione.verſic.tertius caſus. ff.de pact.Iacob.de ſancto Georg.in l.edita actio.num.1.& l.j. C. de eden. quia hoc additamentum pretij facit videri nouum eſſe contractum,& receſſum à priore. l. pacta conuenta.verſic.Paul.ff.de contrahend. emptio.& l.itē quod dictum. verſic. quid ſi iteterit. & ibi Bald. ff. de in diem addic. Secus ſi primus contractus ſecūdùm ipſos reſolueretur per pactum à principio appoſitum.& idem Barto.in l.ſi pupillus.in prin.ff.ad legem Falcid. licet Angel. ibi velit contrarium, vt latius de hoc dixi infrà per diſcurſum harum quæſtionum,& pariter conſului.

SVMMÆ.

1 *Proximiori reuendere videtur emptor ab eo pretium accipiens,& poſſidere permittens.& nu.2.*

3 *Emptor primus patiendo proximiorem rem emptam poſſidere poſſeſſionem videtur perdidiſſe.*

4 *Prædo non eſt qui pretium numerauit.*

5 *Emptor non cogitur reuendere niſi pretio,& aliis ſibi ſolutis,vel conſignatis.*

Quæſtio LXXVII.

Sed quid de quæſtione quæ euenit in curia: proximior veniens ad retractum intra tempus,de facto obtulit emptori totum pretium,quod ſponte receperit poſt cuius pretij ſolutionem, & receptionem per emptorem habitam, proximior ipſe in poſſeſſionem rei ſitæ alia ſibi per emptorem reuenditione, ac traditione poſſeſſionis aut licentia intrandi, & accipiendi illam data, ſe poſuit: & diebus aliquot lapſis proximior prædictus rem vendidit cuidam, qui etiam ab eo accepit poſſeſſionem, offerens pluries primo empto à quo proximior retraxit, miſſias, & legitima conſtamenta, quæ accipere diſtulit: ob quod idem primus emptor impetrauit ſtatutum querelæ contrà ipſum ſecundum emptorem, in vim cuius fuit reintegratus per Seneſchallum Bazaten. aut eius locum tenentem: a quo fuit per ipſum emptorem ad curiam appellatum. Quæritur an bene.

DECISIO LXXVII.

LIT † in plena audientia auditis partibus 1
concluſum fuit ipſam appellationem eſſe ſimul cum ſententia annullandam, prout annullata fuit ſine expenſis,& quòd idem primus emptor daret per declarationem prætenſa conſtamenta,coram commiſſariis per ipſam deputatis. † Et curia ad ſic pronuntiandum mota fuit, 2
quia licet primus emptor non feciſſet reuenditionem expreſſam, attento & conſiderato eius diffugio,& recuſatione accipiendi legitima conſtamenta, & patientia ſeu tolerantia, quæ pro conſenſu & traditione habetur,l.ij.C.de acquir. poſ. quia recipiendo ſuum principale pretium, & patiendo ipſum ſine ſolutione,& petitione dictorum conſtamentorum intrare poſſeſſionem, tacitè videbatur reuenditionem feciſſe, & intrandi licētiam dediſſe. † Quæ licentia intrandi poſſeſſionem propria au- 3
thoritate,ſi expreſsè data fuiſſet,prout ſolet per vēditores emptoribus concedi in inſtrumentis venditionum,operari debet:ſecundùm gloſ.in l.creditores.C.de pign.quam ibi ſequuntur Cin. Barto.& Docto.& Signorel.de Homed.conſil.lxxv.verſ.venio ad quartum.& ſic cum patiendo poſſidere, videtur poſſeſſionem perdidiſſe, l. quamuis ſaltus. de acquir.poſſ.& pro hoc text. in l.quædam mulier. & ibi gl.vlt.& Docto.ff.de rei vendica.& Ant. Corſe. ſing.in ver.poſſeſſio.Quia vbi quis poſſidet,præſumitur ex titulo præcedenti poſſidere, vt ibi. & not. Bar.in l.nō ſolùm.ff.de vſucap.& Alex.conſi.xxxiij. lib.vj.& maximè pretio ſoluto, vt fuit hic, & notatur in l.ſi ex ſtipulatione.& ibi Pau.de Caſt.& l.ffidi.de acquir.poſſeſ.& Angel.in l.ſuper longi. C.de præſcript.longi tempo.& Franciſc.de Curte.conſi. xxij.verſic. & cùm non liceat emptori. & Alexand. conſil.lxxxvj.num.iiij.volu.vj.& in terminis noſtris Bal.conſil.cccj. incip. ille qui promittit.volum.ij. Alex.conſil.xxvij. inchoan. viſo libello.verſic.præterea obſtan.lib.j. & Bertach.in tracta. de epiſcop. parte prima.lib. iiij. verſic. ſucceſſiuè quæro, quid de emptore. & bonus text. in l. ij. C. de acquiren. poſſeſ. & ibi Ioann. Fab. & Doctores in l.j. §. magiſtrum.in ij.ff.de exerci.acti.Ibi,cæterùm ſi ſcit,& paſſus eſt eum in naue magiſterio fungi, ipſe eum impoſuiſſe videatur. † Nemo enim prædo eſt,qui 4
pretium numerauit, l. etiam. §. ſi quis ſciens. ff. de petitione hæreditatis. & l.nemo prædo eſt.ff.de regul.iuris.cum notā.in dicta l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acquirenda poſſeſſione. nec videtur fur, ſi ſoluto pretio furripiat,l. eum qui.§.primo.ff.de furt. Latum fuit areſtum die xxvj. menſis Ianuarij, Anno 1523. in fauorem dicti appellantis. † Aliàs emptor, 5
niſi conſtamentis legitimis ac frediis,& miſſis prius ſibi ſolutis, vel depoſitis, & conſignatis,non tenetur reuendere: vt plenè dixi in §. iiij. de conſu. retract.infrà in plurib.aliis quæſtionib. & tenet Alexan. conſil.xxiiij.verſic. poſſet etiam dici.lib.iiij.& Maſuer.in tit.de retract.in princip. Vnde hic emptor à quo retractus extitit factus non fuit conqueſtus, niſi poſtquam agnouit proximiorem alij vendidiſſe, qui eidem obtulerat prædictas miſſias,

ratione

ratione quarum ad iram prouocatus, & inuidia motus impetrauit dictum querelæ ſtatutum: quare non debebat admitti, tex. in l. qui domum. ff. de iniur. quem ibi Ang. not. contra illos, qui cum proxenetis, & aliis machinatoribus impediunt alienationem domus, vt non fiat traditio, donec colligant pecunias.

SVMMÆ.

1 *Retrahere nunc ob inopiam non valens, ſi denuo ad eundem vendentem redeat res, an retrahat.*
2 *Feudum non dicitur de nouo concedi, eo quòd dominus feloniam vaſallo remittit.*

Quæſtio LXXVIII.

Sed an proximior, qui non retraxit ab emptore propter eius inopiam, ſi res poſtea in poteſtatem redierit alienantis, qui iterum eam alteri vendidit, quo tempore dictus proximior factus eſt ditior, petens ſe præferri, & ad retractum admitti, an poſſit.

DECISIO LXXVIII.

1 EST † Lucas de Penna in l. vnicuique. in fi. ver. nota. hunc finem. C. de proxi. ſacro. & ſcri. lib. xij. tenet quod admittatur talis proximior. & idem quidam Docto. in tract. de retract. quem fecit ſuper l. j. C. de fund. rei priuat. lib. xj. in iij. parte, quæſt. vij. qui pro hoc duas alleg gloſ. vnam in l. peculium eſt. §. penul. ff. de pecu. & aliam in cap. Imperialem. §. inſuper. verſi. priuetur. de prohib. feud. alie. per Fed. † Sed ſalua pace
2 loquuntur in domino feloniam vaſallo remittente, propter quam erat priuandus feudo: quòd illa remiſſio dicatur conceſſio feudi antiqui, & non noui. Ideò vaſallo ſine liberis decedente veniunt agnati: ſecus ſi fuiſſet nouum, quia tunc ad dominum reuertitur: quoniam illud feudum eo caſu nõ videtur de nouo datum, nec perditum vel ademptum: quia ad hoc opus eſſet ſententia declaratoria, vt tenent Salic. Ange. & Albe. poſt Guliel. de Cug. in d. l. peculium. §. pen. & idem Bal. ibi, in antiq. lect. volens etiam, quod ob illam culpam per dominum remiſſam non deberet aliquid dari tanquam pro noua inueſtitura: ſecus eſſet, vt ipſe ait, ſi propter generationem finitam concederet feudum, quia tunc eſſet noua conceſſio, l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis id. ff. de verb. oblig. & l. j. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & idem dicunt Din. Bar. Bal. Ang. & Alb. in l. quod dicitur. ff. de impenſis in re dota. fac. Sed iſto in caſu perdit dominium primo vendendo: & ſi poſtea reemerit, erit noua ſibi acquiſitio. & ita dicitur ſeruari Pariſiis, vt habetur in grandi conſuetu. Franciç. tit. de retract. verſic. *item ſi vn homme.* in fine: quia cenſetur conquæſtus, licet anteà de ſuo proprio fuiſſet hęritagio. Quod videtur mihi verius, ex quo ſemel exemit de manibus omnino ſuis, ſecus ſi cum pacto de retrouendendo recuperaſſet: eo enim caſu locum non habet retractus, vt dixi in dicto §. primo. in gloſſa prima: de retract. & tenet Alberic. in j. parte ſtatuto. quæſtio. lxxxvij. & ita ſeruatur de conſuetudine. licet Matth. de Afflict. in tracta. prothomiſeos. in verbo, licet enim. ver. item quæro. velit contrarium, quod in pacto de retrouendendo habeat locum retractus. Sed pro huius quæſtionis deciſio. videtur textus ſingul. in l. ij. verſic. Sed hæc interpretatio. ibi, vel qui per inopiam illo momento temporis ſatisdationem implere non potuit. vſque ad finem. ff. de cuſto. reorum.

SVMMÆ.

1 *Tertius opponens impedit executionem ſententiæ, ſi incontinenti paratus eſt docere de iure ſuo.*
2 *Executionem ſententiæ non impedit tertius opponẽs, ſi ſciuit ante, vel ſi cautio detur per victorem.*
3 *Tertius opponens quando non auditur etiam cautione data.*
4 *Appellare quando tertius poſſit.*
5 *Minor in iudicialibus etiam cum tutore geſtis reſtituti poteſt, & quomodo.*
6 *Minor vt reſtituatur aduerſus actum iudicialem, vel extraiudicialem, quid probare debeat.*
7 *Areſta an poſſint per magnum conſilium reuocari.*
8 *Diffinitiua quare dicitur ſententia.*
9 *Euocatio proceſſuum ad magnum conſilium eſt ex ordinatione Regis.*

Quæſtio LXXIX.

Tertius opponens, qui priùs citatus ad cauſam, & proceſſum reaſſumendum, declarauit nullum in eo habere intereſſe, an impediat poſtea executionem areſti.

DECISIO LXXIX.

BREVITER † pono regulã, quòd 1
tertius opponens, ſi incontinenti, & in promptu doceat de iure ſuo, quod impediat executionem, c. veniens. in ij. & ibi omnes. inſuper Abb. Sicul. & Salicet. verſic. vlti. in iſto text. & verſi. in gloſſ. & in iij. & vj. conclu. de teſtib. in cap. ſuper eod. de offic. delegat. & l. à ſententia. & ibi Ioan. de Imol. ff. de appel. & per Bart. & Docto. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. & in l. penult. & ibi Bald. ff. de peti. hæredit. aliàs fiet executio in re iudicata contra condemnatum abſque præiudicio iuris illius tertij opponentis, cap. cùm ſuper. de ſenten. & re iudi. & ibi Feli. poſt Io. And. Ant. de Butr. & Abb. Sicul. † Tum regulam prædictam limitat 2
Felin. in cap. veniens. in iij. concluſi. niſi is pro quo fienda eſt executio, præſtet ſuccumbentis cautionẽ de reſtituendo rem illi tertio opponenti in caſu quo vincat: tunc non impeditur executio. l. is à quo fundus. & ibi Bart. & Docto. ff. de rei vendica. dicens etiam Felin. vt ſuprà. hoc ſeruari in beneficialibus, vt ibi. Et de hac cautione per actorem præſtanda, latius infrà dicetur. † Secundò fallit, & ille 3
eſt caſus noſter, niſi ille tertius ſciuiſſet cauſam agitari, & ſententiam fuiſſe latam, & pro ſuo intereſſe non comparuiſſet: quia tunc non auditur etiam data cautione, de qua in d. l. is à quo fundus. vt tenet Felin. in d. cap. veniens. ver. ij. fallit & hoc per text. in c. quamuis. de re iudica. & ibi tenet Felin. verſic. limita. ij. cum duab. ſequentib. limita. & per tex. in l. ſæpe. co. tit. & tenet Bart. in l. ſi. perluſorio. §. j. ff. de app. & Ant. & Abb. Sicul. in d. cap. veniens. & in d. cap. quamuis. & in cap. ſuborta. poſt Inn. de re iudi. Quia text. ibi, & iura ſuprà alleg. debent intelligi in tertio ignorante, & non in ſciente. & idem Feli. in d. cap. cum ſuper. verſic. quoties tertius. Nam ſicut poteſt appellare à ſententia lata contra alium pro ſuo intereſſe, vel appellationem per condemnatum interpoſitam proſequi, dictis iuribus: ita intelligitur eo modo & tempore quibus ipſe victus. ideò † non appellabit, ſi ſciuit cauſam agi, in prima vel 4
ſecunda inſtantia: ſed ſi ignorauit, tertius prouocare poterit, vt tenent Bal. Imo. & Angel. in d. l. à ſententia. de quo per Fel. in d. c. cùm ſuper. & idẽ Abb. Sicu. conſ. iij. q. x. vol. ij. & Bolog. in l. qui repudiant. & tis. in primis interpretat. ff. de inoffic. teſtamen-

maximè quando ſententia eſt lata contra præſentem, per illum text. ſecus ſi ſententia foret contra abſentem per contumaciam lata: quia tunc non nocet, vt ibi. & tenet Matth. de Mat. in ſing. xxvj. in choan nota regulam, quod in manibus, & Hippolyt. de Marſi. in ſing. iiij. incip. quamuis aliquo caſu. Sed hic fuit adiornatus ad capiendum, vel repudiandum proceſſum contra patrem inchoatum, cui arramenta, & acta cauſæ fuerant exhibita, & oſtenſa cum authoritate ſui curatoris, in cuius præſentia frater alter reaſſumendo dictum proceſſum declarauit ſe nullum in eodem habere intereſſe. Ideo nunc non eſt tanquam tertius ad ſe executioni areſti opponendum admiſſibilis. Et ita eſt cõcluſum in cauſa & proceſſu executionis inter dominum de Albreto Carolum *monſeigneur de Nauarre*, quemlibet pro media condemnatis, & illuſtrem Henricum Regem Nauarræ opponentem ex vna: & nobilem Agnam de Pontibus nomine filiorum eius, & defuncti Dadie domini de Riberaco adminiſtratorio, actricem poſſidẽtem ex altera. Sed quia præfatus Hẽricus Rex erat minor, obtinuit literas releuaminis, & reſtitutionis aduerſus eius declarationem per eum iudicialiter factam: quod facere potuit l. in cauſæ. ij. §. fina. cum ll. ſeq. ff. de mino. & l. penult. C. ſi aduerſ. rem iudic. & bonus text. in l. minorib. ibi Paul. de Caſt. Albe. & Franci. de Are. C. ſi tutor vel cura. interue. quam legem Fran. legit cum. 5 l. j. eo. tit. in tertio not. † dicens in actib. iudicialibus minorem poſſe petere reſtitui, etiam ſi actus fuerit factus præſente tutore vel curatore, ſi fuerit receptus, per illum text. Vnde fuit reſtitutus, & interinando dictas literas ordinatum, Regem prędictum deducere, & producere omne id quod bonum ſibi videretur intra certum terminum ſibi præfixum, & interim areſta per curiam lata eſſe executioni realiter, & de facto ſuper parte media loci & ſeignoriæ de Montpaon. ſine tamen præiudicio iuris per ipſum Henricum Nauarræ Regem prætenſi, demãdanda. quod areſtum fuit latum die xxvj. Nouem-
6 bris, Anno 1519. † Quia minor quando petit ſe aduerſus actum iudicialem, vel extraiudicialem, reſtitui, debet probare ſe minorem, & læſum ad cauſam quam ſi defendiſſet, & iura deduxiſſet ſua, foueret bonam, vt voluit Bar. quem ſequuntur ibi Doct. in l. nam poſteà. §. ſi minor. per illum tex. ff. de iureiurand. licet glo. in c. j. de in integ. reſtit. lib. vj. teneat contrarium. Sed opin. Bart. eſt verior & communior: quam ſequitur Paul. de Caſt. conſi. cxcvj. incip. ſuper primo quæſito. volu. nouorum. per text. in l. minorib. C. de in integ. reſti. cum aliis ſuprà alleg. in quæſt. incip. dubium erat. & text. in l. verum. §. ſciendum & §. item non reſtituetur. ff. de mino. & idem tenet Corne. conſil. clxxxj. volum. ij. & Deciſio. capel. Tholoſa. quæſt. liiij. & quæſt. xcix. in fine. verſ. aduerte. Tum non poterat eiuſdem Regis oppoſitio impedire interim executionem areſtorum contra patrem à principe, ſeu eius conſiſtorio latorum: per ſuprà alleg. Tum cùm eſſet præſumptio contra ipſum citatum ad reſumendum proceſſum eſſe nullum, vt dictum eſt, prætendere intereſſe declarantem, vt eſt text. quem faciunt ibi ſing. Docto. inſuper Abb. Sicul. in c. ſuſcitata. de integ. reſtit. cui concordat gl. ibi. & idem Bal. & Paul. de Caſt. in l. j. C. in integ. reſtitu. poſtul. ne quid noui fiat. & tenet Deci. cap. Tholoſ. in dict. quæſt. liiij. cum aliis ibi alleg. Tum quia requirebat altiorem indaginem: vnde non impediebat interim executionem areſtorum. & volunt Bart. Paul. Alexan. & Iaſ. in Liiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. cum aliis ſimilibus. ſuprà alleg. in dict. quæſt. dubium erat. † Quod 7 quidem areſtum fuit poſteà per magnum conſilium euocatum, & per ipſum dictum & ordinatum dictum areſtum noſtrum non fore contra ipſum Regem exequendum. Quod facere defectu potentis non potuit: & vbi potentem habuiſſet, licet malè fuit per ipſum excellum conſilium iudicatum viſis rationibus prædictis. Nec obſtat quod prædictum conſilium ſe fundauit, ipſum Regem tempore declarationis non habuiſſe curatorem. Poſito enim, & non conceſſo ita eſſe, tamen & quod adiornatus fuerat cum ſui curatoris authoritate, ſiue legitimi adminiſtratoris, ſcilicet domini de Albreto aui ſui, cuius procurator prædictam fecerat declarationem, quod ſufficiebat: & poſito quod areſtum prædictum noſtrum fuiſſet non iure latum, quod imo: tamen Rex ipſe non poterat prætextu nullitatis impedire executionem, vt voluit Ioann. And. quem ibi ſequitur Ant. de Butr. Abb. Sicul. & Felin. in dict. cap. cum ſuper. de re iud. & Zaba. in clemen. vt calumniis. poſt Zenzel. eod. tit. volentes condemnatum non poſſe impedire executionem trium ſenten. conformium prætextu nullitatis ipſarum. & idem Deciſ. capel. quæſt. cccexxx. ante fin. verſic. adde. & ego ac magiſtri Gaufridus de Chaſſanea regius Conſiliarius, & Thomas de Cuiſinier, aduocatus Regius fuimus per curiam miſſi ad remonſtrandum domino Cancellario, & dominis de magno conſilio ita non debere per viam illam, vel aliam tam nullitatis, quàm per errorum propoſitionem, tanquam ordinationibus, ſtylo, & communi curiarum ſupremarum regni obſeruantiæ contrariam, alterare & caſſare areſta curiarum. Aliàs eſſet grandem in regno generare confuſionem, & ſcandalum, ex eo quòd nunquam quis foret de iuribus ſuis ſecurus per areſta, & ſententias, quæ tranſierunt in vim rei iudicatæ obtenta, & obtentas: † Nam vt ait Bald. in l. j. in princ. C. ſentent. 8 reſcin. non poſſ. ſententia diffinitiua dicitur à fine, quia finem imponit liti, l. j. de re iudic. & l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. & ipſam reuocare eſſet procedere in infinitum, & non eſſet vnquam litium finis, quod eſſet inconueniens, & legi, & publicæ vtilitati ac iuri communi, & rationi naturali contrarium, l. ſi prætor. in princ. ff. de iudic. & l. properandum. in princ. C. eo. † Quamuis in proceſſibus e- 9 uocandis ex ordinatione regia poteſtatem habeãt & authoritatem, de quibus & etiam prærogatiuis & præeminen. eorum dixi in tracta. de authoritate magni conſilij, & Parlamentorum regni, in magna addi. & pluribus aliis tamen corrigendi, & caſſandi non habent poteſtatem, nec iuriſdictionem aliquã, niſi ex proprio ipſius principis motu: alias eſſet ſupremas ſubalternare curias. Vnde dominus Cancellarius nobis fecit reſponſum, principem fuiſſe ex certis cauſis motum ad ſic faciendum: tamen de cætero non procederent, niſi nobis vocatis, in caſu quo areſtum reperirẽt euidenter nullum, ad ſciendum curiæ noſtræ motiuum.

SVMMA.

1 *Tutor an teneatur de euictione ſuo nomine & finita tutela. & num. 4.*

2 *Procurator quando teneatur de euictione.*

3 *Officium tutoris eſt publicum authoritate, & vtilitate priuatum.*

5 *Vendens ex officio non tenetur de euictione.*

6 *Tutor vendere non poteſt rem pupilli ſine neceſſitate, & ſine iudicis decreto.*

Quæſtio

Quæstio LXXX.

Tutor vendidit quandam sui pupilli domum, pro cuius euictione obligauit omnia eiusdem pupilli bona: post cuius decessum eius hæres illam reuendicauit, & processu per emptorem eidem denunciato euictionem capere renuit. Quæritur de euictione nomine suo proprio an teneatur.

DECISIO LXXX.

ET † videtur primo dicendum, quòd non teneatur, præcipue finita tutela, l. post mortem. ff. quando ex fac. tuto. & l.j. & ibi Bal. & Sal. C. eo. tutu. & in l. cum quædam mulier. C. de adminis. tuto. † Sed secus est in procuratore, vt voluit glo. quam ibi sequuntur Bar. Bal. Ang. & Paul. de Castr. in l. procurator qui pro euictione. ff. de procura. de quo ibi per ipsos, & singulariter Soci. ij. exordien. cõsultationem præsentis difficultatis. in prin. vol. ij. ponens intellectum d.l. procurator qui pro euictione. & etiam l. si pupilli. §. j. ff. de neg. gest. & dixi in quæst. cclxxiij. inchoan. procurator ad obligandum. & pro hoc casu nostro videtur bonus tex. in l. illud. §. si impuberis. ff. de euict. & in l. fi. & ibi per omnes, insuper Alberi. & Moder. ff. si quis cau. & in l. si se non obtulit. §. tutor. & ibi per omnes. ff. de re iudic. quod Bald. dicit esse verum. in d. §. si impuberis. & Doctor. in locis suprà alleg. † tutorem finito officio de euictione non teneri, quando in casu concesso, & permisso vendiderit, cum sit officium necessarium publicum authoritate, & vtilitate priuatum, l. si non subscripsisti. & ibi Sal. C. de admini. tuto. gl. in cap. sicut xlvj. distinct. & idem est quando est publicum authoritate & vtilitate, secundum glos. Alber. & Doctor. in dicta l. fina. si quis cautio. † Quod intelligi etiam debet, quod nõ teneatur nomine proprio, scilicet quando quis vendit rem tanquam procurator alterius, vel tanquam tutor, tunc nõ tenetur de euictione suo proprio nomine, sed tantum docere debet, & ostendere fuisse legitimum procuratorem vel tutorem, vt dicũt Bal. & Docto. in l. j. C. credi. euic. pign. non debere. quod Bart. dicit ibi, millies allegasse. & illud menti tenendum commendat Iaco. de sanct. Georg. in l. fi. num. xiij. de furtis. & Cornelius. consilio. lxxij. volumin. iiij. † Et pariter dicendum in alio vendente ex officio, quod non teneatur de euictione, vt tenet Bar. in l. alio. quæst. penult. ff. de alimen. & ciba. lega. cum aliis per Alex. ibi additis. † Sed hic in casu nostro non erat necessaria venditio, cũ tutor ipse rem pupilli immobilem sine necessitate vendiderit, & etiam sine iudicis decreto, sine quibus ipsa venditio non valuit, l. non omni titulo. & l. lex quæ tutores. C. de admini. tuto. Vnde tenetur ad restitutionem pretij, nisi quatenus doceat in vtilitatem, & commodum pupilli pretium conuersum fuisse, vt dicit tex. in terminis in l. prædiorum & ibi glo. & Doct. C. de prædiis mino. & l. iij. ff. quando ex facto tuto. & glos. & Doct. in d. l. fi. si quis cautio. Quare iste tutor censetur esse in dolo, ex quo ad garentagium, seu euictionem capiendam vocatus, prædicta non allegauit, hoc est tutelam finitam, & venditionem per eum factàm ob necessitatem pupilli fuisse factam, nec per cõsequens pretium in facultates pupilli conuersum, & expositum. & idem tenetur, si nomine proprio se, & bona sua, & non sui pupilli obligauerit, l. si is quem. C. de præmino. & idem in marito rem dotalem vendente, & euictionem eius promittente, vt voluit Cin. quem ibi sequuntur Bartol. Bal. Alb. in l. cum lex. ff. de iudic. & in d. l. j. & ij. & C. credit. euict. pig. non debere, & in dicta l. procurator qui pro euictione. & ibi expresse Barto. & Docto. de procurato. Et ita dictum fuit per arestum die xxix. Nouem. Anno 1519. Latum contra quendam tutorem notarium curiæ Metropolitanæ Burdegalen.

SVMMÆ.

1 *Vxori relicta iura renolenti bona esse sua industria, & non ex viro quæsita, an credatur.*
2 *Mulier quando præsumatur de suo, & non de bonis mariti acquirere: & quid pr. bare debeat. & numer. 3.*
4 *Mulier non tenetur ad præceptum viri negotiari.*
5 *Mulier quando ex bonis mariti præsumatur acquisiuisse & quando non. & nu. 7. 8. & 10.*
6 *Prælatus censetur de bonis ecclesiæ acquirere.*
9 *Filius præsumatur acquisiuisse ex bonis patris.*

Quæstio LXXXI.

Vxor executrix per maritum relicta pluta tam funeralia, quam alia viri debita, de bonis suis, seu ex sua industria constan. matrimonio acquisitis dicit se soluisse, & ita iurare offerens: quam hæres mariti dicit non esse admissibilem, cum iure communi præsumatur ex bonis viri acquisiuisse. Quæritur an sine alia probatione sit admissibilis.

DECISIO LXXXI.

ET † breuiter dico illam sine alia probatione non esse admissibilem, sed opus esse ad tollendã præsumptionem iuris, quod ex bonis mariti propter turpem quæstum euitandum præsumatur habuisse, vera probationes, l. Quintus. & ibi Baldus, & Alberic. ff. de dona. inter vir. & vxor. & Letiam. & ibi Alberi. & Sali. C. eo. tit. significauit. & eo. tit. & c. sicut manifestè. vij. q. j. † Sed si doceat se ante matrimoniũ illa habuisse bona, & in dotem non assignata: tunc secus, vt voluit Bald. in l. fi. C. de pig. & in l. si vxor. verficul. denuo quæro vtrum. cum q. leq. C. de condi. infer. & ipsum sequitur Alex. consi. xlij. li. v. † Et idem dicendum si apparere faciat illa bona cõstante etiam matrimonio ex aliquo titulo sibi euenisse, aut acquisiuisse honestè, d. l. etiam. quæ bona dicuntur paraphernalia, vel nisi secundũ Bal. in d. l. si vxor. ver. cæterum. vxor doceret se ex aliqua arte, vel mercantia acquisiuisse, l. fœmina. ff. de eden. quia esset chirurga, aut obstetrix, siue ballia vel lanifica, tunc id quod acquisiuit ex istis operibus, sibi & non viro dicitur acquisiuisse: † quia, vt inquit Bal. mulier ad præceptum viri negotiari non tenetur. Idem tenet Giral: de Petra sancta, singul. xcix. inchoan. inter virum & vxorem. & Albe. in d. l. Quintus. nu. ij. & idem Alex. consi. cxxxij. inchoan. verè crudelis videtur. vol. iiij. quia, vt inquit, non tenetur vxor negotiari viro nisi obsequialibus, & reuerentialibus, licet Bal. voluerit cõtrarium, mulierem acquirere viro, & male: quia dicit se non meminisse alibi legisse, & non mirum, quia cerebrum Bal. continuo voluebatur, sicut auis in aere: prout refert, vt ipse Alberi. ait, Paul. de Castr. idem dixit de socio eiusdem Bal. in quodam suo consil. † Ideo pro § clara huius materiæ intelligentia, dic secundum Angel. consil. cxlj. incip. super ... punctο dico &c. si ... di-

ſtinguendum, quoniam vxor interdum emit, & acquirit conſtante matrimonio, aliquando eo diſſoluto morte viri, antequam alium accipiat virum: aliquando poſt cõtractum ſequens matrimonium, interdum autem matrimonio diſſoluto diuortio. Primo caſu,quando emit conſtan.matrimonio,nec apparet vnde pecuniam habere potuit,niſi ex bonis ſui viri, tam ex eius bonis præſumitur acquiſiuiſſe gratia euitandæ ſuſpicionis turpis queſtus, d.l. Quintus. & idem dicit Bal.conſi.xxx.incho.proponitur, quod quidam.volum.iiij. & conſil.iij. incip. à libello incipiendum eſt.eod.volum.& idem Ang.conſi.cclxxv. incipien.ſuper primo puncto.ver. venio ad tertium. & Alber.in d.l.etiam.verſ.quærit Vbertus: aliàs incumbit mulieri onus probandi ab alio,vel induſtria, quod ex bonis viri habuiſſet,vt ibi per ipſos,& Ioan. de Plat.in l.& ſi inſtrumenta.ver. item nota hic quod ſi vxor.C.de fide inſtrum.& iure haſtæ fiſca.lib.x. nihilominus tamen res per vxorem empta erit ſua, & non viri,& ſolum tenebitur reſtituere viro pretium, vt volunt Doctor.ſupra allega.niſi vxor præſente viro,& tacente emerit de pecuniis ſibi per virum condemnatis. quia ita tacita confeſſio viro præiudicat, vt tenet Salic.in l.& ſi de tua pecunia. per illum text. C.de donation.inter vir.& vxo.& Spec.in tit.de emptio.§.in loco. †Et idem dicunt eſſe in prælato, qui in prelatura durãte aliquod acquiſiuit patrimonium, quod præſumitur de bonis eccleſiæ, ſi aliunde commode apparere non faciat.authent.licentiam. & ibi Docto.idem tenent.C.de epiſco.& cleric.& gl.in d. ca.ſicut manifeſte.& in d.l.etiam.Et idem in vtroq;, ſcilicet vxore & prælato tenet Barbat. conſi.lxix.ver. & primo ex eo.volum.iij. cum aliis per nos alleg.in addi.ad Din.in regul.ratium. de reg.iur.lib.vj. † Secundo caſu,quando acquiſiuit,vel emit mortuo viro ante matrimonium cum ſecundo viro contractum. & idem dicit Iacob.de Aret. præſumi. Sed Accurſ.in d.l.Quintus.dicit contrarium: quos concordat Ang. in d.conſil. quòd aut vxor emit intra annum luctus, quo tẽpore in primo matrimonio dicitur eſſe, cum nubere de iure non poſſit.auth.de nupt.§.ſoluta.& l. fina.ff.de repud.gl.in l.j.§.exactio,in verbo, reſtituẽdis.C.de rei vxo.& in l.fi.& ibi Salicet.C.de adulter. & aliàs conſului,an vidua intra annum luctus cenſeatur in eodem eſſe matrimonio, & tunc præſumitur de bonis viri quæſiuiſſe,vt ibi dicitur. Ideo ne illius caſtitas denigretur, præſumitur omne id de bonis viri quæſitum,ſi non appareat vnde ex alio quæri potuerit.Et hoc caſu eſt vera opinio Iaco. Quare docere debet:quia ex quo tam breui tempore acquiſitio fuit facta,præſumitur ex vicinitate,& propinquitate temporis res acquiſita fuiſſe ex bonis viri, l.ſi ventri. §.in bonis.ff.de priuileg.credit.†& quod ibi no.Bar. & in l.fi.C.ad Macedo.& idem Albe.in d.l.Quintus. Licet Bald.in d.conſil. lij. teneat ſimpliciter, quod ſi apparet rem aliquam per vxorem fuiſſe poſt mortem viri,& ſic in viduitate,acquiſitã, quod non præſumatur de pecunia viri: alias præſumeretur mulierem illa bona ſubtraxiſſe viro, & ſic præſumeretur dolus,quod videtur falſum, l.Marcellus.ff.rerum amotarum.Et ſic videtur ſequi opinionem Accurſ.in d.l. Quintus. ſed poſſunt concordari ſecundum dictum Ang.quando elapſo tempore luctus,quod non ſic lex voluit caſtitatem ſeruari,quod apparet cum liberam nubendi dederit licentiam,nec videri in primo eſſe matrimonio: & ſic intelligitur eorum opinio,vt de ſuo mulier acquiſiuiſſe, vel ſoluiſſe præſumatur,& etiam tenet Alber.ſequendo Vber. de Bobio,in d.l.etiam.verſi.item quærit.pro quo alleg. l.ſi fundum.ff.de fund.dotal. & in l. in confirmando. ff. de confirmand.tuto.quia,vt inquit Ange. nulla mulier poſſet quicquam tute quærere, niſi oſtenderet pecuniam a ſe habuiſſe originem: quod dicit eſſe falſum:ſed illud limitat eſſe verum, niſi mortuo viro remanſiſſet vxor in adminiſtratione bonorum viri, forte cum filiis ſuis pupillis:tũc per præſumptionem huius lucri mulier delictum incurrit, nec delicto excuſatur: ſi non poteſt aliunde lucrari, præſumitur ex bonis viri,vel filiorum acquiſiuiſſe, †vt dicitur ſecũ- 9
dum eum de filio,qui nõ eſt induſtrioſus, nec appareat vnde quærere potuit,quod de bonis patris quæſiuiſſe præſumatur,l.cum oportet. & ibi gloſſ.& Bart. Bal.& Salic.C.de bonis.quæ lib. † Tertio verò caſu 10
quando acquiſiuit poſt tempora luctus,& poſt ſecũdum matrimonium contractum:& in hoc caſu dicit Ang.hunc non reperiſſe articulum fore tactum, ſed in eo ex coniecturis eſſe iudicandum:quia ſi ſint aliqua indicia ex quibus iudicari poſſit ex cuius bonis citius & leuius potuit acquirere, vt quia vnus maritorum durior erat altero: item vnus mercabatur, alter vero non: vnus in domo continuè pecuniam retinebat,alter non: item vnus prædiligebat eam,& eius gubernationi pecuniam & totum patrimonium committebat,& alter non: tunc præſumendum eſt ex bonis illius quæſiuiſſe. Sinautem omnia pariter in vtroque concurrunt, ita quod nulla præſumptio in vno eſt vehementior, quàm in altero, tunc media via eſt eligẽda, vt id ex bonis vtriuſque præſumatur quę ſitum.ex quo enim ſecundum eum præſumptiones ſunt pares,ita iudicandum eſt, l. Titius rogatus. ff.ad Trebel.& inſtitu.quibus ex cauſis manu.non licet. §.cum ergo.per gloſ.in l.Neſennius.ff.de negot. geſt.de quo latius ſuprà dictum eſt. Aliàs ſecus, vbi vna eſt potentior altera: quo caſu minus potens ſuccumbit potentiori,l.excipiuntur. ff. ad Sillanianum. & ipſum ſequitur Purpura.in l.cum filius. §. ſeruum tuum.nu.lxj.ff.ſi cer.pet.tamen in hoc caſu dicerem, potius ex bonis ſecundi viri quàm primi acquiſiuiſſe,ex quo recepit dotem poſt annum luctus. Quarto caſu,quando matrimonium eſt diuortio ſolutum,ſimiliter præſumitur ex bonis viri quæſiuiſſe,vt voluit gloſſa in dicta l.Quintus.

SVMMÆ.

1 *Sigillum Imperatoris, & Regis quid contineat, & nu.2.*
3 *Literas Regis, Papæ, iudicum, &c. falſificans qua pœna puniatur: ſiue clericus ſit, ſiue laicus: & nu. 5.6.& 7.*
8 *Falſi pœna de iure communi.& nu.9:*
10 *Delicta plura an dicantur, ſi quis eodem ſepius vtatur.*

Quæſtio LXXXII.

Falſificans ſigillũ Domini noſtri Regis Franciæ, aut ſciẽter falſis vtens literis Regis, qua pœna puniatur, ſiue ſit clericus, ſiue laicus.

DECISIO LXXXII.

LT † dico vnum eſſe primò notandum, in ſigillo Imperatoris eſſe circum circa inſerta hæc verba, iuſtè iudicate filij hominum, vt dicit Bald. conſilio cclxxviij. exordien. quæritur ſi Rex Romanorum.ver.& iterum in alio 1

Pſalmo

Psalmo.volum.iij. Quę fuerunt verba Psalmistæ quæ ponit glo.in authen.de iudic.in fin.& ibi Ang. idem dicit. Ideo si Imperator vnum scribit in littera quod fit iniquum, & inuitum, erit sibiipsi contrarius, quia contrarium in sigillo præcipit. Sed in Sigillo domini nostri Regis Franciæ supremi hæc sunt scripta verba: † Et nomen sigillantis debet esse in sigillo, c. inter dilectos, ibi, in ipso sigillo cum versi. sequẽti: sed cum proprium nomen. & ibi Guid. Pap. in x. notab. de fide instru. † Hoc præhabito dicendum est, quoad clericum falsificantem literas Regias esse text. in c. ad audientiam. de fallis. quod post verbalem degradationem sibi caracter in fronte imprimi, & postea in exilium mitti debet. & ita tenent ibi omnes Docto. & magis amplè Ioan. de Ana. Et idem videtur dicẽdum de laico falsificante, & committente falsum, vel vtente falsis literis, vt tenet Ioan. Fab. in l. maiorem. & ibi idem Salic. C. de fal. & Guid. Pap. quæst. ccccl v. dicentes, committentem falsum in literis Regis teneri pœna falsi. per text. in d. l. maiorem. & l. vbi de fallis. † Sed in falsificante literas Papæ, tunc punitur, vt habetur in c. ad falsariorum. de falsis. † Fallit in falsificante literas simplices iustitiæ, quia tunc, si desistet eisdem vti, non punitur, c. accedens. eo. tit. & l. si falso. C. eo. tit. & l. quod falsum. ff. eo. † Sed committens falsum in literis aliorum prælatorum & eorum vicariorum, punitur, sicut habetur in c. olim. de offic. delega. & glo. in d. c. a fallariorum. in verb. legitimas. & Doct. in d. c. accedens. & Salic. in d. l. maiorẽ. qui respondet ad gl. in d. l. vbi volẽtem contrarium, quod vtens falsis literis punitur pœna mortis: quia secundum Salic. intelligi debet in falsificante literas Papæ, vel Imperatoris, & non de aliis, vt in versi. cõtra hanc solutionem. & versi. de rescript. authen. Papæ. & ita dicitur loqui glos. præalleg. in d. c. ad falsariorum. & glo. in d. l. maiorem. Sed vtens etiam scienter mitius punitur secundum omnes ibi, & in locis suprà allega. † Et ita reperio fuisse decisum Parisiis per quosdam commissarios loco domini Cancellarij Franciæ per Regem deputatos in causa Episcopi decani, & capellani Niuern. & procuratoris Regis contra quendam Ioannem Germum. per quod quidem arestum dictum fuit ipsum esse ponendum in pilliario per certos dies tam Parisiis quàm Niuernis, & quod cum liceo ferreo cãdente in eius fronte caracter imprimeretur, posteàque bannitus regno Franciæ, & eius bona confiscata essent cancellario, vt habetur in stylo Fráciæ quarta parte de arestis, artic. cv. & idem refert Ioan. Gall. in arestis per eum collectis titu. iura regia consuetudinaria. versic. ijdem dicens pluries ita fuisse Parisiis iudicatum. probatis tribus rationibus talem bonorum confiscationem fieri, & pertinere Cancellario per medium Regis, vt ibi. † Quia regulariter de iure communi pœna falsi in homine libero est deportatio cum publicatione bonorum, l. j. §. fin. & ibi Bar. & Hippol. ff. ad l. Cornel. de fal. & instituit. de publi. iudi. §. ité lex Cornelia. & ibi Io. Fab. & Ang. Aret. & glos. in c. in criminali. q. vij. & Ioan. de Ana. cons. xij. nisi secundum Ang. in d. l. vbi versi. deinde nota hic casum, quærit tur fallum esset graue valde: verbi gratia, quando quis multa acta combussisset in perniciem reipubli. & vt veritas apparere non possit. Et sentit Philip. Corne. consil. xlv. incipian. Eleganter deductum est. vol. ij. & hoc quando apparet hoc dolosè fecisse, vt veritas celaretur. Et ibi ponit de eo qui ex archiuio subtraxit, & abrasit certas chartas peculinas alias tenetur tantum furti, & non falsi, vt ibi. vel secundum Ange. quando quis partum suppositit, in l. j. C. eod. tit. † Aliàs regulariter non est pœna vltimi supplicij, vt ibi patet. & idem Cor. cons. clxxxj. incip. videtur primafacie. vol. iij. & Luc. de Pẽna in l. si quis. in verb. proscriptione. C. vt nemo ad suum patro. lib. xj. tamen hodie secũdum eum, in regno Neapolitano, est pœna mortis, secundum leges illius regni, vt habetur in constitutione, qui literas Regias. & ibi glos. & And. de Iser. in sua peregrina lectura. cuius constitutionis meminit Matthæus de Afflict. Decis. xxj. vbi ample vide. Sic est in hoc regno Franciæ per constitut. seu ordinatio. domini nostri Francisci Regis, quæ tamen tempore quo casus nostet euenit nõ fuerat promulgata. Quare per arestum dictum fuit per nos in audientia latum die xxij. Decembris, Anno 1519. Pro Guyoto & Ioanne Seyrac, Aymerito Roy, & Petro Roteu appellatis. contra Simonem Salomonis appellantem à iudice maiore Petragrarum ex commissario deputato à domino Antonio de Patro Franciæ Cancellario, qui Salomon scienter vsus fuerat quatuor falsis literis Regiis donorum officij seruientis, quæ diuersis personis vendiderat. Per quod fuit dictus Salomon ad veniam Deo, Regi, & iustitiæ vnam ardentem tedam in manu sua tenens, petendam condemnatus, & ordinatum literas prædictas falsas in pleno parqueto lacerandas, & dilaniandas fore. Et etiam condemnatus extitit esse per executorem altæ iustitiæ per quadriuia ciuitatis Burdegale consueta vapulandum. & in Pegandam. quo peracto esse per nos dictum executorem decendum supra vnum cadalalle ante Palatium Lumbrerium; & ibi in eius fronte cum lilio candente characterem imprimendum, & flectendum, ac eum perpetuo ab hoc regno bannicndũ, necnon eundem condemnauit erga dictum dominum cancellarium in decem libris Turon. absque tamen bonorum confiscationes, ex eo quòd in ipso ducatu Aquitaniç confiscationes ex priuilegio, & consuetudine fieri non debent, nec in eo habent locum, vt omnes domini asserebant. Quod priuilegium refert vidisse Benedictus in sua repet. c. Raymutius. Et de consuetudine non cõfiscandi bona, vide quæ dixi lib. consuet. Biturig. de iurisdi. omn. iudic. §. x. † Sed dubium fuit an videretur plura delicta, & plures falsitates fecisse, cum ex intervallo, & diuersis vsus fuerat temporibus. Et videtur quod non, ex quo dicta delicta ad eundem tendunt effectum, & ad vnum finem: vnde vna tãtum erat pœna puniendus, vt volunt Bar. post Dyn. in l. nũquam plura. ff. de priuat. delic. & in l. inficiando. §. infans. ff. de fur. & dictus Benedictus Capra, in quodam consi. secundum Socin. infrà alleg. licet Angel. in d. §. infans. velit contrarium, sequendo glo. in d. l. nunquam. quę communiter approbatur, quando diuersis temporibus plura delicta etiam ad vnum finem tẽdentia fuerunt commissa. Et idem Ioan. de Ana. in c. fin. versic. tangit hic dominus meus de Anch. de colluf. detegẽ. & Alber. in ij. parte statu. q. xxviij. & Bald. in c. quæstioni. de appel. & Feli. in c. j. col. j. de. * in cuius dicto dubitat Socin. in consil. lxij. versi. circa ij. dubita. vol. j. vbi reliquit arbitrio iudicis: vbi cum vide, & in ver. seq. circa ij. dubitatio. & hanc q. plenius tetigi infrà q. ccxix. inci. Si tria aut plura furta in vna nocte. Et de pœna falsi secundum ius commune, vel consuetudinem, aut statuta ciuitatum imponenda, vide Ang. Aret. in tract. malefic. in glo.

SVMMÆ.

1 *Rixantium alter mediatorem tertium percutiens, an teneatur.* ☞ nu. 2. 4. 8. & 10.

3 *Mediatorem ſe fingens interrixantes, vnum percutiens, tenetur. & nu.5.*

6 *Defendere quis alium non tenetur de iure ciuili, niſi in caſibus: ſecus de iure canonico. & nu.7.*

9 *Homicidij ſine dolo commiſſi pœna.*

11 *Iudex videns aliquos rixari, & non impediens, tenetur.*

12 *Lapidem proiiciens, ſi quem occidat, an teneatur.*

Queſtio LXXXIII.

Alia quæſtio fuit in tornella nobis ibi præſidente mota, quæ ſæpe occurrit, de aliquo ſe inter duos rixantes, & verberantes, interponente, & arma alterius accipiente, ac illum ſe defendere impediente, nec dimittere libi arma quacunque remonſtratione facta volēte, qui à tali aggreſſo cum pugione ſeu daga percuſſus in pectore deceſſit. Quæritur an talis aggreſſus teneatur pœna legis Cornel. de ſicariis. Quid econtra, mediator qui percuſſit vnum ex illis rixantibus ſeparationis cauſa, an teneatur. Et quid de proiicēte lapidem in aēre, & occidentem, vel vulneranté, caſu hominem. Quid ſi vnus ex rixantibus ſe retro hominem, quem primo inuenit poſuit, qui ab illo aggreſſore caſu occiditur: an pariter teneatur?

DECISIO LXXXIII.

1 LIT † videtur talem aggreſſum percutientem mediatorem teneri, quia capiendo arma illius aggreſſi conrixantis intendebat ne alium offenderet, prout de iure tenebatur. arg. l.culpa caret.ff.de reg.iur.& ibi hoc tenet gloſſ.& Decius,& text.& ibi omnes,inſuper Fel.in c.quantæ.de ſent.excomm.& in c.dilecto filio.eod.tit.lib.vj. & Din. in regu.non eſt ſine culpa.q.vltim.de reg.iur.lib.vj. cum aliis ibi per nos alleg. Et ita in terminis tenet Ang.Aret.in tract. maleſi.in glo.& dictus Titius.ver.quæro an maritus.

2 in fi.dicens,† quod quamuis ſocium criminis poſſim offendere, mediatorem autem vel alium circunſtantem, qui ſe de crimine non impedit, non poſſum: aliàs teneor.l.ſcientiam.§.qui cum aliter. ff.ad leg.Aquil.vbi proiiciens lapidem contra aggreſſorem, ſi non eum, ſed prætereuntem percuſſerit, tenetur. & ibi Bal.dicit, quod licet ſit licitum percutere aggreſſorem, non tamen mediatorem, vel alium. pro quo dicto magis ſtringit tex.in l. eum qui. §. ſi iniuria.ff. de iniuriis.cum aliis per glo.alleg. vt infrà dicam. Et pro hoc facit tex.ſing.in l.j.§.ſi ſibi manus.quem Angel.legit cum §.occiſorum. ff. ad Sillan.dicens illum tex.facere in fauorem mediātium. Plures enim ſunt, vt inquit, inuicem rixantes, quos ſolent mediatores cum fuſtibus, vel cum lapidibus impedire, ne cædes & vulnera inferant, & tales mediatores non dicuntur aliquam eiſdem rixātibus facere iniuriam, & per conſequens nullo modo tenentur, ſi rixantes percutiant. Chriſtus enim mediator fuit Dei & hominum, vt ſacroſancta cantat eccleſia. Et idem tenent Bald. & Flo.in d.§.ſi ſibi manus.& Bal.in ſua Mar.in verſi.

3 defenſio.in fi.† niſi fingerent ſe mediare, & interim percuterent alterum ex rixantibus, qua tunc tenerētur tanquam culpoſi; imo doloſi, vt tenuit Bald. in d. ſua Marg.in verb.videns, qui ad hoc alleg.Inno.in c. ſicut dignum ver.& idem dicimus de illis.de homic. & Bertach.in ſuo reper.in verb.mediator.prout imponebatur Ioanni de Fraixe reo, qui percuſſerat quēdam de Lauaur ſuper caput, dicendo omnibus, Retrocedatis, vultis ad inuicem vos interficere? & tamen probatur dixiſſe, Vultis cum ita dimittere abire, quare fuit propter probationem dubiam, & contrariam, & alia ex proceſſu reſultantia in lx. lib. Turon.& in expenſis condemnatus: & latum areſtum, die j.Feb.Anno 1524. Et idem dicendum eſt ſecundum Ang.in d.§.occiſorum. in iis qui liberauerunt aliquos, qui ſibi ligauerant manus,& pedes, volentes ſe proiicere in Tiberim, vel mare, aut volentes ſe iugulare & ſuſpendere: quod non teneatur, imo merētur,& offendentes, vel occidentes tales mediatores tenentur, vt ibi per Bald.& Roma. † In contrarium 4
videtur, quod non teneantur rixantes, ſi caſu occidāt mediatorem, quia pœna capitalis non imponitur abſque dolo.l.in lege Cornelia.ff.ad l.Corne.de ſica. & l.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.ad l.Aquil. & l.j.C. de ſica.& c.j.de homici.& l.cum autem.§.capitalem. & ibi Cæpol.ff.de ædil.edict. Et idem ſi iſte aggreſſus timens poſſe interim ab alio offendi, aliqua iuſta motus cauſa, vt in caſu noſtro, pro recuperatione armorum,& conſeruatione ſuæ perſonæ illum mediatorem arma ſibi auferentem percuſſit, quod non teneatur, vt voluit Ang.l.in eadem cauſa.per illum tex. ſingu.verſi.prohibendi dominum res ſuas ſeruare.ff. ad l.Iul.de vi publ. † dicens ibi notandum eſſe caſum 5
contra fingentes ſe mediare inter duos rixantes, & ſua cum fictione prohibēt alterum ſe tueri & defendere. Nam tales incidunt in legem Iul. de vi public. Et pro hoc alleg.tex. in l.iij.§. quemadmodum.ff.de incen. rui.& naufra.& idem dixit Alber.in d.l.in eadem cauſa.in fi.& etiam, vt inquit, tenentur ij.l.Corne.de ſicar. ſi inimicus illum per mediatores impeditum occidat: quia ipſum tenebantur defendere & iuuare,& non impedire. allegat d.l.iij. §.fi. de incen. rui.& naufra. † quamuis de iure ciuili non teneatur 6
quis alium defendere, niſi offenſus eſſet ei⁹ ſubditus: quia tunc dominus tenetur eum defendere, vt tenet gl.in d.l.culpa caret. Et econtrà ſubditus dominum, c.de forma.xxiiij.q.v.& Bar.in l.vtrum. ff.de parrici. & in l.vt vim.& ibi Bal.Albe.& Moder.ff.de iuſtit.& iur.& Bald.Albe.& Sal.in l.j.C. vnde vi.& Feli. in d. c.quantæ.ver.extra gl.vltra Doct. & idē in filio contra aggreſſorem patris, vt ibi per eum,& per Doct. ſuprà in j.parte alleg.& Io.de Ana.in c.ij. de homic. & Bal.in l.j.C.quando lic.vnic.ſi iudi.ſe vindi.& Angel.Aret.in tract.maleſi.in glo.& dictus Titius ſe defendendo.verſi.quæro ſicut poteſt. & in pluribus q. ſeq.& Laſ.in d.l.vt vim.verſi.in hac gl.in l.cum quis. §.in popularibus.ver.glo.parua.ff.de iureiu.& Flo.in d.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.verſi.item nota regulam.& ibi Alber.verſi.vltimo nota. Et idem in viro qui vxorem defendere tenetur l.ij.& ibi Bar. & Doctor.ff.de iniur. Docto.ſuprà in locis alleg.& Cardi. Alex.in ſumma.50.diſun. Et idem in ſocio itineris, qui etiam iuuare tenetur, & defendere conſocium, vt voluit glo.quam facit ibi ſingularem Alber. in l. item apud Labeonem.§.abduxiſſe.ff.de iniu.& idem ibi Ange.in §.comitem.quem commendat Ang.bene notare contra offendentes duces itineris, aut ſociantes dominas per vicos & plateas. nam tales tenentur actione iniuriarum dominabus,& etiam illis qui eas ducunt.& Baldus conſilio viij.volumine primo.& Ang.Aret.vbi ſuprà verſic. quæro an maritus. & Cornelius conſilio cvij.verſi. & inſuper non ſolū. &ver.quinimò eſſet pro defendēdo ſocium itineris. vol.j.& Ang.conſil.cccl.xxvj. inchoan. Philoſophicè & legaliter.& Ioan.de Ana.d.c.ij.de homi. † Tamen 7
de iure canonico tenetur defendere aggreſſum,& ſi non defendat, peccat quò ad Deum, aliàs ſecus: & ſic foro contentioſo videtur teneri, d.c.dilecto. in fin.& ibi bona glo.in verb.vicino.& Felin. in d.c. quantæ.

verſi.

verſi.extra gloſſ.& in c.quæ alios.de hæret. cum aliis
8 ſuprà in princi.alleg. †Vnde in hoc caſu noſtro me-
diator iſte venerat gladio, & baculo ſimul cum rixã-
te munitus: quare præſumendus erat ipſum veniſſe
ad priſonarium offendendum & vapulandum, cùm
illius baliſtã ceperit ſtapede ſiue ſtripedio, quam
dimittere nolebat. Ideo ſi inuaſus cum percuſſerit,
non tenetur lege Cornel.de ſicar.vt dictum eſt,cum
dolum non commiſerit. Et pro hoc bonam adducit
rationem Ang.in l.ij.per illum text.& glo.fin.quam
ibi facit ſingularem.C.de ſicar. Quia niſi aggreſſus
percuſſiſſet mediatorem, per quem vires inſultantis
ſeu aggreſſoris præualebant, ipſe inſultatus ſeu ag-
greſſus fuiſſet occiſus. Nullus enim ſanæ mentis di-
cere vellet talem percutientem mediatorem teneri
de homicidio: & hoc dicit probari per illum text.&
glo.quæ etiam allegat tex.in l.j.§.ſi.ff.de ſicar.& in l.
ſi quis fumo.§.j.ff.ad l.Aquil. vbi dicitur, quod igne
in vnam domum miſſo, licitum eſſe mihi deſtruere
domum vicini,vt ignis euolans non cõburat meam:
ſimiliter licitum videtur mihi percutere, vt non oc-
cidam:arguendo de re ad perſonas. Et ſic debet intel-
ligi Angel.Aret. quem ſic intelligit Auguſti.Arimi.
ibi,in addit. veruntamen vbi percutiens alium non
eſſet in tanto vitæ diſcrimine conſtitutus,tunc ſecũ-
dum Ange.in d.l.ij. quem ibi ſequitur Hipp.teneretur de percuſſione & etiam occiſione, licet ipſum
præter propoſitum occiderit: tamen non teneretur
lege Cornel.de ſicar.& idem Angel.in d.l.j. de ſicar.
eo.tit.& in l.Gracchus.in fine.C.de adulter. †dicens
9 per illum textum & gl.ſi.dictæ l.ij.quòd pro homici-
dio dolo commiſſo eſt pœna capitis:abſque dolo eſt
pœna exilij ſeu relegationis. Et ſi ex leui culpa, vel
leuiſſima,puta per laſciuiam cõmiſſum,ſit per quin-
quennium relegatio, ſeu in exilium miſſio, d. l. lex
Cornelia.§.j.& idem dicit Angel.l.ſi cum ſeruo. per
illum text.ff.de iniur.volens percutientem mediato-
rem rixæ non teneri actione iniuriarum, nec lege
Corn.ſed pro motu iudicis, ſi culpam commiſerit:
ſecus ſi nullã licet Bart.ibi hoc relinquat indeciſum.
ſed in l.reſpiciendum.§.delinquunt. in fi.ff.de pœn.
decidit.quòd ſi percutere volens Titium,caſu percu-
tit Seium,tunc bene tenetur,per tex. in d.l.eum qui.
§.penult. & fin.ff.de iniur. & in d.l. ſcientiam.§.qui
cum aliter.& idem in l.liuus. verſic. ſecundo quæro
quid.ff.ad l.Corne.de ſicar.quem ibi ſequitur Hipp.
& idem tenet Anch.in c.fin.quem ibi ſequitur Ioan.
de Ana.ver. quid autem. de iis qui filios occiderunt.
quia dabant operam rei illicitæ. Et hoc ſi eſt aggreſ-
ſor,ſecus in aggreſſo,qui non cogitat,niſi ſe tueri &
defendere: quia ſi alium percuſſit, volens ſuum per-
cutere aggreſſorem,non tenetur,d.l.ſcientiam.verſi.
ſeu ſi defendendo. & idem Franciſc. de capitibus li-
ſtæ,conſil.xxxvj.quod eſt poſitum inter conſilia Cæ-
pollæ,quod eſt ij.in ordine,verſi.j. dum dicebatur &
ad Bar.reſpondet Ang. in d.§.delinquunt. & ipſum
ſequitur Hippoly.in l.de minore.in princ. nu.xxxvij.
in fi.ff.de quæſtio.& Cæpol. conſilio xxxiij. & Ioan-
nes de Anan.in d.c.final. verſicul. adde etiam quod
Bart.in d.l. cum ſeruo.ſed malè dicit.& idem contra
Bartolum tenet Iaſon in l.j.verſicu.quid volens.ff.de
legibus.& Alexan.in addi.ad Bartolum,in d.§.delin-
quunt.& Iaſon in l.ſed ſi per errorem. verſic. & per
iſta iura determinat Bar.ff.de iuriſdi.omnium iudic.
allegans Bald.in l.iij.§.quacunque autem.verſic.quo
ad tertium.ff.de iureiurand. & idem Iacob. Boleno.
in repetit. §. famoſos. l.capitalium, ff. de pœnis.in
xxxij.limitatio & Boniſac.de Vitali. in tract.malefic.
titul. de inſultu. numero xxxv. & ſolum tenebitur ac-
tione legis Aquiliæ, dicto §. qui cum aliter. vel ac-
tione iniuriarum,dicta l.eum qui.§.ſi iniuria. & nõ
lege Cornelia de ſicar. & idem dicit Antonius de
Butr.in d.cap.ſicut dignum.per illum textum.de ho-
micidiis.& Paul.de Caſtro in l.j. poſt princip.C.vbi
ſena.vel cla.& Cæpol.conſil.xxxiij. verſic. & pro hoc
allego,& aliàs dixi in tractat. noſtro de ſeditioſis. in
ſolut.principa.quæſtio. †Ergo in caſu noſtro,cum 10
aggreſſus,in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus, me-
diatorem,qui cum aggreſſore armatus telo & bacu-
lo veniſſet, occiderit: non tenetur. & pro hoc bene
facit dictum Bald.in d.l.j. quan. lic.vnic.volentis,ſe-
quendo gloſſ.ibi. quod in expectatione eſſet perí-
culum,ex quo liquet de animo, melius eſſe aduerſus
iniuriam ſe præparare, quam ſe in diſcrimine coar-
ctare. & idem dicit in dict l.j. C.vnde vi.& Cornel.
conſil.cxxxiiij.vol.iij.& conſi.cvij.vol.j.& Bal.conſil.
430.incip.qui mortem.vol.j.& Ang.Aret.in d.tract.
malefic.in glo.& dictus Titius.Et hic in terminis te-
net Iaſo.l.ſed eximendi.§.prætor ait. ff. ne quis eum
qui in ius voca.vi exi.& in d.l.j.vbi Sena.vel clariſ.Et
idem videtur ſi ſine baculo, ſeu alio honeſto modo
aliquis ſe interpoſuerit inter duos rixantes, & ab al-
tero ipſorum caſu,& inaduertenter percuſſus fuerit,
vt non teneatur,ſi abſque dolo & culpa hoc fecit, vt
tenent Doct.ſuprà alleg.& Hippoly.de Martil.in l.j.
§.viſus.nu.xj.ff.ad leg.Cornel.de ſicar. & in l.j.n.viij.
C.eod.tit.ſequens Angel.in d.l.ſi cum ſeruo.& idem
Cæpol.conſil. lxxxiij. vbi ponit de ſagittante contra
inimicos, & interficiente ſuum parentem in medio
exiſtentem,quod non tenetur lege Cornelia, vt in-
fra dicam:& idem in patre vel magiſtro,aut marito,
corrigentibus filium, diſcipulum, vel vxorem, quod
ſi mediatorem, & interponentem percuſſerint,non
teneantur, ſed illi imputandum eſt, vt voluit Alber.
in l.ſi quis in graui. § ſi maritus. ff. ad Sillania. †Et 11
aduerte,quòd iudex qui aliquos videt rixari, nec im-
pedit illos,nec ſe interponit ad eos ſeparandum,de-
bet priuari, & ab officio remoueri,vt voluit Petr.de
Bellaper.quem refert Cin.in l.ſi ſeruus. C.de noxali.
dicens quendam Regis officiarium de facto fuiſſe of-
ficio priuatum patientem filium malum iuuenem in
eius præſentia alium atrociter verberare,&non pro-
hibentem:& ſequitur Bal.in l.j.§.quies quoque.in fi.
ff.de offic.præfec.vrb.& Ioan.Bapt.in l.ſiem fuñcto.
quæſt.iiij. in fin. ff. de offic. aſſeſſo.quod intellige,vt
ibi per eum,& ſic vt ſuprà concluſum fuit, & remiſ-
ſus extitit priſonerius a iudice à quo de Montepeſa-
to ad faciendum ſibi ſuper certis aliis exceſſibus, &
delictis ſuum proceſſum. Et latum fuit arreſtum die
xxij. Decembris,anno ſuprà proximè allegato. †Et 12
quod ſuprà dictum eſt,proiiciẽtem lapidem, & caſu
hominem occidentem,non teneri pœna legis Cor-
ne.de ſicar.vt idem voluit Pau.de Caſt.in l.& ſi ſeue-
rior.verſi.& ideo licet ſtatutum.C.ex quib.cauſ.infa.
irroga.narrans ſe ex facto quendam à morte liberaſ-
ſe,ſed cum magno labore: pro quo allegauit Bald.in
d.l.data opera.verſicul.item ſi ſtatutum punit homi-
cidam. C. qui accuſare non poſſunt. & illud dictum
Pauli alleg.Alex.conſ.cxliiij.inch.poſt redditum.ver-
plus dico.& Iaſ.in l.j.verſi.& dixit Paulus.ff.de legib.
cum aliis per eum allegatis. & idem Paul.in l. nemo.
verſic. item nota.& ibi,homicida quod fecit ſemper
expectet.C.de epiſc.audien.& idem Philipp. Decius
conſil. ix. & illud dictum Bald. & Paul. ſecutus fuit
Cæpol.in cautela xij. & xiij. dicens ſe plures à morte
liberaſſe,allegans ad idem Paul.de Caſt. in l.j. verſic.
quid ſi ex forma ſtatuti. C.vbi ſena.vel clari. & Paul.
de Caſtro conſil.xxxvij. verſic. ita etiam deter- animos

expreſsè Bal.l. cuius quidem conſilium reperitur inter conſilia Cæpol. quamuis dictum Pauli loquatur quando proiiciens lapidem non credebat aliquem percutere. tamen idem videtur, vbi volebat Titium percutere,& percuſſit Scium,vt in caſu Bart.loquentis in aggreſſore operam rei illicitæ dante. quare opinio Angel.Alex.Ioan.de Ana.& Iaſ.eſt benignior, quæ in pœnis eſt ſequenda,l.hodie. ff.de pœnis.& in regula, in pœnis. de regul. iur. lib. vj. cum aliis ibi per nos alleg.& de proiiciente lapidem eſt text. in l. exhibita.& ibi vide per Abb.& Felin.de homicid.& Ioann.de Ana.in c.de cætero.verſi.de quo etiam per Tranque.de Corn.in ſecunda rub.in q.v.de homici. vbi ponit de proiiciente lapidem contra Scium tenentem gladium in manu, in qua eum percutit, & ſibi à manu euolare fecit gladium, qui cecidit ſupra Caium ibi aſſiſtentem,ex quo fuit cum ſanguinis effuſione vulneratus,an teneatur.& per Flor. in l.item Mela.§.Celſus.ff.ad legem Aquiliam.

SVMMÆ.

1 *Occidens Titium pro Seio an teneatur.*
2 *Aggreſſus ponens ſe retro alium ob id occiſum, an teneatur. & nu.4.*
3 *Occidens condemnatum an teneatur.*

Quæſtio LXXXIIII.

Per ſupradicta videtur decidi quæſtio, & quod quis non valens aliter euadere mortem, apprehenſo Titio vtus eſt eo vt clypeo,qui Titius per aggreſſorem fuit occiſus: quæritur an teneantur aggreſſor,& aggreſſus de morte illius Titij.

DECISIO LXXXIIII.

1 ET † videtur, quod non teneatur aggreſſor,l.Corne.de ſicar. per d.l.ſi quis fumo.ſuprà in præcedenti q.alle.&in d.l.iij. §.quemadmodum. de incen. ruina & naufrag. cum ſimil. per Feli. allegatis.in c. ſignificaſti.in ij.ver.iij.poſſes limitare.de homici.† ſed apprehendens Titium, & retro illum ſe ponẽs,punietur de exceſſu tantum, quaſi exceſſerit defenſionem, ponendo innocẽtem in periculo:& ita dicit ibi Fel. fuiſſe aliàs diſputando concluſum per Ange.Aret.in reper.d.ca.ſignificaſti.inchoante, Atolus Caium aggreſſus eſt.quam ibi refert & ſequitur Feli.Secus videtur ſecundum eos, ſi aggreſſus vteretur vt clypeo homine condemnato,& ad mortẽ ducto, quod non teneatur,cum periturus & ſtatim moriturus erat. Et iſtud vltimum nobis non placet, cũ talis ad mortem condemnatus non ducatur ſine officiariis, & grandi hominum caterua illum ſequente:quos nõ eſt veriſſimile pati alium aſſaillire,quin ſtatim caperent illũ, aliàs tenerentur,ſi condemnatus occideretur, per ea
3 quæ dicit Bal.in l.addictos.C.de epiſc.audien. †Volens occidentem cõdemnatum ad mortem, dum ad locũ ducitur iuſtitiæ,tenetur Corn.de ſicariis.& idẽ in l.fin.C.de malefic.& Mathe.vbi eſt text.ſingularis.& Hipp.de Marſi.in l.j.in prin.nu.xv.ff.ad leg.Corn.de ſicar.cum aliis per eum alleg.& Alb.in l.ſi alius.§.eſt & alia.ff.quod vi aut clam. Et idem dicẽdum de alio famoſo latrone,quẽ alicui non licet interficere,quin de homicidio teneatur, vt plene per Cæpol. conſil. xxxiij.& idem in homine quaſi mortuo, l. itẽ Mela.
4 §.ſi ſeruum plures.ff.ad leg.Aquil.†Et pariter in primo dicto ego dubito multũ:quia plures ſunt timidi homines etiam baculũ ad ſe defendẽdum deferentes, aggreſſorẽ tamen timentes,ſed aliũ nõ videntes locũ refugij eis magis propitium & tutũ, ſe ponunt retro alios homines,vt præſeruentur:quòd non teneantur tales confugientes retro homines,ſi ſine dolo hoc fecerint,ſecus ſi dolose &data opera,vt aliquis illorum occideretur,vt ſuprà dictũ eſt in præcedẽti q. de mediatorib.ſe inter duos rixãtes ponentibus.Et ita poſt reperi Iac.Rebuf.tenentẽ in l.nulla.poſt prin.ver.argumento eſt lex iſta ad tale dubiũ. C.de dilatorib.li. x.& etiam Zab.ſequendo ibi Matt. & idem Card.Alex.in c.ſæpè. ante ſi.ver. & ideo mihi non eſt imputandum.50.diſt.ſequens Hug.ibi volentes, Doct.ſuprà alleg. quòd ſi aliquis me impulit in alium, & ex meo impulſu ille retro cadat,quod non teneatur. de quo vide per Doct.ſuprà alleg.ſed in caſu noſtro occidens innocẽtem,quamuis extra propoſitũ occiderit,tenetur ſecundũ Doct.ſuprà alle. & Iac.Rebuff.in d.l.nulla.ver.& ideo tenetur inuaſor,ſed non præponens alium ante ſe tãquam cly.per text.in l.quoniam multa facinora.C.ad l.Iul.de vi public. & in l.in hoc iudicio.ff.de ſeruo corrupt. tamen vt ſuprà dictũ eſt, non tenetur lege Corn.de ſicariis. vt voluit Ange.in d.l.reſpiciendũ.§.delinquunt.de pœn.ſed pro modo culpæ arbitrio iudicis punietur.Et ſic fuit cõcluſum, & iudicatum in quadã appellationis cauſa inter Io. du Puy,dict le Baſque,à Seneſchallo Agẽnen. in ſede Condomi appellantem, & cõſules de monte Regali appellatos,& dictum fuit ipſum aggreſſorem appellantem bina vice fore fuſtigandum. Et latum arreſtum die xij.Decemb.Anno 1530.

SVMMÆ.

1 *Iuramentum an & quando deferatur in ſupplementum probationis.& nu.4.& 5.*
2 *Iuramentum non eſt propriè probatio.*

Quæſtio LXXXV.

An iudex ſecularis præcipuè in ſupremo Parlamenti curia poſſit iuramẽtum neceſſarium in defectum probationis deferre:non obſtante ſtylo hoc prohibente, ſi eſt pluſquam ſemiplenè probatum.

DECISIO LXXXV.

ET † videtur quòd non: per ea 1
quę dicit Bal.in c.j.§.item vaſallus.ante finem.de mueſtitu. volens, quòd ſi numerus teſtiũ eſt ſtatutus pro forma actus, vel probationis eius, quòd tũc non poteſt ſuppleri per iuramẽtum, vel extraneas cõiecturas.Pro hoc allegat gl.in l.cum proponebatur.ff.de legatis ſecundo. † Et eſt ratio, 2
quia iuramentum non eſt propriè probatio,vt dicũt Doct.in l.ait prætor. §.iurari. & ibi Iaſ.ff.de iurelur. & idem Barb.in additio.ad Bal.in d.§.item ſivaſallus in verbo iuramentum.qui alleg. glo. peregrinam in l.cum de indebito.ff.de probatio.in verbo, ſeruãdo. Pro quo facit ſecundum cum, quòd ſi iudex condemnet aliquem, ſi non probauerit, tũc nunquam defertur iuramentum. & idem tenet Gerald. de Petra ſancta,ſingula.lxxxvj.inchoan. iuramentum. Sed de ſylo non admittitur ſacramentum.Et etiam per ordinationes regias datur certus numerus teſtium, videlicet decem ad quodlibet factũ,vel articulum probandum,& non vltra, vt patet in ordinatio. Caroli. vij.artic.xcviij.& Lud.xij.articu.xiij.promulgat.annò 1499.

Digitized by Google

1499.igitur &c.& latè tenet Socin.conſ.ij.exordien. præſtantiſſime Doctor.poſt princip.verſic. tertium. vnde tamen prædictis non obſtanti. & quæ circunſtantiæ,&qualitates concurrere debent,vide ibi,ver-
3 ſic. quibus præſuppoſitis. † In contrarium videtur, quod licet in certis caſibus non deferatur iuramentum in defectum probationis, vt eſt in cauſa matrimoniali,c.mulieri.& c.fin.de iureiur.& glo.in d.l.ait prætor.§.quantumcunque autem actione.in verb. agatur. eodem titul. vel in cauſis magnæ quantitatis, vt voluit gloſ.& Doct.in l.admonendi. eod.titu.in l. in bonæ fidei.C.eodem.vel etiam in criminali.vt infra dicam, in ſeq. q. ac in aliis pluribus caſibus,quos ponunt gloſ.& Doct.ſupra allega.& latiſſimè Socin. in regu.cciij.in verb.iuramentum.& Hipp.de Marſil.in l.maritus.verſi.quærit poſtea Bartol. † Tamen
4 vbi eſt pluſquã ſemiplena probatio, videlicet in qua ſunt duo teſtes, quorum vnus non eſt integer, vel ſunt alia cum vno teſte indicia,tunc ſecundum Abb. Sicul.in d.cap.mulieri.poteſt deferri iuramentum.& idem Deci.capel.Thol.q.clxx. & tenent Paul.de Ca. Alexan.& Iaſ.in dicta l.ait prætor.§.j.& omnes Doctor.in dicta l.admonendi. inſuper Romanus & Salicetus & Bal.in dicta l.in bona fidei. & Alex. conſi.cxxij.inchoan.viſo proceſſu.lib.j.cum aliis per eum alle.& per Hippol.de Marſil.ſingul.xxvij.incip.iuramentum.vel quãdo quis habet vnum teſtem & pars aduerſa ſubſtraxit alium, quod tũc poteſt deferri iuramentum, ſecundum Io. And.in c. peruenit. quem ibi ſequuntur Doctor.inſuper Feli.de teſtib. cogen. & Felin.poſt Docto.in c.cum cauſam.verſ.in glo.in
5 verb.compellas.de teſtibus. † Et alias ſic conſului,& illa eſt veritas,& pluries per curiam noſtram Burdegalen. delatum fuit iuramentum in ſupplementum probationis, quãdo vltra ſemiplenam probationem aliqua erant adminicula, & præſumptiones coadiuuantes ſemiplenam,alias non: vt vidi primò in cauſa cuiuſdam viduæ de Rupella nomine Ioannæ Seuerinæ. Secundo in cauſa Lamberti Lancollo à Seneſchallo Aquitaniæ appellantis contra quandam viduam de Coderci appellatam: & latũ fuit areſtum vigilia omnium ſanctorum,Anno 1520.

SVMMÆ.

1 *Iuramentum an & quando in criminalibus deferatur. & num.2.3.4.5 & 6.*

Quæſtio LXXXVI.

Sed quid an in cauſa criminali, criminaliter intentata, poſſit deferri iuramẽtum accuſatori vel reo, qui defunctum obtutelam corporis de die, vel de nocte dicit ſe occidiſſe, maxime ſi per Regem literæ ſibi ad hoc præſtandum fuerint conceſſæ.

DECISIO LXXXVI.

1

T † gloſſ.ſunt variæ:nam in l.maritus. ff.de quæſtion. tenet generaliter & indiſtincte iuramentum etiam neceſſarium poſſe per iudicem deferri: quam ibi videtur ſequi Hippolyt. numer. xvj. & Ioann. Fab. in l. bonæ fidei. in princip.Cod.de iureiurand.& Baldus in l.qui accuſare. in quarto notab. C. de edend.& Roman. & Alberic. in l. ait prætor. §. quantumcunque.ff.de iureiurand.per text.ibi in ver.
2 pœnali.& Alex.conſil.lv.incip. viſo proceſſu.volumdicens opin.Roman.eſſe communem. † Sed contrarium tenuit glo.in d.l.ait prætor. §.quantumcunque.in verb.agatur.de iureiur. & in d.l.in bonæ fidei. & in l.ſi cui.§.iiſdem. in glo.j. ff.de accuſa.quod valeat delatio iuramenti voluntarij vel iudicialis, ſed non neceſſarij. Vnde dic hanc vltimam opin. gloſſ. eſſe veriorem, volentis iudicem non poſſe in cauſa criminali neceſſarium deferre iuramentum: & ſi accuſator ſemiplenè probauerit per vnum teſtem delictum,tunc in ſupplemẽtum probationis iudex non poteſt deferre tale iuramentum:& iſtam opin.gloſſ. ſequuntur ibi Bar.Angel.Alber.Paul. de Caſtr. & Alexand.ſibi contrarius,& etiam Socin. quam confirmat ibi Iaſon. verſicul.ex primo gloſſ.tribus modis. & etiam ampliat habere locum quando imponitur pœna pecuniaria pro delicto, de quo ſtatim dicam. Et ad Bald.Ludou.& alios ſuprà alleg. reſpondet Alexand.& Iaſo.ibi,& pariter Ioann.de Imol.in c.fi.de iureiurand. † Et iſta opin.approbatur, & probatur 3
in curiis ſecularibus & eccleſiaſticis, quando criminaliter agitur aliquo inſtigante,&procuratore regio vel alterius domini ſecum adiuncto:quia de ſtylo curiarum quis non admittitur per ſe ad accuſandum, ſed ſolum inſtigandum,vt tenet Deciſi. capel.Tholoſa.ccxliij. †vbi Aufred. refert voluiſſe hanc com- 4
munem dimittere, & limitare non habere locum, quando agitur ad pœnam pecuniariam,vt in actione iniuriarum. Secundò etiam limitare in vtroque caſu,niſi vltra ſemiplenam probationem aliquid probatum eſſet,& perſona actoris eſſet honeſta:tunc iudex poſſet deferre iuramentum neceſſarium, per textum in dicto capit.fin.de iureiurand. cum aliis per Alexand.& Iaſon. in dicta l.ait prætor. §. quantumcunque alleg.quos ſequitur Socin.ver.limita.& Alexand.conſil.lxxvj.verſic.ij.reſpondeo.lib.vj.& conſil. ciij.numer.ix. lib.vij.& conſil.clxxv.num.ix. eodem libr.vel ſecundum Alexand.in dicta l.ait prætor.talis probatio erit ſufficiens ad ipſum accuſatum in quæſtione & tortura ponẽdum. †Sed prædictam limita. 5
intelligerem,quando actum &concluſum eſſet ad emendam pecuniariam tantum, & non honorariam publicam, ſed ad veniam Deo, & parti petendam. Tunc cum infamiam iuris & facti non imponat,nec incurrere faciat, poſſet deferre neceſſarium iuramentum: ſecus ſi ad emendam honorariam actum eſſet,vt volunt Doctor.ſuprà alleg.Et ſic concluſum fuit,& latum areſtum die xvij.Auguſti, Anno 1535. in fauorem Gratiani Deſchuerre à Seneſchallo Landarũ appellantis,contra Chaugni appellatũ,aliàs ſi vltra vnũ teſtẽ nihil præſumptionis ſit probatũ,non defertur iuramentum, nec pariter reus abſolui debet, vt voluit Lac.But. & Iaco. de Rauen.in d.l.ait prætor.§. quantumcunque. & ibi ſequitur Paul.de Caſtr.& Alex.& Iaſ.ver.aduerte. & hoc per text.alle.per eos in auth.ſed nouo iure.C.de pœn.iudi.qui malè iudi.ſed debet ſe purgare medio iuramento, quod iudex deferet:vt voluit Bart.in d.l.maritus. ad fin. ff. de quæſt. per tex.in l.præſenti.§.ſicubi. ibi, de ſua etiam conſcientia ſatisfaciat.C.de his qui ad eccl.confu. Quod vidi ſemel fieri ſuper reliquiis S.Antonij. Et latũ areſtum die xx.Iunij,Anno 1528.Et ita voluit glo.in c. ſignificaſti.in pr.in ver.ſi ita eſt.& ibi per Abb.& Felin.de homic. & Io.de Ana. in c.excommunicamus, §.qui autem.in j.not.de hæret.vbi plura circa ciuilia de purgatione loquentia alleg. Tamen veriſimile eſt illũ modis omnib. ſuum redimere ſanguinem, etiã deferãdo.l.ſi.de bo.cor.qui ſibi mort.vt patet in im petrantibus literas ad ſe ſuper hoc purgandum. † Et 6
iſta eſt ſecũda Soc.in d.§.quantũcunque.ver. circa ſecundã &c.cõmunis cõcluſio:quoniã probatio dele-

de nocte commissi est difficilis: quia illud probabiliter ignoratur, vt not. gl. in l. si cũ exceptione. §. in hac actione. in verbo, ignorantiam. ff. quod met. caus. & ibi Bal. & Ang. & Alex. consil. xviij. ver. ij. præsupponо. vol. ij. cum aliis per eum allega. & idem Bal. in l. Arethusa. ff. de statu homi. & del Vello in addi. Abb. in c. cum causam. de testi. & tract. suo de teste. reterẽs omnes cautelas Oldr. ad liberandum hominẽ à morte, si testes dicant homicidium per talem fuisse commissum, quod obiiciatur lunam radios illa nocte nõ emisisse. & idem Ias. in l. non minorem. ver. item aduerte. C. de transact. cum aliis per ipsum alle. & Alexan. consil. clvj. in prin. lib. v. & Lauren. Calca. consil. lxiiij. numo. xxxij. † In iuramento autem voluntario, vel iudiciali, videtur secus, quod possit per accusatorem deferri reo, vt voluit glo. in d. l. ait prætor. per tex. in l. eum qui. §. in popularibus. co. tit. & in l. non damnatos. §. in C. ex quib. cau. infa. irroga. & in l. furt. §. sed & si iureiurando. ff. eod. tit. & glo. sequũtur ibi Bal. Albe. & Sali. & idem Abb. Sicu. in d. c. fi. cum triplici moderatione. quem refert & sequitur Ias. in d. l. ait prætor. ver. Secunda principalis quæst. vt ibi per ipsos. & hoc in præiudicium ipsius accusatoris, & non reipublicę, sicut nec transactio facta, vt ibi per omnes: licet contrarium teneant ibi Barto. Ange. & Alexand. & plenè Bar. in d. l. maritus. de quo ibi per Hippo. & econtra reus potest deferre iuramentum accusatori: quia deferens iuramentum infiganti videtur confiteri crimen esse verum, si infligans iurauerit, d. l. cum qui. in princ. versic. abundè. & in l. sed & si possessori. §. pen. eod. titu. & ista est communis secundum Ias. ox. in d. l. ait prætor. verſi. tertia princip. quæst. Quamuis Guliel. de Cugn. & Salic. velint ibi contrarium.

SVMMÆ.

1 *Legitimæ nullum onus potest imponi.*

2 *Testator potest ordinare filios in communi viuere vsque ad certum tempus, sed non perpetuò. nu. §. 6. & 7.*

3 *Testatoris ordinatione, & iuramento non obstantibus possunt filij communes societatem diuidere.*

4 *Legitimæ alienationem vsque ad certum tempus potest pater prohibere.*

Quæstio LXXXVII.

Pater in testamento suo ordinauit filios hæredes institutos ad diuisionem suorum bonorum (nisi ad ætatem xxx. annorum peruenerint) nõ posse venire, an hoc facere potuerit. Secundò si duobus nepotibus ex præmortuo filio natis substituat, si sine liberis decederent alium suum filium, eisdémque nepotibus constituat tutorem, qui tutor patruus recepit bona suorum nepotum, quorum vnus ex ipsis abiit, & recessit anni sunt xl. elapsi. An mater & frater possint bona prædicti absentis à tutore petere, qui differt eis restituere prætextu absentiæ dicti nepotis, cum præsumitur adhuc viuere, quia non constabat de morte.

DECISIO LXXXVII.

1 IT † quòd ad j. quæstion. dico quod licet in legitima non possit aliquod impoui grauamen, aut onus, vel conditio perpetua, l. quoniam nouell. & l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa.

2 † Tamen pater potest iubere, & ordinare filios simul in communitate vsque ad certum tempus, veluti xxx. annorum, manere debere, vt voluit Bartol. in l. Quintus. per illum tex. ff. de annuis lega. vbi etiam quærit quid importent illa verba, communiter morari an intelligantur respectu bonorum vel habitationis personarum. de quo ibi per eum. & plenius consilio clviij. inchoante, quidam habens bona communia. Et hanc conclusionem tenet Oldradus consi. cclj. incipiente, factum tale est, paterfamilias volens patrem posse facere filios stare in communione. † Et hoc nisi in ali- 3
qua ex causa peteretur diuisio, aut de consensu omnium fieret: tunc non obstante illa ordinatione, aut iuramento, si quod interuenerit, poterit fieri diuisio, vt ibi per eos. & idem Alex. consi. cxl. exord. visis capitulis mutis. lib. j. & Hippo. singul. ix. & Georg. Nata. in repe. cap. quamuis pactum. xxvj. verſi. suprascriptæ quæstioni. de pactis. lib. vj. de quo Ias. dubitat in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condit. indeb.

† Quinimo pater potest prohibere interim alienationem legitimæ, vsque quo ad illam peruenerint ætatem, cum talis prohibitio contineat eorum fauorem: ideo tenet & valet, vt voluit Bart. Bald. Salic. & alij insuper Ias. in l. filius matrem. per illum text. C. de inof. testa. & Bar. & Doct. in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pup. substitu. & Alex. in l. multi non notæ. ff. de liberis & posthu. & ita consuluit Paul. de Castr. consil. lxxxvij. inci. Visis & consideratis omnibus diligẽter. vol. antiq. & in d. l. si non sortem. §. si centum. verſi. & facit in argumen. & ipsum sequitur ibi Alexan. verſi. iuxta hoc notabile. & idem Paul. & Ias. in l. filius familiâs. §. diui. ante finem. de legatis j. & idem ibi Crotus. verſi. tertia sit conclusio. & idem Thomas de Ferrariis in cautel. xxxv. & in hoc nemo discrepat secundum Ias. qui allegat text. in l. iiij. in prin. ff. de condit. instit. vbi Bart. & Ang. dicunt probari testatorẽ posse prohibere hæredes, ne ad certum tempus vsque diuidant bona. pro quo facit tex. in l. in fideicommiss. j. §. cũ Pollidius. ff. de vsur. & hanc q. disputauit Tho. de Piperate. qui vt refert Albe. in iij. parte statu. q. xlj. ita tenuit, & ipsum sequitur. † Licet Bal. in l. pater. in § 5
iij. not. C. de insti. & substi. tenet contrarium. & Fran. de Aret. consil. xix. inchoan. ex facto præsupponitur, quòd quidam Ant. ver. sed posset casus. † Sed primum 6
communius & verius: quod tenet Cæp. cautel. cclxxv. incipient. si pater qui habet fortasse filios dissolutos.

† Tamen testator non posset ordinare filios stare in 7
communione perpetua, vt volunt Paul. & Ias. in d. §. si centũ. & Doct. in locis supra allegatis. & aliàs consului, vt in consil. xiij. inchoante, testatrix. Quamuis Alex. in d. §. si centum. velit contrarium. Sed primum consulendo tenuit ipsemet consi. ccccl xxv. incip. circa primum dubium. quod est in iij. vol. cxj. ver. Pro hoc etiam benefacit, & consi. xxix. exordien. an succedatur in stirpes. verſi. inquantum autem per dicta capitula. vol. v. & consil. xlviij. vol. vj. & pro vtroque dicto est text. celebris in l. in hoc iudicium. §. si conuenerit. & ibi Flor. de sancto Pet. ff. commu. diuidun. quem omnes allegant, quòd ad tempus, & nõ in perpetuum possit testator prohibere. & idem tenet Rubeus cõsil. xxvij. num. iij. Et huic conclusioni addit Ange. in l. quoties ab omnibus, per illum text. de fideicommiss. vnam cautelã, quod tales filij prohibiti alienare ante perfectam ætatem xxx. annorum, repudient successionem patris cum iuramento: Tunc poterunt alienare non obstante prohibitione paterna, dicens se multoties Perusij practicasse. & ipsum sequitur Carpol. in dicta cautela. cclxxv. & de hoc d. Ang. in quo multũ hæsito, nullus Mod. in d. l. quoties. facit mentionem. Quomodo enim quispossit post bonorũ repudiationẽ, & per transactionem verbis testamenti cognitis factã alienare bona repudiata: quia remittẽtibus

gibus iura ſua amplius non datur regreſſus ad ea, l. quia.§.ſi venditor.ff.de ædilit.edict.cogita.

SVMMÆ.

1 *Tutela abſentis finitur, an proximioribus reſtituat tutor.*
2 *Abſentia longa æquiparatur morti.*
3 *Procurator diu abſentis an ſemper admittatur.*

Quæſtio LXXXVIII.

Quò ad ſecundam quæſtionem, an tutela pupilli abſentis finiatur adueniente illius paupertate, ita quod eius tutor reſtituere teneatur bona fratri & matri illius abſentis: aut illa poſſit retinere quouſque de morte illius certificatus fuerit.

DECISIO LXXXVIII.

DIco † tutelam, & adminiſtrationem bonorum illius abſentis fuiſſe aduenientę ætate expiratam: & ſic adminiſtrationem bonorum venire debere ad ipſius abſentis fratrem & matrem, per no. in l. ab hoſtibus. ff. ex quib. cauſis mator. & in l. hæc autem. §. j. & ij. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. catur. & in l. nec nos. ff. de cap. Et ita tenet Bal. eius conſi. cclvj. incip. maritus illius puellæ. volum. ij. Nec prætextu ſubſtitutionis poteſt retinere dicta bona, licet ignoretur an ſit mortuus, quia interim non debēt frater & mater impediri: per ea quæ not. Bal. conſi. xij. verſ. ſequitur aliud dubium. & conſ. ſeq. vo. ij. Tum ibi eſſet mortuus, prout eſt præſumptio, 2 † cum longè abeſſe æquiparatur morti. l. multa. in princi. ff. de condition. & demonſtratio. & Bald. in l. mater. verſi. idem longè abeſſe. eod. tit. ſuperſtes frater, qui eſt in primo loco, admittitur, & repellit ſecundò inſtitutum. Secus vbi iſte frater deceſſiſſet ſuperſtitibus ſibi liberis: tunc ius ſiue ſpes ſubſtitutionis qualiſcunque fuerit, nō tranſmittitur ad liberos, l hæredes mei. §. cum ita. & ibi per Bar. Ang. Imol. & Alex. ff. ad Trebel. & in l. Lucius. §. fin. & l. qui plures. ff. de vulga. & pupil. ſubſtitut. ſed hic caſus non cueuit. & ſic alias conſi. loi, vt in conſi. xlix. ex quo tātum hic erant fratres inſtituti, & eis, ſi ſine liberis deceſſiſſent, patruus ſubſtitutus, qui non poteſt venire ad ſucceſſionem mortui quandiu ſupereſt alius frater, qui habet liberos. Vnde requirebatur quòd mors omnium ſine liberis ſequuta fuiſſet, ſecundum Doct. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. & tenet Cald. conſil. iiij. tit. de teſta. Bald. & Doctor. in l. generaliter. C. de inſtitut. & ſubſtitut. cum ſuprà in quæſt. xxv. in j. parte alleg. & per Abb. Sicul. conſil. lviij. vol. ij. & Bald. conſil. cccclx. inchoan. quidam nobilis. vol. iiij. 3 † Et poſſet hic adduci illa q. per Anton. Corſet. Bononiæ diſputata, de emphyteuta eunte & vadente vagabundo per mundum, ſi ignoratur vbi ſit, & an viuus, vel mortuus ſit, nullis relictis filiis, aut nepotibus dimiſſis, ſed tantum procuratore ad negotia, qui pentionem ſoluebat eccleſiæ: modo eccleſia non vult amplius recipere cēſum à procuratore propter dubium mortis: procurator autem vult incumbere poſſeſſioni, donec certificatus ſit de morte, an eccleſia poſſit ſibi vendicare: & ibi pro vtraque parte argumentatur. & concludit pro eccleſia de æquitate, & contra eccleſiam de iuris rigore, prout ibi, vide quæ reperiuntur in ſuo repertorio ad Abb. Sicul.

SVMMÆ.

1 *Titulo non viſo nulli debet adiudicari poſſeſſio beneficij.*
2 *Confeſſio aduerſarij non probat titulum.*
3 *Dominus eſſe deſinens in medio huius, ſi iterum fiat dominus, nihilominus cōmebit.*
4 *Confeſſionem erroneam, an poſſit quis ſtatim reuocare, ſine alia erroris probatione.*

Quæſtio LXXXIX.

Moto, & pendente proceſſu inter Stephanum medicum in materia poſſeſſoria ratione vicariæ de Bonneto actorem, & ab Seneſchallo Xanthonen. ſeu eius locumtenente appellantem ex vna, & magiſtrum Guilielmum Leſguel reum, & appellatum ex altera: cuius quidem vicariæ rectedentia eidem actori fuit adiudicata, & ipſis partibus ad probādum obiectus hinc inde datos appunctatis, idem actor declarauit, ſeu eius procurator vicariam prædictam ad commodum & vtilitatem cuiuſdam Philippot renunciaſſe, & nullum amplius in ea ius habere: qua declaratione facta tens petiit manuteneri in poſſeſſione, & ſaiſina præfatæ vicariæ. Quæritur an potuerit.

DECISIO LXXXIX.

IDETVR quòd potuit, & debuit facere, vt ſingulariter not. Ang. in l. ſi. ff. de rei ven. & Iaſ. in §. omnium. verſic. item aduerte quòd eo ipſo. inſtitutio de actio. & Cæpol. in cautel. ccxxxv. & ita fuit per iudicem ſine præiudicio iuris dicti Philippot, in fauorem cuius procurator allegauerat dictum actorem reſignaſſe, manutentus, non viſo tit. prædicti rei, nec verificato: † quod prius 1 requirebatur, per tex. & not. in cap. j. de eo, qui mitti. in poſſeſſio. cauſa rei ſer. lib. vj. & in c. j. vt lite. † Quoniam ex toto non debebat ſe fundare in confeſſione, & declaratione ipſius actoris, per gloſſam in c. ij. in verb. ſi non appareat. in vltima ſolutione. de reſcript. lib. vj. quam ibi facit ſingu. Domini. dicens ibi notandam eſſe limitationem ad id quod dicitur in dict. cap. j. de eo qui mittitur in poſſeſſio. quando agitur de titulo beneficiali, quòd confeſſio aduerſari non prodeſt agenti, ſed habet probare titulum ſuum beneficialem. Quia illud eſt verum, quando ex toto ipſe vult inducere probationem titul. ex confeſſione aduerſarij: ſed non quando ex toto vult probare titulum beneficij, ex illius aduerſarij confeſſione, ſed aliter probat titulum ſuum, cuius probatio efficitur dubia propter probationem aduerſarij, & cuius aduerſarij probatio detrahit ſuæ propriæ probationi, & confirmat probationem alterius: & ſic prodeſt tunc confeſſio aduerſarij ad titulum alterius probandum: quod dicit eſſe ſummè notandum. & idem dicit Barbat. conſil. x. & conſil. xl. volum. iij. & de Rota. Deciſione xliij. titul. de teſtibus. in antiq. & Deciſio. capellæ Tholoſanæ. ccccl xxiij. & Felin. amplè in cap. cauſam quæ. in j. verſicul. fallit ſecundò. de teſtibus. & gloſſ. pragmatic. ſanct. tit. de pacific. poſſeſſ. in vertriennio. verſicul. ſi licet confecto. & idem Deci. in cap. dilecto. ver. benefacit dictum Compoſtel. de appellatio. & dixi infrà quæſt. incipien. antequam veniam ad tertiam quæſtionem. & etiam in quæſtion. cccvj. inchoante, cōſitens areſtum. ante finem. A qua quidem ſententia, & etiam eius executione idem actor appellauit ad curiam, dicens dictam declarationem per eius procuratorem erroneè fuiſſe factam, & illam non feciſſe renuntiationem, & ſi reperiretur quòd denuò ſibi per dictum Philippot vicaria pre-

cta fuerat reſignata: quare petebat dici malè iudicatum, & benè per ipſum appellatum. Vnde curia, viſa dicta ſecunda renuntiatione eidem actori facta, & nouiter producta, dictâ appellationem, ſimul & ſententiam annullauit, partes remittendo coram dicto Seneſchallo, ſeu eius locum tenente alio ab eo à quo appellatum fuerat. Et pro hac Deciſio. allegaui do. Iaſ. in d. §. omnium. verſi. & ex hac ſolutione elicio limitationem, &c. †volentis quod ſi pendente iudicio 3
illle qui deſiit eſſe dominus, poſtea denuo efficiatur dominus, debet ſequi condemnatio, & medium tempus nihil obſtat, per l. ij. C. de litig. & l. tigni. §. fin. ff. ad exhibend. & ſic non erat alia ſubrogatione de iure dictæ vicariæ rurſus ſibi reſignato opus, cum dictus Philippot nunquam fuiſſet in inſtantiam ſubrogatus. Præterea, vt inquit Ioannes de Imol. in capit. ij. de renuntia. libro vj. renuntiatio beneficij, etiam à ſuperiore recepta, reuocari poteſt, & eſt locus pœnitentiæ. ex quo enim eum pœnitet, non videtur actus eſſe perfectus. Et mouetur ad ſic dicẽdum, quia inconſultè hoc fecit. alleg. l. diuortium. ff. de repud. & iſtud videtur æquius. vt dicit Dominic. in dicto capi. ij. verſi. quid ſi clericus. ne lubricum linguæ inconſultè de facili noceat. l. famoſi. ff. ad l. Iuliam maieſta. l. j. C. eod. titu. & pro hoc dicto Domi. alleg. glo. in c. 4
ſi. de iureiurand. libr. vj. quę vult †quem poſſe ſtatim reuocare confeſſionem abſque aliqua erroris probatione. Et idem Barba. conſil. xliij. verſic. cum ergo in caſu noſtro. vol. ij. Licet communis opinio videatur eſſe in contrarium ſecundum eum. Et idem tenuit Philipp. Franc. in d. ca. ij. verſ. in glo. in verbo habita. & hoc quando ſuperior conſenſit. ſequen. Ioan. And. in d. c. licet. de procu. lib. vj. prout fuit in caſu præſenti: quia ſuperior, & prędictus Philippot conſenſerunt, vt dictum eſt. facit quod notat Felin. in c. Matthæus. de ſimo. & in c. dilecti filij. de excep. & plenè dixi infrà q. eccl. inchoantę, minor xiiij. annorum ad beneficia. verſi. præterea videtur.

SVMMÆ.

1 *Proceſſui facto coram indice eccleſiaſtico non tenetur laicus ſtare, nec econtra, niſi in hæreſi. & numer. 2.*

3 *Confeſſio facta coram indice incompetente, an faciat indicium ſaltem ad torturam. & nu. 4.*

5 *Confeſſio extraiudicialis in criminibus non præiudicat, niſi in caſibus.*

6 *Præſumptio minor eſt quàm iudicium.*

7 *Vulnera uo etiam in articulo mortis exiſtẽte non creduntur.*

8 *Confeſsio facta coram indice non iudicialiter ſedẽte non habet vim plenæ probationis.*

9 *Confeſſio reuocata non facit indicium ad torturam.*

10 *Confeſſio facta in tortura non precedẽtibus indiciis, etiamſi in ea perſeueret, non valet.*

Quæſtio XC.

Confeſſio per laicum, vel clericum coram iudicẽ incompetenti facta, an probet, vel ſaltem faciat indicium coram competenti ad torturam, ſi remiſſus fuerit. Et ſi proceſſus factus in vno iudicio, faciat fidem in alio.

DECISIO XC.

1 ET † primò quò ad proceſſum per alterum ipſorum factum, non tenetur quis ei ſtare in criminali, vt volũt Bar. & Doct. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. omn. iudi. & in c. at ſi clerici. & ibi Felin. verſi. vtrum eccleſiaſticus. de iudic. & Bart. & Alberi. in l. diuus. ff. de cuſto. reorum. † Fallit in proceſ- 2
ſu facto contra hæreticũ per iudicem eccleſiaſticum condemnatum: cui iudex ſecularis tenetur ſimpliciter adhibere fidem, & illius ſententiam ſequi. c. inquiſitionis. §. prohibemus. de hæred. lib. vj. & in hoc reprehenditur Bar. in d. l. magiſtratibus. vt plenè per Feli. in c. ad abolendam. de hæreticis. & Alex. Iaſo. & Iac. de S. Georgio in d. l. magiſtratibus. qui ita tenẽt, & conclu. lunt. †Secundò quò ad confeſſionem per 3
clericum coram ſeculari iudice factam, communi videtur opinione facere fidem vel ſaltem indicium ad torturam, & quæſtionem, vt dicit Fran. de Aret. in d. cat ſi clerici. & Zabarel. in ca. per inquiſitionem. de electio. & hoc per text. in d. §. ſi vero examen. in authen. de ſanct. epiſ. & ibi idem tenet Ang. Tamen ad illum text. reſpondent Docto. quod Imperator non potuit illud diſpohere per c. eccleſia ſanctæ mariæ. de conſtitutio. Et contrarium, quod talis confeſſio non faciat indicium, tenet Felin. in d. ca. at ſi clerici. ſeq. Anton. de Butr. Bal. in c. cum ſuper. de confeſ. & idem Ang. in l. j. C. eo. tit. & in l. ij. ff. eo. & idem Ioan. de Ana. in c. j. de clerico percuſſo. & Abbas Sic. conſil. xxv. vol. j. niſi talis iudex nõ eſſet omnino incompetens, vt quia clericus erat ſuppoſitus iuriſdictioni archipresbyteri: tunc facit indicium ad torturam. Et hæc vltima opinio videtur de iure verior, per text. in d. c. at ſi clerici. ibi, nullatenus valeat, &c. Tamen prima ſeruatur ſecundum Aufre. in repetit. clemen. j. de offic. ordin. in iij. regula. verſic. confeſſio verò clerici. & ita ſeruatur in Curia, quando clericus remittitur coram aliquibus ex dominis ad ſuum proceſſum faciendum ex delegatione Epiſcopi, vel Archiepiſcopi Burdegalen. † Tertiò quò ad confeſſionem, & pro- 4
ceſſuram factam contra laicum per iudicem incompetentem videtur non tenere, nec facere indicium, per text. & ibi tenet Bart. in d. l. diuus. in fin. de cuſto. reor. & Doctor. in d. c. at ſi clerici. & Albe. in dicta l. magiſtratibus. de iuriſdi. omnium iudi. & idem Ang. Aret. §. ſed ſi quis præſens. inſtitut. de ſuſpecto tut. & Deciſ. capel. Tholoſ. q. ccccxxv. & Socin. conſil. cvitj. num. v. vol. iiij. quod Guid. Pap. Deciſio. cxx. reliquit curiæ Delphinali dicendũ. Contrarium tamen, quod faciat indicium ad torturam, tenet Imo. in d. c. per inquiſitionem. de elect. & in c. ij. de confeſſ. & Ioann. And. in c. qualiter & quando. de accuſat. & Ang. conſi. xxviij. incip. quidam victor. ver. ſecundo poſito pro conſtanti. & Roma. conſi. viij. inchoan. viſo facto. vbi tenet confeſſionem extraiudicialem per delinquentem factam facere indicium, per tex. & gl. in l. capite v. ff. de adult. & ibi gloſſ. & in l. ictus fuſtium. ff. de iis qui not. infa. & idem Ludouic. conſi. ccccl. inci. quędam mulier, nomine domina Nuta. & gloſ. & Abba. Sicul. in c. de hoc. de ſimo. & latè in c. olim. de reſcri. verſ. eſt igitur regula. & in prima Fallen. vbi Fel. ponit regulam negatiuam, † quòd confeſſio extraiudi- 5
cialis in criminibus non præiudicat, per gloſſ. in d. c. de hoc. de ſimo. ſicut nec in ciuilibus, vt tenet gl. in c. ſi cautio. de fide inſtrumentorum. & ad eam ponit ix. caſus fallentiales, qui faciunt indicium, vt ibi per eum. & idem Corn. conſi. cxxviij. vol. j. & Bald. conſi. cxxij. exordien. præponitur. verſic. nam fama. vol. j. & Paul. de Caſt. in l. tranſigere. verſ. & licet fuerit tranſactio. C. de tranſactio. & Bald. in tract. de ordi. iudic. tit. vtrum ex dicto vnius teſtis. quæ eſt vij. quæſt. & in l. iubemus. C. de liber. cauſa. & Geral. de Petra ſancta ſingu. lxvij. & plenè Bald. & Sali. in l. in bonæfidei. C. de iureiurand. & Guid. Pap. in d. Deciſio. cxx. & Socin. in conſil. viij. verſic. præterea dictus. volumin. j. &

Hip-

Hipp.in l.de minore.ver.quæro vlterius. ff.de quæſt. vbi vide,& Franc.Bru.in tractat.de iudiciis,& tortu. qu.iij.princ.& verſi. ſed quid ſi confeſſio.& aduerte quod ſicut confeſſio extraiudicialis rei eſt ſufficiens indicium ad torturam,vt dictum eſt,ſic confeſſio extraiudicialis inſtigantis, ſeu accuſatoris facien. pro reo,prodeſt ad abſolutionem,vt dicit Bal. in l.j.in ce eo per quem fact.eſt.& Geral. de Petra ſancta ſingulari lv.& pulchre Rom.conſ.lxv.j.inchoan.Ant.accuſatus.verſi.vj. ſatis. ſecus ſi confeſſio accuſatoris vulnerati eſſet contra ream, tunc non facit cõtra ipſum
6 reum indicium,ſed ſolum præſumptionẽ, †quæ minor eſt in licto,vt dicit glo.in l.mater.C.de calum.in verſi.canit.& ibi Doct.ſequuntur glo.& Alex.conſil.
7 xiij.lib.iij. † quia non creditur tali vulnerato etiam in articulo mortis exiſtenti, l.ſi quis in graui. 9.j.& ibi Rom.& Alb.ff.ad Sillan.a.& de Petra ſancta,in ſ.
8 ſing.lv.& idem ſecundum Rom. †quando confeſſio facta fuit coram iudicibus, non tamen in forma iudicij, ſed coram eis tanquam priuatis pro tribunali non ſedentibus:quæ tunc non habet vim plenę probationis,ſed indicij pro tortura ſufficientis,d.l.iubemus.not.ibi per gl.de liber.cauſ. & l.cum ſimus.C. de agric.& cenſi.lib.xj.& iſta eſt ſecundũ Romanum comm.opin.& idem dicunt Doct.in d.c.at ſi clerici. & in dict. c.per inquiſitionem.vbi idem tenet Card. Abb.& Ang.in l.j.C.de confeſ.& in l.j.ff.eod.& Bal. in l.clarum:.C.de autho.præſtan.dicens facientem talem confeſſionem coram incompetenti iudice,ſi alias habet ſecum conſecturas,perſeuerare debere in ea coram iudice competenti,& illis ſtare, alias ſecus: & ſic innuit talem confeſſionem facere indicium ad torturam : ſicut facit confeſſio extraiudicialis : & ita tenet Pau.de Caſt.Alex.& Iaſ.& Iac.de ſanct.Georg. in d.l.magiſtratibus.& Luc.de Pen.in l.j.verſi.quid ſi quis.C.de numera.& actua.lib.xij.& plenè And.Barbat.conſi.lxx.vol.ij.vbi multa adducit pro iſta cõcluſione.& Ang.Aret.in tract.maleſi.in verb.comparẽt dicti inquiſiti.verſi.& tene menti.& in gloſ.comparuerunt dicti inquiſiti,& negauerunt totũ.poſt princip.& Alex.conſi.xiij.lib.j.& conſ.xix.lib.iiij.& Ioan. de Ana.conſi.xij.cum aliis alleg.ibi perBolog.in addi.Et iſta eſt communis,& ſecundum ipſam concluſum fuit in camera Tornellæ nobis ibi præſide, cõtra Antonium Teſtem,dit le more,à Seneſchallo Agennen.ſeu eius locumtenente appellantem,qui ordinauerat ipſum appellantem ſore torquendum ex confeſſione facta coram certo præpoſito Mareſchallorum,quem dicebat incompetentem,cum ipſe priſonerius non eſſet vacabundus: quoniam ibi domicilium habebat.l.j.C.de tyro.lib.xij.& Ang.in d.conſil.xxvij.& plenè Cæpo.conſi.xxxviij.tamen non erat omnino incompetens ratione certorum criminum, quæ tempore quo fuerat armiger pedes commiſerat comedens pullam, ſeu gallinam boni hominis. Sed curia attenta longa carceris detentione, quæ per iudices attendi debet,l.omnes.C.de pœ. & aliis rationibus eam mouentibus,per ſuum arreſtũ condemnauit eum eſſe ſuſtigandum per loca Burdega. ciuitatis
9 conſueta.Latum die vlti.Decemb.anno 1519. † Verumtamen dubium fuit, eo quòd dictus priſonerius in ſua prima non perſeuerauit confeſſione, illa nunquam feciſſe aſſeuerando.Ideo vt inquit Bal. in d.l.j. de confeſſ.quem ſequitur Iaſ.in d.l. magiſtralibus.in ij.limit.quando confeſſio eſt reuocata, non facit indicium ad torturam.Quare eius aduocatus debet eſſe cautus,vt illam faciat reuocare, quam poteſt, etiam aliter nõ docto de errore,quia ſic faciendo poſſet ſecundum Iaſ.euadere amicum à tortura.Idẽ dicit de Pet.ſanct.in d.ſing.lxvij.& Franc.Brun.in tract.de indic.& tortura.ver.ſed ſi confeſſio.& Thom.Perra. in caute.xxvij. ſed hæc limitatio videtur eſſe contra prædictam communem concluſionem,quæ vult cõfeſſionem factam coram incompetenti iudice facere indicium ad torturam : in qua confeſſione perſeuerare cogitur : ergo ſi in ea perſeuerare cogitur, quomodo illam poteſt reuocare : aut ipſe enim in eadem perſeuerat, & res eſt clara : quia tunc non eſt opus quæſtione & tortura, ſed profectò condemnatione, l. proinde.ij.ff. ad leg. Aquil. & d.l.j. de confeſſ. & hoc ſi conſtet de delicto per eum cõmiſſo.l.j.item illud.& l.neceſſarios.§.nõ alias.ff.ad Sillanianum.& etiam præcedentibus indiciis.†alias facta confeſſio in quæſtione non præcedentibus indiciis,etiam ſi in ea perſeueraret,non valeret,ſecũdum Doct.ſuprà alleg.& tenet gloſ.& Bar.in l.pen.& ibi Hipp.ff.de quæſt.& Rom.in d.conſ.clxvij.verſ.quod autem.& vbi talis confeſſio facta fuiſſet coram competenti iudice,ſine indiciis præcedentibus, non valeret,vt tenet Corneus conſ.xx.in ſi.vol.iij.& conſil. cxxxiij.vol.iiij.& eſt ratio,quia prout iniuſtè proceſſit ad capiendum,& incarcerandum,ita probabiliter ſuſpicari poteſt ipſum iniuſtè ad torturam proceſſiſſe.& idem Sal.in l.ij.q.vlt.C.de quæſt. & gl.Bal.in l.fin.C.de accuſa.aut non perſeuerat, & ſic negat, ac reuocat,& tunc cogitur mediate quæſtione ſibi propter variationem dadam perſeuerare, vt dictum eſt. Ergo facit indicium ad torturam, & ita ſeruatur per curiam: & ita iudicatum fuit vt dictum eſt. accedant nota.per Romanum in ſing.ccccex.incip.volo comentare l.quicquid.verſi.vltimo,quid in delicto.

SVMMÆ.

Tranſactio ſuper raptu, & inceſtu, an valeat. & vi. 2. & 3.

Quæſtio XCI.

Tranſactio facta ſuper raptu virginis, vel mulieris, & de adulterio, aut de adulterio & inceſtu, vel de violentia, aut de adulterio vi tamen commiſſo etiam cum ſanctimoniali, an valeat.

DECISIO XCI.



T †videtur tranſactionem fa- 1
ctam ſuper raptu,& inceſtu non valere,per tex.in L.tranſigere vel paciſci.C.de tranſact.& ibi glo. in ver. prohibitum. hoc videtur tenere,licet non figat pedem,& hoc propter idẽtitatem,& ſimilitudinẽm quam inter ſe habent adulterium ſimplex ſpontaneum,& adulterium vi & violentia,vel raptu, vel cũ inceſtu cõmiſſum. Quamuis hoc vltimum videatur grauius,l.qui cœtu.§.qui vacantem. ff.ad l.Iuliam de vi publ.&l.ſi adulterium cũ inceſtu.de adult. & plenè Corn.conſ.xix. inchoan. conſtat.vol. iiij. & Pau.de Ca.conſ.cccxlv.aliàs ccclij.exordiente, notandum quod adulterium.in prin.vol.antiq. & opin.gl. ſequuntur Iaco.de Are.Cin.Ioan.Fab.& Bald.in d.l. tranſigere.Et pro hac opinio.videtur clarus text.l.vnica.§.fina.verſi.parentibus.C.de rapto.virg.vbi punitur pater qui per pactum remiſit pœnam raptus. & idem Alber.de Gradi.in tract.malefic.tit.de tranſact.verſi.quare autẽ prohibetur de adulterio.& Luc. de Penna in l.j.verſ.tertio verò, ſcilicet tranſactio.& verſicul. quod autem ſuprà dicitur.C.public.lætitiæ, verſicul. quod autem ſuprà dicitur.C.public.lætitiæ, lib.xij. Et in hanc partem videtur inclinare Paul. de

Cast.in d.conſ.cccxlv. vbi in caſu ſuo agebatur de adulterio per rectorem parochialem vi, & violentia cum ſua parochiana prægnante commiſſo, concludenti compoſitionē per ipſum cum officiali factam non valere.& hanc tenet ſententiam Henri.Boyc.in c.ti.alias penulti.tranſa.& Franc. de Aret.in d.l.tranſigere.in v.conclu.v. Sed contrarium ibi tenent Iac. Butr.Bar.Ang.Fulg.Salicet.Alex. & Ial. ſequentes opin.Ioan.Cremo.in glo.alleg.licet Ial.ibi faciat duo fundamenta contra hanc opinionem, quæ inſoluta relinquit.Et iſtam partem etiam tenuerant Odofre. & Franciſc. Accur. vnam inter alias adducentes rationem, quia raptus non frequentatur, nec ad illud crimē naturaliter homo inducitur,ſicut adulterium, quamuis communiter fiat raptus ad finem adulterij & idem Bald.ſibi contrarius in l.penultim.per illum text. C. pro quib. cauſ.ſeru.pro præm.liber.accip.& Bart.& Alb.in d.l.qui cœtu.§.qui vacantem.per illū text.& Anton.de Butr.in c.j.de colluſ.detegen.& ibi Ioan.de Ana.verſi.nūquid autem in crimine raptus, idem tenent,dicentes Doct.proxime allег.hanc eſſe communem opin. & ab ipſa non eſt diſcedendum: †quia talis tranſactio ſemper in præiudicium tranſigentis ſolum, & non aliorum volentium accuſare, nec iudicis inquirere volentis.Licet Barto. quem ſequitur Alex.in d.l.tranſigere.dicat talem tranſactionem aliis, & iudici nocere. Tamen præcedens eſt cōmunior, & verior, vt ibi, quia partes non poſſunt actioni reipublic. competenti præiudicare,l.ij.& ibi gloſ.& Doct.inſuper Rebuf.ff.ad Silla.cum aliis per nos alleg.in §.xvj.& in addit.de iuriſdi.omn.iud.lib. conſuet.Biturig.& idem Alberi.in l.iij.verſi.ſecundo caſu.ff.de iurei.& in d.l.ij.ad Sill.& Bonif.de Vital.in tract.maleſi.ti.de pœna deſiſt.in fi.& in tit.ſeq.& latius in ti. de pace.ver.quia ad iuris.& ver.ſed quid ali quis fecit.Et ad iura ſuprà in contrarium adducta reſpondent Doct.ſuprà allegat.quos vide cauſa breuitatis. Et iſtam partem tenet Alberi.in d.l.tranſigere. verſi.aliud etiam quærit glo.& Collect.in c.venens. verſ.ſed nunquid in raptu & inceſtu. de accuſ.& Bal. conſil.xxvj.exor. punctum ſuper quo. tenens etiam valere ſuper attentato adulterio non conſummato de facto.Et pro iſto dicto,& de raptu adulterij,quod poſſit fieri tranſact.alleg.prædictam gl. in d.l.tranſigere.vbi idem tenet Clau.de Scyſſel.col.vlt. & Ioan. Maria.ver.in ca.ibi ſecundum Io.†Et hanc communem ſententiam limita non habere locum in raptu, vel inceſtu monialis:vt volunt Bal.& Salic.in d.l.vna de rapt.& Ioan.de Ana.in d.ca. fin.de rap. virg.quia dato etiam ſecundum eos quod ex forma ſtatuti poſſit fieri concordia ſuper raptu, tamen de raptu monialis fieri non poteſt, quia principalis offenſus eſt Deus. Et talis offenſa quò ad mundum non poteſt rēmitti,niſi per Papam,vt ibi per eos,& latius dixi in quæſtione.Facit quod notat Bar.eius conſi. clvij.incip.miniſter fratrum de pœn.quod ſtante ſtatuto de habente pacem cum offenſo,quod liberetur à carceribus,ſi incarceratuspropter blaſphemiam confeſſus ſit peccata ſacerdoti, & ab eo abſolutionem obtinuerit, relaxari debet, cum dicatur pacem habuiſſe cum offenſo:de quo per Doctores Modern. in dicta l.iij.de iurei.& Geral.de Petra ſancta in ſing. lxxiij. incip.tenementi. vbi ponit alium modum, quando eſt conſuetudo notabilis. Item licet ſuper adulterio ſimplici non poſſit tranſigi,d.l.tranſigere.& l.de crimine adulterij.C.de adult.tamen videtur tex.in contrarium in authen.vt liceat matri & auiæ. §.fin.in fine.ibi,aut amicabili conuentione deciſa ſunt &c. & ibi glo.vltim. ſed ibi loquitur in adulterio præſumpto,in quo licitum eſt tranſigere.vt ibi,& non in vero adulterio,in quo non licet tranſigere,vt tenet Iacobus de Belloui.quem ſequitur Bartol: ibi,& communiter Docto.in dicta l.tranſigere.hoc limitat per Barto.conſi. clxxv.inchoan.Dominus poteſtas terræ Rochæ,ſcilicet quod poteſt fieri,& haberi pax & cōcordia, per quam rancor qui eſt in animo iniuriati remittatur: nec per hoc proceſſus impeditur,tamen minoratur,vt ibi per eum,& Alber.& Alexan.in d.l. tranſigere. ſed in virgine ſtuprata ſine raptu dic ſecundum Franc. Curt. iuniorem ibi,num.xxxvij.cum ſeq.tranſactionem non eſſe licitam,quoniam pœna ſimplicis ſtupri ſine raptu eſt confiſcatio dimidiæ partis bonorum.§.item lex Iulia.de adult.inſtitut.de publi.iud.quem textum pauci ſciūt,vt inquit Matth. de Matt.ſing.cij.inchoan.non.text.quem pauci ſciūt. & latius dixi in conſil. incip. iuuenis quidam. quod cum certis aliis poſui in fi.harum quæſtionum.

SVMMÆ.

1 *Iudicium cum minore qui ſine tutore procuratorem conſtituit,& ratum habere iuranit,an valeat.*
2 *Minor ad lites curatorem accipere cogitur.*
3 *Procuratoris conſtitutio facta per minorem, an valeat.& nu.4.*
5 *Iuramento minoris de præſenti, vel præterito, non ſtatur.*
6 *Donatio inter coniuges cum iuramento valet.*

Quæſtio XCII.

Iudicium agitatum cum minore xxv.annorum ſine tutoris authoritate, qui tamen procuratorem conſtituerat cum iuramento de non contraueniendo, & gratum habendo quicquid per eum in iudicio eſſet factum,an valeat.

DECISIO XCII.

ET † videtur quod non, quia 1
minor legitimam non habet perſonam ſtādi in iudicio,vt per totum.C. qui legiti.perſo.non habent.&l.fi.§.neceſſitate.& ibi per Docto. C.de bo.quæ libe. & l.j.qui petant tut. †Quoniā ad lites minor 2
curatorem accipere compellitur,vt inſti.de cur.in pr.& ibi Io. Fab.& Ang. Aret. Vnde gl.in auth.ſacramenta puberum.in ver. cōtractibus.in fi.C.ſi aduer.vendi.argumentatur. † an va- 3
leat conſtitutio procuratoris facta per minorē.&tenet quod ſic,licet aliqua argumēta adducat, per quæ velit innuere ipſam nō valere:& iſtā ſecundā partem quod nō valeat,tenuit Iac.Butr.ibi,& Cin.in q.xv.& Spe.in tit.de act.verſi. ſed quid ſi minor vult fideiuſſores dare.& Bal.idem ibi in addi.& in d.auth.ſacramenta.ver.modo venio ad verbū ſpontè.& in l.ij.C. de reſcin. vendi.& in conſi.clxxvj.inchoan.quæritur vtrum adulta.in prin.& latius conſ.ſeq.vol.j.& Fede. de Senis,conſ.ccxcix.& Alber.in d.auth.ſacramenta. ver.quærit etiam gl. †Sed primā partē,quod conſti- 4
tutio procuratoris per minorem facta valeat, tenuit Iac.de Ra.&Bar.in d.auth.ſacramēta.& idē Salic.ibi. verſi.nunc proſequendo glo. ex quo fuit admiſſus.& Bar.in l.minor 25.annis.ff.de minorib.& Alex.in addi.ad Bar.in l.iij.§.j.ff.de cōtr.&vti.actio.tute.& non pōt in integrū reſtitui,vt voluit Abb.Sicu.in c.cū veniſſent.ver.ſecundo principaliter. de in integr.reſti. & idem in d.c.pen.de empt.& ven.& ibi de Burgos,

&

& Bar.& Docto. Moder.insuper Fran.de Are.in l. sciendum.de verb.obliga.& Collect.in c.j.de pact. & Ang.Are.super rubr.de except.& Guid.Papæ in q.xxxv.dicens,ita fuisse declaratum & iudicatum.& idem Decis.cccexciij. in fi.& idem Decis.Tholos. capel.q.xlv.& latius xlix. vbi refert secundùm hanc opi.semper fuisse iudicatum,& aliam opi.non fuisse in iudiciis obseruatam: quia iurauit non contrauenire contra iudicium:& processus cum eo,aut eius procuratore sic postea agitatus,valet.Et idem tenet Alex.in l.exigēdi.versi. item fallit si minor iurasset. C.de procurator. & ita consuluit Bart.consil.cj.incip.Geraldes de Tuderto minor xxv.annis.in vj.q.

5 † Secus secundum eum, si minor aliquid confessus fuisset in iudicio,quod sit de præsenti,vel de præterito, tunc non habet locum d.authen. sacramenta: quæ tamen loquitur in iuramento respiciente futurum de non contrauenendo, & non in iuramento de præterito,vel de præsenti.Et ipsum sequitur Iaſ. in dict.auth.sacramenta. versſuum.in vltima parte. qui allegat Anton.Alexand.ibi ita tenere,quamuis Iaſ.ipse multum dubitet de hac restrictione Barto. quod d.authen.sacramenta habeat solum locum in iuramento de futuro,& non de præsenti,vel de præterito,vt ibi vide.versic.sed ego dubito. Sed Geraldus de Petra sancta singular. lxxvj. exordiente, tenementi mirabilem cautelam. sequitur Bart. cum sua limitatione.pro qua facit quod dicit Io.de Imo. in c.cùm contingat de iureiuran.& Alexan. & mo-

6 der.in l.si donante. C. de collat. † Volentes donationem inter coniuges factam, & iuramento vallatam valere:quia iuramentum concipitur in futurū, & non de præterito,de quo ibi per Iaſ.& dixi in §.j. de consuet.matri.lib.consuetu.Biturig. Et hanc secundam partem tenet Ioan.de Imo.in d.c.cùm cōtingat. & idem videtur dicendū minorem in casib. in quibus ipse potest esse in iudicio sine curatore, posse cōstituere procuratorem sine curatore, l.etiā §.absens.& ibi Benedict.de Plumbi.ff.de manumiſ. vindict.& Andr. Barbat. in cap. edoceri. de rescriptis.& gl.in c.ex parte.de restitut.spolia. & c.fin.de iudi.lib.vj. & idem Iacob. de S. Georg. in l.neque tutores.nume.xij. cum seq̃uen. C.de procura.& ita concluſum fuit in curia. Et latum arestum contra dominum de Candigez in fauorem cuiusdam hospitæ de regula sororis naturalis eiusdem de Candigez.

SVMMÆ.

1 *Solennitates iure ciuili in testamentis requisita non sunt hodie sublatæ.*

2 *Testamentum cum duobus testibus & presbytero parochiali valet etiam ad pias causas in terris ecclesiæ.& num.3.*

4 *Testator qui coram duobus testibus, & vno clerico voluit suam vltimam voluntatem in scriptis redigi, ad pias causas, & inter liberos, valet, etiam si non redigatur.*

5 *Testamentum coram duobus testibus, an valeat ad pias causas.*

6 *Testamento ob testes imperfecto, & extraneo insti-*
1 *tuto, vel admixto, non debentur legata etiam ad pias causas facta.*

7 *Testamento minus solenni ad pias causas facto debentur legata,etiam laicis.*

8 *Legata pia quando debeantur ex imperfecto testamento.9.*

10 *Testamentum ad pias causas coram testatore & testibus non testium nec publicatum, an valeat.*

11 *Legata quando debeantur hæredinate non adita.*

Quæstio XCIII.

An ex testamento,vel voluntate vltima minus solenni,in qua est instituta extranea persona, debeantur legata facta laicis,vel pijs locis,vel pro dote dicantur pia,& valeant.

DECISIO XCIII.

1 IT † præsuppono quòd de iure ciuili solennitates in testamento requisitæ non sunt sublatæ,per l.j C.de sacrosanct. eccl. vt dicunt Bal.Angel.& communiter Docto.ibi,insuper Iaſ.in vtraque lectu.versic non obstat vltimum argumentum Bartol. Quamuis ibi Barto.in repet.tencat contrarium: qui tamen confunditur per text. in l generali. eodem titu. † Item 2 quod testamētum factum coram presbytero parochiali, & duobus vel tribus testibus legitimis ad hoc vocatis,& rogatis, valet, secundum communē opinionem legistarum in dict.l j de sacrosanct.eccle.& etiam canonistarum,in c. cùm esses. & c.seq. de testamen. † volentium in terris ecclesiæ valere 3 quo ad omnia in eo contenta, & relicta etiam ad non pias causas:& sic intelligitur dict. c. cum esses. Sed in terris Imperij seruatur ius ciuile & sic secundum hoc à iure ciuili non recedit̃ur, vt cessetur legum correctio. Vnde testamentum factum coram duobus testibus,valet etiam in terris Imperij,& sine præsentia presbyteri parochialis, & sic intelligitur dict.cap. relatum.ista fuit tertia opin.gloſſ.in d. cap.cùm esses.quam tenent Petr. de Ancha. Zaba. Ioan. de Imo. & Barbat. in d.c.cùm esses. dicentes legem esse communem & verissimam. & idem Iaſ. in l.i. versic. no. istam pulchram &c.in lectura Papien. versic. adde quod tamen secus est de iure canonico.& ita consuluit Federic. de Senis in consil. ccxvij. in hoan.factum est tale, quidam P. veniens ad mortem & Ioan.de Ana.consil.lxxv.incipien.visis & consideratis iis quæ in facto proponuntur. † etiam si testator voluerit eius voluntatem ad pias 4 causas coram duobus testibus, & vno clerico declaratam in scriptis redigi,licet postea non redigatur: quia est perfecta voluntas ratione voluntatis, quamuis non sit perfecta ratione solennitatis, valet tamen ad pias causas, & etiam inter liberos secundum Ancha. in dict. cap.cùm esses. & in isto dicto multùm dubitat Barbat.in d.cap. relatum. vt infrà dicam. Et supradictam conclusionem seq̃untur Zabarel.consil.lxxiij.incipien.Redemptoris nostri, &c.puto de iure,quod pro parte actoris,& Alexan. consil.xlj. versic.quinto, quia in dicto testamento. lib.j.& ista est communis sententia, reprobata opi. Ant.de Butr.in d.cap.cùm esses.tenentis secundum lecturam gloſ.quod habeat locum in omni foro,& etiam reprobata opin.Specu.in tit.de instru.editio. §.compendiosè.versi.item per ius canonicum. volentis testamētum factum coram duobus testibus, & presbytero parochiali,vel coram quatuor testib. sine præsentia parochialis,etiam ad non pias causas cōditum,valere tam in foro canonico,quàm ciuili. † Sed primò, quod valeat testamētum coram duo- 5 bus testibus ad pias causas conditum: conueniunt communiter Docto. quamuis Abb.Sicul.in d.cap. cùm esses.sequitur Spe.& Roma.in repetit. authen. similiter in xxxiiij. fallen. quas impugnat similiter Andr.Barbat. in dict.cap.cùm esses.vt ibi per eum. Sed Alexand. intelligit Spe. quando in terris ecclesiæ factum est, aliàs non,vt in consil. xvij. incipien. ponderatis iis. versicul. non obstan. quod quando vnus vel duo.cum versic.sequen.volum.iij.loquens ibi testamento facto coram quatuor testib. in ciuitate Rauennæ: quia est ecclesiæ Roma.& in consi-

Digitized by Google

xlvij.verſi.eo caſu quo.volum.ij. & conſil.cxlvj.inchoan.viſo themate.verſicul.quinimo ſi eſſemus in terris eccleſiæ.eod.lib.& ibi tranſit cum communi opinio.& in conſil.cv.exord. viſo & diligenter cõ ſiderato.ver.imò fortius, quòd etiam in teſtamẽto.
6 volu.iiij. † Ex quibus patet ſolutio q.noſtræ, quòd teſtamentum, ſeu vltima voluntas coram quatuor teſtibus, quorum quartus teſtis erat mulier declarata,in qua extraneus erat inſtitutus, & ſic ad non pias cauſas facta, nec in terris eccleſiæ, ſed Regis Franciæ,& in patria Burdegalen. quæ pro parte regitur iure ſcripto, non valet, nec legata etiam pia ex eo debentur,vt in terminis tenet Ant. de But.in c.j.de for.comper.& Salic.in authen.caſſa. quæſt.ix. C.de ſacroſanct.eccle. & Alex.conſil.clxxvij.incip. viſo themate mihi exhibito. verſic.nec prædicta etiam habent obſtare.lib.ij.& conſil. ccix. inchoan. ſtatutis accuratè perſpectis.verſicul. poſſet & tertia ratione.eo.lib.& Iaſ.in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto. verſi.in caſu autem ecõtrario res eſſet expedita. C.de teſtamen.& Ange.in l.fin. verſic.in ea.gl.ibi,tu dic quarto. C.de fideicommiſ. quem Barba.alleg.in d.ca.cùm eſſes.verſic. & idem ſentit ibi Angel. credo quod voluerit eum allegare in l.eam quam.eo.tit.vt infrà dicam, & ſic ſeruatur in teſtamento minus ſolenni inter liberos facto,in quo eſt extranea perſona,vt non debeantur legata, per tex.
7 in d.§.ex imperfecto. † Secus econtra in teſtamẽto minus ſolenni ad pias cauſas condito, quòd debeãtur legata perſonis laicis relicta.vt tenet Salic.in d. auth. caſſa.quæſt.ix.& Ant.de But.in d.c.quod clericis.& Alex.conſi.xlj incip.viſo tenore legati.verſ. v.& in d.conſi.cv.verſic. ad idem adduco.lib.4. ſed Iaſ.in d.§.ex imperfecto.tenet contrarium, & in d. l.j.verſ.pro extenſione iſtius concluſionis. in lectu. Paduana.& etiam Papien.verſ.vnũ ſingulariter nota.de ſacroſanct.eccl.Ex quo enim teſtamẽtum eſt nullius momenti, non poteſt ex eo adiri hæreditas. l.ſi veritas.& l.ex teſtamento. C.de fideicommiſ.& idem per alia iura tenet Ang.in l.eam quam.verſic. in caſu autem iſtius legis. eod.tit.quare legata non debentur,l.ſi nemo.ff.de teſtamentaria tutela, & l. ij.ff.de fideicom.liberta.ſecundum veram opin.legata ad pias cauſas etiam relicta, non debentur: vt
8 tenet Bald.in d.l.eam quã.verſ.ex quo not.† dicens omne relictum pro anima, vel aliter ad pias cauſas relictum,deberi à quocũque ſucceſſore, ſi adhibita fuerit ſolennitas:aliàs ſecus,per gl.in l.ſi quis Titio. ff.de leg.ij.& d.l.ij.de fideicom. liber. & duos dicit teſtes de iure canonico ſufficere,per d.c.relatum.& idem Iaſ.in d.l.j.in lectura Paduana.verſ.ecõtra autem ſi in teſtamẽto non ſolenni eſſet inſtitutus extraneus.de ſacroſanct.eccl.ſeq.ibi Bar.Bald. Ange. & Salic. & in l. eam quam. & ibi Iaſ.verſ. quintum caſum. Addi.Bart.& idem Alex.in d.conſil.ccix. & dixi ſuprà quæſt.xlj.incip.præterea alia inſurgit &c.
9 † Sed ſi filius eſſet inſtitutus, & pium legatũ factũ, bene tunc filius teneretur ex tali teſtamẽto imperfecto ſoluere, vel hæredes ab inteſtato, ſi filius abſtinere,vt voluit Rom. in dict.authent.ſimiliter. per text. in l. in teſtamento. ff. de fideicom.lib. ſed Docto.poſt gloſ.ibi intelligunt,quod ex pietate,& affectione magna ad perſonam cui erat relictum, hæres agnoſcendo voluntatem patris, ſoluerat vnum ex pluribus legatis eidem relictis: ideo cogitur reliqua ſoluere, alias non. Sed primum videtur verius fauore piæ cauſæ, ſecundum Bald. in authentic.hoc amplius.de fideicom.& idem Ange. & Imo.in l.ſi filius qui patri.in princip. ff. de vulga. & pupil.& Alexan.in d.conſil.ccix.lib.ij.& Iaſ.in d. l.j.in lectu.Padua. verſi.ij.miſi filius & fallit etiam in aliis pluribus caſibus,quos vide per Docto.in locis ſuprà alleg. inſuper Barba.in rub.de teſta. verſi.venio nunc ad vlt.quæſt.num.xlj,& verſi.xxj.limita.vbi poſt longam opin. Docto. & varietatem allegationum, diſtinguit quinque caſus, quorũ duos ſoluit,& reliquos relinquit indeciſos, hanc non concernentes materiam, vt ibi: videtur tamen reprehendere Ioan.de Imol. dicentem communem opi. eſſe contra Barto.legata ſcilicet ad pias cauſas relicta hæreditate non adita non deberi. & opin.Bart. contrariam eſſe communem, quod debeantur, aliàs vt inquit Bald.in repetitio. d.l.j. de ſacroſanct. eccleſ.quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus in pia cauſa decederet, quod fieri non poteſt,vt ibi:licet aliud ſit in milite, vt l. ſi miles vnũ ex fundo.ff.de teſta.milit. & idem Barba. in d.c.relatum. in pluribus paſſib.& præcipuè in duabus quæſt.† an 10
teſtamentum ad pias cauſas factum nec coram teſtatore, & teſtibus lectum, nec publicatum valeat. Secundò an tale teſtamentum ad pias cauſas ratione voluntatis imperfectum valeat: qui in vtraque tenet quòd non,ſecundum Bald. in dict.l.j. in fi.de ſacroſanct.eccle.alleg.Bald.in l.ſi is qui. ff.de teſtamen.tamen Franciſc. de Aret. ibi tenet quo ad j.q. valere teſtamentum non lectum, nec publicatum per notarium coram teſtibus, ſequendo Barto.in l. fideicommiſſa.§.quoties. ff.de legat. iij. & hanc dicit eſſe communem.Sed ſi eſſet aliter imperfectum ratione voluntatis, vt quia teſtator non habuiſſet teſtamentum pro abſoluto,tunc communis opinio eſt,quod tale teſtamentum, ſecundum eum,nõ valeat,etiam ad pias cauſas,vel inter liberos. Tamen in terminis noſtris tenet Spec.in tit. de inſtrumen. edito.§.nunc verò aliqua. ver.ſed pone quod ex eo teſtamento ſequens. Io.in q. xciij. qui intellexit Vber.de Bobio,† tenentem legata ad pias cauſas he- 11
reditate non adita non deberi, eſſe verum in caſibus tantum, quibus teſtamentum de iure non valeat: quia in eo veritas iuris, vel ſolennitas deficit, in d.l.ſi veritas. vel cùm ex teſtamẽto hæreditas vel bonorum poſſeſſio peti non poteſt: aut cùm ex teſtamento iure facto hæres ſcriptus bona fide ceſſat adire,& aliter illi ab inteſtato ſuccedit.l.ij. §.penul. & fin.C.ſi omiſ.cau.teſta. & idem Io. Andr. in additio.Spe.in d.verſi.ſed pone.in aliis verò caſib. in quibus legata, vel fideicommiſſa debentur, quamuis hæreditas non ſit adita,nec adiri poſſit,vt notatur in d.l.eam quam. quia tunc legata debentur ad pias cauſas. Et idem refert & ſequitur Sali.in d. l. j. quæſt.xiij. de ſacroſanct.eccleſ.

SVMMÆ.

1 *Dotis legatum an pia cauſa.*
2 *Falcidia, an detrahatur de legato dotis.*

Quæſtio XCIIII.

Quo ad ſecundam quæſtionem an pecunia pro dote legata videatur in piam cauſam relicta.

DECISIO XCIIII.

ET † tex.eſt quod ſic,in l.cũ 1
is qui.§.ſi mulier. ff. de cõdi.indebi. vnde Bald. dicit legatum pro virginib. maritádis relictũ, intelligi factum ad pias cauſas,ex quo nõ debet detrahi Falcidia: † quod videtur contra tex. 2
iũcta ſua gl.in verb.referri, in l.ta-

in l.tali.§.j. de iure dot.vbi in legato dotis, ſicut in aliis habet locum Falcidia.& tenet Ang.in §.ſi mulier.& Io.de Ana.in d.conſi.lvij.quod verum ſecũdùm Barba.in d.c. relatum.verſi.item dicas,ſi relinquatur dos pauperi mulieri. per text.in d. §. ſi mulier.& idem in conſil.lxxxvij. vol.iiij. & idem tenet Bart.in d.l.j. verſi.quæro ſi relinquatur diuiti.de ſacroſanct.eccl.& idem ibi Bald.dicens quòd quãdo perſona cui eſt relictum factum eſſet in neceſſitate, vt quia virgo, vel pauper,& donatur pro ipſa maritanda,vel eſſet in carcere detenta,tunc magis ad eã præſumetur miſericordia quàm affectio. l.liber captus.C.de capt.concludens quod aut cauſa pietatis congruit perſonæ, & tunc intelligitur ad pias cauſas:aut non congruit perſonæ, & tunc non intelligitur ad pias cauſas,vel amore Dei,nihilominus detrahetur Falcidia.& idem dicit Angel.in l. cùm hi. §.ſi in annos.ff.de tranſact.volens quod ex qualitate perſonæ præſumitur cauſa pia, per textũ in l.illud.C.de ſacroſanct.eccl.& idem Bal.in auth.ſimiliter & Abb.Sicu.in rubri.de teſtamen. & idẽ Barba.in c.ad hæc.ver.no.ibi, elecmoſynæ, vſque ad ſi. dicens hanc Barba.opin.eſſe cõmunem. & reſpondet ad d.§. ſi mulier. ſignãter illum tex.eſſe reſtringendum ad mulierem pauperem,vt non habeat locum quando dos relinquitur mulieri diuiti. Et ſic intelligitur Roma.in d.authent. ſimiliter.in quæſt. an delegato dotis poſſit detrahi Falcidia. & Io Cãpezij in tracta. ſuo de dote. in j parte, quæſt.xcj.& Bal.Nouel.de Vbal.in tracta.de dote.in v.parte,cũ aliis per eum allegatis.vbi vide vſque ad finem. Et ſic concluſum fuit in curia in cauſa mota inter magiſtrum Adrianum Rolandi tutorio nomine filiæ, cui ſumma centum Francorum pro ipſa maritanda fuerat relicta in teſtamento, ſeu voluntate vltima coram quatuor teſtibus declarata, in qua teſtatrix inſtituerat ſororem ſuam hæredem. Et latum arreſtum ij.Octo.Anno 1520.

SVMMÆ.

1 Iuramentum delatum, an recuſare poſſit qui probare vult.& num.2.& 3.

4 Probationis dato termino elapſo, an audiatur qui vult iuramentum deferre.& num.5.& 6.

7 Iuramentum non defertur vbi vtriuſque eſt ſemiplena probatio,vel præſumptio.

Quæſtio XCV.

An partibus in factis contrariis appunctatis poſſit altera partium ſtare iuramento alterius, non obſtante quod alia pars cui defertur iuramentum, velit probare ſuam intentionem,ſi nulla data fuerit dilatio.

DECISIO XCV.

1 ET Iaſ. hanc mouet q.in l. manifeſtæ. q.iij. ff.de iureiurand. † Et arguit primo, quòd poſſit recuſare iuramẽtum, & probare per teſtes,vel inſtrumenta. & allegat Bart. in l.in cõtractibus.§.illo.per illum tex.C. de non nu.pec. in bonis,lecturis,quæ communiter non habentur. In contrarium alleg. Bart. quem ipſe ſolus ad hoc ponderat, in l.ſi.ff.de in litem iurand. & verum dicit, ſed ſecus eſt ſecundùm Bart.in iuramento in litem, quia ipſum poteſt recuſare,& illi renuntiare, & probare per teſtes, cùm ſit in eius fauorẽ introductũ. Et in hac quæſtione ita concludit Iaſon, quæ erit magna extenſio ad d.l.manifeſtæ.quę locum habeat,ſcilicet ſi ille cui defertur iuramentum,dicat ſe velle probare per teſtes,vel inſtrumenta intentionẽ ſuam. Et pro hac Deciſi.facit ſecundum eum text.in c.ſicut conſuetudo.de probatio. & in d. §. illo. vbi poſtquam actor iam plenè probauit, & non præſumptiuè, vt inquit Philip. Decius in d.c.ſicut.in ij.nota.(ſed ädẽ ſi præſumptiuè,vt infrà dicam)poteſt recuſare iuramentum.ad idem tex.in l.omnibus.qualiter quis ſe defendere debeat, in Lombar. ſed non antequam actualiter probauerit, dato quòd diceret ſe velle probare:quia ſi ad plenum(vt ait Decius)non probaretur factũ deductũ, conſuetudo valeret,vt iuramentum deferri poſſit. Allegat in terminis Gemin. in c.j.verſi.not.conſuetudinem.de iureiur. & hanc concluſionem Iaſ.ſequitur, Franci. Purpura in d.l. manifeſtæ.nu.xiij.cum ij.ſeq. Quinimò de iure poteſt iudex ſibi in hoc caſu deferre iuramentum,l.in bonæfidei.C.de iureiuran.& c.ſi.co.tit. & idem tenuit Bal.in d.c.ſicut. † Et ſic habemus duos caſus, 2
vnum in quo reus vel actor tenetur iurare, vel referre, quando ab initio vnus alteri detulit iuramẽtum, quamuis is cui defertur, velit ſuam probare intentionem: præcipuè ſi ſuper alio,vt ſuper exceptione ſolutionis oppoſita contra illam intentionẽ fundatam. Et ſic cõcluſum fuit in cauſa domini de Albreto contra Terridem, & latum areſtum die xvij.Iulij, 1522. † Alium caſum in contrarium, in 3
quo tenetur iurare, ſi in termino dato probauerit, d.c.ſicut.& ibi Bald.& Feli.in ij.notab.& Iaſ.in d.l. manifeſtæ. Et ita fuit dictum contra Stephanum Vilbano appellatum in fauorem Ioannis Goudin à Seneſchallo Petragoricen.appellantis. Latum areſtum die xix.Octobris,153 6.† Sed an elapſo termino dato ad probandum & etiam publicato in cauſa,poſſit, ſi nihil probauerit, petere reo deferri iuramentum,aut ſibi eſſe referendum. Et in iſto caſu eſt maius dubium:in quo Bartol. in d. §. illo. tenet quòd ſic,per gl.ibi,in verbo,offerri.niſi iuſtam habuerit cauſam recuſandi iuramentum. Et eum ibi ſequitur Ange.& idem Pau.in l.admonendi. verſic. circa.& in l.iuſiurandum & ad pecunias. §. ait prætor.de iureiurando.& in d.l. manifeſtæ. & ibi Alex. per illum tex.& Franc.de Are.in d.c.ſicut.quia reus videtur eſſe in quadam turpitudine, ex quo nõ vult iurare, vel iuramentum deferre. Vbi adducit tres leges pro iſta concluſione: & idem Baldus in l. in bonæ fidei.in antiqua lectu.& ibi Alber. poſt Iaco. de Rauen. & Iaſ. in d.l. manifeſtæ. verſic. ſecundo quæro.& idem Purpur. verſi. ſed difficultas eſt.dicens eſſe tutiorem,æquiorem,& in practica obſeruari.ſed Bald. in d.§.illo. quem ibi ſequitur Salicet. tenet contrarium, † quòd lapſo termino ad pro- 5
bandum conceſſo non poſſit reo deferri iuramentum. Et idem Alberi.ibi, & Paul. de Caſtr. in l.fin. ver.in tex. ibi,nõ poteſt.ff.de feriis.qui allegat Spec. in tit.de dilatio.§.ſi.verſi.item quid ſi datus eſt terminus.aliàs eſt in tit.de iuramen.delatio. verſic.ſin autem actor nihil omnino probat.& ibi Io.And.in additio.ad Bal. in repetitio. Lij. ff. de iureiurando. verſi.iudiciale inſtrumentum.& Pau.de Caſt.in l.ſi. C.de fideicom.& idem Abb.Sicu.in d.c. ſicut. & in c.ſi.de iureiur.& Hippoly.de Marſil. in l.de minore.§.tormenta.de quæſtion.Quid dicendum?& Io. Bapt.de ſancto Seuerino in d.l.manifeſtę.quem ſequitur Decius in d.c.ſicut conſuetudo.verſ.ex quibus omnibus. intelligit has opin. vt primo caſu teneatur iurare, vel referre quando ab initio detulit. pro quo allegant Decius & alij tex.in l. Marcellus. §.j.ff.rerum amotar. ibi,ſi velit magis iuramentum deferre,ſcilicet quam aliter probare,etiam ſi hæc

probationem teſtium, vel inſtrumentorum propriam haberet, vt dictum eſt, quia tunc ſecurè iurare poteſt: & iſta eſt communis. Secus ſi ab initio noluit iuramẽtum deferre, ſed onus probandi aſſumpſit, & non probauit: & tunc reus abſolui debet, & iurare non cogitur: quia ex quo actor probare non potuit, ad iuramentum redire non debet, l. ſi quis iuſiurandum. in prin. C. de rebus credit. ibi, abſurdum eſt enim, cùm deſperauerit aliam probationem, ad religionem cõuolare. Et iſta videtur etiam communis contra Bartolum, Alexan. & alios: quam ſecutus fuit Socin. conſil. xxxij. inchoan. difficilis & dubius eſt articulus. volu. ij. & reſpondet ad iura, & rationes Alex. & pariter ad leges Franci. de Aret. enumerans Doct. qui hanc tenuerunt partẽ, videlicet Spec. Io. And. Franci. de Alberg. Abb. Sicu. Maria. Senenſ. Io. Bapt. coi adde Decium. Quorum authoritas præualere debet authoritati Bart. Bal. Pau. de Caſtr. qui ſibi fuerunt contrarij, & cęterorum: & ſic (vt inquit) pro ea eſſet iudicatum. & idem Socin. in regu. cclij. in vltima fallen. & in regula ſeq. in ij.
6 fallen. † nihilominus tamen ſecundum opin. Barto. & aliorum fuit concluſum in curia, poſſe poſt omnes terminos, & dilationes ad probandum conceſſas, deferri iuramẽtum, & teneri iurare, niſi habeat iuſtam cauſam, vt quia probauit contrarium eius quod actor obtulerat probare. Et latum arreſtum menſe Iun. 1531. in fauorem Ioannis Petri, contra magiſtrum Franciſcum de Caluimont. Et iſtud vltimum locum etiam habet in cauſa matrimoniali, quia licet reus non debeat ad iurandum cogi, quãdo actor defecit in probatione, tamen in cauſa matrimoniali defertur iuramentum deficiente actore in probatione. vt eſt caſus in cap. continebatur. de deſponſa. impuber. & ibi per Docto. & Fel. in rubr.
7 de ſponſ. verſic. decimoſeptimo. † Sed aduertendum eſt quòd data ſemiplena probatione pro aliquo, quæ tollat aliam ſemiplenam probationem, non defertur iuramentum, vt Alex. conſil. clxxxiij. num. xiij. cum ſequen. libr. vj. & hoc per doctrinam gloſſ. Barto. Bald. & Doctor. in l. prima. C. qui & aduerſus quos in integrum reſtitu. volentium vnam imperfectam probationem tollere aliam imperfectam, adeo quod iuramentum deferri non debet. Et nedum, vt inquit ſi vna ſemiplena probatio elidatur per aliam ſemiplenam probationem, ſed etiam ſi elidatur per quamlibet aliam præſumptionem. vel indicium. Ita dicit tenere gl. in d. l. j. quem ibi ſequitur Barto. & in Ladmonendi. verſic. quæro vtrum vna probatio imperfecta. & ſimilis gl. in l. ſi. in verbo, ideóque. & ibi Bal. & Bolog. in ſecundis interpretationi. ff. quod met. cauſa. & idem Bald. in d. l. in bonæ fidei. in 4. oppoſit. & ibi Alberic. verſi. item quæritur ſi actor plenè probauit. & in l. j. verſ. ſed quid ſi ex parte procuratoris. C. de procur. Pau. in d. §. illo. verſi. ſed ſalua reuerentia. Tamen apud Venetos d. cap. ſicut. non ſeruatur, quoniam ſi actor etiam probauerit, non obtinebit ſententiam, niſi prius iurauerit ſe creditorem eſſe, & econtra reus contra quem nihil probatum eſt, iurabit ſe nõ eſſe debitorem: vt dicit Pau. de Caſt. in d. l. admonendi. verſic. circa primum. & ibi Purpur. nu. dcccj. de iureiur. & idem Pau. de Caſt. in d. §. illo verſi. ſed ſalua reuerentia, dicit etiam eſſe in ciuitate Vincentiæ. & Alberic. dicit in d. l. bonæ fidei. in multis partibus eſſe cõſuetudinem ſimilem, & idem Petrus de Ferra. in ſua praxi. tit. form. iura. quod præſtatur à parte parti. in verbo, dicit ante finem. verſic. ſunt autem in aliquibus ciuitatibus, vt Papiæ.

SVMMÆ.

1 *Præteritio filij etiam non conquerentis facit teſtamentum nullum, niſi ſe præteriri conſenſiſſet. & n. 2.*

3 *Mater præterita, vel exhæredata agit contra teſtamentum filij nullos habentis liberos.*

5 *Teſtamenti approbatio expreſſa vel tacita facit ipſum conualidari. & num. 6.*

7 *Tempus quo quis excluditur ab agendo contra teſtamentum.*

8 *Approbare an filius poſſit teſtamentum in præiudicium aliorum fratrum. & num. 9.*

10 *Mater poteſt approbare teſtamentum filij in præiudicium aliorum filiorum.*

Quæſtio XCVI.

Si filius extraneos præterita matre inſtituerit hæredes, an fratres poſſint teſtamentum illud matre approbante, dicere nullum.

DECISIO XCVI.

2 †quia talis tranſactio ſemper in præiudicium tranſigentis ſolum, & non aliorum volentium accuſare, nec iudicis inquirere volentis.Licet Barto. quem ſequitur Alex.in d.l.tranſigere.dicat talem tranſactionem aliis, & iudici nocere. Tamen præcedens eſt cōmunior, & verior,vt ibi, quia partes non poſſunt actioni reipublic. competenti præiudicare,l.ij.& ibi gloſ.& Doct.inſuper Rebuf.ff.ad Silla.cum aliis per nos alleg.in §.xvj.& in addit.de iuriſdi.omn.iud.lib. conſuet.Biturig.& idem Alberi.in l.ij.verſi.ſecundo caſu.ff.de iurei.& in d.l.ij.ad Sill.& Bonif.de Vital.in tract.maleſi.ti.de pœna deliſt.in fi.& in tit.ſeq.& latius in ti. de pace.ver.quia ad iuris.& ver.ſed quid ali quis fecit.Et ad iura ſuprà in contrarium adducta reſpondent Doct.ſuprà allegat.quos vide cauſa breuitatis. Et iſtam partem tenet Alberi.in d.l.tranſigere. verſi.aliud etiam quærit glo.& Collect.in c.veniens. verſ.ſed nunquid in raptu & inceſtu. de accuſ.& Bal. conſil.xxvij.exor. punctum ſuper quo. tenens etiam valere ſuper attentato adulterio non conſummato de facto.Et pro iſto dicto,& de raptu adulterij,quod poſſit fieri tranſact.alleg.prædictam gl. in d.l.tranſigere.vbi idem tenet Clau.de Seyſſel.col.vlt. & Ioan.

3 Maria.ver.in ca.ibi ſecundum Io.†Et hanc communem ſententiam limita non habere locum in raptu, vel inceſtu monialis:vt volunt Bal.& Salic.in d.l.vna de rapt.& Ioan.de Ana.in d.ca. fin.de rap. virg.quia datō etiam ſecundum eos quod ex forma ſtatuti poſſit fieri concordia ſuper raptu, tamen de raptu monialis fieri non poteſt, quia principalis offenſus eſt Deus. Et talis offenſa quō ad mundum non poteſt rēmitti,niſi per Papam,vt ibi per eos,& latius dixi in quæſtione.Facit quod notat Bar.eius conſi. clvij.incip.minister fratrum de pœn.quod ſtante ſtatuto de habente pacem cum offenſo,quod liberetur à carceribus,ſi incarceratuspropter blaſphemiam confeſſus ſit peccata ſacerdoti, & ab eo abſolutionem obtinuerit, relaxari debet, cum dicatur pacem habuiſſe cum offenſo:de quo per Doctores Modern. in dicta l.ij.de iurei.& Geral.de Petra ſancta in ſing. lxxiij. incip.tenementi. vbi ponit alium modum, quando eſt conſuetudo notabilis. Item licet ſuper adulterio ſimplici non poſſit tranſigi,d.l.tranſigere.&l.de crimine adulterij.C.de adult.tamen videtur tex.in contrarium in authen.vt liceat matri & auiæ. §.fin.in fine.ibi,aut amicabili conuentione deciſa ſunt &c. & ibi glo.vltim. ſed ibi loquitur in adulterio præſumpto,in quo licitum eſt tranſigere.vt ibi,& non in vero adulterio,in quo non licet tranſigere,vt tenet Iacobus de Belloui.quem ſequitur Bartol: ibi,& communiter Docto.in dicta l.tranſigere.hoc limitat per Barto.conſi. clxxv.inchoan.Dominus poteſtas terræ Rochæ,ſcilicet quod poteſt fieri,& haberi pax & cōcordia, per quam rancor qui eſt in animo iniuriati remittatur: nec per hoc proceſſus impeditur,tamen minoratur,vt ibi per eum,& Alber.& Alexan.in d.l. tranſigere. ſed in virgine ſtuprata ſine raptu dic ſecundum Franc. Curt. iuniorem ibi,num.xxxvij.cum ſeq. tranſactionem non eſſe licitam,quoniam pœna ſimplicis ſtupri ſine raptu eſt confiſcatio dimidiæ partis bonorum.§.item lex Iulia.de adult.inſtitut.de publi.iud.quem textum pauci ſciūt,vt inquit Matth. de Matt.ſing.cij.inchoan.non.text.quem pauci ſciūt. & latius dixi in conſil. incip. iuuenis quidam. quod cum certis aliis poſui in fi.harum quæſtionum.

SVMMÆ.

1 *Iudicium cum minore qui ſine tutore procuratorem conſtituit,& ratum habere iurauit,an valeat.*

2 *Minor ad lites curatorem accipere cogitur.*

3 *Procuratoris conſtitutio facta per minorem, an valeat.& nu.4.*

5 *Iuramento minoris de præſenti, vel præterito, non ſtatur.*

6 *Donatio inter coniuges cum iuramento valet.*

Quæſtio XCII.

Iudicium agitatum cum minore xxv. annorum ſine tutoris authoritate, qui tamen procuratorem conſtituerat cum iuramento de non contraueniendo, & gratum habendo quicquid per eum in iudicio eſſet factum,an valeat.

DECISIO XCII.

T † videtur quod non, quia 1
minor legitimam non habet perſonam ſtādi in iudicio,vt per totum.C. qui legiti.perſo.non habent.& l.ſi.§.neceſſitate.& ibi per Docto. C.de bo.quæ libe. & l.j.qui petant tut. †Quoniā ad lites minor 2
curatorem accipere compellitur,vt inſti.de cur.in pr.& ibi Io. Fab.& Ang.Aret. Vnde gl.in auth.ſacramenta puberum.in ver. cōtractibus.in fi.C.ſi aduer.vendi.argumentatur. † an va- 3
leat conſtitutio procuratoris facta per minorē.&tenet quod ſic,licet aliqua argumēta adducat, per quæ velit innuere ipſum nō valere:& iſtā ſecundā partem quod nō valeat,tenuit Iac.Butr.ibi,& Cin.in q.xv.& Spe.in tit.de act.verſi. ſed quid ſi minor vult fideiuſſores dare.& Bal.idem ibi in addi.& in d.auth.ſacramenta.ver.modo venio ad verbū ſpontè.& in l.ij.C. de reſcin. vendi.& in conſi.clxxvj.inchoan.quæritur vtrum adulta.in prin.& latius conſ.ſeq.vol.j.& Fede. de Senis,conſ.ccxcix.& Alber.in d.auth.ſacramenta. ver.quærit etiam gl. †Sed primā partē,quod conſti- 4
tutio p curatoris per minorem facta valeat, tenuit Iac.de Ra.&Bar.in d.auth.ſacramēta.& idē Salic.ibi. verſi.nunc proſequendo glo. ex quo fuit admiſſus.& Bar.in l.minor 25.annis.ff.de minorib.& Alex.in addi.ad Bar.in l.ij.§.j.ff.de cōtr.&vti.actio.tute.& non pōt in integrū reſtitui,vt voluit Abb.Sicu.in c.cū veniſſent.ver.ſecundo principaliter. de in integr.reſti. &idem in d.c.pen.de empt.& ven.& ibi de Burgos,

&

& Bar.& Docto. Moder.inſuper Fran.de Are.in l. ſciendum.de verb.obliga.& Collect.in c.j.de pact. & Ang.Are.ſuper rubr.de except.& Guid.Papæ in q.xxxv.dicens,ita fuiſſe declaratum & iudicatum.& idem Deciſ.cccxciij. in fi.& idem Deciſ.Tholoſ. capel.q.xlv.& latius xliz. vbi refert ſecundùm hanc opi.ſemper fuiſſe iudicatum,& aliam opi.non fuiſſe in iudiciis obſeruatam: quia iurauit non contrauenire contra iudicium:& proceſſus cum eo,aut eius procuratore ſic poſtea agitatus,valet.Et idem tenet Alex.in l.exigẽdi.verſi. item fallit ſi minor iuraſſet. C. de procurator. & ita conſuluit Bart.conſil.cj.incip.Geraldus de Tuderto minor xxv.annis.in vj.q.

5 † Secus ſecundum eum, ſi minor aliquid confeſſus fuiſſet in iudicio,quod ſit de præſenti,vel de præterito, tunc non habet locum d.authen. ſacramenta: quæ tamen loquitur in iuramento reſpiciente futurum de non contrauenendo,& non in iuramento de præterito,vel de præſenti.Et ipſum ſequitur Iaſ. in dict.auth.ſacramenta. verſ.ſuum.in vltima parte. qui allegat Anton.Alexand.ibi ita tenere,quamuis Iaſ.ipſe multum dubitet de hac reſtrictione Barto. quod d.authen.ſacramenta habeat ſolum locum in iuramento de futuro,& non de præſenti,vel de præterito,vt ibi vide.verſic.ſed ego dubito. Sed Geraldus de Petra ſancta ſingular. lxxvj. exordiente, tenementi mirabilem cautelam. ſequitur Bart. cum ſua limitatione.pro qua facit quod dicit Io.de Imo. in c.cùm contingat de iureiuran.& Alexan. & mo-

6 der.in l.ſi donante. C. de collat. † Volentes donationem inter coniuges factam, & iuramento vallatam valere:quia iuramentum concipitur in futurũ, & non de præterito,de quo ibi per Iaſ.& dixi in §.j. de conſuet.matri.lib.conſuetu.Biturig. Et hanc ſecundam partem tenet Ioan.de Imo.in d.c.cùm cõtingat. & idem videtur dicendũ minorem in caſib. in quibus ipſe poteſt eſſe in iudicio ſine curatore, poſſe cõſtituere procuratorem ſine curatore, l.etiã §.abſens.& ibi Benedict.de Plumbi.ff.de manumiſ. vindict.& Andr. Barbat. in cap. edoceri. de reſcriptis.& gl.in c.ex parte.de reſtitut.ſpolia. & c.fin.de iudi.lib.vj. & idem Iacob. de S. Georg. in l.neque tutores.nume.xij. cum ſequen. C.de procura.& ita concluſum fuit in curia. Et latum arreſtum contra dominum de Candigez in fauorem cuiuſdam hoſpitæ de regula ſororis naturalis eiuſdem de Candigez.

SVMMÆ.

1 *Solennitates iure ciuili in teſtamentis requiſitæ non ſunt hodie ſublatæ.*

2 *Teſtamentum cum duobus teſtibus & presbytero parochiali valet etiam ad pias cauſas in terris eccleſiæ.& num.3.*

4 *Teſtator qui coram duobus teſtibus, & vna clerico voluit ſuam vltimam voluntatem in ſcriptis redigi, ad pias cauſas, & inter liberos, valet, etiam ſi non redigatur.*

5 *Teſtamentum coram duobus teſtibus, an valeat ad pias cauſas.*

6 *Teſtamento ob teſtes imperfecto, & extraneo inſtituto, vel admixto, non debentur legata etiam ad pias cauſas facta.*

7 *Teſtamento minus ſolenni ad pias cauſas facto debentur legata,etiam laicis.*

8 *Legata pia quando debeantur ex imperfecto teſtamento.9.*

10 *Teſtamentum ad pias cauſas coram teſtatore & teſtibus non teſtium nec publicatum, an valeat.*

11 *Legata quando debeantur hæreditate non adita.*

Quæſtio XCIII.

An ex teſtamento,vel voluntate vltima minus ſolenni,in qua eſt inſtituta extranea perſona, debeantur legata facta laicis,vel pijs locis,vel pro dote dicantur pia,& valeant.

DECISIO XCIII.

ET † præſuppono quòd de iure ciuili ſo- 1
lennitates in teſtamento requiſitæ non ſunt ſublatæ,per l.j C.de ſacroſanct. eccl. vt dicunt Bal.Angel.& communiter Docto.ibi,inſuper Iaſ.in vtraque lectu.verſic non obſtat vltimum argumentum Bartol. Quamuis ibi Barto.in repet.tenetur contrarium: qui tamen confunditur per text. in l generali. eodem titu. † Item 2
quod teſtamẽtum factum coram presbytero parochiali, & duobus vel tribus teſtibus legitimis ad hoc vocatis,& rogatis, valet, ſecundum communẽ opinionem legiſtarum in dict.l j de ſacroſanct.eccle.& etiam canoniſtarum,in c. cùm eſſes. & c.ſeq. de teſtamen. † volentium in terris eccleſiæ valere 3
quo ad omnia in eo contenta, & relicta etiam ad non pias cauſas:& ſic intelligitur dict. c. cum eſſes. Sed in terris Imperij ſeruatur ius ciuile & ſic ſecundum hoc à iure ciuili non recedit[ur], vt cuilibet legum correctio. Vnde teſtamentum factum coram duobus teſtibus,valet etiam in terris Imperij,& ſine præſentia presbyteri parochialis, & ſic intelligitur dict.cap. relatum.iſta fuit tertia opin.gloſſ.in d. cap.cùm eſſes.quam tenent Petr. de Ancha. Zaba. Ioan. de Imo. & Barbat. in d.c.cùm eſſes. dicentes legem eſſe communem & veriſſimam. & idem Iaſ. in l.j. verſic. no. iſtam pulchram &c.in lectura Papien. verſic. adde quod tamen ſecus eſt de iure canonico.& ita conſuluit Federic. de Senis in conſil. ccxvij. inchoan.factum eſt tale, quidam P. veniens ad mortem & Ioan.de Ana.conſil.lxxv.incipien.viſis & conſideratis iis quæ in facto proponuntur. † etiam ſi teſtator voluerit eius voluntatem ad pias 4
cauſas coram duobus teſtibus, & vno clerico declaratam in ſcriptis redigi,licet poſtea non redigatur: quia eſt perfecta voluntas ratione voluntatis, quamuis non ſit perfecta ratione ſolennitatis, valet tamen ad pias cauſas, & etiam inter liberos ſecundum Ancha. in dict. cap.cùm eſſes. & in iſto dicto multùm dubitat Barbat.in d.cap. relatum. vt infrà dicam. Et ſupradictam concluſionem ſequũntur Zabarel.conſil.lxxiij.incipien.Redemptoris noſtri, &c.puto de iure,quod pro parte actoris,& Alexan. conſil.xlj. verſic.quinto, quia in dicto teſtamento, lib.j.& iſta eſt communis ſententia, reprobata opi. Ant.de Butr.in d.cap.cùm eſſes.tenentis ſecundam lectũram gloſ.quod habeat locum in omni foro,& etiam reprobata opin.Specu.in tit.de inſtru.editio. §.compendiosè.verſi.item per ius canonicum. volentis teſtamẽtum factum coram duobus teſtibus, & presbytero parochiali,vel coram quatuor teſtib. ſine preſentia parochialis,etiam ad non pias cauſas cõditum,valere tam in foro canonico,quàm ciuili. † Sed primò, quòd valeat teſtamẽtum coram duo- 5
bus teſtibus ad pias cauſas conditum: conueniunt communiter Docto. quamuis Abb.Sicul.in d.cap. cùm eſſes.ſequitur Spe.& Roma.in repetit. authen. ſimiliter in xxxiiij. fallen. quas impugnat ſimiliter Andr.Barbat. in dict.cap.cùm eſſes.vt ibi per eum. Sed Alexand. intelligit Spe. quando in terris eccleſiæ factum eſt, aliàs non,vt in conſil. xvij. incipien. ponderatis iis. verſicul. non obſtan. quòd quando vnus vel duo.cum verſic.ſequen.volum.iij.loquens ibi teſtamento facto coram quatuor teſtib. in ciuitate Rauennæ: quia eſt eccleſiæ Roma.& in conſil.

xlvij.verſi.eo caſu quo.volum.ij. & conſil.cxlvj.inchoan.viſo themate.verſicul.quintmo ſi eſſemus in terris eccleſiæ.eod.lib.& ibi tranſit cum communi opinio.& in conſil.cv.exord. viſo & diligenter cõſiderato.ver.imò fortius, quòd etiam in teſtamẽto.
6 volu.iiij. † Ex quibus patet ſolutio q.noſtræ, quòd teſtamentum, ſeu vltima voluntas coram quatuor teſtibus, quorum quartus teſtis erat mulier declarata,in qua extraneus erat inſtitutus, & ſic ad non pias cauſas facta, nec in terris eccleſiæ, ſed Regis Franciæ,& in patria Burdegalen.quæ pro parte regitur iure ſcripto, non valet, nec legata etiam pia ex eo debentur,vt in terminis tenet Ant. de But.in c.j.de ſor.compet.& Salic.in authen.caſſa. quæſt.ix. C.de ſacroſanct.eccle. & Alex.conſil.clxxvij.incip. viſo themate mihi exhibito. verſic.nec prædicta etiam habent obſtare.lib.ij.& conſil. ccix. inchoan. ſtatutis accuratè perſpectis.verſicul. poſſet & tertia ratione.eo.lib.& Iaſ.in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto. verſi.in caſu autem ecõtrario res eſſet expedita.C.de teſtamen.& Ange.in l.fin. verſic.in ea. gl.ibi,tu dic quarto.C.de fideicommiſ. quem Barba.alleg.in d.ca.cùm eſſes.verſic. & idem ſentit ibi Angel. credo quod voluerit eum allegare in l.eam quam.eo.tit.vt infrà dicam, & ſic ſeruatur in teſtamento minus ſolenni inter liberos facto,in quo eſt extranea perſona,vt non debeantur legata, per tex.
7 in d.§.ex imperfecto. † Secus econtra in teſtamẽto minus ſolenni ad pias cauſas condito, quòd debeãtur legata perſonis laicis relicta.vt tenet Salic.in d. auth. caſſa.quæſt.ix.& Ant.de But.in d.c.quod clericis.& Alex.conſi.xlj incip.viſo tenore legati.verſ. v.& in d.conſi.cv.verſic. ad idem adduco.lib.4. ſed Iaſ.in d.§.ex imperfecto.tenet contrarium, & in d. l.j.verſ.pro extenſione iſtius concluſionis. in lectu. Paduana.& etiam Papien.verſ.vnũ ſingulariter nota.de ſacroſanct.eccl.Ex quo enim teſtamẽtum eſt nullius momenti, non poteſt ex eo adiri hæreditas. l.ſi veritas.& l.ex teſtamento.C.de fideicommiſ.& idem per alia iura tenet Ang.in l.eam quam.verſic. in caſu autem iſtius legis. eod.tit.quare legata non debentur,l.ſi nemo.ff.de teſtamentaria tutela, & l. ij.ff.de fideicom.liberta.ſecundum veram opin.legata ad pias cauſas etiam relicta, non debentur: vt
8 tenet Bald.in d.l.eam quã.verſ.ex quo not.† dicens omne relictum pro anima, vel aliter ad pias cauſas relictum,deberi à quocũque ſucceſſore, ſi adhibita fuerit ſolennitas:aliàs ſecus,per gl.in l.ſi quis Titio. ff.de leg.ij.& d.l.ij.de fideicom. liber. & duos dicit teſtes de iure canonico ſufficere,per d.c.relatum.& idem Iaſ.in d.l.j.in lectura Paduana.verſ.ecõtra autem ſi in teſtamẽto non ſolenni eſſet inſtitutus extraneus.de ſacroſanct.eccl.ſeq.ibi Bar.Bald. Ange. & Salic. & in l. eam quam. & ibi Iaſ.verſ. quintum caſum.Addi.Bart.& idem Alex.in d.conſil.ccix. & dixi ſuprà quæſt.xlj.incip.præterea alia inſurgit &c.
9 † Sed ſi filius eſſet inſtitutus, & pium legatũ factũ, bene tunc filius teneretur ex tali teſtamẽto imperfecto ſoluere, vel hæredes ab inteſtato, ſi filius abſtinere,vt voluit Rom. in dict.authent.ſimiliter. per text. in l. in teſtamento. ff. de fideicom.lib. ſed Docto.poſt gloſ.ibi intelligunt,quod ex pietate,& affectione magna ad perſonam cui erat relictum, hæres agnoſcendo voluntatem patris, ſoluerat vnum ex pluribus legatis eidem relictis: ideo cogitur reliqua ſoluere, alias non. Sed primum videtur verius fauore piæ cauſæ, ſecundum Bald. in authentic.hoc amplius.de fideicom.& idem Ange. & Imo.in l.ſi filius qui patri.in princip. ff. de vulga. & pupil.& Alexan.in d.conſil.ccix.lib.ij.& Iaſ.in d. l.j.in lectu.Padua. verſi.ij.miſi filius & fallit etiam in aliis pluribus caſibus,quos vide per Docto.in locis ſuprà allegatis inſuper Barba.in rubr.de teſta. verſi.venio nunc ad vlt.quæſt.num.xlj.& verſi.xxj.limita.vbi poſt longam opin. Docto. & varietatem allegationum, diſtinguit quinque caſus, quorũ duos ſoluit,& reliquos relinquit indeciſos, hanc non concernentes materiam, vt ibi: videtur tamen reprehendere Ioan.de Imol. dicentem communem opi. eſſe contra Bartol.legata ſcilicet ad pias cauſas relicta hæreditate non adita non deberi. & opin.Bart. contrariam eſſe communem, quod debeantur, aliàs vt inquit Bald.in repetitio. d.l.j. de ſacroſanct. eccleſ.quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus in pia cauſa decederet, quod fieri non poteſt,vt ibi:licet aliud ſit in milite, vt l. ſi miles vnũ ex fundo.ff.de teſta.milit. & idem Barba. in d.c.relatum. in pluribus paſſib.& præcipuè in duabus quæſt.† an 10
teſtamentum ad pias cauſas factum nec coram teſtatore, & teſtibus lectum, nec publicatum valeat. Secundò an tale teſtamentum ad pias cauſas ratione voluntatis imperfectum valeat: qui in vtraque tenet quòd non,ſecundum Bald. in dict.l.j. in fi.de 1
ſacroſanct.eccle.alleg.Bald.in l.ſi is qui. ff.de teſtamen.tamen Franciſc. de Aret. ibi tenet quo ad j.q. valere teſtamentum non lectum, nec publicatum per notarium coram teſtibus, ſequendo Bartol.in l. fideicommiſſa.§.quoties. ff.de legat. iij. & hanc dicit eſſe communem.Sed ſi eſſet aliter imperfectum ratione voluntatis, vt quia teſtator non habuiſſet teſtamentum pro abſoluto,tunc communis opinio eſt,quod tale teſtamentum, ſecundum eum,nõ valeat,etiam ad pias cauſas,vel inter liberos. Tàmen in terminis noſtris tenet Spec.in tit. de inſtrumen. edito.§.nunc verò aliqua. ver.ſed pone quod ex eo teſtamento.ſequens.Io.in q. xciij. qui intellexit Vber.de Bobio,† tenentem legata ad pias cauſas hę- 11
reditate non adita non deberi, eſſe verum in caſibus tantum, quibus teſtamentum de iure non valeat: quia in eo veritas iuris, vel ſolennitas deficit, in d.l.ſi veritas. vel cùm ex teſtamẽto hæreditas vel bonorum poſſeſſio peti non poteſt: aut cùm ex teſtamento iure facto hæres ſcriptus bona fide ceſſat adire,& aliter illi ab inteſtato ſuccedit.l.ij. §.penul. & fin.C.ſi omiſ.cau.teſta. & idem Io. Andr. in additio.Spe.in d.verſi.ſed pone.in aliis verò caſib. in quibus legata, vel fideicommiſſa debentur, quamuis hæreditas non ſit adita,nec adiri poſſit,vt notatur in d.l.eam quam. quia tunc legata debentur ad pias cauſas. Et idem refert & ſequitur Sali.in d. l. j. quæſt.xiij.de ſacroſanct.eccleſ.

SVMMÆ.

1 *Dotis legatum an pia cauſa.*
2 *Falcidia,an detrahatur de legato dotis.*

Quæſtio XCIIII.

Quo ad ſecundam quæſtionem an pecunia pro dote legata videatur in piam cauſam relicta.

DECISIO XCIIII.

ET † tex.eſt quod ſic,in l.cũ 1
is qui.§.ſi mulier. ff. de cõdi.indebi. vnde Bald. dicit legatum pro virginib. maritãdis relictũ, intelligi factum ad pias cauſas,ex quo nõ debet detrahi Falcidia:
† quod videtur contra tex. 2
iũcta ſua gl.in verb.referri, in l.ta-

in Itali.§.j. de iure dot.vbi in legato dotis, ſicut in aliis habet locum Falcidia.& tenet Ang.in §.ſi mulier.& Io.de Ana.in d.conſi.lvij.quod verum ſecũdùm Barba.in d.c. relatum.verſi.item dicas,ſi relinquatur dos pauperi mulieri. per text.in d. §. ſi mulier.& idem in conſil.lxxxvij. vol.iiij. & idem tenet Bart.in d.l.j. verſi.quæro ſi relinquatur diuiti.de ſacroſanct.eccl.& idem ibi Bald.dicens quòd quãdo perſona cui eſt relictum factum eſſet in neceſſitate, vt quia virgo, vel pauper,& donatur pro ipſa maritanda,vel eſſet in carcere detenta,tunc magis ad eã præſumetur miſericordia quàm affectio. l.liber captus.C.de capt.concludens quod aut cauſa pietatis congruit perſonæ, & tunc intelligitur ad pias cauſas:aut non congruit perſonæ, & tunc non intelligitur ad pias cauſas,vel amore Dei,nihilominus detrahetur Falcidia.& idem dicit Angel.in l. cùm hi. §.ſi in annos.ff.de tranſact.volens quod ex qualitate perſonæ præſumitur cauſa pia, per textũ in l.illud.C.de ſacroſanct.eccl.& idem Bal.in auth. ſimiliter & Abb.Sicu.in rubri.de teſtamen. & idẽ Barba.in c.ad hæc.ver.no.ibi, elecmoſynæ, vſque ad ſi. dicens hanc Barba.opin.eſſe cõmunem. & reſpondet ad d.§. ſi mulier. ſignãter illum tex.eſſe reſtringendum ad mulierem pauperem,vt non habeat locum quando dos relinquitur mulieri diuiti. Et ſic intelligitur Roma.in d.authent. ſimiliter.in quæſt. an delegato dotis poſſit detrahi Falcidia. & Io.Cãpezij in tracta. ſuo de dote. in j parte, quæſt.xcj.& Bal.Nouel.de Vbal.in tracta.de dote.in v.parte,cũ aliis per eum allegatis.vbi vide vſque ad finem. Et ſic concluſum fuit in curia in cauſa mota inter magiſtrum Adrianum Rolandi tutorio nomine filiæ, cui ſumma centum Francorum pro ipſa maritanda fuerat relicta in teſtamento, ſeu voluntate vltima coram quatuor teſtibus declarata, in qua teſtatrix inſtituerat ſororem ſuam hæredem. Et latum areſtum ij.Octo.Anno 1520.

SVMMÆ.

1 *Iuramentum delatum, an recuſare poſſit qui probare vult.& num.2.& 3.*

4 *Probationis dato termino elapſo, an audiatur qui vult iuramentum deferre.& num.5.& 6.*

7 *Iuramentum non defertur vbi vtriuſque eſt ſemiplena probatio,vel præſumptio.*

Quæſtio XCV.

An partibus in factis contrariis apponentibus poſſit altera partium ſtare iuramento alterius, non obſtante quod alia pars cui defertur iuramentum, velit probare ſuam intentionem,ſi nulla data fuerit dilatio.

DECISIO XCV.

1 LAſ. hanc mouet q.in l. manifeſtæ. q.iij. ff.de iureiurand. † Et arguit primo, quòd poſſit recuſare iuramẽtum, & probare per teſtes,vel inſtrumenta. & allegat Bart. in l.in cõtractibus.§.illo.per illum tex.C. de non nu.pec. in bonis lequris,quæ communiter non habentur. In contrarium alleg. Bart. quem ipſe ſolus ad hoc ponderat, in Auth.ff.de in litem iurand. & verum dicit, ſed ſecus eſt ſecundùm Bart.in iuramento in litem, quia ipſum poteſt recuſare,& illi renuntiare, & probare per teſtes, cùm ſit in eius fauorẽ introductũ. Et in hac quæſtione ita concludit Iaſon, quæ erit magna extenſio ad d.l.manifeſtæ.quę locum habeat,etiẽ ſi ille cui defertur iuramentum,dicat ſe velle probare per teſtes,vel inſtrumenta intentionẽ ſuam. Et pro hac Deciſi.facit ſecundum eum text.in c.ſicut conſuetudo.de probatio. & in d. §. illo. vbi poſtquam actor iam plenè probauit, & non præſumptiue, vt inquit Philip. Decius in d.c.ſicut.in ij.nota.(ſed idẽ ſi præſumptiuè,vt infrà dicam)poteſt recuſare iuramentum.ad idem tex.in l.omnibus.qualiter quis ſe defendere debeat, in Lombar. ſed non antequam actualiter probauerit, dato quod diceret ſe velle probare:quia ſi ad plenum(vt ait Decius)non probaretur factũ deductũ, conſuetudo valeret,vt iuramentum deferri poſſit. Allegat in terminis Gemin. in c.j.verſi.not.conſuetudinem.de iureiur. & hanc concluſionem Iaſ.ſequitur, Franci. Purpura in d.l. manifeſtæ.nu.xiij.cum ij.ſeq. Quinimò de iure poteſt iudex ſibi in hoc caſu deferre iuramentum,l.in bonæfidei.C.de iureiuran.& c.ſi.eo.tit. & idem tenuit Bal.in d.c.ſicut. † Et ſic habemus duos caſus, 2
vnum in quo reus vel actor tenetur iurare, vel referre, quando ab initio vnus alteri detulit iuramẽtum, quamuis is cui defertur, velit ſuam probare intentionem: præcipuè ſi ſuper alio,vt ſuper exceptione ſolutionis oppoſita contra illam intentionẽ fundatam. Et ſic cõcluſum fuit in cauſa domini de Albreto contra Terridem, & latum areſtum die xvij.Iulij, 1522. † Alium caſum in contrarium, in 3
quo tenetur iurare, ſi in termino dato probauerit, d.c.ſicut.& ibi Bald.& Feli.in ij.notab.& Iaſ.in d.l. manifeſtæ. Et ita fuit dictum contra Stephanum Vilbano appellatum in fauorem Ioannis Goudin à Seneſchallo Petragoricen.appellantis. Latum areſtum die xix.Octobris,153 6.† Sed an elapſo termino dato ad probandum & etiam publicato in cauſa,poſſit, ſi nihil probauerit, petere reo deferri iuramentum,aut ſibi eſſe referendum. Et in iſto caſu 4
eſt maius dubium:in quo Bartol. in d. §. illo. tenet quòd ſic,per gl.ibi,in verbo,offerri.niſi iuſtam habuerit cauſam recuſandi iuramentum. Et eum ibi ſequitur Ange.& idem Pau.in Ladmonendi. verſic. circa.& in l.iuſiurandum & ad pecunias. §. ait prætor.de iureiurando.& in d.l. manifeſtæ. & ibi Alex. per illum tex.& Franc.de Are.in d.c.ſicut.quia reus videtur eſſe in quadam turpitudine, ex quo nõ vult iurare, vel iuramentum deferre. Vbi adducit tres leges pro iſta concluſione: & idem Baldus in l. in bonæ fidei.in antiqua lectu.& ibi Alber. poſt Iaco. de Rauen. & Iaſ. in d.l. manifeſtæ. verſic. ſecundo quæro.& idem Purpur. verſi. ſed difficultas eſt.dicens eſſe tutiorem,æquiorem,& in practica obſeruari.ſed Bald. in d.§.illo. quem ibi ſequitur Salicet. tenet contrarium, † quòd lapſo termino ad pro- 5
bandum conceſſo non poſſit reo deferri iuramentum. Et idem Alberi.ibi, & Paul. de Caſtr. in l.fin. ver.in tex. ibi,nõ poteſt.ff.de feriis.qui allegat Spec. in tit.de dilatio.§.ſi.verſi.item quid ſi datus eſt terminus.aliàs eſt in tit.de iuramen.delatio. verſic.ſin autem actor nihil omnino probat.& ibi Io.And.in additio.ad Bal. in repetitio. l.ij. ff. de iureiurando. verſi.iudiciale inſtrumentum.& Pau.de Caſt.in l.ſi. C.de fideicom.& idem Abb.Sicu.in d.c. ſicut.& in c.ſi.de iureiur.& Hippoly.de Marſil. in l.de minore.§.tormenta.de quæſtion.Quid dicendum?& Io. Bapt.de ſancto Seuerino in d.l.manifeſtę.quem ſequitur Decius in d.c.ſicut conſuetudo.verſ.ex quibus omnibus. intelligit has opin. vt primo caſu teneatur iurare, vel referre quando ab initio detulit. pro quo allegant Decius & alij tex.in l. Marcellus. §.j.ff.rerum amotar. ibi,ſi velit magis iuramentum deferre,ſcilicet quam aliter probare,etiam ſi hæres

Ang.Albe.& Ioan.de Imol.in d.l.filio præterito.de iniuſto rupt.teſtamen.quæ lex(vt aiunt) habet locũ in venientibus ab inteſtato etiam hæreditibus inſtitutis. & idem Sali.in l.ij. verſi. ſed eſt dicendum. & ver.quæro igitur modo C.de poſthu.hæred.inſtituẽ.

6 & Zabar.conſil.cv.ver.v.in fin.† Et non ſolum teſtamentum conualidatur,quãdo expreſſè cõſenſit, ſed tacitè,quando per xxx.annos tacuit:quia tunc videtur approbare,cum tãto tempore tollatur ius ſe immiſcendi,& conſequenter ius dicendiũ null.l.licet. & ibi per omnes C.de præſcrip.xxx.ann.quia paria ſunt quę excluſum eſſe tempore vel repudiatione,l.

7 ij.§.expectandi.ff.de bo.poſſeſ.ſecundum tabu.† Secus ſi per annum tantum tacuiſſet filius, tunc non eſt de iure ciuili à ſucceſſione excluſus,ſed bene de iure prætorio, voluit Bald. Ang. & Imo. in dicta leg. filio præterito. quoniam ius dicendi nullum non eſt tunc ſublatum ſecundum ipſos, licet Bart. ibi teneat contrarium.ſed primum verius,quod tenet Bald.in d.l. poſthumo.& ibidem Ang. Pau. de Caſt.& Iaſ.de bon.poſſ.contra tabul.& Salice. in d. l.ij.verſic.quæro modo tertiò.& Alex.in l.j.C.quando non peten.par.per.& Guid.Pap.q.cccxxvj. ver. ſed an filius.& in quæſt.497.& Franc.de Are. in d. l.poſthumo.in fin.niſi eſſet filius pupillus, cui non currit tempus,d.l.ſicut.C.de præſcriptio.xxx.anno. & l.fin.in quibus cau.in integ.reſtitu.& Bal. in terminis huius quæſt.conſi.lxxxj.incip.ſi frater ſororẽ

8 carnalem.lib.iiij.† Sed an poſſit in præiudicium aliorum fratrum in minori parte inſtitutorum quominus poſſint contra tabulas,approbare teſtamentũ.Et communis Docto.concluſio eſt contra Bart. & Sali.quod non poſſit:per l.ſi poſt mortem.§.fin. ff.de bono.poſſeſſ. contra tabul. & ita tenent Paul. de Caſt.& Alex.in d.l.poſthumo.& ibi Iaſ.verſi.nũquid autem filius præteritus. & in ſequenti quæſt.

9 † Idem dicit in iure dicendi nullum, quod competit filio præterito de iure ciuili,vt non poſſit per eius approbationem impedire ne inſtituti eius beneficio habeant ius dicendi nullum. Quia ſicut nõ poteſt filius approbare,vt excludat inſtitutos à contra tabulas,ita nec vt excludat à iure dicendi nullũ,vt ibi,& planè Io.de Imo.in d.l.filio præterito.& Paul.

10 de Caſt.& Raphaël.† Sed ſecus dicendũ in matre,vt voluit Bal.in d.conſil.lxxxj.vol.iiij.& ratio differentiæ ſecundum eum inter filium & matrem, quia ſicut præteritus eſt ipſo iure ciuili hæres neceſſarius, l.in ſuis.ff.de libe.& poſthu.ita alius non poteſt eſſe hæres:quia ſuos omnes alios ex vi ſuitatis excludit,l.qui ſe patris.C.vnde liberi.& ibi Cin.Iac.& cõmuniter Doctor.Sed mater non eſt ſua hæres,ideo non officit alteri,quin de iure ſuccedere poſſit, ex theorica Docto.in d.l.qui ſe patris.Præterea ſecundum Bald.in matre ius dicendi nullum ſuccedit loco querelæ,vnde eſt nullum per ipſam matrem præteritam,ſed hic non fuit querelatum .nec nullum dictum,ſed profecto expreſſè approbatum.Igitur &c. de quo per Alexandrum in conſi.clxviij.nomer.iij. & conſi.50.lib.vij.

SVMMÆ.

1 *Permutantes an poſſint ad ſua beneficia redire ſine noua collatione.& nu.2.3.& 4.*

Queſtio XCVII.

An beneficium permutatum recuperetur,ſine noua collatione ad compermutantem.

DECISIO XCVII.

T ad hanc q.ſunt plures diuerſæ opi. quarũ prima fuit opin. dominorum de Rota in nouis,& de re permu.deciſ.j.& iij.aliàs ſecũdum numerum meum eſt xxiij ver. in tertio dubio. deciſio.lxij. † volentium permutantes 1 non poſſe ad ſua redire beneficia,ſine noua collatione. Et idem tenuit Pet.de Pero.in tract.de rerum permu. in vj.q. verſic. nunc videamus de ſexto principali. qui reſpondet ad c.ſi beneficia.de præben.lib.vj.& idem domini de Rota de rer.permut.in antiq.deciſio.ix. aliàs ccccij. & idem in recollectis per Bernard. de Bigneto. eod. tit. deciſ.iij.incip. vtrum permutantes, & Anton.de Butr.in c.cũ venerabilis.de excep. & in hanc inclinat partem Abb.Sicu.ibi,& Felin.verſi.vtrum permutantes inualide.&c. Quamuis non figat pedem: idem Domi.in con.vno.verſi.ſed circa præmiſſa eſt dubium.eo.tit.lib.vj.& Pet.de Anc.in c.pen.de rer. permuta. & Fed. de Senis conſil.187.& Soci.conſil. 166.li.ij. inchoan. in primis determinata eſt. dicens hanc opin. magis eſſe communem. & And. Barba. in d.c.pen.q.vlt.& deciſ.capel.Thol. cclxj. in vlt.q. Secunda † opi.huic contraria eſt, poſſe permutãtes 2 ad priora redire beneficia, ſine noua collatione ab ordinario obtinenda.& hæc fuit opin.Io.And.in d. cap.vno.& etiam dominorum de Rota,in antiq de rerum permu.deciſ.vlt. ſaltem opus eſſe ſecundum ipſos licentia ſine executione, aut alia collatione. Et in hanc ſententiam inclinat Federic. de Senis in tract.de rerum permu.q.viij.& x.in fi.& idem Lap. in d.c.vno.& ibi Philip.Franc. per text.ind.c.ſi beneficia.& ibi Dominic.circa fi. dicit iſtam eſſe cõmunem,& in cle.vna.& ibi Bonifac.de Vital.n.xcj. & latius nu.xcvj. de rer. permut. & idem Feder. de Senis.ſibi contrarius in conſil.clvj.inch.punctus talis eſt:Petrus rector.& Imol.in d.c.penul.vbi plenè examinat,dicens pariter hanc opi.magis æquam, vt euitetur circuitus.& idem tenet Zaba.& Inno.in c. fin.eod.tit.& iſtam ſeq.Phil.Decius in d.c.cum venerabilis.verſ.ſed dubium eſt. vbi dicit opin.Ioan. And.fundatam in æquitate,& ſuſtentabilem eſſe.& idem ibi Collecta.in princip.† Tertia fuit opin.re- 3 quirens declarationem ſuperioris declarantis ipſos permutantes poſſe ad ſua beneficia redire: propter quam ſuperioris authoritatem præſumitur fraus nõ interueniſſe,vt tenet Albert. Lampagmano. in repe.d.c.vnico de rerum permu.q.vij. & in hãc etiam voluerunt inclinare ſententiam domini de Rota,in d.Deciſ.vlt.& etiam in dict.Deciſ.iij.recollect. per Ber.de Biſgneto. tamen ſecundùm eos ibi contra facientes de facto non incurrunt pœnam,c.de multa.de præbend.nec c.cum qui.eo.lib.vj.† Quid di- 4 cendum? videtur ſecundum opin.Ioan. Andr.fuiſſe in curia concluſum,quam tenuere Gemi.conſi.xxj. ver.non obſtat nec poteſt de iure,& Io.de Selua,in tract. benef. in iij. parte. quæſt.xxxij .pag. iij. circa med.& Guid.Pap.ſingu.dcccxxxix.in fin. Et latum fuit arreſtum die iij.Aprilis anno 1520.

SVMMÆ.

1 *Permutantes qui ad ſua beneficia redeunt, an teneantur reſtituere fructus.& num.3.7.*

2 *Fructus non reſtituit poſſeſſor bona fidei.*

4 *Clericus dignus priuatione,an interim faciat fructus ſuos.*

5 *Clericus excommunicatus, ſi poſteà abſoluatur, non recuperat fructus.*

6 *Donatarius non tenetur reſtituere fructus reſoluta donatione.*

8 *Emptor quando reſtituat fructus reſoluta venditione. & num. 9.*

Quæſtio XCVIII.

Sed dubium fuit an tales permutantes, ad eorum beneficia redeuntes, teneantur reſtituere fructus interim perceptos, & conſumptos, & præcipuè vbi vnus longè plus percepit.

DECISIO XCVIII.

1 ET † videtur quòd non, cùm ſint bonæ fidei poſſeſſores, & titulus putatiuus excuſat à fructibus perceptis, ſed non extantibus, vt in ſimili no. in l. & ex diuerſo. ff. de rei vend. & in c. grauis. de reſti. ſpoli. & per hæc iura tenet Ancha. in d. c. ſi beneficia. verſic. ſed circa hoc occurrit dubium de tribus. Et eum ibi ſequitur Philip. Franc. verſi. in gloſſ. in verſ. culpa. Quamuis, vt inquit Anch. Pau. Peruſi. in repe. illius c. velit cõtrarium, quod teneantur reſtituere: qui tamen non reſpondet ad bonam fidem. Et mirum de Docto. ſuprà in præceden. quæſt. allegatis, qui non poſuerunt hanc quæſt. Et hanc ſecundam partem, quòd non teneantur ad fructus reſtituendos, tenere videtur Hoſti. in c. dilecto. de præben. dum vult omnia fore reſtituenda: & ſic non ſolum beneficium,
2 ſed etiam fructus. † Sed primam tenuit Ægid. quẽ refert Abb. Sic. in c. dilecto. ver. no. in ver. vnde dictum, ſcilicet bonæ fidei poſſeſſores non teneri ad reſtitutionem fructuum. Et intelligit illum textum quòd compellatur reſtituere poſſeſſiones tantum
3 pertinentes ad beneficium, vel prębendam. † Quid dicendum? Abb. Sicu. in d. c. dilecto. concordat iſtas opin. quia au. poſſidenti ius aſſiſtit, & non reſiſtit, & tunc prima procedit opin. quòd non teneatur fructus reſtituere. Si verò ius reſiſtit, tenetur tunc ad reſtitutionem fructuum. argum. l. quemadmodũ. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & pro hoc facit regula, qui contra iura mercantur, bonam fidem non præſumuntur habere. vnde cùm poſſideat iure ſibi reſiſtente, tenetur ad reſtitutionem fructuum, quantumcunque fuerit bonæ fidei poſſeſſor, vt patet in c. maioribus. de præbend. Et pro hac Abb. Deciſ. facit l. prædonis. ff. de petit. hæred & no. per Bal. ibi dicentem, not. arg. contra prælatos qui faciunt cõmitti homicidia vel alia, propter quę fiunt indigni, quòd licet interim ſint prælati, & habeant adminiſtrationẽ iuris & facti, nihilominus cenſentur prędones, & ſi poſt multos annos deponantur à prælatura tenentur ad reſtitutionem fructuum medij tẽporis perceptorum. Et idem latius ibi Ange. quem ibi ſequitur Pau. de Caſtr. Sed in hoc tenet contrarium Feli. in c. de quarta. ver. faciunt poſtremò prę-
4 di. ad quæſt. de præſcriptio. ſcilicet, † vtrum clericus dignus priuatione beneficij faciat fructus ſuos, donec in beneficio toleratur. Et arguit pro & contra, & finaliter concludit clericum non teneri ad reſtitutionem fructuum. Quod ſeptem probat rationibus, reſpondens ad l. prædonis. & ad not. ibi per Bald. Angel. Pau. de petitio. hære. vt ibi latius
5 per eum cauſa breuitatis. † Et pro communi deciſ. qu. noſtræ facit quod dicitur de clerico iuſtè excõmunicato, quod eo abſoluto ab excõmunicatione non poſſit recuperare fructus medij temporis ſibi ſubtractos, vt tenet glo. vlt. in fin. quam ibi ſequuntur Aufre. Hoſti. Henric. Bohic. & Abb. Sicu. ver. in eadem cauſa. & c. paſtoralis. §. verum. de appel. per text. quem alleg. gl. in Leum allegatis. C. de re mili. lib. xij & ibi Iac. Rebuf. in addit. ad Bart. & idem de ſancto Georg. olim Cardinal. Alex. Philip. Franc. & Decius in d. §. verum. & idem videtur ſentire gloſ. in l. inter quos. §. damni. & ibi Bar. ff. de dam. infect. vbi gl. aſſumit Ange. pro ſacerdotibus noſtris vltramontanis excommunicatis, vt nihil recipiant de fructibus: & ſic poſt abſolutionem non recuperent fructus. † Pro hoc etiam facit, quòd donatarius nõ 6
tenetur reſtituere fructus perceptos reſoluta donatione natiuitate filij, iuxta l. ſi vnquam. & tenet ibi de Ripa q. xl. C. de reuocando. & idem in alia donatione, vt ipſa reuocata non teneatur reſtituere fructus, vt voluit glo. in l. neque vllam. §. omnibus. in ver. vxor. & ibi Bald. Bolog. in ſecundis interpreta. qui allegat Franc. de Are. ita tenere. & idem And. Tiraquel. in d. l. ſi vnquam. in verbo, reuertatur. nu. ccxxvj. † Tamen pro Pau. Peruſino, & Hoſti. vide- 7
tur text. in l. cùm autem. §. cùm redhibetur mancipium. ff. de ædil. edicto. † vbi emptor bonæ fidei 8
tenetur cum ſeruo redhibito fructus perceptos reſtituere: dic ſtantes, & non conſumptos. Et facit etiam tex. in d. l. cum autem. §. iubent. dum text. ibi dicit: vt vterque reſoluta emptione nihil amplius conſequatur, quàm quod haberet ſi venditio facta non eſſet. Sed ille textus loquitur vt ait Ang. ibi, de acquiſitis ante contractum, & non poſt. Et idem Cæpol. ibi, in ſecundo notabili. & magis ſtringit textus in l. item dictum eſt. ff. de in diem addit. vbi eſt caſus, † quod emptor qui emit cum pacto adie- 9
ctionis in diem reſolutiuo contractus, tenetur reſoluto contractu reſtituere omnes fructus. Sed ibi loquitur in venditione ſub conditione, & non purè facta. Et ita reperi Tiraquel. tenere in dicta l. ſi vnquam. in verbo, reuertatur. num. ccxxix. & ſeq. vbi idem dicit emptore qui cum pacto de retrouendendo emerat, quòd eo reſoluto non teneatur ad reſtitutionem fructuum, vt probat text. in l. ij. & ibi Bald. & Pau. de Caſt. C. de pact. inter empt. & vend. cui adde ibi Hieron. Cano. nu. vj. cum ſequen. & alibi dixi. Idem videtur in caſu noſtro, in quo permutatio intelligitur facta ſub conditione reſolutiua ipſorum permutantium.

SVMMÆ.

1 *Locus quid ſit, & quot modis dicatur. & num. 2. & 3.*

4 *Fideiuſſorem dare promittens, intelligitur datum in eadem ciuitate.*

Quæſtio XCIX.

Promittens certum dare reditum bladi & argenti in vera fundalitate in vno bono, & decenti loco, & proximo ſiue propinquiori Seignoriæ creditoris: an relligatur de & ſuper vna re, ſiue petia terræ & ſundo, aut prædio tantùm, vel ſuper vno territorio & diſtrictu, & iuriſdictione.

DECISIO XCIX.

PRAESVPPONO, † quod locus in 1
vrbe & ciuitate dicitur area, & in iure dicitur ager, l. fũdi. §. locus. ff. de verb. ſigni. in l. locus eod. tit. Vel locus eſt quodcunque aliud quòd partes corporis tenet, ſiue ſuprà, ſiue à latere, ſiue ſubter ſit, & per omne corpus locus diffunditur, id eſt, ante & retro, dexter, ſiniſter, ſurſum & deorſum, vt voluit Lucas de Penna in l. j. C. de theſaur. lib. x. Hoc habito breuiter dico locum hic pro territorio vel diſtrictu, ſeu parochia vel iuriſdictione accipi, vt probatur in extrauag. Bonifac. viii. incho. prouidè attẽdẽtes, de ſentẽtia excõmunicationis. verſ. præſentis conſti-

cõſtitutionis prouidemus edicto, vt nulla prouincia, ciuitas, caſtrum, villa, locus, territorium, vel diſtrictus, &c. Licet ibi capiãtur diuerſa: ad idem tex. in capitul. poſtulaſtis. de clericis excommunicatis miniſtran. & in cap. alma. verſic. ſanè. eod. titu. libro vj. † Et vltra habet dictio, locus, plura ſignificata, vt volunt gloſſ. in dict. extrauagan. prouide. in verb. locus & Alber. in d. l. locus. Primo pro qualitate temporis, vt cum dicimus hoc non habet ad præſens locum. ca. vbicunque. xiij. quęſtione ſecunda in primo. Quandoque pro parte fundi, vt dict. l. locus. Quandoque pro quocunque loco, vt cum locus, & tempus non patitur plenius deliberandi conſilium, l. j. ff. de exerci. act. & ibi Alberic. Quandoque pro congregatione hominum intra metas vnius loci habitantium, dict. cap. poſtulaſtis. & in dict. ca. alma. & l. prætor. ff. de tuto. & curatori. dat. ab iis. & l. decernimus. C. de aquæductu. lib. xj. Alio modo ponitur cum dicitur locus eſt gratiæ. l. fina. C. de præſcrip. longi temporis. & ibi Alberi. & Bal. in repetitio. Aliquando locus accipitur pro gradu, l. ſi quis presbiter. C. de epiſcopis & clericis, & in l. j. C. de agent. in rebus, libro xij. & in l. ſi pater. C. de act. empt. & idem dicit text. in dict. l. locus ibi. noſtra affectio. quòd ſola patris familias deſtinatio poteſt de vno fundo facere duos aut plures, ſi affectat & deſiderat ſeu diſponit in animo ſuo: & ſic vt ait gloſſ. ibi, ex arbitrio dependet ſuo. Et facit l. ſi cui fundus. ff. de legatis ij. & tenet Ioann. de Ana. conſi. xcviij. verſic. nec obſtat etiam. & Lucas de Penna in dict. l. j. in princip. de agentibus in rebus. † Et pro hac deciſio. text in l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. & ibi Alberi. ff. de arbit. vbi dicitur quod quid tenetur comparere in loco vbi factum fuit compromiſſum: tenetur comparere in ſucceſſibus, id eſt, in locis propinquis, veluti in hortis & ſimilibus. & idem Speculator. in tit. de cita. §. iij. verſicu. ſed nunquid arbiter. accedat text. in l. præſens habetur, & qui in hortis eſt. ff. de procurator. Ergo non intelligitur, quod ſuper vno fundo, vel prædio tantum aſſignare teneatur reditum, ſi commodè fieri ibi non poteſt: ſed ſuper pluribus locis eiuſdem diſtrictus & territorij, licet ſit vtilitas creditoris, & incommodum debitoris ſeu promittentis. & ita concluſum fuit in proceſſu moto pendente inter nobilem virum. Pro cuius Deciſ. adduci poteſt text. in l. fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatisdare cogantur. per quem text. dicunt ibi Bar. Bald. Ange. Raph. & Paul. de Caſtr. † quod ille qui promittit dare fideiuſſorem, intelligitur promiſiſſe dare eum in ciuitate, in qua promiſit, & de hominibus illius ciuitatis. Per quæ dicit ibi Alexãder ſe alias cõſuluiſſe de facto, quod ſi Titius vendiderit in ciuitate Bononiæ domum Caio. & inter eos actum fuerit, venditorem debere pretium conuertere in emptionem prædiorum: & ipſe emptor voluerit prædia emere in alieno territorio, quàm Bononienſi, quod facere non poterat, attento quod conuentum fuerat dicta prædia emenda fore pro cautione dicti emptoris. Et idem Hippoly. de Marſil. in l. de minore. §. plurimum. nume. xxv. cum ſequen. ff. de quęſtion. vbi multa alia ſimilia adducit.

1 2 3 4

SVMMÆ.

1 *Metus cauſa geſtum, Dei voce ratum non habetur.*
2 *Metus magis excuſat mulierem.*
3 *Teſtibus duobus de metu deponentibus plus creditur, quàm mille de oppoſito, niſi in caſu. & numer. 6.*
4 *Teſtamentum improbatur duobus teſtibus, de metu deponentibus.*
5 *Teſtibus duobus quãdo plus creditur quàm mille.*
7 *Conſanguineorum præſentia excludit metum, niſi in caſibus. num. 8. & 9.*
10 *Proteſtatio contra metum.*
11 *Metus non præſumitur patris contra filium, viri contra vxorem, prælati &c. & nu. 12.*
13 *Metus præſumitur, ſi minæ vel verbera etiam ex intervallo præceſſerint.*
14 *Iuramentũ non roborat ea quæ per metum geruntur.*
15 *Solutio non approbat contractum per metum geſtũ.*
16 *Contractus non cenſetur approbari, vbi alia poteſt cadere præſumptio.*
17 *Rapta poteſt contrahere cum raptore.*
18 *Metus quando cenſeatur purgatus.*
19 *Approbante poſtea muliere, nihilominus reſcinditur contractus per maritũ metum factus.*
29 *Patientia filij vel vxoris an operetur conſenſum erga patrem vel maritum, & nume. 21.*

Quæſtio C.

Maritus per minas, & verbera coegit & aſtrinxit vxorem ad ratificandum tranſactionem ſuper renuntiatione legitimæ per eum factam: per quam certum quid fuerat ſolui promiſſum: quod promiſſum quinque aut ſex mẽſibus poſt vxor recepit in domo fratris, vna cum marito, declarãtque ibi, & alibi ſæpe in abſentia mariti habere ratam & gratam tranſactionem prædictam per maritum factam: quæritur an metus & minæ per receptionem bonorum & declarationem crebro in domo fratris in abſentia mariti factam, videantur purgatæ.

DECISIO C.

PRAESVPPONO, † quod edicto prætoris dicentis, quod metus cauſa geſtum erit, ratum non habebo: nõ tã fuit verbũ hominis, quam verbum Dei, vt dicit magiſter Raymundus in ſua ſumma, prout refert Bald. conſilio cxxxiij. vol. iij. pro quo dicit Bald. in rub. de controuer. inueſti. in fi. ver. quęritur vltimò. quòd vox Dei poſuit in ore prętoris edictũ, quod metus cauſa geſtum eſt. allegans præfatũ magiſtr. Raym. de Penna forti, in materia iuramentorum. & idem Barb. conſi. liiij. nu. x. & conſi. xl. & in c. in præſentia. nu. xx. in fi. de proba. & Ioã. de Neui. in ſua Sylua nuptia. cũ aliis per eũ alleg. † Secundò, quòd licet metus debeat eſſe talis, qui cadat in conſtantẽ virũ, vt vult gl. in c. cum dilectus. quod met. cauſ. Cin. in l. j. C. de reſcin. vend. & Bal. in l. metũ. in ij. quam legit cũ l. continet igitur, in j. lect. per illum text. ff. quod met. cau. tamen magis excuſat mulierem propter ſexus fragilitatẽ, quàm virum, quia non tantus requiritur ſicut in viro, vt not. glo. quam faciunt ibi ſing. Doct. inſuper Card. Alex. in c. cum locũ. de ſpon. & Abb. Sicul. in c. veniens. & in c. cõſultation. poſt Anto. ibi, eod. tit. & Roma in ſingul. ccxxviij. incip. Tuſcis quod contractus Iaſ. in l. inter poſitas. ver. nu. tamen metus. C. de tranſac, cũ aliis per eum alleg. & Abb. & And. Barba. in c. cauſam matrimonij in ij. notab. & ibi Decius, de offi. deleg. & Barb. conſil. xl. ver. ij. illa additio. lib. iij. Et debet eſſe talis metus ſecundum Abb. & Doct. in locis ſuprà alleg. qui in conſtantem cadat mulierem ſicut in virum. & idem Franc. de Aret. conſil. xxiiij. inchoan. quatuor dubia. ver. videamus modo. & Hip

po.de Marſil.ſingu. cccclxxviij. & Bertran. conſil. lxiij.nu.x.in antiq.& Decius in l.in omnibus cauſis ij.nu.iij.ff.de reg.iur.& Roma.in d.ſing.ccxxviij.

3 † Tertiò, quòd plus creditur duobus teſtibus de metu & violentia deponentibus, quàm mille de ſpontanea voluntate, vt voluit Innoc.in cap. ſuper hoc. de renun. & Albe. in rub. ff.quod met.cau.& Abb.Sicul.in cap.j.eo.tit.vbi ponit rationem,quare plus creditur illis.& Iaſ.in dict.l. interpoſitas. & in §.quadrupli.inſti.de action. & Roma. in rubri. de arbit. & Bald.in l.obſeruare. §.proficiſci.quæſt. xiij.ff.de off.proconſul.& And.Barba.conſi.vltim. volum.ij.& in dict.c.cauſam matrimonij nu.xxij.& in conſi.liiij.nu.j.& ij.volu.j.& conſi. lx. nu.v.eod. vol.& Dec.in l.in omnibus cauſis. num. viij.& Alex.conſi.clvj.li.v.& Ang.in l.j.dicit vnum ſufficere teſtem ad probãdum metum.Et idem dicit cautel.cl.allegans Bald.in dict.§.proficiſci. & Rom. in dict.rub.de arbi. tamen ipſi loquuntur de duobus

4 teſtibus requiſitis ad probandum metum. † Vnde ſi teſtamentum dicatur etiam ſpõte factum reprobabitur per duos teſtes de metu tantũ deponẽtes,

5 vt ipſi ibi dicunt,& Iaſ.in dict.l.interpoſitas.†Et ſic eſt hic vnus caſus,in quo plus creditur duobus teſtibus quàm mille.Alius verò caſus eſt, quãdo duo teſtes deponunt de ſanitate mentis, quibus plus creditur quàm mille de inſania deponentibus : vt not.Abb.Sicul.in c.cum dilectus. de ſucceſſ. ab inteſt. Alius enim etiam caſus eſt,quòd plus creditur duobus teſtibus de aliqua natura ad coëundum potente deponentibus, quàm pluribus aliis de impotentia,&frigiditate,ac maleficio coëundi,vt voluit Innoc.in cap.j.de frigidi. & malefic. & de iſtis tribus vide quæ dixi ſuprà quæſt.xxiij.incip. motus fuit in curia.num. xciij cum ſequen. Alium habes caſum, quòd plus creditur duobus de affirmatiua deponentibus,quàm mille deponentibus de negatiua vulgata,l.diem proferre.§.ſi plures.verſic.inde

6 quæritur.ff.de arbit.† Vnde Iaſ.in dict.l.interpoſitas.limitat hoc,niſi deponentes de ſpontanea ſiue libera voluntate adducerent aliquid, ex quo iuris præſũptione excluderetur metus : vt quia deponerent contractum fuiſſe celebratum in præſentia

7 conſanguineorum,† quæ excludit metum, l.tranſactionem.& ibi Bart. Bald.Salicet.& omnes Moder.C.de tranſact.& idem Iaſ.in dict. §. quadrupli. verſi.in prædictis tamen.& Barb. dict.conſi.vltim. volum.ij.& Felin.in d.c.cauſa matrimonij. verſic. iiij.declaratio.Pro quo allego gl. in l. Polla.in verbo Pupillo.C.de iis quib.vt indig.& Dec.in dict.c. fina.de appella.verſic. poſtremò notandum eſt. & Ang.conſi.ccxv.in princip. qui pro hoc alleg.bonum tex.in l.ſi.ibi,euocatis affinib.atque amicis.ff.

8 vbi pup.educa.deb.† Quod intellige verum,& hãc limitationem dic eſſe veram, quando aſſiſtentia & præſentia amicorum conſanguineorum poteſt eſſe ſufficiens ad reſiſtendum violentiæ eius qui arguitur de violentia:aliàs ſecus videtur,vbi res geſta fuit cum eo qui pariter poterat eſſe cauſa metus ipſis amicis tranſigentium,& etiam tranſigentibus, vt erat in caſu ſuo, in quo conſuluit: quod eſt ſingulare,& ſequitur Iaſ. in dict.l. tranſactionem. Et per hoc videtur dictum Bal.ibi, quẽ ſequitur Pau. de Caſt. volentistalem metum non poſſe probari per duos teſtes tantum,ſed per plures,ſi in contractu afferatur adhibitus in præſentia coniunctorum: quos etiam ſequitur Hippol.ſin.cccccxxviij.nõ habere locum,quando ſecundum Ang. fieret per eũ qui poterat inferre metum amicis & cõſanguineis tranſigentium,fortè ad cautelam adhibitis. Et ſic intelligit Hippolyt.ſingul.dclxxiij. ſequens Angel. in dicto conſi.ccxv.& Dec.conſi.ccxix.in fin. †Se- 9
cundò limitatur, quod præſentia amicorum non facit ceſſare metum, quando interuenit enormis læſio,vt voluit Paul.de Caſtr. conſil.clxxviij.incip. contra ſuperius conſult. ij.quem ſequitur Deci. in d.capit.cauſam matrimonij.nume.vj. & Hippol.in dict.ſingu.dclxxiij.ver.ij.prædicta limitatur.† Ideo 10
bona erit proteſtatio faciendа,quæ conſenſum declarat à contractu abeſſe.text.in l.at ſi quis,§.plerique ibi,ſolent teſtari pietatis gratia facere ſepulturam.& verſic. quippe proteſtantur.ff. de religio.& ſũpti.fune.& in d.l.qui in aliena.§.fi.& ibi per Docto.vbi eſt tex.requirens in metu fieri proteſtationem.Ad idem text.in l.ij.de iis qui per metum iudic.non appella.& in dicto cap. fina.de appellatio. & ibi per Abbat.& Decium,& per Abbat. in cap. j.quod met.cauſa.& latius Bart.in l.de pupillo. §.ſi quis prætori,ff.de noui operis nuntiatio.quæſtion. xj & ibi Alexan.& conſilio clxiij.colum. vltim.libro ij.& Iaſ.in dicto §.ſi quis ipſi prætori.in xj.quęſtion.de quo per Bartol.& Docto. in l. non ſolum. §. morte. in ſecunda quæſtione. ff. de oper. noui nuntiatio.& per Felin.in cap.cum M.Ferrarien. de conſtitut. & Deci. in dicta l.in omnibus cauſis.ij. num.x. cum ſequen. & Socin. in conſil. xxvij.numer.xv.volum.iij.& Angel.conſil.cccIxxvij.& Barba.conſi.xlij.num.ij.volum.j.† His habitis videtur 11
dicendum in patre reſpectu filiæ, vel in marito reſpectu vxoris,vel in prælato reſpectu clerici, & ſimilibus, non præſumi metum reuerentialem, vt actum reſcindat, ſi minæ vel verbera non præcedant,vt voluit Innocen.in dict.c.cauſam matrimonij.quem ſequuntur ibi Bal.Zabarel. Abbat. Sicul. Ancha & Felin.de off.delegat.& Bart.in l.j. §. quæ onerandæ. & ibi Bologn. in primis interpreta. ff. quarum rerum actio.& Bar.Bal.Ang.Alex.& Franciſ.de Aret.in dict. l. interpoſitas. & ibi Iacob. de ſancto Georg.num. iiij.& Bal.in l.ſi. ff.de condict. ob turpem cauſam.& Deciſio. Neapo. quæſt. lxix. num.iiij.& Bart.in l.metum. & ibi Iacob.de Aurelianis.C.quod metus cauſa. & pro hoc videtur tex. cum ſua gl.in l.ſi patre cogente. ff. de ritu nupt. & Cin.& Bald.in l.j.C.de bonis ma.& Ange.Ioan.de Imo.& Alex.in l.ſi cum dotem. §. eo autem tempore,ſolut.matrimo.& Abb.Sicul.in ca. cum contingat in primo notabil.de iureiuran.& in ca. nonne.de præſumptio. & Dominicus in cap.quamuis pactum.per illum textum. & ibi Geor. Nat.verſic. ſecundo not.de pactis.lib.vj.& Inno.& Abb.Sicul. in ca.accedens.de conuer.coniuga.& idem Io.Fab. Bar.Bart.Ang.Pau.de Caſtr.& Fran.de Are. in l.ad inuidiam. C. de his quæ vi metúſve cauſa & Angel.Aret. & Iaſ. in dict. §.quadrupli. & Bal. conſil. ccxxiij.num.iij.vol.ij.antiq.†Et iſta eſt communis, 12
licet Barba.in d.ca.cauſam matrimonij.teneat contrarium: tamen ipſe ſequitur primum conſil. ccxx. lib.iij.& idem in dict.conſi.xl.verſi. ij. illa additio. cod.lib.& Alex.conſ.xvj.inchoan. ponderatis narratis, ver.non obſtat quod allegatur.lib.iij.& Zabarel.ix.exordien.in facto dominæ Cayetæ. Franc.de Aret.conſil.xxiiij.ver.præterea ſi ſolus metus reuerentialis:licet ipſe hanc communem multum impugnet in dicto conſil. xxiiij. & ipſam limitat in dict. l. interpoſitas. veram eſſe, ſi maritus vel pater ſolitus ſit in talibus & ſimilibus, minari, vel verberare, niſi vxor vel filius ſibi pareat, per ea quæ notat Bartol.in dict.l.de pupillo.§. ſi quis ipſi.

prætori.

Digitized by Google

prætori. de noui oper.nuntia.& idem Iac. de sanct. Georg.nu.x.& hoc bon.text.in l.nouissimè.ff.quod falſ.tuto.autho.& Georg.Natam.in dicto c. quamuis.verſicul.iiij. fallit. vbi ponit alios tres caſus fallen. vbi vide. † Quæ limitatio procedit etiam ſi actus vel conſenſus fiat ex interuallo poſt minas vel verbera, cum duret eadem cogendi poteſtas, & eadem reuerentiæ cauſa,l.ij. C.quod met.cauſa. & c.j.eod.tit. & ita tenet Barto.in leg.ſi ob turpem cauſam.ff.de condi.ob turpem cauſ.in quæſt. quam dicit habuiſſe de facto, quod vir percuſſerat optimè vxorem,quæ nolebat conſentire cuidam inſtrumento, quæ poſteà ex interuallo conſenſit: quòd certè metu feciſſe videtur: quandiu enim durat in maleficio,durat metus.Et idem Baldus ibi, & Bartolus & Angelus & cæteri in dicta l. qui in aliena. de acquir. hæred. & Bald.in li.ij C.quod metus cauſa.& in tracta.ſuo de tyrannide.& in dict. §. ſi quis ipſi prætori,quæſt.ix.cum aliis per Alexand.ibi, & Iaſ.in quæſt.ix.alleg.& idem Corneus conſil. xlj. in litera K L,M,N,& O,volum. ij. & Franc.de Aret. conſi.xiiij.incip.viſo & diligenter conſiderato themate.ver.metus.& verſic. ſed reſtat videre.& Alex. conſi.j.ver.fortifico prædicta.& conſi.clvj.ver.præterea ſufficiunt alij teſtes.vol.v.& Bal.conſi.vlt.lib. ij.& Calde.conſi.j. titu. quod metus cauſa. & Bald. in dicto conſil.ccxxiij.& ſing.Decius in d.conſi. cx. verſic.venit ad ſecundum.& conſi.cccclxviij. num. xxiij.cum ſeq.& conſi.dcxc.num.xj.vo.iiij & conſi. xxvij.nu.xiiij.vol.iij.& Iaſ.conſi.lxxij. poſt. princip. vol.j.& Bertran.de Carp.conſi.j. num. lxxxvij. vol. ij.antiq.& conſi.cccxxxvj.num.v.eod.volum.& Hippol.in leg.penulti. nu. xiiij.ff. de quæſtion. & conſi. xviij.num.xxvj.cum ſequen.lib.j & in aliis pluribus eiuſdem volum.& conſi.cxxiij.nu.xij.vol. ij. & Sylua nupt.fol.lij.col.j.in vlti.lin.& Bald. in rub. de iis quæ vi metus.verſicul.Item donec vir viuit, mulier timet eius ſæuitiam.†.Etiam ſi interuenerit poſtea iuramentum,ſecundùm Doct.ſuprà alleg.Et Felin. in c.ij.verſic.Et declara primò,vt procedat etiam ſi iuramentũ eſſet præſtitũ pręcedente metu.de ſpon. & Ioã.de Imo.in d.cap.cum contingat.Et ibi Abb. Sicul.& Philip.Franc. in dict. cap. quamuis pactum verſicul.in gloſſ.in verbo non vi. & Paul. de Caſtr. & Franc.de Are.in dict. l. interpoſitas. & Angel.in dict.leg.ij.& in dicta l. ad inuidiam. & Iaſ. in dicto §.quadrupli. verſicul. dicit etiam alibi ſingulariter Bartol.& Bald. conſil. liiij. verſicul. Remanet modo examinare vltimam dubitationem.vſque ad fin. volum. j. † Per ſolam etiam ſolutionem debiti ex tali contractu per metum inito non purgatur præcedens metus,vt voluit Barto.in leg.ſi per vim. per illum text.ibi, poſteà cum conſenſu inuito. verſic. reddito à vobis pretio. quem ibi ſequuntur Ange. Paul de Caſt.Alex.& Fran.de Aret. C. de iis quæ vi metú ſúve cauſa fiunt.licet Bal.ibi,velit contrarium, & non bene,ſecundùm Alex.& ratio eſt,† quia vbi poteſt ſubeſſe alia ſuſpicio, quàm approbationis contractus, pars non videtur approbare contractum. Vt ſi recipiat pretium venditionis per metum factæ,talis receptio non purgat metum præcedentem: quia poteſt eſſe quòd ad alium finem receperit,vt ſibi magis ſit cautum,vt Innocen.in dict. c.ſuper hoc.de renuntia.& idem Ange.in d. l. ij. in princip.& Barba. in d. conſilio liiij. Franc. de Are. dicto conſi.xiiij.verſi.ſed reſtat nunc videre.& verſic. præterea in iſta materia. & idem Deci.in dicto conſil.ccix.verſic. nono. in fin. Et pro hoc videtur text.in c.ſi.de raptor.† vbi dicitur,quod puella rapta legitimè cõtrahit cum raptore, ſi prior diſſenſio tranſit poſtmodum in conſenſum,& quod ante diſplicuit tandem incipiat complacere, & in cap. accedens.de conuer.coniug.& Bald.in rubrica. quod metus cauſa.verſicul.ſed nunquid peractum ſponta neum. extrà in antiq. & Abbas Sicul. in capi. inſinuante.qui clerici vel vouent.ſic enim erat in proceſſu dominæ de Perault, contra Franciſc. de Caſtro Boucheto, quæ remanſerat decem annis cum marito, quem per metum & minas dicebat accepiſſe, & nunquam niſi poſt mortem conqueſtá fuerat. † Sed in caſu noſtro vltra receptionem pretij vel bonorum,ex interuallo ſponte in alio loco, & tempore factam, interuenit approbatio,& declaratio verbis expreſſa dictę tranſactionis,quam poſt in pluribus locis & temporibus diuerſis in abſentia mariti fecit, & repetit, vt dicitur in themate. Vnde purgari videtur metus, vt voluit etiam Albe.in dicta leg.ij.quod metus cauſa. & ſic etiam probatur per ordinationes Regis Ludouici xij.antiqui,volentes metum purgatum eſſe per taciturnitatem ſpatij x. annorum. Ideo nunc poſt tot confeſſiones, & declarationes ſpontaneas in abſentia mariti, & eo viuente in diuerſis locis factas, non videtur poſſe petere reſciſionem talis tranſactionis. Secus ſi illam reſciſionem viuente viro petiiſſet. Vel ſecundum Franciſcum de Aret. in dicta leg.interpoſitas poſſumus intelligere prædictam communem opinio. eſſe veram, niſi actus, qui fit in fauorem talium perſonarum, valde enormiter læderet perſonam ſubiectam: tunc enim (vt inquit) præſumitur dolus. allegat Anchar. in cap. ij.de conſtit.vbi nihil dicit, etiam Moder. in dicto cap. cum contingat. referunt ipſum de Anchar. ita conſuluiſſe.ſed illud non reperi:ſed bene hoc tenet in cap.licet inter mulieres.de iureiuran. lib. vj. qui dicit, hoc dictum communiter non approbari per Docto.in dict. cap. cum contingat. tamen pro hoc allego Bal.idem tenentem in d.conſil.cxxxij.verſi. ſed quæritur nunquid præſumitur metus.volum iij. Sed hoc dictum videtur eſſe contra tex.in d.c.quamuis pactum.qui ſimpliciter loquitur.Tamen prædictam limitationem Bald. & Franc. de Are. tenet Paul.de Caſt.conſil.clxxviij.inchoan. contra ſuperius. volum. antiq. per text.in leg. ſi ſuperſtite. C. de dolo.in fin.dum dicit,ſi læſa eſt immodicè. Ergo actus, data enormi læſione, in qua non habet locum dictum cap. quamuis. erit nullus. Et idem Anch.in regula acceſſorium.de regu. iur. lib. vj. & Calderi.conſi.viij.tit.de iureiuran.& Anto.de Butr. conſil.xlv.exordien.domina Paula. & Deci. in d. c. cauſam matrimonij. verſi. & concluſio ſuprà facta, &c. Tamen limitatur per Paul. de Caſtr. in d.l. interpoſitas. verſicu. adde quartum.quando ſponte hoc fecit.quia illa deceptio ſponte facta non ſufficit ad metum, vel dolum probandum, ſed præcedens opin.eſt communis, vt dicit ibi Franc. de Aret.quamuis in c.in præſentia.verſi.ij.infert.de proba.dicit præcedentem contrarium eſſe communẽ, per ea quę no.Bar.in l.fin.in l.ſi.de prætor.ſtipul.volẽs arbitrum in dolo eſſe,ſi enormiter partẽ læſerit. & ibi ſequitur Alex.in addi.vlt.& idem Calca.cõſi. lxxxiiij.nu.xiiij.cum aliis per eum alleg.& iſta ſeruatur in praxi.& ſecundum eam iudicatur,& ſignãter in caſibus,in quibus,ſecũdùm Pau.de Caſt.& Anch. eſt alia apparentia:vt ſi pater dedit dotem filię, vel patruo nepti,quæ renũtiauit ſucceſſioni eius,& etiã paternę,quę iã ſibi euenerat,& quę magis ſcẽdebat, quãdo ſibi data fuit:& ſic pater nihil de ſuo dederat,

contra l.final. C. de dotis promiſ. & l. qui liberos, ff.de ritu nuptia & ſic tenet Franc. in d.c. quamuis
19 pactum.in iij.notab.cum verſic. ſeq. & vj. † Et ſecundum iſtam communem (alia Pauli reiecta) fuit concluſum primò, quòd reſcinderetur tranſactio non obſtante bonorum receptione,& ratificatione inde ſequuta:& fuit adiudicata legitima bonorum ſecundum numerum liberorum deductis & defalcatis,quæ erant deducenda. Et iſtam partem aliàs conſulendo ſequutus ſum,vt in conſi.liij.incipien. viſo proceſſu moto & pendente: niſi expreſsè renuntiaſſet legitimæ,l.ſi quando.§.generaliter.C.de inoff.teſta.& idem in alio conſilio.nu.xlj.inchoan. viſis bonis renuntiationibus. & hoc verum in renuntiatione & tranſactione per liberos & nepotes facta.Secus videtur dicendum in tranſactione aliorum,læſionem ſcilicet enormẽ non inducere metum aut dolum,vt decidit text. in dict. l.interpoſitas.ibi,ad vim vel dolum arguendum qualitas cauſæ principalis non ſufficit. & ibi hoc tenet Pau. & Alex.& Ias.in prin.verſi.& text.ibi ad vim.& idem Ias.in dict.conſil.lxxij. ver.præterea non præſumitur metus.vol.j.& in dict.§.quadrupli.nu.lxxvij.reprehendens ibi Ang.Are. Sed hoc dictum limitat in d.l.interpoſitas.verſ.limita ſecundo illum text. niſi quis remitteret minimo pretio rem magni valoris alicui tyranno:quia tunc per iſta duo bene præſumeretur metus:ſecundùm Bald.quem allegat in l.decernimus.circa finem,C.de ſacroſanct.eccl. & idem tenet Bald.in c.j.qualiter.iurare debe.domi.vaſal.fid.& idem de ſancto Georg. in dict.l.interpoſitas.num.xj.vbi dicit per illud dictum Bald. metum reuerentialem cum enormi læſione ſufficere,& idem Hippo.conſil.cxxiij.num. xvj.volu.ij. & idem in ſingul.dcxlv.inchoan.aduertant principes,& in ſua praxi.in glo.& Alex. in l. quæ dotis ff. ſoluto matrimo.Sed huic dicto iunge tertium ſuprà dictum,ſcilicet maritum aut alium contrahẽtem auſterum,aut potentem contra vxorem,vel alios etiam ſine minis vel verberibus, quia tunc cõtractus eſt nullus,per glo.in d.l.j.§.quæ onerandæ. ſed in caſu domini de Berbezillo maritus erat potens,& minas & verbera intulerat,ac etiam ex parte ſecum contrahenti, dolus & fraus,ac pariter enormis deceptio interuenerunt, vt in ſequenti dicam q.Et idem tenet Angel.conſilio cccIxviij.& conſi.
20 ſequen.†. Sed tunc fuit aliud dubium, an patientia filij,vel vxoris operetur conſenſum,& videatur cõſentire patri vel marito. Et Bar.in l. quæ dotis,ſolu.matr.tenet quod non Sed cõtrarium tenet Abb. Sicul.in cap.nonne. de præſump.quos Alex. in d.l. interpoſitas. concordat: quia vbi non tractatur de euidenti præiudicio filij,vel vxoris,aut ſimilis perſonæ,tunc videtur conſentire, l. cum in adoptiuis. & ibi Bal.cap.de adop.& in l.in adoptiuis.ff. eo.ca. j.§.j. de deſponſat. impub. lib. vj.& ſic intelligitur opinio Abb.Sed vbi tractatur de euidenti præiudicio filij,tũc nõ præiudicat filio,l.ſeruus cõmunis. ff.de dona. inter virum & vxo. & ſic intelligitur
21 Bar.in d.l quæ dotis.vt ibi per Alex.& Mod. † Sed Felin.in d.c.cauſam matrimonij. in ſecunda declaratione.tenet ſimpliciter, quod filio aut vxori patientia propter reuerentiam non præiudicat. per text.in l.pen. ff.de furt. vbi eſt bonus tex. in l.j.§.ſi quis tamen imbecillitate. ff. quod vi aut clam.in ver.non offendere vel te, vel eum qui te magnificiebat. Et idem Decius in d.c.cauſam matrimonij. Et ſutum fuit arreſtum in fauorem Ioannæ de Seſſous appellantis tam à Seneſchallo Xanthonien. quam à dominis Ioannæ de Torretis & Dangläiz arbitris,contra Ioannem de Saffous appellatum,die viij.Nouembr.1520. ſedente Parlamento ex ordinatione Regis,& illarum vacationum ſtipendia, & alia nobis maiora ſunt debita.

SVMMÆ.

1 *Minas viri ad vxorem eſt difficile probare.*
2 *Metus uxoris quomodo probetur.*
3 *Secretum quid.*
4 *Dolus ſicut & metus ex coniecturis poſſunt probari.& nu.5.*
6 *Probari omnia per coniecturas ſufficit, quæ directe non poſſunt.*
7 *Teſtes duos ſufficit eſſe conteſtes in eodem actu, licet non eodem tempore.*
8 *Probatoria materia principaliter conſiſtit in arbitrio iudicis.*
9 *Metus qualiter probetur per vnum teſtem.*
10 *Importunitate obtenta æquiparantur obtentis per metum.*

Quæſtio CI

Sed nunc quæritur, quomodo probetur metus alicui in camera,vel alibi illatus:& an per domeſticos.

DECISIO CI.

ET † dic difficile eſſe probare minas, quæ vxori à viro inferuntur,vt dicit glo.in d. l.j.§. quæ onerandæ.in verbo.metu.quam ſingular.dicunt & æquam Ioann.de Imo.& Barba.in d. cap.cauſam matrimonij. ſuprà q. proxima alleg. & Bertrand. conſil.xcvij.nu.iiij.volu.nouo.& And.Barb.conſil. lx.nu.iij.vol.j.† Et ideo propter difficultatem probationis metus ſufficit(vt ipſi aiunt) probare per coniecturas & indicia.Et idem prius Barto. in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.quæſtio. viij. quem ibi ſequitur Ias.ff. de noui oper. nuntia.& Bertran. conſilio cccxxxvj. num. vj. volu.j. licet aliquando probari poſſit per iuramentum,c.ſtatutum.§. cum verò eiuſdem.de reſcriptis lib.vj. Sed ibi eſt caſus ſpecialis ſecundùm Deci.in l. omnibus cauſis. numer.ix.verſicu.notandum. de regulis iuris. Tamen probari poteſt metus oculis ſeu viſu, vt voluit Innocen. in cap. ſuper hoc. de renuntia.quẽ ſequitur Bald.in ca.cauſam matrimonij. in princip. aliàs dicit ibi Bal.eſſe recurrendum ad coniecturas, quando mulier aſſerit fuiſſe verberatam in ſecreto,vt in camera,per ea quæ no.Bart.in d.§. ſi quis ipſi prætori.& ipſum ſequitur Bar.in d.c.cauſam matrimonij.nu.xxiij.& Zabarel.conſ ix.ver.& vltra dicit. & Cæpol.conſil.ij.nu. v. & xij.in conſiliis ciuilib.non criminalib. Quia illud quod fit ſecretè in camera, nõ bene poteſt probari viſu,vt dicit Bal.in l.ſi quis in hoc genus.verſicu.adde tamen vnum.C.de epiſco & cleri.& idem Zabar.in clemen.j.verſi.notari. in ij.not. de hæred. dicens,† ſecretum eſſe id quod probari non poteſt.& Feli.in c.j.ver.quando autem dicatur fieri publicè.de fide inſtru. allegãs beatum Tho.ij.ij.q.lxvij.arti.j.in fi.volentẽ non eſſe omnino ſecretum, quod per ſufficientes teſtes probari poteſt.& idem Bal.in tit.de pace Conſtan. in verſi. in nomine Domini.& in l.quicunque.ver.viij. nota C.de ſeruis fugit.& Hippo.Marſi. in l.fina.num.

vj.C.ad

vj.C.ad l.Corne.de ſicar.Et idem ſi metus in palatio domini inferatur,vt voluit Hierony.de Tortis, in ſuo conſili. in fauorem Florentinorum edito, quod reperitur poſt conſ. Ant. de But verſi.item nec factum de nocte,pro quo facit text. in authen. vt iudi.ſine quoquo ſuſtra. §. hæc autem omnia.in fi.ibi,in ſacro noſtro laterculo,id eſt in camera vel ſcrinio. Vnde tales coniecturæ & præſumptiones videntur ad probãdũ metũ eſſe ſufficientes, quod relinquendum arbitrio iudicis quales fuerint, vt dicit gl.in d.l.interpoſitas.in ver.crucíatũ.per text. clarum in l.metus.in fin.& ibi gl.vlt ff.ex quib.cau.maio.& vtrobique per Doc. Ad idem allego text. in l.metum.la grande.§.ex hoc edicto. & ibi glo.in verb.oſſi. iudicis & ibi Bart.Bald.& Albe.ff.quod metus cau.& Decius in dict.l.in omnibus num.vij. de regul.iur.cum aliis per eum allegat. & Thom. Gramma.voto x.nu.viij.& Anchar.conſi. cxxx.viſa ſupradicta facti narratione. & Corne. conſi. xlj.in
4 litera I,volu.ij.† concludentes,metum ſicut dolum ex coniecturis & præſumptionibus poſſe probari. de dolo enim eſt textus clarus in l. dolum ex inſidiis. C.de dolo.& Corne.conſ.ccxlv.in litera M,eo. vol.ij.& conſi.cxvj.in litera O,volum.j.Et idem vt ſuprà tenet Matth.de Afflict. Deciſi. Neapol.lxix.
5 num. viij.† Et de metu probat text.in d. l. metus. in fin. & in l.metum. & ibi gloſſ. & Doct.C.de his quæ vi vel met.cauſ.& gloſſ.in cap.cum dilectus.in verbo,metum circa medium.quod met.cauſa.& in cap.conſultationi.in verb.in conſtantem.de ſpon. & Cæpol. in dicto conſilio. ij.numer.ix.& Cuma.
6 conſi. lxviij.verſicul.attamen.æquius & tutius.† Vbi etiam vult idem in omnibus aliis quæ directò probari non poſſunt,poſſe per coniecturas probari:& hoc per text.in l.ij.in fin.C. de in litem iuran. & in l.non omnes §.à barbaris.ff.de re milit. vt ibi latius per eum. Vulgare enim eſt (vt inquit) metum & dolum ſecretò adhiberi ſolere, vt not.in d. l.ſi cum exceptione. §. in hac.ff. quod metus cauſa. & ibi gloſſ.in verb. ignorantiam. vel etiam ſufficit informatio ex præſumpta opinio. vt l. in illa ſtipulatione,ſi calendis. in fi.de verb.obli.& ſing. Corne.in dict.conſi.xlj.in litera P,volu.ij.quod eſt ſingulare pro cauſa dicti domini de Berbezillo ad probandum metum. Nam in caſu in quo Corne. conſuluit, erant duo tantum teſtes,quorum vnùs dicebat duos vidiſſe,& alius vnum tantum : quia ipſe qui nõ vidit niſi vnum, erat in tali loco,ex quo alium videre non poterat : & ſic concordantur.†
7 Sufficit enim quod ſint cõteſtes in actu ſuper quo inducuntur,licet non in tempore, vt voluit Innocen.in ca.qualiter.ij.in princ.de accuſat. & idem in ca.licet ex quadam.de teſtib. & Zabar. in d.conſil. ix.verſi. Iterum antequam per ordinem, vſque ad
8 finem conſil. quod eſt amplum in hac materia.† Quare materia probatoria principaliter conſiſtit in arbitrio iudicis,vt voluit Paul.de Caſtr.in l.admonendi. approbatus per Moder. ff. de iureiuran. refert & ſequitur Curt.iunior.conſil.liij.nume.viij. Quoniam caſus quorum probatio eſt difficilis,ſufficit,vt dictum eſt, probare per coniecturas. Et idem Iaſ.in dict.§.ſi quis ipſi prætori.verſic.in viij. quæſtion.Bar.dicens in hoc ſufficere probationes, quæ aliàs tanquam imperfectæ reiicerentur. l. filiũ diſſinimus.ff.de iis qui ſunt ſui.& dict.§.à barbaris. cum aliis per eum alle.& in l. ſi quis ex argentariis. §.prætor. poſt Barto.ibi, verſi.tit.pro concluſione Bartol.ff. de eden. & talis probatio ſufficit ſecun-
9 dum ipſos pro plena probatione.† Vnde in caſu Rapha Cuma.erat vnicus teſtis de metu deponẽs, & plures alij deponentes de auditu dici, licet non dicerent à quibus audiuerint: tamen dicit talem probationem ſufficere ad ipſum metum probandum.Et idem Fran.de Aret. conſi.xiij. dicens metum probari,vel aliud geſtum inter virum & vxorem per domeſticos, niſi tenderet in præiudicium tertij.quod dic vt ibi.vide eundem conſi.lxj.& Anto.Bauarium in §.pater.nu.xx.Inſtitu.de teſta.† Et 10
eſt notãdum,quod paria ſunt obtinere per importunitatem,& obtinere per metum,vt dicit Inno.in ca.petitio.de procu. quem ad hoc alle.Luc.de Pen. in rub.C.de auro coronario.ante fin. lib. x. & in l. prædia.C.de loca.prædior.ciuil.vel fiſcal.lib. xj.tamen Innocen.ibi,hoc non dicit,ſed in c.petitio.de iureiuran.& idem Matth.de Afflict.in dict.Deciſi. lxix.num.v.& idem dicendum eſt in dolo,qui licet non præſumatur,l.quoties.§.qui dolo.& ibi Flo.& ſingulariter Iac.de ſancto Geor. ff.de probatio. Et Albe.de Roſa.in l.dolum.C.de dolo. tamẽ vbi dicitur, ex indiciis perſpicuis probatur,& tamen in dicto proceſſu fuimus in magna camera partiti, & prorſus per Regem euocatus.

S V M M Æ.

1 *Vſuraria quando præſumatur venditio cum pacto de retrouendendo.& nu.2.3.4.& 5.*

Quæſtio C II.

Quæ requirantur ad hoc vt præſumi faciant pignus cõtractum & hypothecam,& non venditionem factam,& per conſequens ipſum contractum eſſe vſurarium.

DECISIO CII.

CIRCA † hanc quæſtio. variæ ſunt 1
opin. Docto.quorum tres inuenies præcipuas. Et prima fuit Odofr.qui, vt refert Cæpol.in tracta.de ſimula. contract. in vj. princ. caſu,dicit adhuc litem eſſe ſub iudice,& Iac.de Aret. quem refert & ſequitur Cin.in l. emptione. C. plus vale. quod agi.dicit, dato in hoc caſu quod conſtet de tribus, ſcilicet partium non interueniſſe iuſtum. pactum de retrouendendo, & emptorem eſſe vſurarium,non præſumi per hoc pignus & hypothecam eſſe contractam.Et reſpondẽt ad cap.illo vos, de pign. quia ibi præſumitur pignus, cum pactum eſſet appoſitum de æſtimatione ſortis, quod eſt de natura pignoris.Et iſtam opi.ſequuntur Bal.&Sali: in d.l.emptione. Quia vſurarij non ſunt prohibiti veros facere contractus,& plerunq; illos celebrant veros & iuridicos,ſignanter quando cauſa originis non fuit mutui,ſecus ſi fuiſſet mutui. Et idẽ Zaba. in c.ad noſtram.de empt.& vendi. dicens ita ſe cõſuluiſſe Mantuæ.& idem Bald.in l. interpoſitas, & ibi Iac.de ſancto Georg.num. iij. cum ij. ſeq.C.de tranſactio.† Secunda opin.fuit glo. in c.conqueſtus de vſur.tenentis contrarium,ſcilicet duo ex prædictis ſufficere paruitatem pretij,& pactum de retrouendendo poſt certum tempus initum, ad inducendum præſumptionem contractus fœneratitij. & eum ibi ſequitur Ioann. de Ana. & ſentit gloſſ. in dicto cap. ad noſtram. quam ibi ſequitur Inno.Hoſtien.Abb.& Ioann.de Imol. & idem Anton.de But.in d.c.illo vos.& Goffred.in ſumma de pigno.in fine.& Spec.in tit.de vſur. verſ. j. & gl. & Archid. in cap.plerique. xiij.q.iij. & Vitalis de 2

Gabanis in tract.clauſu.c. reſtat. & Abb. in conſil. lxxvj.tria ſuccincte videnda ſunt.libr.j.dicens hanc eſſe communem opin.& opin.Iac. de Are. eſſe falſam. & idem Alex. conſil. xlvj. circa præſentis conſilij materiam. libro iij. Ioan. de Ana. conſil. lviij. Sed iſta opin. intelligi debet quando pactum de retrouendendo non eſt liberum,nec ſimplex,ſed poſt tempus,vt dicunt gloſſ.& Doctor. ſuprà alleg.& iſtam ſecundam opi.tenuit Bald.conſi.cccclij.apparet inſtrumentum.aliàs enim l.ij.de pac. inter emp. & vend. nunquam locum haberet, vbi probatur talem contractum licet minus iuſto pretio,circa dimidiam etiam, cum pacto de retrouendendo celebratum,valere. Vnde potius præſumitur deceptio in pretio, in quo patres poſſunt ſe decipere, l.item ſi pretio.§.fi.ff.loca.& in l.in cauſæ.ff. de mino.& idem Bal.conſi.cccxiiij.inci.ſecundum ea quę proponũtur.vol.j.imò pretium per pactum hoc de retrouendendo appoſitum ſuppletur,cum loco pretij habeatur.l.ſundi partem. ff. de contrahen. emp.

3 † Tertia fuit opi.quòd illa tria ſupradicta neceſſariò requirebantur ad præſumendum contractum eſſe vſurarium.Et iſtam opin.tenet Barbat.in d. ca. ad noſtram in tertio notabi. verſic. Adde quòd etiam ſi non præceſſiſſet,ſiue cauſa prima fuerit mutui,ſiue venditionis vel ſimilis, quamuis poſtea diſtinctionem faciat in ver. aut iſtud pactum fuit celebratum cum vſurario,& cauſa mutui fuit originalis,quia tunc cenſetur fœneratitius. Et ſic cum opi. Iacob. de Are. & pariter iſtam tertiam ſententiam tenuit Bald.conſi.lxvij.iaci.Iaco. de Are. vol. ij. & conſil.cxxxix.inchoan.Iacob.de Are.volum.v. vbi inſeritur de verbo ad verbum. Et idem Henri. Boyc.in d.capi.ad noſtram.& Albe.in d. l. emptione.licet aliqui, vt Iaſ. allegent eum velle duo tantũ ſufficere, quia contrarium tenet, vt mihi videtur, dum dicit in verſi. Sed ſalua pace tanti viri puto, quod ex prædictis coniecturis præſumatur contractus pignoratitius, & maximè vbi emptor eſſet vſurarius.& idem Ancha.in d.c.ad noſtram. in primo notab.Et Lau.de pig.practicus doctor in d.c.illo vos.dicens hanc in praxi ſeruari, quòd interueniat concurſus illorum trium,aliter contractus non iudicaretur vſurarius,& idem Maſuerius in ſua praxi.titu. de præſump.ver.item venditio.& Iaſ. conſi. xxj.numer.iiij.volum.j.& latius conſi.cl.nu.j.& conſil.cliij.num.j.& ij.vol.iij.& Barba.conſil.lxxvj.vol. iij.& ſing.conſi.xxij.vol.iiij.& Anch.conſ.ix.plurimæ coniecturæ.& Ioan.And.in d.c.illo vos.& Paul. de Caſt.conſilio lxxv.in cauſa mota per Dominum Doroteum.vol.nouo.& Bald.conſi.ccccclxiiij. exor dien. hunc paſſum tangit Archid. volum. iiij. & ſingu. Corne. conſil. ccxxiiij. inchoan. quanquam in hac conſultatione.volum.j.dicens hanc opin. eſſe communem. & idem dicit in conſil. cclxj. incipien.circa quod præmittendum eſt eod. volum. & Anch. conſil. cclviij. inchoan.in Chriſti nomine repetito,ſi prædicta ſententia.& plenè Philip.Corne. conſi. cccxlvj. incip. viſa copia.volum. j. vbi in fine ponit prædi.conſil.Bald.incip.hunc caſum tangit.& idem Bal.conſi.cccclxxxvj. incip. verba Bart. verſic.ſuper tertio.vol.iiij.& Roma.conſi. cccxxij. pro pleniori diſcuſſione.verſic. vltra dubitatum. & Paul.de Caſt.conſi.lxxvij.vo.nouorũ.& Alex. cõſi. cxix.cum ſeq. iiij.Bal.& Sali.in d.l.ij.de reſcin.vend.

4 & Io.de Ana.in c.conqueſtus.verſi.in hac glo. † Vbi verò interuenit tantum paruitas pretij, ſiue pactum de retrouendendo, & emptor non erat ſolitus fœnerari, tunc Barto.in dicto conſ.cxxxix. dicit talem contractum non eſſe vſurarium,ſed eſſe locũ remedio,d.l.ij.de reſci.den. vendi.c.cum dilecti.de emp.& vendi.& idem Innocen. & omnes in d.c.ad noſtram excepto Barba.qui tenet ibi, quod talis cõtractus præſumatur ſimulatus,quãdo paruitas pretij immoderata abſque pacto de retrouendendo interuenit.pro quo alleg.tex.quem dicit ab aliquo non fuiſſe ponderatum,in c.j.in verſ.quis enim dubitat.qualiter olim feud.aliena. pote. & per illum text. idem tenuit Roman.conſi.ccciiij.incip.plura ſunt quę allegantur.† Sed præcedens eſt vera, & communior, 5 quia licet tex.in d.c.ad noſtram.dicat vix dimidiam iuſti pretij,non debet exponi,vt Doct.communiter exponunt,iuſta dimidiam,tamen intelligi debet minus dimidia. Et iſtam ſequitur Fab. de monte ſancti Sauint in tracta.de emp.& vend.in vij. quæſt. v. princip.quæſtio.& idem Cagnolus in l.ij.num. xiij. C. de pact. inter empt. & vend. vbi iſtam communem reſtringit duobus, & limitat quinque modis: & iſtam in conſulendo & iudicando ſequutus ſum, & vide in conſil.xxxj inchoan.viſis literis & proceſſu.& Soci.conſi.iij.exord.præſtãtiſſime doctor. ver. quod in terminis. volum. ij. Et ſic fuit concluſum in curia, licet plures ex dominis tenuerint ſecundam opin.quæ in caſu d.c.ad noſtram.poſſet habere locum,vt dixi,& tenet Bal.in conſi.cij.incip.Benedictus.volum.iij.ſed non in pacto libero & ſimplici,vt dictum eſt,& licet iſta iij.opin. ſit communis etiam in caſu d.c.ad noſtram.tamen in proceſſu moto inter dominum Carolum de Caumont dominum dicti loci actorem ex vna, & Iacobum de Beaumont & eius vxorem reos ex alia, non fuit obſeruata,quia non allegabatur emptorem ſolitum fœnerari,aut tales contractus celebrare, licet confeſſus fuiſſet in quodam paruo libro per eum manu propria ſcripto,ſe computum cum dicto domino de Caumont feciſſe de toto argento tam de certo legato,quàm de debito ad ſummam cccij. librarum.xj ſolidorum,trium denariorum Turonen. contentam & expreſſam in contractu venditionis aſcendentem,& illam ſummam aſſignaſſe ſuper tenentiariis certorum locorum, etiam in contractu venditionis nominatum, quæ ſummæ ſic minutatim non ſolent in venditionibus puris ad ſolidos & denarios exprimi, ſed tantum in computo finali. Prætereà ipſe emptor vltrà confitebatur, dictum dominum venditorem eidem miſiſſe vnam catenam & crucem aũream, ſi interim pecuniis indigeret, impignorandam. Ad quid enim illam catenam miſiſſet cum cruce obligandam,ſi pura & ſimplex facta fuiſſet venditio, ſi ſanè conſiderare velimus,vt inquit text.in c.fin.de conſuetu.niſi dictum emptorem hypothecam,& non venditionem contraxiſſe.Hoc enim ex ſuis probatur verbis, dum in ſua dicit papyro,ſiue libro,aſſignaſſe ſibi omnibus computatis dictam ſummam ſuper tenentiariis &c. quæ dictio ſuper,importat hypothecam. vt no. Bar. in l.fundus. ff. de annu. lega. & Alberic.in l.cum ij. §.ſi vni.& ibi per omnes moder.ff.de tranſact.cum aliis ſuprà alleg. quæſt. inchoan. & etiam profecto ex ſua confeſſione ſibi catenam auream hypothecandam, ſi pecuniis indigeret: quia arguit verum contractum pignoratitium. vnde experimentum verborum verorum eſt, vt concordent cum rebus ſenſatis vel veriſimilibus,l.milites. §. oportet. C.de quæſt.& B.in leg.fina. C.de edict.diui Adria. tol.vnde non creditur verbis:quia id quod non eſt veriſimile,eſt quędam falſitatis imago,vt ibi,& etiã Bal.in l.j.C.de ſeruis fugi.cũ aliis infrà alleg. Tũ etiã

dictus

dictus emptor in aliis ſchedulis etiam eius manu ſcriptis,recognitis & adueratis per teſtes, qui eundem ſcribi & literas & codices rationum ſuarum ſæpè viderant & legerant, & etiam per comparationem de eiſdem per ipſam factam ; quæ de ſtylo curiarum Franciæ ſufficiunt,etiam nõ ſeruata forma.l.comparationes.C.de fide inſtru. Cõfitebatur enim pariter ſuper dicta ſumma plures alias particulares denariorum ſummas. Vnde verba ſequentia declarantur per verba præcedentia,& contrà,vt plenè per Bal.& Sali.in l.per retentionem. C.de vſur.c.ſecundò requiris.de appel. & ſic apparet per confectionem emptoris in contractu venditionis quandam hypothecæ obligationem fuiſſe contractam.Et pro hoc accedant notata per Bar.in l.planè.§.j.ff.de legat.j.cum ibi alleg.per Moder.& Ioã. de Ana.in ca. quia in omnibus. de vſuris.vbi vult, quòd ſi teſtator in teſtamento, vel extra teſtamentum & iudicium confitetur ſe vſurarium, aut ſi in ſcrinio eius inueniantur rationes,vel inſtrumenta, aut alia per quæ apparet eum fuiſſe vſurarium: hæc ſufficiunt ſolum;ſi ſua conſtet manu fuiſſe ſcripta, ad eum conuincendum.ex quo enim ſufficit creditori,quando debitor vel eius hęredes negãt ſchedulam vel literam fuiſſe manu ipſius ſcriptam vel ſignatam,probare per teſtes,qui pluries eum viderunt ſcribere vel ſignare,aut plures literas ab eodẽ eiſdem, & tali tranſmiſſas legiſſe, & ad hoc verè probandum literæ prædictæ oſtenduntur teſtibus, vt dictum eſt ad comparationem faciendam, quæ fidem faciunt contra ipſum,l.rationes. cum ibi notat.per Doctor.& in l.exemplo pernitioſum. C.de probat. & clemen.j.& ibi gloſſa & Bonifac. de Vital.de vſur.& Bart.& omnes in l.admonendi.ff.de iureiuran.& Bart.in l.nuda ratio. & ibi Alberic. ff. de donat.& probant literæ prædictæ, etiam ſi ſint ſine data,quia data in ſcriptura priuata non requiritur.l.cum tabernam.§.item quæſiit.ff.de pigno.& ibi Bar.Bal.& Alberic.cum ſimili.allega.per Alex. ibi in addi.ad Bartol.Tum allegabatur confeſſionem venditoris fuiſſe poſt contractum geminatã, & per conſequens hypothecam & pignoris obligationem conſtitutam: quæ ſibi nocere debebant, vt in terminis voluit Angel.in dict. conſi. celxxiij. ante finem verſicu. item nulla confeſſio venditoris,&c.qui alle.bonum text.in l.ſi cum emptore. §. j.& in l.fina.ff.de pact.& in l.ſi partem.§.ſi per fundum.ff.quemad. ſeruitut. amit. Et pro hoc allego text.celebrem in terminis in d.ca.illo vos.verſic.ex duobus tamen quæ in pacto fuerunt expreſſa, &c. & in d.ca.ad noſtram. ibi, cum reuera contractus vſurarius ageretur de emption.& vendition.Quod patet ex eo,quòd creditor debitori promiſit quãdocunque à ſeptennio vſque nouenniũm,&c.& illos text.facit ſingulares Barbat.d. ca. illo vos.circa finem.& probat iſte text.dicens,quòd ſpecies contractus magis cognoſcitur ex pactis,& tenore conuẽtionis,quàm ex verbis in illo appoſitis: quia verba in caſib. dictorum iurium appoſita expreſſè ſonant in venditionem, & tamen pacta ibi appoſita inſerebant ad pignus: & ſic potius attendi debet mens, quàm verba, etiamſi verbis contradicat, l. ſcire oportet.§ aliud. verſ. ſed & ſi maximè verba. ff.de excuſa.tutor.c.intelligentiam. de verbo.ſigni. & l.iij.C. de liber.præte. cum aliis per ipſum alleg. Et idem tenet Bal.in d.conſi.cccxliij.vol.iij.Ioan. de Ana.conſi.lvij.per text.& glo.in l.ſed Celſus.§. in emptis.ff.de contrahen.empt.Tum quia ſemper venditor poſſederat,d.l.ſicut.§.ſuperuacuum. & l. & qui ſub imagine.C.de diſtrac.pigno.& l.ſi.C. de remiſ.pign.& vtrobique per Bart.Bald.& Doct.in d.l.poſt contractum.de dona.& Bar.conſi. xxxvij. verſi.cum ergo in caſu noſtro vnica penſione. vol. ij.vbi dicit,quod totus contractus præſumitur eſſe ſimulatus,ſi venditor poſt contractum reperiatur poſſidere vnam rem de pluribus vno pretio emptis:quia non poteſt vnus contractus pro parte valere,& pro parte non,l.ſi non ſortem.§.ſi centum. ff.de condi.indebit.vt ibi per eum, & Ioann.de Ana.in dict.conſi.lxviij.ver.facit etiam non modicũ. Quoniam hîc certum erat venditorem annis xxix. in poſſeſſione remanſiſſe: videlicet xiiij.annis viuente emptore,& reliquo tempore viuente vxore dicti de Beaumont filia & hærede non conquerẽte,& abſque aliqua facta petitione. Et ſic poſtquã diu ſtetit occulta venditio,præſumitur ſimulata,vt voluit Iac.de Are in l.liliæ meæ.& ibi per Moder. ff.ſolut.mar.& Bald.in l.fraus.ff.de legi.& Bar conſil.lix.ver.modo illa exceptio.volu.ij. Et licet iſtud ſolum,& duntaxat non ſufficeret quod ad venditorem,vel eius hæredem, qui vult contractum dicere nullum,vt vult Bart. in d.l.ſicut.§.ſuperuacuũ. & in d.l.poſt contractum.tamen cum aliis ſupradictis multum prodeſſet.quæ enim non proſunt ſingula,multa iuuant,l.inſtrumenta. C. de fide inſtru. Sed quod idem venditor, vel eius hæres petere poſſit contractum declarari vſurarium & ſimulatum:de venditore eſt text.quòd ſic, in d. ca.ad noſtram.& ibi per doct.& Ang.in d.conſ.273.inci.nũc præſupponitur in themate: & idem de hærede.d.c. illo vos.& ibi Barb.in vltim.nota.& Corne.conſil. cccxlvj.& ſingu.Bar.in d.conſi.xxij.ver.capio nunc ſecundã dubitationem. volum.iij. vbi reprobat opi.Bart.in d.l.ſic ut.§.ſuperuacuum,&in dict.l.poſt contractum.

SVMMÆ.

1 *Vaſallus an iterum teneatur facere homagium domino condemnato ad reſtitutionem feudi.& numer.j.*

2 *Vaſallum lapſum à poſſeſſione quam dominus acquiſiuit, an teneatur iterum inueſtire.*

4 *Inueſtiturę tradendę ordo petendę modus.5.*

6 *Vaſallus contra dominum denegantem eum recipere,agit duplicater.*

7 *Dominus an precisè cogatur inueſtire.*

8 *Ordinis in conceſſione feudi ſeruãdi ratio triplex. & num.9.& 10.*

11 *Fidelitas an & quando prius præſtanda quam inueſtiatur.& nu.12.*

Quæſtio CIII.

Dominus directus poſſidens feudum fuit per vaſallum requiſitus ad fidelitatem & homagium ipſum recipiendũ: qui recuſauit, & tandem per areſtum fuit dominus prędictus erga ipſum vaſallum ad homagium & fidelitatem recipiendam condemnatus,alias in eius denegatione, ſeu recuſatione illa per Seneſchallum Lemouicen.reciperetur. Et etiam vlterius fuit condemnatus ad reddendum & reſtituẽdum fundum eidem vaſallo,cum fructibus à tempore oblationis exquiſitionis factæ de homagio & fidelitate præſtandis: qui vaſallus fecit exequi areſtum circa reſtitutionem feudi,non facta prius oblatione de dictis homagio & fidelitate præſtandis.Quæritur an dominus teneatur ad fructus à tempore areſti lati perceptos, quamuis vaſallus tunc non obtulerit facere homagium & fidelitatem.

DECISIO CIII.

ET † videtur quòd ſic, quia alio tempore obtulit facere homagium & præſtare fidelitatem: vnde ſufficit ſemel ſe in ſuo debito poſuiſſe, vt tenet Salicet. in l. final. & ibi Iaſ. verſi. xvj. C. de iure emphy. & dixi lib. conſue. Biturig. de conſue. feu. §. x. & xj. verſi. ſed quid vaſallus reperit tum. de quo enim faciet homagium, cum non poſſideat dictum feudũ? Vnde prius erat eidem vaſallo per dominum reſtituenda feudi poſſeſſio, & poſtea per ipſum vaſallum faciendum homagium, & fidelitatis præſtanda. Et hanc partem octo ex dominis tenuerunt. Et pro ipſis facit Deciſio Bald. in ca. j. §. ſi facta de feudo fuer. controuer. inter domi. & agna. verſi. extra
2 quæro, † pone quod dominus inueſtiuit vaſallum de vacua poſſeſſione, deinde vaſallus cecidit à poſſeſſione, & peruenit ad dominum: nunquid teneatur iterum inueſtire: & arguit pro & contra. Primò, quòd non teneatur iterum inueſtire ex diſpoſitione illius §. ſed poteſt conueniri à vaſallo tanquam quilibet poſſeſſor. l. Neſennius. §. fundum. ff. de re iudic. In contrarium videtur per l. inter caſtellanũ. ff. de arbit. & l. ſed & ſi poſſeſſori. in princ. ff. de iureiuran. Vnde dicit, quod dominus à principio tenetur ad duo, ſcilicet ad traditionem, & ad patientiam. ergo non eſt liberatus ſola traditione, quin poſſit conueniri, quod feudatarium patiatur poſſidere, iuxta no. in l. corruptionem. C. de vſufruct. &
3 ipſum ſequitur Cardin. Alex. ibi. † Sed contrarium ſolus tenui, prædictis non obſtan. quoniam per areſtum fuerat dominus primò condemnatus ad recipiendum vaſallum ad homagium & fidelitatem, & in eius recuſationem prius debebat vaſallus habere ad Seneſchallum Lemouicen. recurſum, quàm ad reſtitutionem feudi & fructuum. vnde ordo ſcripturæ areſti erat attendẽdus & ſpectandus. l. generaliter. §. quid ergo. verſi. ordinem ſcripturæ ſequẽdum. ff. de fideicom. lib. & plenè Barbat. in ca. decernimus. de iudic. cum aliis infinitis per nos allegatis in tracta. de authori. magni conſilij. & parlamẽtorum regni in ij. addit. Prius ergo tenebatur offerre ſe velle facere homagium, & poſtea incontinẽti petere reſtitutionem feudi cum fructibus, iuxta tenorem areſti, cap. j. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. & cap. j. in princ. & ibi Bald. in verbo fidelitatem.
4 † Vbi tria per ordinem ſunt facienda, inueſtitura verbalis: ſecundo præcedere debet ſacramẽtũ fidelitatis: ſequi debet tertio inueſtitura realis, vt cap. j. quid præcedere debeat, an inueſtitura, vel fideli. & ibi Bal. Cardi. Et pro hac Deciſ. allegant text. hanc q. decidentem. in c. j. §. ſi. de noua forma fidelit. vbi dicitur, quod inueſtitura prius facta, & fidelitate ſubſecuta omnimodo cogatur dominus inueſtitum in vacuam poſſeſſionem mittere, & ſi differat omnem vtilitatem ei præſtare tenebitur. Et ibi Cardi. ſingu. & per text. in cap. j. §. ſi. & ibi Bal. & Cardi. per quos fiat inueſtitu. vbi glo. ſingu.
5 † ponit modum petendi inueſtituram & fidelitatem, videlicet quod vaſallus honorificè debet adire dominum, & inueſtituram petere, & fidelitatem polliceri, hoc modo, Domine mi, inueſtituram talis rei, puta fundi Corneliani, quem à te poſſideo, vel poſſidere debeo, poſtulo: & fidelitatem tibi cõtra omnem hominem, exceptis anterioribus meis dominis, & Imperatore aut Rege, volo & paratus ſum facere, vt ibi probatur. Et hoc facto poteſt cogi ad vacuam poſſeſſionem tradendam, per text. in c. j. §. ſi facta de feudo inueſtitu. & ibi Bald. & Cardi. Alex. ſi de feudo fuerit controuer. inter domi. & agna. & per text. in d. c. j. §. fina. de noua forma fidelit. & ibi expreſsè Bal. & Cardi. Alexan. † dicentes 6
vaſallum non poſſe agere contra dominum denegantem eum recipere, & ad intereſſe dupliciter, vel vt ſoluat in pecunia, vel per ſibi aliud feudum æquiualens. leg. ſi quis dominum. in princi. ff. loca. & l. Labeo. ff. de arbit. & hoc ſi dominus non poſſideret feudum: ſed ſi poſſideat rem, tenetur illã præciſè tradere, vnà cum intereſſe à tempore moræ, ſecundum Cardi. Alex. in dict. §. ſi. de noua forma fide. de quo vide Bal. in ca. j. §. ſi. per quos fiat inueſti. verſi. quæritur. & Iaſ. in prælud. feud. verſi. item adde iſtis. vbi ponit quando dominus poſſit præciſè cogi ad inueſtiendum vaſallum. † Vnde de ſtylo 7
curiarum Franciæ non cogitur dominus præciſè, ſed in eius refutum & denegationem recipitur per Regem, vel eius officiarios, vt dixi in §. xj. in fin. & in §. xlij. in fin. de conſuetu. feud. lib. conſuetu. Biturig. Et ita fuerat hic per iam dictum areſtum dictũ, quòd in denegationem domini reciperetur vaſallus per Seneſchallum Lemouicen. Quod areſtum fuerat latum die xij. Septembr. 1469. inter Antoniũ de Stranges à Seneſchallo Lemouicen. appellantẽ, & Iacob. de Serris appellatum. Quòd quidem areſtum fuit latum ſecundum formam iuris, vt ex ſupradictis apparet. Et ideo dicit Bald. in dicto cap. j. quid præcedere debeat, an inueſtit. vel fidelj. † 8
quòd triplex eſt ratio, quare debet in feudi cõceſſione ordo prædictus ſeruari. Prima eſt, quia dominus eſt caput feudi. Ideo debet incipere à cap. l. at qui natura. §. Scæuola. ff. de negotiis geſtis. l. argentarius §. edi. ff. de edendo. Tum quia quod præcedit in eſſentia, præcedere debet in facto, & quando cauſæ ſunt conuertibiles nulla præcedit alteram in eſſentia, l. hæredem. ff. manda. ſecus ſi vna eſt ſub alia, vel ſi vna eſt ſecundum eum actiua, alia verò paſſiua: quia actiua ſemper præcedit in iudiciis per rationem naturalem, vt d. cap. j. quid præcedere debeat. & l. ex placito. C. de rerum permu. † Secunda 9
ratio eſt, ſi dominus primo nominetur in contractu, ita debet præcedere quo ad actum verbi vel inueſtituræ abuſiuæ. Et ſicut ille qui vendit non tenetur trãſferre dominium, niſi pretio ſoluto, nec tenetur habere fidem de pretio, ſi non vult, l. ſi ſoluturus. ff. de ſolutio. ita cum fidelitas ſit loco cuiuſdam pretij, non tenetur dominus habere fidem de eo. Si tamen haberet, & traderet, vtile transferret dominium. §. venditæ. Inſtitut. de rer. diuiſ. & idem tenet Bald. & Cardin. in dicto §. fin. per quos fiat inueſti. † Tertia ratio eſt, quia quoties nomen à 10
nomine deſcẽdit, ille qui eſt principalis in contrahendo, debet ea quę ſunt in obligatione primo adimplere ex parte ſua, ponendo ea in ſubſtantia obligationis, vt ibi agitur, &c. † Quare circa hãc quę- 11
ſtio. diſtinguit Card. Alexan. in d. ca. j. §. ſi. per quos fiat inueſt. quia aut loquimur in noua inueſtitura quam dominus promiſit facere vaſallo de feudo ſibi noviter promiſſo: & tunc ſi vaſallus expreſsè recuſat velle de dicto feudo facere fidelitatem, in iſto caſu abſque dubio dominus ſine pœna & aliquo intereſſe poteſt denegare inueſtiturã, per text. in d. §. ſi. Aut dominus iam inueſtiuit vaſallum abuſiuè de dicto feudo: ſed poſt dictam inueſtiturã non vult vaſallus præſtare fidelitatem expreſsè recuſando: & dominus non tenetur ſibi facere inueſtituram propriam, id eſt realem traditionem poſſeſſionis.

ſeſſionis. Sed interdum vaſallus in feudo prædicto nouo,& facta dicta inueſtitura abuſiua non recuſat expreſſe,ſed tacite differendo facere fidelitatem: & tunc ſi poſt interpellationem tibi factam per dominum ad præſtandum fidelitatem ceſſauerit,illo tũc vaſallus priuabitur iure ſuo,nec dominus compelle tur amplius ad faciendum inueſtituram realem,iux
21 ta no.in §.j.quæ ſunt prima cau.beneſi.amit.† Si verò loquimur de inueſtitura feudi antiqui renouanda, vt in caſu præſenti: & tunc ſi vaſallus expreſſe recuſat velle facere fidelitatem, p. terit tibi dominus denegare inueſtituram, per text. in d.l. fin. per quos fiat inueſti. qui poteſt ita intelligi ſecundum Iac.de Bel. Sed interdum non expreſſe recuſat vaſallus velle facere fidelitatem,ſed tacite per lapſum temporis videlicet anni & diei,ſi non eſt miles:vel anni & menſis ſi eſt miles: & tunc priuatur feudo, non tenetur dominus amplius inueſtituram facere, c.j.quo tempore miles.& in dicto §. j. quæ fuit prima cauſa beneſi.amittend. Ergo hic cum eſſet dominus condemnatus ad recipiendum vaſallum ad homagium & fidelitatem. & in eius recuſationem ad illa per Seneſchallum recipiendum,debebat ſe offerre & petere, ſaltem in iudicio in quo fuerat idem dominus condemnatus ipſum recipere in vaſallum: quia hoc caſu non tenetur ire ad locum, vnde monetur feudum:ſecundum Maſuer.in ſua praxi,in tit. de feud. verſic.item vaſallus.& ita habetur in gradi. conſuet.Franc.tit.de feu.§.iiij.incip.cognito per curiam niſi ſit conſuetudo in contrarium, vt dixi lib. conſuetu.Biturig.in d.§.x.& poſtea in eius denegationem recurrere ad ipſum Seneſchallum antequam poſſet aliquid petere,vt dixi in d.§.x.& xj. Et ita concludit Card.Alex.in d.c.j.§.ſi.per quos ſit inueſti.verſi.ex quibus omnibus inferas,dicens ſecundum Iac.de Bel. & Bald. ibi quod in noua inueſtitura debet dominus ſe offerre:in veteri autem ſe debet offerre vaſallus per ſupradicta. Vnde fructus nõ venicbant,imò dominus debebat relaxari cum exp. Et ad hanc opi.duo ex dictis dominis ſe tenuerunt, tamen maior pars tenuit primam partem.Et ſic vadit iudicium huius mundi.

SVMMÆ.

1 *Filia quæ renuntianit,an faciat partem vel vocetur ad partem.& nume.2.3.4.& 10.*

5 *Mortui reputantur, exheredatus iuſtè, bannitus, Franciſcanus,monachus,& hæreticus,& num. 5.& 7.*

6 *Ciſtercienſes monachi an ſint omnino incapaces.*

8 *Filius exheredatus an augeat numerum liberorum pro legitima portione.*

9 *Filia renuntians cenſetur fauorem omnium fratrum id æqualiter facere.*

10 *Filiæ renuntiantis portio accreſcit hæredi.*

11 *Dos an ſuccedat loco legitimæ.& nume.12.*

13 *Filia renuntians,vel ſtatuto excluſa,ſuccedit,ſi frater iuſtè exheredetur.*

Quæſtio CIIII.

Si filia dote contenta renuntiauit,& quittauit cum iuramento bona paterna,& materna,vel etiam fraterna, an huiuſmodi renuntiatio cedat omnibus aliis,vel faciat partem, licet non admittatur ad partem.

DECISIO CIIII.

T circa hanc quæſt ſunt tres opinio. vt dicit Franci. Cur. antiq.conſi.v.inchoante Stolphus pater vt ex infrà dicendis apparebit. Quarum vna fuit Pet. Iacob.compatrioræ in titu.de codic.ex l.omnimodo ex teſtamẽto.ver.ſed quid erit,&c.† vbi tenet quod talis filia 1
quæ ſic renuntiauit, computatur & numeratur inter liberos,& facit partem,licet non admittatur ad partem:ſed eius portio remanet & accreſcit hæredi,cui pater prouidiſſe videtur,text.in l. ſi pactum. ff.de proba. cum not. in l. qui repudiantis. ff. de inoffi.teſta.&in l.planè.§.ſi duobus.ff.de leg.j.& ibi. tenent Bal.Ange.& Lancelo.Decius, & Guliel. de Cugn.in authen.nouiſſima.C.de inoffi. teſta. & Alex.in conſi.cxlix.li.vij.& infrà in quæſtio.clxxxiiij. incip.Franciſca paſtoralis. † Licet Ioan. Guillonis 2
famoſus Doctor, etiam compatriota, teneat contrarium in quodam ſuo conſi.quem refert,& ipſum ſequitur Guido Pap. in quæſt. ccxcv. † Sed ſecun- 3
dum opin.Per.Iac.prout refert Guido Pap. quæ eſt magis communis (remittendo ſe ad tractatum ſuũ detractionum fiendarum per hæredem grauatum, qui non eſt inter ſuos tract.impreſſos) fuit iudicatũ in Parlamento Grationopoli. & idem dicit Guido Pap. in quæſt.ccccxcix.inchoan.Item etiam in dicto proceſſu fuit concluſum. Et eſt bona ratio, ex quo non poſſunt ſuccedere, hæreditas pertinet ad ſuperſtitem hæredem iure accreſcendi,l.j. C.quando non per.part.& per glo.in l.j.§.videndum.ff.de ſucceſ.edict & idem tenet Bal.conſi.clvj.inci. ſtatuto cauetur.volum.ij.& Ang.in l.Papinianus.§.vnde ſi quis.verſic.vltri.not.illum articulum.de inoffi.teſta.in d.§.ſi duobus.vbi dicit,quod hæc quæſtio eſt valde quotidiana : quia multoties filiæ traduntur nuptiis,& renuntiant eorum legitimæ,& hæreditatis paternæ.& Io.Cãpezij in tract.ſuo de dote,in prima parte.quæſt.xxxv.& Bal.in d.§.ſi duobus.& Rapha.Cuma.conſil.cxiiij.& Bal. in l.ſi actionem. per illum text.& ibi per Mod.C.de pact. dicens, quod ſi ſint ſorores, & illa quæ nubit facit pactum de nõ petendo hæreditatem paternam, non intelligitur per hoc renuntiare vt accreſcat ſorori : ſed ſolum prodeſt ei cui fit factum. & Pau. de Caſtr. in conſi. cclxj.incip. viſo puncto ſupraſcripto, & narratis in eo.vol.antiq.& Bald.conſi.ccxliij incipien.præmiſſis duobus ſtatutis.vol.iij.Licet in l.huiuſmodi. §. ſi Titio.ff.de leg.j. teneat contrarium : tamen præcedens eſt verior,ſecundum Paul.de Caſt.& Imo.ibi. † Vnde inquit Paul.de Caſtr. ſi eſſent quatuor filij, 4
& vna filia dotata, cum non excludatur in totum, auget numerum liberorum,& legitima filiorum erat dimidia omnium bonorum. Minuit ergo & auget numerum liberorum:quia ſi pater inſtituat extraneum,& iſtos quatuor in re particulari,quod legitima ipſorum erit ſemis in dimidia bonorum, cum ſint quinque computata filia & eius parte,quæ connumeratur, licet non faciat partem. & idem Bald.conſi.xxix.incho.caſus ſuper quo vol. j. Secus videtur ſi talis renuntians excluderetur à ſtatuto, ſecundum Pau.in d.§. ſi duobus. quem Soci. ſequitur conſi.cl.verſi.poſtremo hæc concluſio, vol.j.& Guid.Pap.in conſi.xcvj. verſi. ad quintum dubium ante fin. verſicul. tamen quia dicta Sempronia. quamuis Paul.velit in dict.§. ſi duobus.quod ſi renuntiatio filiæ fuiſſet facta patri, quod tunc habetur pro mortua,alias non,ſcilicet quando renuntia

tio facta eſt omnibus fratribus: Tamen præcedens eſt verior, ſecundum Franc. de Are. ibi, verſi. ſecundo principaliter. † Sed ſecus eſt in exhæredato inſtè, qui habetur pro mortuo, inſti. de ſucceſſ. lib. §. ſed noſtra. & in l. j. §. ſi pater emancipatus. ff. de cõiũgen. cum emancipa. libe. vel etiam in deportato. vt l. j. §. fina. de bono. poſſeſſ. contratab. Et idem in bannito in ſucceſſibili facto ex forma ſtatuti vel cõſuetudinis, vel etiã in fratre ordinis Minorũ, qui etiã habetur pro mortuo, ar. l. ſi neceſſe. §. ſi deportatus. ff. de bo. & in cle. exiui de Paradiſo. de ver. ſig. & Bar. in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. ij. & Ange. in l. fin. C. quando & quib. quarta pars lib. x. tamen eſt lectu. Bart. ibi, vt patet inuenti, quia Angelus ibi, in addi. ad Bart. in eo quod Bar. tenet q̃ ille qui diſceſſit cum filio fratre minore, videtur decedere ſine filiis, & ſic conditio fideicommiſſi ſub illa conditione relicti videtur extare, remittẽdo ſe ad ſuum tracta. minoricarum. Et idem dicitur in lect. Ang. tamen Ange. in additio. vlti. ad Bart. tenet contra Bart. vt ibi, & in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſt. Sed opi. Bart. ſequitur Iaſ. in dict. authen. nouiſſima. verſic. extra gloſſ. quærit Bart. & conſil. lxv. nume. ij. inchoan. Spectabilis & egregius vir.

6 vol. j. † Secus in Ciſtercien. monacho, vt ait, qui nõ eſt omnino incapax, & maximè ſi pater ei aliquid reliquerit: tamen de conſuetu. Franciæ omnes monachi & religioſi ſunt incapaces, vt dixi in §. fin. teſta. lib. conſuetu. Burri. & in conſi. x. quæſtion. talis

7 quidam volens ingredi. † Et in hæretico, quia legitima aliorum filiorum, qui poſſunt ſuccedere nõ minuitur per tales filios iniucceſſibiles, imò habẽtur perinde ac ſi omnes mortui fuiſſent, ſecundum Pet. Iacob. in d. titul. de condict. ex leg. l. omnimodo. & Guliel. de Cugn. Bald. & Salic. in d. authenti. nouiſſima. Bal. Angel. Ioann. de Imo. Alexand. & Franci. de Areti. poſt Din. in dict. planè. §. ſi duob. & Bald. in l. pater filium. in repe. verſicu. alterius quæro, quid ſi filius. ff. de inoff. teſta. quia tales non admittuntur ad partem, nec faciunt partem, cum habeantur pro mortuis, vt dictũ eſt. Pro quo Din. alleg. text. in authen. de natura lib. curiæ depu. quã pauci habent, & eſt poſt tit. de conſuetud. & illam habeo. ſed bene gloſſ ibi, & iſta eſt communis opin. ſecundum Franciſc. de Are. qui latè confirmat: & Iaſ. in dict. §. ſi duobus. & tenuit Iaſ. de Bel. in authen. de trien. & ſemiſ. in princ. in iiij. quæſtion. Licet ibi Bart. in dict. §. ſi duobus. & in d. l. pater filiũ. in repe. teneat contrarium. & ipſum ſequitur Paul. de Caſt. in d. §. ſi duobus. & Ang. Are. in §. j. de ſucceſſ. lib. & And. Barb in conſi. x. verſi. capio. aliud

8 dubium. vol. iiij. † Vnde ſi pater habebat duos aut tres filios, quorum vnum iuſtè exhæredauit, & alios in re certa particulares inſtituit hæredes, & extraneum vniuerſalem reliquit hęredem, quòd iſti duo filij habebunt totum trientem, hoc eſt quartam partẽ totius, iuxta regulam, quatuor aut infra: nec computatur exhæredatus: nec impedit quò minus fratres habeant totum trientem: quia non admittitur ad partem, nec facit partem, vt dictum eſt. Et idem Albe. in dict. §. ſi duobus. & Iac. de Bel. in authen. de trien. & ſemiſ. in princ. in iiij. quæſtion. & idẽ Bal. in l. j. in vj. q. C. quãdo nõ pet. part. Sed Roma. ibi diſtinguit, vt ibi per eũ. & Ale. in d. §. ſi duobus. & Ange. conſi. cv. incip. ſtatuto cauetur. in fin. verſi. Et ideo dicit Guliel. & idem ſi teſtator vnum filium exhæredauit, & alium inſtituit hæredem vniuerſalem eum grauans de reſtituendo hæreditatem extraneo, filius vult detrahere legitimã ſuam, in qua non potuit grauari fideicommiſſo, iuxta l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſta. quòd habebit integrum trientẽ ex tota hæreditate, & tenet Fran. Curt. in d. conſ. v. Et ſicut exhęredatus vel deportatus vel alij inſucceſſibiles non minuunt legitimam aliorum fratrum, ita nec augent legitimam, quia non augent numerum, ſecundum Guliel. de Cugn. & Doct. ſuprà alleg. in d. authent. nouiſſima. & Bald. & Doct. in dict. l. pater filium verſic. vlterius quæro hoc præſuppoſito. & Ange. in d. §. vnde ſi quis. & Franc. de Are. Alex. & Ial. in d. §. ſi duobus. vbi dicunt iſtam eſſe communem contra Bart. Pau. de Caſtr. & Ioann. de Imol. quia ſi erant quinque filij, & pater exhæredauit vnum, quòd quatuor habebunt ſolum trientem & non ſemiſſem, prout volebat Bart. quia exhæredatus, vel ſuprà nominati inſucceſſibiles habentur pro mortuis, & non faciũt partem, cum non admittantur ad partem. Et idem tenet Fab. de Giochiis in d. auth. nouiſſima. in xx. q. Albe. in d. §. ſi duobus. & Roma. in d. l. j. poſt Bal. in vj. queſtio. † Vnde concludo, primò, quòd filia quę 9
renuntiauit, ſiue in manibus patris, ſiue poſt mortem in manibus ſimpliciter fratrum, tunc præſumitur renuntiaſſe contemplatione aliorum fratrum propter præſumptam æqualitatem affectionis, vt conſuluit Din. in conſil. v. j. inci. ex teſtamento domini Albert. in princip. quem refert Bald. in l. pactum. C. de colla. bono. & Franc. de Aret. in dicto §. ſi duobus. verſic. hoc tamen eſt limitandum. Secus ſi in fauorẽ alicuius fratris, cui acquiritur portio filiæ renuntiantis, ſecundum Bal. in d. l. ſi actionem. C. de pact. & in l. ſi defunctus. C. de ſuis & legi. & Paul. de Caſtr. & de Are. in d. §. ſi duobus. & And. Barbat. in conſi. ij. verſi. & ſi quiſpiam. volum. j. † Tamen facit partem in computationem legiti- 10
mæ, & alios excludit, ac ſi totaliter ſuccederet, licet non admittatur ad illam partem, & eius portio non accreſcit aliis fratribus, ſed remanet hæredi, vt dictum eſt: & iſta fuit opinio Bal. in d. l. j. in vj. q. quãdo non peten. Vnde ſi eſſent tres filij, & vna filia quæ dote mediante renuntiauerit, filij non admittentur ad totum trientem, ſed portio filiæ remanet hęredi, & ſic minuit partẽ legitimę: vel ſi eſſent quatuor filij, & vna filia auget quantitatẽ legitimę aliorum, ex quo admittitur ad partem, facit partem fratribus, quia legitima eorum erat ſemis computata filia, & eius parte, vt dictum eſt. Et ſecundum eam communem iudicatum fuit in noſtra ſuprema Burdegalæ curia, in cauſa communitatis de Vendatario, & etiam in cauſa cuiuſdam militis Luzinam filiſamil. qui interfecerat quendã alium de quo feci mentionem ſuprà in vj. quæſtio. Et iſtam partem tenet Fab. de Grochiis in repetitio. authenti. nouiſſima. xx. quæſt. verſi. tertio quæritur de renuntiante cum duobus ſequen. Et ita eſt dicendum quando ex forma ſtatuti vel cõſuetudine filia dotata, quæ debet dotari, vt excludatur à ſtatuto vel conſuetud. non penitus eſt excluſa à ſua legitima, quam videtur habere in dote ſibi conſtituta, vel conſtituenda. & ipſum ſequitur Fran. de Are. in d. l. j. in fin. quando non peten. ſingu. Franc. Cur. in dict. conſi. v. & iſtam partem eſſe communem, & veriorem, vt ibi, & Iaſ. in auth. nouiſſima. verſic. & ad illud quod tangit hic Raph. ſequendo Bal. & Paulum de Caſtr. in conſil. cc. incip. ſuper primo quæſito. ver. nunc eſt videndum de ſecundo quæſito. volum. nouorum. & in conſi. lxxvj. ſed adhuc maiorem. li. iij. licet Ang. quem ſequitur Imol. in d. §. ſi duobus. teneat contrarium, & quòd talis

filia

filia habetur pro mortua, sed eius portio non accreſcit fratribus,quæ videtur in idem reincidere.& ibi Franc.de Aret.dicit hanc communem.Tamen opi.Bal.eſt multum æqua ſecundum eum. & difficultas huius quæſt.ſecundum eum depẽdet ex hoc.
11 † An dos quæ datur filiæ ſuccedat loco legitimæ: in qua variatum eſt per Doct. Nam ſi ſurrogetur loco legitimæ,tunc detrahatur tanquam quoddam æs alienum per ſe,vt voluit Cin.in l.ſancimus.C.de nup & Barto.in l.Titio centum.§. Titio genero.ff. de condi.& demon.Et tunc eſt vera opin.Angel.& Joann.de Imol.licet Ang. voluit in conſ.ccc.incip.
12 punctus talis eſt,ſtatuto ciuitatis Cortonæ.†Si verò loco legitimæ habeatur,vt voluit Ioan. And. in addi.Spe.in rub.de ſta.mona. & Bal. in l. quoniam in prioribus. C.de inoffic. teſta.& Sali.in d.l.ſancimus.quoniam computatur ſibi in legitima. l. quoniam nouella.C. de colla. quæ videtur communis, vt alibi dixi,tunc eſt vera opin. Bal. & hanc tenuit ſing.Anto.de But.conſi.xxxix.incip.in quæſt.& iſta varia ſunt ſcripta. referens alias duas opinio. & tenet Balb. & Doct.in dict.§. Titio. & And.Barb. in dicto conſi.x.& in conſil.59.verſic.viij.& Soci. cõſi.ccxlviij.incip.circa primam quæſtionem, verſic. præterea hanc partem tenent illi.volum.ij.& conſi. cl.verſic.poſſet hæc concluſio.vol.j.Secundo quod exhæredati iuſtè,& alij inſucceſſibiles non faciunt partem,nec admittuntur ad partem, cum habeantur pro mortuis, vt ſuprà dictum eſt,& tenet Phil.
13 Franc.in cap.ſi pater in vij.q.de teſta.lib.vj. † Et limita hanc concluſionem, quod ſi filia dotata, qua ex forma ſtatuti ſit ſola cũ ipſtè exhæredato,quod tunc ſuccedat ſecundum Bart.in d. l.j.§.ſi pater. & in l.j.§.qui habebat.de bonor.poſſeſſ.contratabul. & tenet Decius conſilio ccxcvij. verſi. non obſtat ergo.volum.ij.& conſil.cccxviij.num. vij.eod. vol. & Benedict.Capr.conſil.lxiij. & idem in alio fratre decedente ſine liberis:quia renuntiatio, aut ſtatutum porrigitur ad hæreditatem fratris, vt voluit Ange.in conſi.lij.incip. dominus. & Soci. in dicto conſil.ccxlviij.in fi.& Iac.de ſanct.Geor. in l.auus. ff.de pact.& Iaſ.& Francisc.de Aret. poſt Rom. in fil.j.§.veteres.ff.de acq.poſſ.& Franciſ.de Aret.in l. ſi pater. §. ffilio impuberi in ij. nota.ff. de vulg. & pup.& Georg.Nat.in repet. cap.quamuis pactum. verſic.16.quæro de pact.li.vj.

SVMMÆ.

1 *Scriptura priuata non facit fidem niſi contra ſcribentem.& num.2.*
3 *Liber rationum pro fiſco faciat fidem.*
4 *Liber rationum, an viuentis vel mortui qualem faciat probationem & nu.5.*
6 *Defunctis ſcripto quare plus creditur quã viuẽtis.*
7 *Charta partita,apud Anglos.& Anglos.& num.8.*
8 *Sigillum vel ſignum in mercaturis quid probet,& an tranſferat dominium.& nu.10.*
11 *Libri reperti in archiuis eccleſiæ,vel domo defuncti receptoris,faciunt fidem.& nu.12.*
13 *Terrariorum libri qualem fidem faciant.*
14 *Poſſeſſio probatur per ſolutionem mercedis.*
15 *Locatio quando probet poſſeſſionem.*

Quæſtio CV.

An poſſeſſio & gaudentia fructuum ac reddituum probetur per librum rationum,ſeu terrariorum, ſiue computorũ factum per receptores à domino tẽporali, vel epiſcopo aut capitulo ad hoc commiſſos & deputatos, apud quos, vel archiuum capituli poſtea reperti fuerunt tales computorum libri.

DECISIO CV.

ET † videtur quòd libri rationum non probent, per text.in l.rationes.in prin.C. de proba. & iſta regula, quòd ſcriptura priuata nõ facit fidem pro domino, l. inſtrumenta. & l exemplo. quam Pau. de Caſt.legit cum l.rationes.C.de fid.inſtru.l. ſi ex cautione C.de non nume.pecu.& ca.ſi cautio.de fide inſtru' & inſtit.de litera oblig.& ibi Ioan.Fab. & Ang.Aret.& l.Publia.in fi.depoſi. † Sed bene contra dominum vel ſcribentem, ſi conſtat eius manu propria fuiſſe ſcriptam,vel per confeſſionem eius, vel teſtium depoſitionem. † Nec etiam profecto facit fidem ad vtilitatem fiſci,vt dictis iurib. & bo.text. in l.inter chartulas C.de conuen.fiſci debito.lib.x. & Spe.in tit.de inſtru.edit.§.nunc dicendum.verſi. regulariter ergo priuatæ ſcripturæ. & ibi Ioann. And.Matth.de Affict.Deciſ.Neapol.lxxxiij.num. xj.in contrarium videtur text.in l.cenſus.ff.de proba.& in c.ad audientiã.de præſcrip.& ibi per Doct. in l.cenſualis quidem donatio.C. de donat. † Vnde pro ſolutione.q.ſecundum Doct. in locis ſuprà alle.eſt ſuccinctè dicendum, quòd aut loquimur in libris rationum priuatorum viuentium, & tunc non faciunt fidem pro ſe: ſed contra bene,l.generaliter.C.de non nu.pecu.& iurib. ſuprà pro prima parte allega. niſi eſſet conſuetudo in contrarium. Nam talis conſuetudo facit eam cenſeri,& eſſe publicam, c.cum dilectus & ibi per vtrunque Conſiculum.inſuper Feli.de fide inſtru. & Franciſc.de Aret. in ca. cum cauſam. in j. de probatio.cum eſſent alia adminicula,quæ ſunt ſex.ſecundum Guid. Pap.in deciſio.Parla. Delphina. quæſtion. cccexlj. quia tunc probarent,dict.l.inſtrumenta.† Aut ſunt rationes mortuorum, & tunc ſi conſtet defunctum fuiſſe bonæ vitæ & famæ,faciunt ſemiplenam probationem:& ſufficeret vnus teſtis cum illa ſcriptura libri:vel poſſet deferri hæredi iuramentum, in ſupplementum probationis verioris, ſi ſciebat veritatem,vt voluit Bart.in l.admonendi. ff. de iureiur.vbi dicit ita debere intelligi dict. l.rationes ibi ſolam.Licet imperator in dict. l. chartulas. ibi,neque teſtibus,neque cautionib. &c. videatur velle, quod vnus teſtis non ſufficiat etiam in rationibus confiſcati, & ſic mortui, tamen bona alicuius viuentis poſſunt confiſcari.vnde ſecundum gloſſ.ibi ſemiplenè probat.& ſic poteſt deferri iuramentum ſecundum Bald.in l.j.C.de eden. & Ioann. de Plat. in dict.l.inter chartulas.poſt princip. & idem tenet Paul. de Caſtr.in dict.l.rationes. † Et ratio quare magis pro ſcripturis defuncti præſumitur, quàm pro ſcripturis viuentis,eſt ſecundũ eũ,quia non eſt veriſimile,quod quis voluerit mori cũ peccato.Iſta ratio videtur contra text.in l. ſi quis in graui. §.j.ff. ad Silla.volentem morienti dicenti vim mortis illatam non debere credi, niſi poſſit eam probare: quia talis confeſſio ad obligandum non probat,ſed bene ad liberandum.Prædictam opi. etiam tenet Pau.de Caſt.in conſ.cccv.incip.ad bene examinandum dubia.verſic.ſuper tertio quæſito. volum. antiq.& Bart.in l.nuda.ff.de donatio. & Bartho.Soci.

1 3 4 5 6

consi.lxxxv.inci.in controuersia.versi.multum etiã operatur.lib ij.quod intelligit Soci.in consi.ix.ver. nec obstat si dicatur lib.ij. si defunctus erat bonus & legalis homo,quòd talis liber faciat præsumptionem, & cum aliis adminiculis plenam probationem.per text.in dicta l.rationes. & tenent Anton. & Abb. Sicul.in cap.ij. de fide instrumen. & idem tenent Spec.in dicto §.nunc dicendum.in d. versi. regulariter.& ante illum ver.dicit Spec. quod scriptura priuata facit fidem de pensionibus acceptis. Quod dictum fuit Tancreti de Corneto in summa,eo.tit.de instru.edit.§.j. in fi. † Vbi etiam dicit, quod in depositio solet fieri instrumentum: in quo quædam literæ per medium inciduntur, vna pars datur depositario,& alia deponenti: & ipsum sequitur Spec.vbi suprà vbi dicit ita seruari in diœcesi & prouincia Narbonen. & secundum ipsum seruatur in aliis contractibus: cui scripturæ standũ est, vt l.Publia. ff.depo.& l.si chirographum. ff. de probatio.& ita vidi seruari in prouincia Aquitanię. † Et vocatur apud Aquitanos, & Anglos charta partita:& potest secundum Io.And.in additio.Specul.vbi suprà talis diuisio scripturę procedere,quod dimidium scripturæ per longum habeat quælibet pars:vel forsitan non diuiditur charta,sed certæ literæ fiunt in magna figura quæ diuiduntur,& dantur in signum:& est bonus modus,quo aliquãdo dicat vsum fuisse qui non potest falsari. Et modus quem ego vidi in Aquitania seruari est idem,quando fit per literas A, B, C, D, quæ ponuntur in fin. & etiam alio modo, quòd parte superiori, vel in parte sinistra ipsius chartæ scinditur non rectè,sed ad modum ochæ, quemadmodum fit in panno, qui datur tonsori ad tondendum, ex quo capitur aliqua parua portio, quæ in vulgari vocatur *l'eschantillon*: quod remanet domino ad ipsum recognoscendum,arg. leg. ad recognoscendos singulos. C. de ingen. manumis. † Quare Bald. dicit in authen.dos data.C.de dona. ante nupt. quod ex signis,& signaculis res cognoscuntur: ideo ballæ mercatorum præsumuntur esse eorum quorum sunt signacula.Et alleg.Bart.in leg.eum qui.§. fina. ff.de fur.& idem And.Barba.in repeti. rub. de fide instru.versic.vnum tene menti.vbi vide.& Ioan.de Ana.in c.fi.ver.adde etiam Bald. Et idem in arboribus vẽditis,quæ signantur, l. quod si neque. ff. de peric.rei venditæ.† Secus est in vegeto vineæ empta, in qua per solam signaturam non transfertur dominium.tex.est qui reddit rationẽ fallentiæ in l. j.§.si dolium.eo.tit.de vtroque ponit Bald. in rub. C.de pericu.& cõmo.rei vẽditę.& Ias.in l.quoties. in vj.limitatio.C.de rei vendica.† Ideo libri,qui reperiuntur in archiuis ecclesiæ faciunt de consuetudine fidem,per tex.in d.c.ad audientiam, & in authentiq.ad hæc C.de fide instru.& Bal. & Doct. in d.l.exẽplo.& in rubri.de fide instru.& Alex. consil. clxxix.li.vj.Nec de consuetudine & stylo Frãciæ requiritur,prout volũt Spec.& Io.And.in addi.in d.§. nũc videdũ quòd archiuis præsit aliquis officiarius, vel notarius publ.quando extractum fuit authoritate iudicis,vel literarũ regiarũ,parte vocata. de quo per Franc.de Aret.in d.c.cũ causam.in j.& Feli.in d. c.ad audientiã.in j.conclusione. † Et idẽ si reperiãtur in domo olim receptoris ab ipso capitulo,& ecclesia commissi hominis legalis, & bonæ famæ,vt vult tex in d.c.ad audientiam.licet loquatur in Cardinali,tamen idẽ est in Episcopo,secundũ Abb. Sicu.ibi,vel in alia persona honesta,secundum Fel.in iij.conclusione,licet dubitatiue. † Vnde libri terrarũ, & cõputorum prælatorũ vel capitulorum, & aliorum dominorum continentes censuales, debitores,& emphyteutas ipsorum, & solutiones illorum,probant contra illos debitores & censuales, & non contra alios,nisi esset cõsuc.in contrariũ,vt dictũ est,q; facerẽt fidẽ cõtra omnes,secũdũ Anch. cõsi.xxxix.incip.primo de iuribus.idem Sali.in d. l. exẽplo.quãdo lõgo tẽpore viguerit inter dominos, & subditos,& Socin.in d.consi.xxxv.ver.sed ad præmissa respondetur. ser. Sentit Rom.consi.cxxvij.in ci.posito quòd dominiũ.volẽs tales libros probare quãdo tãto tẽpore in eo fuissẽt descriptæ annuæ solutiones,quod indicta esset præsumptiua probatio iuris ecclesiastici contra soluentem, & contra tertiũ faciũt præsumptionem,per quam potest deferri iuramentũ secundũ eum.& idẽ Florianus in d.l. cẽsus.post Nicol.de Neapol.quos sequitur Iacob. de sanct. Georg.ibi,& sing.Bal.in l.fi.in fin.C. sine cẽsu vel reliq. vbi dicit quòd si per libros censuales apparet ita consuetũ esse per x.annos, non est aliud inquirendum.& idem Felin.in d.c. ad audientiam. in x.conclusio.cum aliis ibi per eũ allegatis.& quæ ponit Bal.in l.data opera. in fi. C. qui accusare non possunt.& in c.si diligenti.de præscript.&Bar.& Alber.& Ioan.de Imol.in d.l.nuda ratio.ff.de dona.& per ipsos,& omnes Moder.in l. admonendi. ff. de iureiur.& no.in c.sanè.xxiiij. q. ij. & tenet Masuer. in tit.de literis,notis.& nota ver.item etiam approbationem.& versi.itẽ apocha.& in tit.de loca.versi. item terrariis. & consuetudo in hoc multum facit secundũ omnes Doct.in c. cum dilectus. per illum text.de fide instrum.& Feli.in c.post cessionẽ.versi. fallit primò.de proba.Licet Feli.in c.cum causam. ver.extra istos casus teneat cõtrariũ,sequẽdo Host. contra glo. ibi,præterea vltra libros rationũ habẽt titulum vnionis author.Episcopi factæ, & per Roma.pontificẽ confirmatæ.Vnde cẽsetur habere meliora & potiora iura,l.fi.C.de edict.diui.Adria.tol. Et etiam profectò plura instrumenta locationum & solutionũ diuersorũ rectorũ,seu vicariorũecclesiæ parochialis,cuius canonici ecclesiæ maioris Petagoricen. sunt patroni, & veri rectores per varias cõfessiones per ipsos vicarios factas.In quo casu cẽsetur probata possessio ipsorum duorum canonicorum contra quoscunque detentores & possessores reos seu vicarios nullo modo probantes de sua possessione,l.qui vniuersas.§.j.& l.quamuis.§. si cõductor.& ibi Alex.in vlti.notab.ff.de acquir.pos.& l. Pomponius.& ibi Bal.ff.quemad.serui.amit.& Bal. in c.cum venissent.de restitu.spol.dicens,† possessionem probari contra tertium per solutionẽ mercedis.& idem tenet ibi Abb.Sicul.versi.no.glo.vbi vult quòd si pendẽte titulo habili ad trãslationẽ dominii soluitur pensio de authoritate concedentis, videtur translata possessio. Aliàs autem per solutionem pensionis ignorante possessore non transfertur possessio,d.c.inter dilectos.de fide instru.volẽs illud dictum,quòd † locatio. non probet possessionem debere intelligi, quod non probat alio possidente.Item non probat in præiudicium tertii ignorant s,sed in præiudicium soluentis, & authoritatem, & consensum solutioni præstantis, vt ibi per eum,& tenet Bal.in l.fi.in fi.C.de sacrosan. eccl. & Abb. Sicu.in d. c. inter dilectos.& Alex.consil.xij. lib.j.& Ange.in l.quędam mulier.ff. de rei ven. & Pau.de Cast.consi.cccxlij.& celiij.& xxxij.in fi.vol. antiq.& sing.Francis.Curtius,consi.lxxiiij. versi.ad uertat dignitas vestra cum duobus ver. seq. & Bal. consi. cccxliij. incip. sententia quam tulimus. vol.

iiij.&

iiij.& Bart.Soci.in d.conſi.xxxv. ver. confirmantur præmiſſa. lib.ij. quinimo quando rector conſtituit ſe poſſidere nomine canonicorum abdicauit à ſe poſſeſſionem, quæ ſolo animo perditur, & amittitur,l.licet.C.de acquir.poſſeſſ.tunc ſecundum Inno. quem ſequitur Abb.in d.c.cùm veniſſent. canonici habuerunt veram poſſeſſionē. & hoc probat Inno. per illum text.qui tamen ſecundum Abb. hoc non probat,licet intellectus Innoc. ſit in ſe verus,vt ibi. Ita cōtigit hic, vt conſtat per cōfeſſiones & inſtrumenta ipſorum duorum canonicorum,vt dictū eſt.

SVMMÆ.

1 *Late inter dominos pendente colonus vel emphyteuta neutri ſoluet,ſed conſignabit.& nu.2.*

Queſtio CVI.

Inter duos fratres contenditur de diuiſione & partagio facto,& ambo dicunt ſe eſſe in poſſeſſione percipiendi & leuandi reditus & cenſus certorum emphyteutarum:& quilibet facit pendente proceſſu conuenire ſuos tenētiarios, qui in iudicio offerunt conſignare, prout ordinatum extitit per Seneſchallum Xanthonem, aut eius locum tenen. a cuius ſententia vnus ipſorum appellauit, & releuauit cōtra ipſos tenentiarios,& emphyteutas: Quæritur an fuerit bene iudicatum,vel male.

DECISIO CVI.

1 Dico breuiter quod bene fuit iudicatū: quia † ſi agatur inter duos dominos de aliquo feudo, de quo quis fuerat inueſtitus, pendente proceſſu vaſallus debet gaudere,& ſufficit offerre iuramentum, & alia iura & deuoria.ſi aliqua debeat,vt tenet Bar.in l.litibus.in fi.& ibi Io.de Plat.verſi.vbi autē eſſet contentio inter duos.& etiā Lucas de Pen.& Iaco.Rebuf.in fi.verſic.vltimo ſecundum lect. C.de agri.& cenſi.lib.xj.& hoc per gl.ibi in ver. reſtituantur. vt dixi in §.xiiij.in gloſ.vlt.de conſuet. feudorum.lib. conſue.Bituri.& illa glo.vult quòd ſi eſt contentio inter duos de aliquo fundo, quòd colonus poteſt dicere neutri ſe reſtituturum fructus,ſatiſdando tamen de reſtituendo ei qui pro ſe ſentētiam reportabit: quod eſt limitatio ad l.vltimam. C. de petitione hæreditatis. & tenet ſingulariter Baldus in l. Lucius & Titia.in fine. per illum textum. ff. famil. erciſc. vbi dicit, quòd laboratori, re inter duos in controuerſia exiſtente,ſuſcipiendo partem ſuam & offerendo aliam partem cuicunque voluerit, non poteſt aliquid obiici. & idem dicit ibi Flor.de ſancto Pet.ante fin. verſicu.item eſt vtilis iſta litera ad quęſtionem laboratoris.& ſingulariter Card.Alex. in c.j. verſ.quæro quid ſi duo contendunt de hæreditate domini.quo temp.mil.inueſt.petere debeat. vbi primò dicit, quod vaſallus poteſt petere inueſtituram ab vtroque cum proteſtatione, vel quòd differat quouſque aliquis obtineat, argu. c. ſi verò. de iure patrona.& l.ſi perluſorio.in fin.ff.de appellatio. & iſtud eſt verius quòd differat cum proteſtatione,quòd per eum non ſtat.Et pro hoc allegat quod no.Bal.in proœm. Decretali. & in c.ex tenore. de reſtitutio. ſpolia. de inueſtito à duobus tempore ſchiſmatis, quorum vterque prætendit ſe Papam, quod excuſatur propter dubium. vt valeat vtraque inueſtitura,& ſuſtineatur illa quæ reperiatur facta à vero Papa. Et facit quod dicit Oldr.conſ.xij. incip.ad quæſtionem qua quæritur.vbi loquitur de duobus collectis in diſcordia Imperatoribus. Et ita fuit dictum per arreſtum latum die xij.Martij,Anno 1519. in fauorem Iammeti Nicolas, Vincenti Aulbini Honorati & Emerici Chanuyus, Colaſij Dugon,& Iacobi Clamenceau appellatorum, contra Ioannem de Bellomente ſcutiferum de Chaſtenet à Seneſchallo Xanthonienſi, ſeu eius locumtenente appellantem, qui fuit condemnatus etiam in expenſis,& emenda centum ſolidorum Turonen.pro friuola appellatione. Sed quando eſt quæſtio inter tales fratres poſſidentes pro diuiſo,vide in quæſtio. lviij.incip. An vnus vel duo.

SVMMÆ.

1 *Emphyteuta præfertur aliis emptoribus, ſi dominus vendat.*

2 *Colonus debet potius fructus vendere domino quàm alijs.*

3 *Locare quando quis vni potius debeat quàm alij eodem pretio.*

4 *Conſuetudo poteſt,id quod poteſt pactum.*

Quæſtio CVII.

An valeat conſuetudo ciuitatis Burdegalæ,quòd inquilinus,ſiue conductor,vel colonus finita locatione,ſeu conductione præferatur ſecundo, ſi tantum dare velit quantum ſecundus.

DECISIO CVII.

VIdetur, quòd non, vt in ſimili voluit Specu. in tit.de emphyt. §.nunc alia. ver. xciij. vbi dicit quòd † emphyteuta præfertur cæteris emptoribus,cùm dominus vendit proprietatem: ſed dominus cui voluerit, poterit vendere ius ſuum, niſi eſſet conſuetudo in contrarium. Et idem tenet Ange. in l.congruit.C. de loc.prædio ciuil.lib.xj.& iſtud ibi tenet Iac.Rebuf.Secus eſt in ſcholaribus, quia ſunt magis priuilegiati,per tex.in l.ne cui C.loca.& per gl.in l.fina. in verbo,maneat.eo.tit.de loca.præd.ciuil.Et idem ibi tenet Iac.Reb.& per glo.in d.l.ne cui.& per no. per Inno.& Hoſtien.c.ex reſcripto.de loca.& conduc.& idem tenuit Goffred.in d.c.ex reſcripto. per tex.in dict.l.congruit. Contrarium voluit Bar.in l. cotem. §.j.per illum text.ff.de publica.& per tex. in l.j.& fi.C.de loca.præd.ciuil.lib.xj. & eſt caſus ſing. in d.l.cotem.§.j. quòd ſi habens rem vectigalē reipub.ſoluat,non debet ſibi auferri, ſi eſt paratus dare reipublicæ tantum, quantum ab alio poteſt reperiri.& ibi idem tenet Ioan.de Imo.qui allegat d. l.fin. C.de loca.præd. ciuil. bene facit dict.congruit. quæ eſt pen. vbi eſt caſus ad literam, & ibi Luc. de Pen.in verb.& ſic nota pro conductoribus & colonis. Tamen ſi dominus neutri locare vult, nō compelletur,ſed poteſt eam pro libito retinere.& Ang. in l.j.de metal.& metal.ſequitur Bart.vbi etiam dicit, quòd colonus † debet potius domino vendere fructus quàm alij, iuſto tamen pretio. & idem dixerat ibi Bart. quem ibi Ioan. de Plat. Luc. de Penna, & Iac. Rebuf. ſequuntur. & Roma. in l.j. ff.ſolut. matrimo. & Pau. de Caſtr. in conſil. iiij. ver. præterea ſi dictus Theobaldus. Accedat text. in l. licitatio. §. reliquatores. & ibi per Doctores. ff. de publica. Quid dicendum? † Dico,quòd regula iuris eſt, quòd dominus poteſt cui vult locare, nec primus conductor poteſt impedire, ſecundum textum qui eſt clarus in dicta l.ne cui. & ibi gloſſ. Bartolus, Baldus, Salicet. & Albericus. & poſtea ita per ſtatut. Aquitaniæ in conſuetudinibus arreſtandis fuit conſuetudo redacta: vt habetur §. vltimo. de loca. libr. conſuetudin.

Fallit tamen in prędiis fiſcalibus,vt d.l.congruit.& l.fi.Item fallit in magiſtris,& ſcholaribus,d.c.ex reſcripto & iurib.ſuprà alleg.Item fallit ſi per pactum in ſcriptis tamen factum,ita eſſet conuentum,quòd non liceret domino alij locare, quandiu ipſe conductam habere vellet, & tantum dare quantum alius.d.l.ne cui.verſi.niſi ſortè pacta.& ibi gl.in verbo pacta.& ibi tenet Bal.& Salice.poſt gl.& Bal. in l.contractus. ff.de reg.iur. vel niſi eſſet conſuetudo loci,vt erat hic conſuetu. redactam tempore huius
4 q. † quia quod poteſt fieri per pactum, poteſt per conſuetudinem introduci. l.non impoſſibile. ff de pact.& gl.in rub.de decr.decurio. lib.x. C. & iſtud voluit Speculator in dicto verſ.xciij. vt ſuprà dictũ eſt,quod dominus teneatur, ſi eſt in hoc conſuetudo.& idem tenet Antonius de Butr. in dict.cap.ex reſcripto. dicens non reperiri iure cautum, quòd dominus teneatur primo inquilino & conductori, pro pretio quod à nouo reperit,dimittere,& quod dict.l.congruit.& alia iura ſuprà alleg.loquuntur in conductore prædiorum fiſcalium.Dicit tamẽ quòd ex quadam vrbanitate potius debet dimittere primo conductori, quàm nouo,pro eadem penſione, aliter fieret ſibi iniuria,arg.leg. prima. §. permittitur.ff.de aqua quoti.& æſtiua.Statuta tamen ſecundum eum vtiliter circa hoc prouident,quæ ſeruanda ſunt.Et ſubdit Ant.dicere Bar. in d.§. permittitur. quòd ſi finita tertia generatione res emphyteutica reuertitur ad eccleſiam, & prælatus vult de illa inueſtire alium,quòd hæredes iſtius generationis finitæ poſſunt cõtra prælatum appellare, & implorare officium ſuperioris.Et idem voluit Bart.in l.j.ff.de priuileg. credito. & in l. ſi mihi & Titio.ff. de ver.oblig.pro quo videtur text. in c.ad aures.de empt. & vend. licet Ioan. de Imo. teneat ibi contrarium.ſed opi.Bar. tenuit Ange. in d.§. permittitur.vbi etiam extendunt ad feudum.Et idem tenet Abb.Sicul.& Anch. & Card.in cap.bonæ.de poſtu. prælа.& Io.de Imo.in d.ca.ex reſcripto.Et circa q. Bart.refert ſe dixiſſe in d.c.bonæ. & in c.ij. de feud. opin. Barto. ſequitur And. Barba. in d.c.ex reſcripto. verſic. vtrum autem hæc conſtitutio. vbi dicit opin.Bar.eſſe æquam & communem. Tamen contrarium in puncto iuris credit eſſe verum per quatuor rationes,vt ibi vide.& conſuluit Roma. in cõſil. xxj. ſecundum opinionem Barto. & ita concluſum fuit in curia.

SVMMÆ.

1 *Teſtis ſecunda depoſitio quando prænaleat prime. & nu.3.*
2 *Teſtis dictum in iudicio valido prænalet alteri dicto inualido.*
4 *Teſtis an iterum deponere cogatur,non viſa prima depoſitione.& nu.6.& 7.*
5 *Teſtis quando incidit in crimen falſi.*
8 *Teſtis ante publicationem poteſt dictum ſuum oſtẽdi.*
9 *Teſtis qua cautela ſecundò deponere debet.*
10 *Teſtis vicarius qua pœna puniatur.*

Quæſtio CVIII.

Teſtis qui aliàs depoſuit, ſi repetatur per eundẽ iudicem, vel alium ſuper eius prima depoſitione, an compellatur deponere prædicta ſua prima depoſitione ſignata prius non viſa,licet oſtendatur ſibi duplum eius per commiſſarium.

DECISIO CVIII.

1 T videtur quòd non teneatur deponere, † licet ſtetur ſecundæ depoſitioni iuratę, etiam contrariæ primæ non iuratę,vt voluit Bal.in l.nullum. C.de teſtib.& in cõſil.ccccl xv.vol.ij.& in l geſta.C.de re iudica.& in c. j.ver.& dicat ſe nõ interfuiſſe.quid ſit inueſt.dicens ibi eſſe caſum cõtra Bar.volentẽ contrariũ in l.eos. ff.de fal.vbi etiã Ang. & Bolog.in primis interp. tenet cõtra Bart.allegat gl.ſi.c.cum cauſam quæ.de teſtib.quę dicit,† quòd ſi teſtis dicat vnũ in iudicio 2
inualido, & aliud in valido, valet illud quod dicit in valido.Et idẽ tenet Philip. Corne.in conſ.ccxvij. in iiij.dubio,vol. inj.& Thom.Ferrar.in ſua cautela.xiij.& Andreas Barba.in terminis in conſ.xl.ver. & ad illud quod.vol.iij.& Feli.in c.cùm in tua.in ij. concluſione.ver.fallit iſta concluſio. & in iiij.concluſione dicit iſtam partẽ eſſe cõmuniorem, & veriorem contra Bar.& ſequaces. & hoc quando primũ dictum extraiudiciale non erat iuratum:† aliàs 3
vbi fuiſſet iuratum, procederet opinio Bart.ſecundùm Abb.Sicul.ita intelligẽtem in c.per tuas.de teſti.& idẽ Bal.in d.c.per tuas.& in l. de tutela. C. de in integr.reſtitutio.& in conſil.liij.vol.ij. & Feli.in d.cap.cùm in tua.ante finem : quia potuit ex interuallo reminiſci & informari, licet ab initio interrogatus teſtis tacuerit veritatem, & dixerit ſe nihil ſcire,vt dicit gloſ.ij.in cap.cùm cauſam.de teſtib.& Franc. de Aret. in l. quicquid adſtringendæ, ff. de verb.oblig.allegat not. per gloſ. & Doct. in c.accuſatus. §.licet. de hæreticis. lib. vj. vbi idem tenet Bolog. in primis interpretatio. & pulchrè Romanus in conſil. ccccv. & ſingular. Cæpol. in conſil. lxj. & Bartho. Socin. in conſil. cclij. ver. ij. etiam clarè.lib.ij.& in conſi. xcviij.verſi.poſtremo etiam. volum.iij.& Ang. in conſil.ccxxxiij.verſ.ſatis enim detrahitur.& Cardi. Ale.in c.j. verſi.ex ſexta parte. ſi de inueſt.inter dom. & vaſal.lis oriatur. & Anto. Corſet.in ſuo tract.de verbis geminatis. verſi. lxij. & Franc.de Are.cõſil.lxxj.& Deciſio.capellę Tholoſ.cccl xxvij.& in q. ccxlj. & Hippo. Marſi. d.l.eos nume.xj.cum pluribus ſequen. & Salice. in l. ſi quis decurio. C.de fal.& And.Barb.conſi.xxix. nu.xviij. cum plurib.ſeq.vol.j. † Ergo vbi teſtis primò iura- 4
tus depoſuit,& ſignauit eius depoſitionem,videtur non poſſe cogi ad iterum non prius viſa dicta eius depoſitione deponendum propter variationem,& inde falſitatem,vel contrarietatem euitandam.† Et 5
ideo mouebatur Bart.in d.l.eos.per illum tex.in ij. reſpon. quòd qui contra ſignum ſuum dicit teſtimonium, pœna falſi punitur, quæ verba innuunt, quòd ſi teſtis in ſubſcriptione vnius ſcripturæ tenuit vnum etiam extra iudicium,cuius contrarium poſteà depoſuit,incidit in falſum. Et pro hoc facit quod dicit Alberi.in l.licet.C.de procu.quòd ſi inſtrumẽtũ procurationis fuit in actis regiſtratum,& petitur produci originale, quod debeat produci, dicens dixiſſe in auth.ſi quis in aliquo. C. de eden. & no.ſecundum eum per Bar.& Inno.in c. cum iure peritus.de offi.del.& per Innoc. in c. quoniã cõtra.de probat.† In contrarium videtur quòd com- 6
pellatur iterum iurare,& deponere.per no.per glo. & Doct. inſuper Feli.in c.prætereà. de teſti.cogen. vbi teſtis,qui aliàs depoſuit, cogitur iterũ deponere medio iuramẽto: nec dicitur quòd eidem prima ſua depoſitio oſtẽdi debeat. Ad idẽ tex. in c.fraternitatis.de teſti.& ibi Maria.Soci.& Feli.in ij.notab. & Bar.in l.hæres palam.§.ſi quis in ſi. ff.de teſta. & Bal.in auth.ſed hodie.per illũ tex.C.de iuramen.calum.& in l.ſi.circa fin.C.de teſti. ſecus dicit ibi Bal. quãdo iterũ examinatur ad aliũ finẽ,quã ad declarãdũ dictũ ſuũ ambiguũ.c.cum clamor. de teſti. dato q̃ ſit examinandus ſuper eo, ſuper quo iuratus depoſuerat:puta in caſu illi⁹ l. ſi.de teſti.& ad hoc allegat tex.in l.qui bona.§.ſi quis ſtipulatur⁹.ff.de dam.

infect.

inſect.& idem Fel.dicit in c. per tuas.ante fin.verſi. tertio adde quod teſtis.de teſtib. & Felin.in c.præ-
7 ſentata.verſi.in tex.ibi,reſpuente.eo.tit.† Quid dicendum?& Bart.in d.l. eos. decidit hanc q.in verſi.
8 quæro pro iſta declaratione.cũ ver.ſeq. † Sed quid ſi teſtimonium quod primo dixerat nõ erat adhuc publicatum? in quo reſpondet,quòd hoc non obſtante poteſt ipſi teſti eius depoſitio oſtendi, quia quantum ad ipſum teſtem eius teſtimonium nõ eſt ſecretum,ſed ſemper publicum,ſicut dicitur de iudice requirẽte teſtem ad declarandum dictũ ſuum ambiguum,vt d.c.cum clamor.& ibi Feli.de teſtib. & idem Tindarus in tract.ſuo de teſti.introducens Bar.& Bal.interlocutores, & ad inuicem diſputantes.& Rom.altercationes eorum decidentem. c. xj. incip.vidimus item ſæpiſſimè frequentari.cum aliis
9 per eum alleg. † Vnde Bart.in j.q.dat vnum conſil. videlicet quod teſtis petat primam ſuam teſtificationem ſibi prius exhiberi, vt de dicenda veritate poſſit informari,argu.l.ſi cùm exhibuiſſent. §.à me autem.ff.de publica.& ibi Bart.& in q.ſeq.dat aliud conſilium, quòd teſtis in ſecundo teſtimonio, ſeu depoſitione ſecunda,ſi primam non poteſt habere, apponat iſta verba,quòd ipſe dicit,prout ſibi videtur modo. Et ſi apparuerit aliter dixiſſe in alia cauſa,& depoſitione, ex tunc corrigit hoc ſecundum dictum,& reducit ad primum dictum, cum illo tẽpore melius recordaretur. Et eũ ibi ſequitur Hippo.nu.vj.& vij.& idem Bar. in l.j.ff.ſi cer.pet.vbi dicit,quod teſtis,licet non recordaretur de negotio, poteſt tamen de eo certitudinariè teſtificari, referendo ſe ad ſcripturam ſuam,in qua de negotio atteſtatur. & idem Paul. de Caſtr. in conſil. exc.aliàs cxciiij.incip.in cauſa q.quæ vertitur in curia.verſic. item propter dictam.vol.antiq.& Tindarus vbi ſuprà tenet iſtud vltimum poſſe habere locum in teſte perito, vel practico, qui poſſet ſecurè cum hac proteſtatione ſecundò deponere, non viſa prius altera eius depoſitione:ſed ſecus in alio ruſtico, & cæteris perſonis imperitis. & iſta communiter non approbantur ſecundùm Docto.ſuprà alleg.& Ang. Franciſ.de Aret.Alex. & Moder. in l.legata inutiliter.ff.de leg.j.& Socin.in d.conſil.xcviij. verſic.poſtremò etiam.vol.iij.Vnde videtur primum conſilium eſſe verius, & præcipuè quando teſtis ex officio recolitur ad declarandum dictum ſuum obſcurum, vel ambiguum,iuxta d.cap.cum clamor.quòd ſibi oſtendatur prima depoſitio propter obliuionem quæ contingere poteſt ex diuturnitate temporis.l.peregrè. ff.de acquir. poſ. Idem ſecundùm Paul.in conſil.cxciiij introductum eſt, vt fiant ſubſcriptiones teſtium, vt per eas poſſit quis affirmare ita eſſe, prout in eis continetur, licet re vera non recordetur, vt probatur ſecundùm eum in l.iubemus.verſicul.ſed ne quis.C.de teſtamentis. Tamen ipſum Bartolum ſequuntur Antonius de Butr. & Abbas in dicto cap.cum in tua.& ibi Felin.in princip.cum concordant. per eum alleg. & per Alex.& Franc.in d.l.legata inutiliter.Nam valet dictum teſtis dicentis,dico prout aliàs dixi,nec dicitur ſecundum Salicet.in l.iurſiurandi.verſ. quæro teſtis depoſuit.C.de teſti.& Doctor. ſuprà alleg. ſermo incertus,ex quo habet relationem certam, l.ait prætor. in princip. & in l.in ſumma. ff. de re iudi. & idem Bart.in d.l.legata inutiliter. & ibi per Moder. & ideo concluſum fuit in curia in cauſa appellationis inter magiſtrum Iacobum Arnault à Seneſchallo Xanthonien.appellantem,& generos ſuos appellatos, quòd teſtes tenerentur deponere attento duplo per commiſſarium ſignato.Et latum arreſtũ fuit die * menſis Iunij,Anno Domini M.D.XX. † Sed 10
qua pœna puniatur teſtis deponens,aut dicens vnũ extra iudicium, & aliud poſteà in iudicio iuratus: dic quòd puniri poterit ſecundum Hipp.in d.l.eos. nu. xx. ver. credo tamen de ſimplici mendacio aliqua leui pœna pecuniaria,prout mendaces puniuntur:ſed nõ pœna falſi, vt voluit Bar.quod dicit Hippo.eſſe menti tenendum,quia quotidianum,& pro hoc allegat quod ipſe dicit in l.de minore. in prin. nu.liij. verſic.vltra prædicta. ff.de quæſt.quòd licet confeſſio extraiudicialis non ſit ſufficiens ad condemnandum,ſed ad torturam tantum,attamen poterit puniri talis confitẽs tanquã ſe de delicto glorians extra ordinem arbitrio iudicis:per tex.ſing.in c.quam ſit graue.de exce.prel.allegat ita tenere Parid.de Put.intra.ſynd.in verb. tortura. c.quia communiter.in fi.ver.adde vnum ſing. Sed hoc dictum videtur mihi ſalua eorum pace non poſſe de iure ſuſtineri:quoniam illa confeſſio extraiudicialis per duos teſtes probata.gl.in l.ſi.C.fam. ercis.ſolum eſt ſufficiens,vt ipſi fatẽtur ad torturam: & verum eſt, & glo.Bar.& Ange.in l.capite quinto.de adul.Et ſi tortus fuerit,& illam ſuſtinuerit,& ſic corporaliter punitus,quomodo poterit condemnari de iactãtia, cùm veniat abſoluendus, quia omnia purgata ſint iudicia,cogita.Sed in caſu noſtro erant vij. aut viij. teſtes deponentes de confeſſione homicidij,per alium verè commiſſi,quæ conueniebat cum depoſitione alterius teſtis præſentis in dicto homicidio. Et tunc talis confeſſus in iudicio dicit contrarium: quare fuit per curiam punitus.

SVMMÆ.

1 *Eccleſia immunitate qui gaudeant.& nu.3.& 4.*
2 *Epiſcopi authoritas an requirenda in extrahendo criminoſum de Eccleſia.*
5 *Homicida triplex qui non gaudet immunitate.*
6 *Iura canonica ad placitum,& ſine ratione falſa.*
7 *Sacerdos quando poſſit etiam ab altari euelli.*
8 *Ab eccleſia extractus,an ad mortem poſſit damnari.*

Quæſtio CIX.

Percutiens aliquem ſacerdotem per induſtriam, & ex propoſito ad effuſionem ſanguinis vſque, & etiam vnum ſeruientem qui volebat capere fugientem ad eccleſiam, an debeat illius gaudere immunitate.

DECISIO CIX.

IT † circa hanc q.ſunt canoniſtę à legiſtis, 1
& legiſtę inter ſe,& pariter canoniſtæ inter ſe diſcrepantes. De iure enim ciuili ſunt plures caſus, quibus delinquentes ad ſacram confugientes eccleſiam, non gaudent illius immunitate,vt not.gl.in l.ij. C.de iis qui ad eccleſ. confu. veluti homicidæ, adulteri, virginum raptores, & tributorum exactores, qui enumerantur in authen.de mand.princ.§.neque autem. & ibi gl. & quaſi hodie ſecundum gloſ. ibi pro omni delicto confugiens non gaudet immunitate eccleſiæ,per d. authen.& illam gloſ.ſequuntur ibi Iac.de Belloui-ſu,& Bar.& idem Salic.in d.l.ij.& in auth.ſi quis ei. C.de adulter.& Azo.in ſumma ſua, tit.de iis qui ad eccleſiam confugiunt.in fi. & gloſ.in c. j. de homicid.& Ang.Aret. in tractatu ſuo maleſi. in gloſ. fama publica.in iiij. q. dicens in omnibus criminibus atrociorib.vt prædictis, & ſimilibus, poteſt criminoſus extrahi ab eccleſia:ſecus in aliis non atrocioribus:quod dicit eſſe notandũ in practica, & ſentit. Bar.in cõſ.clxix.inch.ſtatutũ ciuitatis Tuderti.quæ extractio ab eccleſia licet debeat fieri ſecundum

Salic.in dict.authen.ſi quis per Epiſcopum aut eius officiales,per text.in d. authent. de mandat. prin.§. neque.& in ca.inter alia.& ibi omnes docto. † Tamen hoc non ſeruatur de facto, quia per iudicem ſecularem extrahitur, ſine authoritate Epiſcopi,vt dicit Ioan.Fab.in §. fin. inſtit. de iis qui ſunt ſui,& Auſtrer.in reper.clem.j. de offic.ordinar. in iiij. regula.xviij.fallen.in fin.& Bart. in l.ſi cui.ff.de accuſatio. & Abb Sicul.in dict.c.inter alia.de immuni. eccle. Vnde in hac materia Ioan.Fab.in l.j.C. de iis qui ad eccl. conf.in d.§.fin. de iis qui ſunt ſui vel alie. iuris. ponit regulam, † quod de iure canonico omnes fugientes in eccleſiam gaudent immunitate illius.Fallit primò inſidiatoribus itinerum. Secũdò fallit in depopulatoribus agrorum,d.cap.inter alia. Tertiò fallit in homicida voluntario,qui ex inſidiis perpenſatis commiſit homicidium,ca.de homicid. Fallit quartò in delinquente in eccleſia, ca.j.de immu.eccle.& idem Ang.in §.vlt.in fi.in authen.vt liceat matr.& amiç.& Alberic.in rubr.C.de iis qui ad eccle. conf. dicensin hac materia nos ſequi debere iura canonica.Idem Oldra.conſi.viij.poſt medium verſ.vbi autem fugit propter maleficium.& Ioann. Barber.in ſuo iuris viatorio,ti.de violatori.immunitatum. addens alios tres caſus, ſcilicet in clerico qui diſciplinæ fugiendæ cauſa confugit, poteſt extrahi. Item in interficiente clericum, & etiam in ſeruo fugiente inuito domino. l. ſi ſeruus.de iis qui ad eccle.confugiunt,& d.c.inter alia. & d.§.fi.inſti. de iis qui ſui vel alic.iuris ſunt.& idem Albe. in dict.ion.ſuo in verbo.immunitas ſecundo confugientium.& Ro.conſ.ccxxxvij.incip.Spectabilis dominę collateralis.reſtringens prędictam opin.ad caſus ſolùm notatos in d.c.inter alia,per illum tex. & gl. ibi volens etiam neminẽ pro delicto cõmiſſo quãtumcunque graui in eccleſia, aut in eius atrio capi poſſe.Et ſic vult homicidam voluntarium gaudere debere immunitate Et iſtam opin.dicit Abb.Sicu. tenere in d.c.inter alia.& in d.c.fi.& in d.c.j de homici.quamuis ſentiat contrarium, ſi bene inſpiciatur,d.c.fi.de immunita.eccleſ. Ad quod c.j. de homici.reſpondet vtrobique Abb. Sicu. & in hoc vltimo caſu,quòd gaudeat homicida immunitate, etiam ſi per induſtriam perpenſatis inſidiis interfecerit, videtur eſſe concluſio canoniſtarum. & ſequitur Angel.de Claua.in ſua ſumma,in verbo,immunitas.in §. xvj. Et hanc tenuit Hoſtien. in ſumma eod.titu.§ inquantum.& ad quos.ver. ſinautem longè.& ſentit Ioan.And.in dict.cap j. & Innoc.& Hoſti.in d.c.inter alia. & Henric. Boyc. in c. eccleſiæ.verſi.ſi fugit propter delictum. eodem tit. & etiam de iure Longobardorum. & l.ij. licet contrarium videatur in l.v.eo.tit. & iſtam ſequitur Ægid. Bellame.conſil.lxxiij.exord.domin.Io.de Fonte, & Mari.Socin.in tracta.de citatione. articul. xvij. ver. quod tamen dixi,quod ratione delicti. & Alex.ſingulariter con.cxv.lib.vij.& Imo.in clem.j. verſi.ſecundo principaliter. ibi, ab iſto autem priuilegio excipiuntur tres perſonę.de pœn.& remiſ.& in hoc iſto iuri canonico, quod corrigit legem, quæ eſt in dict.authen.de man. prin. §. neque autem. † Vnde in caſu noſtro debet gaudere, poſito quod ex proposito, & inſidiis penſatis vulneraverit, cùm ipſe homicida gaudere debeat. Ergo à fortiori vulnerans,vt voluit Abb.Sicul. in dict.cap.fin.de immunita. eccle. verſi. ſed ego vltra alios, etiam ſine eccleſia. Dum tamen non interueniat membrorum mutilatio,quia ille tex.loquitur de homi.vel mẽbri mutilatione facta in eccleſia, qui etiam poteſt habere locũ,vt inquit in omnib. aliis grauib.delictis, propter idẽtitatem rationis. Sed hic vapulatio, & illatio vulneris tam ſacerdotis,quàm ſeruientis fuit facta extra eccleſiam,igitur &c.idem Auſtrer.Deci. capel.Tholo.q.cccexxij. ſed in homicidio extra eccleſiam in inſidiis penſatis emiõſſo intelligit Io.de Ana.in d.c.j. de homicid. † De triplici homicida, qui gaudere non debet immunitate eccle.Primò,in eo qui occidit in eccleſia. Secundò, in eo qui occidit veneno,quòd eſt plus quàm gladio.l.j.ff.de malefic. & mathemati. Tertiò,in eo,qui alias proditoriè occidit,per tex.in d.c.j.ibi,per induſtriam, & ſic tenet primam opi.quam ſequuta fuit Deci. Parlamenti Delphin. q. cxx. vbi Guid. Pap. narrat bis fuiſſe iudicatum homicidas voluntarios nõ debere gaudere immunitate eccle.& tenet.Iac.de Belloeis in tract.de criminib titu. de fuga reorum & immu. eccle. ver. ſed vbi quis deliquit extra eccleſiam. & Anc.in d.c.inter alia.poſt Ant.de But.ibi in iij q.& Pet.de Ferrariis in ſua pract.ti.forma inquiſitionis. ver. ex iis poteſt non improbabiliter quæri. † dicens iura canonica fuiſſe ad placitum, & ſine ratione facta: imò contra ius diuinum, quo cautum eſt, domus mea domus orationis vocabitur,vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.c.decet.de immunita.eccle.lib.vj. ſi enim Deus noluit tolerare emẽtes,& vendentes in eccle.ſed eos eiecit:quanto magis non vult receptari in eccleſiam latrones, homicidas, & ſimiles, vt ibi, & c. eiiciens Dominus. lxxxviij.diſtinct. ideo dictum. cap.j de homi.debet prout iacet intelligi,ſecundum Pa.ibi,vt refert Abbas antiquus,& verum dicit,quia in Exod.xxj.dicitur ex quo dictum c.j.eſt extractum, quòd qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur : qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus eius, conſtituam tibi locum in quo fugere debeat. Et ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, & ab altari meo auelles eum,vt moriatur. Et ſic tam de caſuali quàm voluntario loquitur:de caſuali debet gaudere,dum dicit, conſtituam tibi locum in quo fugere debeat.Sed voluntarium homicidam iubet ab altari auelli.quare dicit Ni.de Lyra,in verſi. ſi quis per induſtriam. quòd eccleſia non debet eum tueri,& ibi Stepha.Zaba.refert, quòd filiis Iſrael & aduenis homicidis non ſpontaneis ſex ciuitates refugij cõſtitutæ fuerant,vt habetur Ioſue xx.ca. & Deutero. xix.& text.in l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonem. & ibi Cæpo.& in §. ſeq. ff.de ædil. edict. & Sig. de Homo.in reper.l.nemo Apoſtolorum. quæſt. v.C. de ſacroſan eccleſ.& de hoc tex.in ca.illa tantum.& ibi bona gl.in verb.legis Moſaicæ.& ibi Docto.xv. q.j.† Et non ſolum laicus,ſed etiam ſacerdos debet ab altari auelli,ſecundùm Rab.vbi ſupra, niſi inceperit officium miniſtrari in altari, in quo caſu erit expectandum complementum miniſterij:quo peracto tradatur ad mortem. Propter quod Ioab ibi confugiens nõ euaſit mortem:quia per induſtriam, & inſidias interfecerat Iudæos, ſcilicet, Abner, & Amaſan,vt habetur iij. Reg. ij. cap.ita ſentit Felin. in d.c.j.de homic.dicens de mente canonis eſſe eccleſiam tales non fouere.c.j.de homici.lib.vi.& iſta opinio ſeruatur in Parlamento Pariſienſi, vt refert Ioannes Gall.quæſtio.clxxii. §. per areſtum fuit dictum.& idem iudicatum fuit in curia, & etiam in caſu iſto de vulnerante ſacerdotem, & etiam ſeruientem Regium : & fuit ſibi amputata manus ſiniſtra:aliàs fuit latum areſtum apud Montempeſſulanum, tempore quo Parlamentum ibi erat contra

Guliel-

Guilielmum Ioannis presbyterum, qui se irruerat cõtra seruientem: vt habetur in stylo in quarta parte de arestis. cclxix. † Et per prędicta videtur soluta q. an delinquẽs extractus ab ecclesia nõ debeat mori, vel corporaliter puniri ob honorem & reuerentiam sanctæ matris ecclesiæ, ad quam se gerat, d. c. inter alia. sed solùm ibi in pecunia, vel tradi inimicis ad perpetuò seruiẽdum. c. reum ad ecclesiam. xvij. q. iiij. & ibi gl. ita tenet quam sequitur Archidiac. & idem Iac. de Bellouiso. in d. tract. criminali. ti. de fuga reor. ver. iuxta prędicta quęritur. & Abb. Sicu. in d. c. inter alia, quod de consuetudine, & stylo Franciæ non seruatur, sed puniuntur, ac si nunquam ad ædem sacram confugissent, postquam immunitate gaudere non debent.

8

SVMMA.

1 *Blasphemus non gaudet immunitate ecclesiæ.*
2 *Blasphemia sapit hæresim.*
3 *Sacrilegus non gaudet immunitate.*
4 *Ecclesiæ immunitate an gaudeant Iudæi, gentiles, hæretici, & excommunicati. & nu. 6. & 7.*
8 *Ecclesiæ immunitate non gaudet fractor carceris condemnatus. 9.*
10 *Sacrilegium semel committens, an postea in aliis delictis gaudeat ecclesiæ immunitate.*

Quæstio CX.

Sed an consuetus blasphemator Dei & virginis Mariæ gaudere debeat immunitate ecclesiæ. Et quid de homicida, & aliis ad ecclesiam fugientibus.

DECISIO CX.

1 ET † dic quòd non, d. c. fi. de immu. eccle. per rationẽ ibi adductam: quia frustra legis implorat auxilium, qui in legẽ committit, c. quia frustra. de vsur. & l. auxilium. in fin. ff. de minor. Nam qui delictum in ecclesia, vel cõtra eam Dei sponsam commiserit, gaudere non debet, d. c. fi. & c. conquesti. de sentent. excom. & tenet Ioan. Fab. in d. l. j. de iis qui ad eccle. confug. & Docto. in locis supra alleg. & pro hoc bo. text. in c. cum pro causa. de senten. excom. & Paul. de Cast. consil. cccclix. vol. nouorum, à fortiori gaudere non debet, si contra Deum spõsum ecclesiæ, & caput ad diuinam commiserit maiestatem: quàm longè grauius est offendere quàm temporalem, c. j. §. item statuimus. de stat. & consuet. contra liber. eccle. & c. vergentis. de hæret. quę sicut læditur per hæresim vt ibi, sic etiam per blasphemiam, quam tolerare non debet ecclesia, cùm Christus nostra pertulerit crimina. c. in nonnullis.
2 de Iud. & tenet Cald. consil. ij. de iud. † Dicens hoc crimen sapere hęresim, si scienter & appensatè fiat, & maximè si sæpius reiteretur. Nam hęreticus censetur qui malè dogmatizat de fide, vel eius articulis. xxiij. q. iij. inter schisma. quia cùm quis delinquit in ecclesia, non gaudet vt dictum est. Ergo nec qui in Deum: ex quo propter honorem Dei defertur ecclesiæ, multo fortius deferendum est Deo: iuxta illud: Propter vnum quodque tale & illud magis. vt authent. multo magis. C. de sacrosanctis eccle. iniuria quæ fit Deo censetur ecclesiæ facta, & econtrà:
3 & hoc est clarum. † Et ideo sacrilegus non debet gaudere immunitate. cap. frater. xvij. quæst. iiij. propter quod dicit text. ibi in c. sicut. quòd sicut maius peccatum est, quod in Deum committitur, quàm quòd in hominem, sic grauius est sacrilegium agere quàm fornicari, vt ibi. & idem tenet Archiepis. in cap. quod ergo. xxij. j. quæst. v. dicens peccatum blasphemiæ quæ ponit in cœlum os suum omni peccato horribilius esse. allegat Hieron. super Isa. & ideo dicit text. in c. monet te. §. sed quæritur quod grauius sit. xxij. quæstio. j. quod periurium tanto magis pœnale quanto sanctius illud propter quod inuocatur, vt ibi: grauiori tamen se subiicit pœnæ, qui per creatorem iurat. & idem per dicta iura tenet Decis. capel. Tholos. cccexxij. in princip. aliàs censeretur hæreticum. quia sicut non est nisi vnus Deus, & vnus Dei Filius, Iesus Christus benedictus, ita ecclesia non habet nisi vnum caput, & vnicum principalem vicarium. in extrauagant. vnam sanctam. in principio. & ibi gloss. ij. & §. quicunque igitur. & ibi etiam gloss. de maioritat. & obed. inter communes. Quare dicit gloss. in capit. vt prędem. in vers. obfidésque. xxiij. quæstio. viij. in fin. quod ea quæ committuntur in nos dimittere possumus, sed ea quæ in Deum & ecclesiam, minimè. Et illam gloss. facit Bald. singularem in l. accusatio. vers. puto etiam quòd Episcopus. C. de accus. & Ioan. de Ana. in cap. ij de maledi. vers. adde prędictis. Vnde cùm immunitas ad ecclesiam confugientium introducta fuit ob honorem & reuerentiam Dei, & charitatem & pietatem proximi, vt volunt Docto. in locis suprà alleg. & Ioann. de Viscis in repet. cap. diffiniuit. vers. tricesimosecundo conclusion. xvij. quæstio. iiij. locus enim non sanctificat hominem, sed homo locum. xl. distinctio. aliàs ecclesia diceretur in loco, & non in persona, quod est falsum: quia Deus non in loco, sed in persona scilicet beati Petri suam fundauit Ecclesiam, dicens, Tu es Petrus, &c. vt plenè dicit Zense. in extrauag. execrabilis. §. nos itaque. in vers. Romanæ ecclesiæ. de præben. † Licet Iudæi & infideles gau- 4
deant immunitate, quãdo non fictè & simulatè cõfugiunt ad ecclesiam: aliis non. l. ij. & ibi tenet Ioa. Fabr. de iis qui ad eccle. conf. & etiam glos. in dicto capitu. inter alia. quam sequitur ibi Imol. † Et i- 5
dem in excommunicato, vt voluit Hostien. in summa, titul. §. à quibus. verficul. quid ergo. & Ioann. Fabr. in dicta l. prima, summat. Angel. eodem titul. §. j. Et multi ex dominis de Tornella idem tenebant: quòd perfodit mentem nostram, videns renatos fonte baptismatis in deuium oberrantes, qui debebant opprobrium illatum domino in terra hæreditatis suæ totis viribus vendicare, potius quàm iniuriatoribus suis fauere, vt inquit textus in extrauagant. Clementis. v. incipien. multa mentis. inter communes. tit. de Iud. †Sed contrarium 6
tenuerunt reliqui domini, quòd omnes prædicti blasphemi, Iudæi, hæretici, & apostatæ non gauderent, nisi prius requisitis per dictã l. primã, adimpletis, vt voluit ibi Bartol. & gloss. prag. sanctio in capi. j. §. statuit. per illum textum. in verficul. inde. vt dicit patere per extrauagant. Mart. & Ioann. directam inquisitoribus Franciæ. Et ibi per gloss. †Sed in excommunicato communius 7
est quod gaudeat immunitate & ratio est, quia delictum excommunicati non attenditur, sed potius amor Dei, cui (vt dictum est) competit ille honor qui non peccauit. Quæ ratio (secundùm Doctores suprà allegat. & Ioann. de Turre Crema. in cap. si quis in atrio. xvij. quæst. iiij. & Mari. Soci. in dict. titul. de cita. articul. xvij. verficul. & est aduertendum. & Alberic. in dictionario suo in litera, I, verficul. immunitas. ij. ibi, quid si Iudæus.)

facit contra blaſphemos nominis Dei,& perpetuæ virginis Mariæ, contra quorum honorem, & gloriam protulit blaſphemiam,vt dixi in quæſtio.cccj. inchoan.qua pœna blaſphematores. Igitur &c. Et ita concluſum fuit in curia die prima Iunij, Anno 1523. contra Petrum Pomare de Tortoren, ſeu altarum iuſtitiæ operarum magiſtrum,qui à carceribus ad eccleſiam conuentus noſtræ dominæ de
8 Carmelo aufugerat.† Et tunc fuit etiam dubitatum de homicida incarcerato, qui rupto & fracto carcere aufugit ad eccleſiam,an deberet gaudere.& videtur quod non, quia erat inter manus iuſtitiæ, & fugiendo de manibus iuſtitiæ ad eccleſiam.Et idem ſi ductus per eccleſiam ad cœmeterium petat immunitatem, quod non debeat gaudere. argum. l. ſi quis poſt.C.de ædi.priua.& ibi tenet Pet. de Bellapertic.ſuper rubr.cod.tit.& ſequitur Oldr.in d.cõſil.liiij.circa fi.& Archi.in c.ſicut antiquitus.xvij.q. iiij. & Hippol.de Marſil.in repeti.l.vnicæ.num.cxj. & in ſua praxi criminum,in verſi.alterius.num.iiij. & vtrobique loquitur in capto euadente manum iuſtitiæ,vel poſt delictum inſecuto à familia,vel ab aliis volentibus eum rapere,& ad eccleſiam fugiente.quod gaudere non debebat. Et ſentit Alex conſil.xxiiij. verſic. & ſic patet.lib.ij. & ambo allegant Cin.in authent. ſi quis ei.C.de adulte. cum aliis per Hippol.allega.& idem Chaſſe.lib.conſue. Burg.tit. *des iuſtices & droicts.* §.v.num.xiiij.& cxxj.in condemnato per curiam Pariſien. tranſeunte per immunitatem eccleſiæ, aſſerens ita de facto Pictauis vidiſſe, & idem de areſtatis fugientibus ad eccleſiam : tamẽ ſi iuxta eccleſiam maiorem intra paſſus xl.vel xxx. iuxta aliam inferiorem eccleſiã fugitiuus fuerit captus, antequam intrauerit illos paſſus, non debet gaudere,vt tenet Ioan.de Viſchis in dicta repe.c. diffiniuit. ver. no. tertiò ex iſto tex. & verſic. quinta concluſio. In contrarium videtur argu. c.ſi quis contumax.& d.c.diffiniuit.xvij.q. iiij. & iſtam vltimam partem tenet Io.de Viſchis. ibi, in repet. verſ.quid ſi aliquis à iuſtitiario. & Collect. in c.fin. verſic.quid ſi captus.de immuni.eccle. Tamen iſto caſu videtur priſonerium effracto carcere,& ad eccleſiam fugientem cenſeri ſacrilegum. cùm ſacros carceris muros effregerit ad inſtar tranſcendentis muros ciuitatis,l.ſanctum.& l.ſacra.& l.fin.ff.de rerum diui.ita æquiparat Cuman.in conſil.cv. carcer enim ad cuſtodiam & non ad pœnam inuentus eſt, l.aut damnum. §.ſolent.ff.de pœn. vnde violãs immunitatem dicitur ſacrilegus, vt tenet Abb. Sicul. in d.c. fi.verſi.credo tamen poſſe dici.de immunit. eccle. ſed ſacrilegus non gaudet, d.c. frater. cum
9 duobus ſequen. igitur, &c. † Tamen iſto caſu de homicida carcerato ad eccleſiam fugiente, etiam illo rupto, concluſum fuit ipſum gaudere debere. Et latum areſtum die xiiij. Maij, Anno 1529. inter Procuratorem Regium & Raymundum du Boys dit Thoti, & Martinum Gray priſonerios appellantes à Seneſchallo Agen.ſeu ab eius locum tenẽtem. qui eoſdẽ ab eccleſia extraxerat : ſed prius ordinatum inquiſitionem fieri de modo occidendi, & plaga mortuo illata, & aliis in areſto contentis: & pariter dictum fuit pro quodam Raymundo la Faye appel. à Seneſchallo Agen.qui eum extra immunitatem eccleſiæ extraxerat,ad quam rupto carcere aufugerat.Et latum areſtum die iij. Septembr. anno 1537. & in hanc partem inclinat Chaſſe. lib. conſuetu. Burgun.titu.*des Iuſtices*, ver.quid ſi carceres.in nouiter impreſſis, quãuis per curiam Diuioni dicat contrarium obſeruari, & hoc quando non eſt homicida voluntarius, vt dictum eſt ſuprà.
† Sed dubium aliud fuit non modicum, an qui ſe- 10
mel ſacrilegium commiſerit in eccleſia,vel cœmeterio, de quo non fuerat punitus, ſi ob aliud prius vel poſterius delictum per eum commiſſum fugiat ad eccleſiam,gaudere debeat illius immunitate. Et videtur quòd ſic,vt tenet Io.de Viſchis in d.c. diffini.num.lxiiij.quia iura ſimpliciter loquuntur,niſi forte,vt inquit prius,vel poſt delictum commiſſum fuiſſet tale, pro quo eſſet priuatus immunitate, vt quia publicus fuiſſet latro. Contrarium tamen determinauit Deciſi.capel.Tholoſ.cccxxij.in princi. talem non debere gaudere,per text.in c.ad Epiſcopos.cum ſequen.xvij.quæſt.iij.in d.c. fin. de immu. eccl. & ibi tenere videtur Abb. Sicul. quia puniri debet in eo in quo deliquit.fruſtrà enim legis auxilium implorat,&c.vt ibi dicit textus.& idem Chaſſa lib.conſuetud.Burgun.tit.*des iuſtices.* §.v. numẽ. cxij.verſic.in Deciſion. Tholoſ.Si tamen pro ſacrilegio, aut alio delicto in eccleſia commiſſo, pro quo immunitate eccle.gaudere non debebat,fuerit punitus,& pro alio poſteà delicto commiſſo,ratione cuius immunitate non priuatur, licet per proximè dicta gaudere non deberet, cùm ſemel commiſerit in eccleſiam delictum, & ſic illius perdiderit priuilegium,c.ita nos. xxv. quæſtion.ij. & etiam abutendo,illius amiſit priuilegium.ca.priuilegium. xj.quæſt.iij.& c.accedentibus. & c. ſi de terra. & c. tuarum.de priuileg.& cap.ad abolendam.in fin.de hęre.cum not.in c.cùm acceſſiſſent.per Felin.in iij. regula de conſtitu.& per Cin.& Docto.in l.fi.C.de excuſatio. tutor. tum delictum punitum aggrauat nouum delictum.l.ſi cui.§.j. & ibi Bart. & Imol. ff. de accuſatio. tamen cùm ſit priuilegium eccleſiæ, vnico non perditur actu, etiam punito, vt tenet Tancred. quem refert gloſ.in d.c.cùm acceſſiſſent. in verbo, contrauenerint. & ibi per Felin. verſic. fallit primò.cogita.

SVMMÆ.

1 *Medietas ſi vni conferatur,& alię partes aliis,neutra collatio valet.*

2 *Vniuerſitatis geſta nunquam valent, niſi à maiori parte capituli fiant.*

3 *Maior pars capituli non reſpectu aliarum partium ſumenda eſt,ſed reſpectu totius.*

4 *Patronorum maior pars non intelligitur, vt maior pars capitul.*

Quæſtio CXI.

Canonici in numero octauo exiſtentes in capitulo, contulerunt beneficium ad eorum collationem pertinens, videlicet quatuor Titio, alij tres Seio, & octauus Gulielmo: quæritur quorum valeat collatio, vel an omnes ſint priuati.

DECISIO CXI.

IST † breuiter dico collationem ſic fa- 1
ctam non valere, & eſſe nullius momenti, per text.in cap.eccleſia veſtra. in ij. de electio. & ibi Abb. Sicul. poſt Hoſtien. & Imo. verſ.ſed quæro, nunquid diſpoſitio huius cap.habeat locum in omnibus electionibus, & in aliis negotiis per vniuerſitatem, &c. vbi ita tenet, reprobata opin. Inno. † quia in actibus explican- 2
dis per vniuerſitatem non valent geſta niſi fiant à maiori parte capituli,& ſaniori, c.j.de iis quæ fiunt à maiori parte cap. Et iſta eſt regula ſecundùm eũ, & Bald.ibi multum notabiliter.Sed non poteſt dici maior

ci maior pars capituli, vbi non eſt maior omnium qui interſunt in capitulo. †Nam maior pars reſpectu partium minorum non poteſt dici maior pars capituli: quia ſecundùm ipſos capitulum conſtituitur ex omnibus ſibi præſentibus, vt ibi per eoſdem & Abb. in c. propter. eo. tit. & Henric. Boyc. in c. eccleſia veſtra. in ij. eod. titul. & tenet Cin. quem ſequuntur ibi Doct. in l. neque. C. de procu. & Ægi. Bellame. Deci. cclxxv. † Sed ſecus in pluribus patronis, ſiue clericis, ſiue laicis, qui præſentant vt ſinguli, & non vt collegium, ſecundum Bald. & Abba. Sicul. in d. c. eccleſia veſtra. quia præſentatio facta à maiori parte patronorũ valet, licet non cõcurrat maior pars omnium, vt c. quoniam. de iure patro. Vnde Abb. Sicul. in dict. cap. eccleſia circa hanc materiam ponit duas cõcluſiones. Prima, quod vbi actus pertinet ad plures, vt ad collegium, requiritur ad validitatem illius diſpoſitio maioris partis totius collegij exiſtentis tunc in collegio. Nam vt conſtet vniuerſitas, ſufficit duarum partium vocandorum: & tunc valet quod fit à maiori parte iſtorum, vt l. nulli. & l. plane. ff. quod cuiuſque vniuerſi. nomine. & per Abb. in c. cum nobis. de elect. & in d. c. j. de iis quæ fiunt à maiori parte cap. & in c. omnes. & ibi amplè Felin. de conſtitut. Secunda regula eſt, quòd in ſpectantibus ad plures, vt ad ſingulos, in caſibus in quibus valet diſpoſitio maioris partis, ſufficit maior comparatione maioris partis. d. ca. quoniam. & ibi idem tenet. & in vtroque caſu tenet Pet. de Anch. in d. c. eccleſia. in ij. nu. iij.

3

4

SVMMÆ.

1 *Retrahendi rem venditam tempus quando incipiat currere proximioribus. & numer. 2. 3. 4. 6. 7. & 8.*

5 *Emphyteuta vel vaſallus irrequiſito domino vendens non perdit feudum, donec poſſeſſionem tradiderit.*

10 *Creditor proclamari faciens bona ſui debitoris, etiam quæ ab alio tenebat, quare illis tertio pariat præiudicium. & nu. 11.*

12 *Poſſeſſionem creditoris, an interuertat debitor alienans.*

13 *Permutantium vnius bona ſi ſubhaſtentur, & alterius poſtea euincantur, redibit ſecundus ad bona ſubhaſtata.*

14 *Alienationi annuæ præſtationis, vel hypothecæ tenetur quis ſe opponere vel proteſtari.*

15 *Feudi vel emphyteuſis alienationi non habet neceſſe dominus ſe opponere.*

Quæſtio CXII.

An tempus conſuetudinarium quod datur proximiorib. ad retrahendum rem venditam currat contra ignorantes: quando venditor conſtituit ſe precario nomine emptoris poſſidere, donec emptor poſſeſſionem adeptus fuerit: & emptor non poſſidebat realiter, & actualiter, ſed ſolum quandam percipiebat penſionem.

DECISIO CXII.

1 EST † videtur primò, quòd quando facta eſt venditio cum pacto legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem, vel ſi moueatur quæſtio in emptorem & venditorem: quod his caſibus tempus interim nou currit proximiori, quia eius ſcientia debet eſſe certa, firma, quæ eſt poſt conditionem, vel pactum, aut iudicium finitum, argum. l. quandiu. C. qui admitti ad bonorum poſſeſſ. poſſunt. Et in his caſibus venditio debet eſſe perfecta, & poſſeſſio irreuocabiliter tradita, vera & non ficta. ſecũdum Cin. Bal. & Paul. de Caſt. in l. contra maiores. C. de inoffi. teſtam. & plenè dixi in §. j. de conſi. etud. retractus. in conſue. Biturigum. †Vbi idem dico eſſe in pacto de retrouendendo, vt non currat, niſi à tempore finiti pacti, ſequendo dominum Geraldum Vagnilly in ſua quæſt. de retracta. & Paul. de Caſtr. in l. ſi cum vẽderet. ff. de pigno. actio. licet in hoc Deciſio Neapolitana. cccxxxviij. tenuerit contrarium. & Matthæus de Afflict. in tracta. prothomiſeos, in verbo, licet cõuerſi. item quæro. prout latius videtur in d. §. j. de cõſuet. retract. Tamen ſecundum hanc noſtram opin. fuit in curia plures concluſum, & indicatum. & nunc in cauſa Natalis Spaign. à Seneſchallo Agennen. appellantis contra Petrum Olier emptorem appellatum, die vltima Aprilis, Anno 1530. & prius latum fuerat arreſtum inter Lambertum Falque à dicto etiam Seneſchallo Agennen. appellantem, & Petrum Matthieu. appellatum die x. Ianuarij. Anno 1530. & pro prædicta Deciſio eſt tex. cum ſua glo. & ibi Bal. Card. Alex. & Iaco. Aluaro. in c. j. §. Titius. ſi de feud. fuerit controuer. inter domin. & agna. & in ca. j. quo tempore miles inueſtitu. pet. in verb. vltra annum. & cap. j. §. porro quoniam alien. poterat. & ibi glo. penultim. Quæ iura volunt tempus non currere contra ignorantes, niſi eſſet ignorantia craſſa, & ſupina, quia tunc illa non excuſaret: ſecundum gloſſ. in dicto cap. j. quo tempore miles. vt eſt quando ignorat quod omnes de ciuitate vel loco ſciunt. l. j. & l. nec. & l. regula. C. de iur. & facti igno. & Barto. in l. genero. ff. de infam. & ita tenet Matthæ. de Affli. in tractat. prothomiſeos. in ver. vt intra xxx. dies. & eum ſequitur de verbo ad verbum Bartho. gloſſator conſuetudinum Burgundiæ in tit. de retractu. §. v. verſic. ſed an illud tempus. volens quod tempus hoc non debet currere à die venditionis, nec etiam à die ſciẽtiæ, ac notitiæ pretij, ſed poſſeſſionis adeptæ. Et vltimum de pretij ignorantia non ſeruatur, quia ſufficit conſignare vnam petiam auri & argenti, quando ignorat pretium, & offerre perficere quando emptor faciet apparere, quòd maiori pretio emerit, vel præſtare cautionem, vt plenè dixi in §. iiij. de conſuetud. retract. & in terminis tenet Io. Fab. in §. qui autem. verſi. ſecus crederem. inſti. de excuſa. tuto. †In contrarium videtur per tex. in terminis in c. conſtitutus. & ibi per Abb. Sicu. & Henric. Boyc. de in integ. reſt. & Ioann. Fab. in l. j. C. de bonis mat. vbi currit minoribus annis xxv. tempus ad retrahendam rem per cognatos, & agnatos venditam, & etiam impeditos agere. Et quòd currat contra minores & pupillos, eſt text. quem faciunt ibi ſingul. Bar. Bald. Alber. Bolog. in ſuis interpreta. in l. ſed ſi ſine. §. Lucius. ff. de adminiſtra. tuto. & in d. c. j. verſic. infantia. & ibi expreſsè Bald. & Cardin. Alex. quo tempore miles inueſt. pet. debeat. & idem Bald. in d. c. j. §. porro. & in l. fin. C. in quib. cauſ. in integrum reſtituat. non eſt neceſ. cum aliis per nos allegatis in d. §. j. de conſuet. retract. & in §. j. in glo. vltima de præſcript. & Bar. conſi. clviij. incip. prædictæ rationes. & Barthol. Socin. conſil. lxj. verſi. iij. obiicitur. volum. ij. ergo à fortiori contra ignorantes: quia in caſu præſenti venditio fuit pura, & ſimplex, ſine pacto, aut conditione, & poſſeſſio tradita. Vnde à die venditionis & traditionis ſiue poſſeſſionis adeptæ incipit currere tempus. †Aliàs ſi non eſſet poſſeſſio tradita, non habet locum retractus, vt tenet Ioan. Fab. inſtitutio. de emptio. in prin. & in l. ſi duobus. C. commun. de legat. & in l. prima.

2

3

4

quando liceat ab empti.diſcedere. & ſentit Speculator in titulo de emphyteut. §.nunc aliqua.verſic.nonageſimoquinto.cum verſi.ſequenti. & dixi in §. ij. ver.ſed quæritur ſtante conſuetudine.de conſuet. retractatio.† quia vaſallus, vt ibi dixi,vel emphyteuta, qui irrequiſito domino vẽdidit,nec verè tradidit,nõ perdit feudum: ſed ſecus videtur, vbi poſſeſſionem verè,aut etiam non verè, ſed fictè tradidiſſet, vt fuit in præſenti caſu: quia ſe conſtituit precario nomine emptoris poſſidere, dando licentiam intrandi poſſeſſionem rei:quia tunc etiam cadit emphyteuta,qui ſic vendidit,à iure ſuo,etiam ſi poſt temporis tractu eam redemerit, & domino ignoranti canonem ſoluerit, vt tenet ſingulariter Antonius de Butrio in conſilio trigeſimoquarto,incipiente,De iure abſque longa allegatione planum mihi videtur.&mouetur, quia licet conſtitutum dicatur ficta traditio, tamen transfertur vera & propria poſſeſſio, & vtile dominium.l.certè.§.primo.& §.Iulianus.verſicu.ego verò quoque poſſideo.ff.de precariis.& l.quędam mulier. ff.de rei vendicatione. & l.quamuis. §.conductor.& l.quod meo.in principio.&l.interdum.in principio. ff.de acquirenda poſſeſſione. & eum ſequitur plene Iaſon.in l.finali.quæſtione decimanona.Cod.de iure emphyteutic.& tacit quod notat Iaſon in l. quoties. volumine quarto.verſi. quinto. principaliter limita. C.de rei vendicatione. vn le d cit Baldus in dicto §. Titius.ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnatum.oportere agnatos eſſe bene aduiſatos.ne patiantur labi tempus à iure, vel conſuetudine ad retrahendum introductum, alioquin ſilentio tranſit. & idem Paulus de Caſtro in conſilio trigeſimoquinto, incipiente, præfata reformatio.& conſilio quadringenteſimo vigeſimonono incipiente,circa primum.volumine nouorum.&Iaſon in l.petens.verſi.ſecundo,nota.C.de pactis.& Socin. conſilio decimoſexto,numero vigeſimonono,volumine quarto,& dixi in dicto §.primo, de conſuetu-
6 dine retracta. † Et ſic currit hoc tempus conſuetudinarium contra ignorantes à die poſſeſſionis verę, vel fictæ, per notata etiam per Bartolum, Baldum, Angelum & Modernos in di.l.genero. & in l.quandiu.C.qui admitti ad bonorũ poſſeſſionem poſſunt. & Abbas Siculus in capitu.quia diuerſitatem. in tertio notabili. de conceſſione præbend. & Iaſon in §. rurſus.inſtitut.de actionib. verſiculo, & ita tenui in dicto §.primo, in gloſſa prima, verſiculo, & currit contra omnes,tam ſcientes quàm ignorantes.&ver-
7 ſic.& ſic dicat quòd tempus. & in gloſſa vlt. † Quid dicendum?Et cum hæc quæſt. fuiſſet in curia noſtra in proceſſu propoſitionis errorum inter nobiles Iacobum de Beaumõt,& eius vxorem actores ex vna, & dominam Margaretam de Caumont ream ex altera, plures ex dominis tenebant, quòd hoc tempus non currebat contra abſentes ignorantes venditionem,niſi à die ſcientiæ, & notitiæ, & ferè omnes in caſu præſenti conſtituti & precarij, in quo poteſt cadere ignorantia: quia venditor remanſit in poſſeſſione annis xxx.abſque eo quod emptor,nec dicti actores hæredes ſui conqueſti fuiſſent,niſi nunc. Vnde dicta rea ſoror,& proximior venditoris,quæ fuerat abſens à prouincia cum marito ſuo domino de
8 Cardillac volens retrahere,petebat rem. † Sed aliàs vbi fuiſſet emptori realis, & actualis poſſeſſio tradita,tunc bene currit cõtra ignorantes à die venditionis,& poſſeſſionis verè & non fictè traditę.& iſta eſt communis omnium Doctorum in l.j. & l. quandiu. C.qui admit.ad bono.poſſeſſio.& Abb. Sicul.& Fel.
9 in c.vigilanti.de præſcript. † Licet abſens ex cauſa poſſit reſtitui,ſecundùm Barto.in l.j.§.ſi quis autem. ff.de itine.actúque priuat.quamuis Bald. in dicta l.j. qui admi.ad bono.teneat quòd non detur ignoranti reſtitutio.Sed opinio Barto.eſt communis,vt Doct. in dicta l.genero.& per Felin.in d.c.vigilanti.Quam communem limitat ſeptem modis, vt ibi, & latius dixi ſuprà quæſtion.xxxix. incipien. præſcriptio centum annorum. Quia præſcriptio ſtatutaria vel conſuetud.ſubrogata eſt in locum præſcriptionis legalis longiſſimi temporis, ideo ſapit ſecundum Doctor. naturam illius, quæ currit etiam ignoranti ius & factum,l.ſi quis emptionis.§.fin. C. de præſcript. xxx. annorum.accedat pro hoc Deciſio.Bald. in l.fina.in fi. C.de dolo.vbi dicit,quòd actio de dolo durat biẽnio,& quæ currit à tempore cõmiſſi doli etiam abſenti. Et facit etiam, quòd tempus datum executoribus per conſtitutiones ſynodales currit ignoranti,vt per Bartolum,Bald.& Angel.in dicta l.genero.& ita tenet etiam Ioan.de Ana.in c.tua nos.§.j. poſt princip.de homicid.& Deciſ.cap. Tholoſ.quæſtio. lxxvj. Sed ex iuſta cauſa reſtituitur,vt dictum eſt,ſecundum magis communem,de quo in quęſt.cvij.† Et videtur 10
per prædicta idem dicendum in alienatione facta ad inſtantiam creditoris, proclamari & incantari faciẽtis bona ſui debitoris illa poſſidentis nomine alterius,cui illa vendiderat, cum ipſe creditor non poſſet nominatim adiornari facere emptorem poſſeſſorem fictum,quem ignorabat,ſed ſolum ipſum debitorem de facto poſſidentem.l.ſi de certa.C.ſine cenſu vel reliq.Et ita concluſum in cauſa Bernardi Lacalim à Seneſchallo Agennenſ. appellantis contra Leonardum Baret appellatum,& latum arreſtum die xxj.Ianuarij, Anno 1530. Et quando poſſeſſor vocari debeat,vide in quæ.inchoan. an ſubſtitutus per contractum.col.ij.ver.hoc habito. † Tamen talis fictus 11
poſſeſſor poſt prædictam decreti interpoſitionem, poteſt intra tempus in vim ſuæ poſſeſſionis loca adiudicata petere, etiam ſi tempore decreti in ciuitate eſſet præſens, & diu venditor in poſſeſſione remanſiſſet,ſoluendo tamen creditori debitum ſuum cum miſſis & conſtamentis:quoniam ſi bona mihi hypothecata vendantur per debitorem meum, etiam me ſciente & permittente, iure tamen meo ſaluo, hoc eſt ſine præiudicio iuris mei, quod nihilominus potero agere hypothecaria.l.ſicut.§.nõ videtur.ff.quib. modis pig.vel hypothe.ſolui.& probatur per Barto. ab ſpeciali l.j.C.de remiſ.pign. Et minus præiudicat mihi ignoranti alienatio,vt latè per Soci.conſi. xlvj. num.xviij.vol.iiij.& in ſimili tenet Ioann. Fab.in l.ſi eo tempore.verſ.quid ergo ſi creditor habet rem.C. de remiſ.pign.† Vnde ſi debitor qui precario nomi- 12
ne creditoris ſui bona ſua ſe conſtituit poſſidere, aliquid ex dictis bonis alienauerit, & ſic alienando poſſeſſionem interuerterit creditori, creditor poterit agere ad recuperandam illam poſſeſſionem contra eum cui facta fuit alienatio condictione l.fina.C. de acquirenda poſſeſſione.Nec requiritur tunc,quod fiat diſcuſſio de debitore principali, iuxta authentic. hoc ſi debitor.C.de pignor. Et ita ibi limitat Iacob. Butri.illam authen. quam limitationem facit ſingularem Ang.in dicta l.final.in princip.verſi.in tex.ibi, vel quiſpiam.quæ eſt menti perpetuò tenenda: quia eſt vtilis limitatio ad d.authentic.hoc ſi debitor. Et idem in alio venditore qui ſe precario cõſtituit poſſidere rem quam alteri ſecũdo purè vendidit, & tradidit, quod primus poſſit à ſecundo præſcriptione non obſtante vendicare: quia per conſtitutionem precarij emptor ſtatim fuit factus dominus, & quaſi poſſeſſor. l. quod meo. in princip. ff.de acquirend.

poſſeſ-

possessio.vt voluit Bal.consi.cccxciiij.incipien.vendi-
tor constituit.volumin.iiij.Nec(vt inquit) incepit
currere præscriptio primo emptori, donec venditor
precario possedit.l.male agitur. C. de præscript.xx.
annor.& dixi in quæstio.cccxciiij.incipien.Sed quid si mu-
15 lier secundo nubens.ante finem. † Et alia quæstio
fuit per iam dicta decisa,cum duo inuicem suas per-
mutassent meteritas, quarum vna erat tunc litigiosa,
& alia meteria non, quæ tractu temporis fuit cuicta:
quo pendente, & ante sententiam meteria non est
litigiosa,ob debita sua fuit subhastata, & in curatori
& plus offerēti tradita & deliberata.Quibus quidem
subhastationibus & cridis publicis alter compermu-
tantium non se opposuisset, eam rem sibi traditam
quamuis litigiosam possideret. Modo iste cui res l.
litigiosa fuit euicta, petit rem suam sic per decretum
adiudicatam.Et fuit conclusum quod posset petere,
licet non se opposuisset, quia non videtur ius suum
amisisse,etiam si per plures transierit manus, argu.
l.pro re pupilli.y.j.iuncta glo.in verbo, agere. ff.de
euict.& Ang.Aret.in §.actionum.versi. vnum tamen
tenementi perpetuò.de actio.Cum ius illius tātum,
& non protecto illius (quod semper ei remanserit
saltum & integrum) fuerit venditum,vt decidit Io.
Fab.vbi suprà per text.in l.qui tabernas.ff.de contra-
14 hen.emptio. ¶ Secus tamen videtur secundum eum
in præstationibus annuis & hypotheeris,quia pro cō-
seruatione tenetur protestari, & se opponere, here-
ditoribus.ff.de separat. & in l. in possessionem. ff.ex
quibus causis in pos.eatur.alias esset decipere empto
15 res talium rerum. †Ex quo sequitur secundum eum
quod si contingat feudum, aut ius emphyteuticum
alienari,non habet dominus talis feudi vel iuris em-
phyteutici necesse se illi opponere,quia res transit cū
suo onere directo,l.alienatio.ff.de contrahen. empt.
& c.cum non sit.de decī.& idem Masur.in sua praxi,
tit.execu.& subhasta.versi.item processum. tum quia
tempore subhastationum erat absens à Seneschallia
& diœcesi Petragoricen. & residens diu ante in Se-
neschallia & diœcesi Lemouicen. Ideo cridæ com-
prehendere eum non potuerunt, per text.in d.l.si eo
tempore.iuncta gl.quam sequuntur ibi Ioan. Fab.&
Docto.& pariter canonistæ in c.fin.qui matri.accus.
non possunt.Quare fuit per curiam ad clarius appa-
rendum illud absentię factum probandum admissus,
& pars aduersa in contrarium, & latum arestum die
xvij.Februarij, Anno 1531. Nec obstare posset eidem
compermutāti fuisse tempore permutationis rem
suam litigiosam: quoniam hoc litigiosi vitium non
impedit eum posse repetere rē per ipsum datam et-
iam à possessore alio nouissimo, propter stipulatio-
nem,& expressum rei hypothecam. l. cum precibus.
C.de rerum permu.& ibi Doct.in l.creditores.C.de
pignor.quia in eo casu quo quis emit, aut alio con-
tractu rem scienter accipit litigiosam, licet pretium
aut estimatio rei de iure fisco applicetur.l.censemus.
C.de litigios. Tamen secus si de euictione interue-
nerit stipulatio: quia tunc habet actionē contra ven-
ditorem,à quo stipulatus est,vt voluerunt Ioan.Fab.
Bald.& Ang.quorum lectura est eadem de verbo ad
verbum,in d.l.censemus.& idem ibi Salic. numc.ix.
& hodie etiam de consue. & stylo curiarum Franciæ
pœnæ prædictæ,& similes non habent locum,& ab-
rogatæ sunt per contrarium,l.rem non nouam.C.de
iudic.

SVMMÆ.

1 *Dotis simplex constitutio valet sine pacto de aliquid lucrando.*

2 *Marito secundum consuetudinem aliquid de dote lucrante, an hoc habeat locum si stantibus liberis transeat ad secunda vota.& nu.4.5.& 7.*

6 *Maritus licentia de secundo nubendo auferis omnes pœnas mulieri.*

Quæstio CXIII.

Stante consuetudine ciuitatis Burdegalæ, quod maritus præmoriente vxore lucretur bona mobilia & dotem,vel ali-
bi partem dotis,An habeat locum in marito stantibus liberis ad secunda vota transeunte: vel debeat intelligi nō stantibus ex primo matrimonio, secundum l. hac edictali.C. de secund.nupt.vel alias illud lucrum reseruetur ipsis liberis.

DECISIO CXIII.

EST ista quæstio non est sine dubio,secundum Doctorum infra allegandos,præcipue Angel.in consil.cccxcvj. † Et 1
præsupponō,licet hoc sine dubio, quod valet constitutio dotis per mulierem simpliciter facta viro de dote sine aliquo pacto de aliquid lucrando,secundum glos.& omnes in d.l.hac edictali. & Angel.in d.consi. & latius in quæst. incip. si pater aut mater.in princ.† Et circa quæstionem videtur pri- 2
mo, quod etiam stantibus liberis maritus lucretur bona mobilia,ex quo indistincte loquitur.C.cum seruorum ad extent liberi vel non,vt voluit Baldus in authen.præterea.ver.vltimus etiam nota. C.vn. ex vt. & vxor.Licet istud non firmet,quia arguit in oppositū, vt ibi per eum.Et idem tenet Bal.in l.ea lege. in iij. q.C.de condi.ob eau.Et eum sequitur Petrus de Ferm in forma libelli,quo vxor agit ad dotem in verificatæ dommæ Marg. dicens quod illam partem approbauit longissima consuetu.totius Lombardiæ.Et tenet idem Bald.in l.fi.in fi.C.de bo.mat. & Bal. in consil. xij.incip.quæstio formatur per Iac.But. volum.iiij.& pro ista opin.facit quod dicit Bartol.in l.iij.§.si rem. quem sequuntur ibi Doct.ff.de legat.iij.quod quando consuetudo disponit idem quod ius commune, debet aliquid vltra ius operari. & idem Alex.in consil.clxxxij.in fi.libr.v.& Andr.Barbat. in consil.xij.& in consi.lj.vol.j.& Felin.in c.j.versic. primlegium.de rescript.& Ias.in §.actionum.num. iiij. instit.de act. ergo vltra d.l.hac edictali. debet aliquid addere, & vltra operari,vt etiam intelligatur in marito habente liberos,& transeunte ad secundas nuptias. Et hoc nisi statutum se referet ad ius commune, quia tunc debet intelligi secundum ius commune. c.cum dilectus.de consuet.vt dicit Bal.consi.cxlij.incip. supposito statuto.volum.j.prout in simili voluit Abbas Sicul.post Inno.Host.& Ioann. And.in c.causam quæ. de rescrip.quod statutum disponens idem quod ius commune intelligitur secūdum ius commune, quia satis est,quod producat nouum remedium. Et ita videtur tenere Ioann.Campeni in tracta.de dote,in v. parte.q.x.†Sed contrarium tenet Barto.in d.l.hac e- 3
dictali. & ibi Salicet. in vj. q.& Bald.ibi arguit ad vtranque partem.sed idem Bal. sibi contrarius tenuit hanc sententiam in c.j.an maritus suc.vxori in benefic. nisi in feudo, secundum ipsum,in quo talis consuetudo vel statutum de lucrando dotem vel partem non habet locum liberis stantibus.Et ibi idem tenet Cardi.Alex.Et istam partem tenuit Bal.in l.vnica.in iij.q.C.de mostic.donat. Licet pro parte contraria multum singulariter arguat. Tamen pro ista parte ita dicit fuisse determinatū. Et idem tenet ibi Ang.

Digitized by Google

& in authen.de non exigen.ſecundo nub.in prin.ſed tunc reſtat videre.& in d.conſ.cccxcvj.& Ioann.de Imo.in l.ſi verò.§.de viro.in j.membro principali. ff. ſol.mat.& Alex.in l.ſi.§.in computatione. C. de iur. delib.l.inter cętera.de lib.& poſth.& in l.ſi quis prior.ff.ad Treb.& in conſi.cxxij.nu.ix.verſi.illud etiam conſtat. lib.vij. vbi dicit iſtam eſſe communem opi. & idem tenet Ang.in §.qua vero.in j.verſi. ſed tunc poteſt dubitari.in authen. de nupt. vbi dicit tale ſtatutum eſſe Florentiæ.De quo etiam facit mẽtionem Pau.de Caſt.in d.l.j.de inoffic.dona. & Bald.in d.cõſ. xij.& idem tenet Bal.in auth.ex teſtamento.verſi.ſed ſtatim iuxta prædicta quæro.de ſecund.nup.& Franciſ.de Crema.in ſuo ſing.vltim. clxxij.inchoan. conſului pridie.& Bal.in l.iubemus.C.ad Trebel.Et ſingulariter quidam Doct.qui ita conſuluit, cuius conſilium ponitur inter conſilia Paul.de Caſtr. in ij.volum.ccccxij.incip.gl. in auth. de nup.vol.nouorum. & ſingu.& ample Franciſc.Curt.conſil. lxxix. exord. domina Franciſcina.ver.ſed prẽmiſſis omnibus non obſtantibus.vſque ad fin.& idem tenet Pau.de Caſt. conſi.cxcij.inci.verba appoſita in ſtatuto. volum.antiq.Et Fran.de Pepis in repe.d.auth.prætereà.verſic. ſecundum eſt quòd ſi ſuperſtes maritus. & ibi Paul. de Caſt.& amplè Iaſ.verſi.quintò principaliter pondera. vbi poſt longam diſputationem diſtinguit tres caſus principales,quos proſecutus fuit Socin.conſil. lij.inchoan.ſuper hac difficultate.volum.iij.& Ioann. de Garoni.in d.l.hac edictali.qui multum eſt longus in rationibus cuiuſlibet Doctor.hanc quæſt.tangen-
4 tis,recitãdis. †Nam aliquando ſtatutum aut conſuetudinarium expreſsè dicit maritum lucrari totã dotem,aut partem dotis,vel bona mobilia,etiam ſi ſint liberi prioris matrimonij, & iſto caſu clarè loquitur ſtatutum vel conſuetu.& tũc maritus illa lucrabitur. Quia poſito,quòd ipſa mulier non poſſit iſtud facere per pactum expreſſum, & dicta l.hac edictali. tamen ſtatutum vel conſuetudo bene poteſt illud facere: nec iſto caſu cõſuetudo recipiet declarationem vel interpretationem, per d.l. hac edictali. vt voluit Baldus,quem ſequitur ibi Paul. in dicta l. vna. de inoffi.doti.vbi Pau.dicit,quòd cum ſtatutum eſſet Florentiæ, quòd maritus lucretur totam dotem, & intentio populi eſſet, quòd haberet locum etiam exiſtẽtibus filiis ex primo matrimonio: quia aliàs viduæ non reperiebant maritos: & cum ipſe eſſet vnus ex compilatoribus ſtatutorum, fecit addi illa verba, etiam exiſtentibus filiis ex primo matrimonio,Eidem tenet Bal.in d.conſilio clxxxvj. incip.iſta mulier.vol. iiij.& Pau.de Caſt.conſil.cxciij.inchoan.verba appoſita.volum.antiq.& RaphFulg.conſi.lxiij.incip.Blaſius quondam Ioannis Petri & conſil. lxxxix.exordi. domina Cather.& Alex.in addi.j. ad Bart. in d.l.j.de inof.dot. dicens iſtam eſſe cõmunem: cùm ſtatutum poſſit minuere legitimã, ſecundũ Cin. & Doct.in l. ſancimus.C.de nupt.quãuis Raph.Cum.in hoc articulo teneat cõtrarium ſc.conſuetudinẽ aut ſtatutum non valere in cõſ.cix.inci.domina Ioanna de Medio lano.ver.ad ſecundũ ſatis reſponſum eſt,&c.allegans Bar.in d.l.j.vbi non loquitur de liberis primi matrimonij extantibus.& contra communem tenet etiam Benedict. Cap. conſ.lxxiij. incipiente, punctus,domina Philippa.verſicu.item quod tale ſtatutum. Sed communem tenet Paulus de Caſtr.conſilio cccxvij. inchoante, præſuppoſito quod prætatum decretum. & idem Signo.de Homod.conſi.xxxvij.verſi.prætereà hoc potiſſimè probatur.& Ioann.de Garoni.in d. l.hac edictali. hoc probantes omnes Doct. quòd ſicut princeps poteſt illi l.hac edictali. & cæteris legibus poſitiuis nominatim vel in genere derogare,dicendo,non obſtantibus legibus,vt volunt Bartol. & omnes in l.fina.C.de legibus & in iuribus ſuprà alle. & plenè dixi in tract.de poteſt.do.leg. in Francia. in j.q. idem dicendum in ſtatuto, quando illi legi nominatim,vel in genere,& taliter, quod per eius verba intelligi poſſit, derogare voluerit, vt dicam infrà in vltimo caſu.Et idem ce Garon.vbi ſuprà.& in repetitio.rubric.eiuſdem tit.in iiij. remedio, pro quibus allego domin. de Rota idem tenentes Deciſio. cccclixxvj.aliàs eſt Deciſ.vij.inci.mota conſuetudo.in titu.de conſuet.in antiq. & iſta eſt communis ſecundum Iaſ.& Socin.vbi ſuprà.& ſic ſe habet conſuetud. Burdegal. redacta articulo xlvij. vt infrà dicam,quæ loquitur in lucro quod vir ex morte vxoris aliàs vxoratæ lucratur. Et idem dic econtrà eſſe,quando conſuetudo clarè diceret, quod ſtantibus liberis maritus aut vxor non lucretur bona mobilia, vt eſt apud Bituriges,vt patet libr.conſuetud.Biturig.titul.de conſuetudin.matrimonij.& docrij.§.fin.& ibi dixi: quia talia ſtatuta, ſiue permiſſoria, ſiue prohibitoria, ſunt in hoc ſeruanda,vt dicit Bald.in l.illud. in princi.per illum textum.ff.quod cuiuſque vniuer.nomine. † Aliquando & ſecundò ſtatutum aut conſuetudo ſimpliciter loquitur, quòd maritus lucretur dotem, aut bona mobilia,&c. & in iſto caſu ſunt opi. vt dictum eſt:vna quam tenet Iac.Butr.Bartol. Bald.& Salic.in vj.q.in d.l.hac edictali.quæ eſt vlt.quæ recipit tamen limitationem & interpretationem, per dictam l.hac edictali. hoc eſt niſi ſuperſint liberi prioris matrimonij. Et iſto caſu maritus non lucratur plus ipſa dote, quam habet vnus de ipſis liberis prioris matrimonij. Et in iſtis terminis ſecundum Iaſ.in d. authent. prætereà.procedit opin,Bartol. & communis in d.l. hac edictali.vbi Bald.alleg. dominum Franc. de Alberg. diſputando Florentiæ ita tenuiſſe. Et idem dicit in dicto conſil.xij. & ſic habet conſuetud. Burdegalen. vt tenet lib.conſuetud.artic.xlv.quę ſic debet intelligi loquens ſolum de viro, qui mulierem virginem, aut aliàs non vxoratam accipit, lucrante dotem & bona mobilia,ſecus in vidua, vt ſuprà dictum eſt. Alia eſt opin.in eiſdem terminis,quòd imò tale ſtatutum habeat locum,non obſtante d.l. hac edictali. Et iſtam tenuit Bal.in d.l.ea lege.de condict.ob cauſ.& Doctor.ſuprà in princi.alleg. Tamen præcedens eſt communior in hoc mẽbro & caſu ſtatuti, ſecundum Socin.Iaſ.& Franc.de Curt.in d.conſi.lxxix. verſi.ſed præmiſſis.& Franc.Curt.iunior in d.authen.prætereà.nu.xiiij.ſed hæc communis opinio limitatur duobus modis per Angel.in dicto conſilio cccxvj.verſic. hæc autem regula. †Primò,quando mulier de licen- 6
tia primi mariti vel cõſenſu liberorum tranſit ad ſecunda vota. Et in hoc non eſt dubium,quia licentia ſecundo nubenti data per teſtamẽtum ſui mariti facit ceſſare omnes pœnas iuris, ſecundùm Bald. & Paul. de Caſtr. in l. filium quem habentem,quos ibi ſequitur Iaſ.C.famil. erciſc. quod intellige vt ibi per Iaſ.& Guli.Benedict.in ſua repeti.ca,Raynutius.ver. & intelligatis. & latius dixi infrà q.clxxxv. inchoan. quo ad ſecundam q.principalem.num.xxj.verſic.iiij. limita.Secundò fallit ſecundum Angel.quando mulier ſecundò nubit abſque pacto de lucrando, & ſed abſque lucro inducto per principalem cenſuram, & tamen abſque illis nubere nõ poterat illi cui nupſit, nec honeſtè alteri nubere poterat. Et tunc poſſe valere ſtatutum,quia paria ſunt, vt inquit, nullo modo poſſe,aut non ſine dedecore, l.hoc modo.ff.de condi.& demonſtr.& ibi per eum, qui plura adducit de iuuenibus vetulas accipientibus. Et de Neuiza in ſua

ſylua,

7 ſylua,& Tiraquellus de legi.connubiali.† Aliquando & tertio ſtatuto dicit, quod maritus mortua vxore lucretur omni caſu dotem vel partem dotis, vt diſponit ſtatutũ ciuitatis Mutinæ.Et illo caſu dicit Iaſo. quod Rom.in conſilio xliij.inchoan.ex ſuprà narrato themate.verſicul. poſt hæc peracta producto fuit mihi ſtatutum Mutinenſe, &c. tenet quod per illa verba vniuerſalia, omni caſu, maritus lucrabitur etiam extantibus liberis ex primo matrimonio,per regulam vulgatam volentem,qui totum dicit nihil excludit, l.Iulianus. ff.de legatis iij. l.à procuratore.C. manda. & illo caſu ſtatutum propter verba vniuerſalia, omni caſu, non interpretabitur ſecundum ius commune,hoc eſt ſecundum l.hac edictali. Et dicit Iaſon,quod non recolit alibi legiſſe: tamen non putat hoc dictum eſſe verum, quia lex noua generaliter loquens,& terminis vtens generalibus,puta omnes, vel omni caſu,recipit interpretationem & declarationem,præſertim vt minus derogetur iuri communi,quàm poſſibile ſit.not.gl.in l.fin. & ibi Bald.C.ſine cenſu vel reliq.cum alijs per ipſum allegá. Et ſequitur Franc.de Pepis in d.auth.præterea.ver.ſecundum eſt.Et Ioan.de Garoni.in d.l.hac edictali.& Socin.conſi.liij.in prin.vol.iiij.quamuis idemSoc.in d. conſ.ij.ver.ex quibus aliquando. vol.iij. teneat opin. Ro.& ſit ſibi contrarius.Et idemDec.in d.auth.præterea, quia licet expreſsè ſtatutum non dicat maritũ lucrari dotem etiam extantibus liberis ex primo matrimonio,tamẽ ſi hoc apparet ex verbis ſtatuti, idem eſt ſecundũ Soc.dicendũ.allegat Sal.in l.hac edictali. vbi ita vult in vj.q.in fi.quod quando in ſtatuto ſunt appoſita aliqua verba, per quæ apparet illi legi eſſe derogatum tunc non habet locum in d.l.hac edictali.Et ſic non loquitur quando expreſsè eſt derogatũ, ſed quando per verba ſtatuti hoc conſtat.Iſtud enim decidit ſecundùm eum Bald.in conſilio cccxcv. vo. v.quod tamen non inueni,nec ſunt in tanto numero conſilia in illo vol. ſecundùm impreſſionem Venetam.Tamen dominus de Garoni.in d.l.hac edictali. dicit quòd eſt pe.in eo.vol.v.in impreſſione Mediolani,quod incipit, an lex ſeu quædam domina Helena.verum quod Bald. illud dicit in dicto con' l.xij.& idem in conſil.ccccvij.incipien.ſtatuto ciuitatis Terdone.Et iſtam partem confirmat Soc. in d.conſil.lij. vt ibi vide,& Franc.de Curt.in d.conſ.lxxix.verſi.ſed præmiſſis.dicens,quòd vbi expreſsè non derogat diſpoſitioni l.hac edictali. nec apparet per eius verba expreſsè quòd voluerit derogare diſpoſitioni illius legis,tunc cõmunis & vera ſententia eſt,quod liberi ex primo matrimonio non obſtante ſtatutovolente, mortua vxore in matrimonio maritũ lucrari totam dotem, poterunt petere totam dotem & bona materna,iuxta dict. l.hac edictali. & ibi vide multũ ample.& idem Alex.in addit. Bart.in d.l.j.de inof.doti. Sed hic dicta conſuetudo non fuit plenè probata, & vbi fuiſſet plenè probata,debet intelligi liberis non ſtantibus:ex quo expreſsè nihil de liberis dicit,&nũc eſt redacta in ſcriptis,& ſituata in tit.de doti. & doẽriis. §.vj. aliàs xlv. computando numerum ab initio conſuetu. vſque ad d.§. vj. quæ intelligi debet prout ſuprà dixi.De hac etiam quæſt.vide infrà q.cciij.inci. ſed quid ſi mater quæ primo donauit ſuo marito.Et ſic concluſum fuit in curia in cauſa & proceſſu Ioannis de Burdegala.Et latum arreſtum die xxvij.Martij, Anno 1520.

SVMMÆ.

1 *Mercator vnius loci tenens factorem in alio poteſt ibi conueniri.*

2 *Iudex poteſt ſuis prohibere ne coram alio in ſui præiudicium lurgent.*

3 *Seneſchalli ſe iudicio ſubmittens, ſi poſtea coram ordinario præueniat, an nihilominus coram Seneſchallo conuentatur,& nu.4.6.& 9.*

5 *Vaſallus ſine conſenſu domini non poteſt prorogare iuriſdictionem alterius: falſa in caſibus. & nu.10. 11.13.& 14.*

8 *Clericus coram iudice ſeculari cogitur recognoſcere ſcripturam ſuam.*

9 *Debitor volẽs offerre pecuniam debitam, an coram ſuo vel creditoris iudice id agat.*

12 *Feuda in Gallia ſunt inſtar patrimoniorum, & alienari poſſunt.*

15 *Emphyteuta poſſunt ſe alijs iudicibus ſubmittere.*

Quæſtio CXIII.

Florentinus an Ianuenſis banquerius ſiue campſor nomine Sebaſtianus Sauuaige in Burdegala ciuitate commorans, debitor in grandi ſumma erga Antonium Guilbert mercatorem conuenire fecit coram Submaiore & Iuratis ciuitatis Burdegalæ,dictum Guilbert creditorem præueniendo,dubitans aliquam executionem ſibi fieri in vim obligationis ſub rigore curiæ factæ. Coram quibus ipſe creditor non comparuit, ſed eundem debitorem conuenire fecit coram Seneſchallo Aquitaniæ,ſeu eius locumtenente: qui non obſtante litis pendentia prædicta,& renuodio per ipſum debitorẽ petito retinuit cauſam viſis literis obligatoris, à cuius appunctamento ad curiam appellatum extitit.Quæritur an bene. Secundò an vaſallus poſſit ſe obligare ſub ſigillo alterius iudicis.

DECISIO CXIIII.

EST † præſuppono id quod dicit Paul.de Caſtro in l.hæres abſens. §.apud Labeonẽ. per illum textum. ff.de iudiciis. quem ibi ſequitur Iacob. de ſancto Georg.quòd ſi ciuis Florentinus teneat vnum factorem in ciuitate Lugdunenſi ad vnam rationem ſeu ad vnam banquam, ſiue fundigum, poterit pro contractibus cum illo factore celebratis conueniri in ciuitate Lugdunenſi,ſi ibi reperiatur.& idem Dinus conſilio xviij. & quando inſtitor teneatur ex literis ſuis,quibus aſſerit menſam eſſe debitricem de aliqua ſumma,vide tex.& Doct.in l.fin.ff. de inſtitor. actio.& Iaco.de ſancto Georg. in dicto §. apud Labeonem.† Secundò præſuppono iudicem poſſe prohibere ſubditis ſuis, ne corã alio in ſui præiudicium lit gent,vt voluit Ioan.Fab.in l.j.ante fi. C.de officio præfect.vrb.per tex.in c.tranſmiſſa. de foro compet. & idem Paris de Puteo in ſyndicatu tit.de exceſſibus Baronorum.c.vltim.in prin.ſic etiam iudex eccleſiaſticus poteſt mandare iudici ſeculari,ne ſe intromittat de eccleſiaſti.arg.l.hæres.in fundo.de vſufru.leg. & voluit Bal.in prooem.ij.li.decre.ver.Item Epiſcopi.& pro hoc capi.ſeculares. de foro competen. lib. vj. tamen hoc non ſeruatur in hoc Franciæ regno: quia Rex & eius officiarij,nec moneri,nec excõmunicari poſſunt,vt dixi in §.xxj.de iuriſd.omn.iud.lib. conſue.Biturig.† Hoc habito videtur malè fuiſſe per dictum Seneſchallum,ſeu eius locumtenentem iudicatum,& bene appellatum, dictante regula vtroque iure approbata, actorem ſequi debere forum rei. l. iuris ordinem.C.de iuriſ.omn.iudic.& c.ſi quis contra clericum.& c.cum ſit generale,& c.ſi clericus laicum.de foro comp.ſed dicti Submaior & Iurati ſunt eiuſdem Antonij Guilbert creditoris iudices ordinarij,& pariter debitoris:coram quibus debitor ipſe

conueniri fecerat prædictũ Guilbert: quare debebat remitti coram eiſdem:per tex.in d.l. hæres abſens.§. apud Labeonem. †Nõ obſtante obligatione & ſubmiſſione facta cõrectioni & rigori iuriſdictionis Seneſchalli Aquitaniæ vel alterius,maxime quando eſt in prçiudicium domini,ſine cuius conſenſu non poteſt vaſallus ſe ſubmittere:vt voluit Bar. in l.j.§.operis.verſ.item quærit.ff.de noui op.nunt.quam ibi ſequuntur Paul.de Caſt.Ioan.de Imo.Rom.& Alexan. ver.poſtremo tangit.& Iaſ.verſ.circa ſecundũ quæſt. & idem Bartol.in l.j.ff.de iudi. & ibi eum ſequuntur Ange.Albe.ver.ſed nunquid vaſallus,& Iac.de ſanct. Geor.nu.xx.& Bal.in c.imperialẽ,§.præterea. in vlt. ver.ſed quæro vtrũ vaſalli.de prohi.ſeu.alie.per Fed. & in l.decernimus.ver.adde tamen vnum.C.de ſacr. eccl.& Hoſt.in ſumma,tit.de foro comp.§.quibus ex cau.verſi.ſed nec videtur. Et Guid.Pap.quę.lxxvij.& in ſuo conſi.clxxiiij.& Ant.de But. in d.c.ex trãſmiſſa.de foro comp.& Fel.in c.cæterum.verſi.ex iſtis ſequitur.de iudi.ponens regulam, † quòd vaſallus non poſſit ſine conſenſu domini prorogare iuriſdictionem alterius.& xiij. caſus fallentiales. & idem tenet Maſuer.in titu.de iudici.& eorum iuriſdi.verſic.item partes non poſſunt.& Benedict.in ſua repet.ca.Raynutius.nu.cccxlvj.Et hoc probant Bar.& Bal.& ſequaces per gl.in d.c.imperialẽ.§.præterea.in verb.duos. verſi.ſed nunquid ab initio.de prohib. feudi alien.& ibi Bald.Card.Alex.& Lud.Bolog.in ſecundis interpret.Quamuis in Rom.in d.§.& poſt operis.& multi, & plures alij velint contrarium ſentire, ponendo aliam opi.tamẽ hanc partẽ ſequitur Bal.conſ.cccxxij. inci.à capite inchoantes.ver.ij.alia principali.vol.j.& Abb.Sic.conſ.lxxxiij.verſi. quinimo non poſſunt vaſalli.vol.j.& And.Barb.in d.c.cæterum.num.vj.& ibi Franc.de Aret.verſ.circa primum:nu.xv.& Soc.conſ. lxxxvij.nu.ij.vo.iij.Et ita per ordinationes regias cõſtitutum eſt,& ordinatũ, vt patet per ordinationem Philip.vj.& Caroli vj.in tit.de reſcript.incip. ſtatuto perpetuo prohibemus. in collectis per Aufrer. & ſic tenet Ioan.Fab.in l.ſi qui,verſic.ſed cum hodie.C.de epiſc.& clerici. dicens hanc partem ſeruari de conſuet.domino cõtradicente.& idem Bertr.conſ.cccv. vol.j. Et ſecundum hanc partem pluries iudicatum fuit per curiam. Primo inter Bernardum & Hernerium Corniers à Seneſchallo Lemouicen. appellãtes & magiſtrum Gui.de Leſterie.dict.du Saillãt appellatum:qui non obſtante ſubmiſſione facta coram d. Seneſchallo, fuit renuodiatus & remiſſus coram ordinario de Douzenaco: & latum die xvj. Februarij Anno 1519. Secundo pariter fuit per aliud areſtum Poncetus de Fargues appellans à SeneſchalloPetrag. contra Boulcadum & Senihac renuodiatus coram iudice ordinario de mõte Pezerio, & latum a reſtum die iij.Iunij,Anno 1527. †In contrariũ videtur,quod licet regula prædicta quòd actor ſequatur forum rei, ſit vera,hoc tamen quando principaliter de aliqua re contenditur,ſed ſecus ſecundum Abb. Sic.tam in lectu.quàm repetit.d.c.ſi quis contra,in primo nota.ſi agatur ſuper aliqua exceptione:quia reus originarius antequam conueniatur, vult ſuper illa exceptione agere,quod aliquando poteſt.not.l.ſi contendat.ff.de fideiuſ.& in c.j.de iurciu.vel timet moleſtari,iuxta l. diffamari.C.de inge.& ma.in rub.& nigro, vt nemo inuit.agere cog.& cap.conquerentes. de offic.ordin. cum alijs per nos alleg.in q.eclv.inchoan. Quæritur an quis cogere poſſit aliquem. Hoc enim caſu agendum eſt coram iudice,corã quo ageretur, ſi ipſe reus conueniretur,quia attendi debet cauſæ naturalis origo,non quod accidentaliter contingit: cauſa enim neturalis vincit accidentalẽ,l.qui habebat. ff.de tute. Et iſtud multum corroborat Abb.quem ibi vide: & ita ſingulariter conſuluit Alex.conſi.ciij.exord. conſideratis iis quæ in themate narrantur.vol.v.vbi aliis mediis & iuribus hanc corroborat partem, in fauorem epiſcopi.Cremon.qui fuit conuentus coram iudice eccleſiaſtico per ſuos debitores laicos, quos tãdem ipſe conuenit coram iudice ſeculari dictorum debitorum originalium.† Non obſtat quod dicebatur ex parte debitoris,quòd creditor ſi primò mouiſſet litem cõtra ipſum debitorem,potuiſſet eam mouere coram dictis iudicibus, coram quibus reus creditorem conuenerat:quia ad hoc per ipſum reſpondebatur,quod illud erat in facultate creditoris,vt voluit glo.quam ſequuntur ibi Docto.in l.vlti.C.vbi in rem actio.& idem gl.in auth.habita.§.verum.in ver. opinione.C.ne filius pro patre.& Soc. conſ.xciij. n. ij.vol.iiij.fallit fauore ſcholarium. per text. in d.auth. habita.Item fallit, fauore eccleſiæ & perſonarum eccleſiaſticarum,vt voluit Abb.Sic.poſt. Ant. in c.conſtitutus.in j.no.de in integ.reſtit.& ibi idem Ioan.de Imo.in c.ſi diligenti.de foro comp.nec etiam de cõſenſu epiſcopi clericus poteſt prorogare. c.ſignificaſti.eod.titu.† Tamen hodie de ſtylo curiæ Franciæ,ſi clericus aut Epiſcopus ſit conuentus ad recognoſcẽdum literas ſuo manuali ſigno ſignatas, vel propria manu ſcriptas,vel ſuo ſigillo ſigillatas, tenebitur coram iudice ſeculari confiteri vel negare. Et ſi recognouerit,tenebitur deponere ſummam in ſchedula contentam,vel garnire manum Regiam. Et ſi eſſet perſonaliter obligatus ad vires alicuius ſigilli, tenebitur in hypotheca reſpondere,& etiam in aliis caſibus ſuprà no.in q.inci.ſuper quadam q. ideo nõ potuit ſibi tollere præueniendo. etiam ſecundum Alexand. ratione materiæ aut contractus,vt ibi per eum qui allegat Ant.de But.in d.c.ſi clericus. in vltima q. quem Abb.non allegauit, licet ab eo ferè omnia ſua dicta habuerit.Et idem Barb.in d.c.ſi quis contra,in j.nota.& Fel.in pr.quos vide,& Paul.de Caſt. poſt Imol.in d.l.ſi contendat.quia,vt inquit Felin.opinio. Abb.& Anto.de Butr.ſeruatur in practica.& mirum quod Fel.non viderit illud conſilium Alex. quia allegat in terminis noſtris inter alias Deciſ.Bal.in l.acceptam.in xiij.q.C.de vſur.ponens quæſt.ſi †debitor velit creditori offerre pecuniam debitam, & creditor recuſet recipere, & debitor velit in iudicio eam deponi facere authoritate iudicis, ne vllam moram, vel pœnam incurrat,ſecundum formam illius l.acceptam.quis erit ſuper hoc iudex competens. Et ſic an debitor ſequi forum creditoris, an verò forum iudicis ipſius debitoris teneatur.Et concludit Bald.quod forum iudicis rei debitoris, non forum creditoris: quia debitor iudicem adiit vt reus, non vt agens, allegat tex.in l.in contractibus. C.de non nume.pecu. pro qua Deci.facit tex.in cap.dilecti filij.de for.cõp. cum nota.in cap.Romana.§.contrahentes, eod.titu. lib.vj. †Et quo ad ſecundam regulam, quod vaſallus vel alius ſubditus non poteſt prorogare iuriſdictionem,nec ſe obligando ſub ſigillo regio alicuius curiæ ſubmittere,eſt in ſe vera,ſed fallit in xiij. caſibus, quos ponit Felin.in d.c.cæterum.& Doct. in d.l.j.§. & poſt operis.& aliquos ad propoſitum noſtrum facientes,quos pro nunc tantum recitabo cauſa breuitatis. †Primo quando feudum eſt franchum,quia tũc vaſallus prorogare poteſt iuriſdictionem. vt voluit Bal.in l.j.ver.v.oppo.C.ſi à nõ compe. iud.quia tale feudum poteſt alienari,vt ibi per eum.Et idem dicit in auth.rogati,ver.cæterum dicunt quidã.C.ad Trebel.& in l.ſi plures.C.de cond.inſer. Sed hoc reprobat

4 5 6 7 8 9 10 11

bat Felin.poſt Franc.de Aret.ibi nu.xv. & idē Franc. Curt.in tract.feudorum,in vij. parte quæſt.v. ante ſi. verſic. prædictam tamen communem cōcluſionem. quia licet natura feudi ſit alterata, tamen remanet feudum,& iſtud eſt verum de iure,& illa eſt v.fallen. Feli.Et idem tenuit ſibi contrarius Bald.in d.c.cæterum.verſi.vlterius oppono.& Soci.conſi. cxiiij.verſi. vj.iſta concluſio.vol.ij.& idem Decius in d.c.cæterū.

12 verſi.ſecundus caſus.† Tamen videtur primū dictum Baldi ſeruari in hoc Regno de generali eius conſuetudine, qua non ſolum feudum franchum, ſed alia feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorū,quæ vendi & alienari ac donari poſſunt irrequiſito domino, & eo inuito,vt voluit Io. Fab. in authent.ingreſſi.C. de ſacroſanct.eccle.& Pet.Iacob.in ſua praxi.titul.de condict.per l.Imperialem.§.calidis. verſi. item fallit. & Albe.in l.fin.C.de iuriſd.omn.iudi.& Bald.conſil. 183.vol.j.& Guid.Pap.q.lix.& q.cccvij.cum aliis per nos alleg.in §.j.& ij.de conſuet.Bitur.feud.li.conſue. & alibi ſæpè: ergo non ſolum agere & experiri pro feudo, ſed illud obligare & prorogare iuriſdictionem poterit argu.l.ait prætor. de iure deli. Quia vbi quis alienare non poteſt, nec actiones exercere poteſt, & ibi vide Doctor. ſuprà allegat. loquuntur ſecundum iura feudorum, ſecundum quę non poterant ſine conſenſu domini alienari: & ſecundum illa iura probat Bal.in prælle. conſ.cccxxij.ver.ſecundo alia principali. ibi,ſicut enim feudū non poteſt alienari per cōtractū,ita nec per iudicium prorogatum: quia de facili poſſent lites fingi: & feudū cōtra ſuam naturam alienari poteſt.quod eſt abſurdū,l.cum ij.§. ſi cum.ff.de tranſa. Sed alia eſt opi. verior ſecundum Decium in d.c.cæterum.verſ.retenta tamen concluſione,allegans Franc. de Aret. ita tenere de iure feudorum in conſil.xiiij.verſi.nec obſtat præmiſſæ concluſioni,quando penes dominum nihil remanſit iuris, id eſt, quando tranſtulit directum dominium: quia poterit tunc alienari ſine conſenſu domini Et idem Alexan.conſil.xxx.in fi.verſicu.Ergo à fortiori. & magis ſtante conſuetudine Franciæ alienationem feudi permittente, poterit irrequiſito domino prorogare iuriſdictionem. Accedant no.per Bald.conſi.

13 cccxxix inchoan.in territorio rotarum.vol.ij. †Secundo fallit,quando eſt quęſtio de feudo inter vaſallum & alium tertium, quem conſtat non eſſe vaſallum, tunc poteſt ſe ſubmittere coërctioni alterius fori:quia dominus non poteſt eſſe iudex in cauſa ſua, vt voluit gloſſ.vltim.in dicto cap. cæterum in fine.& probat text.ibi,dum in princi.dicit,cæterum,quia in eos quos ab eccleſia tua conſtat,&c.Et iſta eſt quinta fallen.Feli.ibi,& pariter Bal.ver.vlterius opp.& Soc. conſi.cxiiij.verſi.ſextò iſta conclu.vol.ij. Et pro hoc dicit Bal.in proœmio.ij.lib.decreta.ver.& not.quod licet appellamus vaſallos illos qui iurāt ratione feudi fidelitatem, tamen illi qui iurant ratione ordinariæ iuriſdictionis,vt prælati,non dicuntur vaſalli: ſed dicuntur domini iuriſdictione dominica & in capita: quia nō faciunt pro eo aliquod ſeruitium nobilis

14 qualitatis,ſed ſolum recognitionis. † Tertiò fallit quando inter vaſallos eſt quæſtio de alia re,quàm de feudo,vt tenet Inn.in d.c. cæterum. quem ſequuntur ibi Abba.Sicul.& Felin. in vj.fallen.vbi aliud fortificat per quatuor ſimilia.& idem Ang.in d.l.j.verſi.an autem ſubditus.de iudi.& idem Iaſ.in d.l.j.§. & poſt operis.in iij.fallen.verſi.infertur quòd iſta limitatio. & Bald.in d. proœm. ſecundi lib.Decret.verſicul.in feudalibus.dic & Alex.in d.§. & poſt operis.verſicu. item inquantum Ro.hic addit, reprehendens ipſum Ro.volentem,quòd vbi iudex, qui habet aliam qualitatem in ſubditum, quàm nudam iuriſdictionem, non poteſt ſubditus eo non conſentiente ſubmittere,quia intelligitur(vt inquit Alex.)iuxta doctrinam Bar.ibi, ſcilicet quando ſubeſt qualitas vaſallagij in ſubdito,vt probatur d.c.ex trāſmiſſa. & latius ibi per eum,quamuis Bal.in d.conſ.cccxij. ver.ij.alia principali ratione.ibi,Imo ſecundum Bart.&c.velit cōtrarium,intelligēdo Bar. alio modo quàm Alex.tamen intellectus Alex.eſt verior, prout tenent Abb.Sicul. in d.c.cæterum.& Decius, ambo in verſi.iij.caſus & Maria.Socin.in d.c.tranſmiſſ.verſi.j. igitur quæro.& verſic.circa tertium. & verſicu.circa quartum & vltimum,& idem Alexan.conſi.j.vol.j.& pro hac fallen. facit alia & noua fallen. Feli.in d. c. cæterum. quòd

1 †emphyteutæ & liuellarij poſſunt prorogare,& ſe obligare viribus & coërctionibus alterius iudicis regij.alleg.Bald.in d.proœm.ij. lib.verſ.ſed nunquid idem in liuellariis.vbi ponit differētias inter liuellum & feudum: & in fi.dicit:ex his apparet,quod in Maſſarios meos, qui laborant meas terras, etiam ſi ſint perpetui,nullā habeo iuriſdictionem, quia nec lege cauetur,nec conſuetudine habetur:& idem Bal.in d. c.cæterum,verſi.quærit Hoſtien. quamuis Hoſtienſ. ibi velit cōtrarium, ſcilicet dominum inter emphyteutas habere iuriſdictionem ſicut inter vaſallos.Sed hæc opinio(vt inquit Bal.)à nullo eſt relatā niſi à Saturn.& ideo falſa,quia Saturnina,l.j.ff.de ſenat.Et in iſtis duabus fallen.idem tenet Card.Alex.in d.§.præterea.ver.oppo.cum gl.ver. ſeq. quid ſi extraneus. & Decius in d.c.cæterum,verſic.& quod ſuprà dictum eſt.vbi alleg.Roma.conſi.cccxij.inchoan.quò ad primum.in ſecundo dubio. & in vtroque caſu ſuprà dicto tenet Iac.de ſancto Georg.in tractatu feud.in gl. Et dicti vaſalli pro dictis rebus in princ. Igitur poteſt vaſallus in caſibus prædictis, & ſimilibus ſe ſubmittere & prorogare iuriſdictionem iudicis regalis: quia hodie per tales ſubmiſſiones coërctionum, ſigillorum, contractuum aut iudicū vel curiarum partes cenſentur eſſe condemnatæ, & tales literæ obligatoriæ paratam habent executionem, vt voluit Io. Fab.in l.certum. C.famil.erciſc.quemadmodum habent inſtrumenta garentigionata,vt Tuſci appellant, & Peruſini conſeſſionata, vt dicit Bald.in l.etiam.C. de execut.rei iudicat.cum aliis per nos alleg.in §.xvij. in gloſ.j.& in additio.de iuriſd.omn.iud.lib. conſuetud.Biturig.Et idem Benedictus de Barxis in ſuo tractatu gerenti.in j.parte,quæſt.iij.& idem Bal.conſil. ccclxxxix. incip. ad euidentiam præmittendum eſt quòd iuriſdictio.vol.iiij. & Paris de Puteo in ſyndicatu.in verbo, inſtrumentum. volens etiam non ſolum ratione prorogationis expreſſæ,ſed etiam tacitę iuriſdictionem prorogari. Et idem ſi quis obligauerit ad tenendum priſionem, vel hoſtagium in curia alicuius iudicis, quia tunc de conſuet. non fit remiſſio,ſicut nec in dilectis de conſuetud. fit remiſſio, vt voluit Bertran.in d.conſi.cccv.nu.vj.verſi.ſed quamuis præmiſſa.& etiam quidam vocatus Iac.in repe.§. contrahentes.cap.Romana.de foro compet.lib.vj.in iiij.oppo.ante finem.verſic. ſed quicquid ſit,de iure, de conſuet.& obſeruantia videmus contrarium vbique ſeruari,quod eſt ſecūdum eum expediens ſubditis quòd ita ſeruetur: quia creditores aliter ſuas non traherent pecunias, niſi debitores facerent ſimiles obligationes,& executiones ſic complerentur,& fierent:& verum dicit.Et ita reperi in grandi conſuetu. tit.*des droicts Royaulx*.fol.iij.pagina.ij.verſicul. *Item auront leſdicts baillifz*. Sic aliàs fuit dictum per areſtum curiæ Pariſien.vt habetur in areſtis per Aufrer. recollectis. §.xvij. & per aliud areſtum curiæ noſtræ

Burdegal.contra magiſtrum Ioann.Dohirs, in fauorem Arnaldi Darles, Latum die vij. Auguſti Anno 1529.Et ita fuit etiam in præſenti caſu dictum per arreſtum inter dictos Guilibert & Saunaige. Et latum die Maij.Anno 1521.

QVARE SEQVENDO hanc partem, & propter diuerſitatem arreſtorum curia mota fuit omnibus cõuocatis cameris,& congregatis facere vnam ſuper hoc ordinationem,quouſque aliter fuerit per dominum noſtrum Regem dictum & ordinatum.Cuius tenor ſequitur,& talis eſt:

ARRESTE a eſté à grande & meure deliberation, les chambres aſſemblees, que quand aucun s'obligera à payer, ou faire aucunes choſes, & en contractant ſe ſubmettra à la iuriſdiction du Seneſchal, ou iuriſdiction,coerction ou contrainte du Iuge de la garde des ſeelz Royaulx, au dict cas leſdits Seneſchal, ou garde du ſeel Royal du pays,ou Seneſchaulcee, au ſiege,ou tels contracts ſeront faits, & l'obligé y eſt demeurant, ou y eſt trouué: s'il y a queſtion, proces & different,en aura par peruention la cognoiſſance,ſans ſe qu'il en ſoit tenu faire renuoy à la requeſte de la partie obligee,ne du Seigneur& Iuge ordinaire.Excepté quand ſera queſtion des choſes feudales: auquel cas le droit commun ſera gardé. Et qu'aucun notaire ne pourra recenoir obligation ne ſubmiſſion ſous ſeel Royal, s'il n'eſt notaire Royal, le tout iuſques à ce que le Roy en ait fait autre declaration,ou bien les preuues faites à la requeſte du Procureur general du Roy & des parties,par la Cour autrement en ſoit ordonné.Fait à Bourdeaux en Parlement le 3. iour de Feurier.1530.

SVMMÆ.

1 *Collegij nous erectio vt teneat, quid requiratur.*
2 *Abbatiſſa ſola non poteſt præiudicare conuentui.*

Quæſtio CXV.

Abbatiſſa deuoti monaſterij beatę Mariæ extra propè muros ciuitatis Xanthonæ, ſola abſque & ſine monialibus conſenſit & licentiam dedit compagnionibus ſiue ſociis deſeruientibus eccleſiæ parochiali de Marennis, poſſe inter eos erigere vnum collegium & vniuerſitatem ſeu communitatem ad numerum xij.vſque per Papam,vel eius in Francia legatum confirmandum, qui ſocii Deo ſeruientes illud collegium confirmari fecerunt per epiſcopum Xanthonen. à quo dictum monaſterium erat exemptum, & pariter per dominum legatum. Quæritur an tale valeat collegium.

DECISIO CXV.

1 DIco † breuiter,quod licet reſpectu, & ex parte confirmationis tam per Epiſcopum Xanthonen. quàm per dominum legatum de prædicto collegio factæ, ipſum collegium dici poſſit ritè factum & erectũ: quia authoritas Epiſcopi prædicti à quo ſunt emptæ abbatiſſæ, & moniales,& in ipſo collegio creãdo præſtita,non habet vitiare veram domini authoritatem, ſi de ſe valeat,argumento l.j.§.verbis edicti.& Bal.in verſ.in text.& certè valebit. ff.quod falſo tutor.auth. volens Bal.ibi per illum text. quòd falſa authoritas tutoris non habeat vitiare veram alterius tutoris authoritatem, quã dicit etiam tenere in prꝫiudicium pupilli. & idem tenet ibi Alb.per regulam, vtile per inutile non vitiatur,vt in regula iuris.Nec obſtant ſecũdum Bald.tex.in l.Pedius.§.in ſeruum.ff.de arbitr.nec pariter text.in c.cum ſuper abbatiæ.de reſcript.Ad quę iura ipſe reſpondet, vt ibi per eum: quia Epiſcopus non potuit authorizare, cum eidem non ſubeſſent. c.de cætero.ibi,epiſcopali authoritate cui præeſt eccleſiæ.& c.veniens. de tranſact. & c.cum olim.& ca. ex parte abbatiſſæ ac ſororum Iotrenſis eccleſiæ. de priuileg.Et tenet Zabarel.conſil.cxviij. verſi. ſed nec nocet monaſterio,&c. Sed videtur authoritate domini etiam legati non valere:quia pendente proceſſu fuit facta per ipſum confirmatio, non facta mentione de ipſo proceſſu.Tum etiam nõ valet propter conſenſum expreſſum monialium ſuper dicto collegio non præſtitum, nec interuenientem: vnde eſt nullius momenti,tex.eſt in terminis in d.c.dilecta.de exceſſib.prælato.& ibi per Abb. Sicul. vbi loquitur de clericis volentibus habere collegium,& vti ſignis illius ſine conſenſu abbatiſſæ & conuentus,quod non poſſunt.& bon.text.in c.ſine exceptione.xij.quæſt.ij. & in c.j.& ij.de reb.eccle.non alienand. libr.vj. & in clementi.j.eod. titu. & in c.ij.& iij.& in c.nouit.& c. quanto.de his quæ fiunt à præl.ſine conſ. capi. tenet gl.quam Doct.communiter ſequuntur in c.nobis in verb.in capell.& in c.poſtulaſti.de iure patro.& Pau. de Caſt.in l.priuatorum conſenſus. C.de iuriſd. omn. iud.& Doctor.in c.j.inſuper.Abb.Sicu.de iis quæ vi metuſve cau. & in c.edoceri. & ibi amplè per Felin. poſt And.Bar.de reſcri. & in c.cauſam quæ.de iudic. cum aliis per nos alleg.in addi.in §.iij.de conſue.ma. lib.conſuet.Biturig.† Vnde factum & conceſſio per 2
ipſam abbatiſſam de erigendo, non potuit præiudicare conuentui,vt dictis iurib. & l.præſes prouinciæ. & ibi Alex.& Mod.C.de tranſact.& regula.delictum perſonæ.de reg.iur.lib.vj.cũ aliis ibi in addi. ad Din. per nos alle.& per Albe.in l.j.§.ſi.verſi.item collige, arg.ad q.de monaſterio exempto. ff. de aqua pluuia. arcen.niſi poſtea ratum habuerint.d.c.iij.& l.licet.ff. de iudi.& c.contingit.& ibi per Inno. & Abb.Sicul. de tranſact.& Bal.in conſ.cxlj.inci. Abbas exemptus cum conſenſu totius ſui capituli, prælabitis tractatibus,prout eſt moris, &c.vol.iij. vbi dicit quod in eccleſiis exemptis,& immediatè Rom.pontifici ſubiectis,non poteſt fieri alienatio ipſo inconſulto,ratione iuramenti,& idem tenet Bal.in conſ.cccc.xxxviij. inci.ad euidentiã præmittendũ eſt, quòd Ab.vo.iij. niſi in ſterilib.& incultis.ca.terrulas.xij.q.ij.& Anch. in conſ.lvij.& Alex.in conſ.lxxix.inci. circa primum. verſi.quò ad ſecundum dubium.vo. j. niſi ſecundum eum fluxiſſent xl. anni, tunc propter temporis diuturnitatem omnia præſumi debent ritè proceſſiſſe.l. ſi filius. C.de petit. hæred.cum aliis per eum allega. Accedat pro hoc tex.& Docto.in cap.ea noſcitur.de iis quæ fiunt à præla.& idem dicit Zabarel.in d.conſil.cxviij.verſi.ſed etiam præſuppoſito.

SVMMÆ.

1 *Reſignatio cum retentione penſionis an fieri poſſit.*
2 *Notarius quid omittens, an cenſeatur falſarius, vel errorem facere,& nu.3.4.5.*

Que-

Quæstio CXVI.

Impetratio facta per aliquem de beneficio, quod dicit vacare, ex eo quòd resignans illud cum conditione & clausula, scilicet cum retentione pensionis tertio assignandę. & non aliter, nec aliàs resignauerat: licet resignans, nec is in cuius fauorem pensio assignabatur, de hoc non conquestus fuerit, an valeat. Et si resignans vltis bullis non contradicit, an videatur consensisse.

DECISIO CXVI.

ET † videtur primo, quod dicta impetratio non valeat, cum procuratorium sit falsum, cum animo & intentione retinendę pensionis fuerit passatum, & non aliter, nec aliàs: quia contractus legem ex conuentione accipiunt, l.j.§.si conueniat.ff. depositi. vnde secundum Bal.in l.cum quis.C.de iur.& fac.igno. † quando notarius facit aliquid sibi prohibitum, vel omittit aliquid quod sibi incumbebat, instrumentum præsumitur falsum. & sequitur Socin. cons.xcvij.versi.secunda difficultas facilior, &c. vol.j. cum alijs suprà in decisio. allegatis: ideo notarius nihil debet omittere de his quæ gerunt.r inter partes, l.si quis decurio.C.de decurio.lib.x.& tenet Soc.in consil.iij.ver & etiam prædicta roborantur.co.vo.j. Imò confetur aliter falsarius, omittendo quod dictum fuerat: vt tenet Signor.de Home.in consil.xvij. ante finem.per text.in l.j.§.qui in rationibus.& in l.Paulus. §.Paulus.ff.ad legem Corne.de fal. † In contrarium, & ita est veritas, posito quod fuisset procuratorium sub dicta conditione constituendę pensionis, & non aliter, &c. passatum, de qua clausula dixi in tractat. de officio legati in Francia.in ij.quæstio. & omnes testes tam de scriptis, quam nõ scriptis in ipso procuratorio ita deponerent, quoniam sic deponendo probãt: & tamen non contradicunt instrumento, & instrumentum remanet, & stat verum, & probat, cum sit quædam omissio, quæ aliquando procedit ex obliuione seu errore notarij: vel quia de eadem conditione inter ipsas partes accordata non fuit rogatus. text.est decidens hanc quæst.in cap. cum Ioannes eremita. & ibi glo.in verbo.quod libet.in fi.quam sequuntur Inno.& Doctor.insuper Abb. Sicul.& Feli. versicul.limita tertio.de fide instru.vbi est text.quod Titius vendidit Caio certam domum pro certo pretio, dictus Titius venditor conuentus ad vacuam tradendam possessionem, dicit venditionem non fuisse simplicem, prout instrumentum canit, sed sub conditione certa, & per errorem omissa, factam: & per Papam fuit dictum venditionem fuisse conditionalem: & sic omnia compatiuntur. & ita per illum text. tenet Salice.in l.in exercendis litibus.ver.aut factum sic se habendo non contradicit instrumen. C.de fid. instru. & idem Paul.de Cast.in cons.xviij. incip. si bene consideretur iste Odoricus.versi. sed ex secundis. vol.notorum. & hoc per tex.in l.errore scribentis. & ibi Cin.Albe.Cor.Alex.& Ias.C.de testa. & not.Bar. in l.quoties.§.j.ff.de hære.institu. †vbi dicit, quòd si notarius aliquid dictum à se vel à partibus omittit in scriptura, præsumitur fecisse per errorẽ, vt excludatur dolus & falsitas: & vbi alias notarius præsumitur in suo officio diligens, sicut persona approbata de publico, vt l.j.C.de ponder.& auri illa. lib.x.& l.j. C.de suscep.& arca.& not.Bart.in l.damni.§.Sabini. ante fin.ff.de damn. infect. & Francisc. de Aretin.in consil.xlvij.verficu.pro iis facit optimè. Accedat tex. cum sua glo.ff.in l.cum de indebito. in princip. ff.de probationibus. & idem tenet Alex.in cons.lxxxviij. incip.in causa dominæ Bartholomeæ, ver. nec Bart. in l.quoties.volum.iij.& Raph. Cum.in consi.cxxxv. incip.ad primum.& etiam secundum ipsam Doct. suprà alleg. si fuerit plus scriptum quàm dictũ. †Nec obstant suprà in contrarium allegata, quia notarius non præsumitur aliquid omittere de his, de quib. per partes rogatus extitit, d.l.si quis decurio. nã hic notarius & vnus testium numerariorum deponunt, quòd bene fuit loquutum de dicta pensione constituenda, se tamen illa recessum, & in ea nihil concluſum. Nam Petrus Poilroy pater rei declarauit, quòd eius filius nullam constituerat pensionem, & recessit: & postea rensintians misit eum quæritum, & passauit procuratorium sine retentione pensionis. Et sic fuit pluralitas actuum, licet regulariter in dubio non præsumatur, l.Pomponius scribit si instrumentum. in fine.ff.de rei vendi. & late Bald.in l.ij.C.de erro. aduoca. post gl.ordi. & Iaco.in l.cum quis.§.in popularibus. & ibi Ias.ff.de iureiurand. & Zabarel. in d.c.cum Ioannes, cum aliis per Felin.alleg.ver. sed dominic.Car.cum seq.vbi ponunt hanc regulam. cum ij. fallent. Vnde hic non est dubium. sed certum quòd actus fuit reiteratus, vel secundum Felin.ibi in ij.fallen. pluralitas actuum præsumitur, quando agitur de concordandis testibus contrarijs, vt euitetur cõtrarietas & falsitas, per c.cum tu.de testibus. Vnde vna præsumptio tollit aliã, vt ibi vide. & tenet Ioan.de Ana.in cons.xcvij. per tex.in c.ex insinuatione. de procurat. Tum quia quando instrumentum est corroboratum depositione vnius testis, & tabellionis, tunc ad reprobandum tale instrumentum requiruntur quatuor testes, vt volunt Doct.in d.c.cum P.tabellio. & ibi Guid.Pap. & Doct.in locis suprà alleg. vt infrà dicam in alia q. post seq. Et licet hic fuissent iij. testes deponentes de dicta retentione pensionis, tamen non erant omni exceptione maiores, quod requirebatur secundum Docto.in d.c.cum P.tabellionis. Sed vt dictum est, testes concordantur, quia ab initio bene fuit collocutum de ipsa pensione, sed non concluſum, nec arestatum. Tum non obstant iura per Sig.de Homo. alleg. quia loquuntur in fallificante aut radiante veritatem instrumenti. & latum fuit arestum pro Petro de Poilroy reo, contra dominum Leonardum Cledat actorem querimoniam impetrantem, die xxvij. Martij. Anno 1520.

SVMMÆ.

1 *Simoniacum à possessione impediturus, debet probare crimen cum infamia & nu.2.*
3 *Simoniacorum pœna.*
4 *Actio quando detur potius quàm exceptio.*

Quæstio CXVII.

An collatio beneficij facta per simoniacam prauitatem, inter resignantem & cum cui est resignatum commissam, sit ipso iure nulla, ita quod impetrans illud beneficium per talem simoniacum obtentum debeat in possessorio manuteneri, vel remitti coram Episcopo super petitorio.

DECISIO CXVII.

PRÆSVPPONO primò, † quòd impetrans beneficium alicuius simoniaci ad impediendum possessionem adipiscendam, debet proponere crimen cum infamia: quia non sufficit proponere probare vnum

ſine altero,hoc eſt crimen ſine infamia, vel econtra: quia tex.in c.accedens.& ibi Abb.& Felin.in iij.& v. nota de accuſ. requirit iſta duo copulatiuè: pro quo facit ſecundum Fel.l.prætor.§.j.ff.v. bo.rap. & debet iudex aduertere, vt primo recipiat teſtes ſuper infamia,quam ſuper crimine,vt not.Compoſt.in c.quod ſicut.de elect.Accedat tex.in c.j.de accuſa.lib.vj.quia quando obicit crimen cum infamia, differtur confirmationis effectus,qui eſt apprehẽſio poſſeſſionis: & eſt ratio ſecundum Inno.in d.c.accedens. quia ſola infamia ſuſpenderet poſſeſſorem à beneficio iam obtento,c.j.& ij.& c.inter.de purg.cano.ergofortius inducit ſuſpenſionem in obtinendo: & ſic quando crimen obicitur ante apprehenſionem poſſeſſionis. Sed quando opponitur executioni literarum,vel recpori tradẽdæ poſſeſſionis,remittit ſe ad no. per Doct.o.in c.cum olim.de dolo & contu.†Vnde Abb.Sicul.in c.cum olim.de cau,poſt,verſi.oppono,& videtur.ponit circa hoc vnam concluſionem: quia aut agitur poſſeſſorio adipiſcendæ poſt collationem: aut poſt electionem & cõfirmationem. Primo caſu non admittitur exceptio ad impediẽdum poſſeſſionem, d.c.accedens.& c.conſtitutus.in ij. de appellationib. poſt electionem. de cõceſſio. prẽbend. Facit in tribus caſibus. Primò niſi obiiciatur crimen, ſeu defectus cum infamia. d. c.accedens per rationem ſuprà adductam.Secũdo fallit quando collatio fuit clandeſtina,præſumitur contra talẽ collationem, vt ibi per eũ. Tertio fallit,quando allegantur prouiſiones non tenere, arg d.c.cũ olim.de dolo & cont.vt ibi.Et ſecũdo caſu principali,quãdo excipitur poſt electionẽ & confirmationẽ,vide ibi, & ipſum ſequitur Feli.in d.c.accedens.in iij.notab. & quod tradit Io. de Ana. in d.c.accedens.quẽ ibi ſequitur Fel.de accuſ. †quòd certa pœna contra infamatum de crimine ſimoniæ non reperitur,ſed varia à iure impoſita, quia aliquãdo imponitur ſilentium:vt in d.ca.accedens. Aliquãdo punitur vt auctor ſceleris.c.de hoc. de ſimon. aliquando beneficiis perpetuò priuatur. c.inſinuatum. eo.tit.aliquando ſuſpenditur,c.ſignificaſti.de adulte. Aliquando omni beneficio & officio eccleſiaſtico priuatur c.cum P.de purg.can.Aliquando acrius punitur,d.c.inter.eo.tit.ideo poteſt dici arbitraria,l.j.§. expillatores.ff.de effract.cum aliis per nos alleg.in q. 254.incip.ſacrilegi qua pœna.ideo in hac quęſt.dico, quòd poſt prouiſionem factam nõ admittitur exceptio criminum contra illũ cui facta eſt prouiſio:quia ex tali prouiſione conſequitur quis ius in re, c.ſi tibi abſenti.de præb.li.vj.habet enim prouiſio in ſe inclu ſam electionem & confirmationem,vt no.glo.in c.j. in verbo,prouiſionem.de elec.lib.vj. Vnde in terminis noſtris dicit Inno.in c.cum M.de conſti.quòd collatio canonicatus habet vim electionis & confirmationis.Ideo nõ requiritur alia inſtallatio, ſed hic fuit adepta poſſeſſio,igitur &c. Et idem tenet in c.tranſmiſſam.de ele.& gl.in c.vt circa.in ver.electiones.de ele.lib.vj.& Abba.Sicul. in c.cauſam quæ.de elect.& Feli.in d.c.accedens.in ij. no.ideo ſecundum eum & Pet.Et Anch.& Io.de Ana.ibi,non poteſt quis à iure quæſito remoueri per exceptionẽ: ſed per directam accuſationem.†Et ſi dicatur ſecundum ipſos,cui damus actionem multomagis exceptionem, l.j. §.plane.ff.de ſuperfic.eſt verum,quando actio & exceptio tendunt ad rem familiarẽ ſecus ſi competunt ad vindictam,vt in caſu noſtro.& d.ca.accedens.quia competit tunc accuſatio, & non exceptio. & ita dicunt tenere Inno.in c.inter dilectos.de excuſ.prælat.in fi. j.gl.& ipſum ſequitur Abbas Siculus in c.ſi diligenti. verſi.quarta practica. de præſcriptionib. & gloſſ. & Abb.Sicu.in d.ca.conſtitutus. in ij. de appellationib. Et pręcipuè in hoc caſu,cum ſimonia non fuerit cõmiſſa in beneficio inter partes quæſtionato,ſed in alio iam obtento,vt prætenditur. Et ideo non obſtat, quòd obiiciatur crimen cum infamia, per quæ ſuſpẽdi deberet etiam à poſſeſſione beneficij prius obtenti,quouſque purgatus fuerit,vt dictum eſt. quare per accuſationem,& non per exceptionẽ debet procedi:aliàs vbi fuiſſet quæſtio de illo beneficio,in quo fuit prætenſa ſimonia commiſſa, eſſem opinionis, quòd debet ſequeſtrari,& interim remitti ſuper petitorio coram Epiſcopo, vt infrà dicam, Tum quia licet collatio vel electio ſimoniacè facta ſit ipſo iure nulla,c.ſi alicuius.de elect. Innoc.Hoſt. & And.Barba.in c.cum vniuerſorum.de rer.permut.& Barba.in c.j.de reſcri.& Abb.Sicu.in c.ex parte.in j.de offi.delega.& in c.cum pridem.de pact.& Dec.capel.Tholoſ.quæſt.cccxxvij.& tex.in c.j. §.deinde.& ibi gloſ. in vltic.ipſo iure.de elect.in prag.ſanct. & gloſ.in c. ſuper eo.de renuntia.quæ dicit, quòd renũtiatio beneficij ſimoniacè facta eſt nulla etiã in præiudicium reſignantis,ſecundum Abbat.Sicul.in c.ex diligenti. de ſimo.tamen non incurrit infamiam,niſi ſequatur ſentẽtia ſuper crimine, ſicut de aliis criminibus traditur,l.j.ff.de infa.de quo Felin.in d.c.ſi diligenti. tamen dubitat an hoc crimen ſimoniæ ſit exceptum, ſicut hæreſis, & læſæ maieſtatis, & in illis ſtatim incurritur infamia,ſecundum glo.in l.j.de infa.& quòd iſtud ſit tale,eſt text.in c.vltim.xv.quæſt.iij.& melior tex.in c.vlti.j.q.iij.ibi no.infamiæ percellantur.& gl. dicit,ſcilicet in perpetuum:tamen gl.in d.§. deinde. ſequitur Abb.quod ſimoniacus venit priuandus.pro quo facit tex.in c.nobis.de ſimo. ibi, penitus reprobanda.Sed reſpondetur quòd dictiopenitus,exponitur ipſo iure,ſicut dictio prorſus, & omnino, vt per glo.in §.deinde.& Feli.in d.c.ij.verſi.collatio tamen facta.& in cap.ſuſcitans.de reſcript. & in cap. querelam de iurciuran.per tex.in cap.clericis.ibi,priuetur. ne cleri.vel mona.Et iſtam partem ſequitur in dictis locis,licet in c.inſinuatum.ſuprà allega. ibi in tex.dicatur,eos amoueas.&ibi in ſi.Priues eoſdem.Ex quo videtur ſecundum Felin.quòd ſimoniacus non eſt ipſo iure priuatus,ſed priuandus: pro quo alleg. dictum Inno.in c.cum noſtris de conceſ.præb. vbi dicit quod collatio facta'criminoſo valet.Idem videtur in collatione facta ſimoniaco. Sed contrarium concludit Felin.ſequendo Gaſpa.Cal.& Abba.in c.cum clerici.de pac.per illum tex. in verſi.ſpolietur.Et hoc probat, quia licet verbum futuri temporis poſitum in lege importet ferendam ſententiam, non latam, vt no.glo.in c.quicunque.in verſi.annotetur. de hæret.lib.vj.& in c.ſi diligenti. in verſi.perdant.de foro comp.tamen fallit.inverbo,ſpolietur,quia importat latam ſententiam,quaſi ſpoliatio ſit de facto. ita tenet in c.iij.& ibi Imo.de poſtu.prælat.Et hoc verum ſecundum Fel.niſi eſſemus in materia,in qua per iura eſſet declaratũ, quòd verbum ſpolietur, importet ſententiam, prout eſt in caſu ca. de multa. in verb. ſpolietur.de præben. iuncta extrauagan. execrabilis. & in caſu ca.poſtulaſti.iuncto c.clerici.de cler. excõminiſt.& dicit hanc concluſionem eſſe veram. & idem Fel.in l.ſi duo patroni.§.ſi.ff.de iureiur.verſi.ſeptima pœna.vbi ponit collationem factam periuro, non valere:& de Selua in ſuo tracta.beneficiali in iij. parte.q.ij.tamen Feli.in d.c. inſinuatum limitat doctrinam Inno.in c.cum noſtris.de conceſſ.prẽben.& aliorum Doct.quòd procedit,quando ille cui beneficium confertur erat iam in crimine conſtitutus: ſecus ſi per ipſum collationem: efficitur criminoſus,

nunc

tunc non valet vt in d.c.inſinpatũ.vnde hic non fuit, vt dictum eſt, ſimonia commiſſa in beneficio quæſtionato,ſed in alio prius obtento, quare valet ſecũda collatio talis ſimoniaco facta.Feli.in c. ſimoniacè in iij.concluſione. ver.alia vero beneficia. de ſimon. dicens ibi hoc eſſe contra extrauagantes primo Martini quinti factas in conci.Conſtantien.titu.de ſimo. quæ incipiunt,Multæ.volentes collationes & prouiſiones per ſimoniã factas eſſe nullas,& prouiſos ipſo iure & facto fore excommunicatos. Item ſecundo contra aliam eiuſdem Martini extrauagantem inci. damnabile. vbi fortius illam innouat.& extendit ad occultos ſimoniacos.Item tertio contra extrauagantem Pauli ſecundi incip.cum deteſtabile ſeclus, quæ ponitur inter communes extrauagantes,tit.de ſimo. quam Felin.non alleg.ibi,ſed bene in d.c.ſciſcitatus. Item quarto contra extrauagantem Vrbani quarti, aliàs quinti,quæ incipit,ſanc. quæ etiam ponitur inter communes.eo.tit. Item & quinto contra extrauagantem Eugenij quarti incipiente, deteſtabilem. quam nõ reperiri.& idem Ang.de Claua.in ſua ſumma in verb.ſimonia.verſi.vj.§.ix. de omnibus ſupradictis extrauagantibus tacit mentionem,vt ibi tamen Fel.in d.c.de ſimoniacè refert Anto.Archiepiſc.Florẽt.in quodam libello certarum reſponſionum ſuarum audiuiſſe à Cardinali Bononien.quod Martinus Papa in articulo mortis reuocauit prædictas conſtitutiones,præterquam de ſimonia in ordinibus commiſſa:& idem dicit Feli. Eugenium quartum & Vrbanum quintum feciſſe,& declaraſſe,vt ibi per eum. Sed hic non erat niſi vnus teſtis, quia alius fuerat reprobatus,vt latius in ſequent.q.dicemus. Et ita fuit concluſum in cauſa mota inter magiſtrum Petrum de eccleſia, & magiſtrum Nicolaum de Montaraſt, ratione cantoriæ eccleſiæ Bozaten.Et latum areſtum die viij.Iunij,Anno 1521.

SVMMÆ.

1 *Contractus de ſui ſubſtantia non requirit ſcripturã, ſed bene teſtes.*
2 *Teſtes duo ſufficiunt, niſi contractus excedat quinquaginta libras auri.*
3 *Teſtes quando oporteat eſſe rogatos.*
4 *Teſtis an debeat contrahentes cognoſcere.*
5 *Teſtes neceſſarij non ſunt iudicialib. per notarium ſignatis.*
6 *Teſtis vnus contrarium deponens quando vacillare faciat inſtrumentum.& nu.7.& 27.*
8 *Teſtes quando duo, & quando plures requirantur ad improbandum inſtrumentum.& num.9.10.& 26.*
11 *Inſtrumentum in quo remanet ſolum vnus teſtis cum notario, an faciat fidem. & numer.12.13.14. & 15.*
16 *Teſtis vnus cum mala fama notarij ſufficit ad torturam.*
17 *Notario non nocet ſententia falſi lata contra inſtrumentum.*
18 *Teſtes ſi quinque ſint deſcripti quorum ſoli duo dicuntur interfuiſſe, an falſum arguant inſtrumentum.*
19 *Teſtibus duobus mortuis,ſi alij duo ſcripti dicant ſe non interfuiſſe,an inſtrumentum ſit falſum.*
20 *Teſtes mortui quando ſtant pro inſtrumento, & præſumantur falſo deſcripti, & numer. 21. 22. & 24.*
23 *Inſtrumentũ defectiuum mortuo notario ſemiplenam faciet probationem,potius quàm eo viuo.*
25 *Teſtes in inſtrumento ſubſcribere eſt vtile.*

Queſtio CXVIII.

Præterea alia quæſtio fuit orta,quia non remanebat niſi vnus teſtis.cum alius fuiſſet reprobatus:quoniam teſtes numerarij in iudicio etiam producti, reprobari poſſunt tam per partem, quàm etiam notarios, contra quos fuerunt producti, vt per gl.in l.cum lege.in verbo,putant.ff.de teſtamen. quam ibi ſequuntur Bart. Bald. Ang.Pau.& Ioan.de Imo.in l.j.C.eo.ti. & ibi per Alex & Ias.ver.dicit etiam Bar.in ver.vlt. antequam venias, ſed an crimen falſi ſit probatum vno teſte pro inſtrumento remanente non obiectato.

DECISIO CXVIII.

ET præſuppono aliam quæſtionem, an de iure in confectione, & paſſatione, ſeu ad eſſe & ſubſtantiam inſtrumenti requirãtur teſtes. †Et 1
dic quòd licet regulariter nõ requiratur ſcriptura, nec eſt de ſubſtantia contractus, vt volunt Doctor.in l.cum res. per illum tex.C.de fide inſtrum.& ibi Bal.ſuper rub. & in d.l.cum precibus.& ibi Alb. in fi.ver.vbi autem ſcriptura.de fide inſt.& gl.& Doct.in c.j.de cenſi.lib. vj.tamen ſecundum gl.ij.in l.generali.C.de tabu.lib. x.teſtes bene requiruntur. Et iſtud eſt ſeptimum de octo in conficiendis inſtrumentis requiſitis, ſcilicet inſcriptio ſeu ſubſcriptio teſtium. Et idem tenet ibi Azo in ſumma,§.illud.& in auth.de fide inſtr. ver.in primis.ibi tertio.per text. ibi primo. §.ſed & ſi quis. ibi,niſi etiam teſtium habeat præſentiam. & §.ſi tamen quiſquam ibi,aut preſentia teſtium coram quibus.& §.ſed & ſi inſtrumenta & ibi gl.in verbo,adhiciatur. †Et duo tantum requiruntur,l.vbi numerus. 2
ff.de teſtib. niſi contractus ſummã quinquaginta librarum auri excedat.eo enim caſu tres requiruntur, l.fin.C.ſi cert.pet.† Nec requiritur tales teſtes in cõ- 3
tractu aut vltima voluntate,excepto teſtamento, adhibitos,eſſe rogatos,vt dicit Angel.in d.§. ſed ſi inſtrumenta. & Alber. de nouo C. compo.num.xvj.& Ioan.de Graſſis in tract. de ſubſtantialibus procuratorij.in verbo præſentibus reuerendiſſimo in Chriſto.vel in aliis caſibus not.per glo. in auth.rogati.C. de teſti.Et idem de iure canonico, in contractu requiruntur teſtes,c.j.ante fin.ibi, teſtiúmque ſubſcriptionibus.de procuratoribus:& ita per illum tex.tenet glo.in c.inter memoriam.circa medium xix.diſt. Sed hodie ſatis erit ſecundum Abb.Sicul. in d. c.j.in iij.notab.ibi,item no.quòd canonici & teſtes, quòd teſtes inſcribantur per notarium, iuxta not.in c.j.de iis quæ fiunt à præla.& idem Bal.in d.rub. de fide inſtru.ver.ſequitur quartum.& Ioan.de Graſſis vbi ſuprà. Et pariter in hoc regno per ordinationes bonæ memoriæ Lud.xij.arti.lxvj.editas 1499.ordinatũ fuit vnicum notarium,quacunque non obſtante conſuetudine in hoc contraria,quam declarat nullam,duos debere in contractu adhibere teſtes,qui cognoſcant partes inuicem contrahentes, inhibendo omnibus notariis ſub pœna priuationis officij à cætero adhibere extraneos teſtes partes nõ cognoſcentes:†quã- 4
uis de iure talis cognitio ſeu notitia partiũ,vel quòd partes cognoſcant teſtes,non requiritur,vt voluit Nicolaus de Mattarel.quem refert & ſequitur Bal. in d. rub.de fide inſtr.ver.venio ad ſecundum,& ver.circa tertium. Sed noſtra regni lex,ob fraudes, & ſuppoſitiones (quæ dietim fieri conſueuerunt)euitãdas melior videtur:pro qua videtur textus celebris in l.finali.§.quod ſi ignarus.ibi, teſtibus videlicet, qui hæredem cognoſcant.& ibi gloſſa in verbo, cognoſcant. Codic. de iure deliberandi. † Fallit hæc regula 5
in actis iudicialibus per graffarium ſignatis, in qui-

bus teſtes neceſſarij non ſunt. l. in donationibus.C. de donationibus. alias requiritur teſtium præſentia, ſecundum gloſſ. ibi in verbo, ſub notatione, à Doct. approbatum, & in c. quoniam contra. de probatio.
6 † Hoc habito videtur veniendo ad quæſtionem, crimen non eſſe probatum cum infamia, cum duo requirantur, vt dictum eſt in ante præceden. q. per tex. in d. c. antecedens. quamuis vnus teſtis numerarius deſcriptus & neceſſarius faciat vacillare inſtrumentum. vt per gl. Bar. Bal. Angel. & Imol. in l. ij. §. ſi quis neget. ff. quemadm. teſt. aperian. & Ang. conſil. clxix. exordien. ſuper puncto. ver. venio ad ſecundum quæſitum. & Cu. & Bal. & Salic. in l. in exercendis. C. de fide inſtrum. & Raph. Cuman. conſi. cxxxv. verſi. præterea. vſque ad finem. & Raph. Fulg. conſ. lxxix. incip. quidam nomine Britonius. Hoc verum ſecundū Bal. & Ang. in d. §. ſi quis neget. in materia præiudiciali, vt ſi ageretur petitorio: ſecus in iis quę ſunt meri mixti
7 iudicij, vt in poſſeſſorio: †quia tūc inſtrumentum dicto vnius teſtis contrarium deponentis non vacillabit: licet Imo. ibi teneat contra eos, per tex. in §. coin modum. Inſtitu. de interdict. & idem Felin. in c. cum Ioannes. in iij. ampliatione ſecundæ concluſionis. de fide inſtrum. tamen attentis in præceden. q. deductis, videtur mihi opi. Bal. & Ang. magis æqua. pro quibus facit quòd adduxit Matthæus de Mathe. in ſingul. j. cum ij. ſequent. Tum teſtes hic non erant de numerariis, neque omni exceptione maiores: quoniam vnus ipſorum fuit condemnatus, & alius eſt dubius,
8 cuius probatio non releuat. †Vnde duo teſtes probatæ vitæ, ſiue ſint numerariis & deſcriptis in inſtrumento, ſiue non, deponētes plus vel minus fuiſſe dictum, quam ſcriptum, vt reprobent inſtrumentum, requiruntur, vt volunt Doct. in locis ſuprà alleg. per tex. in l. optimam. C. de contrah. & comm. ſtipul. & idem Socin. conſi. xxij. nu. xv. vol. iij. & Maſuer. in ſua praxi, tit. de literis, notis. ver. Modò ibi teſtes. lib. iij. & Felin. in d. c. cum Ioannes. ver. in glo. vbi ponit circa hoc duas regulas ſiue concluſiones cum pluribus declarationib. & in quarta eſſe verum, †niſi pro inſtru-
9 mento eſſet probatio coadiuuans ipſum, vt ſi aliquis teſtis deſcriptus, vel non deſcriptus coadiuuaret inſtrumentum, tunc requirerētur plures ad reprobandum, ſecundum qualitatem & numerum coadiuuantium. ſequendo Abb. & Imo. ibi. Secus eſt, vt inquit Imo. ſi ſolus tabellio deponeret viua voce pro ſuo inſtrumento: quia omnis vis inſtrumenti dependet ab authoritate tabellionis: ideo eius teſtimonium non
10 geminat eādem probationem. †Et hoc caſu duo teſtes contrarij ſufficerent, quoniam notarius non poteſt examinari pro inſtrumento à ſe confecto, vt tenent ibi Doctor. vt per Felin. in ſecunda cōcluſione. ver. ſecundo intellige. quamuis Bart. & Ang. contra-
11 rium velint in d. l. ij. §. ſi quis neget. † Sed quod inſtrumētum in quo remanet vnus teſtis cum notario nō faciat fidem, tenet Ioan. Fab. in §. item verborum. verſi. ſed quid ſi alter ex teſtibus. & verſi. item quid ſi tabellio. inſtit. de inutil. ſtipulat. dicens, quod licet vnus ex teſtibus ſit cum notario, & alius ſolus contradicens, quod tunc fides inſtrumenti eſt adeò debilitata, quòd non facit fidem, & ſentit Bal. in c. j. de cōtrouer. inueſtit. volens inſtrumentum cum vno teſte non facere fidem. & Soc. in conſi. j. num. ix. vol. iij. & in conſi. xciiij. verſi. ij. lib. j. & Azo. in ſumma, in auth. de fide inſtrumen. ver. ſecundo quid. & Pet. de Ferra. in for. lib. oppo. contra inſtrumen. in verb. dignoſci-
12 tur. †Sed contrarium tenuit Ioan. de Plat. in d. §. item verborum. & Doctor. in d. l. ij. §. ſi quis dubitet. & in d. l. in exercendis. & in d. c. cum Ioannes. Et in hanc partem inclinat Alex. conſi. xliij. lib. * conſ. cxiij. ver. item reſpondeo. lib. v. allegat Ioannem de Imo. in d. cum Ioannes. ita tenere, & Paul. de Caſtr. conſil. cxx. verſicul. nec conſtat. volum. antiquo. & Fulgo. conſi. prædallegat. lxxix. verſic. alterius verò teſtis. Et pariter ſentit Cuman. in dicto conſilio cxxxv. col. penultim. verſi. præterea. & Bald. conſi. xix. proponitur quod ex quo volum. j. dum tamen talis teſtis non ſit de ſubſtantialibus, quod idem eſt cum opin. Ioan. Fab. Sed præcedentem tenet Lanfranc. de Oria. in repet. d. ca. quoniam contra falſam. in verbo, inſtrumentorum productiones. ver. quæro nunquid inſtrumentum. & iſta eſt magis communis. † Tamē mihi non videtur 13
eſſe vera, licet illam hucuſque ſequutus fuerim, vt dicam in cōcluſione. Et plures pro communi fuit per curiam iudicatum, & maximè in cauſa magiſtri Iacobi Bonet appellantis à Seneſchallo Aquitaniæ in fauorem Gregorij Pognet, & latum arreſtum Anno 1531. & pro iſta communi facit, cum iſte teſtis deponat de negatiua & ſingulari, & alius cum notario de affirmatiua: & ſic videntur duo, quibus magis creditur, l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbitr. & iſta vi-
detur opinio glo. in d. l. j. §. ſi negetur. quoniam licet per vnum teſtem inſtrumētum reddatur ſuſpectum, tamen per alium iuuatur. & idem glo. in dict. §. item verborum. vnde propter illam ſuſpitionem non impeditur inſtrumenti executio, vt tenet Flo. de ſancto Petro, in l. cenſus. num. xiiij. de probat. †Sed hoc ani- 14
mum non ſaturat noſtrū, cum duo teſtes (vt dictum eſt) requirantur cum inſtrumento concordantes & conuenientes: vt infrà dicam: & tales teſtes ad reprobandum producti, debent eſſe omni exceptione maiores: & non ſufficeret quòd alias eſſent ſimpliciter idonei. d. l. optimam. C. de contrahend. & commit. ſtipul. & glo. & Ioann. Fab. & Ioann. de Plat. & Ang. Aret. in d. §. item verborum. in verb. idoneos. & in ca. j. de teſtibus. & Bal. conſi. xvj. ante fi. lib. j. & conſil. xxxvij. vol. iij. & Bart. Bal. & Imo. in d. §. ſi quis dubitet. & Abb. Sicu. Imo. & Feli. in d. c. cum Ioannes in v. declaratione primæ concluſionis, vt infrà dicam.
†Videtur ergo ſecundum communem, quod ſi vnus 15
deponat contra inſtrumentum, & alius pro, cum notario, non reprobatur, ſed requirūtur tres vel plures; ſecundum quod ſuſtentatur inſtrumentum per alios. Hoc verum vt declaretur falſum, & fabricans ſeu fabricari, & confiſci faciens, vel vtēs puniatur de falſo, cuius pœna eſt hodie morſper ordinationem domini noſtri Regis Franciſci, ob nimiam frequentiam, ſeu conſuetudinem, & vſum fabricandi falſa inſtrumenta, vt infrà dicam. cuius tenor ordinationis in fine inſeretur. Si tamē duo eſſent teſtes contra inſtrumentum deponentes, & alij duo pro ipſo, tunc benè ſtatur inſtrumento, vt volunt Docto. ſuprà allega. & Bal. conſ. cxlix. iudex. verſi. modo quæritur. vol. j. & in d. conſ. xxxvij. in fin. ideo tunc requiruntur ad reprobandum quatuor, vel plures, ſecundum quòd ſuſtentatur inſtrumentum. & idem Soci. conſi. xcij. numer. j. vol. iij. dicens teſtamentum non eſſe falſum, ſi duo teſtes de neceſſariis deponunt contra teſtamentum, & duo pro teſtamento. & Ias. conſi. cxxiiij. nume. iiij. incipien. factum ſic ſe habet. vol. j. & latius conſi. xiij. incipien. in cauſa vertente inter magnificam. vol. iij. iſta eſt communis regula, quod duo ad reprobandum inſtrumentum ſufficiant. & condemnandum. Limita vt in proximo verſi. dicam. incipiend. ſed maius dubium eſt: quamuis Salic. velit in d. l. in exercēdis. duos teſtes ſufficere ad reprobādum inſtrumē-
tum, non tamen ſufficiunt ad cōdemnandū notariū, & partem de falſo, ſed bene ad torturam: quod eſt

contra

16 contra communem.† Tamen Bald.in d.consil. xix. dicit in hoc sufficere vnum testem cum mala fama notarij ad ponendum ambos ad quæst. seu torturã & idem in d.consi.xxvij.ante fi. vers. item si dicerem.vol.ij, quamuis illud dictu Bal.possit habere locum in notario contra quem fama laborat, & testis deponit,sed non cõtra partem non infamata, nec contra notarium non diffamatum ob vnum testamentum,reprobata opi.glo.in l.ij. C.ad leg.Iul. maiesta. vt latius dixi quæst. in.ip. quoniam magis credi debet notario perseuranti in suo instrumẽto,quam testi perseuerãti in suo dicto, propter publicam officij authoritatem.Sed ad notariũ,& partem de falso condemnandum requirantur secundũ Salic.tres plurésve testes omni exceptione maiores contra instrumentum deponentes, aliter non condemnatum. Sed secundum communem sufficiunt duo,vt dictum est,vt ex infra dicendis magis apparebit.† Et hoc(vt inquit Bal.) si notarius fuerit super ipsa falsitate vocatus: alias sententia super falsitate instrumenti lata non nocet notario non vocato,vt tenet Ichinus in dicto c.cum Ioannes.in vj.& vlt.declaratio cum versic.sequen & alibi dixi sæpe, & signanter in quæst. inchoan. quo vero ad secundam quæstionem an post latam sententiam.ante fi. versic.quo ad tertiam quæstionem,ideo curia non inquam procedit pro falsitate,quam primum vltis informationibus,& parte super eis audita,& causa litigata ordinet partem actricẽ venire facere testes, & notarium ad certam diem, in qua tenebitur fe-
18 cum afferre schedam, & protocollum suum. † Et aduerte, quòd si in instrumento fuissent descripti quinque testes,quorum duo solum dicunt se interfuisse.& tres nunquam,quod tale instrumentũ non est falsum, si illi duo deponant secundum tenorem instrumenti,quia de directo alij tres non contradicunt in instrumento, licet in dubio secus : quia denigrata est, & elisa præsumptio quæ faciebat pro notario, vt voluit Baldus consil. xcvij. in quodam instrumento.in princip.volum.j.& in consi.xxxvij. quidam tabellio. volum. iij. cum aliis in sequenti quæstio.allega. quæ faciunt ad Decisio. illius, cùm isti testes sint supernumerarij, & sic de quibus non est curandum,vt plene traditur per Bartol. in dicto §.si quis neget.quem ibi sequuntur omnes,& Bald. in d.l.in exercendis.vers.vento ad secundum membrum.& ibi Salicet.ver.quæro iuxta quæstio.præcedentem.ibi,aut dicunt se non interfuisse.& Ias. cõsil.lxij.nu. v.inch. petitur quod instrumentum.vol. j.& consil. cxxiij. num. iiij. versic. prima responsio
19 exordi. † Sed magis dubium vidi in curia euenire, quando sunt quatuor testes in instrumento descripti,quorum duo erant mortui & alij duo qui viuũt, deponunt se nunquã interfuisse instrumento præsentes: an mortui videantur stare & deponere seu facere pro instrumento. Et Inno. in d.c.cum Ioannes vers.ic.dicunt quidam, dicit quòd si vnus solus nedum plures negarent se interfuisse cõtractui vel instrumento,reliquis tacẽtibus, vel mortuis, etiam si centum essent descripti, debilitatur instrumenti fides,nisi per collationem subscriptionum testium, vel contrahentium iuuaretur instrumentum, per tex.in §.si verò moriantur. & §. quod si tabellio.in authen.de fide instru.Et ipsum sequitur Alberic.in d.l.cum precibus.de prob.versic.mihi tamen magis placet Inno. opin. dicens ex hoc occurri fallis instrumentis. Nam falsarij conficientes falsa instrumenta, vt plurimum ponunt magnum numerum testium mortuorum,vt non possint minori testium superstitum numero reprobari. Ideo talibus fallacibus occurrendum est,l.ij.§.diem autem. ff.ip eadem tenta.aperian.& l.fi. C.de fideic. † Nec obstat 20
secundum Inno.vbi supra versi. sed opponitur,bene instrumento, &c. quod testes etiam mortui vt deantai stare pro instrumento: quia verum est.donec contra instrumentum probetur. Quoniã hoc cõtra instrumentum probetur per duos testes,instrumentum redditur inspectum : & nisi alitrunatur per alios, fides non adhibetur instrumento : quia est præsumptio quod testes qui mortui sunt,talso fuerunt in ipso inscripti.& potat Alberi.vbi supra hanc opin.verum esse & æquum.& idem Bal.in §.si quis. versi.in gl.qui tam hoc intelligunt.notte.de test. & Paris de Puteo de syndic.in verbo,tortura. c.mandant Rex. versi. si deo testes reperiantur defuncti. † Et Bald.in d.c.consil.xxxvij quidam tabellio.vol. 21
iij. vbi in istis consuluit terminis,dicens considerandum esse tempus contractus,an lapsum si erit longum tempus,quo actor distulit agere de falso, tunc per silentium tanti temporis præsumitur dolo malo distulisse, vt ceptam probationem aduersarij subtraheret, morte forte testium expectata qui possent confirmare instrumentum. l.in lege Aquilia,si delectum. ff.ad l.Aquil. & l.fi. C.de vsur pupil. & idem Iulg.in d.consil.xxxvij.vers.ex. nu & nunc ad ff.& Alex.in l.etiam possidet.nu.vlt. ff.de acquir. possef.& Franc.Cur.consil.cxxxiij.lectus & Bar. in l.non intelligitur.§.secundo.ff.de iure immunit.fecus,si statim,vel paulo post contractum egerit, nec mortui nõ fiant pro illius tempus etc.& sic Bal.& Doct. hunc communem opinionem.volentem duos testes fuisse ad reprobandum instrumentum, si recens seu de recenti factum : ieçi non antiquum, vt si decennium sit lapsum, quo durante testes nunc tacuij, aut alij præsentes (per quos posset confirmari instrumentum) mortui sunt: seq.qui sequitur huius opinionis de instr.edi §.nũc dicendũ.vers.quod si vnus.per tex.in d.l.fi. ellus.& ibi sequitur Iac.de sanct Geor. nu.iiij.& vij.in fi.& Franc.de Are.consi.xlij. & glos. quã sequuntur ibi Doct.in c.tertio loco. de proba. & idem Bal.consi.cccliij. vers. item super illis factis. & vers.item notandum est.vol. iij. ergo multo minus vnus testis post decennium deponens contra instrumentum,facit illud vacillare. Sed ego tamẽ in vtroque casu non tantum tempus considerarem & spectarem: sed si distulisset quousque mater pars testium vere adhibitorum dispositione Dei mortui fuissent & decessissent : quia tunc etiam præsumerem dolosè dilatum.Pro hoc dicto est text.sing. in l.ij.§ quę autem sunt causę ff.de Carbo.edic.ibi, finge esse testes quosdam qui dilata cõtrouersia aut mutabunt consilium,aut decedent, aut propter interuallum non eandem fidem habebunt, &c. Ideo cogita qui iudicas, vt potius in dubia probatione absoluas.quam condemnes. l.respiciendum. & ibi Alberic.ff.de pœnis.† Et istam partem,quod testes 22
mortui non faciant pro instrumento,sequitur Lanfra.de Oria.in d.repet.cap.quoniam contra falsam. versic. aut testes contra dicunt. reddens rationem, quia testes viuentes viua voce loquuntur vera esse quæ in instrumento continentur : quod mortui facere non possunt. Et econtrà, si deponant contra instrumentũ,vt ibi per eũ in vers.aut testes contradicẽtes,& idẽ Flo.in l. Celsus.nu.xv. ibi,& hæc vera,nisi testes supersint,qui asseuerent verũ quod in instrumento continetur,arg. d. §. si verò moriatur omnes testes,aut forsitan ablint.& §.quod si tabellio defunctus est.iuncta gl.j.quãuis Soci.consi.xxviij.

nu.iij.poſt medium.ver.vnde in caſu noſtro.vol.iij. velit cõtrarium, quod licet teſtes ex deſcriptis ſint mortui, vel aliàs non poſſint deponere.tamẽ computantur:nihil tamen allegat pro eius opin.pro qua facit quod dicit Barto.quem communiter ſequuntur Doct.in l.admonendi.q.iiij.de iureiurand.† inſtrumentum defectiuum mortuo notario ſemiplenam facere probationem:ſecus eo viuo,quia poteſt agere contrà notarium, vt perfectum edat, de quo ibi per Franciſ.Purpu.num. ccxxxv. cum ij.ſequen. vel agere poterit contra eum ad intereſſe. Et idem Bolog.in l.final. per illum tex.C.de magiſt.conuenien.in primis interpretatio. cum aliis per eum allegatis.† Sed prædictam cõmunem confirmat Frãciſ. Cur.in d.conſ.lvj.verſ.duo bene reprobarent.& pro iſta communi facit id quod dicit gloſ. in l.ij.in princ.in verbo, publicum quam ſequuntur ibi Bar. Bal.Ange.& Imo.quemadm. teſta.aperian. quòd ſi teſtes ſubſcripti in teſtamento ſolenni non viuant tempore recognitionis, tale teſtamentum non valet.& idem glo.in l.publicati. C. de teſtamen.& gl. celebris in l.j.eod.tit. quæ vult, per eos qui mortui ſunt,vel infames facti,vel abſentes non probari teſtamentum & ibi ſequuntur Barto.Bald.Ang.Cor. & Salic.in iij. oppo. & hoc per text.in d.l.iij.§.duæ autem ſunt cauſæ. ff. de Carbo. edict. ibi,finge eſſe teſtes,&c.ad idem gl.in l.ij.C.quemadm.teſta.aperian.† Ideo conſilium ex dictis Imo.& Doct.ſuprà allegatorum elicitur vtile, quo partes cum notario ac teſtes ſi ſcribere ſciant,ſe ſubſcribant,vt in futurum propter mortem,vel variationem teſtium,aut obliuionem ſit magis vtrique parti, & notario cõſultum & tutum:& boni notarii hoc procurare debẽt.† Et ſic remanet quęſtio noſtra expedita,quòd duó teſtes requiruntur ad inſtrumentum reprobãdũ omni exceptione maioreş: ita quòd ſi vnus fuerit,vt in caſu noſtro, obiectatus,non erit falſum, vt ſtatim dicam: quia ſunt opin. diuerſæ.† Ideo pro concordia opin.ſupradictarũ dic,quod vbi de conſuetudine loci in inſtrumento non requiruntur teſtes,tunc vnus teſtis nõ diminuit vigorem, nec vacillare facit:ſi verò teſtes in contractu de iure, aut conſuetudine aut ordinationibus & ſtatutis ſunt(vt in hoc Regno)neceſſarii: & ſint duo quorum vnus contradicat,tunc ſi ſit omni exceptione maior,vacillare facit, ita quòd non facit fidem: quia deficit numerus ſubſtantialis inſtrumenti, licet alius conteſtis pro inſtrumento vna cum notario deponat, ſecundum Ioann. Fab. contra communem ſupra relatam.Quem ſequuntur Barba.& Decius in dict. cap tertio loco.de probat.vbi Deci.verſi. ſed cõtra communem.allegat ita tenere Pet.de Anch.conſil. lxxvii. viſis limitatio. commiſſionum. imo ſi bene inſpiciatur,hæc reperietur communis, vt per gl. & Docto.in d.§.ſi quis neget. & in d. l. in exercendis. quare in dubio reus debet abſolui,licet falſum non ſit inſtrumentum, vt dictum eſt: tamen ex defectu numeri teſtium requiſitorum non facit fidem: quia non remanet niſi vnus, & notarius non valet pro ſuo deponere inſtrumento:cuius virtus ab eius authoritate dependet, ac de eius vituperio, vel laude & honore agitur, & eius depoſitio binam non geminat probationem, vt omnes aiunt Docto. ſuprà alleg. Poſtquam enim duo neceſſario requiruntur teſtes,non remanet niſi vnus. Sequitur ergo ex defectu ſolennitatis requiſitæ, ſcilicet numeri ſubſtantialis, non facere fidem licet non ſit falſum. Et hoc verum in petitorio, ſecus in poſſeſſorio, tunc non vacillat per vnum, vt ſuprà dictum eſt in prin. Sed vbi teſtis pro inſtrumento deponens adiuuatur alterius teſtimonio, tunc facit fidem, cùm ſint duo contra vnum. Et vbi eſſent duo reprobantes, alij duo requiruntur approbantes, & pro ipſo contractu deponentes,vt tenent Docto. ſuprà alleg. & plenè Franci.Curt.conſi.prædicto.lvj. ver.quo caſu.& ver.imo vnus ſolus.& Ludo.Bolo.in addi.ad Io.de Ana.conſ.xcvij. & Pau.de Caſtr.conſ.clxviij. inch.ſuper primo dubio.verſi. ſuper quarto quæſito.vol.j.& Iaſ.in prælle.conſ.lxij.num.iiij.verſ.tertio,& adhuc notabilius. volu.j. dicens hanc limitationem eſſe communem. & illi inſtrumento tunc plena adhibetur fides. Et aduerte quòd tales teſtes reprobatorij debent eſſe idonei omni exceptione maiore,d.l.optimam.& d.§.item verborum.& amplè Alex.conſ.liij.lib.vij.Bal.in c.tertio loco.de teſti. & Ioan.de Ana.conſi.xcvij.& Iaſ.conſi.cliij.nu. v.verſi.vndecimò facit,alla notabilis regula. vol.ij. dicens ſufficere leuiſſimam exceptionem contra teſtes,vt voluit in d.l.optimam, vt latius per Iaſ.in d.conſi. cliij.verſic.xiij. Et eorum idoneitas debet probari per partem producentem,quæ debet articulare quòd ſint bonæ famæ & reputationis, vt tenet Car.in d.§.ſi quis neget.ex quo Ang.ibi dat doctrinam,quòd vbicunque opinion.teſtium eſt cauſa inductiua probationis plenè,quę aliàs plena non eſſet,tunc de optima opinione eſt articulandum & probandum.refert tamen Ang. Ioan.de Ana. & de Lig.contrarium conſuluiſſe,ac pariter Ioan. ibi refert Franciſ.de Rampo.contrarium conſuluiſſe per tex.in auth.ſed cùm teſtator.C. de le. Falci. quia in dubio quilibet præſumitur idoneus, niſi cõtrarium probetur.l.ab ea parte. ff.de probatio. l. cùm quidam.& l.cùm pater.§.rogo filia.ff.de lega. ij. ſed opin.Bart.& Angel.ſequitur Barba.in conſ.xxxij.nu. viij.& liiij.nu.vj.vol.j. certũ eſt enim, quod ad obiectus & crimina per iudicem recepta ſolitum eſt per partem reſponderi,& ſuſtenementa dari:& poſtremo has partes ſuper omnibus tam obiectibus receptis quàm ſuſtenementis appunctare contrarias.Sed Ioann.de Imo.iſtas opi.Ange.ex vna.& Io. de Lign.& Franciſc.de Rampo. ex alia, contrarias concordare conatur,quia aut lex,vel ſtatutum ſimpliciter requirit teſtes eſſe bonæ opinionis, & famæ, & tunc pro eis præſumitur, niſi contrarium probetur: ſed vbi lex,aut ſtatutum requirit eſſe optimæ opinionis in ſuperlatiuo gradu, prout dicit tex.in c.vno,quot teſtes ſunt neceſſa.ad prob.feud. ingrat. ibi, quinque teſtibus ſummæ atque integræ opinio.& tunc fortè opinio Angel.procedere poſſet.licet enim quis ſit bonæ famæ, non tamen præſumitur eſſe in ſuperlatiuo optimus. Et ipſum ſequitur Barba.in dict.conſil.liiij. nume.vj. & Socin. conſil.cxiiij.verſi.poſtremo dico,vol.ij.& idem Io. de Ana. in dict. conſil. lxxix. & quid ſi requirantur teſtes eſſe integræ & probatæ opinionis? dic vt in d.ca. vno. quot teſtes ſunt neceſ. per And. Barb.in additio.ad Bal.& Soci.in præl.conſi.cxiiij.

23 24 25 26 27

SVMMÆ.

1 *Excommunicato facta collatio,ſi poſtea cum ea diſpenſetur,valet.*

2 *Volumus,verbum inducit monitionem.*

3 *Diſpenſatio ſuper duobus capitibus,ſi non acceptetur in vno,valet in alio.*

4 *Verbum non valeat,quid importet.*

5 *Clauſula irritantis limitatio.*

6 *Diſpenſatio cum non habente titulum canonicum*

non

non requirit nouam poſſeſſionis traditionem, ſed primam continuat.

2 Archidiaconatum obtinens habentem parochialem annexam, an ob id debeat intra annum promoueri.

Quæſtio CXIX.

Quidam renuntiauit beneficium archidiaconatus eccleſiæ cathedralis Baſſatenſis, tres eccleſias parochiales habentes annexas, in fauorem alicuius, qui patiebatur defectum natalium, & ordinum: quo duobus annis cum illo tit. ordinarij poſſedit, & tandem diſpenſatus per ſummum pontificem, qui etiam ſibi contulit ad tria, ſuper defectu naturalium, intruſione, ac etiam ſuper fructibus perceptis ſibi per Papam donatis: tamen antequam poſſet in poſſeſſionem dicti beneficij per officialem Condon. mitti, tenebatur illud in manibus officialis prius renuntiare cum clauſula irritanti, videlicet, Volumus autem, quod antequam præfati iudices ad executionem præſentium procedant, tu dictum archidiaconum in eorum vel alterius eorum manibus realiter dimittere teneatis: & inſuper ex nunc irritum decernimus & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, &c. Quod tamen non renũtiauit, niſi aliis tribus annis a tempore diſpenſationis lapſis, intra quos primus renuntians impetrauit idem beneficium, Quæritur, an ille diſpenſatus ſit priuatus iure dicti beneficij.

DECISIO CXIX.

ET dic, quod iſtam q. ponit, & in propriis terminis cõſuluit Gemi. conſil. xvj. exordien. ſuper dicto dubio. & arguit pro & contra, ponendo primo quatuor rationes, quod fuerit priuatus propter dimiſſionem realem non factam: ſecundo in contrarium ponit alias quatuor rationes, quod nõ fuerit priuatus: & iſtam partem ſequitur: pro qua allegat bo. tex. in cap. poſtulaſti. §. j. de cler. excom. miniſtr. † vbi ſi excommunicato conferatur beneficium, & ipſe multo tempore retinuerit illud, cum illo titulo non canonico, ſi poſtea ſecum diſpenſetur, licitè tenet. Nec obſtat quòd Papa voluit, quòd realiter, & omnino prius dimitteret beneficium: vnde poſtea retinendo effectus eſt inhabilis perpetuo ad illud beneficium obtinendum, argumen. extrauagan. execrabilis. §. ſtatuimus in fine. Ad hoc ipſe reſpondet, quod ille text. loquitur quando fuit aſſignatum certum tempus ad beneficium dimittendum, vt ibi patet: ſed hic Papa nullum tempus aſſignauit, intra quod deberet dimittere, ſed indeterminatè dicit, volumus &c. vt ibi per eum. † Præterea, vt inquit, dicta verba, volumus autem &c. non inducunt conditionem, ſed monitionem, quæ licet non ſeruetur, propter hoc non vitiatur diſpenſatio, vt voluit gloſ. in cap. non poteſt. de præb. lib. vj. & ibi latè. & ſingulariter per eum, qui pro hac deciſio. adducit tex. in d. extrauagan. execrabilis. in verſic. immiſcere præſumant. Item in caſu præſenti Papa non conſtituit terminum ad ipſum reſignandum, prout eſt in d. extrauagan. execrabilis. vnde eum ab effectu gratiæ & diſpenſationis nõ excludit, licet videatur facere de priore poſteriorem, argum. cap. ſi clericus. de præbend. lib. vj. quia tempore prouiſionis dicti de la Maiorie præfatus ac Albreto erat aptus & idoneus, capax ad ipſum archidiaconatum acceptandum. argu. cap. cum qui, de præbend. cod. lib. nec pariter Papa ordinauit, quod poſt dimiſſionẽ in manibus executoris faciẽdã ſibi poſtea conferretur: licet in caſu in quo conſuluit, ipſe Papa ita voluiſſet: ergo non vacauit beneficium, licet male fecerit capiendo fructus. † Et pro hac Deciſione accedant not. per Bald. in conſi. cccxxvj. incip. generali ſtatuto cauetur. vol. iiij. vbi voluit, quod diſpenſatio facta contra ius commune ſuper duobus capitibus in fauorem alicuius, ſi non ſit acceptata in vno, nihilominus valet in alio. Et ibi loquitur in officio, & idem in terminis noſtris tenet Agid. Bellamera in deciſ. clxij. incip. Papa diſpenſando cum eo, qui tenuit eccleſiam, &c. volens quod non incurrat pœnam à tempore poſſeſſionis ſibi per executorem datæ. & ideo ius ſibi cõpetere non potuit quouſque eſſet ſibi prouiſum de nouo, vt ibi vide per eum, & pro hoc tex. iuncta glo. in l. vniuerſa in verbo, non valeant. C. de preci. Imper. offer. vbi Bart. quem ſequuntur Docto. inſuper Alex. in additio. & Laſ. in iij. notab. & in ver. capio gl. in verbo, non valeant. notat illum text. & gloſ. dum text. vult, quod quando princeps conceſſit alicui dilationem ad ſoluendum, non aliter valeat, niſi ſatisfiet cum fideiuſſoribus de ſoluendo adueniente termino. & gloſ. ibi exponit non valeant, id eſt non ſortiantur effectum. † Quia verbum, non valeant, prolatum à lege, vel ſtatuto intelligitur in effectu, non autem ipſo iure, vt ibi per Laſ. & rario eſt ſecũdum eum: quia iſta verba, non valeant, videntur reſpicere futurum tempus. Sed quando lex vel ſtatutum vtitur verbo futuri temporis, non intelligitur ipſo iure, iuxta gl. in l. in criminali C. de iuriſdi. om. iud. tamen eſt text. in contrarium in c. quia propter in verbo, non valeant. de electio. & iſtud eſt verum ſecundum Bart. & Laſ. niſi lex dicat, non valeant propter aliquid quod debeat fieri poſtea per partem poſt actum perfectum: & tunc procedit gl. in d. l. vniuerſa. quod non intelligitur ipſo iure, ſed in effectu. & idem dicit Laſ. in verſi. capio gloſ. & in verſi. redeo ad primam, &c. vbi magis apertè dicit. vnde ex text. & gloſſ. in verſ. præbeatur. notãt, quòd quando lex iubet aliquid fieri poſt actum iam perfectum, etiam ſi dicat quòd aliter non valeat, tamẽ eius omiſſio non vitiat ipſo iure, ſed in effectu. Ideo poteſt illud quandocunq; interponi, vt ibi per Laſ. qui ponit duas cõcluſiones, & iſta eſt vna, quã probat ſingulariter per plures doctrinas, & idem tenet Decius in conſ. ij. in fi. per tex. in clemen. j. in fin. de præbend. & ſic non obſtat clauſula irritans, quia ſolùm irritat, & inanem declarat poſſeſſionẽ per executoram fiendam, abſque reſignatione prius facta. de qua per Fel. in c. cæterũ. verſi. ſecunda reſtrictio. de reſcrip. & Laſ. in l. non dubium. C. de legib. & per Doct. in c. dilecto. de præben. † Cùm ipſa clauſula irritans, referatur ad proximam diſpoſitionem: nec poteſt referri ad alia prædicta: nam diſpenſatio ſolum continet poteſtatem mittẽdi diſpenſatum per alias bullas ante illam poſſeſſionis immiſſionẽ, per ea quæ voluit Alex. in l. ſi idem cum eodem. §. fi. ff. de iuriſdi. omn. iudi. Item intelligitur dicta clauſula irritans, &c. de aliis contrauenientibus, & non de impetrante, vt not. in d. ca. dilecto. & Bald. in conſ. xliij. verſ. præterea illa verba, caſſans & irritans. vol. iij. arg. l. ſi ſeruus legatus. §. qui margaritã ff. de leg. j. Facit quod not. idem Gemi. & Card. Alex. in c. vlt. lvj. diſt. in vlt. no. † quòd ſi diſpenſatur cũ iam promoto non habente titulum canonicũ in beneficio, non eſt neceſſaria noua traditio poſſeſſionis beneficij, aut dignitatis, ſed ſufficit quòd continuet primam. §. interdum. inſtit. de re. diui. facit text. in c. ex parte. de conceſ. præ. & quod dixi ſuprà. q. xxiiij. incip. duo litigabant ante ſi. niſi mandetur per Papã,

Digitized by Google

vt hic.Sed propter illam dimiſſionem non initam, & poſſeſſionem ab executore literarum nõ factam non eſt priuatus iure ſuo, ſecundum Dominic. & 7 Doct.ſuprà alle. † Præterea fuit dubitatum an taliter diſpenſatus in prædicta archidiaconatus dignitate non obſt. ætatis defectu tenebatur ſe promoueri facere ad ſacros ordines ratione eccleſiarum parochialium illi dignitati annexarũ intra annum, iuxta c.licet Cano.de ele.lib. vj. & gl.ibi in ver.parochialibus. tenet quòd ca. illud non habet locum in dignitatibus curas parochiales habentibus annexas:quam ſequitur Ioan.Monach. Domi. & Philip.Franc.per tex.in c.ſtatutum.de ele. & in c.ſuper eo.de præben.eod.lib.& ibi per Doct.ſuprà alle. & etiam vbi minor eſſet diſpenſatus ad eccleſiam parochialem non obſtante defectu ætatis, non tenetur ſe promoueri facere intra annum ad ſacerdotium,ſecundùm archidiaco.in c.cùm ex eo.eod.tit. quem ibi ſequuntur Dom.Anch.& Phil.Franc. nec etiam ad ſubdiaconatus ordinem ætate xviij.annorum adueniente.iuxta clem.generalem.de ætate & quali. & aliàs ſuper hoc conſului, & vide in conſil. xxiiij. incip. Papa cum quodam. & idem Ioan. de Selua in ſuo tracta.beneficij.in iij.parte.quæſt.lij.& ita concluſum & latum arreſtum die iij. Iulij. Anno 1523.contra dictum de la Maiorie,& in fauorem N. Chap. ſubrogati in locũ Bernardi de Albrero, qui fuit manutenutus in poſſeſſione. & pro hac Deci.facit quod dicit Bal.conſil.ccccxl quidam in minoribus conſtitutus.volu.iij volens,quòd minor qui tenuit præpoſituram per ſeptennium ſine aliqua diſpenſatione, nec fuit promotus ad ordines ſacros, non venit priuandus,ſi non fuit monitus, cùm hominis requiratur monitio: quia in eccleſia collegiata nõ eminet pœna, de qua in c.cùm in cunctis. de elect.niſi interueniat monitio,vt notatur in cap. cum eodem tit.lib.vj.quod not.

SVMMÆ.

1 *Pater poteſt iniuriam filio factam eo inuito remittere:fallit in caſibus.num.3.& 6.*

2 *Pater non poteſt legatum filio factum repudiare.*

4 *Prælatus poteſt remittere iniuriam factam religioſo, ſed non eccleſiæ.*

5 *Papa non poteſt illatam eccleſiæ iniuriam remittere.*

7 *Filius non poteſt remittere iniuriam ſibi illatam in præiudicium patris.*

8 *Accuſare aliquo volente necem defuncti, an ſint citandi proximiores ad quos id potius ſpectat.*

9 *Fratres licet æqualiter cum patre & matre ſuccedant, non tamen æqualiter agunt ad vindicandam fratris iniuriam.*

Quæſtio CXX.

Pater an remittere poſſit necem, aut iniuriam filio factã alijs & fratribus iniuriati inuitis,ita quod agere pro eorum intereſſe non valeant.

DECISIO CXX.

1 IT † videtur mirabile,& iniquum,vt dicit Albe.in l.ſed & ſi vnius.§.filiofamiliàs.ff. de iniuriis. patrem iniuriam filio factam remittere poſſe,& ipſum filium ab actione excluſum,& priuatum fore: tamen videtur vtile 2 propter multa,vt infrà dicam.† Cùm patrem conſtet iure non poſſe legatum filio relictum eo inuito repudiare,l. ex repudiatione.C.de fideicommiſ. & l.remittente. C. de iure deliber. Nec etiam bonorum poſſeſſionem ſibi quęſitam,l.ij.C.de repud. 3 bonor.poſſeſ.† Licet Azo in ſumma.tit.de iniuriis. § datur actio iniuriarum.in fi.velit (ſub dubio forte) patrem hodie non poſſe iniuriam filij remittere in præiudicium ipſius filij, per tex.in l. j. C. de bo. mater.& l.vlt.C.de bonis quæ lib.& idem Hoſtien. in ſumma eo.tit.de iniuriis. & minus ſecundũ Din. iniuriam ex lege Cornel.deſcendentẽ.Tamen præcedentem opin. ſcilicet patrem etiam iniuriam ex lege Cornel. deſcendentem remittere poſſe, & talem patris remiſſionem filio, & aliis fratribus nocere,tenet Iac.de Are.Bar.Ang.& Alb.in d.§.filiofamiliàs.per illum text.celebrem in ver.planè. poſt gl.in verbo,filio. Quam opi.Hugo.huius primi inuentoris ſequitur,& idem Spec.eod.tit.§.j.ante fin. ver.ſed nunquid nocet filio.nec obſtat.d.l.j. de bonis ma. ſecundum Bart. & alios, quia pater magis longè iniuriam videtur pati quàm filius.& idẽ glo. Bar.Pau.de Caſt.Ange.Fulgoſi.Iaſ.& Iacob.de ſancto Geor.in l.in perſonam. ff.de pactis. & Collect. in c.fi.de iniur.& Deciſi.capel.Tholoſ. quæ.ccxlij. & Bar.& Doct.inſuper Bolog.in l.Lucius.in primis interpretatio.ff.ſolu.matri.& Bertach. in ſuo tract. de epiſco. parte iij. lib. iiij. q. xij. ver.ſubſequenter quæro.& glo.in c.ſi is qui prælatus. 23. quæſt. 4. dicens, † quod licet prælatus iniuriam eccleſiæ illatam remittere non poſſit:bene tamen iniuriam religioſo factam,vt tenent Doct.in c.cùm deſideres, & c.non dubium.de ſenten.excommu.Ioan.Fab.& Ang.Aret.§.patitur.Inſtit.de iniur. & Io.Fab.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſc.& cleri.& Iac.de Belloniſo in ſua praxi, tit. de iniur. ver. ſed nunquid ſi filius.& Baptiſt.de ſancto Blaſio in tract.correlatiuorum.q v.verſic.vigeſimò fallit. † quoniam Papa 5 non poſſet illatam eccleſiæ iniuriam remittere, ca. Salonitanæ.lxiij.diſt.tenet Zonſe.in extrauag.ſi fratrum.de ſede vacan.in verb.iniuriam.& gl.in c.j.in verb.punire.de pœ.li.j. & gl. in c.contingit.de ſenten.excommu. & ibi per Docto. & iſta communis concluſio eſt ſecundùm Bar.Ang.& Doct.ſuprà alle.multum vtilis propter ſtatuta Italiæ, quæ volunt pœnam pro delicto imponi non poſſe pace habita, & concordia facta, quam pater facere poteſt: pro quibus alleg.text.in c.Quintauallis.ibi,pro offenſa, quàm filiæ ipſius.& ibi Bal.in princ.de iureiurand. & Iaſ.in d.l. in perſonam. quam legit cum l. contra iuris.§.fi.in vj. not. non enim verisimile eſt patrem ſine cauſa velle remittere iniuriam,nec in cauſa calumniari.l.ſi.ff.de publ.iudi.& l.mater.C.de calum. niſi conſtaret ex actis & legitimis præſumptionib. ſecundum Bar.& Doct.in d.l.ſi.vt infrà dicã.† Fal- 6 lit regula prædicta niſi pater eſſet vilis, & perſona filij honeſta,d.§.filioſam.verſi.interdum. quia tunc non poteſt remittere, & facta remiſſio eſt nullius effectus & momenti,& non eſt(vt inquit ibi Ang.) bona conſequentia: pater eſt viliſſimus, ergo filius viliſſimus. Nam tanta poteſt eſſe ſecundum eum honeſtas filij,quòd propter eius honeſtatem refulgeat & moribus & ſcientia: ob quod Imperator Vlpianum appellauit parentem, l.ex diui. C. locat. & idem Angelus in l. cùm poſſit.de iniuriis. Fallit etiam niſi pater eſſet abſens,dict. §.filiofamiliàs.& l.ſi longius.§.j.ff.de iudiciis.& ibi poſt omnes Iaco. de ſancto Georg.& Guliel.Benedict.in repeti.cap. Raynutius. de teſta. & Ioan. de Plat.in dict.§.patitur.per illum tex.& Maſue.in ſua praxi.tit.de iniur. & gl.in c.cum illorum.in verbo,paſſus.& ibi Doct. de ſenten. excom.item fallit in querela inofficioſi teſtamenti. l. Papinianus.in princ.ff.de inoffi.teſta. quia illa iniuria eſt ſoli filio facta, quæ non tranſit ad patrem:ideo per patrẽ remitti non poteſt.vt ibi

per

per Docto. item fallit niſi iniuria ſit per coniunctã perſonam illata filio: idem in iniuria v. [illegible] thori, dicta l.Lucius.& ibi Bart.Bal.Imol. Rom. Alex. & Moder.ſolu.matri.& Hippol.ſing.ccccclxxij. in chohan.grauior eſt.& Alex.in addi. ad Bar.in d. §.filioſ & Bar.in l.qui inceſtu.§.fin.ff.ad l Iul.de vi publi. Ad hoc tex.celebris in l.inter liberas. §.filiusfa. & ibi Alex.in addit. ad Barto. ad l.Iol. de adulte. & Bald.monellus.in tractatu de dote.iiij parte, verſic. triceſi.nona priuilegium. & Petrus de Rauenna in ſuo iuris Alpha.in verbo,iniuria.& Roma.ſing.ſuo quod incip. Tu habes tamen.& Bologn.in d. l. Lucius.in primis interpretatio. dicens illum text.non beneficere pro dicta limitatione. Imò videtur apertè probare contrarium,volendo filium retinentem dotem per exceptionem repellere vxorem,vel eius hæredes illam repetentes Quinimò,vt vult Alex.ibi, pater poteſt expreſsè remittere illam iniuriam à coniuncta perſona illatam: pro quo videtur text.in d.l.qui inceſtu.§.fin.& gloſ. & Docto.in l.ſi maritus.§.ſi negauerit. ff ſolu. matri. & in l.tranſigere. C. de tranſactio. quia idem in publicis, quod in priuatis delictis,vt dicit And.in d.l.inter liberas. §.filiusfamil.quem ibi ſequitur Alex.in additio. ad Barto.cùm tam in publicis quàm priuatis quæritur patri vſuſtructus. vbi Alex. refert Ang. ita de facto obtinuiſſe.licet Angel.meus non dicat ſe obtinuiſſe Et aliàs ſuper conſului, vt in conſil. lxviij.incipi. viſa tranſactio.facta & inita inter nobilem.& idem circa quæſt noſtram.& communem concluſionem tenet Albert.in l.licet.§.fina.verſi.item quæro duas quæſtio.ff.naut.caupo.ſtabul.vbi quærit primò,aliquis interfecit quendam ciuem Paduanum,qui reliquit patrem & vxorem præguantem: pater accuſauit homicidam: deinde vigore ſtatuti, quo cauebatur homicidam non mori,ſi pacem habuerit:qui cum ipſo fecit pacem, & libras centum recepit, & occiſor liberatus à morte fuit ex forma ſtatuti. Vxor verò peperit filium, & aſſumpſit eius tutelam, iuxta authent.matri & auiæ. C. quando mulier offic.tutel. & tanquam tutrix accuſauit prædictum homicidam de morte mariti: accuſatus excipiebat de pace ſibi per patrem facta, dicens hanc q. fuiſſe Paduæ per dominum Guliel.num de iuſto diſputatam:qui argumentatus fuit ad vtramque partem, & tandem ſoluiſſe, accuſationem per matrem intentatam, non procedere, vt ibi per eum, & maximè per tex.in l.ſepulchri violati. ff.de ſepulc. viola. Accedat tex.in l.ſenatuſconſulto.& ibi Bald.C.qui accuſa.non poſſunt.Sed videtur tex.contra d.l.j §. j. & ſi & aliud etiam probatur. † Nam filius non poteſt remittere iniuriam ſibi illatam in præiudicium patris.quin pater agere poſſit, dicta l. in perſonam. quia iniuria quæ filio infertur, non minus infertur patri.vt ibi,& in vtroque caſu tenet Innoc. in d.ca. non dubium.de ſentent. excom. & pro hac Deciſi. facit text.in cap.exhibita.cum ibi nota. per Ioan.de And.in j. notab.de homici. & ſic fuit in curia concluſum & latum arreſtum die penul. Februarij, Anno 1520. in fauorem magiſtri Ioan. Lamy eiuſdem curiæ aduocati, contra quendam nomine Cadoc, fratrẽ defuncti.Et pariter in cauſa homicidij Ioannis de Graulet dict Menner, pro cuius morte pater & frater agebant contra Bertrandum Foucault Moraille Mareſchallorum propoſitum,qui dictum Menet ſuſpendi fecerat. Et latum arreſtum die xiiij. Auguſti,Anno 1523. quamuis poſtea fuerit latum arreſtum in contrarium prædictis non obſtantibus arreſtis in cauſa de Douhes de Lemouicijs, patris & filij contra les Recluz, ex theorica Bartol.in l.ij.§. final. ff.de adulter. volentis primo, plurimis ſimul ad accuſandum concurrentibus iudicem eligere idonciorem,& ex cauſa præferre vnum alteri poſſe. Et ſi vnum reperent colludentem, aut infamem, præferet alium: text. ad hoc celebris in d. l. ij. §.ſi plures. ibi, niſi de perfidia prioris potuerit aliquid dici.de liti.hom.exhib.& idem Alberic.in d.l.ij.§. fin. Secundò ſi viderit propinquum accuſare occiſores ſimpliciter,& etiam extraneum, adiecta qualitate,quia verificata magis puniretur, poterit præferre vlteriorem propinquiori.d.l.iij. §. ſi plures,& idem Angel.in d.l.qui crimen. & Paris de Puteo in ſyndi.in verb.accuſatus,ante finem. verſic. & dicit Bart. Vnde hic Douhet pater iam compoſuerat cũ occiſoribus:de qua compoſitione curiæ conſtabat, ideo curia admilit fratrem mortui cum eodem patre inſtigante, aliàs pater præfertur. ſiue ambo,ſiue etiam pater & ſocer pro iniuria illata filiæ concurrant,vt dicunt Ioan. Fab & Ange. Are.in d.§.patitur.in fi.& pro hoc text.in d. §.hliofamilias. verſic. procuratorem patris.& Barto.in l.eum qui.§.fi.eo. tit.& in d.§.filiofamilias, & in l.non ſolum §.ſi pater.ff.de procurato. & vtrobique per Paul.de Caſt. & melior text.in l. quamuis adulterij. ibi, hoc eſt patri nec non patruo & auunculo, &c. C. de adult. vnde ſecundum intellectum gloſ. in verſic. proximis,quam ſequuntur Cin. Bald. & Ange.erit ordo inter ipſos,vt primò maritus, ſecundò pater, tertiò frater,& ſic de cæteris. Et patre nolente admittitur frater, deinde cæteri ſuo ordine, quia magis proximior principale habens intereſſe & præfertur ad necem vindicandam.vt ibi,& d.l.ſepulchri violati. & ibi Angel. & Alber. d.l.iij. §. ſi tamen plures. de lib.ho.exhib. & d. l. qui crimen. C. qui accuſa.non poſſ.& l.ſi plures.ff.de accuſatio. † Et quamuis ſint 8
primò de iure citandi illi qui ad accuſandum admitti debent, antequam alius ad hoc admittatur, vel iudex inquirat de proximioribus, vt voluit Bal. & Ale.in additio.in d.l.quamuis in d.l. ſenatuſconſulto. tamen de ſtylo curiarum quilibet proximior admittitur, vſque quo alius magis proximus apparuerit inſtigans. † Nec obſtat allegare per fratres, 9
quòd ipſi cum patre & matre ſuccedent æqualiter defuncto fratri occiſo.authen.defuncto. C.comm. de ſucceſſio.& tanquam hæredes poſſunt vindicare necem defuncti,l.ſorórem.C.de iis qui.vt indi.cum ſimi.quia hoc verum patre (quem iura ob iniuriam magis quam fratres afficientem præferunt)non vindicante, & proſequente,vt iurib.ſuprà alleg. & l.filiusfamil.in princip. ff.de procura.& d.l. longius.§. j.de iudic. vbi proprietas publici iuris ſpectaret ad filium, tamen exercitium illius pertineret ad patrẽ. l.lex Cornelia.ff.de iniuriis.& l.non ſolum.§.neceſſitate. C. de bon. quæ liber. tamen curia conſueuit patrem, matrem, & fratres ſimul ad inſtigandum ex æquitate admittere quemlibet pro ſuo intereſſe.

SVMMÆ.

1 *Filius an præferatur Abbati in nece monachi patris vindicanda, & bona occiſoris obtinendis. & num.6.7.& 9.*

2 *Fœminis an competat ius vindicandi necem defuncti.*

3 *Fœmina, an comprehendantur, ſi ſtatuto debeat homicida cum hæredibus componere.*

4 *Raſtardi in vindicando necem patris, an excludant agnatos.*

5 *Filius aliquid capiens pro pace mortis patris, an videatur se gerere pro hærede.*
8 *Pater monachi an præferatur monasterio in vindicando necem defuncti.*
10 *Monachus quãdo agere possit pro iniuria sibi illata.*
11 *Monachus an tollat patriam potestatem. & nu.12.*

Quæstio CXXI.

Sed dubium fuit, quando pater & Abbas, & monasterium simul concurrunt in accusatione mortis monachi occisi, quis præferatur, vel ambo simul admittantur. Et quid econtra, si pater monachus occisus fuerit, quis præferatur, an filius, vel Abbas pro suo interesse: vel quãdo statutum loci tertiam partem bonorum occidentis applicat hæredibus occisi, cui debet applicari.

DECISIO CXXI.

ET Feder. de Senis in suo consil.clxxiiij. inchoan. ego putarem saluo meliori, ponit hanc q. in patre monacho occiso. quod quidem consilium fuit responsum Io.Poglorien. qui tunc non fuit ausus Federic. contradicere, cùm esset vir magnę
1 authoritatis, vt alibi dixi, † volens filium præferri Abbat. cùm sit verus hæres: & ecclesia, vel monasterium iuris fictione: hoc tribus probans rationib. Prima, quia appellatione hæredum in dubio venit filius, l. ex facto. §. vltim. ff. ad Trebellia. & in c.j. de succes. feud. & in c.j. §. profecto ille. de lege Conradi. Secunda, quod vbi verba legis sunt dubia, & æquiuoca, in dubio sunt naturaliter, & non ciuiliter intelligenda. l. si quis ita. §. is cui in tempus liberorum. ff. de legat. ij. sed monasterium de iure ciuili succedit. auth. ingressi. de sacrosanct. eccles. & l. Deo nobis. de episc. & cleri. & §. hoc præsenti. in auth. de sanct. epi. filius autem succedit naturaliter. l. cùm ratio. ff. de bon. damna. & ista videtur magis peremptoria, quoniam illud quod ex delicto commisso euenit, non continetur appellatione acquestus: quare filius non tenetur fratribus illud quod ex iniuria sibi illata consequutus est, conferre, quamuis omnia quæsita conferre teneatur, l. cum emãcipati. §. emancipatos. ff. de collatio. bono. fallit in casibus no. in l. si emancipati. & in l. fin. & ibi per Bar. & omnes, eod. tit. quia pecunia, quam consequitur quis ex iniuria sibi illata, non censetur pœna, sed pretium vindictæ. l. item apud Labeonem §. si quis seruo. ff. de iniur. & ipsum sequitur Ant. de But. in cap. in præsentia. de probat. prout refert Feli. ibi versi. & per istam glos. infert de Antonio. Sed non reperi ibi Antonium, nec alij Moder. ibi allegant. & etiam eum sequitur ibi Franc. de Are. ver. tertio ponit hic do. Abb. & hoc tertia ratione Feder. Quia applicatio bonorum videtur fieri in retributionem illatæ iniuriæ potius quàm ad ius vindictæ, & aliis per eũ adductis rationibus. Tamen si, vt inquit, nullus extaret ex monacho interfecto filius, tunc bona interficientis applicarentur monasterio, quia iniuria defuncti non respicit hæredem extraneum aliquo modo. l. j. vers. & si fortè. & vers. quoties. ff. de iniur. & ibidem And. Barba. vers. item referunt hic scriben. quæstionem Feder. & idem Fe. & hoc per tex. in c.ij. de pœnis. & latius Pau. Parisius ibi, vers. circa quæst. factam. & Anchar. in repet. c.j. ver. si procedo vlterius. de constit. Quæ quidem retributio magis videtur cõcernere filios, quàm hæredes extraneos. l. quæsitum. ff. de sepul. viola. quoniam hoc est pretium sanguinis & vindictæ, quod lucrum non videtur esse monasterio [illegible]nuestum, argum. gl. in c. fraternitatis. xij. [illegible]. ij. licet videatur contra hoc tex. in d. c.ij. de pœnis. Tamen ipsos Federic. & Ancha. sequitur Francis. de Are. in l. pro hærede. §. fi. in ij. no. versi. per hæc iura consuluit Federic. ff. de acquiren. hæred. in d.c. in præsentia. dicit se credere pacẽ pro hærede occisi habitam, esse ab aliis filiis (quamuis pœnam mitigauerit aut remiserit) seruandam, & nõ ab ipso monasterio. Et facit quod decidit Bar. in d. l. si filius qui patri. in vlt. q. vbi vult stante statuto, bannitum reuerti ad ciuitatem nõ posse, nisi pacem habuerit cum hæredibus, & intellige etiam habere locum in fœminis, sicut in masculis: quia ius vindicandi † de iure communi competit fœminis, d.l. 2
sororem. de iis qui. vt indi. & l. si fœmina. C. ad Turpil. & tenet Rom. & Alex. in d.l. pro hærede. §. fi. de acquiren. hære. & idem Roma. in d.l. iiij. §. Cato. & ibi Barba. & Andr. Alciat. num. cxciiij. vsque ad fin. de verbo oblig. concludentes pacem ab omnibus esse habendam. hoc verum quando statutum vult pacem habendam ab omnibus hæredibus, vt hæredibus. † Secus si dicat ab hærede occisi, tunc non 3
requiritur ab aliis filiis, & fœminis esse habendam, vt voluit Ray. de Forl. in l. si plures gradus. quem ibi refert, & sequitur Alb. ff. de leg. iij. & latius in iij. statu. parte. q. xviij. & in iiij. parte. q. ix. & in omnem euentum sufficeret à maiori parte habitam, vt voluit Bart. quem communiter ibi sequuntur Docto. in d. §. Cato. Licet Ludo. Bolog. in repeti. velit contrarium, vers. postremo quæsiuit Barto. vsque ad fi. Sed opi. Bar. sequitur ibi Card. Ruinus in vlt. quæst. ac cæteri Moder. & idem Alex. in l. si filius patri. ff. de vulg. & pupilla. reprobans doctrinam gl. in c.j. §. hoc autem notandum. qui feud. dare possunt, quicquid voluerit Deci. in d.c. cùm in præsentia. vers. in primis attenta ratione. & Ang. consi. cclxxxix. inch. viso facto & statutis. & in d.l. si filius qui patri. quẽ ibi sequũtur vterque Imol. quos reprobat ibi Fran. de Are. ver. illud autem quod dicit Ang. quòd non admittitur fœmina, est de iure Longo. vt l. si quis Longobar. de homicid. liber. homi. quam ad hoc allegat gl. vlt. in c. vno. an mutus, vel aliàs imperfe. sed de iure ciuili non est verum, quia admittuntur fœmina: secundum Ang. & Bal. in d.l. pro hęrede. §. fi. ff. de acquir. hæred. & Bald. in d.c.j. qui feud. dare pos. & idẽ Ang. in d. §. Cato. col. vlt. consi. lxvij. exordien. municipali lege siue decreto. vbi est eiusdem voti, quòd fœmina possit iudicialem assumere vindictam, & illam prosequi, per gl. in d.l. sororem. secus si manus armata vellet vindicare, quia illud facere non potest: & isto casu dicimus mulierem fatidam leuare non posse, d.l. si quis Longobardus. secundum quam debet intelligi glo. in d.c.j. §. notandũ. qui feud. dare poss. imò videtur posse personaliter vindicare, secũdũ Bald. nouel. in d. §. Cato. versi. tertio limita. per text. in l.j. §. potuisse. ff. ad Silla. & maximè si assueta fuerit armis, vt apud Romanos fuere quædam (vt refert Valerius tit. de amore coniugali, lib. iiij.) & Hipsicratea vxor Mythridatis regis, & apud nos Ioanna puella, vt dixi in §. vij. & in addi[illegible]io. de consuetud. feudo. lib. consuetud. Biturigum. & nunc apud Pictauos domina de Bazauges, quæ tanquam virago ludit ad palmam seu pilam, & ad duarũ manuũ ensem, quem secum defert. & balistã: aut secundum Barbat. in d. §. Cato. vers. fateor tamen. vxor comitis Facini de canibus, quæ in locum viri gubernabat exercitum pugnando cum inimicis: adducendo etiam illud quod scribit Virgilius in Æneid. libr. j. de Penthesilea furente. Et

in his

in his casibus videtur dicendum secundum Barba. tales mulieres posse leuare talidam, quia cessat ratio prohibitionis vt ibi per eum. Ergo videtur ibi opinio Angel. in dicta l. si filius qui patri. & sequa. esse vera, scilicet à muliere non posse haberi pacem, nec etiam à monacho, vel Abbate: tamen de consuetudine & stylo curiæ Franciæ, fœminæ bene admittuntur pro earum interesse ratione iniuriæ in nece patris, aut fratris eis factæ, iuxta nota. in l. non ignorat. & leg. de crimine. C. qui accusare non possunt. & leg. ij. ff. de accusation. & in dicta leg. sororem. † Sed an bastardi, & spurij excludant in hoc casu agnatos, vide Angelum consilio cccj. vbi tenet quod sic, & Per. Pau. vbi suprà. Et pro hac parte facit quod decidit Bartol. in dicta leg. si filius qui patri. in vltima quæstione. volens quod si bannitus stante statuto non possit ad ciuitatem reuerti, nisi pacem habuerit ab hæredibus occisi, quòd filius occisi qui abstinuit ab hæreditate paterna, & sic non hæres possit facere pacem cum illo exbannito: cum quo ibi transeunt Nicol. de Neapoli. Bal. Ange. Rapha. Imola, Socin. & Iaſ. ac etiam Paul. Parisiens. in dicto c. in præsentia. sed reperio diuersitatem inter Soci. & Iaſ. quia Iaſ. dicit Alexand. sequi Bar. & Soci. dicit tenere contra Bar. & idē facit Pau. Parisien. vbi suprà. Et isti videntur melius loqui viso Alex. colu. pen. versicul. ex quo infertur dictum Ang. & in versicul. pro Cin. Cum Alexand. tenet Franciſc. de Are. contra Bart. & idem Angelus in l. quæsitum. de sepulchro viola. & Alber. in dicta l. pro hærede. §. fina. & in iiij parte statu. quęstion. ix. item quæro statutum. vbi allegat Gandin. in tractatu crimin. titu. de transaction. de maleſi. fiendis. versicul. pone statuto cauetur, quod si bannitus habuerit pacem, &c. sed opinio. Bartol. sequutus fuit Paulus de Castro in dicta leg. pro hærede. §. j. quæ est communis secundum Iasonem in dicta leg. si filius qui patri. in vltima quæstion. † Nec pro hoc probatur filium qui recipit ex pace habita vindictæ occasione mortis patris, se gessisse hæredem, vt volūt Doctores suprà allegati. Et idem tenuit Bartolus in d. l. quæsitum. quem ibi sequitur Ange. & Alberi. & in ij. parte statutorum. quæstion. cxxxij. Venetiis est statutum. & in l. eum qui. & sic contrarius. C. arbit. tutel. & in l. si verò plures. §. hæc actio. per illum tex. ff. de iis qui deiecer. Et hanc communem intellige sanè procedere hæredibus extráneis, & nō filiis existentibus: quia tunc à filiis, & non ab extraneis hæredibus pax habenda est. † In contrarium videtur Abbatem & monasterium esse filio, aut patri præferendum, vt ipsemet Feder. tenuit in consi. xxxiiij. aliàs xxv. secundum nu. meorum incip. quidam monachus monasterij. Pompasiani deputatus extitit per Abbatem illius prior in prioratu subiecto illi monasterio: qui tamen ab eodem prioratu ad libitum Abbatis remoueri poterat, iuxta nota. in clement. quia regulares. de supplen. negligen. prælato. cuius quidem monachi pater fuit occisus: dubitatur ad quem bona iuxta statutum debebant applicari, an primo monasterio cuius antea monachus fuerat, an verò prioratui, cui fuerat deputatus tempore occisionis, aut filio suo. Et primo arguit bona monasterio esse applicanda, quia quicquid acquirit monachus, acquirit ipsi monasterio, dict. cap. in præsentia. & cap. cum olim. de priuileg. & cap. statutum. xviij. quæstio. j. Secundò argumentatur ad prioratum fore spectanda ex quo mortuus erat in illo, & sic locus in quo migrauit attendendus. Et tertiò arguit in fauorē filij per iura in prima parte adducta. Postremò verò decidit tam in fauorem monasterij quàm prioratus, vt inter eos bona illius homicidæ venant dividenda. Et sic determinauit contrarium eius quod voluit in prædicto consilio clxxiij. quæ videtur vltima eius opin. vt apparet ex ordine consi. per quam vt dicit Barbat. in dicto ca. in præsentia. videtur approbare, & sequi opin. Ioan. Pogla. tamen Roma cum in ista secunda opi. sequitur in suo sing. ccccliij. exordien. statutum vrbis veteris. dicens hanc partem consulendo per plures tenuisse rationes: quod consilium non potui inuenire. † Sed Abb. Sicu. in dicto c. in præsentia. versic. & hæc faciunt ad vnam, & c. aliter concludit, bona illi esse applicanda, qui hæres institutus fuerit: quoniam si monasterium fuerit per patrem monachum institutum, & filius in re certa, tunc applicabuntur monasterio: quia filius, vt inquit, in re certa institutus habetur loco legatarij, l. quoties. C. de hęredibus instit. si verò filium in totum instituerit hæredem, tunc applicabantur filio. Si autem ambos, scilicet monasterium & filium instituerit hæredes: & isto casu eisdem applicabuntur pro portionibus hæreditariis. Cuius tamen opin. reprobantur per Doctor. suprà allega. & signanter per Petr. Pau. in tertia consideratione. Et hanc etiam partem sequitur Decius in dict. ca. in præsentia. versi. iuxta prædicta infertur, quod monasterium præferatur filio. vt & idem And. Alci. in dicta leg. iiij. §. Cato. versi. & pro hoc etiam facit quia in casu tali. dicens istam partem esse magis communem. † Et idem videtur dicendum in patre ratione homicidij in personam filij monachi commissi, quòd admitti non debeat, sed monasterium, vt in casu nostro, quoniam pater & filius à pari iudicantur, cap. fina. xix. quæstion. tertia. & sic concludunt Federicus & alij. suprà alleg. † Quid dicendū? prima pars videtur verior & communior, ex quo homicidium, vel iniuria facta non fuit intuitu seu odio ecclesiæ vel monasterij: tunc enim eidem monasterio insolidum competeret, vt concludit Angelus in dicta l. j. §. item aut per semetipsum. ff. de iniur. quod in casu nostro factum non fuit: sed intuitu propriæ personæ monachi: ideo ad filium, vel patrem spectat & pertinet secundum communem sententiam Doctor. suprà allegat. & licet ex eadem iniuria pluribus possit competere actio. dicta l. j. de iniuriis. patri scilicet, filiæ & marito, ac aliis, vt tenet gloss. ibi in verbo, tribus. & in §. patitur. & in §. sed si communi seruo. instit. eodem titul. & Federic. in dicto consi. xxxv. versi. sed videtur quod dicta, tamen vnus per alium ad agendum non impeditur, dicta leg. j. §. fina. ibi, neque vnius actione per alium consumi, quia pater non excludit filiam, vel filium, nec filius patrem, vt ibi. in dict. cap. fin. §. xix. quæstion. iij. Nam sicut pater quamuis monachus succedit filio, authentic. defuncto. C. ad Tertu. ita filius monachus de iure succedit patri. dict. l. Deo nobis. & idem tenet Abb. Sicu. in prælegato c. cum desideres. ver. no. in §. iij. de sent. excom. allegās not. in c. per venerabilem. qui filij sunt legi. per locum à speciali: & idem in d. c. parochianos. versi. in eadem glo. quoniam duæ trēsve actiones oriuntur. vna videlicet ecclesiæ, alia clerico, & reliqua patri. licet secus in monacho, qui agere non potest pro iniuria sibi allata, sed pro eo agit Abbas, & dicit gloss. quam sequuntur ibi Abb. & Felin. in c. parochianos. quemadmodum dominus pro seruo, d. c. cum desideres. & in ca. dilecti. de purga. vulgar. & in capi. contingit. & ibi plenè Abb. Sicu. & Feli.

verſic. j. de ſenten. excom. & hanc iniuriam monacho factam poteſt Abb. remittere, vt voluit Bald. in leg. præſes, in fin. verſi. ſeptimo quæro. C. de tranſactio. & Alex. in leg. pactum curatoris. in fina. ver. quid de offenſa illata monacho. de pactis. † & hoc verum monachum non poſſe agere, niſi eſſet in ſtudio licentia ſui Abbatis, & Abbas ab illo loco abſens, tunc eo caſu poſſet agere. argumen. dicta leg. ſi longius. §. filiusfamiliàs. & ibi glo. & Doctor. de iud. & plenè Abb. conſi. lxxxviij. volum. j. & Deciſ. Capel. Tholoſ. quæſtio. lxxxviij. & Felin. in cap. cum dilecta, ver. monachus non agit. de reſcript. in quo ponit regulam negatiuam, ſcilicet monachum non poſſe agere, cum octo Fal. in quibus agere poſſet: quamuis videatur text. in dict. c. parochianos. monachum poſſe per iniuriã agere. cum tex. ibi dicat religioſis læſis, & iniuriatis eſſe ante omnia ſatisfaciendum. de quo Abbas ibi ſe remittit ad dicendum in cap. tua nos. eod. tit. in quo nihil dicit, ſed profecto intelligendum monachum non poſſe per ſe, ſed Abbatem, aut ſyndicum monaſterij agere, vt dictis iuri. & Angel. in d. l. j. §. item aut per ſemetipſum. verſicu. ſpectat enim ad nos ibi, vel affectus. ff. de iniur. niſi in caſibus notatis per Felin. in d. cap. cum dilecta verſi. monachus non agit. in quibus ſolus ſine Abbate in iudicio experiri poteſt. † Et ſic innuitur filium patris monachi, vel etiam monachum filium eſſe in poteſtate patris, expreſſe Bal. in l. fin. §. j. in prin. C. de bon. quæ libe. volens patrem, Abbatem, aut Epiſcopum habere vſumfructũ in bonis aduentitiis filij: quia idem eſt in clericis, quòd in laicis: alleg. Ioan. And. in cap. fina. de iudic. lib. vj. nam licet (vt inquit Bald.) dignitas Epiſcopalis filij liberet eum à patria poteſtate, authen. ſed Epiſcopalis. C. de Epiſ. & cler. non tamen econtrà, ſicut nec conſularis. Et idem in vtroque prius tenuerat Specul. tit. de tuto. §. ſi autem. in prin. ver. ſed quæritur. Nam etiam filius monachus non tranſit in poteſtatem Abbatis, vt à patria liberetur poteſtate. Certi enim (vt ipſe ait) ſunt modi, quibus quis liberatur, de quibus non eſt iſte, vt inſti. quib. mod. ius pat. po. ſolui. §. filius familias. & ſic filius ingreſſi, in patris poteſtate remanet. per tex. in d. l. fin. §. ſi autem à patre. C. de bo. quæ lib. & idem dicit Spec. in tit. de ſtatu. monac. verſi. xij. & in verſi. lv. & Iac. But. in authen. ſi qua mulier. & ibi Bal. C. de ſacroſanct. eccle. & ambo etiam in authẽ. excipitur. ver. quæritur gloſſ. de bo. quæ lib. & Ang. in l. ſub conditione. ff. de liberis & poſthu. & Matthæ. de Matte. in tractatu de ſucceſ. ab inteſta. verſi. iij. fallit. vbi hoc probat. ſed contrarium tenuit glo. in leg. ſi ex cauſa. §. Papinianus. ff. de minori. quam ibi ſequuntur Bar. Bald. & Alex. in addi. ad Barto. & idem Bar. in authentic. idem. C. de bo. quæ lib. & Lud. Bo. in dict. authen. ingreſſi. ante fin. & latius ibi Alberic. numer. xiij. cum ſeq. † Siue enim pater, ſiue filius efficiatur monachus, filius liberatur à patris poteſtate, dicens Alber. ita communiter vidiſſe teneri per Doctor. & idem Arch. in cap. non dicatis vij. quæſtion. j. & gloſſ. quam Abb. ibi, & Fel. ſequuntur in d. capi parochianos. & Guid. Pap. in ſing. ſuo xxvj. & Bar. poſt Guliel. de Cugn. in l. parte furioſo. ff. de iis qui ſunt ſui vel alie. iuris. alleg. Din. ita tenuiſſe. in leg. ergo. ff. de acquir. ret. domi. Et Bart. in leg. ſic euenier. quam legit cum l. patre & ibi etiam Ang. ff. ad leg Iul. de adulte. Secus tamen, vt inquit, in clericis ſecularibus, qui non tranſeunt in poteſtatem eccleſiæ, quæ eos non eximit à patria poteſtate. & idem Alex. & Moder. in d. l. ſub conditione. & Iaſ. in d. l. parte furioſo. verſi. extra gl. cum aliis per eum alleg. dicens eſſe veram & communem ſententiam: & ibi vide. Et quid de ſacerdote, vide Abba. poſt Inn. & Hoſt. in cap. indecorum. de æta. & qualita. vbi reprobant gl. ibi, & in cap. cum voluntate. de ſenten. excommunica. tenentem quemlibet ordinem ſacrum à patria poteſtate liberare filium: quia contrarium eſt verius, vt ibi per eos. & Abb. in dict. cap. cum deſideres. & per omnes in dict. c. in præſentia, & dixi in noſtro prealleg. conſi. x. & idem Ange. Aret. in d. §. filiusfamiliàs. verſicul. in gloſſ. non liberet. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol. & ita eſt in hoc communis ſententia. Sed quo ad concluſionem quæſt. noſtræ, & præced. dic, quòd licet hodie de conſuetudine & ſtylo curiarum Franciæ, iura ſucceſſionis monachi perdant, & non ſuccedant parentibus, tam in recta linea quàm collaterali, vt dixi in §. fin. de teſt. li. conſuet. Biturig. & in d. conſi. x. non tamen perdunt iura ſanguinis. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. nihilominus pater pro intereſſe vindictæ necis filij poterit admitti, vel econtrà filius etiam attenta naturalitate, per ea quæ not. Bart. in d. l. quæſitum. de ſepul. viola. & pariter Abb. & monaſterium quibus videtur iniuria eſſe quodammodo facta iuribus ſuprà alleg. cum aliis per Pet. Pau. vbi ſuprà verſi. nonobſtat quòd monachus. & ita per curiam ordinatum in cauſa mota inter Pe. Luchet patrem, & Abbatem de Madio, ratione homicidij in perſonam de Luchet monachi, & nobilem Pet. Gõbault, dominum de Briano, quoniam patri fuit adiudicata mille librarum Turonen. ſumma pro omni intereſſe & expen. & Abbati prædicto nihil, quia dictus de Briano pendente proceſſu compoſuerat cum ipſo abbate.

SVMMÆ.

1 *Legitimationi filij, an citandi ſunt venientes ab inteſtato. & nu. 4. §. 6 & 7.*

2 *Legitimatus an debeat facere mentionem de ſuccedentibus ab inteſtato.*

3 *Princeps poteſt legitimare in præiudicium agnatorum etiam poſt mortem patris, illo non vocato. & num. 8.*

Quæſtio CXXII.

An in conceſſione, & interinatione legitimationis filii naturalis debeant vocari agnati & cognati, qui poterant patri ab inteſtato ſuccedere, cum filius naturalibus, & legitimis non ſuperſtitibus.

DECISIO CXXII.

ET † circa iſtã quæſtio. dico q̃ ex quo hæc legitimatio facta fuit viuente pãtre, & ipſo & filio legitimato cõſentientibus, non requirebatur citatio venientium ab inteſtato. Quia talis pater teſtando, vel aliàs contrahẽdo poterat illis præiudicare, ſecund m Bart. Bald. Alexand. Franc. de Are. ver. ſuper. ij. articu. Bart. in verſicul. & quia Baldus hic dicit. & Iaſon verſiculo, circa tertiam, quia & Soc. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. & l. qui poteſt inuitis. ff. de reg. iur. & l. ij. ff. de nat. reſtit. † Etiã ſi de illis veniẽtibus ab inteſtato nulla mẽtio in ipſa legitimatione ſit facta, ſecundum Docto. ſuprà

pra alleg. Et iſta eſt communis ſecundum ipſ s ſicet Iac.de Bellou.in hoc vltimo teneat contrariũ, de ipſis vementibus ab inteſtato mentionem fieri debere,in §.quoniã in authen.quib mod.natu.effi cia.ſui.& Pau.de Caſtro conſi.clxxx. inci. in Chriſti nomine ſuper eo quòd primo loco. volum. antiq.verſi.ſed cum legitimatio.quamuis poſtea non debeant vocari ſecundum eum, & Alex. in conſil. lxvij.verſi.ad idem adduco.& conſi xciiij verſi. & propterea.& conſi.ciij. volum.j.& Mar. Laud. in tract.de legiti.circa med.verſicu. nam bene eſt verum, quod ſi pater &c. & tamen in ſolut. quæſtio. poſt princip. verſicu. nec obſtat ſi quis dicat quod fit præiudicium agnatis, &c.tenet contrarium. & paulo poſt in verſ.& poſſumus tamen in caſu huius thematis quærere an Imperator poſſit legitimare, &c. vbi tenet, quòd † in præiudicium agnatorum 3
poteſt princeps legitimare, ergo ſine expreſſione in legitimatione,aut vocatione in illius interinatione facienda,valet. Et tenet Bald. conſil. clxxiij. incip.caſus quæſtionis talis eſt,vol.j & conſil. cccclxxxvj.inchoã.verba Bar.in l.Gallus.vol.iiij.& Pet. de Ancha.conſi. cliij.incip.pro fratribus defuncti. & Gaſpa.de Cald.in conſi.v.ritu.qui filij ſint legit. 4
& Fede.de Senis in conſi.lviij.in prin. Secus † in inferiore à principe poteſtatem legitimandi habente, in quo caſu debent vocari agnati. ſecundum Ange. in conſil .cccxj. Petrus Paulus. verſicul. in quæſtione prædicta.Soci.in conſil. ccxlvj. incip. eleganter & ſubtiliter, &c. volum. ij. ſed vbi eſſent alij filij naturales & legitimi, an eorum vocatio in prædicta legitimatione requiratur, vide per Doct. ſuprà alleg.& Barth.Soci.in conſi. xciiij. incho. eleganter & ſubtiliter.verſicu.primo conſiderando. vol.ij.& in vtroque dicto tenet Anto. de Rozel. in ſuo tract. de legit. verſi. quarto dubitatur an requiratur citatio,&c.cum ſeq.quæſtio.& ſing. Ang. in conſil.lxxxvij. incip. ſpurius naturalis.& in conſil.xvij.incip.comes Blandiſius. &c. & Rapha. Cuma.in conſil.clxviij.verſiculo iij.& arti. ij. verſicul. quinimo. & Bar. incip. reuerendus pater dominus Epiſcopus.Et idem tenet Maria.Socin.in ſuo tract. de cita.in vij.articu.verſiculo trigeſi.caſus. Legitimatio filij per patrem petitur,vel filium, patre ratam habente, vel etiam poſt mortem de eius vo- 5
luntate. † Aliàs ſi ſine voluntate patris mortui, ſine citatione non poteſt fieri,leg.penu.ff.de nata.reſtitu.& idem tenet Bal.in capit.fina.verſicu.ibi ſtre pitus.de feriis, Raphael. Fulgo. in conſil.xvj.incip. 6
caſus talis A, deceſſit, † Licet Abb. Sic. in conſil. lxxxiiij.volu.j.teneat contrarium,quòd debeant vocari agnati.Sed primum tenet Pau.de Caſt.in conſil.cccclvj. aliàs ccccliij. incip. viſis & diligenter examinatis priuilegiis &c. verſi. ſecundum principale fundamentum. & verſi. pro cuius rei euidentia conſideranda ſunt duo,&c. volu.antiq. & idem Alexand.conſi.ij.verſ.& dicit Pau.de Caſt.cum duobus ſeq. verſi. quod quidem conſilium eſt repetitum in conſi.incip.viſis codicillis.& Franc.Curtius in conſi.feudo conſil.j. verſiculo. ſeptimo aduertẽdum eſt.& Abb.Sicu.in cap.per venerabilem. & idem tenet ibi Præp. Mediola. Card. Alex. in cap. quod autem,verſi.reuertor nunc ad primum,qui filij ſint legitimi. Et Barba.in conſilio xlix. volumine iiij. & Alber. in dicta leg. nam ita diuus verſicul. quando ſpurij. vel naturales legitimantur. ff. de adop. † Et ita dicit de facto ſeruari quòd non 7
vocentur.& Bald.in conſilio lv. ante finem. verſic. quæritur igitur de legitimationis effectu. libro ſecundo,& ſingulariter in conſilio xiij.incip Viſo teſtamento.quod quidem fuit Argentinæ: cui ſe ſubſcripſerunt P gmes & Vvitenbs. & in conſilio ſequen.xiij.quod fuit Saluceñ, verſi.vij.quia conſenſus agnatorum.& in conſilio ſequen.xv.quod fuit Ioannis de Lig cui ſe ſubſcripſit Franciſcus de Rampo.eod.lib & in conſilio xv. qui fuit Bald. volum.eodem & Pau.de Caſtro in conſilio xxvij. dicendum eſt dictam hæreditatem. volumine nouo, & in conſilio xxxiiij.incip.ſi per primo dubio. verſiculo ſecundo principaliter.& in conſilio cij. incipien.videndum eſt.eo.volu. & Bologn in conſilio lviij. venio nunc.cum verſiculo ſeq. & Dec.in. capel.Tholoſa.quæſtio.cccclvj.in fine. & Ioannes de Ana.in conſilio xxix.verſicul. circa quintum.& Alexander in conſi. xxxviij. verſi. quarto, quia cum dicta legitimatio. & idem in conſilio ſequen. verſicul. non obſtant ſeptimum. & ſingulariter Corne.in conſi.j.in litera M, vol.iij.& Paris de Puteo in tracta.ſyndi.in litera,lis ſua.c.quæro,de quæſtio. ver.& facit quod emancipatio eſt iuriſdictionis. & Alex.in l.ij.& ibi Alcia.verſ.fallit quarto.ff.de verbo. obligatio.& Soci. in cõſ.xcv.vol.iiij.† Etiã plus 8
voluit Bartol. quem communiter ſequuntur Docto.ſuprà alleg.in d.§.& quid ſi tantum.quod princeps ſi vult, poteſt legitimare poſt mortem patris filium naturalem non requiſitis venientibus ab inteſtato,de quorum præiudicio agitur, per text. in dicta leg.ij.ad fin.ff.de nat.reſtitu.& Paul.de Caſtr. in d.conſi.clxxx.& plenius in l.teſtamentum.ff.de teſta.& in leg.cum hæredes.de acquir.poſſeſ.& Alexand.in dict.conſil.ij.Abb.Sicul. & Felin. in cap. cum olim.verſicul.primum exemplum. de re iudicata. Licet ſuper hoc ſunt plures opiniones contrariæ, an ante aditam hæreditatem vel poſt,vt ibi vide.& tenet Ægid.Bellamera in conſi.clxxvj.& idem etiam poteſt fieri poſt mortem patris,ſi pater ita ordinaſſet, ſecundum Bartol. & omnes in d. l. Gallus.§.& quid ſi tantum. & tenent Docto.in locis ſuprà allegatis. per text. in authen. item ſi quis. C.de natur.& ibi Felin.Et idem in prædictis tenet Ancha.in c.j.de ſucceſſione ab inteſtato.

SVMMÆ.

1 *Legitimati in Gallia ſuccedunt, etiam in feudis.& nume.2.& quando iure communi.4.5.6.*

3 *Baſtardi portio de iure debita habet locum etiam in feudis.8.*

4 *Legitimatus quando ſuccedit iure communi in feudis.& num.5.& 6.*

7 *Legitimati quando ſuccedunt in emphyteuſi eccleſiæ.*

Quæſtio CXXIIII.

Ex prædicta quæſtio.& proceſſu fuit alia quęſtio orta :quia ex quo legitimatio interinata extitit ſine agnatorum & cognatorum vocatione,& aſſenſu:licet duo conſenſiſſent,an talis filius legitimatus ſuccedat in omnibus bonis & rebus etiam feudalibus patris.

DECISIO CXXIII.

T † breuiter dico in caſu noſtro quòd ſic: quia licet naturales legitimati nõ ſuccedant in feudo nec ſoli, nec cum aliis, text.eſt in c.naturales.ſi de feudo fuer.controuer. & ibi Baldus Aluaront. Cardinalis, 1

Alexand.& Bartol.in l.ex facto §.ſi quis rogatus.ff. ad Treb.& ibi Alex.& Moder. poſtquam eſt facta ſimpliciter,non facta aliqua mentione de feudo in genere nec in ſpecie.Quia ſicut in generali alienatione omnium bonorum non videtur venire feudum,vt c.generaliter.eo. tit.ita in iſta legitimatione generali ad ſuccedendum, in qua non eſt facta mentio feudi, non debet intelligi de feudo. & tenent Hoſti.& Card.Floren.in c. lator. qui filij ſint legiti.& Card.Alex.in c.per venerabilem. §. quod autem,ver.quæro ſextò principaliter.eod.tit. & Alexand.conſi.lx.viſa legitimatione.lib.ij. & Lance. Gallaula.in l.ſtipulatio quædam.in prin.verſicul.ex quo infero.ff de verborum obligat.& Deci. conſi-
2 lio dcx.num.iiij.cum aliis per ipſos allega.† Tamen ex quo de generali conſuetudin. Franciæ feuda redacta ſunt de facto ad inſtar patrimoniorum,vt voluit Albericus in l.ſi.C.de iuriſdictio.omn. iudi. & Ioan.Fab.in authent.ingreſſi.de ſacroſanctis eccleſiis.& inſtitu.in proœm.& de legi.patrono.tute.circa finẽ.cum aliis infinitis per nos allegatis.in §.j.de conſuetud. feud.libr. conſuetu. Bitur.vbi dixi quæ eſt quaſi vniuerſalis : ergo poſſunt in omnibus etiam feudis ſuccedere.Et ita in terminis tenet Guido Pap.in quæſtion.lix. & in quæſtione ccxxvij. & latius in conſil.xviij.verticul.vnde & ſecundo.cum
3 verſic.ſequen.volens ibi plus. † quòd baſtardus in portionibus quibus ſuccedit de iure, vt authentic. licet.C.de natura.liber.ſuccedat in rebus feudalibus, attenta dicta conſuetudine. Et ſupradictam concluſionem tenet Marin.Lauden.in tractatu ſuo de legiti. in ſolutione quæſtion. in princip. dicens quod in feudis diſponibilibus ex pacto, vel conſuetudine,quæ valet, legitimatus ſuccedere poteſt.& Salicet.in dicta authentic.item ſi quis.verſicu.quæ-
4 ro filius naturalis. † Item etiam ſuccedit legitimatus in feudis,ſi de feudo facta fuerit mentio in legitimatione, vt in eodem ſuccedat, vt dicit gl. in d. c.natural.quam ſequitur Bal.Aluar. Card. Alex. & Ludo.Bolog. in ſecũdis interpretationib. vbi dicit gl.quod ita de facto contingit Mutinæ in cauſa cuiuſdam Hugonis contra paſſamontes.Et Alex.cõſi. ij.& in conſ.cxiiij.libr. j. & Oldrad. conſil. ccxlvij. Paul.de Caſtro in conſilio ccccxlj.Calder.conſi.v. tit.de feud.& Bologni.conſil. lxv. & Decius lxxvj. & ſingulariter Socin.in conſi.iij.Guido Papæ conſilio lxvj.Franciſc.Curt.conſi.j.& accedant notata per Alb.Brun.in conſi.j.& conſi.ij.quod fuit Ioannis Cãpenzij.& ſingulariter Feli. in cap. cum olim, verſicul. non oportet. de re iudicata.vbi ponit tres declarationes.Idem Franciſ.Curt. in tracta. feudo. in iij. parte. quæſt.xxij.verſicu.fallit primò.& Bald. in conſil.lxxxj.incipien.in feudis nos habemus,volum.j.& in conſil.cccxxx.incipiente,ad euidentiam eo.lib.vbi etiam tenet quòd ſuccedit in feud. quan doeſt legitimatus per ſequens matrimonium:quod intellige, vt ibi per eum. Et idem ſi fuiſſet inueſtitus de feudo,vt ibi ante finem.Et Lucas de Penna in l.cos.verſi. iiij. quæritur. C. de iis qui ſponte publ.munera.libro x.qui has quæſtio.amplè diſputat.& Angel.in conſi.xxix.& Bo.deCurtili in tracta tu nobili.in iiij.parte.nume.xxj. & idem Cuma. in
5 dicto conſil. clviij. † Licet Signorel. de Home.in conſil. ccxx. teneat contrarium. & idem Anchar. in conſi.cccviij. incipien. prima facie videri poſſet, &c. hoc in feudo antiquo & nobilis dignitatis. per notata per Bald.in l.eam quã.C.de fideicommiſſis.
6 † Sed præcedens opinio eſt verior,& communior, & hoc quando ex certa ſcientia principis mentio fuit facta de feudo. Et etiam vbi non eſſet facta in legitimatione mentio de feudo, ſed aliàs de certa ſciẽtia & de plenitudine poteſtatis,vt erat legitimatio de qua agitur,& tunc ſi in eadem eſt clauſula inſerta, & concurrat generalis clauſula derogatoria, non obſtantibus in contrarium diſponentibus, & c.vt hic etiam erat,tunc legitimatus ſuccedit in feudo:ſecundum Bal.Alua.& Cardi. in d. c. naturales. aliàs non.idem Matthe.de Afflictis in Deci,Neapoli.cxcv.nume. iiij † Et idem in Emphyteuſi etiam 7
eccleſiaſtica,quod in feudo.vt not.Bal.in l.generaliter.§. cum autem. C. de inſtitut.& ſubſtitu. & in cap.quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. & per Doctor. in locis allegatis. & Decium in conſi. ccxxv. verſicu.ij.non obſtat & in conſi.284.verſi.non obſtant.alle.& Ang.conſi. ccccij. incip. Titius. & Socin.in conſi.xlj.vol.iij.Licet Alex.in conſi.ccxxviij. verſicu.nunc capio ſecundum dubium.lib.j. ſentiat contrarium. Sed ipſe non loquitur,quando eſt facta mentio de feudo aut emphyteuſi.† Secus eſt ſi 8
nõ haberet poteſtatem legitimandi quo ad feuda, vt ſunt comites Palatini:quia non poſſunt ad feuda eccleſiaſtica legitimare,vt voluit Iaſ.conſi. lxx. nu. ij.incipien.ſuper vtraque legitimatione.volum. iij. ſequendo Socin.quem dicunt ſuper hoc conſuluiſſe.Et ita fuit concluſum, & iudicatum in curia die xx.Aprilis,Anno 1521.inter Guidonem Aiſſe,& Artus Colart maritum Claræ Aiſſe eius vxorem ex vna parte, & Mariam de laRoche, tam nomine ſuo,quam adminiſtratorio Guillemeti, Michaelis, Robertæ,& Margaritæ de la Guilraude liberorum defuncti Antonij de la Guilraude.

SVMMÆ.

1 *Tutrix an facta cenſeatur mater quæ relicta eſt adminiſtratrix & vſufructuaria omnium bonorum, & num.3.& 5.*

2 *Adminiſtratorem faciens omnium bonorum non ob id cenſetur facere tutorem.*

4 *Adminiſtratio libera quid importet.*

6 *Tutricem an faciat teſtator relinquens filias in poteſtate matris.*

7 *Tutrix an poſſit eſſe mater minor xxv. annis.*

8 *Tutrix creata mater ſine redditione rationis, ad quid teneatur.*

9 *Tutelam ſumens mater, an teneatur renuntiare Velleiano,& ſecundis nuptiis,& inuentarium confi cere.& num.10.11.3.& 16.*

12 *Mater tranſiens ad ſecunda vota,an perdat tutelam.*

14 *Prælatus ex diuturnitate poſſeſſionis præſumitur legitimè inſtitutus.*

17 *Temporis antiquitas facit præſumi rem bene fuiſſe geſtam.*

18 *Antiquum tempus an dicatur xx. anno.*

19 *Tutoris geſta valent, etiam ſi quid faciendo circa tutelam omiſerit.*

21 *Peſtis excuſat ab omiſſis ſolemnitatibus.*

22 *Oblatio ſola, vel conſignatio pecuniæ in retractum quando fieri debeat.num.23.24.25.26.27.& 28.*

29 *Oblatio quando habeat vim conſignationis.*

30 *Oblatio quæ alioqui ſufficeret,quia cautela reddatur nulla.*

31 *Fideiuſſorem licet quis debeat,ſi hoc non opponitur, valet proceſſus.*

32 *Fideiuſſorem ſi quis certo loco dare debet, non ſatis eſt ſe paratum dicere, ſed manu ipſum ducere oportet.*

Quæſtio

Quæstio CXXIIII.

Testator in testamento inter liberos condito fecit vxorem minorem xxv. annis, vt prætenditur, dominam & administratricem & vsufructuariam omnium bonorum suorum, sine & absque ratione, quandiu in viduitate manserit, reddenda. Quæritur an per dicta verba videatur mater constituta tutrix filiorum. Secundò si fuerit tutrix ex testamento, an teneatur renuntiare secundis nuptiis ac Velleiano, iuxta auth. matri & auiæ. C. quando mulier offic. tutel. fung. Et si non renuntiauerit, possit recipere pretium à venditore recemente: iuxta l. ij. C. de pact. inter empt. & vendito. & l. j. & pen. C. quando decre. opus non est. & l. sancimus. in i. C. de admin. tuto. & leg. magis puto. §. si fundus. & §. si pupillus. ver. sed si pecunia. §. item quæri. ff. de rebus eorum.

DECISIO CXXIIII.

1 EST † videtur quòd nō fuerit tutrix ordinata, per tex. iūcta gl. in l. qui aliena negotia. §. quanquàm, quem Bal. & Ang. ibi faciunt singularē. ff. de neg. gest. vbi dicitur per hæc verba testamenti patris: Relinquo filium meum matri suæ vel in custodia matris, non videtur mater relicta tutrix, quia secūdum Bal. ibi istud nomen, custodis, non trahitur ad officium tutelę. & facit secundū eum tex. in l. sed si hoc. §. fi. de cōdi. & demonstra. Aliàs incip. si vir vxori. §. fi. vbi Imo. idē tenet, dicens quòd si pater aliquid relinquat vxori, si non discesserit à liberis, videtur hoc facere vt ipsa habeat curam filiorum, scilicet vt castiget. & tex. in lib. j. ibi, aut si scriptum sit, rogo te, vt illas res cures, & ibi Bartol. in princip. ff. de confirmatione tutorum. & idem Rom. in suo singu. clxv. incipien. committo filium meum, &c. Vnde mater non tutrix non potest agere nec alienare, nec debitorem, solutionem recipiendo, liberare, vt dict. §. quanquam. & l. filiæ. & ibi Paul. de Cast. ff. de solu. & glo. & Bartol. in leg. verò procuratori, eod. titul. & tenet Francisc. Aret. in leg. alienum. C. de procuratori. Et quasi in terminis idem tenet Francisc.
2 in consilio lxvj. in j. dubio incip. Viso puncto. † Vbi si testator ordinauit aliquos omnium bonorum suorum administratores, quod per hæc verba testator non videtur ipsos tutores constituisse, sed solùm procuratores, ex quo erant extranei. Quia bene potest dari simplex administratio bonorum matri, l. si mater. & ibi Bald. C. ad Vellei anum. Et hoc nisi contractus fuisset factus per matrem: tunc rectè fieri posset solutio, & soluentes essent liberati, vt d. l. filiæ. de solutio. & l. si vrbana. ff. de condictione indeb. & tenet Alexand. in consilio xxxvij. post princip. lib. iij. & singulari. Corn. consi. cclxxx. volumine j. & Bald. in l. omnem, versicul. quæro nunquid mater. C. ad Tertul. vbi dicit, per d. §. quanquam. quod mater tunc dicitur tutrix testamentaria, quando est relicta tutrix in testamento per verba congrua, & non per verba alterius solicitudinis demonstratiua. Et idem in leg. precibus. versiculo sed quid si mater. C. de impub. & aliis substi. † In
3 contrarium est veritas, ex quo hodie sine imperiali rescripto mater est tutrix, quæ potest administrare, agere, & conueniri, si acceptauerit, & voluerit tutelam habere: quia aliter non cogitur, vt authen. matri & auiæ. & ibi ita tenet Ioan. Fab. in princip. & gloss. quam sequuntur omnes ibi, & in dicto §. quanquam. dicentes illum §. hodie corrigi per d. authent, matri & auiæ. & tenet Bald. in c. ex parte. iij. de appellatio. & Ioan. de Imo. & Paul. de Castr. in dicta l. sed si hoc. §. fin. & in propriis terminis consuluit Bald. in consilio cccxxx. incip. dicta particula testamenti. volumine iiij. vbi dicit, quod hæc verba, facio vel relinquo vxorem meam dominam, administratricem & vsufructuariam, sonant quoddam imperium circa administrationem, & honorem præcipuum habitum ante coniugi, l. creditor. §. Lucius. ff. manda. cum aliis per eum alleg. Et hoc est secundum eum ex communi verborum intellectu approbatum, vt no. Spe. tit. qui filij sint legi. ver. quid si aliquis. idem Cin. & ibi omnes in l. j. C. si mul. sec. nup. & per Din. & alios in l. Titia. §. fi. ff. de lega. ij. Secundo ponderat Bal. verbum, dominam & administratricem, quasi testator dicat dominabilem administrationem: vt sensus, quod ei concedebat generalem & liberam administrationem. Et pro hoc dicit Arch. in cap. per singulas. in secundo, ix. quæst. iij. quod gubernare est moderatè præesse, imperare, regere. Vnde gubernator dictus est, quasi cohibernator, eo quòd cohibeat. & idem Gemi. in consi. lxxxj. post princip. † Quid 4
autem possint habentes liberam administrationem omnium bonorum patet. ff. de pac. l. contra iuris. §. filius & l. prohibere. §. planè. ff. quod vi, aut clam vbi dicit Bartol. quod per hanc potestatem non potest alienare castra, nec de nouo infeudare, solita tamen infeudari bene potest reinfeudare, quia non dicitur alienatio, sed modus vtendi. capitul. ij. de feud. idem dicit Ioan. Fab. in dict. leg. sancimus. C. de administra. tuto. † Ideo Bal. in d. consil. cccc- 5
xxix. versic. sed nunquid per prædicta videatur esse relicta tutrix filij. & concludit quod ex verbis ambiguis præcedentibus & sequentibus hoc potest declarari, leg. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. vnde testator relinquendo eam dominam & administratricem &c. & sine redditione computorum, leg. fi. §. fi. C. arbi. tutel. præsumitur tutrix per testatorem data. & idem Francisc. de Are. in dicto consilio lxvj. versiculo item ex quo testator relinquit aliam dominam &c. quia tam ex verbis, quàm mente testatoris, qui præsumitur confidisse de matre vel auia, quam de extraneis, ipsa mater potius videtur esse creata tutrix. Et hoc casu est faciendа impropriatio verborum, ne pater videatur reliquisse filios sine tutore. Vnde erit potius faciendа circa personam matris, quæ fuit constituta domina. Hoc enim propriè conuenit secundum eum tutori, qui dicitur quasi dominus bonorum pupilli, leg. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empt & leg. interdum. §. qui tutelam. de fur. & ita sequi videtur Alexand. in dicto consilio xxxvij. vbi vult solutionem factam matri administratrici valere, & etiam confessionem de recepto nocere filiis, cum facta sit cum causa & vera numeratione, vt fuit hic. Et idem Paulus de Castro in consilio lxxj. incip. ad primum breuiter. in principio. volumine no. vbi dicit quòd per ista verba, domina, & gubernatrix, non censetur hæres instituta, sed tutrix & gubernatrix filiorum & bonorum. Tum quia in acto & litera tutelæ per iudicem decretæ tutrix censetur: & etiam in actibus iudicialibus, ideo talis cēsenda, li. j. §. j. ff. de eo qui pro tut. secundum Raph. Cuma. in consil. lxxxvij. in princip. accedant no. per glo. Ioan. Fab. Bal. Ang. Sal. in d. l. j. cum sua authen. simul. secun. nup. vbi per maritum vxor relinquitur domina vsusfructuaria, quòd erit vltra vsumfructum domina, & administratrix. & Bar. in consil. ccxliiij. ante finē. † Et idē erit secundū Bal. in d. c. 6
ex parte. in fi. quòd si pater relinquit filios sub pote

ſtate matris,videtur illam tutricem conſtituere. Et ipſum ſequitur ibi Præpoſi.Medio. in iij. notab. & Philip.Franciſc.in fin.licet Decius ibi in iij.notab. teneat contrarium. & idem eſt ſi pater in manibus matris relinquit liberos: quia exponitur ſecundum Decium,id eſt,in poteſtate,per no. in l. manumiſſiones.& ibi Iaſon.ff.de iuſtitia & iure.vbi dicit ita conſuluiſſe Mutinæ,quod per illa verba in patris teſtamento appoſita , Relinquo filium in manibus matris ſuæ, mater cenſetur conſtituta tutrix teſtamentaria. Et iſta eſt tutior & verior opinio ſecundum Iaſ.& ibi vide & Bar. Soci. in l. qui duos.in ij. nota.verſi. ex quibus infertur.ff.de rebus dubiis vbi dicit ſe conſuluiſſe in quæſtione quam de facto habuerat.Teſtator dixerat in teſtamento,quod relinquat filiũ ſuum viuum,& mortuum Titio : dicens quòd quatenus relinquebat filium ſuum viuum,cẽ ſebatur illum reliquiſſe tutorem filio. nam tutela eſt ius atque poteſtas in capite libero.inſti.de tutel. in princ.vnde cenſebatur reliquiſſe ſub eius tutela & adminiſtratione. Quatenus autem relinquebat mortuum.dicit teſtatorem intellexiſſe filium mori debere ad vtilitatem ſuam, & ſic illum filio impuberi ſubſtituiſſe.per text.in cap.ſi pater. in verſicul. moriatur.de teſtamen.lib.vj.& ita conſuluit in conſil.lxxxiij.volumi.j.Ergo nec mater tutrix teſtamẽtaria,nec alias tutor teſtamentarius tenetur ſatiſdare,cũ decreta fuerit ſibi tutela, inſtitut. de ſatiſdatio.tuto.§.j.& l.in dubium.& l penultim.C.eodem titulo.† Et poſito , quòd mater fuiſſet minor xxv. annorum,quæ non poteſt de iure eſſe tutrix l. fin. C.de legiti.tutel.& tenet Bal.in authen.iiſdem pœnis,quem ibi ſequitur Iac. de S. Georg. & Moder. C.de ſecun.nup.& Bal.in d.l.omnem , C. ad Tertullian. niſi eſſet conſuetudo quod mater minor poſſit habere tutelam liberorum ſuorum , ſecundum Bald. in conſi.cj.volu.ij.vt plenè dixi in §.vj.in gloſſ.j.de conſue.iurium perſon.quę eſt in Francia generalis, cum reputetur maior de conſuet. per contractum matrimonij,vt dixi in §.ij. de conſue. ſtatus perſona.lib.conſuetu. Bituri. † Tamen quando teſtator minorem creauit tutorem ſine redditione rationis tutelæ,& adminiſtrauit,non tenetur de adminiſtratione,ſi non fuit in dolo,licet adminiſtratio ſit culpabilis aut temeraria , vt voluit pulchrè Ange. in conſi.cij.incipien.teſtator adultum minorem xxv. annis.quia potius imputanda eſt hæredi ſatuitas defuncti : qui imbecillitati gubernacula commiſit, quam ipſi adminiſtratori,vt ibi per eum.Siverò nõ fuit doloſa neç temeraria, ſed fortuita, tunc etiam non imputatur adminiſtratori,l.ſed an vltro. §. fin. ff.de neg.geſt.& l.tutori. C. eodem titulo. Aut eſt dubium,an fuerit doloſa, vel temeraria aut fortuita:& tunc ex actuum qualitate hoc perpenditur,& etiam non tenetur. Vnde hic mater minor tutrix in iudicio conuenta, ſuſcipiendo pretium & pecunias ex conuentione & pacto defuncti,qui dederat venditori facultatem reemendi res venditas intra duos annos,dicta l.ij.de pactis. inter empt. & cum decreto iudicis,licet non fuiſſet opus , dicta l. j. & pen. quando decreto opus non eſt. cum aliis ſuprà alleg.nullam profectò fraudem,dolum aut baratoriam commiſit:igitur &c.† Quo ad ſecundam quę ſtionem videtur , quod etiam teneatur renuntiare ſecundis nuptiis,Velleiano,& omni alij legum auxilio , & iuri in fauorem mulierum introducto : ac etiam inuentarium conficere teneatur , ſecundum Barto.Ange.Salicet.in dicta authen. matri & auiæ. & Signorel.de Homed.in conſil.ccvj.& magis latè in conſilio ccxviij.incip.mulier quædam.& Bartol. in l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſtament. tutel. & Angelus in conſilio cccxxv.incip.pro Deciſi. conſultationis,verſi.ſuper ſecundo dicendum.& Ioan. de Ana.inconſilio 100.& Bald.in §.nos autem.verſicul.ſed pone quod mater ſit data tutrix in teſtamento.Inſtitut.de Attil.tuto.& Paul. de Caſtro. in conſi.clv.incipien. pro iſta differentia. vol. nouorum.& in conſil.cccxxij. incipien. quæritur primo, an dario vel ſuſceptio tutelæ.& in conſilio cccexij. incipien.viſo dicto caſu tria videnda occurrunt.eo dem lib. & Bald, in authen. iiſdem. C. de ſecundis nuptiis.& in l.omnium.C.ad Tertullia.& Ioan.Fab. in auth.ſacramentum.quando mul,offi.tute.& Spec.tit.de tuto.§.nunc dicendum. ver. vt autem in his plenius inſtruaris. & Petr.Iacob.titul.de action. tutel.directæ,ante finem.verſi. modo vltra. & tex. & ibi gl.& Bart. in l. ij. §. quòd ſi pater eius. ff. ad Tertulian.ibi,nec legitimè adminiſtrat.& Cornel. in conſi.clxiiij.incipien.licet videatur.Quia iſta nõ ſunt leuis ſolennitatis,cum text.in dicta auth. matri.loquatur conditionaliter,ſi renuntiauerit ſecundis nuptiis & Velleiano,&c. & conditio non dicitur continere leuem ſolennitatem , l. prætor. ff. de colla.bono.& idem tenet Abbas Siculus,quem ſequuntur ibi Decius & Philip.Franciſ.in tertio notabil.& magis amplè Præpoſi.Medio. in dicto cap. ex parte.† vbi Præpoſitus dicit , quòd die qua mater ſuſcipit tutelam, eadem die tenetur renuntiare Velleiano , ſecundis nuptiis & aliis iuris remediis. Nec ſufficeret vna die ſuſcipere tutelam,& alia die renuntiare, vel econtrà , primo renuntiare , & alia die tutelam ſuſpicere,per gl.in c.vt circa. in verſic. præſtito. de elec. lib. vj. quæ licet non loquatur in Velleiano, tamen Bald. vbi ſuprà extendit ad hunc caſum.& idem tenet Luc.de Penna in l. j. verſi. iij. quæritur.C.de prin.agen.in reb.lib. xij. & Pau. de Caſt.& Iac.de S.Georg. in d. l. alienam.de procur. Verum eſt tamen,quod in caſibus in quibus mater admittitur ad defendendum filium, tunc non tenetur renuntiare Velleiano,ſecundum ipſos,& idem Bar.& Fulg.in l.j.ff.de appel. recipien. & idem Iaſ. conſi.clvij.nume.ij.lib.iij. † Sed contrarium tenet Petr.de Bella pertica,C.in Albe. in d. authen. matri.vbi Alberi.ver.nunquid data in teſtamento &c. dicit vidiſſe ita terminari,quod mater tutrix teſtamentaria non tenetur facere prædictas renuntiationes:etiam ſentit Ang. in con. 50. in c.teſtator quidam : imo ſecundum ipſos tutela non expirat per ſecundum matrimonium, & reſpondet Cin. ad gl. dictæ authen.ſacramentum. C. quando mulier offic.tut.& idem Guid.Pap.in conſil.xliiij. ſed in hoc Cin.& Ioan.Fab.in l.omnem.C.ad Tertul.† dicunt, quòd per tranſitum ad ſecunda vota , mater perdit tutelam.& text.in d.l.omnem.habet locum in matre tutrice teſtamentaria.& idem Albe.vbi dicit ita obtinuiſſe,& communiter Doct.ita tenent quòd ipſa tutelam perdit.& Pet.Iacob. vbi ſuprà in fi. & Petr.de Fer. in for. libel. qua agitur ad reddendum ratio.tut.verſic.& dixi eius tutelam,& hoc probat tex.in d.auth.ſacramentum. ibi , contractis nuptiis expelli eam conuenit à tutela.& Abb.Sicul.in c. vxoratus,de conuer.coniuga.& And.Barb.in con.x. in princ.vo.iij.& in conſi.xc.eo. lib. ſed quid dicemus ad glo.l.j.C. vbi pupil. educa. debeat , & in l. nonnunquam.ff. de adopt. quod vitricus poteſt eſſe tutor prinigni:quomodo ergo mater tutrix teſtamentaria perdit tutelam per tranſitum ad ſecunda vota?Huius timore Alberi.in d.l.nonnunquam.reſidet

ſidet in j. opi. quòd non perdit, ſed præcedens eſt verior, niſi de conſenſu parentum, quod vitricus habeat, prout communiter faciunt. † Sed tamen 13 opinio Doct. volentium quòd teſtamentaria auia vel mater tutrix non renuntiat ſecũdis nuptiis, Velleiano, nec aliis iuris remediis, ſeruatur de conſuetudine, ſecundum Ioan. Fab. in d. authen. matri. & Guid. Pap. in Deciſ. cccxxx. & ita tenuit in §. vj. de conſuet. iurium ſtat. perſo. & dixi ſuprà in q. lxj. inc. pater cui per eius vxorem. in fi. & ſic vſu prævalet hæc opi. quia infinitæ mulieres iuris ignaræ remanerent deceptæ, & etiam contrahentes cum eiſdẽ. Quoniam in creatione tutoris, curatoris, ſyndici, vel actoris attenditur conſuetudo, ſecundum gl. quam ibi faciunt Doct. ſing. in l. ita tamen. in princ. ff. ad Treb. & Guid. Pap. in ſuo ſin. cccl xxxvij. verſi. in creatione actoris. & idem in Deci. cccclij. dicens, quòd in multis locis non ſemper ſeruatur diſpoſitio iuris in ipſis conſtituendis: & ita hic Burdegalæ ſeruatur, quia per producta acta, coram iuratis agitata. conſtabat, tutelas matribus ſine aliqua renuntiatione fuiſſe decretas. Et pro hac concluſione facit quod ſingulariter dicit Soci. in con. j. ver. ſecundum quod videbatur obſtare &c. vol. ij. quod licet mater non fuerit tutrix per iudicem decreta, tamen ſi adminiſtrauerit duobus annis vel plus, cuius geſta longiſſimo tempore tenuerint & effectum habuerint, præſumendum eſt ex tali temporis diuturnitate, quòd fuerit legitimè decreta tutrix, & ſic ſecundum eum ſolennitas extrinſeca præſumatur ex tanti temporis diuturnitate, arg. l. ſi filius. ff. de petitio. hæredita. & l. j. & ibi Bal. C. de patri. pote. & leg. qui in aliena. §. j. ff. de acquiren. hæred. vbi Bald. & Ang. quos ſequuntur ibi Moder. inſuper Franciſc. 14 de Aret. dicunt, † quòd ſi prælatus diu fuerit in poſſeſſione prælaturæ: præſumitur quòd legitimè fuerit inſtitutus. & idem tenent Ant. Abb. Sicul. & Feli. in c. illud de præſumpt. & Ioan. Fab. in li. ij. C. de eo qui pro tut. ſe geſſit. & Soci. in d. con. j. cum aliis per nos alleg. in regula beneficium. in additio. ad Din. de reg. iur. vnde dicit Ang. in d. l. qui aliena. §. j. quòd etiam præſumitur decretum interueniſſe ſuperioris in re minoris diu alienata ex diuturnitate temporis. & idem Barba. in conſi. xxvj. nu. xij. vol. ij. & in conſ. v. vol. iij. vbi dicit, quòd mater tutrix teſtamentaria, quæ in poſſeſſione bonorum gubernando & adminiſtrando bona hæreditaria manſit, videtur adiuuiſſe hæreditatem, ita quòd ipſi pupilli teneantur creditoribus, vel quod mater poſſit eis ſuccedere, vt ibi, quod eſt ſing. & Corneus in con. ciij. in litera G. volum. ij. aliàs non probaretur pupillum ſe hæreditati immiſcuiſſe ſecundum ipſos. & idem Pau. de Caſtr. in conſil. cccl v. aliàs cccl viij. in c. poſtquam iſte tutor. vol. antiq. quod eſt ſingulare pro Deciſio. harum quæſt. Ergo in hoc caſu præſumitur renuntiaſſe prædictis renuntiationum clauſulis, cum in caſu præſenti teſtator decreuit adminiſtrationẽ matri, quod poteſt ſicut iudex. text. eſt celebris in l. cui eorum, & ibi gloſſ. ff. de poſtu. 15 † ergo non tenetur facere inuentarium, ſicut nec quando teſtator remiſit, & expreſſe prohibuit, l. ſi. §. ſi. C. arbi. tutel. ita tenet Ang. Are. inſti. de legi. agna. tutel. verſic. ſecundo conficiatur inuentarium &c. Et hoc eſt quando teſtator decreuit adminiſtrationem, vt pro authoritate poſſit adminiſtrare: quod eſt ſingulare: ergo nec ad prædictas aliàs renuntiationes nuptiarum, Velleiani, & aliorũ iurium in fauorẽ mulierum introductorum (quod eſt minus quàm confectio inuentarij) tenebatur.

† Not. quod non ſolum mater, ſed quiuis alius tutor poteſt omittere confectionem inuentarij quando eſſet maior impenſa, quàm bona valerent, vt tenet ſin. Bar. in l. mediterraneæ. C. de anno. & trib. libro x. quem ibi ſequuntur Io. de Plat. Tum hic præſumuntur renuntiationes, & etiam conſignationẽ factas fuiſſe attento temporis xxviij. annorum lapſu, poſt decreti ſententiam, quod dicitur tempus antiquum, ſecundum Barb. in con. xc. in ij. dubio. vol. iiij. vbi etiam omnia ſupradicta adducit. & de hoc alibi dixi, quia in hoc caſu etiam ſolennitas extrinſeca præſumitur, ſecundum Doct. ſuprà alleg. in l. ſciendum. ff. de verb. obl. † Imo ſi poſt ſententiam 17 latam contra abſentem vel præſentem lapſum ſit biennium, præſumitur pro ſententia, licet de actis & proceſſura non conſtet: vt tenet Hoſt. in c. cum inter vos. & ibi Fel. & in c. ſicut. de re iudi. & in c. in præſentia. de renunt. & Ioan. And. Card. & Lanfran. de Oria in c. quoniam contra falſam. de proba. & Io. de Imo. in l. ex hac ſcriptura. de donat. & Bal. in c. j. de mili. vaſſa. qui contu. eſt, & per Alexand. in conſ. cxxxvj. li. ij. & in con. xxxv. li. vj. vbi dicit, quod iſtam opin. ſemper ſequutus fuit legendo & conſulendo, & Abb. Sic. in con. xviij. ver. ob hoc dicit. incip. in cauſa & quæſtione. vo. ij. & Domini de Rota in Deciſi. cccc vij. licet Bal. & Pet. fratres in conſ. cx. vol. iiij. velint quod tempus xviij. annorum non dicatur antiquum, quando ſententia fuit lata inter abſentes: ſecus ſi inter præſentes, & non appellantes: pro quorum opinio. eſt gl. in d. l. ſi filius. de pet. hæred. vbi dicit x. inter præſentes, & xx. inter abſentes. † Et ſic conueniunt, quod tempus xx. annorum 18 ſit antiquum inter abſentes, ſed primam tenet ipſe Bal. in l. j. ver. extra quæro. C. ne liceat ter. prouoc. in c. canonum ſtatuta. verſi. ſimilem quæſtionem ponit. de conſt. Vnde quocunque modo accipiatur hic, fluxerunt & elapſi fuere xxviij. anni, & ſic pluſquam xx. igitur &c. † Tum licet mater prædicta, 19 vel alius tutor non fecerit renuntiationes à iure traditas, iuxta dictam auth. matri. & l. legitimos. ff. de legi. tutel. tamen in iis quæ ſunt tempore peritura, vel quæ concernunt vtilitatem pupilli, valent geſta per ipſam matrem, vel alium tutorem, vt eſt tex. in leg. fina. & ibi Doct. C. ſi tutor ſatiſd. non dede. & in l. quidam decedens. §. vſque adeo. ff. de admini. tut. & l. non ideo minus, & ibi per omnes. C. de procu. & tenet Bar. in d. l. legitimos. & Ang. Are. inſti. de legit. agna. tutel. ante fi. ver. vlt. & Corn. in conſ. clxiiij per totum vo. iiij. & Io. Fab. poſt gl. in l. tutores. C. de adminiſtra. tut. & Ang. in d. conſi. 50. & Alex. in conſi. clxiij. & Docto. in d. c. ex parte. de appel. & Paul. de Caſt. in d. conſil. cclviij. Vnde mater recipiendo pretium iuxta pactum de retrouendẽdo per defunctum eius maritum datum, geſſit & fecit vtilitatem pupillorum: quia ad hoc neceſſitabatur, d. l. ij. de pac. & aliis iuribus ſuprà allega. Et à die conſignationis, imò interpellationis ſiue oblationis factæ tutori fuit pupillus conſtitutus in mora, quæ ſibi nocet, l. qui Romæ. §. cohæredes. & ibi Franc. de Aret. in ſecundo notabi. ff. de verb. obl. & l. Æmilius. ff. de mino. ideo ad fructus perceptos tenetur, dicta leg. ij. de pact. inter empto. & vend. † Tũ vbi mater eſt in montibus & locis remotis, in 20 quibus non poterat facile conſulere peritiores, tũc excuſatur, ſi non faciat prædictas renuntiationes. ita decidit Pau. de Caſtr. in l. ij. C. de in ius vocan. dicens alias conſuluiſſe, & ſi haberet hodie conſuleret, cum remiſſæ ſunt iuris ſolennitates, ſecundum Doct. in l. fi. C. de teſta. & Bar. in l. j. ff. ſi tabul. teſta.

nullæ extab. pro hoc eſt tex. in auth. ſed nouo iur. in fi. C. ſi certum peta. ibi, in agris autem. quæ hacte nus valuerunt apud eos, & nunc ſint firma. & tex. in l. j. de exercito. actio. ibi, nam interdū locus vel tem pus nō patitur plenius deliberādi cōſilium. de quo plenè per Barba. in conſi. lxxxvij. vol. iiij. licet mater obtuliſſet iudici facere omnia ſibi incumbentia: & ſic per eam non ſtetit, quo minus renuntiationes iam dictas feciſſet. Vnde dicit Pau. de Caſt. in conſi.
21 cxlvij. inc. poſtpoſitis. in fi. vol. anti. † quod peſtis excuſat matrem, quod nō petiit tutorem dare filiis intra tempus debitum. & idem Hippol. de Marſil. in l. j. §. præterea. verſic. & facit etiam quod voluit. ff. de quæſt. & idem Sali. in l. cum à matribus. C. qui petant tut. quia propter peſtem excuſatur mater à pœna. l. ſciant. C. de legiti. hæredi. vt ampliſſimè in d. conſ. lxxxvij. per Barb. & in c. cauſam matrimonij. verſ. item ad hoc. de probat. Tum quia reuenditio valet propter decretum iudicis, licet ſit per falſum tutorem authorem facta. l. j. §. idem Pomponius. & ibi Nico. de Neapo. & Alber. ff. quod falſo tuto. auth. & dict. l. ſed ſi pecunia. §. item quæri. tum quia non poteſt iſtum actum facere citra ius & nomen tutricis. ideo talis cenſetur. vt not. Bartol. in l. poſt mortem. §. j. ff. quando ex facto tuto. per l. cum poſt. §. j. ff. de adminiſt. tuto. & l. fin. de inſti. & Bar. in conſi. ccvij. inc. in quæſt. inter Franci. Paſcuoli. Ex prædictis apparet aliam & tertiam quæſtionem ſolutam, videlicet quod depoſitio & conſignatio fuerit facta, attento dicto tempore xxviij. annorum
22 defluxo. † Licet Bar. in l. acceptā. quē ſequuntur ibi Ang. & Sali. C. de vſur. velit, quod ad conſequendā actionem non ſufficiat oblatio, ſed requiratur conſignatio, & depoſitio, de quibus per acta curiæ intra tempus facta non ſtabat, & ſe fundant per tex. in
23 l. ſi à te. C. de pact. inter emp. & vendito. † Licet ſecus ſecundum Bar. in vlti. voluntate, vt ſufficiat oblatio, vt agi poſſit per l. cui fundus. in princ. ff. de conditio. & demonſtra. & idem Bar. quem ſequitur Ang. in l. ſi mora. ante finem. verſi. item conclude. ff. ſoluto mat. & Iaſ. in leg. ſi ſeruus communis. ff. de vulg. & pupil. & idem Bar. in l. ſi ita hæres. ff. de cō-
24 di. inſtitutio. dicens, † quòd quando oblatio fit ad implementum conditionis ei, qui ex illo conditionis implemento nil de ſuo perdit, neque implens conditionem obligatur, tunc ſufficit ſola oblatio, vt l. ſtatuliberos. §. Stichus. ff. de ſtat. liber. & ibi gl. & eſt caſus ſecundum eum in l. fi. C. de condi. inſer. Sed quando fieret non ſolum cauſa implendi conditionem tantum, ſed etiam cauſa ſoluendi pretium, vel ad obligandum eum cui impletur, tunc, vt inquit, requiritur conſignatio & depoſitio, l. j. C. de com. ſeruo manumiſſ. per not. in d. l. ſi ſeruus communis. & in d. l. ſi à te. de pact. inter empto. & vend. & idem Pau. de Caſt. in d. l. ſi ita hæres. & Hippoly. de Marſi. in l. qui falſam. num. lviij. ff. ad l. Corne. de fal. cum aliis per eum allega. & Ioann. Fab. in dicta l. ij. de pact. inter empto. & vendi. & in dict. l. acceptam. in fin. vbi etiam dicit quod ſi proximus vult retrahere, non ſufficit quod offerat, ſed realiter cō ſignet, per tex. in l. ij. in fin. C. de iure emphyt. quia oblatio ſola non reperitur inter modos interrumpendi ſeu perpetuandi. Et hoc quando proximior eſt certus de pretio. Tamen Geral. Bagoilly. in tracta. ſuo de retract. in ver. ſit ergo cōcluſio, quòd ſola oblatio, &c. tenet quod ſufficiat ſola oblatio, de quo dixi in §. iij. de conſuet. retentio. rerum feud. & in §. iiij. de conſuetud. retract. lib. conſue. Bitur.
25 † Sed contrarium in caſu præſenti, ſcilicet in retractu conuēctionali, tenet Bald. in d. l. acceptam. in v. quæſt. quod ſufficiat ad actionem conſequendam ſola oblatio, per tex. in d. l. ij. de pact. inter empt. & vendito. nec obſtat ſecundum eum d. l. ſi à te. quia ibi non ſolum volebat agere, ſed volebat etiā, quod venditio intelligeretur reſoluta, quia erant appoſita verba reſolutiua in pactum legis commiſſoriæ, quia fuerat dictum, quod res eſſet incempta: vnde ſicut ad liberationem conſequendam ſola non ſufficit oblatio, ſed requiritur conſignatio & depoſitio, l. obligatione, C. de ſolutio. veniebat ſi enda ſoluta, id eſt reſtituta pecunia recepta ex forma pacti. Vnde non poſſet dici ſoluta per ſolam oblationem. & idem tenet Bal. poſt Pet. in l. ſi traditio. in iij. quæſt. C. de actio. empti. & ipſum ſequitur Paul. de Caſt. in d. l. acceptam. in fine. & in d. l. ij. pro quibus tex. in l. ſi parte. C. de vſuris. quem ad hoc allegat Ale. conſ. xcij. verſi. nec obſtat quod not. gl. vol. j. & Hiero. Cagnolus in d. l. nu. lx. cum ſequen. & vide bonā gl. & Iaco. de Bellouiſu in authen. vt exact. inſtante dotis primæ. §. fi. in verbo, & pro hoc ſcilicet conſignatio. & ibi idem tenet Iac. in fin. ver. item quæritur. dicens hanc quæſtionem de facto vidiſſe. quē ſequitur Ioan. And. in additio. Spec. ſuper rubr. de contrahen. empt. verſic. modo quæro, vtrum ſufficiat verbo offerre. C. ne liceat tertiò prouo. † vbi 26
tenet quòd ſi aduerſarius recuſet recipere, ſufficit verbalis oblatio, per textum in leg. reſiduum. C. de remiſſ. pig. & in l. ſi fundus. ff. de reſcinden. venditio. & Raphe. Fulg. & Paul. ſequuntur in l. qui Romæ. in princip. & ibi per Iaſ. ff. de verb. obli. & magis Paul. in dict. l. ſi à te. † vbi dicit debitorem de- 27
bere eſſe cautum, quando apponit pactum de retrouendendo, quod oblato, & conſignato, ac depoſito pretio dominium rei ad ipſum reuertatur per legem commiſſoriam. Et poterit à quocunque poſſeſſore vendicare. Sed ſi apponat pactum de retrouendendo, non ſic reuertitur, ſed requiritur nouus contractus, & noua retraditio, quod dicit perpetuo mente tenendum. de quo infrà quæſtio. clxxxij. incip. Et per ſupradicta videtur ſoluta alia quæſtio. num. 15. ſed fruſtra diſputaremus. Quare cum in caſu noſtro fuerit pactum de retrouendendo pro eodem pretio, iudicialis oblatio facta ſufficit, ſecundum Pau. de Caſt. in d. l. ſi à te. & per l. ſi rem. §. fi. & ibi Bar. Bald. Ang. & Alberic. ff. de pign. actione. & Bar. in l. creditor. ff. de diſtract. pign. quem ſequitur Ioan. de Imo. in d. l. ſi ſeruus communis. de vulg. & pupill. Et ita fuit mater tutrix ad reuendendum condemnata: quæ condemnatio attendi debet, ſecundum Barbat. conſ. lj. numer. xv. verſi. capio nunc articulum. cum pluribus ſequen. vol. j. Ideo nunc refricari non debet. † Et idem, quod ſufficiat obla- 28
tio in hoc caſu, tenet Alb. in d. l. acceptam. ver. ſed huic obſtat, infrà de iure emphyt. l. ij. in fi. vbi intelligit illam l. ij. ſecundum gl. ibi, quæ intelligit tex. volentem & requirentem depoſitionem, & conſignationem. & gl. ſubaudit, & maximè, id eſt, quòd ſine conſignatione valeat oblatio. & ſic dicit Alberi. intelligendum eſſe tex. in d. l. ſi à te. & prædictam opinio. Bal. ſequitur Alexan. in d. l. ſi ſeruus communis. in princip. & ibi ſingula Franciſc. de Aret. verſicul. ſecundo. tangit Ioan. & in d. l. ſi mora. dicens idem eſſe in contractibus, quod in vltimis voluntatibus. l. ſeruū. §. eum qui chirographum. ff. de lega. j. alleg. Barto. ita volentem in d. l. ſi rem. §. fi. & hoc per tex. in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. & idem Cornel. in conſil. cxxxiij. incip. longè poſt. lib. j. & Chaſſanæus conſil. xxxiij. inchoante, Hugo

& Mar-

& Martinus. Cum igitur hic non ſolum interuenerit oblatio extraiudicialis non acceptata, ſed etiã in recuſationem matris iudicialis, vt patet per commiſſionem ad adiornandum matrem tutricem videri coram Seneſchallo Aquitaniæ, ſeu eius Locum tenente fieri depoſitionem, & conſignationem pecuniarum: quod ſufficit ſecundum Bal. in d. auth. nudos data. C. de dona. ante nuptias, & in l. ſi
69 teus paratus. in fi. ff. de procur. vbi dicit, † quod quãdo pars citari facit creditorem ad videndum offerri coram iudice, talis actus oblationis eſt magni effectus: quia alias vbi requireretur oblatio, conſignatio & depoſitio, tunc ſufficit ſola oblatio. d. l. ſi rem. §. fi. & idem tenet Franciſ. de Areti. in dict. l. ſi mora. Hoc limitat Bar. ſecundum eum, quando oblatio fit ante litem conteſtatã, ſecus ſi fiat poſt, quia tũc requiritur cõſignatio. & idẽ Corn. in cõſi. ccxx. vbi dicit, ꝙ in cauſa appellationis eſt faciẽda conſignatio. Ideo illud ꝙ ordinatur ad vnũ effectũ, non debet contrarũ operari. l. ex facto. §. agitatum. ff. de hæredib. inſti. pro hoc facit ꝙ not. Bal. in l. j. C. ne liceat tertio prouoc. ꝙ quando creditor, cui verbo facta eſt oblatio, declarauit nolle recipere, tunc non requiritur realis oblatio, & ipſũ ſequitur Raph. & Pau. de Caſt. in l. qui Romæ. in prin. de verb. oblig. & Alex. in d. l. ſi mora. in v. fallẽ. & Frãc. de Aret. in d. l. ſi ſeruus cõmunis. & tenet gl. vlt. in c. paſtoralis. de offic. ordina. Quod limitat Fran. de Aret. in d. l. qui Romæ. in primo notab. ꝙ licet requiratur realis oblatio, etiam ſi antè creditor recipere recuſauerit, ſi legitimè non fuerit facta: hoc eſt verum, quando facta fuit intra tempus, ſecus ſi poſt terminum venditori datum, vt voluit Angel. in conſil. cxc. incip. ſuper puncto præmiſſo, Franc. de Aret. in leg. ſi ita quis. §. Scia cauit. ante finem. & ibi Iaſ. de verb. oblig. Sed hic facta fuit ante tempus finitum, igitur &c. tum quia licet de iſto actu conſignationis non expreſſe conſtet, tamen verè præſumitur conſignationem pecuniarum factã fuiſſe, tam ex præcedenti adiornamento, & ex narratione petitionis, quam ex ſequentibus: quia mater prædicta dicebat habere ſuſpectum depoſitarium, ſeu ſequeſtrum nomine Pioget: quare alibi petiit depoſitionem fieri: cuius requeſta per Locumtenentem audita, ordinatum fuit conſignationem pecuniarum ſequenti die fieri, & ſic conſtabat conſignationem fuiſſe intra tempus factam. ſecundum Doct. in d. l. ſciendum. inſuper Iaſ. de verbo. obligat. & Alex. conſi. xlv. incip. in cauſa & lite. vol. v. & Zabarel. conſi. lviij. volens, quod ex petitione narratiua illius probetur conſignatio. alleg. ad hoc inſtit. de action. in princ. C. de alienatio. iud. mut. cauſa facta. l. prima. Tum quia ab eodem Pioget depoſitario poſteà authoritate & decreto iudicis prædicti, & in præſentia amicorum & parentum ac aduocatorum iudicialiter deliberatum fuit matri pretium conſignatum: ex quo apparet (decreto & ſententia) depoſitionem & conſignationẽ verè fuiſſe iudicialiter factam, & valere propter iudiciariam authoritatem. capit. in præſentia. de renuntia. & c. bonæ memoriæ Maguntinen. §. porro. de elect. & ſingulariter Pau. de Caſtr. in conſil. xix. incip. ſuprà dictæ exceptiones. volum. antiquo. Optimum namque atque benignum eſt hac in re tam pœnali & odioſa (vt rem videlicet cum pecuniis iam ſolutis non amittat) hanc fieri interpretationem. præſertim contra recipere recuſantem, quod verè facta fuerit depoſitio pecuniarũ viſis prædictis, vt voluit in ſimili Raph. Fulg in cõſilio. cxxxix. Tamen ſuper prædictis quæſtion. fuimus partiti, quamuis iſta ſit communis opinio, ſecundum Luc. de Penna in l. j. verſico. ſed quid ſi quis debeat pecuniam ex contractu. C. de ſuſcepto. & Archa. libro x. Tamen opinio Bart. eſt tutior, quam ſequitur Signor. de Homed. in conſilio. cxl. incip. caſus à pretio librarum x. Placen. venditionem fecit. Et hoc niſi ſit iudicialis oblatio, quæ ſufficit ſecundum Lucam, vt dictum eſt ſuprà, & tenet Angel. in d. l. ſi à te. & Corne. conſi. lxxxv. in litera F, G, & H, volu. iij. & in conſil. xxxviij. in litera A, lib. ij. & latius conſil. cclx. incipiente, quæritur. in litera P, cum ſeq. volu. † Vnde in caſibus in quibus oblatio verbalis ſufficit, eſt vnum ſingulare remedium ad faciendum talem oblationem verbalem non valere, ſcilicet quod tempore quo debitor dicit: Ego offero me paratum ſoluere, quod creditor dicat, & ego pariter offero me paratum recipere, tunc illo non ſoluente, talis oblatio nihil operatur: quia pro verbis reportat, vt dicit Barto. in l. fin. ante finem. ff. de diſtract. pigno. & ibi Alex. in additio. in verſi. intelligi. & idem Imo. ſecundum eum in l. ſi mora. ſol. matrimo. licet de Barto. nullam faciat mentionem, & in aliis locis per ipſum allegat. & idem Iaſ. conſil. ix. nume. xiiij. volum. j. Præterea eſt aliud peremptorium, poſito quod depoſitio pretij non fuiſſet quouiſmodo, nec oblatio in iudicio facta: tamẽ huic nunquam fuit obiectum ſeu exceptum pretium non fuiſſe depoſitum & conſignatum, vel verbaliter, vel realiter non oblatum: licet oblatio & conſignatio modo & forma prædictis fuerit, vt dictum eſt, facta. Quare valet & tenuit proceſſura & ſententia, ex quo exceptio pretij non ſoluti, vel non oblati, iuxta d. §. offerri non fuit oppoſita & allegata, vt voluit Bartolus, quem ſequuntur Alexand. & Iaſon. in Lnam & poſtea. & Bartolus, & Alexand. in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiurand. & Bartolus. in l. cum lex. ff. de fideiuſſo. & Baldus in dicta l. prima, ne liceat tertio prouoc. & in l. ſecunda, in fin. C. de donationi. ſub modo. & Angel. & Iacob. de ſanct. Georg. in l. iuriſgentium, in principio. & ibi Iaſ. in iij. nota. ff. de pact. & Rapha. Cuma. & Alexand. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verbo. obligat. Roma. & Alexand. in l. filiæ licet. C. de coll. reprobat ibi opin. Rapha. Fulgo. volentis contrarium, emptorem videlicet non poſſe agere ad rem venditam, niſi oblato vel ſoluto pretio, etiam ſi non obiiciatur. & in hanc videtur inclinare Angel. in conſil. cccxxxj. incip. viſis diligenter actis & agitatis. Sed primum etiam tenet Alexan. in additi. ad Barto. in dicto §. offerri. & Barto. Alberi. Iaſ. & amplè Soci. in l. j. §. ſublata in primo notab. ff. ad Trebell. & Franciſc. de Aret. in l. neceſſariis, in verſi. iij. nota. ibi, tamen in eo actio non detur. ff. de acquirend. hæred. & ſingul. in conſil. lxxxv. incip. conſiderata diligenter conſultationis. & Paul. de Caſtr. in conſi. lxxxj. incipien. viſo quodam proceſſu. verſicu. Nam in primis licet. volum. antiq. quia actio eſt ipſo iure nata, etiam ſine oblatione, vt probatur in l. ex placito. C. de rer. permu. quoniã tex. in §. offerri. intelligitur ſi petatur, & pro hac Deciſi. eſt bon. tex. in l. ſi pater tuus. & ibi Bal. & Doct. C. de actio. empt. & ita per illũ text. tenet Barb. in cõſi. lxxxvj. & in conſi. xc. verſi. præterea facit. volum. iij. de quo plenè per Iaſ. in l. vniuerſa. C. de precib. imper. offer. vbi adducit xiiij. fundamenta, quòd quis non teneatur offerre. ſi non petatur. & in principio & in fi. in vltimo dicit quòd hæc exceptio depoſitionis, vel ſatiſdationis eſt dilatoria, quæ ſi non fuit à principio oppoſita, intelligitur tacitè remiſſa. & idem

Franciſc.de Are. in conſil. cxxxv. incip. clariſſimè domine Collatera. ad dubia. mota. verſi. ſed dato quòd per gratiam. Allegat ad hoc Bald. in leg. qui crimen.C.qui accuſat.non poſſe,verſicul. vij.quæro.vbi dicit,† quòd licet accuſator non debeat audiri,niſi prætitio prius fideiuſſore,ſi tamen hoc nõ opponitur in initio,proceſſus valet:& tacitè producendo videtur remiſſa iſta exceptio.Accedunt not. per Felin in cap.j.verſicul.not.quod exceptio.cum ſequ. de accuſat.tamen iudex ſi velit ſupplere, hoc poteſt, exprimendo tamen in ſententia, cum iſtud ſit intrinſecum actioni vel obligationi,vt d.l.ſi pater tuus.de quo vide Fe.in c.cum ordinem.in v.declaratione de reſcri.& in cap.j.verſi. & dicit Inno. de excep.& Frãn.de Aret.in d.l. neceſſariis. verſic. relinquitur.dubium tamen hic factum non fuit,& maximè quando propter lapſum temporis repellitur ab actione,licet competat ſibi ius agendi,tamẽ ſibi obſtat exceptio,qua non oppoſita prodit iudicium,l.ſi maritus.in ij. §. præſcriptione. ff.de adulte.& Barto.in l.abſentem.in fin. de pœnis. licet videatur loqui in criminali, ſecus in ciuili, vt latius per Doc.ſupra alleg.in Card.Alex.& Ioan.de Ana. in c.de accuſ.& Bar.in l.j.§.accuſationem.ff.ad Turpil.Et vt ſuprà concluſum eſt,& iudicatum in dictis tribus quæſt.in cauſa domini Petri de Ciret Regij in eadem curia conſiliarij,& eius vxoris ac eorum conſortum actorum,contra ipſos in fauorem Robini Loel ſartoris rei. Et latum fuit areſtum die xx. Iulij, Anno 1521. Licet primo fuiſſet partitus proceſſus, & poſtea in altera camerarum diſpartitus, in quo non fecerunt dubium.† Sed vbi quis tenetur certo loco dare fideiuſſorem, videtur non ſufficere verbalem oblationem facere,aut ſe paratum ad ipſum dandum dicere, ſed requiritur ipſum in manu ducere,vt dicit Angel.in l.ſi mora.verſi.ſic & qui debet fideiuſſorem. ff. ſolu. matrim.per tex. in l.ſi dubitetur.in prin.ff.de fideiuſſor. & idem Paul. de Caſt.in d.l.ſi mora.verſi.aduertendum. & Alex. verſi. quarto fallit ibi. Facit quod in ſimili voluit Imo.& idem in conſi.xc.verſi.vltimo.vol.j. Roma. conſ.clxiij.in fin.& idem Ange.in d.l.ſi dubitetur. & ibi Pau.verſi.in text.ibi, paratus ſit offerre, alle. tex. in l. prætor. §. ſi quis paratus. ff. de noui oper. nũt.Sed ſi nolit recipere fideiuſſorem præſentem, debet eum per iudicem recipi facere,vel notarium cauſæ,vt ibi per eum.Vnde qui tenetur ſatisdare,tenetur actualiter ſecum ducere fideiuſſores, per tex.in l.ſeruus ſi hær.in fi.ff.de ſtatuliber.& ita Bar. in d.l.ſi prætor,§.ſi quis paratus.& ibi Iaſ.verſi.primo,quod quæ tenetur ſatisdare.& Bar.in l.fideiuſſor.in prin.& ibi Iaſ.ff.qui ſatiſ.cog.ſed Ioã.deImo. in d.l.ſi dubitetur.videtur limitare quod ſufficiat,ſi ab initio offerat ſe daturum fideiuſſorem,per l.ſi is à quo.in princip. ff. vt in poſſ. legat. quam limitationem intelligit Ale.in d.l.ſi mora.procedere quãdo poſt talem oblationem actualiter incontinenti ducat eum, aliàs ſecus.argument. leg. aut qui aliter in princip.ff.quod vi aut clam. vt ibi per eum, qui hoc confirmat. Quam quidem concluſionem videtur limitare Alexand.conſi.lvij.verſi.quantum verò ad dubium in quo hæſitari videtur. lib. iij. quando non poteſt facilè in loco quo promiſit ſe daturum fideiuſſorem dare,quod alibi dare poſſit. per text.in dict.leg.ſi fideiuſſor.§. ſi neceſſaria,ibi, non facile.Sed ipſe, & lex alle. loquitur quando ex neceſſitate tenetur dare, nos quando ex voluntate:quare non eſt recurrendum ad d.§. ſi neceſſaria. in fine.vt ſuprà concluſum fuit,& in curia iudicatũ in fauorem Epiſcopi Agennen.& ſuorum firmariorum,ſcilicet magiſtri Arnaldi de la Combe, & Petri de Nozieres actorum,contra magiſtrum Ludouicum de Pontac Regis ſecretarium,& in Armania co receptorem talearum, reum, & latum areſtum die xix.Iunij.Anno 1533.

31 32

SVMMÆ.

1 *Molendinum vel furnum habens dominus an ſuos prohibere poſſit alìò ire.& nu.4. 5. & 6.*

2 *Generatio vnius eſt corruptio alterius : fallit tamen quandoque.*

3 *Antiquæ conſuetudines ſeruari & attendi debent maximè in montium, aquarum ; & molendinorum commoditatibus.*

Quæſtio CXXV.

Quidam dominus habebat iuriſdictionem,merum & mixtum imperium in quodam caſtro, in quo habuit & habet furnum vel molendinum. Quæritur an poſſit ſtatuere & prohibere,quod eius ſubditi non poſſint ire niſi ad eius furnum, & molendinum, in præiudicium aliorum molendina ſimiliter intra vel extra territorium habentium, quando omnes ſubditi de dicto loco iuerunt à tanto tempore,cuius initii non extat memoria in contrarium ad dictum furnum pro pane decoquendo, ſeu ad molendinum pro macinando,ſi alici velint ire,vel conſtruere de nouo, & prohiberi an poſſint.

DECISIO CXXV.

ET † videtur quòd ſic,vt voluit Bald.in terminis in ſuo conſil.incipien.Factum ſuper quo petitur conſilium. poſito inter conſil. Petr. de Anchar.xj.vbi conſuluit pro communitate Spoleti quæ habebat in iuriſdictione & corũ territorio certa molendina ſuper flumẽ Salonæ, contra Archiepiſcopum Spoletanũ molendinum etiã habentem,videlicet quod communitas prædicta Spoleti prohibere ſubditos poterat per viam ſtatuti, non ire ad molendum, ſeu macinandum, per impoſitionem gabellæ,contra euntes & portantes bladum ad alia rum molendina,licet ſit indirectè cõtra eccleſiam. Et idem conſuluit Bal.in conſi.clxij. vol. incipien. punctus quæſtio.pro ciuitate Montisfalconis,contra decanum & capitulum eccleſiæ Montisfalconis. Tamen infine dicit,quòd hæc opinio eum remordet,quia intentio ſtatuentium eſt implicita ad propria commoda & eccleſiarum damna. ſed hoc eſt (ſecundum eũ)naturale,quod † generatio vnius ſit corruptio alterius, &c. quandoque tamen non eſt corruptio alterius:de quo per Bal.& Barba. in cap. olim.de reſcript.& idem ſentit Gaſpar. de Cal. qui conſuluit pro dicta Spoleti communitate,conſ. 9 eſt xij.inter conſi.Petr.de Anchara.tamẽ vult dictã communitatem non potuiſſe ſic ſtatuere contra eccleſiam.Quod quidem conſilium confirmauit collegium Doct.iuris ciuilis Bononiæ,vt xiij.conſi.ibi immediatè ſeq. Ergo vbi contra eccleſiam tale ſtatutum,vel prohibitio non ſit, valet & tenet. idẽ Ang.in conſi.ccvj.in princip. pro deciſ. huius puncti. quos ſequitur And. Barb.in rub. de reb.eccleſ. non alie.nu. cv. & facit pro hac parte. ſing. in cap. deo.de offi.ordi.& in c.j. ver. ſicut ab antiquo. de pace Conſtan. & ibi Bal. colligit ar. quòd antiquæ † cõſuetudines ſunt ſeruãdæ.Et dicit ibi eſſe expreſ ſum in

1 2 3

ſum in paſcuis,e quis,& molendinis,ac etiam in ipſis commoditatibus aquarum ſtandum eſſe antiquitati: & dixi in tract. de aucto. magni conſilij & Parl.regni in prima magna addit. & infrà qu. ccxij. inchoã. Sed quid de quæſtione quæ nobis euenit. ver.pro quo dicit Lucas.† In contrarium quod non valeat talis prohibitio,vel ſtatutum etiam in præiudicium aliarum laicarum perſonarum molendina habentium,vel de nouo cõſtruentium,tenet Sign. de Homed.in conſi.lvj. incip. Caſus talis eſt. quod ponitur inter conſ.Bal.vol iij.vbi conſuluit pro cõmunitate de Luſerio contra homines & communitatem de Villa Franc.& idem Bal. ibi in ſeq. conſi. lvij.eo.lib.& in conſil.cix.incip.& videtur.lib.j. & Anch.in c.canonum ſtatuta. in xj. quæ. principali. verſi. ergo quæro in quæſtione in qua conſului. de cõſt. & in conſi.ccxeviij. inci.in territorio de Chiã oritur quidam fluuius.Et ita dicit ſeipſos conſuluiſſe pro iam dicta communitate Spoleti, niſi impediretur curſus aquę,vel cederet in præiudicium primi habentis molendinum in publico, ſecundum Bald.ibi.& in conſi.lxxvj.incip. in quæſt. prædicta. lib.j.& in conſi.cxv.inci.in quadam diœceſi.eo.lib. & idem ſingulariter Bartho. Soci. in conſil. cxij. lib. ij. aliàs cclxxij. computando ſecundum numerum j.volu.incip.non proſequendo ordinem quæſtionum.vbi loquitur in Comitibus & Marchionibus,qui non poſſunt prohibere ſubditos ſuos aliò ire, niſi ad molendinum eorum. Et hoc probat multum amplè.vt ibi per eum,& Bartol. & Iaſ. in leg. quominus. in j. quæ. de flumi. quoniam poterunt ire ad aliorum molendina vel furnum. aut de nouo in ſuo conſtruere,l.fluminum.§.fi. cum duabus ll.ſeq.ff.de dam.infe.& l.fi.& ibi Ang.& Doct. ff.de vſucap.& gl.& Doct,in l.manifeſtè. C. de ſeruit.& aqua.& l.ſi quis ex argentariis.§ initium ff.de eden. Quę quidem tamẽ iura poſſunt domini habere per tex.ſingularem in c.ſignificante.& Inno.Hoſti.And.de But.Bal.Abb.Sicul.Philip.Fran.præpoſit.Mediola.& Dec.in princ.de appella. vbi Decanus & capitulum Magdunen. prætendebat contra eorum Epiſcopum, quod in eorum ſtallis carnifices venderent carnes, & non alibi. Et ex priuilegio vel præſcriptione,vel ex obligatione,aliter non poſſint iure ſeruitutis acquiri, vt no. gloſſ. & Doctor.in leg. ſanè ſi maris. ff. de iniur.& leg. ſi quiſquam.ff.de diuer.& temp.præſcripti.& idem Petr. de Bellaper. inſtit. de lege Fuſia Canin. tollen. vbi idem,& in dicta leg.fina.de vſucap.tenet.& omnes Doctores.ſuprà allega.in dicto cap.ſignificante, & Felin. in c.paſtoralis. ver. limita octauo & vltimo de offi c.ordi.& Iaſ.conſi.clxj.circa primum articulum.nu.ij.vol.ij.† Et intellige ex præſcriptione vel conſuetudi præſcripta,quãdo poſt prohibitionem ſubditi abſtinuerunt ire ad molendinũ, vel furnũ, vel ſimiliter à furno ædificando,tunc à dicto tempore currit præſcriptio,& acquiritur quaſi poſſeſſio ſeruitutis,vt not.per gloſſ.& Doctor.in leg.qui luminibus.ff.de ſeruitu.vrba.prædio.& in l. j. & ij. C.de ſeruitu. alias ſi per mille annos iuſſent, non poſſent compelli, niſi eſſent prohibiti,& acquieuiſſent dictis iuribus,& tenet Ioan.Andr.in capi.Ioãnes.de cleric.coniugat.& Barba.in cap.quòd tranſlationem.numer.xix. de offic. legat. & Petr.Iac.de Auriaco in ſua praxi,in libello de furno.vbi tenet, quòd ſufficiunt decem anni inter præſentes, & xx. inter abſentes,licet rarò omnes municipes ſint abſentes.Et idem tenet Cin.& Doctor.in d.l.j.C.quæ ſit longa conſue.& plene Fran.Balbus in tract.præſcriptio.numer xvj.cum ſequen.& Bertrand.conſi. clxxxj.volumin.j.& conſilio clxvij.numer. ij. v.vij. & xj.volumin.ij. Matthæ. de Afflict. in Decision. cccIxxxviij.& etiam ſufficit ſecundum Petr. Iacob. quod prohibitio fuerit facta maiori parti, ſi non fuerit omnibus facta,dum tamen omnes ceſſaſſent & prohibitioni paruiſſent.argument.l.quod maior pars. ff. ad municip. & idem tenet Ioannes Fab.in §.æquè ſi agat.quem ſequitur ibi Iaſ.de actio.& Cę pol. Veronen.in tractatu ſeruitu. titul. de furnõ.in ij.quæſtio.& Guid.Papæ in quæſtione ccxcviij. vbi dicit acquiſiuiſſe ex antiquiſſima præſcriptione ius decoquendi panem in furno ſuo, quem in villa ſua ſancti Albani habebat.ibi,& nullus audet facere alium furnum, & omnes habitantes in ipſo mandamento tenentur ibi decoquere eorum panes,ſoluẽdo certum annuum tributum.Et per illud ius decoquendi panem ex conuentione ſeu obligatione conceſſum,acquiritur ſeruitus,ſecundum Doctores ſuprà alleg.& tenet Bald.in l.ſi plures.verſi. Item ſi debeat mihi ſeruitutem decoquendi panem, &c. C. de condi.inſert.ſequendo Petrum de Bellaperti.in l.de pecoribus.C.de ſeruitu. & aqua. reprobata ibi opin.Cin.quia debetur à perſonis.de quo per Iaſonem in dicto §.æquè ſi agat. Et prædictam communem ſententiam tenet Lucas de Penna in leg.quicunque.verſi.ſic etiam Comites & Barones tam ex forma priuilegiorum,quàm etiam ex vetuſta conſuetudine habent in caſtris & terris eorum nonnulla præcipua domanilla,puta iuriſdictiones,aquas,& decurſus aquarum, nemora, paſcua,fortitium, & in partibus Apuliæ clibana.Et de molendino facit mentionem textus in leg. final. ibi, aquæ mola, quam nos dicimus ſecundum Lucam de Penna ibi molendinum. C. de aquæ ductu. libr. xj. & idem Alb. in diction. ſuo in verb. mola aquæ. Vnde hoc (ex quo Dominus qui eſt potens vſus eſt ſuper ſubdito non potente) præſumitur ex violentia,ſecundum Ioannem Fab.in dicto §.equè ſi agat.verſic.illud autem not.per tex.in l. fina. §.penul.ff.quod metus cauſa.& not.per Innoc.in c. bonæ.de poſtul. maximè quando gagiabat vel arreſtabat,vel gagiari ſine cauſę cognitione faciebat, vt videtur factum fuiſſe hic: tamen fuerunt à iudice coacti per viam iuriſdictionis. Vnde valet talis conſenſus ad conſuetudinem inducẽdam. l.cum de conſuetudine.ff.de legat.l.j.C.eodem.ibi Petrus de Bella pertica.& Alber.in rubri. eod. titu. verſicu. Quæro an inducatur conſuetu.per conſenſum coactum. Tamen ſecundum Ioan.Fabr. in huiuſmodi præſcriptione non requiritur titul.vt l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſeruit. vendice. vnde concludo, vt proximè dixi. Primò quòd non valeat prohibitio, aut ſtatutum dominorum in præiudicium aliorum dominorum molendina in eodem loco habentium, & præcipuè eccleſiarum, quando per tale ſtatutum eorum molendina redderentur inutilia. Et idem ſequitur Ripa in cap.cum eccleſ.Sutrina.num. xiiij. vſque ad numer. xlix. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis.& pro hac opinione eſt text. in clementi. vna poſt princip.ibi, molientes in molendinis, & coquentes inſurnis,de exceſ.prælato.Quemadmodum etiam ſi quis aliud inferius faceret molendinum,per quod impediret curſum aquæ,& primum redderetur inutile, vt volunt Doctor. in locis ſuprà allega.Et iſta eſt vera & communis opin.quicquid voluerit Iacob.de ſãcto Georgio in dicto ſuo tract.feud.in verb.& cum molẽdinis.in prima quæſtion.ſequendo diſtinctionem Bal. in quodam ſuo

Digitized by Google

conſi.incip.vtrum dominus. quia aut talis ordinatio reſpicit rem priuatam, quia molendina ſunt de patrimonio ipſius domini,& quæſtus & reditus inde prouenies eſt etiam priuati iuris,quia tendit in burſam domini.& hoc caſu non valet talis ordinatio tanquam ambitioſa,ff.de decret.ab ordin.faciẽ. l.ambitioſa.Aut talis ordinatio reſpicit rempublicã quia molendina ſunt fiſci,vel communitatis,& quęſtus inde prouenies ſeruit publicis neceſſitatibus: & tunc valet,quia vtilitas publica præfertur priuatæ vtilitati,l.vna.C.de cadu.tollendis.& in authentic.res quæ. C. communia de legat. Sed ſi hoc eſſet verum, omnes ſubditi compellerentur ſemper ire ad furnũ,vel molendinũ domini, ad quod non poſſunt(niſi contra ipſos poſt inhibitionem eis factam præſcriptum fuiſſet)adſtringi, vt dictum eſt. Et ita tenet Iacobus in dicto tractatu,in verb.& cum molendinis.in ij. & iij. quæſtio. ideo nec in præiudicium aliorum, neo etiam ſubditorum valet talis ordinatio vel ſtatutum, etiam per indirectum factum.Et idem Iaſ.in dicta l.quominus.quęſtio.xxv. dicens hanc eſſe communẽ.& prius Alber.in rub. quæ ſit longa conſuetu.verſi.quid ergo ſi longiſſimo tempore populus venit ad machinandum. Et ſic concluſum fuit, & latum areſtum pro domino de Podio Bedoniæ contra habitantes eiuſdem loci,die * menſis * Anno 1522.

SVMMÆ.

1 *Dominus an poſſit ſuos taliare aut cottiſare. & numer.3.*
2 *Fructus non comprehendit partum ancillæ, nec liberi hominis.*
4 *Collecta ſeu taleæ ius qualiter acquirunt domini in ſubditos.*
5 *Taleam quod non poſſint domini ſubditis imponere.*
6 *Taleam an poſſit Imperator imponere pro filia maritanda,& num.7.*
8 *Taleam pro ſui redemptione imponit princeps etiã ſuper eccleſiis.& nu.9.*
10 *Nobiles tenentur pro redemptione principis.*
11 *Regis capti redemptio.*
12 *Filiæ dotandæ & religionem intranti tenentur ſubditi dominum iuuare.*
13 *Filio ab hoſtibus redimendo tenentur ſubditi dominum iuuare.*
14 *Pater tenetur ſoluere tertio filium ſuum redimenti.*

Quæſtio CXXVII.

An quomodo taleæ imponendæ ſint ſubditis pro redimendis dominis,& ſi gabella imponitur pro capitibus hominum, an intelligatur de hominibus liberis:& an ſit idem gabella in fructibus:& pro redemptione principis,quomodo taleæ nobilibus ſint imponendæ.

DECISIO CXXVI.

ET in dicto proceſſu aliud fuit ortum dubium, an dominus ſubditis ſuis poſſit taleam imponere, & illã exigere in quatuor caſibus,ſcilicet pro militia, pro filiabus maritandis,vel religionem intrantibus,pro tranſmarino voto, & pro ipſius domini ab hoſtibus capti redemptione. Et hanc quæſtionem primò generaliter tractabo. Secundò particulariter,an hæc talea, ſeu cottiſatio iuuamínis,ſeu adiutorij poſſit pro filia naturali tãtum, vel ſpuria tantũ, aut etiã pro ſpuria & inceſtuoſa ſimul imponi. Tertiò,an pro domino redimẽdo ratione mulctæ,ſeu emẽdę ex delicto ſuo,aut pro debito ciuili in carcerib.detẽto.Itẽ & quarto,an etiã pro ſorore, & fratre extra domũ maritãdis.Itẽ quintò,an pro ipſomet domino aut domina maritandis. Et ſextò an dominus in caſibus prædictis poſſit pluries cottiſare ſubditos ſuos,& præcipuè ſi conuentum fuerit,quod poſſit ad voluntatem ſuam,aut toties quoties taliare. Septimò, an incaſibus prædictis currat contra dominum qui non indiguit præſcriptio.Octauò,an dominus poſſit augere cenſum & tributum. Et quod ad primam quæſtionem † dico dominum in prædictis quatuor caſibus poſſe eos cottiſare,pro quibus omnes ſubditis dominis,ſeu maior pars expacto, vel conſuetudine ſoluere conſueuerunt ,cum dominum conſtet eſſe in quaſi poſſeſſione illius iuris, vt tenet Ioann. Fab. in §.æquè ſi agat.verſic.præterea in caſu probare libertatem.de actio.dicens in caſu,in quo agitur contra eum qui ſemel ius ſeruitutis habuit, quod alleganti libertatem incumbit onus probandi: vel etiam vbi debetur ſeruitus de iure communi aut conſuetudinario,vt in caſibus prædictis, vt ibi per eum.Et ita tenuit gloſſ.in l.placet.in verb. canonicam.C.de ſacroſanctis eccleſ.& ibi Iaſ. verſicul. limitã.& prius tenuerat Roffr.Beneuenta.in ſua ſumma,titu.de offic. & in titu. ſacramentum cuiuſlibet vaſalli. §. iſte ergo vaſallus. & Speculat. in titul. de officio ordin. verſicul.eo modo dominus contra vaſallum. vbi ponit alios duos caſus vltra quatuor prædictos, in quibus etiam dicit ſubditus teneri,ad quos tenẽtur etiã vaſalli Neapolita.vt habetur in cõſtitution.Neapolita. de adiutoriis exigen. ab hominibus.& ibi de Afflict.nu.j.Tamẽ non ſeruatur, ſicut nec conſuetudo, quod quando naſcitur maſculus ſoluantur centum, vt etiam quando naſcuntur duæ fœminæ, ſoluatur tantundem, l. cum antea.C.de agricol.& cenſi.libro xj. vbi gloſſ. dicit eſſe in Sardinia. ſed localis eſt illa l. ſecundum Bart.ibi,& Rebuf. & Io. de Plat. † quod facit ad quæſtionem de illo, qui emit gabellam fructuum,vtrum ad eum pertineat gabella quæ imponitur pro capitibus hominum, ſicut eſt in quibuſdam locis,quod pro quolibet homine qui naſcitur aliquid fiſco ſoluatur.& Bal.in leg.vetus.per illum textum in verſi.nec enim in fructu hominis homo eſſe poteſt. ff. de vſufruct. tenet quod non, quia gabella fructuum non comprehendit partus mulierum ſeruarum:quia de liberis hominibusnon eſt dubium , quod non ſunt in fructu. Et idem in caſu noſtro Speculat. §. quoniam. verſicul. & nota quod vaſalli comitum vel baronum imperij. ſequendo Rofred. vbi ſuprà, & ipſum Speculato. ſequitur Ioannes Blanchus de Marſilia in ſua ſumma feud. titul. quibus modis feud. amitta. §.erunt etiam quæ dicta ſunt.vbi comprobat nanc partem. & ipſum ſequitur Ioannes Raynald. in ſuo comprehenſorio feud. numer. xxv. cum iij.ſequent. & idem Hoſtien. in ſumma titul. de immunita.eccleſ.§.j. poſt princip. & Maſuer. in ſua praxi.titul.de taleis ſeu collectis. verſicul. Item dominus altæ iuſtitiæ cui competit talea in quatuor caſibus. cum pluribus ſequentibus:tamen de conſuetudine plurium locorum Aquitaniæ, ſcilicet Agennen.Lemouicen. & Petragoricen. duplicantur

cantur cenſus annui in caſibus prædictis, vt communiter dicitur, pro qua facit quod dicit Bald.in l. j.in fin.verſic.vltimò ſume argumen.ex hac l. C.de oper.liber. quòd tempore neceſſitatis pro ſeruitiis perſonalibus dominus poteſt imponere ſuo ſubdito charitatiuum ſubſidium,vſque ad valorem operarum Et eum ibi ſequitur Paul.de Caſtro & Iacob. de ſancto Georg.in l.quoties.in princip. ff. de probationib. Andr.Barbat.in c.poſt ceſſionem.nume. xliij. de probat. Quare conſuetudinem ſerua,licet contrarium viderim in curia in cauſa domini de Roſilhia.Lemouicen. diœce. vt infrà dicam. & idē tenet Paris de Puteo in ſyndi. tit.de exceſſib. Baronum,in princ.ſequens Rofred.& Spe.& etiam Gui. Pap.in q.lvij.& Guliel. Benedic.in d.c. Raynutius. & Thomas de Parpalia in d.l. placet. ver. item addatis.& Abb.Sicu.in c.ad audientiam.verſi.ſed iuxta prædicta quæro de not. quæſt. & idem vbi Imo. poſt Anto.de But. de præſcrip. late diſputat Iac.de ſanct.Georg.in q.tract.feudo.in verbo qui quidem inueſtit.præſtiterunt iuramentum. verſi.videndum eſt etiam.& in tract. de homagiis,verſi.iuxta prędi-
3 cta.† Licet concludat dominos imponere nō poſſe collectam ſeu taleam in tribus caſibus prædictis, niſi pro filia maritanda, vel hoc ius habeant ex cōſuetudine,vel ex pacto,& conuentione. quod incidit in idem: & prædictam communem ſententiam tenet Petr.de Antiboli.in tract.munerum.parte iij. quæ incip.Sæpiſſimè euenit mihi.& in q.præceden. quæ incip. poteſt autem hic facere quæſt. & ſingul. Rapha Cuma.conſil. clxj.miles inueſtiuit.verſic.ad generale quæſitum.& Oldr.conſil.ccxxxiiij. factum tale eſt,quidam miles.& idem de Ana.conſi.vij.incip.viſis & ponderatis.& beatus Ant.in ſua ſumma, parte ij.tit.in cap.xiij.in princ.& §.j.& ij.& Ang.de Claua.in ſua etiam ſumma.in verbo,talea.§.j.& pariter ſumma Sylueſtrina in verb. dominus. q. v.& Bald.in l.ius quibus.C.de fideicommiſ.liber. & Albe.in rub.ff.de munerib.& honor.nu.xiiij. & in dicto ſuo in verb.dominus. Nam ſi ex conuentione in traditione rei facta vaſalli teneantur,non eſt tūc dubium,l.j.§.ſi conueniat.ff.depoſiti.Nec pariter ſi ex conſuetudine ſoliti fuerint ſoluere, vt tenet expreſsè Bal.in d.c.j. §. ſimiliter. quem ibi ſequuntur Aluarot.& Cardin.Alex.de capi.Cora.& Alberi.in l.fin.nu.viij.C.de iuriſdict.omnium iudicum. & latiu in rub.C.quæ ſit longa conſuet. ver.quid dicē-
4 dum.† dicens ſecundum Petrum & Cin.in l.ij.eod. tit.quòd ſi iſti nobiles acquiſiuerunt ius collectādi contra quemlibet ſuorum generaliter, tunc præſcriptum eſt ius: aut non ſingulariter,ſed communiter contra omnes, & tunc ex generali conſuetudine tenentur ſubditi. Secus ſi conſenſus vnius vel plurium interuenerit, tunc illi tantum, & non alij quibus non præiudicat,tenentur,l.naturaliter.ff.de vſucap.Ex quorum dictis concludit Alber. in dict. rubr. verſic. dicendum eſt, quod ſi nobilis collectam ſubditis imponendo allegat ius vniuerſale, tunc virtute illius poteſt eos collectare: ſed ſi ius allegat ſingulare, puta quod ille, & ille fuit collectatus, licet in illis maior conſenſerit pars, non eſt conſuetudo quod ad alios, nec eis præiudicat, ſed eſt tantum contra certos homines & perſonas præſcriptio, quæ non tranſgreditur illos. ſecundum Cin.& Pet.& Albe.quos ibi ſequitur Bar.in d.l. ij. ver. deinde quæro quæ ſit differentia inter conſue. C.quæ ſit longa conſuet. & ſimiliter Iaco.in d. tracta.de homag.verſic.iuxta prædicta forma vobis q. & Ias.in d.l.placet.verſi.& iuxta has gloſſ.de ſacroſanct.eccle.in lectu. Papien.vbi glo.ponit duos caſus ex prædictis.vt dixi in q. xlj. & Ias. conſil. lxxxj. nu.iij.vo.ij.& ſing.Alex.conſi.cxxiiij.ſuper primo quęſito.lib.iij.Et ſecundum hanc partem fuit concluſum in dicta cauſa,& latum arreſtum,vt in prędcedenti quæſtio.extitit dictum. Et pariter in quadam alia cauſa domini de Siſſaco, contra Ioannem Ragon,& arreſtum latum die v. Februarij. Anno 1521. Et etiam in alia cauſa domini de Roſilhia Lemouicen.diœceſ.cōtra ſubditos eiuſdem loci, etiam pro ſorore maritanda.de quo infrà dicam,& latum arreſtum menſe Maij, Anno 1527. Et concluſionē prædictam ſequitur Alex. conſil.cxlvj. quoniam abunde.& conſi.xxxv.Viſo themate & dubiis.lib.ij.&,in additio.ad Bart.in l.placet. C. de excuſat.mune.lib. x.† Quamuis in caſibus prædictis Petr.Iacob.com- 5
patriota, velit in ſua praxi tit. de cauſis ex quibus vaſallus.quantum eſſe de iure, &c.verſi. audiui dici à quibuſdam. contrarium contra Speculator. Rofred.& Ioann. Blanchum: qui alleg. contra eorum opinionem.tex.in l.cum ſatis.§.caucant. C.de agricol. & cenſit. lib. xj. vbi prohibet dominus inferre aliquam innouationem, & moleſtiam hominibus ſuis, imponendo eis collectas, angariando eos,niſi ad ſolita. Aliàs ſi contrarium, vt inquit, fecerint, moderator Francię faciat ęſtionem reſarcire:& veterem conſuetudinem in reditibus præſtandis obſeruare. Et idem Richard. Mal. quem refert, & ſequitur Bal.in l.cum multa.in fi. C. de bonis quæ liberis,per textum in l.j.ff.qui & à quib.& in l.domini prædiorum. C.de agricol.& cenſi. Sed text.in d. l.j.nihil facit ſecundum Petrum Iacobum & Calde. conſil.v. titu. de cenſibus,pro hac parte facit.C.ne roſti.ad vllum officium ſeu obſeq.deuoc.lib.xj. vaſallíſque taleam imponere ſuis ait dominum non poſſe,cùm lege hoc nulla caueatur.erubeſcimus enim ſine lege loqui,l.illam.C.de collat. & §.conſideremus.in authen.de triente & ſemiſ. Vlterius eos qui prædicta dixerunt, tenuerúntque increpās malè feciſſe, ac peius in ſcriptis ea redegiſſe: quæ turbant & multos faciunt errare dominos terrarum, qui tota die ſanguinē ſuggere ſatagūt ſubditorum, de diuitiis & opibus eorum gaudentes: quāuis ſimpliciter de iure ciuili loquendo ſint voluntaria, falſa,& fabuloſa, niſi ex conſuetudine debeantur laudabili: vt ibi per eum,quem ſequitur Guid.Pap.in tractatu,ſeu conſi.de negato articu.verſ.Tum quia dicta,& ſic ſibi contrarius.Et idem ſing.tenet Alb. Brunus conſi.xxxij.dū quæritur,an homines & cōmunes deliqui.& latius conſi.ciij.& Io.Fab. in l.nō quidē.C.noua vectig. imponi non poſſ.niſi ex conſuetudine debeantur.& idem Io.And.in addi.Spec. in tit.de feud.in verb.ſi quis id quod. dicens etiam nonnullos contra Specu.tenuiſſe,& præcipuè in iij. iiij.& vj.caſibus:& idem Iaco.de ſancto Georg.vbi ſuprà & magis amplè Luc. de Penna in l.j. C.de ſuperind.lib.x.qui multa adducit argum.an princeps hoc poſſit ſine neceſſitate facere. & Barto.in l.j.C. de excuſat.munerum. lib. x. vbi hanc tenentes partem allegant,l.iij. C.de ſtatuis & imag. & ibi Ioan. Fab. & Paul. de Caſtr. † qui dicunt Imperatorem 6
aut alium dominum non poſſe pro filia maritanda ſuos taleare ſubditos: ſed hoc de ſua debet burſa facere,per illum tex.ibi,expenſis propriis ſtatuā collocari præcipimus.& idem Bal.& Pau.in l. neminē. C. de ſacroſan. eccle. & in l.fin.dē ſtatuis & imaginib.& idē in conſil.xx. in caſu iſtorum de Carreto, verſic.pręterea.vol.antiq.volentes principes debere primò ſe de ſuo præmunire marſupio: & ſi non

ſufficiat, tunc poſſunt ſubditis imponere. & idem Bal.in l. ex hoc iure. ad finem verſi.decimò quæritur.ff.de iuſtit.& iure.& in cap.conquerente.in fin. de offic.ordi.vbi pro hoc alleg.optimum tex.in argumen.l.ab omnibus.§ ſi Titio.ff.de leg.j.& Iac.de ſanct. Georg. in tracta. de homagiis. verſicu. nunc quæro nunquid princeps. & Geminia, in cap. quia cognouimus. verſic. item not.ex verb.exactores.x. q.iij. & Chaſſ.næus lib.conſuetud.Burgund.tit.*des ſuſſicers*.num.xij.& Bald.in d.c.j. §.ſimiliter.de cap. Corad.& de Afflict.in dict. conſtitu. Neapolit.fol. cclxxxiij.nume.ix. & Pet.Iac.in prædicta ſua praxi. tit.de condict. ex lege. inſti. de actio. §. quadrupli. verſic.in principe tamen vel Rege,& Barba. in d.c. poſt ceſſione.num.xliij. vbi dicit ſe conſuluiſſe pro quodam tyrannello imponente collectam ſubditis ſoluendam famulis pro pectinandis canibus deditis ad venandum. Tamen bene pro neceſſitate. &
7 pro hoc multa adducit:vbi vide. † Tamen contrarium in hoc regno ſeruatur: cùm Rex Franciæ dominus noſter pro filia maritanda non conſueuit, quod ſciuerim,aliquam imponere taleam,licet hoc poſſet,& pariter cæteri principes domini,ſi ratione paupertatis & neceſſitatis non poſſent commodè facere,vt volunt Doct.ſuprà allegati. & Guid.Pap. in ſingul.xiij.incipien Quod Imperator,vel Rex.& Pet.Rauen.in ſuo iuris compendio.verſ.dum eſſem in partibus. & Cuma. conſi.clxj. verſic. ſequitur e-
8 tiam determinatio noui quæſiti. † Etiam pro redemptione ſua,vt decidit Bar.in authen.res quæ in fi.ibi.& idem puto.quem ſequuntur ibi omnes:inſuper Ang & Iaſ.in xj.limitatio.vbi alleg. Bart.in l. quemadmodum.verſic.in eadem gloſ.C.de agrico. & cenſit.lib.xj.& ibi idem Iac.Rebuf.& Ange.in l. Marcellus. §. res quæ. & ibi Socin.verſic.vel tertia concluſio.ff.ad Trebellia.& Bolo.in additio. Ioan. de Ana.in conſil.lxj.in fin. prout fecit Rex modernus Franciſcus illuſtris & benignus ſuorum veſti-
9 gia ſequendo prædeceſſorum: † ad quam omnes contribuere tam eccleſiaſtici nobiles quàm ignobiles tenentur, quia eccleſia eſt mater captiuorum & omnium noſtrum,cap.qui abſtulerit. x.quæſt.ij. ſi enim res ſacræ & religioſæ pro redemptione etiam priuatorum vendi poſſint. §.nullius. & ibi Io. Fab.& Angel.Are.in inſti.de re. diuiſio. & l.ſancimus.& ibi Alber.de ſacroſan.eccleſ.& c.ſacrorum. & cap. ſicut omnino. & cap. aurum habet eccleſia. xij.quæſt.ij.& ſic pro cæterarum eccleſiarum cathedralium,Abbatiarum, & cæterarũ eccleſiarũ in ſuo regno exiſtentium vero patrono & fundatore, vt voluit Archidiaco.in cap. Adrianus. lxiij. diſtin. & Bal.in c.quanto.de iudi.& dixi ſuprà q.xxxj. & alibi ſæpè. Quæ iura licet generaliter loquantur, & locum habeant in redemptione extraneorum,multò magis pro redemptione ſuorum eccle.tenetur.tex. cum gloſ.in d.c.ſicut omnino.& ibi Archidiaco.de turre Crema.Dominic.& Cardina. Alex.& Ant.de Butr. in cap. non minus. de immunita. eccleſ. vbi hanc ſubuentionem appellat, munus extraordinarium pietatem reſpiciens: quia in eius neceſſitate
10 ſubditi pietate moti elargiuntur. † Et quòd vaſalli nobiles pro redemptione eorum principis, ducis, vel comitis teneantur, volunt Doctores ſuprà alle.quia iſte eſt vnus de quatuor caſi.ſuprà dict. & in indiuiduo pro Rege videtur text. in cap. j. §. firmiter. de cap. Conrad. & in cap. j. §. firmiter. de prohi. feud. alien. per Fede. vbi probatur quid & quantum dare & præſtare teneantur. & de Afflict. in dicta conſtitut.Neapoli.fol.cclxxxiiij. num.xxxj. Sed his præſtatur, quod principi placet: & quòd teneantur plenè Luc.de Penna in l.fina.verſi.quarto ex his quæritur de quæſtione facti, Rex patitur. C.de ſun.limitro.lib.xj. pro quo allegat text.in l.ij° §. ſi maius,ibi,omnes conferre debere aiunt. ff. ad leg. Rhod. de iact. ad idem text.in l.j. ibi,omnium contributione ſarciatur. eodem titu. & ibi Bald. & Cuma. conſil.clxj. & Ioan.de Ana. conſil. vij. cum aliis per Bolog. in additio. alleg. & ſingulariter Pet. de Belluga. in Spec. in princip. fol. ccxviij.nume. vj. vbi etiam idem tenet, non obſtante quocunque priuilegio, vt ibi vide vſque ad finem. & not. Alberi. in tracta. ſuæ ſummæ feud. quam poſuit in ſuo dictio. in verb.feudum. verſ. vaſallus tenetur, ad duo. & dixi in quæſtio. incipien. quid ſit pactum inueſtituræ. † Pro cuius rei negotio ipſe 11
dominus princeps conuocauit, Anno Domini M. D. XXVII. in menſe Decembri prælatos eccleſiæ Gallicanæ, tam Cardinales, tunc intra regnum exiſtentes,quàm alios prælatos,nec non tam nobiles de eius ſanguine, quàm alios regni ſui, ac ex quolibet pariter Parlamento vnum præſidentẽ, & duos conſiliarios, qui omnes (vt à noſtris intellexi) ita Regi annuerunt taleam ſuper omnes ad duorum millionum ſummam vſque prò redemptione ſua per regem Hiſpanum petita imponere, & leuare poſſe. Plus enim ei quam Soldanus pro redemptione diui Ludouici ſolui fecit:pro octo enim milibus bizantinorum eum quittauit, vt patet eiuſdem ſancti Chronica per Gaguinum edita, fol. lxj.Et ſimili modo tempore Ioannis Regis,ab Anglo capti, ordinatum fuit, quòd à clero atque nobilitate decima & ſemis omnium prouentuum anni vnius exigeretur. Et ciuitates & reliqua per regnum oppida ſingula ex ſingulis hominum centenis vnum militem inſtruerent, & ad bellum mitterent, ac etiam millia triginta perſoluerent. Circa id enim lingua Occitana ſe optimè portauit, ac ſuum fecit debitum, vt in eiuſdem Ioan. Chronica habetur. & per Benedict. in ſua repetitio.cap. Raynutius. numer. clxiij. de teſta. Et iſte eſt caſus in quo permiſſum eſt principi aliquam ſui regni partem aut comitatum, vbi non poſſit habere à ſubditis iuuamen, alienare. per ea quæ no. Barto. in l.prohibere. ff. quod vi aut clam. Et vt ſuprà dixi in quatuor caſibus iam dictis in toto ferè regno Franciæ communis ſeruatur opinio. Quinimò ſecundùm Hoſtien. in ſumma ſuprà alleg.hoc quaſi vbique conſuetudo comprobat generalis, quæ cùm rationabilis ſit cenſenda, ab omnibus merito ſeruanda. capit. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſi. & propriè. & ipſum ſequitur beatus Anton. in dict. ſua ſumma, parte ij. titu.j.cap. xiij. §. ij. qui allegat beatum Thomam in Epiſtola ad duciſſam Brabatiæ miſſa,ſic tenentem. † Et non 12
ſolum pro filia maritanda tenentur ſubditi iuuare dominum, ſed etiam pro filia religionem intrante, vt tenet Iacob. de ſanct. Georg. vbi ſuprà, dicens ſuper hoc ſe cum pluribus valentiſſimis viris conſuluiſſe, vt ibi per eum, cùm ſit bona argumentatio de carnali matrimonio ad ſpirituale, cap. inter corporalia. de tranſlat. Epiſc. & cap. tuæ. latè ibi per Ioannem de Imol. in rubric. de ſpon.Quoniam dos debetur filiæ intranti religionem, ſicut nubenti, vt voluit Bartol. in dict. authen.res quæ,verſi.quæro an pro filia. quem ibi ſequitur Bald.verſ.quæro, ſi filia vult ingredi. dicens ita de conſuetudine ſeruari.& Iaſ.verſic.quinto tenet Bartol. cum quo alij tranſeunt &c. & Felin.

tenet

in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu. Quamuis Chaſſaneusin quadam noua additio.lib. conſuetu. Burgund.dicat,quòd ſi ei caſus eueniret, iſtam non ſequeretur partem,quam tamen tenet etiam Felin. in c.in præſentia. verſic. ex iſtis remanet deciſa alia quæſt. poſt princ. & eleganter Ancha. conſil. cxiij. inchoan. in paucis verbis. de proba. & Matth. de Afflict.in conſtitu.Neapoli. fol.cclxxxiij. nu.xxxiij. & Socin.in ſuis regulis xij. verſic.amplia quartò.& Guliel.Benedict.in dict.cap.Raynutius.num.vj.vſque ad num. xij. & Bald. nouel. in tracta. de dote. verſic. adde etiam quòd ſi illa. & Paul. de Caſtr. conſil. cliij aliàs clxij.non eſt dubium.ver.breuiter dico.volu.antiq.& Alber.Brunus in tracta.de ſtatu fœminarum,artic.vj.princi. & ix.artic.& Matth.de Afflict.in Deciſ. Neapoli. cccxlviij. & in d. conſti. Neapo. fol. cclxxxiiij. num. xxxij. Et ibi vide plures quæſtiones ad hanc materiam iuuaminis Ioann. Saxon. lib.conſuetud. Turonen. titu. de legalib.aidiis.artic.iiij.volens etiam idem eſſe in vidua intrare volente religionem, vt ad eam iterum dotandam ſubditi teneantur dominum iuuare: quod ſalua eius pace non videtur rationabile, vt ſecundo grauentur, vt ipſemet dicit ibi, nec fortè pater teneretur ad eam ſecundo dotandam, vt dicam in quæſtio. vltim. huius materiæ: quinimo talis filia intrare volens religionem cogi poteſt facere patrem ad ipſam dotandam, ſicut ſi nubere vellet, vt tenet Bald.in l.fin.colum.ij. ver.ſed pone quod iſta filia non vult nubere. C. de dotis promiſ.per dicta Bart.in l.j.§.ſi parens.ff.ſi quis à paren. fuer. manumiſ.& idem Alexan.ibi in addition. ad Bald. & Io. de Ana.in c.non ſatis. verſi. nunquid autem filia,& ibi Felin.verſic.adde quod filia. de ſimo. vbi Felin. al leg.Ancha.in dict.conſil.ciij. cuius initium eſt,in paucis verbis.& idem facit Benedic.in d.c. Raynutius. ſed ordine meorum eſt cviij. quod eſt in hoc expreſſum cum aliis per Thom. Ferrarium in cautel.ix.† Sed an pro filio ab hoſtibus redimendo:videtur quòd ſic: quia pater tenetur redimere neceſſitate cauſatiua.aliàs enim tanquam indignus venit priuandus eius ſucceſſio.authentic. ſi captiui. & ibi Docto. C. de Epiſcopis & cleri. & Paul. de Caſtr. in conſil.ccccxxxiiij. aliàs ccccxliij. viſo puncto ſupradicto, dico quod pater, volumine antiquo. † Quinimo tenetur ſatisfacere tertio redimenti filium de captiuitate, vt ibi per eum. Et quid ſi ambo,ſcilicet pater & filius fuerint ab hoſtibus capti, quia ſub ſimplici continetur mixtum,l.ij.in princi. vbi nota.per gloſ.& Docto.ff.de verbo.oblig. cogita.pro cuius Deciſio.faciunt ea quæ in ſequenti dicam quæſt.

13 14

SVMMA.

1 *Filiam ſpuriam domini,an teneantur ſubditi dotare. & nu.2.4.18. & 19.*
3 *Spurij appellatione continetur ſpurius & inceſtuoſus ſimul.*
5 *Inceſtuoſi & nefarij filij,quomodo differant.*
6 *Inceſtuoſis nihil relinqui poteſt,ſecus in ſimplicibus ſpuriis.*
7 *Spuriam quatenus teneatur pater dotare.*
8 *Spuriorum filiis an poſſit quid relinqui. & nu.16.*
9 *Statutum habilitans ſpurios ad ſucceſſionem quatenus valeat.10.*
11 *Dotare an teneatur qui tenetur alere.& num. 12.13.*
14 *Pauperibus relictum an dari poſſit ſpurio teſtatoris pauperi.15.*
17 *Spuriis principum poteſt quid relinqui.*
20 *Filiorum appellatione in ſtatuto,an veniant naturales.*
21 *Baſtards nobilium in Gallia an reputentur nobiles, & portent arma domus.*

Quæſtio CXXVII.

Ad ſecundam veniendo quæſtionem, an pro filia naturali vel ſpuria tantum,aut etiam pro ſpuria & inceſtuoſa ſimul poſſint domini taleas imponere.

DECISIO CXXVII.

ET † Iacob.de ſancto Georg in d. tractatu feudo. verſ. ſed reſtat,tenet ſubiectos non teneri adiuuare dominum pro filia ſpuria maritãda. & pro hac ſua opin. facit quod dicit Alber. in j. parte ſtatuto. quæſt. xlix. inchoante. item ſuppoſito ſtatuto,quod ſtante ſtatuto, quod pater teneatur pro delicto per filium cõmiſſo,non teneatur de delicto per ſpurium vel naturalem tantum commiſſo. Allegat per hoc text.in l.cùm pater.§.volo.ff.de legat.ij.& l.generaliter.§. cùm autem. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub condi. fac. & ibi idem tenet Bal. & Moder. reddentes rationem,quia tales filij aliquam partem non habent in bonis patris,l.vulgo.ff.de ſtatu homi. gl. in l.j.in prin.in ver. naturales. ff. de bo. poſſ. contra tab. & plenè Hippoly.de Marſil.in l.infans.num.xviij. ergo minus ſubditi.ff.ad legem Cornel.de ſicar.† Sed Mar.Lauden.in c.j.an apud iud.vel cur.domini.tenet contrarium:quem ſequitur Card.Alex.c.j. §.ſimiliter. de cap. Corrad. hoc ex no.per Bar.in auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. volentem patrem de iure canonico teneri alere & dotare, per text.in c.cùm haberet. de eo qui duxit in matrimo. & Zaſius,in ſuo tracta.feud.licet tanta dos conſtitui non debeat tali ſpuriæ ſicut legitimæ & naturali,vt ſentit Bart.in l.fin.ff.de iis quib. vt indig. & idem Bal. in l.fi. C. eo.titulo. & Ioan.Lupus Palacius doctor. in repe.c.per veſtras. nume.ij. de dona. inter vir. & vxor.& Deci.in c.per tuas.de proba. & Ange.Are. in §.fin. in fine inſtit. de patr. poteſta. & Matth. de Matte.ſingu.cxlvij.† quia appellatione ſpurij comprehenditur ſpurius & inceſtuoſus ſimul, vt tenet Ioan.de Ana. conſil. xcv.in fin. pro quo facit quod legatus de latere habens poteſtatem legitimandi ſpurium,item etiam inceſtuoſum,vel habens poteſtatem legitimandi natos ex adulterio, item ex inceſtu, quòd poſſit legitimare ſpurium & inceſtuoſum ſimul,vt voluit Bar.in l.ij.de verb.oblig.quem ibi ſequitur Bald. & Angel. Imol. Roman. Rapha. Cuma.Hiero.Tort.Alexan.Barbat.verſ.primo notan.& Alciat.num.lxiij. & lxvj. & Lancellotus Galiaula. verſ. inquantum Bar. & verſic. iij. habes ex doctrina Barto.& Abb.Sicul.Barba.Feli.& Decius verſic.cj.in c.at ſi clerici.§.de adulteriis. de iudic.& Felin.in cap.poſtulaſti.de reſcriptis. Alexan. conſil. lxx.num.vj.quamuis in dicta l.ij.Franciſ.de Are.Jaſ. & Soci.tenent contrarium,ſequendo Ioan.Calde. in q.per eum diſputata,incip.Papa conceſſit: & Io. Aud.in additio. Specul. in rubr.qui filij ſint legitimi,licet aliter dixerit in d.§.de adulteriis. Et iſtam partem tenuit Io.de Imo. primo anno quo legit d. l.ij.de verb.obliga.pro qua allegauit text.in c. quod dilectio.de conſanguini.& affinita.& ſecundo anno tenuit opi.contrariã.pro qua dicit etiam eſſe caſum in dict.c.quod dilectio.& contra Barb. tenet etiam

1 2 3

Ludouicus de Sardis in tracta. de leg. verſic. quarto quæritur, cum ſeq & gloſ. pragma. ſan. in tit. de concubina. §. & nihilominus. in verb. deſponſatum. ibi, ſed dubium eſt. & Io. de Ana. in c. fi. de ſimo. quibus reſpondet Alcia. ibi & Galiaula, & hanc opi. Marti. Lauden. & Cardi. Alex. quod ſubditi teneantur, ſequitur Chaſſa. lib. conſuet. Burgun. fol. 31. col. j. ver. ſed iuxta illud quæritur. & ſentit Iaſon in d. authentic. res quæ. verſic. ſeptimò limita. C. commu. de legat. Et hoc de bonis ſuis: & ſi non habet, quod poſſit ſecundum eum de bonis reſtitutioni ſubiectis dotare: ſed non loquitur de ſubſidio & adiutorio
4 ſubditorum. † Tamen mihi videtur opinio Iacobi de ſancto Georg. maiori reſpectu ſubditorum fulcitam eſſe ratione, quod pro filia ſimul ſpuria & inceſtuoſa non tenentur iuuare dominum, ne ex tali neſando delicto ſubditi grauentur, l. ſancimus. C. de pœnis. l. ſiue hæreditaria. ff. de negotiis geſtis. niſi eſſet conuentio expreſſa, quam credo conſuetudinem nunquam fuiſſe in humanis nec de conſenſu
5 ſubditorum proceſſiſſe. † quia inceſtuoſi dicuntur nati ex conſanguinea tranſuerſali: & nefarij: ſeu ex damnato coitu nati dicuntur ex conſanguinea aſcendente vel deſcendente. De quibus per Azonem in ſumma, in authen. de nup. & text. in c. de
6 inceſt. xxxv. quæſtio. iij. † Et talibus filiabus ſpuriis, & inceſtuoſis nihil donari, legari aut relinqui poteſt. Secus eſt in aliis etiam ſpuriis ſimplicibus, vt voluit Bald. in d. authen. ex complexu. & eum ibi ſequitur Alexan. in addit. ad Bart. & idem Bald. in l. perpetuo. quæſt. vlt. ff de condict. ob turpem cau. & iſto modo intelligit Bal. tex. in dict. c. cum haberet. ſolum loqui de aliis ſpuriis quàm inceſtuoſis, vt patet intuenti: quia loquitur de ſpurio nato & conſtituto in ſacris vel monacho aut moniali profeſſa: & idem gloſ. in l. vulgo. ff. de ſtatu homi. quam ſequuntur Pet. Cin. Sal. Rapha. Paul. de Caſtr. in l. j. C. de Epiſcopis & clericis. contra gloſ. ibi, & Bald. qui illam ſequitur. licet in c. in præſentia. de probationibus illam reprobet. Et idem tenet Ioan. Bapt. de ſancto Seue. in l. ſi quam illuſtris, cum aliis per eum allegat. & Iaſon conſil. xxvj. num. iij. & iiij. volum. quamuis Ludouic. de Sardis in dicto tracta. de legitimatione. verſic. v. quæritur. velit patrem teneri alimentare ſpuriam, non tamen dotare ſed primum verius, quod ſentit Bal. in d. l. ſi. verſ. verum pater. in antiq le. de dotis promiſſione. & iſta opin. probatur de iure canonico, in c. referente, qui fil. ſint legi. imputàndum enim non eorum vitio, quia non peccauerunt, ſed noſtro. Ipſi enim alieno morbo laborant, l. legem Anaſtaſij. C. de naturalibus liber. vbi videtur tex. ſingul. pro hac deciſio. & idem voluit Bal. conſi. ccxxij. exord. recolo me conſuluiſſe, ver. ſequens quæſtio eſt. & conſil. ccxxxij. incho. ad euidentiam præmitto. viij. vbi facit hanc differentiam, inter naturalem tantùm, & ſpuriam: quoniam naturalem poteſt pater ſi vult dotare, d. l. vxorem.
7 §. pater naturalis, de lega. iij. Sed ſpuriam † non tenetur, niſi vſque ad quantitatem alimentorum perpetuorum: quæ alimenta æſtimabuntur quantum viuere poterit. l. hæreditatum. ff. ad l. Falcid. & idem Bal. conſi. cccvij. verſ. quarto quæritur. vol. iij. prætextu enim priuilegiorum ſcelera non debent nutriri, l. j. C. de priuileg. ſchol. lib. xij. Bal. conſi. cccix. incipi. ad euidentiam præmittendum eſt, quod iuriſdictio. & idem in conſiliis proximè allegatis. & idem Iac. de ſancto Georgio in l. in ius. §. prætor. nu. vij. in ſecunda lect. ff. de in ius vocan. Vnde Docto. ſuprà alleg. tenentes ſimpliciter ſubditos teneri pro filia legitima, aut naturali tantũ ſimplici ſpuria maritanda, non loquuntur profectò de nefaria vel inceſtuoſa filia, de quibus loquitur d. authen. ex cõplexu & vnde ſumitur. vbi Angel. verſ. reſtat nunc vide. dicit quòd neque ex teſtamento ſuccedũt patri, etiam de iure canonico: vt tenet gl. in d. c. cum haberet. in fin. quam ibi ſequitur Anto. de Butr. & ſing. Alex. conſil. cxxxix. verſic. plus dicit. li. j. & Decius conſi. cclxxxviij. inchoan. quæritur in effectu. & conſi. cxxvij. & Bald. in c. in præſentia. de probatio.
† volens etiam non poſſe filiis talium ſpuriorum 8
relinqui, per tex. in l. ſi quis inceſti. cum ſua authen. ex complexu. C. de inceſt. nup. & ſequitur Benedic. in ſua repe. c. Raynutius. nu. dclxxxvj. in fine, de teſtam. & Guido Pap. q. cclxxx. & Maſuer. in ſua praxi. tit. de probatio. ver. item & ſi defunctus, & in tit. de ſucceſſ. verſic. item naturales. tenens ipſos nec de iure nec conſuetudine etiam baſtardos ſeu naturales tantum matri poſſe ſuccedere, d. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orphici. nec authen. licet. de naturali. liber. habet hodie locum in hoc regno Franciæ. & idem Benedicti. in d. ſua repetitione c. Raynutius. de teſtam. nu. decix. cum ſequen. & Bal. in ſua praxi. tit. de ſucceſſioni. ab inteſtato. † nec valet ſtatutum, 9
aut conſuetudo habilitans tales ſpurios ad patris ſucceſſionem, vt voluit Barto. in l. teſtamenti factio. quem ibi ſequuntur Bal. Paul. Imo. & Franciſ. de Arc. ff. de teſta. & Henri. de Bottis, in tracta. de ſynodo. per iij. artic. infrà num. xxxiij. cum aliis per eum alleg. & ratio, quare ſpurius inſtitui non poteſt, eſt propter turpitudinem teſtantis, & actus propter turpitudinẽ agentis reprobatus, nulla conſtitutione permitti poteſt, authenti. vt nulli iudic. Item actus reprobatus ob turpitudinem, æquiparatur actui prohibito de iure diuino. c. ex parte. de cõſuet. & contra ius diuinum non valet: ſtat ergo concluſio quomodo relinqui nõ poterit ſpurio. Et idẽ Bal. in l. cunctos populos, ver. circa eſſentiam. C. de ſumma Trinita. & in d. conſil. cxxxvij. verſic. ſed adhuc non ſimus extra difficultatem. vol. iij. & idem poſt Iacob. Butri. iun. l. j. C. de iure aur. annul. cum aliis per Alexan. in additio. per eum allegatis. quod intelligit ibi Bald. in ſpurio nato ex inceſtuoſo, vel adulterino coitu. & hoc ne detur materia delinquendi. † Sed in aliis ſpuriis tenet valere ſtatutum, 10
aut conſuetudines ipſos habilitantes: quia ſicut lex facit ſpurium habilem ad ſuccedendum matri, ſi non eſt illuſtris, d. l. ſi qua illuſtris. ita poteſt ſtatutum facere habilem ad ſuccedendum patri, quia ſucceſſiones ſunt de iure ciuili. l. obuenire. ff. de verbor. ſignification. dicens quicquid alij cantent, ita teneo. & eum ibi ſequitur Paul. de Caſtr. Salicet. & And. Barb. in clemen. ne Romani. de electio. & pro deciſio. communi facit quod dicit diuus Auguſtinus, lib. quæſt. ſuper Leuitic. c. lxxvij. recitatiuè in c. quid eſt. xxxv. queſt. vij. quod lege Dei conſtitutum eſt, vt quicunque nati ſunt ex inceſtuoſo coitu, nec filij reputentur, nec parẽtibus ſuccedant, quam tenet gl. pragmati. ſanctio. tit. de conſi. §. qui etiam ex tali. in verb. cohabitare, verſic. ſed an per ſtatutum.
† Et iſtud de naturali tãtum eſt verũ de iure ciuili, 11
ex quadam æquita. naturali, quod pater teneatur alere naturalem filiam, non tamen dotare, niſi velit, d. l. vxorem. §. pater naturalis. & ibi Barto. de legat. j. cum aliis ibi allegatis per Ale. & idem de æquitate canonica, ex qua dos ſecundum Bart. ſuccedit loco alimẽtorũ, vt not. Cin. in l. ſancimus. C. de nuptiis. quæ magis eſt fauorab. vt dicit Cin. in d. l. non omni, & gl. in l. ob æs alienũ. C. de præd. minorũ. &

Bar.

Bart.in l.Titio centum. §. Titio genero.ff.de conditio.& demonſtrat.Bal.in l.filio naturale.ff.de iuſti. & iure.& Abb.Sicul.& Præpoſ.Mediol.in c.j.de deſpon.impub.& Bar.in d.authen.res quę.& Bal.in d. auth.res quæ.& Bal.in d.l. ſi.de dotis promiſſio. & conſi.cclxxxij incb ſpurius non poteſt emancipari. vol.ij.& Bar.in l.Mæuius.§. ij.verſi.& illud eſt vtile ſcire.ff.de legat.ij. & conſil.cxix.exordien.dominus Dominicus magiſtri,& in l.fina.§.ſi à ſocero.ff.quę in fraud.credito.& Abb.Sicul.& Cardin.Alex.in d. c.cùm haberet.& Cin.in l.j.quæſt.ij.C.de alen.liberis.& Ab.Sicu.in ca.peruenit.in ſecundo notab. de arbit.& Pau.de Ca.conſi.v.incip.quicquid dicatur, veritas eſt.vol.antiq.& Alex.conſi.lxxiiij.verſic.ſed poſito etiã.lib ij.& Roma.conſi.xliij.in fi.vbi ponit tres cautelas relinquendi ſpuriis. & idem Socin. in l.Marcellus.§.res.ver.ij.limita regulam,ad Trebellia.& latius in l.j.ver. ſed aduerte, ſoluto matrimo. qui alleg.bo.tex.in l.cognouimus. C.de hæreti. qui
11 videtur probare † parentẽ,qui tenetur alimentare, teneri dotare. Et ibi in hanc partem inclinant Io. de Imo.& Bald.nouellus,in tract.ſuo de dote. verſ. quod tamen ſuprà dixi, & maximè quam dotalis filia eſſet alicuius magni nobilis, vt infrà dicam. & Bal.in l.ſi ſponſus.§.conceſſa.circa finem. ff.de donatio.inter virũ & vxor.& Sylua nupt.& Benedict. vbi ſuprà.nu.dclxxxviij.& Ioan.Lup.dictus doctor Palatius in c.per veſtras.verſ.ſed quod dicit.de honeſta.& ſignanter hæc de alimẽtis extenſio ad dotes eſt ratione publicæ vtilitatis facienda, vt latius per Soci.in d.j. ſolu. matrimo. ponentem tres concluſiones. Quarum tertia eſt iſta,eũ aliis per Ioan-
13 nem de Neuiza.in ſylua ſua nup.† Licet magis cõmunis ſit in contrarium, ſecundùm Imo.Roma.& Alexand.in dict.l.j.ſoluto matrimo. Angel. & Alexan.in l.à filia.in princip. ad Trebellia. & Iaſ. in d. auth.res quæ.verſ.ſecundo conſidera quòd Bart. & ſic ſibi in eodem loco cõtrarius. Et idem dicit Alber.in d.§.pater naturalis.in fin.& hanc opinio.videtur limitare Bal.conſi.lxxv. incho. videtur quòd electio facta, volum.iij.vt procedat in vita patris,&
14 non poſt mortem. † Ita quod executores teſtamẽti ad diſtribuendum bona inter pauperes nõ poſſunt eligere ſpurium ipſius teſtatoris pro paupere, neque ei aliqua dare bona, quæ ipſius fuerunt teſtatoris:qui filius alimentarij non ſuccedit in alimentis,cùm perſonalia ſint. Et idem Bald.in l.id quod pauperibus in quæſt.xxij. C. de Epiſcopis.& cleric. & Benedict.in repetit. cap.Raynutius. nu.dclxxiiij. de teſta. Quamuis Bart.ſecundum eum conſuluerit contrarium:quod ſub correctione iudicio meo nõ facit. Imò idẽ tenet, prout vide in conſi.ſuo cxciij. exordien. Cæcus de Spoleto habens vnum filium ſpurium. Quinimo etiam tenet quod inſtante fiſco poterit vxor grauata poſt mortem reſtituere pro anima ſua quibus videbitur reſpondere medio iuramento,an in ſe tacitam fidem de reſtituendo fideicommiſſum tali ſpurio,ſuſceperit,vt ibi, verſic.ſuper tertio.cum ſequen.Sed contrarium tenet Paul. de Caſtr.in l.ſi is qui. de vulg. & pupil. l. per illum text. quod executores poterunt eligere talem filium in pauperem. quem ibi ſequitur Iaſ. verſicul. item per iſtum text. & ipſemet Bald. idem tenet conſil. ccxxviij. inchoante, erant tres fratres.in fin. volum.iij. dicens per æquitatem illius cap.cùm haberet quemlibet ſucceſſorem bonorum paternorum teneri alimenta præſtari de clementia iuris canonici, & diuinæ legis: dotare autem non, niſi quatenus pietas, miſeratio, & nobilitas patrui, & ſucceſſoris dictet: cui hoc(vt ait) ſuadeo: quia eſt honor ſuus. † Sed hanc Bald. limitationem intelli- 15
ge precedere, vbi eſſet vera, quòd executor. non poſſunt eligere ſpurium in pauperem, quando alio titulo, quam titulo vltimæ voluntatis hæres vel executores relinquerent ſpurio, non præſumitur fraus,vt decidit Bart.in d.l.ſi is qui.& Iaſ.de vulg.& pupil.argu.l.ex hoc edicto.§.licet hæredem.ff.de alie.iudic.mutan.cauſa facta.& idem Specu. & Ioan. Andr.tit.de ſucceſſio.ab inteſta.§.j. verſ.ſed quid ſi pater inſtituit.& expreſsè Bal in l.eam quam. verſi. ſed ſubiungitur talis quæſtio.& verſic.ſed nunquid illa lex,ſi is qui.C.de fideicommiſ. vbi in verſic. ex iis infertur.alleg.gloſ. in authent.quib. modis natu. effic.ſui.& ibi auth.quib.modis natu.effic.ſui.& ibi idem dicit Ang. per illam gloſ. & Alexand. conſil. lj.verſi.ſuper ſecundo dubio. lib.ij. quamuis ſecundum Alexandrum in additio.ad Baldum in d.l.eam quam.in d.verſ.ex his infertur gloſ.hoc apertè non dicat: tamen omnes Docto in d. l.ſi is qui. ad hoc ipſam allegant. de quo per Calca.conſil.lviij. quod eſt ſingulare. † Item fallit in filiis ſpuriorum qui- 16
bus poteſt auus relinquere,vt tenet gloſ. in l.fin.C. de natura.liber. per illum textum, quam ibi omnes ſequuntur. per Iaſ. conſilio iiij. † Fallit etiam hæc 17
regula in ſpuriis principum, vt poſſint eis donare, & filias dotare, vt voluit Bald. in allegato conſil. ccxxxij. verſic.ſequens quæſtio eſt.volum. iij. quod eſt pro hac Deciſio.ſingulare.Nam ſecundum eum ibi, crudelitas eſſet, ſi puellæ non poſſent dotari: cogerentur enim meretricari (ſequendo leuiter matris iter) ad verecundiam progenitorum. quod propè inſaniam eſt, & idem in d. conſilio ccxxxvij. verſic.fallit ſi princeps. & verſic. & ſi hæc lis populo.eod. volum. iij. quod eſt intelligendum de ſuis, & ſubditorum bonis. Et ad omnia ſupradicta vide gloſ.in §.qui etiam ex tali,in verb.cohabitare. poſt princ. verſic.ſ.lij ergo clericorum. de concubin. in pragma. ſanctio. & etiam ſecundum gloſ. de bonis eccleſiæ, ſi non habet pater aliunde, vt infrà dicam in quæſt.de fratre. † Attamen videtur quod ſubditi 18
teneantur cõtribuere eodem modo pro filia naturali, quo ipſi tenentur pro alia filia naturali, & legitima, ſi talis filia naturalis tantum fuerit nupta cum viro naturali & legitimo, quia per tale matrimonium ratione qualitatis mariti legitimi efficitur legitima, tenet Angel. in §. quod verò. in fine in authent.quibus mod.natur.effician. ſui. quia capacitas viri porrigitur ad vxorem, & per eum fit capax,vt dicit Bald. in l.ſi quis. verſicul. & ſi filiam naturalem.C.de naturalib.libe. & ſequitur Decius in l.fœminę.num.ix.ff.de reg.iur.quod dictum magni facit Hippo. Marſil. ſingul.cj. inchoant.tritum eſt in iure. Et eſt ſine fallacia, vt inquit, mirabile, & ſingulare verbum, nec alibi dicit ſe legiſſe. ſed idem dicit Ioann.Fab.in §.fin. poſt princip. ver. & idem intellige de filia, ſi nubat tali curiali. Inſt.de nuptiis per text.in dict.l. ſi quis.& ibi Angel. Aret. ver. & idem intelligas ſi quis. quæſtio. iij. & ibi idem Alberi.de naturalibus liber.& Bonus de Curtili in tractatu de nobili.parte iij.num.cxcj.& Chaſſanæus libr. conſuetud. Burgund. titu.de ſucceſſio. baſtardorum.§. ij. nume. xvj. & Thom.Grammat. in voto iiij. nu.xx. cum ſequent.pro hac deciſio.allego text.in argu. l. j. §. ſed & ſi quis. C. de Latina liber. tollenda. & Probus in addition.ad Ioannem Mona. in clemen. is qui. numer. ix. de ſepul.libr. vj. ergo ſuccedere poteſt tanquam legitima. Et pariter dos tanquam legitima naturali conſtituã

debet, ſi nubat naturali & legitimo: ſed credo, quòd quò ad ſucceſſionem parentum non ſeruaretur, nec vnquam vidi facere quæſtionem poſtquam naturales nuptui traditæ ſunt, vt dixi in quæſtion. cclx. incipien. ex proceſſu moto, & pendente in curia inter Ludoui. Bruet. Sed quò ad dotem ſerua
19 quòd ſuprà dictum eſt. † Tamen de ſtylo, & obſeruantia curiarum Franciæ opin. Cin. Barto. & aliorum. quæ eſt ſecundum ius canonicum, contra ſubditos approbatur, vt moderatè adiuuare teneantur dominum ad dotandam filiam naturalem, aut ſpuriam, non tamen inceſtuoſam. Nec ad talem obligatio ſubditorum, vel conſuetudo de maritandis filiabus legitimæ debet extendi: vt dictum eſt: quoniam ſatis, atque etiam ſatis ſunt aliis oneribus, taleis regiis, chargiis & ſubſidiis dominorum ſuorum eis quotidie impoſitis onerati: quibus ſæpè ita ſanguinem emungunt, quòd vix precarium eis dimittunt ſpiritum, vt dicit Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iure. & alibi ſæpè. multum enim eſt profecto ad naturalem extendere filiam, quia vt ait Ouidius, Non habet euentus ſordida præda bonos. Et pro hac Deciſione adduco Deciſ. Alberic. in l. filium. verſic. vidi etiam dubitari. ff. de iis qui
20 ſunt ſui vel alien. iuris. † quòd ſi ſtatuto caueatur quòd pater teneatur emendare damna data per filium, an dictum ſtatutum locum habeat in filio naturali tantum nato ex concubina? Et argumentatur ad vtramque partem: tamen dicit fuiſſe determinatum Mutinæ, vt erat tale ſtatutum, quòd ſi filius erat ſimpliciter naturalis, natus ex ſoluto & ſoluta, locum haberet: ſi verò erat ſpurius, non. l. vulgo, de ſtatu homin. & idem Ioann. And. in additio. Specul. in rubric. qui filij ſint legitimi. in c. ſtatutum. in ij. in gl. volumus. de hæreti. lib. vj. & ibi per Doct. inſuper Dominic. & Anch. ſimilem diſtinctionem. facit Cin. in l. quiſquis. q. iiij. C. ad l. Iuliam maieſta. vtrum illius legis diſpoſitio habeat locum in talibus inceſtuoſis: & tenet quòd non, ſed in naturalibus tantum. & eum ibi ſequitur Alberic. verſi. viij. qui aliàs debet eſſe. quartò quæritur. & etiam Bald. verſic. ſecunda quæſt. & etiam Salic. in iij. quæſt. & plures alias quæſtio. ſimiles adducit Alberic. in d. l. filium. vbi vide. & Bon. de Curtili in tract. de nobili. in iiij. parte. nume. v. & vj. Tum quia non ſunt de domo & ſtirpe parentum, nec ipſorum arma portantes. Bald. in l. generaliter. §. cùm autem. & ibi Moder. C. de inſtitut. & ſubſtit. & Bald. in l. cùm legitimè. ff. de ſtatu hòmin. Alexand. poſt Imo. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus per tot. ad Treb. cum aliis per Bon. in dict. tracta. in iiij. parte. nume. iiij. & parte v. nume. lxxx. & Barto. in l. fin. C. de verb. ſig. & ibi per omnes. & Guid. Pap. ſingu. ccccxxvj. §. ij. & latius in Deciſ. ccccclxxx. dicens quicquid ſit
21 de iure, † nihilominus tamen de conſuetud. patriæ Delphin. baſtardi retinent nobilitatem generis, & illius portant nomen & arma, cum aliqua differentia armorum, & pro nobilibus habentur & reputantur, & non contribuunt in ſubſidiis Delphin. ſi viuant nobiliter, & gaudent prærogatiuis nobilium, ac ſi eſſent legitimi, præterquam in ſucceſſione parentum in qua iura ſeruantur communia. Et hæc conſuetudo eſt quaſi in hoc regno generalis, maximè in domibus principum, ducum, & comitum, & ſentit Bart. in tractatu de inſigniis, & armis & Philippus de Vbal. in tractatu de duobus fratribus. parte xj. quæſt. xj.

S V M M Æ.

1 *Subditi an teneantur iuuare dominum ob debita carceratum. & nu. 3. 4. 5. & 8.*

2 *Reſtitutioni res ſubiecta quando poſſit alienari.*

6 *Filius an ſoluere teneatur, vel fideiubere pro patre incarcerato. & num. 7.*

9 *Imperator tenetur ſatisfacere creditoribus Prefecti vrbis.*

Quæſtio CXXVIII.

Tertio ad aliam quæſtio. veniendo, quia in prima dictum eſt ſubditos teneri pro redemptione dominorum ab hoſtibus captorum, vel ab inimicis incluſorum, an extendatur, & locum habeat ſi ob delicta, vel debita ciuilia fuerint carceribus mancipati, aut ſub areſto detenti, etiam ſi in via eſſent deierandi, quia iuraſſent debitum intra certum terminum ſoluere, illud non valentes ſoluere.

DECISIO CXXVIII.

ET † videtur quòd non teneantur redimere dominũ, 1
nec eius ſoluere debita, vt voluit Ioan. Raynau. in ſuo feudali cõprehenſorio. verſic. & iſta intelligo. & hoc per tex. in c. licet. ſi de feud. defunct. cont. ſit inter dom. & agna. aliàs eſt §. licet vaſallus. & in c. j. §. fi. de alie. feud. patet. & iſta fuit opi. Ioan. And. in addi. Spec. tit. de feud. in verſic. ſi quis id quod. in fin, & principale fundamentum eſt, quia priuilegia data à lege non competunt delinquenti, l. etiam. §. fi. ff. ſol. matrim. & l. penult. §. de iure dot. & idem Bal. in authentic. contra qui rogatus. verſ. ſi autem quis eſſet in carcere. C. ad Treb. volens grauatum qui reſtituere tenetur, non poſſe alienare pro pœna ex maleficio ſuo deſcendente euitanda. & idem Ang. in d. auth. res quę. & Sali. nu. xj. & Paud. de Caſt. in ſi. Fran. Cur. iunior, nu. 12. quia hoc euenit ſua culpa, quæ aliis noxia eſſe non debet. d. l. ſiue hæreditaria. de nego. geſt. & idē Ang. quem ibi ſequuntur Imo. & Roma. in d. l. Marcellus. §. res quæ. ad Trebellia. & etiam ibi Socin. verſ. ſed circa præmiſſa quærit hic dominus Alex. vbi dicit hanc eſſe communem ſententiam, ponens tres concluſiones.
† Prima, an pro debito ciuili: ſecũda, an pro delicto 2
poſſit res reſtitutioni ſubiecta alienari. & tenet q̃ non in illis duobus: tertia concluſio quòd pro redemptione ab hoſtibus facienda poſſit alienari. & idem Guido Pap. in d. q. lvij. & Iac. in d. tract. feud. ver. item ſuper caſu, ſ. per quo loquitur Specu. verſ. ſed prædicta intellige. Dominic. in c. ſicut in fin. xij. q. ij. & Iaſon in d. auth. res quæ. verſ. ſexto & vltimo. dicens pariter iſtam eſſe communem opi. quia delinquens perdere debet priuilegium ſibi à lege indultum, l. ſed ex parte, §. quanquam. ff. quòd cum eo qui in aliena po. & l. relegatorum. in fin. ff. de interdict. & releg. & in l. penul. in fi. ff. de iure dot. quem text. etiam alleg. in §. fin. ver. decimo prædicta regul. de actio. & idem tenet in dict. authen. res quæ. verſic. tertio limita. † Contrarium tamen tenet Ia- 5
cob. Ardi. in ſumma tit. quib. mod. feud. amitt. ſub tit. an vaſallus teneatur egenum dominum alimentare, quòd ſubditi ſoluere teneantur pro domino. argu. l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſcen. & l. fin. C. ne filius pro pat. & l. ob æs. C. de actio. & oblig. pro quo facit gl. in c. ſacrorum. xij. q. xij. quæ dicit quòd iura de captiuorum redemptione loquentia locum habent in captiuis pro maleficio. & ibi eam ſequũtur Doct. inſuper Bolog. in ſecũdis interp. & hoc per tex. ſing. in c. non ſatis. lxxxvj. diſtin. ibi, ſi ſit in carcere poſitus, & pœnis & ſuppliciis, & propter debitum

debitũ aliquod iuſtus aliquis excrucietur &c. ad hoc text.quem Bal.facit ibi ſing.in l.quamuis mulier.ibi, vel eos ex hoſtibus redimeret, quia iuſta & honeſta cauſa eſt &c.ff.ſolmatrim.& ibi Bal.& idem Petr.in ſuo aureo Alphabet.in verb.carcer,poſt prin.verſ.& nota,quod liberare.& ſingu. Ioannes Campezius in tract.de dote.iij.parte. quæſt.xij. cum alis per ipſum allegatis.& idem tex.in c.j.§.item & qui delator.ibi, vel ſi cognouerit dominum incluſum & eum cum potuerit non liberauerit,feudum perdit.& ibi And. de Iſer.Bal.& Cardin.Alex. quæ fuit prim. cauſa benefic.amitten. vbi exponunt incluſum,id eſt,detentum in vinculis,ſiue quouis modo,ita quòd exire nõ poteſt,argum.l.j.& ij.ff.de lib.hom.exhib.& c.nuper de ſenten.excom. & iſtam opinio.tenet Bald.conſil. clxxxvj.incip.quid importent iſta verba. vol.ij. & in authen.ſi captiui.C.de Epiſc.& cleric.& in l.ſi quis ad declinandam.cod.tit.per text.in l.ſi quis pro redemptione.C.de donationibus.† quamuis loquatur quãdo teſtator voluit,non obſtante ſubſtitutione hæredem poſſe alienare pro ſuis neceſſitatibus : quia talia bona ſubiecta reſtitutioni, poſſunt pro emenda, ſeu muleta(in qua pro crimine eſt condemnatus)vendi, vt tenuit ſingulariter Fulgo.in d.authent. res quæ.& hoc ex præſumpta mente parentum, quando hæres grauatus erat filius teſtatoris. Veriſimile enim eſt patrem talium alienationi conſenſiſſe,ſi id vita eius accidiſſet. Facit in argumen.l.ſi totas.C.de inoffi.teſta. cum alis per glo.allega.in l.tale pactum.§.pater qui dotem.in verbo,exceptionem. in fi.ff.de pactis. & ibi per omnes.& ſequitur Alex. in additio. vltima ad Bar.in d.authen.res quæ.& latius in d.l. Marcellus.§. res quæ.verſic. dubitant etiam Bartol.in l.quamuis, ver.ex quibus inferri poteſt.ff.ſol.matr. ſequentes gl. in d.c.ſacrorum.& idem Fulgo. in d.authen.contra
5 qui rogatus. quem ibi ſequi videtur Corn. † Quid dicendum? Bartol.in d.auth.res quæ.in fin.dubitauit, eámque reliquit indeciſam.Iacob.vero Aluaro.in d. §.licet vaſallus.quem ibi ſequitur Cardin.Alex.verſi. quæro quid ſi dominus pro debitis. tenet primam opinionem, quòd non teneantur, ſequendo Guliel. de Cugno,in l.ſi pater.C.qui bonis cede.poſſunt,qui
6 ita determinat † ad inſtar filij, qui non tenetur ſoluere debita patris, etiam ipſum eximendo à carceribus:per tex.in l.curatores. alias eſt in l. ſequent. quæ inchoatur prior.§.filium.ff.de adminiſtrat.rerum ad
7 ciuita.pertinen. † Sed hodie tenetur fideiubere pro patre incarcerato,tam pro debito ciuili, quàm criminali,vt in authen.vt cum de appella. cogno. §.cauſas ibi,ſi quemlibet de prædictis. alias eſt ſufficiens cauſa ingratitudinis, vt ibi : ergo multo minus vaſallus reſpectu domini, qui ſe poteſt ſecũdum eum cedendo bonis liberare, & alias pro delicto, ſi non habet in ære debet luere in corpore, l.ſi.ff.de in ius voca.& iſta eſt opinio gloſ.in d.c.non ſatis.lxxxvj. diſtinct.in verbo,propter debitum.& idem Bald. in d.c.j. §.fin. de aliena.pater.feudi. Sed hic videntur duo caſus diuerſi,ſcilicet in domino,an poſſit cogere ſubditos ad eius debita criminalia, vel ciuilia ſoluenda, pro quibus
8 in carceribus detinetur. † Et opinio Ioann.Raynau. Guliel. de Cugn. & aliorum eſt vera, vt ſubditi ſoluere non teneãtur,vt tenet Paul.de Caſtr.conſ.xx. volu.anti. quod eſt in hoc ſingulare,& canoniſtæ in c.conquerente.de offi.ordi.& in c.cum Apoſtolus.de cenſi.inſuper Zabarel. in j.quæſtio. quòd Epiſcopus poteſt imponere charitatiuum ſubſidium, ex neceſſitate ſine culpa proueniente. Nã ſiex culpa,ſibi imputandum eſt,regula, damnum quod quis. de regul. iur.lib.vj. & idem Doctor.ſuprà allegati in d.c.j.§.item & qui delator, quæ fuit prima cauſa benefic.amit. quia tunc ſi dominus eſt detentus iuſtè, & non tenetur eum liberare,argumen. c.j.cum ibi nota.hic finitur lex Cor.ſi tamẽ iniuſte in aliquo detineretur loco per alium, quam per iuſtitiam, & eſſet vaſallus potẽs ad liberandum,quod tunc teneretur, per textum in d.§.item & qui delator.ibi,cum potuerit,&c. & ſic concluſum fuit in cauſa dicti domini de Cimello,& per arcitum dictum,ſubditos in caſum iuſti belli domini ſui Regis, & ab inimicis eius captionis & detentionis (& non alias) teneri : & idem de Afflict.in dicta conſtitut. Neapol.de adiuto.numer.iij. verſi.inj.not.ex tex.intelligens hoc,ſcilicet dominum non eſſe ad redimendum ſufficientem, argu. eorum quæ voluit Abb.Siculi.in c.peruenit. de immu.eccle: & c.ſi nulla.xxiij.quæſt.viij.ſed pro delictis nõ teneri, nec vidi aliquos dominos temporales aliquid petere, quamuis mille in emendas magnas pro delictis, & exceſſibus cõdemnatos,& ob ic, & multa alia debita eſſe in carceribus detentos viderim. Pro quo facit text.in l.quę proprio nomine.§.procurator.. etſi. item contra ibi,pœnam autem, quam ex ſuo delicto præſtitit,recuperare non debet. ff.de procurat.& l.ſi communis familia. ibi, nec à ſocio quicquam debebit conſequi.Sui enim facti nomine pœnam meruit. ff.de noxa.actio.& idem de Afflict.vbi ſuprà.ante finem.quia quantum ad debitũ ciuile periculendum, non habet etiam apparentiam, vt pro domino teneantur ſoluere:facit rubrum vt nigrum,vt nullus ex vicar.pro alien.vicar.deb.teneã. lib.xj. & C. ne filius pro pat.& pariter ne vxor pro marito.& idem tenet Ioan.de Ana.conſi.vij.verſi. circa vero aliud dubium per tex.in d.c.licet vaſallus.bonus text.in c.j. in prin. ibi, quemadmodum dominum excommunicatum, vel à lege bannitum non eſt obligatus vaſallus ad adiuuandum,vel ſeruitium ei præſtandũ,ita nec ipſum iniuſte guerram alicui facientem.Ideo non valet ſtatutum,aut cõſuetudo,quòd ruſtici teneantur ſoluere pro alio ruſtico non exiſtente ſoluendo, vt dicit Bar. in l.legatorum.in prin.per illum tex.ff.de leg.ij.& in d.l.j.vt nullus ex vica.pro alien.& Bald.in d.l.legatorum.dicit,quòd ſi vnus ſoluit collectam, & alter nõ, quòd ille qui ſoluit non poteſt grauari propter non ſoluentem. Et idem ſecundum eum in quocunque conſorte.& Iaſ.in l.ſi quis in ſuo,§.leges autem.C.de inoffic.teſta.cum aliis per eum alleg.& Hippol.ſing. ccccl. pœna debet tenere, per vtrunque Innoc.in l. cum filius.ff.de verb.oblig. ſed an in pluribus reis ex delicto in certis ſumm.is ſeparatim condemnatis, vno non exiſtente ſoluendo,alij pro eo teneantur,dicam in quæſt.cccx.incip.ſi plures rei. † Fallit in Im- 9
peratore,qui de conſuetu. tenetur ſatisfacere omnibus creditoribus præfecti vrbis, & cum à debitis liberare,niſi in fraudem, ſentiens aduentum principis coronam ab eo recipere debentis,multa contraxerit debita,vt dicit Bar.in l.j.in princ.quem ibi ſeq.Ang. in §.hæc actio. ff.ſi quis teſtament.lib.eſſe iuſſuer.& Cæpol.Veronen.caut. xxvij. Scis quòd filius famil.& Paris de Puteo in ſyndic.in verb.pœna.c.iuxta & prædicta verſic.& ideo dico. Secundò in hærede condemnato, aut alio grauato per teſtamentum, aut contractum reſtituere alicui. & iſto caſu opinio gl. in d. c.ſacrorum & Bal.in d.conſi.clxxxvj. Fulg.Iaco.Car. & Alex. fuit per curiam approbata, quod bona talia alienari prohibita poſſint ob pœnam & mulctam ex delicto ſolum deſcendentem alienari. Et ſic etiam tenere videtur Alex.in addit.ad Bartol. in d.l.placet. C.de excuſa.mun.libr.x. ibi, item quando ſine culpa damnatus, vel relegatus eſt. Et hoc quando aliunde

non habet ex quo ſatisfacere poſſit,vt in ſequent.dicam quæſt.de matre & fratre ac ſorore,& ſic alias tenui in §.xij.de iurisdi.omn.iudic.lib.conſuetud.Biturig.& iſtud primum fuit conſilium per nos apud Bituriges editum,vt vide in conſ.primo nu. quod inſetui.in d.§.xij.& aliquid vide ſuprà in quæſt.xliij.incipien.quò ad ſecundam quæſt. an ſummæ pecuniarũ. verſic.& ita pulchrè in ſimili tenuit Bald.& ſequitur Chaſſa.lib.conſuet Burg.de iurib.pertinen.gentibus marita.§.j.numer.xiiij. & ſic in iſto ſecundo caſu bis fuit in curia concluſum & iudicatum: de primo non ſum perſonarum memor, ſecundo in cauſa ſyndici presbyterorum eccleſię parochialis ſancti Iuliani ciuitatis Tutelæ oponen. aduerſus cordas factas ad requeſtam fratris Aimetis Chabanier adminiſtratoris panis eccleſiæ maioris Tutelen.Latum die ij.aut vij. Septembris,Anno 1531.

SVMMÆ.

1 *Frater an teneatur dotare ſororem. & num. 2.& 7. & 9.*
3 *Mater an teneatur dotare filiam.*
5 *Alienari prohibita, an maritatis filiab. poſſint impendi. & nu.6.*
8 *Frater clericus tenetur dotare ſororem de reditibus ſuæ eccleſiæ.*
9 *Matrem an teneatur filius dotare.*

Quæſtio CXXIX.

Quarto,an ſubditi pro filia maritanda teneantur iuuare dominum: Et ipſe frater de iure teneatur dotare ſororem,& mater filiam.

DECISIO CXXIX.

1 THEMATE & dubiis. lib. ij. tenc quo Lic,ſi exconſue.immemorabili tenebantur.quem ſequitur Abb.Panus conſ.actij.quamuis in caſu ſuo nulla eſſet conſuet. pro ſorore maritanda.& pariter Iaco.in d.aut.de homag. Alex.& Imo.& And.de Iſer.in ſua peregrina lectu.tit. de adiu.cuig.pro fratris militia.per totum.& ibi de Afflic. 2 nu.j.ver. ſecundo no.†Licet Io.And.in addit. Specu. in tit.de feud.ſentiat cõtrarium.Na ſicut mater non 3 tenetur dotare filiã,nec pariter frater: †de matre eſt text.in l.neque mater.C.de iur.dot.Cinus,Bald.Alb. in dicta auth.res quæ.& Ioan.Camp. in tract.de dot. j.parte quæſt.xxij.& Bal.nouel. in tract.de dote.vter. an diſpoſitio d.l.qui liberos.& Bal.ibi idem tenet,& Ioan.de Cirier.in trac.de iu.primogenituræ.& Iaſ.in l.j.verſi.limita niſi pater eſſet inops.ff.ſol.matri.ſicut dicimus in alimentis, ad quæ patre inope exiſtente tenetur.l.ſi quis à liberis.§.j.verſ.ergo & matrem.ff. de libe.agnoſ.& etiã de bonis reſtitutioni ſubiectis, ſecundum Bal.& Bar.in d.authen.res quæ.quos Fulgo.ſequitur.& in l.à filia.in prin. ad Treb.licet Ang. ibi teneat contrarium, & Roma.in d.l.j.ſolut.matri. & idem Alex.ibi & in d.l.à filia. Quod vlti.intelligit, quando mater eſt inops,& etiam filia. Sed vbi mater eſſet diues,& ſic aliunde haberet,quod tunc non poſſit de bonis reſtitutioni ſubiectis dotare, quæ nõ debet diminui,vt ibi,per Alex.col.vltim. verſic. tamen quantum ad propoſitum,& idem Socin.in regu.ſuis xij.verſi.ampli.ſecundo.quod eſt (ſecundum Cornelium in dicta authen.res quæ.verſic. item non habet locum in matre) nimium reſtringere illum textum, cuius verba ſunt generalia, & ratio textus ſimiliter generalis: ideo nihil nos arctat ad reſtringendum illum tex.vt ibi. † Aliàs regulariter mater diues patre 4 inope tenetur dotare filiam pauperem.Et hoc quando bona eſſent alienari in vltima volũtate etiam expreſsè,vel etiam à lege prohibita: quia illo caſu poſſunt in dotem dari,ſecundum communem opi. Doctor.ſuprà alleg.& tenent Cin. Bald. & Sali. in l.voluntate.C.de fidei com.& Bar.in l.filiusfamil. §.diui. ff.de leg.j.& Soci.in conſi.xxv.circa præſentem.verſi. ex quibus ſequitur. volum.j. quòd limitat Alex. niſi teſtator prohibuiſſet expreſsè alienari in cauſam dotis,vt ipſe no.in conſi.lvj.verſic. vtrunque.lib.j.quod etiam repetitur vol.ij.conſi.v.&Amb.Oppizo.in repeti.d.§.diui.l.filiusfamil.ver.quam tamen opi.Bart. & idem Iaſ.ibi ver.ſecundo quærit Bar.& in d.auth. res quæ.in v.not. †Sed Guid.Pap.q.xcvj.tenet cõtra- 5 rium in filio grauato, & prohibito in dotem alienare, quod poſſit maritare de dictis bonis reſtitutioni ſubiectis filias ſuas in defectu aliorum bonorum. Et ſic dicit iudicatum fuiſſe. quod verius videtur, licet Iaſ.vtrobique impugnet communem:ſequendoBal. in c.j.§.donare.qual. feu.alien.pote. Sed quando in contractu eſt prohibita alienatio expreſsè,vel tacitè, vt hodie communiter fit, quod non poſſit dare in dotem,quando expreſsè fuit prohibita,tenet gloſ.in l.nulla.ante fin.ibi,idem ſi datum eſt aliquid ea lege vt non alienet.C.de iure dot.nihil allegando, quam ſequitur,& facit ſingula. Bald. ibi in vltima quæſt. & Alex.in addit.ad eum etiam aliis bonis pro ea maritanda non exiſtentib.Sali.in d.l.nulla. Quinimo plus vult illa glo.ſecundum eum,quod talis res prohibita non tranſit cum vniuerſitate bonorum. de hoc vide Ludo.Bologni.in l.quædam.ff.de acquir.rer.dom.in primis interpr.& Socin.in reg.xij. in ij.limit.ſeu falleu.†Tamen Paul.de Caſtro in d.auth.res quæ.circa 6 princ.tenet illam rem in contractu prohibitam poſſe alienari:quem ſequitur Iaſ.verſic.quarto limi. pro quo allegat text.in l.& ſi dotis exactio. cum not. ibi per Bart.& Bal.verſi. deinde hic habes.C.de iur.dot. de quo ibi per ipſos,& in l.ea lege. C. de condit.ob cau.& omnes in l.ſi quis ita.§.ea lege.ff.de verb.obli. ergo videtur poſſe in dotem dari: tamen opi.gl.non habet contradictorem,quam ſequitur Alexan. in addi.j.ad Bart.in d.auth. res quæ. poſt princi.& in ſi.& in l.filiusfamil.§.diui. verſ.ſecundo reſpondeo.volu. iiij.& Iaſ.in d.authen.res quæ.verſi.ſed ego habeo.& etiam ver.quæro limita.& idem Ambro. Oppizo.in d.§.diui.verſ.ſecundo limita.& latius verſ.nunc condeſcendo ad prædictam ſextam & vltim. quæſt. & idem ibi Iaſ.verſicu.tertio facit, ſi tamen tacitè res in cõtractu fuerit prohibita alienari,vt ſæpe fit, vt dictum eſt in contractu matrimonij nobilium, quod primogenitus ſuccedat: tunc poteſt pro dote dari,& pariter pro legitima filiorum, vt latè dixi in quæſt. cciiij.inci. quæritur vtrum valeat pactum in contractu matrimonij.†Et reuertendo ad fratrem, videtur 7 quod non teneatur dotare ſororem, vt eſt text. in l. cum plures.§.cum tutor.& l.ſeq.§.ſi.ff.de adm.tut. & in l.j.§.præterea. ff.de tute.& rationibus. diſtra. ergo ſubditi non tenentur iuuare dominum. Sed hoc videtur verum,quando ſoror habet vnde ſe dotet:ſecus ſi non haberet vnde poſſit ſe dotare,vt tenet gl.in d. §.cum tutor.& Bart.& Bald.in d.authent. res quæ.in j.q.& Iaſ.ver.iuxta hoc nota.verſi. xvij.in fin.& idem Bart.in l.qui filium.ff.vbi pupil.educ.debeat.& Cin. & Sali.poſt gloſſ.in l.non omni.C.de adminiſtratio. tuto.& Bald.in d.l.voluntas.verſicu.ſed nunquid iſte frater.

frater.C.de fideicommiſſ.& ille tex.multum facit ad noſtram Deci ſo.& ideũ Bal. in l.fin.verſi. ſed nunquid frater.C.de dot.promiſ. & in d.l. qui liberos.ff. de ritu nuptia.&Guid.Pap.in d.q.xcvj.in fi.ver.ſexto quia etiam.& ſingula.ccccl xxix.& Matth. de Afflict. Deciſio.ccclxxj.num.iij.& Antlr.de Iſer. in dicto tit. de adiutoriis exiẽgen.pro fratris milit.& Abba.Sicul.
8 conſilio xij.in j.& vij.dubio.volum.j.†Quinimo vult plus in c.peruenit.in ij.notabil.de arbit. fratrem clericum teneri dotare ſororem de reditu ſuæ eccleſiæ. per text.in c.j. de cohabita. clerico. & in c. omnino. iuncta gloſſ.xxxj.diſtinctio.& Iaſ.in dicta authen.res quæ.ver.in quantum tamen. ibi, & iſtud procedit.& Aufred.addi. Deci.cap.Tholoſ. q.cclxxxix.verſ.quid de fratre.& ver.& idem dicendum in clerico.gloſ.in prag.ſanct.ti.de concubi. §.qui etiam ex tali.in verb. cohabitare.quæ loquitur in patre clerico. & Iaſ.in d. l.j.verſ.vlti.quærit Bar.ſolu.matr. & Io. Campez.vbi ſuprà parte j.q.xxiij.quòd verũ dicit eſſe in ſorore ex eodẽ patre nata, ſecus ſi ex alio patre, licet ex eadem matre.d.§.cum tutor. cum aliis per eum alleg.ibi, & in ſeq.q.xxiiij.ſed hoc dixerat gloſſ.in d.l.non omni. quam ibi ſequuntur Cin.Ang.& Salic.& idem Salic. Fulgo.& Cornel.in dicta auth.res quæ.& Iaſ.verſ.ſed dominus Alex.& Ang.in l.à filia.in prin. ff.ad Treb. quamuis ipſe referat Bart. in d. auth.res quæ.tenere, fratrem teneri dotare ſororem ex eadem matre tantum natam:& idem in d.authent.res quæ.& in d.l.fi. de dot.promiſ.Tamen ſecundum Docto.ſuprà allegat.Berto.hoc non dicit,ſi bene inſpiciatur. & idem
9 dicit Alexan.in d.l.à filia. † Licet opinio gloſſ.Ang. & cæterorum ſit vera, quòd frater non teneatur dotare ſororem vterinam.& Bald.nouel.in tract.ſuo de dote.ver.in fratre.tamen eam alere tenetur, vt volũt Doct.ſupradicti.ergo ex quo tenetur alere ſororem inopem,ex eodem patre, vel alio natam, tenebitur dotem (quæ loco alimentorum ſuccedit, vt dicit Salicetus in dict.l.non omni. cum aliis ſuprà in quæſt. ij.de filia naturali alleg.&ne in ſui & reliquorum parentum iniuriam profiteatur) conſtituere etiam de bonis reſtitutionis gratiis,ſi aliunde non habeat, vt dictum eſt de matre. Quamuis Chaſſanæus lib. conſuet.Burgund.titu.de indicto ſeu impoſiti.verſi.item quæro nũquid frater.& ver.credo.tenet primò,quod frater dominus nõ poteſt prędictã imponere talcam pro ſorore maritanda: & contra hoc poſteà binam adducit rationem,quæ cum facit diſtinguere, vt ibi. Et maior pars dominorum tenuit contra opin. Alexan.&aliorum ſuprà alleg.& reliqui (de quorum numero eram) ſequuti ſunt iſtam: tamen contra ipſam fuit iudicatum in fauorem ſubditorum contra dominum Comitem de Carmain,qui tamen non prætendebat ex conuentione neque ex conſuetu.ſed ex ſpõtanea donatione ſibi de certa ſumma per ſubditos facta.Et latum areſtũ die viij. Julij, Anno 1529.quòd fuit in tribus partibus camerariis, in quarum vltima ſex erant contra quinque.Nam talis donatio pro illa ſaltem vice ſponte facta (ex eo abſque quod in futurum trahatur conſequentiam) valebat,iuxta l.donari videtur.& ibi Deci.ff.de regul.iur.quoniam ratio videtur eſſe longè maior in ſorore legitima. quæ eſt de deſcendentibus, & quæ de Franciæ generali conſuetudine in feudo ſuccedere valet, vt capax illius, quam in filia naturali tantum,aut ſpuria tantum, aut ſpuria & inceſtuoſa ſimul: quæ neque in allodialibus bonis ſuccedere poteſt,ad maritãdam ſubditi tenentur(vt ipſe Chaſſaneus ſequẽdo Mart.Lauden. tenet) adiuuare dominum, vt dictum eſt ſuprà in ſecunda quæſtio.de filia naturali. Sed in caſu domini de Roſſilhia re vera conſtabat patrem ipſius in poſſeſſione eſſe maritãdi ſororem ex ſubditorum iuuamine:imò ex expreſſa etiam conuentione eos collectandi, ſeu taleandi,vt apparebat per literas & inſtrumenta traditionum bailletarum, ac per inqueſtam per eum factam. vnde videtur fratrem pro ſorore pinguius dotandi talcam imponere poſſe, cum repræſentet patris perſonam,& vna caro ſint.l.ſi. C.de impub.& aliis ſubſtit. Et hæres cum defuncto eadem fingitur perſona.authen.de iureiur.à morien.præſti. in princip. ac onus ad hæredem etiam extraneum dotandi filias tranſit,vt tenent Doct.in l.poſt dotem.ff.ſolut. matrim.& Barto.in l.inſulam, in princ. eodem titul. & Bald.in dict.l.fin.de dot.promiſſio. & Alexand.in addi.in verſic.ſed pone.& Ioann. Campez. vbi ſuprà quæſt.xxvij.Socin.in d.l.Marcellus. §.res quæ. verſic. tertio conſidera. ad Trebel. & ſic poſtea dictum fuit de ſorore in fauorem domini de Gimello, vt in ſequen.dicam quæſt. †Sed de filio quod teneatur dotare matrem,tenet Guliel.de Cugn. in l.j. quem ibi ſequitur Bald.ad fi.C.de inoffi. doti. & idem Guliel. in l.ſi vineæ.& etiam ibi Bald. C.de præſcript. long. temp. & Bald. in d.l. qui liberos. de ritu nuptia. & Ang.in d.l.j.& ibi Mod.ſol.matri. & Bald. nouel.in tract.de dot.in vj. parte xv. ſpeciali. tamen ſi mater, vt inquit, eſſet inuenis, pulchra & pauper, ideoque ſuſpecta de incontinentia,teneretur filius eam dotare:ne labatur in impudicitiam mater. Et ipſum ſequitur Tiraquel.de leg. connubia. ver. cum reſpondens.

10

SVMMÆ.

1 *Filia hæres pro ſeipſa maritanda,an ſubditos ad ſe ſumendum adſtringat, ſicut pater adſtringeret. nu.2.3.& 10.*

4 *Index qualiter poſſit ex officio patrẽ ad filiam maritandam cogere.& nu.5.*

6 *Filiæ cognatis inſtare poſſunt,vt pater eam maritare cogatur.*

7 *Filia minor quando poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris.*

8 *Pater quando teneatur dotare filiam ſine ipſius conſenſu nubentem.*

9 *Pater ea quæ per alium ſunt filiæ relicta dare cogitur,etiam ſi eo inconſulto nupſerit.*

11 *Dotis cauſa quando detur res reſtitutionis ſubiecta. & nu.12,& 13.*

14 *Pater licet pro filia maritanda poſſit talcare ſubditos,non tamen pro filio,niſi in caſu,& nu.15.*

Quæſtio CXXX.

Quinto,an filia hęres pro ſe honorabilius maritanda poſſit adiutorium,& taleam ſuper ſubditos ſuos imponere.

DECISIO CXXX.

ISTA quæſtio non eſt ſine dubio. † Et Chaſſanæus vbi ſuprà in proxi- 1
ma quæſt.alleg.verſi.item quęro pone. mouet iſtam quæſt. & arguit primò quòd ſic: quia ſtatutum vel conſuetudo reſpicit fauorem mulierum, facilius ob dotem bonum maritum inueniant. Et rationem pro hoc ego allego,quod vbi quis nõ poteſt dare bonam dotem maritum nõ inueniet diuitem,vt dicunt Pet.& Cin.& Bald.in l.j.verſicu. item quia.C.de ſecund.nup.quoniam matrimonia honorabilia dotem requirunt honorabilem, l.ſi præſes C. de dona.Bald.& Paul.de Caſtr.in auth. res quæ.quos ibi ſequitur Iaſ.verſ.vij.amplia. C.comm. de leg.pro

quo dicit glo.in ſumma.xxvij.q.j.quod hodie matrimonia fiunt non ſolum ob fornicationem vitandam, & ſoboleꝫ procreandam, ſed etiam propter conſœderationem, amicitiam, ac dotem pinguem, & puellæ pulchritudinem.& dixi in §.v.de conſue. matrim. lib.conſue.Bitu.& idem Sali.in authen.ſed quamuis. verſic.quæro nunc. C.de rei vxor.act.& infra aliquid dicam: quia aliàs dedecus eſt accipere vxorem ſine dote, vt dicit Cin.in l.ſi voluntate.quem ibi ſequitur Bal.C.de do.promiſ.Secundo Chaſſan.adducit, quod patri in caſu, ob filiarum fauorem ſuccurritur, multo magis eidem filiæ ſuccurri debet, cum alteri ſcilicet patri propter eam ſuccurratur: quia in ea maior eſt æquitas.ordinata enim charitas incipit à ſeipſo. Alpibus ille perit, qui ſe plus diligit vllum, l.præſes.C. de ſeruitut.& aqua.& illud Terentij: Omnes melius ſibi malle, quàm alteri. Et ratio conſuetu. aut ſtatuti magis fauoriſat ipſam quàm patrem, quæ in eam extendi debet,& ampliari: quod fieri poteſt ſecundum gloſſ.& Docto.in authen.præterea. C.vnde vir & vx. cum aliis per nos allegat.in §.xxvj.in gloſſ j.de iuriſdictio.omni.iudic.& in §.xiij.in gloſſ.& in addi.& in
2 §.xx.ante fin.de conſuetu.feud.eod.lib. †Sed his non obſtãtibus contrarium determinat per regulam generalem dicentem, ſtatuta ſtricti eſſe iuris, ideo reſtringenda fore,& non amplianda, l.quicquid. & ibi per Bart.ff.de verbo.obliga.& pro hac ſua opin.facit quod in ſimili dicit Andr.de Iſer.in ſua peregri.lect. in d.titu.de adiutoriis exigen.pro fratr.militia.num. xvj.ante finem.verſi.& ſi dicatur.quòd licet videatur vbi eſt onus dotãdi, ibi debeat eſſe commodum ſubuentionem recipiendi à ſubditis, arg.ff.de regul.iur. l.ij.ſecundum naturam tamen intelligitur in ſuis caſibus tantum, vt non procedatur ad ſimilia, cum non videatur habere æquitatem, l.ſi quis ſeruo.C.de furt. Tum pro ſua deciſion. facit text. in l. Paulus reſpon. in princip.ff.de pignor. vbi generalis obligatio non porrigitur ad hęredem: ſed ibi loquitur quo ad obligationem bonorum hæredis. Et iſtam opinio. reperio Maſuerium in ſua praxi, titu.de ſucceſ. & vlti.vol. tenuiſſe, ver.& ſimiliter collectiſandi homines ſubiectos in quatuor caſibus. dicens hoc ius ad filias non tranſire. dato quòd terra & iuriſdictio ſpectet ad i-
3 pſas: & nihil aliud dicit. † Sed in hac quæſt. dubito multum,& dum animus (vt ait Terentius) eſt in dubio, paulo momento huc vel illuc impellitur. Vnde nobis prima facie videtur primam partem eſſe veriorem per rationes adductas, non obſtantibus in contrarium allegatis: quia quamuis conſuetudo, ſtatutum aut priuilegium quæ inter ſe parificantur, canouit.de iudic.cum aliis per gloſſ.ibi alleg. ampliandа non ſint, l.iij.§.hæc verba.ff.de negot.geſt. tamen non ſunt abſurdè interpretanda. l.ij.& ibi Bald.C.de legi.& Alex.in l.beneficium.ff.de conſtit. princ.cum not.in l.ſerui veſtri. C.de noxa. act. facit quod dicit Iaſ.in l.non tantum. ff.de re iudic.circa princip.poſt Raph.Cum.ibi, quòd priuilegium ſingulariter conceſſum extenditur ad aliud ratione correlationis, per l.ſi.C.de indict.viduita.tollend.& l.j. C.de cuprel. li. xj.& alibi ſæpè: quoniam (vt inquit) in materia non ſolum priuilegiata fit extẽſio, ſed etiam in correctoria & pœnali, in quam odioſa eſt extenſio, vt ibi per eum,& Felin.in procœ.Decret.& Franc. de Curt.cõſil.v.feudorum.ver.abſoluto capite.cum aliis infra allegandis. Tum alia ratione per ipſum Chaſſanæum ibi in quæſtion.præceden. incipien. ſed iuxta prædicta quæro adducta: quia non videtur filiam viuente patre, & eo inuito poſſe agere, vel ipſum cogere ad agendum contra ſubditos pro talea imponenda pro dotis adiutorio: ergo poſt mortẽ patris poterit. Sed illa ratio adhuc in caſu ſuo non videtur ſubſiſtere:
†iudex ex officio ſuo filia etiam non petente poteſt 4
cogere patrem negligentẽ,& inuitum, ad congruenter ipſam dotandam, in ætate tamen exiſtentem, vt tenet Baldus in dicta l.final. C.de dot.promiſ.vt ſtatim dicam,& latè Baldus nouell.in tractatu de dote. verſi.& ex illa.l.qui liberos.& verſi.nunc reuertor.& Aufred.quæſtion.Tholoſ.ccxij. quia hoc ius taliandi quocunque veniat modo etiam ad extraneum, ſiue ex promiſſione cum patre in traditione rei ab initio facta: ſiue ex conſuetudine tranſit ad filiam: quoniam hoc priuilegium patri in fauorem filiæ conceſſum, æquipollet naturę, vt dicit Baldus in l.ſiue poſſidetis. in ij.quæſtione.C.de probationibus. Ioann.Andr.in c.fin. de conſuetud. lib.vj. & natura communis eſt l. hos accuſare.§.omnibus. ff.de accuſatio.& Bald.in l. vna.verſicul.pone filius.C.de conſeſſ. Sed naturaliter pater tenetur filiam dotare, l.obligamur.§.lege.ff.de action.& obligat. & l.qui liberos. ff.de ritu nuptiar. & dicta l.fin. de dot.promiſ.vt ſupra in præceden.q. dictum eſt. Et Deciſ.capellæ Tholo. q.ccxc.& Fran. de Curte.conſil.xxxix. †Et ad hoc poteſt præcisè co- 5
gi per iudicem etiam mulcta indicta, vel pignoribus captis, vel etiam ipſius in carcere detentione, prout ad id pro alimentis filio præſtandis cogi poteſt, l. ſi quis à liberis.§.ſi quis ex his.ff.de libe. agnoſc. vt tenet Bal.nouel.in d.verſi.nunc reuertor. †Et hoc ſe- 6
cundum eum filia petente, vel querimoniam modo honeſto contra patrem faciente: aut pro ea (ſi pudicitiæ rubore non audet coram iudice comparere) conſanguinei & cognati etiam ſine aliquo mandato inſtare poſſunt: & petere patrem cogi ad maritandã, & congruè dotandam ſuam filiam, cum ratione cõiugij alias poſſit cognati adire prætorem, l. ſi cum dotem.§.ſin autem.ſol.matri. prout factum extitit in curia per parentes,& cognatos Ioan. Boulhon. Burgenſis Burdegalæ, cõtra ipſum inſtantes ad ſuam dotandam filiam. † Et aduerte, quod hoc caſu filia et- 7
iam minor poteſt eſſe in iudicio ſine cõſenſu patris, ſub cuius poteſtate eſt, cap.final. de iudi.lib.vj.dum loquitur de annexis ſpiritualibus, prout eſt dos annexa matrimonio, quæ eſt quid ſpirituale, per not.in authen.quòd locum.C.de colla.& tenet Roma.conſil. cccclxxxvj. exordien. in caſu propoſitæ conſultationis. †Et etiam videtur patrem teneri, ſi ſine eius 8
conſenſu filia matrimonium (tamen eius dignitati dignum) contraxerit, vt per Bar.& Doct. in d.l.obligamur.§.lege.& Bar.Bal. Ang.Salic.Paul.de Caſt.in d.authen.res quæ.& ibi Iaſ.verſi.quarto quæro.com. de leg.& Sylua.nup.verſic. quinto ſi pater. & Ioann. Campez.in tract.de dote.j.parte. q.xiij. & Salicet. in l.prouidendum.C.de poſtulan.& Chaſſa.in titul. *des iuſtices*.nu.xvj.cum pluribus ſeq.& Bal.nouel.in tractat.de dote. verſic. ſed quid ſi filia.cum aliis per nos allegat.in §.j.in addit.in verſ. adde an pater teneatur dotare.de conſue.mat.lib.conſuet. & Franc.de Curt. in prælleg.conſil.xxxix.dum tamen filia (vt dictum eſt) nubat pari, text.in l.creditor.§.j.ibi, velim certus ſis ſecundum dignitatem tuam contrahere te matrimonium.& ibi gloſſ.in verb.contraxere. ff.mandati. quem tex.commẽdat ibi Bal.multum, allegans illud Ouidij, Si qua voles aptè nubere, nube pari. Sed omiſit alium Ouidij præcedentem verſum, quem ponit Ioan.Fab.in rub.de nup.iſti. Quam malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci; Tam premitur magno cõiuge nupta minor. Si igitur velis aptè nubere, &c. & pro hoc tex.in l.ſi filius eius. ibi, dummodo eam filius ducat vxorem, vel filia tali nubat, vt eius conditionem

tionem certum ſit patrem non repu[illegible]naturum. ff. de ritu nupt.& in l.obſeruandum.eod.titu.& ibi gloſſ.j. dicit magnas mulieres pro magnis remanere,& tex. in c.ſuper eo,de teſtib.ibi,conſul. T.T.R.quòd cum pater filiæ incrementum, & honorem videatur diligere,vbi vir ſuperior eſt diuitiis,& nobilitate potentia,vel honore.& Deciſi.capel.Tholoſa.quæſt. cxc. prælallegata,& text.in l.quæro. ibi, dignitate. & ibi
9 Bal.ff.de iure do.& infrà aliquid dicam. †Et non ſolum tenetur ad dotem,ſed etiam ad id, quod eidem filiæ in tempus nuptiarum eſt per alium relictum, iuxta no.in l.de diuiſione.cum l.ſeq.ſol.mat.& quando dies lega.cedit per totum.C.& ff.de quo per Bar. in l.Titio centum.§.Titio genero.& ibi per Mod.ff. de condit.demonſtr.& Benedi.Capra.conſilio lxxij. verſic. circa quod cadit triplex dubitatio. Et aliquid
10 in conſil.lxxviij.in primo dubio.†Præterea cum pater ſit debitor dotis,non eſſe debet in ipſius poteſtate debitoris tollere obligationem, Licut.Cod. de act.& obli. quia ea quæ ſunt inducta in fauorem publicum,vt hic,(& ſtatim dicam)mutari non poſſunt, vel tolli ex diſpoſitione hominis,l.quod de bonis.§. fi.ff.ad leg.Falc.& Iaſ.in d.auth. res quæ. verſic. decimotertio.Ergo filia hæres ſui iuris,& bonorum effecta domina poterit pro ſe ipſa talem imponere, cum feudum,& homines ſuos,ac cætera bona in dotem poſſit dare,c.j.an maritus ſucc.vxori .& ibi Bald. & Card.Alex.& in c.j. de inueſtitu. quam Titius accept.à Sempronio,& in capitu.j.de eo qui ſibi & hæredibus ſuis.& l.mulier bona.ff.de iure dot.& ibi Iacobus de ſancto Georgio & Doctores in capitulo nuper.de donat.inter vir.& vxor. & Ioan.n.Fab. in l. nulla.C.de iure dot.dicit,quòd hodie de conſuetcõmuni omnia videtur dediſſe, niſi aliud fuerit cõuentum. Et latè Franc. de Cure.in iij.parte feud.quæſt. iiij. & v.Bar.in ſua eleganti quæſtio. mulier habens. & Maria Socin.conſil.xix.pro Deciſi.vol um.j.& domin.de Rota Deciſio.j.ti.de feud. in nouis,cum aliis per nos alleg.in §.vj.& vij.in glo.j.verſic. & not.titu. de conſue.feud.Bald.in authen. res quæ prælallegata. & ibi Alexan.in prima addit. ad Bart.. circa medium ibi,quamuis feudum non poſſit in dotem, &c. c.j.§. donare.qualiter feud.olim alie.pot.& ibi And.de Iſer.Aluaro.& Cardin.Alexan.vbi intelligunt pro filia ſua vel filia pro ſe ipſa, per iura ſupra alleg.& Iaſ. in d.authent.res quæ.verſicul. limita iſtam communem.& conſil.lxv.breuiter omiſſo latiore verborum apparatu. volum.j. & in terminis tenet de Afflict.in dict.conſtitutio.Neapol.fol.284.. num. xxij. & Alex. conſil.lv.verſicul. circa ſecundum dubium.libr.iij.& etiam probatur per d. authent.res quæ.& vnde ſumi
11 tur,† patrem vel filiã bonarelti.utioni ſubiecta poſſe ex cauſa dotis,vel donationis propter nuptias marito ſuo dare:de quo per Iaſ.ibi in v.& vj. not.& ver. extra gloſſ.reaſſume materiam,vbi prædictam regulam xvij.ampliat modis,qui multum faciunt ad hanc Deciſio.& ſignanter vij.ſuprà allegat.& xiiij. & Bal. conſil. lxxij. filia de reſtituendo poſt. mortem ſuam. volum.in.ij.& Socin.conſi.lxv. in principi. volumin.j. vbi regula prædicta non ſolum habet locum in muliere, ſed etiam in eius ceſſionario, cum mulier dotalia ceſſit iura, quanquam hoc priuilegium ſecundum Iaſ.videatur perſonale, & diuerſa eſſe inter eos ratio,tamen tranſit:qui allegat.Paul.de Caſt.in conſil.cccxj.aliàs eſt numer.meorum xv. circa ea quæ ſuperius pleniſſimè tacta ſunt per ſubſcriptoseximios. in vltimo dubio,volum.antiq.& idem Socin.in dicta xij.regu.verſicul. amplia xv.vbi etiam allegat dictum conſil. Paul. de quo per Bartol. & Modern.in l.poſt dotem.ff.ſoluto matrim. † Et quòd filia rem ſubiectam reſtitutioni poſſit pro ſe ipſa dare, tenet gloſſ. 12
in Là filia.in princip.in verſicu.datum quam ibi Doctor.communiter ſequuntur. ff. ad Treb.per text in l.mulier.§.cum proponeretur.eodem titu. & ibi per illum text.Bald.in l.voluntas.C.de fideicomm.& ibi Corn.verſ.& dicunt Doctο.quod prohibitus.& hoc vſque ad legitimam.& Trebellianicam.& per Doct. in d.authen.res quæ.& ibi Iaſ.verſ.adde quod etiam. & Socin. conſil.lxxv. volentes etiam, quòd ſi legitima,& Trebellianica ad dotem ſecundum ſuę perſonæ dignitatem non ſufficiant,illa omnia bona reſtitutioni ſubiecta poſſit in dotem dare, ſequendo Bal. & Paul.in d.authent.res quæ.& Pau.in d.§.cum proponeretur.† niſi filia haberet aliunde vnde ſe dotare 13
poſſet, per illum textum , & idem Paul. conſil. prælleg.conſil.xv.& etiam conſil.ccclviij.aliàs cclxxxiij. pro declaratione primi dubij verſi.ſuper octauo.volum.antiq.& conſil.lxxviij. viſa facti narratione ſatis longa.verſic.circa octauum quæſitum.vel.nouorum. & Ioann.de Anan.conſil.lxj.verſicul.illud autem certum eſt.& ibi Bologn.in addition.in fin. & Socin.in d.regul.xij.in iij. Fallen. & Franciſc. de Aret. conſil. xxxvij.quod incipit,ſequendo ordinem. verſic.venio ad tertium dubium , & pro hoc text. in l.quæro.ibi, dignitate.ff.de iure dot.quem Bald. ij. not. pro mulieribus nobilibus,quæ maiori indigent dote,quam ignobiles. quòd eſt verum ſecundum eum nubendo pari:ſectus ſi inferiori,l.iij. C. de dotis promiſ. vt ſuprà dictum eſt. Tum hic eſt geminus fauor , ſcilicet eius, & dotis, qui operatur id quod aliàs ſimplex fauor non poſſet,l.quod & lex Fauia.§.ſi eum quis.ibi, pietas enim gemina.ff.de lib.hom. exhib. & cum his concurrit reipublicę fauor,l.j.& l.Caius Seius.in fin. ibi,fauore enim nuptiarum,& maximè propter affectionem perſonarum,&c.ſolut.matrim. quare præferatur vtilitati rei priuatæ,& ibi per Barto.& omnes, & in d.authen. res quæ. vbi ergo tractatur de fauore publico iura exorbitantia ex identitate , vel rationis maioritate extendi debent,ſecundum Barto.& alios in repetitio.l.ſi conſtante.in princip. quæſtio.ix.primæ partis principa.ſoluto matrimo.cum aliis alleg. per Iaſ.in dicta authentic.res quæſtion.verſicul.confirmo quia hæc.& Alexand.in l.j.verſicul.vn.de ſto cum communi ſententia. C. de teſta. †Et licet pro filia, 14
vel ſorore maritanda dominus talcare poſſit ſubditos,tamen pro filio vxorando de iure non poteſt, vt tenet Spec.in d.§.quoniam.& Doct. ſupra in quæſt. prędictis allegari .nec etiam pro ſe dominus:& ratio diuerſitatis eſt, quia quando pater ſe maritat, vel filium ſuum,recipit dotem vxoris, vel nurus, & fit ditior:ſed quando nuptui tradit, illam dotat de ſuo, & fit pauperior. ideo tũc tenetur vaſallus iuuare dominum,vt crebro dictum eſt. Et idem tenet de Afflict. in dict.conſti.Neapo.fol. cclxxxiiij. nu.xxj.ver. quarta dubitatio. † Et hoc verum niſi dominus expreſſi- 15
legio hoc haberet,vel conſuetudine, quod pro filio, vel fratre alib extra domum maritando (quos aliquando contingit ad vxoris domum cum certa pecuniæ ſumma accedere. l.mulierem. ff. de ritu nupt. quod eſt ſignum maximæ triſtitiæ,vt dicit Franci.de Crem.ſing.lxvj.ver.fallit.& alibi dixi) talcam imponere poſſet,vt ſentit Bald.in l.at vbi,quam legit cum l.vtrum.ff.de petition.hæredit. & ipſum ibi ſequitur Ang.eius frater in quæſt. de Rege aut Barone collectas imponente,quos ſequitur Andr.Barba.in c.relatum.num.vij.de teſta.& Ang. de Claua. in ſua ſumma,in verb.talia.ver.ſed quando dicuntur. cum aliis infrà in quæſtionem.cxxx.incip.vidi plures in curia. Et pari-

ter nũc in cauſa domini de Gunello contra ſubditos ſuos, qui tenebantur non ſolum pro filiis & filiabus maritandis,aut monachandis ſoluere taleã,ſed etiam pro ſe ipſo maritando,ac profectò pro ſorore,&fratre extra domum vxorando,&etiam pro militia,nec non pro voto Hieroſolymitano.Et quod pro militia propria dominus ſi ex neceſſitate hoc fecerit, tenentur,voluit Iaco.de ſancto Georg. vbi ſuprà & de Afflict.in d.conſtitutio. Neapol. de adiutoriis exigend. num.v.& in ſeq.adiutoriis pro militia fratris.num.j. An idem pro faciendo filio milite,dic quod non,niſi aliud ſit de conſuetudine aut ſtatuto, vt eſt apud Neapolim, vt habetur in dicta conſtitutio. Neapoli. de adiutoriis exigend. & ibi de Afflictis num. v.fol. cclxxxij.& ibi plures alias quæſt.ſi ergo dominus exiſtente contractu, vel conſuetudine poſſit pro ſe ipſo vxorando imponere taleam, à fortiori magis atque etiam magis filia domina pro ſe primo maritanda.

SVMMÆ.

1 *Dominus, an pluries poſſit ſuos taleare pro maritãdis filiis.& nu.12.& 13.*

2 *Annus poteſt ſuos ſubditos taleare pro nepte maritanda.*

3 *Viduis non dandum quod dotandis pauperibus relictum eſt.*

4 *Dotare obligatus non tenetur niſi ſemel.*

5 *Pater, an filia emancipata, vel ſecundò nubentis dotem ſoluere debeat.& nu.6.*

7 *Vidua ſecũdò nubenti, aut religionem intranti pater tenetur ſuam primam dotem dare.& nu.8.*

9 *Serui, an cenſeantur qui ad nutum domini poſſunt pluries taleari.*

10 *Toties quoties, an infinitatem importent. & numer.* 14.

15 *Quoties, & rurſus, vel iterum, vel ſæpius quomodo differunt.*

16 *Sæpè, dictio verificatur de duobus vicibus, ſæpius de tribus,& ſæpiſſime de quatuor. & num.*16.17.& 18.

19 *Toties quoties, duas tantum vices includit. & num.* 20,& 22.

21 *Quandocunque, hæc dictio poſita poſt toties quoties, quid addat.*

23 *Pluralis locutio quando duorum numero contenta ſit.*

Quæſtio CXXXI.

Sextò,an dominus in prædictis quatuor caſibus poſſit pluries & ſæpiſſimè taliare,&cortiſare homines ſuos,etiam ſi dictum fuerit,toties quoties,vel quandocunque voluerit,vel per ſimilia verba,vel ad eius placitum,& voluntatem. Et an princeps poſſit ſuper hoc ſibi concedere priuilegium imponendi.

DECISIO CXXXI.

1 ET † videtur quod in tribus caſibus, ſcilicet militia, pro voto tranſmarino, & pro filia maritanda amplius quam ſemel imponere non poſſit: ſed vbi plures forent filiæ dotandæ tunc in perſona cuiuſlibet reiterari poteſt ſemel tantum, licet in hoc videatur dubium:tamen ita tenet de Afflict. in d.conſtitutio.Neapol.fol.cclxxxiij.num.x. vſque ad nu.xix.

2 † Et in illa ponit an annus poſſit imponere pro nepotibus ex filio primogenito maritandis,& numer.xxj. ponit,an pro amita teneatur. & tenet quòd ſic. Sed non tenetur pro vidua ad ſecundas tranſeunte nuptias,vt tenet Maſuerius in d.ti.de taleis.verſic. item quatuor caſus ſunt.& Guid.Pap.in d.quæſtio. lvij. in fine.qui allegat text.in l.boues. §.hoc ſermone. ff.de verborum ſignifi.in l.penul.C.de conſulib. lib.xij. & facit l.cum pater.§.pater certam.& ibi Bald.& Imo. ff.de leg.iij.& in l.dotis promiſſio. in fin.& ibi Barb. & Iaco.de ſancto Georg. ff.de iure dot.cum not.per Doctor.in l.eum qui calendis.de verborum obligatio.& idem Chaſſanæus vbi ſuprà.verſi. iuxta illud.in fi.& Ioan.Sanxon.etiam lib.conſuetud.Turon.& Io. de Garon.in repe.rubr.de ſecundis nuptiis.in xxxvij. pœna. & pro hoc text. in l.Titia cum teſtamento.§. qui inuita. ante finem. ibi, non eſt enim veriſimile patrem duplici proteſtatione dotis filium, eúmque hæredem onerare voluiſſe. ff. de legat. iij. & in l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem, ibi, non eſt onerandus hæres.eo.tit.quod inducit Bal.ad quæſt.in proœ. Decret. verſic. ſed pone quia mandauit bona ſua in dotandis mulieribus fore diſtribuenda, † quòd exe- 3
cutores illa diſtribuere non poſſint viduis pauperibus ad ſecundas tranſeuntibus nuptias: & voluntas eius intelligi debet de primis nuptiis. d. l. boues.§. hoc ſermone. & idem Iaſon in l. duobus. §.ſi ei cui. verſi.pro iſta glo.facit.ff.de iureiurand.cum ſimi.per eum alleg.Nam obligatio conuentionalis tollitur,& perimitur ex primo ſolutionis actu. l.prout.ff.de ſolutio.& §.præterea.inſti.quibus modis toll. obl. non tamen legalis obligatio,quæ eſt contra patrem, d.l. obligamur.§.lege.de actio.& obligatio.quæ tantum durat, quantum durat cauſa finalis inductiua ipſius obligationis,ſeu ipſa neceſſitas,vt dicit Bald.in l.qui per ſalutem.& ibi Doct.ff.de iureiurand.& Io.Campezius in tra.de do.parte quę.xxvj.accedat quod not. Ioan.Lacerier in tract.de iure primogenituræ. quæ. vj.in princip.& idem tenet Pet.de Antibó.vbi ſuprà quæſt.potes autem hic facere.in prin.ibi,ſi filiam vel filias maritaret,pro qualibet ſemel tantum.Et Pet.de Anch.conſil. cccxcvij.tria dubia. & pro hac Deciſio. eſt bonus text. & ſingul.in l.ſi ſocius pro filia. ff.pro ſocio.† vbi ſocij,qui promiſerunt filias de bonis cõ- 4
munibus dotare,non tenẽtur bis dotem eis aſſignare.& ibi Bald.in antiq.lectur.ante finẽ.ait dotare iterum ad officium non ſpectat tertij. ſufficit enim ſemel illam dotaſſe.allegat Spec.in tit. qui filij ſunt legiti.verſi.ſed pone.& idem Iaſ.in d.l. duobus. §. ſi ei cui.verſi.tertio facit tex.in l. ſocius allegans ibi Fulg. in v.notab.ita tenere per illum tex.ſingu.& idem Iaſon in §.fuerat. verſi. nunquid ſi filia.de actio.& in l. inter ſtipulantem.§.Iacram.verſi. tu aduerte vltra omnes.ff.de verbor.obliga. & de Neuiza. in ſua Sylua nuptia.verſi.quæro iuxta prędicta.ibi.& hoc indubitanter.& de intellectu illius leg.ſi ſocius pro filia.vide Socin.conſil.iiij.numero xxiiij.cum duob.ſequentibus & ſignanter num.xxxj. cum pluribus ſequentibus. vol.iiij.& Bald. conſi.cv.ante finem.verſ.vnde ſi vera ſunt quæ proponuntur.vol.iiij.† Sed in patre ſe- 5
cus,ſi filia vidua doloſè non cõſumpſit dotem,vt voluit Bar.quem ſequuntur Bald.Ang.Paul.Imo.Alex. & Modern.in l.ſi cum dotem.§.j.ſolut.matri.intelligẽdo ibi gl.in ver.ſupereſt. quæ tenet patrem teneri iterum dotare filiam, quæ ſuam amiſit dotem, argu. l.ſi.C.de dot.promiſſio.licet,vt inquit, quidam contra.& ſic duæ ſunt opinio. quòd ſi non dolo filiæ dos conſumpta fuerit,pater teneatur.Et iſta prima opin. glo.ſic per Docto. ſupradictos intellecta eſt vera.Aliàs ſi dolo filiæ ſeu negligentia fuerit perdita, non teneatur.& iſta eſt ſecunda.& idem tenent Bart.Bal.

Salic.

Salic. & Corn.in auth. quod locum.& ibi Iaſ.ver.ſecundo nota.ex hoc.C.de colla.& Deciſ. capel. Tholoſ.q.ccxc.Pau.de Caſt.conſ.lxxx.quia per ſupradictũ eximium conſultorem.ver.licet enim pater. & conſ. ccccxlij.viſo puncto ſupradicto.verſ. nam & hoc videmus.volum.antiq.& Socin.conſ.lxxv. verſi.primo. quia vltro.vol.j.& Barb.in d.cap.quæ in eccleſiarum nu.xx.de conſtitu.& conſ.xxij.volum.iij.vbi ponit.de eccleſia,quæ ſuit ſemel dotata,& perdidit dotem,an iterum debeat à domino ſeu patrono ſuo dotari.Nec huic deciſi.obſtat d.l. ſi ſocius pro filia. quoniam ibi onus & debitum dotandi proceſſit ex contractu, vt in caſu noſtro. Ideo non tenentur ſocij, aut ſubditi iterum dotare, ſed in patre procedit ex ordinatione naturæ.dicta l.obligamur.§.lege.ita Ange.in dicta l. ſi cum dotem.§.j.& iſta eſt communis,& vera opin. ſecundum Alexand.ibi,quicquid ibi dixerit Cuman. quem tamen ſequi videtur Soci.in d.l.j.§.quod ſi in
6 patris.num.xiiij.ſoluto matrimonio, † vbi ponit etiam de patre,quod non teneatur dotare filiam emãcipatam,quocunque modo dos fuerit conſumpta,vt ibi per cum,in quo dubito: quoniam licet filia non ſit ſicut prius in poteſtate conſtituta, & filiæ vxoratæ de conſuetudine Franciæ amplius non ſint ipſius patris,ſed in mariti poteſtate,vt dixi in §.iiij.de conſue. iur.perſon.libr.conſuet.Biturig.& ſublata eſt pariter differentia ſexus & patriæ poteſtatis.authent. in ſucceſſione.C.de ſuis & legiti.hæred.vbi in fine dicitur, niſi ſola naturali cauſa inſpecta. & vnde ſumitur. de hæredib. quæ ab inteſt. §.j. tamen obligatio ſeu affectio naturalis non tollitur per emancipationem, ſecundum gl.quam ibi ſequuntur Ioan. Fab.in §.in teſtibus.in princip.& Ioan.de Plat.& Ang. Aret.inſtit. de teſtament. & concluſionem prædictam communem ſequutus eſt Ioann.Campezij.in j. parte ſui tractat.de dote,quæſt.xxvj.& Signor.de Homed. conſi. lxxxviij.& Bald.nouel. in tractatu de dote.quæ eſt in
7 vj.parte.v.priuileg. & xvj.priuil. † Sed vbi vidua nubere vellet,pater tenetur eandem dotem ſibi conſtituere,auth.ſed quamuis. C. de rei vxor.action. & ibi Alberic.verſi.ſuper iſto §.& in l.fina.verſi.item quęro aliam quæſt.de dotis promiſſio. & Bart.in dicta l. ſi ſocius pro filia.per illum tex.& ibi Salic.& Bald.in ſua praxi,de extraordinar.quæſtion.verſicul.ſeptimo quæritur.& Franciſcus de Curt.iunior. conſi.clij.numero iiij.& Gulielm.Benedict.in repetitio.ca. Raynutius.nu.xvij.de teſtamen. Sed ſi in ſecunda † dote
8 nulla facta fuerit mentio de prima,an ipſa prima dos videatur incluſa,& comprehenſa,dicam infrà quæſt. cccxvij.inchoant.An promittens dotem ſecundo viro,videatur in dubio. Et idem ſi vidua velit intrare religionem, quod pater teneatur monaſterio ſuam primam dotem aſſignare, ſecundum Albericum in dictis locis proximè allegatis.& Angelus in dicta authent.ſed quamuis.Bald.in nouel. vbi ſuprà. ſequendo Ioann.Andræ.in additio.Specul.titul.de donatio. inter virum & vxorem.§.formatus.ſed ibi non eſt §. ſic incipiens.nec in titulo ſeq. de dote poſt diuor.licet ibi ſit.§.formatis inſtrumentis.ſed eſt in titu.qui filij ſint legitim.§.j.verſic.quidam Mar. de Fano,vbi allegat Vbert. de Bobio ita tenere in l.vna. C. de rei vxo.actio.& idem Cin.in dicta authentic.ſed quamuis.in iiij.quæſt.eod.tit.qui allegat gl.in §.ſed & hoc in præſenti.in authentic. de ſanct. Epiſcop. & idem Salicet.in d.auth.ſed quamuis.verſi. quæro nunc. dicens tamen non eſſe gl.in dicto §. ſed & hoc in præſenti.ſed ratio hoc ſuadet quamuis arguat in oppoſitum, quòd pater non teneatur dare, niſi quod conſuetum eſt dari illi monaſterio, conſiderata conditione perſonæ.& ipſum ſequitur Iac. de ſan. Georg. in d.l.dotem.ſed primum ſequitur Roma.ſingu. ſuo dcclxxiij.incip.authent.ſed quamuis.& Pau.de Caſt. conſ.xj.viſo dicto libello & contentis in eo. verſi. ſi vero nubat.volu. antiq. & etiam nouam conſtituere dotem,ſi dolo primam non amiſit, vt ſuprà dictum eſt.Guliel.Bene.in d.c.Raynutius.nu.xvij.& ad iſtam ſecundam dotem vaſalli, & ſubditi contribuere non tenentur. Et pro hac concluſione facit quod dicit Bal.in d.l.ſi.verſi.ſed nunquid ex caſu.de do.promiſ. ſtante ſtatuto vel conſuetudine quod frater teneatur dotare ſororem, ſi ſemel dotauerit, & caſu fortuito dos fuerit perdita,quod non teneatur amplius dotare,per text.in d.l. ſi ſocius pro filia. quoniam ſtatutũ non loquitur de duplici dote in perſonam vnius ſororis danda,ſed de vnica tantum dote, argu. l.ſi quis teſtamẽto.j.reſpon.de leg.j.ſed illam non inueni.ſed voluit allegare d.l. Titia cum teſtamento.§.qui inuita.de legat.iij. & ipſum ſequitur Felin.in c.ſecundo. verſi.Si ille eſt obligatus ad dotem.de treug.& pa.& facit d.l.cum pater.§.pater certam. & ibi Bald.Imo. & alij,& Iaſ.in d.l.ſi duobus.§.ſi ei qui.ver.xj. & in l. prætor.§.deinde.in fin.de noui oper.nunc. cum aliis alle.per Pet.Rebuf.conciuem,in repe.c.poſtulaſti.in gloſ.num. ccxx.de cleric.excom.mini.Sed vbi homines ex cõuentione ſunt taleabiles ad placitum,& voluntatem ac iuſſum domini,& toties quoties fuerint per ipſum dominum requiſiti, & taleati, de quibus facit mentionem Io.Fab.in d.§.in teſtibus. verſ.quid ergo dices de hominibus taleabilib. ad voluntatem. inſti.de teſta.& in §.fin.de donat.vbi ſentit,quòd eis poſſit imponere, non tamen quòd per hoc efficiantur ſerui,quamuis cenſeantur quodam ſeruitutis genere obnoxij.†Imò cenſentur ſerui, vt voluit Petrus 9
Heliç.in repet.§.lex itaque.in auth.de non alien.aut permut.rebus eccle.& in tract.de feud.verſi.ſed quęro nunquid aliquis poſſit fieri homo alterius per actũ: quia aliud nõ eſt dicere hominem meum quàm ſeruum meũ.lex enim ſeruos meos, homines meos appellat,l.ij.& iij.C.de Epiſc.& clericis.& l.cum fundus.§.ſeruum tuum.ff.ſi certum pet. Bened.in repet. ca.Raynutius.num.xviij.vſque ad num.xxvij.de teſtamen. Ob quod dominus poterit eos pluries ter, aut quater taliare,& cottiſare,propter verba toties quoties: † quia de eius natura eſt pluralitatem importare,& per cõſequens infinitatem.l.filiæ meæ quotieſcunque vidua erit.ff.de ann.lega. vt illa verba de aliquo operentur,l.ſi quando.ff.de legat.j.& l.j.in fin.ff. ad municip.& c.ſi Papa.de priuileg. libro vj.& ita in terminis conſuluit Alexand.in dicto conſi.cxlv.quoniam abundè & rectè. vol. ij.pro quo facit text.ſing. in l.ſi in annos ſingulos. ff. de ann. lega.vbi vſusfructus relictus quoties quis capite fuerit minutus, & caſu ſæpè adueniente repetitur,ſicut ſi actum eſſet iterum vel ſæpius,quod accipitur quoties opus fuerit, l.veluti.§.hæc iterum.iuncta gloſſ. ff.de edend. ad idem text. cum gloſſ. in c.ſua. ibi,ſemel & iterum.de appella.& ibi Bald.Abb.Sicu.& Cardi.Alex. num.vj. & Philipp.Franc.numer.vij.in l.oratione.cum gloſſ. verſic.& iterum.ff.de feriis.& in l.vna.in princ.& ibi gloſſ.C. ne lice.in vna ead.cauſa tert.prouoca.& in l. quid ergo.verſi.ſed quod dicitur debere ſubmittere, toties verum eſt quoties.& c.ff.de vſufru.†& ad hanc 11
Deci.facit textus celebris in l. ſi ita ſtipulatus fuero. de fideiuſ.quòd ſi Caius ſtipulatus fuerit à Seio,quãtã pecuniam Titio quandocunque credidero, ipſum præſtiturum, & Seius ſpoponderit, & ei fideiuſſores dederit,& poſt Caius crediderit Titio: quòd Seius & pariter eius fideiuſſores ad omnes tenentur ſum-

mas perſoluen.ias: pro quo facit quod in ſimili dicit Abbas Sicul.in capit. cum apoſtolus,verſi.Et collige ex hoc,& ex text.de cenſi. quod charitatiuum ſubſidium non ſolum ſemel,ſed pluries per eundem Epiſcopum exigi poteſt, dum tamen ſubſit cauſa rationabilis, & manifeſta. quod clarè dicit probari per illam text.ibi, aliquoties ſuperueniunt. de quo latius ibi per Henricum Bohic.& idem ibi Zabarel. in vi q.& Chaſſanæus libr.conſuet.Burgund.nu.xlj.tit.*des ſubſides*.ſicut enim viſitatio debet fieri per Epiſcopũ ſemel in anno.c.conquerente.de offi.ordin.& ibi gl. & Doct.& plenè Maria.Soc.in tracta. de viſita.libro xij.in prin. & de Papinis in ſuo tracta.de viſita.quod limitatur, niſi neceſſaria, vel alia legitima cauſa viſitandi ſubeſſet:quia nõ ſolum bis, ſed pluries per tex. in c.mandamus.de offic.Archidiac.ibi,niſi fortè talis cauſa emerſerit,propter quam Epiſcopum oporteat præfatas eccleſias ſæpius viſitare. & in c. cum venerabilis.de cenſib.ibi,&ibi per Abb.& Doct.Et tempore quo hanc ſcribebam quæſt. euenit caſus de domino Archiepiſcopo Burdegalen.moderno domino Carolo de Agromonte,qui pro ſuo iucundo aduentu ſubſidium charitatiuum ſupra clerũ ad ſummam quatuor millium quingentorum librarum Turon. de conſenſu cleri impoſuerat,vt prætenditur immoderatum : à cuius impoſitione nonnulli eiuſdem eccleſiæ canonici tanquam ab abuſu ad curiam appel-
12 lauerunt,vt infrà dicam quæſtio.cxxxij. †In contrarium reuertendo ad quæſt.facit text.in d.l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem. de legat. iij. vbi ſi teſtator legauit decem: & ſi illa legatarius perderet, rurſus legauit, quod intelligitur ſi poſt primam ſolutionem amittat legatum,quod hæres tenetur iterũ,& ſic bis,
13 &non vltra tertio loco ſoluere.†Quid dicendum?& gl.in d.§.ſi quis decem.ſoluit iſtud contrarium,quod aut aliquid eſt relictum aut promiſſum per hanc dictionem quoties,& tunc pluries exigi poterit, dicta l.ſi in annos ſingulos.& aliis ſuprà allegat.aut per dictionem rurſus,& tunc ſemel vltra primam. dict. §. ſi quis decem.& ſic intelligit, & concordat iura præ-
14 dicta,& eam ſequitur Alb.ibi poſt Cin.quamuis†ſecundũ eum dictio quoties,quandoque ad ſecundam tantum vicem extendatur, vt ibi per eum : & in eandem ſententiam inclinant Bar.& Io.de Imo.in l.qui bona.§.fi.de dam.infect. dum tractant de infinitate. & etiam Alexan.ibi,cum aliis per eum allegatis. pro quo facit text. in l. ſi duo. §.ſemel. ff. arbitr. quòd ſi clauſula fuerit appoſita,toties quoties fuerit contrauentum, & pluries contrauentum eſt, quod pluries ſoluetur,vt infrà dicam.pro quo facit quod dicit Bal. in ca.tua nobis.circa finem.de appellatio.quod ſi eſt data poteſtas arbitrio prorogandi compromiſſum ſemel & iterum,nõ intelligitur in infinitum,ſed pro duobus vicibus tantum. de hoc dixi infrà quæſtion. clxv.& Iaſon conſilio xxx.volum.j.vbi in verſi. quarto adduco.alleg. Bald. in dicta l. ſi duo §. ſemel. ſed hanc ſolutio.gl.reprehendit Iac.de Are.in d.§.ſi quis decem.quem ibi ſequitur Bart.quoniam.in caſu d.§. gloſſ.non dicit verum, ſi teſtator reliquerit per verbum quoties, vel iterum, quia tunc eãdem habet ſignificationem,quam habet dictio rurſus : & hoc ne hæres in infinitum grauetur:dum text. ibi dicit,non enim onerandus eſt hæres.ad idem tex.in l.fin.in fin. ff.de bon.author.iudic.poſſi.& ibi Ange.in fin.idem dicit.& ſic idem videtur in caſu noſtro,ne ſubditi in infinitum grauentur ab eis vltra binam vicem exigere ſubſidium:per quod eſt dare reſponſum ſecundum Bartol. ad d.l. ſi in annos. quæ loquitur in caſu quando vſusfructus quoties amittebatur, ad hæredem reuertebatur tanquam ad dominum. Ideo noua non grauabatur rei,aut pecuniæ præſtatione:quare eo caſu dictio quoties, intelligitur in infinitum, quamuis quælibet præſtatio vſusfructus dicatur noua,ſeu nouus vſusfructus ratione noui temporis : tamen ſemper idem eſſet vſusfructus, ſi non fuiſſet extinctus.Et ſic ſecundum eum ille.§.ſi quis decem.loquitur quãdo grauatur in præſtatione nouę rei,quod eſſet ſi nouam quantitatem diſtinctam à prima præſtaret.quare ſi illa quantitas vel ſumma relicta quam legatarius perdit,ad hæredem peruenerit, & pluries peruenisſet, pluries præſtaret hæres. d.l.ſicut in annos.& idem Felin.in c.ij.verſ.fallit quarto. de treuga & pace.& eodem modo reſpondet Bar.ad l.veluti.§. hæc vox iterũm. quia ibi etiam non grauabitur hæres,licet iterum atque iterum edat rationes & inſtrumenta:quoniam apud eum remanet ſemper tantundem,ſcilicet originale.ideo in infinitum extenditur: hic autem grauatur:quare nõ in infinitũ grauari debet. Vel ſecundum Bal.in d.§.ſi quis decẽ.l.præalleg. veluti.§.hęc vox iterũ loquitur in verbis,vbi quoties habet locũ ratio legis,habet etiam locũ ipſa lex. Sed in verbis teſtatoris,aut contrahentium, obligationis infinitas eſt euitanda.Et iſtud fuit dictum Cini in d. §.hæc vox iterum.quem ibi ſequitur Bal.ſed op.Bar. ſequitur Alex.ibi ver.vltimo not.& Iaſ.ibi ambas opin.ſcilicet Bar.&Cini amplectitur,quem §.hęc vox iterum legit cum l.ſi quis ex argentariis.§.prętor ait. in ſeptimo not.& in d.l.duobus.§.ſi ei qui.verſi.item limita. de iureiurando.& Bart.ſimilem fecit reſponſionem ad dict.l.ſi ita ſtipulatus.quod ibi etiam non grauabatur fideiuſſor,cũ ſæpius eſſet obligatus : quia ſępius mutuabatur:aliter creditor ſuum perderet debitum.Et iſtud dicit procedere ex præſumpta cõtrahentium mente.†Alias autem Bar.putat (ex propria 15
vocabuli ſignificatione)gl.bene dicere,ſcilicet differentiam eſſe inter dictionem quoties,&quotieſcunque, vel quandocunque ex vna parte, & dictionem rurſus,iterum,& ſæpius ex alia: quoniam in alia materia dictiones prædictæ eãdem habent, vt inquit, ſignificationem : & idem dicit Bar.in l.cum qui certarum.§.fin.ver.tertium remedium datur.ff.de verb. obligat.quem ibi ſequuntur Ang.& Franci.de Aret. & Bar.in l.j.§.ſi cui.ff.vt in poſſ.leg.& Ludouic.Gomeſius in §.rurſus.nu.vj.de actio.& Ludouic.Bolog. in d.l.duobus.§.ſi ei qui. in primis interpreta. de iureiur.& Bonifa.de Vital.in clemen. ſæpè.num.xliij. de verborum ſignificat. †Et idem ſi diceretur,quod 16
ſæpe imponere poſſet: quod verificetur in duabus vicibus,l.ſi quis.in princip. ff. de leg. iij. & in authent. de teſtibus.§.quia vero.in ca.conſideret.circa finem. ibi,ſemel vel ſæpe.de pœnitent.diſtinct.v. † Sed dic- 17
tio ſæpius, quod eſt comparatiuum, vt aliquid addat,requirit tres vices,l.ſeruos. ibi, bis vel ſæpius. C. ad l.Iuliam de vi publ.l.capitalium. §. graſſatores. ff. de pœn. Aliquando requirit quatuor vices,vt dicit glo.in l.cum quæſt.in verb.ſæpius.C.de leg.& ibi de ſancto Georg.num.ij. & in l.ſi idem cum eodem in ij.lectu.num.iiij.de iuriſdi.omn.iudi.& Archid.in c. nunc verò.ix.q.iij.& Alex.in l.ſæpè.verſic.in text.ibi, ſæpè ere iudi.†Sed dictio ſæpiſſimè,cum ſit ſuper- 18
latiuum,& addat aliquid ad comparatiuum, requirit quatuor vices. l. vbi autem non apparet. in princip. ff.de verbor.obligation. Sed hoc,vt inquit do Vital. vbi ſuprà relinquitur arbitrio iudicis ſecundum materiam ſubiectam,prout reperitur in iure quandoq; pauciores,vt ibi per eum. pro quo dicit Bald.conſil. incipien. quia ex facto ius oritur.verſicul. nec obſtat ſi dicatur.volum.iij.in nouiter expreſſis : quia in antiquis

tiquis non reperitur,quod dictio quãdoque, reſtringitur ſecundum naturam actus,cui attribuitur, argu. l.ſi vno.ff.loca.&l.damni.de damno infect.quoniam illa verba accipiuntur ſecũdum ſubiecta.n materiam etiam illa impropriando,vt voluit Alex. conſ.v.puto de iure lib.iiij.& Laſin proœ.n.feudo.verſi.ij.quia & in l.is qui p..tat.& in l.pro hærede. §.ſi quis.ff.de acquir.hær.edit.& licet verba intelligi debeant, vt aliquid operentur,vt dictum eſt ſupra,tamen operari non debent,niſi ſecundum naturam actus,de quo agitur,vt voluit Bal.in rubr.C.de contra.empt.quem ſequitur Alex.conſ.xxj.verſi.nec obſtat. lib.v. & Decius in l.quoties idem ſermo.ff.de regu.iur.& Socin. conſ.xlvij.verſicul.præterea omnes. & verſ.præterea
19 magis.vol.j.† Vnde dicit Bal.in d.l.ſi duo.§.ſemel.de arbitr. quod ſi pœna ſic promiſſa toties quoties fuerit contra factum, quod iſta promiſſio verificatur in vnica contrauentione, vt bis tantum exigatur pœna,ſi contra fiat.Et idem Hippoly.de Marſi.in repetitio.rub.ff.de fideiuſ.nu.xcix.& conſi.lxxx.nu.xxxvij. vſque ad nu.xliiii.inclusiuè.& quod not.Bal.in c.ſi. de conſuetud.& idem Ang.in d.§.hæc vox iterum.& Pau.ibi in princ.& Angel.in d.l.oratione.de dilat.& in l.j.§.fin.verſi.& credo eius opin. ff.de cuſto.reor.
20 † vbi vult, quod fideiuſſor qui tenetur repræſentare reum toties quoties videbitur iudici,nõ teneatur niſi bis, per tex.in d.§.ſi quis decem.nec obſtat ſecũdum eũ d.§.hęc vox.quia ibi renouatione nunquam renouatur grauamen, dicens ſe in quæ.cuiuſdam captiui, pro quo Bononien.promiſerat eum repręſentare ad omnem voluntatem magiſtri ſui, conſuluiſſe, quod facta bina repræſentatione erat liberatus. Et idem dicit in l.ſi finita in prin. de dam.infecto. & cum ſequitur Rom.in conſi. xv. plura ſunt quæ quæruntur. ver.quo ad quartum & Pau.de Ca.in d.l.duobus.§.ſi ei qui.ver.vlt.de iureiur.de Afflic.Deci.Neapol.xlvj. n.inj.& idem ſentit Ang.in l.quod ſi noluit.§.ſi quid ita.ver.tertiò not.iſtum §.de ædil.edict. quòd ſi quis promiſerit præſentare aliquem toties quoties fuerit ibi mandatum,quod intelligatur ſecundum fideiuſſorem materiam,ſcilicet vſque ad ſententiam.l.Græcè.§.poſt litem. de fideiuſ. etiam ſi à ſententia fuerit appellatum.auth.de iis qui ingredi.ad appel.in prin.
21 † niſi ſecũdum eum vltra verba prædicta toties quoties dixiſſet, vel quandocunque fuerit ei mandatum:: quia tunc poſt ſententia ad mandatum iudicis videtur eũ teneri repræſentare:vt illud aduerbium quandocunque, aliquid vltrà operetur, ac illius §.ſi quid ita dicens ibi illud fuiſſe dictum Bald. alibi,quòd eſt in l.qui crimen.q.inj.verſicu.ſed quid.C.qui accuſare non poſſunt.& ibi Alexan.in additio.& eos ſequitur Cæpol.in d.§.ſi quid ita.verſi.not.quintò iſtum text. & And.Barb.conſ.lj.nu.xij.vol.j. & conſ.50.n.xij.vo. ij.& conſ.xxiij. nu.v.eo.li. ſed Bar. in hoc vltimo tenuit contrarium in d l.ij. verſi.circa hanc l.quæritur. ff.de cuſt.reo. quem ſequitur Roma.in d.l.Græcè. §. poſt lite.n.& Ioann.de Imo.in d.l.ſi finita.volentes, quòd ſi quis promiſerit toties quoties tantum, vel quandocunque aut quotieſcunq; repręſentare,quòd teneatur poſt ſententiã repræſentare. Certè eandem habent ſignificationem toties quoties, ſicut dictio quandocunque,vel quotieſcunque,ſecundum materiam ſubiectam,quia important infinitatem. Et tenet Bal.in d.l.ij.§.ſi.qui ſatiſd.cog.& in l.ij.verſi.pretium quandocunque.C.de pact.inter empt. & vend. in quæſt.quando venditio fit cum pacto de retroũdendo quandocunque,quę non excluditur tempore. quem ibi refert Hier.Cagnol.in repetitio.nu. xl.vbi allegat tex.in l.nemo poteſt.& Aquen.ibi, ad finem de lega.j.ita tenere,ſed in hoc contrarium eſt verius, quod tali pacto.xxx.annis præſcribatur, voluit Laſin l. mater.circa finem.C.de inſtit. & ſubſtit. in l. petentes.C.de pac.& ibi idem Aquen.Et illud ſequitur Cagnolus in d.l.ij.num.xlij. cum ſeq. & idem Anto. Rubeus conſi.iij.exordien. De contractu mihi exhibito,etiam ſi dictum fuerit in infinitum, vt latè dixi quæſtio. clxxxij. inchoan. & per ſupradicta videntur ſoluta alia quæſtio.in princip.& in §.in gloſ.j.quæſt. vltim.de præſcrip.lib.conſuetud.Biturig.& opi.Bar. & Innocen.ſequitur Alexand.in d.l.ij.§.finali qui ſatiſda.cogan.& in d.l.ſi finita.tamen ibi non figit pedem.& reſpondet ad Bal.& Ang. & idem in d.conſi. cxlv.verſi.ponderandum.vol.ij. pro quo allegat text. in l.j.§.hæc autem facultas domino tribuitur toties quotiens ff.ſi famil.furt. feci.dica.& in §.j.inſtit.de eo cui libe.cauſa bona addi.ibi, in primis hoc reſcriptũ toties locum habet,quoties &c.quos Albe.in dictio. allegat in ver.toties quoties.& idem tenet Ang.Are. in tracta.malefi.in verſi.pro quibus Anto. fideiuſſit. verſic. idem ſi eſſet fideiuſſor.& Hippolyt.vbi ſuprà. num.100.& Laſin d.l.ij.§.fina.verſi.limita quando fideiuſſor.& idem in d.l.duobus.§.ſi ei qui.verſi. ij.intellige quia talia verba ſunt aperta ad infinitatem, ſecundum ipſos.Et in iſto caſu opin.Barto.de repręſentando aliquem toties quoties,vel quandocunque requiſitus fuerit, ſeruatur in curiis tam ſpiritualibus, quàm ſecularibus.Et hanc ſequitur Paul. de Caſtr.in d.l.duobus,§.quoties.de iureiuran.& Bonifac.de Vital.in tracta.malefic.titu.de comparito. accuſat.cum for.num.lxviij.& Geminia. conſ.xcvij. ver. & hoc oſtendit materia illius dictionis,quoties. † Et alia etiam opi. in caſu noſtro, ſcilicet in legato vel relicto, aut in ſubſidio, & talea pro caſibus prædictis ſuper homines ſubditos imponenda, vel etiam pœna in contractu pro conuentione promiſſa toties quoties, vel quandocunque contrauentum fuerit, ſeruatur quod bis tantum imponatur,vel exigatur, ne grauamen hominibus nimium fiat,vt conſuluit Cu.conſi. clxxxix.ver.Quinimo propter clauſulam,quòd toties committatur quoties contra factum fuerit. Et idem Fulg.conſ.cxij.poſt princ. & Bal.conſ.ccxcix.nobiles viri.verſic. redeo ad primum.& in conſ.ſequent.ccc. verſicu.Et dico,quòd pluralis locutio.vol.j.† Dicens
23 quòd ſi ex multis pluralibus poteſt reſultare inconueniens,aut magnum grauamen partis, & tunc pluralis locutio duorum numero eſt cõtenta.d.§.ſi quis decem. Si vero non reſultat aliquod grauamen, ſed potius eſt iuſtum conueniens, nec illud conueniens eſt magnum partis grauamen.tunc intelligitur quoties opus eſt, id eſt quoties iuſtum eſt, & ſignanter quando agitur de obligatione multiplicãda, vel prorogãda,quod ſufficiat bis.d.§.ſi quis decem. niſi ponatur verbum vniuerſale quocunque tempore,l.qui Romæ.§.Callimachus.in fi.de verb.oblig. vt ibi per eum. Tamẽ moderari debet ad arbitrium boni viri, vt dicit beatus Antonius in ſua ſumma parte ſecunda, titul.j. c.xiij. §.j.& hoc dictum fuit Innoc.in d.c. cum Apoſtolus.prout refert Alberic.in ſuo dictio.in verbo,talea ſiue exactio. tamen Innoc. meus ibi hoc non dicit & idem Alexand.in d.l. placet. de excuſat. mun.ibi, & etiam dum ipſe moderata imponat.per text.in d.c.cum Apoſtolus. & aliis per eum alleg. Et circa taleam hominibus imponendã, ponit Maſuer formam & modum taliandi.in d.tit.de talcis,verſi.itẽ prædicta talea quatuor caſuum. ad quem recurre. Et per prædicta videtur principem non poſſe priuilegium ſuper hoc concedere,vt vltra binã vicẽ poſſit dominus exigere taleã à ſubditis pro caſibus prædi-

ctis,aut aliis,cum sit nociuum,argu. c. suggestum.de decimis.& tenet Matth.de Affict.in d.constit. Neapol.de adiutoriis exigen.fol.cclxxij.num.iij.

SVMMÆ.

1 *Præscribi quando possint seruitia, quæ vasallus domino debet,& num.2.*
3 *Dominus an augere possit censum subditis suis, & num.5.*
4 *Seruitia noua & indebita præsumuntur per vim extorta.*

Quæstio CXXXII.

Septimò & octauò,quia suprà dictum est quod alleganti libertatem incumbit onus probandi, sed an contra dominum, qui non indiguit seruitio vasalli non consistente in præstatione annua, sed in casibus,scilicet in filia maritanda, & aliis supradictis,cùrrat præscriptio,quæ liberet vasallum.

DECISIO CXXXII.



1 Ide †quod non, per text.in c.j.§. licet vasallus.ibi, quantocunque tempore. & ibi Bald. Aluarot. & Cardin. Alexan l. si de feudo defunct. conten. sit inter dom. & agnat. quia per eius effectum dominus cēsetur esse in quasi possessione seruitiorum, argum.l.arboribus.§.de illo.versi.inde tracta. vsque ad
2 finem.ff.de vsufru. †Nisi dominus seruitio vsus non fuerit quando indiguit, & ipse vasallus fuit in bona fide,vt ibi per eos.& Abb.Sicul.Iuno.& Felin.in cap. ad audientiam.versic.in quantum Abb.de præscri.& Imol.& Bald.in c.ex parte Adæ.de testibus. & Felin. in c.cum accessissent.versic. hanc regulam limita.de constitu.& bon.tex.in c.sancimus.de feud. sine culp. non amitten. Ideo certat prouerbium, si necessitas non exigit,tamen patria non remittit,vt dixit text.in l.in filiis.& ibi Bar.& Doct.C.de decu.lib.x.& Bald. cons.xliij.circa fin.vol.j.& tenet Flo. in l.hæc autem iura.ff.de seruit.vrb.præd.& Iaco.de sanct. Georg.in tracta.de roydis seu operis, versicul.quintò finitur.& Masuer.in sua praxi,tit.de præscrip. & Alb.in d.rub. de mmer.& ho.num.xiij.versi.sed pone quia aliquis habet homines. & Albertus Brunus in consil. præalleg.cxxxij.versicul. nec extat vt præsupponitur memoria.& Francisc.Ballus in tractat. præscriptio. fol.
3 xxxiiij.num.lvij.†Et circa viij.q.si dominus augmentauerit censum, vel reditum antiquum suis subditis non consentientibus,nec volentibus, valeat,concluſum fuit,quod non,per tex.in d.l.cum satis.§.caueāt. & ibi Iac.Rebuff.de agri.& censi.li.xj.C.& Io.de Pla. in l.domini.eo.tit.& in l.missi. de exact. trib.lib.x.& in l.quicunque.& l.pen.de omni agro deserto.lib.xj. & Spec.tit.de censib.§.nunc dicendum.versicu. sæpè quoq; c.cum versic.seq.& Bald.in cap.j. qualiter vasal.iura.deb.fide.† quia noua,vt inquit,seruitia inde-
4 bita presumuntur per vim,& impressionem extorta. Vt ita dicit se respondisse cuidā magnifico viro cum super illa materia consulenti. Et ad hoc cum allegat Bertrand.consil.xvij. vol.j. cum aliis per eum allega. & Iacob.de sancto Georg.in quæst. feud. quæst.vlti. quas ponit in fine. ff. de iure dotium. sed solum tenentur ad veterem reditum præstandum, secundum Petrum Iacobum in sua praxi,& alios suprà & in prima,& etiam præcedenti quæst.alleg. & pro hoc bonum texcum in l.j.& ibi Bar.Ioan.de Plat.Iacob.Rebuff.& Luc.de Penna. C.in quibus cautis coloni dominos accus.po.& in l.coloni.ibi, exceptis super exactionibus.& c.eod. titulo.& in l.j.C.de pascuis pub. lib.xj.signanter per Iaco.Rebuf.& Bal.in l.cum multa.C.de bonis quæ liber.Alexan.consi.cxlv.quoniam abundè & rectè lib.ij.& Luc. de Penna in d.l.j.de superindic.versic.hæc eadem possent dici in quæst.qua quęritur,anRex possit augere seruitia bonorum feudalium maximè antiqua &c.& ad hoc text. in c.cum Apostolus.§.prohibemus. & c.grauis. & c. prohibemus.de censi.& in c.ij. & ibi per omnes. insuper Io. de Anan.in iij.no.de Iudæis.& tenet Alberic. in l.diuus.§.vsu legato.ff.de vsu & habit.in l.vlt.C.de offic. præfect.præto.orien. †Hoc verum, nisi de consensu 5
eorum augmentum factum fuisset,vt volunt Doctores suprà allegat. Et conclusionem prædictam tenet Decius cons.cxcix.& sic etiam per ordinationes Ludouic.xij.artic.cxxxix. ordinatum & prohibitum dominis exigere de nouo à subditis suis. de quo per Guido.Pap.q.ccvij.& ccclxxij.quę iura videntur regalia.c.vno. quæ sunt regaliæ, angariarum perangariarum,& plaustrorum.& ibi Aluarot. & quid si fructus fuerint aucti,an tunc dominus possit.

SVMMÆ.

1 *Prælatus potest clero imponere charitatiuum subsidium.*
2 *Charitatiuum subsidium an imponere possit prælatus inferior Episcopo.& nu.3.*
4 *Fructuum arrentatio nō comprehendit id quod datur pro iucundo aduentu.*
5 *Charitatiuum subsidium retinere videtur, qui episcopalia iura remittit.*
6 *Episcopalia iura remittens adhuc videtur quædam retinere.& nu.7.*
8 *Episcopus à quibus rebus non possit ecclesiam eximere.*
9 *Charitatiuum subsidium præscribi non potest.*
10 *Episcopalia iura quæ possint per inferiorem præscribi.*

Quæstio CXXXIII.

Iuxta pollicitationem suprà quæst.cxxxj.factam deArchiepiscopo Burdega.cui in suo iucundo aduentu per clerum, vel maiorem partem illius fuit charitatiuum subsidium ad summam quatuor mille quingentarum librarum Turonen. vsque concessum: & supra dicta summa per commissarios ab ipso clero electos,& deputatos cotisata,& super clerum imposita: à qua fuit per nonnullos eiusdem ecclesiæ canonicos,& abbatem sancti Romani Blaye cum suis monachis & adhærentibus tanquam ab abusu ad curiam appellatum: dicentes non potuisse illam sine causa rationabili imponere, ac etiam esse immoderatam, & nimium excessiuam: & pariter aliquos ex eis ab huiusmodi subsidio ex priuilegio exemptos. Quæritur primo, an Archiepiscopus, aut Episcopus, vel alius inferior prælatus possit charitatiuum imponere subsidium,etiam præscriptione non soluendi obstante,ita quod præscribi non possit.Secundò,quando,& ob quam causam,& quid, & quantum imponere possit. Tertiò an illud omnibus tam subditis,quàm exemptis imponere,& exigere possit.Quartò an ad illius solutionem possit eos coercere &excommunicare.Quintò,an clerici ex tali charitatiuo subsidio se grauari sentientes possint tanquam ab abusu ad supremam parlamenti curiam, vel ad quem alium pellare debeant & prosequi.

DECISIO CXXXIII.

T †quo ad primam q.non est dub ū, quin 1
Papa,Cardinalis,Patriarcha,seu Archiepiscopus siue primas,ac Episcopus possit charitatiuū imponere subsidiū, tamen moderatum

ratum. De Papa patet in c. fin. de dila. Et etiam patet quando petit decimam fructuum, c. ad deliberādam. de Iudæis. & cle. ti. de deci. & Anto. de Butr. in c. peruenit. in fin. de immunitate eccle. & Gemin. conſil. lxxij. verſ. ſed quia Papa. & Petr. de Belluga in Spec. princ. cxvij. num. vij. De aliis prælatis patet in c. conquerente. de offic. ord. & c. cum Apoſtolus. & prohibemus. de cenſib. & c. quia plerique. de immunitate eccle. & cle. frequens. ỹ. in exigendo. de exceſ. prælat. & vtrobique per Doct. & in extrauag. Benedi. xij. vas electionis. de cenſi. quę commentata fuit per Ioann. Franc. de Paninis, & inter communis extrauag. ſita, & quam inſerit idem de Paninis in tract. ſuo de viſitatione, vt refert Felin. in c. cum ex officij. verſi. cæterum eſtote memores. de præſcrip. & idem de Paninis in tract. ſuo de charitati ſubſi. & Gemi. in d. conſ. lxxiij. verſic. nec mirum, quia id poſſunt Epiſcopi. & Petr. de Belluga. in Speculo principis num. vj. & Iac. Bonaldi. in addi. tract. de iure genituræ. Ioan. de terra rubea in ij. arti. primi tract. in verſicu. theſaurizare. in princi. & Chaſſa. lib. conſue. Burg. ti. *des iuſtices*. nu. xj. & ſeq. vſque ad nu. xxix. Et inter quatuordecim iura Epiſcopalia quæ Abb. Sicul. enumerat in d. c. conquerente. iſtud eſt vltimum. & idem in cap. dilectus. poſt Inno. ver. quintò eſt de lege diœceſana charitatiuum ſubſidium. de offi. ordin. & Bald. in l. ſi quis ad declinandam. verſi. item ad charitatiuum ſubſidium. C. de Epiſcop. & cler. & Luc. de Penna in l. generali. verſicu. an autem authoritate propria Epiſcopus. C. de decurio. lib. x. & Alb. in rub. C. ſine cenſu vel reliquis. † Et idem videtur dicendum in aliis prælatis inferioribus Epiſcopis, vt voluit gl. contra tamen text. in d. ca. cum Apoſtolus. ỹ. prohibemus. ibi, archidiaconi vero ſiue decani nullas exactiones, ſiue taleas in presbyteros, ſeu clericos exercere præſumant. & glo. ibi in verb. exactiones. dicit, niſi ex cauſa rationabili & manifeſta: quam ibi ſequuntur Roſre. & Goffr. & Archi. in c. dilectum cenſinn. xciiij. diſtinct. in princ. & ibi videntur ſequi Domini. & Cardi. Alexand. remittentes ſe ad per eos dicta in c. cauen-tum. x. queſt. iij. & in ca. iuxta ſanctionem. xvj. quæſtio. j. ſed ibi loquuntur in Epiſcopo: ſed communis opi. eſt in contrarium, quòd non poſſint, niſi hoc habeant ex priuilegio aut conſuet. vt tenet Hoſt. in d. c. cum Apoſtolus. quem ibi ſequitur Abb. verſi. in gl. in ver. exactiones. & Feder. de Senis conſil. ccxviij. aut † niſi eſſent ſuperiores, & capita alicuius ordinis, vt in priori generali totius ordinis Eremitarum. Camaldulen. vel alterius ordinis, vt voluit Calde. conſ. iij. de cenſibus. idem de Paninis in d. tracta. & Chaſſa. in d. tit. *des iuſtices*. nu. xxvj. xxvij. & xxviij. † Et de Archidiacono, & eo quod datur ſibi in ſuo iucundo aduentu, quod cedat eius firmario facit mentionem Old. conſi. ccxix. & gl. prag. ſanct. ti. de annatis. ỹ. voluit tamẽ. in verb. fructibus in fin. vbi dicunt quòd in venditione ſeu firma fructuum Archidiaconatus, nõ venit iucundus aduentus, qui potius debetur perſonæ Archidiaconi, quam Archidiaconatui. arg. l. j. ỹ. penulti. ff. ſi quid in frau. pat. pro quo tex. in c. generali. & ibi Domin. in prin. verſi. not. pro conſuetu. antiqua. de elect. lib. vj. & in l. vſufructu legato. & ibi Bald. & latius Albe. in vltim. quæſt. de vſufr. & Fel. in d. c. accedentes. ver. ſimile eſt quod ſcribit Oldr. & dixi ſuprà quæſtion. xix. inchoan. quò ad ſecundam quæſtio. videtur. quibus adde Bald. in l. diuortio. ỹ. quod in anno. verſicu. quærebatur. & ibi per Modern. ff. ſol. matr. & Paris de Puteo in ſyndi. in verſi. prouentus. ver. tamen hoc fuit conſil. Oldr. & quid de capitulo ſede vacante, an poſſit imponere hoc ſubſidium, & glo. in ca. cupientes. ỹ. ad hoc. in verbo, aliun. de. de elect. lib. vj. tenet quod ex cauſa poſſit. de quo ibi per Docto. & d. cam in ſeq. q. † Et taliter hoc ius conſuetum petit Epiſcopo, vel Archiepiſcopo, quòd ab eo eradicari nõ poteſt, quia remittendo iura Epiſcopalia, non videtur charitatiuum auxilium remittere, vt tenet Hoſt. Ioann. And. Ant. de But. & Abb. Sicu. in capit. cum venerabilis. de cenſi. † Quinimo ſecundum glo. pen. videtur ſemper retinuiſſe quatuor iura, ſcilicet procurationem, viſitationem, correctionem, & cathedraticum. Et idem Mari. Socin. in tract. de viſita. lib. xj. quæſtio. vj. xiij. in principal. quæ. verſic. ſecundo limitatur. & Gulielm. Roullo in compendio inſtitiæ, verſicu. proſequendo propoſitum. & Hoſt. in cap. j. de ſtat. regu. & Henric. Bohic. in d. c. cum Apoſtolus. verſ. dicit tamen Innocentius. † ſed Ioann. Andr. & Doct. in d. cap. cum venerabilis. addunt alia quatuor iura Epiſcopalia, ſcilicet reuerentiam, charitatiuum ſubſidium, inſtitutionem authorizabilem, & ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis. † Licet ſecundum eos in quinque ex prædictis caſibus poſſit Epiſcopus expreſſe de conſenſu capituli eximere eccleſiam per modũ cuiuſdam vicariæ perpetuæ, tamen à cathedratico, reuerentia, & ſubſidio charitatiuo non poteſt, vt ibi per Abba. licet poſſit conſue. minui, tamen non in totum, vt voluit Alber. in ij. parte ſtatu. q. cv. & ſeq. per tex. in c. tua, cum ibi no. per Inno. de deci. & glo. & Doct. in c. à nobis. eo. tit. refert & ſequitur Alex. conſi. cxxxiij. nu. xlviij. lib. vj. Nec pariter capitulum, aut totus clerus ſede vacãte poſſet per ſuum ſtatutũ diminuere charitatiuum ſubſidium (vt pater dictam extrauag. Benedi. xij. Vas electionis) in pecunia taxatum. & tenet Lapus allega. xx. inchoan. ſi ſede vacante. & Franci. de Paninis in d. extrauagan. Vas electionis: quia hoc eſſet contra ius commune, ſecundum Lapum, ideo non valeret, quoniam capitulum non poteſt ſtatuere contra ius c. fin. de offi. Archidia. Sed de iure communi Epiſcopus eligere poteſt charitatiuum ſubſidium, iuribus ſuprà alleg. Tum quia eſſet contra charitatem & laudabilem conſuetudinem, quę tolli non poſſunt per ſtatutum, c. ad Apoſtoliçam, & c. ſuam. de ſimo. & aliis rationibus per eum allegat. Item quia per indirectum præiudicaret ſedi Apoſtolicæ, quia ſic de facili non poſſet cameræ Apoſtolicæ ſolui debitum pro bullis, annata, & aliis multis, conſiderato eccleſiæ ſtatut. & enim ſequitur Franciſcus de Paninis in trac. de poteſtate capituli ſede vacan. quæſt. vj. princip. ver. quærit Lapus allega. xx. Quinimo plus dicit Zab. in d. ỹ. prohibemus. q. ix. quòd ſi de conſuet. antiqua plus ſolui pro tali ſubſidio ſolitum fuerat, quod non obſtante ſtatuto cleri, quod obſeruetur conſtitutio prædicta, Vas electionis, nihilominus Epiſcopus exigere poterit ſolitam præſtationem: quia clerus non potuit imponere legem ſuperiori, c. cum inferior. de maiorita. & obed. dicens obtentum ſic fuiſſe. † Nec etiam ſi præſcripta eſſet talis conſtitutio, quia cõtra eam hoc ſubſidiarium ius præſcribi non poteſt, cum de iure communi ſibi ſpectet, per iura ſuprà alleg. & tenent domini de Rota Deciſ. dclxxvj. alias deci. ij. incip. dic quod ſubſidium. tit. de cenſi. in antiq. & Io. de Ana. Hoſtien. in d. c. cum venerabilis. in fin. & Ant. titu. de cenſi. & Zabarel. in d. ỹ. prohibemus. q. iiij. in fi. & ibi Abb. Sicu. verſi. nunquid autem poteſt præſcribi &c. quoniam hoc ius imponendi conſiſtit in poteſtate ipſius ſuperioris: ſed ea quæ ſunt facultatis, impræſcriptibilia ſunt, & in eis non currit præſcri. allegat nota. per eum in capitul. ex parte. verſic. ſecundo poteſt ſolui. de conceſſ. præbend. & Cin. in l. ij. Codic. quæ ſit long. conſuetud. de quo ibi per Alber. ſuper rubr.

verſi.quid ergo ſi longiſſimo tempore. & quod not. Abb.in conſ.xciij.ver.concludo ergo. vol.j.& in d.c. accedentes.& ibi Fel.& idem Calder.conſ.ij.ante ſi. ver. & idem dico de Charitatiuo ſubſidio.tit.de præſcrip.& Franc.Bal.in tract.præſcrip.in j. parte v.partis princip.nu.cv.verſi.nec etiam.& Abb. in d.ca.dilectus.& Fel.ver.circa nouum.de offi.ordin.quod tamen Abb.in conſ.xxvj.vol.ij. dicit eſſe verum in clericis ſecularibus,qui aperto iure tenẽtur ad illud, ſed non in monachis vtriuſque ſexus ex priuilegio aut præſcriptione exemptis. Et de iſto vlti.conſilio. Abb. facit mentionem Fel.in d.c.accedentes.ver.poſt hæc reperi Abb.in d.c.cum ex officij.verſi.limita quarto. de præſcri. †Sed an alia iura Epiſcopalia,quę ſunt dignitatis & iuriſdictionis, poſſint per inferiorem Epiſcopo præſcribi,vide Abb.Sicu.& Felin.in ca. cum contingat.de foro competent.& Abb.in ca.fin. poſt Ioann.And.de offic.Archidia.& Abb. in c.literas de reſtit.ſpolia.vbi loquitur de maiori Archid. Bituric. & in ca.auditis.& ibi per Feli.de præſcrip.& in c.accedentibus. de exceſ. prælato.& in c.j.de conſangui. & affi.vbi text.loquitur de Archipresbytero,qui poteſt ex conſuetu.vel conceſſione cognoſcere de cauſis matrimonialibus. Et idem de eodem cum capitulo eccleſiæ cathedralis ponit Calderi. conſ.ij.tit.de præſcriptio.prout Archipresbyter Vicecomitatus de Fronſaco prætendebat contra dominum Burdegal. Archiepiſcopum fundatum de iure communi in iuriſdictionẽ omnium cauſarum, tã matrimonialium, quam criminalium. Vnde debebat per iura ſuprà allegata probare de titulo.& Ioann.Fab.in §.retinendæ. verſi.item no.quod agens vti poſſidetis.inſtit. de interdi.vel conſuetud.præſcripta: quod fieri poteſt irrefragabili.§.exceſſus.de offic.ordi.& iurib.ſuprà alleg.Et Gemi.conſil. cxxxij.verſi. item ex priuilegio, conſuetudine vel ſtatuto,quod non fecit: qui tamen Archipresbyter probauit per acta ſuæ curiæ præſcriptionem xxxij.anno. & per aliquos teſtes ruſticos xl. annorum: quæ tamen non videtur ſufficiens ſine titulo, & per alios teſtes videtur probaſſe immemorialem: quod tamen non fecit, cum tanti temporis præſcriptio, cuius initij memoria non exiſtebat in contrarium,requirebatur, cum ſit contra ius capit.j. de præſcrip.lib.vj.& tenet Abb.Sicul.in d.c.auditis& Bald.in tracta.de præſcript.in j.parte v.partis princi. nu.lxxxiij.quæ eſt xj.quæſt. tamen in hoc caſu ſufficit præſcriptio quadragenaria,per text.in d.c. auditis.& Bald.conſil.lxiiij.verſic.tertio. vol.j. incip. caſus talis eſt,reuerendus pater.&conſ.cix.inchoan.Archipresbyter.vol.iij.Dum tamen non fuerit interrupta,vt ibi dicitur,prout fuit in iſto caſu.

SVMMÆ.

1 *Charitatiuum ſubſidium quale poſſit Epiſcopus imponere.& nu.5.6.7.8.9.10.& 11.*

2 *Charitatiuum ſubſidium quibus ex cauſis imponatur.*

3 *Vaſalli eccleſiæ in quibus caſibus teneantur iuuare prælatum.nu.4.*

Quæſtio CXXXIIII.

Quibus in cauſis charitatiuum ſubſidium ſit imponendum per Epiſcopum.

DECISIO CXXXIIII.

QVo ad ſecundam quæſtionem quando & pro qua cauſa, & quid, & quantum poſſit Archiepiſcopus imponere. †Dic quod in initio promotionis & conſecrationis ſuæ, poſt tamen poſ- 1

ſeſſionem illius adeptam, & hoc pro ſolutione bullarũ,& annatæ,& alius neceſſitatibus, & debitis, quibus eſt ob id grauatus,vt volunt Hoſt. Ant. & Abb. Sicul.in d.c.conquerente.de offi. ord. & in c.vt præteritæ. de elec.& iſta eſt cauſa rationabilis & manifeſta,ac ſecundum ipſos notoria,per quam iura prædicta permittit Epiſcopis charitatiuum imponere ſubſidium.& Cald.in d.conſ.iij.titu.de cenſi.& conſil.ij. ij.de præſcriptio.& Pet.de Anch.in d.c.cum Apoſtolus.nu.iiij.& Franc.de Paninis in d.tractatu de charitati.ſubſid.& Chaſſanæus lib.conſuet.Burg.tit. *des ſuffices* nu.xxxiij.vſque ad n.xlj.†Pro quo Papa Io.xxij. 2
quæſiuit à domino Old.vt refert Alb.ſub rub. C.ſine cenſu vel reliq.& in l.fi.verſi. item quæro an habens iuriſdictionẽ in villa,vel caſtro &c. C. de iuriſd.omi. iud. quæ erant cauſæ iuſtæ petendi à ſubditis charitatiuum ſubſidium. Cui reſpondit, quòd neceſſitas & vtilitas reipub. vt emptio rei, vel alia cauſa eccleſiæ neceſſaria,prout habetur in eius conſilio ciij. quem ſequitur Alberic.vbi ſuprà & Gemin.conſilio lxxiiij. vbi conſulunt Papam pro recuperatione ciuitatum& locorum eccleſiæ Romanæ occupatorum charitatiuum ſubſidium poſſe imponere:pro quibus recuperandis octuaginta millia florenorum promiſerat. Et idem Pet.de Belluga in dicta Specu. princi.num. vj.& vij.vbi alleg.text.in l.iubemus nullam.C.de ſacroſanct.eccl.& Bald.ibi,arg.illius, tenentem neminem à neceſſitatibus eminentibus propter bellum eccleſiæ Romanæ eſſe excuſandum, ratione etiam priuilegij, ſiue fuerit conceſſum dignitati, ſiue religioni,ſiue perſonæ: quia vtilitas publica eſt cuilibet priuilegio præferenda,quod dicit eſſe notatu dignũ. †Sed in regno Neapolitano tenentur vaſalli eccleſię 3
adiuuare prælatum eccleſiæ in quinque caſibus, vt habetur in conſtit.de adiuto.exigen.& ibi de Afflict. num.ij.Primò,quando prælatus recipit conſecrationem.Secundò,quando cum Papa eſt vocatus ad concilium.Tertiò quando prælatus fuit per Regem vocatus pro ſeruitio exercitus Regis: & de hoc dixi in tracta.de author.magni conſilij, & Parlamentorum regni, in magna additio. Quartò,quando contingit Regem vocare in ſuo ſeruitio prælatũ.Quintò, quando Rex venit hoſpitatum in Epiſcopatu prælati, à quo recipit expẽſas.†Sed iſti vltimi non ſeruantur in 4
hoc Franciæ regno. & cum vide ibi, nu.iiij.& nu.xl. †Quamuis Gemin. in conſ.xlviij.inchoante,presby- 5
ter Franciſcus rector. verſiculo idem dicendum de ſecunda partita, velit eccleſiam non teneri ad immenſam,& exceſſiuam impenſam bullarum,per text. & gl.in c.cupientes.§.ad hæc.de elect.lib.vj.c.vt præteritæ.eodem tit. †Tamen primum verius,quod ſe- 6
quitur Ioan.de Imo.in d.c.conquerente. in fi.verſic. in glo.fi.cum ſequent.q.& idem Zabar. in d. ca.cum Apoſtolus.§.prohibemus.q.vij.dicensita communiter fieri per prælatos exigentes charitatiuum ſubſidium in princip. promotionis. Et eſt ſecundum eum arbitrarium:tamen ſi Epiſcopus indebitè arbitretur,poteſt appellari ab eo, vt infrà dicam in vlti. q.& tantum ſecundum cum petũt,quantum in curia Romana pro primis fructibus ſoluerunt,& quandoque minus.& idem dicit in clemen.j.verſi.nonnulli. in iij.oppo.& j.q.& ij.& idem Io.de Imo. ibi,ver.gl. in exigendo. & Archidia. in viij.nota.& Gulielm.de Monte Laud.in verſi.ſubſidia.& idem Abb.Sicu.ibi, & Cald.in dict.conſil.iij. quia pro ſolutione annatarum à ſubditis paratur exigendi materia (vt inquit gloſ.pragma.titu.de anna.poſt princip.verſi.annatarum.) prout quotidie videmus promotos à ſubditis pecunias exigere ſub velamine iucũdi aduẽtus,quem

(vt

(vt ait) triſtem & metum potius appellant. Et idem beatus Anto. in ſua ſumma, parte iij. verſi. xx. cap. ij. §. x. ante fin. verſic. ſciendum etiam de charitatiuo
7 ſubſidio, &c. † Aſſerens conſuetudinem in aliquib. locis eſſe introductam, quia Epiſcopi cùm à principio ſuſcipiunt poſſeſſionem Epiſcopalem, exigunt ab omnibus eccleſiis ſibi ſubiectis charitatiuũ ſubſidium ſecundum portionem beneficiorum. Nam habent ſoluere annatam curiæ, ac etiam bullarum expeditionem, & ſibi de multis in principio prouidere. ideo vt in huiuſmodi expenſ. iuuentur, permiſſum eſt ei imponere, dum tamen moderatè imponant, & ad hoc dicendum ſe fundant Hoſtien. Cald. & Docto. ſuprà allega. ſuper tex. d. cap. vt præteritæ. ibi, de bonis patriarchatus fiant totaliter, quem text. exponit primò Hoſtien. ibi, id eſt, communiter à toto patriarchatu, hoc eſt ſecũdùm eum, quòd expenſæ prædictæ ab omnibus de patriarchatu ſoluendæ ſunt, ſeu ab omnibus contribuendum. alleg. c. mandata. de præſump. concludens conſuetudinem ſub hoc (ſi ſit) attendendam: ſi verò non appareat, dicit illas expenſas eſſe fiendas de bonis prælaturæ, ſequen. opinionem Goffred. quoniam ipſius principaliter intereſt, niſi eſſent graues expenſæ excedentes fructus prælaturæ: quia tunc ſubditi contribuere debent, cùm ad charitatiuum ſubſidium tenentur, d. cap. cùm Apoſtolus. & Abb. Sicul. in dict. cap. vt præteritæ. verſi. & per hoc ſoluitur alia quæſtio ſecundùm opin. Goffred. quòd illæ expenſæ fieri debeant de bonis prelaturæ. per illum text. & in c. cupientes. §. ad hæc. & § penult. eod. tit. lib. vj. & hanc ſequitur Chaſſa. vbi ſuprà. nume. xv.
8 † Tamen opin. Hoſtien. ſequitur Anton. de Butr. in d. c. vt præteritæ. verſi. oppono. & idem Pet. de Anchara. ibi, in iij. notab. & Zabar. in ix. quæſtio. licet dicat opin. Goffr. eſſe de iure veriorem: tamen Epiſcopus, vt inquit, poterit fortè ex hac cauſa petere à ſubditis charitatiuum ſubſidium. Et quamuis non nulli velint intelligere text. in dict. ca. vt præteritæ, dum dicit, de bonis patriarchatus fiant totaliter: aut reddantur, &c. de tota prouincia patriarchatus ſiue metropolitana ſeu primatiali, quæ ad ſubſidium prædictum tenentur, arg. not. in c. paſtoralis. de offic. ordina. & tenent Henri. Bohic. in d. c. cùm Apoſtolus. in princ. verſic. Si quæritur de Archiepiſcopo, tamen ſecundùm eum, & Docto. intelligitur de bonis & fructibus beneficiorum in ſua diœceſi exiſtentium tantum, ſi ſuæ prælaturæ fructus non
9 ſufficiunt: † Et in hoc conueniunt omnes Docto. quòd ſi fructus & prouentus Epiſcopatus, vel Archiepiſcopatus non ſint ad annatam, & expeditionem bullarum, ac impenſarum conſecrationem, & adipiſcendam dignitatem Epiſcopatus ſoluendam ſufficientes, prout dictus Archiepiſcopus Burdeg. in medium adducebat: & qui ſuum fecerat iucundum aduentum, & introitum tęmpore quo ibi dominus noſter illuſtriſſimus Franciſcus Rex Franciæ recipit ex Hiſpania reginam. Vnde in Florentina diœceſi, vt refert beatus Anto. vbi ſupra, ſtat bulla Eugenij quarti, prohibens non poſſe pro charitatiuo ſubſidio exigi vltra ſeptingentos florenos, Aliàs Archiepiſcopus plus exigendo incidit in excommunicationem, vt ibi: & Neapoli eſt pariter conſtitutio, quod non poſſit exigi vltra quartam partem, vt refert Matth. de Affli&. in Deciſi. Neapolit. cxxxvj. & per not. in conſti. Neapol. de adiuto. fol. cclxxxv. num. xlj. & in ſequenti conſtit. de adiu. pro
10 militia fratris. † Sed hodie eſt determinatum, per dictam extrauag. Benedi. xij. Vas electionis. verſiculo præmiſſis quoque adiiciendo &c. quòd ſcilicet à qualibet eccleſia plus hoc nomine exigere pecuniæ, quàm exigeret nomine procurationis ratione viſitationis. Et ibi Fran. de Paninis, & Berna. Landrta. in add. Abb. in d. capitulo cum Apoſtolus. in fin. Et ſi vltra illam ſummam contingeret Epiſcopum etiam à volentibus exigere, non careret ſcrupulo conſcientiæ, vt dicit Lapus alle. xxxvij. pro quo facit text. in dict. cap. quia plerique, ibi quæruntur prædam potius, quàm ſubſidium in ſubditis. Sed in hoc Zaba. ſentit contrarium in d. §. prohibemus. verſic. viij. quæro. quod ab illa taxa poteſt recedi, cùm non fuerit vbique recepta, imò quaſi penitus eſt ignot. pro hoc fuit c. paſtoralis. de fide inſtr. idem Dominic. in c. felicis. verſ. quid cõtinentur appellatione pecuniæ. de cenſi. lib. vj. † Sed pri- 11
mum videtur verius & ſanctius. Et ideo in cauſa prædicta domini Burdegal. Archipræſulis curia petiit exhiberi rotulum pecuniarum quotannis ratione viſitationis perceptarum. argum. l. vnicæ. ibi, cùm ſcimus eſſe naturę congruum, eas tantummodo pœnas exigi, quæ vel cum comperenti moderamine proferuntur, vel à legibus certo fine concluſæ ſtatuuntur. C. de ſenten. quæ per eo quod intereſt. profer.

SVMMÆ.

1 *Charitatiuum ſubſidium an exigatur à religioſis exemptis. & num. 4.*

2 *Charitatiuum ſubſidium, an exigatur à pauperibus clericis. & num. 3.*

Quæſtio CXXXV.

A pauperibus clericis, & religioſis an ſit ſubſidium charitatiuum exigendum.

DECISIO CXXXV.

TERTIA quæſtio eſt, an charitatiuum ſubſidiũ poſſit à monaſteriis, & religioſis exemptis exigi, ſicut à ſubditis. † Inno. in cap. j. de 1
ſtatu. reg. videtur primò tenere, monaſteria exempta ad hoc ſubſidium præſtandum non tene. ri. & ſequitur Io. Andr. & Archid. in c. j. de præben. lib. vj. & Zabarel. in d. c. cùm Apoſtolus. §. prohibemus. q. x. quia exempti, qui non ſunt ſub eo, ad illud non tenentur, dict. cle. frequens. §. in exigendo. de exceſ. præla. ſed bene ad ſubſidium Papæ aut alterius ſuperioris: remittendo tamen ſe ad per eum dicta in d. §. in exigendo. in vij. nota. vbi idem tenet. & Abb. Sic. in conſi. xxvij. volum. ij. ſup. in j. quæſtio. in fin. allega. † Et videtur idem in pau- 2
peribus clericis beneficiatis: quòd compellantur contribuere, ne diuites inæqualiter grauentur, c. licet, de cenſi. vt tenet Hoſtien. in dicto c. cùm Apoſtolus, quem ibi ſequuntur Doctores, & idem in dicto cap. conquerente. & Zabar. in xv. not. & Franciſ. de Paninis in dicto tract. de charita. ſubſi. quæſt. xxx. † Tamen in contrarium facit quod dicit Bald. 3
in authentic. defuncto. C. ad Tertul. quòd pauperes quorum induſtria eſt neceſſaria ad alimenta, & eorum victum non debent contribuere ad onus collectæ per principem, Papam, vel communitatem impoſitæ. & ſequitur Gerald. de Petra ſanct. ſingul. ſuo lxxiij. inchoan. pauperes. cum aliis per eum alleg. & ſingul. 100. verſic. Et prędicta faciunt. & Petr. de Vbal. in tractatu collectarum, num. ix. & xij. in additio. vj. & quod no. Maria. Socin. in tracta. de viſita. libro xj. quæſtio. viij. & ſignanter in verſic. ſed pone eccleſia viſitata. verſicul. octauò quęro vtrum

Digitized by Google

paupertas tribuat legitimam cauſam denegandi procurationem.& Lucas de Penna in l.fina.in verbo rerum anguſtias.C.de iis qui nume.libe.libro x. Et habentes beneficia debilia non ſubiiciuntur ſolutioni decimarum,vt voluit Geminia.conſi.lxxxv. verſ.ex quibus concluditur : & etiam dicit moniales pauperes non comprehendi,nec debere contribuere,vt ibi verſ.ſuper alio dubio. Et pariter dicit canonicos non teneri ad decimam Papalẽ de quotidianis diſtributionibus, vt ibi,verſ.quò ad quotidianas:quia pauperibus debent remitti, cùm paternè debeat ſe agere,vt dicit gloſ. in l. omnes. C. de anno.& tribu.libr.x.ratione cuius ego feci erga dictum Archiepiſcopum Burdeg.quod nihil pro hoc charitatiuo ſubſidio ab hoſpitali ſancti Andreę exi-
4 geretur. † Sed contrarium , quòd exempti teneantur,vt tenet Innoc.in d. c. conquerente. & in ſumma de officio ordi. §. j. ver. nunquid Epiſcopus.& quod ab omnibus exigi poſſit,tenet Paul.de Leaza. in d.clem.j.§.in exigendo.& idem Zabar.in iij. cõtrario.& in j.q. per illum text. hoc clarè probante, qui permittit Epiſcopo ab exemptis exigere , dum tamen modum non excedat,cùm ibi ſolum prohibeantur exceſſus , & non exactio. & idem Guliel-mus de monte Laudu. & Bonifac.de Vital. nu.xlvj. & idem per illum textum tenet Henri.Bohic.in dicto c.cùm Apoſtolus.in princip. verſ.& nota quod Innocentius & Abb.Sicul.in d.c. conquerente. remittendo ſe ad per eum dicta in c.j.verſ. item tangit Innocen. de ſtatu regu. & ibi non figit pedem, ſed recitat opin. Doctor. ſe iterum remittendo ad dictum c.cùm Apoſtolus.vbi nihil dicit,ſed in cõſ. prælegato xxvj. verſ.circa tertium de charitatiuo ſubſidio.& verſ.ſequenti.dico circa quartum. volu. ij. dicit quòd ſi eſſent exempti & turi conſue. vel præſcriptione tanti temporis,cuius initij memoria non exiſtit, aut priuilegio nominatim exempti, tunc ad id compelli non poſſunt,cap.accedentibus. de priuileg.& c.cum inſtantia.de cenſ. & cle.j. eod. tit.& ipſum ſequitur Felin.in d.cap.accedens. verſ. poſt hæc reperi. & in d.cap. cum ex officij. verſ.limita quarto.de præſcription.& idem Cuman.conſ. 100. viſo tenore literarum apoſtolicarum, quoniam Papa poteſt aliquos ab hoc ſubſidio eximere, vt tenet Geminianus in prælegato conſilio lxxiiij. ex his ergo concluditur. cum ſequen. vſque ad fin.tamen ex cauſa rationabili & moderatè imponi eis poterit.d.§.in exigendo. & idem Anto.de Butr.in d.c.cùm Apoſtolus.& de Belen.in additio. ad Abb.ibi,verſ.item addo,quòd Epiſcopus.

SVMMÆ.

1 *Charitatiuum ſubſidium ſibi dari an ipſemet prælatus per cenſuras coget. & nu.2.*

3 *Charitatiuum negantes ſubſidium non debent ad ſecularem iudicem recurrere.*

Quæſtio CXXXVI.

Charitatiuum ſubſidium non poteſt prælatus per ſe imponere : ſed ſi imponatur , an ad iudicem ſecularem ſit recurrendum.

DECISIO CXXXVI.



VARTA & quinta quæſtio, an Archiepiſcopus,vel Epiſcopus qui impoſuit charitatiuum ſubſidium, poſſit ad eius ſolutionem per excommunicationem eos coercere. † Et quidã ſecundum Innoc. in d. c. cum Apoſtolus , tenent quòd non poſſit per ſe , ſed per ſuperiorem, qui ſe facilem ad cogendũ eos reddere debeat,vt tenet Hoſti. ibi. Et ſuperior erit metropolitanus reſpectu Epiſcopi,vel Papa reſpectu metropolitani.cap. paſtoralis.de offi. ordi. & c.aduerſus.de immu.eccl.& iſtam tenet Cald. in d.conſi.ij. de præſcrip.ne ſit iudex in cauſa propria.l.vnica. C. ne quis in ſua cauſa.& idem Bald.in c.j.in fi.de cap. qui cur.vendi.& Iac.de S. Georg.in tracta. de homag. verſ. addo vobis quod ſuper impoſitione talearũ &c.† Alij verò dicunt, & probabiliter, quod 2
ipſemet Epiſcopus poterit agere per cenſuras eccleſiaſticas,ſi neceſſitate oſtenſa precibus & monitis nolint obſequi. Et iſtorum opinionem ſequitur Innocentius,& etiam Pet.de Anch.& Abbas Siculus in dicto c. cùm Apoſtolus. & idem Bonifac. de Vital.in dicta cle.frequens.§.in exigendo.num.xlvj. & Bald.in d.c.conquerente.verſic.quæro vtrũ charitatiuum.cùm ſit hoc ius neceſſitatis, vt tenet Rota.Deci.ccccxliiij.alias deciſ.xix.tit.de dol. & cõtu. inchoan.extra rotam petebatur.in nouis. Et ſic fecit dominus Archiepiſcopus Burdeg. de Agromõte, qui eos monuit ſub pœna excommunicationis.
† Et per iſta videtur ſolui quinta & vltima queſtio, 3
quod clerici ex tali charitatiuo ſubſidio ſentientes ſe grauatos, & monitos , non poſſint tanquam ab abuſu ad ſupremam Parlamenti , nec Curiam , nec ad alium ſecularem iudicem appellare , aut recurſum habere : quia (vt inquit Inno.) quem ſequitur Hoſti.in d.c.cum Apoſtolus.ſi clerici referãt queſt. dicentes ſe grauari , vel cauſam ob quam petit ſubſidium nimis eſſe irrationabilem,quo ad immediatos eorum ſuperiores recurrere debent, vel ſi Epiſcopuſmet de negatione clerici conqueratur, quod tunc arbitri eligendi ſunt. & idem dicunt ibi Zabarel.in d.§.prohibemus.quæſt.iij. & Ancha.in fin.& Abbas Sicul. verſ.quis autem erit ſuperior.& idem Zabarel.poſt Pau.de Leaza.in d.in clem. verſ.nonnulli.quæſt.ij. & Hoſt.in ſumma tit. de cenſib. §.ex quib.cau.ver.quid ſi ſubſiſtens dicat.& Oldra.conſil.ccxxxiiij. verſ.ſecundo dicendum eſt.

SVMMÆ.

1 *Dotem ſecundo viro promittens,an eandem cum primo cenſetur promittere.& nu.3.*

2 *Dotem primam an poſſit pater vidua minuere.*

Quæſtio CXXXVI.

An promittens dotem ſecundo viro videatur in dubio eandem dotem primo viro datam , vel vltra illam primam promiſiſſe ſecundam:ita quod teneatur ad vtramque.

DECISIO CXXXVII.

T † videtur primo , in dubio 1
eandem dotem tantum promiſiſſe , vt tenet Cin. in auth. ſed quamuis. C. de rei vxo. actio.q.iij. per illum text. Et idem in muliere vidua promittente dotem. l. dotem. j. ff. de iure dot.Et pariter in extraneo, l.cũ maritus. §. Titius.ff.de pact.dota.& gl. in d.l. dotem.tenet in dictis caſibus,& ibi Bald.& Iac. de S. Georg.& idem Salice.in d.auth.quamuis.in v.q.& Pau.de Caſt.in l. ſi mulier diuerterit.in text.ibi,reintegrato.& verſi. ſed quæro.ff.ſol.mat.allegans Bar.in ſua quæſt.mulier habens magnum patrimonium. in ſolu. quæſt. verſic.primo caſu. & ſequitur Socin. in conſil. lxix. inchoan.viſo laudo.num.xiiij.& conſil.lxx. num.j. & num.xxiiij.& Guid. Pap. quæſt.cccl.xv.ante fin. verſic. ſed quæro ſi pater ſecundo maritet filiam, per text.in d.l.dotem. dicens ſe conſuluiſſe quidam perito

perito litiganti, & vtramque dotem primam & ſecundam dotem ſibi promiſſam petenti, non poſſe primam petere dotem, oſtendens ſibi illam l.dotem.qua viſa compoſuit pro ſua parte & idē Franciſc.Curt. iunior conſil.clxiiij.nume.viij.& Guliel. Benedict. in ſua repe.cap.Raynutius.nu.xv.& xviij. qui malè refert Guid. Papan dicta q.cccixxv.dicētem ſic fuiſſe adiudicatum.& idem tenuit Abb. Sicul.conſil.xlvj.verſic. venio ad ſecundum dubium. volum. j. & latius conſil. lxxxj. eodem lib. etiam ſi pater dotem primam ſoluto matrimonio exegerit, quam poſteà ſecundo viro dedit, aut legauit: quia videtur animo compenſandi dediſſe, per textum in l.ſi cùm dotem. §. ſi pater. ſol.mat. Sed in caſu noſtro filia exegit, vt infrà dicam, & idem tenet Signor.de Homed.conſil. cccij. exordien. ſuper dubiis,ſeu quæſtionibus. verſ. præterea dixit dubitari circa conſilium meum.& Stephan.Bertrand.conſi. xxxv.num.xj.cum ſequen.volum.j. antiq.vbi communiter concludunt per iura ſuprà allegata, locum habere,cùm primò legat quantitatem pro dote, & poſteà dat dotem, quod animo compenſandi dediſſe videatur: ſecus ſi legat ſpeciem, & poſteà dat dotē:vel contra: quia tunc de ſpecie ad quātitatem non fit nec cadit compenſatio,l.ii.ff.de compen. & l.ſi conuenerit.ff.de pignor.actio. & ita voluit Bart. & omnes in dicta l.huiuſmodi. §. cum pater.de lega.j.& Iacob. de ſancto Georg. in l. cum pater.nume.j.& vij.ff.de iure dot.vbi primo ponit regulam, & quatuor caſus fallen. quòd animo compenſandi
2 videatur relictum.† Et illam primam dotem pater minuere non poteſt,per text.in d.authent. ſed quāvis.niſi diminutum fuiſſet eius patrimonium,vt ibi dicitur.& Paul.de Caſt.conſil.xj.verſic. Si verò nubat.volum.j.& Fran.de Curt.conſil.xxvij. ſed bene augere poteſt. Et iſta caſu quo reperitur augmentata,cenſetur prima dos,vbi nihil dictum fuit,comprehenſa,vt iuribus ſupradictis.& d.l.huiuſmodi.§. cùm pater.& ibi Alex.in iij.limit. & in d. cap. cùm dotem.§.ſi pater.ſolut.matrimon.& hoc Alexan.in d.§.cum pater.quæſt.penult.dicit eſſe verum,ſi dos prima fuiſſet ante ſecundam promiſſionem dotis exacta ab hęredibus primi viri per ipſam filiam,aut eius patrem: aliàs ſecus, ſi exacta prius non fuiſſet: tunc vtramque dotem poterat filia petere, aut eius ſecundus vir,cum ſecundo loco pater non tenebatur filiam dotare,vt ſuprà dictum eſt ea.q. Nec videtur dediſſe animo compenſandi cum prima dote, l.cùm quidam vxori.& l.creditorem.ff.de leg.ij. Sed hæc Alexand. deciſio videtur eſſe de directo contra text.in d.auth. ſed quamuis.& pariter cōtra gloſ.in d.l.dotem.vbi dos ſecundo viro ſimpliciter data, videtur eadem cum prima, non diſtinguendo an prima fuerit exacta,vel non,niſi expreſsè de ipſa dote fuiſſet prælocutum. Et ſic concluſum fuit in cauſa nobilis Goffred.de la Marchonie rei, contra nobilem etiam virum dominum de ſancto Iuliano actorem, cuius vxori pater & frater ſecundo promiſerant dotem in duplo maiorem, non facta mētione de prima dote, iam tamen exacta, quæ comprehenſa eſſe videbatur in ſecunda: quam quidem ſuper additam,& excedentem ſummam primæ ſoluit.Ideo dotem iſtam ſecundam integram,non cōputata prima per filiam exacta paulò ante ſecundum matrimonium,non tenetur ſoluere,l.Titia cū teſtamento.§.qui inuita.de lega.ij. & l.pen. §.vxor. ſolu.matri.& ſic ſumus in caſu alio,quam Alex.vbi ſuprà,& Soci.conſ.100.quod eſt valde amplum.exordien.ſuper controuerſia,quæ vertitur.vol.iij. qui loquitur in dote nō exacta. Tum in caſu Soci.pater habebat tempore primæ conſtitutæ dotis quatuor filias, quæ tempore ſecundæ dotis promiſſæ erant mortuæ:ſuper quarum morte ſuum principale facit fundamentum, vt ſecunda dotis promiſſio animo compenſandi non videatur facta.Tum in prædicto ſuo caſu facta fuit ſecunda dotis nouæ promiſſio, quare illa noua dos cenſetur alia à prima, vt illa dictio noua,aliquid operetur,vt ibi per eum.ver. Sed his etiam ceſſantibus. Tum propter alia verba in caſu ſuo,& contracto matrimonij appoſita.dos ſcilicet noua libera, & *franca à ſucceſſione liberorum matrimonij,&c.† Vnde antiquam dotem promiſiſſe non videtur,nec eam in ſecunda promiſſione comprehendiſſe, aut animo compēſandi feciſſe. Quare vltra primam videtur ſecundam fuiſſe additam. Tamen ipſe non reſponder ad prędictā l.dotē. nec ad §.vxor.l. pen. ſol.matri. Nihilominus idem tenuit Io.Campezi.in tract.de dote.in prima parte q.xxxviij.& Corn.conſ.cclviij.vol.j. in litera O,dicensà iuuentute ſua ſemper viſum fuiſſe de mente iuris eſſe, mulierem ſecundo nubentem non cēſeri nubere cum eadem dote. Nam iura quæ(vt inquit) diſponunt eam cenſeri nubere cum eadem dote,l. ſi mulier.& l.diuus. & l. poſt diuortium. ff de iure dotiū.& d.l.pen.§.vxo.ſol.matr.loquuntur,quando nubit primo viro,quamuis d. l. dotem, in prin. videatur ſecundum eum loqui magis generaliter. Tamen lex ſequens innuit, d.l. dotem. hoc in caſu loqui. Nec veriſimile eſt iura ſine miniſterio loqui ſemper in eodem viro, & de alio non dicāt cenſeri conſtitutam eandem dotem, dato quod etiam de ſecundo viro aliqua interſerant,prout contingit,in d.§.vxor.vt ibi latius per eum:quamuis in litera X, dicat, quod licet hoc ſit ſubſtantiale & verum, vt ſibi videtur de mente iuris, tamen firmare in deciſiuis non auderet,propter authoritatē Bar.& Anch. prout per aliquos prætenditur cōſoluiſſe conſ.lxiij. quod tamen dicit non reperiſſe:& ſic non ſigit pedem.Sed in conſ.cij.in litera M,N,& O,volum.ij. concludit vnam & non duas dotes eſſe promiſſam, etiam ſi in ſecunda promiſſione dotis minus fuerit datū. Tum filię dotatę poteſt dos adiici,& de novo conſtitui,l.fin. C. de donatio.ante nupt.cum not.l. obligamur §.lege.de actio.& oblig.Bal.cōſi.cccclj. verſi.in contrarium videtur quod poſſit.volu.ij. Et primam partem tanquam communem tenet Alex. conſ.exliiij.ver.fortius voluit Bar.Bal.vol.v.ſequēdo in ſua q. mulier habens amplum patrimonium. in ſolut.q.verſ.primo.qui voluit in dubio extantib. liberis non videri dare illam dotem,quam dederat primo viro,vt ipſe ſecundus vir lucretur plus ex ea, quàm vnus ex filiis,l.hac edictali.C.de ſecūdis nup. Secus ſi non extantibus liberis.& idem Ange. Are. in §.fuerat.de actio.& Bal.conſ.cccexij. in ch. Ioanne. Beneuen.vol.ij.& Io.de Caronis, & nō de Garonibus in repetit. rub.de ſecun.nup.nu.lxxxij.inci. xlvij. pœna, cuius originalia manu eius ſcripta vſq; ad l.hac edictali.in parte nobis miſit,& duos (proh dolor)quaternos de & ſuper illa perdidi. Vnde dic mulierem ſiue liberos habeat ſiue non,poſſe ſecūdo viro dare dotem primam: & omnia alia bona,ſi voluerit,non tamē titulo donationis, ſi liberos habeat,d.l.hac edictali.in prin.iuncta gl. in verb.diuidi.vt latius dixi infra q.cej. exord. Si pater aut mater:in primo dubio:& ibi vide in ſecunda q.an poſſit dare titulo donationis pluſquā vni ex liberis. Et iſta ſecunda dotis donatio videtur primam dotem comprehendiſſe,& non duas dediſſe.Quod limitat

Alex.in d.conſi.cxliiij.li.v. quando dos primo viro fuit conſtituta, quòd tunc intelligatur in dubio eãdem dediſſe dotem: ſecus ſi nulla dos fuiſſet primo viro cõſtituta.& idè Bal.nouel. in d.tracta.de dote. parte vj. priuilegio. xvj. quia non eſt niſi vnica ſecũdo viro promiſſa.Et ſi primus vir eam cum omnibus iuribus ſuis accepiſſet, vt plerumque fit, tunc ea iura dediſſe videtur,& nõ alia, quæ fortè ex poſt ſibi obuenerant. Sed hoc dictum nullum habet dubium,ſi alia non fuerit dos prius promiſſa,cum non entis nullæ ſint partes: ergo non poteſt comprehẽdi in ſecundæ dotis promiſſione,quia ſi fuiſſet conſtituta & non ſoluta,cenſeretur comprehenſa in ſecunda,ſecundum ipſos. & Bal. conſil.ccxciij.incip. Matthęus de Sermona videtur vol.j.Sed in quo fuerit conſtituta,& non ſoluta primo viro, & ſecundo viro maior dos fuerit data, quæ dari poteſt, vt dictum eſt : quam pater vult repetere poſt mortem filiæ, quæ relicto filio aut filia ex primo viro tãtum deceſſerat, an poſſit ,vel remanere debeat filiæ. & Bal.in d.conſil.ccxcviij.vol.j.in primo dubio tenet debere redire ad patrem,ſaltem in illo pluri, quod non fuit primo viro datum.quod nota.

SVMMÆ.

1 *Venditam rem à patre an poſſit filius retrahere. & num.3.*

2 *Contractus validus non poteſt per alium invalidum reſcindi.*

Quæſtio CXXXVIII.

An filiusfamilias pubes, aut infans poſſit venire ad retractum rei per patrem venditæ, etiam ſi pater ei tradiderit pecunias pro ipſo retractu faciendo.

DECISIO CXXXVIII.

1 ET † videtur, quòd filiusfamilias non poſſit venire ad retractum,per text. in l.ſi venditor.§.ſed & ſi pupillus.verſi.aliter atque ſi ſeruo ſuo vel filio. ff.de in diẽ addic. vbi probatur, filiũ addicere non poſſe vẽditioni in diem per patrem factæ:quia emptio & venditio inter patrem & filium non contrahitur, vt l.ij.in princ.ff.de contr. empt. & per omnes, inſuper Iaſ.in l.frater à fratre.ff.de condi.indebi. cùm ſit eadem perſona,l.ſi. C. de impub. & aliis ſubſtit. & itaque Petr. de Ceruetis in c. Titius ſi de feu.defunct.conten.ſit.vt refert Bal.in conſil.ccccx.in fin. volum.iiij.& etiam quidam Doct.per illum text.in d. verſi. aliter in quodam ſuo tracta. retract. quem fecit ſuper l.j. C.de fund. rei priuat.lib.xj.qui tract. ponitur inter alios tract.Bar.& Bald.de q.de carce. de teſtib.& permuta. beneficiorum,&c. nouiter in paruo volum.impreſſus.ideo dicit Bald. in d.verſi.
2 aliter atque † quòd verus contractus non reſcinditur per contractum qui de iure non tenet: ſecus ſi teneret aliquo iure.& maximè quando infans, qui non habet conſenſum,l.iubemus.C.de emancip.libe.& l.j.C.de falſa moneta. Item ſi filius eſt in poteſtate patris,quomodo poteſt agere ad retractum faciendum ſine authoritate patris,l.cum quæ liber. nõ ſolum.§.neceſſitate. C.de bon.matern.niſi eſſet emancipatus:ſed infans non poteſt emancipari ſine reſcripto principis,d.l.iubemus. de emancip. lib.& in l.ſi quis in emancipatum minorem.& vtrobique per Doct.C.de don.quinimò currit ei tempus.Et idem in vxore quando eſt de conſuet. in poteſtate viri, vt tenet Ioann. Fab. in l.ij. C. de bon. mat.& dixi in §.j.in gl.ſi. de conſuet. retract. ſed pater pro filio, & maritus pro vxore bene poteſt retrahere rem per alios conſanguineos venditam.Et ibi dixi, ſecundum Ioan.Fab.in d.l.ij.de bon.mat.† In con 3
trarium,& iſta eſt veritas,eſt tex.in c.conſtitutus.& ibi Doct. & expreſsè Henric. Bohic. de in integ. reſti.Et licet ibi eſſent filij emancipati, tamen hoc fuit,vt ex tex. apparet ſecundum Abb. antiq.Anto. de But. & Imo. vt ipſi emancipati confirmarent alienationem rerum ipſorum per patrem factam: aliàs conſenſus in poteſtate patris exiſtentium non valuiſſet,l.j.§.quæ onerandæ. ff.quarum rerum act. non datur,& per totum. C. de bo. quæ lib.de bon. mat.quia non apparebat, quòd pater eorum fuiſſet mortuus.& ſibi ſucceſſiſſent,ſecũdum Henric. Bohic.& pro hac Deci.eſt tex.in d.c.Titius.& ibi Bal. Cardi. Alex. & Aluaro. ſi de feud.defuncti conten. ſit.& idem tenet Matth.de Afflict.in tracta. protomiſeos.verſi.x.not.ex tex.ibi in primis, &c. vbi per conſtitu.Fede.Imperatoris ſuper iure protomiſæos editam,tenet: quæ in primis vocat parẽtes,qui ſunt coniuncti : & tutores.& curatores poſſunt nomine pupillorum venire.&idem in verſ.itẽ aduerte quod dicitur in tex.& ibi Bal.de Peruſio. & hanc partem tenet Maſuer.in ſua practica,in tit.de retract.verſi. item filiusfa.& ita tenui in §.j.in gl.j.in fi.& glo.ſequendo,Geral.Bagilly.de conſue.retract.qui ita tenuit.Et etiam vult plus ibi Bagilly,quòd infans admittatur,dum quærit in illa q.quòd ſi vnus tempore venditionis erat proximior, & poſtea naſcitur alius magis proximior ante retractum factum, & ambo concurrunt: quod iſte natus ex vi conſuetudinis generalis, dicentis proximiorem ad retractũ admitti,debet præferri,vt tenet ſing. Card.Alex.in d.c.Titius.verſic.quæro quid ſi tempore alienationis. Imò venter ſeu exiſtens in vtero matris debet præferri,vt l.antiqui libero ventri in princ. ibi, qui poſt eum gradum agnationis, quo eſt is qui in vtero eſt,non admittuntur,&c. ff.ſi pars hæred.per l.j. §.ſi quis proximior.ff.vnde cogna. & l.qui in vtero eſt.de ſtatu homin. cum ſimi.& Alex.in conſ. xxvij. num.vj.lib. vj. & ſingul.Guli. Bened. in ſua repe.c. Raynutius. in gloſ. & ſuboles. nume. xlix. cum ſequen.de teſta.aliàs dixi in dict.§.ij. in gloſ. j. verſic. ſed quid ſi vnus tempore venditionis. & tenet Bal. conſil. incip. qui pupillus. volum. iiij. & dixt ſuprà in q.incip.quia minor contumax. & Bald.in conſil. ccccx. incip. ad euidentiam innuendum eſt. in fin. vol.iiij. Quia ſecundum eum nullus eſt proximior agnatus,quàm filius.Et non video rationem diuerſitatis, quare magis filius maior infante admittatur ad retractum rei per patrem venditę,quàm ipſe infans, poſtquam pater in emancipatione, aut alius pro ipſis tradidit pretium. Et idem tenet Alber. Brunus in conſi.lxxx.verſic.nec obſt.Licet Bartho. Chaſſanæus,lib.conſuet. Burgun.tit.de retract.§.j. verſ. Item quæro de quæſt. quam vidi de facto.teneat contrarium. & vt dixi ſuprà. Tamen pro noſtra concluſione multa areſta fuerunt ſuper hoc allegata & producta, per quæ conſtabat filios etiam in poteſtate fuiſſe ad retractum admiſſos, & præcipuè de quodam vocato du Perier, contra Blanchet, Sarlaten. ciuitatis. Et ita concluſum fuit in curia in cauſa retractus Ioan.de Talleraud, ſeu de Grinault infantis emancipati,contra magiſtrum Franciſcum de Ranconnet, licet emancipatio de eo facta fuiſſet nulla. cum ſine reſcripto principis facta, per text. in dict.l.iubemus. Sed quia proponebatur per Catherinam de Talleraud amitam, dicti infantis, quæ etiam ad dictum retractum

vẽ-

venerat, quòd idem Ranconnet habebat intelligẽ tiam cum patre eiuſdem infantis magis proximioris, quem ad retractum in eiuſdem de Ranconnet fauorem,& pro iam dicta Catherina ab ipſo retractu repellẽda venire fecerat. Ad quod probandum partes fuerunt in factis cõtrariis appunctatæ, & dictus Ranconnet ad recipiendum ſuas pecunias cõdemnatus. Ea interim res ſequeſtrata extitit inter infantem & dictam Catherinam amitam. Et latum fuit areſtum die xiiij. Auguſti. Anno 1521.

SVMMÆ.

Retractus ius an poſſit cedi. & nu. 2. & 3.

Queſtio CXXXIX.

Alia fuit quæſtio mota, an ius retractus poſſit cedi.

DECISIO CXXXIX.

1 IT † dico, quod hoc ius retractus non poteſt cedi, aut vendi per proximiorem retrahentẽ, aut retrahere volentem in præiudicium aliorum agnatorum quamdiu ſunt, & retrahere volunt. Quia ſi non ſunt, aut nolunt retrahere, tunc non eſt dubium, vt voluit Paul. de Caſtr. in conſi. j. vol. nouorum. & ipſum ſequitur Iacob. de S Georg. in l. ſi mulier. §. ex aſſe. in fi. ff. de iur. dot. & quidam in tracta. de retractu ſuper l. j. C. de fund. rei priua. lib. xj. in tertia conſideratione. q. v. poſt princ. & Iaſ. in l. j. §. vſufructuarius. ff. de noui ope. nunt. & dixi plenè in §. lij. in gloſ. j. verſ. Sed an hoc ius retractus poſſit cedi. de conſuet. retract. cum aliis in addit. alle. & in conſi. noſtro lxiij. incip. Titius vendidit Caio. & Alex. in conſi. ccxxxij. vol. vj & Ioan. le Cirier. de iure primogenituræ, verſic. ad hoc facit. & Albert. Brunus conſi. lxxx. Et ſic videtur, quod exceptio iſta, ius retractus eſt inceſſibile, opponi non poteſt per emptorem proximiori rem retrahendam cedenti, cùm ſua non interſit, ſed bene aliis agnatis competit, & intereſt, cum in eorum fauorem ſit introductum, ſi volunt vti iure retractus, aliàs non. Quia paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non vti iure ſuo, ſicut dicitur non habere filium, vel maritum, qui habet inutilem, l. fin. C. ad leg. Faiam de plagi. & ita voluit Ale. ſing. in conſil. xxvij. nu. v. lib. vj. vbi dicit, quòd licet dominus debeat præferri agnato, ſecundum Guliel. de Cug. Bald. & Ang. in l. Imperator. ff. de pact. cum aliis per nos alleg. in §. vlt. de conſue. retract. Tamen ſi proximior retrahat, quòd emptor non poteſt ſibi obiicere, quòd dominus eſt ei præferendus, & in eius præiudicium non valet retrahere: quia ſecundum eum quando dominus directus non vtitur iure ſuo, perinde eſt ac ſi non extaret ipſe. Quia dominus poteſt remittere & refutare ius retentionis ſeu prælationis c. j. §. porrò. ibi, niſi hoc beneficium amiſerit dominus per refutationem, vel annali ſilentio. & ibi Bal. & Car. Ale. qualiter olim poterat feud. alien. & iſtud ſecundum Alex. in d. conſi. xxvij. probatur per text. in l. ſiue libertus. §. fi. ff. de iure patro. & in l. & ſi ex modica. §. filius. ff. de bonis libe. & in l. ij. §. ſed ſi ſunt ſui. & quod ibi not. Bart. ff. ad Tertul. & in l. j. §. filium. in v. q. de bono. poſſeſ. contra tabu. dum dicit, qi òd ſtatutum diſponens quod ſtantibus filiis maſculis filia fœmina non ſuccedat, intelligitur ſi extant, & ſint hæredes, vt quia nolunt, quia tunc non obſtabunt filiabus. & no. Bal. & Salic. in l. maximũ. C. de liber. præter. Facit quod dicit in ſimili Soci. in l. moribus. ff. de vulga. & pup. ampliando §. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima. C. de teſta. vbi ponit duas concluſiones: & in prima dicit, quod quando eſt facta ſubſtitutio vni ex liberis de perſona extranea, vel quæ eſt etiã cum vno ex liberis ſimul ſubſtituta, tunc non valet per dictum §. ex imperfecto. quia tendit in præiudicium liberorum. Stat ergo ſecunda concluſio, quando validitas ſubſtitutionis extranei non tenderet in præiudicium alicuius ex liberis, puta ſi vnicus eſſet filius, cui facta fuiſſet ſubſtitutio, tunc valet, quia validitas reſpicit fauorem, & nõ præiudicium liberorum, & dixi infrà q. ccxlj. incip quo ad ſecundam q. num. iiij. & v. quare cedi poteſt, non tamen in præiudicium aliorum agnatorum volentium rem retrahere. Et expreſsè tenet Card. Alex. in d. c. j. §. porro. in princip. verſic. quid autem in agnato. qual. olim ſeu. alic. pote. & in cap. Titius. in fi. vbi eſt bonus tex. ibi, quòd ſi conſenſit alienationi. ſi de feud. detun. ti content. ſit. & Albe. in l. qui ſolidos. §. prædia. ff. de leg. ij. & dixi ſupra in q. lxxvj. incipien. Proximior retrah. iudi. ſicut à pari iudicantur conſentire expreſsè & tacitè per ſilentium & lapſum temporis, vt d. §. porro & c. Titius. quia ſi omnes agnati conſenſiſſent, non eſt dubiũ. & idem ſi non conquerantur, imo magis excludit tacita renuntiatio à lege inducta per lapſum temporis, quam expreſſa renuntiatio, ſecundum Bal. & Cardi. Alex. in d. c. Titius. & Bal. in l. emancipata. in j. nota. & Iaſ. C. de iur. & facti ignoran. & dixi in §. j. de conſuetud. retract. † Vnde mens Doct. volentiũ 2
in l. ad officium. C. communi diuidund. & alibi retractũ cedi non poſſe extraneo, debet intelligi, ſcilicet in præiudicium agnatorum volentium vti iure retractus: aliàs ipſis non reclamantibus tenebit ceſſio & venditio. Et idem ſentit Matthæ. de Afflict. in tracta. protomiſæos. verſ. & ex his dicetur aliqua q. quia ſi proximior poteſt conſentire alienationi fiendæ, vel iam factæ extraneo, per text. in d. c. Titius. poterit ergo retrahere pro alio extraneo, & proſequi ſuo nomine, & poſtea ſibi vendere, vt communiter fit, & dicitur fieri hic inter certas perſonas infrà nominandas. Et ſic non agit ceſſionarius, quod eſt notandum. Aliàs vbi ceſſionarius ageret ad retractum iure ceſſo ante oblationem, & conſignationem per proximiorem factam, quia ius non fuiſſet ſibi quæſitum, aliud fortè eſſet dicendum: prout de facto conſuluit Sign. de Homed. in conſil. lxxxj. Sed ſi poſt oblationem & conſignationem proximiori quæſitum fuit ius in re vendita, ita quod poteſt rem vendicare, ſecundum Io. Fab. in §. ex non ſcripto. inſti. de iure natu. & dixi in §. vlti. de conſuetudin. reten. rerum feud. tunc certè cedere poterit, & alias diſponere eidem emptori, vel alteri, ſed non in præiudicium aliorum agnatorum, vt dictum eſt. Et ita voluit Bolog. in conſi. xxv. verſic. & no. quòd tertius. in fi. argum. l. oratio. ff. de ſponſal. Præterea nos ſumus in caſu, & limitatione Paul. de Caſt. quia cedens eſt vltimus, vel ſi ſunt alij proximiores, tamen non conqueruntur: quod idem eſt ſecundum Alex. in d. conſil. xxvij. igitur non poteſt emptor excipere agnato proſequenti rem venditam nomine ſuo, quod ipſe ceſſit, & proſequitur rem pro alio: quia ſua non intereſt, vt dictum eſt.
† Secundò limitatur quod licet ius retractus non 3
poſſit cedi extraneo, tamen bene conſanguineo, vt voluit Pau. de Caſt. in d. l. ad officium. in fin. vt dixi in §. iiij. lib. conſuet. Biturig. de conſuetud. retract. pro quo facit text. in l. ſi vſusfructus. in arg. ff. de iure dotium, & videtur text. ſing. in c. j. §. ſed etiã res. & ibi gloſ. j. Bal. & Cardi. per quos fiat inueſtit. & in l. vna, poſt prin. C. de imponen. lucrat. deſcri. lib. x.

& text.in c.j.in prin.de alien.pater.feud. & ita concluſum in noſtra magna camera pro domino de Capella,& latum arreſtum die. *

SVMMÆ.

1 *Retractus tempus non currit pendente appellatione.*
2 *Conſuetudo ligat minores.*
3 *Princeps poteſt reſtituere minorem poſt lapſum tempus ad retrahendum.*

Quæſtio CXL.

An tempus retrahatur minoribus, & de Principis poteſtate in retrahendis pupillis quomodo poſſint reſtitui.

DECISIO CXL.

ED alia inſuper quæſtio fuit in prædicta cauſa de Ranconnet mota, quia dictus infans, ſeu eius tutor citari, ſeu adiornari fecerat intra tempus retractus dictum Ranconnet, qui à dicto adiornamento appellauit.Ratione cuius curator non obtulit, nec conſignauit pretium intra annum: obiicitur quod non
1 erat admiſſibilis.† Concluſum fuit,quòd imò,cùm non facto ſuo,ſed facto dicti Ranconnet emptoris: vnde non currebat durante appellatione ſibi tempus ad retrahendum præfixum,vt l.intra vtile.& ibi Bald.Ange.& Alberic. ff. de mino.& gloſ.& ibi omnes in l. fin. in verb. finiendámque litem. C. de tempo.in integ. reſtit.pet.accedant no. in l. contra maiores, per Petrum, Cinum, Baldum,Paulum & Iaſonem.C.de inof.teſta.& not.per Sali. & Bald.in authen. ei qui. C. de tempor. appellatio. & bonus textus in l.ſi cum ipſe.& ibi Baldus & Albericus.ff. de excuſa. tuto. nihilominus dictus infans, ſeu eius tutor, obtinuit reſcriptum,per quod princeps eum releuauit, quod intra tempus non conſignauerat. Sed contra hoc aliud allegabatur, principem non potuiſſe eum reſtituere poſt annum ad deponendum,& conſignationem faciendum, cum c.conſtitutus.de in integ. reſti. in hoc non ſeruetur regno. Quia generalis regni conſuetudo denegat minoribus in integ.reſtitu.in caſu d.c.quæ ſeruanda eſt,ſecundum gloſ.j.in fin.in l.ij.ff.de eo quod certo loc.
2 † Cùm conſuetudo liget minores, vt l, & ſi hæredem.§.Lucius.& ibi Bart. Bald. & Lud. Bolog. in ſuis interpre.ff.de adminiſt.tut. tenent per illũ text. quod tempus præſcriptionis currit contra pupillos & infantes.Et idem Bar.& Bal.poſt gl.& Cin.in l.ij. C.quæ ſi longa conſuet.& ibi Alber.ſuper rub.verſ. ſed an conſuetudo liget furioſos, & infantes. & Io. And.in addit. ad Spec.in tit.de in integ.reſti.in verbo præſcriptio, & Barto. in repe. l.de quib.& idem ibi Moder.ff.de legi.& Roch. in rep.c.fi.de conſue. verſi.decimoquarto quæro an conſuetudo liget infantes.Sed in pupillo Bal. ſequendo gl.in c.j.§.porro.qualiter olim feud.alie. pote. tenet contrarium, quod non currat præſcriptio, & in c.j. §. niſi. iuxta ver.infantis ſcilicet vaſſalli, quo tempore miles. & Guid. Pap. in q.xxxj. vt aliàs dixi in loco infrà allegando.quod vltimum eſt de iure verius,l.ſicut. §.fi. C.de præſcript.xxx.ann. vbi dicit ita ſeruari in parlamento Delphin. & tenet Bal.in l.non eſt ignotũ. C.quib.non obſt.long.temp.præſcript.& Bartol.in l.etiam.& ff.de minorib.& Luc.de Pẽna in l.j.verſ. & quia tanta eſt. C. de imp. lucra. deſcrip.lib. x. & Albe.in j.parte ſtatuto.q.xxxij.& in rubr. C.quæ ſit longa conſuet.verſ.ſed an liget furioſos.& glo.in c. cum non liceat.& ibi Abb. Sicu.verſiculo ſecundò quæro.& Feli.in verſ.dum Abb.poſteà extendit.de præſcrip. † Tamen in caſu noſtro princeps poteſt 3
reſtituere non ſolum pupillum,ſed etiam minorem poſt lapſum anni ad retrahendum conceſſum, dict. c.conſtitutus.& ibi tenent Inno. & omnes Docto. & pro hoc text.in dict.c conſtitutus Federi.de iure protomiſeos.in verſ.minor xxv.annis.& ibi Matth. de Affli&t.verſ.nonò nota ex textu.& Bar.Bal.Ang, Sali.Albe.& Raph.Cuma.in l.ſi.& ibi Pau.de Caſt. in ſi.& Franciſ.de Aret. C.in quib.cauſis in integr. reſtitu.non eſt neceſſ.vt dicam in ſeq.quæſt.& idem Card.Alex.in d.c.j. §.j. quo tẽpore miles,cum aliis in ſimilib.per nos alleg.in §.j.in gl.vlt.de præſcript. libr.conſuet.Biturig.quia præſcriptio ſtatutaria,vel cõſuetudinaria currit non obſtante d.l.ſi. ſed reſtituitur.& idem tenet Aluaro.& Præpoſit. Medio.in c.j.§.præterea ſi quis.de prohibi.feud. alie. per Feder.vbi cõcludunt,quod minor ſemper reſtituitur, licet ſibi currat tempus,niſi reperiatur contrarium in iure expreſſum,per gl.ibi,in verb.annis. quia reſtitutio in integrum nunquam cenſetur excluſa,niſi excludatur expreſsè,vbi probat illam glo.& eſt alia reputata ſingula.in l.poſtquam liti.in glo.fin.quam ibi not.Alex.& Moder. C.de pact.& plenè Io.Frãciſ.Bal.in tractatu de præſcriptio.in j.parte vj. partis q.xxiij.in vj.fallent.& q.ſequent.& in addi.etiam ſi tractetur de damno euitando ſecundum omnes, contra Barto.in d.l.fin.in quibus cauſis in integrũ. & in l.etiam. ff.de mino ſicut ſi de lucro captando ageretur, reſtituetur. & iſta eſt verior ſecundum Franciſcum de Are.in d.l.ſi.in j.not.& pro hac bonus tex.iuncta gl.in verb.annis. in d. c.j. §.præterea ſi quis infeudatus de prohibita feud.aliena per Fed. & Bald.& Cardin.Alexan.& ſic ſeruatur in praxi,& de ſtylo ac de conſuetudine Franciæ:& pro hoc eſt tex.in d.conſtitu.Federi.de iure protomiſeos.& ibi Matth. de Affli&t. verſ. item aduerte, quod dicitur hic in rex & Bal.ibi in ſua gl.verſ. ſed quæro,ſi quis abſens cauſa reipub.& gl.in l.j. quam ibi commendat Bald. C.de commu. ſeruo manum. quamuis in caſu præſenti nõ eſſet opus reſtitutione in integrũ, cùm intra annum & diem citari feciſſet dictũ Ranconnet,qui à dicto adiornamẽto appellauerat. Vnde cum pendente appellatione non currebat ſibi tempus,vt dictum eſt:ergo princeps potuit eam ad conſignationem faciendã reſtituere. Et ita in curia per maiorem partem dominorum concluſum extitit: ſed poſt annum, attenta conſue. præcipuè Burdegalenſium.

SVMMÆ.

1 *Minor an reſtituatur aduerſus cridam & proclama. publicum.& num.2.*

Quæſtio CXLI.

Proclamationes,ſeu cridæ factæ ad locum ſtatutum ſecundum ſtylum loci,vtrum ligent omnes minores,etiam præſentes & non intelligentes.

DECISIO CXLI.



ED quid, an minor aduerſus cridas & ſubhaſtationes, & interpoſitionem decreti rerum ipſius, quæ non erant creditori incantanti, ſeu incantũ & ſubhaſtationes facienti, expreſsè obligatæ,ſed cũ aliis in cridis cõprehenſę, poſſit reſtitui,etiã ſi in eius præſentia, & tacẽte decretũ fuerit executum.† Dic quòd licet proclama- 1*
tiones ſeu cridæ rerũ factæ ſecundũ ſtylum & vſum loci,vbi res ſitæ ſunt,ligent omnes præſentes in eadem prouincia exiſtentes,tex.cum gl.ſi.in l.ſi eo tẽpore.

pore.C.de remiſ.pigno.& etiam eccleſiam, ſecundum Iac.Fab. ibi, & in authent. ſi omnes.C.ſi minor ab hæred.abſtinuer.at profecto minores,vt dicto §. Lucius. Ita quòd amplius non audiantur, quia ius amiſiſſe videntur, vt dicta l.ſi eo tempore.& l.quæcunque.in fin. C. de fide inſtrum.& iure haſtæ fiſca.libro x.Et hoc tenet Bald.ſcilicet minorem non fore reſtituendum,in l.fin.C. de in integrũ reſtit.ſequendo Iaco.de Aret.in d.§. Lucius. & idem ibi Alberi.& Salic.& Paul. de Caſt. in d.l. fina.quos ſequitur ibi Alex. verſ.poteſt etiã exemplificari.& idem Alberic.ibi,ante finem,& pariter
2 Iacob.de ſancto Georg.† Tamen reſtituitur ſecundum Docto.ſuprà in proxima quæſtio.allega. & in conſilio noſtro lxx.incip. Caius vendidit aut permutauit.Quia licet ius commune aliquando reputet minorem in aliqua cauſa maiorem l.momenta neq; poſſeſſionis. C. qui legit.habe. perſo.ſtandi.in iudic. tamen ſi læſus fuerit reſtituitur, vt dicit gl. in l.vna C.ſi à momenta.poſſeſ. fuer. appel. & latè dixi in q.lxiij. quoniam talis conſuetudo,aut ſtylus non tollit beneficium à lege eis ſpecialiter conceſſum,vt volunt Doctor.ſuprà in præced. quæſt. alleg.& Gulielm.de Cugn.in l.ingenuum. ff. de ſtatu homi.& Sali.in l.j. ante fin.C.quæ ſit long.cõſuetu.Et idem tenet Roch.in d.repetit.fin.verſ.limitatur tamen de conſuetudine. & reſpondet ad Bald. & eum ſequentes, quòd loquitur in caſu compromiſſi, quod iure municipali tenetur facere. vnde per hoc non cenſetur læſus, ſed in hoc caſu præſenti ex iſta alienatione eſt læſus, propterea reſtitui debet: tenet Albe. in d. l. fina. quod minor eſſet læſus ex eo quod non ſeruauit ius commune, vel municipale,tunc tamen reſtituitur. cum præſumatur ea ignorare.l.regula.ff.de iur.& fact.igno.& ſecundum hanc partem fuit deciſum,vt infrà dicam. & pariter reſpon.ad d.l.quæcunque. quia loquitur in venditione facta per fiſcum. Ad idem text.in l. hypothecis.C. de diſtract.pigno. nec enim obſtat in caſu noſtro, quod executio ſententiæ decreti fuit ſibi per ſeruientem intimata, cui nihil minor reſpondit verbo, tamen bene de facto: quia ſuam continuauit poſſeſſionem: ratione cuius creditor impetrauit ſaluagardiam cõtra dictum minorem. Quoniam etiam ſi expreſſè conſenſiſſet, non præiudicaſſet ſibi,d.c.conſtitutus,ibi,& fecit eos contractui cõſentire,& c.de integ.reſtitu.& ita concluſum pro Raymundo minore contra Ioan. Maurianum mercatorem Burdegalen.& ſignanter ſi ex falſa cauſa decretum ſuper alienatione,tam voluntaria quàm neceſſaria fuerit interpoſitum,l. & ſi præſes.C.depręd.mino.& l.quamuisff.eod.& l.cum vero. §. ſubuentum. ff. de fideicom. liber. & glo. & Ioan.Fab.& Ang.Aret.in §.ſemel autẽ cauſa inueſtituta.ex quib.cauſis manum. licet. vel etiam ſi in prõptu conſtat de iure opponen. ante executionẽ omnino perfectam.Ac pariter fuit per prædicta deciſum pro quodam Anglo nomine Gulielmo Hierle, contra Ioannem & Franciſcum Donzi fratres Burdegalæ ciues,ac quendam nomine Boniſſam mercatorem Pariſien. Qui quidem Anglus venerat in executione areſti cridarum, quia ſtylus & conſuetudo ipſum non ligabant,cum non eſſet de eadem prouincia, nec de regno Franciæ, vt ſuprà dictum eſt. & in quæſt. cxij. incip. an tempus conſuetudinarium.Ideo fuit ad ſe opponendum iuxta d.l.ſi eo tẽpore admiſſus: & latũ fuit areſtũ die vij. Septẽbr. Anno 1527.Nec nõ pro Catherina Cheualier vxore Franciſci Galerij,cõtra tutores liberorũ deſuncti magiſtri Gulielmi Leſtonac ſecretarij. Et latum fuit areſtũ die Maij,Anno 1528. Et ſimiliter in fauorem ſyndici eccleſiæ maioris Burdegalen. qui venerat poſt executionem,nondum tamen perfectam: quoniam poſſeſſor erat intra dilationem dimittendi poſſeſſionem rei vacuam.Et ad hoc obtinuit literas reſtitutionis in integrum. Latum fuit areſtum contra* die xix.Ianuarii,Anno 1531.domino de S.Simone proceſſum reportante.

SVMMÆ.

1 *Venditor donans id quod pluris volebat,non poteſt prætextu deceptionis reſcindere.*

2 *Venditione cum donatione pluris valentiæ facta,nõ poteſt quis in retractu dicere donationem illam eſſe partem pretij.*

3 *Venditio quando non reſcindatur prætextu magni aut parui pretij.& nu.6.7.8.9.10.& 11.*

4 *Venditor aut emptor pluris,vel minoris quando non teneantur,etiam ſecundum conſcientiam.*

Quæſtio CXLII.

Alia ſuper ãreſti prædicti executione orta fuit quæſtio: quoniam vẽditio facta fuerat prædicto domino de Ranconnet pretio & ſumma trium milium librarum Turonen. Quarum conſignatio duntaxat extiterat facta,quamuis res plus valeret,& illius quidẽ pluris valẽtiã vẽditor eidẽ donaſſet. Quoniã idẽ de Ranconnet dicebat illum pluris valorẽ eſſe de pretio, & ſic debere admitti ad ipſum vna cum pretio prædicto,tanquam de eodem exiſtentem petendum, alias ipſum retrahentem ſine illius pluris ſolutione non fore admittẽdum.Ratione cuius (quamuis ab initio proceſſus,idẽ de Ranconnet allegaſſet rem ipſam tantum nõ valere)obtinuit à principe domino noſtro, vel eius Cancellario literas ad nunc illam pluris valentiam petendam:dubitabatur an eſſet admittendus.

DECISIO CXLII.

ET pro deciſione pono duas negatiuas regulas,quarum prima eſt,q† venditor qui dedit, & 1
donauit illud quod plus valebat,nõ poteſt prætextu deceptionis etiã vltra dimidiam iuſti pretii, reſcindere vẽditionem: quæ intelligenda eſt prout infrà declarabitur.† 2
Secunda regula eſt, quòd emptor prætextu illius donationis pluris valentiæ ſibi factæ, non poteſt contra proximiorem dicere illam cẽſeri,& eſſe de pretio.Et prima regula probatur:quia res corporalis pro parte vendi,& pro parte donari poteſt,l.ſi quis donationis.& ibi tenet Bal.ff.de cõtrah.empt. & in l.ſi ſponſus.§.circa.ff.de dona.inter vir.& vxo. & tenet Bar.in l.ſi quis cum aliter. in ij. q. de verbor. obl. † Tamen circa hoc diſtingue ſecundum §
Bar.ibi,aut loquimur in venditore habente ſcientiam valoris rei venditæ, & tunc etiam ſi illum rei valorem non donauerit, non habet locum remedium d. l. ij. nec dicta l.ſi quis cum aliter. quia tacitè ſicut expreſſè renuntiare illi poteſt, cum volenti, & ſcienti non fiat iniuria. vel dolus. l. cum donationis. C. de tranſac. & in regula ſcienti. de reg.iur. lib.vj.& ita tenuit Spe. in titu. de empt. & venditio.§ nunc dicendum. verſ. quid ſi aliquis ſcienter.& Bal.in d.l.ij.q.iiij.& Sali.q.vij.& Pau.de Caſt.in ij.concluſione & Abb. Sicu.in c. cum cauſa. de empt. & ven. & Alex. in conſil. cxxv. verſi. non obſtat. lib. j. & in conſi. cxxvij. verſi. præ-

terea dictum remedium l.ij.libr.ij & Bal.in l.j.§.fi. per illum text.in fin.ff.de actio.empt.& Roma. in conſ.ccccixxv.& And.Barb.in conſi.xlj.num. xxxj. qui alleg. text. in leg. quæritur. §. venditor. ff. de ædil. edict. cum aliis per ipſum Barba. alleg. & idem Barba.in conſil.lv.nu. xx.vol.ij.& in conſi.lxx. verſic.quinto & ſi quiſpiam.lib.iij. & Felin. in cap. in præſentia verſic.ſed omnia iſta intelligas.de pro
4 bat. † Et ideo dicunt Ant.& Abb.Sic.in c. quia plerique. de immun. eccle. quod ſi venditor eſt ſagax, quòd tunc emptor poteſt ſalua conſcientia retinere rem,licet minus iuſto pretio emerit,quia venditor videtur habere illud plus pro derelicto. quare emptor non tenetur ſibi facere conſcientiam.Et idem dicunt in emptore prudente emẽte plus iuſto pretio:quia ſalua conſcientia poteſt venditor illud plus retinere.& ipſos ſequitur Andr. Barb. in conſil.xxj.verſic.& licet ſint colorata.vol.iiij.& magis
5 amplè in conſi.lxvij.eo. vol. † Tamen hoc dictum limitatur ſecundum Nico.de Matte.quem ſequitur Bal.in d.l.ij in iiij.q.niſi perſonæ ſimplicitas vel ruſticitas,quæ iudicis arbitrio remittitur,ſuadeat potius eſſe proceſſum ex facilitate,quàm liberalitate, l.cum indebito.§.j.ff.de proba.& ponit exemplum Bald.in muliere minore,& ruſtico. & ibi idem Sali.in vij.quæ. verſi. vnum non omitto. licet de hoc mireturſequitur Barba.in d. conſi. lv. & in conſi. lxxvij. verſicul. & ideo dicebat Bald. volum. iij. & Abb.Sicul.in d.c.cum cauſa. & Iaſ.in d.l. ſi quis cũ aliter.ante ſi.verſicul.addo vltra Aret.cum aliis per Alexan.in addit.ad Bart.in d.l.ij.in verſicu. minor. allegatis.Et de minore vendente,& quod plus valet donante, tenet Ant. de But.in conſil. xlv.incip. domina orabilis.& ſic ſecundum Doctor.verificatur illud commune dictum.Tantum valet res,quantum vendi poteſt : & hoc homini ſcienti eius conditionem,leg. mortis cauſa capimus. §. qui hominem.& ibi Bar.&Luc.Bolog ff.de donat.cau.mor. & l.ſi ſeruus.& ibi Bar. ff.de condi.fur.& in d. l. ij.
6 de reſcin.vend.† Aut loquimur in ignorante valorem rei, aut in dubio : & in vtroque caſu auditur: quia quamuis in dubio quis rerum ſuarum præſumatur ſcire vires, l. quiſquis. de reſcind. vend. & ibi per Doct.& Sali.in d.l.ij.in vltim.qu.tamen talis præſumptio tollitur, cum quis non præſumatur iactare ſuum,d.l. cum de indebito. §. j. & etiam in dubio non eſt præſumenda donatio, quæ confundit illam primam præſumptionem : & præſumitur quòd ignoranter fecit.Et ſic fortior præſumptio elidit minus fortem,c.literas.de præſumptio.& quãuis iſte venditor fuerit in culpa, rei ſuæ ignorando valorem, emptor tamen ita enormiter cum decipiendo præſumitur in dolo fuiſſe, vel ſaltem quod interuenit dolus reipſa:& dolus ex propoſi. & rei-
7 pſa æquiparatur, d.l. ſi quis cũ aliter. † Sed quid ſi talis venditor ignorans valorem donauerit illud quod plus valebat, quod excedebat dimidiam.& circa hoc ſunt opiniones, quia Barto. in d. l. ij. & in dicta l.ſi quis cum aliter. tenet quod poteſt venditor contrauenire:quoniam illa pluris valentię donatio refertur ad modicum : non autem vbi eſſet deceptio vltra dimidiam iuſti pretij.hęc adiectio. & ibi Alber. ff. de verbo. ſignificat. & idem Bald. Alexan.& Iacob. de ſanct. Georg. in l.ſi poſt tres. & ibi Iaſ. verſicu.& quid ſi vendo. ff. ſi quis caut. & Alber.in dictio.ſuo,in ver.plus.& iſta fuit opin. Guliel.de Cug.in l.ſi tibi decẽ.in prin.ff.de pact.& etiã Azo in ſumma.de reſcindẽ.vendi.& idẽ Bal.in
8 l.cum filius.§.pater.ff.de legat.ij.† Sed Roma.in d. l.ſi quis cum aliter.dicit idem eſſe in ignorante rei valorem,etiam ſi aſcendat ad magnum, vt aliquid operetur.l.ſi quando.ff.de legatis j.& l.& puto.ff.famil.erciſcun.& etiam quod pro modico non datur reſtitutio,l.ſcio.ff.de in integrum reſtitut.& in l.in cauſæ.ff de minor.& idem Alberic.in dicta l. ſi tibi decem.in vlti. quæſtio. dicens ſe obtinuiſſe de facto,ſecundum opin.Odofre.in d. l. ij. de reſcind. vendi.& ibi idem tenuit Albe.verſi.item quærit cũ res poſſit pro parte vendi,& pro parte donari, d. l. ſi quis donationis,& ipſum Roman.ſequitur Baldus de Vbal.in d. l.ij. & Fab.in tracta. de empt.quæſti. viij.principa.verſicul.quartò quæro ſingul.Barbat. in d.c.cum cauſa.verſic.& ſi opponatur.de emptio. & vendi.& vltra rationes prædictas,quod verba debent interpretari contra proferentem,l.veteribus. ff.de pactis.& in regula, contra eum. de regul. iuris libro vj. tamen ſecundum cum conſideranda eſt perſona venditoris,an ſit diues vel pauper.argum. l.illicitas.§.ne tenuis vitæ.ff.de offic.prætid.& c. & quæſtiones. de ſimo. & idem Bald. ſibi contrarius in conſi.iij.inci.caſus talis.quidam patricius. lib. v.
9 † etiam ſi pactum de retrouendendo fuiſſet appoſitum, in quo quidem caſu maior videretur dubitatio propter facultatem recobrij.Nam videtur repugnantia,velle donare & recuperare:quia non eſt veriſimile,quod fuerit animus donãdi,vbi pactum fuit appoſitum redimendi,vt dicit Baldus.ibi, argumen.l.qui ſic ſoluit.ff.de ſolutio.Sed hoc ſecundum cũ non obſtat,quia pactum de retrouendẽdo fuit ad tempus, & tempus eſt finitum, vnde venditio remanſit libera,& donatio libera.l.ij.C.de pactis inter empto.& vendit.& ipſum ſequitur Vital. de Caba. in tracta. clauſu. in verſicul. idem vero Bald. vbi inſerit illud conſilium de verbo ad verbum.
10 † Sed opinio Bart.eſt communior, & verior: per textum in l. fina. §. idem quæſiit. & ibi Bartol. Bald.Ange.& Iaſ. ff. de condit. indebit. niſi ſecundum Bart.in d.l.ij.& in d.l.ſi quis cum aliter.in inſtrumento venditionis dictum fuiſſet(vt communiter fit) quod illud plus quantumcunque magnum, aut paruum eſſet donabat:tunc perdidit omnia præ dictarum legum remedia. Et cum ipſo Barto. tranſeunt ibi Rapha. Cuman. Alexand. Aret. & Iaſ.& idem Petr.de Anchar.& Ioan. de Imo. in c. cum contingat.de iureiurand.& Soci. in ſuis regul. ccccxxxvj. in verſicul. venditio. dicens iſtud fuiſſe de mente Guliel. de Cugn. in dicta leg. ſi tibi decem.de pact.& idem Bald.in vij.quæſt.in d.l.ij.de reſcind.vendi.& Pantha. Cremenſ. ibi in repeti. in xv.extenſione.& latè in v.Fallen.verſi. non tamen, & Pau.de Caſtro ibi,in vij.concluſione,& Bald.in dicto conſi.iij.caſus talis,quidam patritius. volu.v. Abb.Sicul.in d.c.cum cauſa.& Salice.in dict. l.ij.in viij.quæſtio.& Maſuerius in ſua praxi. titu. de emptio.verſicul.item ſi venditor.& Guid.Papæ in ſingu.cclij.Ango. Aret.in §.actionum. verſicul. quæro quid ſi in inſtrumento. de actio. & iſta eſt communis opin.
11 † Et ſic ſecundum Barto. & Bald. & Doct.ſuprà alleg.erit vtile,ſiue vẽditor fuerit ſciẽs, ſiue ignorans rei valorem, quod in litera ſeu inſtrumento venditionis ponantur hæc verba. Qui quidem ſciens valorem rei prædictæ cum ſuis iuribus & pertinen.& plus valere,ac pretium aſcendere prædictum,illud totum,& quicquid plus valens quantumcunque ſit,ſiue magnũ, ſiue paruũ, ex ſua certa ſcientia,& non aliquo ductus errore, eidem emptori tanquã bene merito dedit, & donauit purè,& liberè ac ſimpliciter,etiã ſi excederet dimidiã

iuſti

iuſti pretij. Et idem Socinus in conſilio xlviij. verſiculo quarto poteſt. volumin. iiij. & Alexand. conſilio xxviij. in cauſa & lite vertente. verſi. tertio reſpõderi poteſt, lib. v. & Bertran. conſilio clxix. viſis duobus publicis inſtrumentis: tamen adhuc per illam clauſulam donationis pluris valentiæ non videtur tolli remedium l. ij. C. de reſcindenda venditione. niſi bis fuiſſet inſerta, ſecundum Baldum ibi, alleg. gloſſ. in cap. ſi quis iratus. in verbo, iterare. ij. quæſtion. iij. quia geminatio ſeu reiteratio præſupponit deliberationem. & ſequitur Hippolyt. in l. prima. §. quæſtioni. numer. vj. ff. de quæſti. tamen præcedens eſt verior & communior, quia ſi bis eſſet facta, præſumeretur dolo exacta.

SVMMÆ.

1 *Donatio pluris valentiæ, an ſit pars pretij in emptione. & num. 3.*

2 *Vendita partim & partim donata re præſumitur fraus.*

Quæſtio CXLIII.

In donationibus, ſi partim præmium petatur, partim gratis detur, præſumitur fraus.

DECISIO CXLIII.

ITquò ad ſecundam regulam, † quod emptor nõ poſſit prætextu illius donationis pluris valentiæ ſibi factæ, dicere illã eſſe de pretio, tenuit Bal. in gl. ſua poſita ſuper trac. ſeu l. ſancimus. de iure protomiſeos in vltim. quæſt. qui pro hac regula allegat gl. in l. penul. ff. de ædil. edict. & etiã text. in l. ſi quod ex Pãphila. & in l. qui inſolidũ §. j. ff. de legat. ij. Quia ſecundum eum in iure protomiſeos non ſoluitur niſi pretium inter partes conuentum & ſolitum, per text. in d. l. ſancimus. poſt prin. ibi, vt intra xxx. dies ſoluẽdo iuſtũ pretium quantum verus emptor debuerit &c. qui tex. ſecundũ eum facit etiam, quod victus victori non ſoluit ſalarium pro aduocato, quem gratis habuit, vt per Barto. in l. ſi ſtipulatus. ff. de fideiu. & in l. terminato. C. de fruct. & lit. expẽ. & quod talis clauſula dedit & donauit id quod plus valebat, nihil ſecundũ eum operatur, quia quãdo fit mixtura quorundã contrariorum, præſumitur fraus, & ſic reuocatur res vendita à proximiore, ſiue illius pluris ſolutione allega. Gulielm. de Cugn. in d. l. ſi tibi decem. † Et idem videtur tenere Bal. C. de repu. hære. volens, quod quando res eſt pro parte vendita, & pro parte donata, præſumitur factum in fraudẽ: & eum ſequitur Abb. Sicul. in capit. final. verſicul. iiij, ſimulatio præſumitur. de alien. mutant. iudic. Et idem Matthæ. de Afflict. in d. l. ſancimus. de iure protomiſeos. verſi. item dico quod ſi venditur terra. & in verſic. item præſumitur donatio. & verſic. & eodẽ modo dico, quod ſi res pro parte venditur, &c. qui alleg. etiam Bal. in quodam ſuo conſi. quod incip. ad probandum & oſtendendum. quod tamen in omnibus quinque volumin. conſil. ſic inchoan. non inueni. Facit quod not. Petr. de Ancha. in conſil. clx. præſupponitur in themate quod domus. & quod not. Specu. in titu. de ceſ. act. §. j. verſicul. ſecundo præſumitur ſimulata. Item in donatione non habet locum retractus, vt plenè dixi in §. j. verſiculo ſed iuxta præmiſſa quæro. de conſuetu. Ideo illa clauſula donationis pluris valentiæ non conſideratur. Et pro iſta parte videtur bonus text. in l. poſtliminium. §. penultim. ff. de capti. & quod dixi ſuprà. q. lxxvj. inci. proximiori retrahenti. verſ. ſed bene videtur quando proximiori volenti. quamuis Chaſſanæus ſentiat contrarium lib. conſuc. Burgun. tit. *des retraicts*. §. j. ver. *le prie*. nu. ij. quòd iſta clauſula, & q̃ plus valet donat. ſi pars pretij, l. fundi. partẽ. & quod ibi not. Albe. ff. de cõtrahen. empt. ſignãter quando reſiduum valoris rei fuit æſtimatum ad certã ſummam. quod communiter nõ fit. Et pro eius opin. facit, quod pretium verum poteſt augeri. text. eſt clarus in l. hæc venditio. §. vlti. & ibi Bald. ff. de contrahen. empt. ibi, augebitur pretium, ſi pluris emptor fundum vendiderit, ſed intelligitur de vero pretio addito, & non donato ſeu remiſſo. Præterea hic conſtabat per confeſſionem ipſius, de Ranconnet, in iudicio factam, quòd ipſe iuſto emerat pretio. Et tandem per arreſtum ſuperatus dicit in executione rem ipſam plus valere, etiam nullum maiorem valorem ſibi donatum fuiſſe: ex quo colligitur variatio, & præſumpta fraus, quæ non impediunt retractum: de quo per Matth. de Afflict. titul. de iure protomiſeos. Et multum facit quod decidit Ioan. Cald. in conſil. ij. titu. de empt. & vendit. quod ſi quis vendat rem communem multo minori pretio quàm valeat, & alius ſocius approbans renuntiat, atque conſentit venditioni, quod valeat talis renuntiatio, etiam ſi reſiduum excedat ſummam quingentorum aureorum, pro qua non requiritur inſinuatio: quia renuntiatio & talis donatio maioris valoris accedunt ipſi venditioni. Et ideo eius naturam ſequi debent, vt attendatur id quod eſt principale, ſcilicet id propter quod aliquid fit, eſt contractus venditionis. l. ſi autem. §. fin. ff. de aqua pluuia arcen. c. cum olim. de cenſi. & c. ſi ſuper gratia. de offic. deleg. lib. vj. cum aliis per eum alleg. Et ipſum ſequitur And. Barb. in l. ij. verſic. item ponit Rom. quæſt. quidam domum vendidit. ff. de verbo. obliga. Quem redarguit Roman. ibi de reprehenſione, quam facit de Cald. in d. conſi. ij. quia text. in dicta leg. ſi ſponſus. §. circa. de donatio. inter vir. & vxo. loquitur quando maritus vendebat, & vltrà vẽditionem donabat, & principalis intentio ſua erat donare. Ideo non valebat talis donatio. & Bal. ſecũdum eum in dicto §. circa. vult quod illud procedit incidenter, ſecus ſi principaliter. & ſic vult id quod Cal. item ibi. quia donat vt exerceat liberalitatem, l. j. ff. de dona. ſed hic in caſu iſto vendit, dato, quod poſteà acceſſoriè donet. Sed Bald. meus hoc non dicit, ſed contrarium: & idem ibi Sali. in fine. & Roma. in d. l. ij. ff. de verbo. obli. quia talis donatio ſic facta excedẽs quingẽtos aureos requirit inſinuationem. Et idem Petr. de Ancha. in dict. cap. cum cauſa. in vij. oppo. quem ibi ſequitur Andr. Barb. verſicul. & dicit hic Petr. & ſic ſibi contrarius. & idem Socin. in conſil. ccxv. verſicul. his tamen non obſtantibus, volum. ij. & Alciatum in dicta l. ij. nume. xvj. & Ioan. de Imo. in d. c. cum cauſa. Quia ſecundum eos venditio modico pretio facta dicitur potius donatio quàm venditio, vt voluit Cin. in l. j. quem ibi ſequitur Bal. C. de pactis. & pro hoc gl. in l. apud Celſum. §. de auctoris in verſ. cauſa. ff. de doli except. & in l. ſi quis obligatio. ff. de regu. iur. Et pro hoc tex. in l. cũ hic ſtatus. §. ſi inter virũ & vxorem, verſi. idem dicendum erit. ff. de dona. inter vir. & vxor. ideo dicit in d. l. ſi donationem Bal. l. ſiuquam. C. de reuocand. donat. habere locum in tali venditione modico pretio facta, cum illa maio

Digitized by Google

ris valentiæ donatione,& idem Bal. in dicta l.si vn quam & Socin.in consi.xxij.volum. iij.& Alciatus in d.l.ij.num.xvj.in fin.de verbo. obligat.& de Kipa.in dict.l.si vnquam nu.xviij.cum sequent.& hoc etiã est verum,quando pro maiori parte esset dona tio , quæ excedat dimidiam iusti pretij , secundum doctrinam Bartol.in leg.Aristo. circa finem. ff. de donation.& in l.tenetur.§.j. ff. de action. empt. & Roman.in l.si quis cum aliter. & notant Doctores in c. ad quæstiones,de rerum permutatione. & tradit Abb.Sicul.in consi.xv.incipien.quæritur an prædictus contractus versic. sed his non obstan. volu. j.Socin.in d.consil.ccxv.& idem Decius in l.imaginaria venditio. numer.ij. ff. de reg. iuris. cum aliis per nos alleg.in §.xviij.in glos.j.de consue.feud.de
3 quo dicam in sequen.quæst. † Et sic in casu nostræ secundæ regulæ (non obstante clausula donationis maioris valentiæ) concluſum fuit in curia illum maiorem valorem non esse de vero pretio per ipsum proximiorem restituendo. Et latum fuit arestum die xviij. Iunij,Anno 1523. contra quod quidẽ arestum proposuit errorem , sed tandem appunctauit. Tum etiam quia si proximior vellet retrahere rem xxx.aut alio maiore pretio re vera vendi tam,pro minori dicens illud esse verum & iustum pretium,ac rem illam non plus valere,profectò nõ posset,vt tenet Salice.in l.ij.quem ibi sequitur Ias. versic.vij.princip.C. de iure emphy. cum aliis per nos allegat.in §.fi.in vlti.quæst.de iure retentio.rerũ feud.lib.consue.Bitur.& not.quod post retractũ factũ per proximiorem venditor potest petere restitutionem rei,iuxta d.l.ij. C. de rescinden. vendi. vt tenet ibi Ioan.Fab.Odofre.Nicol.de Matte.Bal. in viij.quæst.& Salic.in ix.qu.& Ioan.de Imo.in ca. cum contingat.de iureiur.& dixi in §.ij. versic. sed quid si venditor. de consue.retrac.eod.lib.consuet. nisi interuenisset donatio pluris valentiæ , tunc nõ potest quemadmodum non potuisset contra emptorem,si non fuisset retractus factus , vt suprà dictum est. Aduerte etiam , quòd si ad fraudandum dominum directum ventis,siue laudimiis,vel proximiorẽ à retractu,positũ fuerit in instrumẽto modicũ pretium , cum re vera maius pretium fuisset conuentum,& proximior velit retrahere,vel dominus retinere pro pretio in instrumento declarat quod non potest,si alio vero, & maiori fuisset vendita,si emptor declarauerit eisdem intra tempus iuris,vel consuetudinis verum pretium conuentum soluisse:vt voluit Petr.Iaco.de Aureliaco in tit. de act.in rem pro re emphy.& Spec.in §. nunc aliqua. versi.xcij.de iure emphyt. cum aliis per nos allega. in §.ij.in j.quæst.de consuetu.reten.rerum feuda.

SVMMÆ.

1 *Permutatio quando cõficatur venditio, vt habeat locum retractus.& nu.2.*

Quæstio CXLIIII.

Sed quid,vbi facta esset permutatio rei minoris pretii cum alia in triplo maiori,& pro illo maiori valore detur pecunia, an habeat locum retractus?

DECISIO CXLIIII.

2 TVt videtur non habere locum retractus,si ab initio constet contrahentes voluisse principaliter permutare,licet in ea interueniat pretium. quia tunc est vera permutatio,in qua non habet locum retractus,per ea quæ not.Io.Andr.& vterque Consicul.in cap.ad quæstiones:de rerum permuta.& ibi Guido Pap.ante fin. volentes in hoc voluntatem permutantium esse attendendam, vt voluit Ioan. Andr.in regula contractus.de reg.iur.in vj. & singulariter Bartol. quem sequitur Roman. in leg. Aristo. ff. de donat. & Bartol.in l.j.ff.de rerum permuta.& in leg.tenetur.§.j.ff.de action. empt. cum aliis per nos allega. in §. xviij.de consuetud.feud. lib. consuet. Biturig. non distinguentes qualis pecuniæ quantitas interuenerit pro valore alterius rei. & idem Alexand. in l. j. in princip.& ibi Ias. de sancto Georg.nume. vj.ff.si certum peta.& Bald.in lib.j.versicul. quid si statutum dicit.cum duabus quæ. seq. C. de rerum permut.& ista est communis opin. quam sequutus fuit Ioan.Barberius in suo iuris viato.titul. de rer. permu.versic.quæro quid si ex vna parte detur res & pecunia.& Zaba.in d.c.ad quæstiones.quę.ij.quia non quãti sit accessio, siue plus in ea sit quã in ipsa re cui accedit,an minus attenditur,l.si emptione.in princip.& ibi Barto.ff.de contrahen.empt.& Abb. Sicul.consil.xv.inc hoan.quæretur an prædictus cõtractus.versicul.sed his non obstantibus. volum. j. & Socin.consil.ccxv. volum. ij. cum aliis in præceden.quæstio. alleg.& hanc sequitur Cornel.consil. lxxiij.in litera A.& B, volum. iiij. & Masuer. in sua praxi,titul.de empt.& vend.versicul.item si aliquis permutauerit. † Quam quidem communem opin. 2
intelligit Pau.de Castro in dict.l.Aristo.in fine esse veram,quando pecunia addita non excedit valorẽ rei,vel excedit modico, tunc sit vera permutatio: si verò multum excedat pecunia data , quod tunc sit venditio,etiam si actum sit,quod esset vera permutatio : maximè quando tractatur in præiudicio alterius , scilicet domini , vt in casu nostro in præiudicium agnatorum retrahere volentium. & idem Paul.in d.l.ij.si certum peta.& Guido Pa.consil.cxlvij.numer. v.& Ias.post Bald.in prælud.feud. versi. non tamen,inter cætera. Et ita videtur esse opi. Vbe.de Bubio,quem refert & sequitur Alberi. in d.l.j.C.de rerum permutatio.& ipsum Paul.sequitur Purpurat.in dicta leg. ij. numer. lvj.cum pluribus sequen.vsque ad finem. l. si certum petatur. etiam si pecunia non excedat valorem rei. & in his casibus secundum eum proximior retr. here potest,vt ibi,numer. lxv. Et hanc etiam opinio. tenet Alexand.consil.lxxiij.lib.vij.ibi,concurrebant vltra voluntatem permutantium pretium , & plura alia, quę indicabant veram venditionem,& non permutationem.Et idem Iacob.de sancto Geor.in tractatu de roydis.versi.sed ponamus quod fiat permutatio.& pariter videtur tenere Matthæus de Afflict. in tractatu protomiseos.in verb.licet enim versicu. sed iuxta hoc quæro.Sed non facit iudicio meo. Imò opinio.Bart.& Bal.sequitur,sed in dubio,quãdo non apparet ex contractu de animo contrahẽtium,an velint vendere , aut permutare , quoniam hoc non dicitur in contractu:nec per testes probatur.Et idem videtur si longè maiuș pretium sit datum , quàm res data , quod præsumendum sit emptionem fuisse factam.Et hæc opinio Paul. & Purpu. & aliorum videtur magis æqua , quando tales permutationes fiunt ad fraudandum,& priuandum dominum laudimiis , & iure prælationis,vel agnatos à retractu,vt videtur factum in casu nostro,contra Ioann.Iac.de Durosorti hæredem defunctæ dominæ Margaritæ de Fuxo,retrahentem ab hæredibus de-

bus defuncti domini Ioannis Brunaldi in curia cõsiliarij, qui dederat rem æstimatam ad tres mille libras Turonen.vel circa,cum septem milibus & ducentis libris Turonen. in recompensam castri de Saluico:quod quidem pretium in triplo excedebat valorem rei.Arguit venditionem,& non permutationem factam. l. fina. & ibi Bartolus, Ioannes de Plat.& alij.C.de prædiis curia.libro decimo.l.quoties.C.de iure dot.& gloss.in l. si inter. eodem titul.& in terminis consuluit Decius consilio clx. exordien.Causa monasterij,in primo dubio.quia in casu suo omnia bona tradita ex parte vnius fuerunt æstimata pro summa librarum vigintitrium millium tercentum trigintaquatuor, & molendina ex aduerso tradita fuerunt pro quantitate, & summa librarum quatuor millium.Vnde ista æstimatio ostendit clarè fuisse venditionem & non permutationem.Et in hoc non videtur dubium. Et idem sentit Iason cons.xlv. numer. iij. incipient. aggredior primam dubitationem.volumin.j.licet in casu dicti de Bomial partes ambæ in contractu voluerint permutationem fieri: tamen videtur sonare in venditionem ratione maioris pretij excedentis, vt voluit Bald.in dicta l.j.versic.quid si notarius. C. de rerum permutatio.vbi videtur decidere hanc quæstionem dicens, si notarius scripsit permutationẽ, & in rei veritate sit venditio. statur naturæ rei, & non verbo notarij:quia non attenditur nomen contractus,sed effectus & substãtia,l.insulam.ff. de præscriptis verbis.cum aliis per Decium alleg.in dicto consilio clxiiij.versi.non obstat quod in contractu dicitur.volumine primo, & idem Alexander consilio xl.versicul. circa tertium dubium.ibi pro hoc facit,quia licet contrahentes volumi. iiij. & de Ripa in leg.si vnquam.C.de reuocan.donat. & Anto. Rubeus consilio cxlij.inchoan.præsupponitur in facto.nume.j.& iij.cum aliis per eum allegat.& aliàs secundum hanc partem fuit iudicatum in fauorem nobilis Ioann. des Appas. dit de Lisle, in materia retractus actoris contra Ioan.de Domingeons contrarolatorem contabulariæ Burdegalæ rei. Et latum arestum,die iij.Decemb.anno 1511.& in nostra quæst.domini magnę camerę,in qua visus fuit processus,fuerunt partiti & diuisi: quoniam aliqui sequebantur Pau.& alij opin.Bar.communem: quia prælato licitum est rem viliorem cum pretiosa permutare,absque consensu capituli.c.j.& d.c.ad quæstiones.de rerum permu.& de Ripa libr ij.responsorum.cxxij.num.ix.& similiterbeneficium pingue cum tenui, & tamen tenet permutatio ;c.quia verisimile non est.& ibi Abb.Sicul.Felin.de præsumptio.& Abb.in c.j.de cler.non residen.& gl.in c.primo.§.item omnia prædicta.in verbo. permutationis.de collat.in pragma.sanct.nisi alia in tali permutatione cõcurrerent,quę ibi vide per eos.Et postea idem processus in camera tornellæ reiectis suspectis,in qua eramus decem,dispartitus:&conclusum secundum opi.Paul.quod visa tanti pretij quantitate in triplo valorem rei excedente, ob fraudes euitandas,scilicet in præiudicium domini vel agnati, talis contractus permutationis saperet venditionem,& non teneret,vt not.Ange. in l. sed & quæsitum.ff.de libe. & posthum. & Lud. Bolog. consi. xxv.cum aliis per nos adductis.lib.consue. Biturig. tit.de consue.retract.§.j. ver. sed iuxta præmissa. & eiusdem fui opini.Sed tamen in casu isto ego dicebam dictum de Durosorti non esse ad retrahẽdum admissibilem, cum intra tẽpus primi retractus per Marga. de Pellegrue(à receptore emendarum curię,cui per arestum fuerat adiudicatum prædictum castrum de Saluiaco)facti non venerat,sed post triẽnium.Et postquam ius in eo castro acquisitum, & de nouo perditum,de Pellegrue conquestum fuerat, per ea quæ dixi suprà q. lxxvj. inchoan.proximiori retrahenti.Aliàs, si sit maioris valoris quàm pecunia data,tunc præsumitur permutatio, quia pecunia in modico excedẽs nõ facit venditionẽ secundum Paulum & omnes:quo casu non habet locum retractus:licet Purpurat.cõtrarium velit,vt dictum est.Et ita videntur intelligere Bart.& Roma. in dicta leg.Aristo.sed vbi vnus compermutantium rem habuisset venalem, & rem sibi traditam promisisset reuendere compermutanti, tunc habet locum retractus:quia talis permutatio censetur facta in fraudem agnatorum,vt dixi in §.xvij. & alibi per discursum harum Decisio.& singula.Ludouic.Bolog.in d.consil.xxv.in d.l.j & ibi Bald. C. de rerum permut.

SVMMÆ.

1 *Legitima etiam à legatariis pro rata petatur. & num.2.*

3 *Hæres solus an debeat ante legatarios eo nuenire à petente supplementum legitimæ.*

4 *Opulenti,& locupletis differentia.*

5 *Legatarij,an agant contra alios legatarios qui hæreditatem exhauserant.& num.6. & 7.*

8 *Dimidia si filiæ relinquatur,& reliqua omnia ecclesiæ,an sola ecclesia teneatur ad legata.*

Quæstio CXLV.

Quid de dubio etiam partito inter eosdem partes,scilicet nobilem Antonium de Fuxo actorem,dominum de Rabastz, & hæredes prædicti domini Ioan.de Bonual reos: An dictus actor possit contra eosdem hæredes possidentes,& habitantes castrum prædictum de Saluiaco à Ioanne de Fuxo legatario,mediante Rege, cui ob emendam fuerat adiudicatum, agere.Hæc quæstio est,an legatarii possint hærede non discusso intentare actionem pro rata, contra legatarium,vel eius successorem.

DECISIO CXLV.

ET videtur prima facie dicendum pro supplemento legitimæ filiam, aut filium testatoris,aut testatricis recurrere posse non solũ contra hæredẽ vniuersalem,sed etiam legatarios pro rata:& sic contra omnes insimul,vt voluit Bar.in l.in quartã.in q.vlti.ff. ad l. Falci. per tex.in l.si ex patronis.in prin. & in l. si libertus sub conditione.§.ij.de bo. liber. vbi sic est in patronis. Et ipsum videtur sequi Ang. ibi in fi.se in hoc remittẽdo ad ipsum Bar.& ipsum secutus fuit Ray. in d.l.si ex patronis,vt refert Ang.in l.si pater. ver. restat videre. C. de inst.& substit.sub cõdi. fac. & in l.Papinianus.§. si conditioni. vers. ad ipsum autem supplementũ.ff.de inof.testa.& idem Guli.de Cug. in l.j.in prin.C.de inof.dona.& Albe.in d.l.si ex patronis.& Ant.Rub.consi.lxxiij.nu. iij. & Bal. in authen.presbyteros.ante fi.C.de sacrosan.eccle. & in l.omnimodo.ver.vltimo quæro.C.de inof. testam. 1

† Quod dicit procedere quãdo esset relictũ corpus hæreditariũ,tũc tenẽturcõtribuere legatarij ad supplementũ legitimæ,sicut hæres,arg.l.lineã margaritarũ.ad l.Falci.secus si esset relicta quantitas,vel ali- 2

quid aliud in genere: & tunc non agitur contra legatarios,cum genus non ſit in ſubſtantia bonorum teſtatoris,ex qua debetur legitima,l.ſcimus.§.repletionem. C. de inoffi. teſta. & cum eo videtur ſimpliciter tranſire Paul.de Caſtr.in d.l.in quartam.in fi.dicens ſ aliàs idem conſuluiſſe:quod Alex.ibi,& in l.non amplius.§.fin.allegat illud conſi.cliij.aliàs cclv.cum ſeq.& idem Paul.de Montepico.ſed illud reperi in ij.vol.ccvj.ſecundum antiquam ſtanpam, ſed in nouis eſt cciij.vbi in primo dubio idem tenet,ſequendo Bar.& Bal.quando filius vult habere ſupplementum legitimæ in rebus legatis ſicut in aliis. Sed ſi non curat habere partem in ſingulis rebus, ſed contentatur habere ſupplementum in æſtimatione partium,& tunc vt inquit,poterit agere contra ſolum hæredem condictione ex illa l.omnimodo. vt ibi per eum. & iſtam partem tenet Cor. conſi.clxviij.in litera E,volum.iiij.dicens hanc eſſe communem,& iuuatam maioribus authoritatibus, cum longè maioris ſit authoritatis Bar.quam Imo. & latius tenet conſi.cxc.in litera D,vol. ij. & ſentit Franc.de Arc.conſi.clvj.ver.præterea.& Guid.Pap. in ſuo ſing dcccclxviij. exord. ſupple. legitimæ, & latius conſilio clviij.nume.j. † Contrarium, quod 3
hæres debet prius ante legitarios ſolus conueniri, tenuit Bal.ſuper ru.ff.de re.diui.verſ.ſed pone, pater mandauit. cum q. ſeq.quem ſequitur Alexand. conſi.cliiij.numer.xiiij.libr.vij.& idem d.l.ſcimus. verſi.vltimo quæro.& idem Ang.in dict.l.Papi.§.ſi condi ver. quidam autem dicebāt offi.iud.& latius verſicul.ad ipſum autem ſupplementum, & in d. l. ſi pater.verſi.reſtat videre. C. de inſt. & ſubſti. ſub condi.fact.etiam ſi corpora hæreditaria fuiſſent legata,quia dominium ipſorum nūquam fuit nec eſt filij:ergo realis actio non competit, & minus perſonalis,cum legatarij non ſint obligati.l.quoties.C. de hære inſtit.& ſic eos non ſequitur. l.ſi.§.fi. ff. de contrahen.empt.& l.j.§.hæres.ff.ad Treb.l. j. C. ſi certum peta.& l.j.& ij.C.de hære.act.& Bal.conſi. ccccxxxvij.inci.in cauſa quęvertitur inter fratres. ver.quartò præmitto.vol. ij.& Lau. Calca. conſil. lxxiiij.numer.xlviij.& aliqui allegant Ang.in §.cæterum in verbo,ab hęredibus.in auth.vt cum de appel.cog.idem tenere:quem non inueni.& idem per illum tex.tenet Io.de Imo.in d.l.in quartam. verſi. vltimò tangit.& reſpondet ad d.l.ſi libertus.& idē in d. l. ſuus quoque verſi. vltimò extra quæro.ff.de hæred. inſtitu. dicens vltra,quod ſi opinio Guli.de Cug.& Bar.eſſet ſimpliciter vera,& teſtator feciſſet plura legata,oporteret filium qui pro ſupplemento legitimæ indigeret mille libris offerre libellum contra quemlibet legatarium:quod diciteſſe ridiculum,& conſuetudo ſecundum eum hoc non approbat.Et idem videtur Sali.in d.l.omnimodo.in principi. quæſt. iij. quia ſicut æs alienum deducitur, ſic ad eius ſimilitudinem legitima filij,ex reſiduo ſoluuntur legata detracta Falcidia iure inſtitutionis hæredi debita, & ſic dici poteſt ſecundum eum quod detrahitur ex vtroque.ſed portio manſura hęredi,ſi ſit opulenta, quod ei ſufficiat pro vtroque, ſcilicet ad repletionem legitimæ filio debitæ, & pro ſua falcidia, tunc per eum integra ſoluuntur legata,vt nihil eis minuat. Quæ dicatur hæreditas opulenta,vide tex.Bal. & Lud. Bolo. in ſecundis interpre.in l.j.ff.de of. proc. Cæſa. † Et quæ ſit differentia inter opulentum & locupletem, vide gloſſ. 4
in l.ſi quis mihi bona.§ ſi ſeruus.& ibi per Docto. & Lud.Bol.in primis interpre.de acqui.hæred. ſed quomodo poteſt ſciri,an hæreditas ſit ſoluendo,ni ſi prius hęrede diſcuſſo,aut per inſpectionem inuētarij legitimè facti?ergo ſic debet intelligi eius opin.vt l.ſi.§.& ſi præfatam.verſi.licentia creditoribus.& ibi gl.in verbo,accommodare C.de iur.delib.quæ arguit contra illum tex.in d.l.ſi. C. de hær. actio. vbi dicitur hæredes conueniendos à creditoribus non legatarios,& idem ar.facit gl.in d. l. ſi, & vtrobique ſoluit,ſcilicet quod tex.in d.l.ſi.loquitur quando hæreditas eſt ſoluendo, & in d.verſi.licentia.quando non eſt ſoluendo.quam ſolu.ſequūtur Docto.inſuper Pau.de Ca.in d.verſi.licentia.& Corn.qui legit d.ver.licentia,cum §.& ſi præfatam. ponentes exemplum,Legata ſunt centum † plurib. 5
legatariis,& in hæreditate deducto ære alieno ſunt ſolum quinquaginta, quæ hæres ſoluit primo legatario venienti,an reliqui legatarij habeant regreſſū aduerſus legatarium,cui fuerūt ſoluta integra quinquaginta. Decidunt legatarios poſtea venientes agere poſſe condictione indebiti aduerſus primum cui facta fuit ſolutio, quia legata non debentur vltra vires hæreditatis,l.vniuerſi.C.de lega.l.j. §. ſi is qui quadraginta.ff.ad Trebel.& ideo diminuuntur pro rata :idcirco ille primus pro media reſtituit in debitum quod debebatur aliis,allegant ſimile in l. ij.ff.de condi. indeb. ibi diminutione. iuncta l. iij. & l.nō eſt nouū.eo tit.† vel quod hæredes teneantur cedere legatariis condictionem indebiti,& per 6
illa iura idem tenet Alb.Bru.conſil.xviij.verſi.circa primum. & idem conſuluit Paul. de Caſtr. conſil. cclxxij.exordien.ad primum reſpondetur.ver.ad ſecundum ibi,ſed quando hæredes.volum.ij.& idem conſi. ccxij. inchoan. ſupra dicta omnia quæſita ad fin.ver. quantum verò ad ſecundum. volu. j. quinimo ſecundum Paul. in præalle. conſil. ccvj. alias cciij.ſuper primo dubio eſt tex. decidens hanc q. vltra tex.in d.§.cæterum ſcilicet in d.l.omnimodò. quam l.gl.ibi alle.in verſi.leges,circa medium,ibi, ſi tāmen non ingrati volens tex.ab hæredibus vniuerſalibus ſupplementum petidum tex.dicit,quod ſi tali petenti non imputauit defunctus ingratitudinem, ipſi hæredes eam ſibi imputare non poſſunt. Sed ſi Imperator voluiſſet petere à legatariis,de ipſis etiam loquutus fuiſſet,ſicut de hæredibus:& ſic conſtabat hæredem non eſſe ſoluendo. † Et idē in 7
effectu concludit Alex.in d.l.in quartam.opin.Bar. eſſe veram,quando per legata remanebat diminuta legitima:adeo quod hæres de parte ſibi remanēte vltra quartā iure inſtitutionis debitā nō poterat ſatisfacere legitimæ: & tunc poſſit agere cōtra legatarios poſſidētes cōdictione ex lege.Sed ſi per legata nō remanebat diminuta legitima,ſecus.Et ſic nō poteſt ſciri niſi diſcuſſo hærede. & iſtā partē tenet Bened.Capra.cōſi.xlviij.inchoan.& ſi videatur prima facie per tex.in d.§.cæterū non cauillando text. & minus ſecundū eū quādo legatarius diſpoſuit de re legata, quod agi nō poſſit contra illum ſecundū poſſeſſorē,vt eſt in caſu prędicti domini de Rabaſtz, contra hæredes dicti domini de Bonual, qui ſunt tertij poſſeſſores. Et idem in effectu Pau. de Montepico.in d.l.in quartam.ver.x.quærit.Bart. vbi ita concordat d.§.cæterum.& d.l. ſi ex patronis. & l.ſi libertus.quia aut hæreditas eſt ſoluendo, & habet locum.§.cæterum.quia ſit ſupplementum ab hæredibus:aut non eſt ſoluendo, & habet locum d. l. ſi ex patronis.& ita procedant dicta Bar.& idem Bal. conſi.cclv.incip.ſi pater inſtituit.& conſi.cccxxvij. inchoan.ſi teſtator inſtituit fratres in rebus certis. vol.j.& in conſil. clxxxvij. incip. ſuper primo puncto.in fin.ver.ſuper vltimo.& conſil.ſeq. volu.ij. &

Guido

Guido Pap.consi.cciij.nu.xj.dicēs dominum Ioannem de Grossis ita tenere in d.l.omnimodo.& Iaſ. in ſortioribus terminis conſil.lxiiij. vol.j. † ſcilicet quando pater dimidiam partem bonorum ſuorum reliquit filio, in qua eum inſtituit hæred. & in cæteris omnibus inſtituit eccleſiam, quod eccleſia teneatur ad legata & fideicom.& non filius legatarius.Et pro hac parte facit tex.in l.pacto debitorū. C.de pac.ibi per Moder.& ſentit Pau.de Caſt.conſil.ccclviij.inci.dicta Catherina.vo.nouo,quia dicit debere conſtare hæreditatem non eſſe ſoluendo.& Iaſ.in d.l.ſcimus.in v.no.ver.ij.fallit.de inof.teſt. & Ale.conſi.cxxviij verſi.nec etiam ad hoc obſtat. li.j.volens petitionē ſupplementi legitimæ fieri contra hæredem, & non contra extraneum.& idem Bertran.conſi.ccclxxxj. inchoan. donatio quam olim.num.ix.volum.iij.& Decius conſi.lxxxij.in caſu propoſito agam paucis.verſic.ij.ſequentes Bald. in d. rub.ff.de re.diui. & idem Fab. de Giocchis in rep.authen.nouiſſima.verſi.ad tertium membrum. & verſic.& notandum.quod Bald.& ver. v. quæritur. C. de inof. teſtament. Et ſecundum hanc partem iudicatum fuit die & anno in præcedenti quæſtion.annotatis.

SVMMÆ.

1 *Mens attendenda potius quàm verba.*
2 *Clauſula in parte poſita,an ad omnia ſit referenda, & num.3.4.5.8.9.*
6 *Nomen & arma teſtatoris quando portanda ab hærede.*
7 *Clauſula importat aliquando dilationem, conditionem, priuationem vel limitationem.*
10 *Aduerſatiuæ dictionis natura.*

Quæſtio CXLVI.

Nobilis vir Franciſcus de Noalhiis,dominus de Nolhaco per teſtamentum ſuum voluit plura legata tam pro anima, quàm pro filiabus legitimis,& naturalibus ac illegitimis facta & relicta per hæredē ſolui,ſub hac verborum ſerie: Item idem teſtator nominauit hæredem ſuum nomine proprio, Ioan.de Noalhiis filium ſuum naturalem & legitimum, per quem voluit exſolui omnia & ſingula ſupradicta legata &c. & caſu quo contingeret dictum Ioann hæredem ſuum decedere ſine liberis maſculis,ex ſuo corpore deſcendentibus, inſtituit Ademarum de Noalhiis nepotem ſuum,filium nobilis Ioan.de Noalhiis domini de Cābres :hoc tamē adiecto quòd dictus teſtator reliquit duntaxat vſumfructum omnium & ſingulorum bonorum ſuorum mobilium & immobilium,domino Antonio filio ſuo,ita quòd ipſo mortuo veniat dicta ſuceſſio ad dictum Ademarum ,aliàs non. Et caſu quo contingeret dictos Ioan.& Ademarum filium & nepotem decedere ſine liberis,illo caſu adueniente inſtituit Ioan. de Coſuaco filium filiæ ſuæ Ludouicæ dominæ de Coſuaco,dum tamen ille ſubſtitutus non ſit dominus bonorum domus de Coſuaco: & caſu quo ille non eſſet habilis,ſubſtituit Bertrandum fratrē dicti Ioan.neporis ſui,caſu etiā quo eſſet habilis. Et caſu quo non Carolum ſubſtituit, ſi etiam ſit habilis:& caſu quo non, ſubſtituit Guidonem de Coſuaco fratrem dictorum Ioan.Bertrandi & Caroli ,caſu quo contigerit illos fratres prædictos ſubſtitutos mori abſque liberis , illo caſu adueniente ſubſtituit Ioan.de ſancto Martiale,filium Blanchiæ de Noalhiis, aut,alium fratrem ſuum poſt ipſum genitum,habilem tamē: quæ habilitas eam in liberis Ludouicæ de Noalhiis ſupradictæ,& Blanchiæ de Noalhiis voluit quod declaretur arbitrio & beneplacito propinquorum parentum dictorum ſubſtitutorum.voluit tamen quod ſi eſſent filiæ deſcendentes,tā ex filiis dictę Ludouicæ filiæ ſuę,quàm ex illis filiæ ſuę Blāchię, quod maritētur condecētet ſecundū facultatē bonorū ſuorū, &c. Voluit tamen ſecundum ordinem præmiſſorum, quod ille ad quem deuenerit prędicta ſubſtitutio,& bonorum ſuceſſio,teneatur portare nomen & arma dicti teſtatoris, & domus ſuæ.Item voluit dictus teſtator,quòd omnibus creditoribus iurantibus,quod idem teſtator teneatur eiſdem in certa ſumma:quod hæredes ſui credant illis vſque ad ſummam xx. ſolidorum Turonen.&c. Quæritur,an hæres teneatur ſoluere dotes filiarum filiorum Ludouicæ,& Blanchiæ de Noalhiis,licet per teſtatorem non fuerit nominatim dictum, niſi modo & forma ſuprà narratis,ita quod clauſula illa, voluit quod ſi eſſent filiæ deſcendentes tam ex filiis dictę Ludouicæ &c.referri debeat ad Ioannem hæredem,& Ademarum ſuum ſubſtitutum, vel ſubſtitutos tantum de Coſuaco:& ſic ad proximos,cum & quando ſubſtitutio ad eos deuenerit.

DECISIO CXLVI.

ET dico quod dicta clauſula, & onus dotandarum filiarū ex filiis Blanchię & Ludouicæ de Noalhiis deſcendentium refertur,& referri debet ad proximos ſubſtitutos de Coſuaco, & de ſancto Martiale, cum & quando ſubſtitutio in eis habuerit locum, & non ad Ioan. vel Ademarum. Et hoc tam ex verbis & tenore teſtamenti, quàm ex mente teſtatoris:† quæ attendenda ſunt, & magis mēs, 1
tex.no.quem Ange.ſæpè habebat in ore legendo & conſulendo in leg.tertia.C.de liberis præteritis. de quo meminit Angelus in conſilio cxl. incipiente, totum dictum ſtatutum. & l. in conditionibus. in princip.ff.de condit.& demonſtratio.& l.iiij.§.cōditio.ff.de adimen.legat.l.cum quęſtio.in fin.C.de legatis.lex enim pedetētim ſequitur mentem teſtatoris,ſicut venator ſequitur leporem,textus ſingul. ex quo ita colligit Bald.in l.penultim.C.de neceſſa.ſeruis hęred. inſtitut. ex ſimilibus, vt ex infrà dicendis apparebit.Vnde in hac materia eſt regula,& concluſio, licet ſecundum Ioannem Andr. & Anto.de Butr. in capit. inquiſitioni. de appellatio. non poſſit hic dari firma doctrina.& Felin. in cap. cauſam quę.verſi.clauſula.in fin.vbi vide de reſcriptis. & idem Decius poſt Abba. Sicul. in capitul. ſecundo requiris.in verſic.in gloſſ.ſecunda in princip. & etiam in fine eodem titul. † videlicet quòd 2
clauſula in principio vel in medio aut in fine poſita generaliter ad omnia referatur,vt l.talis ſcriptura.§.fina.& ibi Bartol.& omnes, inſuper Iaſ.ff.de legat.j.& in l.quarta.§.filius,& Innocen.& Moder.ff. de liberis & poſthum.& l.j.& ibi Bald.& Salic. C. de liberis præteritis.& d.cap.ij.requiris.& l. fin. ff. de rebus dubiis.& Spec.in titu.de inſtrumen. edit. §.nunc autem videndum reſtat. verſic. item incipe quod talis clauſula,&c.† Tamen hoc verum, quan 3
do nulla actio aſſignari poteſt : quære magis ad vnum quàm ad aliud referatur capitulum:ſecus quā do ratio diuerſitatis poſſet adduci, tunc non habet locum relatio ad omnia, ſed ad quæ commodius referri poteſt,l.ſi eidem cum eodem.§.fi. & ibi per omnes.ff.de iuriſdi.omn.iudicum.& gloſſ.in c. ſtatutū.§.j.de reſcript.vj.& voluit Bar.in d.l.talis ſcriptura,& Bal.in l.j.C.de legit.hæred.& in l. in actionibus.in iij.nota.ff.de his qui not.infra.& Abb.Sicu.in c.eccleſia veſtra.in ij.ver.non debeat ad contentum de elec.& Philip.Fran.Præpo. & Decius in d.c.ij. requiris. vbi Decius ad hoc cognoſcendum ponit decem exempla, ſeu caſus fallentiales, quorum octo poſuerat Felin.in dict. cap. cauſam quæ. Et hoc firmat etiam Decius in conſil.xiiij. verſicu. ſed tamen adhuc.& ſingu.in conſi.cccxiij.verſicul. primo enim dicitur.& Anto.Corſet.in ſuo ſingu.in litera C,in iij.& Alex.in conſi.xlviij. incipien. viſis & opportunè digeſtis,lib.j.& Bald.in conſi. cclxxiij.verſi.ſed contra hoc opponitur. volum.ij. & in

Digitized by Google

conſi.cclvij.incipien.clauſula.vol.iiij.& Corn.in cõ ſil.cclxxxij.in litera I,vol.ij.& in conſi.xliij. in litera C.vol.iij.& in conſi.xlviij.in litera D,eod. volu. & in conſi.cclx.in litera E,volu.iiij.& latius in con ſil.lxix.per totum,præcipuè in litera H , volum.j.& Ang.in conſi.xxviij.incipi.teſtator reliquit dominę Marię.& Roma.in conſil.cxij.incipien.viſa præmiſ ſa.& in conſilio cccclxxx.in caſu.verſicul. circa hãc autem.& in conſil.cccexxxviij.incipien.in cauſa cõ ſultationis.& And.Barba.in conſil.xiij. & Ioan. de
4 Imo.in conſi.cxx.in fi.& in conſil.cxxxj.in fin.† Et quod ex verbis teſtamenti appareat teſtatorem vo luiſſe deberi legatum à ſubſtitutis de Coſuaco , & de ſancto Martiale,probatur,quia clauſula dotis ſol uendæ in caſum, quod eſſent filiæ,eſt appoſita poſt ſubſtitutiones dictorum de Coſuaco , & de ſancto Martiale,& ſic debet referri ad ipſos proximos ſub ſtitutos,& non ad alios remotos,cum loquatur di- cta clauſula de filiabus ipſorum , c. cum dilecti. de dona.quæ clauſula eſt clara & perfecta, & de ſe nõ omnino ſeparata. Ideo habet vim ſolius continua- tionis ad proximas perſonas , ad quas congruè ca- dit,& ſine abſurditate referri debet,vt volunt Do- ctores ſuprà allegat.per glo.in §.item lapilli. inſti- tut.de rerum diuiſio.& tenet Rapha.Cuma.in con ſil.xxij. vnde non debet referri ad Ioannem hære- dem.vel Ademarum ſibi ſubſtitutum,qui propriam habent determinationem, quam teſtator eis prius ordinauit:quare non refertur ad ipſos, l. doli clau- ſula.ff.de verborum obligatio.l.alimenta.§. Baſili- cæ.ff.de alimen. & ciba.legat.& Bartol.in dicta l.ta lis ſcriptura.& Baldus in dicta leg.prima,de liberis
5 præteritis,& Docius in conſilio xcij. † Quamobrẽ dicit Geminianus poſt Docto.ſuprà allcg.in capit. illi qui.v.quæſtion.v.quod quando eſt dare ratio- nem diuerſitatis,quare magis clauſula referatur ad vnum quamad aliud:tunc clauſula in fine poſita nõ refertur ad omnia ſuperiora , propter gloſſ. ſecun- dam,ibi in fine:& tenet Felin.in dicto cap. cauſam quæ.verſicul.limita ſecundò.& re vera teſtator om nia legata per eum relicta,quæ per hæredem ſuum voluit exſolui,ipſum expreſſè nominauit , vt appa- ret per teſtamentum in principio. & in fine.& ſic grauare voluit illos de Coſuaco,licet non nomina- tim,tamen appellatiuo nomine.l.nominatim.ff.de legatis iij.& l.ſi plures.eod.titu.Præterea dicta clau ſula dotis ponitur in medio duorum capitulorum, ſeu articulorum , mentionem de ipſis Coſuaco , & de ſanct.Martiale facientium:videlicet poſt ſubſti- tutiones ipſorum:& ante alium articulum incipien tem , voluit tamen ſecundum ordinem præmiſſo- rum,quod ille ad quem deuenerit prædicta ſubſti- tutio,& bonorum ſucceſſio , teneatur portare no-
6 men & arma dicti teſtatoris,& domus ſuæ† quod potuit fieri,vt l.hoc iure.§.fina.ff.de donationibus. & leg. facta.§.final.ſub conditione.verſicul.in dan- da. ff. ad Trebel. & plenè Guid. Pap. in quæſtione cclj.& in quæſtion.cccclxvij.non enim loquitur de Ioanne hærede,aut de Ademaro, cum eſſent de a- gnatione:quibus ſtantibus , & ſuis deſcendentibus maſculis,dicta conditio de nomine & armis defe- rendis non poteſt fieri,ſed illis de agnatione & fa- milia(quibus iure ſucceſſorio debentur nomen & arma)deficientibus,bene poteſt alij fieri.&pro hoc facit,quia ius retractus non poteſt alij cedi extan- tibus conſanguineis proximioribus, ſecus ſi non ſu perſint,vt voluit Pau.de Caſt.conſi.j.nouorum. Itẽ res prohibita alienari extra familiam , ſi non ſuper- eſt niſi vnus,quod ille poteſt vendere:& de vtro- que dixi in §.iij.verſicul.ſed an hoc ius retractus.de conſue:.retract.lib.cõſuet.Bitur.& ſic facit vnam parenteſim,& demum redit ad propoſitum ſubſti- tutionis factæ de ipſis de Coſuaco,& de ſancto Mar tiale.& ideo dicit Iuriſc.in l.cum pa ter.§.donatio- nis. ff. de leg. ij. non enim quæri oportet cum quo de ſupremis quis loquatur , ſed in quem voluntatis intentio dirigatur. Ergo ad ipſos de Coſuaco de- bet referri legatum dotis ſoluendæ in tempus,quo ſubſtitutio ad domum illorum peruenerit d.l.iij.§. filius. de liber.& poſth.& d.l.j.de lib.præt.quia me dium ſapit naturã extremorum,vt ibi: quia † clau- 7
ſula hic importat dilationem , d. l. talis.aliquando conditionem,l. à teſtatore. ff. de condi. & demon- ſtra.quandoque priuationem,d.l.j.de lib.præt. quã doque limitationem,l.ſi.§.qui dulcia,ff.de tri. vi.& oleo leg.vt infrà dicam. † Et pro hac deciſione eſt 8
bonus textus in l.ſed & ſi per prætorem.§.hæc clau ſula.ver.deinde adiecit.ff.ex quibus cauſis maiores. & ita in ſimili tenet Benedictus Capra. in conſilio lx.& amplè Ludouicus Bologn. in conſilio xl. vbi prædictam concluſionem iuribus & authoritatibus probat:& quaſi in ſimili,vbi poſt aliquorum ſubſti tutiones fecit teſtator de certis aliis aliam ſubſtitu tionem,& adiecit clauſulam , quod volebat ſubſti- tutos ſuccedere debere in ſtirpes,& non in capita, quod iſta clauſula in ſtirpes , debet referri ad vl ti- mos ſubſtitutos,& non ad primos , vt ibi. Et idem Franciſcus Curtius in conſilio xlij.verſiculo & pro batur , quia clauſula &c. & in conſilio lxxvj. & reſ- pondet Bolo.ad l.fina. de rebus dubiis,& alia iura quæ in contrarium adduci poſſent præterea dicta clauſula legatæ dotis venit qualificatiuè ad qualifi- candum,& limitandum proximum articulum ſub- ſtitutionis illorum de Coſuaco,& de ſancto Mar- tiale,vt filiæ tunc non ſuccedant,ſed eſſent dotatæ, ne bona teſtatoris ad extraneos venirent, vt etiam ipſi melius portarent nomen & arma.Ideo ad ipſos debet referri,vt voluit Bart.in d.l.talis ſcriptura.& in d.l.fin.quem ibi ſequuntur Paul.de Caſtr.& Bar- tho.Socin.de rebus dub.per textus in leg.filium. in princip.ff.quando dies lega.cedat & Pau.de Caſtro in conſilio xiiij. in principio incipiente. dubium i- ſtius quæſtionis volumi. nouorum. & Abbas Sicu- lus in dicto capitulo ſecundo requiris. & ibi De- cius verſiculo ſecundo exemplum ponitur. & Feli. in dicto capitulo cauſam quæ verſicul. limita ter- tio,& iſta fuit mens & intentio teſtatoris. † Tum 9
quia clauſula prædicta dotis fuit cum dictione ad- uerſatiua tamen,ſcilicet voluit tamẽ,quod ſi eſſent filiæ,&c.† Et aduerſatiuæ natura eſt,quod per eam 10
qualitates articuli præcedentis intelligantur repeti tæ.Et ideo dictiones ſed,vero,pro , licet etiam ſint aduerſatiuæ,iungunt,& repetitionem inducunt, vt ſingul.dicit Bald.in l. omnes populi. verſiculo ten- tio modo.ff.de iuſtitia & iure. Iaſ.in dicta l. tertia. §.filius.de liberis & poſthu.& Iaſon.in l. Titia.§.i- dem reſpondit,in fine.de verbo. obligationibus & in l.j.in quinto.nota.ff.nequis eum,qui in ius. & a- libi Bart.& Doctor.in l.in repetendis.ff. de leg. iij. & A d Barba.in conſil.xxxv.verſic.nec ob. volu.j. quod eſt ſingula.pro deciſio.huius quæſtio.& idem Pau.de Caſt.in conſi. cxxiij. incip. viſo teſtamento Michaelis.volum. antiq. Tum ex mente teſtatoris conſtat eum ſic intellexiſſe , quæ ex præcedentibus verbis teſtamenti demonſtrantur.l.ſi ſeruus pluriſi. §.fi.& ibi per omnes,ff.de lega.primo, & leg.licet. eod.tit.& per Doctor.& Iaſ.in d.l.tertia , de liber. præter.& Felin.in cap. cum adeo. de reſcript. & in

ca.ſe-

ca.secundo,distinctione prima,& Frãciscus Curtius in consil.xliij.in principio,& in consi.xlix. versicul. viij.& non solum ex eadem scriptura, sed ex diuersa,secundum eum ibi.& in consilio lxxvj. versiculo præmissis non obstanti.præterea non est verisimile dicere, quod testator voluerit maiore prosequi fauore eum,quem vltimo loco substituit, quàm cũ quem primo loco,l.Publius.§.primo,ff. de condit. & demonstrat.& quem primo in testamen. nominauit.l.qui soluendo.& ibi glo.ff.de hæred.instituẽ. quod esset in casu præsenti : si filiæ vltimorum de Cosuaco.& de sancto Martiale substitutorum à primo substituto, videlicet Ademario, venirent dotandæ, & maritandæ, & non profecto filiæ primi hæredis Ioannis filij ipsius testatoris, quem tanquã proximiorẽ magis præsumitur dilexisse,& præferri voluisse.l.Lucius.ff de hæred. instit. & ita fuit concluſum,& latum arestum die xviij.Iulij. Anno 1521.

SVMMÆ.

1 *Substitutioni,an videatur renunciatum per transactionem.*

2 *Diuisione bonorum facta non videtur remissa substitutio.*

3 *Transactio de bonis defuncti qualiter valeat inter succedentes.*
Alienare prohibitus an possit transigere.

4 *Testamentum quando verè inofficiosum dicatur.*

5 *Renuntiari testamento inofficioso,& super illo transigi potest.*

6 *Substitutio an necrat compromissum, vel transactio hæredis.*

7 *Fideicommissum, potest expresso pacto remitti. & num.8.*
Renuntiantur iuri per consensum.

9 *Diuisio cum pacto de non contraueniendo,an includat renuntiationem fideicommissi. nu. 10.*

11 *Transactum super futuro iure quando dicatur.*

12 *Renuntians omni iuri quod habet, vel habere speraret,quid comprehendat.*

13 *Renuntiantes cauere debent ne nimis effuse sermone loquantur ne incidant in periculum.*

14 *Vsufructus an possit pro legitimo relinqui.& nu.15.*

16 *Nepos ex filia filij excludit nepotes filiarum.*

17 *Nepotes ex filia,an excludantur a substituto extraneo.*

18 *Testamentum impugnans non potest ex eo aliquod ius prætendere.*

19 *Testamentum dicens nullum, an etiam annullet substitutionem.& nu.20.*

Quæstio CXLVII.

Testator primus Ioannes de Noalhiis hæredem instituit vniuersalem Franciscum primogenitum filium suum, cæteros autem filios & filias fecit hæredes particulares in certis rebus:cui quidem Francisco per conditionem geminatam, nec non,& per verba expressa dispositiua substituit liberos masculos Francisci vnum post alium gradatim, declarando expresse,quod volebat suam successionem venire de dicto Francisco,& liberis suis masculis, ad Ioan. filium suum, & liberos suos masculos.& de dicto Ioanne & liberis suis masculis,ad Bertrandum,& liberos suos masculos,& de Bertrando,& liberis suis masculis,ad Margaritã filiã suam & liberos suos masculos,si tunc haberet,& si non haberet,ad Sobecranam & eius liberos masculos,si tunc haberet : onerauit prædictos omnes liberos masculos substitutos,quod deferrent cognomen,& arma testatoris.Quod si atque dicti Franciscus,Ioannes, & Bertrandus,Margarita,& Sobecrana decederent sine liberis masculis,eo casu substituit Margaritã, Guichardam sorores suas, & earundem liberos masculos:& voluit atque disposuit,quod eo casu,quo dicta sua successio ad dictos liberos masculos sororum suarum veniret,quod dicti liberi masculi sororum suarum haberent deferre cognomẽ,& arma suæ domus de Noalhiis : & cum illa voluntate dictus Ioannes de Noalhiis testator decessit.Mortuo dicto testatore fuit,aut etic sperabatur his & quæstio super bonis testatoris inter Franciscum & Ioannẽ fratres.Tandem venerunt,ad certam tranſactionem ,prout in eadem transactione, cauetur : & per tranſactionem fuit facta diuisio inter dictos duos fratres: quoniam Bertrandus tertius frater mortuus erat sine liberis , per dictam diuisionem, ex quatuor principalioribus in hæreditate testatorum existentibus.

LES deux videlicet Noalhes, & Noalhat demeureret a François, & aux successeurs : les autres deux, scilicet Chambres & Maellart, demeurerent à Jean & aux siens. Et fut pactisé cum iuramento, *qu'à la part qui demeureroit a François, Jean son frere,ne les siens n'y pourroyent iamais rien demander, si n'est là, & au cas que ledit François decederoit* sine liberis, *sans dire* masculis, vel liberi Francisci decederent sine liberis, aut liberi liberorum similiter decederent sine liberis. *Et pareillement* vice versa *François ny les siens ne pourroyent rien demander à la part de Iean.si n'est là,& au cas que ledit Iean* decederet sine liberis aut liberi liberorum Ioannis decederent sine liberis: *Lesquels cas d'un costé ne d'autre ne sont aduenuz.*

Transigentes, eorum vita durante xl. annis transactionem obseruauerunt.Mortuo Francisco,Ioannes eius filius partem Francisci tam in vim testamenti, quam transactionis toto tempore vitæ suæ pacificè possedit: mortuo dicto Ioanne filio Francisci, Antonius presbyter tam in vim testamenti, quam transactionis partem eiusdem Francisci pacifice xxx.annis similiter possedit : mortuo Antonio fuit orta lis inter condentes super parte Francisci.

DECISIO CXLVII.

ET † solum tangam, an per dictam transactionem & diuisionem factã, si inter eos fieri potuit,videatur remissa substitutio & fideicommissa.Nam ex illa dependet tota vis & difficultas istius consultationis. Et alia non attingam, nili vnum verbũ, cum satis diffuse fuerint per dominum à me consilium petentem prætacta. † Et mihi videtur, quod licet per solam diuisionem bonorum non videatur renuntiari substitutioni factæ inter diuidentes,nec iuri fideicommissi,vt l.cum pater. §. hæreditatem. in secundo,& ibi Baldus & Doctores.ff. de legatis secundo,& l.qui cum tutoribus.ff.de transact.& l. Paulo Callimacho.§.j.de leg.iij.quamuis ille §.j.loquatur in patre, & non in fratribus pacisscentibus. & hoc tenet Baldus in consil. liiij. incip. in testamento Rolandi de Scampis,vol.j.ar.l.secunda, §. cum quis debitor.ff.de hære.vel act.vend.& in cõsilio xviij.incip.nobilis vir Vannes.volum.v.& sentit Bar.in consi.lviij.in vlti.quæst.& intelligo idem in simplici transactione,quia diuisio etiam dicitur transactio,vt no.Ang.per illum tex.in leg. tres fratres.ff.de transact.& Barb.in consi.lxxxv.in princip. volumine iij.& Franc.de Curt.in consil. lxiij.versi. quarta principalis dubitatio.& Rapha Fulg.in consil.cxx.in prin.† Tamen ex quo secundum Bald. in d.§.hæreditatem.transactio fuit expresse, & ex cer-

ta ſcientia inter fratres inuicem ſubſtitutos, vel inter hæredes & fideicommiſſarium facta, ſcientes fideicommiſſum & tenorem teſtamenti, valet per tex.in l.qui Romæ. §. duo fratres.ſecundum vnam lecturam ff. de verbo. obliga. & ibi tenent omnes Doctores & ita conſuluit Din.in conſil.vj.incipiẽ. ex teſtamento domini Alb. in prima & ij. dubitatione. facit text. in l. quoties. & ibi expreſſe Bald. in j.quæſt.C.de fideicommi.vbi etiam dicit, quod prohibitus alienare poteſt tranſigere,ſi fuerit ad iudicium prouocatus,aliàs ſecus leg.& ideo.ff.de condict.furti. ſiue habeat plenam ſiue liberam adminiſtrationem,leg. præſes prouinciæ. C.de tranſact.& not.gl.& Doctor.in l. cum proponas eod.titu.& in l.cum pater.§.libertis.ff.de l.ij.& idem tenent Angel.& Iaſ.in dict. l.quoties.in princ.dicentes,quod de conſenſu ſubſtituti vel fideicommiſſarij poteſt fieri tranſactio,& ipſimet poſſunt tranſigere,inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti. † Quinimo ſufficit, quod habuerint ſcientiam teſtamenti, vt tenet Bart. quem ibi ſequitur Bald. Ang. & Paul. de Caſt.in l.de iis.ff.de tranſa.& Ang in conſi.lix.&in conſi.xciiij & Pau.de Caſtr. in d. §. duo fratres. de verb.obliga.& Alex.in conſilio viij.lib.v.prout factum fuit in præſenti caſu. Nam Franciſcus hæres vniuerſalis fuit prouocatus à dicto Ioanne fratre ſuo,qui dicebat patrem & matrem ab humanis deceſſiſſe abſque teſtamenti factione,ſaltem efficaci, nec in forma debita & valida ac iuridicè exiſtente,dicta verba in tribus locis prædictæ tranſactionis repetendo.& ſtare nolle voluntati,& teſtamento patris,eiuſdémque legitimamvelle habere declarando, cum nihil ſibi fuiſſet iure inſtitutionis per patrem relictum in proprietate bonorum:ideo teſtamentum verè erat inofficioſum : quare ponit per dictam tranſactionem renuntiare teſtamento, ſi quod eſſet de iure validum, ac iuri ſubſtitutionis ſibi & ſuis factæ in dicto teſtamento, quod impugnauit,& nullum dixit ac inofficioſum: quod eſt multum ponderandum,vt infrà dicam. † Vnde illi renuntiare potui, & ſuper illo tranſigere : per iura ſuprà in princip.alleg.& ſolet allegari tex.qui eſt melior de iure ſecundum Ange. ibi in leg. cum hæreditas in j. & ibi Bartol.& Paul. de Caſtr. ff.ad Trebel. per quem text.voluit, † quod hæres grauatus poteſt compromittere cum prætendentibus ius,& ipſam tranſactionem tenetur fideicommiſſarius ſeruare:ad idem text. in leg. ante reſtitutum.ff.de ſoluti. & tenet Ange. in conſil. xxxj.ante fin.in verſi.ad confirmationem.cum cõpromiſſum ſeuarbitramentum ſit quædam tranſactio, vt in authentic.vt differ.iudi.§.j.& in authen. ſi verò. C. de iudi.& Imol.in c.Quintauallis.de iureiur. Bart. in leg.poſt rem.ff.de tranſact.& Ang.in l. j. ff. eo. titul.& pro hac deciſione text.celebris & clarus, & in terminis noſtris in c.Rainaldus.in prin.vſque ad §.porro.& ibi per omnes.de teſtamen.&in l.j.& ibi omnes.inſuper Bartho.Socin.in vlt.not.C.de pactis.vbi grauati ſi ſine liberis decederent, poſſunt facere pactum:† Et etiam illi quibus erat reſtituendum remittere fideicommiſſum conditionale, licet poſtea conditio liberorum eueniat : & ſic in præiudicium liberorum naſciturorum:& hoc propter ſpem futuri fideicommiſſi remittendam, quæ potuit per contractum deduci,l.ſpe.C.de donatio. & ita tenent Bartol. Bald. Ang. Paul.de Caſtr. Alexand.& Iaſ.in d.l.j.& Guid.Pap.in quæſtio.xxxix. & quæſtio 600. Et hoc, vt tollatur votum captandæ mortis inter ipſos fratres, per tex. multum ſingularem decidentem hanc quæſt.in l.de fideicommiſſo.C.de tranſactio. Secundò, quia tale pactum reducit fratres ad æqualitatem,quę ſeruanda eſt,maximè inter fratres.l.cum pater. §. dulciſſimis ff. de lega.ſecundo & l.vt liberis.§.penultimo.C.decollationib.Tertiò,quia per tale pactum,& ſic per conſenſum quilibet poteſt renuntiare iuri ſuo,l. ſi quis in conſcribendo.C.depact. ſiue ſit de præſenti, ſiue ſit de futuro,vt per Doctor.in d.l.j.de pact.& tenet Barba.in conſil.lxv. verſi. poſtremò ſi dicatur vol. iiij.& Bald.in d.conſil.liiij.& glo. & Docto. inſuper Abb.Sicul.in cap. ex multiplici. de decimis. & Guid.Pap.in Deciſio.ccxxxij. vbi dicit fuiſſe iudicatum per areſtum curiæ Grationopolita. & bonũ text.in d.l.qui Romæ.§.duo fratres.vbi videtur eſſe text. pro deciſione huius quæſtio. ſecundum lect. Rogerij : quia fideicommiſſum poteſt remitti pacto expreſſo,d. l. j. vel renuntiatione ſimplici facta in iudicio,vt l.j.cum ſua glo.ff.de cur.bono.dando. & no. in l.in plurium. ff. de acquiren. hæred. & in hoc ibi conueniunt omnes.& Franc.Curt.in conſi. lxvj.verſ.& fortius peccauit.† Sed eſt magna altercatio inter Doct.in d. §. duo fratres.an quando eſt facta tranſactio,ſeu ſimplex diuiſio, cum pacto de non veniendo in perpetuum contra diuiſionẽ, vel tranſactionem prædictam(quæ clã hic etiam interuenit)includatur renũtiatio fideicommiſſi,velſubſtitutionis,non cognitis verbis teſtamenti.Et Din. ſequendo Roge. gloſſatorem antiquũ, tenet quòd ſic.per text.in d.§.duo fratres.& cũ Din.tranſit.Guliel.de Cug.in d.l.qui cum tutoribus.& Bal.Raph. in d.§.duo fratres.& ibi Ang.in repetitio.aliquibus concurrentibus & idẽ Ang.in conſ.287.incip.factũ ſuper quo conſiliũ poſtulatur eſt tale, magnificus miles.& Soci.in conſ.43.nu.viij.vo.iiij.& Signo.de Homed.in conſ.cvij.& in cõſ.cxcj.† Sed contrariũ tenet Pet.quẽ ſequitur Bar.in d.§.duo fratres.Io.de Imo.&Alex.qui multũ ibi hoc diſputat,& dicit iſtã opinionẽ Pet. & Bar. cõmuniter eſſe approbatam: de quo ibi per ipſum,& Benedi.Capra.in cõſi. lxxvij.amplè in conſi.lxxxix.& Alex.in conſi.cv.propè finem.lib.iiij.& Ioan.de Ana. in conſil.xxix.in vlti. quæſt.& Oldr.in conſi.cvij.in vij.quæſt.& Alex.in d.conſi.viij.lib.v.& in conſi.xxj.verſi. & primò.eo. lib.Bald.& Pau.deCaſt.in d.l.tres fratres.ff.de pact. vbi dicunt eſſe cõmunem opinionẽ, & idẽ Pau. in conſi.ccxj.incip.quia dubia ſupra formata ſatis trita.&c.volum.nouo.& Rom.in conſ.ccccliij.inci.pro deciſione.& Raphael.Cuma.in conſ.cxlj.& Decius in conſi.lxxxvj.verſi.ſecundo principaliter,incip.viſo puncto.pro quibus allego gloſſ.in c.ij.conſt. feuda.domini Lotharij Imperator.& ibi Bald.& Cardina.Alex.& plenè Barb.in conſi.xlviij.lib.ij.Vnde adde Bald.in conſil.cviij.lib. j. Factum propoſitum eſſe tale. Franciſcus. volu.v.† Et ratio Doctor. eſt: quia ſuper futuro iure non videtur tranſactum, niſi de futuro iure in ipſa tranſactione ſpecialis mentio, facta fuerit, vt dictum eſt, & latius infrà dicam. Et Capra.in dict. conſil. lxxxix. dicit fortius, quòd etiam ſi in inſtrumento diuiſionis factæ per fratres ſubſtitutos contineatur, quòd ipſi fratres teſtamentum patris annullauerunt, quòd non videntur renuntiaſſe ſubſtitutioni. Sed poſſet ad iſtam communem opinionem reſponderi, quod trãſactio vel diuiſio non valeat,quoniam nulla fuit facta mentio de ſubſtitutione in ſpecie, ſed ſolum tranſigentes annullauerunt teſtamentum, promittẽdo non venire cõtra,quod ſecus hic fuit. Et ideo nos nõ ſumus in trãſactione vel diuiſione ſimplici,

nec vi-

nec viſo teſtamento facta, quoniam nullum & inofficioſum allegatum expreſſe fuit, declarando per ipſum Ioannem nolle ſtare voluntati & teſtamento patris, faciendo aliàs inter ſe ſubſtitutiones, & permiſſiones, vt apparet per dictam trãſactionem: vnde valet &c. & ita tenet Franciſ. de Cur. in dict. conſil. lxiiij. & Rapha. Fulg. in conſi. xlij. Tum quia illi, & etiam iuri futuro, quod poſſet ſibi competere in futurum, expreſſè renuntiauit per ipſam tranſactionem, per quã apparet, quod bonis & iuri futuro dictus Ioannes in quatuor aut quinque paſſibus,
12 & articulis renuntiauit. † Quia licet quis renuntiet omni iuri quod habet, vel habere ſperat, intelligitur de ſpe ſubſiſtente ex cauſa præſenti, non autem ex cauſa, quæ orietur in futurum, vt voluit Bartolus in leg. poſt emancipationem. ff. de liber. legat. & in leg. ſi vxor. §. diuus. ff. de adulter. & Felinus in capitu. ſi diligenti. verſicu. decimo fallit. de for. competen. & dixi in §. vj. de teſtamen. lib. conſuetud. Biturig. † Hoc verum niſi renuntians expreſſè dixiſſet, renuntio iuri quod habeo, vel habere ſpero, etiam ex cauſa de futuro: quia tunc talis renuntiatio porrigitur ad cauſam de futuro, vt tenet Abb. Sicu. in d. c. ex multiplici. & omnes Mod. inſuper Lancelot. Decius in d. l. j. de pactis. & Bartol. Bald. & Salice. in leg. hæredem. in princip. ff. mand. & ideo debent cauere renuntiantes, ne nimis effuſo ſermone loquantur, ne in periculum incidant, vt leg. fin. C. de dot. promiſ. Vnde dictus Ioannes tanquam ab inteſtato ſuccedens, loca & dominia de Chambres & Mouelart conſecutus fuit, & non in vim teſtamenti, in quo nihil præter vſumfructum certi loci ſuerat ſibi relictum: quare illud
14 impugnabat: † licet quando pater reliquit filio vſumfructum certi loci, quouſque eidem prouiſum ſit de beneficio valente quantitatem cc. librarum Turonen. videatur etiam proprietas dicti loci relicta. Tum etiam quia vſque ad legitimam dictum onus, & omne aliud grauamen reiicitur de iure, & remanet inſtitutio pura, & abſtracta ab omni onere, l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta. ita in terminis tenet Ancha. in conſil. cxxviij. Quia filius non compellitur computare in legitimam beneficium à patre ſuis expenſis impetratum, ſecundum Guliel. de Cug. Bald. Salicet. Pau. de Caſt. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. teſta. & idem Ang. in l. in quartam. & ibi Alex. verſi. item in quantum Bar. ff. ad leg. falc. & Iaſ. in l. illud. C. de collat. & conſil. clx. inchoante. Quidam nobilis, libro ij.
15 † Et an filius poſſit hæres in vſufructu tantum inſtitui, vide text. & Doctor. inſuper Iaſ. in authentica. nouiſſima. verſicul. nunquid autem econtra pater poſſit. C. de inofficioſo teſtamen. & Barbat. in capit. vltimo. num. viij. de pignor. verſicu. ego vidi dubitari. & concludit quod non. Præterea ſi dictus Franciſcus poſt dictam trãſactionem habuiſſet maſculos, non potuiſſet, aut filij eius repetere illa loca, & dominia data præfato Ioanni, per d. l. j. C. de pactis: ergo nec iſte Ioannes, aut ſui poſſunt in vim teſtamenti per ipſum quo ad inſtitutionem primam & ſecundam impugnati & reprobati, vt dictum eſt, partem & portionem dicti Franciſci in vim ſubſtitutionis in eodem contentæ prætendere, qui tanquã hæredes ſui patris tenentur ſtare tranſactioni dicti Ioannis eorum patris. l. j. C. de filiofa. minor. & l. Stichũ. §. quod vulgo. ff. de ſolut. l. venditrici. C. de reb. alie. non alienã. l. cũ vir. ff. de vſucapio. vnde poſtquam dicta trãſactio ſeu diuiſio, & remiſſio hic facta fuit ſuper omnibus futuris ſubſtitutionibus, cum aliis clauſulis, & oneribus reſtitutionis bonorum, vt patet per prędictam tranſactionẽ quę eſt multũ ampla, non poſſunt in vim ſubſtitutionis in teſtamento patris contentæ ſucceſſionem dicti Franciſci, vel eius liberorum prætendere, per d. l. j. & tenet Fede. de Senis in conſi. ccxxviij. inci. Factum tale dico fratres. Et ita fuit iudicatum per regale, excelſum conſilium, Anno præſenti 1517. inter Catherinam de Lombieres vxorem domini de la Motte Arelate ream, & Grandem Ioannem de Lõbieres de Terraſcone actorem, ſe ſubſtitutum prætendentem. Sed ad prædicta poſſet quis reſpondere, quod habere locum poſſent, quando liberi non intelligũtur tacitè ſubſtituti, ſed ſolum ſub cõditione, ſeu conditionaliter poſiti: quia tunc non dicuntur ſubſtituti, nec poſſunt reuocare datũ per fratrẽ fratri, vt voluit gl. quam ibi faciunt ſingul. Bartol. Bald. Angel. & Ioan. de Imol. poſt Iacob. de Are. Cin. Ray. Franciſ. de Tigri. & Nic. de Neapol. & communiter omnes Doct. in leg. Lucius. in vlt. & in leg. ſi quis ita hæres inſtituatur. ff. de hæredibus inſtituen. & Barto. in l. ſed & ſi ſic. ff. de l. iij. & Ang. Aret. in tract. ſuo de teſta. in glo. & ſi deceſſerit ſine liber. & Guid. Pap. in d. quæſt. cccccc. Etiam ſecũdum eos, ſi dictum fuerit ſine hærede, vel hæredibus de ſuo proprio corpore procreatis. Et idem Alexand. in conſil. xxxij. incip. viſo proceſſu. vol. iij. & latiſſimè in conſil. clxxv. incip. viſo titulo quæſtionis. lib. ij. vbi dicit iſtam eſſe communem, & tenet Anch. in c. licet verſi. vnde ſi dico. de voto. Sed ipſe Guid. Pap. tenet contrarium in quæſt. clxxxiiij. quãdo facta eſt mentio de liberis maſculis: ſed quando ſimpliciter dictum eſt, ſi hæres ſine liberis decederet, tunc non videtur vocati, vt tenet Bald. conſi. clxxxvj. volum. iij. & Paul. de Caſtr. in conſil. xxiiij. in ij. dubio, volum. antiq. & pro Deciſion. d. gloſſ. Doctor. allegant text. in d. l. j. de pact. & ibi omnes, inſuper Alex. Socin. & Iaſ. in v. not. qui amplè hoc probat. & Lancel. Decius. vbi allegant plures Docto. tenentes contra communem opi. Secus vbi liberi ſunt expreſſè vel tacitè ſubſtituti: quia tunc cenſentur inſtituti & vocati, vt dictũ eſt, & voluit Barto. in l. Centurio, in vltima quæſt. tertiæ principa. quæſt. quæ incipit, quæro vlterius, quid ſi teſtator ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. Et contra communem tenet Barba. in conſi. xxvij. verſi. capio tertium. cum ſeq. verſicul. capio quartum. volum. j. per text. ſingul. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de legat. ij. & alia iura per eum allegata. & Guid. Pap. in d. quæſtio. clxxxiiij. & iſtam ſemper in iudicando ſequutus ſum: prout videntur hic expreſſè ſubſtituti, quia teſtator voluit quòd bona ſua venirent poſt mortem dicti Franciſci ad liberos maſculos eiuſdem Franciſci, & de liberis ſuis ad Ioannem & eius filios maſculos: & ita communiter per teſtatores fit ad conſeruationem agnationis. Et ſic poſſunt reuocare datum vèl remiſſum à patre fratri, non obſtan. tranſactione prædicta: per regulam, in l. fina. §. ſed quia noſtra maieſtas. & ibi Iaſo. in ij. nota. & in authen. res quæ. C. comm. de leg. & l. Marcellus. §. res quæ. & ibi per omnes, inſuper Socin. ff. ad Trebel. Sed verum eſt, quod hic nepotes Franciſci hæredis vniuerſalis ex filia ſua & filij Ioann. ſunt maſculi, & ex maſculo nati: vnde de iure tales ſubſtituti maſculi, qui ſunt de nomine & agnatione, ac arma deferentes, præferuntur nepotibus ex filia. † Adde quòd ſecundum hanc opinio. fuit 16
concluſum in curia, nepotem ex filia filij excludere alios nepotes ex filiabus, in proceſſu domini

Guilberti comitis de Ventadorio rei contra domi nos Iacobum Dacherio, & Franciſ. de la Cueille milites nepotes ex filia, quoniam teſtator ſic ordinauerat,& plurics declarauerat: & vide in quæſtione defuncti hæredis vniuerſalis, vt voluit pulchrè Baldus in conſilio ccxxxviij.inci. quidam magnus nobilis.volum.j.licet in l.j.quem ibi ſequitur Paul.de Caſtr. C.de condit. inſert. ſentiat contrarium.Tamen ibi Corne.tenet præcedentem, quando ex mente teſtatoris apparet voluiſſe ſucceſſionem ſuam reſeruare illis de agnatione.Et idem Baldus in conſilio lxxiiij.incipiente.qnia allegationes. volumin. v. & tenet Matth. de Matth. in ſuo ſing. cxxx.vbi dicit ſe ita conſuluiſſe cumAnton.de But. Sal.Floria.de ſancto Pet.& aliis egregiis Docto.& 17 Benedict.Capra.in conſi. xviij. † Secus fortè videtur,ſi ſubſtituti eſſent extranei : quia tunc non excluderent nepotes ex filia, vt ſentiunt Doctores in locis allegatis, vt ſi teſtator ſubſtituiſſet pauperes Chriſti,per text.in d.l.Lucius.de hęred.inſtit.& l.cum acutiſſimi.C. de fideicommiſ. vt voluit ſing. Rapha.Fulgo.in d.l.j.de conditio.inſert.& in conſi. lxxxvj. inci.ex facto proponitur quod nobilis & honeſta domina Agnes. licet Alex. teneat contrarium,conſi.xxxviij.vol.vj.quando ſubſtituti venire volentes non erant maſculi de deſcendentibus, & de eius agnatione.Secus autem ſi ſunt de deſcendẽ tibus maſculis. Et ſic idem tenet in caſu noſtro, quod ipſe idem tenet in conſil. lxj. & ſingulariter tenet Paul.de Caſtr.in conſi.cccc. incip. caſus iſte frequenter accidit.j.volu.nouo. Et hoc ſentit Ang. in l.h.ff.ad Trebellia.& Rapha. Cuma. in conſi. ij. & iſta eſt communis ſecundum Bartho. Soci. in l. Gallus.§.nunc de lege.ver. quarto deciditur. ff. de libe.& poſthu.& idem in l.cum auus.verſic. tertio quæritur. proſolutione ponit quinque caſus, & in ſecundo,&iiij.& v.ita tenet ff.de condi.& demõſt. & Iaſ.in d.§.nunc de lege.verſi.ſecundo adde.& in hoc amplius pro præſenti non inſiſto :cum conſtet hic ſatis teſtatorem ita voluiſſe viſo teſtamento, quod eſt ſeruandum l. qui iure. ff. de teſta. mili. & tex.ad literam in l.Lucius.§.quæſitum.in prin.ff.de lega.iij.Igitur à verbis teſtamenti nõ eſt diſcedẽdũ, l. non aliter. ff. de legat.iij. Tamen prædictis videtur obſtare ,quia ad hoc quod liberi Ioan. expreſſè vel tacitè vocati, poſſint reuocare alienata per Io. eorum patrem,requiritur quod teſtamentum fuiſſet per ipſum Ioannem in totum,vel in partem approbatum:tunc ipſe vel ſuivocati per teſtatorẽ poſſent virtute ſubſtitutionis habere ſucceſſionem, non obſtante ſimplici diuiſione ſeu tranſactione facta, etiam cum clauſula de non contraueniendo, 18 vt dictum eſt. † Sed prædictus Ioannes impugnauit,ſeu improbauit,& nullum ac inofficioſũ teſtamentũ patris dixit,vt dictum eſt:& ſic nõ poteſt ex aui ſui teſtamẽto,ſeu ſubſtitutione in eo contẽta & expreſſa prętẽdere aliquod ius,vt l.alla,C.de iis quibus vt indign. quia quod reprobo, non approbo, ſicut nec econtra,l.Neſennius.ff.de neg.geſt.vt infra dicam:ideo ex eo non debet fructum conſequi, poſtquam nixus eſt illud impugnare. vt leg. Papinianus.§.meminiſſe,ff.de inof.teſta.& in reg. ex eo non debet quis fructum conſequi, quod nixus eſt impugnare.& ibi Din.de regu. iur. lib. vj. & plenè Bar.in leg.poſt legatum.in prin.ff.de iis quib.vt indig.quia ſi impugnauit teſtamentum in inſtitutione:non poteſt poſteà illud approbare in ſubſtitutione, vt leg. non eſt ferendus, qui generaliter in iis quæ teſtamento ei relicta ſunt,tranſegerit,ſi poſteà cenſetur de eo ſolo cogitaſſe,quod prima parte teſtamenti ac nõn etiam quod poſteriore legatum ſit,&c.ff. de trãſact.licet ſubſtitutio ſit ſecunda inſtitutio,vt l.j.in prin.& l.cohæredi.§.cohæredes.ff. de vulg.& pup.& gl.in l.Gallus.in prin.in verb.poſſe.ff.de libe.& poſthu.Et ſic iuri futuro expreſſè renuntiando.vt d.l.j.de pact.vt.ſuprà dictum eſt.† Li 19 cet gloſſ.in l.j.§.fi.ff.de vulga.& pupil.teneat quòd dicendo teſtamentum nullum, annulletur quò ad inſtitutionem, non tamen quò ad ſubſtitutionem pupillarem.& illam gl.ſequuntur Rayne. Cin.Guliel.de Cugn.in authẽ. ex cauſa. C.de lib. præter. & Signo. de Homed. in conſil. cclij. ver. ſed dicendo nullũ.& Bart.Bal.Aug.& Pau.de Caſt.in d.§. fin.tenet.Din. & Iac. de Are.† Sed præcedens eſt verior 20 quò ad pupillarem ſubſtitutionem,per quã ſuccedi tur pupillo præterito,ſed non quo ad directas, ſcilicet vulgares,& fideicommiſſarias, per quas ſuccedit teſtatori, quòd ſit in totum nullum : ſecundum Pau. de Caſt. de quo ibi per Alex. & Iaſ. ſed hic non agitur de ſubſtitutione pupillari , ſed fideicommiſſaria,quæ non fuit approbata: ideo nũc non valuit, vt voluit Bar. quẽ ſequitur ibi Alex. in d.l.j.§.fi.& in l.ij.circa vij.requiſitũ.ff.de vulg.& pupil.Itẽ prædicta loquũtur,quando teſtamentũ rũpitur ex cauſa præteritionis vel exhæredationis,quod ſubſtitutiones pupillares & exemplariæ, per quas non ſucceditur defuncto,non expirant. Sed quando ſecundum veram & communem ſententiam Doctor.in dictis locis.& in d.authen.ex cauſa.inſuper Iaſ.verſicu.hinc dubitat Bart.teſtamentum impugnatur per eum, cui eſt aliquid relictum , tunc omnia ſunt nulla,& fideicommiſſa , & ſubſtitutiones non ſubſtinentur:per d.authen. ex cauſa. vt ibi per Iaſ.in prima limitatione.ita limitat illã authenticam.igitur, &c. Præterea licet allegando nullum non perdat ſibi relictum , ſed bene quando inofficioſum allegauit , quòd tunc nihil debet ex eodem teſtamento conſequi,vt volunt Docto.poſt Din.in dicta regula. ex eo. & in locis ſuprà alleg. & Paul. de Caſt. in conſil. ccxliij. incip. viſo & examinato, volum.nouorum. quia non ſolum impugnat inſtitutionem & ſubſtitutionem , ſed etiam legata ſibi iure inſtitutionis relicta. Tum etiam licet quis negando ſimpliciter patrem & matrem teſtamentum feciſſe,& ab inteſtato deceſſiſſe , non priuetur contentis in teſtamento , quinimo poſſit ſe iuuare ex illo,vt voluit Bart.tamen iunctis aliis impugnationibus allegatis ,ſibi nocet:prout hic Ioann. omnia alleg.vt ſuprà dictum eſt. quare Ioan. per tranſactionem renuntiauit ſubſtitutioni, vt dictum eſt. Igitur deſcendentes ab eo non poſſunt retinere iure ſubſtitutionis bona nepotibus Franciſci ſpectantia,niſi aliter Franciſcus prædictus vocauerit filios Ioannis inſequendo tranſactionem.

SVMMÆ.

1 *Poſthumum inſtituens, an etiam alios poſtea natos cenſeatur inſtituiſſe & nn.2.3.5.& 6.*

3 *Partu vno plures nati reciuntur.*

Quæſtio CXLVIII.

Comes de Ventadorio tendens ire ad bellum,condidit ſuũ teſtamentum,in quo poſthumum,ſi vxor eſſet prægnans, inſtituit hæredem:quæ tamen tunc non erat , ſed poſtea certo tempore eo reuerſo facta prægnans,& plures inde habuit liberos:& cum illo teſtamento deceſſit.Quæritur an valeat, & inſtitutio illius poſthumi trahatur ad omnem poſthumum & liberos poſtea natos.

DECI-

DECISIO CXLVIII.

1 ET † videtur, quòd sic, per textum in l. placet cum l. sequenti ff. de libe. & posthum. & ita in terminis per illum text. tenuit Io. Andr. in additio. Spec. in rubric. de testamen. verticu. occurrit alia quæstio, dicens quod si testator dixerit, instituo ventrem vxoris, & postea vxor plures habuisset liberos diuersis temporibus, quod omnes instituti viderentur, etiam ex quocunque matrimonio vel partu sint nati: vt tenent Abb. Sicul. & Decius in cap. quoniam Abb. de officio deleg. in glos. iij. versi. in cap gl. ibi placet. & idem gl. & Ioan. de Pla. in §. posthumi instit. de exhære. libe. quia instituere ventrem, est instituere posthumum. l. iij. §. nominatim. ff. de iniusto, rupto testamen. Sed qui instituit posthumum, videtur instituere omnes posthumos, per dictam l. placet. & ad hoc etiam allegat Ioan. And. text. in l. cùm inter veteres. de fideicommiss. liberr, quem text. allegauit Alberic. in d. l. placet. sed non bene aperit illud ad quod illum text. allegat. Et ista fuit primò ante Io. Andr. opi. Oldra. de Laude. secundum Alex. qui allegat eum in consi. cxij. alij allegant in consi. ccxxij. alias cxxij. Sed credo, quod voluerũt allegare Oldr. in consi. clxxvij. incip. Testator in suo vltimo testamento. & sic eum postea reperi allegatum per Soci. in consil. lxxvij versic. quintò eadem conclusio. volum. iiij. & tenet Guliel. Benedict. in repeti. cap. Raynutius. nu. xiij. cum seq. de testa. Angel. in cons. lj. incipi. Symo. notarius corpore & mente sanus. quando testator dicit, Instituo ventrẽ vxoris meæ, Et opi. Ioan. Andr. sequitur Alex. dicens, eam esse verissimam, quam corroborat in d. l. placet. Et idẽ Federi. de Senis in consil. xlij. Testator instituit filium posthumum hæredem, volens quòd si testator instituit posthumum, qui ex vxore prægnante nascetur, & duo nati sunt, censentur ambo instituti, arg. glos. in l. qui filiabus, in princ. ff. de leg. j. & in l. ex duobus. ff. de hæredi. instit. & idem tenet Bald. in consi. cvij incip verba testamenti. volu. iij. versi. & hæc responsio clarissima. & latius in terminis Bald. in consi. ccccvij. versi. sed dubium restat. volu. ij. & in consil. ccclix. incip. proponitur quod dictus Antonius. eo. vol. ij dicens in dictis locis, quod hæc verba, Si prægnans esset, vel fuerit, debent resolui, si, pro quando, vt si prægnans esset, id est quando prægnans esset. & Pau. de Cast. in consi. ccccx. incip. casus iste frequenter contingit. versic. super secundo non est inficiandum. volu. nouo. Et præcipuè si
2 testator erat infirmus, aliàs non. † Sed contrarium tenuit Pau. de Cast. in d. l. placet. quem Raph. Cum. & Franc. de Aret. sequuntur ibi. & per hoc glo. in l. seq. volentem, quòd dispositio illius l. placet non habeat locum, quando institutio fuit limitata ad certum posthumum nasciturum ex tali sua vxore: tunc non porrigitur ad alium: vel si ad certum tẽpus, puta filium nasciturum ex ventre vxoris meæ, quæ prægnans est, etiam non porrigitur ad alios, vt in casu nostro, si vxor prægnans esset: & pro hoc videtur tex. in d. cap. Raynutius. ibi, soboles quam gestabat in vtero. & ista fuit opin. Bar. in d. l. placet. & ipsum sequitur Barb. in d. c. quoniã Abb. vers. ad idẽ oppo. d. l. placet. & in consi. lx. quasi per totũ. vol. ij. & Ang. in d. consi. lj. & Io. de Amelia. in consi. posito inter consi. Bald. consi. xxj. & xxij. & idem Philip. de Perusio in consil. xxxiij. immediatè seq. Cui se subscripsit & signauit Bal. vol. iiij. nec obstat secundum Pau. de Castr. dict. l. placet. quia debet intelligi quando testator ignorabat vxorem esse prægnantẽ: secus si sciuisset, quia tunc videtur de primo cogitasse. & idem in d. consi. ccccx. in fine. Sed ad istam rationem respondent Alex. & Fran. de Aret. & Soci. vt ibi per ipsos. Et istam partem tenet Ange. Are. in d. §. posthumi. versi. Quæro. quid si testator instituat ventrem. Quid dicendum? † Bart. Soci. in d. 3
l. placet. in iij. notabi. distinguit, aut quæritur nunquid si plures nascantur eodem partu, censeantur instituti, † quia plures possunt nasci, quos in casu 4
nostro recitat Iureconsultus in l. antiqui. si pars hęre peta. l. si pater. ff. de solu. Et latè Guliel. Budæ. in suis annot. ad Pandect. in d. l. antiqui. & per Guliel. Benedict. in d. c. Raynutius. in verbo, & soboles quã gestabat in vtero. in princip. vbi refert Fasciculum temporum dicentem quandam meretricẽ septem peperisse vno partu, Anno 454. quos in piscinam proiecit viuos: quorum vnus factus fuit Rex Longobardorum, qui vocatus fuit L. Amissio. & illud etiam refert Sigilbertus in chronica sua. Et etiam refert Benedict. illud Gallicum seu Romantium Mare historiam in ij. vol. cxvj. dicere reperiri chronica Henrici Imperatoris, quod tempore Philip. Regis pulchri, Anno 1313. Margarita Comitissa Hollandiæ, pro eo quia de mulieribus truffabatur vltra vnum parientibus, asserens impossibile esse mulierem duos habere pueros simul ab eodem patre cõceptos, in punitionem talium verborum, concepit simul & viuos peperit trecentos sexaginta tres liberos, sicut paruos pullos, qui omnes fuerunt baptizati. Sic etiam apud Arelatem fertur mulierem fuisse ob causam prædictam punitam, & vt fues ex vno partu peperisse liberos, & domus in qua peperit vsque in hunc diem, (vt omnes aiunt) porcelina vocatur: quoniam multa sunt possibilia, quæ sunt incredibilia. & glos. singula. secundum Bald. in l. Mæuius. in princ. super verb. nam incredibile possibile tamen est. ff. de lega. ij. vbi Bald. allegat d. l. antiqui. Et concludendum est quod omnes censentur instituti, vt volunt Federi. in d. consi. xlij. argumen. glo. in d. l. qui filiab. & aliis iuribus suprà in j. parte allega. † Aut secundò quæritur nunquid includan- 5
tur posthumi post primum ex eadem vxore nati, vt fuit in casu nostro: & ista est propriè quæstio Io. Andreæ. & eius decisio videtur vera secundum Socin. per d. l. placet. nec obstat glos. in l. sequenti. quæ contra eum allegatur, quia imò illa glossa secundum eum videtur, idem dicere, dum allegat l. filius. §. si quis. ff. de liberis & posth. vbi quando instituitur posthumus ex certa vxore, testator ponit se in periculo, si ex alia est vxore liberos suscipiat. Ergo datur intelligi, quòd non est in periculo, si ex eadẽ vxore liberi suscipiantur. † Aut quærimus nunquid 6
includantur postea nati ex alia vxore. Et concludit quòd sic, quia ratione coniunctionis: quam considerat Bartol. in l. cognati. ff. de rebus dubiis. vt ibi per eum. Et quòd sibi placet limitatio Angel. in d. consil. lj. qui voluit, quòd si testator dixit, Instituo ventrem. si prægnans esset. Et sic videtur se referre ad ventrem plenum, vt alij non includantur. quæ fuit opinio Bar. & aliorum Doctorum suprà in ij. parte allega. Licet hæc opinio habeat grandem apparentiam. tamen magis mihi placet opinio Bald. in consil. ccclix. & in consil. ccccvij. volum. ij. qui vult dicta verba, si prægnans esset vel fuerit, intelligi & exponi debere, si, pro quando id est, quando prægnans esset. Et hoc propter generalitatem dictæ l. placet. cum l. sequenti. Et ita tenet sing. Bar-

bar.in consil.vj.volumi.iij. Et sic fuit conclusum in dicta causa.

SVMMÆ.

1 *Officij nomen generale.*
2 *Officij & artificij differentia.*
3 *Pecuniam pro officio dans est de malo lucro suspectus.*
4 *Officia annalia quando possint ad biennium confirmari. & nu.5.*
6 *Officio obtinendo requiruntur designatio, acceptatio, & exercitium. & num.7. & 8.*
9 *Jurare debent officiarij, & qualiter. & nu.10.*
11 *Officiarij an possint ad nutum domini privari. & nu. 12.14.19. & 20.*
13 *Legati officium non expirat per mortem Papæ.*
15 *Substituus in absentis locum perseverat illo mortuo.*
16 *Approbatum in uno officio quando possit in eodem, vel simili reprobari. & nu.17. & 18.*
21 *Officium idem possunt duo exercere.*
22 *Media via quando eligenda.*
23 *Officiales Episcopi an possint ab ipso revocari. & num.24.*
25 *Capuanens & custos castri potest ad nutum revocari.*
27 *Vasallus an privetur feudo ob adulterium cum pedissequa domini commissum.*

Quæstio CXLIX.

An Rex Franciæ dominus noster supremus possit de plenitudine suæ potestatis, & motu proprio, & ex certa scientia privare quem officio, vel commissione, quod, vel quam ab eodem tenet. Et quid in alio domino temporali, vt in Episcopo, an possit ad nutum removere iuste licem, officialem, aut alium officiarium in temporali iurisdictione deputatum, vel capitanum tantum ad custodiam castri deputatum.

DECISIO CXLIX.

1 ET † præsuppono, quod officium est nomen generale ad omne ministerium, vt not.glo. in l.legatis. § si ex officio. ff.de legatis iij.& voluit Abbas Sic. in c.post cessionem. penul.nota.de proba. Ideo cocus dicitur habere officium, clemen. ad nostram. §. j. de censit.not.Ioan.de Ana.in cap.j.de sagitta. Et capitaneus custos arcis, vel portarum dicitur habere officium, vt tenet Ancha.in cap. j. in fi.de consuetu. lib.vj.Barba.in d.c.post cessionem. & in rub.de offic.deleg.& ibi Decius. versic. venio ad secundum. cum aliis per ipsos alleg. & idem Ioan. de Imo. in
2 clem. & si principalis. de rescrip. † Licet sit differentia inter officium & artificium.d.§. si ex officio. & Socin.in l.si nominatim. in iij. notab. ff.de conditio.& demonstration.sicut inter mercatorem seu negotiatorem & artificem, vt per Abbat. Sicul. in c.fina. de vita & honesta. cleri. & Feder.de Senis in consilio cevij.nos Grissolus Iacob.& dixi lib. con-
3 suet.Biturig.tit.de consuet.status personæ.§.j. † Secundò, quod qui dat pecuniam, vt habeat officium, habet & dicitur habere animum malefaciendi & indebitè lucrandi, vt dicit Bart.quem sequitur Angel.in l.secunda. C.de mutileg.lib.xj.& ibi Ioan.de Plat.& Iac.Rebuf. propter quod factus est secundū ipsos ritus.vt iudices sine quoquo suffrag.quia eo ipso.quòd quis ad honorem perducitur, iam in ipsa prouectus sui radice vitiatus, paratior est aliis vendere quod ipse emit,in c.quibusdā.j.q.j. & d.tit.vt iudices sine quoquo suffrag. §. & hoc sacrorum. & idem in authen.iureiurando.quod præst.ab iis. ibi, sed sicut sine suffragio percepi singulum, sic etiam purè me exhibeo circa subiectos pessimorum nostrorum dominorum, cōtentus iis quæ statutæ sunt mihi de iuico amonis. Et idem dicunt Io. de Platea. & Lucas de Penna in d.l.ij.de mutileg. & Alb.in l. Barbarius. versf.sed contra.ff.de offic.prætor, & bo. tex.in l.quisquis.& ibi Collectarius.Guid.Pap.Bal. Ang.Sal.C.si certum petatur.& tales nunquam deberent recipi, vt dicit Iurisconsult. in l.scire oportet.§.fi.ff.de tutor. & curato.datis ab iis: cuius verba sunt hæc, semper hoc autem maximè obseruent magistratus,ne creent eos,qui se ingerūt,vt creentur:& qui pecuniam dant.hos enim & pœna obnoxios esse lege promulgatum est. † Tertiò præsup- 4
pono,quia licet regulariter officia secularia debeāt esse annalia, & non perpetua, vt per totum. C. de muner.& honor.non contin.lib.x. & l.j C. vt omnes causæ tam ciuil.quàm crim.& in authen.de defen ciuita.§.fi.& l.neminem. & ibi Iacob. Rebuf.& Lucas de Penna.C.de suscep.& arca.lib.xj.& Mart. Lauden.in tractatu suo de offic.princip.§.xciij.& §. cxiiij. † Tamen potest quis confirmari in officio 5
per biennium, modò fiat nemine discrepante illorum ad quos spectat nominatio, vel electio, vt dict. §.fi.& l.maiorem.ff.de pactis.& Mart.Lauden.in d. tracta.de offic.princip. §.cxxxvij. & Barbat. in c.significauerunt. secundum eum, quòd vniuersitas potest continuare rectorem pro sequenti anno, si nemo discrepat. & idem tenet Decius in c.cùm omnes.ver.v.de consti. † Et tria in istis officiis secu- 6
laribus considerantur,secundum Bar. Pau.de Cast. Imo.& Soci. in l. Publius. ff. de condi. & demonst. præmiorum designatio, vt patet per illum tex.dum dicit designatus, & dicitur secundum Pau. & Soci. designatus, quando extrahitur de bursa secundum communem vsum:vel dic quod est titulus, quia sine literis principis vel domini concedentis, & donantis officium obtineri non potest,l.iis officiis. & l.probatoris.cum l.seq.& ibi Io.de Platea. C.de diuer.offic.lib.xij.& §.filiusfamilias.ibi, Imperialibus codicillis præstitis,&c.& ibi Angel.Are.insti.quib. mod.ius patriæ pot.solui. & idem tex.in d.l.Barbarius.ibi, & prætor designatus. Nam & econtra priuato officio removendæ sunt literæ officij. l. iudices.& ibi Bar. Io. de Plat. Iaco. Rebuf. & Lucas de penna. C.de dignita.lib.xij. † Secundum, acceptatio, 7
vt patet in d.l.Publius.in text.ibi, manus edidit. ex quo secundum Socin.infertur, quod dignitatem quis dicitur habere acceptationis. quod probatur per illum tex.in ver.manus edidit.iuncta glo.quam ibi vide,& idem dicit Bal.in l.Barbarius. versic.sed hic quæritur, an acta Barbari. vt in sequen. quæst. dicam.& Matth.de Afflict.in constit.Neapol.tit.de pœna eius qui congerit officium.nu.xij. † Tertium 8
exercitium officij, quod probatur per illum tex. in verb.ingressus est.† Et istud exercitiū recipit præ- 9
stito iuramento, vt in authenti.vt iudi.sine quoquo suffra. §. si verò aliquibus in prouinciis. & in §.si igitur.& in §.oportebit igitur.† quòd prius tenetur 10
facere in manibus cuius mandatur recipi, vt l.rem non novam.in princ.cum sua auth.hodie iurant.C. de iudi.& in authenti.iusiurandum quod præstatur ab iis.& ibi Ang.& in authen. de defenso. ciuita.§. interim.in fin.& in l.fi C.ad l.Iuliam repetun.& in l.vniuscuiusque.& ibi Luc.de Pen. versf.sacramenti. C.de proxim.sacr.scrinio. lib.xij. & Paris de Puteo in tracta.de syndic.in litera, iuramentum officialis. vbi dicit quod omnes officiarij debent iurare, vt ibi.

per

per eum ſingulariter. & Odofr. in l. ſi vacantia.nu. v. C. de bon. vacan. lib. x. & Bald. in l.j. C. de emancip. liber.quem reperies in titu.de iure liberorum. quæ eſt vltim.rubr.viij.libri,C.& Feli.in cap. dilecti. in princip. de maiorita. & obedien. Et iſta officia erant ſolita concedi in menſe Ianuarij,vt d. l.Publius.& ibi per Doctо.ſuprà alleg.ad idem tex. in §.hoc autem in authen.de conſulibus.& Martin. Lauden.in dicto tracta.de officio principis.§.v.Sed ſecus eſt ſecundum aliquos in officio aduocatorum reipublicæ,vt l.per hanc. C.de aduoca.diuer.iudic. vbi in Calendis Octobris concedebantur. ſed imò videtur in Calendis Aprilis, ſecundum gloſ. ibi, in
11 verb. per annos. † Hoc habito, videtur quod non poſſint remoueri: quia officiarij qui ſunt in aliquo officio etiam ad beneplacitum ipſius principis, prout in omnibus officiis ſolet apponi, quandiu nobis placuerit,cenſentur perpetui, vt volunt Baldus,Albericus,& Ludouicus Bolog.in ſecundis interpretationibus in l. iuriſperitos. in princip. per illum textum. ff.de excuſa. tutorum. vbi Ludouic. Bolog. alleg. gloſ. ita tenere in cap. fin. in verbo, perpetuus, & in cap.ſi gratiosè. in verb. perpetuo. de reſcript. lib. vj. licet ſit ibi text. in contrarium in beneficiis. item alleg. text. in clemen. & ſi principalis.in verſic. electionem,eod.tit.ergo non poſſunt remoueri. & idem Bar.& Bald.in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prętori.ff.de noui oper.nunt.vbi Bald. dicit,quod ita conſtituuntur iuſtitiarij in Apulia,vt eſt ſecundum eum Mareſchallus Papæ, qui dicitur perpetuus. Et de iſto Mareſchallo ac auditore Cameræ, & Camerario Papæ. & idem tenuit Spec. in j.parte tit. de offic. ordin. §. j. verſic. quid de auditoribus. & Hoſtien. in cap. quod de iis. in fine. de ſent.excommu.& gloſ. in clemen. ne Romani.§.eo tamen prouiſo.in verb.expirare,de elect.vbi textus loquitur de of.camerarij & pœnitentiariorum,quæ non vocant per mortem Papæ concedentis,& non poſſunt reuocari:quia iſta officia,& omnia illa,quę ſunt in primo libro C. ſunt ordinaria, ſeu iuriſdictionem ordinariam habentia, ſecundum Specul. referentem Hoſtien. eius dominum ita dixiſſe,poſt obitum Clemętis Papæ quarti. Et idem Mart.Lauden. in dicto tracta. de offic. princip. §. cliij. licet Archidiaco.in c.experientiam.xj.quæſt.j.dicat Bonifa. octauum interlocutum fuiſſe, nullum in curia habere ordinariam,niſi Papam.& gloſ.j.in clemen.
12 adiutor.in fine de reſcript. † Sed prima approbantur de ſtylo & conſuetud. Franciæ,quamuis confirmentur per Regem nouum, vt vidi per Ludoui. xij. & Reges:& tenet Ioan. Fab.in §.item ſi adhuc. inſtituti. manda. vbi dicit, quod iudices delegati non poſſunt reuocari,ſiue ſint Iudices, & Balliui,& Seneſchalli Regij, ſiue Baronum. Et idem dicit in reformatoribus, qui mittuntur per Regem ad prouincias reformandas, & etiam in gardiatoribus ſaltuis gardiis per Regem datis:& pro hoc text.in cap.
13 ij. de offic. lega. lib. vij. † vbi legati officium non expirat per mortem Pap. concedentis, quia habet ordinariam iuriſdictionem. & ita tenet Paul. de Caſt.in l.iure.ff.de iuriſdictio.omn.iudic. quem ibi
14 Alexand.& Laſ.in v. notab. ſequuntur. † Et ſic per ordinationes regias ordinatum, & ſtabilitum eſt, quòd nullus officiarius ab eius officio & ſtatu deſtitui debet, vt alteri conferatur, niſi in tribus caſibus,per mortem ſcilicet, reſignationem, & forfacturam ſeu delictum,vt habetur in ordina. Caroli. viij.& dixi in tracta.de authorita. magni conſilij,& Parla. Regni. in prima magna. addit. & ideo dicit Ioannes Fab. in l. j. C. de offic. præfecti Auguſt. quòd Seneſchalli non poſſunt auferre officia ſeruientibus, vel officialibus, etiam ſi per inſufficientiam vellent eos remouere: ſed debent referre principi, à quo habuerunt officia. Et non ſolum hoc habet locum in officiariis, ſed etiam in commiſſis & ſubſtitutis per officiarios, vt voluit Albe.in l.quæſitum. per illum textum.ff.de tutel.† vbi text.loquitur in tutore,qui cauſa reipubl. 15
ſe abſentans commiſit alium vſque ad eius regreſſum, & ſi in eius legatione ſeu commiſſione moriatur, quod talis commiſſus perſequetur vſque ad fin.Et idem ſi reuerſus fuiſſet, & iterum commiſiſſet. quod facit ſecundum Alber. ſi officialis abſens reipublicæ cauſa dedit ſubſtitutum in officio, quouſque rediret. Et ſi moriatur,quod ſubſtitutus perſeueret vſque ad finem officij. Sed iſtud de facto nō ſeruaretur,quum Rex vel alius dominus prouidere poſſet de officio vacante: verum quòd talis ſubſtitutus per defunctum commiſſus in abſentia non officiarij exercere & gerere debet officium, quouſque fuerit prouiſum. Quinimò dicit fortius Paul.de Caſt. poſt Gulicl.de Cug.in l.ſed ſi pupillus. §.conditio. ff. de inſtit. actio.quòd ſi iudex facit aliquem locum tenentem,quoties eum abeſſe contigerit, & eueniat caſus quo iudex ſit abſens, vna die præſenti, quod valent acta facta coram ipſo locum tenente, etiam illo die in quo iudex præſens fuit, ne ex iſta modica variatione partes decipiantur. Et ſequitur Decius in c.quoniam Abbas. verſic. eſt tamen ſingulariter notandum. de offic. delegat. quod nota. quoniam ſic fuit per curiam iudicatum in fauorem domini de Baulx presbyteri,contra du Boys appellantem.Et latum arreſtum die xxij.Maij,Anno 1536. Quia aliquando iudices conſueuerunt cognoſcere & dare audientiam in camera, & locum tenens in loco maiorum conſuetudo. Ideo tunc per illum contra quem fit actus, debet proteſtari contra locumtenentem expedientem in præſentia iudicis in loco exiſtentis, vt voluit in ſimili gloſ.in c.cupientes.§.quod ſi per vigint. in verb. propoſita. in fine de elect.lib.vj.quem faciunt ibi ſingularem omnes ſcribentes:& Imo.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori. & ibi Alexan. verſi.adde quod iſtud limitatur. ff.de noui operis nuntiatio. † Tum quia ipſe ſemel 16
approbatus in vno officio non poteſt in eodem vel ſimili reprobari, vt no. Abbas. Siculus poſt Imo.in cap.cum venerabilis. in iij. oppoſi. de exceptionibus.& eſt bonus textus cum gloſſa in c. accipimus.de ætate & qualitate.& Ancha.in clement.j. in ij.oppoſitione de conceſſioni.prębendi.Ioan.de Ana.in cap. nulli in principi. de accuſ. & Alexand. in conſilio ciij. lib.ij.& tenet Decius in dicto capitulo. cum venerabilis. verſicul. in tertia oppoſitione. Abb. vbi ponit duas fallentias. † Primò hoc 17
fallit, niſi ex ſuperuenienti cauſa, quia approbatus poterit reprobari, vt ibi per Abb. poſt Innocen.& Imol.& l.vt gradatim. §. reprobari.ff.de muneribus & honoribus.& Martin. Lauden. in dict.tractat.de officio principis.§.cxxxv.& l.ſed reprobari.in princip. ff. de excu. tuto.& ibi per Baldum & Alberic. vbi dicit Baldus quod collateralis poteſtatis, qui imperitus reperitur, reprobari poſſit. † Secundò 18
fallit in ſuperiore qui poteſt approbatum in eodem vel ſimili officio reprobare, ſecundum Abba. in capit.cum venerabilis qui allegat text.in cap. in cauſis & in capit. ſcriptum. de elect. & intellige,ſi motu proprio principis quis fuerit reprobatus.vt dictum fuit contra Ioannem de Nulli pro-

curatorem Regium Matiſconen.habentem proceſſum ſuper eius officio procurationis, & eius priuatione in curia pendente, non fuit admiſſus ad oppoſitionem contra executionem literarum doni prædicti alteri pendente lite facti, vt patet in areſtis.§.lxxxiij.incip. Item magiſter Ioannes de Nulli. Et idem tenet Alber. Brunus in terminis noſtris in conſi.xcvij.vbi vult Regem Franciæ poſſe quem priuare ſuo officio,per ea quæ nota. Bal. in l.qui ſe patris C.vnde liber.& Pau.de Caſt.in cõſi.cclxxxv. incip.primum dubium per cap.veniens. de reſcrip. & in cap.j. de conſtitu. lib. vj. & idem Alber. Brunus in conſil.xcij. Sed certè ſecundùm Decium vbi ſuprà data paritate terminorum idem videtur in ſuperiore,quod in inferiore & priuato: & iura quæ Abbas adducit, loquuntur in diuerſo & maiori officio: quo caſu idem eſſet in priuato,vt ibi per eum vide. Et iſtud eſt verius, vt tenet Guliel. Benedict. in ſua repet.cap.Raynutius. in v, deciſio.de teſtam.
19 dicens.† Quod officia Regia in regno Franciæ adeò ſunt perpetiora, quod pro matrimonio habentur in vita officiariorum, & magis amplè & ſingulariter ibi. fol. xvj colum. j. cum ſex ſequent. quæ
20 cauſa breuitatis omitto. † Et ita concluſum & dictum fuit in curia contra dominum de Albreto in fauorem iudicis ſui. Et etiam ratione gardiæ ſiue cuſtodiæ,& exercitij ſigilli Cancellariæ Regię Burdegalæ, inter magiſtrum Fabianum Bodet, in præfata curia Regium conſiliarium actorem impetrantem dictam gardiam, & dominum Lancelotum du Fau, Epiſcopum Lucionen.reum. Sed quia dictus Bodet impetrauerat prędictam gardiam per mortem magiſtri Bauduini Dages eccleſiæ maioris Burdegalæ decani, qui alternatis vicibus cum præfato du Fau, vita eius comite dicta gardia vtebatur. Quia curia mota fuit ad eos ſic appunctandum, vt alternatis etiam vicibus pendente proceſſu vterentur. Quia dictus Bodet videbatur ſolum impetraſſe ius quod habebat dictus defunctus Dages:& hoc per Deciſio. text.in l.j.cum ibi not. per
21 Alberi. & Salicet. C.de offic.præfectis vrbis. † Vbi duo poſſunt concurrere circa idem officium,etiam ſi vnus longè antè alium poſſidebat,& ſic conſuluit Bald. in conſil. cclxxviij. incipien. quæritur ſi Rex Romanorum. volum. iij. quod eſt ſingulare. Or quando duo poſſident,& concurrunt in eadem iuriſdictione, poſſunt compelli ad concordandum vel diuidendum vſum iuriſdictionis alternis annis. leg.huiuſmodi.§.finali.& ibi per Docto. Moder.ff. de leg. j. & Barto. in l.Lucius. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. & Angel.& Andræas Barba. in l. ij. ff. de verbo.obligat.& Abbas Siculus in cap. finali, de re iudica. & idem Albertus Brunus in conſil. xciij.incipien.in cauſa & lite.& glo.in cap. licet.xvj.quæſt. iij.& Rom.in ſing.dcclxij.incipiente, ſunt ſub regina duo domini. & Martinus. Lauden. in tracta. de principib.§.cccccxxvj. & Doct.in l.Pomponius vni. ff.de re iudica. cum aliis infinitis per nos allega. in queſtio.& tracta.de cuſtodia clauium portarum. vt ſupra quæſtio.v. incipiente.quid,duo ſunt domini. Et ideo non eſt mirandum de tali concordia, quæ videtur iuridica in rebus valde dubiis, vt dicunt Ioannes Baptiſta,& Socin.in eorum conſil.cl. incipien.& nos introducere,quod eſt in primo vol. conſiliorum Socin.quod quidem reperitur poſt tit.
22 de except.rei iudi.lect. Socin. † Quia quando articulus eſt valde dubius,& communis opin.perſcrutari non poteſt, & rationes hinc inde pro vtraque parte dubiæ,quod media via eligenda eſt: & taliter approbatur illud quod dicit gloſ.in l.Neſennius.ff. de nego. geſtis de ſententia ruſticorum rem per medium diuidentium. Et idem dicit Decius in l. precibus. verſicul.ſed iſta ſubſtitutio.C.de impub. & aliis ſubſtitutio.cum aliis in queſtio.ccxxix.Et in prædicta reintegrationis & cap. alleg. & latius ſuprà.queſtio.xlij.incipien.Alia inſuper ex dicto proceſſu. Et fuit latum areſtum die iij. Martij. Anno 1519. † Sed in officiali Epiſcopi an poſſet per Epiſ- 23
copum reuocari, & gloſ.in d.clement. & ſi principalis. in verb. per electionem. tenet, quod ſic ad milleſimum.Et ibi idem tenet Ioan.de Imo.& Zabarel.& Ioan. Fab.in d.§.Item ſi adhuc.inſtit.manda.& Bald.in d.conſi.cclxxviij.verſic.quo ad ſecundum punctum eſt. & per totum. † Tamen in con- 24
trarium fuit iudicatum per curiam pro officiali Burdegalen.ac etiam pro officiali Tutelen.dictum fuit: & aliàs Pariſiis latum fuit areſtum cõtra priorem ſancti Martini de Campis, & vide in quæſt. Galli.cxxij.† Sed in capitaneo & cuſtode caſtri cõ- 25
trarium fuit dictum,ſcilicet dominum poſſe ipſum remouere, & alium loco eius ponere, per tex. in l. ſi ita.§.dominus. & Bal. & Alberi. ff. de vſu & habita. & in cap. j. iuncta gloſ. de feud. gardiæ & caſtaldiæ.& ibi idem tenet Bald. cum aliis per nos allegat.in quæſt.ccij.incip.ſed quid de quæſt.quę nobis euenit.& in tract.de cuſto.cla.port.ciuit. & per Cardi.Alex.in c.j.§.quid ergo.de inueſti.de re alie. fact. Et potenti viro domino Alano domina de Albreto appellante, contra Franciſcum Arnaldum de la Faye appellantem,& actorem in cauſa & materia ſtatuti querelæ,die xxvij.Januarij. Anno 1522. Et idem per dictum areſtum fuit pro nobili Ludouico de Rocha Focauldi domini de Montando garendum Franciſci de Foudebon appellantis à Seneſchallo Xanton. contra Petrum Dompierre ſcutiferum appellatum, contra quem obiiciebatur quãdam domicellam pediſſequam dominæ ſuæ adulteraſſe:ob quod fore capitaneum officio priuandũ, vt infrà dicam. Latum die xxiij. Octobris. Anno 1536. Licet Petrus de Belluga.in ſuo principũ Specul. velit contrarium. & Lucas de Penna in l. quicunque.verſico.quod facit ad primam:an rex poſſit de ordinata poteſtate C.de omni agro deſerto.lib. xj.ſed non fuit memor illius dominus. † Sed an va- 26
ſallus priuetur feudo propter adulterium in pediſeca ſeu ancilla & domicella domini aut dominæ ſuæ commiſſum. Et dic quòd non, vt tenet Andræas de Ilern. in cap.primo.§.primo.quem ibi ſequitur Aluarot.quibus modis feudum amitta.quos refert & ſequitur Franciſcus de Curt. in iiij. parte feud. verſicul. ſecundo quæro nunquid prædicta.& Cardin. Alexan.in cap. j. verſic. ſed pone quòd vaſallus.de forma fideli.& ſequitur Hiero. Cagnol.in procem.ff.nu.ccxvij. Vt patet per areſtum latum in fauorem nobilis viri Ioannis de Sermet.

SVMMA.

1 *Officium nemo litigantium exercere debet lite pendente.*

2 *Officium alteri reſignatum impetrans per mortem poſſeſſorie, an poſſidere debeat. & numero 3. & 4.*

5 *Officialis qui talis reputatur, licet geſta valeant, tamen hoc non priuat verum poſſeſſorem ſuo officio.*

6 *Officium obtinet ſecundò impetrans, qui prius habuit literas & poſſeſſionem.*

7 *Rece-*

7 *Receptio ad officium eſt duplex, facti & iuris.*
8 *Nomen officij vel dignitatis, quando dicatur quis adeptus.*
9 *Poſſeſſionem officij quando dicatur quis adeptus.*
10 *Poſſidens officium ſine titulo ſuperioris, non poteſt habere bonam fidem.*
11 *Vacationis modus exprimendus in impetratione.*
12 *Titulum ſui prædeceſſoris, quando teneatur quis probare. & num. 3.*
14 *Salarij perceptio non facit quem officiarium.*
15 *Falſi accuſatione pendente an debeat accuſato officium committi.*

Quæſtio CL.

Sed quia ſupra dictum eſt, quod in officiis requiritur titulus, & litera dom officij, & poſſeſſionis adeptio, ſiue acceptatio cùm exercitio: Quid ſi officiarius renuntiauit in fauorem alicuius, qui habuit literas doni à Rege, & qui præſtitit iuramentum, ac poſſedit, vt apparere dicebat per atteſtationem: nihilominus renuntians vere remanſit in poſſeſſione, ac vadia & ſtipendia ad mortem vſque recepit, cuius obitum fuit impetratum, & is in cuius fauorem reſignatum fuerat, promotus ad aliud extitit officium, quod quidem per eiuſdem promotionem fuit per alium etiam impetratum. Quæritur quis eorum debeat obtinere.

DECISIO CL.

1 PRAESVPPONO † quod licet pendente ſuper aliquo officio inter duos lite, neuter ipſorum officium prædictum exercere debeat, ſi aliquis eorum iam exercere ante oppoſitionem vel appellationem alterius inchoaſſet, vt voluit Speculator in titulo de cenſibus. §. primo nunc dicendum. verſic. pone Titius fuit electus. per textum in l. qui ſtatus. de re militari aliàs
2 ſecus, l. prima. §. penultimo. ff. nil noui. † Tamé circa hanc quæſtionem maior pars dominorum tenuit, quod is qui per mortem poſſeſſoris impetrauerat dictum officium, attenta poſſeſſione & gaudentia ipſius renuntiantis, interim gaudere debebat, fundantes ſe per regulam l. Barbarius. ff. de officio prætoris. & in l. ij. C. de ſententiis & interlocutoriis. & in c. primo. §. tria ſunt. ſecunda quæſtione vij. quod communis error facit ius, ac etiam per regulam Cancellariæ Apoſtolicę. xxxiij. de qua plenè per Paris. de Puteo, in tractatu ſyndicat. in verbo electio. cap. in officiis. aliàs diceretur intruſus. l. decernimus. C. de ſacroſanctis eccleſiis. c. didicimus. vigeſimaquarta, quæſtione prima, quoniam ſi reſignans qui manſit in poſſeſſione ſex menſibus, ſi in curia vel vno menſe in partibus facta fuerit reſignatio, moriatur, beneficium cenſetur vacare per mortem, & non profecto per reſignationem: ſecus ſi durante dicto tempore is in fauorem cuius reſignatio fuit admiſſa adeptus fuerit poſſeſſionem,
3 prout hic tamen factum fuerat. † Et hac ratione, & ſequentibus, ego & alij tres ex dominis motti tenuimus contrarium, quia reſignans tempore ſuæ mortis non erat poſſeſſor, ſed alius in cuius fauorem reſignauerat, quia intra tempus prædictum realem adeptus fuerat poſſeſſionem, vt dixi in §. primo. in addition. de donationib. libro conſuetudin. Biturig. & amplè in conſilio ſexageſimoſeptimo. videtur primò quòd firmarius. & plenè Cornelius in conſilio cxxxvij. incipiente, licet multas rationes. volumine tertio. vbi conſuluit contra illum, in fauorem cuius reſignatio facta fuerat, qui tamē poſſeſſionem adeptus non fuerat, quamuis reſignanti locaſſet fructus beneficij per terminum. & idem Anehar. in conſilio cxvij. incipiente. ſatis impertinens. † Et pro prima parte facit quod notabiliter 4
decidit Ioannes Andreas in regula mora * ſoluendo dicit. in mercur. de regul. iuris libro ſexto. quod geſta ab aliquo qui primo non habuit titulum non valent. cap. ex frequentibus. de inſtitut. & capitulo primo. de regulis iuris. libro ſexto. ſecus in geſtis ab eo qui habuit titulum à principio, & ſuperioris authoritatem. nam licet poſtea incidat in pœnam priuationis non patentis, valent tamen geſta ab eo, quandiu toleratur, & idem Iaſon in dicta l. Barbarius. verſicul. facit quod dicit Ioannes Andreas. tamen hic patenter fuerat priuatus per ſuperiorem. Ad idem etiam facit quod dicit Ioannes Fab. in §. ſed cùm aliquis. verſiculo ſed ſi bene aduertas. inſtitut. de teſtamentis. quod in officiis publicis authoritate & vtilitate, geſta iudiciaria & alia ſtatum reipublicæ concernentia, etiam per incapacem officiarium, dum tamen publicè pro tali haberetur, valent: nec oportet docere de intitulatione, ex quo publicè reputabatur pro tali. Et idem Alexander in additionibus ad Bartolum in l. Herennius. ff. de decurionibus. † Tamen hoc nihil eſt quò ad titulum 5
& poſſeſſionem alterius interuertendam, & annullandam, vt infrà dicam. † Quia ſecundum Lucam 6
de Penna in l. prima. C. de præfect. prætor. libro duodecimo. quando quis primo loco fuit promotus ad officium, & ſecundo loco alius etiam promotus, is qui habuit primò literas & poſſeſſionem, præfertur. argument. l. j. C. de Conſulibus. eodem libro. Secundum vnum intellectum. & idem Paris de Puteo in dicto capitulo in officiis. verſiculo. & adde, quia. Et iſta eſt communis opinio Doctorum contra gloſſam. & Iacob. Butrig. in dicta l. Barbarius. de quo per Andream Barbat. & Felin. in capi. ſciſcitatus. de reſcriptis. & aliquid per Felinum in capitu. dilecta. verſicu. lex Barbarius. eodem titulo. quod communis error non facit ibi eum procuratorem, licet de humanitate geſta valeant: & ſic tenuit in terminis Geminianus in conſilio ſeptuageſimonono. verſic. ſed iſta eſt inefficax. cum ſequen. ibi loquitur de officio cubicularij Papæ, dicens quòd duplex eſt receptio, vna iuris, alia facti: per primam acquiritur titulus, per ſecundam acquiritur poſſeſſio, vel quaſi, iuxta notata per Innocentium in cap. eam te. de reſcript. Ita quòd licet ſecundùm Dominic. literæ Vicecancellarij atteſtentur, quod quis tali die per Papam fuerit receptus in cubicularium, ac iurauit: † quod probant receptio- 7
nem facti, non tamen probant receptionem iuris, quæ præcedere debet illius facti receptionem. Et ſic actu non habito habebat officium, quoniam actus ſonat in factum, & habitus ius deſignat. Ergo neceſſario concludit illum non fuiſſe cubicularium pro præſenti, quo ad titulum cubicularius. ex quo non conſtabat de titulo, ſed ſolùm de poſſeſſione: ſed hic de vtroque. Et pro hoc dicit Bald. per aliquos allegatus in l. & ſi coæquatio. in fin. ff. de excuſat. tuto. quod non prodeſt creatio, niſi ſit ſubſequuta adminiſtratio: ſed non reperitur lex in dicto titulo, nec alibi quæ ſic inchoetur, niſi in titu. de cenſibus & cenſa. l. ſi peræquare. lib. xj. ſed illud dictum dicit in l. ſed & miles. §. quæſitum. verſicu. in text. ibi, creatum eſſe. de excuſa. tut. Et etiam dicit, quòd non habetur pro creato, qui non adminiſtrat. † Nec obſtat ſecūdùm 8
Gemi. ſi dicatur, quod ante facti receptionem non acquiritur nomen cubicularij, cùm ſine ipſa non

non dicatur plenè translatum, arg. l. m. c. si quis iam translatus. xxij q. j. Quia respondetur, quòd imò acquiritur nomen officij vel dignitatis ex sola acquisitione tituli. Vnde Imperator acquirit nomen Imperatoris per solam coronationem. l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. & in clem. j. versi. dudum. de iureiur. Archiepiscopus per receptionem pallij. o, nisi de author. & vsu. pallij. & Io. And. in c. j. de relig. domi. cum aliis per nos alleg. in additio. ad Mãdag tit. de electi. c. lvj. in glos. j. & Fel in d. c. eam te. versi. restringitur. de rescript. Episcopus verò ex cõsecratione, vt per Docto. in d. c. eam te. insuper Fel. Et plenius per adeptionem tituli. vt not. Calder. in c. de multa. de præben. Et ista acquiruntur per adeptionem tituli, & sine possessione facti, dignitatis, vel officij, vt est text. in c. si quis Episcopus. cum sequen. xcij. distinct. & idem Bald. in d. l. Barbarius. in lectu. versi. vlterius quæro. Sed hic habens officium ex renuntiatione præstitit iuramentum, & in possessionem missus est, ac fecit actus eius officium concernentes: quare non censetur vacare per mortem resignantis, cùm per eius resignationem officium esset repletum. † Vnde secundum Bald. ibi, 9
versic. sed hic quæritur, an per acta Barbarij. statim per donum officij, ac acceptationem illius, & ingressi receptionem, quamuis aliquid non gesserit, quis dicitur esse in possessione. l. j. ff. de offi. præfect. August. Sed ante non, & nihil agere potest nisi casualiter allegat l. pridem. & ibi glos. ff. de ser. expor, quam non inueni, & in terminis Bald. consi. cccxvj. tenor quarundam literarum. volum. iij. & in d. l. j. de offic. præfect. Augu. & in d. l. j. C. de manda. prin. vbi dicit, quòd quis probando possessionem officij nihil agit, nisi titulus probetur per literas concedentis. l. probatoria, C. de diuer. offi. lib. xij. cum simili. & idem plenè Paris de Puteo in d. c. in offi. Ergo
10 nullo modo potest facere sine titulo: † quia possidens officium iurisdictionis absque titulo bonam fidem habere non potest, cùm ea quæ haberi non possunt, nisi ex conceptione superioris non possint bona fide absque titulo possideri, quamuis de facto incumbat possessioni c. ad decimas. de restit. spol. lib. vj & idem Bald. in d. l. Barbarius. versi. xij. opponit. igitur remanens in officio iam finito non dicitur amplius officialis. l. item quæritur. §. quia impleto. ff. loca. Et per ista, & infrà dicenda apparet responsio ad primo adducta, quæ intelligi debent, si post renuntiationem aut priuationem, renuntiãs aut priuatus officio remãsit semper in possessione, alio non impetrante, vel impetrante, possessionem tamen officij minimè adipiscente. Tum ratione inconuincibili, ponendo duas regulas: quarum prima
11 est, † quod ex duobus impetrantibus ille præfertur, qui expressit propriam & veram vacationis speciẽ, licet impetrans sit posterior, quoniam hoc solum attenditur, quod exprimatur proprius vocationis modus, etiam si aliter qui non expressit verum modum, expresserit talem modum vacationis, qui cõ-
12 muniter putabatur verus. † Secunda, quòd licet sufficiat impetranti exprimere ius illius qui communiter reputabatur verus prælatus, & non tenetur probare de titulo sui prædecessoris, sed solũ quòd fuerit habitatus, & reputatus pro prælato, vel rectore illius ecclesiæ, quamuis in veritate non esset canonicè institutus, secundum Lapum & dominic. in c. susceptum. & ibi Philip. Fran. in vlt. not. & versi. aduerte de rescrip. lib. vj. & Ancha. consil. cvj. cum aliis infrà alleg. in q. ccv. inchoan. tractatus de permutandis beneficiis. versicu. quia secundum Abb.

† Tamen hoc procedit, quando vnus solus fuit 13
impetrans: quo casu communis opinio præfertur veritati, & nihil sibi obstat: secus quando duo impetrantes inuicem concurrunt, & se opponunt, quia tunc veritas præfertur opinioni secundum primam regulam. cap. veritate. viij. distin. & l. iij. §. spurios. ff. de decur. vbi est bonus text. in terminis nostris, quod inter duos officium vnum impetrantes, legitimus præferendus est. cum aliis iuribus per glos. ibi alle. quia in duobus impetrantibus beneficium vel officium, semper præfertur ille qui expressit verum vacationis modum, quamuis alter non expresserit, qui tamen communi opinione reputabatur verus. & tenet Bald. in d. l. Barbarius per text. in cap. Daibertum j. quæst. vij & not. per Inno. in cap. olim. in iij. de restit. spol. & idem Maria Sozi. in cap. postulast. de rescrip. & Fel. in cap. in nostra. correiatio. xxxvij. in prima fallen. eo titu. & Io. de Selua, in tract benefi. quæst. xij. versi. limitatur etiam secundo. & in quæst. xxx. Et hoc verum secundum Lapum & Dominic. in dict. cap. susceptum. quando ab initio, & re integra ante completum negotium secundo impetratus venit, aliàs non auditur. & idem Lapus alleg. lxxxix. versic. quando enim sunt duo. pro hoc allego text. in l. fin. §. Et idem dicit Alber. ff. de decur. & idem Alber. in d. l. ij. versic. in contrarium est dict. l. vnde cum hic esset ab initio ante negotium completum, saltem pro completo debeat haberi: cùm in crastinum receptionis impetrantis per mortem putatiuè alter appellauerit, qui per promotionem siue assecutionem, & verum modum vacationis impetrauerat intra annum erat præferendus: quia potest per acceptationem sibi obiicere vitiosum, & minus canonicum ingressum habuisse, vt voluit Innocen. in dict. cap. scisciatus. de rescript. præterea si dicatur, quomodo potest posterior impetrans ita esse diligens, quod possit concurrere cum primo in sua receptione, cùm dicatur per Docto. suprà alleg. quòd posterior qui expressit verum modum vacationis, præferatur alteri putatiuum modum exprimenti, nisi dicamus motam fuisse litem, & aliquandiu durasse, & quod ea finita posterior venisset: quod tamen hic non fuit. Ideo non dicitur negotium completum, vt voluit Bar. in l. omnes populi. versic. iuxta prædicta quæro. de iustit. & iure. dicens, quòd negotia decisa & completa dicuntur, quæ sunt transactione, sententia, iuramento, solutione, quittatione, præscriptione, & similibus modis finita. l. causas. C. de transactio. aliàs nunquam intra annum impetrantes in materia possessoria, vel petitoria intra triennium admitterentur, quod esset contra iura sacra Basilien. & concordatorum concilia, & omnem practicam ac stylum Franciæ, quæ venire tales permittunt. Nec obstat quod dictus renuntians remansit in possessione, & percepit salarium: quia per hoc non dicitur habere officium, cùm sit sine titulo, vt dictum est. text. singul. in l. Hxrennius, & ibi Alberic. quam legit cum l. decurionibus. ff. de decurio. & ita per illum textum tenet Bald. in dict. l. Barbarius. in lectu. versic. tertio opponitur. Et item in repeti. versic. istis dictis ad solatium. & etiam in versic. ponamus quod deficit, & c. licet prædicta repetitio sit inserta in lect. Bar. tamen non fuit sua, sed Bald. vt refert ibi Ias. in princip. quia vt inquit Alber. in dict. l. Herennius. † sola salarij perceptio non facit quem offi- 14
ciarium, licet sit in quasi possessione officij: & per cõsequens gesta per eũ valeãt de humanitate, vt dictum

ctum eſt ſuprà. Et idem Baucrius in d. §. ſed cũ quis. numer. xxxiiij. de teſta. Et idem in eo qui eſt in quaſi poſſeſſione notariatus, & in eo qui eſt in poſſeſſione canonicatus recipiendo fructus præbendę, quod pro hoc non eſt canonicus, niſi doceat de canonica inſtitutione. cap. dilecto. de præben. & c. ex inſinuatione. & ibi glo. de inſtit. & l. cogi. & ibi Alberic. C. de petitio. hæred. quia caret titulo vero & colorato, ac omnis iuris & facti fundamento. Et idem Socin conſ. xxij. ex iis quæ ſunt. vol. j. & Hippoly. de Marſil. in ſua praxi cri. aggredior. num. xxxv. cum ij. ſequen. & Alberi. in d. l. j. de tent. & interd. & Innocen. in c. pen. de relig. domi. quem ibi ſequitur Abb. Sicul. & Iaſ. in d. l. Barbarius. in gloſſ. in verbo, reprobari. verſicu. vltra Docto. & verſ. & vltra gloſſam quærit hic Bartolus. & etiam verſicu. ad idem & quarto. quia per renuntiationem factam in manibus principis, in quibus tenetur renuntiare, l. penult. ff. de offic. præſid. perdidit titulum & poſſeſſionem, l. ſi quis vj. §. differentia ff. de acquiren. poſſeſ. & ſi impetrans per mortem illius putatiui debet poſtponi, & alius præferri. Quare hic partes fuerunt appunctatæ contrarię in cauſa officij procuratoris Regis bailliuatus, ſeu Seneſchalliæ Xanthonenſis, vertẽte inter magiſtrum Gulielmum Arreyrat actorem ex vna, & magiſtrum Iacobum Arnault reum ex altera partibus. Et interim gaudentia officij prædicti fuit dicto Arnault adiudicata die vltima Martij, Anno 1520. ante Paſcha. Et inqueſtis poſitis in curia reportatis, & ipſis viſis fuimus partiti, & tandem in camera inqueſtarum diſpartiti. Et concluſum prædictum Arnault à requeſta & petitione iam dicti Arreyrat abſoluendum, & relaxandum fore ſine expenſis, & ſuper falſitate eidem Arnault impoſita, quod reſponderet, & teſtes venirent. Et latum arreſtum xx. Februarij, Anno domini 1521. † Et ſic fuit datum officium pẽdente accuſatione falſi, quod fieri non debebat. l. reus delatus. ff. de muner. & honorib. & c. omnipotens. de accuſa. & vbique per Docto. & in l. ſi quis decurio. verſicu. nec verò iis. C. de falſ. cum ſimilibus. Sufficiebat enim gaudentia officij, quouſque de falſitate fuiſſet diſcuſſum. nõ ſic factum fuit per curiam Tholoſanam domino Ioanni de Buſſone iurium Doct. famoſiſſimo cui bonæ memoriæ Rex Ludouic. xij. officium conſiliari in eadem curia donauerat, ſed propter falſitatem ſibi oppoſitam ab eodem interim repulſus fuit officio.

15

SVMMÆ.

1 *Officiarius quibus modis agat ad obtinendum officium. & nu. 2 & 3.*

4 *Locumtenens particularis, quando exerceat alius officiali commiſſos.*

5 *Ordinarius quado per commiſſionem cenſeatur fieri delegatus. & nu. 6. & 7.*

8 *Delegata & ordinaria poteſtas quando concurrant.*

Quæſtio CLI.

Quid ſi per Regem mandatur Seneſchallo recipere ſacramentum locumtenentis generalis, cui ipſe officium locumtenentiæ donauerat: an Seneſchallo recuſato, vel abſente poſſit per locumtenentem particularem ad illud recipi vocatis gentibus regis.

DECISIO CLI.

DIco primò, quòd aliquando quis admittitur, qui non debuit admitti ad officium ſibi donatum, de quo loquitur l. Barbarius. ff. de offi. præt. Sed econtra ſi admiſſus non eſt qui admitti debuit, qui fiendum: & Bal. in d. l. Barbarius. in lect. verſi. ſed quid econtra. ſe remittit ad no. per Inno. in c. cum venerabilis. de relig. domi. & in c. fin. de iudi. qui in d. c. cum venerabilis. dicit, † quod talis officiarius poteſt impetrare officium iudicis: quia iuſtum eſt, quod habens ius in aliqua dignitate, poſſit illam petere nõ per viam actionis, quæ ſibi non competit, ſed officio iudicis, l. quod ſi minor. §. fi. ff. de minor. & l. ij. §. hoc interdictum. ff. de liber. exhib. & ij. quæſt. vj. hoc quippe, & idem tene Specu. in titul. de ſecundo decreto. §. videndum. ver. pen. inci. pono Titius & text. in c. ij. de offic. iud. & Bar. in tract. de iuriſd. ver. vel dic quod ibi petitur. Et pro illa opi benefacit tex. in d. c. fin. de iudic. † per quem dico quòd poteſt talis officiarius poſſeſſorium aut petitorium intentare. Et pro hoc etiam tex. in c. licet cauſam. ibi, honore. & ibi Bald. & And. Barb. ver. not. ibi honore. de proba. † Vel etiam ſecundum aliquos poterit agi coniectoria, vt no. in c. inter dilectos. de excеſ. prælat. & iſtam approbat Pet. de Anch. in c. cum venerabilis. nu. xij. ex in ij. ſequen. † Vnde iſte particularis locumtenens erat ab eodem Rege, vel domino creatus, & commiſſus, ſicut Seneſchallus, quòd tunc potuit recipere illum ad ſacramentum, quamuis electione vel commiſſione nõ coniunctim facta de plurib. ad aliquod officium vel iuriſdictionẽ exercenda, vno eorum abſente, vel recuſante interim totius iuriſdictionis exercitium pertinet ad alium collegam. l. Imperatores. §. magiſtratus. ff. de appel. & ibi per Doct. & Bart. in tract. de iuriſdict. ver. quandoque autem adiicitur. ibi, & non facta coniuncta, aliàs non, vt quia erat deputatus locumtenens ab ipſo Seneſchallo, vt voluit Alex. in l. more. ante fi. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. qui liberis. §. hæc autem verba. in fi. de liber. & poſthu. per ea quæ not. Bar. in l. filius-fam. ff. de leg. j. volens quod Vicerector deputatus ab eodem domino ſicut rector, gaudeat eadem prærogatiua, & præeminentia, qua gaudet ipſe rector, cum ab eodem fonte procedant. & idem Ange. in l. prior. §. fi. ff. qui pot. in pig. haber. & Barb. in c. ſanè. in ij. in j. not. de offi. deleg. facit text. in l. j. C. de offic. vicar. & in l. j. C. de offi. eius qui vicẽ alter. iudi. gerit. & idem Decius in c. quoniam Abb. verſic. hactenus expedita ſunt omnia. de offic. delegat. vbi hoc probat, & Ang. Aret. in §. cum autem. verſi. & aduertas. inſtit. quibus modis ius patro. poteſt ſol. cum aliis per nos alleg. in tract. de autho. magni conſi. & Parla. in addit. tamen in hoc caſu iſte dominus Seneſchallus videbatur delegatus à principe ad ipſius locumtenentis generalis iuramentum recipiendum: † quia quando additur, vel detrahitur iuriſdictioni ordinarij iudicis per cõmiſſionem ſibi factam, videtur de ordinario fieri delegatus, argumen. l. ius ciuile. & ibi Pau. de Caſtr. & Moder. inſuper Iaſ. ver. iij. ff. de iuſti. & iure. & in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. verſ. cum adiicit. & ibi per omnes, inſuper Alex. Franc. de Aret. Socin. Ioan. & Alciatus, num. lxiij. ver. ex ſupradicta regula. & Caliaula ibi. ff. de verbo. obligat. per canoniſtas in cap. licet in corrigendis. & in c. pen. de offic. ordi. & Dominic. & Anch. & Philip. Fran. in vlti. nota. in c. cum aliquibus de reſcr. lib. vj. Et per Bald. & Paul. de Caſtr. in l. qui procuratorem. ff. de procu. per Ang. in l. & quia. ff. de iuriſdi. omn. iudic. & in l. cum qui. & ibi Franciſc. de Aret. de acquirend. hæredi. & per Bart. in ſua diſputa. incip. adunantia generalis. verſicu. contra. ibi, quinto ſic. & in l. ij. in fin. ff. de opt. legat. & Matthæ. de Mat. in ſingul. xc. incip. Nota quod vbicunque dominus committit cauſam iudici ordinario. & Bar. Bal. Paul. de Caſt. & Iac. de ſancto Georg num. xvj. in l. mor. & de iuriſd. omn. iudi. & Bal. & Paul. in l. ſi prætor. ff. de

offi.eius cui man.& Cæpol.Veronen.conſi.xvij.vol. ij.in prin.ver.circa primum dubium.& Iaco. Rebuf. in l.fin.in verticul.Et hæc faciunt ad quæſtionem.C. de agent.in rebus.lib.xij. & præcipuè quando mandatur procedi authoritate mandatis. Nam omnia noſtra facimus quibus authoritatem impartimur. dict. cap. cum aliquibus. in quo eſt bonus textus in capit. ſi Apoſtolicæ.de præbend.lib. vj.& in l.j.C.de
6 veter.iur.enuclea.vt hic erat. † Aliàs non videtur ei de nouo dare poteſtatem,aut delegare : ſed veterem ordinariam excitare,d.c.licet.& ibi plenè Felin.& d. c.penult.& tenet Bertrand. de Monte Fauentio. in repeti.l.diem functo.ff.de offi. aſſeſſo. quam repetiit in Montepeſulano,qui fuit magnus iuriſta,quem refert & ſequitur Alberic.ibi,ver.hanc legem repetiit. & eum poſteà vidiſſe Cardinalem magnę reputationis in collegio Cardinalium.& ſic Alber.ſtuduit,aut
7 legit in Montepeſſulano.† Eſt communis opi. Doct. ſuprà alleg.eſt,quod dicatur delegatus, etiam ſi ſimpliciter fuerit commiſſus. Et ſic non erit eius iuriſdictio ſimpliciter exercitata. Et fecit Deciſ.Parlam. Pariſ.reddita per Gallum,quæſt.xcvij. Et iſta eſt regula, quæ faliit in ix.caſibus, quos vide per Felin.in d.c.licet.& Iaſ.in d.l.ius ciuile.& per Alciat.in d.l.j.§. ſi quis ſimpliciter.& per Feli.in c.eam te.ver.quarta
8 differentia.de reſcri. † Sed quando poteſtas ordinaria & delegata poſſunt in eadem perſona, & cauſa concurrere,& exerceri, vide per Felin. in c.cum ex officij.ver.circa glo.Inno. de præſcript.vbi ponit ix. concluſiones. & ita concluſum fuit in cauſa domini Seneſchalli de Laniis contra magiſtrum Carolum de la Barriere generalem locumtenentem, qui iuramentum præſtiterat in manibus locumtenętis particularis ab ipſo Seneſchallo, ſeu eius prædeceſſore, & non à rege deputati : quare ipſe de la Barriere debebat à denegatione ſibi per Seneſchallum facta,per appellationem, vel ſupplicationem curiæ porrigendum prouidere,l.fi.§.pe.C.de appell.& in authen. in medio litis non fieri ſacras iuſſio.§.pe. ideo malè ſibi accidit.Et latum fuit areſtum xiij. Decembr. Anno 1521. per quod fuit iuramentum ſic factum pro non habito, & facto, ac prædictum ſuum officium exercere non poſſe quouſque debito modo ſacramentum prius præſtitiſſet,iuribus ſuprà queſt.ij.proxi.allega.

SVMMÆ.

1 *Locum tenens creatus à iudice loci, an præferatur creato à domino loci.& nu.3.& 5.*
2 *Locumtenens an poſſit alium facere locumtenentem.*
4 *Iudicem pedaneum poteſt maior index creare.*

Quæſtio CLII.

Sed quid ſi dominus alicuius loci creauerit vnum locum tenentem,& iudex eiuſdem loci alium locumtenentem, quis eorum præferatur.

DECISIO CLII.

1 ET † videtur quod is à domino fuit ordinatus, quia nullus poteſt facere locumtenentem ipſius domini loci, niſi ipſe.l.j.ff. de tuto. & curat. dat. ab iis. & l.j. §. à præfectis verò prætorio. ibi,ex mandatis principis.ff.de lega.iij. & ita tenet i-
2 bi Bald.per illum text.dicens etiam vnum locumtenentem alium non poſſe facere locumtenentem, arg.l.à iudice iudex. C.de iudi. & l.ſi Auguſtæ. ff. de
3 lega.ij.† In contrarium videtur ſecundum eum,quod iudex ordinarius poſſit facere locumtenentem, vt auth.vt nulli iudi.§.& hoc verò iubemus,quę parum facit ad idem.l.j.C.de offi. eius qui vicem alterius.& in l.quidam ſunt. quæ eſt vltima. aliqui habent eam penult.C.de ped.iud.ſed loquitur in præſide,qui poteſt creare iudicem pedaneum in ſubleuamen maiorum iudicum,prout † eſt in Montepeſulano, vbi tę- 4
pore vindemiarum conſtituitur per baiulum & iudicem ordinarium vnus practicus ad cognoſcędum de cauſis concernentibus vaſa, ſeu barricas,& his ſimilia ſummarie,& de plano,nō tamen quod ex hoc ſecundum Sali.in d.l.fin. ipſi maiores iudices prohibeantur cognoſcere de dictis cauſis vindemiarum, de quibus prætati inferiores creati cognoſcunt. l.j. C.de offi.præfecti vrb.& l.ſi.ff.de iurisdict.omnium iudi.cum aliis ibi allega.per Hippoly.de Marſi.num. ccviij.quod notatu conciuis de Montepeſulano,quivis eſſe iudex vindemiarum. † Quid dicendum ? & 5
prima pars eſt verior de iure,ac ordinationib. Franciæ, quibus inhibitum eſt locumtenentibus creare alium locumtenętem,& data etiam eis faciendi poteſtate, præferendus tamen erit creatus à domino, cap.per tuas.de maior. & obed.& ibi per Doctor.& Felin.vbi adducunt plura in ſimili de doctore,& milite à Principe creato, quod præferātur alteri creato ab inferiore. Accedat cap. ſi à ſede.de præben. lib.vj. cum aliis per nos alleg.in tracta. de authoritate magni conſilij & Parlam.Regni in magna addit.& quāuis proceſſus fuiſſet in duabus cameris partitus, tamen diffinitus & terminatus fuit in Tornella nemine diſcrepante pro locum tenente à domino facto, ſcilicet pro magiſtro Franciſco Mandat contra magiſtrum Simonem in Beaubras,ſe à iudice Dayſe prę tendentem deputatum locumtenentem. Et latum areſtum vij.Septembris,Anno 1529.

SVMMÆ.

1 *Iudex ſi ob munus ſententiam ferat, punitur, & qualiter.nu.3.*
2 *Iudici, nec prō abreuianda ſuffluia licet pecuniam accipere.*
4 *Iudex qui non detulit appellationi, qualiter puniatur & nu.5.*
6 *Iudex quando non debeat ad executionem procedere,etiam vbi non valet appellatio.*
8 *Iudex qui innocētem occidit,an debeat capite plecti,& num.9.10. & duodecimo.& quid ſi ex iracundia occidat.nu.11.*
13 *Condemnans iniuſtè non ad mortem, qualiter puniatur.*
14 *Condemnans plures etiam non ad mortem, tenetur lege Cornelia de ſicariis.*
15 *Condemnantium iniuſte varię pœna. & 16. 17.18. & 19.*
20 *Negligētia iudicis ſi quis moriatur,qualiter ſit ipſe puniendus.*
21 *Papa ob inſufficientiam, aut negligentiam non poteſt deponi ſecus in aliis.*
22 *Iudex qui accepit pecuniam, etiam ſi ante ſententiam pœniteat, tenetur.& nu.35.& 36.*
23 *Iudici quando liceat dare pecuniam,vel datam repetere.& nu.24.25.26.28.& 29.*
26 *Munera quantum ſint noxia iudicibus.*
31 *Sales duo quales eſſe debent in mente iudicis.*
32 *Magiſtratus quales eligendi.*
33 *Iudex qui recepit pecuniam ſine fecerit,ſiue non, tenetur.*
34 *Iudex qui non accepit pecuniam, ſed pactus eſt, an teneatur.*

36 *Promissiones generales non obligant.*
38 *Donatio ob amicitiam quando reuocetur.*

Quæstio CLIII.

Iudex pactus cum aliqua partium mediante certa pecuniæ summa, in eius fauorem sententiam proferre, qui statim pecuniam, an teneatur ex illa pactione illicita.

DECISIO CLIII.

CERTVM est enim, † quod si iudex ratione alicuius dati, aut promissi sententiam dederit, ipse tenetur, iuxta authent. nouo iure. C. de pœna iudic. qui male iudica. Quia, inquit Valerius libro quarto, capitulo tertio in primo exterorum exemplo, Prætoris non solum manus à pecuniæ lucro, sed etiam oculos à libidinoso aspectu continentes esse debere. Et idem Paris de Puteo in tractat. syndic. in verb. iudices puras debent habere manus. & in titu. de offic. syndic. versic. iudices qui se committi. & singu. Lucas de Penna in l. iudices. C. de dignita. libro xij. & Ang. & Iason. in l. non dubium in princip. C. de testat. vt infrà dicam. † Et hodie etiam non est iudici licitum pro expeditione iustitiæ breuiori administranda, capere pecuniam, vt tenet gl. in l. secunda. §. fina. quam ibi Barto. Bald. & Salic. & Alber. faciunt singul. ff. de condict. ob turpem causam. per text. in di. authentica nouo iure. & ibi idem Bart. & Ang. per text. in capit. qui recte iudicat. xj. quæstio. iij. Quod est contra nõnullos qui crebro petunt curiæ suos cum pecuniis (sine spe recuperationis fiendæ in casu in ordinationibus regius non expresso) expedire processus. Et sic tenet Bald. post Anton. de Pisis, quem ipse allegat in consil. cccclx. vj. incipien. proponitur quod dictus. vol. v. Tamen dicit de Neuiza. in sylua. vers. adde etiam quod quando, quòd si tolerandum videretur aliquid capere de permissu principis, qui omnino non solet stipendia sufficientia officialibus ministrare, sed mutilare quod illud pauculum esset calcar expediendi causam, & partes minus fatigarentur perditione temporis, & expensis hospitij, vt de xeniis dicitur in l. solent. ff. de offic. proconsul. & legat. & infrà dicam. † Aliàs iudex recipiens punitur, l. omnes. & ibi Felin. C. ad leg. Iul. repetun. & l. quoniam iudices. C. de appellatio. & hoc pecuniariter d. authen. nouo iure. si in causa ciuili acceperit. Sed si in criminali, quando dolosè, aut per imprudentiam iniquè iudicauit, pœna extraordinaria punitur, expressa in l. lege Iulia pecu. §. hodie. ff. ad l. Iuliam repetund. & ita Ioan. Fab. in l. à proconsulibus. C. de appella. & erit in arbitrio iudicis illam imponere, vt concludit Decius in c. de priore. in fin. de appellat. siue condemnatus appellauerit, siue non. † Et si appellauerit, & non detulit appellationi, tenetur, secundum Ioan. Fab. vbi suprà de vi publica. vt l. lege Iulia. in princ. ff. ad l. Iul. de vi public. & Doct. in l. si. ff. de variis & extraord. cog. & Ioan. Fab. & Ang. Arest. instit. de oblig. quæ ex quasi delicto nascun. in prin. sed de iure canonico, qui non defert appellationi in causa criminali, deponitur: secus in ciuili, d. l. quoniam iudices. & l. iudicibus. & ibi Bald. distinguit. de appellatio. & d. c. de priore. & ibi Abb. Sicu. & Decius in fin. & c. decreto. ij. quæst. vj. & idem per illa iura tenet Bald. in l. aditos. C. de episco. audien. † Tamen vult iudicem, qui non admisit appellationem condemnati ad mortem, teneri capitaliter, per illum text. & hoc nisi ex causa non admitteret appellationem: quia fortè erat periculum in mora. Tunc potest ad executionem procedere, & postea superiori scribere causam, quare non recepit. Et si illa causa est legitima, non punietur. Sin autem non reperiatur legitima, & debuisset appellationi deferre, tunc tenetur, l. si quis filio exhæredato. §. ij. autem. in fi. & ita per illum text. tenet ibi Paul. de Cast. post Bald. & Ioann. de Imol. ff. de iniust. rupto testa. † Sed vbi periculum non esset in mora, tunc non debet ad executionem procedere, etiam si subesset iusta causa non recipiendi appellationem: sed debet expectare quod iudex ad quem, hoc pronuntiet, & remittat executionem ad ipsum faciendam. Et sic de stylo Franciæ, ac ordinationibus regis seruatur: & hoc quando à tali iudice appellari potest. † Secus videtur in iudice, à quo in criminibus non appellatur, vt in ijs præpositis Mareschallorũ, à quib. nõ appellatur & si de facto appellatur, illa nõ obstãte procedũt ad executionẽ, vt infrà dicam. † Et quod talis iudex, qui condemnauit innocẽtem, debeat capite plecti. tenet Bal. in rub. de pœn. iud. qui male iud. ver. quero qualiter debet iudex. & Sal. in l. fi. eo. titu. versic. sexto an iudex. & Bald. in l. j. versi. & aduerte, quia si iudex. C. ex delictis defunct. & Aquen. in l. vt vim de iust. & iure. & Ioann. Baptista in l. imperium. in fin. & ibi Franciscus Purpura. num. cxxxii. ff. de iurisdict. omn. iudi. volentes talem iudicem puniri de occiso, & etiam lege Iulia maiestatis, vt ibi per ipsos. † Hoc tamen erit (vt dictum est) in arbitrio superioris mortem tali iudici imponere, si passus supplicium, iniquè & dolosè fuerit condemnatus, quod teneatur lege Cornelia de sicariis, l. j. in princ. & §. j. & l. Cornelia. in principio. & ibi Alex. in additio. & Hippo. ff. ad legem Corneliam de sicar. & latius Hippolyt. in l. quæstionis. ff. de quæstion. Aut minorem pœnam infligere, iuxta id quod deliquerit, vt dicit ibi textus, Bal. in l. presbyteri. versicu. adde quod habes. C. de episcop. & cleric. † Pro hoc text. clarus in d. l. Iulia. §. hodie. ad legem Iul. repetun. vbi si iudex ob hominem necandum pecuniam acceperit, vel non acceperit, & calore inductus interfecerit innocentem, quem punire non debebat, capite plecti non debet, vel in insulam, vt plerique puniti sunt, & alternatiuè. Et idem dicit Felin. in c. dilecti. versic. secunda declaratio. de exceptio. & Alexand. in additio. ad Bart. in d. §. hodie. & Lucas de Penna in d. l. iudices. versi. habeantur. & Paris de Puteo in tract. syndi. tit. de offic. syndi. versi. syndicatus etiam officiales habentes officium publicum. Et ille text. in d. §. hodie est mirabilis secundum Bal. & Doct. in locis suprà alle. † quod iudex qui ex ira seu calore nimio aliquem necauerit, & occiderit, nõ moriatur morte naturali, sed deportatione in insulam: & sit melioris conditionis quàm alius non iudex ex ira interficiens: de quo dixi infrà in quæstio. clxviij. incip. aliud quidem dubium. num. xvj. & Angel. & Alexan. & Ias. in l. j. §. final. versicu. secundo arguit. ff. quod quisque iuris. & Ioann. Fab. in instit. de obliga. quæ ex quasi delicto. in princip. ver. quid si condemnauit, &c. † dicẽs quòd iudex qui hominem iniustè condemnauit admortem per imprudentiam, tenetur pœna arbitrio iudicis imponenda, si absque dolo condemnauerit: sed si per dolum, tũc tenetur pœna legis Corneliæ de sicariis. Et ipsum ibi sequitur Angel. Aret. & idem Bar. in disputatione sua, Iudex qui per imperitiam iudicauit. & Ioan. Barbier. in suo viatorio iuris. titu. de homi. ver. restat videre. † Sed si ad mortem isto casu non condemnet, sed alias in corpore condemnet, tunc publicari debent eius bona, sed non debet morte puniri, sed in

exilium mitti.tex.eſt in dicta auth.nouo iure. & hoc intelligo quando vnum hominem ſolum dolo condemnauit,vt loquũtur iura ſuprà allegata,vt intuenti
14 patet.†Sed vbi plures dolosè condemnauit, tunc te-
15 neatur leg.Corne.de ſicariis. †Et ſecundum hanc limitationem ita concluſum fuit contra quatuor iudices:primò,contra magiſtrum Ioan.de Saige,locumtenentem Seneſchalli Agennen. in ſede condomen. quod non dolosè quidem condemnauerat quendam ad mortẽ,quam bene meruerat, ſed appellationem eius non admiſerat, fuit condemnatus in emendam
16 ducentarum librarum Turonen. †Secundò contra quendam Baucier Mareſchallorum præpoſitum,qui non obſtante appellat. (licet ab eodem non poſſet appellari) tamen non erat de eius iuriſdictione, ſuſpendi fecerat condemnatum. Et condemnatus extitit in trecentis libris Turonen. & in aliis emendis.
17 †Tertiò contra quendam magiſtrum Iacobum etiam præpoſitum Mareſchallorum in Seneſchalia Landarum ſe dicentẽ:quamuis non eſſet:qui ſeptem mulieres de ſortilegio accuſatas iniuſtè & dolosè mori fecerat,aliquas earum cõburi faciendo: in quas nullã habebat iuriſdictionem: quoniam fuit decapitatus,&latum arreſtum die iij.Ianuarij,Anno Domi-
18 ni 1525.†Quartò contra Guidonẽ Sernille,etiam locumtenẽtem præpoſiti Mareſchallorũ in Xãthonia, qui pariter iniuſtè plures, atque plures, ſine proceſſu innocentes condemnauerat, decapitatus fuit Liburniæ,vt dixi in d.q. †Quintò,contra magiſtrum Ioan-
19 nem Fauret iuris Doctorem, & curiæ olim aduocatum,etiam Mareſchallorum præpoſitum,qui dominos originarios manentes cum vxoribus in ciuitate Martelli,qui poſt quęſtionem nihil confeſſi fuerant, ſaltem quidam Baldare,ſuſpendi fecit: cuius ratione fuit idem Fauret priuatus dicto ſuo officio, & ad emendã condemnatus.Quia iſti prępoſiti Mareſchallorum(inquit Stepha.Bertrandus conſil. lxviij. nu. x.vol.j.)nonnunquam & ſæpè prætermiſſa iuris gra-
20 uitate torquere,& metũ inferre conſueuerunt. †Sed quando per negligentiam iudicis in iuſtitia non miniſtrata quis moritur, eſt text. in l.ſi quos.C.de officio præfect.orient.quod deponi debet.& gloſſ.Bald. & Card.Alexan.in c.j.§.iudices.de pace iuramen.firman.& per Doct.in locis ſuprà allega.& in l.iudices. C.de epiſc.audien.Quod tamẽ factum non fuit procuratori loci de Noutron, ſed ad emendam condem-
21 natus. †Papa tamen ob inſufficientiam,vel negligentiã deponi non poteſt,licet alij ſic.l.ſed &reprobari.ff.de excuſ.tut.vt tenet gl.in c.j.verſ.inſufficientem.de renunt.lib.vj.&Marti.Laud.in tract.de princi.§.ccccvij.& glo.in c.j.§.quod ſi ij ad quos.in verb.
22 neglexerint.de concubin.in prag.ſanct.†Sed ſi ante ſententiam iudex pœnituit, tunc ſi acceperat pecunias adhuc tenetur,vt l.iij.§.illud.ff.de cond.ob turp. cau.Si igitur acceperat, vt negotium faceret, ſiue fecerit,ſiue non fecerit,tenetur,l.j.ff.de calum.vbi Bal. dicit per illum text.& in l.j.§.beſtias.ff.de poſtulant. ita fuiſſet Florentiæ determinatum,contra quendam qui in officio commiſerat barratariam,& re integra pœnituerat:& hac pœnitentia ſibi nõ profuit.Quod dictum facit ſingula.Rom.in ſuo ſingul. cccxxx.incipien.iudex accipiens pecuniam.Et idem dicit Bal.in l.ij.§.fi.ff.de condictio.ob turp.cauſ.& in dicto conſ. ccccl.xvij. vbi diſtinguit, ſequendo Anton.de Piſis.
23 †Quę diſtinctio eſt ſingularis,quando quis vult ſcire quando ſit licitum dare iudici. Aut enim vult dare pecuniam ob ſuæ cauſæ deciſionem,quod non licet: & datum olim poterat repeti, ſed cauſam perdebat: ſed hodie repeti non poteſt, quia pecunia per iudicem accepta debet applicari parti aduerſæ, d.l. iij.§. illud.ff.de condi.ob turp.cauſ.& ſic per illum tex.tenuit Rom.in ſing.cccxxxj.aut fiſco applicari,l.Luci°. ff.de iure fiſc. & Abbas Sicu.in cap. cum ab omni.de vita & honeſta.cleri. † Aut quis dat iudici ad ipſum 24
corrumpendum,&non poteſt repetere,& nihilominus perdit cauſam,l.j.C.de pœna iudi.qui malè. Aut dat ad amicitiæ acquiſitionẽ, & poteſt dare vſque ad eſculentum & poculentum, l.plebiſcito. ff.de officio præſid.& l.ſolent.§.fi. de offic. proconſul.& legat.& ſic per ordinationes regias eſt permiſſum, dum tamen intra dies paucos prodigantur, id eſt conſumãtur,d.l.plebiſcito.& c.ſtatutum.§.inſuper.de reſcrip. lib.vj.neque enim omnino,neque ſemper,neque ab omnibus accipere debẽt,vt dicitur in d.l.ſolent.nam valde inhumanum eſt(vt inquit tex.ibi)à nemine accipere,ſed paſſim,& ſine delectu viliſſimum, & per
omnia auariſſimũ. †Quamuis hodie etiam encenia, 25
aliàs xenia,id eſt,eſculentum & poculẽtum accipere licitum non ſit, auth. ſcriptum exemplar. & in auth. vt iudi.ſine quoquo ſuffra.& gl.in §.fi.in verſi. repetundarum.inſt.de publi.iudi.& dixi in tractat.de authoritate magni conſilij,&Parlamenti.regni,& alibi ſæpè,vel etiam vſque ad centum aureos ratione amicitiæ.l.eadem.in fi.ff.ad leg.Iul.repet.& Henri.Bohi. in d.c.cum ab omni verſic.ſuper eod.c.vbi rationem reddit ibi.†Quoniam inter quatuor quæ humanum 26
iudicium peruertunt,de quibus in c.quatuor xj.quæ. iiij. potiſſimum munera corrumpunt. & nullum eſt officium tam ſanctum,neque profecto tam ſolenne, quod auaritia comminuere atque violare nõ ſoleat. Tullius in oratione pro Milone, Munera enim & dona excæcant ſapientes, & ſubuertunt verba iuſtorum.Exod.xxiij.cap.& Pſal.xxv. in quorum manibus iniquitates ſunt,Dextera eorum repleta eſt muneribus.Eccle.xx.ca. Xenia & dona excæcant oculos iudicum.inde illud Galteri deCaſtillono:Munus enim à norma recti diſtorquet acumen iudicis.& terra vo luit caligine mentem & alibi Venditur arbitrium, dum ex alio initur ſumptus. Pane tuo veſcere liber eris.Et Henri.Sammaren. lib.j.Par.ij. Deuiat à vero corruptus munere iudex, Falcidiumque facit impia Gaza pium. Iudex ergo prædicta, atque illam Ciceronis,li.de off.ſententiã mente repetat.inquit enim, Caput autem in omni procuratione muneris publici eſt,vt omnis etiam minima auaritiæ fugiatur ſuſpicio. vtinam inquit Caius Sauinius, ad illa tempora me fortuna ſeruaſſet,quibus Romani decipere dona cœpiſſent.non enim fuiſſem paſſus epsdiutius imperare. Et ſi fortè munera ipſa aliquando iudicis animum penitus non corrumpunt,ſaltem placant,iuxta illud Naſonis:Munera crede mihi placant hominẽſque deóſque: Placatur donis Iuppiter ipſe datis. Ita Maria.Socin. in tractat. de viſita. cum aliis per eum alleg. Vtinam tamen illam paganicam & auream l. ſolent.ſeruarent iudices,& magis atque etiam magis cap.cum æterni tribunal de iudi.lib.vj.& plenè Matthæ.de Afflict. in conſut. Neapoli. titul. de offic.capita.nu.xxviij. †Aut dat iudici ad amicitiæ retentio- 27
nem,& poteſt,ſi eſt vxor,vel conſanguineus ad centum aureos vſque l.j.& l.eadem. §.fin.ff.ad leg.Iul. repetund. Sed an iſta poſſint reuocari,dicam infrà ante finem.†Aut dat ob remunerationem iudici or- 28
dinario ſalarium non habenti de publico, & poteſt dare xenia,dict.authent.ſcriptum exemplari.& gloſſ. in d.l.plebiſcito.d.c.ſtatutum.§.inſuper & gloſſ.in §. vt omnia.in verb.conſuetudinis.cum ſeq.de electio. in prag.ſanct. †Et intellige quando eſculentum,& 29
poculentum eſt mera liberalitate oblatum,vt ibi dicitur:

citur:ita quòd ſecundùm glo.in d.§.inſuper. non ſit exactum,vel petitum directè, vel indirectè, ca. dilectus.in ij.ad fin.de ſimo.de quo vide Purpu.in l.quędam.de offic.aſſeſ.nume.clxxiij.ver. quinimo decretum.cum verſic.ſecundò exigit.& de Neuiza.in ſylua nupt.ſed Deus nouit quanti ſunt in mundo petẽtes: ac profecto maiora. Tamen eorum conſcientiæ eſt relinquendum.Pro quo dicit Lactan.lib.vj.quem refert Purpur.loco proxi.Quoties hominum patrimonia in res ſuperfluas prodiguntur: hinc factum quòd menſam multi tenent ad hæc eſculenta & poculenta
30 conſumenda. † Et hodie is dicitur magnificus, qui magnos facit ſumptus:vt per Philoſ.primo. Ethic.& dixi in quæſt.ccxxij.inchoan.ſecretarij,ſiue notarij,&
31 patet intuenti. †Quare in mente iudicis debent eſſe duo ſales:ſcilicet ſal ſcientiæ,ne ſit inſipidus: & alius ſal conſcientiæ,ne ſit diabolicus, vt dicit Bald.in l.ij. C.de ſenten.ex breuicu.recit Iaſ. & Iac.de ſan.Geor. in l.rem nouam. verſic. not. ſubtiliter.C.de iudic.& Franc.Purp.de offi. aſſeſſo. nu.xlix.& Barb.in c.quoniam.§.in aliis.vt lite non conteſt.pe.Neuiza,in ſylua nup.verſi.debet enim iudex. & alibi dixi. & ideo Eccle.vij.poſt principium ſcribitur: Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua. Accedant notat. per Bald.in conſi.lvij.incip.præmiſſis verbis.vol.j.& hodie tanta irrepſit cupido, quòd dominis hodiernis non placẽt niſi quæſtores: per phas & nephas ideo plerunque ruunt. Quod dignè præſenti tempore deplorat eccleſia,vt inquit Cin.in l.nolimus,quem ſequitur Bal. C.de teſta.& Iac.de ſanct. Georg. in l.quicunque.in primo not.C.de procura.dicens etiam, quòd nititur in vetitum damnata ſemper Cupido. Alle.Bal.in au-
32 then.ſi qua mulier.C.de ſacroſan. eccleſ. †Eliguntur ergo magiſtratus & conſiliarij ſapientes,diuites,nobiles,& timentes Deum, & non cmentes, & procurantes officia, vt dicit Alber. in authent.præſules.C. de epiſc.& cleric.quam authent. aliqui libri non habent,vt refert Mar.Lau.in trac.de offi.prin.§.xxxviij. pro hoc bon.text.in l.ad ſubeunda.C.de decur.lib.x. & Io.Fab.in proœ.inſtitu.§.cumque Deo.in glo.hic interpono.Tamen Ludo.Bolog. in d.l.iij.§.j.in primis interpreta. quamuis de Bald. ibi nullam faciat mentionem:ſed bene de Roma.in dicto ſingul.330.
33 qui † voluerunt, quod iudex qui recipit pecuniam ſiue fecerit, ſiue non,teneatur:limitat verum quando non reſtituit pecuniam acceptam. Sed ſi reſtituerit pecuniam quam receperat pro ſentẽtia ad commodum dantis ferenda,non teneatur: quia text.ibi non probat contrarium,vt ibi per eum:quod intellige,vt
34 infrà dicam. †Ergo idem videtur,ſi iudex pecuniam non acceperit, ſed ſolum depactus eſt,id eſt,turpiter pactus eſt,vt dicit tex.in d.l.iij. §.ſi igitur. verſic.hoc edicto tenetur,quod per pœnitẽtiam euitet pœnam. per l.qui faliam.ff.de falſis.& d.authen. nouo iure.in
35 princ.†Sed contrarium,quod non vitet pœnam, tenet Alb.in d.§.ſi igitur,quem legit cum l.qui etiam. pro quo facit text.in l. Imperator Seuerus. ff. de iur. fiſc.ibi.tentet. & ſentit gl.in d.c.qui rectè iudicat.xj. q.iij.& in d.authen.nouo iure.ibi,ſed qui accepit,vel promiſſionem ſuſceperit,&c.Et licet in caſibus prędictis,ac in noſtro magiſter Ioan. Prohes locum tenens generalis Seneſchalli.Lemouic. in ſede Lemouicarum petierit certas miſſas, & expenſas per eum factas,& ſibi fuiſſent in genere oblatæ,tamen non in ſpecie de certa ſumma, prout text. requirit in d.§.ſi igitur.& in d.authen.nouo iure. & ita tenet ibi Bald. de illo qui tentauit,&non peregit,arg.cap.perpetuò & not.ibi per Ioan.And.in nouel.de electio.lib.vj.& hoc quando non fuit ob hoc ſecuta ſententia: quia ante probationem pœnituit:ſecus ſi lata fuit ſententia iniqua ratione dationis, vel promiſſionis certæ. & ita loquitur d authentic.nouo iure.vt faciat ad rubrum,de pœna iudic.qui malè iudic.Et ſic tenet Bal. in conſilio cccxc.vol.iij.quamuis de hoc dicto multum dubitet Hippolyt.de Marſil. in ſuo ſingu.exc.tamen certum,& non incertum ſequendum eſt: quoniam incertum pro non promiſſo habetur,l.ita Fidei ff.de iure fiſci.& voluit Bald.in conſ.xlviij.volumin.j.
36 †Vnde ſi iudex ob promiſſionem,vel dationem non fecerit,ſed pœnitentia ductus cum peritorum conſilio ritè tulerit ſententiam, fortè contra dantem, & illa lata pecuniam reſtituerit, quod tunc iudex non teneatur.Et ita intelligit Lud.Bolog. in d.§.ſi igitur. & iſta eſt opinio benignior, ideo amplectenda: vt reg.in pœnis.de reg.iur.in vj.Sed promiſſiones partium non cadunt in aduocatos ſcientes dictum Ioan. Ant.in addit.Spec.tit.de aduoca.§. hic dicendum. in addi.inci. pœnam dicit Guliel. Arg.icus, quod vna de cautelis a luocatorum eſt,quod non credant promiſſionibus magnatum,l.j.§.ſimilíque modo in c.ſi. C.de lati.libe.tol. Dicuntur enim ſimplices illi qui credunt ſuaſionibus,vt dicit Bal.in l.j.in princ. C.ne
37 filius pro pat.†maximè ſi ſunt promiſſiones generales,quæ non ligant pœnitentem.cap. veni ent circa medium.ibi,faceret quod ſibi placeret. & ibi Doct. de inſt.vbi Doct.allegat illud vulgare Italicum,quod multos decipit,Io ben faremo. & idem apud nos dicitur, Ego ſatisfaciam &recompenſabo vos bene, non curetis.Quæ verba ſecundum Card. Zabarel. ibi ſeruiunt de vento,& ad complacentiam prolata,quę non inducunt obligationem, vt ibi, & in l.non epiſtolis,& l.non nudis.C.de proba.& de Neuiza.in ſylua nupt.ver.caue tamen a curialibus ne te decipiant, ſolentes pudorem tegere hoc reſponſo pro ſimili, cum aliis per eum alleg. †Et ſic donatio in amicitia
38 facta ſemper poteſt reuocari: vt tenet gloſſ.in l.j.in princ.ſuper verbo,liberalitatis, ad fin.ff.de precario. quam intelligit Iaſo.in l.iij. §.ſi liber. in ix. not.ff.de condictio.in ſcb. quando talis donatio fuit facta ſecundum tex.in d.c.cum veniſſent,quando quis amico aliquid requirenti,reſpõdit,Ego dico,non ſolum illud, ſed omnia quæ habeo, quoniam iſtud eſt donare in amicitiam, quia ſic reſpondetur verecundia amicitiæ:quod poteſt quandocunque reuocari, cum ad nihil obliget.vt ibi per eum: pro quo videtur tex. in l.ſi vero non remunerandi. §. cum quidam talem epiſtolam. ff. mandat. & ibi gloſſ. dicit hanc commendationem eſſe honorem verbalem:quem faciũt Bononienſes,licet videatur text. in l.j. §.iuſſum ibi, quodcunque voles.ff.quod iuſſu. & gl.in l.ſi.ver.ſpecialiter.in fin.C.quod cum eo qui in aliena poteſtat. quod illa verba importent iuſſum, & ſic obligationem.hoc reſpectu patris,vel domini iuſſum aut mãdatum facientis: quod teneatur ex contractu per filium,vel ſeruum celebrato: aliter non,vt dicit Petr. Iac.in ſua praxi.tit.de condi.ex leg. quæ pro re dona. competit.verſi.quintò eſt notandum. & idem eſt ſecundum eum ſi dono tibi domum,vt ea vtaris volũtate mea.l.Lucius.ff.de donatio. ſed ſecus eſt in venditione facta in amicitiam pro certo pretio:quia nõ poteſt reuocari ſoluto pretio,quoniam illa verba,in amicitiam, tunc importabunt, quod venditio caret omni fraude,& quod res vendita eſt, bona & ſincera fide,vel importabunt redemptionem poſſe fieri pro eodem pretio,& ſic pactum de retrouendẽdo. quod not.& iſtud credo verius. Ideo curia non habuit to-

Digitized by Google

taliter reſpectum ad illud certamen promiſſionis, ſed propter denegatam iuſtitiam: quia noluit audire partem, nec eius recipere teſtes: propter quam tenetur ſecundum Sal. in l. ſi. in iij. quæ. de pœna iud. qui male. & aliis iuribus ſuprà alle. & Iac. de Bellouiſu in tract. criminali. tit. de fuga. reorum. verſi. ſed nunquid propter corruptionem. Ideo fuit dictus locumtenēs in emendam condemnatus centum librarum Turo. cum expen. erga Antonium Gollin Florentinum, nunc ciuem Lugdunenſem ob damna quæ paſſus fuerat, in quibus damnis & intereſſe debet iudex habere æquitatem præ oculis, & iudicare ex coniecturis. l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco & Bartolus, Baldus & Salicetus in l. vna. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt profer. & Baldus in conſil. cclx. incip. ad euidentiam verſiculo item iudex, volumine iij. Et latum fuit arreſtum die xx. Februarij, Anno Domini 1521.

SVMMÆ.

1 *Procurationis literas afferens, an probare debeat ſe eſſe illum qui ibi nominatur. & nu. 3. & 7.*

2 *Stigmata non faciunt quem militem, ſed talem præſumi.*

4 *Notary inſtrumento in longinquis regionibus facto, an credatur.*

5 *Inſtrumentum in peregrina regione quomodo cauſe fiat.*

6 *Procuratorium, an probetur ſolo ſigillo prælati.*

8 *Procuratorem ſe probare volens per teſtes ſine inſtrumento an audiantur.*

9 *Obligationis inſtrumentum afferenti, an teneatur debitum ſoluere.*

Quæſtio CLIIII.

Aliud ortum fuit dubium, quando vnus de longinquo veniens & procuratorem ſe afferens, & de literis procurationis docens, ſit admittendus, & recipiendus tanquam talis, quamuis non doceat ſe eſſe talem.

DECISIO CLIIII.

1 ET † dicendum eſt, quòd ſic, nec tenetur docere ſe eſſe talem, vt voluit Azo in ſumma, Cod. de fide inſtrument. verſicul. ſed quid ſi proferatur charta. & Hoſti. in ſumma, eod. titu. & Specula. in ti. de inſtrumētorum editione. §. reſtat. verſicul. ſed quid ſi producitur, dummodo tale inſtrumentum nō ſit raſum, nec abolitum, aut cancellatum. Quod dictū refert & ſequitur Zabarel. in clemen. j. in j. q. de probatio. & Ancha. in c. cum deputati. verſi. vj. not. de iudi. allegat quod no. Cin. in l. ſi qua per calumnia. vbi ita tenet in verſi. ſecundum dubium. C. de Epiſc. & cler. & in l. ſi procuratorem abſentem. ff. de procurat. & ipſum ſequitur Barbat. in d. cap. cum deputati. ver ſi & dicit Petr. de Anch. qui pro hoc allegat text. quem ad hoc dicit eſſe elegantem. & ibi Bar. in l. ſtigmata. C. de fabricen. lib. xj. & quod voluit Bald. in d. l. directis. C. de manumiſ. teſtamento, in quibus locis vo-

2 lunt Bartol. & Bald. †quod licet ſtigmata non faciāt quem militem, ſed authoritas militantis adiuncta ſtigmatibus, d. l. ſtigmata. & l. decernimus. Cod. de aquæductu. tamen benefaciunt præſumi talem qualis per ſigna demonſtratur. Nam ex actibus frequētatis præſumitur habitus, cap. ſi iudex laicus. de ſenten. excommun. lib. vj. & l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. Et ex eorum remotione præſumitur quis dignitatis ſubſtantiam non habere: vt l. ſi quis ignorans. ff. loca. Barto. & Salicet. & Mod. in l. ſi quis inticiatus. ff. depoſui. & in l. ſi quis in ius alterius ff. de regul. iuris. & Bartol. & Bald. Alber. in dicta l. ſi procuratorem. & ibi Ange. in ij. q. †ex quo enim ſecundum ipſos cōſtat de procuratorio legitimo, non eſt opus alia probatione per ipſum procuratorem ad ipſum talem eſſe facienda. Et ita pluries dicit ibi Ange. vidiſſe iudicare, & ſentit Bald. in conſil. cxciij. incipien. iſtæ rationes faciunt. volu. ij. & ſingulariter Alexand. in conſ. lxxviij. verſi. quia reſpondeo primo. volu. v. cum aliis per eum allega. & Sign. de Homēd. conſ. cviij. ver. venio nunc ad ſecundum. & idem Albe. in d. l. ſi qua per calumniam. in fi. & ibi etiam Bal. ante finem, & verſi. vltimo inducitur hæc lex. quidam Theutonicus venit ad hāc ciuitatem Peruſij. Et idem Paul. de Caſtr. in l. Mœuia, in prin. verſic. item quæro quid ſi penes te reperiatur inſtrumentum. ff. ſol. matri. & Ioan. de Imo. in clemen. j. verſicu. an opiniones de quibus de probatio. & Maſuer. in ſua praxi. tit. de procur. verſicul. ſed quid ſi pars aduerſa. & Felin. in c. coram. verſic. dubium. de offic. delega. †& ibi ponit 4
quid de teſtamento in longinquis regionibus recepto per notarium qui negatur notarius. & alleg. Angel. in authen. de tabellio. & plenè Paul. de Caſtro in conſil. cccxciij. incipien. videndum eſt vtrum fides ſit adhibenda volum. anti. in quibus locis Ange. Paul. & Felin. ponunt, an litera teſtimonialis officialis, vel poteſtatis, attеſtans illum fuiſſe notarium, probet illum eſſe notarium: & tenet quod ſic, & Matthæ. de Afflict. in Deciſi. Neapol. cclj. de quo dixi ſuprà in q. xxxvj. & idem Alber. in rubr. C. de fide inſtrumento. in prin. ver. ſed quæro in cauſa. vbi in hoc dicit, quod quicquid tamen ſit ſcripto, vidit in iudicio ſeruari, quòd tali inſtrumento prima facie non credebatur: ſed aut mittitur ad iudicem loci, vnde eſt ille qui cōfecit inſtrumentum, vt reſcribat ſi ſit tabellio, vel nō; aut probatur cum eſſe in quaſi poſſeſſione notariatus per alia inſtrumenta per eum confecta, ne aperiatur via inſtrumentis falſis, vt ibi vide per eum, & Hippol. ſingulari: dlxxxvij. qualitas extrinſeca. in fine.
†Sc ad hoc tollendum Ang. in d. authent. de tabel. 5
dat bonum conſilium, dicens (propter gloſſ. in verſi. ipſis per ſe, in fin. quæ innuit inſtrumētum eſſe cautius, cum multa ſint in eo ſigna diuerſorum tabelliomum) quem debere eſſe cautum, cum facit cum aliquo forenſi contractum, quem mittere oportet in partes extraneas, quod illum ſcribi faciat per publicum tabellionē, & ſubſcribi per tres tabelliones honeſtos, & ſignari eorum ſignis, ac hoc vt negari non poſſit inſtrumentum eſſe ſcriptum manu notarij. & ſequitur Cæpo. caute. liiij. alias lxxviij. inci. ſi aliquis habeat contrahere cum aliquo forenſi. & vt ſuprà tenet Fel. in c. poſt ceſſionem. verſi. fallit. vj. de probat. qui alleg. Rotam. in nouis Deciſio. clij. aliàs eſt deciſ. xij. titu. de procur. incip. valet procuratorium ad cauſam ſolo ſigillo Epiſcopi, vel alterius prælati ſigillatum, ſine ſubſcriptione notarij, vel teſtium. † quamuis Fe. li. not. in c. j. verſi. & adde quod ſi opponeretur inſtrumento delato de partibus remotis &c. de fide inſtrum. velit quod teneatur probare ſe procuratorem, ſi res ſit magni ponderis, & præiudicij, ſequendo Io. And. in addi. Spec. in tit. de inſtrumen. edit. §. reſtat. Tamen præcedentem tenet ſing. Hippolyt. de Marſi. in l. ſi quis quæſtione, nu. clvij. verſi. quæro vlterius poſt prædicta. ff. de quæſt. vbi hanc opin. probat latiſſimè, & Cæpol. Veronen. in conſi. xj. verſi. & 6

pro

pro hoc adducitur. & in dicta cautela ſua liij. ſi aliquis haberet contrahere cum aliquo forenti,vbi ponit aliam cautelam, ſcilicet de litera teſtimoniali iudicis loci celebrati contractus,teſtificante, illum qui recipit inſtrumentum fuiſſe & eſſe notarium, &c. &
7 iſta tutior. † Tamen vt ſupra fuit concluſum contra dictum locumtenen.qui ordinauerat,quod procurator dicti Goudin probaret quod eſſet ille in procuratorio nominatus. Cum non eſſet neceſſarium,ex
8 quo procuratorium erat authenticum. † Aduerte ſi non haberet procuratorium in ſcriptis,&vellet probare per teſtes ſe eſſe procuratorem, quod non admittitur,ſecundum Bar.Alex.& Iaco.de ſan. Georg. in d.l.j.C.de procu.& in d.l.ſi procuratorem.de quo per Doct.ſuprà alle.& plene Fran.de Aret.in d.l.j.de procu.qui diſtinguit,vt ibi per eum & Barb. & in c. cum in iure peritus.num.ccccxxvj.de offic.deleg.& dixi in quæ.cclxxxj.inci.venditio,aut debiti receptio. Et not. quod ſi obligationis inſtrumentum portet, quod illius delatori ſeu portitori debitor ſoluere teneatur, vt communiter fit in inſtrumentis Pariſiis confectis,tunc non requiritur alia probatio,vt tenet Io.Galli.in ſuis Deciſio.q.iiij. & dixi in d.q. & alibi ſæpe.Sed an per productionem inſtrumentorum ad cauſam facientium inducatur probatio mandati, vide glo.in l.fina.C.de pact.conuentis. & ibi per Doc. & Bar.in l.vulgo.ff.de adminiſtra.tuto. & Bal. in d.l. j.de procur.Bald.Imo.Barba. & Felin.in d.c. coram. & Roma.in ſingu.dclxxix.incip.nunquid per productionem.& in conſi.cccclvj.incip.prius propoſitæ.& Iacobus de ſancto Georg.in d.l.j.in fin.de procur.& Hipp.in d.l.ſi quis ne,nu.clxx.de quæſt.

SVMMÆ.

1 *Subſtitutionum gradus qualiter numerentur.& nu. 4.& 6.*
2 *Relatio inverbis teſtatoris non ſemper ad ſola proximiora refertur.& nu.5.*
3 *Nepos venit appellatione liberorum, non appellatione filij.*
7 *Matrimoniale pactum eſt teſtamentum.*
8 *Hæreditatem deferri ex contractu matrimonij, vel ex teſtamento multum intereſt.& nu.10.*
9 *Teſtamentum annumeratur inter contractus large.*
11 *Diſpoſitione,aut conditione quem cõtinere,multum in ſucceſſione intereſt.& nu.12.& 13.*
14 *Conditione tantum quando quis dicatur poſitus.& nu.16.& 18.*
15 *Diſpoſitione tantum quando quis dicetur continere.*
17 *Conditionalia verba non important diſpoſitionem.*
19 *Filij hæredis quando videantur in diſpoſitione teſtatoris contineri.*
20 *Sed,dictio iuncta dictioni,&.*
21 *Conditioni inſerta, an cenſeantur inſerta diſpoſitioni.*
22 *Subſtitutorum, an cenſeantur ex ſubſtitutione vocati.*
23 *Memoriæ fidentes ſæpe decipiuntur.*
24 *Conſilius Doctorum plus creditur, quàm lecturæ.*
25 *Perfectius non poteſt quis eſſe in ſcientia legali, ſicut in aliis.*
26 *Filij facientes deficere fideicommiſſum, an veniant ab inteſtato cum filiabus.*
27 *Opinionum ſtante varietate, quid ſequendum.& num.28.*
29 *Teſtandi conſuetudo in aliqua progenie, an ſit ſeruanda.*

Quæſtio CLV.

Gaillardus de Duroforti contrazit matrimonium cum Ioanna de Lomagne, in quo fuit dictum & conuentum, quod maſculus primogenitus(verbis vulgari Gaſconio ſequentibus) ſuccederet. Item *qu'en cas que d'aqueſt matrimony ſaccedes entre ledict Monſieur de Duras, & ladicte noble Ioanna sober vina enfans maſcle aldit monſiur de Duras, ou enfans maſcles, que ledict enfant maſcle nat d'aqueſt matrimony no fos apte, ſi acqueſt premier nat mere fans enfant maſcle apte à ſacceder de ſon corps de ley al matrimony procreat,o l'enfant maſcle de ley mere fans enfant maſcle apte à ſucceder de ſõn corps ley.al matrimony, que en aquel cas,ou en aqueis cas lo ſegond apte a ſucceder nas d'aqueſt matrimony dudict monſieur de Duras,ainſi comme deſſus eſt dict deis premier,&c.* Ex prædicto matrimonio procreatus exiit Gaillardus eorum filius: & ex illo ſecundo Gaillardo alius Gaillardus tertio loco ſic dictus. Ex quo tertio Gaillardo deſcendit Ioannes de Duroforti ſtrenuus miles, qui ex ſuo primo matrimonio habuit Franciſcum de Duroforti cum duobus aliis maſculis. Et ex ſecundo matrimonio cum domina Catherina de Fuxo contracto habuit vnum nomine Ioannem Iaques de Duroforti, cui fecit, & dictæ Catherinæ plures tam mutuas quam propter nuptias donationes,ac in augmentum dotis,quasquidem donationes prædictus Franciſcus ex primo matrimonio progenitus,tam ex conuentione, & pacto prædicto,quàm etiam ex alio ſimili pacto in contractu matrimonij dicti Ioannis eius patris,& Ioannæ Augeniæ matris ſuæ inito dicit,& prætendit nullas eſſe,& nullius efficaciæ exiſtere Quæritur primo an ſint quatuor gradus in dicto pacto ſubſtitutionis comprehenſi. Secundo an iſte Franciſcus deſcendens in recta linea gradatim, & ſucceſſiue ex dicto Gaillardo primo videatur eſſe expreſsè vocatus, ex illo pacto ſeu fideicommiſſaria ſubſtitutione,an conditionaliter poſitus.

DECISIO CLV.

T † quò ad primum dubiũ, 1
dico breuiter quòd non ſunt niſi duo gradus: quod clarè patet ex dicto pacto ibi,*Item qu'en cas que lo premier nat, &c.*vſque hic, *o l'enfant maſcle de luy.* & hic eſt ſecundus, & vna oratio & clauſula perfecta, quæ tota debet capi,& non profectò in partes diuidi, cum ſit per ſe principaliter ſub vno verborum conſtructu poſita, vt in ſimili vult Bar.quem ibi ſequitur Bartho. Soci. in l.ſi.ff.de rebus dub.& in terminis noſtris ita tenet Cornel.conſilio lix.incip. diu poſt conſilium redditum, in principi. in litera B, volumine ſecundo, quæ clauſula ſubſtitutionum ſolum importat primam,ſi primogenitus decedat ſine maſculo apto,ex ſuo corpore, & matrimonio procreato,ſecundo vbi maſculus ex eo moriatur ſine maſculo habili ad ſuccedendum ex ſuo corpore, & legitimo matrimonio procreato, quòd in eo caſu vel caſibus ſecundò genitus ex iam dicti Gaillardi matrimonio habilis ad ſuccedẽdum procreatus ſuccedat: ſicut dictum eſt de primo,& hoc quò ad ſuperficiem verborum.†Et ſe- 2
cunda clauſula ſubſtitutionis:vbi maſculus ex eo,&c. debet referri ad filium primogeniti, ſi decedat ſine maſculo &c.text.in terminis noſtris quò ad iſtam & ſecundam quæſtion.in l.Lucius in ij.ibi,ex ſe natum & c.ff.de hæredib.inſti. quem ibi faciunt Bal.& Imo. ſingularem:quod licet illa verba,ex ſe natum, videãtur loqui de immediato tantum filio,tamen ſecundũ eos porriguntur ad vlteriores filios: patet in concluſione illius l. dũ dicit, deceſſiſſet ſine liberis relictis, & propter ſuadentem rationem naturalem, ſecundum Ange.& Imol.quæ imitat ad hæreditatem deſcendẽtes,& agnatos:allegant Bar.in l.liberorum. ff. de verb.ſignif.vbi dicit,quod nomen filij appoſitum in conditione extenditur ad nepotem.iſtudvltimum non videtur ſine dubio. Nam ipſe Bald in conſi.lxxj.

& conſi.cclxij.incip.opiniones varię ſunt vol.iiij.tenet contrarium,quia omnes viderentur ſubſtituti in infinitum:quod eſt ſecundum eum falſum: nec obſtat d.l.Lucius. quia intelligitur de liberis primi gradus.l.iubemus.in fi.C.ad Trebel. †Tamen bene verum eſt. quod nepos appellatione liberorum continetur,& non appellatione filij, l.ſi quis filiabus.cum l.ſeq.ff.de teſtamen.tutel. Ideo dicit ibi gl. quod iſta varietas dicendi non cadit in idiotam, de quo per omnes in l.Gallus.§.inſtituens.ff.de liber.& poſthu.& Ioan.Fab.& Ang.Aret.in §.fi.inſtitu.qui teſta. tutores dari poſſ. †Sed quòd non ſint in iſto ſubſtitutionis caſu, niſi duo gradus ſolum comprehenſi, tenuit Paulus de Caſtro in caſu ſimili conſilio cc.ſuper primo quæſito.ver.nam etiam ſi expreſsè dixiſſet, volu. nouorum,& Bartholomæus Socin.conſi. cxlix.verſ. ſed ad omnia iſta.cum ſequenti. vol.ij. & idem Bald. conſilio clxxxvj. dubitatur quot gradus teſtator fecerit.volum.iij.& Cornel.in l.j verſicu., nota quod conditio ſi deceſſerit ſine liberis.C.de condition.inſer.& in conſilio ccxc.in litera M, vſque ad literam R,& Socin.in conſilio xiiij.ver.in prin.cum verſ.ſeq. lib.j.& hoc per text.in d.l. Lucius. quod corroborat xj.rationibus.& idem in conſil.xxx.verſi.quia non ſit idem.& in conſi.lij.eod.vol.& Philippus Francus in cap.ſi pater.in gloſſ.in verbo liberis. in principio. & verticul.quinto nota.de teſtamentis.libr.vj.quinimò etiam appellatio filiorum ſimpliciter facta intelligitur de natis ex ſequenti.l.ſi ita quis.§.primo.ff.de legatis primo. & l.fideicommiſſum. de conditionibus & demonſtrationibus. & tenet Bartol. in conſilio j. incipien.Parmenſis quidam filium inſtituit. † Ergo illa verba,ex ſe natum, poſita in prima clauſula ſubſtitutionis,non debent referri ad maſculum ex ipſo primogenito deſcendentem cum de eodem non ſit facta mentio, niſi in conditione primi filij,hoc eſt,ſi primus ſine maſculo,&c. Et in ſecunda clauſula, ſi maſculus ex eo, ſcilicet primogenito moriatur ſine maſculo:& ſic ſunt tantum duo gradus ſubſtitutionis ſub vno verbo comprehenſi,vt dictum eſt.†Et ſi diceremus eſſe tres gradus (vt aliqui ex dominis dicebant,maior pars)eſſet ſub correctione errare:& magis errare dicere(vt aliqui aiebant)quatuor eſſe gradus. Bene ſunt quatuor gradus liberorum vſque ad Franciſcum incluſiuè, ſed non ſubſtitutionum, licet quis poſſit plures ſubſtitutionum gradus facere,l.poteſt quis.& ibi per Doctores. ff. de vulgar. ſubſtitut. & inſtitutionib.eodem in principio. Quo verò ad ſecundum dubium res eſſet clara, ſi non ſint (prout re vera non ſunt) niſi duo gradus, quod Franciſcus præfatus non eſſet,nec in conditione,nec in diſpoſitione comprehenſus, cum Ioannes eius pater,nec ipſe(qui eſt in quarto)ſint nominati. Sed poſito etiam quod eſſent quatuor gradus, ita quod ſubſtitutio extendetur ad ipſum Franciſcum, an videtur vocatus ex teſtamento, ſeu illo pacto matrimoniali, quod idem eſt,ſecũdum gloſſam vltimam,& omnes Doctores ibi in l.licet.C.de pactis. † quia illud pactum dicitur teſtamentum, ſecundum Petrum de Bellapertica,Cinum, Raynutium,& Franciſcum de Aret.ibi,ſed ſecundum gloſſam dicitur vltima volũtas, pro qua eſt textus in l.tale pactum. §. pater qui dotem in fine.ff.de pactis. & ipſam ſequuntur Bald. Angelus,Fulgoſius,Paulus de Caſtro, Alexander, Iaſon,& Lancelotus,Decius,& communiter Moderni, ſed non refert,ex quo poteſt mutari tanquam teſtamentum.vel vltima voluntas.†Sed Franciſcus Tigri. tenuit, quòd ex iſta cõuentione ſeu contractu & pacto defertur hæreditas, & non ex vltima voluntate, aut teſtamento: cuius opinio ſeruatur de conſuetudine generali Franciæ inter nobiles. Pro quo facit gloſſ.in c.j.§.item ſacramenta puberum. de pace iurament. firman.in verb.ſuper contractibus.verſicul. quid ſi iurauit quis ſe non venturum, † dicens teſtamentum largo modo inter contractus connumerari.allegat bonum textum l. eandem rem. in principio.ff.de duobus reis.vbi inter contractus enumeratur teſtamentum. & Decium conſilio dclx. numer. x.& Matthæ.de Affli.ct.in Deciſio.Neapolit.cclx.nu. ix.verſicul.prætereà quando lex.& in conſtitut.Neapolitana. numero iij. vbi eum vide cauſa breuitatis. †Quamuis prima opinio ſit de iure verior,quam etiam tenet Oldradus conſilio ccxxvj. incip. vt eius de quo quæritur.Ideo ſi dictus Franciſcus de Duroforti eſſet vocatus, & poſitus in diſpoſitione, præfertur ſubſtituto,ac etiam reuocare poſſet alienata,&aliter per hæredem inſtitutum diſpoſita, cõditione tamen adueniente,ſcilicet morte hæredis,l.fin. & ibi Doct. inſuper Laſ.in ij.no.cum ſua authen.res quæ. C.communia.de leg.& Hippolyt.in repetitio.l.final.nume. lxxiiij.ff.de iuriſdict.omn. iud. cum aliis per eum alle. & Iacob. de ſancto Georgio in l. generaliter, in princip.num.v.C.de inſtitu.& ſubſtitu.ſub condit.& Franc.de Aret.in l.j.& ibi Laſ.in quinto nota. Socin. & Lancelo.Decius. C.de pactis. †Et iſta eſt vna vtilitas magna ſecundum ipſos:aliàs ſi eſſet poſitus tantum in conditione non reuocaret, nec ſuccederet ex teſtamento,in quo pater fuit hæres inſtitutus. † Et ſecunda vtilitas eſt, quod ſi filij repudiarent hæreditatem patris inſtituti,non poſſent ad bona teſtatoris ex propria perſona venire, ex quo ad illa non ſunt vocati ex diſpoſitione teſtatoris. †Tertia vtilitas ſecundum ipſos,& Lancelot. Gaulialam in repetit. l. Centurio.numero.ccclxxxix.de vulg.& pupilla. eſt, quòd ſi pater inſtitutus decedat non adita teſtatoris hæreditate,& non exiſtente aliquo iure tranſmiſſionis,vel ratione ſuitatis,aut ſanguinis vel iuris deliberandi, aut ſi decederet hæreditate repudiata, ipſi liberi ſunt in totum excluſi,aliàs ſecus: quare iſte paſſus eſt valde dubius,ſecundum Ioannem deImola in dicta l.Lucius.& verum dicit: quia Doctores profecto ſunt varij,vt ex infrà dicendis apparebit. & idem dicit Alexand.conſil.liij.verſicu.omittendo tunc.lib. iiij & præcipuè vbi ſunt plures ſubſtitutionum gradus,vt erat in illo de Montepeſato, vt in fin.dicetur. ex quibus magis menſteſtatoris coniecturari poteſt, quam ex vno ſolo, aut duobus gradibus ſubſtitutionum.Vnde primo pono exemplum,quando filij hęredum & ſubſtitutorum, ac fideicommiſſariorum dicantur poſiti in conditione. Et ſecundò quando ſunt poſiti & vocati expreſſa teſtatoris diſpoſitione. †Et dico quod filij videntur poſiti in conditione tantum, ſecundum quòd aliqui intelligunt, vt Iaſo. conſi.lxxxiv.volum.j.quando pater aut contrahentes matrimonium diſponunt,quod ſi filius primogenitus decedat ſine liberis maſculis, bona eorum veniãt ad ſecundo genitum : aut primogenito, ſi ſine filio decederet ſubſtituit ſecundogenitum. Et ſi ſecundogenitus decedat etiam ſine filiis maſculis, ſubſtituit ſibi tertiogenitum. Et ſi tertius decedat ſine liberis maſculis ſubſtituit ſibi quartum. Et ſic deinceps pro t diſpoſuerit, vel ſine liberis ſimpliciter, cum adiectione maſculis, & tunc videtur maius dubium,quod iſti filij ſecundum opi.gl.in l.Lucius, nõ ſuccedunt ex teſtamento,& ſic non pręferuntur ſubſtituto,vt in prima parte huius q.dicetur, vel etiã videantur ex ipſius teſtatoris coniecturata mẽte vocati,ſecundũ aliam opi.gl.in l.filiusfam. §.cum quis.de

leg.

leg.j.ſignanter,cum dixit maſculis,vt in ij.parte con-
15 traria dicetur. † Sed poſiti in diſpoſitione dicuntur, quando facta fuit de ipſis expreſſa mentio: veluti ſi pater in teſtamento,aut contractu matrimonij dicit, quod inſtituit primogenitum, vel primogenitus ſit hæres: & poſt eius mortē eiuſdem filium, aut filios maſculos voluit eſſe hæredes.Et ſi primogenitus decedat,vel eius filij ſine maſculis,ſubſtituit ſibi ſecundogenitum,& eius filios maſculos. Aut dicit, quod eius bona veniant ad ſecundogenitum, ſi tunc viuat: aut ſi non viuat,ad eiuſdem filium,aut filios. Et ſi ſecundogenitus decedat ſine liberis maſculis,ſubſtituit ſibi tertiogenitum, & eius filium vel filios maſculos vel quod bona ſua ei reſtituantur,ſi tunc viuat, aut ſi non viuat,eius filiis maſculis,& ſic de aliis. Iſti enim filij dicuntur expreſſe,& nominatim vocati,ex diſpoſitione teſtatoris, vt eſt in caſu noſtro, & illorum de Montepeſato.Et in quo non eſt dubium, ſecundum Alex.conſil.cxcviij.nu.ij.lib.vj.& Ias.in d.con. lxxxix. num.j.vt infra dicam.Sed ſi dixerit,& caſu,quo erunt plures maſculi & fœmellę,quod primus maſculus ſit ſemper hęres:reliqui vero dotentur iuxta facultatem bonorum,&c.Et de hac quęſt.ſeparatim infrà dicam
16 poſt iſtam terminatam. † Et veniendo ad quæſt.videtur quod iam dictus Franciſcus poſitus fuerit in conditione,& non in diſpoſitione, vt patet ex clauſula ſubſtitutionis, ergo non ſuccedet ex teſtamento aui, licet poſſit ab inteſtato capere eius bona, vt voluit gl.in d.l.Lucius,& in l.ſi quis ita hæres. & in l. ex facto.de hære.inſtitu.Et iſtud etiam probatur per tex.in d.l.generaliter.ibi,omni penè fructu paternæ,
17 & ibi Fran.de Are.in iij.no.C.de inſt.& ſubſt.† quoniam verba conditionalia non importāt diſpoſitionem, l.ſi quis ſub conditione. ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta. & idem tenuit gloſſ. in d. l. ſi quis ita hæredes inſtituit. le hæredi.inſti.& in l.ex facto.§.ex facto.in verb.defeciſſet.ff.ad Trebel.Et hanc opi.gloſſ.in d.l. Lucius.ſequuti ſunt Iacob.de Are.Cin.Ray.Franciſc. Tigri.Nic.de Neap.Bart.Bald. Ang.Ioan. de Imo.& Ludouicus Bolog.ibi, vbi Imol.dicit hanc eſſe communem,& probari per tex.in l.j.C.de pact.& Ange. dicit,ſic fuiſſe iudicatum. & idem tenēt Roma. & Alex.in d.§.ex facto.ad Trebel. vbi pariter dicūt iſtam eſſe communem & Doctor.prædicti ſolent allegare Bar.ita tenere in l.Centurio. in vltima quæſt. tertiæ principalis quæſtio.quæ incip.quæro vlterius quid ſi teſtator dicit.ſi filius meus ſine filiis, & filij eorum ſine &c.ff.de vulgar.& pupil.vbi allegat Richar. Malum. ſic tenuiſſe. & idem Bar. in l. ſed & ſi ſic.ff.de leg.iij.& ſimiliter Ioan.And.in addi.Specu.tit.de teſta.§.j. in verbo. cum patronus incip.huic quæſtioni accidit bimembris quæſtio.& Bartol.in l.ſi cum dotem.in prin.& ibi Alex.ſolu.matr.&Oldra.conſ.cxlj. Thema tale eſt:Dominus Guliel.Lemoui.in ſuo patrimonio.ante ſi.& Bal.in l.ſi emancipati.in viij.oppoſ.C.de collat.& Anchar. in c.licet.in ij.quæſt.ante finem.verſicul. vnde ſic dico. de voto.& Franciſc.de Aret. poſt Fulgoſ. in d.l.generaliter,in iij.not.quem ibi ſequitur Ias.in ij.not. & Iac. de ſancto Georgio. in princ.num.v. in fin. & etiam ibi Guido Pap.in §. j.in ij.not.& idem Alex.in l.Gallus.in prin.ver. contra Bar.etiam.ff.de liber.& poſthu. vbi etiam verſic. quinto pro iſta parte dicit,hāc partem eſſe communem approbatam,& Bald.in l.quod ſcitus.verſic.nec obſtat.C.de bon.quæ lib.& in l.cum acutiſſimi. ver. ſed nunquid C.de fideicommiſ. & Paul. de Caſtr. & Ioan de Imo.in d.l.filiusfami. §. cum quis.de legat.j. vbi Paul. dicit quod contra hanc communem,licet pluries requiſitus,non fuit auſus conſulere. Et idem dicit conſil.lxxxvj.dubitatio vertitur de bonis.verſic. quarto loco.volum.antiq.&aliis locis infrà dicendis, ſed poſtea accepit ſpiritum, vt infrà dicam. & idem tenuit Raphael in d.§, cum quis. vbi per illum text. iſtam dicit eſſe communem.Et pro hac opinion.adducunt Doctor.in locis ſuprà allega. plura iura, quæ recitare longum eſſet valde. Inſuper Alexand.conſil. clxxxv.viſo titulo quæſtionis lib.ij. vbi ſimiliter dicit iſtam eſſe communem opinion.quam ſæpè legendo & conſulendo ſequutus fuit, ac pariter pro ea iudicare vidit: & ab hac communi in iudicādo dicit non eſſe recedendum.& idem in conſ.cxcix.Viſo prędicti conſilio celeberrimi legum Doctor. domini Angel. Aret.vbi cum eodem Are.conſuluit. & idem conſil. ccxix.viſo teſtamento,codicillis,& themate.vol.ij.& conſil.xj.verſicul. quod autem inci.ponderatis iis de quibus in themate.volum.iij. quod etiam repetitur. iiij.volum.conſi.ciij.& idem conſi.xxij.viſis & etiam perlectis.ver.nō obſtat etiam, quo ex vltima.eodem volumine tertio, quod quidem etiam repetitur de verbo ad verbum in iiij.vol.conſi.xiij.& idem conſi. cix.cuius initium,vnde prima fronte.& in conſi.xxij. cod.vol.iij.& in d.l.j.de pact.quem ibi ſequitur Decius nume.xv.& Franciſ.Curt. iunior,numero xiij.& Ang.Are.in tracta.ſuo de teſtamen.in gloſſ.& ſic deceſſerit ſine liberis.& Ancha.conſil.cxv.inci.pro clariori deciſione dubij.& in conſil.cxxxvij. principaliter ponderandum eſt: & conſil.ccccxxvj.incip.quòd ſuprà conſultum & concluſum eſt. & Alexand. in d. conſilio liij.verſi.omittendo.& Paul.de Caſtr.in cōſi.xiiij.cuius initium,Si contingat dictam dominam, in ij.dubio.vol.antiq. & in d.l.ex facto. §. ex facto.& in d.conſi.cc.vol.nouo. & in l. cum acutiſſimi. C.de fideicommiſ.& Angel.in conſi.vij.inci.ex dicto themate plura dubia. & in conſi. lvij. domina Andrea ſuum condidit teſtamentum. & pariter Benedictus Cap.conſi.ij.incipien.quidam ciuis.& idem de Ana. conſi.lxviij.viſo ſtatuto ſub rub.de ſucceſ.liberorum, & ibi Ludouicus Bolog.in additionib.& ſingulariter Franciſcus de Curte, conſilio lxiiij. incipiente, antiquiſſima & nobiliſſima familia, dicens,ſic ſæpe numero conſuluiſſe,& etiam collegium Papiæ ipſo cōpilante in cauſa Bononien.ac per eadem fuiſſe in curia Romana per dominū de Rota iudicatum.† Quin- 18
imò non ſolum,quando teſtator fecit vnum tantum ſubſtitutionis gradum, ſed etiam ſi ſecundum gradum fecerit,vt ſi duobus inſtitutis eiſdem ſubſtituerit ſi ſine liberisdeceſſerint,vt videtur hic factum per Gaillardum de Duſoforti: quòd filij ipſorum hæredum decedant ſine liberis,&c. vt infrà dicam, quòd non videntur vocati ex teſtamento, neque ex aliqua tacita,vel coniecturata mente ex ſubſtitutione fideicommiſſaria, propter illa verba conditionalia comprehenſa, vt per Alex.in d.conſ.cix.& conſi.ccxxxiij. circa primum.poſt principium.verſi.nec ad hoc obſtat.vol.iij.& idem conſi.cxxxix.verſi.nec obſtant dictis mulieribus.lib.vj.Quamuis in hoc vltimo dicto, quando fecit ſecundum ſubſtitutionis gradum.Bald. videatur tenere contrarium, in prælallegato conſil. clxxxvj.volumin.iij.& tacet,nec eam audet decidere, cum quæſtio fuiſſet de facto, in qua erat aduocatus. Et idem dicit in l.vnica. §. pro ſecundo. verſicul. & hoc facit ad quæſt.C.de caduc.tollend.Et pro iſta parte Bald.dicit in dict. l. poteſt. cum l.ſequent. ibi eſſe text. decidentem hunc caſum. Et idem Ancha.conſi.clxx.contra Philippum,vt infrà dicam.Sed primam tenet idem Bald.in conſil.xcvij.ante finem. ver.nam filius fratris.vo.ij.Corn.in d.l.j.de conditio. inſertis.vbi adducit quinq; rationes. & reſpōdet aliis

non dicatur plenè translatum, arg. l. m. c. si quis iam translatus. xxij. q. j. Quia respondetur, quòd imò acquiritur nomen officij vel dignitatis ex sola acquisitione tituli. Vnde Imperator acquirit nomen Imperatoris per solam coronationem. l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. & in clem. j. versi. dudum, de iureiur. Archiepiscopus per receptionem pallij. o, nisi de author. & vsu pallij. & Io. And. in c. j. de relig. domi. cum aliis per nos alleg. in additio. ad Mâdag tit. de electi. c. lvj. in glos. j. & Fel in d. c. eam te. versi. restringitur. de rescript. Episcopus verò ex cõsecratione, vt per Docto. in d. c. eam te. insuper Fel. Et plenius per adeptionem tituli. vt not. Calder. in c. de multa. de præben. Et ista acquiruntur per adeptionem tituli, & sine possessione tacti, dignitatis, vel officij, vt est text. in c. si quis Episcopus. cum sequen. xcij. distinct. & idem Bald. in d. l. Barbarius. in lecto. versi. viterius quæro. Sed hic habens officium ex renuntiatione præstitit iuramentum, & in possessionem missus est, ac fecit actus eius officium concernentes: quare non censetur vacare per mortem resignantis, cùm per eius resignationem officium esset repletum. † Vnde secundum Bald. ibi, 9
versic. sed hic quæritur, an per acta Barbarij. statim per donum officij, ac acceptationem illius, & ingressi receptionem, quamuis aliquid non gesserit, quis dicitur esse in possessione. l. j. ff. de offi. præfect. August. Sed ante non, & nihil agere potest nisi casualiter allegat l. pridem. & ibi glos. ff. de ser. expor. quam non inueni, & in terminis Bald. consi. cccxvj. tenor quarundam literarum. volum. iij. & in d. l. j. de offic. præfect. Augu. & in d. l. j. C. de manda. prin. vbi dicit, quòd quis probando possessionem officij nihil agit, nisi titulus probetur per literas concedentis. l. probatoria, C. de diuer. offi. lib. xij. cum simili. & idem plenè Paris de Puteo in d. c. in offi. Ergo 10
nullo modo potest facere sine titulo: † quia possidens officium iurisdictionis absque titulo bonam fidem habere non potest, cùm ea quæ haberi non possunt, nisi ex conceptione superioris non possint bona fide absque titulo possideri, quamuis de facto incumbat possessioni c. ad decimas. de restit. spol. lib. vj & idem Bald. in d. l. Barbarius. versi. xij. opponit. igitur remanens in officio iam finito non dicitur amplius officialis. l. item quæritur. §. quia impleto. ff. loca. Et per ista, & infrà dicenda apparet responsio ad primo adducta, quæ intelligi debent, si post renuntiationem aut priuationem, renuntiãs aut priuatus officio remãsit semper in possessione, alio non impetrante, vel impetrante, possessionem tamen officij minimè adipiscente. Tum ratione inconuincibili, ponendo duas regulas: quarum prima 11
est, † quod ex duobus impetrantibus ille prælertur, qui expressit propriam & veram vacationis speciẽ, licet impetrans sit posterior, quoniam hoc solum attenditur, quod exprimatur proprius vocationis modus, etiam si aliter qui non expressit verum modum, expresserit talem modum vacationis, qui cõ- 12
muniter putabatur verus. † Secunda, quòd licet sufficiat impetranti exprimere ius illius qui communiter reputabatur verus prælatus, & non tenetur probare de titulo sui prædecessoris, sed solũ quòd fuerit habitatus, & reputatus pro prælato, vel rectore illius ecclesiæ, quamuis in veritate non esset canonicè institutus, secundum Lapum & dominic. in c. susceptum. & ibi Philip. Fran. in vlt. not. & vers. aduerte de rescrip. lib. vj. & Ancha. consil. cvj. cum aliis infrà alleg. in q. ccv. inchoan. tractatus de permutandis beneficiis. versicu. quia secundum Abb.

† Tamen hoc procedit, quando vnus solus fuit 13
impetrans: quo casu communis opinio præfertur veritati, & nihil sibi obstat: secus quando duo impetrantes inuicem concurrunt, & se opponunt, quia tunc veritas præfertur opinioni secundum primam regulam. cap. veritate. viij. distin. & l. iij. §. spurios. ff. de decur. vbi est bonus text. in terminis nostris, quod inter duos officium vnum impetrantes, legitimus præferendus est. cum aliis iuribus per glos. ibi alle. quia in duobus impetrantibus beneficium vel officium, semper præfertur ille qui expressit verum vacationis modum, quamuis alter non expresserit, qui tamen communi opinione reputabatur verus. & tenet Bald. in d. l. Barbarius per text. in cap. Daibertum j. quæst. vij & not. per Inno. in cap olim. in iij. de restit. spol. & idem Maria Sozi. in cap. postulast. de rescrip. & Fel. in cap. in nostra. correiatio. xxxvij. in prima fallen. eo titu. & Io. de Selua, in tract benefi. quæst. xij. versi. limitatur etiam secundo. & in quæst. xxx. Et hoc verum secundum Lapum & Dominic. in dict. cap. susceptum. quando ab initio, & re integra ante completum negotium secundo impetratus venit, aliàs non auditur. & idem Lapus alleg. lxxxix. versic. quando enim sunt duo. pro hoc allego text. in l. fin. §. Et idem dicit Alber. ff. de decur. & idem Alber. in d. l. ij. versic. in contrarium est dict. l. vnde cum hic esset ab initio ante negotium completum, saltem pro completo debeat haberi: cùm in crastinum receptionis impetrantis per mortem putatiuè alter appellauerit, qui per promotionem siue assecutionem, & verum modum vacationis impetrauerat intra annum erat præferendus: quia potest per acceptationem sibi obiicere vitiosum, & minus canonicum ingressum habuisse, vt voluit Innocen. in dict. cap. sciscitatus. de rescript. præterea si dicatur, quomodo potest posterior impetrans ita esse diligens, quod possit concurrere cum primo in sua receptione, cùm dicatur per Docto. suprà alleg. quòd posterior qui expressit verum modum vacationis, præferatur alteri putatiuum modum exprimenti, nisi dicamus motam fuisse litem, & aliquandiu durasse, & quod ea finita posterior venisset: quod tamen hic non fuit. Ideo non dicitur negotium completum, vt voluit Bar. in l. omnes populi. versic. iuxta prædicta quæro. de iustit. & iure. dicens, quòd negotia decisa & completa dicuntur, quæ sunt transactione, sententia, iuramento, solutione, quittatione, præscriptione, & similibus modis finita. l. causas. C. de transactio. aliàs nunquam intra annum impetrantes in materia possessoria, vel petitoria intra triennium admitterentur, quod esset contra iura sacra Basilien. & concordatorum concilia, & omnem practicam ac stylum Franciæ, quæ venire tales permittunt. Nec obstat quod dictus renuntians remansit in possessione, & percepit salarium: quia per hoc non dicitur habere officium, cùm sit sine titulo, vt dictum est. text. singul. in l. Hxrennius, & ibi Alberic. quam legit cum l. decurionibus. ff. de decurio. & ita per illum textum tenet Bald. in dict. l. Barbarius. in lectu. versic. tertio opponitur. Et item in repeti. versic. istis dictis ad solutum. & etiam in versic. ponamus quod deficit, & c. licet prædicta repetitio sit inserta in lect. Bar. tamen non fuit sua, sed Bald. vt refert ibi Ias. in princip. quia vt inquit Alber. in dict. l. Herennius. † sola salarij perceptio non facit quem offi- 14
ciarium, licet sit in quasi possessione officij: & per cõsequens gesta per eũ valeãt de humanitate, vt dictum

ctum eſt ſuprà. Et idem Baucrius in d. §. ſed cũ quis. numer.xxxiij.de teſta. Et idem in eo qui eſt in quaſi poſſeſſione notariatus,& in eo qui eſt in poſſeſſione canonicatus recipiendo fructus præbendę,quod pro hoc non eſt canonicus,niſi doceat de canonica inſtitutione.cap.dilecto.de præben. & c.ex inſinuatione. & ibi glo.te inſtit.& l.cogi.& ibi Alberic. C. de petitio. hæred. quia caret titulo vero & colorato,ac omnis iuris & facti fundamento. Et idem Socin conſ. xxij.ex iis quæ ſunt.vol.j.& Hippoly. de Marſil.in ſua praxi cri.aggredior.num.xxxv.cum ij.ſequen.& Alberi.in d.l.j.de tent.& interd.& Innocen.in c.pen.de relig.domi.quem ibi ſequitur Abb.Sicul. & Iaſ.in d. l.Barbarius.in gloſſ.in verbo,reprobari.verſicu. vltra Docto. & verſ. & vltra gloſſam quærit hic Bartolus. & etiam verſicu.ad idem & quarto. quia per renuntiationem factam in manibus principis, in quibus tenetur renuntiare,l.penult.ff.de offic.præſid.perdidit titulum & poſſeſſionem,l.ſi quis vj.§. differentia ff.de acquiren.poſſeſ.& ſi impetrans per mortem illius putatiui debet poſtponi,& alius præferri. Quare hic partes fuerunt appunctatæ contrarię in cauſa officij procuratoris Regis bailliuatus, ſeu Seneſchalliæ Xanthonenſis,vertẽte inter magiſtrum Gulielmum Arreyrat actorem ex vna, & magiſtrum Iacobum Arnault reum ex altera partibus. Et interim gaudentia officij prædicti fuit dicto Arnault adiudicata die vltima Martij, Anno 1520.ante Paſcha. Et inqueſtis poſtea in curia reportatis,& ipſis viſis fuimus partiti, & tandem in camera inqueſtarum diſpartiti. Et concluſum prædictum Arnault à requeſta & petitione iam dicti Arreyrat abſoluendum,& relaxandum fore ſine expenſis,& ſuper falſitate eidem Arnault impoſita,quod reſponderet,& teſtes venirent. Et latum arreſtum xx.Februarij,Anno domini 1521. † Et ſic fuit datum officium pẽdente accuſatione falſi,quod fieri non debebat.l.reus delatus.ff.de muner. & honorib. & c.omnipotens.de accuſa.& vtrobique per Docto. & in l.ſi quis decurio.verſicu. nec verò iis. C.de falſ. cum ſimilibus. Sufficiebat enim gaudentia officij, quouſque de falſitate fuiſſet diſcuſſum. nõ ſic factum fuit per curiam Tholoſanam domino Ioanni de Buſſone iurium Doct.famoſiſſimo cui bonæ memoriæ Rex Ludouic. xij. officium conſiliari in eadem curia donauerat, ſed propter falſitatem ſibi oppoſitam ab eodem interim repulſus fuit officio.

15

SVMMÆ.

1 *Officiarius quibus modis agat ad obtinendum officium.& nu.2 & 3.*

4 *Locumtenens particularis, quando exerceat actus officiali commiſſos.*

5 *Ordinarius quado per commiſſionem cenſeatur fieri delegatus.& nu.6.& 7.*

8 *Delegata & ordinaria poteſtas quando concurrant.*

Quæſtio CLI.

Quid ſi per Regem mandatur Seneſchallo recipere ſacramentum locumtenentis generalis, cui ipſe officium locumtenentiæ donauerat: an Seneſchallo recuſato, vel abſente poſſit per locumtenentem particularem ad illud recipi vocatis gentibus regiis.

DECISIO CLI.

DIco primò, quòd aliquando quis admittitur, qui non debuit admitti ad officium ſibi donatum, de quo loquitur l.Barbarius. ff.de offi.præt. Sed econtra ſi admiſſus non eſt qui admitti debuit,qui fiendum: & Bal. in d.l.Barbarius.in lect.verſi. ſed quid econtra.ſe remittit ad no.per Inno.in c.cum venerabilis.de relig. domi.& in c.fin.de iudi.qui in d.c. cum venerabilis. dicit, † quod talis officiarius poteſt impetrare officium iudicis:quia iuſtum eſt,quod habens ius in aliqua dignitate,poſſit illam petere nõ per viam actionis,quæ ſibi non competit,ſed officio iudicis,l.quod ſi minor.§.fi.ff. commo.& l.iij.§.hoc interdictum.ff. de liber.exhib.& ij.quæſt.vj.hoc quippe,& idem tene Specu.in titul.de ſecundo decreto. §.videndum. ver.pen.inci.pono Titius & text.in c.ij. de offic.iud. & Bar.in tract.de iuriſd.ver.vel dic quod ibi petitur. Et pro iſta opi benefacit tex.in d.c.fin.de iudic. † per quem dico quòd poteſt talis officiarius poſſeſſorium aut petitorium intentare. Et pro hoc etiam tex.in c. licet cauſam. ibi, honore. & ibi Bald.& And. Barb. ver.not.ibi honore.de proba. † Vel etiam ſecundum aliquos poterit agi confeſſoria,vt no. in c.inter dilectos.de excеſ.prælat.& iſtam approbat Pet.de Anch. in .c.cum venerabilis.nu.xij.cu.iij.ſequen. † Vnde iſte particularis locumtenens erat ab eodem Rege, vel domino creatus,& committitur,ſicut Seneſchallus, quòd tunc potuit recipere illum ad ſacramentum, quamuis electione vel commiſſione nõ coniunctim facta de plurib.ad aliquod officium vel iuriſdictionẽ exercendã,vno eorum abſente,vel reculante:interim totius iuriſdictionis exercitium pertinet ad alium collegam.l Imperatores.§.magiſtratus.ff.de appel.& ibi per Doct.& Bart.in tract.de iuriſdict. ver. quandoque autem adiicitur.ibi,& non facta coniuncta,aliàs non,vt quia erat deputatus locum.tenens ab ipſo Seneſchallo,vt voluit Alex.in l.more.ante fi.ff.de iuriſd.omn.iud. & in l.qui liberis. §. hæc autem verba. in fi.de liber.& poſthu.per ea quæ not.Bar.in l.filiusfam.ff.de leg.j.volens quod Vicerector deputatus ab eodem domino ſicut rector, gaudeat eadem prærogatiua,& præeminentia,qua gaudet ipſe rector,cum ab eodem fonte procedant.& idem Ange.in l.prior. §.fi.ff.qui pot.in pig.haber.& Barb. in c.ſanè.in ij.in j.not.de offi.deleg.facit text.in l.j.C.de offic.vicar.& in l.j.C.de offi.eius qui vicẽ alter.iudi.gerit.& idem Decius in c.quoniam Abb.verſic.hactenus expedita ſunt omnia.de offic.delegat.vbi hoc probat,& Ang. Aret.in §.cum autem.verſi.& aduertis.initit. quibus modis ius patro.poteſt ſol.cum aliis per nos alleg.in tract.de autho.magni conſi.& Parla.in addit. tamen in hoc caſu iſte dominus Seneſchallus videbatur delegatus à principe ad ipſius locumtenentis generalis iuramentum recipiendum: † quia quando additur, vel detrahitur iuriſdictioni ordinarij iudicis per cõmiſſionem ſibi factam,videtur de ordinario fieri delegatus, argumen. l. ius ciuile. & ibi Pau. de Caſtr. & Moder.inſuper Iaſ.ver.iij.ff.de iuſti.& iure.& in l. j.§.ſi quis ſimpliciter. verſ. cum adiicit. & ibi per omnes,inſuper Alex.Franc.de Aret.Socin.Ioan.& Alciatus,num.lxiij.ver.ex ſupradicta regula.& Cialiaula ibi.ff.de verbo.obligat.per canoniſtas in cap.licet in corrigendis.& in c.pen.de offic.ordi. & Dominic.& Anch.& Philip.Fran.in vlti.nota.in c.cum aliquibus de reſcr.lib.vj. Et per Bald.& Paul.de Caſtr.in l.qui procuratorem.ff.de procu.per Ang.in l.& quia.ff.de iuriſdi.omn.iudic. & in l.cum qui.& ibi Franciſc.de Aret.de acquirend.hæredi.& per Bart.in ſua diſputa. incip.adunantia generalis.verſicu. contra.ibi,quinto ſic.& in l.ij.in fin.ff.de opt.legat.& Matthæ.de Mat. in ſingul.xc.incip. Nota quod vbicunque dominus committit cauſam iudici ordinario. & Bar.Bal.Paul. de Caſt.& Iac.de ſancto Georg num.xvj.in l.mor.& de iuriſd.omn.iudi.& Bal.& Paul.in l.ſi prætor.ff.de

offi.eius cui man.& Cæpol.Veronen.conſi.xvij.vol. ij.in prin.ver.circa primum dubium.& Iaco. Rebuf. in l.fin.in verticul.Et hæc faciunt ad quæſtionem.C. de agent.in rebus.lib.xij. & præcipue quando mandatur procedi authoritate mandatis. Nam omnia noſtra facimus quibus authoritatem impartimur. dict. cap. cum aliquibus. in quo eſt bonus textus in capit. ſi Apoſtolicæ.de præbend.lib. vj.& in l.j.C.de
6 veter.iur.enuclea.vt hic erat. † Aliàs non videtur ei de nouo dare poteſtatem,aut delegare : ſed veterem ordinariam excitare,d.c.licet.& ibi plenè Felin.& d. c.penult.& tenet Bertrand. de Monte Fauentio. in repeti.l.diem functo.ff.de offi. aſſeſſo. quam repetiit in Montepeſulano,qui fuit magnus iuriſta,quem refert & ſequitur Alberic.ibi,ver.hanc legem repetiit. & eum poſteà vidiſſe Cardinalem magnę reputationis in collegio Cardinalium.& ſic Alber.ſtuduit,aut
7 legit in Montepeſſulano.†Eſt communis opi.Doct. ſuprà alleg.eſt,quod dicatur delegatus, etiam ſi ſimpliciter fuerit commiſſus. Et ſic non erit eius iuriſdictio ſimpliciter exercitata. Et fecit Deciſ.Parlam. Pariſ.reddita per Gallum,quæſt.xcvij. Et iſta eſt regula, quæ faliit in ix.caſibus , quos vide per Felin.in d.c.licet.& Iaſ.in d.l.ius ciuile.& per Alciat.in d.l.j.§. ſi quis ſimpliciter.& per Feli.in c.eam te.ver.quarta
8 differentia.de reſcri. †Sed quando poteſtas ordinaria & delegata poſſunt in eadem perſona, & cauſa concurrere,& exerceri , vide per Felin. in c.cum ex officij.ver.circa glo.Inno. de præſcript.vbi ponit ix. concluſiones. & ita concluſum fuit in cauſa domini Seneſchalli de Laniis contra magiſtrum Carolum de la Barriere generalem locumtenentem, qui iuramentum præſtiterat in manibus locumtenẽtis particularis ab ipſo Seneſchallo , ſeu eius prædeceſſore, & non à rege deputati : quare ipſe de la Barriere debebat à denegatione ſibi perSeneſchallum facta,per appellationem, vel ſupplicationem curiæ porrigendum prouidere,l.fi.§.pe.C.de appell.& in authen. in medio litis non fieri ſacras tuſſio.§.pe. ideo malè ſibi accidit.Et latum fuit arreſtum xiij. Decembr. Anno 1521. per quod fuit iuramentum ſic factum pro non habito , & facto , ac prædictum ſuum officium exercere non poſſe quouſque debito modo ſacramentum prius præſtitiſſet,iuribus ſuprà queſt.ij.proxi.allega.

S V M M Æ.

1 *Locum tenens creatus à iudice loci , an præferatur creato à domino loci.& nu.3.& 5.*
2 *Locumtenens an poſſit alium facere locumtenentem.*
4 *Iudicem pedaneum poteſt maior index creare.*

Quæſtio CLII.

Sed quid ſi dominus alicuius loci creauerit vnum locum tenentem,& iudex eiuſdem loci alium locumtenentem , quis eorum præferatur.

DECISIO CLII.

1 ET † videtur quod is à domino fuit ordinatus , quia nullus poteſt facere locumtenentem ipſius domini loci, niſi ipſe.l.j.ff. de tuto. & curat. dat. ab iis. & l.j. §. à præfectis verò prætorio. ibi,ex mandatis principis.ff.de lega.iij. & ita tenet i-
2 bi Bald.per illum text.dicens etiam vnum locumtenentem alium non poſſe facere locumtenentem, arg.l.à iudice iudex. C.de iudi. & l.ſi Auguſtæ. ff. de
3 lega.ij.†In contrariumvidetur ſecundum eum,quod iudex ordinarius poſſit facere locumtenentem , vt auth.vt nulli iudi.§.& hoc verò iubemus,quę parum facit ad idem.l.j.C.de offi. eius qui vicem alterius.& in l.quidam ſunt. quæ eſt vltima. aliqui habent eam penult.C.de ped.iud.ſed loquitur in præſide,qui poteſt creare iudicem pedancum in ſubleuamen maiorum iudicum,prout †eſt in Montepeſulano , vbi tẽ- 4
pore vindemiarum conſtituuntur per baiulum & iudicem ordinarium vnus practicus ad cognoſcẽdum de cauſis concernentibus vaſa , ſeu barricas,& his ſimilia ſummariè,& de plano,nõ tamen quod ex hoc ſecundum Sali.in d.l.fin. ipſi maiores iudices prohibeantur cognoſcere de dictis cauſis vindemiarum, de quibus præfati inferiores creati cognoſcunt. l.j. C.de offi.præfecti vrb.& l.fi.ff.de iuriſdict.omnium iudi.cum aliis ibi allega.per Hippoly.de Marſi.num. ccviij.quod notatu conciuis deMontepeſulano,quivis eſſe iudex vindemiarum. † Quid dicendum? & 5
prima pars eſt verior de iure,ac ordinationib. Franciæ, quibus inhibitum eſt locumtenentibus creare alium locumtenẽtem,& data etiam eis faciendi poteſtate , præferendus tamen erit creatus à domino, cap.per tuas.de maior. & obed.& ibi per Doctor.& Felin.vbi adducunt plura in ſimili de doctore,& milite à Principe creato, quod præferãtur alteri creato ab inferiore.Accedat cap. ſi à ſede.de præben. lib.vj. cum aliis per nos alleg.in tracta. de authoritate magni conſilij &Parlam.Regni in magna addit.& quãuis proceſſus fuiſſet in duabus cameris partitus, tamen diffinitus & terminatus fuit in Tornella nemine diſcrepante pro locum tenente à domino facto, ſcilicet pro magiſtro Franciſco Mandat contra magiſtrum Simonem in Beaubras,ſe à iudice Dayſe prę tendentem deputatum locumtenentem. Et latum arreſtum vij.Septembris,Anno 1529.

S V M M Æ.

1 *Iudex ſi ob munus ſententiam ferat , punitur , & qualiter.nu.3.*
2 *Iudici , nec prõ abreuianda iuſtitia licet pecuniam accipere.*
4 *Iudex qui non detulit appellationi , qualiter puniatur & nu.5.*
6 *Iudex quando non debeat ad executionem procedere,etiam vbi non valet appellatio.*
8 *Iudex qui innocẽtem occidit,an debeat capite plecti,& num.9.10. & duodecimo.& quid ſi ex iracundia occidat.nu.11.*
13 *Condemnans iniuſtè non ad mortem , qualiter puniatur.*
14 *Condemnans plures etiam non ad mortem , tenetur lege Cornelia de ſicariis.*
15 *Condemnantium iniuſtè variæ pœnæ. & 16. 17.18. & 19.*
20 *Negligẽtia iudicis ſi quis moriatur,qualiter ſit ipſe puniendus.*
21 *Papa ob inſufficientiam, aut negligentiam non poteſt deponi ſecus in aliis.*
22 *Iudex qui accepit pecuniam , etiam ſi ante ſententiam pœniteat, tenetur.& nu.35.& 36.*
23 *Iudici quando liceat dare pecuniam,vel datam repetere.& nu.24.25.26.28.& 29.*
26 *Munera quantum ſint noxia iudicibus.*
31 *Sales duo quales eſſe debent in mente iudicis.*
32 *Magiſtratus quales eligendi.*
33 *Iudex qui recepit pecuniam ſiue fecerit,ſiue non, tenetur.*
34 *Iudex qui non accepit pecuniam, ſed pactus eſt, an teneatur.*

36 *Promissiones generales non obligant.*
38 *Donatio ob amicitiam quando reuocetur.*

Quæstio CLIII.

Iudex pactus cum aliqua partium mediante certa pecuniæ summa in eius fauorem sententiam proferre, qui statim præmittit, an teneatur ex illa pactione illicita.

DECISIO CLIII.

1 CErtvm est enim, † quod si iudex ratione alicuius dati, aut promissi sententiam dederit, ipse tenetur, iuxta authent.nouo iure. C.de pœna iudic.qui male iudica. Quia, inquit Valerius libro quarto, capitulo tertio in primo exterorum exemplo, Prætoris non solum manus à pecuniæ lucro, sed etiam oculos à libidinoso aspectu continentes esse debere. Et idem Paris de Puteo in tractat.syndic. in verb.iudices puras debent habere manus. & in titu.de offic. syndic.versic.iudices qui se committi.& singu.Lucas de Penna in l.iudices.C.de dignita.libro xij. & Ang. & Iason.in l.non dubium in princip. C. de testat. vt
2 infrà dicam. † Et hodie etiam non est iudici licitum pro expeditione iustitiæ breuiori administranda,capere pecuniam,vt tenet gl.in l.secunda.§.fina.quam ibi Barto.Bald. & Salic. & Alber.faciunt singul.ff.de condict.ob turpem causam.per text.in d.authentica nouo iure.& ibi idem Bart.& Ang.per text.in capit. qui recte iudicat.xj.quæstio.iij. Quod est contra nõnullos qui crebro petunt curiæ suos cum pecuniis (sine spe recuperationis fiendæ in casu in ordinationibus regis non expresso) expedire processus. Et sic tenet Bald.post Anton. de Pisis,quem ipse allegat in consil. cccclx.vj. incipien. proponitur quod dictus. vol.v. Tamen dicit de Neuza.in sylua. vers. adde etiam quod quando,quòd si tolerandum videretur aliquid capere de permissu principis, qui omnino non solet stipendia sufficientia officialibus ministrare,sed mutilare quod illud pauculum esset calcar expediendi causam, & partes minus fatigarentur perditione temporis, & expensis hospitij,vt de xenijs dicitur in l.solent.ff.de offic.proconsu.l.& legat.& infrà dicam.
3 † Alias iudex recipiens punitur,l.omnes.& ibi Felin. C.vbi leg.Iul.repetun.& l.quoniam iudices. C.de appellatio.& hoc pecuniariter d.authen.nouo iure.si in causa ciuili acceperit.Sed si in criminali, quando dolose, aut per imprudentiam iniquè iudicauit, pœna extraordinaria punitur, expressa in l.lege Iulia pecu. §.hodie.ff.ad l.Iuliam repetund. & ita Ioan.Fab.in l. à proconsulibus. C.de appella. & erit in arbitrio iudicis illam imponere, vt concludit Decius in c. de priore.in fin.de appellat.siue condemnatus appella-
4 uerit,siue non. † Et si appellauerit, & non detulit appellationi,tenetur,secundum Ioan. Fab. vbi suprà de vi publica.vt l.lege Iulia.in princ. ff.ad l.Iul.de vi public.& Doct. in l.fi. ff.de variis & extraord.cog.& Ioan.Fab.& Ang.Aret. instit.de oblig. quæ ex quasi delicto nascun.in prin.sed de iure canonico,qui non defert appellationi in causa criminali,deponitur: secus in ciuili,d.l.quoniam iudices.& l.iudicibus.& ibi Bald.distinguit.de appellatio.& d.c.de priore.& ibi Abb.Sicu.& Decius in fin.& c.decreto.ij.quæst.vj.& idem per illa iura tenet Bald.in l.aditos.C.de episco.
5 audien. † Tamen vult iudicem,qui non admisit appellationem condemnati ad mortem, teneri capitaliter,per illum text.& hoc nisi ex causa non admitteret appellationem:quia fortè erat periculum in mora. Tunc potest ad executionem procedere, & postea superiori scribere causam,quare non recepit. Et si illa causa est legitima, non punietur. Sin autem non reperiatur legitima, & debuisset appellationi deferre,tunc tenetur,l.si quis filio exhæredato. §.ij.autem. in fi.& ita per illum text.tenet ibi Paul. de Cast. post Bald.& Ioann.de Imol.ff.de iniust.rupto testa. †Sed 6
vbi periculum non esset in mora, tunc non debet ad executionem procedere, etiam si subesset iusta causa non recipiendi appellationem: sed debet expectare quod iudex ad quem, hoc pronuntiet, & remittat executionem ad ipsum faciendam. Et sic de stylo Franciæ, ac ordinationibus regis seruatur: & hoc quando à tali iudice appellari potest. †Secus videtur 7
in iudice,à quo in criminibus non appellatur, vt in ipsis præpositis Marescallorũ, à quib. nõ appellatur & si de facto appellatur, illa nõ obstante procedũt ad executionẽ,vt infrà dicam. †Et quod talis iudex,qui 8
condemnauit innocẽtem,debent capite plecti. tenet Bal.in rub.de pœn.iud.qui male iud.ver.quero qualiter debet iudex.& Sal.in l.fi.co.titu. vertic.sexto an iudex.& Bald.in l.j.versi. & aduerte, quia si iudex.C. ex delictis defunct.& Aquen. in l. vt vim de iust. & iure.& Ioann.Baptista in l.imperium.in fin. & ibi Franciscus Purpura.num.cxxxv. ff.de iurisdict. omn. iudi,volentes talem iudicem puniri de occiso, & etiam lege Iulia maiestatis,vt ibi per ipsos. †Hoc ta- 9
men erit (vt dictum est) in arbitrio superioris mortem tali iudici imponere, si prius suppliciam, iniquè & dolosè fuerit condemnatus,quod tenetur lege Cornelia de sicariis,l.j.in princ.& §.j.& l.Cornelia.in principio. & ibi Alex. in additio.& Hippol. ff.ad legem Corneliam de sicar.& latius Hippol.vt in l.quæstionis. ff.de quæstion. Aut minorem pœnam infligere,iuxta id quod deliquerit,vt dicit ibi textus, Bal.in l.presbyteri.versicu.adde quod habes. C.de episcop.& cleric. † Pro hoc text.clarus in l.Iulia.§. 10
hodie. ad legem Iul. repetun. vbi si iudex ob hominem necandum pecuniam acceperit, vel non acceperit, & calore inductus interfecerit innocentem, quem punire non debebat, capite plecti non debet, vel in insulam,vt plerique puniti sunt,& alternatiue. Et idem dicit Felin.in c.dilecti.versic.secunda declaratio. de exceptio. & Alexand.in additio. ad Bart.in d.§.hodie.& Lucas de Penna in d.l.iudices. versi.habeantur.& Paris de Puteo in tract.syndi.tit. de offic. syndi.versi.syndicatus etiam officiales habentes officium publicum.Et ille text.in d.§. hodie est mirabilis secundum Bal.& Doct.in locis suprà alle. †quod 11
iudex qui ex ira seu calore nimio aliquem necauerit, & occiderit,nõ moriatur morte naturali,sed deportatione in insulam: & sit melioris conditionis quàm alius non iudex ex ira interficiens: de quo dixi infrà in quæstione.clxviij.incip.aliud quidem dubium. num. xvj.& Angel.& Alexan.& Ias.in l.j.§.final.versicu.secundo arguit.ff.quod quisque iuris.& Ioann.Fab.in instit.de obliga. quæ ex quasi delicto.in princip.ver. quid si condemnauit,&c.† dicẽs quòd iudex qui ho- 12
minem iniustè condemnauit admortem per imprudentiam,tenetur pœna arbitrio iudicis imponenda, si absque dolo condemnauerit: sed si per dolum,tũc tenetur pœna legis Corneliæ de sicariis. Et ipsum ibi sequitur Angel.Aret. & idem Bar.in disputatione sua,Iudex qui per imperitiam iudicauit.& Ioan.Barbier.in suo viatorio iuris.titu.de homi. ver.restat videre. † Sed si ad mortem isto casu non condemnet, 13
sed alias in corpore condemnet, tunc publicari debent eius bona, sed non debet morte puniri, sed in

exilium mitti.tex.eſt in dicta auth.nouo iure. & hoc intelligo quando vnum hominem ſolum dolo condemnauit,vt loquũtur iura ſuprà allegata,vt intuenti
14 patet.†Sed vbi plures dolosè condemnauit, tunc te-
15 neatur leg.Corne.de ſicariis. †Et ſecundum hanc limitationem ita concluſum fuit contra quatuor iudices:primò,contra magiſtrum Ioan.de Saige,locumtenentem Seneſchalli Agennen. in ſede condomen. quod non dolosè quidem condemnauerat quendam ad mortẽ,quam bene meruerat, ſed appellationem eius non admiſerat, fuit condemnatus in emendam
16 ducentarum librarum Turonen. †Secundò contra quendam Baucier Mareſchallorum præpoſitum,qui non obſtante appellat. (licet ab eodem non poſſet appellari) tamen non erat de eius iuriſdictione, ſuſpendi fecerat condemnatum. Et condemnatus extitit in trecentis libris Turonen. & in aliis emendis.
17 † Tertiò contra quendam magiſtrum Iacobum etiam præpoſitum Mareſchallorum in Seneſchalia Landarum ſe dicentẽ:quamuis non eſſet:qui ſeptem mulieres de ſortilegio accuſatas iniuſtè & dolosè mori fecerat,aliquas earum cõburi faciendo: in quas nullã habebat iuriſdictionem: quoniam fuit decapitatus,&latum arreſtum die iij.Ianuarij,Anno Domi-
18 ni 1525.†Quartò contra Guidonẽ Sernille,etiam locumtenẽtem præpoſiti Mareſchallorũ in Xãthonia, qui pariter iniuſtè plures, atque plures, ſine poceſſu innocentes condemnauerat, decapitatus fuit Liburniæ,vt dixi in d.q. †Quintò,contra magiſtrum Ioan-
19 nem Fauret iuris Doctorem, & curiæ olim aduocatum,etiam Mareſchallorum præpoſitum,qui dominos originarios manentes cum vxoribus in ciuitate Martelli,qui poſt queſtionem nihil confeſſi fuerant, ſaltem quidam Baldare,ſuſpendi fecit : cuius ratione fuit idem Fauret priuatus dicto ſuo officio, & ad emendã condemnatus.Quia iſti prępoſiti Mareſchallorum(inquit Stepha.Bertrandus conſil. lxviij. nu. x.vol.j.)nonnunquam & ſæpè prætermiſſa iuris gra-
20 uitate torquere,& metũ inferre conſueuerunt. †Sed quando per negligentiam iudicis in iuſtitia non miniſtrata quis moritur, eſt text. in l.ſi quos.C.de officio prafect.orient.quod deponi debet.& gloſſ.Bald. & Card.Alexan.in c.j.§.iudices.de pace iuramen.firman.& per Doct.in locis ſuprà allega.& in l.iudices. C.de epiſc.audien.Quod tamẽ factum non fuit procuratori loci de Noutron, ſed ad emendam condemnatus. † Papa tamen ob inſufficientiam,vel negli-
21 gentiã deponi non poteſt,licet alij ſic.l.ſed &reprobari.ff.de excuſ.tut.vt tenet gl.in c.j.verſ.inſufficientem.de renunt.lib.vj.&Marti.Laud.in tract.de princi.§.ccccvij.& glo.in c.j.§.quod ſi ij ad quos.in verb.
22 neglexerint.de concubin.in prag.ſanct.†Sed ſi ante ſententiam iudex pœnituit , tunc ſi acceperat pecunias adhuc tenetur,vt l.iij.§.illud.ff.de cond.ob turp. cau.Si igitur acceperat, vt negotium faceret, ſiue fecerit,ſiue non fecerit,tenetur,l.j.ff.de calum.vbi Bal. dicit per illum text.& in l.j.§.beſtias.ff.de poſtulant. ita fuiſſet Florentiæ determinatum,contra quendam qui in officio commiſerat barratariam,& re integra pœnituerat:& hac pœnitentia ſibi nõ profuit.Quod dictum facit ſingula.Rom.in ſuo ſingul. cccxxx.incipien.iudex accipiens pecuniam.Et idem dicit Balan l.ij.§.fi.ff.de condictio.ob turp.cauſ.& in dicto conſ. ccccl xxvij. vbi diſtinguit, ſequendo Anton.de Piſis.
23 †Quę diſtinctio eſt ſingularis,quando quis vult ſcire quando ſit licitum dare iudici. Aut enim vult dare pecuniam ob ſuæ cauſæ deciſionem,quod non licet: & datum olim poterat repeti, ſed cauſam perdebat: ſed hodie repeti non poteſt , quia pecunia per iudicem accepta debet applicari parti aduerſæ , d.l. iij.§. illud.ff.de condi.ob turp.cauſ.& ſic per illum tex.tenuit Rom.in ſing.cccxxxj.aut fiſco applicari,l.Luci⁹. ff.de iure fiſc. & Abbas Sicu.in cap. cum ab omni.de vita & honeſta.cleri. † Aut quis dat iudici ad ipſum 24
corrumpendum,&non poteſt repetere,& nihilominus perdit cauſam,l.j.C.de pœna iudi.qui malè. Aut dat ad amicitiæ acquiſitionẽ, & poteſt dare vſque ad eſculentum & poculentum, l.plebiſcito. ff.de officio præſid.& l.ſolent.§.fi. de offic. proconſul.& legat.& ſic per ordinationes regias eſt permiſſum , dum tamen intra dies paucos prodigantur, id eſt conſumãtur,d.l.plebiſcito.& c.ſtatutum.§.inſuper.de reſcrip. lib.vj.neque enim omnino,neque ſemper,neque ab omnibus accipere debẽt,vt dicitur in d.l.ſolent.nam valde inhumanum eſt(vt inquit tex.ibi)à nemine accipere,ſed paſſim, & ſine delectu viliſſimum , & per
omnia auariſſimũ. †Quamuis hodie etiam encenia, 25
aliàs xenia,id eſt,eſculentum & poculẽtum accipere licitum non ſit, auth. ſcriptum exemplar. & in auth. vt iudi.ſine quoquo ſuffra.& gl.in §.fi.in verſi. repetundarum.inſt.de publi.iudi.& dixi in tractat.de authoritate magni conſilij,&Parlamenti.regni,& alibi ſępè,vel etiam vſque ad centum aureos ratione amicitiæ.l.eadem.in fi.ff.ad leg.Iul.repet.& Henri.Bohi. in d.c.cum ab omni verſic.ſuper eod.c.vbi rationem
reddit ibi.†Quoniam inter quatuor quæ humanum 26
iudicium peruertunt,de quibus in c.quatuor xj.quæ. iiij. potiſſimum munera corrumpunt. & nullum eſt officium tam ſanctum,neque profecto tam ſolenne, quod auaritia comminuere atque violare nõ ſoleat. Tullius in oratione pro Milone, Munera enim & dona excæcant ſapientes, & ſubuertunt verba iuſtorum.Exod.xxiij.cap.& Pſal.xxv. in quorum manibus iniquitates ſunt,Dextera eorum repleta eſt muneribus.Eccle.xx.ca. Xenia & dona excæcant oculos iudicum.inde illud Galteri deCaſtillono:Munus enim à norma recti diſtorquet acumen iudicis.& terra vo luit caligine mentem & alibi Venditur arbitrium, dum ex alio initur ſumptus. Pane tuo veſcere liber eris.Et Henri.Sammaren. lib.j.Par.ij. Deuiat à vero corruptus munere iudex , Falcidiumque facit impia Gaza pium. Iudex ergo prædicta, atque illam Ciceronis,li.de off.ſententiã mente repetat.inquit enim, Caput autem in omni procuratione muneris publici eſt,vt omnis etiam minima auaritiæ fugiatur ſuſpicio. vtinam inquit Caius Sauinius , ad illa tempora me fortuna ſeruaſſet,quibus Romani decipere dona cœpiſſent.non enim fuiſſem paſſus eosdiutius imperare. Et ſi forte munera ipſa aliquando iudicis animum penitusnon corrumpunt,ſaltem placant,iuxta illud Naſonis:Munera crede mihi placant hominẽſque deóſque : Placatur donis Iuppiter ipſe datis. Ita Maria.Socin.in tractat. de viſita. cum aliis per eum alleg. Vtinam tamen illam paganicam & auream l. ſolent.ſeruarent iudices,& magis atque etiam magis cap.cum æterni tribunal de iudi.lib.vj.& plenè Matthæ.de Afflict. in conſut. Neapoli. titul. de offic.capita.nu.xxviij. †Aut dat iudici ad amicitiæ retentio- 27
nem,& poteſt,ſi eſt vxor,vel conſanguineus ad centum aureos vſque l.j.& l.eandem. §.fin.ff.ad leg.Iul. repetund. Sed an iſta poſſint reuocari,dicam infrà ante finem. †Aut dat ob remunerationem iudici or- 28
dinario ſalarium non habenti de publico, & poteſt dare xenia,dict.authent.ſcriptum exemplari.& gloſſ. in d.l.plebiſcito.d.c.ſtatutum.§.inſuper & gloſſ.in §. vt omnia.in verb.conſuetudinis.cum ſeq.de electio. in prag.ſanct. † Et intellige quando eſculentum,& 29
poculentum eſt mera liberalitate oblatum,vt ibi dicitur:

citur:ita quòd ſecundùm glo.in d.§.inſuper. non ſit exactum,vel petitum directè, vel indirectè, ca. dilectus.in ij.ad fin.de ſimo.de quo vide Purpu.in l.quędam.de offic.aſſeſ.nume.clxxiij.ver. quinimo decretum.cum verſic.ſecundò exigit.& de Neuiza.in ſylua nupt.ſed Deus nouit quanti ſunt in mundo petētes: ac profectò maiora. Tamen eorum conſcientiæ eſt relinquendum.Pro quo dicit Lactan.lib.vj.quem refert Purpur.loco proxi.Quoties hominum patrimonia in res ſuperfluas prodiguntur: hinc factum quòd menſam multi tenent ad hæc edulenta & poculenta
30 conſumenda. † Et hodie is dicitur magnificus, qui magnos facit ſumptus:vt per Philoſ.primo. Ethic.& dixi in quæſt.ccxxij.inchoan.ſecretarij,ſiue notarij,&
31 patet intuenti. †Quare in mente iudicis debent eſſe duo ſales:ſcilicet ſal ſcientiæ,ne ſit inſipidus: & alius ſal conſcientiæ,ne ſit diabolicus, vt dicit Bald.in l.ij. C.de ſenten.ex breuicu.recit Iaſ. & Iac.de ſan.Geor. in l.rem nouam. verſic. not. ſubtiliter.C.de iudic.& Franc.Purp.de offi. aſſeſſo. nu.xlix.& Barb.in c.quoniam.§.in aliis.vt lite non conteſt.pe.Neuiza,in Sylua nup.verſi.debet enim iudex. & alibi dixi. & ideo Eccle.vij.poſt principium ſcribitur: Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua. Accedant notat. per Bald.in conſi.lvij.incip.præmiſſis verbis.vol.j.& hodie tanta irrepſit cupido, quod dominis hodiernis non placēt niſi quæſtores: per phas & nephas ideo plerunque ruunt. Quod digne præſenti tempore deplorat eccleſia,vt inquit Cin.in l.nolimus,quem ſequitur Bal. C.de teſta.& Iac.de ſanct. Georg. in l.quicunque.in primo not.C.de procura.dicens etiam, quod nititur in vetitum damnata ſemper Cupido. Alle.Bal.in au-
32 then.ſi qua mulier.C.de ſacroſan. eccleſ. †Eliguntur ergo magiſtratus & conſiliarij ſapientes,diuites,nobiles,& timentes Deum, & non cmentes, & procurantes officia, vt dicit Alber. in authent.præſules.C. de epiſc.& cleric.quam authent. aliqui libri non habent,vt refert Mar.Lau.in trac.de offi.prin.§.xxviij. pro hoc bon.text.in l.ad ſubeunda.C.de decur.lib.x. & Io.Fab.in proœ.inſtitu.§.cumque Deo.in glo.hic interpono.Tamen Ludo.Bolog. in d.l.iij.§.j.in primis interpreta. quamuis de Bald. ibi nullam faciat mentionem:ſed bene de Roma.in dicto ſingul.330.
33 qui † voluerunt, quod iudex qui recipit pecuniam ſiue fecerit, ue non,teneatur:limitat verum quando non reſtituit pecuniam acceptam. Sed ſi reſtituerit pecuniam quam receperat pro ſentētia ad commodum dantis ferenda,non teneatur: quia text.ibi non probat contrarium,vt ibi per eum:quod intellige,vt
34 infrà dicam. †Ergo idem videtur,ſi iudex pecuniam non acceperit, ſed ſolum depactus eſt,id eſt,turpiter pactus eſt,vt dicit tex.in d.l.iij. §.ſi igitur. verſic.hoc edicto tenetur,quod per pœnitētiam euitetpœnam. per l.qui falſam.ff.de falſis.& d.authen. nouo iure.in
35 princ.†Sed contrarium,quod non vitet pœnam, tenet Alb.in d.§.ſi igitur,quem legit cum l.qui etiam. pro quo facit text.in l. Imperator Seuerus. ff. de iur. fiſc.ibi.tenet. & ſentit gl.in d.c.qui recte iudicat.xj. q.iij.& in d.authen.nouo iure.ibi,ſed qui accepit,vel promiſſionem ſuſceperit,&c.Et licet in caſibus prędictis,ac in noſtro magiſter Ioan. Prohes locum tenens generalis Seneſchalli.Lemouic. in ſede Lemouicarum petierit certas miſſas, & expenſas per eum factas,& ſibi fuiſſent in genere oblatæ,tamen non in ſpecie de certa ſumma, prout text. requirit in d.§.ſi igitur.& in d.authen.nouo iure. & ita tenet ibi Bald. de illo qui tentauit,&non peregit,arg.cap.perpetuò & not.ibi per Ioan.And.in nouel.de electio.lib.vj.& hoc quando non fuit ob hoc ſecuta ſententia: quia ante probationem pœnituit:ſecus ſi lata fuit ſententia iniqua ratione dationis, vel promiſſionis certæ. & ita loquitur d authentic.nouo iure.vt faciat ad rubrum,de pœna iudic.qui malè iudic.Et ſic tenet Bal. in conſilio cccxc.vol.iij.quamuis de hoc dicto multum dubitet Hippolyt.de Marſil. in ſuo ſingu.cxc.tamen certum,& non incertum ſequendum eſt: quoniam incertum pro non promiſſo habetur,l.ita Iulei ff.de iure fiſci.& voluit Bald.in conſ. xlviij.volumin.j.
†Vnde ſi iudex ob promiſſionem,vel dationem non 36
fecerit,ſed pœnitentia ductus cum peritorum conſilio ritè tulerit ſententiam, fortè contra dantem, & illa lata pecuniam reſtituerit, quod tunc iudex non teneatur.Et ita intelligit Lud.Bolog. in d.§.ſi igitur. & iſta eſt opinio benignior, ideo amplectenda: vt reg.in pœnis.de reg.iur.in vj.Sed promiſſiones partium non cadunt in aduocatos ſcientes dictum Ioan. Ant.in addit.Spec.tit.de aduoca.§. hic dicendum. in addi.inci. pœnam dicit Guliel. Anglicus, quod vna de cautelis a luocatorum eſt,quod non credant promiſſionibus magnatum,l.j.§.ſimilique modo in c.ſi. C.de lati.libe.tol. Dicuntur enim ſimplices illi qui credunt ſuaſionibus,vt dicit Bal.in l.j.in princ. C.ne
filius pro pat.†maximè ſi ſunt promiſſiones gene- 37
rales,quæ non ligant pœnitentem.cap. veni. ent circa medium.ibi,faceret quod ſibi placeret. & ibi Doct. de inſt.vbi Doct.allegāt illud vulgare Italicum,quod multos decipit,Io ben faremo. & idem apud nos dicitur, Ego ſatisfaciam & recompenſabo vos bene, non curetis.Quæ verba ſecundum Card. Zabarel. ibi ſeruiunt de vento,& ad complacentiam prolata,quę non inducunt obligationem, vt ibi, & in l.non epiſtolis,& l.non nudis.C.de proba.& de Neuiza.in ſylua nupt.ver.caue tamen a curialibus ne te decipiant, ſolentes pudorem tegere hoc reſponſo pro ſimili,
cum aliis per eum alleg. †Et ſic donatio in amicitia 38
facta ſemper poteſt reuocari: vt tenet gloſſ.in l.j.in princ.ſuper verbo,liberalitatis, ad fin.ff.de precario. quam intelligit Iaſo.in l.iij. §.ſi liber. in ix. not.ff.de condictio.in ſcb. quando talis donatio fuit facta ſecundum tex.in d.c.cum veniſſent,quando quis amico aliquid requirenti,reſpōdit,Ego dico,non ſolum illud, ſed omnia quæ habeo, quoniam iſtud eſt donare in amicitiam, quia ſic reſpondetur verecundæ amicitiæ:quod poteſt quandocunque reuocari, cum ad nihil obliget.vt ibi per eum: pro quo videtur tex. in l.ſi vero non remunerandi. §. cum quidam talem epiſtolam. ff. mandat. & ibi gloſſ. dicit hanc commendationem eſſe honorem verbalem:quem faciūt Bononienſes,licet videatur text. in l.j. §.iuſſum ibi, quodcunque voles.ff.quod iuſſu. & gl.in l.ſi.ver.ſpecialiter.in fin.C.quod cum eo qui in aliena poteſtate. quod illa verba importent iuſſum, & ſic obligationem.hoc reſpectu patris,vel domini iuſſum aut mādatum facientis: quod teneatur ex contractu per filium,vel ſeruum celebrato: aliter non,vt dicit Petr. Iac.in ſua praxi.tit.de condi.ex leg. quæ pro re dona. competit.verſi.quintò eſt notandum. & idem eſt ſecundum eum ſi dono tibi domum,vt ea vtaris volūtate mea.l.Lucius.ff.de donatio. ſed ſecus eſt in venditione facta in amicitiam pro certo pretio:quia nō poteſt reuocari ſoluto pretio,quoniam illa verba,in amicitiam, tunc importabunt, quod venditio caret omni fraude,& quod res vendita eſt, bona & ſincera fide,vel importabunt redemptionem poſſe fieri pro eodem pretio,& ſic pactum de retrouendēdo. quod not.& iſtud credo verius. Ideo curia non habuit to-

taliter reſpectum ad illud certamen promiſſionis, ſed propter denegatam iuſtitiam: quia noluit audire partem, nec eius recipere teſtes: propter quam tenetur ſecundum Sal. in l. fi. in iij. quæ. de pœna iud. qui malè. & aliis iuribus ſuprà alle. & Iac. de Bellouiſu in tract. criminali. tit. de fuga. reorum. verſi. ſed nunquid propter corruptionem. Ideo fuit dictus locumtenēs in emendam condemnatus centum librarum Turo. cum expen. erga Antonium Gorin Florentinum, nunc ciuem Lugdunenſem ob damna quæ paſſus fuerat, in quibus damnis & intereſſe debet iudex habere æquitatem præ oculis, & iudicare ex coniecturis. l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco & Bartolus, Baldus & Salicetus in l. vna. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt profer. & Baldus in conſil. cclx. incip. ad euidentiam verſiculo item iudex, volumine iij. Et latum fuit arreſtum die xx. Februarij, Anno Domini 1521.

SVMMÆ.

1 *Procurationis literas afferens, an probare debeat ſe eſſe illum qui ibi nominatur. & nu. 3. & 7.*

2 *Stigmata non faciunt quem militem, ſed talem præſumi.*

4 *Notary inſtrumento in longinquis regionibus facto, an credatur.*

5 *Inſtrumentum in peregrina regione quomodo caute fiat.*

6 *Procuratorium, an probetur ſolo ſigillo prælati.*

8 *Procuratorem ſe probare volens per teſtes ſine inſtrumento an audiantur.*

9 *Obligationis inſtrumentum afferenti, an teneatur debitum ſoluere.*

Quæſtio CLIIII.

Aliud ortum fuit dubium, quando vnus de longinquo veniens & procuratorem ſe afferens, & de literis procurationis docens, ſit admittendus, & recipiendus tanquam talis, quamuis non doceat ſe eſſe talem.

DECISIO CLIIII.

1 

T † dicendum eſt, quòd ſic, nec tenetur docere ſe eſſe talem, vt voluit Azo in ſumma, Cod. de fide inſtrument. verſicul. ſed quid ſi proferatur charta. & Hoſtien. in ſumma, eod. titu. & Specula. in ti. de inſtrumētorum editione. §. reſtat. verſicul. ſed quid ſi producitur, dummodo tale inſtrumentum nō ſit raſum, nec abolitum, aut cancellatum. Quod dictū refert & ſequitur Zabarel. in clemen. j. in j. q. de probatio. & Ancha. in c. cum deputati. verſi. vj. not. de iudi. allegat quod no. Cin. in l. ſi qua per calumnia. vbi ita tenet in verſi. ſecundum dubium. C. de Epiſc. & cler. & in l. ſi procuratorem abſentem. ff. de procurat. & ipſum ſequitur Barbat. in d. cap. cum deputati. ver ſi & dicit Petr. de Anch. qui pro hoc allegat text. quem ad hoc dicit eſſe elegantem. & ibi Bar. in l. ſtigmata. C. de fabricen. lib. xj. & quod voluit Bald. in d. l. directis. C. de manumiſ. teſtamento, in quibus locis vo-

2 lunt Bartol. & Bald. †quod licet ſtigmata non faciāt quem militem, ſed authoritas militantis adiuncta ſtigmatibus, d. l. ſtigmata. & l. decernimus. Cod. de aquæductu. tamen beneficiunt præſumi talem qualis per ſigna demonſtratur. Nam ex actibus frequētatis præſumitur habitus, cap. ſi iudex laicus. de ſenten. excommun. lib. vj. & l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. Et ex eorum remotione præſumitur quis dignitatis ſubſtantiam non habere: vt l. ſi quis ignorans. ff. loca. Barto. & Salicet. & Mod. in l. ſi quis inticiatus. ff. depoſiti. & in l. ſi quis in ius alterius ff. de regul. iuris. & Bartol. & Bald. Alber. in dicta l. ſi procuratorem. & ibi Ange. in ij. q. †ex quo enim ſecundum ipſos cōſtat de procuratorio legitimo, non eſt opus alia probatione per ipſum procuratorem ad ipſum talem eſſe facienda. Et ita pluries dicit ibi Ange. vidiſſe iudicare, & ſentit Bald. in conſil. cxciij. incipien. illæ rationes faciunt. volu. ij. & ſingulariter Alexand. in conſ. lxxviij. verſi. quia reſpondeo primo. volu. v. cum aliis per eum allega. & Sign. de Homed. conſ. cviij. ver. venio nunc ad ſecundum. & idem Albe. in d. l. ſi qua per calumniam. in fi. & ibi etiam Bal. ante finem, & verſi. vltimo inducitur hæc lex. quidam Theutonicus venit ad hāc ciuitatem Peruſij. Et idem Paul. de Caſtr. in l. Mæuia, in prin. verſic. item quæro quid ſi penes te reperiatur inſtrumentum. ff. ſol. matri. & Ioan. de Imo. in clemen. j. verſicu. an opiniones de quibus de probatio. & Maſuer. in ſua praxi. tit. de procur. verſicul. ſed quid ſi pars aduerſa. & Felin. in c. coram. verſic. dubium. de offic. delega. †& ibi ponit 4
quid de teſtamento in longinquis regionibus recepto per notarium qui negatur notarius. & alleg. Angel. in authen. de tabellio. & plenè Paul. de Caſtro in conſil. cccxciij. incipien. videndum eſt vtrum fides ſit adhibenda volum. anti. in quibus locis Ange. Paul. & Felin. ponunt, an litera teſtimonialis officialis, vel poteſtatis, at teſtans illum fuiſſe notarium, probet illum eſſe notarium: & tenet quod ſic, & Matthæ. de Afflict. in Deciſi. Neapol. cclj. de quo dixi ſuprà in q. xxxvj. & idem Alber. in rubr. C. de fide inſtrumento. in prin. ver. ſed quæro in cauſa. vbi in hoc dicit, quod quicquid tamen ſit ſcripto, vidit in iudicio ſeruari, quòd tali inſtrumento prima facie non credebatur. ſed aut mittitur ad iudicem loci, vnde eſt ille qui cōfecit inſtrumentum, vt reſcribat ſi ſit tabellio, vel nō: aut probatur eum eſſe in quaſi poſſeſſione notariatus per alia inſtrumenta per eum confecta, ne aperiatur via inſtrumentis falſis, vt ibi vide per eum, & Hippol. ſingulari: dlxxxvij. qualitas extrinſeca. in fine. †Sed ad hoc tollendum Ang. in d. authent. de tabel. 5
dat bonum conſilium, dicens (propter gloſſ. in verſi. ipſos per ſe, in fin. quæ innuit inſtrumētum eſſe cautius, cum multa ſint in eo ſigna diuerſorum tabelliorum) quem debere eſſe cautum, cum facit cum aliquo forenſi contractum, quem mittere oportet in partes extraneas, quod illum ſcribi faciat per publicum tabellionē, & ſubſcribi per tres tabelliones honeſtos, & ſignari eorum ſignis, ac hoc vt negari non poſſit inſtrumentum eſſe ſcriptum manu notarij. & ſequitur Cæpo. caute. liiij. aliàs lxxviij. inci. ſi aliquis habeat contrahere cum aliquo forenſi. & vt ſuprà tenet Fel. in c. poſt ceſſionem. verſi. fallit. vj. de probat. qui alleg. Rotam. in nouis Deciſio. clij. aliàs eſt deciſ. xij. titu. de procur. incip. valet procuratorium ad cauſam ſolo ſigillo Epiſcopi, vel alterius prælati ſigillatum, ſine ſubſcriptione notarij, vel teſtium. † quamuis Fe'i. not. in c. j. verſi. & adde quod ſi opponeretur inſtrumento delato de partibus remotis &c. de fide inſtrum. velit quod teneatur probare ſe procuratorem, ſi res ſit magni ponderis, & præiudicij, ſequendo Io. And. in addi. Spec. in tit. de inſtrumen. edit. §. reſtat. Tamen præcedentem tenet ſing. Hippolyt. de Marſi. in l. ſi quis quæſtione, nu. clvij. verſi. quæro vlterius poſt prædicta. ff. de quæſt. vbi hanc opin. probat latiſſimè, & Cæpol. Veronen. in conſi. xj. verſi. &

pro

pro hoc adducitur. & in dicta cautela ſua liij. ſi aliquis haberet contrahere cum aliquo forenti,vbi ponit aliam cautelam, ſcilicet de litera teſtimoniali iudicis loci celebrati contractus,teſtificante, illum qui recipit inſtrumentum eſſe,& eſſe notarium, &c. &
7 iſta tutior. † Tamen vt ſupra fuit concluſum contra dictum locumtenen.qui ordinauerat,quod procurator dicti Goudin probaret quod eſſet ille in procuratorio nominatus. Cum non eſſet neceſſarium,ex
8 quo procuratorium erat authenticum. † Aduerte ſi non haberet procuratorium in ſcriptis,& vellet probare per teſtes ſe eſſe procuratorem, quod non admittitur,ſecundum Bar.Alex.& Iaco.de ſan. Georg. in d.l.j.C.de procu.& in d.l.ſi procuratorem.de quo per Doct.ſuprà alle.& plene Fran.de Aret.in d.l.j.de procu.qui diſtinguit,vt ibi per eum & Barb. & in c. cum in iure peritus.num.ccccxxvj.de offic.deleg.& dixi in quæ.cclxxj.inci.venditio,aut debiti receptio. Et not. quod ſi obligationis inſtrumentum portet, quod illius delatori ſeu portitori debitor ſoluere teneatur, vt communiter fit in inſtrumentis Pariſiis confectis,tunc non requiritur alia probatio,vt tenet Io.Galli.in ſuis Deciſio.q.iinj.& dixi in d.q. & alibi ſæpe.Sed an per productionem inſtrumentorum ad cauſam facientium inducatur probatio mandati, vide glo.in l.fina.C.de pact.conuentis. & ibi per Doc. & Bar.in l.vulgo.ff.de adminiſtra.tuto. & Bal. in d.l. j.de procur.Bald.Imo.Barba. & Felin.in d.c. coram. & Roma.in ſingu.dclxxix.incip.nunquid per productionem.& in conſi.cccclvj.incip.prius propoſitæ.& Iacobus de ſancto Georg.in d.l.j.in fin.de procur.& Hipp.in d.l.ſi quis ne,nu.clxx.de quæſt.

SVMMÆ.

1 *Subſtitutionum gradus qualiter numerentur.& nu. 4.& 6.*

2 *Relatio in verbis teſtatoris non ſemper ad ſola proximiora refertur.& nu.5.*

3 *Nepos venit appellatione liberorum, non appellatione filij.*

7 *Matrimoniale pactum eſt teſtamentum.*

8 *Hæreditatem deferri ex contractu matrimonij, vel ex teſtamento multum intereſt.& nu.10.*

9 *Teſtamentum annumeratur inter contractus large.*

11 *Diſpoſitione,aut conditione quem cõtinere,multum in ſucceſſione intereſt.& nu.12.& 13.*

14 *Conditione tantum quando quis dicatur poſitus. & nu.16.& 18.*

15 *Diſpoſitione tantum quando quis dicetur continere.*

17 *Conditionalia verba non important diſpoſitionem.*

19 *Filij hæredis quando videantur in diſpoſitione teſtatoris contineri.*

20 *Sed,dictio iuncta dictioni,&.*

21 *Conditioni inſerta, an cenſeantur inſerta diſpoſitioni.*

22 *Subſtitutorum, an cenſeantur ex ſubſtitutione vocati.*

23 *Memoriæ fidentes ſæpe decipiuntur.*

24 *Conſilius Doctorum plus creditur, quàm lecturæ.*

25 *Perfectus non poteſt quis eſſe in ſcientia legali, ſicut in aliis.*

26 *Filij facientes deficere fideicommiſſum, an veniant ab inteſtato cum filiabus.*

27 *Opinionum ſtante varietate, quid ſequendum.& nu.28.*

29 *Teſtandi conſuetudo in aliqua progenie, an ſit ſeruanda.*

Quæſtio CLV.

Gaillardus de Duroforti contraxit matrimonium cum Ioanna de Lomagne, in quo fuit dictum & conuentum, quod maſculus primogenitus(verbis vulgari Galconio ſequentibus) ſuccederet. Item *qu'en cas que d'aqueſt matrimony ſaccedes entre ledict Monſieur de Duras, & ladicte noble Ioanna Soser vina enfans maſcle aldit monſieur de Duras, ou enfans maſcles, que ledict enfant maſcle nat d'aqueſt matrimony no fos apte, ſi aqueſt premier nat more ſans enfant maſcle apte à ſucceder de ſon corps de loyal matrimony procreat,o l'enfant maſcle de luy more ſans enfant maſcle apte à ſucceder de ſon corps loyal matrimony, que en aquel cas,on en aquels cas lo ſegond apte à ſucceder nat d'aqueſt matrimony dudict monſieur de Duras,ainſi comme deſſus eſt dict dei premier,&c.* Ex prædicto matrimonio procreatus extitit Gaillardus eorum filius: & ex illo ſecundo Gaillardo alius Gaillardus tertio loco ſic dictus. Ex quo tertio Gaillardo deſcendit Ioannes de Duroforti ſtrenuus miles, qui ex ſuo primo matrimonio habuit Franciſcum de Duroforti cum duobus aliis maſculis. Et ex ſecundo matrimonio cum domina Catherina de Fuxo contracto habuit vnum nomine Ioannem Iaques de Duroforti, cui fecit, & dictæ Catherinæ plures tam mutuas quam propter nuptias donationes,ac in augmentum dotis,quasquidem donationes prædictus Franciſcus ex primo matrimonio progenitus,tam ex conuentione, & pacto prædicto,quàm etiam ex alio ſimili pacto in contractu matrimonij dicti Ioannis eius patris,& Ioannæ Augeniæ matris ſuæ inito dicit,& prætendit nullas eſſe,& nullius efficaciæ exiſtere Quæritur primo an ſint quatuor gradus in dicto pacto ſubſtitutionis comprehenſi. Secundo an iſte Franciſcus deſcendens in recta linea gradatim, & ſucceſſiue ex dicto Gaillardo primo videatur eſſe expreſsè vocatus, ex illo pacto ſeu fideicommiſſaria ſubſtitutione,an conditionaliter poſitus.

DECISIO CLV.

ET † quò ad primum dubiũ, 1
dico breuiter quòd non ſunt niſi duo gradus: quod clarè patet ex dicto pacto ibi, *Item qu'en cas que lo premier nat. &c.* vſque hic, *o l'enfant maſcle de luy.* & hic eſt ſecundus, & vna oratio & clauſula perfecta, quæ tota debet capi,& non profectò in partes diuidi, cum ſit per ſe principaliter ſub vno verborum conſtructu poſita, vt in ſimili vult Bar.quem ibi ſequitur Bartho. Soci. in l.ſi.ff.de rebus dub.& in terminis noſtris ita tenet Cornel.conſilio lix.incip. diu poſt conſilium redditum, in principi. in litera B, volumine ſecundo, quæ clauſula ſubſtitutionum ſolum importat primam,ſi primogenitus decedat ſine maſculo apto,ex ſuo corpore, & matrimonio procreato,ſecundo vbi maſculus ex eo moriatur ſine maſculo habili ad ſuccedendum ex ſuo corpore, & legitimo matrimonio procreato, quòd in eo caſu vel caſibus ſecundò genitus ex iam dicti Gaillardi matrimonio habilis ad ſuccedẽdum procreatus ſuccedat: ſicut dictum eſt de primo,& hoc quò ad ſuperficiem verborum. † Et ſe- 2
cunda clauſula ſubſtitutionis:vbi maſculus ex eo,&c. debet referri ad filium primogeniti, ſi decedat ſine maſculo &c.text.in terminis noſtris quò ad iſtam & ſecundam quæſtion.in l.Lucius in ij.ibi,ex ſe natum & c.ff.de hæredib.inſti. quem ibi faciunt Bal.& Imo. ſingularem:quod licet illa verba,ex ſe natum, videãtur loqui de immediato tantum filio,tamen ſecundũ eos porriguntur ad vlteriores filios: patet in concluſione illius l. dũ dicit, deceſſiſſet ſine liberis relictis, & propter ſuadentem rationem naturalem, ſecundum Ange.& Imol.quæ imitat ad hæreditatem deſcendẽtes,& agnatos:allegant Bar.in l.liberorum. ff. de verb.ſignif.vbi dicit,quod nomen filij appoſitum in conditione extenditur ad nepotem.iſtud vltimum non videtur ſine dubio. Nam ipſe Bald in conſi.lxxj.

leg.j.ſignanter,cum dixit maſculis,vt in ij.parte con-
15 traria dicetur. † Sed poſiti in diſpoſitione dicuntur, quando facta fuit de ipſis expreſſa mentio: veluti ſi pater in teſtamento,aut contractu matrimonij dicit, quod inſtituit primogenitum, vel primogenitus ſit hæres: & poſt eius mortē eiuſdem filium, aut filios maſculos voluit eſſe hæredes.Et ſi primogenitus decedat,vel eius filij ſine maſculis,ſubſtituit ſibi ſecundogenitum,& eius filios maſculos. Aut dicit, quod eius bona veniant ad ſecundogenitum, ſi tunc viuat: aut ſi non viuat,ad eiuſdem filium,aut filios. Et ſi ſecundogenitus decedat ſine liberis maſculis,ſubſtituit ſibi tertiogenitum, & eius filium vel filios maſculos vel quod bona ſua ei reſtituantur,ſi tunc viuat, aut ſi non viuat,eius filiis maſculis,& ſic de aliis. Iſti enim filij dicuntur expreſſe,&nominatim vocati,ex diſpoſitione teſtatoris, vt eſt in caſu noſtro, & illorum de Montepeſato.Et in quo non eſt dubium, ſecundum Alex.conſil.cxcviij.nu.ij.lib.vj.& Iaſ.in d.con. lxxix. num.j.vt infra dicam.Sed ſi dixerit,& caſu,quo erunt plures maſculi & fœmellę,quod primus maſculus ſit ſemper hęres:reliqui vero dotentur iuxta facultatem bonorum,&c.Et de hac quęſt.ſeparatim infrà dicam
16 poſt iſtam terminatam. † Et veniendo ad quæſt.videtur quod iam dictus Franciſcus poſitus fuerit in conditione,& non in diſpoſitione, vt patet ex clauſula ſubſtitutionis, ergo non ſuccedet ex teſtamento aui, licet poſſit ab inteſtato capere eius bona, vt voluit gl.in d.l.Lucius,& in l.ſi quis ita hæres. & in l. ex facto.de hære.inſtitu.Et iſtud etiam probatur per tex.in d.l.generaliter.ibi,omni penè fructu paternæ,
17 & ibi Fran.de Are.in iij.no.C.de inſt.& ſubſt.† quoniam verba conditionalia non importāt diſpoſitionem, l.ſi quis ſub conditione. ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta. & idem tenuit gloſſ. in d. l. ſi quis ita hæredes inſtituit. de hæredi.inſti.& in l.ex facto.§.ex facto.in verb.defeciſſet.ff.ad Trebel.Et hanc opi.gloſſ.in d.l. Lucius.ſequuti ſunt Iacob.de Are.Cin.Ray.Franciſc. Tigri.Nic.de Neap.Bart.Bald. Ang.Ioan. de Imo.& Ludouicus Bolog.ibi, vbi Imol.dicit hanc eſſe communem,& probari per tex.in l.j.C.de pact.& Ange. dicit,ſic fuiſſe iudicatum. & idem tenēt Roma. & Alex.in d.§.ex facto.ad Trebel. vbi pariter dicūt iſtam eſſe communem & Doctor.prædicti ſolent allegare Bar.ita tenere in l.Centurio. in vltima quæſt. tertiæ principalis quæſtio.quæ incip.quæro vlterius quid ſi teſtator dicit.ſi filius meus ſine filiis, & filij eorum ſine &c.ff.de vulgar.& pupil.vbi allegat Richar. Malum. ſic tenuiſſe. & idem Bar. in l. ſed & ſi ſic.ff.de leg.iij.& ſimiliter Ioan.And.in addi.Specu.tit.de teſta.§.j. in verbo. cum patronus incip.huic quæſtioni accidit bimembris quæſtio.& Bartol.in l.ſi cum dotem.in prin.& ibi Alex.ſolu.matr.&Oldra.conſ.cxlj. Thema tale eſt:Dominus Guliel.Lemoui.in ſuo patrimonio.ante ſi.& Bal.in l.ſi emancipati.in viij.oppoſ.C.de collat.& Anchar. in c.licet.in ij.quæſt.ante finem.verſicul. vnde ſic dico. de voto.& Franciſc.de Aret. poſt Fulgoſ. in d.l.generaliter,in iij.not.quem ibi ſequitur Iaſ.in ij.not. & Iac. de ſancto Georgio. in princ.num.v. in fin. & etiam ibi Guido Pap.in §. j.in ij.not.& idem Alex.in l.Gallus.in prin.ver. contra Bar.etiam.ff.de liber.& poſthu. vbi etiam verſic. quinto pro iſta parte dicit,hāc partem eſſe communiter approbatam,& Bald.in l.quod ſcitis.verſic.nec obſtat.C.de bon.quæ lib.& in l.cum acutiſſimi. ver. ſed nunquid C.de fideicommiſ. & Paul. de Caſtr. & Ioan de Imo.in d.l.filiusfami. §. cum quis.de legat.j. vbi Paul. dicit quod contra hanc communem,licet pluries requiſitus,non fuit auſus conſulere. Et idem dicit conſil.lxxxvj.dubitatio vertitur de bonis.verſic. quarto loco.volum.antiq.&aliis locis infrà dicendis, ſed poſtea accepit ſpiritum, vt infrà dicam. & idem tenuit Raphael in d.§, cum quis. vbi per illum text. iſtam dicit eſſe communem.Et pro hac opinion.adducunt Doctor.in locis ſuprà allega. plura iura, quæ recitare longum eſſet valde. Inſuper Alexand.conſil. clxxxv.viſo titulo quæſtionis lib.ij. vbi ſimiliter dicit iſtam eſſe communem opinion.quam ſæpè legendo & conſulendo ſequutus fuit, ac pariter pro ea iudicare vidit: & ab hac communi in iudicādo dicit non eſſe recedendum.& idem in conſ.cxcix.Viſo prędicti conſilio celeberrimi legum Doctor. domini Angel. Aret.vbi cum eodem Are.conſuluit. & idem conſil. ccxix.viſo teſtamento,codicillis,& themate.vol.ij.& conſil.xj.verſicul. quod autem inci.ponderatis iis de quibus in themate.volum.iij. quod etiam repetitur. iiij.volum.conſi.ciij.& idem conſi.xxij.viſis & etiam perlectis.ver.nō obſtat etiam, quo ex vltima.eodem volumine tertio, quod quidem etiam repetitur de verbo ad verbum in iiij.vol.conſi.xiij.& idem conſi. cix.cuius initium,vnde prima fronte.& in conſi.xxij. eod.vol.iij.& in d.l.j.de pact.quem ibi ſequitur Decius nume.xv.& Franciſ.Curt. iunior,numero xiij.& Ang.Are.in tracta.ſuo de teſtamen.in gloſſ.& ſic deceſſerit ſine liberis.& Ancha.conſil.cxv.inci.pro clariori deciſione dubij.& in conſil.cxxxvij. principaliter ponderandum eſt: & conſil.ccccxxvj.incip.quòd ſuprà conſultum & concluſum eſt. & Alexand. in d. conſilio liij.verſi.omittendo.& Paul.de Caſtr.in cōſi.xiiij.cuius initium,Si contingat dictam dominam, in ij.dubio.vol.antiq. & in d.l.ex facto. §. ex facto.& in d.conſi.cc.vol.nouo. & in l. cum acutiſſimi. C.de fideicommiſ.& Angel.in conſi.vij.inci.ex dicto themate plura dubia. & in conſi. lvij. domina Andrea ſuum condidit teſtamentum. & pariter Benedictus Cap.conſi.ij.incipien.quidam ciuis.& idem de Ana. conſi.lxviij.viſo ſtatuto ſub rub.de ſucceſ.liberorum, & ibi Ludouicus Bolog.in additionib.& ſingulariter Franciſcus de Curte, conſilio lxiiij. incipiente, antiquiſſima & nobiliſſima familia, dicens,ſic ſæpe numero conſuluiſſe,& etiam collegium Papiæ ipſo cōpilante in cauſaBononien.ac per eadem fuiſſe in curiaRomana per dominū de Rota iudicatum.† Quin- 18
imò non ſolum,quando teſtator fecit vnum tantum ſubſtitutionis gradum, ſed etiam ſi ſecundum gradum fecerit,vt ſi duobus inſtitutis eiſdem ſubſtituerit ſi ſine liberisdeceſſerint,vt videtur hic factum per Gaillardum de Duroforti: quòd filij ipſorum hæredum decedant ſine liberis,&c. vt infrà dicam, quòd non videntur vocati ex teſtamento, neque ex aliqua tacita,vel coniecturata mente ex ſubſtitutione fideicommiſſaria, propter illa verba conditionalia comprehenſa, vt per Alex.in d.conſ.cix.& conſi.ccxxxiij. circa primum.poſt principium.verſi.nec ad hoc obſtat.vol.iij.& idem conſi.cxxxix.verſi.nec obſtant dictis mulieribus.lib.vj.Quamuis in hoc vltimo dicto, quando fecit ſecundum ſubſtitutionis gradum.Bald. videatur tenere contrarium, in prædallegato conſil. clxxxvj.volumin.iij.& tacet,nec eam audet decidere, cum quæſtio fuiſſet de facto, in qua erat aduocatus. Et idem dicit in l.vnica. §. pro ſecundo. verſicul. & hoc facit ad quæſt.C.de caduc.tollend.Et pro iſta parte Bald.dicit in dict. l. poteſt. cum l.ſequent. ibi eſſe text. decidentem hunc caſum. Et idem Ancha.conſi.clxx.contra Philippum,vt infrà dicam.Sed primam tenet idem Bald.in conſil.xcvij.ante finem. ver.nam filius fratris.vo.ij.Corn.in d.l.j.de conditio. inſertis.vbi adducit quinq; rationes. & reſpōdet aliis

Digitized by Google

ſeptem per eum ad-luctis in contrarium. Et idem in l. ab eo. C. de fideic. & etiam in con. xx. videtur prima facie, in litera B, vol. iiij. & ſingulariter conſil. lxvj. in hac conſultatione, vol. i j. & conſ. cclxxxiij. vo. j. & Rapha. Fulg. conſ. xxxviij. In propoſita qu. in fi. & Anch. in d. c. ſi pater. in xij. no. de teſta. lib. vj. Et iſtam communem ſequitur Iaſ. in d. l. j. de pact. & Paul. de Caſt. conſi. lviij. viſo dicto teſtamento. vol. anti. Franciſ. de Curt. conſ. xvij. prima fronte videtur. vbi plenè pro vtraque parte argumentatur. & Iac. de ſancto Geor. in d. l. j. in iij. not. de pact. & Guido Pap. Deciſ. dxxxj. & clxxxiiij. dicēs ſic fuiſſe iudicatum, & idem in Deciſio. xxxix. & pariter in conſilio xxij. viſo caſu. verſic. in primo enim caſu. & in ſingula. ſuo cccdiiij. teſtator dicendo. & Rapha. Cuman. conſi. xxxv. Gebaldus quondam domini Bartholomęi. & ſingulariter Bart. Socin. in l. cum auus. in vltima quæſt. ff. de condit. & demonſtrat. vbi in fine dicit vidiſſe temporibus ſuis omnes Doctor. Italiæ ſemper conſuluiſſe pro opin. gloſſ. à qua tamen ſi quando Doctor. recedunt. hoc ait contingere ob aliquas teſtatoris coniecturas, ex teſtamento apparentes. Quales autem eſſe debeant, certa non poteſt dari regula, ſed iudicum circumſpectioni dicit eſſe relinquendum. Et idem dicit in l. cum filio famil. verſic. ſecundo limita. ibi, iſta poſſunt induci ad quæſtio. ff. de lega. j. & pariter in d. l. j. in vltim. not. & ibi Franciſc. de Aret. in j. not. & ſimiliter Lancel. Decius ibi, de pact. & idem Socin. conſil. lxix. num. viij. vol. iij. & latius conſi. lxij. incipien. viſo capitulo ſubſtitutionis. eo. lib. quamuis in conſi. xxxij. vol. quartò dubitet. & amplè Anton. Corſet. in quæ. per eum diſputata, quam poſuit poſt repertorium quod fecit ad Abb. Sicu. & arguit ad vtramque partem. & pro iſta adducit xx. rationes. & pro contraria xvj. ad quas reſpondet, & quibus non obſtantibus ſequitur iſtam communem. & idem Caſtell. in opere memoriali ex variis lectionibus, in verbo filij in conditione. & Franciſc. de Curte iunior in xj. conſil. feudorum, & Alexan. conſi. xxxviij. nu. v. libr. vj. & conſi. ccij. num. ij. & conſi. ccxlv. lib. vij. & Socin. conſi. ciiij. verſi. ex quibus concluditur. cum ſeq. vol. iij. & conſi. xxxiij. vol. iiij. dicens hanc partem eſſe communem. & idem conſi. lxxiij. nu. xxx. cum ſequen. & in conſil. lxxiiij. nume. ij. eodem lib. iiij. & pariter Lancel. Galuala in d. l. Centurio. vbi ponit regulam, quod filij non cenſentur vocati. quam regulam ampliat. quatuor modis, & aliis tribus modis limitat, vt ibi per eum, & Ferdin. de Luazes in addit. j. & in vltima incipiente, liberis. & And. Barba. conſil. lxvj. nu. iiij. vol. iiij. & Bertrand. conſi. cv. volum. iij. & Decius conſil. cccxxij. in princi. vbi ab iſta tanquam communi dicit non eſſe recedendum. Et his diebus conſultum à collegio Papienſi, quod incip. ſæpè reuoluta narratione, etiam ſecundum Decium, vbi filij filiorum erant grauati, aut prohibiti extra familiam alienare. Et idem Iaſ. conſ. xxxv. inchoan. magnificus & generoſus miles. volum. iij. & Iaſ. conſi. iiij. num. v. vol. j. & in conſ. cxliij. nu. iiij. volum. ij. & conſi. ccvj. nu. iij. eo.

19 vol. †In contrarium videtur quod filij hæredum videantur expreſsè vocati, vt intuenti patet ſaltem ex mente teſtatoris ex coniecturata: quoniam prouidere voluit ſuæ agnationi maſculinæ, & talis conditio fuit appoſita gratia filiorum. & ita tenet gl. in d. l. filiusfamilias. §. cum quis. de legat. j. quam ibi ſequitur Din. & Paul. de Caſtr. qui dicit iſtam eſſe veritatem, referens Bald. in antiquis recollectis in d. l. j. de cond. inſer. pluribus & ſubtilibus rationib. ipſum nouentem, ſic tenuiſſe. Sed ex eo quòd prædictæ recollectę communiter non reperiebantur, & non habebat cō-

teſtem, pluries requiſitus, pro iſta parte cōſulere noluit. Et idem dicit d. conſil. lxxxvj. vol. antiq. vt ſuprà dictum eſt. & idem in d. l. ex facto. §. j. ad Treb. & in d. l. cum acutiſſimi. Si ergo Paul. de Caſtr. (vt inquit) Franc. Curt. in conſiliis ſuprà allega. vidiſſet Oldrad. Sali. & Raph. Fulgo. in d. l. j. de condition. inſert. hanc partem tenentes, & pariter Raph. Cum. in d. l. filiusfamiliàs. §. cum quis. & Bald. conſil. lxxxij. Petrus ſibi hæredem Martinam ſuam vxorem. vol. v. certè abſq; difficultate ita conſuluiſſet, prout re vera ipſe Paulus poſteà ſic conſuluit, conſil. 407. aliàs 408. incip. viſis facto & dubiis mihi traditis pro meliori declaratione. vo. antiq. quod eſt ſingulare. vbi verſi. quartò opponitur. dicit quòd licet aliàs crediderat, quod liberi poſiti in conditione nō videantur poſiti in diſpoſitione, d. l. ex facto. de hære. inſtit. & d. l. ſi ſub conditione. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen. Tamen occurrētia caſus fecit eum magis ſpeculari, & dicere illud nō eſſe verum nec gloſſ. in d. l. Lucius. hoc vult dicere, vt ibi manifeſtè probat. Et mirum quod Mod. nō viderunt illud conſil. Paul. nec aliud infrà allegandum. & pro hac parte Ang. in l. in legatis. C. de leg. dicit in lectu. Florentina ſolenniſſimos Doct. ciuitatis Peruſij ita conſuluiſſe. quem ſic referunt ibi Corn. & Ia. & Geral. de Petra ſan. ſing. lxj. & Iaſ. in d. conſ. iiij. nu. v. vol. j. tamen ſecundum Ang. & Doct. ſuprà dictos, liberi in conditione poſiti in legatis intelligūtur ſemper ſubſtituti. Tamē lectu. Ang. ibi non habeo ſuper illa l. & idē dicit Io. de Imo. in d. l. Lucius. & in l. ij. ff. de hæredi. inſti. quod plerique Docto. pro hac parte conſuluerunt, quam tenuit Bened. de Plumb. in d. l. ſi cum dorem. ver. non eſt dubium. quem ibi ſequitur Rom. dicēs hanc opi. veriſſimam, & per viam diſputationis damnat illas gloſſ. contrarias, referens quoſdam Mod. tenuiſſe, ſcilicet dominum Iuonem egregium doctorem Peruſinum, qui hanc qu. diſputauit Romæ, contra quem Rom. argumentatus fuit, vt refert And. Barb. in c. in præſentia. nu. xcix. de proba. vbi idem tenet. & pro hac parte refert Cornęus in d. l. j. de condit. inſer. vidiſſe conſil. in quo dicebatur, Raph. Fulg. Paul. de Caſtr. & multos Docto. Moder. conſuluiſſe, ac etiam illud vidiſſe conſilium Anto. de Prato veteri tenentis hanc partem, & aliàs conſuluiſſe, & obtinuiſſe cum ſubſcriptione Pau. de Caſtr. Io. de Ana. & Anto. de Rozellis. Item dicit vidiſſe in iſto caſu aliud cōſilium, in quo dicebatur Bal. & collegiū Florentinum ita tenuiſſe, & ibi Corne. pro iſta parte adducit ſeptem rationes. & iſtā etiam partem tenuit ibi Flor. de ſan. Pet. & in d. l. cum acutiſſimi. & Fran. de Albergotis in d. l. Lucius. & ſingu. Andr. Barb. in d. l. cum acutiſſimi. verſicul. in textu ibi, ne videatur. Et latiſſimè verſicul. aggredior nunc ad ſecundam dubitationem. Et pro prima parte, quod non videātur vocati, adducit nouem rationes, & pro iſta parte, quod vocati videantur, xiiij. cum infinitis iuribus. & verſicu. nunc verò oportet inſiſtere quæ opinio ſit verior. vbi in hanc inclinat partem, quam aliis vij. rationibus comprobat. Et idem in conſi. xxvij. verſi. capio tertium. cum ſeq. verſicu. capio quartum. vol. j. in quibus locis probat hoc per text. in d. l. Lucius. quoniam textus ibi dicit, quod ſi frater inſtitutus adiuit, excluditur inſtitutus, & ſic in vulgari. Si verò prius quam hæreditatem adierit, deceſſerit liberis relictis, tunc prudens conſilium teſtatoris animaduertitur. Non enim fratrem ſolum prætulit ſubſtituto, ſed & liberos. textus eſt clarus. † Et regula eſt ſecundum 20 eum, quod vbicunque illa dictiq, ſed, iungitur cum dictione, &, aduerſatur præcedentibus in facto, ſed non in iure. Ita dicit gloſ. in l. ij. ff. ne quis eum qui in

ius

ius.& gl.in l.ſed & ſi lege.ff.de petit.hæredit.& Bart. in l.hoc amplius.ff.de dam. infect. modo illę dictiones ſed,&,important diuerſitatem in facto, & identitatem in iure. Sequitur quod ſicut ille frater inſtituit fratrem ſuum,ita videtur inſtituiſſe liberos illius fratris, illo fratre moriente. Cum ergo ſecundum Barba.tex.ibi dicat quod prætulit fratrem illi ſubſtituto, & etiam liberos, ſicut prætulit ipſos ſuo fratre non adeunte, ita prætulit ipſos ſuo fratre adeunte illi ſubſtituto : & per conſequens videtur illos vocaſſe ex teſtamento. Quia ſi prætulit,ergo videtur prętuliſſe in honore & commodo,vt ibi per eum qui ample corroborat iſtam partem.Igitur magis in patre inſtituente filium, aut filios. Et iſta eius inductio eſt magis amica literæ,quàm intellectus gl. qui tamen fuit primo Alber. ibi, quem Barba. licet non ita clarè ſicut Paul.bene declarat, quamuis in aliquo diſcrepet,vt ſtatim dicã.Et idem tenuit Barba. conſil.lv.verſi.reſtat modò accuratè videre. vol.ij.vbi dicit ſe vidiſſe apoſtillam ſcriptam manu Ioan.de Ana.dicentem, quod cum legiſſet Florentiæ audiuit antiquos aduocatos eiuſdem ciuitatis tenuiſſe cõtra gloſſam.d.l.Lucius.quare Andr.Barba.ibi reprehendit Ioan.de Imo.in d.l.Lucius. & alios dicentes contrariam opin.eſſe communem,& veram : imò iſtam dicit eſſe veriorem & communiorem, quam etiam tenet Franc.de Curte.nutans conſilium, prout Paul. de Caſtr.fecit,conſ.lij.ſuper teſtamentis Alberic.vbi ſing.loquitur,& pariter iſtam partem tenuit Bart.in d.l.Centurio.& in pluribus locis per Barb. vbi ſuprà allegatis:& ita illum text.in d.l.Lucius. intellexit ibi Alberic.volens opinionem,& dictam glo.ibi relatæ ad tex.& Iac.de Are.ac cæterorum illam ſequentium procedere quando hæres ſcriptus ante aditam hæreditatem deceſſit cum liberis, & ſic non tranſmittit ex perſona,cum non foret de liberis: nihilominus eius filij,vt proximiores ab inteſtato,veniunt ex mente &voluntate teſtantis,dum tex.dicit,prudens conſilium teſtantis animaduertitur, &c. vt ſuprà dictum eſt,ſecundum Barb.& verum dicunt, & iſtud eſt clarum.& ſic ſecundum Alb.& cæteros illa gloſſ.loquitur in ſubſtitutione vulgari, & non profectò in ſubſtitutione fideicommiſſaria. Ideo malè, vt inquit,allegatur illa gloſſ.per Doctor. in ſubſtitutione fideicommiſſaria, cum loquatur in vulgari. Et ſimiliter Barba.in d.conſi.xxvij.ver.capio quartum.& in conſil.lv.ver.plus dico.libr.ij.& in d.l.cum acutiſſimi.Et ſic etiam intellexit Paul.de Caſtr. in prælleg.conſil. cccciij.quia glo.ſecundum eum non dicit quod non videãtur tacitè ſubſtituti,ſed quod videatur eos prætuliſſe ab inteſtato : hoc eſt dicere, quod ſi pater ab inteſtato deceſſerit,liberi ſuccedent ſibi ab inteſtato in cuius hæreditate reperient hæreditatem, de qua facta eſt ſubſtitutio:& iſtud eſt clarum &negari non poteſt. Nam ſi alius ex teſtamento ſuccederet patri, reperiret in hæreditate ſua dictam hæreditatem, in qua filij ſunt inſtituti,quam tenetur dictis liberis reſtituere.l.precibus.in fin. C.de impuber. & aliis ſubſtitut. idem ergo ſi dicti filij ab inteſtato ſuccedunt: quia dictam hæreditatem reperient in hæreditate patris à principio, ſed poſt additionem vendicant ſibi cauſam ſuccedendi, quia vbi primo inceperunt hæreditatem habere ab inteſtato, expoſt tanquam ſibi ipſi reſtituent,& incipient habere ex teſtamento primi teſtatoris.l.fundo. ff.ad l.Falc. & iſte eſt verus intellectus illius gl.ſecundũ eum,ſicut Euangelium.Et communis intellectus poſſet procedere, ſi poneremus,quod quis inſtituiſſet extraneum, & ſibi ſubſtituiſſet,ſi decederet ſine liberis, quia tunc poſſet dici quod non videretur appoſuiſſe illam conditionem in fauorem filiorũ,quos nec diligit,nec diligere poſſet:cum fortè adhuc nati nõ eſſent:ſecus in ſuis,quos in infinitum diligere tenetur.†Et ad id quod dictum 21
eſt,quod illa quæ ponuntur in conditione non ponuntur in diſpoſitione, reſpondet quòd hoc ſemper non procedit,vt patet in l.fideicommiſſa. §.cum eſſet.ff.de leg.iij.& quod notãtur in l.in ratione.ij.§.tametſi ad l.Falc.& l.à teſtatore.de cond.& demonſtr. & iſta limitatio ſeu intellectus videtur fuiſſe Nico. de Neapol.in d.l.Lucius. quod gl. ibi loquitur quando ſubſtitutio tranſuerſalibus fuit facta, ſecus ſi deſcendentibus:quia tũc videntur poſiti in diſpoſitione, & vocati ex teſtamento, vt in caſu noſtro, & magis in eo de Montepeſato.Quare Alex.ob hoc voluit in conſi. lxiij.inci.difficultas dubitationis præmiſſæ.ver. corroborantur prædicta lib.v.limitare gl.prędictam, & Doctor. eam ſequentes in d.l.Lucius.& alibi debere intelligi,quando teſtator poſt gradum decedentium ſine liberis non prouidit de alia ſubſtitutione in defectum omnium liberorũ : ſed ſimpliciter ſubſtituit teſtatorvnum filium alteri decedenti ſine liberis.Sed vbi in caſu deficientium omnium liberorum prouidit de ſecũdo,tertio,& vlteriori ſubſtitutis:quoniam ſi voluit remotiores ſubſtituere poſt mortem filiorum, veriſimile eſt quod potius voluerit ipſos filios propinquiores ſubſtituere:tunc eſt vera concluſio:& notabilis limitatio ad prædictam communem opinionem primam, quòd iſti liberi intelliguntur ſubſtituti.Et ita refert Anch.conſuluiſſe conſi.lxxiij.cõtra Philip. faciunt, prout etiam factum fuit in caſu noſtro,& in alio de Mõtepeſato de quo infrà dicam, prouiſum fuit poſt mortem omnium deſcẽdentium de vlteriori ſubſtituto.Et iſtã limitationem ſequitur Franc.Curt.in d.l.j.de pact.nu.xiij.Quæ tamen limitatio Pet. fuit Bald.eius præceptoris in præall.conſil. lxxxvj.vol.iij.& in d.l.vna.§.pro ſecundo. ver. & hoc facit ad quæſtionẽ.†Igitur nõ poſſumus negare quin 22
liberi deſcendẽtes ex ſubſtitutis (quamuis de eis ſolum conditionaliter facta fuerit mentio)dicantur in ſubſtitutione vocati.Et fatetur idem Franc.de Curte iunior conſi.feudorũ.xj.thema tale proponitur.verſ. Confirmo præmiſſam concluſionem. vt Marius Salomo.in l.Gallus. in princ.nũm.xxvj.de lib.& poſth. Quare alij errauerunt,ſequentes gl.in d.l.Lucius. loquentem in vulgari, & non in fideicommiſſaria, vt dictũ eſt,quia vt dicit Bal.in præludiis feudo.deridẽdum id quod ratione non fundatur:alleg.l.ſed vltrò. §.j.ibi,ſed iſtam ſententiam Celſus deridet.ff.de neg. geſt.& non mirum,quia plerunque leges aliud vidẽtur velle quam velint.Ideò ſæpè magiſtri & ſcholares decipiuntur,& maximè quando non ponderant verba teſtamentorum, quæ in ſe magnum pondus habent ad cognoſcendum quod eſt,vt dicit Bald.conſi. cvij.in fine,quod inci.verba teſtamenti.vol.iij.Et ideo dicit Imperator in l.ſi quis hæredem. in fin.C.de inſtit.& ſubſtit. Nedum nimia vtimur circa huiuſmodi ſenſus ſubtilitate, iudicia teſtantium defraudẽtur. Et ſæpè accidit hoc Doctoribus legentibus in curſu lectionum,vt ait Bald.in l.comparationes.verſic.iuxta hoc quæro. C. de fide inſtru.ponens exemplum de Bar.in conſil.ccxxix.incip. ſuper alio.volu. ij.pro quo dicit Franci.de Aret. in l.qui patri. verſic. & aduerte.ff.de acqui.hær.†quod qui confidunt me- 23
moriæ,ſæpè & ſæpius decipiuntur in iſta maledicta legali ſcientia. Vidi enim, vt inquit, nudiuſtertius diligentiſſimè iſtum text. & tamẽ vides,quod heri confuſus de memoria aberrarem. Et fortiter ad hoc facit,quod dicit Abb.Sic.in c.diuerſis fallaciis.in pri-

mo,notab.de cleric.coniug.& Ferrar.in procem.ſuæ praxi,in fin.& quod dicit Barb.in c.quod tranſlationem.de of.leg.præſtiti operam cõtinuo huic martyrio atque tormento.Quare ſecundum Bar.in l.ſi pater.quem ibi ſequitur Iacobus de S.Georg.nu.xv.C.
24 de inſtitut.& ſubſtitut. † magis credendum eſt dicto doctoris in conſulendo, quam ſuo dicto in lectura. Quia,inquit Alex.conſi.clxxxv.viſo titulo qu.volu.ij. verſi.cu.xv.eſt actus magis deliberatus:vbi reſpondet ad quoddam dictum Rom.qui in lectura tenuerat v-
35 num,& in conſulendo tenuerat cõtrarium : †quia in hac ſcientia quis non eſt perfectus, ſicut in alia arte, in qua poteſt quis eſſe perfectus, vt dicit Ang.in l.ij. ibi,perfectæ artis.C.de vſuca.pro empt.facit l.ad beſtias.de pœnis,ibi,ſed ſi eius roboris vel artificij.&c. & An.Barb.in c. in præſentia. num. lxxvij.de proba. Quoniam nullus,vt inquit Iuriſcõſultus, eſt qui non fuerit reprehenſus in aliquibus reſponſis ſuis.de quo tamen vide amplè de Neuiza.in Sylua nup.verſi.Sed quæro ſtãte varietate vnius doctoris, quam eius opinionẽ magis amplectemur &c. vbi tenet cõtrarium ſecundum Abba. id quod dicit de opinione Paul.de Caſt.quod fuit nimis promptus in conſulendo. Ideo reuertendo ad intellectum gl.quam etiam intellexit mutans ſuum primum propoſitum Ludouic.Bolog. conſi.ix.verſi.non obſtat etiam quod per aliquos,dicens etiam Raynu.hũc intellectum tenuiſſe.Et iſtam partem,derelinquens communem, tenuit Bart.Soc. conſi.ccxlix.in materia præſentis conſultationis.vol. ij.Pau.de Ca.con.cccc.inci. ſuper primo quæſito.vo. nouo.Et hoc quando ſecundum Paul.& Socin.teſtator prohibuit alienationem bonorum,vt ibi vide.& Cor.in d.conſi.xxvij.in litera R,cum ſeq.litera A,vo. j.& in d.conſ.lix.& conſ.cccvj.volu.iiij.& idẽ Decius conſi.cccxxij.nu.x.& conſ.ccccxv.num.iiij.& conſil. ccccxvj.num.xj.& ſecundum iſtam partem conſuluit Rom.conſi.xxxij.viſa municipali conſtitutione.verſ. Item ſi qua perſona.quòd idem Pau.de Caſt.in conſ. cxxxij.dubium facit.volum.nouo.&ſic tenet alia vice Paul.& Ang.Aret.mutans pœnitentiam ſuam ſuprà relatam opi.in ſ.vel ſingulis. inſtit. de pupil. ſubſtit. & pariter Alex.conſi.iij.verſi. poſſet etiam referri in dubium.incip.viſo proceſſu.vol.iiij.& Guido Pap.in quæſt.clxxxiiij.quando eſt facta mentio de filiis maſculis.Et idem dicit in con.xxviij.ver.nec obſtat,l.j.C. de condi.inſer.quod incipit,pro illuſtri domino duce Bauariæ.& in conſi.cxxv.cum ſequent. & eum ſequitur Decius,conſilio cclxx.dominusRaymon.verſicu.venio ad ſecundam concluſionem.volentes ambo, quod gloſſ.in dict.l. Lucius. non habeat locum quando dictum fuit de filiis maſculis. Et idem Decius conſilio cccxviij. In cauſa iſtorum nobilium.& in dict.l.de pactis.num.xvj. quem ibi ſequitur Franciſc.Curt.iunior.numer.xiiij. dicens ſecundum iſtam opinionem multoties conſuluiſſe in ciuitate Brixiæ, & etiam iudicatum,& ſententiam fuiſſe per illuſtriſſimum con. Venetorum confirmatam. Et ſic etiam tenet ſuo conſil.cxiij.num.iiij.& latius conſi. lxxxvij. Alber.in dict.l.j.de cond.inſer.volens,quod iſta verba,ſine liberis maſculis dent de aliquo operari: alioquin non videtur quare teſtator hoc dixiſſet. Et iſta opinio ſecundum eum eſt verior, & humanior, & magis ſecundum voluntatem teſtatoris.& idem ſentit Socin.l.hæredes mei.ſ.cum ita verſic. ſecus ſi expreſſè.ad Trebel.quia videntur vocati maſculi ab ex-
26 cluſione fœminarum. Et gloſſ.in d.l.Lucius. † quæ erronèe intellecta vult filios, qui faciunt deficere fideicommiſſum venire ab inteſtato: quo caſu fœminæ pariter cum maſculis admittuntur. l. maximum vitium.C.de lib.præter.& Lij.tabularum. C.de legit. hæred.non poteſt habere locum, quando à teſtatore maſculi ſolum ſunt vocati:quia excluſę ſunt fœminę: ergo neceſſario concludendum eſt filios ex teſtamẽto eſſe vocatos:quoniam teſtator ſic diſpoſuit:& hãc inquit Iurecon.fuiſſe defuncti voluntatẽ, & cogitationem,l.Caio.ſ.Imperator.ff.de alim.& cib.lega.& per iſtam & alias coniecturas tenet Laſ. conſi. lij.vol. iij.& in d.conſi.cliiij.volum.iiij.& Anto.Rub.conſil. xxvj.ante fi.& latius conſil.cxx num.iij.licet in fin.videatur velle contrarium. Et iſtam videtur ſequi Soc. conſi.vj.num.xix.vſque ad finem.Et idem conſi.xiiij. vol.iij.& Franciſ.de Ripa in d.l.j.nu.ix.cum ſequenti de pactis.& idem Fort.Gratia.in d.l.Gallus. in prin. ver.ex ſuperioribus remaneat, dicens, quod ſi ex teſtamento colligitur mens eius, ipſe non videt quare non veniant ex teſtamento.facit ſecundum eum tex. in l.ſi pater impuberis. de vulg. & pup.vbi ex tacita voluntate eliciuntur ſubſtitutiones directæ. allegat Laſ.ibi in fin.& ſequitur Decius conſ.dclv.nu.xxxj.& ſeq.Et pro iſta parte conſuluerunt Carolus Ruinus, Ioan.Maria.Fran.Frondati, & Hugolenus de Viſpo, vt habetur in eorum conſiliis nouiter impreſſis:& iſtam partem quaſi maior pars dominorum ſequuta fuit,quòd Ioan.de Duroforti pater non debebat ſuccedere vna cum dicto Fran.ſecundogenito defuncto primogenito.Tum quia pater ipſe approbando cõtractum matrimonij geſſerat & adminiſtrauerat omnia nomine Franciſci, vt clarè apparebat per inqueſtas. Tamen ſine hac geſtione, & adminiſtratione paterna ego hãc tenui partem, quam fere omnes etiam contrariam tenentes dicunt veriores,& magis voluntati defuncti conſonam.Sed propter opin.glo. in d.l. Lucius malè intellectam non audent ab eius ſententia recedere, quam etiam reprobat ſubtiliter Alciat.in l.j.ſ.ſi quis ita.nu.x.ibi.quicquid dicat Laſo. de verb.oblig. †Et quamuis quando ſunt magni viri 27
in diuer. opin. adhærere vni non eſt peccatum,nec reputatur,vt dicit Inno.in c.ne innitaris.de conſti.& in c.per tuas.de ſimo.& Bald. in l.ab eo. C.quom.& quan.iudex.& Bar.in l.ij.in princip. verſi. & ideo dicit Inno.ff.de verb.obli.& ample Ioan.Bapti.de ſancto Seueri.in quæſt.xij.& Deci.Neapol.q.ccclxxxiiij. in fin.Tamen duobus amicis in duabus opi. contrariis exiſtentibus ſanctum eſt pro veritate pugnare,in quo bonus vir habebat habenas,vt dicit Bald.conſil. ccclxxx. aliàs cclx. in cauſa vertente inter Blaſinum Matthæol.volum.iiij.& latè Marius Salomo.in ſ.reſponſa prudentum.verſicul.quid ſi inter Doctor.in- 28
ſtitut.de iure natur.gent. & ciuil. † vbi ponit quid faciendum doctoribus in tres opiniones diuerſas declinantibus,quæ opi.ſeruari debeat, & Sylua nupt. vbi ſuprà,verſic.ſed quæro.licet in ambiguis reb.abſolutum non debeat eſſe iudicium.cap.fin. xxxiij. diſtinctio & Matthæ. de Afflict. Deci.Neapol.xiij.nu. xxix.tamen tot variæ opinio. videntur reddere hunc paſſum dubium:iuxta illud Vergilij, huic atque huic Deciſion. fluctus geminique minantur in cœlum ſcopuli : & illud Lucani, magno ſe iudice quiſque tuetur : atque illud Teren. dum animus eſt in dubio, paulo momento huc vel illuc impellitur. Ideo in tanto diſcrimine in opin. bona eſſet concordia partium,arg.c.fi.de proba. vt dicit Bal.conſil. clxiiij.ante fi.exordien. quædam domina Catherina. volu.iij.& alibi. Et in hanc partem inclino per ſuprà adducta, quando facta extitit mentio de maſculis, quæ ſine ſcrupulo ſequenda eſt. Et maximè quando ſunt plures gradus ſubſtitutionum de maſculis, vt voluit Laſ.conſi.cliiij.verſi.nam teſtator in teſtamento ſuo

to ſuo fecit tres gradus ſubſtitutionum. lib.iiij. volens plus in hoc caſu, quòd ſi contingat ſubſtitutũ ante hæredem præmori, quòd tranſmittat ſpem ſubſtitutionis ad ſuos filios, vt ibi vide. & vide ſimilem caſum per Ant.de But.conſi.lxxix.& Ancha. conſi.ccclxiij.& cccxcij. Guliel.Benedic.in rep.cap. Raynutius.nu.lxiii.cum ſeq. de teſt.prout fuit in q. mota in curia inter nobilem virum Antonium de Montepeſato dominum Lhoniaco, & filios Petri de Montepeſato actores,& nobilem dominã Franciſcam de Montepeſato, filiam Guidonis de Montepeſato primogeniti, vxorem illuſtris domini Alani de Fuxo, vicecomitis de Caſtellione, ratione ſubſtitutionum expreſſarum, & nominatarum in teſtamento Ranfredi de Montepeſato condito, Anno 1302. quinta die, exitus Maij: quia ſic dies menſium olim computabantur, vt dicit glo.in l.j.§. æſtas ad æquinoctium.in verb.refertur.& ibi Albe. ff.ne quid in flu.pub. Nec non etiam ratione contractus matrimonij.Raymundi, Bernardi de Montepeſato, ac pariter ratione teſtamenti Caroli de Montepeſato,ac patris Guidonis: per quæ apparebat non ſolum de expreſſa vocatione, ſed etiam de mente & voluntate, ac conſuetudine illorum dominorum de Montepeſato, bona voluiſſe ſemper remanere in poſſeſſ. & dominio, ac manibus agnatorum maſculorum, & non profectò fœminarum, quas voluerunt eſſe dotatas,quæ attendi debet, l.ſi
29 ſeruus plurium.§.fin.in fin.ff.de leg. j. † quia conſuetudo patrisfamilias attenditur.l. vel vniuerſorũ. ff.de pignora.actione.ob quod dicit Ioann.And.in additione.Spec.in tit.de inſtru.edit.§.compendiosè.verſi. ſed nunquid. quod in teſtamentis conſuetudini alicuius progeniti in teſtamentis obſeruatæ eſt ſtandum: & per conſequens ſi aliqua magnifica caſata conſueuerit certo modo inter ſuos teſtari,& diſponere de bonis, quæ ad ſolos maſculos excluſis fœminis perueniant, quòd ſtabitur tali conſuetudi. quod reputant ſingulare Ange.& Ioann.de Imo.ac Moder in l.iij.ff.de teſtamen. & Andre. Barb. in c. de probatio. & Guid. Pap. conſil.cxxxj.nu.vj.quod eſt hic notandum,& idem Iaſ.in l.omnes populi.in ij.lectura,verſi.an autem vna progenies. ff.de iuſtitia & iure,& conſi.xlvj.num.iij.volu.j.quod eſt ſingulare. & in lege à filio. §.ſi patri. verſic. adde fortios quod vna progenies. ff. de legatis j. & Alber. Brunnus in iij.volum.ſtatu. in verb.parentela,in filicet Angel.in l.fin.C.de teſtamen.& Alexan.in l.ſi non ſpeciali.C.eodem tit.velint contrarium.tamen primum tenet Ioan. Campez. in tracta. de dote in vltima parte,quæ.lxxix. incipiente, quia dictum eſt ſuprà.& Alber. Brunus in conſil. xj. verſic. additio quorundam nouiſſimorum. cum aliis per eum allega.& Rochus in repetitio.c.fin. verſic.viij.quæro de conſuetud.Et maximè ſecundum Angel.in dict. l.fin.& Alexan.in dict.l. ſi non ſpeciali. quando tales nobiles loci habent merum & mixtum imperium in illo loco & terra, & in hoc nullus diſcrepat.& ſequitur Cuma.in dict.l.iij.de teſta.& Franc. de Curt.Iunior. in tractat. feu. tertia parte quæſt.j. viij.fallen.Tamen non interfui concluſioni, & deciſioni, ob infirmitatem mihi ſuperuenientem, quamuis relatorem & plures alios audiuerim ad numer. x. vel xij. vſque opinari. Et iſtam quæſtionem curia tunc non decidit, prout intellexi,quinimò reſeruauit ſubſtitutis in petitorio actionem, & ſe arreſtauit ad vnam exceptionem, ſeu finem non recipiendi, de quo facio quæſtionem ſequentem. Tamen cum hæc quæſtio poſtea in curia euenisſet inter nobilem virum magiſtrum Petrum Seguyer, in iuribus Doctorem actorem,contra Ioannem de Pellegone ſcutiferum,fuit ita concluſum,& dictum per arreſtum latum die xiiij.Auguſti,Anno 1537.

SVMMÆ.

1 *Fideicommiſſarius impedire non poteſt hæredem mitti in poſſeſſionem.*

2 *Fideicommiſſario iam poſſidente adhuc mitti debet hæres in poſſeſſionem, vt detrahat quartam & num.5.*

3 *Hæres filius detrahit duas quartas.*

4 *Hæres inhibere poteſt debitoribus ne ſolua̅t fideicommiſſario, donec ipſe detraxerit quartam ſuam.*

6 *Subſtitutus an dicere poſſit ſe ſaiſitum. & nume.* 7. *&* 11.

8 *Petitionis hæreditatis an agat fideicommiſſarius, reſtitutione verbali ex Trebelliano non prius facta.*

9 *Fideicommiſſarius non eſt ſaiſitus ſicut hæres. & num.*19.

10 *Subſtitutus nõ ſuccedit hæredi,ſed primo teſtatori.*

12 *Saiſina poſſeſſionis non tranſit ad ſubſtitutos, aut venientes ab inteſtato.*

13 *Dominium tranſit ipſo iure in legatarium & fideicommiſſarium particularem, non tamen in fideicom.vniuerſalem, niſi in caſibus. & nu.*14.

15 *Poſſeſſionem accipiendi propria authoritate,quando ſtatuas teſtator in relictis,& an tunc requiratur authoritas iudicis.nume.*17. *&* 18.

20 *Fideicommiſſarius in codicillis datus an habeat remedium l.ſi.de edict.diui Adria.tol. & nu.* 21. *&* 22.

23 *Subſtituti primi filius an præferatur ſequenti ſubſtituto.& num.* 24.

Quæſtio CLVI.

An fideicommiſſarij & ſubſtituti poſſint ſe dicere ſaiſitos, & concludere in materia poſſeſſoria, aut per viam rei vendicationis, vel petitionem hæreditatis petere reſtitutionem bonorum ab hæredibus defuncti grauati, quorum nullam bonorum poſſeſſionem prius habuerant de duobus centum annis,vel de alio minori tempore.

DECISIO CLVI.

TDic primò fideicõmiſſarium cui debet fieri reſtitutio, non poſſe impedire hæredem mitti in poſſeſſionem,ſi ipſe fideicommiſſarius non poſſideat hæreditatẽ,vt tenet gl.in l. ſi.in verb ex parte.& latius in verbo legitimo.quam ibi Bar.Bald.Ange.Sali.Cor. & ſing.Iaſ.ſequuntur. C. de edict. diui Adrian.tol. 1

† Quinimò etiam ſi poſſideat fideicommiſſarius 2
totam hæreditatem ſine vitio,vt quia hęres grauati ſponte reſtituiſſet, hæres ipſe adhuc mitti debet in poſſeſſionem, vt ex ea detrahere poſſit quartam Trebellianicam.l.filiam fratribus. ff.ad Treb. l. lineam Margaritam.ff.ad leg.Falc.& tenet Bar.conſi. v.in princ.& latius conſi.xcj. quæſtione vertente in curia capitaneæ ciuitatis. & Paul. de Caſtr. conſil. cccl.xxx. cuius initium eſt, pro declaratione primi dubij.ibi,ſi verò bonas.voluanti. † Aut ſi hæres ſit 3
filius,detrahet duas quartas,l.quãquam. C.ad l.Fal. & c.Rainaldus.& c.Raynutius.de teſta.& c.j.eo.tilib. vj. † Et etiam poteſt inhiberi facere debitorib. 4
hæreditariis,ne ſoluere habeant fideicommiſſario, aut ſubſtituto,l.hæres cum debuerat. ff. ad Trebel. & ita tenet Paul.de Caſt.in d.l.fin.C.de edicto diui Adria.tol.quẽ ibi ſequitur Ale. † Et limitando hoc 5
dictum,ſcilicet, quòd ſi fideicõmiſſarius poſſideat,

tunc vbi quarta Trebellianica eſt detrahenda, non obſtante ſua poſſeſſione non eſt legitimus contradictor ad hæredem impediendum mitti in poſſeſſionem, ſicut nec legatarius, vt ibi per eum. & in d.l.filiam. & Socin. in l. hæredes mei. §. cum ita ad
6 Treb.† Et ſic ex prædictis concluditur ſubſtitutum vel fideicommiſſarium nō poſſe querimoniā contra grauatum, aut eius hæredes intentare, nec ex teſtamento ſe ſaiſitum dicere: ſed ſolum procedere per viam petitionis, vt ſing. decidit A le. conſi. xxxij. exord. perſpectis his quæ in themate præſuppoſito. lib. ij. quod eſt repetitum lib. iij. conſi. xl. conſi. j. col. j. col. iij. ver. non obſtat quòd d. tertia & vltima ſubſtitu. lib. j. Et Fulg. conſil. ccxxx. & Decius conſil. lxxxiiij. & Bar. conſi. lj. ver. & ſi quiſpiam. volu. j. & gloſ. in l. j. §. ſed & quoties. in verbo, actiones. ff. ad Treb. & Chaſſanæus cōſi. xix. nu. lvij. & conſi. lxvij. num. lxj. & Decius conſi. ccccxxiiij. num. xiiij. verſi. non obſtant allegata. & Bertran. conſi. lxxx. j. nu. iij. vol. ij. & Benedi. Capra. conſi. ij. in fi. & Oldr. conſi. cvij. exordien. circa ius municipale. q. vj. & Maria. Soci. conſi. xxxiij. in vlt. dubio. & Iaſ. conſil. cxlvj. in prin. & nu. j. & ij. vol. iiij. & Alex. conſi. xxxij. verſic. præterea dato. lib. iij. Old. conſi. cvij. & Dec. conſil. clxiij. quāuis Guliel. Bened. in repe. d. c. Raynutius. in verbo, ſi abſque liberis moreretur. in ij. verſ. de
7 æquitate autem. † teneat, quòd de æquitate canonica fideicommiſſarius poſſit intentare querimoniam, & poſſeſſorium contra reſtituere debentes. & idem & latius tenet in verbo, mortuo itaque teſtatore. in ij. ver. adde, quòd curia Parla. Tholo. & pro hac ſua opi. alleg. vtrobique Bal. ita tenere in c. in præſentia. verſ. modo dubitatur quomodo ſubſtitu. de proba. inducendo tex. prout Bald. ibi inducit. Salua tamen pace non bene intellexit Bald. quia loquitur ſecundum tex. ibi qui clarè loquitur in fideicom. hæreditatis petitione, dum tex. poſt princ. dicit, Vnde illa quæ de bonis ipſius veſtrum monaſterium detinebat, ſibi reſtitui poſtulabant: & ſic
8 petitorie agebatur. † Sed quia de iure ciuili hæc petitio hæreditatis non poteſt procedere, niſi prius verbo hæreditas ex Trebellia. non fuerit reſtituta. l. j. in princ. & ibi gl. Bar. Bal. Ang. & Albe. ff. de fideicom. hær. peti. & Inſti. eo. tit. & Pet. Iac. de Aureli. in ſua praxi. eo. tit. quare ad hoc tollendum dicit Bald. in d. c. in præſentia. quòd de æquitate canonica poteſt agi. recta via ad petitionem reſtitutionis fideicōmiſſi, licet non ſit verbo facta reſtitutio ex Trebelliano. caſus eſt ibi, & verum dicit. & ſimilis eſt tex. in d. c. Raynutius. ibi, coram quo Alterocha & filius eius bona quōdam Raynutij tanquam ex cauſa fideicommiſſi, vel ſubſtitutionis ſibi debita petierūt, &c. ad idem tex. in c. Rainaldus. ibi mouerūt quæſt. petendo pro rata. Et ſic per viam actionis, non facta verbo hæreditatis reſtitutione, & iudicio poſſeſſorio non intentato, quoniam in iuribus ſupradictis agebatur petitorio, & non profecto aliquo poſſeſſorio interdicto, vt clarè intuenti patet. Secundo ipſe Benedict. allegauit ſtylum & communem obſeruantiam curiæ Parlamenti Tholoſanæ, quæ ſic obſeruabat, & iudicabat, prout ipſe vidit: quæ quidem hoc (vt ipſe credit) fecit propter regni conſuetudinem qua mortuus ſaiſit viuum.
9 † Sed ſalua ſemper ſua pace, ipſe malè credidit, quia cōſue. prædicta generalis non ſe extendit, nec comprehendit fideicommiſſarios vel ſubſtitutos, nec comprehendere eos poſſet quouis modo, ſed ſolum ipſius teſtatoris magis tunc proximiores parentes, ac eidem ab inteſtato habiles tantum, & capaces ad ſuccedendum, non obſtante per ipſum teſtatorem quacunque hæredis inſtitutione, vel ſubſtitutione facta, & ſine præiudicio illius. Et hoc ſi intra annum à tempore mortis defuncti computandum venerint: quoniam poſt annum non poſſent ſe dicere ſaiſitos, & eſſe in poſſeſſione: cùm poſſeſſoria ſint annalia. l. j. in fi. ff. de interd. cum ſimilibus: & latè dixi in §. vj. de teſt. lib. conſuetud. Biturigum. Et ſic non habet locum in hæredibus & ſubſtitutis venientibus ex teſtamento, & ita tenet Maſuer. in ſua praxi, tit. de poſſeſſorio. verſ. item hęres qui ſucceſſit ab inteſtato. cum verſic. ſeq. item
dato quod illi. † Tum quia ſubſtitutus adueniente 10
ſubſtitutione non dicitur ſuccedere iſti hæredi defuncto, ſed primo teſtatori, l. cohæredi. §. cùm filię. ff. de vulga. & pupil. Ideo non poteſt ſe dicere ſaiſitum per mortem illius, & Alex. in d. conſi. j. verſ. nō
obſtat.† Quomodo ergo poſſunt ſubſtituti ſub cō- 11
ditione, ſi hæres ſine liberis maſculis deceſſerit, prout communiter fit, intra annum ſe dicere ſaiſitos, & turbari in poſſeſſione à morte primi teſtatoris, cùm fortè poſt centum annos, vel vltra conditio non euenerit, prout in iſtis de Montepeſato cōquerentibus, qui poſt ducentos & xxiiij. annos venerunt, vt patet ex teſtamento condito Anno 1032. vſque ad annum præſentem, 26. Et plerumque vltimus ſubſtitutus eſt eccleſia vel hoſpitale & pauperes Chriſti, vel alij extranei, quos conſuetudo nullo ſaiſit modo, nec comprehendit, ſed tantum parentes plus propinquos, vt dictum eſt. Per quod eſt dare reſponſum ad Ioan. Berberio ſuo viatorio iuris, quem tertio loco pro ſua opi. allegat Bened. quia in tit. quando petitur hæreditas in vim ſubſtitutionis, idem vt ſuprà concludit, quòd peti debet hæreditas reſtitui, licet ante finem intrando practicam legum regiarum querimonię nouitatis, & querelæ de nouis diſſaiſinis dicat ſtylum & practicam illarum animos ruſticorum pulſaſſe, ac differri omnes vias ordinarias agendi & experiendi pro hæreditatibus ſubſtitutis, & fideicommiſſis, ac intentari remedia poſſeſſoria, ac ſi ipſo facto eſſent aditæ, tranſmiſſæ aut reſtitutæ hæreditates. quod quidem eſt contra omnem iuris diſpoſitionem, vt patet ex prędictis, quoniam ſubſtitutus extraneus non poteſt ſe dicere turbatum in poſſeſſione, aut ab illa, quam nunquam etiam ex conſuet. habuit, ſpoliatum: quia priuatio præſupponit habitum. l. decem. ff. de verb. obliga. & ſentit Signo. de Homed. conſi. cxc. caſus continens. & in conſil. cclxvj. † quia con- 12
ſuetudo non ſaiſit ſubſtitutos, ſicut venientes intra annum ab inteſtato poſſeſſores. & iſtud tenet Paul. de Caſtro & Alex. in l. reſtituta. per illum text. ff. ad Trebel. † vbi dicunt, quod licet in legatarium, & 13
pari ratione in particularem fideicommiſſarium tranſeat dominium ipſo iure, in legato & relicto per fideicommiſſum, l. à Titio. ff. de furt. tamen aliud eſt in fideicommiſſario vniuerſali, quia requiritur reſtitutio ſaltem verbalis: per illum tex. & in l. facta. in princ. eo. tit. Et ideo, vt aiunt, vehementer errāt illi qui ante reſtitutionem fideicommiſſi intentan iura hæreditaria, vel poſſeſſionem rerum hæreditariarum apprehendunt, quod non poſſunt: quia adire ſpectet ad hæredē, & hęredis, eſt.† Fallit 14
in multis caſibus in quibus tranſit in fideicommiſſarium vniuerſalem ius hęreditarium ipſo iure, de quib. in l. j. §. ſed & quoties eo. tit. & in l. pen. C. eo. & Gui. Pap. conſi. cxlj. nu. vij. & conſi. cxciij. num. j. verſ. cauſę autem.† Et hoc etiam ſi teſtator deciſſet 15
cidem fideicōmiſſario, vel ſubſtitu. adueniente cō-

ditione

ditione licentiam accipiendi poſſeſſionem propria authoritate,& quam poſt mortem hęredis accepiſſet,vt ſing.voluit Bal.con.ccccxxxv. veritas eſt iſta. in fi.verſ.ſed vnum. vol.j. & per hoc text.celebrem in l.Titia cum teſtamento.§.Lucius Titius. in j.ff. de leg.ij.& ibi gl.Bar.Bal.& Moder. cum nota in l.
16 iij.C.de pig.† & adhuc debet interuenire authoritas iudicis parte vocata ſecundum eum,& idem dicit Maſuer.in dict.tit. de poſſeſſorio. ver. Item teſtator ſecundum eum.& ſequitur Ias.in dict.conſil. cxlvj.num.j.in fi.& Ange.& Alexan. in l.Paulus. in j.ff.ad Trebel.Ang.& Alex.in d.l.filiam fratribus.& Rapha.Cuma.conſil.lxj.inchoan.Petrus hæres Ioānis. in fi.verſ.ad tertium.per tex.in d.§. Lucius Titius.in j.& Decius in dict.conſi.ccccxxiiij.num.xv.
17 † Et non ſolum habet locum, quando teſtator expreſsè dedit licentiam accipiendi poſſeſſionem,ſed etiam ſi tacitè,ſcilicet faciendo fideicommiſſarium executorum : tunc à ſeipſo poteſt fideicommiſſum accipere. allegat Ioan. And. in addi. Spe. tit.de inſtru. edit. §. nunc aliqua ver.ſed pone, ver. xxix.&
18 Bal.Ang.& Sali.in l.non eſt dubium.C.de lega.†Et eo modo,ſi teſtator,vt inquit Decius d.conſi.424 nu.xvij. legat vxori domum , inhibendo hæredi,ne illam in dicta domo impediat,quia videbatur dare licētiam accipiendi propria authoritate.alleg.Ang. in l.hæc ſi res. ff. de rei vend. & idem dicit Decius in d.l.ſi.ver.Secus quando. & ſingul.Anto. Rubæus conſi.xliij. incip. ex teſtamento magniſi. dom. Ian. nu.iij.vſque ad vij. Vel poſſet forte ſuſtineri illa opin. Berberij. quando fideicommiſſum fuit purum ſine diei aut conditionis appoſitione : quia hæres fuit grauatus ſtatim reſtituere:ſed adhuc per manus hæredis recipere tenetur, & in vim ſubſtitutionis ratione conſuetudinis non poſſet ſe dicere ſaiſitum,
19 vt dictum eſt. † Igitur curia hanc ſequens partem, ita iudicauit,& latum areſtum die xxiij.Iunij,Anno 1526.Et hæres fuit manutentus, actione in petitorio ſubſtitutis reſeruata, inſequēdo alia areſta prius per ipſam in ſimili lata, videlicet in fauorem Margaritæ de Gramont hæredis ab inteſtato à Seneſchallo Lemouicen. appellantis, contra Petrū Gramont ſubſtitutum appellatum , quod latum fuerat die xiiij.Auguſt. Anno 1521. Et pariter in fauorem Catherinæ de Luſtaco , & Mariæ de Thoyoſæ eius filiæ,contra Petrum de Thoyoſæ ſcutiferum, à Seneſchallo Agennen. appellantem latum die xxij.
20 Februarij,Anno 1536. † Et aduerte , quod licet fideicommiſſarius vniuerſalis poſſeſſor ſine vitio poſſet intentare remedium d.l.ſi. C. de edicto diui Adr.tollen.quando fuit datus in teſtamento,an idē in fideicommiſſario virtute codicillorum facto?Et breuiter dic quod non competat beneficium illius l.cum non oſtendat teſtamentum,vt tenet Cin.d.l. ſi.in quarta q.& Ang.verſ. eſt & tertius. per gl.in l. ſi.C.de codi.in verb.more.& ibi Ang.Sali. & Fulg. & Iac.de ſanct.Georg.in d.l.ſi.de edict.diui Adria.
21 tollen.nu.xix.Sed Bal.† in d.l.ſi.in ij.q.tenet cōtrarium.& ibi idem Corne.ver.idem in caſibus. & latius Ale.ibi.ver.& dicit Bal.hic in ij.q. & idem Bal. in addi.Spec.tit.de teſti.& Pau.de Caſt.in d.l.fin.de
22 codicil.† Quid dicendum? Iaſon in d.l. ſi.de codicil.verſ.gl.in ver.more.concordat iſtas opi. quod ſi nullum ſit conditum teſtamentum, ſed ſoli codicilli ſiue in ſcriptis,ſiue ſine ſcriptis, & tunc procedit prima opi.quod d.l.ſi.de edict.diui Adrian.non habet locum, ſed bene condito teſtamento & codicillis , cum codicilli pendeant ex teſtamento: & tunc procedit opi.Bal. & iſta diſtinctio fuit Fulgoſ. ibi,quem ſequit. Corne. & iſta quæſtio fuit in proceſſu dominæ Marg. de la Roche hæredis contra nobilem virum Ioan, Dautefore fideicommiſſariū codicillarem poſt teſtamentum factum. † Tertia quęſtio principalis,ſi vnus ex ſubſtitutis ante euentum conditionis decedat relictis filiis , ſit locus ſequenti in gradu ſubſtitutionis, vt ſequens in gradu præferatur liberis præmortui ſubſtituti. de qua per gl.in l.vna. C..de iis qui ante ap.tab. & Bar.moder. inchoan.ænigma in l.quand.in vlt. ff.de acq.hær.& latè dixi ſupra,q.xxxviij.in aliud. Et alias ſuper hoc conſului in ciuitate Agennij , tempore quo eram contra ſeditioſos & mutinos Agennenſes : & vide conſil.xlix. exor. factum tale quondam vixit in humanis.vbi recurre cauſa breuitatis.† Tamen in ca- 24
ſu iſtorū de Montepeſato, viſa clauſula teſtamenti in qua dicitur,quod fiat reſtitutio ſi tunc viuat, aut ſi tunc non viuat ſubſtitutus quod ad eius filium aut filios bona deueniant , &c. & non videtur dubium quin filij ſubſtituti præmortui præferantur ſuperſtiti ſubſtituto , vel fideicommiſſario, ex quo de illis reſtitutione bona expreſſam fecit mentionem.Et in hoc conueniunt Docto. ſuprà in præcedenti q.allegati:quia in incertis,& non certis locus eſt contecturis,l.continuus.§.cum ita. ff.de verbor. oblig.& vide in d.conſi.xlix. quia illa verba,ſi tunc ſubſtitutus non viuebat,bona deueniant ad eius filios maſculos,declarant,& oſtendunt multum validè mentem teſtatoris expreſſam de filiis ſubſtitutorum , aut fideicommiſſariorum ad ſuccedendum per eum vocatis in diſpoſitione poſitis.

SVMMA.

1 *Inſtitutio primi maſculi facta per dictionem ſemper, an verificetur in primo maſculo tantum.*

Quæſtio CLVII.

Or nunc veniendo ad quæſtionem quam policitus ſum poſt præcedentem hic annectere de inſtitutione primi maſculi per dictionem ſemper , facta, an videatur ex voluntate expreſſa vel tacita teſtatoris mente vocatus , aut verificetur in primo maſculo tantum.

DECISIO CLVII.

ET pro huius intelligentia videnda ſunt verba inſtitutionis † tam in contractu, † quàm teſtamento poſita. In contractu matrimonij inter nobilē virum Io. de Pellegone.militem dominum de Aymeto,& nobilem domicellam Magdalenā de Rupe paſſato. Anno 1474.die penult.Octobris, fuit conuentum & accordatū quòd primogenitus maſculus erit hęres,&c.Et caſu quo ſint plures liberi maſculi vel fœmellæ ex dicto matrimonio quòd primꝰ erit ſemper hæres , reliqui verò dotabuntur iuxta facultatem bonorum, &c. Et bis ſupradicta verba repetuntur, ſcilicet de vno & pluribus maſculis, quòd maſculus erit ſemper hæres. Modo dicti cōiuges habuerunt quatuor maſculos, ſcilicet Io. dit, de Verdum, Guliermum , Bertrandum , & Ioann. Deinde deceſſit vir condito teſtamento xxij. Nouembris,Anno quingenteſimo, in quo prædictum Ioan.de Verdum hæredem inſtituit vniuerſalem, & cæteros filios in duabus mille libris Turonen. inſtituit particulares hæredes : & ſi contigerit iſtos ante hæredem vniuerſalem decedere, quod omnia eorum bona veniant ad vniuerſalem hęredem,& ſi hęres vniuerſalis ſine infantibus decedat,quòd Guliel.ſcilicet de vno ad alium, de ſecūdo ad tertium,

& de tertio ad quartum, dicendo, ei ſuccedat. Et pariter eidem alij duo liberi omni tempore, ſcilicet, *touſiours de l'vn à l'autre, du ſecond au tiers, & du tiers au quart.*

SVMMA.

1 *Semper dictio. & nu. 2. & 3. & 6.*
4 *Inſtitutio facta cum dictione ſemper, quid importet.*
7 *Inſtituens primum maſculum ſemper hæredem, an de vno ſolo verificetur. & num. 9. & 11.*
8 *Vniuerſalis cum negatione præpoſita æquipollet ſuæ contradictorio.*
10 *Semper dictio, poteſt verificari in x. vel xx. annis, & aſſignando in tribus. & nu. 12.*
13 *Teſtamentis intelligendis ſunt ſeptem obſeruanda.*
14 *Omni tempore, dictio in ſubſtitutionibus poſita quid operetur.*

Quæſtio CLVIII.

Quæritur quid iuris primò de ſubſtitutione cum dictione ſemper facta. Secundo cum dictione omni tempore, & etiam infanti, an verificetur tam in maſculo quàm in fœmina.

DECISIO CLVIII.

1 IT † præſuppono quòd in pluribus non ſolùm iuris vtriuſque paſſibus fit de hac dictione ſemper, mentio, ſed etiam in ſacra pagina. & primò in ſacra ſcriptura, Tu autem domine ne longè facias miſerationes tuas à me: miſericordia & veritas tua ſemper ſuſceperũt me. Pſal. ac pariter Pſalmo xviij. Et erũt vt cõplaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei, in conſpectu tuo ſemper. & Pſalm. Benedicam Domino in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. & Pſalm. Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu tuo ſemper. & eſt in Pſal. Et peccatum meũ contra me eſt ſemper. & diuus Hiero. in c. nunquam. de conſe. diſt. v. ſemper aliquid boni facito, vt te diabolus inueniat occupatum: & alibi ſæpè, vt per Ioann. de Montelon. in promptuario diuini iuris ac vtriuſq; humani Pontificij & Cæſarei, in verbo, ſemper.
2 † Secundo in iure pontificio. in c. j. ibi, & eccleſia iure minoris debeat ſemper illæſa ſeruari. & ibi gl. in verb. iure. de in integ. reſti. & in c. ſacerdotibus. xxxj. diſtin. Cuius verba ſunt hæc, ſacerdotibus, vt ſemper valeant altari aſſiſtere, ſemper ab vxoribus eſt abſtinendum, ſempérque caſtitas obſeruanda præcipitur. & c. ſi laicus. ea. diſtin. & ſic cõgruis horis. & in c. ſi quis voluntate. ibi, ad ianuam eccleſiæ catholicæ ſemper iaceat. 36. diſt. cum aliis per gloſ.
3 alleg. † Et in iure Cæſareo in infinitis locis, vt in l. ſemper. ff. quod vi aut clam. & l. ſemper. ff. de iure iurand. ad idem text. in l. ſi. ff. de teſti. & in l. non eſt ſine liberis. ibi, ſemper plurali nu. ff. de verbo. ſignifi. & in l. ſemper in obſcuris. l. ſemper in dubiis. & l. ſemper qui nõ prohibet. ff. de reg. iur. cum aliis per Alb. in dictionario alleg. & in regula, ſemel malus, ſemper præſumitur malus. & in regula, plus ſemper in ſe continet quod eſt minus. de reg. iur. lib. vj. & in l. quia ſemper certa eſt mater. ff. de in ius vocan.
4 † Hoc habito, videtur primo inſtitutionẽ maſculi, per hanc dictionem, ſemper factam, omne tempus & omnem caſum mortis cuiuſlibet filiorum cõprehendere. l. j. in prin. ff. ſol. matr. & hoc tenet ibi glo. ſubaudiendo ſcrè, quia regulariter dos eſt priuilegiata omni tempore, & omni caſu eorundem temporum, ſcilicet ante matrimonium, & eo conſtãte, & eo ſoluto: tamen fallit in caſu l. maritum. eod. tit. Et ſic hęc dictio, ſemper, ponitur pro omni tempore, ſcilicet caſu mortis ſine maſculis adueniente, prout infrà dicetur. & Luc. de Pẽna in l. j. verſi. ſemper. de caſtren. omn. Palati. peculio. li. xij per quã dicunt aliqui, quòd ſi res alicui cõcedatur, vt eã ſemper habeat intelligitur, vt ipſe ait, tẽpore perpetuo. d. l. j. fol. mat. & l. j. ff. de iure dot. & in fi. de parrici. & l. præſcriptionẽ. C. de præſcrip. xxx. vel xl. annor. hinc eſt quod monachus ſemper debet deferre habitũ monachalẽ. c. ſanctimonialis. xxiij. diſtin. & ibi gl. Archi. & Card. Alex. elicientes etiam, ſecundum Luc. de Penn. vbi ſuprà. † Monachum Epiſcopum 5
factũ etiam debere deferre, & nõ mutare habitum, vt ibi, & Bal. in l. falſa. §. ſed ſi cui. ff. de condit. & demon. & Alex. conſi. xxxij. ver. & ſimiliter dicit. li. v.
† quia dictio, ſemper, denotat ſecundũ Card. Alex. 6
vbi ſupra actum continuum, quãdo iungitur actui, qui cõtinuè fieri poteſt, d. c. ſacerdotibus. xxxj. diſt. vbi dicitur caſtitas obſeruanda, quia intelligitur continuato tempore. Si autem adiungitur actui interpellato, tunc intelligitur ſemper fieri, quod fit ex interuallo, & debito tempore, vt no. gl. j. in d. c. ſi quis voluntate. 50. diſt. & ibi idem Car. Ale. & Feli. in proœ. Greg. Rex pacificus. ver. ſed & iſta & ſimilia. Et ita communiter concludunt Doct. ſuprà alleg. Et pro iſta parte multum facit tex. in l. Caio. §. Imperator. de alimen. & ciba. lega. ibi, item conſultus de tali ſcriptura, vt tecum ſint ſemper volo. & c. vbi dictio ſemper, denotat continuationem ſeu perpetuitatem. qui tex. videtur decidere hanc q. licet loquatur in alimentis præſtandis, ſi ſemper cũ hærede manſerint: tamen ſi ob grauiorem ſeruitutẽ impoſitã ab eo diſceſſeris, debet habere aliměta. Ergo idem videtur fauore agnationis ipſos maſculos expreſſa teſtatoris voluntate ſemper vocatos fuiſſe. facit tex. in l. Aquili⁹ Regulus. in prin. ibi, qui & cũ patre meo ſemper fuiſti ff. de dona. & in l. lex quæ tutores. §. ante omnia, ſemper in hæreditate & in domo retineantur. de admi tut. ad idem facit tex. in l. j. §. j. perenne eſt, quod ſemper fluit. ff. de flumi. & ibi gl. exponit ſemper, id eſt ſine fine. alleg. l. ij C. de diuer. reſcrip. & ſic exponit Nic. Perotus in Cornucop. nu. xx. in verb. ſemper. id eſt continuè ſine interuallo, à quo compoſita fuit ſemperuiua herba, & ſempiternus, & ſempiternè aduerbium. & tex. cũ gl. in l. ſi. ff. de parrici. cuius verba ſunt hæc: Eorum qui parricidij pœna teneri poſſunt, ſemper accuſatio permittatur. & gl. exponit ſemper, id eſt, in perpetuũ. Et ad hoc tex. in c. j. poſt prin. de ſum. trini. ibi, pater à nullo, filius à patre ſolo, ac ſpiritus ſanctus pariter ab vtroque, abſque initio, ſemper, ac ſine fine, &c. & ver. Et tandem ibi ex Maria ſemper virgine. & in §. & ſi poſt ſuſceptionem. ibi, per veram poteſt ſemper pœnitentiã reparari. & per Ant. Imol. Abb. Sic. & Feli. in ij. notab. in proœ. Decret. & in l. Arriani. circa medium, ibi, ſemper pro viridi obſeruantia. C. de hær. & in l. ſi. in fi. C. de reuocan. dona. ibi, ſilentium eius maneat ſemper &c. & in l. quiſquis. §. filij verò eius ibi, infamia eos paterna ſemper comitetur, C. ad leg. Iuliã maie. † Ergo illa 7
ſubſtitutio vult, quod primus ſemper erit hæres, & ſi ſint plures maſculi, quòd vnus poſt alium ſine maſculis decedens ſit hæres, quia hæc dictio de ſui natura importat continuationem, ſecundum Alb. in l. ſi. poſt prin. ver. & no. literam. C. de teſt. per gl. in d. l. j. ſo. mat. & idẽ per illum tex. tenet Soci. cõſ. ij. ver. inſuper. vol. j. vbi voluit, quod ſi teſtator voluerit vxorẽ ſemper in executione eſſe præſentem,

ſine

ſine ea aliquid fieri nõ poſſe,cũ dictio ſemper,facit regulã,& æquipolleat vniuerſali.d.l.j.& l.ſeruitutes prædiorũ.ibi,nemo. ff.de ſeruitu. & l. humanitatis. C.de impub.& aliis ſubſtit.Et illud quod quotidie in ſancta cantatur eccleſia, Sicut erat in principio, & nũc,& sẽper,&c.& facit l.ij.quæ incipit, nõ ſem
8 per.iuncta gl.C.quom.& quan.iud.† q̃ dictio vniuerſalis,ſemper,prępoſita ibi negationi,facit æquipollere cõtradictorio ſuo.quod no.ibi Bar.in ij.no. & etiã Bal.qui alle.gl.in l.legitimos. §.in legitimis. ver.an igitur.in verb.nõ ſatisfecerit.cũ aliis ibi per Alex.in addi.ad Bart.collectis,ff.de legiti. tuto.niſi ſecũdum Bal.ibi,aliud appareat de mẽte teſtatoris, quia magis,vt inquit,ad ſenſum, quàm ad medullã verborũ recurrẽdũ eſt,l.iij.C.de libe.prę.te.vt j.dicã.in ſol.quæſt.ad idem tex.in l.ſolẽt.§.ti.ver.neque omnino,neque ſemper, neque ab omnib. accipere debere.ff.de offi.proconſ.& lega. & in c. diſcretionẽ.ver.nã & ſi ibi,non tamẽ ſemper. de eo qui cog. cõſangui.& in l.binas ædes.§.qui binas.ibi,nõ autẽ ſemper ſimile eſt itineris argumentũ.ff.de ſerui.vrba.prædio.& in l.quod ſi minor. §.nõ ſemper autẽ. ff.de minori.& in l.is qui in puteũ.§.Ariſto aũt ſcribit poſſeſſori nõ ſemper eſſe renunciandũ. ff. quod vi aut clã & in §.hæreditas.ver. nõ aũt vtique ſemper.inſti.de hæredi.inſtit.& in l.j.§.quæſtioni fidem nõ ſemper.& l.edictũ. ibi, quæſtiones neque ſem-
9 per.ff.de quæſt.† In cõtrariũ videtur,quòd alij poſt primũ maſculũ,in quo videtur verificata inſtitutio, etiã ſi decedat ſine maſculis,nõ ſint expreſsè.nec tacitè vocari,propter illã dictionẽ,ſemper,adiectam, quod primus maſculus erit ſemper hæres:quoniã in iſto caſu videtur dictio,ſemper,tempus mortis cõtrahentiũ,aut teſtatoris ſolum importare,quod tũc maſculus primus ſit hæres,& non in caſum deficiẽtium liberorum maſculorum primi maſculi,vocare alium maſculum immediatum,vt ſentit Iaſ. in d.l.j. ver.in ead.gl.ad fi.ſol.matr.ibi,adde q̃ dictio,ſemper videtur importare generalitatẽ quo ad tempus, ſed non quo ad caſus.dicens hanc eſſe regulã,quam nititur ex duab.ll.cõprobare. Primo ex l.fi. in prin. prælleg.C.de teſt.vbi dicitur & ab antiquis legi & à diuerſis retro principibus ſemper ruſticitati fuit conſultum,id eſt omni tempore,& ſic importat interuallũ igitur &c.Secundò ex l.fi. C. de iuris & facti igno.vbi nõ ſubuenitur ruſticitati,niſi in caſibus à lege expreſſis. pro quo facit melior text. in l.j.§.j. quę incipit,Semper autẽ ſatisdare cogitur,cuiuſcũque ſit dignitatis,vel facultatũ quarumcunque hæres.ff.vt leg.ſeu fideic.nomine.cau.vbi glo.ſi.in verſ. ſemper dicit:fallit in caſibus,&c.& tex.in l.ſcire oportet.§.fi.ff.de tuto.& curat.dat.ab his.Cuius verba ſunt hæc, ſemper autem maximè obſeruent magiſtratus non creare qui volũt iniicere,vel ingerere ſeipſos vt creentur,&c. Et ita annuunt omnia ferè ſuprà in prefatione allega.& in c.ſint tibi quotidiana ieiunia.de conſecrat.diſtin.v.& iſti gl verſi verbum quotidianũ recepit interuallum tẽporis: quia ieiunium debet eſſe quotidianum,tamẽ diebus dominicis non ieiunamus. Et dictio,ſemper,verificatur,licet quandoque nõ, dummodo cõmuniter ita ſit,l.non eſt ſine liberis.ff.de verbor.ſignif.vbi text. dicit,nõ habere liberos, vel habere liberos ſemper in plurali verificatur, & tamẽ in ſingulari ponitur, l.ſi quis.§.in illo. C.de ſecundis nupt. & in l.ſi quis in ſuo. ff. de inoffi. teſtamento. cum aliis adductis. dicens ſemper verificari etiam in actibus temporis interuallum habentib.d. l. aduerſus. & ibi Bald. C. de vſur.vt ibi per cũ.& facit tex.& quę no.ibi Bart. Bal.& Soci.in l.ſi quis ita legauerit, dum vxor mea. ff.de condit.& demonſtrat.& Deciſ. Bart.in l.j.ſol. matr.de teſte deponente Titium xxx.annis ſemper poſſediſſe, quod verificatur etiã ſi aliquo tempore fuerit abſens.& ibi eũ ſequuntur Docto. & alij per Iaſ.allega.& Alberi.in dictio.in ver.ſemper. & in c. ſi diligenti.ibi,ſemper in quaſi poſſeſſione fuiſſe.de præſcript.& in l.j.ti.de iure dot.ibi,vt ſemper apud maritum ſit,& ibi Iacob.de ſancto Georg.nu. iiij. & in auth. de hæredi.& fal.§.ſemper.& ibi Ange.& Soci.conſi.xlij.verſ.& ſic intelligamus.vol.j.& cõſi. liiij.nu.x.vol.iiij.Et ſolum verificatur in iis quę habẽt in ſe temporis interuallũ, vt dicit Bald. in l.aduerſus.in fine.C.de vſur.& in hoc vltimo cũ ſequitur Salic.ibi,in fin.& Ancha.conſi.ccxcvj.viſis articulis pro parte Titij.& Rom.conſi.cclxiij.& Fulgo. conſi.cv.ante mediũ.vbi Docto.volunt dictũ teſtis deponẽtis Titium poſſediſſe x.annis ſemper, id eſt continuè.& per Abb. Sicul. & canoniſtas in procę. Grego.in verſ.quotidie.& ibi Feli. verſ.adde Ang. & per Signo.de Homed.conſi.cxxix.vbi limitat Felin. verſ. ſimiliter prædicta de dicto teſtium. Alex. conſi.clxxxij.nu.iij.poſt mediũ vol.vij.† dicens ipſã 10
dictionẽ ſemper poſſe verificari. & Ang.in l.minimè mutãda ſunt.ff.de leg. tex.in c.ad honorem. ibi, pallio ſemper vtitur. & ibi Abb. in ij. nota. de autho.& vſu pallij.& in procę.inſtit. & ibi gl. in verſi. ſemper Auguſt'.& idẽ dicitur in procę.ff.& iſta tenet D.de Montelon,vbi ſuprà,& Corn.conſi.xlj.in litera R,vſque ad fi.conſi.vol.ij. volens,quòd ſi teſtis dicat duos ſemper aſſiſtere,poteſt hoc intelligi nõ eodem tempore,ſed diuerſis.vnde ſi quis,vt ait, interrogatus, qui cuſtodiunt caſtrum, reſpondeat, centũ ſemper cuſtodiunt,verum diceret ſi ſoli centum eſſent,licet aliquando aliqui dormiant,vel aliqui vadant extra pro eorum neceſſitatibus. Vnde verbum ſemper,debet(vt inquit) ciuiliter intelligi, licet aliquod interuallum tẽporis interueniat prout dicitur de verbo cõtinuo,per gl.pen.in c.fi.de verbo.ſigni. & aliis per ipſum alleg. Quid dicendũ cũ videamus dictionẽ,ſemper, aliquando † importare 11
omne tempus,& omnem caſum,d.l.j. ſol. matri. & aliis iurib. pro prima parte alle. Aliquando omne tempus,& omnẽ caſum,vt iuribus pro ſecũda parte adductis.& iſta eſt magis communis, aliquãdo importat omnem caſum,& non omne tempus, d. c. j. de in integ.reſtitut.vt tenent ibi glo.& Io.de Imol. nu.iij.& Spec.co.tit. §.intra quod tempus.poſt medium.† Et aliquando verificatur triennio, aut ſal- 12
tem in decennio,vel vicennio, vt eſt tex. iuncta gl. in d l.aduerſus.& ibi Bal.& Sal in fi.de vſur.dicentes ſecundum ſubiectam materiam importare perpetuitatem temporis,& caſuum, vel vnius tantũ vel plurium,vt dicit gl.in auth.vt determina.ſit nu.cleri. §.cum verò Deo amabiles Epiſcopi ad alienorũ preces ſemper reſpiciẽtes, id eſt multoties dicit gl. Vnde in caſu præſenti cum dictum ſit primũ inter plures maſculos & fœmellas ſemper eſſe hęredem, & alios fore dotãdos, importat tempus mortis patris:quare illa dictio,ſemper,cẽſetur verificata fuiſſe in primo filio, cùm de aliis poſt mortem primi ſucceſſoris nihil per contrahẽtes diſpoſitũ cenſeatur. Et illa dictio ſemper præſumitur potius viſo pede literę ex propria notarij ceruice inſerta,& appoſita,quàm voluntate cõtrahentiũ. hoc enim clarè demonſtratur, illam dictionẽ, ſemper, in altero coniugum ſuperuiuente vſufruente appoſitam,poſt cuius mortem nullus eſt vſumfructum habiturus, in vno tantum verificari. Tum etiam quia mater

Digitized by Google

contrahens videtur ſic intellexiſſe ab illo pacto recedendo,& alias faciendo de liberis ſubſtitutiones. l.licet.C.de pactis.de quo j.dicã.Et pariter primus maſculus Ioannes de Verdun facit hæredem Guilelmũ,de cuius ſucceſſione agitur contra duas relictas perçum filias. Quoniam in vim illius licet fuiſſet ſecundus maſculus,cœpit hereditatem,& nõ in vim pacti matrimonialis:quem pariter mater fecit ſuum hæredem.Et ſic per illam dictionem,ſemper, in inſtitutione primi maſculi appoſitam, non videntur alij expreſſa aut tacita voluntate contrahentium vocati,ſed verificata in illo primo: & per conſequens filiæ Gulielmi excludunt Bertrandum. Nam ſi dixiſſet, quòd poſt primum cæteri maſculi vnus poſt alium ſine maſculis venientes ſemper eſſent hæredes,fortè ſecus eſſet,prout in alio caſu fuit repetitum in teſtamento quondã Libati de Toyoſe domini dicti loci, qui fecit Petrum de Toyoſe primogenitum hæredem vniuerſalem,& ſi decederet abſque prole legitima,bona ipſius teſtatoris reuertantur, & eo caſu faciebat hæredem ſuum vniuerſalem Geraldum de Toyoſe eius filium,& ſemper in futurum primum filium deſcendentẽ in gradu,& deinde ad proximiorem maſculum clari ſanguinis ſeu generis dicti teſtatoris,iuncto teſtamento ipſius Petri, quòd non fuit hic in contractu, ſed quod tam maſculi quàm fœminæ dotarentur.Et ſic nullo modo vocati, ſed bene in teſtamento patris. Nec huic obſtare videtur text.in d.l.Caio. §.Imperator.de alimen.& cibar.legat.quia licet liberti ſemper manere debuiſſent cum hærede, iuxta ordinationem teſtatoris educandi,tamen per eos non ſtetit,ſed per ſæuitiam hæredis.ad hoc bon. tex.in d.l. ſi quis ita legauerit.& ibi Doctores.ff.de conditio. & demonſtrat. præterea non dicit filios illorũ eſſe per hæredem educãdos,ſed de primis liberis. Ideo in primis fuit extinctum morte illorum legatũ. Et ſic pro hac parte potius facit. Et in iſtam partẽ inclinarem,niſi quia illa dictio,ſemper,viſo teſtamẽto Io. de Pellegrue patris qui filio Ioan. de Verdũ primogenito deſcendenti ſine infantibus ſubſtituit Guliel.ſecundũ,& illi ſecundo tertiũ,& tertio quartum, omni tempore vnum poſt alium ſucceſſuros, declaratur pro omni caſu, ſi decedat hæres ſine infantibus maſculis,de quibus ex voluntate teſtatoris expreſſa eſt intelligendum.quoniam ea quę præcedunt, vel quæ ſequuntur ſcripta ſunt ſpectanda, l. ſi
13 ſeruus plurium.§.fin.ff.de lega.j. † Vbi colliguntur ſeptem quæ in teſtamentis & diſpoſitionibus teſtatorum attendi debent, conſuetudo primò teſtatoris,ſecundò conſuetudo regionis, tertio mens,quæ colligitur ex præmiſſis vel ſequentib. pro quo text. eſt in l.vtrum.in princ.ibi,& puto ſequentem clauſulam Senatuſcõſulti ſequendam eſſe, ff. de petitio. hæredi.& Paul.de Caſtr.conſi.vij. ver. non ergo eſt curandum.vol.nou.Quartò,dignitas illorum quib. relinquitur. Quintò,dilectio.Sextò,neceſſitudo,id eſt,cõſanguinitas. Septimò,ſcripturarum vicinitas, ibi latius per Doctores. Et ſic ſe habet conſuetudo teſtatorum, & conſuetudo huius Aquitaniæ regionis,& communis vulgi, infantium nuncupatio cõprehẽdere maſculos infantes & filias infantes,quos & quas ſic appellant ac vocant.Nam in materia teſtam. ſi dictio ſemper,ſolet multum operari ad hoc, vt reſultet ſimplex & abſolutũ fideicommiſſ.vt dicit Soci.in conſi.ccxxvij.vol.& in l.qui Romę.§.cohęredes. verſ.& hanc concluſionẽ fortius dicebã procedere.ff.de verb.obli.& Franc.Cur.iunior conſil. clxj.nu.xj.verſ. Cùm igitur verba prohibitionis. & ſic bona venire ad maſculos gradatim ſubſtitutos. & ita dicit Soci.ſe conſuliſſe per Alex. Bentiuolis, in cõſi.quod incip. ſi illuſtriſſimus dux Mediolani. & idẽ in conſ.lvij.in cauſa filiorũ Caroli de Batoucellis,vol.iij.nu.iij.verſ.confirmatur.Vnde Plinius, quadrupedes infantes ſuos cognoſcunt.& idẽ lib.x. c.vj.Velpertilio voluerũ ſola lacte nutrit vbera admouens,geminos volitat amplexa infantes. quãuis nomen infans ſit communis generis. ſubſtitutiones namque præmiſſæ factæ de primogenito ad ſecundum,& alios puberes, & eõtra de illis ad primum denotant mentem ſeu voluntatem teſtatoris clarã voluiſſe maſculos gradatim ad eius ſucceſſionẽ per ſubſtitutionem obliquam ſeu fideicommiſſariam vocare,c.ſi pater.de teſta.lib.vj.cùm in ſubſtitutionibus ſemper plenior interpretatio ſit facienda, vt ibi dicitur l.in teſtamentis & ibi Decius.ff.de regu. iur.& in c.cum dilecti.in fi. de dona. quia in cõtractib.plena,vt dicit ibi tex.in teſtamentis plenior,in beneficiis quoque pleniſſima eſt interpretatio adhibenda.† Et ſignanter ob ſignum vniuerſale omni 14
tempore in prædicta ſubſtitutione adiectum.c.j.de cenſi.lib.vj.quod eſt in plurali collectiuum,vt not. in gl.in l.ſi pluribus.ff.de leg.ij.& in ſingulari num. eſt diſtributiuũ.vt per Bar.in l.monachis. ff.de iurifici.& Bar.& Moder.in l.hoc articulo.ff.de hęredi. inſtit.& in l.non diſtinguemus. §.cùm in plures.de arbitr.& Guid.Pap.in d.regula, ſemper malus, &c. nu.j.& Luc.de Penna in l.omnes iudices.poſt prin. in ver.omnes.C.de decur.lib.x. & in l.in omnib.in princ.de curſu.publi.l.xij. & Bertran.conſi. lxxxvij. nu.xiij. vol.ij. quia qui omne dicit, nihil excludit.l. Iulianus.ff.de leg.iij.c.ſi Romanorum.xix. diſtinct. & Paul.de Caſtr.conſi.xxviij.verſi.Item verb.illa omnia bona.vol. nouo. Nam declarat mentem diſponentis fuiſſe,velle maſculum ſecundum, tertium & quartum ad eius ſucceſſionem,altero ſine infante maſculo decedente venire, vt voluit Alexand. conſil.cxcv.nume.iij.volum.vj. tamen ratione ſubiectæ materiæ aliquando reſtringitur, vt prædixit Bal.in l.à procuratore. C. manda.de quo per Purp. in l.lecta.nu.xlj.ff.ſi certum pet. & Decius in l.omnia in j.no.eo.tit. & in conſi. lxxvj. & in c.ſedes. de reſcript. & Franciſc. de Are.conſil.xij. & Purpura. in l.imperium nume.lxx. ff. de iuriſd.omn. iud. vbi concludunt illam dictionem eſſe vniuerſalem & integralem, quando ad diuerſos, & non ad vnum refertur. & idem Corne. Conſil. cclxxj. in litera B, volum.iiij. allegat text. in §. ius autem gentium omni humano generi. inſtit. de iur.natur.& Decius conſi.lxix.verſi.Confirmatur. Aliquando pro tempore aduerbialiter vſurpatur, id eſt, pro ratione temporis: aliquando dicitur cum tempore, id eſt, cum mora & ſpatio temporis: aliquando in tempore, id eſt, opportunè, hoc eſt caſu adueniente, vt in caſu noſtro primo, aut ſecundo, aut aliis ſine infantibus,ſcilicet maſculis, deſcendentibus, omni tempore, vnus poſt alium vocatus ſuccedat. Aliquando ex tempore, ſcilicet ſubito, quia ſi extra temporis commoditatem, vt in Cornucopia Peroti. & idem Paul. de Caſtr. conſil. cccij. inchoan. viſis & diligenter conſideratis omnibus ver. hæc verba,ſi conditio. volum. antiq. text. in dict.l.non diſtinguemus. §.cum plures. & bonus text. & gloſ. in cap.j.lxxv. diſtinctio.ibi, omni enim tempore.& cap.omnipotente.de conſecra.diſtinctio.iiij.& Felin.in procem. Decret. in ij. nota. & pro hac Deciſio. facit text.in l.j.§. nuntiatio. ibi. Item nuntiatio omnibus diebus fieri poteſt. ff. de noui oper. nunt.

nunt.vbi Barto.per illum text.poſt Iaco.de Are.po nit an diſpoſitio legis vel ſtatuti cõcepta verbis vniuerſalibus, reſtringat de habilitate cum doctrina Bar.tranſeunt Albe.& alij.inſuper Alexand.& idem Alberi.in dictio. in verb. omnis homo.ſed Iaſ. ibi, verſi.gloſſ.in verb.omnibus diebus.& ex dictis Bar. duas principales colligit concluſiones: prima quòd diſpoſitio legis, vel ſtatuti concepta verbis vniuerſalibus, iuncta futuro tempori, cõtinens actus noui conceſſionẽ reſtringit de habilitate. Fallit ſecundũ Bart. ratione quã tallentiam impugnat Iaſ. ibi, vt vide per ipſum. ſed Barto.& Doct. loquuntur in diſpoſitione legali, vel ſtatutaria quæ reſtringat, & non in diſpoſitione hominis, in qua ſecundum ibi, verſi. tertio limita. videtur ſecus, vt non reſtringatur, vt voluit Bal. quem allegat in l. fi. verſi. ſed in regula. C. ſine cenſu vel rel. cum aliis per ipſum alleg. Ergo verificatur ſolum in maſculis, & non fœminis, quæ in hoc caſu propter dictionem ſemper in contractu matrimonij, & dictionem omni tempore, in teſtamento inſertas, & per ſubſtitutos excluduntur, aliàs vbi ſimpliciter decedenti ſine inſantibus ſubſtituiſſet ſecundum filium, ſine expreſſione maſculorum, comprehenderentur fœminæ, quæ excluderent ſubſtitutos, per ea quæ dicta ſunt ſuprà in præceden. quæſt. tamen proceſſus fuit per Regem ad ſuum conſilium euocatus.

SVMMÆ.

1 *Donatio fratri facta an reuocetur per legitimationem naturalium filiorum? & nume. 2. & 12.*

3 *Naturales filij poſtea ſuſcepti non reuocant factam donationem.*

4 *Matrimonio legitimatus poteſt eſſe Epiſcopus.*

5 *Legitimationem matrimonij extendi etiam in ſtatutis.*

6 *Iuramentum non impedit reuocationem donationis legitimatis liberis.*

7 *Renuntiatio quamis iurato non impedit reuocationem donationis ſuſceptis liberis.*

8 *Donatio in contractu matrimonij facta, an reuocetur ſuperuenientibus liberis. & numer. 9. 10. & 11.*

15 *Donator habens liberos an reuocet donationem, ſi alij ſupernaſcantur? & nu. 14. 15. & 16.*

17 *Renuntiatio hæreditatis an reuocetur ſuperuenientibus liberis, ſicut donatio. & nu. 18. & 19.*

20 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an excludat ſubſtitutum.*

21 *Primogenitus naturalis legitimatus an præferatur ſecundo legitimè nato?*

Quæſtio CLIX.

Donatio iuris, ſpei futuræ ſucceſſionis in contractu matrimonij, & contẽplatione ipſius iuramento vallata, facta per fratrẽ habentem liberos naturales tantum quos perſequens matrimonium legitimauit, an reuocetur per l. vnquam. C. de reuoc. dona. & l. ſi quis ſe deſperauerit. de ſucceſſione in Lombar. & cxvii. quæſt. vlt. Et iſta quæſtio fuit pariter in dicto proceſſu de Aymeto habita.

DECISIO CLIX.

1 TVR videtur dicendum donationẽ prius per fratrem factam poſſe reuocari propter liberos naturales poſtea ſuſceptos, per ſequens matrimonium legitimatos, vt decidit Bald. in cap. innotuit. verſicul. quæritur. de elec. vbi loquitur de fratre, qui donauerat fratri baronatum: demum ex concubina naſcitur ei filius: quod talis filius ſi eſt legitimatus per matrimonium, rumpit donationem: † & non profectò per 2
aliam etiam principis legitimationem. Et ipſum ſequitur Iaſ. in rub. ff. de lib. & poſthu. verſic. ſecundo & fortius. niſi eſſet legitimatus per ſequens matrimonium, per textum in cap. quanta. qui filij ſint legit. hanc dicens Deciſio. Bald. alibi non legiſſe: ſed Bald. idem dicit in leg. j. verſicul. vlterius quæritur, quidam habens filium ſpurium in fin. C. de inoffic. dona. quòd dicta l. ſi vnquam, habet locum in talibus filiis ex ſequenti matrimonio, & ante donationem natis & legitimatis, vt infrà dicam. & idem Decius conſilio cccl xv. nume. iij. & idem Ripa in dict. leg. vnquam. quæſt. xxxij. cum aliis per nos alleg. in §. j. gloſſ. vltim. quæſtio. penultim. de conſuet. mat. lib. conſuetud. Bituri. † Sed non per 3
naturales tantum poſtea ſuſceptos reuocatur. text. in d. l. ſi quis ſe deſperauerit. de ſucceſſion. in Lombard. & tenet Oldra. conſilio cclxxviij. inchoan. licet quantum ad clauſtrales. in iij. dubio. in fin. per text. in leg. qui libertinus. § penultimo. ibi, ex lege autem nati liberi proſunt. ff. de oper. lib. & de Ripa in dicta repetit. leg. ſi vnquam. quæſtio. xxv. & ibi nunc reperi Tiraquel. in verb. ſuſcepit liberos. num. xlv. cum pluribus ſeq. idem tenentem. & Socin. conſil. lxiiij. in princip. volum. ij. etiam ſi fuerint per legitimationem principis legitimati. quod vltimum non videtur verum, vt dictum eſt. † Et 4
hæc deciſio probatur per gloſſ. in dict. cap. innotuit. in verbo, coniugata. volẽtem legitimatum per ſequens matrimonium poſſe in Epiſcopũ eligi: quia matrimonium omnia præcedentia purgat: & eam ibi ſequitur Anth. de But. verſicul. quæro an filius. † Quod dicit eſſe ſingulare ad diſpoſitionem ſta- 5
tuti volentis legitimè natum per ſucceſſionem admitti, illúdque extendi ad legitimatum per matrimonium: quia appellatione legitimè nati etiam in materia ſtricta comprehenditur legitimatus per ſequens matrimonium. Et idem ibi Abb. Sic. verſi. ex prædictis. & Alb. in rub. C. de nat. lib. nu. vj. & Bal. Salice. & Pau. de Caſt. in l. fi. ante fi. C. de iis qui veniæta. impetra. & Decius conſil. clv. Io. Ant. Rub. in l. Gallus. §. quidam rectè. ver. vnum tamen. nota. ff. de liber. & poſthu. † Ideo obſtare non videtur in 6
ramentũ in eadẽ donatione præſtitum, quòd eo nõ obſtãte reuocetur, vt voluit Bar. in l. Titia. §. Imperator. q. vltim. ff. de leg. ij. dicens ſic ſe conſuluiſſe cum dominis de Recuperio, de ſancto Minato, & Franc. de Piſis. & idem Bal. in d. l. j. de inoffi. don. q. vlt. & Old. in conſi. 278. exor. & in conſi. 238. cũ mulier. & Tiraque. in d. l. ſi vnquam. in verb. ſuſceperit liberos. nu. lix. Alex. conſi. lv. ver. nec prædictis obſtat. li. j. Ripa in d. l. ſi vnquã. q. iij. Io. de Imo. & And. Bar. in c. fi. de donatio. & Socin. cõſ. liij. nu. j. vol. iiij. & cõſi. ccxv. ver. nec obſtat ſi diceretur. vo. ij. & cõſi. exlvij. ver. circa tertiam & vltimã quæ. vol. j. quod videtur quaſi in terminis noſtris factum de filio, aut filia, tamen quæ renuntiauit, & donauit iura quæ habebat, vel habere poterat, &c. † Et etiam ſi re- 7
nuntiatum fuiſſet de non reuocando donationem, vt tenet Oldr. conſi. clxxiij. in fina. verſic. renuntiatio verò. & idem Alberic. in dict. l. ſi vnquam. poſt princip. ſequens Oldr. narrans de facto obtinuiſſe. & Socin. conſi. xxij. nu. vij. vo. iiij. & Ro. conſi. cclxix. & Cor. conſi. xxx. vol. iiij. & Alexand. conſilio lxxj. verſic. nec iuramentum appoſitum. lib. iiij. & Franciſc. de Aret. conſil. xxiiij. inchoan. quatuor dubia. in primo dubio. & Franciſc. Curt. conſil. j. verſicul.

sed istis non obstantibus, & de ista renuntiatione,
8 seu remissione intrà dicam.† Et etiam si talis dona
tio fuisset in contractu matrimonij facta, secundum
ipsos. & idem Stepha. Bertran. cons. cccxij. exor. dif-
ficultas. circa medium. volumine liij. & Thomas
Parpa. in repetitio. l. ij. versi. iste articulus. ff. solu. ma
trimo. & de Ripa. in d. l. si vnquam. quæstio. xxij. &
Corn consil. xj. lib. iij. Alexan. in d. consi. lxxj. volens
dotem pro illa parte quæ soluta fuerit, posse per
9 dantem reper.† Sed Soci. vult contrarium in dicto
consil. liij. volumine iiij. scilicet d. l. si vnquam. non
habere locum in donatione in contractu matri-
monij facta, & in dict. consi. cxlvij. versic. circa ter-
tiam & vltimam quæst. volum. j. & in d. l. ij. in pri-
mo notabi. & ibi Moder. ff. solu. matri. referens do.
Ioannem de copulis, & quosdam alios Doct. Peru-
si. sic consuluisse. & idem Corne. consi. ccvj. inchoā.
viso suprà scripto themate in litera Q, post mediū.
ibi, & dict. l. si vnquam non habet locum. vbi dicit
dominum Bouem Perusinum præceptorem suum,
& dominum Angel. de Periglis ita cōsuluisse: quos
sequitur Tiraquel. in d. l. si vnquam in verbo, prius.
nu. lxvij. cum pluribus sequentibus, dicens hanc ma
10 gis communem.† Sed has opiniones concordant,
& intelligunt Doctor. suprà alleg. & Bertrand. con-
sil. clvij. incho. fine donatione. & consil. cccl xxxiij.
incipiente. viso casu superius. volum. in ij. scilicet i-
stam partem, quando quis in suo matrimonii con-
tractu donauit, quòd tunc non habeat locum d. l. si
vnquam. quia de libe. ex eo matrimonio procrean-
11 dis cogitasse videatur.† secus si aliquis donauerit
alicui matrimonium contrahenti, vt in casu præsen
ti: tunc habet locum dict. l. si vnquam. Et sic intel-
ligitur prima opinio, quòd reuocetur donatio
in tali contractu matrimonij facta: de quo ibi, per
12 Tiraquel.† Sed de filiis naturalibus ante donatio-
nem natis, & per matrimonium sequens legitima-
tis, vt in casu nostro dubitat ipse de Ripa: quoniam
pater de ipsis natis cogitauit: quia si pater dona-
ret extantibus filiis naturalibus & legitimis, non re
uocatur talis donatio virtute dictæ leg. si vnquam.
nisi tanquam inofficiosa: secundum Bartol. in dicta
leg. Titia. §. Imperator. per text. in dicta leg. si vn-
quam. ibi, filios non habens, & postea suscepit libe-
ros. & in d. c. fin. xviij. quæst. vlti. & idem Ias. con-
sil. clxxj. versic. non obstat etiam si diceretur. cum
seque. volum. iiij. vbi etiam probat talem donatio-
nem in contractu matrimonij factam non posse re
uocari, nisi vsque ad legitimam, vt infrà dicam. Er-
go à fortiori non reuocabitur extantibus spuriis po
steà legitimatis, quia de talibus filiis iam natis (vt di
ctum est) donator cogitauit. Et si dicatur, vt inquit
de Ripa, q. ipse pater non cogitauit de legitimatio
ne per sequens matrimonium fienda: ipse ad hoc
respondet, prout ipse dixit in q. xxx. de spuriis legi-
timatis per rescriptum principis in fin. versic. non
obstat. quia si pater voluisset bona donata potius
peruenire ad naturales, quàm ad donatarium, cogi-
tasset tempore donationis de modo relinquendi
bona suis liberis, & consequenter cogitasset de il-
lorum legitimatione. Tamen Bald. in d. l. j. verficu.
vlterius quæritur. in fin. tenet dispositionem dictæ
l. si vnquam, habere locum in filiis natis, & post
donationem per sequens matrimonium legitima-
tis. Et ita videntur loqui ferè omnes Doctor. suprà
alleg. & Tiraquel in dicta lege si vnquam. in verb.
susceperit liberos. numer. lx. Et duæ suprà prædi-
ctæ conclusiones, scilicet quando fit donatio nul-
lis existentibus liberis, vel etiam existentibus,
probantur per text. in dicta lege si quis se despera-
uerit. in Lombar. titul. de succes. Tum in ca-
su nostro nobilis Durandus Daymetus, dominus
de Caubis non poterat cogitare de donatione, &
remissione bonorum & iurium præsentium, & fu-
turorum sibi spectantium, facta fratri matrimoniū
contrahenti, & eum in successione præcedenti, nec
pariter de legitimatione filiorum ex matrimonio
fienda: cum tunc protonotarius, beneficiatus, cre-
dens fratrem masculos susceperum, & cum mascu
lis decessurum: cuius contrarium euenit: quoniam
decessit cum filiabus, quas à successione paterna
& materna excludere prætendit: tam in vim con-
tractus matrimonij, quàm ex testamento patris,
vt dictum est in præcedenti quæstio. Et nunquam
cum concubina matrimoniura contraxisset, si fra-
ter primogenitus masculos reliquisset, prout po-
test quilibet sibi persuadere secundum communi-
ter accidentia. ex quo argui potest l. j. C. de arbit. li-
cet videatur de liberis sensisse, cum de eis mention-
nem fecerit in donatione, si frater decederet sine
masculis nascendis. Ideo eadem ratione potuit de
suis, & natis & nascituris cogitasse, vt volunt Doct.
suprà allegat. insuper Socin. in d. consi. ccxv. vol. ij.
& consi. cxlvij. versi. j. quia ipse. volu. j. quoniam qui
cogitat de fine, cogitat de modo veniēdi ad ipsum
finē. Vnde videtur sufficere implicitè, vel in genere
de liberis cogitasse, vt voluit Alexander consilio ij.
num. vij. lib. vj. tamen de legitimatione non pote-
rat certionaliter cogitare, viso tunc suo statu, cum
esset clericus beneficiatus tempore donationis, &
fortè in minoribus constitutus ordinibus: quo tem
pore nō presumitur cogitasse de matrimonio cū cō
cubina contrahendo, nisi post mortem fratris sine
masculis liberis decedentis, cuius bona videns ad se
spectare, contraxit illud. Et ita in clerico tenet Ioā.
de Ripa in d. l. si vnquam. quæst. 50. licet maior vide
retur dubitatio de tali clerico matrimoniū cum cō
cubina contrahēte, ante liberos ex ea susceptos ha
bente: tamen idem dicēdum est, sicut in alio laico,
de quo loquuti sunt Doct. suprà alleg. vt tenet Io.
And. in regula, sine culpa. in mercuria. quem sequun
tur Ant. de But. & Zabarel. in d. c. tanta. & etiam ibi
Alex. nu. xij quæ est sexta quæstio eiusdem. vbi mul
tum amplè disputat, & idem in cap. per venerabilē.
§. quòd autem. versic. prima quæst. eo. tit. & Martī.
Laud. in tract. de legi. ver. an clericus beneficiatus.
Nec in tali matrimonio secundum Docto. suprà re
quiritur instrumentum dotale. & idem Felin. in e.
ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutio. & Ioan. Fab.
& Angel. Aret. in §. fi. instit. de nupt. & Abb. Sicu. in
d. c. tanta. in j. no. & Alex. consi. lvj. versi. & valet si-
ne dotalibus instrumentis. lib. iiij. & Ias. consi. clxv-
iij. nume. vij. & viij. vol. iij. & Decius consi. clv. igi-
tur.† Sed an verum sit, quòd pater habens ante do 13
nationē liberos naturales & legitimos, nō possit ob
liberos posteà susceptos reuocare donationē. Et sen
tit Iac. But. in d. l. j. ante si. de inoffic. dona. nō posse
illā reuocare, quia satis videtur de liberis cogitasse,
nec videtur maiorem habuisse affectionem ad nas-
cituros, quàm ad iam natos, sed minorem, vel sal-
tem par. m, quia sicut voluit filios natos fraudare:
ita credendū est ipsū voluisse fraudare nascituros,
vt d. l. si vnquā.† Quod Bal. nō placet, nec credit es- 14
se verū, vt ipse dicit in d. l. j. col. iiij. in prin. vers. Sed
quid si tempore donationis. quòd iam natus indi-
get querela, scilicet pro virili illorū qui postea sūt
nati. vnde rescinditur donatio vsque ad legitimam,
quam habituri fuissent ab intestato: dicens hoc

teneo

Digitized by Google

teneo per l.is qui.ff.de iur. codic. & idem Ange.in d.l.ſi vnquam.verſic. hic autem. & Rapha. Cuma. in d.l.Titia.§.Imperator.& And.Barb.in d. c. fina. verſi. quid ſi pater de dona.& Soci.in d. conſil.xxij. nu.iiij.& d.conſi.ccxv.in j.verſi.ſolum ergo. vol. ij.

15 † Quid in hoc dicendũ? Paul.de Caſt.in d. l.j. diſtinguit,aut pater habebat filium natum exoſum:tunc ſit vera opinio Bal.& Aug.aut non habebat filium iam natum exoſum,& tunc procedat opin.Iaco.Butrig. vt non reuocetur in aliquo.& ſequitur Anto. Rubeus conſi. xcix.inchoan.viſo caſu mihi propoſito.nu. ij. † Sed hæc diſtinctio non placet Ioann. de

16 Ripa,qui aliter eos concordat, quia aut pater plus retinuit pro ſe,& filio iam nato,quã dederit donatario:& ex iſto conſtat quòd prædilexit filium iam natum,& eadem ratione prædilexit naſcituros,ſi de eis cogitaſſet.Aut plus donauit,quam reſeruauerit pro ſe, & filio iam nato, tunc debet natiuitate alterius filij poſteà nati reuocari.concludens donationem reuocari pro portionibus filiorum ſuperuenientium, ſi pater filium habebat exoſum, arg.d.l. is qui.de iure codicil. Si verò exoſum nõ habebat, donationẽ in totũ reuocari:quia ſubeſt æquitas, & ratio d.l.ſi vnquam.& ſua cõcordia ſolum declarat

17 dictũ Pauli,quis dicatur filius exoſus,vel non. † Sed hic videtur nullum fore dubium,quod dict.l.ſi vnquam,non habet locum niſi in donatione,& nõ in renuntiatione hæreditatis,in quo nõ habet locum d.l.ſi vnquam.vt tenet Socin.in l. j. verſic. ſecunda cõcluſio eſt.poſt Bal.ibi,& Doct.C.de pactis.& ſic conſuluit Alex.conſi.xxix.vol.iij. & Cornel. conſi. ccvj.in litera,Q.cum pluribus ſeq. lib. iij. Et pariter Decius conſi.clxxxj.volu.iiij.& conſ.liij.vol.iiij.

18 † Sed contrarium tenet Corne. conſil. xj. in litera. X,eod.lib.iij.& Anto.Rub.conſi.xcix.inchoan. viſo caſu mihi propoſito. num. iij. cum aliis per eum allegat.& Socinuſmet cõſi.xx.lib.iij.& Tiraquel.in d.l.ſi vnquam.in verbo ,donatione largitus. quæſt. viij.num.clxij.vbi finaliter concludit.num.cxlvij.d. leg. ſi vnquam habere locum in renuntiatione iuris futuri,& nondum quæſiti, per not. per Bald.in l.illud.in iij.quæſtio. C.de ſacroſanct. eccleſi.prout

19 hic. † Tum iſta renuntiatio, ſeu remiſſio fuit gratuita,ideo habet locum d.l.ſi vnquam.ſecundum ipſum,nume.clxij.vnde videtur in caſu noſtro cum in fauorem fratris,& eius matrimonij renuntiauerit ſpei futuræ gratis,& non iuxta d.l.j.de pactis. habere locum d.l.ſi vnquam.de quo videRip.in d.l.ſi vnquam.quæſtio.xj.num.xx. vbi diſtinguit. & vide

20 per eum. † Sed an legitimatus per ſequens matrimonium excludit ſubſtitutum.& Bal. conſilio cccxxix.incipiente,punctus quidam ſubſtituit.volu. ij.

21 tenet quod ſic. † Sed ſtante conſuetudine quòd primogenitus ſuccedat, & primogenitus naturalis ſit legitimatus per ſequens matrimonium, an præferri debeat ſecundogenito legitimo & naturali.& Ioan.Andr.in d. regul. ſine culpa.in ij. dubio tenet quod nõ.de quo vide per Iaco.Butrig.Paul.de Caſt. in l.quoties.C. de rei vendi.& Abbas Sicul. conſil. lxxxiiij.verſicul.quartò principaliter.& in verſicul. vltimo,& Felin.in c.cum olim.verſicu. primum exemplum.de re iudi.cum aliis per eum allegatis. cogita, quia non eſt hæc vltima quæſtio ſine dubio, quia videtur contra text.in l. cum quis à muliere. C. de natu.liber.& bonam rationem ponit imperator ibi,cum gratias agere debeant fratribus ſuis poſteriores,quorum beneficio ipſi ſunt iuſti filij,&nomen & ordinem ſubſequuti, &c.

SVMMÆ.

1 *Legitimatio per ſequens matrimonium facta, an requirat liberorum conſenſum,nume.2.*

3 *Legitimatio requirit conſenſum legitimandi, niſi in caſibus.& nu. 4.5.& 6.*

Quæſtio CLX.

Filii nati ex illicito coitu in eorum legitimatione, parentibus concordantibus,an conſiſtere debeant.

DECISIO CLX.

SED CIRCA prædictum proceſſum fuit aliud dubiũ non modicum, an iſta legitimatione perſequens matrimonium facta,requiratur liberorum conſenſus. † Et Salic. in quadam ſua diſputatione exordien. Mediolanen. quidam. in ſecundo dubio. in tertio articulo, ſeu argumento, tenet quod non, per text. in authentic.quib.mod. natu. effic. legiti.§.ſi quis ergo non habens.† Sed Guliel.de Cug.in l.benignius.ff. de legi.tenuit contrarium, quod requiratur ipſorum conſenſus,quia habent iuſtam cauſam contradicendi,ne redigantur in patriam poteſtatẽ. l.ſi. ff. de iis qui ſui vel alie.iur.ſunt.& per conſequens patri in bonis aduentitiis acquireretur vſusfructus,l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. & pro hac deciſione eſt caſus in authen.quib.mod.natur.effic. ſui. §.generaliter. † vbi inuiti non legitimantur. & ibi hoc tenet Iacob.de Belloui. quem ſequuntur Alb. Bal. Ang.& Paul.de Caſt.in d.l.benignius.& Anto. Roſellus in tracta.de legitima.c.venio ad examinãdam ipſam cauſam formalem. verſicul. ſed iuxta hoc quæro,an ſit opus conſenſu filij.& Ange.Aret. in d.§. ſi. verſicul. quæro ad hoc vt filius legitimetur.& Mar.Lau.in tracta.legi.in verſicu. An autem legitimatio quæ facta fuit filio abſente.& hoc niſi filius ratificet: per textus in d. §. generaliter. Sed Bal.infrà allegandus dubitat de iſta ratificatione,vt infra dicam. Et hanc partem tenet Roma. ſingu. ccxxix.tu habes.§.generaliter.& Bart.in l.inuiti, ff. de iis qui ſunt ſui vel alie.iur.& Car.Alex.in d.c.per venerabilem.§.quod autem.nu.lj.& Ang.in diſputatio.inchoan.nobilis quidam. & Bald. conſil. xiij. verſicu. quinto ad hoc attendendum eſt. volumin. ij.Sicut nec filius poteſt legitimari, niſi pater cõſenſerit,quia conſequentia(vt inquit) eſt bona, quoniam par ratio eſt in vtroque ergo idem ius: vt latius ibi per eum & idem Barba.conſi. xxxiiij. verſi. quarto,requiritur.volu.ij Ancha.conſi. ccxlj. exordien.ex tenore priuilegij Apoſtolici.poſt princ.requiritur quartum,ſcilicet quod filius conſentiat. & Bald. conſil. ccccxlj. proponitur quod quidam in prima quæſt.vol.iiij. † Et prædicta concluſio vera, niſi ſit infans, cuius conſenſus non requiritur, arg.l.iubemus.in fine.C. de emancip.lib. ita limitat Paul.de Caſtr.in d. l. benignius, & Bald.in conſil. cxxxj.verſi. Et aduerte quod habens. cum verſicu. ſeq.volum.iij.vbi in verſic.conſulo tamen,dicit de iſtis ratificationibus inſtrumenta debere fieri publica tam per patrem, quàm per filios. † Et quod infans furioſus & abſens poſſint legitimari, tenet ipſe Bald.in conſi.lxvij.ſuper primo arti. quo quæritur vol.j.in prin.Docto. ſuprà allega. & Alexand. conſi xj.nu.xv.li.vij.dum tamen poſtea conſentiãt,

& ratificent. intellige de abſentibus tãtum, quia a-
9 lij carent ſenſu, niſi veniente ætate.† Secundo limi tatur ſecundũ Ange. in d. ſua diſputatione, nobilis quidam, niſi filius naturalis occultaret, & latitaret matrem ſuam concubinam patris, quam libenter ipſe pater in vxorem vellet ducere: tunc eſt patri permiſſum ſecundum modum per legem traditum legitimare, in §. nouimus. cum §. ſiquis vero. & ibi gl. in verb. quæ nonappareat. & in §. ſeq. liceat igitur. & §. ſeq. inchoan. ſi igitur licentia. in auth. quib. mod. nat. filij effic. leg. & ſequitur Rom. in d. ſingul. ſuo ccxxix. tu habes. §. generaliter. & idẽ Cardi. Alex. in d. c. per venerabilem. §. quod autem numer. xv. vbi idem in vtraque limitatione tenet. Et pariter ſi ſit præſens legitimationi non contradicens, quia tunc etiam videtur conſẽtire gloſſ. in l. in adoptionibus. in verbo, contradicendo. & ibi Doct. ff. de adoptio.

SVMMA.

1 *Litis pendentia, an impediat ſtatutum querelæ, executionem areſti, & litis conteſtationem. & nu. 2. 3. & 4.*

Quæſtio CLXI.

Margareta de Gouſſe ſpoliauit, & deſaiſiuit magiſtrum Petrum Rayer iuniorem in curia aduocatum. Et timens ipſum ne impetraret primo ſtatutum querelę, aut reintegran dam, prout fecit coram Seneſchallo Baſaten. aut eius locum tenente, impetrauit ante dictum Rayer à iudice ordinario de monte ſecuro, regio tamen, litteras Regias inhibitorias de non turbando & impediendo ipſam in poſſeſſione: & obtinuit duos defectus & contumacias: nunc coram prædicto locum tenente dicta de Couſſe opponit litis pendentiam inter eoſdem de eadem re, & modo agendi, & ſic præuentionem cauſæ in poſſeſſorio coram dicto ordinario pendentem, de qua promptam fecit fidem. Qui locum tenens non obſtante dicta litis pendentia declarauit fore ſuper dicto ſtatuto querelæ, & reintegranda procedendum, & ipſam debere reſpondere: à qua appellauit in curia: quæritur an bene.

DECISIO CLXI.

1 IT † videtur quod talis litis pendentiæ exceptio impediat primum caput, & executionẽ illius, cum ſit extra ordinariũ iuris remedium, & ſolum quæritur in primo capitulo de ſtatu poſſeſſ. vt per totũ. C. ſi per vim vel alio modo, & ita tenet Ioannes de Calagnerio in ſuo tractatu, & practica querelę de nouis diſſaiſi. quẽ Aufrerius poſuit in ſtylo Parlamenti, in prima parte. & hoc probat dũ in princ. dicitur: quæ relę ſuper nouis diſſaiſinis ad parlamẽtũ nõ veniãt
2 ex quo dicit nõ veniãt, &c.† Et ſecundũ eũ iſta eſt manifeſtior & clarior via impediendi executionẽ areſti querelæ, ſi prompta fides fiat de litis pen-
3 dentia.† quæ impedit etiam litis conteſtationem, vt volunt Doctores in c. j. de litis conteſtatio. libro vj. & illa eſt potiſſima ratio quod ſtatutum querelę eſt auxilium extraordinariũ: quia parte inaudita proceditur ſuper dicto primo capite. Os implorato auxilio ordinario, & electo, & in iudicio inter partes procedẽdo in figura iudicij non eſt recurrẽdũ ad remedium extraordinariũ, ſicut eſt primũ caput dicti areſti querelæ, de quo in l. etiã. C. ſi tutor vel curator interue. & ibi per Cin. & Doct. & in l. in cauſæ in ij. ff. de mino. cũ aliis per eũ alleg. & idẽ Io. Berber. cõpatriota in ſuo tracta. legum regiarũ de ſaiſinis. ver. & tũc dictus impetratus poteſt deducere alterã triũ exceptionũ ſecũdũ ſtylũ & practicã dictæ legis Regiæ admiſſibiliũ, ſcilicet litis pendẽtiæ. Secũdò quod alias executa fuit ſimilis querela vel æqualis, ſcilicet querimonia nouitatis, quod ſecundũ eũ appellamus (& verũ dicit) caſum ſupra caſum nõ habere locũ, quia executio vnius parit exceptionẽ rei iudicatæ in alio: & executio rei iudicatæ impedit curſũ cuiuſlibet litis, d. c. j. de litis cõteſt. Et ſic videmus practicari: quia expedito ſupra locum debati primo capite, partes ſuper ſecundo capite coram Seneſchallo proceſſuræ remittuntur.
†Sed in caſu præſenti fuit cõcluſum in curia totum 4
contrariũ. Tum primo, quia nõ fuit proceſſum inter eaſdẽ partes in figura iudicij ſuper poſſeſſorio, prout voluntiura & Doct. ſuprà alle. ſed per defectus & contumacias. Et cauſa debet remanere corã Seneſchallo ex priuilegio, cũ caſus priuilegiatus trahat ad ſe caſum non ita priuilegiatũ, arg. l. ſi cui. §. fi. ff. de accuſa. cum ſimi. Tum ſecundò, quia ſtatim poſt ſpoliationem & deſaiſinam per ipſam de Gouſſe factã inhiberi fecit eidẽ Rayer, qui erat in itinere impetraturus dictũ ſtatutum querelę: & ſi c dolosè & in fraudẽ ipſa præuenerat, impetrando ipſas literas inhibitorias. quibus eſt obuiandũ, & tales viæ veniunt reprimendæ, l. in fundo. ff. de rei vẽdicatione. alias quis bonis ſuis expoliatus in grande ſui præiudiciũ tenebitur litigare ſuper poſſeſſorio ſic intentato. Tum tertiò, quia talis violẽtus nullũ poteſt interdictum aut dictarum ll. Regiarum querimoniæ, nouitatis, vel ſtatuti querelæ remedium intentare, quoniam non poſſidet, leg. fin. in princip. ff. quod vi aut clam. & tenet Berber. in dic. tract. ſuo & practi. ll. de ſaiſinis. verſi vlti. reſtat. de non vera & impropria. & per Barto. & Doctores in leg. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iul. de vi publi. remiſ. Vnde appellatio fuit annullata, & cauſa renuodiata coram Seneſchallo in ſua ſede Baſatenſi. & latum fuit areſtum die viij. Ianuarij, Anno 1521.

SVMMÆ.

1 *Penſionis ſecundæ conſtitutio in beneficio an valeat non facta mentione de prima. & nu. 3.*

2 *Pedagij ſecundi impetratio non valet ſine mentione primi.*

4 *Penſio vltra dimidiam fructuum non eſt nulla, ſed debet annullari.*

Quæſtio CLXII.

Creatio & conſtitutio ſecundæ penſionis ſuper vno beneficio, non facta in ipſa ſuper eodem beneficio mentione de alia primo conſtituta penſione, an ſit ipſo iure nulla: vel ope exceptionis præcipuè ſi tempore ſecundæ conſtitutæ penſionis prima erat extincta.

DECISIO CLXII.

1 IT † primo videtur quod non valeat, ex quo de prima creata penſione facta non extitit mentio. Quia Papa non intendit grauare eccleſiam penſione duorũ niſi appareret de expreſſa volũtate Papæ. c. mandatũ cũ duobus ſequẽtibus & ibi per omnes de reſcript. &c. duobus. eo. tit. lib. vj. & bonus text. in l. Titia §. qui inuita ibi. Non eſt enim veriſimile

patrem

patrem duplici præſtatione dotis filium hæredem onerare voluiſſe,& c.ff.de leg.ij.& in l.qui dotem à matre.in fina.ff.de dote præleg.dum dicit niſi manifeſtè vxor docuiſſet eam teſtantis voluntatem fuiſſe vt onerare hæredes duplici præſtatione dotis vellet, per quæ iura dicit in ſimili Oldra. in conſil. xxij. incip. ad quæſtio. quæritur &c.in ij.quæſtion.

2 † quod ſi fuerit impetratum priuilegium pedagij in aliquo loco, qui prius erat oneratus aliis pluribus pedagiis,non facta mentione de ipſis in hoc ſecundo conceſſo priuilegio, quod tale priuilegium eſt ex hoc ſubreptitium: quia nihil debet taceri quod potuiſſet principem in contrarium mouere, l.præſcriptione. ibi,vel tacendi fraude.C. ſi contra ius vel vtil.publi.cum aliis per eum alleg.& c.ſuper literis.§.ſi vero.& c.poſtulaſti.in fi.de reſcrip. & in fine dicit, quod hoc certè habet locum in conceſſionibus Papæ, niſi de mente Papæ appareat, per dictum capitul. mandatum. cum duobus ſequen. cuius verba repetit, & etiam addit Ioann. Andr.in addi.Spec. in titul. de cauſ. poſſeſ. §. quia vero,in verb.ſuper quibuſdam.vbi idem tenet.niſi tamen proprio motu Papæ hoc expreſſo id conceſſiſſet. ca. ſi motu proprio. de præben.lib.vj.& clemen. ſi Romanos. eod. titul. & ibi gloſſ.ſing.& ad hoc allego text.in leg.nauis onuſtæ. §. cum autem. ibi, quia non debet duplici damno onerari. & ibi, indubitatè vtrumque onus pati non debet. & ibi Gul.de Cug.& Alb.ff.ad l.Rhod. de iact. & ita vidi deciſum per dominum Gulielmum Caſſadorem Rotæ auditorem in quadam cauſa Zamoren. penſionis & etiam per dictum Pau. de Capizuthis audi.in alia Cremonen.rationibus prædictis lata fuit ſententia producta per ipſos qui dicebant talem ſecundam penſionem eſſe in ipſo iure nullam ex defect.intentionis reſeruantis. Et gratia eſt ab initio ſubreptitia per Purpur. Oldr.& Ioan.And.alleg.Et ratio differentiæ in hoc caſu,à caſu d.c. mandatum cum ſeq.poteſt eſſe:quia illud quo oneratur ſeu grauatur eccleſia in admiſſione duorum non eſt onerare vnum beneficium inſupportabili onere. quinimo nullo: ſed ordinarium tantum, quod eſt parui præiudicij. Ideo valent ſecundæ literæ, niſi ipſe ordinarius de primis excipiat. Sed in caſu noſtro oneratur nimium beneficium ipſum, ſeu eius fructus & reditus.Et poſſet multiplicari onus ſuper vna re iam grauata. Nec valet dicere, habens titulum beneficij non vult excipere,ſed pati & ſoluere vtranque penſionem. Quoniam non debet eſſe in eius poteſtate,quod onus remaneat,ſeu valeat cum ſit eccleſiæ procurator.c. ij.de dona.&debeat exonerare & non onerare rem ſibi cõmiſſam. Ideo rectè prouiſũ,quod ipſo iure iudicatur nullitas,& nõ ſit in poteſtate negligentis, aut maligni validitas, ſeu inualiditas in præiudicium ſucceſſoris.cap. veniens.de tranſac.cum non deceat gratiam principis eſſe damnoſam,l.nec auus.C.de emancipa. libe. & l.ij.§.merito.cum ſequen.ff.ne quid in loco publico.& c.ſuper eo.de offic. delega.ideo Compoſt. in d.c.mandatum dicit, quod impetrans ſecundo loco beneficium tenetur facere mentionem de penſione alterius,quam perſequutus fuerat in vim literarum ad beneficium impetratarũ,& ipſum ſequi-

3 tur And.Barbat.verſi.ex iis caſibus,Igitur &c. † In contrariũ videtur,primò ex eo ſolùm,quod prima penſio euanuerat per obitum ipſius penſionarij,antequam in perſonã eius eſſet tranſlata,& ſibi de cõſenſu beneficium poſſidentis conſtituta. Vnde ceſſante grauamine, ceſſare debet exceptio ſuper eo fundata,arg.c. cum ceſſante.de appell. Prætereà licet quis priuatus ſit beneficio propter penſionem non ſolutam,c.quia propter.de locat.& leg.ij.C.de iure emphy.intelligitur tamen,ſi ipſe dominus voluerit, cum recipiendo canonem ſeu penſionem poſſit ſibi præiudicare,vt in dictis iurib.not. Item ponamus ipſum poſſeſſorem conſtituentem primam extinxiſſe penſionem,quia nolebat in ea grauare ſucceſſorem,quomodo ſucceſſor in beneficio poſſit ipſum onus extinctum annullare, quia non præſtat impedimentum quod de iure nõn ſortitur effectum, vt in regula iuris, non præſtat impedimentum, & quæ ibi dixi in addi. ad Din. de regu.iur.lio.vj.propter quod dixit Abb.Sicul.in c.eſt in noſtra. in verbo credo. & ibi Felin. de reſcript. quod literæ gratioſæ ſunt validæ, ſi de primis iam caſſatis & renuntiatis non faciat mentionem.

4 †Tum & iſtud videtur peremptorium, quia ſi reſeruetur penſio,quæ excedat dimidiã fructuũ beneficij nõ eſt nulla, ſed debet reduci & reformari ne excedat dimidiã,vt voluit ſing.Roma.in conſi ccclxix.inci.circa primũ &c.vbi conſuluit pro abbate, & conuentu ſancti Anto. Vienen.contra monaſterium montis maioris prope Arelatã.Et hoc probat ad inſtar contractus vẽditionis, qui ſubiacet reformationi,quando vltra dimidiam iuſti pretij deceptio interuenit,l.ij C. de reſcind.vend.& in c.cum cauſam de emp.& vendi.& ita reformationi ſubiacet penſio,cum illa vltra dimidiam iuſtæ pẽſionis excedit.& de hoc eſt caſus, prout ibi parificantur pretium &penſio.in l.item ſi pretio.§.fi.cum l.ſeq. ff.locati,igitur &c.Idẽ eſt, quando ſecunda penſio iuncta cũ prima non excedit hodie dimidiã, vſque ad quã cõmuniter ſolent grauari fructus beneficiorum,vt valeat vtraque.& ſi excedat,quatenus excedit reducatur,& præcipuè,quãdo in ſecundis literis eſt inſerta clauſula, etiam ſi pro alio ſcripſerimus, ſecundũ omnes in dicto cap.mandatũ.& d.c. duobus. & aliis iuribus ſuprà allega. aut alia clauſula derogationem importans, vt erat hic in caſu præſenti inter nobilẽ virum magiſtrũ Raymundũ de S.claro Protonotariũ in materia poſſeſſoria perceptionis penſionis centum librarum Turonen. actorem,& nobilẽ etiam virũ magiſtrũ Dionyſium de la Caſſaigne Protonotariũ reũ,vbi Papa poſuit clauſulã ſequentẽ:Necnõ Gaufrido Epiſcopo, & ſucceſſoribus præfatis quo ad præſtationẽ vel ſolutionẽ penſionis alicuius minimè teneantur, & ad id compelli,aut quod interdici,ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, quódque de huiuſmodi beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem,prouiſionẽ,præſentationem.ſeu quanuis aliam diſpoſitionem coniunctim vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat prouideri,ſeu cõmenda fieri per literas apoſtolicas non facientem plenam & expreſſã, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali,vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam,vel totaliter non inſertam effectus huiuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, de qua eiúſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis &c. Tum per illam clauſulam non eſt intentionis Papæ velle grauare eccleſiam de duobus ratione facultatis conferendæ:cum prælatus poſſit prouidere ſuis, & maximè his qui ſeruiunt: ſed non intelligitur ratione redituum, vt voluit Andr.Barb.in cap.Abbatem.in iij.nouo. de reſcript.

SVMMÆ.

1. *Tortura quando & quibus detur. & numer.* 2. 3. & 6.
4 *Torqueri quando quis non possit præcedentibus indiciis.* & *num.* 5.
6 *Clericus quando,* & *à quibus supponatur torturæ* & *numer.* 7.
9 *Tortus semel qui negauit, an possit amplius torqueri. nu.* 10. 11. & 12.
13 *Torqueri an quis possit super probatis.* & *nu.* 14.
15 *Tortus qui negauit non debet mox dimitti, sed cum fideiussoribus relaxari.* & *num.* 16.
17 *Tortus post plenam probationem, & negans, an debeat relaxari. Confessio torturæ, in qua non perseuerat, an cum aliis indicijs sufficiat.*
19 *Tortus,* & *confessus qui non perseuerat, an iterum torqueatur.*
20 *Torqueri quis potest iter.*
21 *Torqueri quis possit propter mendacium.*

Quæstio CLXIII.

An per torturam, & quæstionem datam sint purgata indicia, etiam probationes plenæ, ita vt si non superueniant alia noua iudicia, sit absoluendus & relaxandus reus.

DECISIO CLXIII.

1 DIco † præmittendo primo quòd ad torturam & quæstionem nunquam peruenitur, nisi in subsidium, quando aliter veritas plenè haberi non potest, vt nota. Bar. in l. edictum. per illum tex. ff. de quæ. & in l. quoties. C. eod. tit. & Ang. in l. j. §. occisorũ. ff. ad Sillania. & Ange. Are. in tracta. maleſ. in glo. fama publica. q. ij. & Ang. in l. fi. C. de quæſt. vertic. quarto. vbi dicit quòd ita seruat consuetudo. & plenè per Doct. insi à allegandos. & And. Barbat. in consi. xliij. vol. j. & Signor. de Homed. in consi. ciiij. & in consil. cxj.
2 † Secundò q̃ quis nisi præcedentibus indiciis quæstionari & torqueri nõ debet. l. j. in prin. & l. pen. & fi. & ibi per Bar. Alb. & Hippo. de Marsil. ff. de quæ. & Imilites. & ibi Bald. & Sali. & leg. fina. per Cin. & Docto. C. eod. & l. j. §. item illud secundum. & ibi
3 gloſſ. ff. ad Sillanian. † Et sic etiam per ordination. Beati Ludo. in tit. de quæſt. ſtatuitur, quòd honestæ personæ vel bonæ famæ etiam si sint pauperes, ad dictum vnius testis subitei tormentis non possint. & ita seruatur de stylo curiæ Franciæ: & reprobatur per hoc gloſſ. in l. ſi quis. C. ad leg. Iul. maieſt. quæ vult sufficere vnum testem deponentem de visu ad torturam dandam. & Doct. communiter sequuntur gl. ibi, & in l. maritus. ff. de quæſt. licet sit text. ibi contra gl. quæ videtur habere locum in crimine læsæ maiestatis, & non in aliis criminibus, vt voluerunt quidam, vt tenet Ioan. Fab. in rub. C. de quæſt. Sed licet glo. sit communiter approbata, de quo per Ang. Aret. in tract. maleſi. in verſi. fama publica. verſic. an vnum. & Paris de Puteo in tracta. syndi. & Hippoly. post Barto. & Alber. in l. maritus. & in l. j. §. idem Cornelio. de quæſt. & Alber. in d. leg. ſi quis. ad leg. Iul. maieſt. & Barto. & Hippoli. in leg. fina. ff. de quæſt. tamen opin. Ioan. Fab. approbatur per ordinat. prædictam diui Ludo. de ſtylo curiarum ne obiectum falsum confiteri, vel suam vexationem redimere compellatur, nisi aliæ præsumptiones, & leuia indicia cum illo cõcurrant, ad discretionem iudicis: aliàs quis non potest quæſtionari, & torqueri, nisi præcedentibus indiciis, vel vno teſte de veritate cum adminiculis. † Tamen fal 4
lit in pluribus casibus, in quibus non præcedentibus indiciis proceditur ad quæſt. quos vide per Frã. Brunum in tract. de indic. & tortu. ver. quintò principaliter quæritur. & Hippo. de Marsi. in l. j. in prin. verſi. ſcias tamen. ff. de quæ. † Inter alios eſt vnus ca 5
ſus, quando accuſatus fuit condemnatus propter contumaciam, & defectum, & posteà intra annum, iuxta formam iuris vult purgare contumaciam. quòd potest, vt dixi suprà in quæſt. lxiij. incip. sed quid si condemnatus, tũc poterit ad tortura abſque aliis indiciis poni. secundum Nicolaum de Matth. quem sequitur Bald. in l. j. C. de hæred. inſtit. & Hippol. vbi suprà. & in ſingu. cxvij. ſed videtur hoc dictum non esse verum, quia ob defectum & contumaciam non comparendi condemnari non potuit, nisi iudici de delicto constitisset prius per informationes, & clarèapparuisset, vt l. j. §. itẽ illud. & l. neceſſarios. §. nõ alias. ff. ad Silla. dixi in d. q. lxiij. & in §.* in gl.* de iuriſdi. omnium iudi. cum aliis infrà quæſt. incip. & per rationes allega. Si ergo de delicto apparet, non est opus nisi affrontare subito testes in informationibus nominatos. Et si perseuerent in conſpectu, & facie delati criminoſi, etiã semper negantis, non restat nisi eum condemnare, l. qui ſententiam, C. de pœnis. nisi saluando dictum eorum dicamus informationes esse perditas, prout sæpè accidit, & sic nullas existere probationes, aut indicia contra contumaces, tunc visa sententia, vel arresto condemnationis poterit poni ad torturam & quæſtionem, sed adhuc curia non debet ponere eũ ad quæſtionem, sed ipso audito ordinare inſtigantẽ venire facere testes quos producere voluerit, & pariter reum pro suis iuſtificationibus. Et iſtud verius mihi videtur. Et licet in pluribus casibus quis poſſit torqueri, sine indiciis, vt dictum est: † tamẽ hoc 6
videtur non habere locum in clerico, contra quem non potest procedi ad torturam, exiſtentibus etiam quibuſcunque indiciis, nisi clericus aliàs sit infamis, vt tenet Abb. anti. in capi. grauis. de depoſi. & sequitur Abb Sicu. in c. cũ in contemplatione. de regu. iur. & Ioan. de Ana. in c. j. de cleri. percuſ. & Alex. in additio. ad Bart. in l. fin. ff. de quæſt. verſic. veniamus ad indicia. & Feli. in c. veniens. de teſtib. & c. vniuerſitatis. de sentent. excommunic. & Iaſ. in l. magiſtratibus. de iuriſd. & in aliis locis per Hippol. de Marsil. in ſingu. lv. allegat. & Aufreri. in repetit. cle. j. de offic. ordina. in iij. regula, verſicu. aduerte tamen ad vnum. pro quo facit text. in d. l. milites. & ibi Bal. in verſ. in text. ibi perſonarum conditio & in l. diuo Marco. ff. de quæſt. & Barba. in cõſil. xlvij. ver. & ſi quiſpiam. vol. j. & pro hoc text. in l. omnes iudices. & ibi Barto. & Iaco. Rebuf. C. de decurio. lib. x. cum aliis per nos allegat. in repeti. l. conſentaneum. in iij. oppo. in fi. C. quomo. & quando iud. & ſignanter in crimine læsæ maiestatis. l. nullus. & ibi omnes. C. ad legem Iuliam maieſt. vt dixi in tract. de ſedit. in vij præſuppoſitione, poſt princ. Et ita in curia nostra seruat, & in clerico ordinat Archiepiſcopum constituere duos ex dominis clericis conſiliariis vicarios, qui ponunt viſis indiciis ad quæſtionem. Sed illa iura de ſtylo curiarum Frãciæ non seruantur, quia miles Baro, & Comes, in delictis quæſtionantur, vt habetur in arreſtis recollectis per Galliaulam. quæſt. xlv. & etiam per Aufrer.

8 frer.in iiij.parte de areſt.artico. xvj. † Tertiò quod antequã etiam pręcedẽtibus indiciis poſſit poni ad torturam,requiritur quod teſtes fuerint producti parte citata, ſeu in eius præſentia, niſi in informationibus, vt moris eſt, fuerint prius examinati: aliàs tales teſtes non faciant indicium, vt no.Bar. in l fin.de quæſtionibus.& Salice.in l.fin.in fine.C. eodem.nec cõualidatur etiam ſi fuerint poſteà reproducti, & affrontati: quia indicia ſuperuenientia poſt torturam non iuſtificant confeſſionem mentu tortuæ præcedentis factam,vt voluit gloſſ. quã ſequuntur ibi Barto. Alber.& Hippoly.in l.maritus.ff.eod.& plene Corne.in conſi.cxxxiiij in litera C.eod.volum.tri.& Ang.Are.in d.tracta.maleſi. loco ſuprà allcg.& Hippol.de Mar.in l.quæſtionis. ver.vltis modo.& Thomas Grammati. vol. vj. nu.
9 vij.viij.ix. x. & xij. † Et his habitis dico, quod vbi quis fuit ſemel tortus.& negauit,tunc amplius torqueri non poteſt,quia indicia ſunt purgata, vt tenent Cin.& Iacob.in d l.ti. de quæſtionib. & Hippol.in l j.in prin.verſ ſecundo debent iterũ repet. poſt Alb. ibi ver. modo operæpretium eſt videre.
10 & in l. vnius.§.reus.& ibi Bartol.ff.eod.titul. † Licet Barto.dicat de conſuetudine hoc non obſeruari, ſed repeti indiſtinctè cum iudici videtur. Et idem Bald.in leg. ij. C. quod metus cauſa. & Salic.
11 ij. C. de cuſto. reorum. † Sed primum verius, quod tenet Bald. in dicta leg. milites. verſicul. item quæro an ſemel tortus.& Roman. in conſi. clxvij. verſi debent enim indicia.& Bald. in tract. de ordin iudi.tit.vtrum quis ſit ad tormenta ſæpius repetendus. quæ eſt quæſtio xx.& in conſi. cclxxvj. volu.j & Ange.Are.in d.tracta.maleſi.in verba. fama publica q.ij.& iij. Rapha. Cum.in conſi cxxxviij.& Bald.in l.ij.C.quorum appella.nõ recip. vbi dixit, quòd etiam tormenta non plenè impoſita non poſſunt repeti, niſi ex nouis indiciis.& idem in l.j.C.de confeſſis.& in c.j.§. iniuria de pace iur. fir.& Bonifacius de Vital.in trac.maleſi.tit.quę debent præcedere torturam.verſi.ſed qui ſi præcedẽtibus indiciis.arg.l.boues.§.hoc ſermone.ff. de verbo.ſignif.& l.ſocius pro filia.ff.pro ſocio.& Cæpo. in conſi.lxviij.poſt princip.& Bal.in tracta. de quæſtio. verſic. ſed quid ſi ſit ſemel habita quæſt. qui tractatus ſecundum Auguſtinum in additio.ad Ange.Aret.in d.tractat.maleſic.in verb.fama publica. non fuit Dun.nec Bart.Bal.nec etiam Ange.Et hoc quando ſufficienter fuit tortus.& idem tenet Ludo.de Roma.in conſ . cclj. in fin.incip. quædam
12 mulier.† Nec pariter poteſt repeti, etiam vbi eſſẽt plura vehementiſſima indicia, vel probationes, ex quibus poſſet ſequi condemnatio,quia ſunt purgata vt tenet Salicetus in l.ea quidem.C.de accuſationibus.& in l.ſi qui adulterij.C.de adulter. & in dicta l.ſi quis.in vltim.quæſtion. ad leg. Iul. maieſt. vbi dicit quod debet dari abolitio,hoc eſt circunduci proceſſus,vel abſolui ab inſtantia. Et Alex.in d.§.reus.in ij. additio. ad Bar. dicens hoc dictum eſſe bene notandum:quia ex quo nihil cõfeſſus eſt, cenſetur purgatus,quaſi puram veritatem dixiſſe videatur,vt d.l.edictum.& ibi tenet gl. ij. quæ alleg. Tullium in Topicis,quam faciunt ibi ſingu. Albericus de Roſa.& Hippoly.de Marſil.col.ij. verſic. Et tenens menti. vbi dicit Alberi, quod communiter totus mundus ita tenet,& ſeruat:licet aliqui voluerint ſecundum quos intelligere quando contra tortum præcedebant ſolum indicia:ſecus vbi ſunt plenæ probationes: quia tunc tortura ipſum non purgaret à plurimis probationibus. & ita videtur innuere gloſſ.in l.j.C.eodem titulo.in verbo,inuidio ſa.circa med.ſed certè loquitur de tortura teſtium & non criminoſi.Ideo non bene ſecundum ipſum Alb.ad propoſitum. vnde concludit.quod dicti poteſt malefactorẽ per tormẽta perſonæ ſuæ eſſe purgatũ cũ tortura ſibi repeti non poſſit,niſi nouis indiciis ſuperuenientibus,vt d.l.repeti.† Vnde vt ait 13
Alb.iatuus eſt iudex,qui malefactorẽ torquet ſuper plenè probatis,ſed ſolũ ſuper aliis.Et idem dicit in rub.C.eo.ver.eſt etiam notandum.vbi dicit, quòd iudex debet proteſtari, quod non intendit eũ torquere ſuper probatis Quinimo ſecundum An.in l. & ſi certus.ff.ad Silla. talis iudex qui torſit, & poſuit malefactorem ad torturam ſuper liquidè probatis tenetur in ſyndicatu.† Sed Bar.tenet contra- 14
rium ſecundum Doct.in l.j.in fi. C. de iura.calum. quòd iudex poteſt quem torquere etiã ſtantibus probationibus,vt ſi fateatur nõ poſſit appellare,tanquã cõuictus,& confeſſus,iuxta d. l.ij quorum appel.nõ recip. hoc mihi non dicit, ſed ſolum quod peruenitur ad quæſtio.quando omnes aliæ probationes deficiunt:& ſic ſentit contrarium, quod ſtantibus probationibus non perueniatur ad torturam: ſed bene hoc tenet ibi Bald. Sed primũ tenet Iaco. de Beilouiſu in tract.crimin. tit de quæſt. verſi. & ſic ex prædictis colligetur ibi dicit, quòd beatus eſt homo,qui ſe omnino tenere potuit in tormentis,quoniam abſoluetur,& melior quam ante accuſa. reputabitur,cum proſpere & feliciter ſe purgauerit à ſibi impoſitis,ar.auth. quomodo opor.Epiſc.& cler. §.Si verò nemo accuſauerit.colla.j.Si verò non ſe tenuerit,ſed cõfeſſus fuerit,& in ſua cõfeſſione perſeuerauerit,maledictus homo ille,vt ibi,& idẽ Pau. de Caſtr in l ſi quis in hoc genus.C.de epiſ.& cler. & Ale.in addi.j.ad Bart.in d.§.reus. Ang. ſiue Bal. in tract.de quæ.verſi.quod ſi aliquis dum eſt in tormentis.& Ioan.And.in d.c. cum in contemplatione.de re.iur.& Bal.in d.l.milites verſ.Item quæro, quid de notorio,& idẽ in verſi. an tot & talia poſſunt eſſe indicia.quamuis ſecundum eum tutius ſit, ſi iudex extorqueat confeſſionem per torturam, vt l.fi.accepta.in fin.C.de maleſi. & Matth. quod Boni.de Vna.vbi ſuprà ver.Et ſi confitebitur,intelligit, niſi poſt torturam perſeueret in confeſſione, tunc debeat cõdemnari,vel ſi per alios teſtes conuincatur,aliàs debet abſolui,l.negãtes. C.de actio. & oblig.& l.qui accuſare.C.de eden.& l.j.§.præterea.ff.de quæ.Et iſta opin.ſeruatur.† Tamen vt in- 15
fra dicam,non debet tortus ſtatim abſolui pro hoc text.in l.diuus.Ibi poſt prin.potes de modo pœnæ eius diſſimulare &c.ff.de offi.præſid.quam facit ibi ſing.Albe.dum text.dicit, diſſimulare,& nõ abſoluere. Quod facit ſecundum eum pro eo quod faciebat dominus Becarius de Becaria in regionibus ſuis,cum inquirebat contra aliquos, & non inueniebat eos culpabiles: ſtatim enim eos non abſoluebat, ne fortè præiudicaret accuſare & probare delictum volentibus, ſed ſuperſedebat,& diſſimulabat,vt ibi dicit tex.& ſi regiminis ſui faciebat abſolutiones.& iſtã partẽ tenet ſing.Hippol.de Marſi.in d. l. repeti. verſi. quæro vlterius quãdo reus fuit tortus ſufficienter.† Vbi dicit, quòd communis practica totius Italiæ apud peritos iuris dicentes eſt,quòd in tali caſu accipiuntur fideiuſſores à reo
16 qui ſe præſentando ad mandatum curiæ, & ipſum pro illo tũc elargiuntur.& Patris de Puteo.in tract. ſyndi.ver.& licet Bar.& idem Hippol.in d.l.edictũ verſi.& tenens menti vnum.& Ange. Are.in dicto tracta.maleſi.in gl.comparent dicti inquiſiti.& Cę

pol.in consi.xxxij.incipien.quidam rustici. ver.circa tertium dubium.pro quo est bon.tex.in d. l. qui sententiam. C. de pœnis. vbi licet quis non fuerit confessus crimen, tamen si de eodem fuerit superatus testibus,potest condēnari absque aliqua quæstione,& tortura,licet possit appellare. & ita tenēt ibi Do.& Bar.in c.ad nostram.circa fi.& ibi Fel.de probat.& Petr.Iac.in tit. interlocuto. pro tormentis. §.sententia pro reo.in fin. & Card. Alex. in c. j. §.publici latrones.de pace tenen.& dixi in §.xxiiij. in vlti.gloss. fin. de iurisd. omn. iudicum. vbi allego Hippo.de Marsi.in sing.cviij.ita tenere.& hanc sententiam, quod sit relaxandus tenuit Iacob. de Raven.in tracta.trinita.titu. de quæstio. & tortura. & Albe.in Candi.in tracta.de quæst. versic. quæro an possit repeti.& Alexan.consi.v.& Rapha. Comens. in consi.cxxxviij.& ita pluries concluſum fuit in curia,& etiam in magno Regio consil.contra les Bil landes de Lugduno,contra Petr.Barrier,notarium etiam Lugdunen. & idem Bald. in dicto cap.j.§. in iuria.versi.vtrum semel tortus.de pace iura.fir.& in tracta.suo de ordi.iudic.quæ.xxiij.tit.an plena pro
17 batione posset quis torqueri. † Et sic tenent Doctor. quod si post plenam probationem quis torqueatur,& nihil fateatur,quòd debeat relaxari,nisi superueniant noua indicia euidentiora primis:licet Alexan.in addition.ij.ad Bartolum in dicto §.eius. in fin.velit,quod non obstante tortura debet condemnari.pro hoc alleg.dictam leg. qui sententiam & ibi per eum dicta in additionibus ad Baldum vbi nihil dicit,nec Bal.nec text.hoc dicit,sed solum, quòd potest quis puniri ex probationibus veris,licet non fuit confessus:quia est conuictus,vel etiam ex confessione sua,& non dicit tortum,& quęstionatum,negasse, & condemnandum esse. facit Decis.Bal.in l.ij.& in l.milites.C.de quæst.& clarius in l.fin.versi.modo reuoco in dubium.C.de probat.sequendo Nicol. de Monte volens quando indicia non sunt ita indubitata,nec à lege sunt approbata, quod tunc secus,vt in sequen.quæstio.dicam:sed solū sunt iudicis religioni cōmissa: tamē simul collecta indicāt indubitanter veritatem, vt est exemplū in confessione per tormenta extorta, quæ non per se,sed cum perseuerantia,vel fama,vel facti verisimilitudine,vel aliis adminiculis indubitanter indicat veritatem,l.sancimus.& d.l.qui sententiam. C. de pœn.& l.j §.diuus.ff.de quæst. Ex quibus verbis colligit Baldus quod nihil prodest confitenti in tortura reuocare postea confessionem, si contra se sunt talia indicia,quæ coniuncta cum confessione,quanquam extorta per tormenta, inducunt indubitanter veritatem,nisi reuocans probaret contrarium per alia indicia contraria. Et ibi ipsum refert,& sequitur Pau.& Franc.Bronus in d.tracta.de indicijs,& tortura.versi.secundò quæro quid sit indicium.& Hippol.vbi suprà Iaſ.in d.l. magistrat.& hoc per gl.in l.capite quinto.ff.ad leg. Iul. de adul. & Fel.in c.olim.in viij.fallen.de rescrip.qui allegat Tidarum in suo dialogo de testium varietate.cap. vj.de confessione extra iudiciū.inci. dic valde quęso quid credis.vbi amplè vide.& Hippo.de Marsil. in sua praxi.§.quoniam.nu.xxxviij.quod tamen intelligunt,quando sunt plura indicia valde proxima vero facto :sicut est vnus testis de veritate facti, & duo testes de confessione extraiudiciali facta per delinquentem,cum confessione extorta per tortu ram : & sic pro præcedentibus legitimis indiciis, quamuis postea confessio talis extorta & reuocata fit,posset sequi condemnatio,secundum ipsos,& c.

† Et quanquam eorum authoritas sit magna, tamē 18
nulli non patet, per superius adducta satis esse responsum, ex quo est confessio metu tormentorum facta, si non perseuerauerit, non potest secundum communem opi.condemnari,d.l.ij.de cust.reo. licet possit iterum quæstionari,& ad torturam poni, vt in aliqua ipsarum perseuerent, vt dictum est. Et ita sentit Bald.in l.vna.in iij.oppo. C. de confessis, dum dicit,præsertim si perseuerauerit, &c. Et Bonifa.de Vitali,vt supra dictum est,& Albe. in l. indicia.ver. sunt ergo quædam. C. de rei vendi. quia poni non debet ad quæstionem, nisi præcedentibus indiciis, d.l.fi.de quæstio.ergo si non perseuerauerit, haberi debet pro non habita. Quare si sit ter tortus,& non perseueret, eum condemnare nō habet apparentiam, cum ipsa tortura non fiat sine membrorum dissolutione, quæ est grauior vtriusque manus absciſſione,vt dicit textus in authent.vt nulli iudici.§. qui verò nos oportet,& quæstio est res fragilis,& periculosa:& quæ veritatem falsat. vt inquit in l. prima. §. quæstio. vt ibi Doctor. ff. de quæstionibus.† Sed quid si confessus fuit in tortu- 19
ra, postea negat ea quæ confessus est, & non perseuerat in confessione,an possit quæstio sibi repeti sine nouis indiciis.Et concluſum fuit pluries quòd sic,sequendo opinion.Barto.in l.vnus.§.j. versicul. quæro dicitur hic ff.de quæ.& Bal.in l. in bonæ. in fine.versiculo item quæro de confessione.C.de rebus credit. & quos sequitur Hippoly.de Marsi. in l.repetitionib.versiculo stante ergo hac conclusione.& versiculo liij.visis. ff. de quæstionibus & Salic post Bald. in l. ij. in quæstione penultim. C. de custo.reo.& Ale.in consil. v. versiculo nec ad hoc obstat. volumin. j. & Paris de Puteo, in suo tracta. syndic.in verbo.tortura.capit.viso de repetiti.torti semper in negatione perseuerantis. tenet quod propter variationem possit sæpè & sæpius repeti. & intellige secundum ipsum,& Doctores vsque ad tertiam vicem, vbi etiam ponit duos casus in quibus ita seruauit.& idem dicit Ange. Are. in tracta. malefi. in verb. fama publica. in versiculo nonò quæro.ibi,ex quo pulchram & salubrem capias cautelam.& Franc.Brunus in tracta. suo de indiciis & tortura. versiculo mihi autem in tanta variatione videtur.† Et intellige secundum Doct. suprà alle- 20
gat. quòd possit repeti vsque ad tertiam vicem, vt sciatur veritas.Et ita seruatum fuit in curia contra Heliotum de Chival de Riberaco appellantem à iudice de Riberaco, & Senescallo Petragorien. qui trina vice ob variationem fuit sine nouis indiciis positus in tortura,quia in tortura confitebatur, sed postea in crastinū negabat ,dicendo formidine tormentorū confessum fuisse.† Quinimo secūdum 21
Romanum in cōsilio viij.propter mendaciū potest quis poni ad torturam:qui allegat Bartolum ita tenere in l.fina.ff.de quęstionibus.per l.vnius.§.testes eodem tit.per cap.literas.de præsum.& Franc.Brunus in d.tracta. ver. quæro an mendacium. & Hippol.in tracta.l.repeti.num.vj.& hoc propter exemplum, & consequentiam. Nam quilibet tortus fateretur in tortura,& extra torturam negaret, & sic liberaretur. Ideo potest poni iterum ad torturam, vt dictum est.Etsi sic variat,debet elargiri, & non statim absolui.Vnde curia cōsueuit ordinare quod fiet amplior inquisitio super delicto intra tempus, & interim aliquando elargat prisonerium, faciendo penes graffarium summissiones. Et ista opinio benignior est,quæ in pœnis amplecti debet,regula in pœnis.de regu.iur.lib.vj.

SVM-

Digitized by Google

SVMMÆ.

1 *Indicia plura vehementiſſima an habeant vim probationis ad condemnationem, vel torturam? & nu.2.3.5.6.*

4 *Indicium duplex, vehemens, & non vehemens.*

7 *Homicidium ſi quis ſe defendendo commiſſiſſe fatetur, an debeat torqueri? & nu.12.13.14.15.16.*

8 *Delictum eſſe commiſſum debet prius iudex conſtare.*

6 *Iudex qui confitentem ad mortem damnauit, debet mori, ſi occiſus nemo erat.*

10 *Confitens ſe occidiſſe, & in mare hominem proiecciſſe, qualiter puniatur, ſi de occiſo aliter non conſtet.*

17 *Defendendo ſe homicidium commiſſiſſe dicens, quo modo id probet.*

Quæſtio CXLIIII.

Alia inſuper orta fuit quæſtio, an ex pluribus indiciis, conjecturis, & præſumptionibus vehementiſſimis & indubitatis, poſſit reſultare plena delicti probatio, ex qua poſſit ad mortem fieri condẽnatio, vel mitius puniri: & quando ex confeſſione, qua quis confitetur homicidium ad ſui defenſionem feciſſe, conſtito de caſu.

DECISIO CXLIIII.

1 VIDETVR † quod nõ quia in criminibus & delictis probationes debent eſſe luce meridiana clariores, l. ſciant cuncti. C. de probat. vbi glo. quam ibi ſequitur Paul. de Caſt. ponit hãc regu. & Hippol. de Marſil. in leg. repeti. verſicu. videamus ergo. ff. de quæſtio. & Ioan. de Imo. in l. fin. verſi. circa. ff. de hæredib. inſtit. vbi ita tenet in tribus quæſti. ſaltem quod debet poni ad torturam, vt habeatur eius confeſſio, aliàs non eſſet tutum condemnare ex præſumptionibus & indiciis l. abſentem. in princip. ff. de pœnis. & Albe. de Gandi. in tract. malefic. titu. de præſump. & indiciis indubitatis, in j. quæſt. vbi dicit, quod omnes Docto. Bononienſes tempore ſuo † concluſerũt quod 2
ex indiciis indubitatis non poſſit ſequi condemnatio. Et ita vidit practicari, quod talia indicia quantũcunque vrgentia nõ ſufficiunt ad condẽnationem pœnæ corporalis, ſed ſolùm pecuniariæ. Et ita cõ ſuluit Alexand. in conſilio cxvj. in fin. volu. iij & in conſi. xv. verſic. ſecundò quia. volumi. j. & Paul. de Caſtro in conſilio cxcvij. incipien. viſa inquiſitione. ix. & Ang. in l. ij. ff. de fur. & Cæpol. in conſilio vj. incipien. veritas. & Matthæ. de Mat. in ſuo ſingular. cxix. incipiẽ. not. q̃ præſũptio niſi talis præſũptio eſſet approbata à iure. & hãc ſequi videtur Iaſ. in l. j. ver. j. ex regula. & in l. nõ hoc. ver. iſta limitatio à multo magis C. vnde legitimi. & Oldra. cõſi. cxcij. incip. viſo diligenter proceſſu vbi facit mentionẽ de lege Montepeſſulani, ſecundum quam extranei & ignoti non admittuntur in teſtes: quod eſt conſonum iuri l. ſcimus. §. quod ſi ignarus. & ibi gloſſ. & Doct. ff. de iure deliberan. & ſic ſeruatur in hoc regno. vt per Old. Lud. xij. & idem tenet Cæpo. in conſi. xxxij. col. vj. ver. præterea illa regula. & Rom. conſi. cccclj. incipien. quædam mulier. † Contrarium tenet Bart. in l. licet Imperator. ff. de leg. j. & 3
Sali. in l. ea quidem. C. de accuſ. & in l. ſi qui. de adulteriis, vbi eſt bonus tex. C. de adult. & in l. iij. ad leg. Iuliam maieſt. & plenè d. l. ſciant. per illum tex. vbi ponit exemplum de duobus rixantibus, dum tamẽ indicia ſint indubitata, & luce clariora, per illum text. & quod probabilior non poſſit de contrario perſuaderi, vel ſuſpicari. Et idem Bald. & Paul. poſt Nico. de Matth. in l. fi. de proba. tenet Io. de Ana. in cõſi. xlix. & ibi Ludo. Bolog. in addi. † & iſtud di 4
citur plenum, & indubitatum indicium, vt dicit Bald. in dicta leg. ea quidem. verſicul. indicium eſt duplex. de accuſatio. aliud eſt ſemiplenum ſeu dubitatum. & idem in rubric. C. de probo. & ſic etiam ſecundum eum adminiculum etiam eſt duplex, vehemens ſcilicet, & non vehemens: ac pariter præſumptio & ſuſpicio: necnon coniectura, & in l. fin. C. famil. erciſcun. & Ioannes Calder. in repetitio. cap. veſtra. de cohabita. cleric. & mulie. & Alber. in leg. ſiue poſſidetis. verſicul. tertium ad quod. C. de probationibus. Et eſt etiam inter præſumptiones & indicia differẽtia, de quo per Baldũ in l. ij. in prin. ver. extra quæro hic. ff. de excuſatio. tuto. Et etiam argumentũ, quia illa dicitur euidens probatio, quæ reſultat ex plurib. cõiecturis, vt dicit tex. in l. ſi quis locuples. ff. de manu. teſtamen. & ibi Aene. de Plũbino, & ibi dixi in additio. ad eum. accedat text. in l. indicia. C. de rei vendica. & gl. in c. tertio loco. de probatio. & text. cum gloſſ. in leg. ſi creditor. C. de pignor. action. & in l. ũ tutor. C. de pericu. tuto. & in l. inſtrumenta. C. de probatio. & tenet Franciſcus Curt. in conſilio lxxvij. verſi. j. Tertia concluſio. qui alleg. gloſſ. in d. l. ij. in princip. de excuſat. tutor. in verb. legitimis. & idem Bald. in l. quicunque. verſicul. octauo nor. C. de ſeruis fugit. vbi dicit, quod in ſecretis delictis, tractatibus, & conſiliis probationis difficultatem peruenitur ad torturam: & quandoque ad condemnationem, & abſolutionem ex ſolis indiciis, ſi ſunt ita certa, quod vix denegare ſoficiat. d. l. ij. de excuſa. tuto. per Din. in l. milites. C. de quæſt. & ſecreta delicta ſunt furtum, adulterium, & ſimilia, vt not. Hoſtien. in ſumma de filiis preſbyt. §. j. circa medium, qui allegat pulcherrimum tex. in l. non omnes. §. à Barbaris. ibi. quod enim liquidò probari non poteſt, argumentis probatum. ff. de re milita. quem refert & ſequitur Alberic. in ſuo dictio. in verbo Argumen. j. indicia. & in d. l. indicia. poſt princip. de rei vend. ita quòd pro adult. poteſt dari pugna, & probari per pugnam, prout factum fuit contra Ioann. de Caronge, vt refert Gallus, & Aufre. in arreſtis. Sed pro furto non datur pugna in hoc regno, nec pro alio delicto, ſecundũ Ioan. Fab. in §. per contrarium, inſtitu. de hæredi. quæ ab inteſta. deferunt. Et iſtam partem tenet Alexand. in conſil. xv. verſic. ſecundò quia. cum ſeq. vol. j. & Abb. Sicul. in conſi. cxiij. & Ludo. Bolog. in ſuis primis interpreta. in l. cum probatio. ff. de proba. & Spec. & ibi Ioan. in addit. titu. de probatio. §. fi. verſi. xxx. tamen ſecundum Ioan. And. tutius erit extorquere confeſſionem à reo per torturam accedat text. in cap. afferte. & cap. quia veriſimile. & ibi Felin. in vltim. nota. de præſumpt. & tenet Bartol. in l. j. ff. de furt. & Ange. Aret. in tractat. malefi. in glo. comparauerunt dicti inquiſiti, & totum negarunt. verſic. & quòd dixi, & Franciſc. Brunus in tractatu de indiciis & tortu. in iiij. princi. quæſt. vbi etiam ponit plura exempla de indiciis indubitatis, & tenet Bal. in l. excipiuntur. quem ibi ſequitur Roma. ff. ad Sillania. † vbi ſingulariter dicit quòd ex 5
pluribus indiciis reſultat plene probatio ad condemnationem capitalem, etiam contra impuberẽ. & ibi Bald. in leg. non eſt veriſimile. ff. quod metus

cauſa.& in d.l.milites.C.de quæſti.licet dicat q̃ rutius ſit habere confeſſionem delati per quæſtionẽ, ſequendo Ioan. And.& idem Fran.Brunus.vbi ſuprà,verſ.notandum.& idem dicit Bal. in tract. de ordin.iudic.titu. de quæſtio. circa materiam probationis,quæſtio.xvij.inci. verum ex dicto vnius teſtis,& idem Ioan.de Imo.vt ſuprà in j.parte dixi.& idem Bald.in l.ſi quis ex argentariis.§.j.verſic.quid enim.ff.de edend. & hoc fauore publico inſtitutum eſt,ne facultas probandi reſtringatur,ſecundũ Bald.poſt Dinum in l. ſpadonem.§. qui iura. ff. de excuſa.tutor.& Iaſ.in authen.ſi verò contigerit. in iij.nota.C.de iudi.&in l.admonendi ver.vilis& plenè examinatis.ff.de iureiurand.& conſuluit Alexã. in conſil. xj. incipien. ſentio in dubium reuocari. volum. iiij. & prædictam opinio. tenet Abbas Sicul.in cap.accedẽs de accuſatio.& pro hac parte bonus tex.in c.pro humani.de homicid.lib.vj.in fi. dum dicit probabilius conſtiterit argumentis & Felin.in capi.afferte.verſiculo,quartò limita.& Albericus in rubr.C. de quæſtionibus,& in l.edict.ff. eod.& Bald.in cõſ. cxxij.incip. proponitur,lib j.& ideo ſingu.dicit Bal.in rubr.de controuer. inueſti. verſi. ex his cõcluditur ,quod iudex ex diuerſis animi motibus , & ex variis ſuggeſtionibus partium, teſtium , & inſtrumentorum quandoque deuenit ad vnum animi finalem conceptum , non indigentem iuramenti adminiculo : quod dictum reputat ſingulare Andr. Barb.in conſi. vij. volum. ij. & iſtud dicitur argumentum ſecundum Bal. in d.l. ea quidem.verſicu.argumentum autem.& pro hoc dicto videtur text.in cap.præterea ibi,etenim circunſpectus iudex atque diſcretus motum animi ſui ex argumẽtis& teſtimoniis,quę rei aptiora eſſe comperierit,confirmabit.de reſti.Secundum hanc partem latum fuit areſtum iij.die Februarij. Anno 1519.contra quendam nomineGarreau loci de Burgo,contra quem erant indubitata indicia de prędatione piratica cuiuſdam nauis Britonicæ,& homicidio hominum in eadem exiſtentium , & etiam ratione fugæ , & confeſſionis extraiudicialis aliorum homicidiorum per ipſum perpetratorum, licet de illis gratiam & remiſſionem obtinuiſſet: quæ tamen aggrauant ſecundum Bartol.in l.ſi cui. ff.de accuſ. & ſic in homine conſueto talia facere. vnde ex illis indiciis tam indubitatis poteſt procedi ad condemnationem , ſecundum Roman.in leg. j. ℣. hoc reſcriptum. aliàs ſi quis in villa. ff. ad villa. ff. ad ſilla. & per Doctor. infrà alleg. in ſequen. quæſtion.& faciunt quæ dixi ſuprà proxima quæſt.in fin.& pariter iudicatum fuit contra Ioan. Lauau,dictũ Laſne ,appellãtem à Seneſchallo Petrago. & procuratorem iuriſdictionis Montis regalis,latum menſe Decembri.Anno,1529. † Quid
6 dicendum ? & videtur quod non debet puniri vera pœna delicti , ſed alia mitiori arbitrio iudicantis,quãdoex indiciis & pręſumptionibus vehementiſſimis, etiam indubitatis , venit condemnandus, vt vpluit Bald.& Doctor.Modern.in leg.eius. §. j. ff.de teſtament. & ibi Franciſc. de Aret. verſicul. tertio dicit.& Andr.Barbat.conſilio lxij. verſicul. & quidam. Bald. volumin. j.& Ioann. de Imol. Cardinal.& Felin.poſt Abb.Sicul.in dict.cap. affer te.verſicul.quartò.tex.& Doct.ſuprà in j.parte allegati,& Innoc.in ca.ſicut.de ſimo.& Pau.de Caſt.in dicto conſil.cxvij.& ſingulariterAbbat.in capitul. auditis.ver.ſed contra prędicta.& ibi Felin.de præſcript.& Innoc.capitu.quia veriſſimile. circa finẽ. & quẽ ibi ſequitur Abbas.Sicul.de præſumptioni.& Albe.in l.indicia.verſic.Innoc.etiam dicit.C.de rei vendica. & Abb. Sicul.in ca.tertio loco.verſicul.vltimo nota,& ibi Fel.de probationib. Hippoly.de Marſil.in d.l. repeti. verſic. & pro ſupradicta opinio. & verſi. quæ autem ſint indicia indubitata. & Franc.Brunus in ſuo tractatu de tortura.in iiij.principio.quæſtion.verſicul.aduertendum tamen eſt.quãuis in hoc videatur eſſe dubium, quando ſunt plura vehementiſſima indicia & indubitata , vt ſuprà dictum eſt in ſecunda parte, quod relinquendum dico eſſe arbitrio iudicantium.†Sed maius atque etiam maius videtur eſſe dubium,quando quis 7
probat vel confitetur homicidium ad ſui defenſionem feciſſe.† de quo delicto debet iudici prius conſtare,d.l.j.§. item illud. & l. neceſſarios. §. non 8
aliàs.ff.ad Sillania.vt ſupra dictum eſt, & etiam de omni alio delicto,vel furto.de quo quis venit puniendus per illa iura, vt tenẽt Docto. inſuper Bal. Pau.de Caſt.Cæpol.Veronẽ. & Moder. in authen. ſed nouo iure.C.de ſeruis fugiti.& Pau.de Caſt. cõſil.cccxxx.incipien.ſi iſte inquiſitus fuiſſet.vol. nouo.& Ange.Aret.in tract.maleficio.in verbo & veſte.col.v.verſicul.quod ſi quis cõfitetur.de quo per Hippoly.de Marſil.in l.prima in princip.verſicul. ego autem dico. ff. de quæſtio.& per Iaſon. in lege error.verſic.adde quod vult not.Angel.C. de iuris & facti ignorantia.† Quare ſi quis confiteatur ſe occidiſſe talem hominem, & ipſum confitentẽ iu- 9
dex decapitari fecerit,& poſtea occiſor reperiatur, quod ipſe debet mori,nec per punitionem alterius liberatur,per tex.ſingula.in leg.qui ſeruum.in principio. & ibi Bald. & Iacobus de ſancto Georgio. ff. de interrogat.actio.&Iaſ.in d.l.error.cum aliis per eum allegatis.& Alexan.in addi. ad Bartol. in dic. leg. qui ſeruum.& iſta fuit opin.Hippol. conſi. vij. nu.ij.& conſi.xxxv.nume.iiij.& conſi. xl. nume. vj. & conſ.xlix.nume.xj.& conſil.liij.num.iij.& conſil. lxxvj.nume.iiij.vol. j. in omnibus locis per eadem verba alleg.Bald.in addition.Specul.tit.de ſententiis.in fin. q.verſic.tuus fuit confeſſus contrarium, & non ſufficere conſtare iudici de delicto per confeſſionem rei tãtum: † vbi ponit exemplum de
reo confitente hominem ſe occidiſſe,& poſtea il- 10
lum , ſeu corpus ſuum in mare proiecciſſe , quod tunc ſi non conſtat de corpore mortuo , ſaltem per famam,per quam poteſt probari mors,leg. ſiquidẽ.C.ſolut.matri & alibi dixi. Vnde non debet puniri ex tali confeſſione de homicidio. ſed Alex. in conſi.xix.incip.circa primum & tertium dubiũ. lib.vij.quod eſt ſingulare,videtur innuere contrarium maximè ad excuſationem cõſultoris,aut iudicis iudicãtis ex cõfeſſione rei delati abſque probatione delati,vt non teneatur in ſyndicatu.Et quod ſola confeſſione rei poſſit , & debeat condemnari ad mortem,tenet Ang.in l.j.§.fin.per illum text.ff. ſi pars hæred.peta.quem ibi ſequitur Pau.de Caſt. idem Barto.in leg.Aurelius.§. idem quæſiit. de liber.leg.quia talis confeſſio qualificata poteſt ſcindi & diuidi,& eum ſequitur Bal.& Docto.in l. vna de confeſ. & Bal. in leg. ſi quidem. C. de except. & ſing .Franciſc.de Aret.poſt Bald.& Imo.in leg. decem. ff. de verbo. oblig. alleg. bonum tex. pro opin.Bar. in leg. vis eius. C. de proba.& hanc ſequuntur Ang. de Imo. & Rom. in leg. j. §. ſi quis ſimpliciter.ff.de verbo.oblig.& idem Ab.Sic.in c. cum veniſſent.de inſtit.& in c.bonę in ij.de poſtu. pręla.poſt Ant.de Butr.ibi.& Zabarel.in c.ex parte de cani.de reſcrip.& Ang. Aret.in tracta. malefic. in verbo & ſe defendendo,& latius in verſ. compa-

rent

rent dicti inquiſiti,& partim negant,& partim con
fitentur,poſt princ.vbi dixit opi.Bar.ſeruari in pra
cti.& plures ex dominis tanquam corrophio adhæ
rebant illi.Et ſecundum iſtam partem dicebãt fuiſ-
ſe pluries per curiam iudicatum.& idem tenet Bal.
in l.ſi præſidi.per illum text. C. de dona.ante nup.
& eſt ratio ſecundum eum.& Bart. & Doct. ſuprà
alleg. quia lex ſeparat & diuidit iſtam confeſſio-
nem,præſumendo dolum in homicidio.l.j.C. de ſi
car.& l. ſi non conuitij C. de iniur. ſecus eſt in ſe-
paratione hominis,vt ibi per eum , & ſic ad mor-
tem.& idem tenetBarba.in d.§.ſi quis ſimpliciter.
verſic. vlterius circa hoc.& idem in conſi. xl. verſ.
præterea accedat. vol. iij. & præcipuè quando eſt
præſumptio aliqua contra confitentem.& latius in
conſi. liij. verſ. & cum allegatur doctrina Bar. eo.
vol.& Floren. de ſancto Pet.in l. cum de indebito
nu.vj.ff.de proba.& Alex. in d. §. quis ſimpliciter.
& Bal.in conſi.ccxlv.inci. quidam Maſſiolus. & i-
dem Lanfran.deOria.in c.quoniam contra falſam.
de probatio.& quamuis iſta opinio Bart. ſit com-
munis,tamen contrarium tenuit Abb. Sicu.in dic.
cap. auditis. verſi. ſed contra prædicta , quia talis
confeſſio non debet ſcindi,cum ſit præſumpta pro
batio,ſicut quando homicidium punitur ex indi-
ciis & præſumptionibus,vt dictũ eſt. & hanc opi-
nio.Abb.quam Doct.appellant limitationem, ſe-
quuntur Feli.in d.cap.auditis. verſi. obſtat. ſecun-
dum dictum Bart.& latius in ca.ſignificaſti,verſic.
ſecũda concluſio.de homici.& in c.cum venerabi-
lis. verſicul.ſecundò not.de excep. & Iac. de ſanct.
Georg.in l.nec codicillos. C.de codicil.& Hippo.
de Marſil.in d.l.repeti.ver.quartus caſus.& in ſing.
clxxxv.& ſingula.Tho.Fer.caute.v.incip. quotidie
accidit. vbi allegat Bertachinum in ſuo reperto-
rio , in verſicul.confeſſio quòd ad defenſionem.&
etiam in verſicul. inquiſitus reſpondit quòd occi-
11 dit &c. ita tenere. vbi idem Thom. Ferra. † vult
etiam plus , quod talis confitens ad ſui defenſio-
nẽ feciſſe homicidiũ,non debet ad torturam poni.
& hoc amplè nititur probare.de quo infrà dicã , &
limitationẽ Abb.ſequitur. And. Alciat.in d.§. ſiquis
ſimpliciter.ver.ſed quid ſi dicat,vide ibi,Galiaula.
& idẽ Franciſ.de Cur.in d.l.j ſi pars hęred. peta.in
additio.ad Paul.& Iaſ.in l.vt vim.ff.de iure,dicens,
quod ſi hæc limitatio eſſet vera,eſt ſingularis, quæ
aliàs fecit ſibi in praxi magnum honorem,& idem
tenet ibi Claudi.de Facello,& Decius nume.xx.re-
mittens ſe ad per eum dicta in dic.cap. cum vene-
rabilis.de exceptio. & Hippoly. Marſil. conſi. liij.
nume. xxxvij. vol. j. cum aliis per eum allegatis. &
in ſua praxi. §. poſtquam. numero xxiij. cum ſe-
quen.& §.ſecunda quæſt. numero xiiij. & de Neui-
zan. in ſylua nupt. verſicu. & propterea inſert. &
Thomas Gra.voto ij.& Matth. de Afflict. in con-
ſtitutio.Neapol.& Alex.in l.non ſolum.§.ſciendũ.
ff.de noui ope.nũtia.licet nõ auſus fuerit decidere.
& idem Feli.in d. c.auditis. ſuprà alleg. vbi tacitus
tranſit propter honeſtatem clericalem,& quia agi
tur de vita hominis,licet ſecũdum eum multa ſint,
quæ adduci poſſunt contra Abb. cuius opinionem
multum impugnat Bartho. Soci. in l. non vtique.
colu. 2. verſicu.vnum tamen notabit.ff. de except.
dicens eam non eſſe veram , vt ibi per eum. Sed
Decius in dicto cap.cum venerabilis. verſicu.& re
tenta iſta limitatione.ſaluat Abba.& reſpõdet om
nibus motiuis perSocin.adductis. & tamẽ in fin.cõ
cludit opin. Abba.poſſe habere locum,quando in-
quiſitus prius fatetur vnico verbo homicidiũ fe-
ciſſe ad eius defenſionem , & in eodem contractu
verborum,quod non puniatur vera pœna, ſed mi-
tiori. Et alia opinio Barto. procedere videtur, quã
do prius explicitè non fatetur,vel fatetur homici-
dium; & poſtea addit ſe feciſſe illud ad eius defen-
ſionem , tunc punitur ex illa confeſſione , argu-
men. cap. præterea.in ij. de tranſactio. & idem te-
nuerant Bald.in l. decem. & Angel.in conſilio xx-
vij incipien. quidam victor. & Barto. in conſilio
ccxxviij incipien. Catherina accuſauit Ritam. &
Roman.in conſilio clxvij.incipien. Anton. accuſa-
tus. verſicul. quarto. & verſicu. præmiſſa autem
confirmantur. Et idem Iacob. Rebuf. in leg. rura.
in vltima quæſtio. C.de omni agro deſerto. libr.xj.
& etiam Bal.in dicta lege nec codicillos. & Ale-
xan. in conſilio.j. verſicul. poſito autem quod di-
ctæ confeſſiones. libro iij.& Salice.in leg.vna. C.
de confeſſis in iiij.oppoſitione. Et ita docte. com-
muniter concludunt,† quia ſi ob metum probatio 12
num factarum,vel fiendarum cõfeſſus fuerit feciſſe
homicidium ad defenſionẽ,tunc debet puniri capi
taliter,niſi probet qualitatem defenſionis. Et pro
dicta diſtinctione videtur gloſſa in cap. final. in
verbo , confeſſi. quam ibi ſequitur Cardin. Ale-
xand.xxiiij.diſtinction.& tenet ſingul.Socin. in l.j.
ff. de vulgar. & pupillar. quamuis ſecundum eum
non ſit tutum,licet in fin.cõcludat opi.Abb.† Vn 13
de ex prædictis videtur tres caſus pro opin.concor
dandis,diſtinguẽdi.Primo quòd ſi accuſatus,vel in
quiſitus ab initio confeſſus fuerit ſimpliciter homi
cidium commiſiſſe , & poſtea ante condemnatio-
nem dixerit illud ad ſui defenſionem feciſſe ,quod
poteſt facere.text. eſt ſing.in l.ſi filius.§. exceptioni
bus.ff.de interrog.action. quem ad hoc allegat ſin-
gul.Alexan.in addit.ad Bart.in d.l.cum de indebi- 8
bito.in princip.tenet Bal.in cap j. §. item ſi vaſal-
lus.de controuer.inueſtitu.& Felin.in cap.cum di-
lecti.in prin.de accuſatio.quia licet quis confeſſio-
nem ſuã ſemel ad commodum aduerſarij factam
non poſſit perimere,tamen declarare, vel limitare
poteſt,dicto c.cũ dilecti.& eſt ratio ſecundũ Ioan.
And.in regula,nullus pluribus.quem ibi vide. Sed
hoc pro nunc non decido,quia communiter Do-
cto. videntur contrarium tenere,confeſſum crimẽ
poſſe reuocare confeſſionem,vt Anchar.conſil.xx-
iij.incipi.viſa inquiſitione formata contra Philip.li
cet ſecũdum eum in hociudices ſe reddãt difficiles
& rigoroſos:cum aliis per Thomam Grã.voto vij.
nu.iiij. alleg. vnde poſt talem confeſſionem confi-
tens ſolet dare extenuationem ad ſuam confeſ-
ſionem factam,& hoc tam de iure,quàm ordinatio
nibus Regis. Aliud eſt in confeſſione alia , quam
quis fecit,quia ius acquiſitum eſt aduerſario qui in
ea conſenſit. Aliud verò in negatione,ex qua non
eſt acquiſitũ ius aduerſario,quia in ea non cõſenſit.
& idem Ioan.Fab. Bald.& Paul.de Caſt.in authen.
contra qui propriam. C. de non numera. pecu.&
dixi ſuprà in quæſt. xliij. incip. ſuper cuiuſquidem
areſti executione.& Bald.in l.ii. ante finem. C. de
cuſto.reo.† Secundò, aut à principio negat,& po- 14
ſtea addit metu probationũ factarum feciſſe ad ſui
tutelam & defenſionem corporis. quod etiam po
teſt proponere,vt voluit Bartol. in dicta lege cum
de indebito. & ibi Floria. de ſancto Georg. & te-
nent Bald.Franciſ.de Are.in d.l. decem.& Bal.in l.
ſi quidem. C. de exceptio. Barto. Bald. & Salicet.
Pau.de Caſt.& Alberi. in dicta authen. contra qui
propriam.de non nume.pecu.& plenè Luc.de Pen
na in lege profeſſio & deſiderium. verſicul. accu-

ſatus.C.de munerib.patri.lib.x.& Iaſ.in l.j. verſicu. quid in criminalibus.C.de iurt.& idem Abb.Sicul. in c.is qui.de ſolutio. & Bald.in tractatu ſuo iudicio.titu.de quæſtion.circa materiam probationis. quæſtion.xv.in vltima quæſtione.& Decius in l. nemo.ff.de regu. iuris.& Ioan.de Anania.in d.c. cum dilecti.verſicul. & ſic facit ad quæſtionē illā.de accuſation.& Felin.verſicul.nota.viij.ibi, & ſic facit. pro quo alleg.Docto.text.in l.electio.§. neque hæredi.ff.de noxali.& in l.ij.§.ſi vero falſo.ff.ſi ex noxal.cauſa aga.& idem Albe.poſt Guido.de Suza.in l.proinde.§.ſi quis hominem. ff. ad leg. Aquiliam. licet Ioann. And. in hoc voluerit contrarium in dicta regula, nullus pluribus. in mercur. de regul. iur.libro vj.quem ſequitur Paul.de Caſtro in l.nemo.ff.de exceptio.& idem Paul. conſi.x. verſic. & ideo in quæſtione.vol.nouo.tamen primum tenet Bartholo.Socin.ibi,quod eſt communius. & idem Din.in dicta regula,nullus.& in l.in laqueum quē ibi ſequunturGuido de Suza.& Alber.ff.de acquir. rerum domin.& Felin.in cap.paſtoralis,verſic.v.in medioverſicul.circa dicta Abb.de exceptio.&Paul. de Caſtro in conſilio x.in caſu præſenti,ſi quæritur.volu.nouo.& Maſue.in titu. de probatio. verſicu.item ſi accuſatus.Et pro hac deciſione eſt textus in leg. vnius. §. fin. ibi, quamuis defenſionem quocunque tempore poſtulante reo negari non oportet. ff. de quæſtionib. dum tamen ante ſententiam , ſecundum gloſſam ibi , in verſicul. quocunque.& ibi Hippolyt.de Marſi.& Thom.Gram.voto.ij.nume. xiij. & in iſtis duobus caſibus, niſi probet qualitatem defenſionis propoſitæ ,tunc ſecundum Bartol. & communem ſententiam Doctor. debet mori, quia eſt præſumendum , quod mortis cauſa fugiēdę,vel ab aliquoconſultus fuit motus ad
15 hoc allegandum.† Aut ab initio vnico verbo , ſeu in eodem conſtructu verborum dicit ſe homicidium ad ſui defenſionē feciſſe:quod tutius eſt , ſecundum Maſue. vbi ſuprà , iſtud ſimul proponere,& tunc ſecundum Abbat.Sicu.& Doct. ſuprà allega.non debet mori,ſed mitius arbitrio iudicātiū puniri.Et hoc intellige, ſi non ſint aliqua alia indicia,& præſumptiones præcedentes , vt inimicitiæ, aut minæ,ad quas aduertere debēt iudices,ſi ad occidendum potius,quam ad ſe defendendū fecerit.l. j.§.diuus.ff.de Sicar.& plenè per Fran.de Are.in cō ſi.lxxx & Cæpol. in conſi. xxix. quod eſt ſingul. & Franc.de Are.in conſil.cxlvj.vbi etiam ponit quid de confeſſo fićto,qui habetur talis ratione contumaciæ,an debeat condēnari: de quo dixi ſuprà in Deciſione lxiij.incipien.minor contumax. Et licet iſta limitatio Abbat. ſit magnæ conſequentiæ, quę dat occaſionem delinquendi,&homicidia perpetrandi,quæ videretur reſpuenda,argum.c.ex parte de conſuetu. tamen in pœnis tanquam benignior eſt complectēda,vt regula in pœnis.de regu. iur. lib. vj. cum ſimilib. ibi ductis in addition. ad Din.& potius iudex ſequi debet miſericordiā quā iudiciū,& æquitatē potius quàm rigorem, c. licet. xlv.diſtinction.& c.pōderet.50.diſtinctione.&melius eſt redargui de miſericordia , quàm de crudelitate , vbi dixit ibi gl.& in c. veniam nunc.xxxv. quæſtio.ix.& potius de innocentia, quam vindicta quærere.l.ſi non defendantur.ff.de pœnis.& l. non tantum. ff. de appella. & l. abſentem. ff. de pœnis.ſed vt dicit Ancha.in ſuo conſi.xxiiij. incipien. viſa inquiſitione formata contraPhilippum de Mātua.verſicul. quia verò iudices &c. quòd ſunt nonnulli iudices maleficiorū,qui plurimū anhelant ad condemnationem,cum per inquiſitionem procedunt,& credunt vileſcere in conſpectu hominum, cum aliquem abſoluunt , contra l.abſentem. ſuprà alleg.ideo difficiles,& rigoroſos ſe exhibent,ſi criminoſi reuocent eorum confeſſiones,& non perſeuerent in illis:& verum dicit,& plures vidi iudices, & etiam plures ex dominis dicentes,quid dicet populus,ſi relaxetur ? Certè de eorum verbis , & rumore non eſt curandum , quia vanæ voces populi non ſunt audiendæ in condemnando vel relaxando criminoſum,l.decurionum filij. C.de pœnis.dū tamen debitè,vt decet,fiat iuſtitia.& idē dicitFrāc. Brunus in d.tract.de indiciis & tortura,in vj.prin. quæſt.verſic.remedium ergo eſt.referendo Anch. vbi ſuprà.idem de Neuiza. in Sylua nupt. verſicu. prout dicimus de eo qui damnatur ex vrgentiſſimisconiecturis.qui alleg.Ioann.Villemati. in repeti.leg.final.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.in fin. Sed ſupradictam opin. & limitationem Abb. reſtringit Alciatus vbi ſuprà, volens talem confitentem debere poni ad torturam ad veritatem eruendam,an fecerit ad ſui defenſionem. Et idem prius dixerat Bald.in leg.fina.quem ibi Paul.ſequitur.C. de probatio. & Lanfranc. de Oria.in dic. capit.quoniam contra falſam.verſi.cautela eſt , dicens quòd ſi virtute talis confeſſionis poſitus ad quæſtionem, confeſſus fuerit occidiſſe ex propoſito,& *non* ad tutelam corporis ſui,erit plena probatio per glo. vulgatam in leg.capite quinto ,quam ibi ſequitur Barto.ff.de adulter.contra Tho.Ferra. in dic.v.cautela.& iſtud eſt clarum,ſi in eadem confeſſione perſeueret.Sed ſi nō perſeueret,& dicat ſe feciſſe ad defenſionem,tunc erit abſoluendus, nec in perſona, ob torturam paſſam erit condemnandus,vbi prius mitius erat puniendus;ſecundum doctrinam Abb. & omnium Moder. & idem Alber. in leg. edictum.ff.de quæſt.quia quando ex indiciis , & præſumptionibus eſt tortus , & non perſeuerat , relaxandus eſt,vt dixi ſuprà in præceden.quæſtio.Vnde Tho. Ferra.in dicto verſicu.cautela. tenet contrarium, quod poni non debeat ad torturam , vbi amplè hoc probat,vt ibi vide:nihilominus tamen vidi curiam ſequendo hanc reſtrictionem, ſemel dare vni priſonerio torturam,qui tamē perſeuerauit feciſſe ad defenſionē,& obtinuit à rege remiſſionē ſuam:ex eo quòd ſtylo curiarum Frācię ,non quam probans homicidium ad ſui defenſionem feciſſe,liberatur per iudices, ſine remiſſione à principe prius obtenta,licet de iure non requiratur, vt dict.l.vt vim.l.j.C.vnde vi.& l.ſcientiam.§. qui cū aliter.ff.ad leg.Aquiliam c.ſignificaſti.ij. de homicid.& clementi.j.eo.tit. & poſtea vidi pluribus etiam vicibus dari quæſtionem, qui perſeuerarunt, quod ad defenſionem homicidia fecerant : ipſos tamen non relaxauit , ſed eos fuſtigari & banniri cum vna auricula,aliquando bis fuſtigari & banniri ſine auricula perdenda,quando perſonæ erāt viles & malè famatæ,contra opin.Doct. quā ſequebar:quia vbi aliàs eſſent perſonæ bene famatæ,ſiue bonę famę,& cōuerſationishoneſtę,ad emendā pecuniarum puniri debēt. † Sed quomodo probabit 17
accuſat°,quòd ad ſui defenſionē hoc fecit.dic quod per teſtes deponētes de aggreſſione alterius.d.l.j. ij.&iij.C.de ſica.&aliis iuribus ſuprà alleg.& plenè
1 cli.in d.c.ſignificaſti.in ſecūda cōcluſione.& Bal. in cōſi.ij.ver.ſexto propter.vo. iiij.vel per teſtes de credulitate deponentes , videlicet quod talis occidit,vel vulnerauit talem ad ſui defenſionem ſuo credere,vel videri,vt voluit Ale.in conſi.lxxvj.inci

piente,

piente.viſa inquiſitione.lib.j.vbi alleg.Bar.in conſ. inci.Raynutius Petri. & idē eſt,ſi teſtis dicat, quod vidit,ſecundum Bal.& Sali.in l.ſolam. C. de teſtib. qui allegat Bart.in conſi.cx.incip. quidam Maſſiolus:licet Alex.in d.conſil. lxxvj.in fin.tencat in hoc contrarium.allegat Bar. in d.conſil. Raynutius Petri, aliàs Vanutius Petri. quem etiam Alexand. ſequitur in conſi.cix.viſis, & vt oportet conſideratis. lib. j. quod conſilium Barto. inuenire non potuit. Sed primum tenet Hippolyt.de Marſi. in ſing. xix. verſi.teneas tamen perpetuo. vel etiam ſecundum ipſum ibi, ſi per coniecturas, quæ iudicis arbitrio committuntur,appareret,vt tenuit Bald.in d.l.vna, de confeſſis.& idem de Marſi. in l.vnius. §. cogniturum. num. lxv. de quæſtio. & Corneus in conſil. clxij.volu.j. & in conſil.cxxxiiij. in litera D.lib iiij. & Claud.de Seyſello in d.l.vt vim.in amplia.verſic. illud & generaliter.de iuſti.& iure.

SVMMÆ.

1 *Iudex inquirere debet de innocentia rei etiam non allegata.*

2 *Indicia qualiter elidantur per contraria. & nu. 3. 4. 5. 6. & 9.*

7 *Domeſtici admittuntur ad probandum innocentiam.*

8 *Miraculosè qui inueniſſint in duobus locis.*

10 *Tortura non eſt danda ſtantibus indiciis pro & contra, ſed aliter reus abſolui.*

Quæſtio CLXV.

Et quia ſupra in præcedentibus duabus quæſt. dictum fuit, an quis poſſit ex indiciis condemnari & torqueri: an ad hoc euitandum ſit aliquod remedium,ita quod illa poſſint per aduerſas contrarias,vel diuerſas probationes elidi & euacuari.

DECISIO CLXV.

LT dicendum eſt quod ſic.& tenet Bart. in l. fin.ff.de quæſt.& in ſuo tracta.de quæſtio.& Bal. in l.fin.C.de proba. & in l.non hoc. C. vnde legitimi. † quia 1 inquirendum eſt per iudicem de innocentia etiam non allegata,l.ſi non defendantur. ff. de pœn. & dictum eſt ſuprà in q.præcedenti. Nihil eſt adeò indubitatum, quin aduerſus illud non poſſit probari contrarium, vt voluit Alber. de Gacidi in ſua praxi, tit.de præſump. & in dubita. ex quibus condemnatio poſſet ſequi.in fin. verſic. illud tamen in ſumma, & prius quàm ponatur ad quæſtionem, debet audiri in ſuis defentionibus,l.ij.ff.de appell.recip.vel non.ibi per Doctor.& Gandi.in d.tract.criminali.tit.de quæſt. verſic.ſed quid erit de quæſtione de facto.& in fin. tit. & aliquando etiam poſt condemnationem, vt in caſu l.j. §. ſi quis vltro.de quæſt. † Vnde ſi diffa- 2 mati de homicidio inuentus fuerat enſis, vel cultellus in loco percuſſionis, & fuit recognitus eſſe illius inculpati, vt in aliis caſibus in præcedenti q. annotatis, tunc poterit probari, quod alteri commodauit, vel quod eum perdiderat longè ante homicidium prætenſum. † Vel ſi fuerit quis viſus lo- 3 qui cum aliqua ſola,quod eſt aliquale indicium,ſecundum gloſ. in l.j.ff.de extraord.crimini.licet glo. in contrarium in c.abſit. xj. quæſt. iij. & Bald.in l. neque natales.C.de probatio.& Angel.Aret.in tracta.maleſi.verb. che me ha adulterato la mia dona. verſi.ſi autem reperiatur clericus.Et illa fuit reperta ſtuprata,hoc in caſu poterit probari, quod illa erat conſanguinea,per not.in l.quamuis.C.de adult. tamen ſi poſtea contrahat matrimonium cum illa, erit præſumptio iuris & de iure, quod ipſe eam cognouerat,l.hi qui adulterij.C.de adulter.& iſto caſu non admitteretur ad probandum contrarium, vel dicere alium eam ſtupraſſe.Item † ſi aliquæ res 4 ſubſtractæ, fuerint repertæ in domo ſua, tunc probari poterit, quod emit ab aliquo non tranſeunte, ſed authore furti,per no.in l.inciuile.C.de furtis.& in l.maiorem. C.de falſis.† Aut ſi fuerit litera pro- 5 ditionis inuenta in eius arca, ſimiliter probare poterit quod alius eā immiſit, vel quod talis ſibi tradidit, & penes eum eo ignorante temerè depoſuit. Aut † etiam ſi dicatur hominem nocte fuiſſe occi- 6 ſum, & contra eum probetur illa iuiſſe nocte extra domum, & iuiſſe & ambulaſſe per illam ſtratam cum armis: tunc probare poterit illa nocte lunam non lucere,nec radios mittere, & ſic obſcurum eſſe,& per conſequens non poſſe probari ipſum fuiſſe viſum, nec per quem fuerit commiſſum delictum, vt tenet gloſſ. in l. ſi cum exceptione. §. in hac actione. ff. quod met. cau. per quam gloſſ. Oldra.vt refert Bald. ibi,euaſit quendam clericum. & idem Angel.Aret.in tractat.maleſic.in verſic.comparent dicti inquiſiti.in vlt.quæſt. & Angel.conſil. cxciiij.vel etiam ipſum fuiſſe abſentem ab illo loco & tempore, & à quibuſdam ſociis vocatum iuiſſe, cum ipſis acceſſiſſe, & continuo tota illa fuiſſe nocte: quia non ſufficeret dicere non occidi,nec illo tempore & loco non proditoriè feci: ſed certum diem & locum abſentiæ exprimere debet: aliàs nō videtur omnino ad propoſita reſpondiſſe,vt voluit Bart. in l. de ætate. §. quod autem. ff. de interrog. actio.& Ange. Aret.in dicto tracta. maleſi.in verb. comparent dicti inquiſiti.q.penult. Vel ſi inculpatur de fractura domus facta de nocte, probare poterit ſuum alibi, quod ea nocte dormiuit cum ſociis vſque ad mane,& quod tota illa nocte non ſurrexit de lecto.per quæ dicit glo.in cap.clerici.lxxxj. diſtinctio.quòd ſi duo clerici dicant me commiſiſſe fornicationem cum aliqua tali die, & duo laici dicant me fuiſſe ſecum tota illa nocte,& die in alio loco,quod præferantur laici.& hanc concluſionem ſequitur Alexand.in l.hæredes palam in princip.teſtament.& Hippo.ſing.ccccclj.& Anton.Corſet.in ſingul.in verb.teſtes.inchoan.dico teſtes. cum aliis per ipſos allegat. & prædicta poterunt probari per domeſticos domus ſuæ, qui † admittuntur ad pro- 7 bandam innocentiam, cap. tam literis. & cap.veniens.de teſtibus.& tenet Bald. in l.parentes. C. de teſtib.& Specu.in titul.de inquiſi.§.j.verſi.ſed nunquid.& Paris de Put. in ſyndic. in verbo, tortura.c. officialis. verſicul. & dicta indicia. & amplè Paul. Grillandus in tracta.ſuo de hæretic.lib.v.tit. de relaxat.carcer.quæſtio.iij.& intellige quando negatiua abſentiæ coarctatur loco & tempore. l. optimā. C.de contrahend.& committenda ſtipula.ita quod impoſſibile ſit eſſe ibi in illis duobus locis, vt Mediolani contraxiſſe, & poſteà Romæ fuiſſe, † quod 8 eſſe nō poteſt niſi miraculosè,vt in beato Ambroſio,qui eodē mane dixit miſſam Romæ, & Mediolani affuit,vt refert Bald.in d.l.optimam. & idē habetur de beato Fontone qui mane celebrabat miſſam Petragoræ, & eadē miſſa durante fuit Arelatæ in ſepultura beatæ Marthæ virginis,in quo loco dimiſit vnam ex ſuis chirothecis, quam ibi vidi. & idē dicitur de beato Iſidoro in officio ſuo,in lectionibus officij matutinalis,qui nocte Dominicæ Natiuitatis, exiſtens in horis matutinalibus apud Hiſpalenſem eccleſiā,ſubitò Romā adiit,& beatū Gregoriū, qui eadē nocte eiſdē horis inſiſtebat, viſitauit,& relatis beatiſſimis verbis Iſidorus ad Hiſpalē-

fem ecclesiam reuersus est, inueniens quos dimiserat idem matutinale celebrantes. & istud reperitur in tractatibus nouiter impressis. volum iij. & idem Barba. consi. xlij. num. xj vol. j. referens Hostien. nō dicit vbi, de magistro Petro Baialardo, qui nocte natiuitatis Dominicę fuit visus Parisiis, Mediolani, & Romæ. & ideo (vt inquit Barba.) domini de Rot. dixerunt, quod ex appositione loci & temporis in contractu paratur via reo defendendi se ab eo: cōtra quam defensionem consuetudo non posset disponere. Ita dicunt domini de Rota Decisione cccxlix. cum aliis per Barba. alleg. Vnde historici dicunt de quodam Iacobo le Gris, qui vt refert Gaguinus in chronica Francię, iuit cum vno equo bene currente è ciuitate Pisien. in qua tunc erat princeps Franciæ, in cuius thalamo visus fuerat ad castrum quoddam causa adulterij committendi, distans ab ipsa ciuitate xxx. leucis, & reuersus fuit, pariter sero visus. Tamen dictus le Gris inculpatus de adulterio per vim cum vxore Ioannis le Carrouge commisso, in eodem castro existente, non fuit, ad euitandum duellum sibi super hoc oblatum, receptus ad probandum ipsum fuisse alibi continuè xv. diebus ante diem, & post diem prætensi adulterij commissi: & maximè de tota septimana, qua pars aduersa confitebatur ipsum adulterium fuisse commissum, fuerat in alio loco, & absens, vt habetur in arestis per Gallum recollectis lxiij. cum sequentib. quod fuit secundum Gallum mirabile, & verum dicit, cùm tollat defensionem naturalem, cuius voti nunquam fuissem. Sed Gallus dicit, quod hoc fortè fuit propter aliqua quæ fuerunt per informationes reperta. Item vnum aliud refert, ipsum le Gris à propositione errorum aduersus dictum arestum repulsum, & non esse admissibilem. † Item si quis inculpatur accepisse violenter aliquam mulierem, poterit probare ipsam (postea ea volente) carnaliter cognouisse, cap. significasti. de eo qui dux. in matrimo. quam polluit per adulte. vel ipsam misisse priapum intra vuluam. Ex † prædictis patet, quòd vbi sunt aliqua indicia cōtra malefactorem ad torturam eum ponēdum sufficientia, & aliqua pariter pro eo sunt, quod non commisit maleficium, vt in casibus præceden. quod poni non potest vigore indiciorum contra eum existentiū ad torturam: quinimo absolui debet: vt tenet Hippolyt. de Marsil. in sua praxi. §. diligenter. num. cxc. & hoc duplici ratione, primò quia in obscuris semper debemus inclinare in benigniorem partem, l. semper in obscuris. de regulis iuris. & in regula, in pœnis. eodem titul. lib. vj. Secundò, quia vnum indicium tollit aliud, vt tenet Alexand. consil. lxxvij. incho. in causa accusationis. lib. j. Quemadmodum vna præsumptio tollit aliam. diuus. ff. de in integ. restit. & Alex. consil. ciij. volum. j. cum aliis infinitis per Hippolyt. alleg. vbi etiam ponit de bona fama alicuius quæ tollit indicium contra eum probandum, sequendo Bald. in l. fin. C. de probationib. & Alexan. in addit. iij. & Bart. in l. fi. ff. de quæst. & idem Hippol. in l. de minore. §. plurium. nu. xij. ff. de quæst. Corne. consi. lviij. in litera R, volum. ij. & pluries sic fuit iudicatum per curiam.

SVMMÆ.

1 *Sguis ex occiso fluens in præsentia accusati, an sit indicium sufficiens ad torturam.*

2 *Tortura indicium an sit sufficiens, si quis cum gladio euaginato visus sit fugere de domo occisi.*

3 *Minæ sunt indicium ad torturam.*

4 *Tortura varia indicia. & nu. 5.*

6 *Caroli Magni iudicium de homicidio.*

7 *Facinus Petri Regis detestabile in iudicando.*

8 *Confessio patris ob metum torturæ filij, non sibi nocet.*

Quæstio CLXVI.

Indicium an sit sufficiens ad ponēdum quem ad torturam, si occisus supra quem reus transiuit, sanguinem ex vulneribus & plagis emiserit & fluxerit, vel visus est fugere cum gladio sanguinolento.

DECISIO CLXVI.

ET † videtur quòd sic, quia sanguis de terra clamat, & expoſcit vindictam, vt habetur Genes. iiij. cap. de sanguine Abel. & Paris de Put. in syndicat. in verbo, tortura, c. an stetur dicto torti. versic. & quia naturaliter, allegans quod scribitur in Apocalyp. Ecce, post hæc vidi animas interfectorum clamantes ad Deum, & dicentes, vsquequo Domine non das iudicium, & vindicas sanguinem nostrum de interfectoribus nostris qui sunt in terris. & idem ibi. ca. mandauit Rex. in fin. versic. si occisus exhibeatur. & Hippolyt. consil. xxiiij. num. ij. volum. j. & consilio xc. num. iij. & consil. xcj. nume. iiij. & consil. 100. nume. iiij. & consil. cx. nume. iiij. volum. ij. & hæc experientia erit indicium magnum secundum Paridem de Puteo in syndic. in verb. tortura. dict. c. mandauit Rex. versicu. si occisus exhibeatur oculis occisorum, dicens ab ista experientia non esse per iudicem recedendum, cùm sit rerum magistra. cap. quam sit. de electio. libro vj. etiam fuisse expertum Romæ tempore quo fuit occisus Cardinalis sancti Marci, referens etiam Ang. in tractat. de homic. dicere hoc accidisse in quodam Ægyptiaco. & idem Ioannes de Neuiza. in sua Sylua nuptia. versic. sicut cadauer occisi. cum aliis per eum allega. & Hippolyt. in sua praxi causarum criminalium. §. diligenter. versi. & memini me aliàs tempore iuuentutis meæ, vbi dicit vidisse in ciuitate Albingana dum erat illius gubernator: attamē noluit sequi hoc iudicium: quia nullibi hoc dicit probari, eo fortè, quia prædictos Docto. & sequent. non vidit. Et in curia nostra vidi processum, per quem apparebat puerum à matre interfectum octo diebus post (matre eum inspiciente) sanguinem ex naribus emisisse. Et pariter in alio processu alium mortuum duobus post mensibus exhumatum sanguinem ex plagis homicida supra eum transeunte emisisse. & istud aliquādo contingit, vt ait Pet. de Apono. in suo commento super problematib. Aristot. in vij. parte, problemate vj. ver. deinde, aut quia ex vulnere recenter interfecti iam constricto sanguine, fluxus sanguinis demū fit ab interfectoris præsentia ex illis: quod accidit ex motu impresso ab interfectore ad interfectum virtute suæ fortis imaginationis, & furiæ. dicunt enim impressisse eum spiritus inimicitiæ succensos in interfectum tempore interfectionis, qui ad præsentiam interfectoris moueantur, ex interfecto suo ad interfectorē suum, vnde exierunt: propter quod causatur motus in corpore interfecti, & vulnera sic sanguinem emittunt. Hæc ille. & ibi in margine dicitur hoc in facto Venetiis vidisse. † Tū etiam indicium contra illum, qui visus est fugere cū gladio euaginato ex domo alicuius qui reperitur mortuus, est sufficiens ad quæstionē & torturā, vt voluit Iaco. de Belloui. in tract. suo criminal. tit. de quæst. & Alb. de Gandi. titu. de præsumpt. & indiciis indubitatis. in quęst. quamuis Bart. in l. fur est manifestus. ff. de furt. velit per illum text. quod homicidium

micidium ſi tunc manifeſtum, quod talis fecerit. & ipſum ſequitur Bal. in l.neque natales. ver.item in eo qui viſus eſt.C.de proba.& Paul.de Caſtr.in l.ſi. verſic.item quæro quæ dicantur indicia indubitata.cod.tit. & Bald. in l. addictos. verſi. hoc fallit in notariis.C.de Epiſco.audi.ſed primũ verius, quod ſequitur Ang. in d.l.fur.quia ſecundum eum eſt ſolum veriſſimum indicium ad ponendum quem ad torturam,& non profecto ad condemnandum. Et idem Franc. Brunus in tracta. de indiciis & tortu. verſ.item Bart. & verſi.quæro ad vnum indiciũ, & ita practicatur ſecundùm Ang. vbi ſuprà etiã ſi cõcurreret aliud indicium, vt quia fugiſſet, aut eſſet inimicus,vel fama publica,quod ille ipſum interfecit: quoniam tunc etiam debet poni ad torturam. & idem Ange. in l. milites. C. de quæſt.& Paris de Put. in ſyndica. in verbo,tortura. verſi.eſt etiam indicium dubitatum,quãdo ex domo. cum verſi.ſeq. & vſque ad finem. & ibi in cap.& an ſi quis dixerit.

3 verſicu. nam quædam mulier. † vbi ponit de quadam muliere in feneſtra exiſtente, & minas cuidã, quem odio habebat,inferente,& ſibi dicente, *Io te fero tagliere la gambe non ſera longo tempo.* quas minas audiens quidam etiam illius minati inimicus, cogitauit illum percutere ſub ſpe, quod illa mulier fuiſſet infamata: quod ſic fecit, & illum inimicum percuſſit, propter quod fama inſurrexit contra illam mulierem:quæ cepta fuit, & torta propter minas, & confeſſa fuit illum mortuum percuti feciſſe, & fuit punita,& poſteà reperta innocens, & ſic facta illi mulieri iniuſtitia,vt ibi vide.quamuis aliqui dicant eum condemnandum: quod arbitrio iudicantium relinquendum eſt, vt tradit ſingulariter Socin.conſil.iiij.vol.iij.& ita pluries iudicatum fuit

4 per curiam. † Pro hoc facit quod dicit Alb.in l.indicia.verſi.vidi etiam.C.de rei vendi.vidiſſe quendam iudicem maleficiorum inueſtigare furtum, de quo quidam inculpabatur, ſcilicet ſubtraxiſſe vuas, ſeu racemos ex vinea, cuius terra tunc erat balneata, & humida, in qua apparebat effigies ſeu forma pedum illius qui inculpabatur, ac ſuſpicabatur: & adduxit illum ad vineam,& reperit pedes eius concordare cum forma & effigie in terra exiſtente: ex quo indicio quaſi indubitato eum condemnauit. Et idem ponit de fure, cuius ſotulares reperti ſunt in domo, vt q.tua nos. §.fina. de homicid. vbi text. hoc vlt.probat. Sed non ſolum præcedens, ſed vtrumque poteſt eſſe fallax, & non ſequerer illud ad condemnandum, ſed ad quæſtionem. & ibi Poteſtas,de quo text. loquitur, nimis fuit rigoroſus, ſe-

5 cundum Docto.excepto Hoſtien. vt ibi vide. † Et de ſotularibus vidi euenire in curia hoc Anno 1535. contra quendam lapicidam, ſeu redemptorem ad quæſtionem ad condemnatum, qui iuxta vulneratum dimiſerat vnum album ſotularem & biretum, & dictum bene iudicatum, & latum areſtum die xvij.Nouembris,niſi ſecundum Ant.de But. ibi ſotulares fuiſſent pedibus ſuis conformes, & culter, quem etiam dimiſerat, vaginam haberet omnino conformem, quæ ſunt duo interſignia ſufficientia ad torturam.Vel ſi eſſet quæſtio de duobus accuſatis de homicidio, nolentibus aliquid etiam cum quæſtione confiteri, habito pro conſtanti & probato, quod alter eorum vere homicidium perpetrauerat: quid tunc fiendum? Opus eſſet facere iu-

6 dicium quod † Carolus Magnus fecit, qui cum intellexiſſet patrẽ & filium de homicidio accuſatos, nolentes aliquid etiam per quæſtionem confiteri, iuſſit ambos ſuſpendi, quod pater cum iam ad ſupplicium ductus, videret nullam redemptionis ſpẽ, confeſſus eſt delictum,& ſic liberauit filium,prout refert Andr.de Iſer. in c.j.§. publici latrones.in fin. de pace tenen.dicens ipſum Carolum idem feciſſe, quod legitur de Salomone,iij. Regum c.iij. & in c. afferte.de præſump.de mulieribus inuicem de filio certantibus.& idem gl.in l.j.in verbo,deſeruiunt.ff. de dolo. cuiuſquidem Caroli commẽdat cautelam Paris de Puteo in ſyndica.in verbo, tortura. verſic. ſequitur modò notabilis quæſtio. vbi etiam ponit ſimile exemplum de Rege Ladiſlao, & ibi vide, & etiam And.Barb.in l.cum acutiſſimi, verſi.nec obſtat dum dicebatur. C. de fideicommiſ. & idem in Ioannam ſuam.in c.j.num.vij. de commoda. & Iaſ. in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.& Hippolyt. de Marſi.in l.de minore. in princip.nume.xix.ff.de quæſtio. & Sylua nup. verſic. hinc ſumpſit bonam cautelam.cum aliis per eum alleg.& Doct.Palatios in repeti.c.per veſtras.num.vj. verſic. ex quibus infert.de donatio.inter vir.& vxor.vbi narrat Feder. Epiſcopum Paluitium in ſua hiſtoria Hiſpanica,de Petro Rege,† qui patrem ſenem rogantem fecit 6 occidi pro filio ad mortem condemnato, quod eſt grande & deteſtabile facinus. & Iacob. Bonaudus de Sauceto in addit.ad Iacobum de terra Rubea in j.parte argum. ij.primi tracta.in verb. theſauriſare. in princip. & Alber.rubr. c.de quæſtio.verſi.quid ſi torquendus ſit pater & filius. Quia iudici licitum eſt aliquid ſimulare cauſa veritatis indagandæ, d. c. afferte. & ibi per omnes, inſuper Felinum,in j.notabili. † Tamen confeſſio per patrem facta ob me- 8 tum torquendi filium non nocet ſibi,vt ibi per Felin.in ij.notabili.allegat inter alia bonum text.in §. ſi quis enim patiatur filium ſuum.inſtitutio. de noxali.cũ aliis adductis per Doct. Palatios. vbi ſuprà

SVMMA.

1 *Opem ferre maleficio quibus modis quis dicatur, & qualiter puniatur.*

2 *Dans arma, an teneatur ſi ille cui arma dedit aliquem laedat.*

3 *Pœna pari quando puniuntur opem præſtans & faciens.*

4 *Suadens, præſens & hortans dicitur opem ferre maleficio.*

5 *Conſulens alicui alias facturo maleficium, quando teneatur.*

Quæſtio CLXVII.

Sed quid?homicidium prætenditur fuiſſe cum baliſta Petri Bouſſerous per Ioannem presbyterum in perſonam Gulielmi Gourion commiſſum,an retineatur dictus Bouſſerous,qui negauit illam commodaſſe,& ſuam eſſe,neque profecto aliquid de dicto homicidio ſciuiſſe: vel an ſaltem hoc ſit indicium ſufficiens ad torturam. Et qua pœna puniatur conſilium,vel opem præſtans.

DECISIO CLXVII.

ITem † videtur, q quando is qui præſtitit,& 1
cõmodauit arma, vel famulũ ad homicidiũ, aut ferramenta vel ſcalã ad furtũ faciendũ,aut pecuniã cauſa inueniẽdi aſſaſſinũ adſid cõmittendũ mutauerit,vel domũ vbi ſtat ad talia,& ſimilia faciendũ,& ſciebat eũ cui prædicta accommodauit cõmiſſurum,ac perpetraturum, quòd teneatur tanquam opẽ maleficio præſtans, licet accõmodauerit,vt voluit Bart.in l.is qui opem. in fi.quem ibi ſequitur Ang.& idẽ Bart.in l.in furti. §.ope.verſ.venio ad ſecundum.ff.de fur.per text.in l.ſi pignore.§.qui ferramenta.eo.tit. & in l. vtrũ.cũ l.ſeq.ſi ſciẽte creditore.de parric.& ibi Ang.& Hippoly.& in l.qui domum.ff.de adult.Et talis punitur ſecundum Bar.& Docto.ſuprà allega.eadem pœna,

Digitized by Google

qua principalis delinquens, de quo infra dicam, an sit verum. & idem Ange. Aret. in tract. maleficio. in verb. dicto maleficio semper astitit. versic. quærit Bar. & in verbo, Andræam auxiliatorem. versi. quæro quot modis dicatur præstari opem. & in §. interdum furti. versi. quæro quot modis. instit. de oblig. quæ ex deli. nascun. Et talis dicitur opem ante maleficium, & in ipso maleficio præstare, secundū Bar. & Docto. suprà alleg. & Ange. in l. j. C. de Nili aggerib. non rumpen. † Licet Bald. ibi in fine velit cōtrarium, quē sequitur Petrus Rauen. in suo Alphabeto aureo. versic. fuit à me quæsitum, quod minus puniatur. Sed vbi commodans & præstans arma, & ferramenta, aut similia alicui dicenti se velle ire foras, vel rus: & de facto iuit illo ignorante ad hominem occidendum, quod tunc ex tali præstatione non teneatur, nec aliquod contra eum faciat sufficiens ad torturam indicium, vt volunt iura suprà allegata, quæ loquuntur in præstante arma scienter ad delictum committendum, & non ignoranter. & idem dicit Baldus in l. quicunque. versic. nota sextò. in versic. quod si seruus. C. de seruis fugiti. per nota. in l. apud antiquos. in fi. C. de furt. & in l. Metrodorum. ff. de pœnis. & Felin. in cap. sicut dignum. versic. quartò limita de homicid. & idem Bald. in consil. ccxx. in q. domini Millanij. verfic. sequitur videre de opere. volum. iij. dicens, quòd si amicus meus me inscio fugit cum equis meis, vel famulo meo: non dicor opem præstare. allegat inter alia iura tex. in d. l. quicunque. de seruis fugiti. & in Longobarda. in l. si quis arma alterius tollere præsumpserit, & cum eis malum fecerit, non sit illius culpa, cuius arma sunt, sed illius qui cum eis malum fecit. titu. de eo qui cum armis alterius damnum fece. & de vtroque dicto est text. in l. j. eod. titu. quod si quis arma alicui simpliciter præstiterit, & ille qui acceperit, aliquod malum cum ipsis fecerit, non imputetur illi culpa qui præstiterit, sed tantùm ei qui cum eis malum perpetrauerit. Sed si ille qui præstiterit consensum ad malum adhibuit, collega sit illi ad ipsum maleficium sanādum. & idem Ludoui. Bolo. consi. v. versi. primo casu. & Alex. in addi. ad Barto. in d. §. ope. qui alleg. not. per Bar. in l. omnes. C. de agricol. & censit. lib. xj. & idem Salic. in l. j. versicu. nunc transeamus. C. de rapto. virgin. Vnde hic ex quo non fuit probatum contra dictum Bousserous commodasse scienter Balistam, fuit relaxatus, & extra processum sine expensis positus, & latum arestum die xv. aut xxj. Februarij, Anno 1531. De quo etiam vide per Abba. Sicu. in c. j. versi. tertium mēbrum, & ibi Barba. versi. capio nunc tertium. de offic. deleg. Sed quo ad pœnam præstantis opem ante, vel in ipso homicidio infligendā, dic quod quāuis Bart. vbi suprà velit simpliciter eandem ei pœnam infligendam, & imponendam, & pariter Bonifac. de Vitali. in tracta. male. titu. de furib. nu. x. & in tit. de Nili agge. non rump. & Abb. Sicul. in c. si culpa. in secundo notab. de pœnis: tamen Din. in d. l. is qui opem. tenuit per illum tex. cum puniri media seu minori pœna eius qua puniretur principalis. & idem in regula, nullus ex consilio. de regulis iu-
3 ris libro vj. † Et hoc quando præstatio operis non dedit causam maleficio, secus si dedit causam maleficio: tunc opem præstans, & pariter faciens pari puniuntur pœna. Nihil interest. & ibi Hippol. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & idem Albertus de Gandino in sua praxi crimin. tit. de homicid. quē sequitur Cin. in l. j. C. de Nili agge. non rumpen. & Bald. in l. non ideo minus. versi. ex hoc inferebat ipse. C. de accu. per tex. in l. moris. §. iste ferè. cum ver. seq. ff. de pœn. & idem consil. ccccxxxvj. cuius initium est: videmus genus cōmunis. vol. j. quod dicit procedere de æquitate. pro quo allegat tex. in cap. sicut dignum. versic. illi etiam qui vero. de homi. & Din. in d. l. is qui opem. Licet, vt inquit, aliqui multum rigorosi velint contrarium, præsertim vbi consiliū cum ope coniungitur, l. sæpè. in fi. ff. de verbo. signifi. sed præcedentem de æquitate putat esse veriorem, sequens quoddam consilium domini Philippi de Regio, scilicet quod pœna citra mortem in hoc sit arbitraria. & idem sentit consilio cliij. considerandum est. vol. secundo. sed opi. Bart. & Din. quando consilium cum ope interuenit, non videtur rigorosa, post quam causam dedit homicidio, vt ipsemet Bald. tenet in l. iudices. C. ad leg. Iul. pec. secus si ferat opem per actum remotum, & idem Hippo. in dict. l. li soiente. in primo notab. de Sica. & And. Barb. in c. j. & ibi Feli. versi. tertium membrum. glo. de offi. deleg. qui pro hac opi. alleg. glo. in clem. j. in verbo, defensauerit. de pœnis. & Hippo. in l. fi. num. xxx. vsque ad nume. xlix. ff. de Sicar. & idem Salic. in d. l. j. versi. quæro ad declarationem prædictorum. cum versi. seq. de raptu. & Ang. Are. in locis suprà adductis. & Cæpo. Veronen. in consil. j. & consil. xxvij. versic. sed tamen his non obstan. & consi. xxxiiij. versi. videndum est modo. & versi. Et tamen mihi necessarium esse videtur. vbi ponit sex exempla, quibus præstans opem seu auxilium eadem cum principali teneatur pœna. & ibi vide causa breuitatis. & Hippo. consi. xxiiij. num. xvij. & consil. xlvij. nume. xliij. vol. j. & consil. lxix. num. vij. eod. volum. j. & Felin. in dicto cap. sicut dignum. de homicid. vbi ponit septem limitationes, quas etiam refert, & sequitur Hippolyt. in sua praxi. §. constante. versic. item circa hanc materiam. numero lxxiij. qui allegat Bertachin. in reperto. in verbo, auxilium. in iiij. versiculo. & Paul. de Castr. consil. ccxxvij. vel nouo & Bald. in consil. ccxx. volum. iij. & Ludouic. Bologn. consil. v. versicu. Capio nunc secundum principale dubium, quamuis videatur tenere contrarium: tamen post innumerosos Docto. allegatos tenentes conclusionem supradictam, in ipsam inclinat, declarando qui dicantur præstare opem, & auxilium delicto. vt ibi per eum. † Et secundum o-
4 mnes quis dicitur opem dare maleficio, quando est præsens, suadens. & ad illud faciendum & committendum hortans, & sic in ipso act. dicta l. j. de rap. virgin. & Alexand. consil. cxxxviij. nume. iiij. lib. vj. & Socin. consil. xxxvj. visa bulla Pauli secundi. ver. Sed interim instari. versicul. circa tertiam difficultatem. volum. ij. & Hippoly. singu. xv. statuta communiter. & in l. eiusdem. nume. iiij. & v. ff. de sicar. & in repet. d. l. j. de rap. virgin. nu. lxxx. cum sequen. vsque ad num. lxxxvj. & Barba. in d. c. j. versic. tertio adde quod do. de offi. de leg. Et post maleficium dicitur opem & auxilium præstare, quando fugienti auxilium ad deuiandum præsta. l. j. & ij. C. de his qui latro. & iste non punitur eadem pœna, d. l. vna. nu. lxxxiiij. in fin. de rap. virgin. † Et licet consulens
5 alicui alias facturo non teneatur. l. ij. in fin. ff. mand. tamen fallit in enormibus, & atrocioribus delictis: quia in illis cōsulens punitur, quamuis principalis esset illud alias facturus, vt tenet Hip. fin. cccccclxv. inchoan. nisi me. ver. iij. etiam scias. allegat Bald. in l quicunque. C. de ser. fugi. & Dec. in d. c. j. num. xiij. de offic. deleg. & in l. consilij. num. v. ff. de regu. iur. de quo vide Corn. consil. lvij. volu. iiij. vbi in litera E, ponit quando est par inimicitia faciente, mandante

dante & offenſo,præſumatur potius conſilium quã mandatum:ad quem recurre.

SVMMÆ.

1 *Capitales cauſæ periculoſæ ad conſulendum.*
2 *Maleficiorum duplex conſideratio.*
3 *Defenſio incontinenti non ex interuallo intelligenda.*
4 *Moderamen defenſionis, in quibus conſiſtat.*
5 *Fugere qui tenentur potius, quàm ſe defendere.*
6 *Tempus in moderata defenſione obſeruandum.*
7 *Percuſſus qui per hamſtetit in terra, & poſtea repercuſſit, an defendendo feciſſe videatur.*
8 *Vulneratus ſi vulnerantem fugientem occidat, non debet mori, ſed mitius puniri.*
9 *Minatus an minãtem poſſit percutiendo preuenire.*
10 *Iniuria a vox an ſit pulſatio.*
11 *Cauſa etiam iuſta excuſat à dolo.*
12 *Minas paſſus à potente contra quem non ſe poterit iuuari, an eum poſſit occidere, & nu.13.*
14 *Iniuriam alicui faciens intra quod tempus poſſit ſe excuſare.*
15 *Iracundiæ calor quomodo excuſet in delictis, & nn. 16. & 17.*
18 *Rixæ an cenſeatur ſopita vbi interuenerit aliqua pactio.*

Quæſtio CLXVIII.

Aliud quidem dubium ortum fuit:defunctus Douhet inimico ſuo Ioanni les Recluz de alio nomine Bureau aſſociato obuians,& iuxta eum tranſiens tam cum humeris,quàm cum ſpata ſeu enſe,quam in vagina ad latus geſtabat, in tibiis vel coſſis,eiuſdem les Recluz, pulſauit ſeu hurtauit, & percuſſit: qui eidem Douhet ob hoc nihil dixit. Vnde idem Douhet ſuum ſequendo iter, iuit ſuper banchum cuiuſdam mercatoris loci ſeſſum, & illic ſedendo ante eum, idem les Recluz eum dicto Burello tranſitum faciens ſalutauit, & ad domum iuit ſuam,& paulo poſt reuerſus eſt cum enſe,deferens veſtem in ſcarpam, & extra brachium habens ipſam, inuenit præfatum Douhet adhuc in bancho ſedentem, & ſe ante eum applicuit, & tenens manum ad enſem ei dixit, Sum ego bene? Cui prædictus Douhet deſcendens de bancho ſimilem fecit reſponſionem,ponendo manum ad ſpatam,& ambo extraxerunt gladios ſuos. Quibus ſic ſtantibus ſuperuenit Burelus ſine veſte nudam deferẽs ſpatam,& cum eo plures alij eiuſdem les Recluz parentes ac Guillotus Recluz frater, qui in ſimul eundem proſequentes retroire ſeu recedere fecerunt. Et quidam Heliotus Riuiere illic prope exiſtens etiam parens cœpit iam dictum Douhet à tergo percutere, quem in terram proſtrauit:& quem ipſe Riuiere, Ioannes, ac cæteri ſuprà nominati,ſic proſtratum exiſtentem pluribus tam in capite & fundamento, quàm cæteris ſuis corporis partibus percuſſerunt vulneribus, & ictibus: ex quibus intra vnius quartum horæ mortuus eſt.Quæritur an Ioannes prędictus les Recluz,ac cęteri dicantur feciſſe ad defenſionem,vel vindictam,vel culposè vel dolosè,& ex propoſito homicidium feciſſe,ita vt ad ædem fugientes ſacram gaudere illius debeant immunitate vel non,vel tanquam veri homicidæ puniri.

DECISIO CLXVIII.

1 IT licet in capitalibus cauſis periculoſum ſit conſulere, & votum ſuum exprimere: ob quod Bald. nunquam voluit ſuper illis conſulere,vt ipſe atteſtatur, conſil. cclxxiij.quod incip. ad euidentiam præmittendũ eſt.vol.ij.& pariter Ang.vt ipſe ait conſi.cxc. incho. Titius fuit inquiſitus.in princ. & idem Paul. de Caſtr.conſi.ccv. Quantum ad primum dicendũ eſt in ſi.vol.nouo.& idem dicit Lud.Bolog.conſil. viij.in prin.& And.Barb.in c. cùm contingat.num. xx x.de fo.compe. Quid faciam ego in tam periculoſa materia,poſtquam tales dij lucernę iuris timebant ob rei periculum conſulere,& noſtra quidem parua ingenia tam graues materias ferre non poſſunt: quantóque maius fuerit, quod dicendum eſt, tanto magis obruitur, qui magnitudinem rerum non poteſt explicare. † Sed Dei omnipotentis con- 2
fiſus gratia, dico primò in maleficiis duo eſſe conſideranda: ſcilicet ipſum rude factum, & iuris diſpoſitionem diiudicantem, & ſuper tali facto diſcernẽtem,an licitum ſit vel illicitum homicidium: vt in caſu noſtro eſt rude factum, id eſt interemptio ſeu interfectio hominis, quamuis non omnis extinctio ſit illicita ſi fiat ad defenſionem,vt eſt dictum in præcedenti quæſt.Eſt ergo ibi quædam iuris diſpoſitio diſcernens licitum ab illicito, quod eſt proprium iuris:l.j.in prin. ff.de iuſti.& iu.ita dicit Oldr.quem refert Alberic.in l.ſciant cuncti.ante fin.C.de probationibus.& Bald.in cap.tua.verſi. adde ex dictis Innocen.de cohabit.clericor. & mulier.vnde hæc quæſtio clara videtur,† quando vio- 3
lentia eſt alicui illata, iſque incontinenti in ipſo flagranti delicto, & non profectò ex interuallo ſe defenderit, maximè quando periculum perſonæ, famæ ſeu honoris, vel rerum euitare non poteſt,l. tertia.§.eum qui.& ibi Barto.in fine.& Alexand.in addi.ff.de vi & vi arma. & l.ſcientiam.§.qui cum aliter.& ibi Albericus. & in l. ſi ex plagis.§.tabernarius.& ibi Bartolus & Bald.& Florin.& in l.quemadmodum. §.item Labeo. & ibi Bald. & Florin.ff. ad leg.Aquil.& in l.prima. §.cùm arietes.ff. ſi quadrup. pauperi feciſſe dicatur. & ita per illa iura tenet gloſſ.in l.j.in verſic. moderatione. & ibi Alberic.ſuper verbo inculpatæ tutelę.C.vnde vi.† Quia 4
in defenſione conſideratur moderamen, quod in tribus conſiſtit:primò circa modum,ſecundò circa tempus, tertiò circa cauſam, quorum nullum ſeruauit dictus les Recluz, nec alij complices ſui.Non enim modum,quia aliter ſe tueri poterant, & euadere iniuriam quæ violenta eſſe debet, dicto §.qui cum aliter.quæ tamen non fuit,vt ex thematis narratione patet,quia aliter manum vacuam,aliter ferrum vitare debet. Ferrum autem ferro licitum eſt repellere: & non ſolum ictum, ſed impetum in quo timor conſiſtit ſalutis, dicto §. tabernarius: quando fuga eſt ſuſpecta: quia aduerſarius eſſet à tergo: quia tunc non tenetur fugere: ſed ſi ſuſpecta non eſſet, quia eligibilis apud graues, & ſenſatos viros, qui ceſſando dant locum & in noxium: tunc fugiendum ac ſe abſcondendum eſt,vt rumores euitet,vt dicit Bald.conſil.ccij.verſic.Quod autem ſcriptura dicit, Fuge à perſecutoribus. volum. quarto. Et iſtud eſt(vt inquit)de prudentia naturali. aut enim volando euadunt tenebras quas quærunt: & ſicut in homine excellentior eſt natura,ita debet eſſe prouidentia maior. quod ipſe amplè probat ibi, quod eſt ſingulare. † Et præcipuè clericus,vel 5
ruſticus qui fugere tenentur, ſi commodè poſſunt, prout erant dicti les Recluz & Burea clerici, vt dicunt Docto. in dict.l. j. vnde vi. & ibi expreſsè Iaſ. de inſti. & iur. text.in c. ſuſcepimus. & ibi gloſ. & Docto. de homicid. & Ioan. Fab. in §. ius autem gentium.verſic. Item nota quod de iure canonico. † Nec ſimiliter tempus ſeruauerunt, quia ſe in illo 6
inſtanti quo in humero ictu enſis pulſatum ſe ſentit,non ſe defendit, ſed ſuum vltimum fecit tranſitum,quod requirebatur, d. l. j. §. eum qui. ſecus in recuperatione & vendicatione rei ablatæ. ex iuris enim interuallo eam repetere quis conuocatis amicis poterit,vt ibi,& gloſ.in d.l.j.& l.vt vim.& ibi per omnes. Nec etiam poſt, ante eum retranſeundo,& paſſando: quinimo eum birretum aſſurgendo,ſalutauit, & abiit domũ. Et ſtatim reuerſus de-

ferens gladium, veſtem habens in ſcarpam, more nunc noſtrorum capas, & chlamydes Hiſpanicas, vel pauperum vaſconum mandillos deferentium, ac manum ad enſem tenens, venit ad locum, & banchum ſeu ſedile, ſuper quo ſedebat dictus Douhet, & eum aggreſſus eſt dicendo: ſum ego bene? Et ſic occaſionem, vt lupus contra agnum de turbatione aquæ quærens, vt inquit gloſ. in authent. de defenſ. ciuit. in princ. verſi. paruiſſimum. & ſic ad vindictã. & per conſequens non ſeruabit tertium moderamen, ſcilicet cauſam defenſionis. aliàs ſi aggreſſus percutit inſultantem, præſumitur feciſſe cauſa defenſionis. d. §. cùm arietes. & ibi Bald. cum aliis per Hieronym. de Tort. in ſuo eleganti conſi. dicti Anto. de But. verſi. nunc aggredior ſecundum. quia ad defenſionem videtur tunc fieri, quod incontinenti in ipſo flagrãti delicto fit, non diuertendo ad alios diuerſos actus, & ante conſummatam iniuriam, etiam antequam primus percuſſor de loco receſſerit, d. §. tabernarius. & Bald. in dicto conſilio ccij. colum. ij. verſic. ſecundò vt defenſio. libro quarto. & Iacob. de Are. quem ſequitur Iacobus de Rauen. Petr. de Bellapertica. & Cyn. in d. l. j. verſic. ſed dubitatur quomodo ſciemus. & etiam Ioannes Fab. verſic. circa tertium Bal. in repetitio. & Salic. ibi. C. vnde vi. & Bar. Bal. & Moder. in d. l. vt vim. & gloſſ. & Abb. Sicul. Ioan. de Anan. in c. ſignificaſti. in ſecundo. & ibi Felin. in ſecunda concluſione. de homicid. & tex. & ibi gloſ. in cap. ſi verò. in princip. de ſenten. excommu. & celebris text. in l. quod ait lex. §. quod ait lex. ff. de adulter. & glo. in ſumma, in verbo, pulſandam. xxiij. q. prima, & text. & gloſſ. de Zabarel. Ioan. de Imo. & Petr. de Ancha. in clem. j. de homicid. licet ſecundum Bart. in d. l. j. vnde vi. non poſſit certa dari regula, quando ad defenſionem, vel ad vindictam videatur factum, tamen arbitrio iudicantis relinquitur: quia ſi incontinenti in ipſo flagranti delicto, ad defenſionem, ſi autem ex interuallo, ad vindictam fieri dicetur. & idem Angel. in tracta. malefi. in gloſſ. & dictus Titius ſe defendendo. verſi. & dicitur fieri incontinenti. & ſingul. Ioan. Iac. in conſi. xlij. & magis apertè Franciſc. de capitibus liſtæ. conſil. xlij. colum. j. verſic. ſecundus caſus, quę conſilia ponuntur inter conſilia criminalia Cæpolæ Veronen. dicentes, quod quando iam percuſſus eſt ab alio inſultante, & poſt ad inuicem ſunt diuiſi, & ſeparati, & ſedata eſt omnis rixa, & calor vulneris & armorum remiſſus eſt, tunc ſi is qui vulneratus fuit ex interuallo inſultum fecerit in vulnerantem, quod iſte ſine dubio feciſſe videtur animo ſe vindicandi, & non profectò animo defendẽdi. & ſic ſecundum eum gloſſ. & omnes docto. concludunt in d. l. j. vnde vi. Quare iſte les Recluz dicitur inſultum doloſè feciſſe, & tenetur lege Corne. de Sica. & idẽ tenet Laurus de Palazolis conſ. xliiij. & Fran. de Porralinis conſi. xlv. vol.* conſi. Cæpol. vbi Laurus ponit etiam caſum noſtrum, quando percuſſus iuſſet domum, coadunaſſet amicos, & poſtea iuiſſet repertum illum à quo aggreſſus fuerat, & qui primo percuſſerat: quòd ſi occidat eum, tenetur leg. Corne. de ſicar. & idem Ang. Are. in §. ius autem gentium. ver. in eadem gloſſ. ibi. ſecundò requiritur. inſtit. de iure natu. gen. & ciuili. & idem ibi Chriſtoph. porcus in §. ius autem ciuile. dicens, quòd ſi tu hodie verberaſti me cum cultello, non debeo cras te aggredi cum gladio: quia hoc fieret ad vindictam, & non ad defenſam: & idem Ioan. de
7 Pla. ibi. col. ij. & Bal. in d. conſi. ccij. co. iij. ver.† quinto eſt conſiderandũ. vol. iiij. ponens exemplũ, quod ſi percuſſi Titiũ in capite, ita quod cecidit in terra, & ſtetit ibi ſoporatus, & colliſus per horã, tandem reuerſus ad ſe illico me percuſſit: an dicatur feciſſe ex interuallo: & videtur quod ſic, propter interpoſitionem horæ, veritas eſt ſecundum eum, quod ſi timebat repercuti, dicetur feciſſe incõtinenti, & ad defenſionem ſuam: ſecus ſi non timebat repercuti: quia tunc nouam dicetur facere rixã. Effectus differentiæ, vt ipſe ait, eſt magnus, nam priori caſu, ſi ergo iterato cum repercuſſi, punior, licet metuendo fecerim: quia illicitè feci, & totus defectus mihi attribuitur, tanquam primo moturi, & effectori. Secundo caſu nequaquam, quia nouæ rixæ author nõ ſum, & non dicor tunc ad vindictam feciſſe, & aduerſarius tunc non ſe licitè defendiſſe. Quare dicit Bald. q̃ ſopor inductus ex ictu ſeu mancho celebri nõ dicitur generare interuallũ, niſi inchoator omnino diuertat ſe ab actu, & de loco diſceſſerit, arg. l. antiquitas. C. de teſta. Sed hic tam aggreſſor, quàm aggreſſi diſceſſerant: vnde poſtea aggreſſi redire nõ debebãt armati: ſed in domo ſe claudere: prout dicunt Doct. ſuprà alleg. & idẽ Guliel. in d. clem. j. de homic. & Maria. Soci. in cap. ad audientiam. quæſt. xv. de homici. & Alberi. in d. l. j. in verbo, inculpatæ tutelæ. col. ij. verſi. Item cũ violentia debeat pulſari &c. col. iij. verſi. vltimò pro plena. ibi, ſecundo caſu dicens, quod fieri dicitur incontinenti flagrãte ipſa violẽtia perſonæ facta, & nõ ex interuallo perfecta, & cõſummata violẽta iniuria. d. §. qui cũ aliter. quoniã ſi incontinenti poſt pulſationem in humero, & percuſſionẽ cũ ſpata in vagina ad latus exiſtente in tranſitu ſibi inuicẽ obuiãdo factã, ſe aduerſus Douhet aggreſſorẽ irruiſſent prædicti les Recluz & Bureau, tũc poſſet eos dici ad defenſionẽ feciſſe, iurib. ſuprà alleg. vel etiã ſi ipſum euntem ad banchũ ſedendum ſequuti fuiſſent vlciſcendi gratia iniuriam factam, & eum occidiſſent, tunc his diceretur caſibus culpoſi, & non doloſi, & ſic non venirent lege Cornel. de ſica. puniendi, ſecundum communem Doctor. ſententiam in locis ſuprà allega. quia inſultatus ſemper præſumitur feciſſe ad ſui defenſionem. dict. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. & ibi Bart. & Flor. quia in ipſo actu, vel fugientem proſequẽs, licet modum & cauſam defenſionis excedat, id feciſſe videtur. Et idem Philip. Corneus conſi. cviij. volum. j. quia verbera non dantur ad menſuram, vt dicit Bald. in dict. l. vt vim. column. vj. & Cæpol. conſi. j. colum. iij. verſic. nam eo caſu quando. & Hippoly. conſi. iiij. nu. xxiiij. & conſi. xxv. nu. xxxviij. & conſi. xxxj. nu. iiij. vol. j & conſi. lxxxj. num. xviij. vol. ij. & Thomas Grammati. voto. xix. nu. xiiij. fol. xvj. & Angel. Aret. in tracta. crimi. in ver. & dictus Titius. quæritur. Titius verberauit. & Matthæ. de Afflict. in conſtitu. Neapolit. fol. xlix. numer. xij. ver. nonò quæro. & etiam ſi verbis aggreſſus ſolum fuerit, vt voluit pulchrè Alexand. conſil. cxix. inchoante, viſo proceſſu inquiſitionis formatæ. lib. vij. Et occaſio facit multoties excedere rationem, l. quamuis. ff. de conditio. & demonſtratio. Et animus iracundia incenſus ſe continere non poteſt, quin rationem excedat. Ideo propter iracundiæ calorem inſultum, pœna legis Cornel. non irrogatur, ſed mitius punitur: quoniam ſolum tenetur de illo exceſſu: textus eſt celebris in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ibi, magis quia plus fecerit, quam quia ſe vindicare non debuerit, puniẽdus ſit. ff. de adulter. & in l. j. §. quæri poſſit. ff. ad Turpillianum. & l. quicquid calore. de regulis iuris. & ibi Philippus Decius numer. vij. cum aliis

per

per eum alleg.& dicam in ſeq.quæſtio.ad idem text. in cap.ſi quis natus.ſecunda quæſtio.iij. & in d.ca ſignificaſti.in fi.& l.Gracchus.& ibi Sali.poſt Ang.C. de adult.& l.lege Cornelia.§.cum quidam. ff.ad leg. Cornel.de Sicar. & l.reſpiciendum. §.delinquunt.& ibi Bar.de pœnis.& ca.olim.in primo, & ibi Anton. de Butr.de reſcript.& Bald.conſi. cccexxx.incipiente qui mortem.col.ij.verſic. porro ſi excedatur modus. vol.j.& ita per dicta iura tenet glo.fin. in l. nec ea.ff. de adulter.& idem Franciſc.de Aret.conſil.xxxiiij.& hoc quando incontinenti poſt actum, ex quo inducitur iuſtus dolor & iniuria: ſecus ſi ex intervallo factum ſit,vt ibi per eum.& idem tenet Bald.in ca.primo in princip.col.ij.verſic.vitam ſuam defendendo. de pace tenen.& eius viola. & Ludouicus de Roma. ſingul.iij.& cx.incipien.volo cõmentare.l. quicquid calore.& in l.cum mulier.col.xxviij.ſolu. matrimon. & Ioan.de Ana.poſt Ioann. And.in c. ſignificauit.de pœnitentia & remiſ.& Feli.in c.dilecti filij.in ſecunda declaratione poſt Abb.Sicu.in ſi.de excep.& in d. c.ſignificaſti.de homic.& Lud.Bolog.conſi.xxxvj.& latius in conſ.ſeq.xxxvij.ambo incipiunt:nobilis dominus Gomezius Carillo.& Ioann.Andr.in additio. Spe. ſuper rubri.de homicid.ante fin. dicit determinari,& tales puniri vidiſſe, tanquam culpabiles, & non doloſos.& idem Ang.Aret.in tracta. malefic.in verb.Et dictus Titius ſe defendendo. verſic.addictos etiam.& in ver.ſequent.quæro ergo & in dicto §.ius gentium. verſic.vnum addas.& ibi idem Ioann.Fab. verſi.item credo,quòd ſi inuaſus.& Franc. de Are.in præal.conſi.xxxiiij.quod eſt ſing. ad caſum noſtrum. in conſi.lxxx.verſicu.iſta concluſio.& Anchar.conſil. cclxxxiij. quod incipit iure ſcripto.& Alex.in conſil. xxiiij.aduerſus.verſi.ſimili videamus. vol.ij.& ſingul. conſil.lxxvj.viſa inquiſitione.vol. & Rapha. Cuman. conſi.cxxxiij.verſi.ad ſecundum.& Alexand.conſi.ij. num.xiiij.& conſi.cxix.nu.viij.lib.vij.quod eſt totum ſingulare.& Hippoly.de Marſi.in l. de minore.num. xxxij.cum ſeq.ff.de quæſt.& Signor.de Homed.conſil.lxij.& Paul.de Caſtr.conſi.cclxxvij.in cauſa incar-
8 ceratorum.vol.nouo.dicens, num.xv. † quod ſi vulneratus percuſſorem ſuum poſt ictum fugientẽ occidat, non debet mori, ſed mitius puniri,ſequendo Cin.in d.l.j.vol.vltim.verſi. Item quia pone. C.vnde vi.& ſequitur.Petr.Rauenna in ſuo alphabeto aureo. in verſi.homicidium.in princ.& ideo difficilè eſt ſecundum Bal.in d.l.vt vim defendere & percutere cũ moderamine inculpatę tutelæ.Sed hic tempore percuſſionis cum humero,& enſe non euaginato factæ, les Recluz nihil dixit verbo vel facto, nec profectò tranſeundo poſt ante ipſum aggreſſorem ſedentem: quinimò eum ſalutauit,vt dictum eſt,&iuit domum & ſtatim contra eum reuerſus eſt modo, & forma prædictis: quæ denotant quandam propoſitionem. Et ſic ipſum & ſuos complices nemo accuſare poſſet,attenta proceſſura,qualitate, & magnitudine iniuriæ,& quantitate ictuum, & percuſſionum in proſtratum humi,&iacentem factarum:ex quibus mors ſtatim fuit ſequuta. Quia flagranti crimine,vt requirebatur iuribus prædict.l.vna.§.j.ibi,& adhuc flagrãti crimine.C.de raptoribus virginum. ſed ex propoſito & deliberatione eum occiderunt. vnde tenẽtur l.j.§.diuus Adrianus ibi,nam ſi gladium ſtrinxerit.ad legem Cornel. de ſicar. Nam ex morte & fine rixæ præſumitur aggreſſio facta, vbi aliter non conſtaret expreſsè de ipſa aggreſſione,vt voluit Bar.in d.§. tabernarius.& Flo.in d.§.cum arietes.verſi.tamen potes attentare.& Cæpol.conſi.xxix.verſi.vij.ibi,& licet dicat Flor.& in dicto conſil. xxxiij.& Franc.de Aret. in d.conſi.xxxiiij. verſic.ſecundò eſt præmittendum. cum aliis infrà quæſt. ccxxxvij. incip. ſi vnus occidit. alleg. Niſi quis vellet eos excuſare, eo quod ex proceſſu apparebat dictum Douhet eadem die ante exceſſus minatũ fuiſſe iam dictos les Recluz, in eorum tamen abſentia occidere,& de capite vnius ipſorum ad quillas ludere tanquam de cipa. Necnon aliquos fabros ſeu ferri fabricatores,quos appellamus forgeronos,ad ipſos occidendum conduxere voluerat. Et ad id facimus etiam perpetrandum cuiuſdam presbyteri(qui eadem die venire pollicitus fuerat)expectabat aduentum. †Vnde ſecundum Bal.in d.repet.t. 9
d.l.j.verſic. quid enim. vnde vi.quòd minatus poteſt illum qui minabatur ſocios expectantem venturos præuenire, & non expectare proximam per eum faciendam aggreſſionem: quoniam ſi expectaret fortè non poſſet ſe defendere, iuncta iam pulſatione eiſ-
dem per ipſum Douhet facta, †quæ atrox iniuria di- 10
ci poteſt, quamuis inter atroces iniurias ſit aliquis gradus, l. prætor edixit. §.fin.& l.ſed eſt quæſtionis. verſi.& ait Pomponius.& l.lex. Cornel. §.lex itaque. iuncta gloſſ.ibi poſita.ff.de iniur. vbi patet iniuriam verberationis,& pulſationis eſſe grandem, licet ſine dolore pulſatio fiat,vt dicit ibi text. Accedat text. in §.atrox iniuria.inſtit.eo.& tenet Franc.de Aret.in d. conſilio xxxiiij.poſt princ.verſ.ſecundo verò iniu-
ria. † Et iniuſta cauſa etiam excuſat à dolo, vt tenet 11
gloſſ. communiter approbata in l. plagij. in ij.C.ad leg.Flauian. de plag. ad hoc text. in l.j.in fi.ff.de abigeis. ibi, ſiue iuſtis ſiue iniuſtis rationibus motus, & maximè in delictis, in quibus attenditur in fauorem rei initium,& nõ finis,l.qui cum maior. in prin.ver. ſed ſi minor.ff.de bo.libe.& d.l.quod ait lex.§.quod ait.& ibi Bart.de adulter.& Alex.conſi.lxxvj.ver.quo
ad aliud dubium.lib.iij.†Pro quo facit quod dicit Io. 12
Fab.in d.§.ius autem gentium,verſi. ſed quid dices,ſi potens qui cõtinuè magnam dicit hominum comitiuam,minatus eſt mortem pauperi, qui talem non ducit comitiuam,& eum fortè diffidauit, quod pauper videns ſi expectet diuitem, qui ſi cum inuadat ipſum occidet, nec ſe poterit aduerſus tantam comitiuam defendere, nec ſemper poteſt tenere comitiuam, quæ ipſum defendat, horam & locum captans occidit potentem, quod non teneatur, quamuis aliter euadere poſſet, quia pauper ſemper erat in mortis periculo, quia diues poterat cum interficere, vel interfici facere quando vellet:quoniam mortis metu, & eius timore fecit illud,l.ſed ſi quenquam. in prin. ff.ad leg.Aquil. vt ibi per eum. & idem prius dixerat Pet.& Cin.in d.l.j.vnde vi.quos ibi ſequitur Sal.ver. quęſiuit Pet.volentes etiam quod ſi maritus vxorem habens de adulterio ſuſpectam,dicat ſeruitori ſuo,vt illam occidat,vel eum occideret, quod ſi ſeruitor timens mortem ipſam interfecit, quod impunè feciſſe dicitur, quia ob tutelam ſui corporis fecit, vt ibi per ipſos: quod intelligunt verum ſi ſeruitor manus mariti inuadere aliter non poterat. Et idem reſpondet Bald.vbi ſuprà proximè,quod talis timens minãtem cum ſociis ſuis non debet præuenire & occidere,ſi alio modo poteſt euadere, niſi in ipſo actu. Et idem Ange.Aret.in d.tract.& loco quibus ſuprà ver. quæritur ex ſolis minis. cum ſeq. quia licet minæ iuſtum inducant metum, quando talis conſueuerat minas' executioni demandare, tamen licitum non eſt occidere minantem, niſi ſtatim ipſo actu & tempore minarum,&non ex interuallo.ita loquitur Bal. vbi ſuprà & in l.j.ad ſi. C.quando liceat ſe ſine iudic. vindi.& Docto.Moder.in d.l.vt vim.inſuper Claudi. de Seiſſello, in ampliatione quã fecit ad illam legem

ver.sed adhuc circa probationem defensionis. dicẽs, non intelligas, quod ex interuallo sit licitum talem inferentem minas occidere,etiam si solitus esset verba sua mandare executioni, sed solum in ipso actu, dum minas infert,& periculum imminet.Alleg.Augustin.Arimin.in addit.ad Angel.Aret. in dicto tract. crimi. ver. Et dictus Titius se defendendo. in tertia postil. ita tenere.& idem Hippo.singul.dcxl. examinati aliàs &c.cum aliis per eum alle. aliàs non dicetur periculum imminere,si non timet incontinẽti
13 offendi,sed ex interuallo. † quoniam tunc potest ire ad iudicem,&petere sibi caueri,de non offendendo: vel à principe obtinere saluam gardiam,vt plenè per Bar.in l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offi.præsi.vnde hic euadere dictus les Recluz poterat: quia iuit domum,quam exire non debebat, vt dictum est: & in loco in quo iustitiæ complemẽtum habere poterat contra dictum Douhet,cui erat in bonis & facultatibus similis,& æquè potens. Et sic ex illius minis se excusare non potest:nec etiã calore iracũdię præcedentis ex impulsione ei in transitu facta illud fecerit:quamuis prima facie videantur sui complices habere apparentiam, per ea quæ dicit Lucas de penna in l.omnes omnino curiales.versicul. Sed pone Ti-
14 tius.C.de decu.li.x.vbi quærit † intra quantum tempus ille qui alicui dicit, vel fecit iniuriam, possit se excusare: allegãdo illud dictum vel factum fuisse per iracundiam.Et refert varias opin.& residet,quòd intra xxx.dies hoc allegare possit.allegat.bon. tex.in c. cum apud Thessalonicam.xj.quæst.iij. & in l. si vindicari. C.de pœnis. Sed huic conclusioni responderi potest duobus modis. primò quòd illa iura loquuntur clarè in sententiam principis, super animaduersione alicuius lata intra xxx.dies non exequenda: sed differenda quousque locus misericordiæ vel pœnitentiæ non appareat.& ita gloss.in dicto capitu.cum
15 apud. † Secundo, quia prædicta regula locum non habet in delictis,in quibus quis calore iracũdiæ non excusatur,l.& si non conuitij.C.de iniur. & ibi Bald. post Petrum & Cin.declarando istam materiam dicit, quod quædam sunt quæ iuris effectum sortiuntur,vt repudium,vt l.diuortium. ff.de diuor. vel votum,& similia. Et in istis non valet quod factum est calore iracundiæ: quia non procedunt ex animo,sed potius ex quadam alteratione, iuxta illum vulgarem versum positum nunc in cap.ex transmissa.de renuntia. Dum fero languorem, fero religionis amorem. Expers languoris,non sum memor huius amoris.Et idem tenet Felin. in ca.Matthæus.de simo.Quædam sunt quæ non sortiuntur iuris effectum, prout sunt maleficia:& in illis non excusatur delinquens ob iracundiæ calorem,quo minus puniatur, si ex interuallo se vindicarit.d.l.& si non conuitij, aliàs raro propter homicidium quis puniretur.& idem Rom.in d. singu.ccccx.& Geminia.in cap. euphemium. §.notandum.ij.quæst.iij. & Iaso.in l. si filiam. in secunda versi.secundo no. C.de inoffic.testa. & plenè Decius in d.l.quicquid calore iracundiæ.num.vij. & Franci. de Aret.in d.cons.xxxiiij.& Albe.in d.l. & si non cõ-
16 uitij.post princ. † Tamen in d.l.quicquid calore.dicit,quod factum calore iracundiæ est sufficiens ad abolitionem impetrandam,seu remissionem obtinẽdam,l.ij.C.de abolit.& pro hoc facit text.singul.in l. Iulia.§.hodie.ff.ad leg.Iul.repetun. quòd si iudex calore,& ex ira aliquem necauerit vel occiderit, quod pœna mitigabitur:quia in insulam deportatur.& illum tex.ad propositum nostrum facit singul. Roma. in dicta singul.ccccx.& in d.l.cum mulier. solu.matrimo.quod delictum commissum calore iracundię, qui etiam habuit ortum aliunde,quam ab eo qui offensus fuit,quod iusta causa erit, quod mitius puniatur:quoniam pro homicidio de iure imponitur pœna mortis naturalis,l.tertia.C.de episco. audien.quia quod fecit semper expectet, vt ibi. & tamen in d.§. hodie. pro tali homici. imponitur iudici pœna deportationis.& sequitur Alex.in additio.ad Bar.in d. §.hodie & Paris de Puteo in syndic. titul. de officio syndi.§.syndicantur etiam officiales habentes officiũ publicum.& Feli.in d.c.dilecti. versi. secunda declaratio.de except.& aliquid dixi suprà. quæst.cliij.inci. iudex.pactus.& Cæpol.in d.conti.j.sed Alber.in d.§. hodie dicit, quod ibi loquitur in iudice tantum, qui in officio delinquit per calorem iracundiæ,qui eum non excusat,quin puniatur,sed non ad mortem:aliàs ira non excusat,nisi perseuerauerit in ea,vt dicit tex. in d.l.quicquid calore.ibi perseuerantia.& Doctores in d.l.& si non conuitij.† Vnde conclude,quod si in- 17
continenti defensio vel aggressio causa iræ facta sit, & moderamine inculpatæ tutelæ seruato, quod fieri debet ad defensionem necessariam,secundum Doct. suprà alleg.& Roma.in singu.xxviij. non punitur. Et si moderamen non seruet, tunc mitius ob inconsultum calorem,ac secundum qualitatem delicti &personarum punietur,d.l.qui cum maior. §. si libertus. ibi,ignoscendum est enim.de bo.liber.&Rom.sing. iij.incip.an si quis excesserit.& Hipp.de Marsil.sing. c.si verò ex interuallo (quale debeat esse iudicis arbitrio relinquendum est) tunc dicitur fieri ad vindictam,& tenetur lege Cornel. de sicar. aliàs erit opus principis gratia & remissione, vt dictum est. Et sic videntur dicti les Recluz,& alij sui socij non gaudere immunitate ecclesiastica,cum dicantur voluntarij homicidæ c.j.de homicid.cum aliis alleg.in quæstio. 18
supradicta. † Et postea venit casus quod quidam ceperunt post rixam aggressorem reclusum, & retractum in domo quem volebant occidere:sed à domino domus repulsi,quod videntes non posse eum habere,promiserunt eidem hospiti domus dare securitatem non defendẽdi: qua promissione sic facta,dominus domus ei illum tradidit, quem à domo lapidis iactu interfecerunt. Dubitabatur an sopita fuisset rixa, videtur per suprà dicta quòd sic, visa promissione.

SVMMA.

1 *Iniuriam verbis illatam an liceat armis repellere & num.2.*

Quæstio CLXIX.

Sed quid si quis verbis iniuriosis contra ipsum prolatis prouocatus,se non verbis aliis iniuriosis defendit, sed gladio quo iniuriantem occidit,an teneatur lege Cornel.de Sicar.vel mitius puniatur.

DECISIO CLXIX.

T † primò videtur quod lege Cornel. quia si violentia aut iniuria inferatur cum armis, armis repelli debet. Et si sine armis,similimodo debet repelli,l.iij.§.cum igit.& ibi gloss. prima. ff.de vi & vi arma. & in l.j. & ibi gloss. in ver.moderatione. C. eod.& ibi Bal.ver. sed nunquid ex solis minis. dicens quòd verbis contra verba debet resisti, non autem ad manum & ferrum.Allegat Spec.tit.de accusa.ver. quòd si te vocaui latronem.& Ange.Aret.in tract.suo male- 1
si.

leſi.in verbo,contumelioſa.verſi.quid ſi aliquo dicto vel facto.& Guil.de Cug.Bal.Ang.Paul.& Moder.in l.ſi.& ibi Iacob.de S.Georg. in vtraque lect. ff.quod quiſque iur.Et pro hoc ſtat tritum prouerbium,Res dare pro rebus,pro verbis verba ſolemus.xiij. q.j.c.j. §.ad hęc.& ibi gl.in verb. verba.vnde tex.ibi.§.quib. autē,qui eſt ante d.§.ad hæc.in fine ait, ne ſi pergitis dicere quæ vultis,audiatis quæ non vultis: q̄ eſt ver-
2 bū,vt inquit gl.Terentianum. Quid dicit quod vult, audiet quod non vult.†Sed contrariū tenuit Ang.in l.ſi adulterū cū inceſtu. §.Imperatores. ff.de adult.q̄ mori non debeat, ſed mitius ſi modum exceſſit puniri,per illum text.Et cum ſeq. Hippol.de Marſil.in conſi.xxv.num.xxvj.allegans Auguſt.in addi.& Ang. Aret.in tract.maleſi.in verbo, contumelioſa & iniurioſa. ſuper verb. quid ſi aliquo dicto vel facto &c. & ibi nihil mihi dicit. Sed bene in verbo, & dictus Titius ſe defendendo.ver. quæritur an ex ſolis minis alle.per Hipp.& ſin.tenet Alex.conſ.cxix.inchoante, viſo proceſſu inquiſitionis. per totum,& gnanter nu. iiij.vſque ad viij.incluſiuè libr.vij. vbi argumentatur ad vtranque partem.& num.viij. ſequitur An.in d.§. Imperat.& idem de Fran.de Cur.ſenior.conſi.xx.incip.ſæpenumero animo reuolui. ver. ex quibus hoc. & Alex.conſ.cxj.incip.videtur in caſu propoſito.lib. ij.vbi ver.& id dicit Ang.in d.§.Imperatores.volens ſequendo Ang.per illum tex. talem homicidam mitius eſſe puniendum, vel relaxandum, vel in exilium mittendum.& pulchrè Pau.de Caſt.conſi.cclxxvj.inchoan.In cauſa incarceratorum.ver. quartò præmittendum eſt.vſque in fin.conſil.vol. nouo.& Cuman. conſil.cxxxiiij.& Bertran. conſi. cclxxiij.volum.j.antiq.num.ij.vbi omnes allegant Ioan.And.in additio. Specul.titul. de homicid. in rubrica.& ita ſecundum hanc partem concluſum fuit in Tornella,& latum arreſtum die vij.Septembris,Anno 1537.pro Mingone Vachey à Submaiore & Iuratis huius Burdegal.villæ appellante,contra procuratorem villæ & viduam & hæredes defuncti appellatos.

SVMMÆ.

1 *Occidens nuntium ſeu miniſtrum qui capere reum volebat qualiter teneatur.& nu.3.*

2 *Criminoſus an teneatur de homicidio ſergentarij excedentis.*

4 *Sergentario dicēti ſe habere commiſſionem, an credatur,& nu.5.*

6 *Capiendum an liceat miniſtris percutere, & numer.7.*

Quæſtio CLXX.

Quid ſi fugitiuus capiendus occidat ſeruientem ſeu ſergentarium, quem talem eſſe ignorabat per iudicem commiſſum: vel contra,ſergentarius occidat capiendum,an teneatur?

DECISIO CLXX.

1 ET † videtur, decidendo vtramque quæſtio. fugitiuum delinquentem per nuntium capiendum teneri de homicidio ipſius ſergētarij ipſum inſequentis, ſi eidem fugitiuo mandatum,aut iuſſum iudicis capiendi eundem declarauerit:quoniam reſiſtere eidem prohibitum eſt, niſi in capiendo excederet modum,aut formam mandati.tex.cum glo.in l.prohibitum. C. de iur. fiſci. quia tūnc velamen iuſtitiæ eundem nuntium non releuaret, per illum tex.& ibi Bal.in j.not.& in primo contrario.& in verſicu. iiij. circa mandatum.& Luc.de Penna verſ. & not. quod priuatus.& ver.ſed pone. †Et ſic criminoſus non te- 2
netur de homicidio ſergentarij excedentis: vt ibi.& per text.in l.deuotum.ibi,nec crimen aliquod pertineſcat.C.de meta.& epidimet. li.xij.& in §.illud videlicet obſeruandum.in authen.vt iudices ſi.quoquo ſuffra.aliàs tenetur,ſi in figura,& forma iudicij debita procedat:& debet ſe opponere vel appellare,l.nō tantum.cum l.ſeq.ff.de appel. & non armis reſiſtere: quia habens mandatum de capiendo aliquem non poteſt exequi,niſi doceat, & exhibeat illud.l.j. C.de mā. princip. & Bald. in d.l. prohibitum. per illum tex.in ſi.ibi,cum literis noſtris. & ver.tertiò de mandato.cum ver.ſeq.& text.in l.non ſolum. §. fin. cum l.ſeq.ff.de procura.Alexan.in additio.Bar. in l.fin.C. de exhiben.reis. †Quod verum eſt ſecundum Bar.& 3
Ang.ibi,in d.l.prohibitum.in princ.& Iacob.Rebuf. quando extra prouinciam & Iuriſdictionem citat, ſecus in eadem iuriſdictione, quia tunc eſt præſumptio quod nuntius,ſeu ſergētarius ſit notus, per textum in §.cos.in authen.de collat. & ſequitur Luc.de Penna in d.l.prohibitum.verſic.cognouerit. † Cum 4
dicenti ſe habere commiſſionem citandi credi debet,vt not.Bartolus in extraua. ad reprimendum in verbo per nuntium.&in l.fina.C.de exhibendis reis. †Tamen fallit ſi citaretur illuſtris,l.quoties. C.de di. 5
li.xij.qui non poteſt citari literis,ſecundum Bart.ibi, & Felin.in c.ij.de iu. cum aliis Purpura. de officio eius num.cxlix.tamen vt Doctor.aiunt tales officiales ſiue nuntij debent portare inſignia, ex quibus cognoſcantur, vt in hoc regno per ciuitates deferunt veſtes ex rubeo & viridi diſpartitas, ſicut deferunt conſules & iurati ciuitatum: vel portare birretum,vt in Italia,ſecundum Barto.& Rebuf.in d.l.prohibitū. & alibi virgam ſeu baculum depictum in manu, ſecundum Specu.titu.de citat. §.ſequitur videre.verſic. quandoque.cum ſeq.& ſic deferunt ſeruientes ducatus Alenconien.vt dicit Guliel. Rouille in ſuo compendio iuſtitiæ,atque iniuſtitiæ.tit.de ſeruientib.ver. conſequenter de habitu. Vnde in caſu noſtro cum baillius & eius filius,ac alij proſequerētur fugitiuum, quem filius velocius prēcurrens,arreſtauit cum haſta iaculinæ, & fugitiuus retro reſpiciens, & illum cognoſcens, de enſe quem fugiendo geſtabat in manu nudum,dedit ei in ventre, & duos alios ictus in brachio & manu: qui per ordinarium iudicem condemnatus fuit ad caput perdendum: cuius condemnatio per Seneſchallum extitit confirmata: ſed per curiam moderata,ad bisdiuerſis diebus eſſe fuſtigandū. Et ad hoc mota fuit propter ſuſpicionem cuiuſdam eiuſdem homicidæ inimici,quem eidē fugienti quædam mulier ibi eſſe dixerat dubitans eſſe cum illis cum proſequentibus,dedit,& percuſſit illum.Quare ſi tunc talem fugitiuum ſe telo defendētem ſeruiens occidiſſet,non tenetur,vt voluit Bald. in l.ſi, vt allegas,in fin.C.ad leg.Cornel. de ſicar. & eum ſequitur ibi Hippo.de Marſi.num.ix.per quod limitatur ſecūdum Alex.ibi in addi.aliud dictum Bal.in authen.ſed omnino.verſicu.ſed quęritur.C.nē vxor pro marito. †quod vulnerans, vel occidens capiendum tenetur: 6
quod intelligi debet ſecundum præcedens dictum Bald.in d.l.ſi vt allegas.niſi ſe telo defendat,quia tūc ſeruiens non tenetur de vulnerato aut occiſo. & ita Alexand.in d.authen.ſed omnino. & pro hoc text.in l.ſi ſeruus. C.de his qui ad eccle.confu. verſ. quod ſi etiam illum configi in certatione pugnāque contigerit,nulla erit eius noxia.& in l. quemadmodum §. magiſtratus.ff.ad l.Aquil.& hoc in vtraque quæſtio.

confirmat Iacob. Butr. in l.ij. C.de his qui latro.occul.& Ludo.Bolog.conſi.lxij.verſicu.& hic aduerte. & Bald.in l.fi.verſi. ego addo quod vidi de facto. C. 7 de exhi. reis. † quod vbicunque licet aliquem capere, ſi ille reſiſtat, & in illa reſiſtentia interuenerint vulnera, quòd ille qui ibat pro capiendo, non debet puniri,per tex.in d.l.ſi ſeruus. & iſtud dicit vidiſſe de facto Peruſij,& audiuiſſe etiam Piſis, vbi fuit talis q. quidam malefactor fugiebat ante familiam,& familia currebat poſt eum,& ipſum non poterant iungere.& quidam vero armis eum percuſſit: credit quod non debet puniri,per dict.l. ſi ſeruus. quod dicit eſſe mente tenendum.& idem tenet Bald. in rep.l.j.ver. ſeq.quid ſi familia poteſtatis.C.vnde vi. & Ioann.de Ana.in c.iuramento.verſi.& iſtam partem.de homicid. Paris de Puteo in ſyndic. in verbo reſiſtentia. c. excedunt. ver. & iſta reſiſtentia debet fieri legitimè. qui allegat bonum tex.in l.ij. C.de deſerto. lib.xij.& idem Ioan.de Imo.in l.ex conſenſu.§.fi.verſi.& adde etiam quòd interdum. ff. de appel. vbi hoc limitat fieri poſſe cum moderamine inculpatæ tutelæ, per not. in d. l.j. C.vnde vi. Et hanc limitationem approbat Alex.in addition.ad Bald.in d.l.fina. de exhiben.reis.

SVMMÆ.

1 *Canonicatus non requirit aliquem ordinem, ſed tãtum clericalem tonſuram.*

2 *Subdiaconum eſſe oportet, qui habet vocem in capitulo.*

3 *Curata beneficia requirunt clericaturam, & intra annum ordinem ſacerdotalem.*

4 *Laicus poteſt prebendari,ſed non canonicari.*

5 *Beneficij impetratio ante ſuſceptum ordinem, an valeat,& nu.6.7.& 8.*

9 *Simulans ſe clericum, notarium, comitem, vel doctorem,punitur.*

10 *Idoneus quinis præſumitur ad beneficium, modò ſit clericus.*

11 *Clericatum an teneatur probare litigans de beneficio,etiam ſi non opponatur.& nu.15. & 16.*

12 *Clericum ſi nominet in literis Papa, an ex hoc ſit probatus clericatus.*

13 *Clericatus poſſeſſio licet ſufficiat quo ad fori priuilegium,non tamen quo ad beneficium obtinendum.*

14 *Sacerdotij probatio non ſufficit, niſi de aliis etiam ordinibus doceatur.*

17 *Probare quis debeat ea quæ contra perſonam vel reſcriptum opponuntur.*

18 *Clericum non eſſe aliquem quomodo probetur.*

19 *Perſonæ legitimitas in iudicio debet probari, licet index id non debeat opponere, ſed pars. & num. 20.*

21 *Index an parte non opponente poſſit quem repellere. & num.22.*

23 *Clericalis tonſura quomodo probetur an per vnum teſtem,& per indicia.& nu.24.& 25.*

26 *Prælati geſta ſunt ipſo iure nulla ante quàm ſit in poſſeſſione.*

Quæſtio CLXXI.

Si ſuper prebenda & canonicatu, vel alio beneficio mouetur proceſſus in materia poſſeſſoria,an partes teneantur docere de litera tonſuræ & clericatus, vel alterius ordinis de iure ad hoc requiſiti,etiam ſi non opponatur.

DECISIO CLXXI.

1 PRÆSVPPONO † quod in promouendo ad canonicatum non eſt à iure requiſitus certus ordo, ſed ſatis eſt quod ſit clericus,vt cã.ſecundo ibi, per eccleſiaſticos ordines.& ibi Abb.Sicu.in vlt.not. de inſti. †dicens etiam quod ſolum in iure habemus 3 expreſſum, ſi quis non eſt ſubdiaconus nõ poteſt intereſſe capitulo, nec in eo habere vocem, vt in clementin. vt qui de ætat. & qualitate. Ideo ſecundum indigentiam eccleſię &diſpoſitionem ſuperioris,debet poſtea promoueri ad ordines maiores. Nam eccleſia etiam collegiata indiget ad ſui regimen presbyteris,diaconis,ſubdiaconis, & inferioribus ordinibus, & ob hanc cauſam fortè in quibuſdam eccleſiis ſunt præbendæ presbyterales, diaconales, & ſubdiaconales,ad hoc ca.ei qui.& cap.cui.de pręben.lib.vj. †Sed beneficia curata requirunt clericaturam, & intra annum ordinem ſacerdotalem. cap. licet canon. de elect.lib.vj.& per Abb.& Doct. in cap. ſuper inordinata.de præbẽ.cum ſimil.†Quare dico,quod ius 4 canoniæ, vel alterius beneficij non cadit in laicum, dict.cap.ij.licet poſſit præbendari,non tamen canonicari: quia præbenda conſiſtit in temporalitate, vt not.in capi.cum M.de conſtitutio.& in capit. maioribus.de præben.& vtrobiq; per Abb.Sic. & omnes Mod.& Cardin.Alex.in ca.de his xxiij.diſtin. Sed ius canoniæ conſiſtit in ſpiritualitate, quæ non cadit in laicum,vt c.cauſam.de præſcri.& in cap. Matſana.de elect.cum ſim.Et idem tenet Abb. Sicu.in cap.ex literis,per illum tex.de tranſa.†Nec poteſt ſecundum 5 eum impetrare beneficium antequam ordinetur,niſi fieret ſpecialis mentio in reſcripto,quod Papa mãdaret prouideri alicui ſcholari perito cupienti aſcribi militiæ clericali. Et tunc debet prius ordinari,& poſtea beneficium ſibi conferri.& idem etiam in capit cum adeo.per illum tex.de reſcript. volens quod tenebatur de ſtylo Romanæ curię facere mentionem de clericatu:ſed de iure non eſt neceſſe: quia intelligitur clauſula,ſi eſt idoneus,ſecundum gloſ.in cap.fi. de præſumptio.& ibi Bal.& And.Barb.verſi.not.ibi, imò nec clericus.†Licet videatur in contrarium tex. 6 in capit. conſtitutus. ibi, Petrus clericus. & ibi And. Barbat.de reſcript. nec ſufficeret (ſecundum Abbat. quem Bald.And.Barb.& Doctor. in d. cap.cum adeo communiter ſequuntur. de quo ibi per Decium in iiij.not.& pleniſſimè Felin.verſi.de deſtinato)deferre tonſuram, gerendo ſe pro clerico, cum tamen non ſit ordinatus: quia illa animi deſtinatio non facit eum clericum nec aſſumptum in ſortem Dei, cum beneficium non poſſit conferri non clerico iuris ſpiritualis incapaci. † Licet Compoſtel. voluerit 7 ibi contrarium,quem And.Barbat.vult ſaluare,& dictum eius intelligi debere in laico ſanctæ vitæ, per text.in cap. ſtatuimus.§. his omnibus. lxj.diſtinctio. †Sed hoc reprobat Felin. in fin. quia ſecundum Ar- 8 chidiaconum in d.§.his omnibus. illa fuerunt miracula diuina non trahenda in cõſequentiam.Quia qui ſpiritu Dei ducuntur non ſunt ſub lege,cap.duæ xix. quæſt.ſecunda cap.licet. de reg. vel fuit cum illis diſpenſatum,vt ibi per eum. Tamen ſi tãquam clericus reputatus tenuerit beneficium longo tempore,quod clericus præſumetur, & rector beneficij, ſecundum Hoſt.Ant.de But.& Abbas Sicul. & Felin. poſt alios in c.illud.de præſumpt.& Bald.in l.liue poſſidetis.in in quarta oppoſitio.C.de probation. cum aliis ſimilib.adductis per Philippum Decium in conſil.cxviij. & Franc.Balb.in tracta.ſuo præſcript.in prima parte ſecundæ partis.ver.tertio præmiſſa.& per Bonum de Curte in tract.nobilita.in tertia parte.num.clxiiij.& And.Barba.in c.peruenit.nu.xj. de empt. vnde dicit Bal.in l.data opera.C.qui accuſare non poſſunt, † q 9 nominans ſe notarium,comitem,doctorem,vel cle- ricum, cum non ſit, de tali ſimulatione punitur. &

idem

idem Anton.de Butr. in ſalutat. decret. & Geminia. etiam in ſaluta.ſexti.& Ang.in l.j. C.de muta. nominis.& Cardina.Alex.in cap.quod interrogaſti. xxvij. diſtinctio & Bart.& Hippo.in l.ſi.ff. de taliis.& concluſionem ſupradictam tenet Abbas Sicul. in cap. fi-
10 nal.in vltim.not.de præſumptio. † dicens,quod quilibet præſumitur idoneus, etiam ad beneficium obtinendum, dummodo ſit clericus, aliàs non eſt idoneus,vt dicto cap.ſecundo, de inſtit. & dicto cap. ex literis.de tranſactio. Philippus Francus in cap. ſi iudex laicus.§.fin.verſicul.in ea gloſſ.ibi,cum ſola poſſeſſio non ſufficiat.de ſententia excommunicationis.
11 † Et ſic videtur quod talis impetrans teneatur probare clericaturam & tonſuram, etiam ſi ab alio tertio ſecum litigante non opponatur, cùm ſit qualitas extrinſeca.per ea quæ voluit Ioan.And.in mercurialib.in regula,non licet actori. de regulis iuris.libr.vj.
12 †quod ſi etiam Papa nominet quem clericum in collatione beneficij, non tamen eſt ſufficiens probatio pro clericatu, ſi vendicando beneficium alleget ſe clericum,vel aliter agendo.Et idem Petrus de Anch. & Franciſcus in dicto c.ſi iudex laicus.verſ.in ea glo. in fin.& in capi.ſi fortè.in verbo,ſcientiæ.& ibi Philip.Francus.de electio. lib.vj. & idem Ioann. Andr. quem ſequitur ibi Bal.in cap.dudum in prima de e-
13 lect. †dicentes, quod licet ſufficiat ſola poſſeſſio habitus,& clericalis tonſuræ quod ad fori priuilegium, non tamen quò ad beneficium obtinendum, niſi litera doceatur.Et idem Ioann.Galli in areſtis, q.lj.& hoc verum ſecundum eum,quod clericatus poſſeſſio ſufficit quando eſt regnicola:ſecus ſi eſt vltramontanus:quia illam debet docere,vt ibi vide. Aliam limitationem ponunt domini de Rota in Deciſione cccxij.aliàs deciſ.xiij.titu.de probation. in antiq.niſi talis clericus exiſtens in poſſeſſione clericatus eſſet poſſeſſor beneficij: aliàs ſecus ſi non eſſet poſſeſſor. Allegant Ioann.Modern. & Archidiaco. ita tenere in dicto cap. ſi iudex. & idem Ægidius Bellamera,in Deciſion.dcxij. & idem Dominicus de ſancto Geminia.in conſilio xcj.in princip.volens etiam talem exiſtentem in poſſeſſione debere probare poſſeſſionem &tolerantiam antiqui temporis xxx.annorum, ſecundum Innocentium in capi. ſuper his.de accuſa-
14 tionibus. Quare † ſi (vt inquit Domini. in d.conſil. xcj.) probaret de ſacerdotij poſſeſſione, non ſufficeret niſi probaret de aliis inferioribus ordinibus:quia potuiſſet per ſaltum promoueri ad ſacerdotium,quo caſu eſſet inhabilis.cap.j.de cleri.peregrin.& per totam de cleric. per ſaltum promotis, quia non habet executionem ſacerdotij,ſi fuerit per ſaltum promotus,& non habens excuſationem ordinis eſt incapax beneficij eccleſiaſtici.c.fin. de cleric.excommun.miniſtran.Secus videtur in dignitate vel officio ſeculari, in quo quis naſci poteſt, ſi ex priuilegio principis eſt conceſſum vt naſcatur miles, vel tabellio, per ea quę not.Bar.& Ang.in l.j.C.de munerib.&honorib. non continuan.& Pet.Rauen.in compen.iuris, verſi. dum ſemel.Ergo à fortiori vbi Papa non nominauit eum clericum, debeat probare, cum quilibet naſcatur laicus,& talis præſumitur, niſi clericum ſe probet,vt dicit Ioan.And.in regula ſcienti.de reg.iur.in mercurial.alleg.text.in c. legum.ij. quæſt.j. & ipſum ſequitur Lucas de Penna in l.quicunque. in lxij.præſumptione. C. de apochis public.lib.x.& Aufred.in repeti.clement.j.de offic.ordi.nu.v. & Bald.in d.c.ſi. verſi. ſed quæro nunquid præſumatur quis clericus. de præſumptio. quia eſſe clericum non ineſt à natura,ſicut nec eſſe cerdonem,vel peliparium,vel eſſe in ſcientia expertum: quia natura non fecit artem, ſed diſponit ad artem,l.Stichus. & l.ſeruis legat.§.ornatricibus.ff.de legat.iij. & c.ex ſtudiis.de præſumptio. & gl.in d.ca.ſi forte.& in l.ſi vero.§.j.in gl. penult.& ibi Doct.ff.ſi quis cautio.& ſequitur Alberic.Brunus in conſil.xxxviij.verſic.nec obſtat ſi dicatur.& Bal.in l.Macedoniani.C.adMacedo.† Et dicit Io.And poſt Archi.in d.c.ſi iudex laicus, quòd petens beneficium poteſt probare firmiter ſe fore clericum, alias non obtinebit.Alex.d.c.cũ adeo.& d.c.ex literis. Et ipſos ſequitur Phil.Francus in d.c.ſi iudex. ante ſi. dicens, quod ille qui contendit de beneficio, ſemper debet probare ſe clericum per dicta iura, & tenet Zabar.in repe.cap.perpendimus.verſi. vt autem præmiſſorum plenam notitiam habeamus.de ſent.excom.& Lucas de Penna in l.j.in xxv.præſumptione. C. de quæſtio. lib.xij.per notata in c.presbyteri. lxvij. diſtinct.& idem Geminia.in dicto conſilio xcj.in prima queſt.& Decius in conſi.cxxv.ver.ſecus eſt in caſu noſtro &c. & Barbat.in c.quoniam contra falſam.num.xlv.cum ſequent.de probatio. † Contrarium videtur tenere 16
Inno.in c.ſuper his. de accuſatio. quòd ſi obiiciatur contra electum, quod non eſt clericus, quod electus debet probare ſe clericum, & incũbit ſibi onus probandi,poſtquàm eſt ei obiectum c.j.& c. vt circa. de electio.lib.vj. & d. c. legum. & idem Francus poſt Ioan.And.in d.c.ſi fortè.& ipſos ſequitur Abb.Sicu. in cap.bonæ.in j.verſi.hinc dicit Innocentius.de electio.& idem Abb.in terminis in dicto capit. final.de præſumptio.verſi.in hac autem extrinſeca. cui incũbit onus probandi. † vbi dicit, quod aliquando op- 17
ponuntur aliqua contra perſonam,quandoque contra reſcriptum ſeu gratiam. Si contra perſonam, aut eſt tertius ſe opponens, & ille habet probare. c.j. & c.vt circa.de election.lib.vj.aut nemo ſe oppoſuit,& tunc iudex,vel is,qui prouidere ſeu electionem confirmare debet, de omnib. inquirere etiam quæ præſumuntur ratione qualitatis intrinſecæ debet, vt in ca. cum delicti. & c. cum nobis. de electio. & ſentit Cardina.de Zabarel.in clementi.vna in iiij. quæſtio. de exceptionib.& Abb.Sicu.in ca.j.de litis conteſtat. & Ioan.de Imola & Felinus in dicto cap.fin.de præſumption.verſicu. in eadem gloſſ.ibi vel regularitas.
†Sed quomodo probat iſte tertius opponens illam 18
negatiuam,quod aduerſarius non eſt clericus, dic ſecundum Innocentium in dicto c.ſuper his.verſic.ſed argum. contra, quod illam probauit hoc ipſo quod contrarium non probatur. C.de non numer.pecun. l. ſi ex cautione. vel per confeſſionem partis. c.j. de confeſſ.libr.vj.& dicto c.ſi iudex laicus. §.idem eſſet. & ibi Philippus Francus in ij.notabili. & bonus textus in dicto capit. ex literis. & Ægid. Bellamera in Deciſion.cxiiij. cum ſequenti. † Tum quia licet in 19
iudiciis etiam ſummariis perſonæ debeant plenè legitimari,vt voluit gloſſ. reputata ſingula.in l.ij.in gl. penultim.& ibi Bartolus,Salicet.Alexand.& Moder. C.de edicto diui Adriani. & Andræas Barbat. & Iaſon in rubrica.C.qui admitti.ad bono. poſſeſſionem poſſunt. tamen requiritur quod fuerit oppoſitum per aduerſarium,vbi eſt opponens, & non aliter, ſecundum Iaſonem ibi, verſicul. præterea, & quartò.
†quia per iudicem non venit opponendum de legi- 20
timatione perſonarum, vt voluit Bartolus in l.quos prohibet prætor. per illum textum. ff. de poſtulat. Quemadmodum dicimus in emptore agente ad traditionem rei venditæ, cui non fuit obiectum pretium non fore depoſitum,& conſignatum, quod eſt admiſſibilis,iuxta l.Iulianus. §.offerri. ff. de action. empti.& ibi per Alexandrum in addition.ad Bartol. & in l.nam & poſtea.& ibi Iaſon. ff.de iureiurãdo.&

Digitized by Google

Bart.& Alexander in l.ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit.eodem titu. cum aliis infinitis per nos ſuprà in
21 q.xviij.allegatis.†Sed an ſit verum,quod iudex parte non opponente poſſit repellere. Et videtur quod non,vt volunt omnes Doct.in dicto ca.fina.de præſumptio. ſed aliquo opponente bene poteſt, vt dictum eſt.Sed tene contrarium per textum in dicta l. quos prohibet.Nec Bartol.ibi vult contrarium.imo tenet hanc opinionem.& ita per illum textum tenẽt ibi Bal.Angel.& Paulus de Caſtro, vbi volunt,quod ſicut iudex repellit aduocatum, vt ibi, ita etiam procuratorem.l.filius.§.veterani. ff.de procurator.& l.ita demum.& l.licet.C.eodem titu. ita etiam teſtem. ſecundum Innocentium in capit.intimauit. de teſtibus. ſic etiam & partem. Pro quo Angelus allegat textum in l.vbi pactum.C.de tranſaction.& in l.fina. ff.de petit.hæredita.& in l.ſi vnus.§.& pactus.in glo. oppoſit. ff. de pactis. & tenet Alexand.in l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infecto, in d.l. ita demum.& in l.licet.de procurator.& ita tenet Felinus poſt Imol.in dict.ca.final.verſicul.fundans ergo ſe in negatiua,& dicens quod iudex adhuc poterit ex offi. inquirere,ſi ſumus in beneficialibus & aliis, in quib. poteſt officium ſuum interponere.cap. cupientes.§. denique.de electio.in vj.ſecus in aliis actibus,in quibus non ſupplet, vt ibi. Et in iſtam partem inclinauit Hoſtien. & Ioan. Andr.in cap.cum eccleſiaſticæ. & ibi Abb.Sicul.verſic. ſed contra hunc intellectum oppo.ſic.de exceptio. vbi dicunt,quod quemadmodum iudex ex ſuo officio libellum lacerare debet,vt not.Innocent.in c.j.de offic.vicar. & xj.quæſtio.j. ſacerdotibus.& l.j.de offi.aſſeſ.ita & magis in iſtis ſpiritualibus,in quibus regulariter ſupplet ex officio,vt in dict.capit.cum nobis. & in capit.cum dilecti. de
22 elect.& c.cum veniſſent.in fin. de inſtitut. † & licet iſta vltima opinio videatur de iure cõmunior, quod niſi obiiciatur,non repellatur,quando eſt tertius opponens,tamen prꝫcedens ſeruatur in praxi,& de ſtylo curiarum Franciæ, quod iudex poterit reiicere.
23 †Ideo tenetur pars producere literam clericatus, vel per teſtes illam probare, in l.ſi ſolennibus.C.de fide inſtrumen. vbi aliquem eſſe militia perfunctum, & per conſequens habere priuilegia veteranorum,probari poteſt per inſtrumenta vel per teſtes. Ideo refert ibi Bald.per illum text.quod doctoratus non ſolum poteſt probari per inſtrumentum,ſed etiam per teſtes,qui interfuerunt actui. & idem tenet ibi Alex. ſing.Alex.in conſil.cvij.libr.vij.& Bal.in l.non ignorat.verſicul. quæritur quis eſt eius effectus,& plenius verſicul.ſi autem incidenter. & verſicul. in tertio. C. qui accuſa.non poſſunt.& Geminia.in capitul. ſi iudex laicus.de ſentent.excomm.libr.vij. Licet de iure ciuili videretur contrarium,quod non poſſit probari clericatus niſi per literam, vt l. ſi qua per calumniam.C.de Epiſcop.& cleric. tamen de iure canonico ſecundum Petrum & Cinum,Bald.& Salicet. ibi, poteſt probari per teſtes capitu.ij.& iij.de cleric.peregrin.& Alexand.in d.conſil. cvij.verſic. non obſtat id quod Cæpol.Veronen.in conſil.xj.verſi. præterea
24 iſta quæſtio. † Quinimo etiam per vnicum teſtem poteſt probari tonſura clericalis, ſecundum Bald.in cap.licet vniuerſi. quem ibi ſequitur Felin. in fin. de teſtibus. & Gerald. de Petr. ſancta in ſingular. xlix. †Imo fortius poteſt probari per argumenta & indicia,capitu.inter quatuor.& ibi gloſſ.in verbo,per argumenta.de cleri.peregri. Et de hac quæſtione fui altercatio in cauſa officij Cãcellariæ maioris Caturcen.eccleſiæ. contra magiſtrum Ioannem de Sorbonaio ſubrogatum, qui tamen poſtea produxit literam clericalis tonſuræ ſuæ dominis adhuc opinantibus:& niſi produxiſſet,erat in periculo perdẽdi.Sicut fuit in cauſa domini de Sabonieres Regis conſiliarij in curia parlamenti Tholoſæ, contra Garay Cochæ, contra quem obiiciebatur, quod Io. Franciſci,à quo mediante morte cuiuſdam Graulat obtinuerat beneficium Cauſſade,non fuerat promotus intra triennium poſt recredentiam ſibi per arreſtum adiudicatam, nec intra quindecim annos ſequentes, quibus durantibus quietè & pacificè poſſederat beneficium de Cauſſade, & quouſque fuit impetratum per eius non promotionem per quẽdam de Malocaſtro, qui ceſſit ius ſuum prædicto de Sabonieres: quare tenebatur ſe promoueri facere poſt triennium pacificum,d.c.licet canon.& ibi.Doct.inſuper in repeti.& c.commiſſa de elect. lib.vj. Et ita concluſum per omnes,exceptis duobus, qui dicebant pendere adhuc litem ſuper poſſeſſorio,& ſic non pacificè,quia ſalua pace non poterat in illa lite vel alia petitoria inquietari,per tit.de pacific.poſſeſſ. quia hic erant quinque triennia,ſicut erant tria in Epiſcopatu Riuenſi, vt alibi dixi.Et licet cõſtaret de promotione, tamen illa fuerat facta à quodam antiſtite,qui tũc non Epiſcopus,prout ipſe de Sabonieres probauit, quæ non valuit argum.c.j.de ordin.ab Epiſco.qui renuntia.Epiſco.& qui non fuit Epiſcopus de quatuor annis poſt: ideo malè promotus. c. quanto. de conſuetud.& ibi Abb.Sicul.& Doctor. nec conſtabat de antiqua poſſeſſione Epiſcopi prædicti conferendi ordines,quod ſaltem requirebatur, vt per Abba.in c.cum venerabilis de exceptio.& Bald.poſt gl.in l.tutor. C.in quibus cauſis in integrum reſtit.non eſt neceſſaria.Ang. ibi,& idem gloſſ.in l. iuſiurandum quod ex conuentione.§.j.in verbo, non competit. & ibi per omnes. ff.de iureiurand. Et ad omnia prædicta vide gloſſ. in pragm.ſanct.titu.de pacifi.poſſeſ.§.ordinarij autem. in verbo,inquirant.†Quinimò dicit Balb.in d.l.ſi tu- 26
tor.quòd ſi erat prælatus, & non in poſſeſſione prælaturæ,nec habebat adhuc exercitium, quod factum per eum eſt ipſo iure nullum: quia paria ſunt non eſſe,vel eſſe,& non habere adminiſtrationem, vt ibi per illum text.& per ea quæ not.Innoc.in c.nihil.de electio. Et pluries ſimilis quæſtio euenit in curia.Et ſic no.quod habilitas impetrãtis attenditur tempore impetrationis,d.c.cum adeo. & c.eam te de reſcript. & ibi de Ripa.nu.* & gl.in c.dilectus de prębend.& plenius in c.poſt ceſſionem.de probationibus.& c.ſi eo tempore de reſcript.lib.vj.& Abb.Sicul.in c.cum dilectus. per illum tex. ibi, tunc fuiſſe. de accuſatio. quem ibi ſequitur Franc. de Aret. in ij. notab.& Io. de Ana.in ij.cum aliis ibi per Felin. in ij.not.alleg.& in iuribus ſuprà alleg.& alibi dixi.

SVMMÆ.

1 *Sequeſtratio ſub manu Regia neminem expoliat.*
2 *Sequeſtrationem poteſt opponens impedire,ſi in prõptu doceat de iure ſuo.*
3 *Contractus non ſaiſiunt,cum ſint facti.*
4 *Filio naſcituro poteſt donari, legari, & is hæres inſtitui.*
5 *Notarius poteſt pro abſentibus nondum natis ſtipulari.*
6 *Donatio naſcituro facta eſt in pendenti.*
7 *Spes rei vel perſonæ facit valere ſtipulationem.*
8 *Reſtituitur in integrum,qui eſt in vtero,licet non ſit minor,nec abſens.*
9 *Vſus fructus retentio transfert dominium, & æquiparatur traditioni.& nu.10.*
11 *Fignus ſe habere conſtituens eſt vice traditionis, & transferi dominium.*

12 *Fre-*

12 *Precarium æquipollet traditioni.*
13 *Vſufructuarius an naturaliter poſſideat.*
14 *Saiſina intelligitur de bonis quæ poſſidebat tempore mortis.*
15 *Sequeſtrationem impedire nõ poteſt ille, qui de mandato heredis debet accipere.*
16 *Vſusfructus rei naſcituro donata, ad quem interim ſpectet mortuo donante. & nu.17. & 28.*
18 *Scriptura priuata quomodo fidem faciat, & quomodo eius manu ſcripta probetur.*
19 *Donationem probat ſcriptura priuata etiam ſine die & conſule.*
20 *Scriptura priuata non poteſt impugnari ob defectũ ſolennitatis, ſicut publica.*
21 *Donari ſicut poteſt per epiſtolam, ita & donantis voluntas declarari.*
22 *Teſtamento etiam nullo declaratur præcedens teſtatoris voluntas.*
23 *Articulos poſt terminum nõ licet dare, ſed bene iam datos declarare.*
24 *Statutary ad edita ſtatuta nihil addere poſſunt, ſed bene illa declarare.*
25 *Confirmatio nihil noui dat.*
26 *Donatione declarata non agitur ex declaratione, ſed ex donatione.*
27 *Donationũ interpretatio latiſſima cõtra donantem.*
29 *Vſusfructus de ſua natura non tranſit ad heredem.*
30 *Pater an habeat vſumfructum in bonis filio naſcituro relictis. & nu.31. & 32.*
33 *Pater poſt mortem filij naturalem, vel ciuilem non perdit vſumfructum in eius bonis ſibi quæſitum, nec per emancipationem, aut ingreſſum religionis. & nu.34. & 35.*
36 *Declaratio per donatorem poſtea facta retrotrahitur ad tempus donationis.*

Quæſtio CLXXII.

Dominus vita nunc functus præſes de Torretes fauore matrimonii ineundi inter nobiles Arthus de Vinoue, dominũ de ſan. Gouhard ſuũ ex ſorore nepotẽ, & Catherinã de Bremont, filiã domini de Balizac, donauit ex nunc prout ex tunc primo maſculo ex d. matrimonio, vel ẽt ex ſecundo matrimonio per d. de ſan. Gouhard contrahendo naſcituro, notario pro eo ſtipulanti, cũ certis conditionib. in ipſa donatione inſertis, videlicet quod d. maſculus tenebitur portare nomen & arma de Torretes, & alia de quibus nõ eſt quæſtio, terras, & ſeignorias de Piſam, & de Rabanieres, &c. retẽto ſibi vſufructu. Et etiam eidem de ſan. Gouhard, donauit terram, & ſeignoriam de pulchro viſu, retento etiam ſibi vſufructu. Mortuo nunc præſide vſufructuario, alij proximiores nepotes dicũt ſe ſaiſitos, querimoniam intentantes aduerſus ipſum de ſan. Gouhard, opponentem, obſtante donatione prædicta. Quæritur an viſa donatione prædicta ſequeſtrum impediri poſſit, & an ſcriptura priuata probetur per comparationem literarum.

DECISIO CLXXII.

1 IT † dico quòd licet per oppoſitionẽ res dicatur cõtentioſa, & regi debeat ſub manu Regia, quæ tamen neminẽ ſpoliat, l. ſequeſter. ff. de verb. ſign. & l. proprièe. & l. licet. ff. depoſit. & voluit Pet. de Bellapert. Cin. & Alb. in l. vna. C. de prohib. ſeq pec. & Iac. de Aret. Bar. Albe Io. de Imo. & Franc. de Aret. in l. intereſſe puto. ff. de acq. poſſ. & Abb. Sicu. Barb. & Fel. in ca. examinat. de iud. & dixi in §. iiij. in fi. de iuriſdi. omn. iud. lib. conſuet. Bitur. Et hoc ne partes proſiliant ad arma. l.
2 equiſſimũ. ff. de vſufr. † Tamen tã de iure poteſt reus opponens in reb. prophanis impedire ſequeſtrationẽ, vt volunt oẽs Doct. in l. quãuis. & l. fi. C. de edicto diui Adr. toll. & in iurib. ſuprà alleg. & per totum. de prohib. ſeq. pecun. & de ſequeſtratio. poſſ. & fruct. in antiq. & lib. vj. & clem. quam per vltim. ordinationes Regias Lud. xij. arti. liij. Et hoc docendo in promptu de iure ſuo. Sed quomodo nunc reus opponẽs aduerſus conſuet. generalẽ, q̃ mortuus ſaiſit viuũ proximũ capacẽ & habilẽ, de qua plenè dixi in d. libro cõſuet. tit. de teſtam. §. vj. impedire poteſt, cũ de manu hæredis capere debeat, l. filiã fratrib. ff. ad Trebel. † quo- 3
niã contractus non ſaiſiunt, cũ ſint facti, l. conſ. in fi. ff. de curato. furio. vbi Bal. dicit, quòd cõtractus & diſtractus ſunt facti, & in facto conſiſtunt, vt latius ibi Alb. ver. itẽ allegatur ſẽpe. §. iſte vbi enumerat ea quę ſunt facti & non iuris. & not. Bal. in §. nos aũt. ver. ſed pone quod mater accidit. inſti. de attil. tut. Et præcipuè viſo primo donationis artic. factę maſculo naſcituro, cũ natus nõ ſit: quę conſtat nõ eſſe in poteſtate patris, antequã naſcatur. l. fi. ff. de coll. bonor. & l. fi. de aſſig. liber. † Quia licet filio naſcituro poſſit donari, 4
legari, & ẽt hæres is inſtitui. l. Gallus. §. ille caſus. & ibi per Bar. quem omnes ibi ſequuntur. & in l. placet ff. de libe. & poſth. & Bart. in l. quod dicitur. ff. in pe. q. & ibi Alb. in fin. ver. itẽ ſi ſtipuletur. & Ang. in fi. ff. de verb. oblig. & in l. ſi quis operas. ff. de operis libe. & in l. ſeruos ad cuſtodiam. & vtrobiq; per Alb. poſt Bart. ff. de alim. lega. & tenet Guid. Papæ in q. cclxvij. & in q. ccccl vij. & in q. ccccv. cũ ſeq. & in ſingula. ſuo xxiij. verſ. Pactũ factũ eſt in contractu matrimonij. & tex. in §. poſthumo. & ibi Io. Fab. Io. de Plat. & Ang. Aret. inſtit. de lega. & Io. Fab. in §. ei qui. ver. Sed ante in naſcituris. & verſ. ſeq. inſtit. de inutil. ſtipul. cum aliis ſuprà alleg. in q. clxviij. incipien. Comes de Vẽtadorio. & Ægidius Bellamera in conſ. xvij. incipien. Contrahens matrimoniũ, vbi in terminis ponit de illo qui donat in cõtractu matrimonij primo naſcituro maſculo omnia bona ſua retento vſufructu, quando notarius ſtipulatus eſt, aut pater pro eo, vt ibi, † vt fuit etiam hic, quia notarius poteſt pro ab- 5
ſentibus, & his qui nondum nati ſunt ſtipulari, vt no. gloſſ. in l. j. ff. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. ſuper verbo, acquiritur. & gloſſ. in capit. quanquam. in verbo, vt tabellio. de vſuris. lib. vj. & alias ſuper hoc conſului. & idem Maſuer. in titul. de literis notis. verſiculo item notarius. & pro hoc bonus textus in l. cum cognatos. ibi, ſtipulante ſeruo publico. C. de captiuis. & l. non aliter. & l. his verbis. & ibi per Doctores. ff. de adoptio. & Guido Papæ in conſilio xij. & latius in conſilio lx. in principio. & verſiculo ad tertium. & in hoc non eſt dubium, & quotidie fiunt tales contractus, & donationes in matrimoniis inter
nobiles, & diuites contrahendis. † Tamen ſecundum 6
Doctores ſuprà allegat. talis donatio erit in ſuſpenſo ex natura rei, donec naſcatur, ſicut ex natura rei quærendæ ex ſtipulatione vel legato, ſi in ſtipulationem deducitur, quamuis non ſit in rerum natura, dum tamen ſperatur. text. eſt ſingul. in l. cum illud. §. fin. ff. quando dies legat. cedit. & in l. interdum. & l. vbi autem non apparet. §. illud. & l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. ff. de verborum obligatio. cum nota. & in l. quoties. C. de donation. quæ ſub modo. † Sicut ergo ſpes rei quæ ſperatur eſſe facit valere 7
ſtipulationem, ita & ſpes perſonæ. † Quia ei qui ex 8
vtero naſcitur, datur in integrum reſtitutio, licet non ſit minor, nec maior, nec abſens. l. etiam ei. ff. de minor. quę non eſt alibi, ſecundum Baldum in rubrica. extra de in integr. reſtit. ante fin. in antiq. Quia ſpes reputata multum operatur, l. mulier. §. non eſt dubitandum. ff. ad Trebellian. & l. nuper. verſic. ſufficiat & enim. C. de natura. lib. † Tamen reſpondetur. 9
Et primo reſpectu donationis eidem de ſan. Gouhard de loco de pulchro viſu retento vſufructu factæ, quòd dicti proximiores prætextu conſuetudinis

non p̃ſſunt ſequeſtrari facere ipſum locũ, cũ per re
tentionẽ vſusfructus tranſlatũ tũc fuerit dominiũ,&
poſſeſſio in ipſũ donatariũ, ita quod nõ eſt opus alia
10 poſt mortẽ donãtis traditiõe;† cũ paria ſint retinere
vſumfructũ,& rẽ tradere,vt eſt caſus ſecundũ omnes
in vulg ita l.quiſquis. & l. ſi quis argentum. §. ſed ſi
quidem.C.de donatio.& per d.l.ſi quiſquis. dicit gl.
11 multum ſingul.in l.j.§.fin.ff.de rebus eorum, †quod
eo ipſo quod quis accepit rem ſuam in pignus,vide-
tur rem illam tradere.alleg.in argum.d.l.quiſquis.de
qua gloſ.facit ibi teſtum Nico.de Neapol.& Barb.in
conſilio lxj.verſi. eſt etiam accurate conſiderandum.
vol.iij.tenet Bartol. & Doct. in l.ab emptione.ff.de
12 pactis.& Alexand.in conſil.vij.volum.vj. †Et idem
etiam per conſtitutionem precarij,vt l.certè.§.j.ff.de
13 preca.vbi eſt bonus text. †ſuper quo Alexand.Ioann.
de Imol.Franciſ.de Aret.Iaſ. & Bologni.in l.natura-
liter.in princip. ſe fundat contra communem opin.
Ioann. glóſſatoris ibi, quod vſufructuarius naturali-
ter non poſſideat, ſed ſolum detentor & poſſeſſor
nomine domini dicatur.& Anto.Corſet.in ſingular.
in verbo,vſusfructus.Tamen adhuc ſecundum com-
munem, illa naturalis poſſeſſio ex die donationis
mortuo vſufructuario fingitur cum ciuili conſolida-
ta,dicta l.quiſquis.& §.finitur.Inſtitut.de vſufruct.&
tenet Guido Papæ in quæſtion. cclxviij. de quo vide
quæ dixi in titu.de donat.lib.conſue.& Alex.in conſ.
14 clvj.libr.vj. † quia conſuetudo quæ faiſit proximos,
intelligitur de bonis per eum tempore,&hora mor-
tis relictis, de quibus erat verus poſſeſſor veſtitus,&
ſaiſitus,vt l.nihil aliud eſt hæreditas. ff. de verbor.ſig-
nificat. & l. hæredem eiuſdem poteſtatis iuriſque
eſſe,cuius fuit defunctus,conſtat.ff.de regulis iuris.&
l.non poteſt plus iuris in alium transferre,quam ipſe
habeat.cod.titu.& tenet Bart.Ang.& Moder.in rub.
ff.de acquiren.hæredi.& in l.hæres in omne ius.eod.
tit.igitur,&c.Et iſtud eſt clarum,& aliàs conſului, vt
videtur in conſ. lvj. incip. Breuiter dico quod dicta
conſuetudo.& ita vt ibi dixi,vidi iudicatum,&etiam
per arreſtum curiæ, latum in fauorem magiſtri Eliæ
Sarraſin donatarij à domino, & magiſtro Ioanne de
Bouſſay Regis conſiliario, executore appellantis cõ-
tra Martinum de Hamel, & Margaritam Sarraſinæ
coniuges appellatos,die * Ianuarij,Anno 1519. †Se-
15 cus ſi per teſtamentum, aut donationem cauſa mor-
tis aliquis prætenderet bona omnia vel aliqua, de
quibus teſtator ſine retentione vſusfructus erat ſaiſi-
tus: tunc non poteſt impedire ſequeſtrationem,nec
ſaiſinam,niſi aliud obſtet. Sed debet per manus hæ-
redis, vel propinquorum ſaiſitorum habere & pete-
re,d.l.filiam fratrib. & ibi ita tenent Bart.Ang.Paul.
& Alexand.ff.ad Trebellian. Et in iſto vltimo caſu,
quãdo mortuus erat ſaiſitus,fuit dictum per arreſtum
in fauorem Margaritæ de Grammont ab Seneſchal-
lo Lemouicen. ſeu eius locumtenente appellantis,
contra Petrum de Grammont appellatum fidei-
commiſſarium ſeu ſubſtitutum, latum die xiiij. Au-
guſti, Anno 1521. Nec etiam profectò eſt dubium
in donatione aliorum locorũ de Pizani & de Raba-
nieres, facta maſculis ex matrimonio prædictorum
de ſainct Gouhard, & Catherinæ de Bremond, vel
ex aliis ſecundis nuptiis per ipſum de ſainct Gouhard
contrahendis naſciturisſicet videatur eſſe in ſuſpen-
ſo,quouſque aliquis natus fuerit,vt dictum eſt. †Ex
16 quo in ipſa donatione tunc nihil fuit devſufructu dic-
tum, ad quem interim venire & ſpectare deberet:
& ſic per conſequens ad hæredes vel proximos ve-
nire debeat. Tamen non verum eſt, nec tranſit ad i-
pſius vſusfructuarij hæredes. Tum quia licet multi-
plex intellectus poſſibilis pariat obſcuritatem, quia
intellectus agens non illuminat. vnde dicit Boetius,
quòd multiplex exponitur eius virtus,tamen id acci-
pi oportet,quod rei de qua quęritur aptius eſt.Apti-
tudinem autem duo generant, ſcilicet natura & ra-
tio. Natura dat nobis ſenſum, & per conſequens cõ-
ſenſum,quia naturaliter ſine conſenſu viuere impoſ-
ſibile eſt,etiam ad vitam hominum ſylueſtrium: ſed
viuendi & cõtrahendi modum dat nobis ratio.Quia
viuere ſub ratione eſt viuere hominis, vt not. in au-
thentica de monachis.in princip.collatio.j.& homo
eſt magis intellectus, quam ſenſus,id eſt ſenſualitas,
ſecundum Ariſtotel.& ex multis ſcripturis ſenſus iu-
ſtior accipiendus eſt: & verba quæ non poſſunt re-
ferri ad ius, referuntur ad factum. l. quidam cum fi-
lium.§.videamus. ff.de verborum obligatione, ideo
circumſpectè cernamus aptioremſenſum,ſecundum
ſubiacentem materiam. Nam natura rationis quan-
dam ad ſe trahit interpretationem ſermonis, l.Pro-
culus.ff.de vſufructu.l.ſi mater. ff.de vulgari & pupil-
lari. Et conſiderandum eſt quod ſermo conceptus
ab vna tantum parte, interpretationem nullam ha-
bet,quia non habet virtutem.l.ſi repetendi.C.de cõ-
dicti.ob turpem cauſam. Sed ſermo prolatus recipit
interpretationem à quatuor cauſis,ſcilicet à perſonis
à forma verborum,à facto ſiue materia, & ab inten-
tione finali contrahentium: quia à quo fiat, & ſuper
quo,& qualiter,& ad quem finem,animaduerti con-
uenit. † Videamus igitur à quo & ad quem fuerint 17
verba prolata. Nam dictus donator ſenſit donando
prædicta loca fauore matrimonij primo naſcituro
maſculo, attentis clauſulis in donatione contentis,
quòd ſi decederet ante illius ortum, & natiuitatem
aut conceptionem, quòd interim vſusfructus ad i-
pſum de ſancto Gouhard, futurum ſpe patrem ve-
niret.Quia magis debemus inſpicere cauſam verbo-
rum ac intentem contrahẽtium, quàm corticem eo-
rum,vt not.in l.ſi in venditione.in fin. ff.communia
prædiorum. & cauſa proœmialis oſtendit vltimam
intentionem,& mentem ipſius concedentis,vt dicit
Bald.in capit.ſecundò requiris.de appellationi. text.
in l.regula.§.licet.verſicu.initium conſtitutionis de-
monſtrat.ff.de iuris & facti ignorantia, & tenet Bar-
ba.in conſil.lxxviij.colum.iij.verſi.Tertiò probatur.
volum.iij. † Et ita per eius conditum teſtamentum 18
declarauit, ac poſt per epiſtolam eiuſ em,donatoris
domino de Balagnier patri dictæ Catherinæ miſ-
ſam, per quam reſpondebat eidem conquerenti de
vſufructu,quem pendente ortu, ſed aduentu maſcu-
lorum ad ipſum de ſainct Gouhard,volebat &intel-
ligebat interim venire ac tranſire. Quæ epiſtola &
teſtamentum fuerũt aucrata fuiſſe manu prædicti de
Torretes donatoris & teſtatoris ſubſcripta per nu-
merum decem teſtium,licet ſufficiant duo,vt not gl.
in l.final. C.familiæ erciſcund. & gloſ. in l.hæredes
palam.§.j.in verb.poſſeſſ.& ibi Barto. & Franciſc.de
Aret.ff.de teſtam.& Bal.Alex.& Iaſ.in l.errore.C.eo.
tit. & aliqui deponebant quod viderant eũ ſcribere,
& ẽt per comparationẽ literarũ, & ſubſcriptionum
ſuarũ,qꝑ ſufficiebat,ſecundum Cin. & Do. in l.cõpa-
rationes.C.de fid.inſtrum.& Alex.conſ.cxxiij.col.iij.
ver.Et ſic non habet obſtare, vol.j.& conſ.cxviij.col.
ij.ver.Itẽ obſtaret.vol.iiij.& in conſ.xc. lib.iij.& hoc
in præiudiciũ ſcribẽtis,vel ſubſcribẽtis & eiꝰ hęredũ,
vt ibi,&latiꝰ in cõſ.cxlviij.inci.Põderatishis de quib.
in them.vol.ij.& in cõſ.ccxxxix.nu.v. cum ſeq.vol.vj.
& Bart.in l.admonendi.col.vj.ver. De tertio genere.
quem ibi Moderni ſequuntur.ff.de iureiuran.&Soc.
conſi.xlj.col.ij.verſi.Sed ad hoc reſpondetur.volum.
iij.Et dixi ſuprà in quæſtio. cv. incip. An poſſeſſio &
gaudentia,& ſingula.Paul.de Caſtr.in conſil.ccccix.

aliàs ccccliij. incip. Satisfaciendo ſingulis dubiis. & præcipuè in verſi. Tertiò probatur. volum. antiq. vbi ponit de Abbate ſancti Andreæ volente probare donationem conuentui factam per Raymundũ Co-
17 mitem Tholoſanum per ſcripturam priuatam. † Et ſic plenè probant donationem etiam ſine die, & cõſule, ſecundum Bart. Bald. Ang. & Ludouic. Bologni. in ſecundis interpretatio. in l. cum tabernam. §. j. per illum text. ff. de pignor. & amplè Felin. in ca. ſcripta. col. v. circa medium. verſic. Tangunt etiam hic Doctor. & in verſi. item probatur per epiſtolam. de fide inſtrumen. & Ad. Curſet. in ſingu. epiſto. cum iiij. ſequentib. & dixi ſuprà in conſi. xxij. incip. Viſo appel-
20 lationis proceſſu. col. vlt. † Et talis ſcriptura priuata ſecundum ipſos non poteſt impugnari ex defectu ſolemnitatis, ſed ex defectu veritatis. Pro quo allego tex. in l. j. C. de contrahen. & committen. ſtipul. & ibi Bald. Salic. Secus in publica ſcriptura: quia vtroque
21 iure laborat, vt ibi per eos. † Quia ſicut donari poteſt per nuntium vel epiſtolam, vt l. j. in ſi. ff. de contrahen. empt. & l. ſi donatio per epiſtolam. C. de donat. & l. conſenſu. ff. de action. & obligatio. & Bar. in l. etiam. ff. de don. & Franc. de Are. conſi. xvij. & Specula. & ibi Ioan. And. in tit. de inſtrum. edit. §. porro. verſi. Hac forma. & l. fin. in princi. & §. j. ff. manda. ita & à fortiori declaratio voluntatis donantis poteſt fieri & probari per epiſtolam, vt l. j. §. fin. cum l. ſeq. ff. ſi menſor falſum modum dixerit. & etiam per teſtamentum, vt dictum eſt, vt probat text. in d. l. hæredes palam. §. j. ibi, literis. & ibi, vicinis ſcripturis. & ibi Franciſc. de Aret. in iij. notab. & in l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de lega. & in l. pater. §. mutus pater. ibi, quod facilius explicari poſſit ſcientia literarum. ff. de acquir. hæredit. & in l. ſi vnquam. ibi, totum quicquid largius fuerat, renunciatur, in eiuſdem donatoris arbitrio ac ditione manſurum. Cod. de reuocan. don. & ibi Bald. in verſic. arbitrio. & bonus text. in c. per tuas. & ibi gl. Abb. And. Barb. de donat. & Bar. in l. ſi ventri. §. fin. ff. de priuil. credito. vbi dicit quod mens partium, quæ fuerit à principio, declaratur per ea quæ ſequuntur, & Alex. conſ. clxxviij. nu. iiij. vo. vij.
22 poſito etiam quod teſtamẽtum eſſet nullum. † Nam ex teſtamento nullo voluntas teſtatoris præcedens declaratur, vt l. fina. & ibi Bart. ſeu Nicol. de Neapol. ff. de rebus eorum. & in l. qui à patre. & ibi Bald. ff. de confirmatio. tut. & in l. in teſtamento. & ibi Benedict. de Plumb. & Ludo. Bolog. in ſecundis interpre. ff. de fideicommiſſa. liberta. & Ludo. de Rom. in conſi. clxxix. col. ij. ante ſi. verſic. Quoniam reſpondetur. Tum hæc declaratio ſemper fieri poteſt per donatorem, & eum edentem ca. j. de ſumma trinita. & fide catholica. lib. vj. & ibi Dominic. dicit. colum. iij.
23 † quod ſi datur terminus ad producendum articulos in cauſa, quod poſt lapſum termini poſſunt antiqui articuli declarari. Et idem in prooemio vj. in princi. ante finem. vbi allegat Old. in conſil. clxvij. incipien. Ante omnia. & idem Felin. in c. qualiter & quando. in j. ver. Fallit primò. de accuſati. & Bald. in l. j. §. huius ſtudij. ff. de alt. & iure. ideo dicit idem Bal. in prima
24 conſtitu. C. §. quibus. † quod licet ſtatutarij non poſſint addere ad ſtatuta poſtquam illa ediderint, tamen poſſunt illa declarare. & Andr. Barba. conſil. xxix. col. vj. verſicul. a l tertium dubium. & in conſilio lxxviij. colum. v. verſicul. Quartò facit. volum. iij. nihil enim dat nunc: ſed datum declarat, vt dicit text. ſingul. in d. l. hæredes palam. §. j. & ibi Bartol. Ioann. de Imol. & ampl. Franciſ. de Aret. de teſtament. in dicto ca. per tuas. & in l. ſi donatæ res. §. ſi ſponſus alienum. ff. de donatio. inter virum & vxorem. accedat pro hoc text. in capitul. inter dilectos. §. porro. & ibi Felin. de fide inſtrumento. † vbi confirmatio nihil 25
noui dat, ſed prius habita & poſſeſſa confirmat. & idem Oldra. conſil. clxiiij. & Ludou. de Rom. in conſ. xlv. incipiente. Super eod. vbi dicit, quod ſententia non dicitur noua per additionem cauſæ ſtatim addi- 26
tæ. † Et ſic agitur ex donatione, quæ erat valida, & non ex declaratione vel confirmatione ſubſequuta, vt volunt Bald. & Franciſc. de Aret. in d. l. hæredes palam. §. j. Secus ſi de eadẽ donatione non conſtaret: tunc ageretur ex vltima voluntate ſiue donatione, vt dicta l. ſi donatio per epiſtolam, vt ibi per Doct. & infrà dicã, & idem Philippus Decius in cõſ. clxxxiiij. verſ. Modo in caſu. vſque ad finem. Præterea vbi verba donationis eſſent dubia, debet fieri interpretatio contra donatorem & eius hæredes volentes ſe fundare ex verbis ipſius inſtrumenti donationis, iuxta notata in l. veteribus. ff. de pactis. & tenet Alexand. in conſil. xij. incipiente. Viſo themate ante ſcripto. col. iiij. verſicu. Sextò fortificatur, cum verſic. ſequenti. vol. ij. & bonus tex. in c. cum dilect. de donationib. & ibi Andreas Barbat. † vbi dicitur quòd in contra- 27
ctibus plena, in teſtamentis plenior, in donationibus pleniſſima, ſiue latiſſima interpretatio contra donãtem pro donatario fieri debet. † Sed ſi intelligeremus quod mortuo ipſo donatore vſufructuario, trãſiret vſusfructus ad eius hæredes, fieret interpretatio pro donante contra donatarium: quod non eſt dicendum. Poſtquàm enim valet donatio facta filio naſcituro, vt iuribus ſuprà allegatis, vſusfructus mortuo ipſo donatore vſufructuario, non venit ad hæredes ipſius vſufructuarij, ex quo tantum retinuit ſibi vſumfructum, † qui de ſui natura nunquam tranſit 28 29
ad hæredes vſufructuarij. l. j. §. libertatibus. C. de caduc. tollend. & l. j. in princip. ff. quando dies legat. vſufruct. cedit. & ibi Alberic. de Roſat. & in d. l. cum illud. quando dies leg. cedit. quia conſolidatur cum proprietate. l. iij. §. morte. ff. quib. mod. vſusfru. amit. & d. §. finitur. inſtitut. de vſufruct. & l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. & ibi Raph. Ioann. de Imol. & Alexand. Franciſ. de Aret. & Iaſo. ff. de verbo. obliga. cum aliis ſuprà allega. in conſil. noſtro xxxij. incipien. Eccleſia domum quandam, &c. quod multum facit ad plura hic adducta. ergo tranſit ad patrem ſpe futuri, & non ad hæredes vſufructuarij. † Et ſic videtur quod 30
pater futurus habet vſumfructum in bonis filio naſcituro relictis, quia habentur pro natis quando tractatur de eorum commodo, l. qui in vtero. ff. de ſtatu hominum. Et præcipuè in præſenti caſu, in quo pater vel notarius ſtipulatus eſt pro filio naſcituro dicta bona donata, per quam ſtipulationem acquiſiuit filio dominium, & ſibi vſumfructum. † Et hoc quando 31
deſcendit ex cauſa aduentitia, vt voluit glo. in l. ij. C. de contrahen. & committen. ſtipul. & melius in §. ei qui. inſtitu. de inutil. ſtipulat. & clarius in l. dominus ſeruo. & in l. quodcunque. & in l. quod dicitur. ff. de verb. obli. quas ſic intelligunt ibi Bartol. Paul. de Ca. Alb. de Roſa. Alexand. Fran. de Are. & Iaſ. col. iij. ver. in iij. parte contra &c. qui dicebat totum patri acquiri, vt olim: quia l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. loquitur quando factum filij quærendo interuenerit, ſed hic non fuit. & hanc opinionem videtur ſequi Bal. in d. l. ij. de contrahen. & committen. ſtipu. & idem Ang. & Ioan. de Imo. in d. l. quod dicitur. licet malè intellexerint gl. ibi. & illam gloſſ. ſequuntur Ioan. Fab. & Ang. Aret. in d. §. ei qui. † vbi Ioan. Fab. 32
col. iiij. dicit quod non ſolum pater ex aduentitiis per ſtipulationem per eum factam dari filiis iam natis, acquirit vſumfructum, ſed etiam ex ſtipulatione

Digitized by Google

facta in fauorem filiorum naſciturorum,ſibi naſcantur poſt mortem patris,ſine etiam in vita, ſi ex natura rei apparet intentionem fuiſſe talem, vt hic fuit. Imo expreſsè dictum de naſcituris in vita patris, qui deberent deferre nomen & arma donatoris: quod fieri poteſt,vt l.hoc iure.§.ſi.ff.de donationib.& Benedict in repetitio.cap.Raynutius. fol.viij. col.ij.nu. xlnij.cum ſequent.colum.de teſtament. & dixi ſuprà in quæſtion.cxvj.incipiente,nobilis vir Franciſc. de Nobalis: quia poſtquàm dominium fuit tranſlatum, & poſſeſſio per retentionē vſusfructus, ac etiam per ſtipulationem patris vel notarij ad maſculum etiam naſciturum,vt dictū eſt,neceſſario concluditur quod in eis pater habeat vſumfructum, ſecundum Paul.de Caſtro & Doct.ſuprà allega. in dicta l.quod dicitur. per d.l.cum oportet. tamen iſte paſſus aliquibus ex dominis viſus fuit dubius,quia Docto. non tangunt caſum noſtrum in ſpecie, licet dicatur poſſe patrem filiis naſcituris ſtipulari, ſed non in eo caſu vſumfructum patri acquiri. Sed ego idem fore dicendum in caſu noſtro putarem, propter retentionem vſusfructus & ſtipulationem ſubſequutam. Et iſta fuit mens & intentio tam donatoris quàm donatarij, & patris filiæ,cui ita per literā declarauit: aliàs matrimonium
35 non fuiſſet celebratum. †Quia ſi dictus de ſan.Gouhart habuiſſet maſculum, qui poſtea deceſſiſſet, quod vſumfructum nihilominus retinuiſſet. Et licet Placentinus voluerit contrarium,& malè,ſecundum gloſſam in l.ij.C.de bonis mater.quia pater per mortem naturalem filij in poteſtate conſtituti non perdit vſumfructum, niſi concurrat in aliqua parte hæreditatis cum aliis,vt eſt textus in l.ſina. §. ſin vero. C.ad Trebellianum.& in l.finali.in fine. C.commu. de ſucceſſ.& ibi per gloſſam.& vtrobique per Doct. & Franciſ.de Aret.in conſilio lxxij.incipi.preſupponitur in facto.in princi.& text.in l.iiij.C.de bo. quæ liberis.& Gulielm.Benedict.in ſua repeti.capit.Ray-
34 nutius fol.cxvj.num.dcxxxv.de teſta.†Nec etiam per mortem ciuilem filij perdit vſumfructum, vt voluit Bar.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.in vj.quæſtione. quem ibi ſequuntur Docto. ff.de damno infecto.de quo latè dixi ſuprà in q.vj.inci.alia fuit orta queſtio.
35 †Nec aliter per emancipationem, vel ingreſſum religionis pater perditvſumfructum,l.de emancipatis. C.de legi.hæred.& d.l.cum oportet. §. ſancimus. de bon.quæ libe.& Philip.Corn. in conſil.j. in litera K, vol.ij.& Alexan.in conſi.cxl.col.iij. lib.ij. Tum quia iſta donatio fuit inter viuos. Nec ei reſeruatio vſusfructus per dictum donatorem facta obſtat quominus dicatur perfecta donatio inter viuos, vt voluit Alex.in conſi.clviij.incip.viſo inſtrumento donationis.col.vltim.verſi.non habet etiam dictę donationi obſtare.libr.ij.per textum in dicta L. quiſquis. & l.ſi quis argentum. §.ſed ſi quidem. cum illa reſeruatio ſeu retentio habeat vim traditionis. idem tenet Bal. in conſi.clxxxv.& latius conſi.cclxxiij.vol.ij. etiam ſi in retentione vſusfructus donator dixerit & ordinauerit,quod poſt mortem ſuam bona donata venirēt ad donatarium. Quia illa verba non alterāt donationem inter viuos.l.cum maritus. §.mulier. ff.de pact. dota.& Ang.in conſil.cliij.incipien. domina Antonia.vbi concludit verum eſſe quando interuenit traditio vera vel ficta per cōſtitutionem precarij,vel retentionē vſusfructus:aliàs eſſet donatio cauſa mortis
36 in illo caſu,d.l.ſi donatio per epiſtolam. † Et ſic declaratio per donatorem facta trahitur retro ad tempus donationis factæ.cap.cum tu.de vſur.& eſt gloſſ. quam faciunt Doct.ſingu.in l.ſi mulier. in princi. in verbo ſi mortis cauſa. ff.de leg.iij. vbi dicit donationem inter viuos, quæ ab initio valet, ſortiri ſtatim ſuum effectum:quia non ex teſtamento, ſed vi pacti; & idem ſi ab initio non tenet, vt eſt donatio inter virum & vxorem, quæ morte tantum confirmatur, l.donationes. C.de donat. inter virum & vxorem,& per totum.ff.co.titu:tamen dicitur obuenire ex iudicio inter viuos,nō autēm ex vltima voluntate.& hoc quando interuenit traditio vera vel ficta; ſecundum gl.& Bart.in l.Papinianus.ff.de dona. inter virum & vxorem.& Bartol.in l.quod de ſuo.in fine.C.de dote cau.non numera.& Ang.in conſi.v.incip. Ang.col. ij.& ſing.Franc.de Aret.in conſi.lxxiiij.col.iij.verſ.ij. moueor.& verſi.ad ſecundum igitur venio.& Socin. in conſ.xxxvj.col.j.verſic.ergo dictus Ioan.incip.viſo teſtamento dominæ.lib.ij. cum aliis allega.per Lud. Bolog.in d.l.ſi mulier. de lega.iij. Concluditur ergo viſis prædictis, præcipuè declaratione per ipſum donatorem de vſufructu facta, dictum defunctum de bonis modo prædicto donatis non fuiſſe tempore mortis ſaiſitum,& per conſequens nec eius hæredes in vim conſuetudinis. Quia mal da chi ano ha la cāpana de ſan Petro,l.ſi vniuerſæ. C.de leg.& per conſequens non poſſe ſequeſtrari facere bona inter viuos, eidem de ſan. Gouhard. & ſuis futuris maſculis donata.& plures ex dominis ita tenebant, & alij cōtrarium: an bene ex prædictis colligitur. Quia idola non colimus, ſed veritatem, & ad iudicandum pro iuſtitia arctamur,l.in ſacris.& ibi Bar.per illum text. C.de proxi.ſac.ſcrin.lib.xj.& Bart.& Bald.in l.proximè.ff.de iis quæ in teſta. delen. & pendente opin. & diſputatione fuit cauſa per Regem & magnum eius conſilium euocata.

SVMMÆ.

1 *Effractorum furum an ſit pœna mortis. & num. 4. & 7.*
2 *Furantes in itineribus,& ſyluis qualiter puniendi.*
3 *Aperiens ianuam non animo furandi, an teneatur, ſi aly intrent & furentur.*
5 *Furtum vnum magnum æquipollet tribus.*
6 *Enorme delictum quod dicatur.*
8 *Turbam quot homines faciant.*
9 *Mori non debet quis pro vno delicto,quantumcunq; enormi.*
10 *Iniuria à multis illata eſt maior.*

Quæſtio CLXXIII.

Si plures ad numerum ſeptem vſque de nocte armati aggreſſi fuerint,cum fractura oſtij domum alicuius prædæ cauſa: & fractis oſtijs,& portis,ac ruptis ſcriniis,ſeu coffris,quicquid in eis erat rapuerint, & importauerint, quænam eſſe debeant partes iudicantis in condemnando.

DECISIO CLXXIII.

ET † primò videtur, quod 1
pœna legis Iul.de vi publica, quæ eſt deportatio cum publicatione bonorum, l. qui dolo. in fin. ff. ad leg. Iul.de vi public. quia qui conuocata ſeditione villas expugnauerint, & cum telis & armis bona rapuerint ea lege, de vi publica tenentur, vel debent fuſtibus cædi, & in metallum damnari,vt l.prima.§. item & effractores. cum l.ſequenti.ff.de effracto.& expilato. vbi dicitur, quod qui effracto pariete,vel ſecundum glo.ibi perforato,pecuniam etiam ciuitatis Roma. abſtulerint, quod aut deportari,ſi ſint nobiles,vel fuſtigari, & in

metal-

metallum damnari debent,ſi plebeij,& ignobiles.Et ita tenet Cæpo.Veronen.in repet.auth.ſed nouo iure.fo.pen.col.j.verſi.ſecundo caſu principali.quando fures ſunt improbiores, &c. ibi, ſi verò loquimur, quia licet crimen ſit enorme, cum ſit fractura oſtij, vel capſæ,vel alterius rei,tamen ſiue diurni, ſiue nocturni, non debent cõdemnari ad mortem quod dicit eſſe bene notandum.Quia multi crederent de iu-
2 re contrarium.†Et idem dicit ibi,ſo,vlti.col.ij.verſi. ſecundo caſu. quando aliqui furantur in itineribus, vel in ſtrata publica, vel in ſyluis,vel in domibus, vel in mari,per vim,& cum armis, vel ſine, vt tunc pœnis legalibus debeant ſubiici, vt dicit text.in d.auth. ſed nouo iure.vnde ſi ſemel tantum id commiſerint, dicuntur ſimplices latrones,&non debent furca ſuſpendi propter furtũ,vel ſpoliationem, l. capitalium. §.graſſatores.& glo.in §.famoſos.ff.de pœnis.& glo. in ca.ſi quis fortitudinem.xxiij.quæ.iij.Si verò interueniret homicidium, tunc pro homicidio deberent mori: & pro iſta opin.facit bonus text.in l.ſi quis ex domo.cum l.ſeq.quæ incipit,qui iniuriæ.in princ.& ibi Angel.ff.de furt. vbi dicitur, quod ſi quis acceſſit ad domum alterius, & de domo rapuit bona nemine ibi exiſtente, tenetur actione vi bonorum raptorum in quadruplum, ſi paratus erat vim facere, vbi reſiſtentem inceniſſet, & not.Bart.in l.j.ff.vi bonor. rap.& l.ij.§.damni.cod.titul.& Ang.Are.in §.ex maleficiis.col.ij.verſi.vnde teneas quod omnis fur.de a-
3 ctio.& in dicta l.qui iniurię.in princ.dicit,quod †licet quis aperiat ianuam.& intret domum,non vt furetur, ſi alij intrant, & furantur, quod non tenetur, pro hoc tex.in l.verum.ſecus ſi animo furandi interuenerunt,quia tunc tenetur de furto aliorum. l.prætor.§.ſi quis non homines.ff.vi bono. rap.etiam talis non reperiens reſiſtẽtem incidit in pœnam.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.ſecundum Philip. Corn.in cõſ. ccvij. in litera T, vol.ij. & in iſtam partem inclinat ſingu. Alex.in conſ.ciij.incip. videtur prima conſideratione.lib.vj.& in conſ.cxxv.in fi. eo.lib. per d.§.item & effractores.& pulchrè & amplè Rapha. Fulg. in conſil. clvij.incip. ſtatuto tenoris qui ſequitur.cui ſe ſubſcripſit Rapha. Cuma. volentes etiam ſi ſæpius noctis tempore,ac effractis, ſeu perforatis foribus id fecerint, quod aut pœna relegationis, aut inferiore forent puniendi. Si verò ſint noneſtiores, & natalibus nobiles,eóque mitius eſſent puniendi, vel quod minores annis xxv.& dicit ibi Cuman.in fin.ita alias conſuluiſſe,& per iudicem ad bannum contra talem criminoſum proceſſum fuiſſe, & ſic ſæpius obſeruatum audiuiſſe,vt in caſu noſtro aliqui erant minores,
4 vt Ludouicus,& Henricus Angladez fratres. †In cõtrarium tamen eſt text. in l. hi qui ædes alienas aut villas.ff.ad leg. Iul.de vi publi. vbi tales effractores atrociores dicuntur,& etiam improbiores fures.l.ij.§. damni.Bartol.in d.§.item & effractores qui cum armis effregerint, expugnauerint, & expilauerint, debent capite puniri.& ita per illum text. tenet Guid. Pap.in quæ.cccxxxij.& Iac. de Bellouiſu in ſua praxi, de criminibus,tit.de furt. & latro.fol.xxvj.col.iij.per tex.in d.auth. ſed nono iure.in fin.cum not.ibi,& in §.famoſos.& iſtud tenet Bald.in d.authent.ſed nouo
5 iure. † quando eſt furtum vnicum & magnum, per tex.ibi in fi.quia tale furtum æquipollet tribus arg.l. ſi is qui tres.ff.de excuſ.tut. & propter enormitatem licitum eſt tranſgredi iura, vt voluit Innoc.in c.j.de conſtit.cum alijs per nos alleg.in tract. de ſeditioſis. &idem dicit in c.j.§.iniuria.ver.furtum.de pace iura. firma.& Ang.in l.quod ſi nolit.§. qui aſſidua. & ibi Cæpol.Veronen.poſt princ.verſi. & adde ſecundum Angel.ff.de ædil.edict.& Ab.Sicu.in c.inter alia.col. vlti.de immunita.eccle. & Ang. Aret.in §.ex maleficiis.col.ij.de actio.& inſti.vi bon.rap.in princi. & in 6
tract.ſuo malefi.in verb.veſtem cæleſtem. † Et dicitur enorme delictum quod ſit cum effractura oſtij, vel ſcrinij,ſecundum Fulg.& Paul. de Caſtr.in d.authent. ſed nouo iure.& Cæpol.in d.§.qui aſſidua, vt fuit in caſu noſtro.Et mirum, quod Docto.ſuprà allegati non reſpondent ad illam l.hi qui ædes alienas. Quid dicendum? † quod quando ſemel aut bis tan 7
tum plures aggreſſores non facientes turbam,id cõmiſerint,quod non puniantur capitali pœna,per dictum §.famoſos.iuncta gl.& d.auth.ſed nouo iure.& ſic intelligitur per Doct.d.l.in eadem cauſa. §.in eadem cauſa.& §.f.ff.ad leg.Iul.de vi public.igitur prima opinio eſt vera,& ſeruatur in curiis: niſi interueneritt homicidium: quia tunc capite puniuntur. Sed econtra illi qui reſiſtunt violentiæ, etiam ſi homicidium commiſerint,non tenentur, ſecundum glo. & Docto.in l.quoniam multa facinora.C.ad leg.Iul.de vi publi.& tenet Cæpol.Veronen.in conſi.xxxvj.coiij.verſic.nec obſtat vltimo.& Bonifa.de Vitalinis in ſuo tract.criminum tit.ad leg.Iul.de vi publica. † Si 8
vero cum turba & armis, quam faciunt x. aut xv. l. prætor.ff.vi bon.rap.tunc pœna capitis puniuntur.d. l.hi qui ędes alienas.& ita intelligit illam legem Bonifacius deVitalinis in d.tit.de vi public.& aliter iudicio meo non poſſunt intelligi iura ſuprà alleg. & ita tenui in d.tract.de ſedit.in ſolutio quæ.fol.xxxiij. col.ij.verſi.& ſi in tali turba &c. † alias pro vno de- 9
licto quantumcunque enormi non debet quis mori, ſecundum Salic.Fulgoſium.Pau. de Caſtr.& Cæpol. in dicta authen.ſed nouo iure. & idem tenet ibi Frãciſc. Aret.vbi dicit,quod communiter multi non ſequuntur illam deciſionem Bald.& quod non ſeruetur in practica.& idem Ioan.de Ana. in c.fin.de fur. quia plus delictum aggrauatur ex frequentia, quam ex magnitudine rei ſubſtractæ.& idem tenet Iaſo.in d.§.ex maleficiis.col.ij.verſi.dicebat etiam circa prędicta Bal.&c.& Alex.in additio.ad Bar.in verb.enormi.in dicta authen. ſed nouo iure. & in conſil.v.col. vltim. verſicul. Aliæ verò contrarietates. lib.j. & Iaſ. in l. j. in primo nota. verſicul. item per dictum Innocent.C.de precib. imperat. offe. vbi refert Ioannem Bapt.de Caccia lupis in l.cum ſeruus.ff.de condict. ob cauſam, euaſiſſe quendam periculo mortis, qui cõmiſerat furtum mille ducentum ducatorum, licet fuiſſet magnum: & ſolum fuit punitus pro vno furto,& quod ita conſuluerunt quidam Doct. Peruſini.& plerique Ferrarienſes: licet magis puniri debeat,qui fecit magnum furtum, vel delictum,quàm paruum,ſecundum Alb.de Roſ.in l.j.§.j. per illũ tex. ff.de abigeis.quia ſi publici latrones graſſatores, qui non gaudent immunitate eccleſiæ, dict.c. inter alia pro primo latrocinio non ſuſpendãtur. d.§.famoſos. & §.graſſatores.quia ſæpè & ſæpius requiritur quod id commiſerint,vt ibi:& in l.ſeruos. C.ad leg.Iul.de vi public. ergo nec iſti raptores bonorum, qui cum fractura oſtij &ſcamni rapuerunt ſemel.Ideo in pœnis eſt interpretatio benignior ſequẽda, vt in regula iuris,in pœnis,& tenet Guid. Pap.in d.authentic.ſed nouo iure.col.vlt. Et fuit concluſum in curia contra Lud.& Henricum Anglades fratres, & alios duos eiuſdem facinoris conſocios Xanton.ſc.quod fuſtigarentur.ſed poſteaſuperuenerunt noui teſtes accuſantes dictos violatores,effractores domorum,&raptores bonorum de aliis violationib.domorum,in quorum condemnatione capitali non interfui. Et pro ſupradicta concluſione facit quod dicit Bald. in l.iu-

iubemus §.fin autem.C.ad Trebel.quod ſi ſtatutum velit accedẽtes ad domum alterius cum hominibus armatis puniri graui pœna:quidam acceſſit cum vno homine armato,nunquid punitur illa pœna? & dicit quod non.†Et ratio eſt,quia grauior eſt iniuria quæ à pluribus fit, l.ſi plures ſerui. quæ eſt ad hoc not. & ibi Alex.in addi.quæ ſoluit arg.d.l.ij.§.hominis.verſi ſed ſi vnius.ff.vi bo.rap.quia ibi loquitur de damno, & non de iniuria perſonæ.

SVMMÆ.

1 *Furtum factum perquirere an liceat in domo cuiuſuis.*
2 *Seruum fugitiuum, vxorem, & monachum licet in domo cuiuſuis latitantem perquirere.*
3 *Debitorem latitantem non tenetur quis exhibere.*
4 *Delinquentem an liceat in domo potentis latitantem perquirere.*
5 *Iniuriarum actione non tenetur, qui furtum in domo mea quæſitum non inuenit.& nu.6.*

Quæſtio CLXXIIII.

Licitum an ſit domino authoritate iudicis perquirere re[5] ſubtractas,quas ſuſpicatur eſſe penes aliquem in domo ſua, ſiue præſidis,ſiue ſenatoris, ſeu conſiliarij Regis: & ſi non inuenerit,teneatur actione iniuriarum.

DECISIO CLXXIIII.

1  T † videtur quod non poſſit perquirere, per text.in §. conceptum, ibi, cum enim requiſitio rei furtiuæ hodie ſecundum veterem obſeruãtiã nõ ſit &c.&ibi tenent Io. Fab.Io.de Plat. & Ang.Are. inſti.de oblig. quæ ex delict. naſcun.l.j.§.hocautem ſenatus.& tenet glo.in verbo prædia.quam ibi ſequuntur Bar.Bald.& Ang.ff.de ſer.fugi.& idem tenet Alb.de Roſa.in l.diuus.cod.tit.& Cin.poſt Pet.de bella Pertica,ibi Bar.Bald.& Pau.de Caſt.Ange.Alb.de Roſa. & de ſancto Geor.& Moder.in l.requirendi.C.eo.ti. & Anch.&Ioan.de Ana.in cap.qui cum fure.de furtus.†Fallit in ſeruo fugitiuo,vt dictis iuribus,& in vxore perdita,vel monacho,ſecundum Ioan.Fab.in d. §.conceptum.& Pau.de Caſt.& Iac.de ſancto Geor. in d.l.requirendi.& Alber. in d.l.diuus.& in prædiis ſenatorum etiam poſſunt inueſtigari.d.§.hoc autem ſenatus.Vide bon.text.in l.ſi. §.fin.ff.de libe.homin.
3 exhib. † Vbi quis non cogitur exhibere debitorem alicuius,qui aufugit in domum alterius, per interdictum de homine exhibendo.Et ita per illum tex.tenet Ioan.de Plat.in §.præterea.inſti.de actio. & Bal. in c.generali.ſi de feud.defunct.conten. ſit inter do. & agnat.tamen ſecũdum eũ poteſt agere actione iniuriarum. Sed hoc dictum Bald.limitat Geraldus de Petra ſancta in fing. xvij. quando debitor non habet bona ſufficientia,in quibus non poſſit mitti, per tex. in d.l.ſi.§.fina. & pro hac parte eſt text. ſingul.in l.j. verſi.ſin vero flagitioſa ignauia deliteſcat: per eum, in cuius domo fuerit,inuigilãtibus extrinſecus quo-
4 que officiis publicis &c.C.de deſerto.lib.xij. † vbi ſi in domo alicuius potentisdomini delinquens latitet, quod ſeruientes publici non debent intrare domum potentis,ſed extra debent ſtare.Sed intellige hoc verum eſſe,niſi cum authoritate & mãdato iudicis fiat, vt d.§.hoc autem,& d.l.diuus.& d.l.requirendi.quod intelligunt Doctor.verum ſi eſſet ſuſpicio contra aliquem,vt apparerent leuia indicia, & iurando quòd ſuſpicatur, quòd ſint penes illum : tunc implorando officium iudicis,vt det ſibi familiam, tunc poteſt requiri : quia cum quis poſſit capi & torqueri propter indicia,ergo à fortiori inquiri: aliàs nõ ad vtilitatem ſeu requiſitionem priuati, ſecus ad vtilitatem publicam, quia ſine talibus indiciis poteſt concedi ſecundum Doct.in l.omnes.de aquæ ductu.lib.xj. Tamen Ang.Aret.in tract.ſuo crimmum in verbo,cæleſtem veſtem.tenet,ſimpliciter poſſe requiri. Et licet præcedens ſit de iure verior,tamen iſta cum authoritate iudicis ſeruatur de ſtylo,de quo Alexan.in l.hoc-amplius.§.de his.ff.de dam.infect. & tenet Spec.in titul. de inſtru.edit.§.videndum.verſic.pone inſtrumenta patris.& Ancha.in clemen.j.de vſuris.& Hippoly.de Marſi.in l.j.verſi.quæro vlterius antequam tranſeam. ff.de quæſtio.& Anch.in d.c.qui cum fure. in ij. q.& ibi Ioan.de Ana.de furt.aliàs iudex punitur, vt in dictis iuribus.& Guido Papæ in dict.l.requirendi.†Et 5
per prædicta eſt ſoluta alia quæſtio,quòd talis ingrediens domum alterius cauſa prædicta, licet res furtiua ibi non inueniatur,non teneatur actione iniuriarum, cum authoritas iudicis eum excuſet, vt voluit Guido de Suza.d.l.diuus.quam ibi ſequuntur Alber. de Roſa.& glo.& Io.de Plat.in l.quoſ.am.C.de metal.& metal.lib.xj. aliàs teneatur actione iniuriarum, l.iniuriarum.§.fi.& l.his qui domum. ff.de iniur.& l. iij.ff.de acquir.rer.domi.Et ita fuit concluſum in curia, in quadam cauſa contra magiſtrum Aymericum Martin.eiuſdem curiæ aduocatum.

SVMMÆ.

1 *Religioſus in hoſpitali mortuus an ad ſuum conuentum ſepeliendus deferatur,& nu.6.& 7.*
2 *Sepelire an debeat religioſus viator in eccleſia parochiali,vel cathedrali,vel ſuo monaſterio.& nu. 3.& 4.*
5 *Clericus peregrinus vbi ſepeliatur.*

Quæſtio CLXXV.

Quidam religioſus ordinis ſancti Dominici exiens de conuentu cũm licentia prioris conuentus Iacobitarum Reolæ, in quo idem religioſus profeſſionem non fecerat, pro ad ſuum conuentum reuertendo,licet per duos ante annos ibidem mãſiſſet,ſe in hoſpitali eiuſdem loci Reolæ propter infirmitatem retraxit,vbi deceſſit.Quæritur an debeat in conuentu ſepeliri, aut in eccleſia parochiali,vel cœmeterio hoſpitali.

DECISIO CLXXV.

Dico † quod ſi dictus religioſus fuiſſet eiuſdẽ conuentus profeſſus, non eſſet dubiũ quin in ſuo conuentu &monaſterio deberet ſepeliri, ex quo poterat ibi commodè portari,vt c. religioſi. de ſepultu.lib.vj.† Sed iſte cenſe- 2
tur viator & peregrinus.Vnde ſecundum Archi.in c.j.eo.titu. & lib. debet in eccleſia parochiali illius loci ſepeliri,argu. c. eccleſias. xiij.q.j.& idem tenent Archid.& Ioan.de Turre cremata.& Lapus in d.c.religioſi.&Pau.de Leaza.in cle. dudum.eo.tit.†Sed gloſſ.in ca.in noſtra.eo.tit.in an- 3
tiq.quam ſequuntur.Inno.Ioann.And.& Zabarel.in c.j.eod.tit. tenet quòd apud eccleſiam cathedralem, argu.c.vbicunque.xiij.q.ij.& idem Cardin.in cle.dudum.§.verum.quæſtio.xx.de ſepult. † Sed Anton.de 4
But.in d.c.j.dicit,quòd talis religioſus debet ſepeliri in monaſterio ſui ordinis,vt xvj.quæſt.j.c. j.in fin.ibi mortuum non ſepeliat,niſi monachum in monaſterio

rio ſecum commorantem, vel ſi fortuito quęquam aduentitium fratrum ibi mori contigerit, & ibi gl. quod dictum Ant. forte ſecundum Abb. Sicul. non procedit, vt ſtatim dicam. † Si verò ſit clericus ſecularis peregrinus, tunc debet ſepeliri in eccleſia cathedrali. Sed Abb. Sicu. in d.c.j. non facit differẽ etiam inter religioſos & ſeculares clericos, & ipſos laicos, argu. cap. attendendum. de conſecrat. diſt. j. & d.c. religioſi. in laicis tenet ibi Ant. quòd ſi traxerunt moram in loco per aliquod tempus, vel venerunt animo ſtãdi ibi per aliquod tempus, ſicut ſunt ſcholares, tunc debẽt ſepeliri in eccleſia parochiali in qua degunt: quia illa dicitur eorum eccleſia parochialis, vt no. in c. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſſ. & per gloſ. in cle. j. de priuilegiis. & ipſum in hoc ſequitur Abb. Sicul. in d.cap. j. & in d. c. in noſtra. & idem tenet Calder. in conſi. iij. titu. de ſepul. Et iſtud dictum facit multum pro religioſis mendicantibus, & contra Abb. Sic. iudicio meo: quia religioſi mendicantes qui non habent proprium monaſterium aut conuentum niſi illum in quo vltimo miſſi ſunt, & ex obedientia per tempus & tempora per omnes conuentus eorum ordinis tranſmittuntur. Ergo in ipſis conuentibus ſepeliẽdi ſunt, quia ibi cauſa morę tranſmittuntur, & ſacramenta recipiunt eccleſiaſtica, & ſic non cenſentur tales religioſi peregrini & tranſeuntes, ſi portari poſſunt. † Ideo in caſu noſtro religioſus exiẽs, vt dictum eſt de dicto conuentu Reolæ intrans hoſpitale, & ibi decedens, debet ſepeliri in conuentu ſui ordinis, ex quo exiuit, & moram traxit. Et illud dicitur proprie monaſterium ad quod commodè portari poteſt, iuxta dictum cap. ſi religioſi & cap. nimis. in primo. & ibi Abb. Sicul. de exceſſ. præla. vbi dicitur, quod poſſunt eligere ſepulturam, ſi ſunt in remotis extra eorum monaſterium, vt tenet ibi Innoc. quem ſequuntur Abb. & Doctor. ibi, & Hoſtien. in c. quod de vxore. de ſepultu. & Archi. in d. c. j. xvj. q. j. & c. vt priuilegia. de priuileg. & ibi Hoſtien. & Doct. & hodie eſt tex. in d.c. ſi religioſi. lib. vj. Sed ſi commodè portari poſſunt in eorum conuentum, debent ibi inhumari. vnde hic cenſentur, ac ſi eſſent in ipſo conuentu, quia præſens habetur qui in hortis eſt, l. præſens. cum l. ſeq. & ibi Bald. & Alex. in addi. ad Bar. & Alb. de Roſa. ff. de procura. & etiam bonus tex. in c. is qui in ſi. de ſepul. lib. vj. & ita intelligit Philip. Franc. in d.c. ſi religioſi. in penult. q. & etiam de Anch. videlicet quod religioſus, qui in remotis deceſſit, ſepeliatur in eccleſia parochiali, ſi non electa ſepultura deceſſerit: aliàs in loco monaſterij ſui ordinis, ſi commodè poteſt portari. & ita alleg. Abb. Sicu. & tenet Henri. Bohic. in d.c. j. & Ang. de claua. in ſua ſumma, in iij. part. tit. x. c. v. in princ. quemadmodum dicitur de nouitio ſeu ingreſſo religionem, qui moritur intra annum probationis, quod ſepelietur in conuentu ſeu monaſterio, in quo habitum recepit, & non in prima eccleſia, vnde prius erat parochianus, ex quo fuit cõuerſus, & mutauit ſeu mutare voluiſſe videatur domicilium, & ſic deſinit eſſe parochianus primæ eccleſiæ, c. ſi. de parochia ſecundum Goffre. & Hoſti. Ioan. And. & Anton. de But. in c. de his. quos ſequũtur ibi Anch. & Abb. Sic. de ſepult. & Pet. de Peruſ. in tracta. de canonica portio. verſic. xij. quæritur, & Abb. Sic. in c. ij. eo. tit. & Philip. Franc. in c. ij. in prin. eo. tit. lib. vj. licet ibi Archid. Dominic. teneant cõtrarium, ſequendo Tancred. † Sed in vtroque caſu præcedentem opinionem Sylueſter de Prierate in ſua ſumma intitulata Sylueſtrina: in ſecunda par. tit. de ſepul. §. viij. verſi. ſecundum peregrini. & verſ. ſeptimum religioſi. vbi dicit in d. verſic. ſecundũ peregrini. quod ſtandum eſt conſuetudini: quæ ſi non apparet ſtabitur diſtinctioni domini Ant. de But. quia optimè iuribus iura concordat. & opinioni diſtinguenti regulariter ſtatur, vt ibi dicit. & in verſic. ſeptimum religioſi, quod nouitij debent vſu & cõſuetudine ſepeliri in illis monaſteriis, in quibus aſſumpſerint habitum. Et ita concluſum fuit in fauorem ſyndici fratrum prædicatorum cõuentus Reolæ ab Seneſchallo Bazatanen. ſeu eius locumtenen. appellantis contra magiſtrum Io. Virazel rectorem ſeu curatum parochialis eccleſiæ Reolæ. Et latum arreſtum die 21. Iulij, Anno 1522.

SVMMA.

1 *Sepultura legatum vni eccleſiæ factum an habeat alia eccleſia, in qua fuit ſepultus. & nu. 2. 3. & 4.*

Quæſtio CLXXVI.

Teſtator elegit ſepulturam in eccleſia collegiata ſancti Ioannis de Medico, cui reliquit ducentos Francos Burdegalen. pro vna miſſa quolibet die Mercurij in ſeptimana celebranda, & alia legata ibi fecit: qui quidem teſtator poſtea ob proceſſus, vel alia ſua negotia proſequenda, deceſſit Burdegal. & ibi in eccleſia & conuentu beati Auguſtini ſepeliri voluit. Quæritur an dicti fratres beati Auguſtini ſint admiſſibiles ad petendum dicta legata prædictæ eccleſiæ S. Ioannis relicta.

DECISIO CLXXVI.

ET † breuiter dico, quòd iſti fratres beati Auguſtini non poſſunt petere prædictum legatum pro miſſa celebranda factum eccleſiæ beati Io. nec legatum anniuerſarium, per ea quæ decidit Cin. poſt Pet. de Bellapert. in l. j. verſi. ſextò quæro. C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi dicit quòd quando reliquit eccleſiæ parochiali decem, & tempore teſtamenti habitabat in vna parochia, & tempore mortis habitabat in alia, in qua ſepultus fuit, recurrendum eſſe ad coniecturas. Et coniecturis ceſſantibus, ſi legatum erat modicum reſpiciens ſumptus tantum funeris, tunc debetur illi in qua eſt ſepultus. † Si verò eſſet magnum, tunc debetur eccleſiæ parochiali, in qua erat tempore facti teſtamenti, cuius contemplatione feciſſe videtur, vt l. nec adiecit. ff. pro ſoc. Et eum ſequuntur Gul. de Cugan vlt. q. Sali. & etiam Pau. de Caſt. in d. l. j. vbi Guli. alleg. tex. in l. alumnæ. §. Titia liberta. ff. de adi. leg. & tenet Barto. Socin. in l. quæ conditio. §. fin. in iiij. q. ff. de condi. & demonſt. & Rom. in auth. ſimiliter. in xxxiij. priuileg. C. ad leg. Falc. & Iaſ. in d. l. j. in lect. Papien. & in terminis conſuluit Fed. de Sen. in conſi. x. inci. caſus talis, quidam elegit ſepulturam apud fratres minores. Imò plus vult, quòd eccleſia in qua prius elegerat ſepulturam, non teneatur ſoluere canonicam portionem de ſibi relictis, ſed eccleſia in qua fuit ſepultus. & tenent Ioan. And. & Dominic. Petr. de Anch. & Philip. Franc. quando eſt expreſſum nomen ſancti ipſius eccleſiæ, prout factum fuit hic, vel etiam quando teſtator non mutauit parochiam, ſed tempore teſtamenti habitabat in vna, & tempore mortis in alia, vt etiam fuit hic: quia venerat ad hanc Burdegalam ciuitatem cauſa proſequendi certum proceſſum. & ſentit Abb. Sicul. in conſi. cxix. ver. circa ſecundum dubium. † Alias verò ſi mutauit in totum parochiam, debetur illi parochiæ quæ erat tempore mortis, cùm illud tempus ſit conſiderandum, argum. l. placet. cum ſequen. ff. de libe. & poſthum. & l. quidam. ff. de vino & triti. leg. & l. ſi ita. ff. de aur. & argen. leg.

4 †Aduerte tamen,quòd Guli.de Cug.in d.l.j.loquitur, quando teſtator murauit domicilium & parochiam,quòd prima eccleſia habeat legatum. & idé Io.And.in d.c.ij.& Alb.in d.l. quæ conditio.§.fin. Tamen opin.Pet.de Ancha.videtur mihi magis æqua, & iuri conſona, ex quo mutauit domicilium cauſa perpetuæ moræ, vt arg. c. is qui. de ſepul.niſi aliud appareat de mente teſtatoris. l. ſi ſeruus plurium.§.j.ff.de leg.j.Et ita concluſum fuit in curia:& latum arreſtum in fauorẽ Ant. de Caſſebonne à Seneſchallo Aquit.ſeu eius locum tenente appellãtis, contra ſyndicum dicti conuentus fratrum Auguſtinorum intimatum die xij. Iul. Anno 1522. & domino & magiſtro Pet.de Ciret. domino de ſanct. Forti proceſſum reportante. Sed quia hæc electio ſepulturę per ipſum teſtatorem nouiter facta in eccleſia fratrum beati Aug. probata extitit per 4. teſtes ſingulares,dubium fuit an valeret probatio. Et concluſum fuit quòd ſic,vt tenet Guid. Pap.in terminis in q.544.

SVMMÆ.

1 *Ligni appellatio quid contineat.*
2 *Frumenti appellatio non continet farinam, tamen prohibita venditio frumenti comprehendit farinam.& nu.5.*
3 *Papyrus Ægypti,& quis eius inuentor.& nu.4.*
6 *Nauium venditores, quando debent laudimia.& num.8.*
7 *Domus appellatio quid contineat.*
9 *Vinum ad vendendum portare prohibitus, non poteſt,nec cauſa guſtandi vaſculum portare.*
10 *Vrni appellatio.*
11 *Cupreſſus ex quo optima naues.*
12 *Libri Numæ.*
13 *Cupreſſi mons apud Burdegalam.*
14 *Cupreſſi proprietates.*
15 *Liburnia villa vnde apud Burdegalenſes dicta.*
16 *Naues oneraria,actuaria,& alia.& nu.17.*

Quæſtio CLXXVII.

Ligni appellatione an contineantur naues, ita quod homines prohibiti vendere & extrahere lignum extra territorium, non poſſint vendere naues & galeas.

DECISIO CLXXVII.

1 ITˆ videtur primò, quòd non cenſeatur eſſe prohibitus, cum appellatione ligni ſolum contineatur lignum ſpeciali nomine nõ ſubmiſſum, vt l.ligni. ff.de legatis iij.quia aliud eſt lignum, quod eſt ad comburendum,& aliud materia,quæ eſt apta ad ędificandum, vt ibi cum duabus ll.ſeq. & l.librorum. §.quod tamen Caſſius.& §.chartis legatis. eod.tit. & l.arboribus.in prin.ff.de vſufru.ita, quòd legans omnem materiam, non videtur legaſſe archã, nec armariũ, vt dicitur in d.l.ligni.cum ll.ſeq.& l.quæſitum. §.illud eod.tit.& ibi Alb.de Roſa. in ij.part. ſtatu. q.v.
2 † vbi tenet, quòd appellatione frumenti non continetur farina, quia mutata farina mutatur res, & hoc niſi conſuetudo regionis & patriæ, aut voluntas concedentis aliud velit.l.carbonum. ff.de verb. ſig.& d.l.ligni. §.lignorum. vbi in quibuſdã regio-
3 nibus,vt in Ægypto,arundines & papyrũ,† hoc eſt iuncum,ex quibus ſecundum gl.fit papyrus,& ad illuminari lampades faciendum comburunt. Et etiã ex iuneis vidi ſcriptum librum in inſula Barbara ſupra Arar,id eſt fluuium Saonę prope Lugdunum.
4 † Et inuentor papyri fuit Alexan.magnus, vt refert Plin.in natur.hiſt.lib.xiij.c.xj. ti.de gummi generibus & papyro. Et etiam in quibuſdã prouinciis egeſtione boum pro ligno vtuntur,vt eſt in Hungaria & Hiſpania,ſecundũ glo.ibi in verb. prouinciis. ideo dicit ibi tex. quòd Græci naues lignorum ductrices appellant lignum,aliàs ὕλαι, quod ſignificat materiam. Quapropter materia denotat omne lignum, ſiue quod ex his diuerſa ædificia fiant, ſeu ꝙ Græci ὕλαι, pariter & ſyluam & materiã vocant. Quare in caſu iſto prohibitus vendere & tranſportare lignum, cenſetur prohibitus etiam vendere & extrahere ligamina & naues & galeas extra territorium, & Seneſchallia Aquita.pro quo tex.in cap.ita quorũdam de Iudæis.vbi prohibitus portare ligna Sarracenis & Barbaris,non poteſt eis vendere ligamina galearum, nec etiã profecto galeas vel naues, vt eſt text.in c.ad liberandam. eod.tit. & ibi ita tenent & inferunt Anch. & Io.de Ana. & Fel. ad ſtatuta. in quib. prohibetur vendi materia, quod non poterit vendi materiatum. † Vnde prohibitus vẽ- 5
dere frumentum extra territoriũ,non poterit vendere farinam aut panẽ,quia in talibus non verborũ ſonus,ſed effectus attẽditur.& tenet Bar.in d.l.quæſitũ.§.illud.& ſing.Guid.Pap.in q. cccl xxiij. vbi dicit pluries per Parlamen. Delphi.iudicatum fuiſſe. idem tenet & magis amplè Alex.in conſil. cxxx.incip.ſuper eo de quo quæritur an fideles.vol vj.præcipuè ſecundum eum tẽpore guerræ non licet hoſtibus fidem portare,vt dictis iuribus,& l.j. & ij.C. quæ res exportari non deb.& ibi per Docto. nec etiam hoſtibus ſui principis, vt per Bart.in l.hoſtes. ff.de capti.& per Docto.in c.ſignificauit.& c.quòd olim.de Iudæis.vt dicam in ſeq.q.† Item ex venditione nauium, & galearum, ſecundum conſuetudinem ciuitatis Burdegalæ debentur domino noſtro Regi ventæ & laudimia, ſicut ex aliis immobilibus, quia magis accedit nauis vrbano quàm ruſtico prędio:ſecundum Bald.in l.certi iuris.C.loca.argum.l. j.§.ſi quis de naue.ff.de vi & vi arma. Rom. in l.j.§. domum.ff.ad Sillanianum.& Alex. in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.& idem Iaſ.ibi,ff.de verbo.oblig. & Cæpol.in tract.de ſeruitu.vrba.cap.xj.verſi.quid de naui.Et hoc videtur probari in l.penul.§.fi. ff.de his qui deie.vel effu.† quia appellatione domus nõ 7
ſolùm continentur facta ex lapidibus calce & cementis, ſed etiam domus ex lignis facta,d.l.j.§.planè. in ij. de vi & vi armat. licet interdictum illud non competat, ſicut nec contra deiectum de vehiculo.dict.§.ſi quis de naue. Et fortè non immeritò. Nam quidam dicunt maritima caſtra eſſe claſſem, dicúntque alij nauibus ſe vti, quaſi aquatico elephanto,quem ſuis frenis moderẽtur, vt narrat Leo Baptiſt.in opere ſuo de re ædificatoria, libr. v.titu. de ſingulorum operibus. capit.xij.in princip. † Et 8
ideo fuit quæſtio in curia inter magiſtrum Arnaldum Andrault, contabulariæ Burdegalæ commiſſum, & Heliam Guilhem, Laurentium Sauary, Franciſc. Mary, & ſuos conſortes, an iſti emptores certarum nauium, ab ipſo Rege ſeu eius receptore venditarum tenerentur ſoluere ventas, ſeu laudimia ipſi contabulario. Et concluſum quod non; ſecus ſi ab alio,vt dictum eſt. Et ego allego textum in l. final.& ibi Ioann.de Plat.C.de fide inſtrumen. & iure haſtæ fina. libr. x. & in l. fina. in princip. & & ibi Plat. C. de cenſibus. lib. xj. Et etiam Petrus Heliæ in tractat.de cenſit.& in tracta. de tribu. Et quod ita illos ſequendo tenueram in libr. conſuetudin.titul.de conſuetud. feud. §.xvij. in fin.primæ gloſſ. & idem Maſuer. in ſua praxi. titul. de

iure

Digitized by Google

iure emphyt.in fi.verſ.item ſi ille cui competit. &c. Et latũ fuit areſtum die xxv.Ianuarij,Anno 1522. & ordinationis ſeu edicti potuit eſſe ratio, propter vaſa vinaria infinita cauſa vini grauc ſuauis & delicati omnibus nationib. venundãdi & portãdi apta, quæ vocantur vaſa vinaria, id eſt cuppæ.l.Lucius.§. collegio. ff. de legat.iij. & ſecundum vulgare ipſorum Vaſconum ibi,& per totam riperiam Garonæ ad Tholoſam vſque vocantur baraquæ:& apud Bituriges cuuæ, & Aurelianenſes pinſoni dicuntur, quæ cum vino venduntur, & cedunt vino. Et hoc fit,& ſeruatur in portibus maris, ſecundum Barto. in l.ſi cui.§. ſi vinum. & Alber.de Roſa. ibi. ff. de vino,tritic. & oleo legat.in aliis verò locis attenditur conſuetudo regionis, ſecundùm ipſos ibi.& in l.vino.& in l.vinum.§.illud.eod.tit.aliàs ſi permitterentur ligna per medium nauium extrahi, fieret fraus edicto & priuilegio,& vaſa redderentur chariora: cùm Burdegalenſes, & ferè Aquitani non habeant alium reditum præter vinum quod vendunt Anglicis,Flandrẽſibus, Britonibus, Hiſpanis, Normanis & cæteris huiuſmodi: vnde habent priuilegium quod nullus etiam ciuis vel alius cuiuſcunque dignitatis ſit intra eandem ciuitatem quocunque tempore,nec in ſuburbiis ante natiuitatem Domini,vini vendendi cauſa portare & inducere
9 poſſit vinum etiam cauſa guſtus.† Quia prohibitus portare vinum intra vel extra locum, non poteſt portare vnam fiolam cauſa guſtus, quin incidat in pœnam,vt voluit Bald.in l.j. C. quæ res expor.non debent.& idem Ioan.de Anan.in dict.cap.ita quorundam. verſic.adde etiam quod non ſolum de Iudæ. & And. Barbat. conſi. lvij. num. ix. volum. j. quod bene ſeruant Burdeg. quia in vineis plantandis & turribus ædificandis longè ſunt Aquitani peritiſſimi, quàm alij Francigenæ, vt refert Cæſar in commentariis, libro iij. propterea quòd multis in locis apud eos ærariæ fecturæ ſunt. Et ſimile priuilegium eſt Cremonæ, quod nullus forenſis ducat vinum forenſe ſub pœna vini, vt refert Gandin.in ſuo tracta.maleſi.tit.de reb.non portan.contra deuentum. verſic. Sed pone ſtatutum eſt. Et idem in ciuitate Tergeſti,vt refert Bald.conſil.lxj. ſtatutum ciuitatis Tergeſti.vol.j.Et facit quod dicit Albe.de
10 Roſa.in ij.parte ſtatu.q.v.ante fi.verſ. † Et idem dici poteſt, quòd ſi ſtatuto contineatur, quòd pro quolibet quarto vini ſoluatur denarius vnus, quòd non extendatur ad vendentem ſtellentiam, quæ propriè non eſt vinum.Et de triplici vino, ſeu genere vini vide Aul Gel. in noctiatti. lib.xiij.capit. xxix.ſcilicet nigrum,album,& medium:& nouum, vetus & medium: ac de illorum virtute ibi,& alibi
11 dixi. † Vel certè ratio prohibitionis fuit, quia ex cupreſſis fiunt Liburnæ, id eſt optimæ naues ad bellum nauale aptæ, vt dicit Veget. de re mili. lib. iiij.c.xxxiij. cum ſeq. Et de his nauibus Ptolomeus Philadelphus Rex Ægypti habuit mille quingentas, vt dicit diuus Hier. ſuper Daniel. Et ſunt propriè naues magnæ ſecundum Macrob. in Saturnalibus, refert & ſequitur Luc. de Pen. in rubric. de cupreſ. lib.xj. vnde Leo Bapt.in dict.cap.xij.narrat nauem Traiani ex lacu nemorenſi erutam, quo loci annos plus mille ccc.demerſa & deſtituta iacuerat, in qua ipſe aduertit pinum materiam, & cupreſſum egregiè duraſſe in tabulis extrinſecus duplicem ſuper extenſam & pice atra perfuſam, tv ibi per eum. Sic Arca Noë fuit bitumine linita tam intrinſecus, quàm extrinſecus,vt habetur Geneſ.vj.c.& hoc fuit ſecundum Nicol. de Lyra,propter magnum impetum aquarum, & etiam, quia diu ſtetit *in aqua*.
† Quid de libris Numæ Romani Regis in tumulo 12
eius & intra lapidem quadratum circiter in medio tumulo exiſtente repertos, qui à regno Numæ annis cccclxxxv. tot inſoſſi duranerant: vt dicit Plin. de natu. hiſto. lib. xiij. cap.iij. titul. de libris Numæ. & Pet. Crinitus de honeſta diſciplina lib. ix. c.j. idem de libris Dardani narrans. † Hinc eſt, 13
quòd apud Burdegalam eſt mons cupreſſorum vocatus de Sion, & tales arbores ſine permiſſu principis; non ſunt ſcindendæ, nec alibi tranſportandæ. l.j. eodem tit. de cupreſſ. quemadmodum arbor ſicomorum, vt l. faccularij. §. ſi quis arborem ſicomorum.ff.de extraordi. crimi.† Et de proprie- 14
tate cupreſſi vide amplè Leonem Baptiſt. in dicto ſuo opere,de re ædificatoria.titu.de materia. vbi etiam refert aliqua memoratu digna vltra prædicta. Et etiam Plin. in natu.hiſto. lib. xvj. capit. xxxiiij. titul. de cupreſ. vbi dicit quòd olim ante domos mortuorum cupreſſus in ſignum appendebatur, ſicut hic in Burdegala, & Vaſconia, & in Burdeg. patria ſpargitur palea ante fores domus, aliquem ibi denotans mortuum fuiſſe. † Ex quibus olim 15
poterant apud Burdegalos Liburniæ fieri, & forte villa Liburniæ dicta fuit à Liburnis, id eſt nauibus conſtruendis. Et eſt Liburnum maritimum oppidum,vbi Atruriæ grauiſſimis febribus ſingulas per caniculas vexabantur,obiecto ad mare muro accolæ bene ſe habuere, vt refert Leo Baptiſt. in dicto opere de re ædificatoria, lib. x. titu.de operum inſtauratione. Neſcio tamen ſi loquatur de noſtra villa Liburniæ,quæ bene eſt maritima.Et non poſſit propter fluxum maris quaſi ambientis villam melius deſcribi. Vel eſt Liburnia in Dalmatica,de cuius deſcriptione vide Plinium ij.naturalis hiſtor. lib. iij. cap. xxj. Liburniæ finis. † Et iſtæ naues di- 16
cuntur onerariæ,de quibus loquitur Leo Baptiſt.in dict. cap.xij. vbi ponit nauium partes. & Iureconſultos in l. nauibus longis, atque onerariis propter vſum belli.ff.de cap.& poſtli. reuer. & in l.j. §.igitur præpoſitio. ff.de exer. actio, ibi, quædam enim naues onerariæ, quædam, vt ipſi diſunt, embatæ ſunt. & ita in communibus. ff. paruis hab. Sed debẽt eſſe emphratæ,quæ vndique clauſæ ſunt, à verbo Græco ἐμφράσσω, quod ſignificat obturo obcludóque.Et Plinius tradit has naues à Taſiis inuentas eſſe, ταῦς Græcè, nauis Latinè dicitur. Et in magno volum.impreſſ.ff.epibatæ habetur,ſed in tex.quem ponit Ludo. Bolog. in primis interpretationibus, legitur embatæ ſunt: & melius ſecundum Gul.Budæum in ſuis annotationibus Pandectarum. Quod eſt vulgare verbum aut nauticum, quod ad hanc ſignificationem attinet: & dicitur à verbo ἐμβαίνω, quod eſt nauẽ conſcendo.Sed ſi eſt epibatæ,dicuntur milites in nauibus merentes,quo verbo nõnulli Latinorum vſi ſunt. Sed apud Græcos epibatæ,pro vectorib.accipiuntur,vt ibi per eum,& in l.j.ff.nau. cau. † Et etiã narrat in d.c. igitur.naues actuarias à 17
Latinis dici quæ remis aguntur non modò velis,vt hoc probatur in d.l.nauib. ibi, aut ſi quas actuarias voluptatis cauſa parauerũt:quæ ſecũdũ gl.ſunt agiles ad ducẽdũ,vt ſunt ſcaphę,& apud Burdegal.anguillæ.Et idẽ Catelian° in ſuis memoralib.ex variis Docto.lectionib.in verbo, Emphratæ naues.Et ita cõcluſum fuit propter ſuſpicionẽ guerræ anni præſ. 1522.de qua in ſeq.q.aliquid dicã. aliæ naues,& galeę tẽpore pacis ibi venduntur, ſed lignũ ad cõburendũ extra Aquitaniã ad Rochellã ſeu Rupellam, nec ad alium locum extrahi,vel exportari poteſt.

Digitized by Google

Voluit ergo Imperator esse bellum inter eum ex vna parte, & Reges & populos ex altera: quia, vt dicunt Guliel. de Cug. in l. j. §. qui magistratum. ff. quod quisque iur. & Bald. in proœm. ff. † quod Rex in suo regno æquiparatur Imperatori. Et tantam habet vel maiorem potestatem quam Imperator in imperio, qui ipsum non transmittit ad hæredes, sicut Rex, c. licet. de voto, not. And. de Isernia in c. j. de vasal. decrepit. æta. & Bald. in consil. cclxxvj. & seq. incip. pridie consului. vol. iij. vbi etiam dicit † quod Christus benedictus appellatus est Rex, non autem Imperator, iuxta illud, Attollite portas, &c. Et probatur Io. xviij. vbi Christus Pilato dicenti ei: Ergo Rex es tu? Respondit, tu dicis, quia Rex sum, cum aliis infinitis allegatis per Franc. Curt. in consil. 50. ver. ix. ostenditur, negari non potest. Et per Alberi. Brunum in consil. xlv. & in terminis in consil. xix. & amplè per Barbat. in consil. xxxviij. volu. j. item præsuppono illud quod dicit Bart. in d. l. hostes. dicit, quod quidam sunt populi cum quibus habemus pacem, vt cum Tartaris, & mercatores nostri vadunt ad eos, & illi ad nostros. Quidam sunt cum quibus non habemus pacem, neque guerram, neque aliquid facere, vt cum illis de India multum à nobis remotis. Quidam sunt cum quibus habemus guerram indictam, vt cum Sarracenis & Turcis. & idem sentit Bald. in d. §. item ea quæ ab hostibus. & Alex. in consi. cxxx. lib. vj. Item & tertio præsuppono, quæ sunt merces prohibitæ tam de iure ciuili, quàm de iure canonico. † Et sunt vinum aut oleum aut alia liquamina, vt l. j. & ij. C. quæ res expor. non poss. vbi ad Barbaros vinum, oleum, aut liquamen deferre non licet etiam causa negotiationis, vel commerciorum. Et idem dicit glos. in d. l. quam omnes sequuntur ibi esse in quibuscunque aridis, scilicet victualibus, cùm sit eadem ratio, & l. cotem. in princip. ff. de publica. post expresè dicitur de frumento & sale, vt ibi per gloss. & Docto. & tenet Hosti. in summa de Iudæis & Sarrace. §. qualiter erga ipsos. versi. nedum autem. cum versi. seq. & idem est in ferro & in omni armorum genere, vt habetur in d. l. ij. & etiam in cotibus seu lapidibus, qui sunt ad ferrum acuendum apti. d. l. cotem. & contra facientibus capitis pœna cum bonorum confiscatione imponitur. d. l. ij. & l. cotem. & in Lombardia, de brunicis & loricis extra regnum non vendendis. cum aliis allegat. in tractatu nostro de custod. clauium porta. ciui. in proœm. & istud etiam declaratur in l. j. cum glos. C. de littorum, & itiner. cust. lib. xij. & ibi Barto Odofred. Ioan. de Pla. laco. Rebuf. & Luc. de Pen. vbi Luc. dicit, quod in regno Siciliæ pro expeditione Reipublicæ est statutum quòd non extrahantur equi ad arma: fortè sunt equi de Apulia, & idem dicit Io. Lupus doctor Palacios ruuios in repe. rub. de dona. inter vir. & vxor. versic. per quem text. dicebat, sicut dicitur esse in Hispania de equis iannetis, siue iannetariis, qui non possunt extrahi saltem sine licentia principis Hispani, vel equi Hermogeniani, siue palmati, vt l. vna. C. de grege dominico. lib. xj. & ibi Alciat. & est text. sing. quod equi non possunt extrahi extra prouinciam siue licentia, in l. officium. §. j. ff. de re milita. † Tamen secundum Andr. de Isern. in rubric. quæ sunt regaliæ. si quis veniret vltra mare cum equis & armis, & transiret per regnum Siciliæ, ex quo arma & equi non possunt extrahi sine Regis mandato, liberè sine pœna poterit ipsos extra regnum sine licentia Regis ad locum domicilij conducere, per text. in l. si quis post hanc. versicul. data similiter. C. de ædis. priua. & ibi glos. vltim. Ioann. Fab. Cin. Alber. & Angel. † Et per illum text. dicebat Archid. in cap. sicut. xviij. quæst. iiij. quòd si aliquis à iustitiario extra cœmeterium, vel ecclesiam capiatur, & ducatur per ecclesiam, quod inde violenter extrahi potest, nec videtur immunitas ecclesiæ violari. & vtrumque dictum sequitur Ioannes Lupus in d. repeti. rubr. fol. xxij. colum. j. † Ita quòd mercatoribus nostris aurum pro mancipiis, aut quibuscunque speciebus comparandis ad Barbaras nationes transferre non licet. l. ij. C. de commer. & merca. nec animalia transducere in ipsos Barbaros, l. vsurpationem. C. de vect. & commis. & idem nos dicimus de telis quæ in vulgari aulonnes dicuntur, quæ solùm fiunt & capiuntur in Britannia minori, & præcipuè apud Nanneta vrbem: quæ quidem aulonnes seruiunt pro velis nauium & galearum, attentis seu tentoriis in acie fiendis: quæ guerræ tempore sunt tantummodo prohibitæ, vt probatum fuit inter personas infrà nominandas. † Et Lamech qui fuit ex generatione Cain, & penultimam generationem post Cain obtinuit, inuenit tres artes pro tribus filiis suis, scilicet artem faciendi tẽtoria, vt facilius de loco malo seu pestifero in locum alium cõuenientem mouerentur, & istam exercuit Iohabel. Secundò artem faciendi musica instrumenta, vt iucundius tristitia mundi portaretur: & istam exercuit Tubal. Et tertiò artem ferrariam ad arma bellica fabricanda, vt tutius ab inimicis & bestiis viuere possit, & fuit Tubal, vt habetur Genes. 4. c. & latius Iosephus, & Io. Raymun. in l. ij. ff. de orig. iur. & ibi vide de primis Regibus, Imperatoribus, & rerum inuentoribus. † Et idem est de billionis auri vel argenti, siue de cineribus in vulgari nostro vocatis *Cendres*, quæ prohibentur extrahi extra Regnum, vt tenet Guid. Pap. in quæst. ccccclxxij. & solent visitari exeuntes regni limites per magistros Portuum & custodes limitum. † Et ista etiam videtur pariter statuta, ac prohibita de iure canonico, vt cap. ita quorundam. & cap. significauit. & cap. quod olim. de Iudæis. & in extrauag. clem. vltim. incip. multa mentis amaritudine. sita inter communes, titul. de Iudæis, in quibus iuribus exprimitur idem in deferentibus ad Sarracenos ligamina galearum: & contra facientes vltra iam dictas pœnas sententiam excommunicationis incurrunt, & insuper capientium serui efficiuntur. & idem in vendentibus eis galeas vel naues, vt cap. ad liberandam terram. eod. titu. vt dixi suprà proxi. quæst. & in dict. cap. significauit. dicitur quòd nullæ res vel merces ad Sarracenos seu Alexandriam deferri possunt, ex quibus possit Sarracenis aliquod commodum, vel subsidium peruenire. Et pariter capite plectuntur qui docent facere naues hostibus. l. fin. C. de pœn. & tenet Io. de Ana. in dict. cap. ita quorundam. versic. adde prædictis. Nisi deferrent pro captiuis redimendis apud Barbaros existentibus. † Ideo his habitis, pro solutione q. est distinguendum secundùm Alexand. in dict. consil. cxxx. aut nos quærimus de Sarracenis, aut de illis Barbaris qui sunt hostes Romani Imperij, aut propter istos quærimus de aliis. Primo casu in Sarracenis & hostibus Romani Imperij, tunc putat Alexand. esse verum, quod illa quæ specificè prohibita sunt in dictis legibus & iuribus deferri nõ possunt, etiam pro redemptione captiuorum, vt tenent glo. & Doctores in dict. capit. significauit. Nec etiam tempore guerræ inter nos & ipsos possemus ad ipsos deferre vllas merces, aut res etiã causa merci-

monij, vt habetur d. cap. quod olim. & aliis suprà allegat. Et hunc dicit Alexand. esse verum & communem intellectum, licet glos. j. in princip. in d. cap. significauit. vt neatur restringere illum text. ad merces prohibitas tantum. Et sic velit quòd tempore guerræ solum prohibitum sit deferre specificè prohibitas, & non aliàs: tamen secundùm Goffr. Innoc. Abb. Sic. Ioan. de Ana. & communiter Doct. in d. c. quod olim. tempore guerræ nullæ merces deferri possent. Sed cessante guerra, seu inita pace, vel treuga, licitum est indistinctè mercimonij causa simul habi are seu frequentare, & ad eos merces & res quascunque transferre, dummodo non sint de re-
19 bus specificè prohibitis, vt ibi per Alexan. † Secundo verò casu principali, scilicet si deferuntur merces ad alios quàm ad Sarracenos, vel hostes imperij Romani: & Alexan. distinguit, aut nos quærimus de mercibus, quas suprà diximus non prohibitas: & de illis secundum eum clarum videtur esse, quòd deferri possunt, postquam illæ deferri possunt tem-
20 pore pacis vel treugę, etiam apud Sarracenos. † Aut nos quærimus de illis quas suprà diximus esse merces prohibitas: & tunc putat Alex. eas posse ad tales deferri, cùm non reperiatur prohibitum, nisi quãdo deferũtur ad Sarracenos, vel hostes populi Romani. Nam de talibus loquuntur iura canonica suprà alleg. vt ibi plenè per ipsum in dicto cons. cxxx.
21 Sed † ego contrarium credo, quod non licet tam licitas quàm illicitas hostibus deferre tẽpore guerræ, etiam quando est guerra & bellum inter Christianos principes. Et ita seruatur inter præfatos Reges, ex quo non recognoscunt Imperatorem in dominum: quia inter eos si moueatur bellum, est verum bellum & guerra, vt dictum est. Et hoc ne alieni Regni (quod non conuenit) scrutentur arcana, vt dicit text. in l. mercatores. C. de commerc. & merca. aliàs daretur occasio per talem modum explorandi secreta inimici sui, vt tenet Bald. in d. l. ij. quæ res exportari, dicẽs quòd filius domini Logeri de passis fuit condemnatus Florentiæ, quia emerat fundas seu remulas Comitis Nicolai, qui erat hostis Florentinorum in Croboria. Et idem Ioann. de Ana. in c. ita quorundam. versicu. adde prædictis. de Iudæ. quia vbi commercium damnatur, pariter punitur emptor & venditor. l. quia non. & ibi Sali. C. quæ res vendi non poss. & l. fina. C. de cupres. lib. xj.
22 & alibi sæpè. † Quare omnia tam prohibita quàm licita, siue sint deferentis, siue non, confiscantur, & etiam nauis, vel animal etiam, vel coffri siue bahuti, cum quibus res deferuntur, secundum eum. & ita habetur in ordi. Caroli viij. sita. in tit. de excessi. officia. §. viij. incip. prohibemus ne panni aurei. & statim dicam. Sed cessante guerra seu pace inter principes Christianos inita & proclamata, licitum est omnes res & mercantias deferre, nisi speciali statuto, aut consuetud. semper prohibitæ sint, vt dictum est de Sarracenis & Turcis, d. cap. significauit. & c.
23 quòd olim. † Licet Ioan. de Ana. ibi in prima conclusione teneat contrarium, quando est solum treuga facta, vel etiam quando timetur de guerra: & latius ibi in secundo notab. sequendo Ancha. in consil. lxxxviij. incipien. præmissa facti serie. quod tempus quo homines timent guerram, & propter talem timorem non frequentant itinera, debet ascribi tempore guerræ: quia tempus suspectum de guerra iudicatur guerra, iuxta illud, Peior est bello, timor ipse belli, de quo feci mentionem suprà, in quæstion. incipien. quæritur an im-
24 pedito agere propter guerram, in princip. † Sed si hoc vltimo casu scilicet cessante guerra cum non prohibitis portentur illicitæ & prohibitæ merces, an de iure, aut statuto, vel cõsuet. omnia confiscantur. Et circa hoc sunt opiniones, quas recitat amplè Salic. post Cin. Bald. & Alberic. de Rosa. in l. cùm proponas. C. de nauti. fœn. & Felin. post Ancha. & Io. de Ana. in dict. cap. significauit. & Ioan. de Imo. Pau. de Castr. & Alber. de Rosa. post Bart. in dict. l. cotem. §. dominus. de pub. & Albe. de Gand. in tracta. malefi. titu. de rebus non portand. contra deuetum, vbi tenet, quòd non confiscantur licita, sed solum prohibita. idem Franc. Lucan. in tract. de priuileg. fisc. in q. ij. iiij. princip. q. & Alber. in ij. parte statuto. q. iiij. vbi dicit ita communiter seruari. & Bertac. in tract. de gabel. in ix. parte prin. q. viij. cum sequ. vsque ad xiij. inclusiuè. † Tamen communis 25
opi. est, quod omnia confiscantur, siue sint portantis vel alterius, tamen scientis & consen. aliàs non, per text. in d. §. dominus. & in d. l. cum proponas. ibi, vt auara, & inciuilis audacia eius compescatur. & ibi tenent Bald. & Sali. per illum text. qui clarus est. vbi dicit communiter ita seruari propter statuta, & consuetudines vbique vigentes. & idem Guid. Pap. in dict. q. cccclxxij. vbi dicit determinatum fuisse per curiam Delphinalem supremam. † Et idem di- 26
cit per prædicta esse in mercatore transeunte, & nõ soluente pedagium mercium, pro quibus solui solitum est, quòd etiam censentur cõfiscatæ aliæ, quas portabat, pro quibus nõ debebatur pedagium. † Et 27
ista communis opinio approbatur per leges & ordinationes Regias, vt in dict. or. Caroli viij. ibi, sub pœna confiscationis illorum & animalium illos deferentium, aliarúmque mercium cum illis inuẽtarum, nec non emendæ arbitrariæ. † Sed si res, aut 28
nauis, vel animal esset alterius ignorantis, tunc non confiscatur, vt dict. §. dominus. verfic. quod si absente. & no. glos. vlt. & ibi Bart. & Docto. in l. iubemus. C. de nauib. non excus. lib. xj. Secus ergo si sciebat, vt ibi, & l. cum plures. §. penult. & ibi Albe. de Rosa. ff. de loca. nisi esset statutum aut consuetudo in contrarium, secundum Baldum in d. l. cùm proponas. tamen in casu supradicto dominus recuperat æstimationem, & damnum à conductore nauis, vel animalis, vt l. fin. ff. de pignoratitia actione. & l. lectos. ff. de periculo & commodo rei venditæ. & glos. & ibi Ioannes Butricarius, & Salicetus in l. j. C. vt nemo priua. & Fe. Lin d. cap. significauit. Sed in casu nostro dominus nauis iam habuerat à domino mercium securitatem de naui sua, timens perditionem nauis: & bene fecit, quia sciebat guerram iam motam, sicut domini mercium sciebant. † Sed 29
aliud fuit dubium, an si nauis fuit reperta in itinere, & via, & non exierit mare nostrum, habeat locum confiscatio. & videtur quòd sic: per text. in dict. §. dominus. ibi, imposuerint. & in d. l. cùm proponas. ibi, non loco quidem nauigij seruato. & Bald. in capit. nam concupiscentiam. de consti. quia vbi aliquid prohibetur in termino, intelligitur etiã prohibitum in via. Ideo secundum eum prohibitus ex forma statuti exportare frumentum extra territorium sub certa pœna, repertus in via puniri potest. † In contrariũ facit tex. in l. si fugitiui. C. de ser. fugi. 30
& ibi ita tenet Iacob. But. & Sali. in d. l. cùm proponas. vers. sed circa ista deueta. & tex. in d. l. si publicanus. §. j. ibi, & si quid illicitè. de publi. & ita Ias. in l. quominus. vers. ix. allegatur. ff de flu. & hoc quia in materia pœnali non procedit dicta regula, per glo. sing. in clem. j. in verb. cõtrahere. de consan. & affin. quã Abb. Sic. ibi reputat sing. † Sed Bald. in d. l. cum 31
propo-

proponas. diſtinguit, aut ſtatutum, vel conſue. dicit ſiquis portauerit extra comitatum: & tunc non incidit in pœnam, quia illud verbum cum ſit præteriti temporis perfecti, requirit actum cõſummatum l. Stichus ſeruus meus de manumiſ. teſt. Aut dicit, ſi quis repertus fuerit portare, vel dicit, quod portantes bladum &c. & tunc ſufficit, quod in itinere ſit deprehenſus, per gl. in l. arboris. §. de illo. ff. de vſufructu, dum dixit, quòd lupus exit ſyluam, ſed nondum exiuit. Et illa fuit diſtinctio Alber. de Gãdi, in dict. titul. de re. non por. in vlti. & pen. quæ. & ſequitur Paul. de Caſtr. in dicto §. dominus & Franc. Luc. in dicto tra. de priuile. fiſ. in iiij. quæ. princip. Sed ſecundum Gui. de Suza: in tracta. ſtat. quem refert & ſequitur Albe. de Roſ. in d. l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugit. ſi repertus confiteatur voluiſſe exportare contra formam ſtatuti, vel conſuet. quòd puniatur, per l. quis ſit fugitiuus. §. idem Celſus in primo. & idem ibi Cæp. Vero. ff. de ædil. edict. † Si autem neget, & dicat ſe velle portare ad 32
molendinum, vel villam, aut alium locum, tunc iudex habet ex veriſimilibus indicare: quia ſi erat iuxta confines, ita quod veriſimile eſt quod magis extra diſtrictum, quam ad molendinum portaret, puniatur, vt l. pen. & ibi Alberi. C. quæ res vendi non poſ. vel quando extra iter conſuetum vel viam nauigationis publicam & rectam repertus fuerit, leg. qui fiſcales, & ibi Bar. Ange. Ioan. de Pla. Iac. Reb. Odof. & Luc. de Pen. C. de nauicu. lib. xj. & leg. ſi quis per publicum. C. de curſu public. lib. xij. & tenet Bal. in d. l. ſi fugitiui. & Iaco. de ſancto Georg. in l. rem non nouam. in tertio not. C. de iudi. per illum text. & Anto. Corſe. in ſingula. gabel la, in ſecundo, & text. in l. j. §. ſumma. poſt princip. ibi, cæterum ſi aliquando vulgus. ff. de iis qui deie. vel effude. & l. ſi putator. verſicul. quod ſi nullum iter. ff. ad l. Aquil. & idem Bertach. in d. trac. de gabel. in ix. parte. q. xiiij. & Ioann. And. in additio. Spec. tit. de conſti. §. j. verſi. ſed incidit. & Guido Pap. in dic. q. cccclxxij. verſic. iuxta hoc quæro. vel etiam ſecundũ Alber. de Roſ. ind. l. cum proponas. ſi tempore periculoſo nauiget, puta tempore hyemis, & repertus ſit cum rebus vetitis, vt l. ciuitas. & ibi Albe. C. de offic. rect. provin. Si autem econtra, tunc non puniatur, arg. leg. Pedius. §. pen. in fi. ff. de incen. rui. & nauf. & ita dicit ſe pronuntiaſſe de facto. Et iſta eſt ſatis æqua opi. ſecundum Alberi. & idem Sali. in d. leg. cum proponas. in vltim. qu. & idem Alberic. in d. q. iiij. in ſecunda parte ſtatu. hoc limi. niſi iuſta cauſa motus qui iuerit per viam inuſitatam, & non rectam: quia via recta erat ab aquis inundata, vel à latrunculis occupata, vel hoſtibus, ſecundum Salic. in d. l. cum proponas. aliàs ſi capiatur non poteſt pœnitere, quia non eſt amplius liber, & in ſuo arbitrio, poſt quam eſt captus. Idem ſi requieſcebat in hoſpitio cum animalibus, & rebus extrahi prohibitis: fortè propter pluuiã, quia non creditur ei quod pœnituerit, ſine aliis indiciis, vt tenet Ioan. And. in d. addi. & in d. quæſt. xiiij. ſed ſi ſponte pœniteat, qui reuertebatur, cum fuit deprehenſus, 33
nõ teneatur, ad pœnam. † Et licet in caſu noſtro reperti fuerint adhuc in mari noſtro, tamen aliqui confeſſi ſunt, quod ducebant merces tam licitas quàm illicitas ad Hiſpanos: & hoc tempore guerræ, quo omnes res ſunt vehi inimicis prohibitæ, vt dictum eſt. Et hoc magis conſtabat per depoſitionẽ factoris nauem conducentis, & per epiſtolas miſſorias dominorum, quo repertæ fuerũt in naui, & in quibuſdam epiſtolis etiam narrãtibus guerrã tunc fuiſſe, ac per depoſitionem teſtium. Et ſic per tales epiſtolas probabatur primo ipſos ſcire guerram inter ipſos principes fuiſſe ortam. † Sed an 34
guerra ſine diffidatione præcedenti poſſit eſſe inter duos principes. vide Ioan. And. in c. j. de homicid. in nouel. & ibi per Moder. & per quandam cõſtit. Imperatoris quam Guid. Pap. gloſſauit in Deci. cxcj. ſed non dicit cuius fuit illa conſti. & And. Barb. in d. conſi. xxxviij. verſic. apparet ex iſtis. volu. j. Secundo probatur, quod merces & mercantiæ in ipſa naui exiſtentes erant, & pertinebant pro maiori parte Hiſpanis, & illis in Hiſpaniam deferebantur, & in hoc recurretur ad literas ligagiorum, quas ſic vocat Sali. in dicta leg. cum proponas. ver. ita iuxta prædicta. & idem dicit Barto. in l. j. quem ibi ſequitur Iacob. Rebuf. C. de nauicu. lib. xj. vel ſecundum Bald. & Salt. in dicta leg. cum proponas. ad alias coniecturas veriſimiles, cõſideratis rebus quæ portantur & perſonis eas deferentibus. d. l. cum plures. §. pe. ff. loca. Tertio, quod tam ſcribentes, quàm hi quibus ſcribebantur, erant Hiſpani originarij, licet ſcribentes ſeu aliqui eorum eſſent in ciuitate Nanetenſi commorantes, & habitantes cum vxoribus, tamen habebant in ipſis mercibus cõmunitatem & ſocietatem cum Hiſpanis in Hiſpania commorantibus. Ideo tales habitantes ſic ſocietatem habentes non cenſentur regnicolæ: quare gaudere non debebant priuilegio regnicolarum originariorum. Et ita fuit aliàs declaratum per arreſtum curię Pariſien. vt refert Ioan. Galli. incip. cùm mercatores tranſmontani. Ideo potuerunt capi cum etiam ab Hiſpanis noſtri ſupra mare deprædantur. Quare vitandæ hoſtilitatis cauſa, & ad repercutionem hoſtium permiſſum fuit noſtris eos capere, quia nihil eſt illaudabile in via defenſionis, vt l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. & l. ſi explagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. Nam effuſio ſanguinis eſt permiſſa ex cauſa defenſionis, vt cap. ſignificaſti. de homi. Et etiam bella ſunt permiſſa ob eandem cauſam, vt leg. ex hoc iure, & ibi per omnes. ff. de iuſti. & iur. & c. noli eſtimare. & c. quid inculpatur & c. militare & c. ſumma militię laus. xxiiij. quęſt. j. & poſito quod fuiſſent ciues originarij villæ Nannetæ, vel haberentur pro ciuibus, attento tamen quod ſciebant guerram ortam, & telas de aulonnes illo in tempore vehi & tranſportari hoſtibus prohibitas, debent cofiſcari omnes, & etiam non prohibitæ, vt dictum eſt.

SVMMÆ.

1 *Saluum conductum ſolus princeps poteſte concedere.*
2 *Saluum conductum frangens, an & quando teneatur crimine læſæ maieſtatis. & nu. 4.*
3 *Saluo conductu abutens qualiter puniatur.*
5 *Socij qui dicantur vt ſaluus conductus vnius profit alteri.*
6 *Societas eſſe poteſt cum Iudæo, ſed non cum hoſte, aut hæretico. & nume. 7.*
8 *Hiſpanorum mos eſt non ſeruare fidem.*

Quæſtio CLXXIX.

Iuxta præmiſſam quæſtionem quæritur quia nonnulli mercatores Hiſpani à domino noſtro Rege literas ſalui conductus, & ſecuritatis mercantiæ cauſa in regno ſuo hoc belli tempore exercendæ obtinuerant, qui ſecum duxerunt nonnullos galliotas, qui mercatores noſtros ſupra mare & riperiam Gerondæ cum nauibus ſuis exiſtẽtes deprædati & furati fuerunt, an iſti Hiſpani qui ob eam cauſam fuerant arreſtati, teneantur pro deprædatione per iſtos maris galliotas & curſo-

res facta,ac etiam crimine læsæ maiestatis, tanquam salui conductus infractores, vel tanquam hostes, & inimici Regis & Regni capi potuerunt.

DECISIO CLXXIX.

1 T † primo præsuppono quod solus princeps concedere potest securitatem, quam hodie secundũ Ang. appellamus saluum conductum,per tex.in leg. j. ff.ad leg Iul. ma.& leg. relegati. & ibi Bart.Alber.in fi.ff.de pœn.& idẽ Angel.in l.vtimur.de sepulch.vio. & in l.iiij.si quis mortis.versi.& allegatur hic text. ff. de
2 inof.test.† vnde videtur secundũ Bart.& Ang.in d. l.j.quod frangẽs saluum conductũ incidit in crimẽ læsæ maiestat.text.est ibi clarus.& idem Angel. in dict.l.vtimur.& Bartol. Iacob.Rebuff.Ioan.dePlat. & Luc.dePenna,in l.nullam vim.C.de nauicu.libr. xj. ideo si quis offendat secundum eos, scienter eum cui Rex concessit securitatem, incidit in illud crimen.& idem Mar.Laud.in tractat.de crimin. læsæ maiest.§.vj.& Felin.in capit.ego N.versicu.item infert.de iureiur.& Ioann.Fabr.in l. denuntiamus. C.de iis qui ad eccle.confu. & ibi vide de frangente pacem, & text. in §. si quis hominem. & in se-
3 quen.de pa.te.& eius vio.† Et idem videtur dicendum de eo cui concessa fuit securitas,si eadem abutatur,quia carere primo debet eius effectu.ca. priuilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.xj.quæstio.iiij.& capit.cum accessissent.de consti.cum aliis ibi alle.Si enim hosti(cui saluus conductus fuit datus)debet fides seruari.capitul.noli.xxiij.quæstion.j.gloss.in capitu.of ferebat.xxij.quæstio.v. ergo à contrario,si ipse non obseruat,mos non est sibi gerendus.l. cum proponas.C.de pac. quia frangenti fidem,fides frangatur eidem, vt est in casu nostro. ideo tanquam hostes capi potuerunt.leg.hostes.& per totum.ff. & C.de
4 cap.vt dixi in quæstio.præce.† Et hoc verum,quando saluus conductus infringitur contra ipsum principem vel rempublic. quod teneatur crimin. læsæ mateſta.secus si contra vnum priuatum,vt d. l. j. & Ioann.de Alta ripa in tract.suo, de saluo conduct. & Alberic.de Rosa.in l.illicitas.versicu.sed quæro, quid si talis securitas.ff.de offic.præsi.& Guid.Pap. in q.ccccvij.ideo extraordinariè puniri debent secundum casus exigentiam:quia si interuenit homicidium: vel membri mutilatio, aut alia realis vel verbalis iniuria,acrius puniatur, secundum Ioann. Fab.& doct.in d.l.denuntiamus. Quare dic, quod aliquando datur alicui securitas siue saluus conduc-
5 tus pro se & sociis suis ac familia.† Et qui intelligantur socij.Bart.in d.l.ad l.Iul.mat.dicit se dicturum in l.item apud Labeonẽ.§.tenetur.ff. de iniu. sed ibi nihil dicit.Sed secundum Ange. illi dicuntur socij,qui determinato proposito vt socij à principio socialiter venerunt cum ipso habente securitatem: quoniam non sufficit ab initio se associare pro eorum negotiis, nisi ad istum finem essent socij:pro quo Ang.alleg.tex.in l.j.C. de naui.non excusan.lib.xj.nec profecto dicuntur socij, qui in societate pariter incidissent, vt tota dic (vt inquit Ang.)contingit.d.l.item apud Labeonem.§.si quis comitẽ. Sed requiritur quod fuerint ad alium finẽ
6 negotiationis veri socij recepti,& associati.† Quapropter,vt dicit Ang.in d.l.j.& d.l.vtimur.talis habens saluum conductum potest secum Iudæum seu Hebræum associare,quia eorum societas reprobata non est,l.quicunque.& l.Iudæi.C.de Iudæis.quoniam in humanis Iudæi nobiscum participant, vt not.Bartol.& Bald.in l.spadonem.§. iam autem. ff. de excus.tutor.& plenè Barbat.in consil.lxiij.volu. iiij.& Feder.in d.capit. ego N. vers.item infert. & in c.sedes Apostolica. de rescript. & sic dicit Ang. vidisse de facto pronuntiari. & tenet Decius in cons.lj.ver.vnde videmus.& Alexan.consi.lxxv.lib. v.& Hippol.de Marsil.consil.lxxxiiij.nume.lxj. volum.ij. in sing. suo ccccxl. hodie fui interrogatus.
† Secus si esset reprobata societas, vt hostium, vel 7
hæreticorum, cum quibus nulla est participatio. Et idem de Sarracenis, per ea quæ voluit Inno. in c.quod super iis.de voto.Et Feli.in d.c.ego N.cum aliis suprà in proxima q.alleg.& plenè per Decium in d.consi.lj.vbi vide.Vnde hic Hispani secum duxerant Flandrenses & Anglos, qui erant tunc hostes Regis,fuerúntque pro talibus capti,& ad finãciam per capientes positi.Quare concluſum fuit dictos Hispanos,qui in eorum societate duxerant galiotas nostros deprædantes, & post eisdem Hispanis communicantes,prædam restituere debere. Et merito: quia prætextu priuilegij saluægardiæ nos furari &deprædari non debebant.nec refert an per se vel per alium, vt in regula qui per alium facit de reg.iur.& arg.l.stipulatio ista.§.j.ij.& iij. ff. de verbo.obl.& l.j.ff.loca.& tenet Cin. quem sequuntur Doctor. in d. l. denuntiamus.& Guid.Pap.in d. q. ccccxvij.ante fin. & Alb.de Rosa.in l.j.in prin.ff.ad Silla.vbi adducit illud, Peior non poterit nec magis aspera dici,quàm quod clàm facit hostis simulator amici.† Et non mirum cum mos eorum sit nõ seruare fidem,vt dicit Ioann. And.in procœ.decre. quem sequitur ibi Bald.versic. quæro si aliqua negantur. vbi dicit ibi Bald. caue ergo tibi à Cathelanis.sed Romani non sic facere consueuerant. Nã Fabricius vir Romanus cum sibi daretur consilium,quod naues hostium nocte perforari faceret, respondit consilium vtile esse, sed non honestum, dicens non esse moris ciuibus Romanis pugnare dolis,sed bellis. Nec voluit cum posset perforari facere,vt refert Albe.de Rosa in dictiona.suo,in litera bellum.versic. bello vitiorum. & ita reperitur secundum eum in historiis Romanis. & fuerunt prædicti Hispani(benignè procedendo) condemnati ad reddendum omne id quod mercatores deprædati probarent,ac iurarent verè amisisse: & etiam in certas erga regem emendas,quamuis de iure tanquam hostes in personis & bonis debuissent condemnari suprà alleg.saltem in quadruplum, l. ab iis qui in naucleros prædas egerint. & ibi singu. Luc.de Pen.C.de nauicu.lib.xj.

SVMMÆ.

1 *Pedagiorum violatorum pœnæ & emendæ, an debeantur firmario.& nu.2.3.& 6.*

4 *Maritus cui in dotem datum est castrum,an lucretur pœnas & emendas.& num.5.*

7 *Pedagij collecta si casu duplicentur, an sit vtilitas firmarij.& num. 8.*

9 *Firmarij an habeant ea,quæ dari solent pro iucundo aduentu,& alia xenia & spolia.*

10 *Firmarij iurium regalium,an habeant priuilegium fisci in exigendo.*

Quæstio CLXXX.

Vidi pluries in curia dubitari an pœnæ,vel mulctæ,seu emẽdæ,in

Digitized by Google

dæ, in quibus tranſgreſſores pedagiorum & guidagiorum in non ſoluendo, vel deprecando vbi ſunt priuilegiati non ſoluendi iura pedagiorum, per curiam condemnantur, debeant receptori emendarum curiæ applicari, aut accenſatori ſiue firmario iam dictorum pedagiorum, vel iuris grandis conſuetudinis Burdegalenſis.

DECISIO CLXXX.

Dico † quòd emendæ prædictæ ſpectant ad ipſum accenſatorem ſeu firmarium, aut ad contabularium Burdegalen. & non profectò ad ipſorum receptorem emendarum curiæ, vt tenet Bald. in cap. j. §. j. poſt prin. de cogni. feu. & per hoc textus ſingul. in leg. creditor. in princ. vbi alleg. Cin. ibi in addi. ſic tenuiſſe. ff. de actio. emp. quia firmarius eſt loco fiſci. & ibi idem tenet Bald. qui alleg. alium text. ad hoc fin. in leg. fi. §. diui quoque fratres, ff. de publi. & in leg. ſi quis. & ibi idem Bal. & Sali. poſt Io. Fab. C. de vecti. & commi. † Et etiam, vt inquit Sali. ibi, ſi de hoc nihil fuerit actum in locatione ſeu cenſa, cum ſufficiat actum non eſſe in contrarium. † Et hoc quando pœna vel emenda ſecundum Bald. in d. l. creditor. nominatim eſt collata, & adiudicata fiſco: & dicit ita conſuluiſſe: Secus ſi pœna ſuccederet loco rei, quia pœnæ malefactorum debent fiſco applicari, & non priuatis. leg. mulctarum. C. de modo mulctarum. cum aliis per eum alle. & idem Ang. in leg. at vbi. verſi. ex prædictis etiam decidi poteſt. ff. de pet. hær. ſequendo Bal. quem dicit ita conſuluiſſe de facto Peruſij. & verum dicit, vt habetur in eius conſi. cliij. inci. præmittenda ſunt quædam euidentialia. vol. iiij. vbi tenet ſimpliciter pœnas ad firmarios ſpectare. & idem Bald. in l. j. verſi. extra no. ibi, emptores enim gabellarum. C. de fruct. & lit. expen. & in rub. ff. de rer. diui. verſi. ſed ponamus quod aliqui. & Alexand. in addi. ad Bartol. in d. l. creditor. & ibi ſentiunt Paulus de Caſtr. & Ludou. Bolog. in primis interpre. & Guid. Pap. in ſuo ſingul. ccccl v. incip. pone aliquis emit ſeu accenſauit &c. & Bertachin. in tracta. de Gabel. in ij. parte quæſtio. xix. & latius in vlti. parte quæ. iiij. cum aliis per eum alle. † Et pro hac deciſi. facit quod not. Barto. Bal. Alex. & Docto. in l. fi. ff. ſoluto matrimo. an maritus cui vxor dedit caſtrum in dotem, in quo habebat iuriſdictionem omnimodam, habeat pœnas & emendas, & eas lucretur, vel vxor ſoluto matrimonio poſſit tales emendas repetere. & concludunt quod maritus lucratur, & vxor repetere non poteſt. & idem Alberi. & Roſa. poſt Petr. de Bellapertic. in l. ſi verum negotium. verſic. vltim. ſecundum Din. collige argum. cod. tit. & Angel. in d. l. at vbi verſicul. expreſſe audiui Franc. Tig. præceptorem meum & And. Barb. in cap. relatum. in ij. col. iij. circa medium verſicul. & refert ſe audiuiſſe Franc. Tigr. de Piſis de teſta. & idem Iacob. de ſancto Georg. in tract. de feudo. in verſicu. de caſtro rubei montis, col. ij. verſic. quæro etiam mulier dedit viro. & Felin. in cap. ad audientiam. col. iij. verſicu. dicit tamen Ang. de præſcrip. † Sed Iac. de Ra. quem refert & ſequitur Alberi. de Roſa. in leg. vſu fructu legato. ff. de vſufructu. diſtinguit, aut ſunt bona mobilia, & maritus lucratur, aut ſunt immobilia, & illa reſtituuntur vxori. Et reſpõdet ad d. l. vſufructu legato. quæ facit contra, vt ibi per eum. Quod Docto. ſuprà alleg. intelligunt ſi bo. immobilia confiſcarentur, quòd remanere debeãt penes vxorem, vel eius hæredes. † Et idẽ Oldr. in conſil. cxlviij. factũ eſt tale, quidã Comes. vbi tenet quòd confiſcatio bonorum non ſpectat ad firmarium. & Albe. de Roſa. in rub. de vſufruct. col. ij. verſicu. Itẽ quæritur. Quamuis in quæſtion. noſtra Ang. teneat contrarium quòd emendæ non ſpectent ad firmarium, in leg. ſi quis id quod. in princip. circa medium. ff. de iuriſdi. omn. iudic. & ſic eſt ſibi contrarius. ſed primum tenet ibi Alexand. col. vltim. verſi. In quantum autem dicit. & Angel. Are. in §. pœnales col. iiij. ante fin. verſic. Quæro igitur de actio. vbi dicit ſe credere Ange. nunquam dixiſſe contrarium in dict. leg. ſi quis id quod. ſed potius vitio ſcriptorum fuiſſe ſcriptum. & idem tenet Iacob. de ſancto Georg. ibi numer. xvij. in prima lectur. dicens ita conſuluiſſe. Et idem tenet in ij. lectur. numer. xiiij. qui vtrobique allegat Bald. ita tenere in capitu. final. column. vltim. verſicu. Et ſcias quòd cui competit exigere paſſagium, & ampliſſimè Socin. in conſ. xxxvj. colum. iij. numer. xij. cum pluribus ſequent. quod eſt ſingulare. volum. iiij. & Andr. Barba. in dict. capitul. relatum. in ſecundo, columnn. iij. numer. vj. de teſtam. Et pro hoc facit quod dicit Angel. in d. l. at vbi. quòd ſi eſt vendita gabella pluribus emptoribus, & deinde ex cauſa duplicatur, quòd totum pertinet ad firmarios, non autem ad ipſum dominum. Et ita allegat Bald. tenere. Sed verum quòd Bald. in l. vtrum. cod. titu. cum qua legit dictam l. at vbi. † ponit quæſtio. de Rege aut Barone, qui poteſt imponere collectas, & eas duplicare, puta quando dat vxorem filio, & vendidit alicui mercatori collectas, contingit quod Rex dedit vxorem filio: & ſic debet duplicari collecta, cuius erit augmentum, an Regis, vel firmarij, ſeu mercatoris? Et videtur quòd mercatoris, quia iſtud augmentum reſpicit rem, & per nomina multiplicatiua apponitur, argument. illius l. & refert ita tenere Cin. ibi, in addit. ſequendo Petrum & Albertum de Salinis. Et allegat etiam Bartol. in leg. prætor. §. quod de fructibus. ff. de bonis authorit. iudic. poſſeſſ. dicens Bartol. tranſportaſſe verba Petr. in illo loco. Et idem Barb. in dic. cap. relatum. col. iij. numer. vij. qui allegat Bald. in dicta rubric. ff. de rerum diuiſione. col. iij. † Quod tamen dicit eſſe verum Angel. ſi gabella, vel collecta fuiſſet ſimpliciter vendita, quod eſſet emptoris: ſecus ſi eſſet vendita colligenda ſub certa forma, ſcilicet quòd ipſi emptores ſeu firmarij reciperent pro qualibet alna panni, ducatum vnum: tunc argumentum poſtea factum non pertinebit ad firmarios, quia in verbis contractus non comprehenditur, nec verba hoc patiuntur, vt l. quicquid aſtringẽdæ. ff. de verb. obligat. dicit tamen, quòd ſi ex hac duplicatione firmarij damnũ aliquod paterentur, quia tot mercantiæ modò non deferuntur, propter hanc duplicationem, ſine dubio agerent contra dominum ad eorum intereſſe. Et ipſum ſequitur Barbat. in dict. capitu. relatum. verſicu. Et refert Bald. dicere. Et iſtud vltimum not. tu Burdegalen. grandis conſuetudinis firmarius pro duobus ſcutis de nouo per Regem ſuper quolibet tonello ſiue modio vini impoſitis: quæ tamen nunc ſunt abolita: tamen de conſuetudine talia iura non cedunt lucro firmariorum: quia ſic eſt interpretatum & ſolitum cum caſuales exiſtant. Et ſic videtur per prædicta firmarios emendarum præpoſiturarum petere poſſe emendas, quas commiſſarij authoritate Regis ad procedendum in aliqua præpoſitura contra ali-

quos criminoſos & ſeditioſos deputati adiudicant Regi. Sed certè non poſſunt, cum ipſi ſint firmarij emendarum ſolum præpoſiturarum quæ proueniunt ex præpoſituris, & non aliunde. Et ſic de emendis & mulctis iudicum ordinariorum, argument. capitul. generali. & quæ not. ibi Dominic. Anch. & Philip. Franc. de elect. libr. vj. quare ſpectant ad receptorem regium generalem Seneſchal liæ. Hinc eſt quod dicit Oldra. in conſi. cxxix. incip. 9 in quæſt. qua quæritur. † quod in cenſa & firma ſeu donatione fructuum Archidiaconatus, vel Epiſcopatus non venit id quod ipſi Archidiacono, vel Epiſcopo in ſuo iucundo datur aduentu, argumen. l. j. §. pen. ff. ſi quid in fraud. patro. & l. debitor. in fi. ff. ad Treb. & idem tenet Ant. Corſet. in tract. de poteſtate regia. quæſtion. vltim. cum aliis per eum alleg. Bald. Paul. Ioan. de Imol. in l. diuortio. §. quod in annos. ff. ſolut. matri. & ibi Alexand. verſi. vltim. Bald. & idem Iaſ. verſicu. Vnde iſte tex. videtur facere: quem Alexand. legit cum §. ob donationes, & glo. in prag. ſanct. titul. de anna. §. voluit tamen, in verbo, fructibus, in fin. Et idem Alb. de Roſ. in d. l. vſufructu legato. de vſufruct. in vtil. q. vbi tenet, quod ſi clericus vendiderit, ſeu accenſauerit omnes fructus ſuæ præbendæ, vel caſtri ſui ad certum tempus, qui de conſuetudine conſueuerat certas recipere gallinas & alia xenia, cùm veniebat ad locum, firmarium recipere ſolum debere illa quæ ex neceſſitate debentur, ſed non illa quæ ex mera liberalitate dantur. l. Seio amico. ff. de annu. lega. licet Bertrand. conſil. ccij. in prin. volumin. iij. teneat contrarium. Sed ipſe loquitur in ſpolio mortui, quòd ſpectare debet ad renderium. Sed contrarium tenui, vt in quæſtio. Abbas Meymatij accenſauit: quoniam ad tales temporales, ſcilicet ad modicum tempus firmarios, ius patronatus non tranſit. capit. ex literis. & ibi Doctor. de iure patron. & Bald. in conſi. xxxij. incip. Quidam nobilis. volum. iij. vbi vide. Et idem Paul. de Caſtr. in conſil. cccLxiij. cuius initium eſt: venerabilis viri, volumin. antiq. quem ſequitur Felin. in c. cum Bertoldus. de re iudi. & Rochus de Curte in tracta. ſuo de iure patrona. in verb. ipſe vel is à quo cauſam habuit. quæſtion. xxvj. cum aliis per ipſos alle. quamuis Zaba. & Abb. Sicu. in d. c. ex literis. teneant contrarium per illum text. qui indiſtinctè loquitur in firma & locatione, & per alias rationes per Abb. adductas. Sed primum communius, & aliàs conſului, vt in cõſil. lxvij. inci. Videtur primò quòd firmarius. ideo prædicti firmarij præpoſiturarum villarum Marmãdæ & Reolæ, non poſſunt condemnatorum emendas per nos domino noſtro Regi adiudicatas petere, 10 prout verè non habuerunt. † Sed an firmarij prædictæ magnæ conſuetud. & aliorum iurium regalium gaudeant priuilegio fiſci in exigendis eorum debitis ad cauſam firmarum. & Guid. Pap. in ſuo ſing. cclxxxvij. tenet quòd non, & hoc per id quod dicit Bar. in l. Paulus reſpondit per procuratorem in fi. aliàs per procuratorẽ. ff. de acquir. hæred. quia ex mutatione perſonæ perditur priuilegium, vt ibi, cum aliis per nos alleg. j. q. ccxiij. dominus de Striſſaco in verſi. Quo vero ad ipſum accipientem. Et hoc niſi per regem fuerit eis in traditione datum priuilegium.

S V M M Æ.

1 *Seruitutem an poſſit conſtituere emphyteuta vel vaſallus, & num. 3.*

2 *Emphyteuta an poſſit impignorare rem emphyteuticatam.*

4 *Vaſallis debita quando ſoluat dominus.*

5 *Scientia ſola domini circa alienationem feudi non inducit conſenſum.*

6 *Seruitus ab emphyteuta conſtituta quando præiudicet domino, ſi res ad eum redeat. & nu. 7.*

8 *Pignus vel hypotheca quando reſoluatur per rei reſtitutionem. & num. 10. 11. & 12.*

Quæſtio CLXXXI.

Si emphyteuta, aut vaſallus ſeruitutem vel reditum ſuper re feudali, aut emphyteuticaria conſtituerit, an valeat in præiudicium domini, ſi res ad eum reuertatur titulo donationis, cum hoc pacto, quòd teneatur dominus acquitare, & ſatisfacere creditoribus. Et quid etiam ſi vult reſtituere pretium reditus empti cum arreragiis.

DECISIO CLXXXI.

T † videtur dicendum ſecundum Pet. Iacob. in ſua practica, titul. de action. in rem pro re emphyteuticaria. ver. Item eſt notandum, quod vaſallus vel emphyteuta poteſtcõſtituere ſeruitutem, & valet conſtitutio. 1
iij. & ibi Flo. & Pau. de Caſtro in prin. ff. de ſerui. & l. iij. C. eod. ti. † Et etiam pignorare ſeu hypothecare & reditũ conſtituere, l. ex vectigali. ff. de pign. & l. tutor. §. fi. ff. de pign. act. & Ioan. Fab. Ang. Aretin. & Iaſ. in §. item Seruiana. inſti. de act. & ita ſeruatur de conſue. regni Franciæ, vt ibi per eos, & dixi lib. conſuet. Biturig. titul. de feud. §. j. ſiue ſit emphyteuta priuati, ſiue eccleſiæ, ſecundum Sali. in l. fi. quem ibi ſequitur Iaſ. verſic. in ead. gl. ibi, de pig. l. lex. C. de iure emphy. quia loquimur in emphyteuta, qui ius ſuum tantum pignorat, & non alienum. † Et ſic 3
tenet in præiudicium vaſalli vel emphyteutæ, & nõ domini. Quia ſi reſpoſtea reuertatur ad dominum, pignoris obligatio & ſeruitutis conſtitutio euaneſcit, vt d. l. ex vectigali. & ibi Bal. & Ang. & in c. j. §. quin ſi pretio. & §. econtrario. & §. fin. & ibi Bald. Alua. & Cardi. Alexand. de inueſti. de re alien. fact. Quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, vt ibi. & leg. ſi res. ff. qui. mo. pign. ſolui. & l. ſi ex duobus. fin. §. & ibi Bar. ff. de in diem addic. & l. Statius Florius. §. Cornelio. ff. de iure fiſci. & Bartol. in leg. j. §. fina. ff. de ſuperfic. & Cæpol. in tracta. de ſerui. vrb. prædi. ca. xiiij. ver. Item quid de vaſallo. & And. Barba. in c. cum contra. nu. v. ff. de pignor. Et ibi omnes. & Bar. Sali. & Ioan. Fab. in d. l. iij. C. de ſerui. & Paul. in d. l. iij. ff. de ſeruit. Et in hoc conueniunt omnes, etiam ſi per longa tempora ſeruitus poſſeſſa fuerit, vt per Doct. in locis §. alleg. & in c. ij. extrà de feud. & in l. fin. §. penu. C. comm. de leg. & in c. j §. præterea de ca. Conra. † Vnde ſi vaſallus 4
tenebatur creditoribus, quod dominus non tenetur illis ſoluere. cap. j. an agnat. vel filius hæred. Et tenet Cardin. Alex. in d. c. j. §. quid ergo. ver. Quæro pone vaſallus contraxit multa debita. &c. Et hoc verum, niſi dominus conſenſerit, ſecundum Andr. de Iſer. quem ſequitur Cardi. in d. §. quid ergo vèr. quæro † inſuper. & non ſolum ſi ab initio con- 5
ſenſit, ſed etiam ex poſt facto, ſecundum Doctor. inſuper Imol. & Paul. de Caſt. in l. in diem. ff. de aqua pluu. arcen. & in l. ſi debitor. §. in venditione. quã l. Ang. legit, cum l. ſi res. ff. quib. modis pig. vel hypo. ſol. vt hic videtur. Sed nõ expreſſè interuenit, quia

quia ſola ſcientia domini circa alienationem feudi, nec præſentia inducit conſenſum, de quo per Bertrãd. Capriol. & Ioan. Ray. in c. Imperialem. in prin. & ibi Cardi. Alex. poſt And. de Iſer. de prohi. feu. alie. per Fede. & Iaco. de S. Geor. in tracta. feud. in gl. & cum pacto de non alienando. verſ. Sed hic cadit pulchra dubitatio per ea quæ no. in reg. eum qui certus eſt. & in leg. j. in fi. ff. de actio. empt. & iſta magis fundantur in æquitate, quàm contraria opi. glo. inc. j. in verbo, ipſorum permiſſu. de prohi. alie. feu. per Lota. † Et hoc verum ſecundum Pet. Iac. vbi ſuprà, quando res redit ad dominum; vt dominum iure dominij, vt quia res cecidit in commiſſum propter canonem non ſolutum? tamen ſecũdum Balaſtud eſt voluntarium, vt infrà dicam: vel quia iure prælationis dominus vult rem venditam pro eodem pretio retinere. † Secus ſi res perueniat alio modo ad ipſum dominum, tanquam priuatum, quia emit eam ab emphyteuta, vel ex donatione aut legato, vel alio titulo eam ab ipſo emphyteuta habuerit, & non iure prælationis vel iure commiſſi: quia tunc remanet ſeruitus, vel hypothecæ obligatio. vt l. traditio. §. j. ff. de acquir. rer. domin. & idem tenuit Petrus de Bellapertica in d. l. tertia. ff. de ſeruitu. & Guid. Pap. in quæſtio. ccccclxxv. vbi dicit ita fuiſſe per curiam Grationopolitanam deciſum. & Iac. de ſanct. Georg. in tracta. feud. in glo. in verbo. ita etiam quod ipſi vaſalli & eorum hæredes. verſi. Vlterius eſt quærendum. etiã in ſeq. quæſtio. & in verbo, qui quidem inueſtiti. verſi. Item quæro de pulchra quęſtio. & idem tenet Maſuer. in ſua practica, titul. de loca. & iure emphy. verſi. item vtilis dominus ſcilicet emphyteuta & Guli. Benedi. in repe. cap. Raynutius. in quarta Deciſio. num. clx. de teſtamen. & ſing. Bartol. quem ſequitur ibi Ang. in d. l. ſi res. quibus modis pign. vel hypot. ſolut. & Bartol. in dicta leg. in diem. & ibi Ange. & Paul. de Caſt. de contractu reſoluto ex aliqua cauſa, quem dicit vidiſſe millies de facto. † Ideo diſtinguit Barto. quod aut ex cauſa antecedenti neceſſaria reſoluitur, aut ex cauſa voluntaria: ſi ex cauſa neceſſaria, vt eſt quando res fuit vendita cum pacto de retrouendendo, ſi interim pignoretur, & poſtea venditor recuperet, tunc reſoluitur, cum neceſſario emptor teneatur reuendere. l. ij. C. de pact. inter empto. & vendito. & idem quando ex facto emptoris non directè ad hoc ordinato, tunc ſoluitur omne ius per emptorem conſtitutum, d. l. lex vectigali. Ibi enim licet non ſoluat canonem, tamen non fuit voluntatis directæ, quod ad auctorem rediret, d. l. in diem. de aqua plu. † Idem ſi cum pacto additionis in diem, dict. leg. ſi ex duobus. §. fina. quia reſolutio fit ex neceſſitate facti præcedentis. Et id ſecundum Pau. de Caſtr. in dict. l. in diem. † vbi dicit in hærede grauato de reſtituendo poſt mortem, quia ſi in vita concedat alicui ſeruitutem, vel hypothecauit rem hæreditariam ſubiectam fideicommiſſo, adueniente die fideicommiſſi, ius ſeruitutis vel pignoris reſoluitur: pro quo eſt text. in d. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. Si verò ex voluntate vel facto emptoris ad hoc directè ordinato, & tunc non reſoluitur, vt in caſu præſenti, quando donauit eidem domino, vel quando emptor reſtituit venditori agenti conditione ex leg. ij. C. de reſcinden. vendi. cum poſſet ſupplere iuſtũ pretiũ, vt ibi. & in cap. cum cauſa. de emp. & vend. & tunc non reſoluitur pignus, vel ius illius, qui habuit ab emptore cauſam, ne ſit in potẽtia nocere illi, vt probatur in d. l. ſi res, cum ſequen. quib. mod. pignus, vel hypoth. ſol. & tenet Ioan. And. in additio. Specu. in rub. de obligat. & ſolut. verſic. propoſito conuenit quęſtio. Thomæ de Piperata. & Fab. de monte ſancti Sauini in iiij. quæſt. vij. princip. quæſtio. ſui tract. de empt. & pro hac Deciſio. eſt text. in authen. de aliena. & emphyt. §. ſi verò hypothecæ contra hoc detur creditor, quod ei debetur perdat, & res venerabili loco reddatur. † Sed contra Bar. videtur quod reſoluto iure pignorantis, reſolutũ ſit ius accipientis, etiã ſi reſoluatur ex actu merè volũtario. Nã ſicut in poteſtate emphyteutę eſt ſoluere canonẽ, & voluntariè nõ ſoluere, & hoc tenet creditori, & finitur eius hypotheca, ita etiam quando emptor reſtituit venditori vltra dimidiam iuſti pretij decepto, poteſt ſupplere pretiũ. & ita voluit expreſſe Bal. in d. l. ij. in xiij. q. verſi. iuxta hoc quæritur. de reſcindend. venditio. quia ſecundũ eũ potius debemus conſiderare id quod eſt in natura actionis reuocatoriæ, quæ competit ad rem, quam illud quod eſt in nuda facultate ſoluendi pretium. Et eum ſequitur ibi Alexan. in addition. dicens quòd opinio Bald. eſt verior. & melius loquitur. Et idem dicit Alexand. in additio. ad Barto. in dicta l. ſi res. † Tamen opinio Bartol. eſt communior. & mirũ quod Iacobus de ſancto Georgio de theorico Bartol. nec Bald. fecerit mentionem. Et opinionem Bartol. tenet Benedict. de Plumbino poſt Oldradum in leg. Iulia. alias Aelianus. ff. de manumiſ. & Decius in conſilio ccxxxix. verſicul. ad confirmationem. & Cin. & Bald. in l. ij. §. ſed quia noſtra. in vltima quęſtio. C. commu. de lega. Vnde in caſu noſtro videtur ex quo res peruenit, & reuerſa fuit ad dominum non iure dominij, ſed ex voluntate mera emphyteutę, ſcilicet titulo donationis, quod non reſoluatur hypotheca ſeu reditus, ſequendo Petrum, Iacob. & alios ſuprà allegat. Tum etiã hic propter promiſſionem domini factam emphyteutæ de ipſum immunem ſeu indemnem à debitis ſeruando, quod idem eſt text. cum gloſſ. in authen. item prædium. C. de ſacroſan. eccleſi. & Alex. in conſ. cl. ver. rurſus videtur per text. lib. ij. vbi vult, quod promittens præſtare indemnem aliquem à debitis, intelligitur de omnibus debitis. Et in hoc non eſſet dubium quando dominus ſolum ſe fundaret ſuper reſolutione hypothecæ reuerſo ad eum feudo, vel re emphyteuticaria: quia dominus tenetur, etiam ſi feudum vel res emphyteuticaria ad dominum iure commiſſi aut prælationis reuerſa fuerit: propter generalem conſuetud. in hoc regno Franciæ obſeruatam, quod feuda redacta ſunt ad inſtar patrimoniorum, vt voluit Ioann. Fab. inſti. de empt. & vend. in princ. & Alber. de Roſ. in l. fin. C. de iuriſd. omn. iudicum. & Iaſ. in leg. de quibus. ff. de legibus. cum aliis in §. j. & ij. de conſuetud. feud. libr. conſuetud. Biturig. allega. Ideo res debet tranſire cum onere ſuo, vt leg. Caius. & ibi Benedictus de Plumbin. ff. de manumiſ. Ad hoc vltimum reſpondetur, quod hic prohibitum fuerat, quod emphyteuta non poſſet imponere aliquod onus, aut reditum conſtituere, ideo non valuit, vt plenè dixi in §. xxiij. in vltima quæſt. de conſue. feud. lib. conſuetudin. & poſt Benedictum de Plumb. in l. quidã teſtamento. ff. de fideicommiſ. liberta. Sed quia dominus hic obtulit iure prælationis creditori ſummam principalem cum arreragiis ex ipſo reditu debitis, & ſic ſatisfecit promiſſioni: vnde ſuper hoc faciebant aliqui ex dominis dubium, ſed non eſt: quia tẽpore conſtituti reditus dominus poterat iure prẽlationis retinere, & habere illum reditum pro eodẽ

pretio,vt l.iij.ibi, ſi quidem dominus maluerit. & ibi Albericus de Roſa.Salicetus & Iaſon.C. de iure emphyteutic.& in capit.j.§.j.& ibi Baldus & Cardina.Alexand.& Alua.qualiter olim feudum alien. pote.& dixi in conſilio lx.incipiente, videtur viſo caſu.arguendo de toto ad partem.l.quæ de tota. ff. de rei vendication. & pro hoc text. in cap. Imperialem poſt princip. ibi, vt nulli liceat feudum totum,vel partem aliquam vendere,vel pignorare.de prohibita alienatione feud.per Federic.Ergo nunc poteſt idem facere dominus ex quo non fuerat requiſitus per nouum emphyteutam eum inueſtire. Et hoc ex capite ſuo,non tanquam donatarius vniuerſalis:cum hoc ius ſibi competeret,antequam eſſet hæres,aut donatarius vniuerſalis.l.Seia.ff.de eui ction.& pro hoc tex & ibi Bald. & Cardina. Alexand.verſicul.no.caſum ſingular.ibi in cap.j.§.ruſſus.de controuer. inueſtit.& in cap.j.§. ruſſus. titu. ſeq.quibusmodis feudum amitta.Quemadmodum dicimus de hærede proximiore volente retrahere rem per defunctum venditam:qui hoc poteſt,vt eſt text.in cap. conſtitutus. ibi, cuius ſucceſſores exiſtunt.& ibi tenet Henric.Bohic.in princ.de in integrum reſtitut.& Roman.in conſi.cclj.incip. charilſime dicitur:& plenè dixi lib. conſuet. Bitur. titul. de conſuetu.retract.§.iij.in quæſt. pen. aliàs vaſallus teneretur reſtituere emptori,aut creditori pretium,vt dicit tex.in d.c.Imperialem.in prin.ibi,emptori bonæ fidei,&c.& ibi Car.Alexand.verſi. no. quod ſolus bonæ fidei emptor.& in cap. ſi vaſallus feudum.ſi de feud.defuncti conten.ſit.& in cap.j.de controuerſ.inter dominum & empto. feudi. & ita concluſum fuit in curia in fauorem nobilis viri domini * retinere iure prælationis volentis, contra Ioannem de Cameſcaſſe à Seneſchallo Xantonen.ſeu eius locumtenente appellantem. Et latum arreſtum die v.Auguſti, Anno 1522.

SVMMÆ.

1 *Retrouendendi pacto, an præſcribatur xxx. annis numero 2.3. & 4.*

5 *Quandocunque dicitur, non excludit præſcriptionem xxx.annorum,etiam ſi adhibeatur iuramentum.& nu.7.*

6 *Perpetuum exponitur vſque ad triginta annos.*

8 *Præſcribendi facultati non poteſt renuntiari, niſi vſque ad decem,vel viginti annos.& nu. 9.*

10 *Præſcribi an poſſit contractui ſimulato, & priuati pretij. & numero 11.*

12 *Præſcriptibilia omnia xxx. annis præſcribuntur in Gallia.*

13 *Emptor eius qui emerat cum pacto de retrouendendo,an præſcribat x.vel xx.annis.& nu.14.*

15 *Venditor cum pacto de retrouendendo,an agat in ſecundum poſſeſſorem.& nu. 20.25.27.& 53.*

16 *Venditio quibus modis ipſo iure reſoluatur & numer.17.*

18 *Pactum de retrouendendo, an tranſferat dominium in venditorem adueniente tempore. & nu.19.*

21 *Pactum de retrouendendo tranſit ad vtriuſque partis hæredes.*

22 *Conditio implendi ius,an tranſeat ad hæredem.& numero 23.& 24.*

26 *Creditoris vendentis pactum de retrouendendo prodeſt debitori.*

27 *Procuratoris pactũ quod domino reuẽdatur, valet.*

29 *Renendere obligatus,licet ſuccedat obligatio ad interesſe,condemnatur ad tradendum.*

30 *Filiusfa. emens an poſtea poſſit ſe obligare ad illam reuendendam.& nu.31.33.34.& 36.*

32 *Contrahens cum ſeruo,vel filiofa. poteſt eidem ſoluere.*

35 *Tutor emens nomine pupilli,an poſſit facere pactum de retrouendendo.*

37 *Alienatam rem reuocare volens poteſt agere, & contra alienantem, & contra poſſeſſorem.*

38 *Dominium in retractu reuertitur ad venditorem à tempore conſignationis.*

39 *Venditio noua an ſit in pactu de retrouendendo,vt debeantur laudimia.& nu.40.*

41 *Præſcriptio qualis requiratur in eo qui emit à malafidei poſſeſſore.& nu.43.44.45.& 46.*

42 *Mala fides actoris non nocet ſingulari ſucceſſori,niſi ſi in caſibus.*

47 *Reſoluto iure actoris quando reſoluatur ius habentis cauſam ab eo.*

48 *Sententia lata contra aliquem,an executioni mandetur contra alium, ad quem res deuenit.& nu. 51.*

49 *Sententia contra venditorem quando noceat emptori.& nume.50.*

52 *Retractio intra certum tempus agnatis conceſſa habet locũ etiã ſi per mille manus res tranſierit.*

53 *Pactum de retrouendendo cum iuramento, & hypotheca omnium bonorum impedit alienationem in tertium factam.*

54 *Hypotheca omnium bonorum ſolita poni,cenſetur poſita.*

55 *Conſtituti,vel precarij clauſula in pacto de retrouendendo impedit alienationem in tertium.*

56 *Hypotheca non præſcribitur xxx.annis,ſed xl.*

Quæſtio CLXXXII.

Et per ſupradicta videtur ſoluta alia quæſtio, quæ fuit in curia inter aliquas partes mota, videlicet an is qui emit ab emptore qui prius emerat cum pacto de retrouendendo,poſſit cum illo titulo,& bona fide præſcribere decem annis inter præſentes,& xx.inter abſentes,& illa ſe iuuare contra dominum primum venditorem agentem, licet in caſu noſtro egerit antequam præſcriptio fuiſſet finita ſeu completa, & ſuam poſſit actionem contra poſſeſſorem experiri & dirigere, primo emptore non conuento,qui pactum fecerat de retrouendendo.

DECISIO CLXXXII.

DIco † primò quantum ad primum emptorem qui emit cum prædicto pacto de retrouendendo, in perpetuum, vel ad certum tempus, eſſe expeditum, quòd nõ poſſit minori ſpatio xxx. anno. cum illi facultati ſolum præſcribatur dicto tempore, vt tenet Paul. de Caſt.in conſi.cccxxix.in princ.volumi.nouo.& Signo.de Homed.in conſi.cxl.& Iac.de ſanct.Georg. in l.epiſtola.§.j.in fin.ff.de pact.† Licet Alb. de Roſa.in d.l.ij.de pac. inter empt. & vend.in vlti. q. ſequendo Vber. de Bob. velit, quòd requirantur xl.anni ad inſtar creditoris poſterioris offerentis priori.l.cum notiſſimi.§.eodem iure.C.de præſcri. xxx.annor.& idem Bal.in conſi.inc.quæritur vtrum poſſit dari curator.quod ad hoc alleg.Fabia.de mõte ſanct.Sabini in ſuo tract.de empt.& vendi.in iij. q.vij.prin.quod tamen non inuenit, ſed voluit ipſũ allegare in iij.parte conſi.ccliij. inci.ad euidentiam præmittendum eſt. verſic. quæro vtrum valeat pactum.

1

2

Digitized by Google

ctum. Et ita fuit iudicatum Parisiis, Anno Domini 1518. vt refert Ioannes de Montelon, in suo iuris promptuario, in ver. emere. Licet secundum eum contrarium fuerit iudicatum in Diuionensi Parla-
5 mento, vt statim dicam. Tamen † idem Fab. tenet, quòd illi facultati nunquam præscribatur, quando conuẽtum est quod vẽditor possit quandocunque redimere; qua dictione vtitur Imperator in d. l. ij. & Papa in c. ad nostram. de empt. & ven. & textus in cap. j. ibi, quandocunque. & ibi Aluar. & de Iser. Bald. & Cardi. Alex. de feu. dato in vicem leg. commissa. vel quãdo dictum est in perpetuum. l. quod si nolit. §. si quid ita. versi. si verò conuenerit vt in perpetuum. & ibi Bald. & Ang. Alb. & Cæpo. in iij. & iiij. nota. ff. de ædil. edict. & amplè An. Barba. in consi. li. vo. j. & in consi. xviij. verticul. circa aliud dubium. lib. iij. quando est dictum non obstante aliqua temporis præscriptione, & ad omnem petitionem, & voluntatem venditoris, vel creditoris & Ang. in d. l. j. de vsucap. vbi etiam dicit quod quotidie fiunt talia instrumenta ad omnem petitionem, seu voluntatem & terminum contrahentis: quam quidẽ clausulam solent notarij curiæ primatialis & patriarchalis Bituricen. in obligationibus sub sigillo eiusdem curiæ confectis ponere. Quare post annũ & diẽ non possunt dici subannatæ: quia semper paratam habent executionem. & istam partem tenuit Chassa. lib. consue. Burg. tit. *Des rentes vendues à rachapt.* §. j. num. xv. dicens ita fuisse per parlamentum Burg. & melius quàm fuerit iudicatum per Parisien. & de Montelon vbi suprà dicit
4 cõtrarium. Quod † puto verius, quod præscribatur xxx. annorum spatio: & communiter in curiis seruatur, vt dixi in §. j. in gl. j quæstio. vlt. ide præscrip. lib. consue. Bituri. & in quodam consilio xiiij. inciduæ communitates. & sequitur Ias. in leg. petens versi. circa ista. C. de pact. & in leg. iij. in fi. de insti. & substi. & idem Alb. Bru. in consi xcv. incip. visis subtilibus allegationibus. & Matth. de Affli. in tracta. protomiscos in glo. in verb. licet tantum. ver.
5 item quæro de alia quæstio. † quia dictio, quandocunque non excludit præscriptionem xxx. anno. vt dicit Bal. in c. j. de feud. dato in vicẽ legis commiss. & pro hoc bo tex. iuncta glo. in verb. perpetuò. in
6 l. prætor. §. hoc interdictum. ff. de ope. no. nun. † vbi glo. exponit perpetuum vsque ad xxx. annos. per text. Institut. de perpet. & temp. actio. in prin. & Felin. in rub. de præscr. & Ant. Rub. consi. iiij. in thoan.
7 dicitur in contractu mihi exhibito. Etiam † si iuramentum super eo interpositum fuerit, secundum Doct. suprà allegsequendo Ang. consi. lv. Quamuis Alex. in hoc teneat contrarium in l. nemo potest. ff. de leg. j. & Felin. in c. si diligenti. ver. secundũ correlarium de foro compe. & in d. rub. de præscri. in iiij. fal. Sed præcedens opin. est communior non obstante iuramento, cum qua transit Ioan. Franc. Balb. in tract. suo de præscrip. in iiij. parte. v. partis princi. versi. iij. quæro. & Albe. Bru. consi. lxxij. vers. sed maior difficultas. & Philipp. Decius in consil. xcliiij. icipien. non fuisset propositi mei. & Geral.
8 de Petra sanct. in suo singul. xviij. † Quoniam secundum Bald. Ang. Cæpol. & communiter Docto. suprà alleg. in d. §. si quid ita facultati præscribendi renuntiari non potest, quin possit præscribi xxx. annis, quæ est odiosa, & currit sine titulo. l. si quis emptionis. C. de præscri. xxx. vel xl. annor. & idem tenent Ludo. Roma. post Bar. in d. l. j. ff. de vsucap. & Bart. in d. l. nemo potest. versic. quærit Din. licet Ioan. de Imol. & plures alij teneant ibi contrarium. Sed opin. Bart. sequitur Alex. in dic. leg. nemo potest. versi. & inducitur iste text. ad quæst. & idem etiam ibi Franc. de Are. versi. sed quæritur incontinenti. Secus est in fauorabili, vt in. vsucapione, vel mixta: vt est præscriptio x. vel xx. annorũ requirens titulum & bonam fidem, iuxta leg. fi a. cum sua gloss. in verbo, ex una parte cum sequẽ. & ibi Bart. & Doct. C. de edi. diui Adria. tol. † quia huic be- 9
ne potest renuntiari, secundum Doctor. suprà allega. & tenet Feli. in d. ca. si diligenti. col. v. versic. intellige secundò. & Roffre. Beneuenta. in quæstionibus sabbati. quæstiõn. ix. ante fin. & Ioan. And. in additio. Specu. super rub. de præscrip. col. j. circa fin. ver. Roffre. sua quæ. ix. & idem Abb. Sicul. in dicta rub. de præscriptio. col. pen. versi. vltimo hic quæro. & ista conclusio est communis & vera, quod primus emptor potest (non obstante pacto etiam iuramento vallato, ac expressè renuntiatione præscriptionis facta) præscribere rem sibi venditã xxx. annis. † Si verò in tali contractu venditionis 10
cum pacto de retrouendendo facto interuenit modicitas pretij. ratione cuius redditur simulatus, iuxta not. in c. illos vos. de pigno. tunc voluit Ioan. Frãcisc. Balbus vbi suprà in fin. quod non possit præscribi alleg. Barb. in d. consil. lj. col. x. cum sequen. vol. j. ita tenere. & Cæpol. in tractat. suo de contract. simulatis in vltim. parte. quod tenet singulariter Alexand. in consil. xlvj. col. j. & ij. libro tertio, dicens hanc esse communem opinio. vbi interuenit paruitas pretij. & pactum de retrouendendo, etiam si non constet emptorem solitum fœnerari. Et ipsum refert & sequitur Gerald. de Petra sancta, in dicto singu. xviij. vbi amplè prosequitur. Hoc dictum habet apparentiam non modicam.
† Nihilominus ergo crederem posse illi facultati 11
etiam xxx. annis præscribi, per nota. in l. ij. C. de rescind. vend. & per no. per Bald. Ang. & Alb. de Rosa. in d. l. ij. de pact. inter empto. & vendit. & sentit Alexan. in d. consi. xlvj. in fin. ij. quęstio. dum dicit, quod in casu suo in quo consulebat, præscriptio xxx. anno. non erat completa. vel saltem dico pro maiori posse præscribi xl. annorum spatio sequendo Vbert. de Bobio. & Alberi. de Rosa. in d. l. ij. de pact. inter empt. & vend. per text. in dicta leg. cum notissimi. §. sed cum illud. & §. sequ. Tamen ad huc præcedens de consuetud. generali Franciæ seruaretur, † per quam omnes res præscriptibiles di- 12
cto tempore xxx. annor. præscribuntur, vt dixi in d. §. j. de præscrip. lib. consuet & ita pluries per curiã fuit iudicatum. Et hęc de primo emptore sufficiãt.
† Sed quòd ad secundũ emptorem vel alium, qui ha- 13
bet causã immediate à dicto primo emptore: Bart. in d. l. nemo potest. tenet quod etiam potest præscribere sicut primus, non obstante pacto facto authori: quia habet bonã fidem cum titulo. † Sed con- 14
trarium tenet Roffr. & Ioan. And. vbi suprà scilicet. quod non poterit præscribere x. vel xx. annis, cum pactum factum cum venditore noceat emptori & id quod obstat venditori obstabit emptori. Sed ipsi Ros. Ioan. And. & Barb. loquũtur in hoc casu, & sequenti in alio pacto quam de retrouendendo, vt infrà in resolutione materiæ dicam. † Sed in pacto 15
de retrouendendo, secundus emptor non potest x. vel xx. annis præscribere, vt tenet Alexan. in d. consi. xlvj. col. vlti. versicu. quo autẽ ad præscriptionẽ & Bal. in d. consi. cccxciiij. incipi. venditor constituit. volu. iiij. Si verò sit alius tertius emptor, vel possidens cum titulo & bona fide, qui non habet causam ab ipso primo emptore immediato, sed a-

lio mediante, & tunc bene præscribit secundum Roffre.& Ioann. And.vbi supra & in isto casu non videtur dubium,vt infrà dicam per text. in l. qui à debitor..ff.quæ in frau. credi. sed in casu nostro in pacto resolutiuo idem tenet Paul. de Castr. tam in hoc præcedenti casu,in l.fi.§. sed quia nostra maiestas.v..rsic.sed extra glo. C. commu.de leg. dicens hoc dictum fuisse Pet.& Cin.in l.fin.in vj. oppo.C. in quib.caus.in integr.restitut.non est necessi.& idē Bartol.in l.Pomponius.§. j. quem sequuntur Alex. versicu.iij.Bart.limitat,& communiter Doctor. ff. de acquir.possel.& Philip.Cornel.consi.cxvij.in litera K,cum seq.vsque ad fi.lib.j.& sic debet iudicio meo intelligi dictū Bar.in d.l. nemo potest. ne sibi videatur contrariari,vt infra dicam. Sed frustra disputaremus quanto tempore præscribant secundus, tertius,& deinceps emptores,ac singulares successoces,si venditor non possit recta via suam intentare actionem vtilem rei vendicationis contra ipsos,nō discusso primo emptore,qui fecit pactum de retro
16 uendendo. † Et circa hoc Doct. sunt varij & contrarij,vt ex infrà dicendis apparebit. Et circa hoc Pau.de Cast.in l.si à te.per illum textum.C.de pact. inter emp. & vend. dicit, quòd si pactum de retrouendendo fuerit factum ad instar,& similitudinem pacti legis commissoriæ,scilicetquod restituto pretio emptori res esset inempta, aut infecta, vel pro non habita,vt dicit ibi textus,aut pretio obligato, consignato, & depositò res ad ipsum venditorem reuertatur per legem commissoriam,quod tunc vēditor primus poterit à quocunque possessore vendicare,cum translatum fuerit in eum dominium,& idem dicit in l.si cum venderet.per illum text. ff.de pignorati.actio.quoniam non potest transferri nisi cum sua causa.l.Iulianus.& ibi benedict.de Plumb. & in l.Caius.& ibi Barto.& Ludouic. Bolog. & ibi dixi in additio.ad eum.ff.de manumis. testa. & tex. in d.l.Pomponius.§.j.& in l.vna C. rem alien. geren. & in capit. ex literis. de pigno. † Et sic secundum Paulum oblato pretio emptori vsurario resoluitur ius ementis ab eo.d.l.lex vectigali.de pigno. & dicta l.Pomponius.§.præterea.& l. si ex duobus. §.sed & Marcellus.ff.de in diem addic.& verum dicit,quoniam hæc fuit opinio Bald.in l.ea lege. versicu.ad euidentiam.& ver.ego dico.C.de condi.ob caus.dato.vbi dicit,quòd non est adeo speciale in pacto legis commissoriæ, vel addictionis in diem, quin sit idem in omnibus pactis habentibus vim resolutiuam principij contractus & traditionis: vt si vendo hoc pacto,quod si ad actum venditionis & traditionis processum fuerit, res sit inempta, quod valet,vt tenet gl.in l.j.ff.de donat.& sic impeditur alienatio.& idē tenent ibi Din.Petr.& Albe. & Cin.in l.fi.de rebus alien.non alie..& Salice.in l. j. de pact.pigno.quia quod potest fieri per legē, potest fieri per pactū.l.nō impossibile. ff. de pact. no. gl.in rubr. C.de decre.decur. & ibi Luc.de Pēna,& Iaco.Rebuf.li. x. aliàs secundum Bald. in dicta l. ea lege.si requireretur factum,scilicet quando dictum fuisset simpliciter,quòd res ad venditorem ipso facto quòad proprietatem & possessionem reuertatur,& tunc non reuertitur, & ipsum sequitur Sali. in d.l.ea lege.& idem Paul.de Cast.in l.qui absenti. §.j.versic.tu potes.& etiam profecto ipsemet Alexand.ibi vers.alia traditur cautela secundum Bald. ff.de acquir.possessio.& idem tenet Bald.in l.ij.post princi.versic.sed quid in contractibus.C.communia de leg.& Ange.Barba.in d.consil. lj.versi.capio nunc alium articu.nume.xv.volum.j.vbi hoc singu. probat,& Pau.de Cast.in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de
verbo.obli.† Sed contrariū contra Pau.tenet Alex. 18
in cōsi.x.volu.j. quod per pactū de retrouendendo aduenīēte tēpore,nō fit trāslatū dominiū in venditorem ipso iure absq; retraditione,etiam si hoc pactū fuisset factum per modum legis cōmissoriæ. & hoc per gl.in.l.j.de pact. inter emp. ita q; nō potuerit agere contra alium possessorem,sed bene agere poterit cōtra primum emptorem condictione ob causam ad omne damnum, & interesse in pecunia tantum satisfaciendum:& sic non poterit dominus consequi rem suam, nisi secundum eum tale pactum factum fuisset in eodem instrumento, vel alio incontinenti:quia tunc sine retraditione reuertitur,vt ibi col. vlti.in tribus versic.quare non bene figit pedem,cum hodie talia pacta fiant singulariter in eodem instrumento,vel alio incontinenti,& eodem instanti:& sic inclinat in sententiam Pau.de Cast.tamen Fran.Curt.in consil.xij. incip. Lucius Titius Cremonens.sequitur Alexan. dicens ita etiā tenuisse Raph.Fulgo.& quod in iudicādo ad opinionē ipsorum & Alexan. diabolicum esset recedere. Et sic Ange.in d.consi.lv.in fi.& etiam tenuit Ias. in leg.ab emptione.versicu.ex hoc confunditur noua.& singu.Deci.Paul. de Castr. ff. de pact. & hoc quando solum est factum pactum de retrouendendo.& idem Alexan.in consi.ccxxxij.verti.circa verò aliam obiectionem.lib.vj. & in consi cvj. incip. super alio.lib.vij.vt statim dicam. & ipsum sequitur Antonius Rubæus consilio clix.& Decius in l. certi condictio.§.deposui. numero vj.ff.si certum petatur.& consil.clxxxvij.versicu. venio ad secundum,nisi tertius possessor fuerit in iudicio auditus l.cum miles.§. si is qui.& ibi glo.& Bart.ff. ex quibus caus. maio. cum simi.† Et pro hac parte facit 19
quod dicit Bald.in l.j.versicu.& facit ad quæstionē statuti.C.comm.de leg.quòd instrumentum guarentigię ratione hypothecæ non potest contra singularem successorem,vel alium exequi, quia præceptum,vel confessio non sequitur fundum. l. j. §. hærede.ff.ad Treb.& Bene. de Bazis in suo tracta. guarenti.in prima parte princip.q.ix.versic. aliquādo verò occurrit.Sed responderi potest ad gloss.in d.l.j. de pactis inter empto. super qua se fundauit Alexan.quæ dicit illud pactum de retrouendendo non esse pactum legis commissoriæ: verum dicit, quia verba sunt obliqua.Sed quando pactum istud est factum in venditione,& traditione per modum legis commissoriæ, scilicet quod restituto pretio, vel oblato & consignato quandocunque, vel intra certum tempus,res sit inempta.illa gloss. non dicit quod non resoluatur: quia tenet contrarium in dicta l.j.de donat.& in dicta l. ab emptione. Vnde non solū resoluitur contractus in pactis legis commissoriæ,vel addictionis in diem, sed etiam in aliis eis similibus,vt est text. secundum vnum intellectum,scilicet secundum quem ponit Rapha.Fulgo.in dicta.l.si cum vēderet.& hæc opin.fuit Bald. in tracta.suo de pact.quæ.lxxxj. versicu. sed quid si esset actum, quod res quæ fortè erat emptori tradita retradatur venditori, & à venditione recedatur. Hic, vt inquit, sunt duo pacta, vnum vt retradatur:& hoc non rescindit contractū ipso iure: aliud est vt à vēditione recedatur:& istud rescindit ipso iure re tradita.Et magis secūdū eū si fuisset dictum,vt committeretur etiā ante rem reductam in pristinum statum vt ibi. Et opin. hanc magis firmat in q. lxxvij. quando pactum fuit per ablatiuū absolutum,scilicet, re restituta venditori soluto

pretio

pretio contractus reſcindatur, per dictã l.ab emptione.& opin. Paul. de Caſt.& aliorum ſequa. ſequitur Iaſ.conſi.cxxviij. inchoan.videretur in præſenti dubio.volumine iiij.& Cæp.in d.tract.de cõtract. ſimulat.in princ.ver.ſecundo caſu.& Ioan.de Ana.in c.conqueſtus.verſi.facit. quia per pactũ de retrouendendo transfertur dominium. de vſur. & Ang. Aret.in §.fi.inſtit.quib.mod.tollitur obl.licet nullam Paul.de Caſtr. faciat mentionem. & etiam Guid. Pap. practicus ſing. in conſil. xlix. & Ioann. Fab.in l.j.in fin.C.quando liceat ab emptio.diſced. & Maſuerius in ſua praxi.tit. de empt. fol. viij. col. iiij. verſicu. item ſi venditor fuerit deceptus. per nota.per gloſſ.& Doct.in d.l.ij. de reſcin. ven. vbi gloſ.magna circa medium ibi,item quid ſi ipſe emptor rem iam alij vendiderat, & tradiderat quod habeat locũ illa lex contra primũ emptorẽ,quoniã per eum factum fuit quominus habeat. Sed tamen non dicit quod agere poſſit contra primum emptorẽ.& Per.ibi tenet quod ſic officio iudicis,ſi primus nõ eſt ſoluendo.† Et idem Salic. in xij. quæſt. ver.ſed iuxta prædictũ thema,ſi ſecunda emptio laborat eodẽ morbo quo prima, & primus emptor non ſit ſoluẽdo,quod tunc in ſubſidium vtilem poterit intentare actionem ex æquitate:aliàs ſi iuſto pretio emit,quod non admittatur.† Tum non ſolum iſtud pactum de retrouendendo tranſit ad hæredes vẽditoris, etiam ſi de eo non ſit facta mentio,l.ſi pactum.ff.de probatio.& ibi Flor.de ſanct. Pet.ſed etiam profecto cõtra hæredes & ſucceſſores emptoris,d.l.j.& ibi Albe.de Roſa. de pact. inter emp.† Et ita per illum textũ tenuit Bar.inl.ſi de cem cũ petiero.quẽ ibi ſequitur Bald.Imol. & Iaſ. ff.de verbo. obli. volens quod vbi ex implemento conditionis aliquid eſt peruenturum in futurum ad eum qui futurus eſt obligandus,tunc ius implendi talem conditionem tranſit ad hæredes tam implentis,quàm eius in cuius perſona debet impleri. & idem Bartol.in l.ſi prædio.in princi. quem ibi ſequitur Rapha.Fulgo.ff.de in diem addi.& in l.à teſtatore.& in l.cui fundus.ff.de conditio.& demonſtrationi.&Salicet.in dicta l.ij.de pactisinter empt. & Docto:inſuper Iaſ.Iaco.de S.Georg.in d.l. epiſtola.§.j.ff.de pact.& Cin.Bald.& Doct.in l.pen.de condi. inſer.† Et idem Angel. in dicta leg. ij. de pact. inter empto. ponens etiam aliam opi. ſing. quod vbi ex diſpoſitione conditionis reſultat de per ſe alius contractus,vt eſt,& communiter ſit ad partem,& per ſe inſtrumentum de retrouendendo quod traditur venditori,tunc ius implendi conditionem tranſit ad hæredem, & impleri poteſt hæredi,l.ij.& ratio eſt ſecundum eum, quia diſpoſitio quantumcunque conditionalis tranſmittitur in hęredem,& ad hæredem.§.ex conditionali.Inſtitu. de verbo.oblig.hoc intelligunt Doct. in conditione caſuali, & non poteſtatiua, dict. l. qui Romæ. §. Auger. de verb.oblig. Sed † vbi ex appoſitione conditionis non reſultat alius cõtractus,tũc ius implendi non tranſit ad hæredem, vt d.l.ſi decem cũ petiero.& idem dico in ſucceſſore particularis emptoris.d.§. Augerius.ibi, an ſi aduerſus hæredem eius actum fuiſſet aliúmve ſucceſſorem &c. hoc etiam habet locum ſi hæres emptoris eſſet minor, qui ſine decreto tenetur retradere venditori,vt l.j. C. quando decr. opus non eſt. & hanc opi. Pauli ſequtus fuit Chaſſan. conſil.xxxiij.ſecũdum quã dicit fuiſſe tam in Parlamento Pariſien. quàm Dijonen. iudicatum.& conſil.xlj.num.vij. volens etiã poſſe intentare poſſeſſorium contra poſſeſſorẽ,

† Quia opinio Alex.in caſu noſtro,& minus in caſu in quo conſuluit ſeruatur,volens primũ vendito rem non poſſe agere contra ſecundũ emptorem,etiam ſi iſte ſecundus fecerit ſibi de conſenſu primi emptoris ſimile pactum de retrouendendo. Cõtra quem ergo aget?contra primum certè, non viſa venditione & delegatione per eum alteri de conſenſu ipſius venditoris domini facta. Neceſſariò igitur concludendum erit virtute ſecũdi pacti poſſe agere contra iſtum ſecundum emptorem, qui ſucceſſit in locum primi, dicta l. ij. de pactis inter empto.& bo.text.in d.l.ſi cum venderet.& in l.ſundo in diem, ff.de in diem addi. ibi, obligatus non erit:quia ſecundũ Albe.de Roſa.ibi, receſſum à prima venditione vt per totum.C.de noua.& delega. &per nota.in l.fin.C.de iure emphyteu.& per Angel.in d. epiſtola. §. j. de pactis. quem ibi ſequuntur Pau.de Caſt. & Iaco. de Seor. j. volentes † q̃ ſi creditor vendidit alicui,& facit pactum cum emptore,q̃ ſi debitor reddat pecuniam eidem empto ri, quod teneatur ſibi reuendere rem prædictam quòd tale pactum valet,& prodeſt ipſi debitori ab ſenti.dicta l.cum venderet.quia hoc caſu creditor vendendo pignus cenſetur procurator debitoris. textus in leg.ſi pignori.in fin. ff.familiæ erciſcund. †Sed ſi procurator vendidiſſet, & appoſuiſſet pactum,quòd ipſe emptor teneretur reuendere domino ipſius procuratoris,tale pactum valeret, per notata in l.reſcriptum.§.final.ff.de pactis.† Et iſta pars eſt multum æqua ſecundum Angelum & Doctores ſupra allega. & tenuit ipſemet Alexand.in conſi.lxvij.incipien.viſo themate, & verbis inſtrumẽti ver. poteſt reſponderi.lib. ij.vbi alle.Bar.in l. ſi pro re.§. j.ff.de euictio.& tale pactum eſt reale, vt voluit Bald.in cap.j. §. rurſus. verſicul. not. hic duo.ſi de inueſtit.feu.controuer. fuer. quia rei cohæret, vt ibi vide per eum, & tenet Ang. Aret. in §.adeo.in glo.propriam.verſ. in eadem gloſſ. in fi. inſti.loca.quia iſte ſecundus cenſetur rem habuiſſe à primo venditore, poſtquam emptor primus cõſenſit,vt voluit Pau.de Caſt.in conſi.cccxxx.ver. ſuper tertio quæſito cuius initium eſt, ſuper primo quæſito,vol.antiq.arg.l.item eorum. §. decuriones.ff.quod cuiuſque vni & l. vnum ex familia. §.fi.ff.de leg. ij.& opin.Pau.de Caſt.ſequutus eſt Socin.conſi.lxxx.vo.iij.allegans ita tenere Rapha.Cuma.in d.l.j.iij.fin.de donationi.& etiam reſpondet ad Alex.vt ibi vide cauſa breuitatis.Nec eſt ſecundum eum minus deferendum authoritati Pau. de Caſt.& Cuma.quàm domini Alex.& melius refert ob veritatem opin. Cuma.quàm faciant Alex. & Franciſc. de Curte.& idem tenet Salic.in l. prædiũ C.de ædil.actio.quem tex.Bar.ibi inducebat contra Din. & minus bene ſecundum Sali. fatetur tamen Alexan.in dic.conſ.ccxxij.ver. Circa verò aliam obiectionem, † quod dato quod obligatus ad reuendendum ſit in mora, & ſuccedat obligatio ad intereſſe, non tamen per hoc extinguitur principalis obligatio, qua quis tenetur ad faciendum: & poteſt ad ipſum factum præſtandum condemnari,dato quòd poſt ſententiam liberari poſſit ſoluendo intereſſe, per glo. Doct. in l. j. ff. de actio.empt.cum aliis per eum alleg.Tum etiam ſecundum eum iſte primus emptor ſe iuſtè excuſare non poteſt,cum fuerit in dolo vendendo rem quã promiſerat reuendere, & ſic faciendo quominus vendere & tradere poſſit, vt probatur in l. ſi verò cum l.ſequẽ.& l.qui petitorio.& quod ibi not.ff.de rei vend. Tamen poteſt reſponderi, quod parum

eſt agere contra primum ad rem reſtituendam, & ſuper hoc obtinere ſententiam, ſi poſtea ſoluendo intereſſe liberaretur, cum ſententia debeat ſecundum ſui formam,& tenorem demandari executioni,& fortè contra ſecundum emptorem,vt infrà dicam.nihilominus cum iſta tranſit Alex. & idem in conſi.cvj.ſuprà alleg.volens ibi vnum aliùd, quod

mam lectur. gloss. approbatam in leg. si actionem. & ibi Bald. Paul. de Castro, Alexand. & Claudius de Seyssello. C. de pactis. & idem tenet Bald. Paul. de Castr. & Lancelot Decius in l. duobus. ff. de legat. j. & latius Paul. in l. plane. §. si duobus. column. iij. eod. titul. vbi dicit, quod renuntiatio prodest illi, cuius contemplatione est facta. Et illius contemplatione videtur facta, cui sit, per not. in d. l. si actionem. Concludens Alexand. quod vbi renuntiatio non est simpliciter facta, sed per viam pacti de non petendo: aut quando solum contemplatione vnius, magis quàm alterius appareret esse factã, vel quando filia recepit aliquid loco illius iuris renuntiati & remissi, vt fuit hic, quod tunc in his casibus renuntiatio prodest tantũ patri, vt ibi vide per eum. Et idem Paul. de Castr. in l. j. §. inde Neratius. ff. ad Trebellian. & in l. sicut maior, & ibi Philip. Corneus. in princip. & Iaſ. column. ij. C. de repud. hæred. vbi Iaſ. post Paul. de Castro. not. illum text. pro puellis, quæ per fratres maritantur, in locis in quibus fœminæ succedunt, sicut masculi: qui faciunt eas repudiare hæreditatem paternam. Nam si talis filia prius adiuisset hæreditatem patris, ita repudiatio non valet, per illum tex. ideo fratres non debẽt facere repudiari hæreditatem, quam adierat, seu in qua se immiscuerat, sed renuntiari facere omni iuri, quod habet in hæreditate patris, illam sibi donando, & pactum de non petendo faciendo. Licet Alexand. ibi hoc reprobet. sequendo intellectum Bartol. tamen vel secundum ipsos, de quo ibi per Iaſ. & in leg. si stipulatio, hoc modo concepta. col. vj. versicu. vltimò. ff. de verb. obligatio. & istam vltimam partem tanquam communem plures ex dominis sequuti sunt. Tamen maior pars tenuit primam partem, secundum quam fuit concluſum & iudicatum, vt patet per arestum, latum die iij. Augusti. Anno Domini, 1524. De quo vide quæ dixi suprà in quæst. ciij. incip. Si filia dote contenta &c. vbi amplè dixi: ideo amplius non me extendo. Tamen in isto casu prima pars videtur magis æqua, ne pater ditet liberos secundi matrimonij ex bonis filiorum primi matrimonii, vt infrà dicam. in quæst. exc. an pater priuetur vsufructu in legitima filiorum propter prohibitionem vsus fructus per matrem factam.

SVMMÆ.

1 *Pater succedit filio vnà cum aliis fratribus & sororibus.*

2 *Fratres vel sorores ex altero latere tantum non succedunt fratri vnà cum patre.*

3 *Frater vterinus in bonis maternis præfertur fratri, qui est ex parte patris, & econtra.*

4 *Frater vterinus an succedat vnà cum matre.*

5 *Parentes qualiter filio succedant stantibus fratribus, si ad secunda transeant vota. & nunc. 6.*

7 *Mater transiens ad secunda vota, perdit proprietatem omnium lucrorum, & donationum primi matrimonij, sed non vsumfructum & num. 8.*

9 *Maritus si quid de cõsuetudine lucretur, intelligitur quo ad solum vsumfructum, si extent liberi.*

10 *Mulier quando per secundas nuptias non perdat proprietatem acquisitorum.*

11 *Vsumfructum quando non habeant parentes in bonis filiorum, & nu. 12. 13. 14. 15.*

16 *Parentes cum filys instituti, an intelligantur pro virili.*

17 *Parentes quando succedant in bonis filij pleno iure, nec per secunda vota priuentur. & num. 19. 20. 21. 25. & 28.*

18 *Parentes an pleno iure succedant filio habenti fratrem ex altero tantum latere.*

22 *Secunda nuptiæ de consensu coniugis vel liberorum contractæ quale pariant præiudicium.*

23 *Renuntiationes liberorum in secundis nuptiis parentum qualiter præiudicent. & nu. 24.*

26 *Secundæ nuptiæ in plerisque casibus post annum permissæ, an etiam ante annum permittantur. & nume. 27.*

Quæstio CLXXXV.

De parentum successione ex linea paterna vel materna qui præferantur.

DECISIO CLXXXV.



VOlo ad secundam quæstionem principalem quæ clara est, an pater & mater succedant filio sine liberis defuncto, cum aliis existentibus defuncti fratribus. † Et text. 1
est quòd sic, in authẽt. defũcto. C. ad Tertul. etiã illa authẽt. est sing. quia magis practicatur, quàm alia, secũdum Bar. ibi, & text. vnde sumitur de hæred. quę ab intest. defe. §. consequens. etiam in omnibus bonis eidem defuncto filio ex aliorum fratrum successione, vel aliunde obuentis in viriles portiones, omni differentia sexus, & patriæ potestatis sublata & Angel. in consil. cclxxxv. incipien. Super primo puncto. versicul. Quicquid autem extra lucra. & Cornel. consil. lxxxij. in litera E, vol. ij. vt infrà dicam. † Sed fratres vel sorores coniuncti ex vno tan 1
tum latere, vt ex patre tantum, vel ex matre tantũ, vel filii eorum, hodie nullo modo succedunt ab intestato simul cum patre vel matre, aut cum aliquo de ascendentibus per lineam paternam vel maternam. dicto §. consequens. & §. si igitur defunctus in i. & §. si verò eod. titu. & in §. j. in authent. vt fratrum filij. Olim tamen erat aliter, quia isti ex vno latere succedebant ipsi defuncto vnà cũ patre vel matre. l. fi. in prin. C. ad Tert. & l. de emãcipatis. C. de legit hæred. quæ tamen corriguntur. vt ibi tenẽt Ange. & Paul. de Cast. & Bald. in d. authent. defuncto: col. iij. versicu. Iuxta istum versi. & Din. in tracta. de succeſſ. ab intesta. col. iij. in princ. versi. Alij sunt fratres. & Bar. in l. ij. col. vij. versic. Vlterius quęro an tacita pupillaris excludat fratrem. ff. de vulga. & pupil. substit. & Barba. consi. xxxvij. col. ante penul. num. xix. vol. ij. & Angel. in authent. de non eligen. secundo nuben. post princ. versicul. Super text. ibi locauit ambas partes. colla. j. & Matthæ. de Matt. in tracta. de succeſſ. ab intesta. in ij. princip. artic. versic. Fratres autem vel sorores. & cum ibi sequitur Ludou. Bologn. in additio, Et hoc verum, quando extant mater & frater ex latere patris, qui non attinet matri defuncti: tunc præfertur & mater. Et idem Philip. Corne. consil. ccxlij. volumin. ij. & Petr. de Ancha. consil. cclxxviij. & infrà in j. limit. in fin. dicam. & Fulg. Paul. de Castr. in leg. penult. quos sequitur Iaco. de sanct. Georgmu. xj. versic. Aliam limitationẽ C. de impub. & aliis substit. Et idem econuerso, si extant pater & frater ex latere matris, qui non attinet patri, similiter præfertur pater: & in hoc non est dubium, secundum Paul. de Cast. in dicta authen. defuncto. & sic fuit

iudicatum per Seneſchallum Aquitaniæ,& confirmatum per arreſtum curiæ,in fauorem magiſtri Guli.Geneſte Regii ſecretarii,contra magiſtrũ Innocentium & Ioannam de Fontana qui erant frater & ſoror defunctę filiæ dicti Geneſte,qui de Fõtana non attinebant eidem Geneſte patri defunctæ. Et latum arreſtum,die vij.Septembris,Anno 1527.non obſtante conſuet. Burdegalen. per ipſos allegata, quia loquitur in patre,matre & fratribus vtrinque coniunctis,& non in fratribus ex vno latere tãtùm coniunctis, qui non ſuccedunt cum aſcendentibus eiuſdem defuncti. Et tenet Rolandus Bonomen.in lib. ſſorum. vlt. voluntatum. tit. de ſucceſ. ab inteſta.& Ange. Aret. inſti. ad Tertul. §. j. ver. Fratres autem vel ſorores. & Nico.de vbal. in tracta.de ſucceſ.ab inteſt. in ij. parte princip.quæſtio. iiij.& Chaſſaneus.lib.conſue.tit.de ſucceſ.§.vj. nu. iij.licet poſtea dicat ſe conſuluiſſe contra Bal. Ange.& Bar.prout in conſi.ſuo inci. Caſus ſic proponitur.quod non inueni.ſed primũ tenet Bald. cõſi. ix. incip. Præmiſſo ſtatuto ciuitatis Treuiſij. vol. iiij.& Bertran.conſil.cxxv. nu. iij. vol. ij. & Corn. conſil.cclxxvj.in prin.vol.iiij. Et in vtroque caſu tenet Alex.conſi.v.nu.iij.lib.vj.&conſil.lxxiiij.nu.iij. eo.lib. &in conſi.v.etiam ponit nu.vj.quando quis deceſſit ſuperſtitibus vno fratre conſanguineo tantum,id eſt coniũcto ex latere patris tantum,& vno fratre vterino tantum, id eſt coniuncto ex latere
3 matris tantum:†an iſte frater vterinus ſuccedat ſolus in omnibus bonis,quæ defunctus habuit à matre,puta in dote.alleg.Pau.de Caſt.conſil.ccclix.ex ordien.Statuto ciuitatis Caſtelli.quod non inueni re potui:qui arguit ad vtramque partem, & finaliter ſecundum Alex.cõcludit,quod ſic,quia de iure communi frater coniunctus ex latere matris tantum,præfertur fratri cõiuncto in latere patris tantum in bonis quę obuenerunt defuncto à matrevel linea materna. Et econuerſo frater ex latere patris tantum,præfertur fratri ex latere matris tantum,in bonis quæ defuncto obuenerant à patre vel linea paterna,d.l.emancipatis.& authen.itaque. & idem Corn.conſil.vij poſt princip. vol.iij.& conſi. xciiij. in litera M,vol.j.& in hoc etiąm non eſt dubium.
4 † Sed ſi extant mater & frater ex latere materno, verbi gratia,Berta ex primo viro habuit Titium,& ex ſecundo habuit Caium, deceſſit Caius, vtrum Titius ſuccedat vna cum matre? Vel econuerſo ex tat pater,& frater ex latere patris tantum, qui attinet patri, & eius filius:verbi gratia: Ioannes habuit ex prima vxore Caium, ex ſecunda Sempronium: deceſſit Sempronius, & eius mater, an Caius ſuccedat Sempronio ſimul cum patre? & Bald. in d. authen. defuncto. tenet per illum text. quòd non alleg.gloſ.ij.in l.j. de iuris & facti ignoran.quæ dicit patrem & matrem præferri coniunctis ex vno latere tãtũ & per tex.in d.§. conſequẽs. Et idem Ang.conſ.cclxxxij.ante fi.verſic. Remanet q̃ ſolum inter matrẽ & vterinum.quod inchoatur, Subtiliter & diffuſè per Germanum meum dominum Bald.Sed Paul.de Caſt.in d.authen. defuncto verſi.Circa ſecunda parte,ſentit contrarium,dicẽs iſtud bene conſiderando eſſe extraneum. Et ratio dictaret quod ille text.reſtringeretur ad illũ fratrẽ, qui non attinet patri vel matri,in quibus vult concurrere.Sed quando attineret patri videtur non debere repelli,quia quo iure pater,vel mater vult admitti propter iſtã ſolam coniunctionẽ,deberet ſecum admittere ſuum filium proprium propter æqualem coniunctionem.Et nullus ibi Moder.iſtud tangit,quod videtur habere apparentiam. cogitã. †Si verò parentes ſoli ſunt,pariter ſuccedunt ſalua 5
gradus ſui prærogatiua, ſcilicet paternis dimidia, & alia dimidia maternis, licet ſint numero diſpares,vt ibi per Doct.Et in iſta quę.& ſequen.conſu luit Socin.conſi. xxxiiij.in j.& ij.quæ.vol.j.& Fran. de Aret.conſil.lxxij.cuius initium eſt, præſupponitur in facto in j.& ij.dubio, & Matth. de Mate. in tracta.de ſucceſ.ab inteſta.in ij.princip.arti.verſic. Item omnia prædicta procedunt.† Et hoc niſi pa- 6
ter vel mater trãſierint ad ſecunda vota, ſiue ante mortem filij,ſiue poſt:tunc exiſtentibus fratribus defũcti,non ſuccedũt ab inteſtato in proprietate etiã legitimæ,ſed ſolum mater in vſufructu bonorũ, quæ prouenerunt ex ſubſtantia patris,ſed bene ambo ſuccedũt in bonis aliũde quæſitis.Et pariter ſuccedit mater in totũ ex teſtamento, ſicut quilibet extraneus,vt §.hinc nos.in authentic.de nup.& trã ſumptiuè in authent.ex teſtamento.C. de ſecund. nupt.& Cæpol.cautel.ccxxxvj.incip.Si mater tranſeat in princ.& Oldra.conſi.xxxiij. vt infrà dicam. † Et non ſolum pater vel mater per tranſitum ad ſecunda vota perdit proprietatem bonorum filij, 7
ſed etiam proprietatem omnium lucrorum,ac donationum,quæ vnus ab altero habuit,vt ibi. Quia iura(& probabiliter credi poteſt)præſumunt maritum donantem, vel teſtantem cogitaſſe quicquid ipſi vxori reliquerat hęreditatis ad liberos ſuos peruenturũ propter bonum tranſacti matrimonij, & fidem omnium liberorum,vt dicit Imperator in l. vnum ex familia.§. fi. ff. de lega. ij. & Ange.conſi. præallega. cclxxxv.inci. Super primo puncto. poſt prin.verſicu. Deſcendo nunc ad ſecundum.& Roman.cõſi.ccccv.inci.præſuppoſitis terminis.&Guid. Papę conſi.liij.& conſi.ccxx.etiam ſi lucrum proceedat à ſtatuto aut conſuetudine vel pacto, vt voluit Bal.in d.authẽ. ex teſtamento.ver.Sed ſtatim iuxta prędicta quęro,dicens iſtud dictũ fuiſſe cuiuſdã doctoris vltramontani,cuius nomen ignorat. Et fortè fuit Ioan. Fab. qui ita tenet in authen. in donatione.C.de ſecun.nup.volens habere locum in conſuetisviri,in quibus mulier habet medietatem de conſuetudine.Et ibi idem Ioan.de Garo. in ij. not. ver.Item per iſtum tex.pro quo videtur in tex.l.fœminæ.in prin.eod.tit.& ibi de Garo.in v.not.verſi. Præſuppoſita prædicta opini.& text.in §.ſi verò expectet. verſicu. Et hæc ſancita. in authen. de nup. & idem Bald.in authen.vxore.in ij.quæſt.de ſecun. nupt.& ibi idem de Garoni. & Roma. in l.ſi cum dotem.in prin.ſolu.matri.& Guli.Benedict. in repeti.cap.Raynutius.ver.Quarta concluſio.de teſta. & Ang.conſi.ccccxcvj.exordien. Doctor inſignis. verſi.Et propterea decidendo concludo. Quamuis ipſemet Bal.teneat contrarium in leg. fi.C.de bonis mater. & ibi eum ſequitur Philip. Corn. & Fran.de Aret.in l.ſi ab hoſtibus.§.j. ver. pro iſta declaratione facit ff.ſol.matri.& Doctor Palatios, in repeti. rubric. extrà de donat.inter virum & vxorẽ.nu.xvij.verſi.ex quo infertur.& ſic dicit conſuluiſſe,& obtinuiſſe. Et idem tenuit Bal.in authen. prętereа non eſt verũ.C.vnde vir & vxor.& in leg. cum multæ.verſicul.ibi,inter donationes.C.de donatio. ante nuptias.& in conſil.lxiiij.in fin. vol. iij. Sed primũ verius & cõmunius,vt dicit Decius conſil.cclx.& cõſ.cclxxvij.nu.xiij. vt infrà dicam. Et idem tenet Paul.de Caſtr.in dic. l. fi.de bonis mat. †quod pater vel mater perdit proprietatem lucro 8
rum prouenientium ex conſuetudine, ſed non vſũ fructũ.& idem Paul.deCaſt.in l.ij.in prin.ff.ſol.matri.& Io-

tri.& Ioan.de Garo. in d.authen. ex teſtamento. in ix.not.& amplè in verſic.deinde quærit.Bald.& Roma.conſi.cxc.incip.clarũ eſt circa fi.& Frãc.de Crema.in ſing.vltim.aſſerens ita conſuluiſſe ſecundum
9 opin.Paul.quia † conſuetudo volens maritum dotem vel conquæſtus & mobilia,aut aliam partem lucrari,intelligi debet liberis, nõ extantibus:ſed ipſis extantibus non lucrantur proprietatem. nec de ipſa poteſt diſponere,vt tenuit Iacob.Butr.Bald. & Salic.in l.hac edictali C.de ſecun. nupt.& ibi plenè de Garon.niſi conſuetudo aliter diſponeret, vt infrà dicam.& ita tenet Io.Nico.in l. generaliter. nu. xxxviij.de ſecund.nup.& de Ripa.in l.fœminæ. nu. xliij.& nu. xlv. Et ſic concluſum in fauorem Sebaſtiani de la Roche, contre les Philippons de Caunaco.& latũ arreſtum,menſe Martio, Anno 1531. Et iterum concluſum inter eaſdem partes,& latum arreſtum die vij.Septembr.1534.Et pariter tertio loco.vij.Septembr.Anno 1537. Et iſtam partem etiã tenet Corn.in authen.ex teſtamento.num.ix.C. de collation. dicens dominum ſuum ibi ſic tenuiſſe, non tamen ſine dubio.Et quòd proprietatem lucri ex pacto prouenientis perdat tranſiens ad ſecunda vota,tenet Corn.ſibi contrarius cõſi.cccix.in litera I, cum ſequentib.volu.iij. ita quòd vendicare poſſunt filij proprietatem, etiã ſi non ſint hæredes parentum.auth.hæc res.C.de ſecundis nuptiis,& vnde ſumitur. Et ſic etiam fuit iudicatum, & latũ arreſtũ die prima Februarij.Anno 1532. in fauorẽ Mag delenæ Laigret,à Seneſchallo Xantonien.appellan
10 tis.† Et intellige prædicta,quando talia lucra proueniunt titulo lucratiuo, ſeu largitate vnius vel alterius coniugum, aut ex ſtatuto vel conſuetudine conquæſtus:ſecus ſi ex titulis,& contractibus merè oneroſis: quoniam omnes contractus qui poſſunt inter alios fieri, poſſunt celebrari inter virum & vxorem, excepto contractu donationis & ſapiente donationem, vt voluit Baldus in l. quòd autem. §.ſi tibi.per illum textum.ff.de donationibus inter virum & vxorem,& l.ſi ſponſus,§.generaliter.& §. circa.eodem titulo.& ſequitur Alexand.conſi.lxxxvj.volum.v.cum aliis per nos allegat.in §.j. in gloſſ. j.col.ix.ver.& aduerte.lib.conſue. Biturig. Vnde ſi mulier emiſſet aliquid à viro, vel cum eo permutaſſet, aut ei locaſſet, tunc de illis non perdit proprietatem. ſed de eiſdem diſponere poterit, vt tenet Bal.in d.l.fœminę.in antiq.lect.poſt prin.ver. item nota,quòd iſtę pœnæ.& ibi idem de Garon.in v.nota.princ dicens præceptorẽ ſuum de S.Georg. ſequi Bald.& idem ibi de Ripa,nu.xxix.& idem voluit Bal.in d.l.hac edictali.col.ij.verſi.Modò ſtatim emergit talis quæſtio.& in §.his illud.poſt princip. verſicu.ibi deuolutas,ſcilicet lucratiuo titulo.& Ludouicus de Roma.conſi.ccxix.ver.vltimo pars iſta corroboratur.& Bertran.de Carpen.in d.l.hac edictali.num.xxiij.& in conſi.cclxxv.num.iij.vo.ij.volens l.hac edictali non habere locum in donatione mutua, niſi ex parte mulieris excederet donationem ſibi per ſecundum virum factam, tunc illud plus reuertitur ad liberos primi matrimonij, vt ipſe tenet conſi.cclxxx.num.x.cum duobus ſequenti.volu.ij.Et ſequitur de Ripa,vbi ſuprà.num. xxix. Sed ſi iſtud vltimum eſſet verum in mutua donatione, daretur conſilium fraudandi liberos primi matrimonij,contra d.l.hac edictali.& §. optimè. in authentic.de nupt. Tamen hæc donatio in primis nuptiis bene valeret,l.pater puellæ.C.de inoffi. teſta.vt latè dixi in §.j.col.ix.verſic.ſed quęro de quę ſtione quæ ſæpè de conſue.mar.lib.conſue.Biturig. ſed non in ſecundis in præiudicium filiorum, quibus minus fuiſſet relictum. Sed an donatio propter nuptias,quæ ſit per virum vxori quæ dotẽ dedit,ſit mutua habito reſpectu ad dotem? & videtur text. quod ſic,in l.fina.§.ſimili modo,cum ſua authẽ. C. de donatio.ante nup.quoniam ſi ſit mutua ratione dotis & donationis propter nuptias,non eſſet locus inſinuationi:& tamen eſt ibi tex. in contrarium & in l.ſi.in princ.& §.ſimili modo.C. de iure dot. Et circa illud dubium Lud.de Roma.in l. Aquilius ff. de donatio.dicit tempore ſuo hanc quæſtionẽ fuiſſe arduam,& neſcire reſpondere ad d.§.ſimili modo.niſi quòd iura loquentia de donatione propter nuptias, ſint adeo exorbitantia quod non debent trahi ad alios caſus.Sed Iac.de ſanctoGeo.in l.licet inter priuatos.C.de pactis.& Iaſ.ver.ſecundò habes ibi,& per eam decidit quæſt.& dicunt talem dotis, & donationis propter nuptias conſtitutionem, nõ eſſe mutuam donationem,cum mutua donatio inter cõiuges fiat ſine inſinuatione, vt voluit Paulus de Caſt.& Iaſ.in d.l.ſi pater puellæ. & Cæp. caute. lxv.ver.prima cautela eſt & Bertran. conſi.ccxxxiij. nume.ij.vo.j. Vnde in hoc caſu concludunt non eſſe mutuam donationem.Dos enim & donatio propter nuptias dantur, vt ſecuta morte vtriuſque reſtituantur. de dote eſt tex. in l. dos à patre profecta.B.ſolut.matri. de donatione propter nuptias, text.in l.ſi liberis.C.de donatione ante nuptias.& l. fin. C.communia vtriuſque iudicij,& vtraque in c. fina. de donationibus inter virum.quamuis dos reſpectu mariti,& dãtis ſit titulus oneroſus.l. ex promiſſione.ff.de actio.& obli.& Bart.in l.fin. §. cum à ſocero ff.de his quæ in fraud. credit. & leg.pro oneribus.C.de iure dotium.& Iacob. Rebuf. in l.vna. verſicu. Secundò not.quòd dos. C.de imponend.lucra.deſcrip.libr.x. Sed reſpectu mulieris eſt titulus lucratiuus, tã in dote,quàm donatione propter nuptias,in d.l.fina.in principio. & §. j. de iure dotium.Sed ſi donatio propter nuptias facta fuerit ab extraneo,tunc videtur titulus in perſona vtriuſque lucratiuus.d.l.fin.§.ſimili modo.& ibi Bald. in princ.Quare quocunque titulo vir ſoluto matrimonio lucretur ex pacto,aut conſuetudine dotem,dicitur titulus lucratiuus,vt volũt Doctores ſuprà allegat. & Decius dicto conſil cclx.& conſilio ccccclxxvij.num.xiij.& Franc.Curtius iunior,conſi.lxxxj. nume. v.quamuis Iaſ.in leg.non tantum.C.de legatis.velit contrarium, quod tale dotis lucrum ſit oneroſum.Et idem in l.donatarius.§.j.verſicu. Nota etiam ex eodem verſi.ibi hinc eſt. ff.de condict.cauſa data.quamuis ibi videatur variare, & pro ſua opinione allegat Ange.in §.aſcriptitio.in authen.de nupt.ita tenere.Et idem in §.ſi quis in fraudem. numero xxx. de actionib. coniugem lucrum proueniens ex conſuetudine vel ſtatuto perdere per tranſitum.Sed primum credo verius & communius:per text.in d.l.hac edictali.ibi,dotis vel donationis propter nuptias. quod ſequitur ibi Ioannes de Garonis,verſicul. pro hac parte facit. Et allegat in terminis Bald.conſi.ccxxvj.incip. Verba ſtatutorum ſecundum impreſſionem Mediolanen.volu.iij.quod in aliis impreſſis non inuenitur. Et ſic concluſum per maiorem partem dominorum in cauſa Iſabellæ de ſancta Mora viduæ quondam Ioannis de Rupe,domini de Soubram:contra nobilem Ioannem de Rupe fratrem defuncti reum & iſtam communẽ ſequitur Decius in l.ineo quod.num.vj.ff.de regul. iuris.Sed parentes vſumfructum illorum lucrorum ex titulo lucratiuo procedentium, nunquam per

transitum ad secunda vota p'rdunt, vt iurib. suprà all. g & in auth. de nupt. §. si verò solum vsumfructũ. & in authentic. hoc locum. C. si mulier secundò nupt. & in nouo de non eligen. secundo nubẽ. §. cùm igitur & dict. l. fina. de bonis mater. & plenè Hip-
11 polit. de Marsil. singul. † cccclxxvij. nisi testator dixerit. & viam vidualem seruauerit, vt ibi, &
12 dicam in sequenti quæstione, † vel nisi secundũ cũ transierit ad tertia vota, tunc perdit vsumfructum, vt voluit Angel. in §. hoc ideo. in authentic. quo
13 modo oporteat episcopos. † Aut quando pater succedit filio cum aliis filiis, quia tunc in parte & portione filiorum siue transeat, siue non trãseat ad secũda vota non habet vsumfr. vt in authen item hæreditas. C. de bonis quæ liberis. & vnde sumitur de hæredibus quæ ab intestato. §. consequens. & probatur in l. fin. in fine. C. ad Tertul. & in l. fi. C. commu. de successio. & ibi per gloss. quamuis Pla. voluerit, quodpost mortem filij pater perdat vsumfructum, & malè, secundum gloss. & Doctores in l. secunda. C. de bonis mater. Et pro hoc text. & gl. & ibi Bald. in fi. in l. quod scitis. C. de bonis quæ liberis. & Bal. in dicta l. fina. ad Tertul. & ibi Cor. nu. ij. & in l. fancimus. nu. ij. C. commu. de succes. Et Paul. de Castr. consil. cccliiij. ad primum puto dicendum quod institutio facta. versicul. læditur etiam enormiter. volum. nouo. & Francisc. de Aret. consil. lxxj. & idem tenet de Ripa in l. fœminæ. §. illud. numer. iij.
14 † Sed econtra si limita iam patria potestate esset delata hæreditas, non acquiritur vsusfructus, vt quia bannitus, etiam si postea restituatur, vt voluit Baldus in authentic. excipitur. in princip. versicul. modo quæro de tali quæstione. & ibi Paul. in fine. de bonis quæ liberis. per text. in leg. fina. C. de sentenpat. Et in vtroque dicto tenet doctor Palatios Rubios, dictus Lupus in rubric. de donation. inter virum & vxor. in secunda addi. cum aliis per eum al-
15 legatis. † Et idem si pariter simul instituatur ab extraneo hæres cum filiis suis, non habebit vsumfructum. vt voluit singula. Bald. in consi. cccclx. incip. Omissis opin. vol. iiij. per illum tex. in dicta authen. item hæreditas. in versi. Et fortitan si aliunde quæratur, vbi videtur casus si bene ponderetur text. secundum eum fine gloss. Accurs. ibi siue ratio, vbi hoc probat: quoniam ista fuit intentio Irnerij. & sequitur Paul. de Castr. ibi, quamuis contrarium teneant Iac. de Aret. Cin. Io. Fab. Ange. Albe. Raph. & Philip. Corn. Tamen prima est notabilior secundũ Angel. si lege aliqua probaretur. Ad quod respondet Bal. in d. consi. quod licet iste casus nõ sit omnino expressus in corpore authenticorum, tamen est simillimus, & indifferens expresso. Et exceptiones legũ & statutorum extenduntur ad casus similes express. s, imò casus dicitur idem esse quando est ratio & mens eadem, per not. per Din. in regula vltim. de regul. iuris. libr. vj. Et idẽ in istis duobus casibus tenet Alex. in consi. cxcviij. nu. xiij. libro vj. per tex. in dicta authen. item hæreditas. qui non distinguit, an bona isto casu originem primæuam habuerint à matre vel ab alio, cum in vtroque casu ita statuat. Et idem Rom. in dicto consi. cccev. ver-
16 si. Quo ad secundum. † Et per illum text. si mereatur dici text. decidit etiã quæsti. in qua Do. sunt varij, scilicet quando pater & eius filij sunt hæredes instituti vel substituti, intelliguntur iure successiuo, vel pro virili portione vocati. De qua disputat primo Bartolus, Paul. de Castro & Alexand. in leg. Gallus. §. quidam recte, & ibi Ias. & Socin. num. viij. ff. de libe. & posthum. & Alexand. in consil. xxij. per totum volum. iij. Et magis communis & vera opinio approbata est, secundum Alexand. ibi, quod si ab extraneo fuerint instituti hæredes, quod intelligantur pro suis ratis & partibus vocati, postquam non sunt de descendentibus testatoris ab eo de necessitate vocandis, seu instituendis pro conseruatione sui testamenti. Et hoc probat iuribus & rationibus, & maximè per textum in capitu. Raynutius. & capitul. Raynaldus. de testamentis. Et ita dicit se plures tam consulendo quàm legendo tenuisse, vt in consilio xxiij. versicul. Et quamuis ex superius. vol. iij. & consi. xiij. versi. Et ex præmissis præsens consultatio. quod non est Alexand. vt patet per initium. volumin. iiij. & per Angelum in consil. cclxxxv. incipiente. super primo puncto. in princip. & Socin. in dicto §. quidam recte. vbi ponit v. conclusiones. Et Corn. in consilio cccxxj. incipien. Depluribus. volum. iij. & Ias. consi. cvj. num. ij. volum. ij. Et tamen pro ista Decis. videtur mihi text. in dicta authentic. item hæreditas. versicu. Et forsitan. quoniã si pater ab extraneo institutus fuerit vnà cum filiis suis, habet solum partem suam: & in parte filiorum nihil iuris. Et sic pro portione virili succedunt, sicut quando ab intestato pater & filij succedunt fratri defuncto, vt dicta authen. defuncto. ibi, viriles portiones faciãt. Et hoc nisi pater vel mater transierit ad secunda vota, vt dicit ibi text. secundum verum intellectum glossæ, & Docto. ibi, & supra in princip. dictum est. † Limita omnia prædicta quinque modis. Primò nisi filius defunctus esset 17
vnicus, vel quia omnes alij eiusdem fratres mortui fuissent: tunc pater vel mater, aut ambo succedunt defuncto filio pleno iure etiam quo ad proprietatẽ, siue parentes viuo filio ad secundas migrauerint nuptias, siue post, vt est tex. in d. l. fœminæ. §. fin. in fina. de secun. nup. quãuis gloss. j. in d. authen. ex testamento. in verbo filij. velit contrarium, quam sequitur Coro. in cons. ccxlij. in litera F, G, & Hvol. ij. licet non audeat super hoc figere pedem, & idem Ange. in authenti. de non eligendo secund. nuben. in prin. & Ioan. de Ana. in consi. lxxiij. incip. Ex his quæ in facto. ante finem, versi. Est ergo videndum, dicens istam esse communem opinio. & ibi eum sequitur Ludoui. Bolog. in additio. & idem Roma. in consi. cclxxix. inci. Visis thematis narratione. in fine, vbi allegat pro hac Decisi. text. in §. hinc nos. in authentic. de nuptiis. Sed prima est verior, & communior, quicquid dixerit Ioann. de Ana. & illam gloss. in dict. authent. ex testamento reprobant ibi Cin. & Bartol. vbi dicit Bartol. se quinque vicibus consulendo & iudicando tenuisse contra illam gloss. & idem ibi Bal. Ang. Sali. & Alex. in addition. ad Bald. Et ita consuluit Bart. vt in consil. liij. incip. Angelus Mariæ. in vltima quæstio. vbi in fina libus verbis dicit ita de facto respõdisse. & sequitur Rolan. Bononien. in tracta. de successionib. ab intestato. ver. Aduerte. & idem tenet Matth. de Matt. vbi suprà. & Ang. Are. in §. præferuntur. ver. Et ideo pro clariori. Insti. de senatusc. Tertu. & Bald. in l. cũ aliis. in fi. ver. iij. ex hoc nota casum. de secund. nup. & Alex. in consi. clxxxv. num. ij. lib. vj. & in consi. cxj. incipien. Viso themate. in princip. lib. vij. quod quidem repetitur de verbo ad verbum. in iiij. lib. consil. xlv. & idem Franc. de Are. in consi. xl. incip. Præsupponitur in facto, quod quidam Ang. versic. circa tertium. & Guli. Benedict. in repe. dicti capit. Raynutius. ver. prima est. vbi ponit vj. conclusiones. & ista est prima in ordine. Et pro ista parte est text. in §. si verò expectet. in authen. de nupt. Et ita per illum

illum text. tenuit Ioannes de Garonis in d. authent. ex teſtamento. in viij. not. cum verſ. ſequen. & inverſi. in gloſſ. in verbo filii. Et in repeti. rub. de ſecun. nupt. in tertio remedio, licet titubet. Et idem tenet Bert. de Carpen. conſi. xviij. nu. iiij. vol. j. nouo & conſi. cccxxxviij. num. iij. volu. j. antiq. ſiue primorum. & conſi. ccxcj numer. x. vel co. primorum. Et idem Petr. de Ancha. in conſi. cclxxvij. inci. Præmittam caſus indubitatos. in princip. & in verſi. Ego ſalno conſilio. & Nico. de Vbal. in tracta. de ſucceſſionib. ab inteſta. verſicul. Item limita. & Ioann. de Ana. ibi contrarius in conſi. cj. verſi. circa ſecundum dubium. Et ibi idem Ludo. Bolog. & Alexand. in conſi. iij. nume. iiij. volum. Et in conſi. ccxj. numer. j. eod. lib. niſi eſſet ſecundum eum in dicto conſilio tertio ſtatutum priuans matrem etiam non tranſeuntem, à ſucceſſione rerum immobilium filiorum, ſicut facit conſuetud. Biturig. vt dixi in §. iij. de teſtamen. lib. conſuet. Biturig. tunc mater non ſuccedit in proprietate nec vſufructu. & idem de ſtatuto dicit Alexan. in conſi. lxviij. verſicu. præterea expedit ſolum, volum. iiij. vbi dicit, quod communiter damnatur illa gloſſ. & amplè ibi, verſi. Quia etiã fieri poteſt per ſtatutum quod mater priuetur ſucceſſione filij per tranſitum ad ſecunda vota, & ſic vſufructu, vt infrà dicam in quæſt. cxcvij. incip. Et pariter alia quæſtio. & Chaſſaneus lib. conſuet. Burgund. titul. *des enfans de pluſieurs licts.* verſicul. euenit. Et hanc concluſionem tenet Bal. conſi. ccij. incipien. quidam nomine Cola habens vxorem. in fine volumine ij. & in conſil. cccc. liij. incipien. ad euidentiam eſt præmittendum. vol. iiij. Et iſta eſt vera & communis opin. quando nulli fratrum defuncti ſuperſunt vtrinque coniuncti, quod pater vel mater ad ſecundas tranſiens nuptias ſuccedunt pleno iure: niſi bona eſſent ſubiecta reſtitutioni ex fideicom. quia tunc mater tenetur reſtituere, vt tenet Bald. in dicto conſil. cccliij. † Sed ſi ſupereſſent ex alio matrimonio vterini, vel conſanguinei tantum, an pater vel mater priuetur proprietate, & ſic ab inteſtato non ſuccedat, niſi in vſufructu. & Corneus in conſil. ccxlij. litera B, & C, volum. ij. & tenet quòd non priuatur. & ſuccedit pleno iure. & idem Alexand. in d. conſi. iij. numer. iiij. volu. vij. & Anchar. in dicto conſilio cclxxviij. & Alexan. in dicto conſi. lxviij. ver. Præterea expedit. vol. iiij. quod eſt idem cum dicto cap. ſecundo, ſecus ſi ſupereſſet filia, quæ renuntiaſſet: qua non obſtante ſuccedit in illius bonis, quæ pater perdit conuolando ad ſecunda vota. tenet Oldra. in conſil. ccxciiij. vltra iam dicta. etiam ſecundum eum, ſi renuntiauerit cum iuramento. Et idem Guid. Pap. in Deciſio. ccxxvij. Et Decius in conſil. ccvij. quæritur an diuiſion. quod not. † Secundò limita ſecundum Angel. in dicta l. mater verſic. Quartò fallit, ſi filij ſint ingrati: quia habentur perinde, ac ſi non exiſterent, vt §. quoniam infirmans. verſicul. Vbique tamen. aliàs in §. & ſuper his. qui eſt immediatè ſequens. in authentic. de nuptiis. Et tenet Ioann. de Garonis in dicta rubrica de ſecundis nupt. in quarto remedio. † Tertia limita quòd pater aut mater non priuetur proprietate bonorum filij per tranſitum ad ſecunda vota. ſi de expreſſo conſenſu filij ſecundo nubat, vt eſt gloſſ. ſingularis in dicta authentica de non eligendo ſecundo nubentes. §. j. in verbo copulantur inuita filia. & ibi Angelus & Iacobus de Bellouiſu. & Ludouicus de Roma. ſing. ccl. incipien. Tu ſcis quod ſi mulier. in fin. Angel. in conſilio ccxcvj. incipien. Doctor. inſignis. verſicul. Secundo fallit, & Ludo. de Roma. conſilio ccxix. incip. Ex themate conſultationis. verſicul. Quarto idem probatur. & Ioannes de Garonis. in d. repeti. rubri. de ſecundis nuptiis. in ſecundo remedio. cum aliis per eum allegatis: vbi etiam ponit, quid ſi aliqui conſentiunt, & aliqui non? & alias plures quæſtiones ſingulares: ad quem recurre. & Socinus idem in regulis ſuis, in verb. mulier quę eſt cclxxij. in prima fallentia. & Cæpola caut. cccij. incipien. item eſt alia cautela. & Decius in d. conſil. 151. vbi etiam vult, quòd non ſolum expreſſa filiorum volũtate ſed tacita, vt ſi fiat diuiſio bonorum filii inter matrem & fratres: quia illa iniuria quæ infertur filiis à iure per tranſitum ad ſecunda vota, tacitè remitti poteſt, præcipuè ſi ſciebant parentem tranſiſſe ad ſecunda vota, vt ibi per eum, vt infra dicam. & idem Decius in l. nemo fraudare. numer. v. ff. de reg. iuris. & Ioan. de Neuiza. in ſua Sylua. nupt. verſicul. Aduertat ſecundo. & dixi in §. vij. addi per gl. penult. de conſuetud. iur. perſo. lib. conſuetud. Biturig. & Bertran. conſilio lxxij. nume. iiij. volu. nouorum. & de Ripa in repeti. l. fœminæ. nu. xxiij. de ſecun. nup. † Quarto limita idem eſſe ſi de conſenſu viri in teſtamento, aut alias dato nubat ſecundo, vt §. duo ergo. & §. vnum itaque. in authen. de nup. & ita Bald. in l. j. verſicul. Sed pone prior maritus. C. de ſecun. nup. dicens ſe conſuluiſſe in cauſa domini Pandulphi de Malateſtis. Et poſtea conſultum vidiſſe per docto. Bononien. ſed ipſe fuit primus inuentor. Et idem in l. filium quem habentem. verſi. Vnde poteſt teſtator. C. famil. ercisc. & Io. de Garõ. in dicta repetit. rubr. de ſecundis nuptiis, in primo remedio poſt Lud. Bolog. in primis interpre. Et pro hoc text. quem ibi Bald. Imol. & Docto. faciũt ſingula. in l. ſi vir vxori. cum l. ſequen. ff. de condit. & demonſtra. Sed Roma. in d. ſing. ccl. diſtinguit ibi, vt ſtatim dicam. Et in præcedentibus caſibus idem tenet Cæpo. in dicta caute. ccxxxvj. & Iaſ. in d. leg. filium quem habentem. verſi. Secundo principaliter pondera textum cum duob. verſic. ſequen. & Angel. in dicta leg. mater verſicul. Primus eſt. & verſicul. Fallit in dictis tribus caſibus. & verſi. Quod limitat & Socin. in dicta regula in ij. fallentia. & dixi ſuprà in quæſtio. * verſ. primo quãdo mulier de licentia primi mariti. & Roma. conſilio. ccxix. prin. & Decius conſi. dcxx. nu. iiij. & v. Bertrã. cõſ. clxxv. nu. ij. vol. ij. & in rubr. de ſecũdis nuptiis. & idem de Ripa. in repetit. d. l. fœminæ. nu. xvij. colit. & Ang. conſi. cccxcvj. ſuprà alleg. poſt princ. ver. prædicta autem regula. & Bertran. conſil. ccxlj. numer. xv. volum. iij. hinc eſt, quod mulier quæ monaſterium ingreſſa eſt de conſenſu mariti non perdit lucrum, vt voluit Lapus alleg. ciij. incip. Factum ſuper quo iuris conſilium petitur. & eum ſequitur de Bellenzi. in addi. Abb. Sicul. in c. in præſentia. incip. adde hic quod ſtatutum. & iſtam quartam limi. intelligit Iaſ. conſil. liij. nu. j. volu. j. ſi expreſſè vel tacitè appareat de licẽtia mariti, vel vxoris: ſecus ſi nõ apparcat: aut ſi metu conceſſa fuerit, quòd tunc nõ valeat, vt ibi per eum. † Et ſic ſecundum prædictas has duas limitationes, quando de conſenſu mariti vel filij, pater vel mater ſecundò nubit, videtur filio præiudicare: quia per talem conſenſum, & permiſſionem ipſi patri, vel matri ad ſecundas nuptias trã ſeunti, permittitur poſſe diſponere de dote, aut dõnatione propter nuptias, & aliis lucris quoquomodo acquiſitis in perſonam vitrici aut nouercæ, abſque eo quòd filius ipſe habeat beneficium leg. hac edictali. vt voluit Roman. in allegato conſil. ccix.

18 19 20 21 22

ver. Quo ad ſecundum. vbi hoc probat, & corroborat. & Socin. in dicta regula, in prima fallen. & Ang. in d. conſi. cccxcvj. vbi in caſu ſuo interuenerat vtriuſque tam mariti quam filij conſenſus. Quod intelligit verum Ioan. de Garon. in bonis prouenientibus ex ſubſtantia mariti, & non aliunde procedentibus, vt per ipſum in d. rub. de ſecundis nuptiis in primo remedio, verſicu. Sed pulchrum dubium. Sed ibi de filio non loquitur, niſi allegando Angelum in d. conſil. cccxcvi. † Sed Angelus loquitur 23
quando filius aut filia certificata eſt, poſtquam mater conuolauit ad ſecunda vota, de iuribus ſibi ſpectantibus, quibus expreſſè renuntiauit: quoniam illis potuit renuntiare, vt ibi per Ange. colum. j. ver ſicul. Secundò fallit. cum verſicul. ſequen. & per Decium in dict. conſilio ccvj. & Bertr. de Carpen. conſil. xlvij. numer. iij. & in iſto caſu non dubitò: ſed quando in contractu ſecundi matrimonij conſenſit expreſſè vel tacitè, quia in præſentia ipſius, aut quando mater & filia, vel pater & filius accipiunt matrem, & filiam, aut econtra. Et plerunque hoc caſu filij & filiæ ſunt infantes, & impuberes cupientes vxorari vel non, tamen non certificati, imò ignorantes. leg. j. C. de falſa moneta. & tales non poſſunt conſentire ſecundis nuptiis parentum. Et ſi eſſent maiores forte nunquam ſentirent certificati matri ſecundo nubere volenti. Et in hanc ſententiam videtur inclinare Ioannes de Garonis in dict. rubri. de ſecundis nuptiis. in ſecundo remedio in fin. qui me facit titubare: quoniam dictum ſuum non modicam habet apparentiam, quod crederem forte verum in talibus impuberibus cum ipſis parentibus matrimonium contrahentibus etiam expreſſè conſentientibus: ſecus in maioribus liberis certioratis expreſſè conſentientibus. Alias præſentia & taciturnitas ipſorum non eis præiudicaret. Et in hoc inclinat Ioannes de Garonis in dicto ſecundo remedio. allegat Paul. de Caſtr. ita tenere conſilio cxlix. cum ſequenti, volumine nouorum: aliàs (vt inquit) eſſet decipere liberos, quod prohibet dicta lex hac edictali. ibi, omni circunſcriptione (ſi qua per interpoſitam perſonam, vel alio quocunque modo fuerit excogitata) ceſſante. Et idem dicitur in §. optimè. in authentic. de nuptiis. & in leg. ſi conſtante in fine, ibi, ne quid aduerſus filios prioris matrimonij machinari videatur. C. de donationibus ante nupt. Et ad hoc facit ſecundum de Garonis quod dicit Paul. de Caſtr. conſil. ccxlij. incip. Videndum eſt an fratres. colum. j. numer. ij. volum. antiq. Et forte illi text. in dicta leg. hac edictali. & in §. optimè. annullant hanc limitationem de ſimplici conſenſu filij, patri vel matri contrahere volenti ſecundas nuptias dato antequam ius fuiſſet acquiſitum, ſecus ſi poſt contractas nuptias filius maior expreſſè renuntiaſſet illi lucro, ſecundum Ange. in præallegato conſi. cccxcvj. & in hanc ſententiam videtur inclinare Bertrand. de Carpen. in dict. conſil. clxxv. volum. ij. & in dicta leg. hac edict. in verbo, ſi vero plus. numer. xij. verſicul. Vnde ex prædictis. alleg. Paul. de Caſtr. conſilio cccxij. viſo puncto. alias eſt mihi cclij. col. iij. verſicul. Hoc præſuppoſito vſque ad finem, volum. antiq. nouiter impreſſorum. & idem in primis impreſſis, numero bene computato. & Bal. conſil. ccccliv. incip. Quidam mœchus. colum. j. verſicu. Prætereà nepos facit. volum. ij. Et hoc niſi fraus, & machinatio matri interuenerit, ſecundū Paul. in dicto conſi. cxlix. & ita iudicatum. cogita tu, qui altius volas cum Baldo, cuius cerebrum continuo voluebatur, ſicut auis in aere. vt refert Alexander conſi. cxxxiij. exordiente. Verè crudelis videtur. colum. ij. in fi. lib. iiij. & alibi dixi. Vnde in caſu & proceſſu dominæ Franciſcæ de Voiſins, quæ cum domina Antoneta de Rupeforti matre, fecerat articulos de contrahendo matrimonium cum domina Ianna, & eius filio, quod cum filia, non cum matre ſortitum fuit ſuum effectum, & alibi mater contraxit, videlicet cum domino de Gimello, non videtur talis tacitus conſenſus eidem filiæ nocere, per ſupradicta, tum cum vno & non alio videtur præſtitus: igitur qui de vno expreſſit de alio negare videtur. l. maritus. C. de procurato. l. cum prætor. in principio. ff. de iudic. † Tamen in caſu renuntiationis per contractas 24
nuptias factæ, fuit concluſum in cauſa dicti Sebaſtiani de la Roche, in cuius locum ſubrogatus extitit magiſter Ioannes Darerat curiæ aduocatus, & dictorum les Philippons, quamuis dictus de la Roche renuntiauerit in iudicio ſucceſſioni Menardæ matris binubæ poſt eius mortem. Et ſic lucro prouenienti tam ex patris donatione, quam ex conſuetudine: tamen talis renuntiatio erat generalis, in qua non comprehendebantur lucra prædicta, quod requirebantur vt voluit Paulus de Caſtr. & Bald. in conſil. proximè allegato. & Bertrand. in dicta leg. hac edictali. & Ang. in dict. conſi. cccxcvj. verſi. Secundò fallit, quoniam hic non erat tam generaliter facta, ſicut in caſu quo ipſe conſuluit, vt ibi. Et hoc hic apertè apparet ex proceſſu dicti de la Roche, qui prius impetrauerat certas literas Regias, ad reſcindendum quandam tranſactionem cum ipſa matre initam, in quibus mentionem faciebat de dictis bonis mobilibus, & conqueſtibus conſtante matrimonio acquiſitis. Quare non videbatur per dictam generalem bonorum renuntiationem prædictis conqueſtibus ad matrem patris largitate, & conſuetudine prouenientibus renuntiaſſe: quia requirebatur expreſſa renuntiatio, vt ſentit Angel. loco proximè allega. dum dicit, filiam renuntiaſſe, & quittantiam feciſſe de omnibus etiam aliis in legatis contentis, & alio quolibet modo, tam in proprietate quā vſufructu, & de omni eo, & toto quod ipſa filia petere poſſet, vel in aliquo ius habere prætenderet: quia bene valet quittantia ſuper toto, l. de his. ff. de tranſact. & l. j. ff. quemadmod. teſtam. aperian. & in hoc conueniunt omnes Docto. ſuprà allega. † Quintò limi- 25
ta, ſecundum Angel. in dict. leg. mater. quando Imperator vel Rex Franciæ, dominus noſter ſupremus, talem dediſſet nubendi licentiam, quod tunc non perdat proprietatem, vt authentic. de non eligen. ſecundò nuben. §. non tamen permittimus. & l. fœminæ. ff. de ſenat. Io. de Garon. in d. rubri. de ſecund. nuptiis. verſic. Quarta pœna eſt. & latius ibi, in quinto remedio. Vnde vidi pluries illuſtriſſimū Regem Ludouic. xij. ſuis officiariis tolli, & leuare facere veſtes lugubres ob mortem vxorum deferentibus. & idem poteſt ſuprema parlamenti curia, leg. decreto. C. ex quib. cauſis infam. irroga. tamen per hoc non videtur diſpenſatum cum eis, quia nō deferre luctam non infamat, ſed feſtinanter nubere, d. l. decreto. niſi à principe expreſſè impetretur, ſecundum gl. ibi, & Doct. in verb. contrahere. per text. in l. ſolet à principe. ff. de hisqui not. infam. vbi eſt tex. pro hac limitatione. † Et prædictæ limi- 26
tationes videntur procedere, quando mater ad ſecūda conuolauit vota poſt annum: ſecus ſi intra annū: quia maritus teſtator non poteſt remittere, nec ſuper eo diſpenſare. §. diſponat teſtator. in authen. de nupt. &

nupt.& ibi Iaco.de Bellouiſu idem tenet,quia eſſet contra bonos mores,quod ſequitur Bal.in d.l.j. de ſecundis nupt.& Ang.& Corneus in d.l. mater. ad Tertu.& Bald.in conſil.ccxl.in princip.volum.j. & Roma.in d.conſi.ccxix. & Iaſ.in d. l. filium quem habentem.verſic.ſecundo principaliter.& Præpoſi. in d.c.ſi in vltima quæ.& Roma.in dicta ſingu. ccl.
27 & Socin.in dict.reg.l.in ſecunda fallen.† Sed contrarium tenuit Paulus de Caſtr. in dicta leg. filium quẽ habentẽ. Et Ludouic. Bolegn. in d.l.j. C.de ſecundis n. p.in primis interpretatio. & etiam de Ripa ibi,numer.xxj.& etiam Ioan.de Garon.multum ample in verſicul. vlterius circa iſtam partem quærit hic Baldus. & idem in rubrica in primo remedio. verſicul. ſed quia diuerſitas eſt magna. Et iſtud videtur mihi verius,quòd ſiue ante annum luctus,vel poſt,de licentia prædictorum, ſcilicet patris, vel filiorum, & principis ſecundò nubat, non perdat proprietatem : quia volenti non fit iniuria l.j ff.de iniur.& l.cum donationis. C.de tranſactio. Et iſta pars corroboratur ac ſuſtentatur per ius canonicum,per quod tolluntur omnes ferè pœnæ cõtra ſecundo intra annum nubentes iniectæ,cap.penultim.& fin.de ſecundis nup.Ideo maritus poteſt dare talem licentiam expreſſè vel tacitè, vt dicam
28 in ſequen.quæſt.† Fallit in matre minore xxv.annorum argumen.glo.fin.in l.ij.C.ſi aduerſus delict.vbi dicit,quod tutæ ſunt matres minores ipſo iure, etiam non petentes tutores : per illum text. & ibi Bald.& docto.& per text.in l.penulti.C. de his qui not.infa.& ita Soci.in conſi.cliij. verſicul.vj.mater minor.volum.ij.& dixi in §.ix.de conſuetu.iur.ſtat. perſo.lib.Conſuetud.Biturig.& idem tenet Socin. in d.regula ccl.xxij in tertia fallen.& Io. de Garon. in authenti.eiſdem pœnis. verſi.ſecunda limitatio. poſt Baldum. C. de ſecundis nuptiis. cum aliis per eum allega.& idem Ange.in conſi.cxviij. in fine & Angel.in l.illicitas.§.fina.ff.de offic.præſid.& Bertran.conſil.ccclxxxj.nu.ij.vol.ij.

SVMMÆ.

1 *Mulier intra annum luctus nubens,an priuetur hæreditate à primo viro ſibi relicta.& nu.* 2.

3 *Legata non perdit mulier nubens intra annum luctus,ſi non extant liberi.*

4 *Mulier quæ xxij.ſepelierat viros nupſit victori,qui eam poſt xx.alias ſepeliuit.*

Quæſtio CLXXXVI.

Quæſtio alia ex præcedenti oritur.

DECISIO CLXXXVI.

1 QVID † ſi maritus inſtituerit vxorem hæredem ſuam, quæ intra annum luctus accepit ſecundum virum, an priuetur hæreditate? Angel. in quodam ſuo conſilio tenuit quod ſic,incip.maritus veniẽs ad mortem.vbi hoc concludit,quod tanquam ingrata & offendens animam defuncti:non tamen quod durent pœnæ legales. Et idem Bal.in conſi.incip.In Chriſti nomine, Amen.proponitur in factum,prout refert & ſequitur Alexand.in additio.ad Barto.in d.l.j.de ſecundis nup.& idem facit Iac.de ſancto Georgio,vt refert ibi Ioan. de Garon. qui dicit iſta duo conſilia, quamuis ſæpè reuoluerit eorundem conſiliorum volumina,non inueniſſe,nec pariter ego,licet [illegible] etiam fecerim diligentiam. Et in hanc ſententiam inclinat Oldra. in conſilio ccxiij. quod incipit ad quæſtionem,qua requiritur quod eſt breue,vbi tenet, quod ſi legatum factum vxori ſub his verbis, Lego vxori meæ victum & veſtitum quandiu vxerit in,& ſuper bonis,& in hoſpitio meo ſtare voluerit:quod ſi ad ſecundas tranſierit nuptias, & ſecum habitare faciat ſecundum maritum,quod non debeatur tale legatum, per text.in l. qui concubinam.§.vxori in ij.reſpon.& ibi eſt caſus ſecundum cum.ff.de legat.iij. & ipſum ſequitur præpoſit.Mediol.in d.c.fina.verſicul.ſed quid ſi relinquat maritus.† Tamen Ioan de Garon.dicit in d.l.j.ſe con- 2
trarium in quæſtione facti conſuluiſſe. & iſta ſua opinio habet apparentiam,quia pater & filius ſunt vna identitas l.fin.C. de impube. & aliis ſubſtitut. Sed ſi filius inſtituat matrem quæ ad ſecunda tranſeat vota, non priuatur ſecundum veram & communem opinio.& Doctor.in dicta authent. ex teſtamento.de ſecundis nupt.& d.l.mater.ad Tertul. vt plenius dicam infra,in quæſt.cxcj. incip. ſed alia maior inſurgit dubitatio. ergo idem in patre & marito inſtituente ſimpliciter vxorem, vel eam ſine ſubſtituente, vt voluit ſingul. Bald. in conſil. ccccxxvj.incipien.caſus talis eſt, ſtatuto ciuitatis. volu. j. per text.in dict.authen. de nup.§.di ponat teſtator. & in d.l fœminæ. in fin.de ſecundis nupt. & ibi de Ripa,nume.cxlvij.quia eſt teſtamentum patris quo ad alienationem,& etiam teſtamentum pupilli quò ad ſucceſſionem. Et ſic proprie & vere ſecundum eum non vendicat ſibi locum ius commune aut ſtatutum,vt not.in leg Papinia. §. ſed nec impuberis. ff.de inoffic. teſtam.& leg patris & filij. ff. de vulg. & pup.quamuis in caſu. Bale. in quo conſuluit mater ſubſtituta conuolaſſet poſt annum ad ſecundas nuptias, vt ex facti narratione apparet, tamen videtur idem ſi intra annum ſecundo nupſerit, cum videatur tanta licentia ſecundò nubenti ſibi conceſſa,argumen.à contrario ſenſu,quod eſt validum in iure,l.j.& ibi Bartol. Baldus, Alexand. & Modern.ff.de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. poſtquam maritus in prima vel ſecunda inſtitutione vxori inſtitutæ viduitatem non indicit,cui de iure indicere poterat.authenti.cui relictum.C.de indict.viduita.vt dixi ſuprà quæſtio.proxi.licet virgini non poſſit indici caſtitas,ſecundum gloſſ.ibi cõmuniter approbatã,vt ibi per Philippũ Corn.accedant nota.ſuprà in quæſtio.proxi.in ij.fallen. de tacito conſenſu. Et hanc opinio. tenet Raphael Cuma.in conſ.xxij.incipien.teſtator legauit vxori.vbi vult quòd ſi maritus fecerit plura legata vxori, & ei ex legatis maritus adiecerit clauſulã,ſcilicet ipſa viuente, & honorem cum honeſtate cuſtodiente &c. quod vxor debet habere cætera legata in quibus dicta clauſula ne ad ſecunda tranſiret vota, nõ fuit adiecta:quia cum in quibuſdam prohibetur,in ceteris videtur permiſſum fuiſſe,& econtra. l. cum prætor.ff.de iud.& idem Raphael.Fulg.in cõſi.lxiij. quamuis loquatur quòd poſt annũ ad ſecundũ cõnolauit virũ.Sed in terminis noſtris conſuluit Alexan.in d.conſi.xlv. lib. iiij.maximè nõ obſtantibus liberis.& illud conſiliũ reperitur in ij.lib.cxj.& magis in indiuiduo Philip.Corne.in conſil.xxj.volu.j. & hoc propter dictum Apoſtoli & ius canonicum illud approbans.c.penul.& fi.de ſecundis nuptiis& in fine conſilij dicit, quod vxorata à viro non perdit id quod honoratur,licet ſecundò nubit.niſi nuberet minus propriè,iuxta d.l.j. & authen. ibi poſi-

tam.de ſecundis nupt.& hoc propter ſanguinis turbationem:quæ ratio non eſt efficax,cum poſt decẽ menſes nubere poſſit ſine timore,vt tenet Alber.in leg.decreto. C.ex quibus cauſis infam.irroga.quinimò ſecundum Bal.ibi poſt tres aut quatuor menſes ceſſat timor turbationis ſanguinis, inſequendo Raynu.& Paulum de Leaza.qui ita conſuluerũt, quia pœnæ impoſitæ mulieri non ſeruanti tempus luctus, ſunt hodie ſecundũ Bald.& Alb.ibi correctæ.ſed aliæ quæ imponũtur,coquòd tranſit ad ſecũdas nuptias,non.Et idẽ Alberi.in d.l.j.in fi. dicẽs ſe obtinuiſſe coram magnis dominis. & opi. gloſſ. & Innocen.vidit communiter in praxi ſeruari, vel ſecundum Corn.in prælleg.proximo conſilio,niſi ſit fauor liberorum primi matrimonij.d.l.fœminæ. cum ll.ſequenti b.& authenticis ibi poſitis eodem tit.Et iſtud conſiderant vtriuſque cenſurę interpretes.& idem Ioann.de Ana.in conſi.ij.verſi.non obſtat.l.j.& ij.C.de ſecundis nuptiis.& idem ibi Ludouic.Bologn.in additionibus ſuis cum aliis per eum allegatis.& Alexan.in conſi.cxxxiij.in prin. lib. iiij. vel niſi ſit adiecta conditio viduitatis. d.authẽ. cui relictum, vt ſuprà dictum eſt. Et circa vltimum idem tenet Corneus in conſilio lv.in primo dubio.

3 volu.j.† Et hanc ſententiam, quod vxor intra annum luctus nubens,cui facta fuerint legata,non perdat illa liberis non exiſtentibus, tenet Corneus in conſi.cccviij.in litera H,vol.iiij.Et ita de conſuetudine generali Franciæ obſeruatur, vt dicit Odofred.quem ſequitur Alberi.in d.l.j. de ſecundis nuptiis,quod Bononiæ & in tota Italia ſeruatur ius ciuile, & in partibus vltramontanis ius canonicum: & verum dicunt. Cum poſt mortem viri tribus aut quatuor menſibus lapſis videamus viduas ſecundo nubere cum bonis ſibi per virum relictis: & hoc ſi non ſint liberi.Nam magis tunc congruit menti teſtatoris,poſt mortem coniugis eas res ei relictas ad liberos ſuos potius quàm ad extraneospertinere,argumen.l.generaliter.§.fi.C.fideicom.& leg.cum anus.ff.de condit.& demonſtra. & l. vnum ex familia,§.fi.ff.de legat.vt dixi ſuprà in præcedent. quæſtion.poſt principium,quamuis Paul. de Caſt.dicat in d.l.decreto,in fine,quod non ſpectat ad Apoſtolicum nec ad conditorem canonis corrigere leges ciuiles,vbi non eſt quæſtio de peccato,ſed de moribus.Et latius Lucas de Pen.in l.mulieres.verſ. ſed cum hæc ſit mera pœna.C.de incolis.lib.x. dicens, leges, mulieres ad ſecunda vota intra annum luctus tranſeuntes punientes,non eſſe correctas, nec poſſunt per iura canonica corrigi,vt ibi vidi multũ amplè.nec reperi aliquem qui ita eleganter in hoc ſcripſerit, vbi refert quæſtionem ſuo tempore ortam,perlatámque ad ſedem apoſtolicam de mulie re quę̃ morto viro intra dies quindecim alios duos viros ſuperduxit, peperit inde filium intra ix. vel xj.menſes ab obitu primi viri:talis partus cuius iudicabitur eſſe filius?vide ibi,& per omnes in l.Gallus.in princi.ſuper Mariũ Salomo.ff.de lib.& poſthum.& Alberic.de Roſa.in rub.C.ad Orfic. in vl-

4 tima quæſtio.ccxcix.incip. mulieri aſſerenti. † Sed quid dices de viro,qui poſtquam xx.ſepeliſſet vxores, accepit mulierem quæ xxij. habuerat maritos, & extremo ſibi vt ipſi putabant matrimonio copulatam:ſumma omnium expectatione virorum pariter ac fœminarum poſt tantas rudes,quis quẽ prius ſepulturæ efferret.vicit maritus,& totius vrbis populo confluente coronatus & palmã tenẽs,adoránſque per ſingulos ſibi acclamãtes,mulieris multinubæ feretrum præcedebat,vt refert diuus Hieronymus in iij.parte Epiſtolarum, tractat. vij. Epiſtol. xxvj.in litera F,ſic inquiens: Rem dicturus ſum incredibilem:ſed multorum teſtimoniis approbabo: ante annos plurimos cum in chartis eccleſiaſticis iuuarem Damaſium Romanæ vrbis Epiſcopum,& Orientis atque Occidentis ſynodicis conſultationibus reſponderem,&c.

SVMMA.

1 *Pater ad ſecunda tranſiens vota,an priuetur proprietate bonorum filiorum,& quid de alys aſcendentibus,& numero* 2.

Quæſtio CLXXXVII.

Pater vel mater an æqualiter ſuccedant etiam ſi ad ſecunda vota tranſierint.

DECISIO CLXXXVII.

EX † ſupra dicta concluſione ortum fuit aliud dubiũ, quia licet ſuprà in quæſtio. ſecunda poſt principium loquutus fuerim promiſcuè de patre & matre,quòd perdant per tranſitum ad ſecunda vota proprietatem, non ſolum bonorum ex ſucceſſione filiorum receptorum,ſed etiam proprietatem omnium relictorum ab vno alteri quocunque titulo habitorum & de iſto bene eſt text.vt ſtatim dicam, tamen iura in dicto §.hinc nos.& d.authen.ex teſtamento.l.fœminæ.in princ.& §.vlti.& in l.mater.ad Tertul. loquũtur in matre vidua tantum ad ſecũdas migrante nuptias, quod perdat proprietatem illorum bonorum ex ſucceſſione filiorum quocunque titulo habitorum (quod intelligendum eſt, vt infrà dicam quæſtio.cxcij. incip. ſed alia ex dicto proceſſu orta fuit quæſt.) & non profectò in patre. † Sed tamen 2 idem eſt dicendum in patre ſicut in matre,vt priuetur proprietate ipſorum, per notata in l. generaliter.C.de ſecund.nup.in §.quoniam infirmas.in authentic. de nupt. Et hoc ex identitate rationis, vt tenet gl.in d.l.fœminæ.§.vltimo.quæ allegat tex.in authen.neque virum quod ex dote. Et ibi idem gl. in verbo,delata. qui text. loquitur de eo quod lucratur vir ex dote vel donatione, quod proprietatem illorum per tranſitum ad ſecundas nuptias nõ perdat. & illam gloſſ. in dicta leg. fœminæ. §. fina. ſequitur ibi Bart.verſicul. venio ad §. illud. dicens iſtam quæſtionem fuiſſe ſemel Bononiæ diſputatam: in qua conſuluit dominus Franciſcus de Sala aduocatus egregius, qui in hoc ſecundum Bartolum multum bene dixerat, videlicet quòd verum erat,quod nullo iure reperiebatur cautum,quod pater proprietate illorum priuetur, ſecundum quod dixit textus in dicta authentica de non eligendo ſecundo nubentes.§.cum igitur.Ratio eſt,quia ſecundum illa tempora pater non ſuccedebat filiis in proprietate leg. fin. C. ad Tertul.ideo ex quo non ſuccedebat, non poterat priuari proprietate. Sed cum hodie per dictã authentic.defuncto.& vnde ſumitur,de hæred.quæ ab inteſt.deferun.pater & mater æqualiter ſuccedant, vt dictum eſt, ita quod etiam æqualiter priuentur. & allegat Bartol. gloſſ. in dicta athentic.de nupt.§.j.in verbo, ſiue vir. Et iſta opin. gloſſ. fuit originalis Azo. in ſumma eodẽ titul. prope finem. verſicul. quæcunque dicta ſunt de mu-

de muliere ſecundo nubente ſeruanda ſunt in maſculo accipiente ſecundam vxorem.& idem Salic.in d.l.fœminæ.§.fin.dicens ſe obtinuiſſe etiam in caſu fortiori, quando ex forma ſtatuti ſolus pater ſuccedere deberet filiis, excluſa penitus ſorore à fratris ſucceſſione,quod priuetur.& idem tenet Alber.de Roſa.poſt Cin.in ij.quæſt.in authent.ſi quis ex his. verſi.ſi verò vir nubat. C.de ſecundis nup.& Oldr. conſi.xxviij.incip. quidam habuit vxorem & Ioannes Andr.in addition.Specula.in rubri.de ſecundis nup & Bald.& Ange.in d.l.fœminæ. in princ.& ibi Io. de Caron. in primo & ſecundo notab.& in fin. verſic.quia iſte.§.& latius in §.illud. verſi.in eadem gl.ibi,idem in viro.& in l generaliter.eod.tit.in ſecundo nota.& latius in x.& idem Bald.in d.l. generaliter.& in l.ſi quis prioris.§.fina. eo.tit.& Barto. Angel.& Paulus de Caſtr.in d.l.de emancipatis. C. de legiti.hæredi.& idem Paul.in d.l.mater.ad Tertullian.& Bald.in authen.iiſdem pœnis.verſic.quæro pone pater. C.de ſecundis nuptiis, in quibus locis Doctores volunt, quod pœnæ tranſeuntium ad ſecunda vota ſint communes viri & mulieris: de nupt.§.ſi verò expectet.ibi dum dicit.Et hæc communis mulieris & viri mulcta,id eſt, pœna ſit poſita. qui textus eſt clarus,& text.in authen.vt fratrum filij. ibi,& ſimiles pœnas eſſe in viro & muliere. & idem tenet Baldus in authentic. ſi tamen.de ſecundis nuptiis. & eandem opinionem tenuerat Hoſtienſis in ſumma. eodem titu. §.quare. verſic. penultimo.& Gofred.in ſua ſumma. eod. & Præpoſi. Mediol.in rubric.eodem titu.ver.quæcunque dicta ſunt.& ſingulariter Socin.in dicto conſil. xxxvij. in ſecunda quæſtio.& in conſil.cclxij.volum.ij.continuando numerum, conſil.primi volu. aliàs eſt ciij. incipien. capio primum conſultationis articulum. verſic. circa ſecundam eſt aduertendum. dicens iſtam eſſe communem.& idem in conſil.cxiiij.cuius initium, præſens conſultatio. verſic. tertia & vltima concluſio.volum iiij. & idem Franciſ. de Aret. in dict. conſi. lxxij. verſic.ad ſecundum reſpondeo. & Guid Pap.in quæſt.ccxxviij.in princip.& Roma. in conſilio clxxxij.incipien. in caſu propoſito. & in conſi.cxc.cuius initium clarum eſt. verſic. ſupereſt dubitatio vna. Et Benedict. Capra. in conſil. xciij. incipien.cum viſo & conſiderato. verſic.nam cùm dictus Ioannes.& idem Ioan.de Garo. in rubric.de ſecundis nuptiis,in prima pœna.& etiam in d.l.fœminæ.§. vltim. verſicul. in ea gloſſ.ibi,idem in viro.& ibi de Ripa.nu.j. & Cæpol. in cautel. ccxxxvj. aliàs cciij. incipien.ſi mater.poſt princip. verſic. & idem ieris eſt in patre, aſſerens iſtam eſſe communem,& ſæpè ita conſuluiſſe, & Angel. in d.l.mater. verſic.punitur & nono. & de Ripa.lib.iij.interpreta. ſuper l.fina. C. de reuocanda donation. nume. xcvj. & Stephan.Bertrand.in conſil.ccxxiij.num.iij. lib. iij. & Geral. Mulet. in addition. ad Roland. in tracta. de ſucceſ. ab inteſta. verſ. ſecundo caſu. Et amplè Angel.Aret.in §.præferuntur. verſic.& ideo pro clariori doctrina. inſtitu. ad Tertul. & Philip. Corne.in conſil. ccxlij. vbi allegat Paul. de Caſtro ita conſuluiſſe in conſilio incipien. Franciſcus habuit vxorem. quod tamen inuenire non potui: ſed credo quod voluit allegare Oldra. in dict. conſi. xxiij.quod incip. quidam habuit vxorem. & idem Corne.in conſi.cxiij.in princip. volum.iiij. & Matthæ.de Mateſ. in dict.tractatu.de ſucceſſion.ab inteſta in ſecundo princip. artic. ver. ſecundo caſu, quando nos loquimur in patre.& ibi Ludo.Bolog. in additio.& idem Decius conſi.lxxxvij.verſ.reſtat ergo tertius caſus. & verſi.non obſtat ſi dicatur. & Alber.Bru. in tracta.ſtatut. excludentium à ſucceſſione fœminas.artic.xiij.q.v.& Io.de Neuizanus in Sylua nuptiali. verſ. amplia primò hoc dictum. Et Guliel.Benedict.in d.c. Raynutius, verſ.quinta cõcluſio.† Et idem erit ſecundum Docto. ſuprà allegatos in aliis aſcendentib. tam maribus, quàm fœminis,vt ſunt aui & auiæ,proaui & proauiæ, & cæteri deinceps aſcendẽtes, per tex.in d.l.generaliter. in princip.& ibi Docto.& Alexand.in d.authen. ex teſtamẽto.in additio. ad Baldum in verbo conſuetudo.& iſtud eſt de mente gloſ.j. ibi, & idem Matthæ.de Mate. in d.tracta. de ſucceſſione ab inteſtato.in ij.arti.principal. verſic. tertio quæro an idem erit.& ibi Ludoui. Bolog in addit. & Ioan. de Garonis in d.§.illud.in fin.verſic.ſed quia iſte §.loquitur in matre.& Ange.Aret.in d.§.præferuntur.verſic.tertio caſu. & Nicolaus de Vbal.de ſucceſſione ab inteſtato,& Ange.in d.l.mater.in fin.verſi.ad vnum aduerte.C.ad Tertul. & Bal. in l.humanitatis. verſic. quæro ergo an mater. C. de impub. & aliis ſubſtitu.volens tamen per illum tex.vnum aliud,de quo facio quæſt. ſcilicet an mater vel pater tranſiẽs ad ſecunda vota perdat facultatem faciendi ſubſtitutionem exemplarem filio mente capto vel furioſo. Et antequam ad deciſ.illius veniam, quæro an pœnæ tranſeuntium ad ſecunda vota intra annum lũctus habeant locum in viro. & Bald. in authent. eiſdem quem ſequitur ibi Ioann. de Garonis in ſecunda concluſio.C.de ſecundis nuptiis, tenet quod non, & idem Ludoui. de Roma. conſi. clxxxij. inchoan.in caſu propoſito.de hoc eſt gl.reputa. ſing. in l.ij.in verbo,aufertur.ff.de his quibus vt indig.& in additio.ad Barto.& Lud.Bolog. & latius de Garo.in l.j.in primo notabi. de ſecundis nuptiis.

SVMMÆ.

1 *Exemplarem ſubſtitutionem an facere poſſit pater vel mater ad ſecunda tranſiens vota ante vel poſt tranſitum,& nu.2.& 3.*

4 *Exemplaris facta ei cui minus legitima eſt relictum, non valet.& nu.5.*

6 *Legitima per ſtatutum vel conſuetudinem poteſt augeri,vel minui,ſed non in totum tolli.*

7 *Legitimæ ſupplementum quando non liceat petere.*

8 *Exemplaris ſubſtitutionis confirmatio requirit additionem.*

Quæſtio CLXXXVIII.

Et veniendo ad quæſtionem noſtram: an pater vel mater ad ſecunda tranſiens vota, perdat facultatem faciendi ſubſtitutionem exemplarem filio furioſo,vel mente capto.

DECISIO CLXXXVIII.

T † Bald.in dict.l.humanitatis- 1
verſi. quæro ergo an mater.tenet quòd non. & magis ſi primò ante nuptias ſecundas contractas illam ſubſtitutionẽ fecerit. & ipſum ibi ſequitur Salic. in vtroque dicto,in ſecunda & tertia quæſtio.& Philip. Corne. in vij. notab. Et idem in matre, quòd non perdat illam facultatem ſubſtituendi per tranſitum ad ſecunda vota, tenuit Ioan.de Imo.in cap.Raynutius.de teſta.& in l.ex facto. ff.de vulga. & pupil. maximè ſi petiit tutorem:quem in hoc reprehendit Iaſ.in dict.l.ex facto. verſ.ſecundo mouetur. Quia ſecundum Bald. in d.l.humanitatis. & Cor. pœnæ ſecundò nubẽn.

tium ſunt communes patri & matri, vt in præce-
2 denti q. dictum eſt. † Sed Bar. in dict. l. ex facto. q. iij.
verſic. quæro vtrum mater. cum ſeq. quæſtionem tenuit in
vtroque caſu contrarium in matre, ſiue ante vel
poſt ſecundum matrimonium fecerit ſubſtitutionem exemplarem, quod perdiderit illam facultatem exemplariter ſubſtituendi per tranſitum ad ſecunda vota: quia auferret liberis, vt ſecundo daret viro. l. lex quæ tutores. §. lex enim. C. de admini. tut. & l. iij. ff. de inoffi. teſta. & aliis rationibus per eum adductis. & eum ibi ſequuntur Ange. Rapha. Paul Alexand. & Franc. de Aret. & idem de Aret. in dict. l. humanitatis. verſi. vlterius circa illum artic. & Iaſ. in §. qua ratione. in additio. ad Chriſtoph. Porcum initi. eod. tit. & Doctor. Palatios Rubios in repet. rub. extra de don. inter vir. & vxo. nume. xiiij. verſicu. ex iſtis aliqui audent dicere. Et idem Lance. Politus in tract. ſubſtitu. de exemplari ſubſtit. nu. iiij. ſecus in patre binubo, qui non perdit adminiſtrationem filiorum, l. fi. C. de bon. mater. nec facultatem eis exemplarem faciendi ſubſtitutionem, ſecundum Bar. & Docto. ſuprà allega. & in hoc omnes conueniunt. & quod in matre, ſiue ante, ſiue poſt ſecundum matrimonium fecerit exemplarem ſubſtitutionem, non valeat, tenuit Iaſ. in d.
3 l. ex facto. vtr. circa ſecundum caſum Bart. † Quid dicendum in vtroque caſu, quando ante vel poſt ſecundum contractum matrimonium mater fecit ſubſtitutionem exemplarem, cuius opin. Bald. an Bart. ſit verior? Et Ang. Are. in d. §. qua ratione. dicit pro concordia harum opin. modum & formam ſubſtitutionis per matrem factæ eſſe inſpiciendam, quia ſi ſubſtituit venientes ab inteſtato, vel alium quem veriſimiliter furioſus inſtituiſſet hæredem, valebit ſubſtitutio: quoniam inducta fuit humanitate, & propterea fauorabilis furioſo, vt habeat hæredem. & ita debet intelligi opin. Bald. Sali. & Imol. aut mater ſubſtituit furioſo ſuum maritum, vel amaſium ſuum, aut alterum, de quo non eſt veriſimile furioſum hoc feciſſe, ſi ſanæ mentis fuiſſet: & tunc non valet talis ſubſtitutio, & ita intelligatur opin. Bartol. Nam hoc vltimo caſu mater demonſtrat clarè ſuum peruerſum animum erga filium fauore ſecundi mariti. d. l. lex quæ tutores. ſed in primo caſu oſtendit amorem ob tranſitum ad ſecunda vota non fuiſſe mutatum. & hæc diſtinctio videtur probari arg. illius l. humanitatis. Et iſtam concordiam refert & ſequitur Guliel. Benedict. in repeti. cap. Raynutius. num. xv. de teſta. dicens. Angel. ſuum valde ſaturaſſe intellectum. & ſic auus maternus, qui ad ſecundas tranſiuit nuptias perdidit facultatem exemplariter furioſo ſubſtituendi, ſicut eius filia mater, ſecundum opin. Bar. communem, cùm mater ipſa præferatur auo tam in tutela, quàm in ſucceſſione. in quo eſt maior ratio quàm in matre, niſi ſubſtituiſſet ſucceſſuros ab inteſtato, vt de matre binuba dictum eſt. in quo habet locum dict. l. humanitatis. Ideo Ioan. Sauin binubus auus Michaelis Chaloci nepotis mente capti, ſubſtituere eidem exemplariter in ſuo teſtamento cum nouerca condito proximos parentes eius vxoris nō potuit, quia hoc inſtigatus à nouerca fecit. quod ferendum non eſt, vt ait Iureconſultus in d. l. iiij. incipien. Non eſt enim conſentiendum parentibus iniuriam aduerſus liberos ſuos teſtamento inducere: quod plerunque faciunt, malignè circa ſanguinem ſuum inferentes iudicium, nouercalibus delinimentis inueſtigationibúſve corrupti, de inoffi. teſtam. & ibi Ang. ſing. not. illū text. contra nouercas quæ per falſas ſuggeſtiones maritos inducunt ad faciendum iniuriam ſanguini proprio. & idem Probus in addi. ad Io. Monac. in c. nemo deinceps. de elect. lib. vj. Tum quia ſibi non relinquit legitimam portionem quam ad minus tenebatur relinquere, per tex. in d. l. humanitatis. iuncta gloſ. ibi quam ſequitur Ioan. Fab. quæ dicit ad minus. & in d. §. qua ratione. verſi. ſed quid ſi pater relinquit. & Ang. in d. l humanitatis. & in d. l. ex facto. & idem ibi Ioan. de Imo. & Philip. Corn. in d. l. humanitatis, in viij.
4 nota. † Quia licet, vt ipſi aiunt, poſſit agi per curatores ad ſupplementum legitimæ, tamen ſubſtitutio non tenebit, & ſequitur Cuma. in d. l. ex facto. Ex quo enim relicta non fuit legitima portio, id quod ſuppletur, ab eo non habetur, ſed à lege, ſecundum Ange. & Doct. ſuprà allegat. & Guido Pap. idem in d. l. humanitatis. not. vlterius ex iſto text. & verſic. item eſt differentia, quoniam vt dixi. & pro hoc facit tex. in c. j. §. inſuper. in fin. ibi, aliàs autem per quinquennium conſimiliter in aliqua vniuerſitate priuilegiata ad minus &c. & ſic hic concurrunt duo, ſcilicet bigamia, & minor portio. Sed cōtrarium tenuit Bar. in d. l. ex facto. ver. quæro. quid ſi furioſus & ſimiles, ſcilicet ſubſtitutionem valere, & ſupplementum legitimæ fieri debere. & ipſum ibi ſequuntur Alexan. & Iaſ. ver. vltimò. inquantum ſubdit Bart. & pariter Franciſ. de Aret. verſi. Adde inquantum Bart. & idem Paul. de Caſt. & Salic. in l. humanitatis. & Deciſ. ibi, verſic. & quod ſuprà dixi de legitima. & etiam Iaco. de ſanct. Geor. verſi. not. vlterius ex ver. legitima dicentes opin. Bar. eſſe cōmunem, & ibi idem Franci. de Are. verſic. ſecundò not. & Ang. Aret. in d. §. qua ratione. verſi. quæritur an ſufficiat. & Guliel. Benedict. in dict. c. Raynutius. fol. cccxxxvij. num. xx. ante fin. & Anto. Rub. conſi. cxv. & Lancelo. Politus in d. tracta. ſubſtit. tit. de exempla. ſubſtitutio. num. xv. Sed Ange. in prædicta l. humanitatis. dicit Bart. fortè non habuiſſe illam gl. in verbo, legitima ad minus. & iſtud non ſine dubio propter diuerſas Doctorum opin. Sed in caſu noſtro inſtante conſuetu. Xantonien. qua teſtator tenetur duas partes ex tribus ſui antiqui patrimonij relinquere, aliàs non valet, etiam per priuationem aut pœnæ adiectionem per ipſum teſtatorem hæredi impoſitam, vt tenet Io. Fab. in §. alteri. col. iiij. verſi. gloſ. ſoluit. inſtituta. de inutilibus ſtipulationib. opi. gl. Ang. & aliorum haberet locum. Vnde poſtquam hic auus hoc nō fecit, ſed in illis duabus partibus alios duos, quibus donauerat aliam tertiam, & omnia bona mobilia & immobilia conqueſta cum eodem mēte capto inſtituit, & eoſdem eidē ſubſtituit: & ſic ex defectu legitimę ſubſtitutio caret effectu. Vndē hic concurrit conſuet. cum jure communi, quæ debet aliquid vltra ius operari: lex enim prædicta humanitatis. vult patrē aut matrem vel auum teneri relinquere legitimā portionem ad minus ſecundū gl. vt dictū eſt, volens innuere patrē teſtantem bene facere ſi maiorē portionem relinqueret, quia conſuet. requirit duas partes hæreditagiorū, etiā aliis non furioſis dimitti. & licet ſecūdū Bart. & cōmunem valeat ſubſtitutio exēplaris, quāuis minus legitima ſit relictū, & per cōſequēs poſſe agi ad ſupplementū: tamen propter conſuet. prædictam, idem quod ius quò ad illas duas partes relinquendas ſtatuentem, tenebatur relinquere: & aliter factum vt aliquid operetur vltra non valeat, per ea quæ notant Bart. & Alex. in addi. in l. iiij. §. ſi rem. ff. de lega. iij. dicens, quòd ſi ſtatutū velit victū victori eſſe in expenſis condemnandum, vt vult lex properandum.

tandum.§.sin autem alterutra. C.de iudic.à quarum tamen condemnatione ob iustam causam litigandi excusatur.l.qui solidum.§.etiam respub. de lega.iij. Nihilominus propter statutum, vt aliquid vltra ius seu communem opinionem operetur, non excusabitur. Et idem Alberi. in d. §. sin autem alterutra. cum aliis per Iaso.col.ij. versi.secundo limita.alleg. & idem Alexand. consi.clxxxiij.lib.v. & Ludo. Bolog.in authen.de iudic. §.oportet. col.vj. in primis interpretation.& Felin.in c.j. col.iiij. priuilegium. de rescrip.& alibi dixi.Ergo † substitutio exemplaris facta mente capto, cui minus legitima fuit relictum non valet,vt aliquid vltra communem opin. operetur consuetudo. Et istud in terminis sentit Socin.consil.lxxviij.col.iij.ver. circa secundam dubitationem, volu. ij. quia si aucta, vt inquit, fuerit legitima iuris communis, ex forma statutorum vel consue.secundum quam tenetur relinquere: vt hic: tamen si minus legitima fuerit relictum, poterit agi ad supplementum.Et idem Ioann.Calde.consil. xxxij. tit.de testa. incip. an si statutum auget legitimam,volens quod si statutum augeat legitimam, habent tunc locum iura disponentia de legitima. Pro quo facit quod dicit Bald. in rubric. de causa possessionis & proprieta. quod vbi statutum venit ampliatiuè ad ius commune, dicendum est idem esse in ampliante quod in ampliato: licet secus videatur esse quando statutum dicit sufficere pro legitima quintam relinquere partem,etiam quo titulo,vt dicit Bald.in l.maximum vitium.col.pen.ver. vlterius quæritur de tali q.& ibi Alex.in addi.C.de liber. præter. cum aliis allega. per Alber. Brun. in tertio volum.statutorum.& consue.in verbo. legitima.col.pen.in princ.vers.legitima filiis,quoniam statutum derogans seu veniens derogatiuè ad ius commune, non debèt interpretari secundum ius commune, sed simpliciter prout iacet. & sequitur Pau.de Cast. in d.l. fin. §.in computatione. colum. vlti. versic.adde aliam limitationem. C.de iure delib.& Alex.consil.xx.lib.j.sed Alex.in l.si quis priore.col.ij.versic.iuxta glo.dicit Roma.ff.ad Treb.sequendo ibi Roma. dicentem se apud Valentiam consuluisse contra Bald. scilicet statutum veniens derogatiuè recipiebat interpretationem à iure cõmuni passiuam,l.j.§.lex Falcid.& ibi Barto. & Doctores. ff.ad l. Falcidiam. & in vtroque dicto tenet Petr.de Rauen.in suo aureo alphabeto,in versic.legitima.circa medium,versic.statutum dicit. dicens hanc opinionem esse communem, & opinio.Bald. esse reprobatam. & idem Ias. in authen.nouissima. versic. quartò fallit.de inoffi.testa.tamen cum Baldo tenet ipse Roma. sibi contrarius consil.cccxcix. & idem Bal.in c.cum non liceat.de præscrip.Et pro opi.Roma.prima, quã Alex.& de Rauenna sequuti sunt,facit quod dicit Salic. in l.j.C.de iure emphyt. non esse licitũ arguere de iure nõ scripto ad materiã iuris scripti. & hoc dicit probari in l.de quib.de leg.Sed quicquid sit,opin.Bal.videtur communior. pro qua est decisio huius dubij,quia stante statuto, & liberis existentib.fœminę non succedant,sed dotentur arbitrio propinquorũ, non debent propinqui arbitrari minus legitima, quæ debetur filiæ, vt voluit Angel.consi.cccxj.inchoan.dominus Geor. & mouetur, quia legitima dicitur minuscula ipsius filij vel filiæ,l.si quis in suo.C.de inoffic. testam. & cùm sit debita ipsi filiæ iure naturæ non potest auferri.imò debet deduci tanquam æs alienum, l.Papinianus.§.si quis impuberi.ff.de inoffi.testam. & idem consuluit Alex.consi.lxxix.lib.j.& sequitur Iacob. de sancto Georgio. in l. quæro quantæ. ff.de iure dotium. & ita disponendo non potuit tollere dispositionem consuetudin. cùm per eam sit augmentata legitima filij, vt consuluit Federic. consil. xviij.quem refert & sequitur Dominic.in c.fina.de rerum permut.& Bald.consil.lxxij.exord. in q.quæ vertitur inter scholam sanctæ Mariæ.versic.sed pro intellectu huius puncti vol. v. & sic seruatur de vsu & consuet.Franciæ. † Nam licet legitima per consue.aut statutum possit minui & tolli,non tamen in totum secundum magis communem, de quo per Feli.in c.cum ex officij. de præscriptio. & Fab. de Giochis in d.authen.nouissima.& Ias. & amplè Socin.consi.cl.vol.j.cum aliis per nos allegat.in additio.ad Din. in regu.indultum à iure beneficium. & dixi in lib.consuetu.Biturig.tit.de testa.§.ij. versic. nam licet valeat consuetudo.& de Rauenna.vbi suprà & pariter potest augmentari,vt in casu nostro, & posset agere ad restitutionem residui deficientis. & opin. Bar. & aliorum intelligerem de alio filio, non mente capto vel furioso,per text.iuncta glo.in d.l.humanitatis. Cogita, quia solus prædicta in hac quæst.adduxi. † Limita hanc communem conclusionem volentem agere posse ad supplementum, nisi statutum aut consuetudo prohibeat filiam per patrem dotatam de bonis suis posse ratione supplemẽti legitimæ vltra id quod est eidem relictum petere: quia non potest agere ad supplementum,vt voluit Ludo.de Roma. consi. xvj. de quo per Paul. de Cast. consi.cxcvj. col.j. secundo verò inspectio. vol.antiq.& Alber.Brunus in tracta. de stat. exclu. fœmi.à successio.ix.artic. princ. q.quod no.tu Burdega.pro tua consuetudine quæ sic disponit titu.de testa. artic. lxiiij. quod intellige prout infrà dixi, q. cc.inchoan.Si pater aut mater transiens ad secunda vota col. penult. versic. sed hanc opinionem Bald. † Præterea ad confirmationem substitutionis exẽplaris requiritur aditio hæreditatis, quam furiosus adire non potest,l.fin. §. sin autem perpetuo furiosus.C.de curat.furio.nisi suus, quia ex potentia suitatis efficeretur suus hæres, & confirmaret tabulas exemplares, vt ibi, pro quo Roman. allegat quod voluit Barto. in dict.l.ex facto. colum. v. versic. octauo quæritur. Et quando agitur de testamento materno, vel auito, vt hic, nisi datis cohæredibus, quorum aditio requiritur. l. apud Iulianum. ff. ad Trebellia.aut aditio curatoris,qui petat bono.poss. secundum tabulas, quæ confirmauit istam institutionem exemplarem. l. cùm hæres institutus. ad Trebel. aliàs non.& cum Barto.transit ibi Imol.& Alexan. quærit etiam Bart. an ad validitatem istius substitutionis. & Ias.versic. circa octauum requisitum, qui allegat Salice. ibi sic tenere. Sed contrarium tenet in d.l.humanitatis, versi. ad octauam igitur quæstionem.ibi & ex hoc patet.sed in octauo contrario sequitur Bartolus. tamen substitutus, secundum eum, & Baldus, Alexand. & Imola. vbi suprà potest venire ex tacita vulgari, & omnia capere bona testatoris. Sed de bonis furiosi vel mente capti,vide Bartolum & Docto. suprà allega. qui videntur tenere,quod sic,cùm possit sibi facere testamentum. d. l. humanitatis. quamuis Bald.in bonis pupilli quæ ad eum extrinsecus peruenerunt videtur tenere, quòd non veniant ad substitutum, secundum communem interpretationem, vt ipse not. in consil. ccclxxvj. inchoan. quidam nomine A,vol.j. sed contrarium tenent Bal. Angel. Paul.& omnes in l. sed si plures.§.ad substitutos. ff.de vulga.& pupill. & Alexan.consi. ccxlij.lib.vj.& consi.

xxxvj.num.vij.Et de bonis tam pupilli quàm furiosi,vide Benedicti.in d.c. Raynutius. nume.xxxix.de testamen. & Lancel.Poli.in d.tracta.substitutionũ. nu.xix.versic.secundus effectus.

SVMMA.

1 *Legitimam an habeat mater à filio instituta in duabus tertijs hæreditatis,quas consuetudo dat agnatis.& num.2.*

Quæstio CLXXXIX.

Quid econtra, si filius aut filia instituat matrem hæredem, cui secundum consuet.Xantonien.non poterat relinquere nisi bona mobilia & immobilia acquisita & tertiam partem suorum antiquorum hæreditagiorum: vtrum in alijs duabus partibus delatis ex prædicta consuet. aliis proximioribus, habeat legitimam.

DECISIO CLXXXIX.

1 TEXT videtur quòd non,arg.l.filio.§.matri.ff.de adi.lega.quoniam consuetudo ademit sibi duas partes hæreditagiorum, in quibus nihil ab intestato succedens prætendere potest cum proximioribus parentib. à quibus hæreditagia descenderunt, reseruata sint: & ita per illum tex.tenuit in simili casu Soci. in cõsil.cl.vers.primum est.vol.j.volens in casu quo mater fuit hæres in certa portione instituta,in qua poterat virtute statuti ab intestato solum succedere (licet illa portio non fuisset pro sua legitima sufficiens)non posse agere ad supplementum legitimæ. allegans Anch.ita tenere in quodam suo consil. incip.super casu nuper proposito & transmisso.quod est num.meorum ccccxxviij. & idem tenet Albert. Brunus.in iij.vol.statutorum,in verb.legitima vers. si per statutum mater non succedit. & Aud. Barto. consi.50.vers.capio nunc secundam dubitationem. volum. iij.vbi amplè ad vtramque partem disputat hanc q. & vers. & licet ista sint colorata. sic determinat allegans Angel.in quodam consi.inchoan.In Christi nomine,Amen. Statuto cauetur,quod si aliquis decesserit. quod est cv. & ita eos sequens tenuit li.consue.Biturig.tit.de testa.§.iiij.in addit.Pet.

2 TEXT Et sic in curia conclusum extitit in causa dictorum Dareyrat & Saluaige contra les Philippons, qui prætendebant respectu matris eorum hæredis per suam filiam sororem ipsorum vterinam in omnibus bonis institutæ, legitimam super duabus partibus hæreditagiorum antiquorum fratri legitimo & naturali eius ex consuetu.prędicta pertinentium, non posse petere: quia mater instituta fuerat vltra tertiam partem in bonis mobilibus immobilibus acquisitis. Et vbi profecto non fuissent alia bona præter antiqua non potuissent petere legitimam ab intestato, nisi super tertia parte,cùm aliæ duæ partes remanere debeant fratri vel aliis proximioribus, à quorum parentibus illa antiqua hæreditagia,secundum consuetu. iam dictam,prout dictum est,proueniunt. Et idem tenuit Bald. consil. cccxiiij.aliàs cccxxiiij. exord. Statuto cauetur quod mater transiens ad secunda vota.volu. iiij. & Fabia. de Grochiis in repe.authent. nouissima.versicul.v. quæritur.

SVMMÆ.

1 *Pater succedens filiovnà cum illius fratre postea transitum ad secunda vota, an habeat vsumfructum in medietate fratris defuncti delata. & nu.1.& 4.*

2 *Mater postea secunda vota succedens filio cum aliis filiis,an solius partis vsufructus sit hæres.*

Quæstio CXC.

Sed quia suprà diximus, quòd nisi pater ad secunda transiisset vota dimidiam partem habuisset hæreditatis filij defuncti pleno iure quò ad proprietatem, & in alia parte dicto Morelli fratri prædicti defuncti delata nullum habuisset vsumfructuum.dicta authen. item hæreditas. sed illam proprietatem per transitum ad secunda vota perdidit, & non habebit nisi illius partis vsumfructum: Quæritur an in recompensam illius proprietatis pater habeat vsumfructum in illa parte qua successit frater, quem ante mortem filij & successionem bonorum ipsius habeat.

DECISIO CXC.

1 TEXT Francis.de Are.in dict. consil.lxxij.versic.circa tertiũ. dicit illud dubium esse sibi nouum, quia non inuenit decisum in terminis. & indistinctè tenet quòd nõ: quia sicut in parte dicti secum succedentis non habet vsumfructum, etiamsi non accepisset secundam vxorem.d.authen.item hæreditas.Ita nunc similiter non habeat,ad secundum transeundo matrimoniũ. & hoc probat tribus rationib. vt ibi per eum causa breuitatis.& idem Ioan. Bapt.in repe.l.frater à fratre.de condi.indeb.& Ioan.de Caron.in d.l.fœminæ.in fi.vers.dubitari hic incidenter potest,vbi vltra Bapt.alle.Oldr.consi.xxxiiij.incho. quidam habuit vxorem.& Bene. Capr.consil.xlvj. Et 2 idem Socin.in d.consil.xxxiiij. versic. circa tertiam quæstionem,dicit in fin.illius quæstionis: nullibi istam quæstio. legisse, nec tactam fuisse à doctoribus, ac multum sibi esse dubiam. Tandem distinguit post plura verba defectuosa vitio impressorum.Aut pater primò successit quò ad plenam proprietatem pro sua virili portione cum filijs,& postea ad secũdas transiuit nuptias, ob quas est effectus de proprietario vsufructuarius: & in hoc casu secundùm eum non debet habere vsumfructum in portione in qua alius filius successit quo ad proprietatem & vsumfructum. Et ratio est in promptu, vt inquit, quia ex quo illi filio fuit quæsitum plenum ius in portione sua, non debet sine facto, aut voluntate sua tali iure priuari, vt in regula, id quod nostrum est.ff.de reg.iur.& aliis iuribus & rationibus per eũ adductis. Si verò primo transiuit ad secũdam vxorem ante mortem filij,& delatam sibi ab intestato successionem eiusdem filij: & istud membrum videtur sibi satis difficile, ac notabile, ex eo quod pater propter transitum ad secundas nuptias,non potest in bonis filij postea morientis, fratre eiusdem filij præmortui superstite, cõsequi nisi vsumfructũ: secundum communem opi. de qua suprà dictũ est. Et ideo Socin. quod cùm cessat ratio proprietatis, videtur eidem patri ius antiquum fore seruandum, vt eidẽ integer vsusfructus debeatur,d.l.fi.ad Tert. & d.l.fi.comm.de succes.& hoc nititur plurib.probate rationib.Et maximè,quòd pater transiens ad secundas nuptias,quo ad portiones hereditarias filiorum priuetur proprietate, non habemus, nisi ex authoritate glos.in dict.l. fœminæ.§. vltim.& Docto.sequentium, contra assertionem Imperatoris, in authen. de non eligend. secundo nuben. §.optimum.vt suprà proxima quæst.dictum est.Vnde non procedit secundum eum sine dubitatione, vt ibi videt. Tamen arbitratur, quòd tota istius rei difficultas dependeat in videndo vtrum mater quæ prius transiuit ad secundas nuptias succedat filio postea morienti simul cum aliis superstitibus in vsufructu pro sua virili portione, & proprietate priue-

priuetur. Et ante iſtius ſolutionem dicit quòd indubitanter teneret, quod pater eodem modo videtur ſuccedere retenta communi opinio. quod in virili alterius filij non poſſit conſequi vſumfructum per rationes quas deduxit, quando pater ad ſecundas tranſiuit nuptias poſt ſucceſſionem filij, quamuis videatur aliqua dubitatio. Quare decidit quæſt. vtrũ mater ſuccedat filio in ſolo vſufructu ſi prius tranſiuit. Et iſte articulus videtur ſibi dubius: quia gloſ. & Iaco. de Bellouiſu, & Ange. in §. quoniam. in fin. in authen. de nupt. tenent, quod ſuccedat ſolum in vſufructu. & idem Sali. in d. l. fœminę. in vltim. q. per tex. in §. ſi verò expectet. eodem titu. Tamen in contrarium ipſe adduxit quatuor, quæ videtur fortiter aſtringere, quod ſuccedat in proprietate, vt ibi, videlicet, in fi. dicat in effectu, quod mater, aut
4 pater fiat vſufructuarius. † Et hæc opinio eſt verior quod ambo ſuccedant in vſufructu tantùm eorum portionis, ſiue ante, ſiue poſt ſucceſſionem filij ad ſecunda tranſierint vota, quoniam textus eſt clarus in matre in d. authen. ex teſtamento. verſi. ab inteſtato. de ſecund. nupt. & vnde ſumitur. & ibi omnes ita tenent tam antiqui, quàm moderni, inſuper Io. de Garon. in vj. not. & dixi ſuprà in ij. quæſtio. huius materiæ. aliàs non diceretur vſufructuaria, ſi non careret proprietate, vt l. vtifrui. ff. ſi vſusfructus. pet. & tenet Paul. de Caſtr. in dict. l. mater. ad Tertul. & ibi Philip. Corne. verſic. in ea ibi reddit. Et pro vtroque videtur text. in dict. authent. defuncto. in fi. iuncta ſecunda oppoſitione gloſ. fin. quamuis Pau. de Caſt. in dict. l. mater. voluerit, quòd in acquiſitis aliunde quàm à patre, ſi nubat poſt mortem filij, non perdet proprietatem, ſecus ſi primò nubat, & poſtea ſuccedat, quod perdit, per tex. in dict. l. mater. ſed communis eſt in contrarium, quod nunquã perdat proprietatem, ſiue nubat in vita filij, ſiue poſt mortem, & pleno iure ſuccedat in bonis aliũde quæſitis, vt dixi in dict. ij. quæſtio. & tenet Ioann. Fabr. in dict. authentic. ex teſtamento. & Matth. de Mat. in dict. tracta. de ſucce. ab inteſta. artic. ſecundo princ. verſic. item omnia prædi. & ibi Ludo. Bolog. & Guliel. Bened. in d. repe. c. Raynutius. verſi. tertia concluſio. & Ioan. de Ana. in d. conſi. lxxiij. in fin. & aliquid dicam de hoc ſequen. quæſt.

SVMMA.

1 *Mater à filio inſtituta, an per ſecundas nuptias perdat proprietatem. & nu. 2.*

Quæſtio CXCI.

Mater non perdit proprietatem filij, quando teſtamento ſuccedit, licet ad ſecunda vota tranſierit.

DECISIO CXCI.

1 SED alia maior inſurgit dubitatio. † Si mater poſt mortem filij, qui eam exiſtentem viduam in ſuo teſtamento inſtituerat hæredem, ad ſecundas tranſeat nuptias, an perdat proprietatem. Quia ſi ante mortem nupſiſſet ſecundo loco, filius inſtituendo matrem hæredem ſciens eam ad ſecundum tranſiuiſſe virum, tunc videtur ei pœnam tacitè remiſiſſe, vt §. diſponat teſtator. in authen. de nupt. & in hoc non eſt dubium. Et tunc ſi in minus legitima eam inſtituerit, poſſit mater agere ad ſupplementum legitimæ, vt dixi ſuprà in quæſt. clxxxix. incipien. Quid econtra, quod non, ſed in quæſtio. noſtra quando poſt teſtamentum & mortem filij mater tranſiuit ad ſecunda vota, tunc ſecundum Bald. in dict. l. mater. ad Tertul. non videtur ei hanc pœnam remiſiſſe, quia nondum contracta erat culpa per matrem, & dolus futurus non videtur remitti. l. actione. C. de tranſact. Et idem tenet Angel. in authen. in teſtamento. dicens, quod per illam authen. mater ſuccedit ex teſtamento cuilibet filiorum ſicut extraneus. Quod dictum limitat, & dicit eſſe verum, quando poſt tranſitum ſuccedit filio ex teſtamento, vt dictum eſt: ſed ſi poſt ſucceſſionem tranſiſſet ad ſecundas nuptias, tunc lex Cod. remaneret incorrecta: quia prouenta ex paterna ſubſtantia debent fratribus defuncti reſeruari. Alia verò vniuerſa pleno iure ſibi quæruntur, dict. l. mater. Tamen contrarium eſt verius, quod mater ſuccedat ex teſtamento, ſiue prius, ſiue poſtea tranſeat ad ſecunda vota, vt tenet Sali. in dict. authen. ex teſtamento. in princip. & etiam Alberic. Et idem Alberic. Rapha. Fulgo. Paul. de Caſt. & Philip. Cor. in dict. l. mater. & Barto. in §. hinc nos. in authen. de nup. & in §. cum igitur. in authen. de non eligen. ſecundo ſtuben. dum refert tertium ius. & idem Angel. ibi verſiç. & in hoc no. quatuor iura. & idem Ioann. Fabr. & Ioan. de Garon. in dict. authen. ex teſtamento. in primo not. verſic. aduertendum vlterius eſt, &c. vbi eum vide, qui mihi miſit duplum lecturæ ſuper toto titu. de ſecund. nupt. Et idem Guliel. Bened. in repet. d. c. Raynutius. ver. an autem mater. † Ideo concludo, 2
quod ſi ex teſtamento ſuccedit mater, non perdidit proprietatem, ſiue ante mortem, ſiue poſt mortem filij nubat. Et in omnibus ſuccedit, quæ filius habuit vigore teſtamenti ipſius filij pleno iure, & cum plena facultate liberè diſponendi. Nec ſit hodie aliqua diſtinctio iſto caſu temporum vel bonorum. Nec etiam an ſuperſint alij filij, & fratres defuncti: quia plenius ſuccedit ex teſtamento cum ex voluntate, quam ab inteſtato, vt patet ex ſupradictis. & idem Matth. de Afflict. Deciſ. lxxv. nu. iij. & iiij.

SVMMÆ.

1 *Mater ſecundo nubens, an ſuccedat pleno iure filio in portionibus paternis, quas ille habuerat ab aliis fratribus. & num. 2. & 3.*

2 *Aduentitia cenſentur, qui bona, quæ perueniunt ad nepotem, & non paterna.*

3 *Mater tranſiens ad ſecunda vota, habet proprietatem in bonis filij auitis, non paternis.*

Quæſtio CXCII.

An pater aut mater ſuccedentes filio ab inteſtato, cum aliis ſuis filiis, & ad ſecundas tranſeuntes nuptias, pleno iure ſuccedant in iis bonis filij quæ habuit ex ſucceſſione alterius prædefuncti fratris, qui ſuam habuerat legitimam.

DECISIO CXCII.

SED alia ex dicto proceſſu orta fuit quæſtio, quia ſupra dictum fuit ſecundum communem opinion. quod pater vel mater ſuccedit ab inteſtato filio defuncto tam̃ in bonis aliunde acquiſitis & habitis, quàm ex ſubſtantia patris pleno iure, ſiue nubat in vita filij, ſiue poſt mortem. † Quid ſi filius nunc mortuus, cui pater 1
aut mater ſucceſſit ab inteſtato cum aliis ſuis filiis, iam ſucceſſerat alicui prædefuncto fratri ſuo, qui habuerat à patre vel matre reſpectiuè ſuam legitimæ portionem, vel filia dote contenta renuntiauerat doti paternæ & maternæ, vt in caſu noſtro an in illis bonis fraternis, quæ origine fuerant paterna, ipſe pater aut mater ad ſecundas tranſiens nuptias ſuccedat pleno iure? † Et dominus Salua- 2

tus de Pomiers relator proceſſus in iure ſubtilis & profundus, ac bonæ conſcientiæ, tenebat quòd nõ, ſed ſolùm in vſufructu, per dictum Baldum in dicta authentic. ex teſtamento. verſic. ibi ex paterna ſubſtantia, vbi Bald. dicit originem bonorum conſiderandum. Vnde licet hic bona origine fuerint paterna, tamen fuerunt fratris prædefuncti effecta. Et ſic origo illius eſt ſolum attendenda, & non vlterius progrediendum. Et pro hoc bon. text. in l. ſi auia veſtra. C. de donat. vbi non attenditur origo bonorum patris. ad quam tamen reſpondit Bald. 3 pluribus modis, vt ibi per eum. † Tamen contrarium tenuerunt cæteri domini per illud dictum Bald. generale, quod origo bonorum paternorum, quæ ratione ſuæ perſonæ immediatè, & nõ mediatè ad filium peruenerunt, attendatur. Et ita videtur loqui text. in d. authen. ex teſtamento. Et ita intelligit Salic. ibi, ver. peruenerunt. dicens, cætera verò quæ de paterna ſubſtantia fuerunt pleno iure percipit, nec tenetur ea reſeruare. Fallit in donatione propter nuptias, per text. in d. authent. ex teſtamento. quia in illa non habet niſi vſumfructum, vt ibi. & idem Ioan. Fab. ibi in fi. & ſing. Ioan. de Garon. ſed quia tex. hic, & in corpore dicit &c. dicens aliàs hanc quæſt. de facto habuiſſe, & conſuluiſſe pro iſta parte, quòd pater aut mater ſuccedat pleno iure in illis bonis quę defuncto fratri ex alterius ſucceſſione fratris euenerant: & hoc per text. in §. Gregoria. enim ſupplicaui. in auth. de non eligen. ſecun. nub. à contrario ſenſu, vel ſumendo ibi argumentum ab ſpeciali in donatione propter nuptias. & illum text. ad hoc allegauit Socin. in dict. conſil. cxiiij. ante fi. verſ. ſed ad hanc obiectionem reſpondetur. vol. iiij. Et etiam dictus de Garonis, vbi ſuprà, proximè allegat ad hoc text. iuncta gl. in §. cùm igitur. in prin. in verb. poſt ante nuptialem. in d. authen. de non eligend. ſecund. nub. per text. in d. gloſſ. allegatum. & bene facit tex. ſecundum eum in d. §. hinc nos. vnde ſumitur d. authen. ex teſtamento. in verſ. & hoc dicimus: quæ eſt de nupt. adducens illud quod dicit de filia renuntiante bonis paternis & maternis, vt non excludatur à ſucceſſione fraterna, quamuis habuiſſet dona paterna vel materna, vt not. in l. pactum. C. de colla. & vult Franciſc. de Are. in l. Paulus reſpondit per procuratorem. ff. de acquir. hære. poſt Pau. de Caſt. ibi, & Iaſon in l. eius qui in prouincia. §. quod ſi ſtipulatus. ff. ſi cert. peta. de qua amplè vide ſuprà in q. incip. viſo caſu ſupradicto videtur. Et ſic pro hac parte dicit Io. de Garon. fuiſſe iudicatum, ac multos doctores Auenionen. ſuæ adhæſiſſe opi. & pro iſta Deciſ. adduco text. in l. cum oportet. in princ. ibi, ex eius ſubſtantia in cuius poteſtate ſit, ſed ab aliis quibuſcunque cauſis quæ ex liberalitate fortunæ, vel laboribus ad eum perueniat, &c. & ibi Bart. Bald. Angel. Sali. & Philip. Cor. C. de bonis quæ libe. vbi Corn. dicit in verſic. in text. ibi, ſed aliis quibuſcunque cauſis, quod omnia quæ non proficiſcuntur ex ſubſtantia patris cenſentur eſſe aduentitia, adeo quod patri quò ad proprietatem non quæruntur. Et idem videtur ſi aliqua bona peruenerint ad filium ex linea paterna, vel ab auo, vel auia paterna, vt mater in eis habeat vſumfructum, vt voluit Bartol. in dicta authent. ex teſtamento, per illum textum. dum dicit ex ſubſtantia paterna, & non ex ſubſtantia auita. 4 † Quoniam id quod filius habet ab auo, videtur aduentitium, quo ad patrem. l. quæſitum. in princip. ff. de leg j. cum aliis pro hac parte alleg. tamen in contrarium videtur caſus in l. dedit dotem. ff. de colla. bo. Nam auus videtur velle, quod pertineat ad nepotem, ideo quia nolebat pertinere ad filium. & contraria loquuntur quando conſtat auum contemplatione nepotis magis quàm contemplatione filij dediſſe, ideo hic ſuccedit nepos, quia in locum filij. † Et licet mater tranſiens ad ſecunda vota priuetur nuda ſolum proprietate ſubſtantiæ paternæ, quæ peruenit ad filium, non tamen priuatur proprietate ſubſtantiæ auitæ, vt dicit Bartol. in dicta authentic. ex teſtamento. & eum ſequitur Matthæ. de Matte. in dict. tracta. ſuo de ſucceſ. ab inteſta. in ſecundo princip. artic. verſic. quid autem. Et idem ibi Ludo. Bologn. in addi. qui ad hoc ponderat tex. in dict. §. hinc nos. in ver. ſi autem inteſtatus. vbi text. non ſolum dicit ex ſubſtantia paterna, ſed etiam repetit præter paternam ſucceſſionem, de quo ibi per Matthæ. & Ludo. in eo. ij. art. verſic. ex prædictis ergo infero. & Angel. Aret. in §. præferuntur. verſic. & ex prædictis ergo infertur. inſti. ad Tertull. & in §. ſi plures. inſti. de leg. agna. ſucceſ. & Alexand. & Docto. Moder. in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & Ioan. de Garo. in dict. authen. ex teſtamento. ver. ſed iterum quæro. & Oldra. conſil. ex. incip. pro examinatione veritatis. & Guliel. Benedict. in dict. cap. Raynutius. verſic. ſecundum quod ius. Sed contra hanc communem ſententiam, & pro opinion. Bald. & Angel. ſuprà relatam videtur tex. in l. ſi quis prioris. §. fin. verſic. illius etiam patris. & ibi maternam ſubſtantiam eis, vel ex materna linea ad eos deuolutam. C. de ſecund. nup. Et illa bona, quæ eis ex materna ſubſtantia, vel linea materna prouenerint, pater reſeruare tenetur: ergo in illis non ſuccederet pater, licet aliunde quæſita: ſicut nec in bonis quæ recta via, & immediatè filiis ex ſubſtantia materna prouenerunt. pro hoc etiam tex. in l. ij. & ibi Doct. C. de bonis maternis. Sed ad illa iura poteſt reſponderi, quia quamuis pater teneatur reſeruare filiis omnia prędicta bona aduentitia, ſiue ad ſecundam vxorem tranſeat, ſiue non, vt dictum eſt, tamen non prohibetur quid ſuccedat filio in illis bonis à matre & à genere materno prouenientibus, pro ſua virili portione, d. auth. defuncto. Licet quò ad materna proprietatẽ illorum per tranſitum ad ſecundam vxorem perdat: non ſic in fraternis, vel auitis bonis, vel aliunde filio defuncto obuẽtis, vt dictũ eſt. Et ita concluſum in quadã cauſa per appellationem ad curiã deuoluta inter. * Ergo à fortiori videtur quod pater vel mater pleno iure ſuccedat filio defuncto, etiã fratrib. & ſororib. eiuſdẽ omnino excluſis, in bonis proueniẽtib. à patre vel linea paterna: vt in filio, qui cũ peculio profectitio deceſſit: vel filia cui pater dotẽ profectitiã reddi ſtipulat' fuiſſet, ſi decedat ſine liberis, matre, fratrib. & ſororib. q tũc ſolus pater ſuccedit. Et idẽ in matre in bonis ab ea, vel linea materna proueniẽtib. Et hoc per tex. quẽ ibi Bar. dicit eſſe ad hoc ſingularẽ, & non reperiri alibi, in l. quod ſcitis. §. fin autẽ. C. de bon. quæ lib. & idẽ ibi Bal. & Ang. & Ludo. Bolo. in primis interpreta. & idẽ Barto. in l. poſt dotẽ. in fi. ff. ſol. matr. dicens nuper fuiſſe ſuper hoc interrogatum. & nihil plus dicit, & eſt ratio, quia in bonis prouẽtis à patre, vel linea paterna, pater præfertur omnib. in ſucceſſione ab inteſtato, per illum tex. ſecundũ vnã lecturã. & idem Bar. in d. auth. itaque. C. comm. de ſucceſ. & in conſi. xviij. viſo teſtamento condito per Benedictum Iulij. in fin. quod reperitur in conſi. ccxv. an ſi teſtamentum ſit nullũ. & Roma. in conſi. xl. viſis ac diſcuſſis. ver. ij. principali-

Digitized by Google

cipaliter.& ſentit Bal.conſi.cxij.æqua opi.eſſet.vo.ij. Et ſic iſto caſu d.auth. defuncto. non habet locum, diſponens,quod ambo parentes,fratres,ſorores, filij vel filiæ alterius fratris prædefuncti ſimul & pariter admittantur in illiſ bonis.& opi.Bar.in hoc ſequuntur Ioan.de Imo.Roma.& Alex.in d.l.poſt dotem.& ibi plene Iaſ.verſi.circa illud quòd Bar.cum aliis per eum alleg.licet Bal.& Sal.& Fulgo. in d.auth.defuncto.velint contrarium per illum tex.& in d.§.conſequens.& Cin.Alb.de Roſa.Salic.Rapha. & ſing.Philip.Corn.in d.l.quod ſcitis.§.ſin autem.vbi Alb.dicit ita vidiſſe cõſultum.quod conſ.ſequutus fuit.& idem Lud.Bologn.ibi in primis interpretationib.& idem Raph.Cuma.in conſ.cxxij.Qualiter admittãtur auus. cui ſe ſubſcripſerunt Fulgo.& Autaldus de Autaldis. Et hoc probant per text.in d. auth. defuncto.& in §. cõſequens.vnde ſumitur ibi,dum dicit paternis quidem dimidia,maternis quo ad alia dimidia delata:vbi ſolum conſideratur differentia graduum, & non bonorum,an ex linea paterna,vel materna,dos vel alia bona proceſſerint: ſed ſeruatur per omnia æquitas:& ſic non obſtat d.l.quod ſcitis. §. ſin autem. in qua ſola fundat Barto. quæ corrigitur in hoc per ius authenticorum.tamen opi.Bar.videtur communior ſecundum Iaſ. vbi ſuprà pro qua faciunt omnia iura in præcedenti quæſt.alleg.vbi pariter præfertur omnibus in ſucceſſione bonorum filij, quæ ad ipſum ex ſucceſſione alterius fratris pręmortui ex bonis patris aut matris prouenerint,igitur. &c. Et idem Maſuer. in tractatu,de dote. verſicul. item quando pater dedit dotem.

SVMMÆ.

1 *Vſusfructus an cenſeatur patri prohibitus eo quod fuit à matre grauatus hæreditatem filij xxv. anno reſtituere.*

2 *Falcidiæ prohibitio an debeat eſſe expreſſa.*

3 *Vſusfructus an expreſsè ſit à teſtatore ne patri acquiratur prohibendus: aut quæ prohibitio requiritur.*

Quæſtio CXCIII.

Quando mater grauando reſtituere hæreditatem filiis, cum ad xxv.annum peruenerint, cenſeri poſſit expreſsè vel tacitè vſumfructum prohibuiſſe.

DECISIO CXCIII.

1 NVNC reſtat ad aliud dubium, † an mater grauando reſtituere hæreditatem filiis poſtquam ad xxv. peruenerit annum,videatur expreſsè vel tacitè vſumfructum prohibuiſſe: quoniam expreſsè poteſt prohibere:d.auth.excipitur.de bonis quæ libe.& quod expreſſa requiratur ademptio vſusfructus, tenet Alexand.in l.cum filiofamilias.ff.de leg.j.per tex. in d.auth.excipitur.& in corpore vnde ſumitur. & idem Lancel.Decius in d.l.cum filiofamilias.ver.nũc quæritur an fideicommiſſum, quia ſecundum Alex. illa prohibitio, quæ ſufficit in falcidia prohibenda, etiam ſufficiet in prohibitione vſusfructus patri acquirẽdi:ſed in falcidiæ prohibitione requiritur,quod expreſsè prohibeatur,vt §.ſi verò expreſsim.&in authen.de hæredi.& Falc.tamen illa opi.in prohibitione Falcidiæ nõ eſt communis, quod requiratur ſpecialis prohibitio,vt plenè ſuprà dixi in q. xliij. inci. quo ad ſecundam quæſtionem,an ſummæ.verſi.licet Ludo.de Roma.& Anto. Marc. Bauarius in d.l.cum filio.& ita ibi in caſu noſtro,tenent Doct.Mod.quia ſecũdum eos, quando lex requirit aliquid expreſsim fieri,requiritur ſingularis &indiuidua expreſsio,allegant tex.in l.ſi quando.§.& generaliter. cum loquitur de renuntiatione legitimæ. C. de inof.teſt.& ibi Bal.& Sali.& amplè Iaſ.& Feli.in c.tranſlato.de conſti.& Iaſ.in l.j.ff.ſi quis in ius voc. non ierit,cum aliis per Bauarium alleg. qui ad omnia in contrarium allegata reſpondet.† Sed Pau.de Caſt. in d.l.cum filio- 2
familias. tenuit contrarium, quòd videatur per grauamen de reſtituendo filio, vſusfructus prohibitus, cùm verbum reſtituere,ſignificet plenam reſtitutionem,per l.videamus.§. in Fauia. ff. de vſur. iuncta d. authen.excipitur.& idem tenet Raph.Cuman.Franciſc.de Aret.& Barth.Socin.in d.l.cum filiofamilias. quoniam ſecundum eos text. in auth. excipitur & in corpore vnde ſumitur, non probat quòd requiratur expreſſa ademptio vſusfructus,& ſufficiat:quod tacitè conſtet de voluntate teſtatoris: quia ſatis eſt,quod ex coniecturata mente colligi poſſit. argu. l. in conditionibus primum locum.ff.de cõditionibus & demonſtratio.Et pro hac deciſio.eſt tex.iuncta gloſſ.in l.ſi vſusfructus.§.ſi ita quis.ff.quando dies lega.cedit, vbi dicitur,quod ſi teſtator legauerit filioſa. & mandauerit ei ſolui legatum, quod ex hoc videtur voluiſſe patri nihil acquiri, ac ſi nominatim expreſſiſſet. Et dicit gloſ. quod nec vſusfructus acquiritur patri. & ibi ita tenent Bart. & Alb.de Roſ. Sicut enim pater poteſt expreſsè remittere filio vſumfructum, l. cum oportet.§.non autem.& ibi Bald.& Ludou.Bologn.in primis interpreta. C. de bon. quæ liber. ita tacitè permittendo eum vti & frui bonis aduentitiis, vt tenet Bal.Nouel.in tracta.de dote,verſicul.& maximè,quia etiam circumſcriptio. quæ verba repetũtur verſic.& pro hoc bo. text. in l.cum filij.ibi,quod patre volente poſſidet.&c.C.qui bon.ced.poſ.& ſequuntur Bar.& Alexand.in l.ſi finita.ſi de vectigalib. ff.de dam.infect.cum aliis ſuprà alleg. in quæſtio.vij. incipien.Alia fuit orta quæſtio in ſuprema Burdegalæ curia. Sed an permiſſio, aut remiſſio vſusfructus poſſit reuocari per patrem,infrà dicam quæſti.cxcvj. & idem Bauarius in d.l.cum filiofamilias.vbi in verſ. pro dilucidatione huius paſſus proſequitur ambas partes.† Primo quærit,quæ expreſſio ſufficiat ad hoc, 3
vt teſtator dicatur prohibuiſſe vſumfructum patri acquiri,an generalis,ſpecialis,vel indiuidua. Secundo quærit quæſtio. quam vide per eum cauſa breuitatis.Et circa primam ex doctrina Bart.in d.l.ſi vſusfructus.§.ſi ita quis elicit duo:primum quod non requiritur ſingularis prohibitio, ſed ſufficit,ex verbis ſuis hoc colligi poſſit. Secũdum quod per illa verba per quę colligebamus de iure antiquo fideicommiſſum relictum eſſe collatum in tempus, quo ſui iuris eſſet: per illa eadẽ verba, hodie dicemus teſtatorem ſufficienter prohibuiſſe vſumfructum patri, ex quo ſecũdum eum directo videtur decidi quæſtio,de qua in d.l.cum filiofamilia s.quia quando de iure antiquo quis inſtituebat filium, & poſtmodum rogabat patrem de reſtituendo filio,ex hac geminatione honoris colligitur fideicommiſſum collatum in caſum, quo filius ſui iuris eſſet: quod ſimiliter hodie ex hac geminatione colligemus, teſtatorem ſufficienter vſumfructũ prohibuiſſe acquiri patri, vt ibi per eum. Nec obſtat ſecundum eum tex.in authent. vt liceat matri & auiæ: quia ſi rectè inſpiciamus illa verba, ſunt verba legis enuntiatiua: quod ſi quis relinquere vel donare ſub hac donatione, vt ad patrem vſusfructus non perueniat, quod ei liceat: non autem ſunt verba diſpoſitiua, vt teſtator debeat vti illa ſingulari

expreſſione,vbi hoc probat Anto.Baua. & quamuis text.in d.authen.excipitur. videatur ſonare quod teſtator debeat vti illa verborum forma, tamen ſecundum ipſum Bauarium debet intelligi ſecundū quod prohibetur in corpore, nec Irnerius habuit poteſtatem legis condendæ, vt ibi per eum. Et ita concluſum fuit in curia.

SVMMÆ.

1 *Vſusfructus prohibitio ne patri acquiratur, an extendatur ad vſumfructum legitimæ.& nu.2.*

3 *Vſusfructus legitimæ filij non poteſt matri vel alij extraneo dari.*

4 *Alimentaria quando ſolum intelligatur mater quæ relicta eſt vſufructuaria.*

5 *Vſufructuarius maritus relictus, quando habeat ſolum alimenta.*

Quæſtio CXCIIII.

Parentibus non datur vſusfructus legitimæ.

DECISIO CXCIIII.

SEd ex hac orta fuit alia quęſtio, quod quāuis mater aut alius ſuperior teſtator poſſit prohibere vſumfructum patri acquiri,an hæc prohibitio extendatur ad legitimam filio debitam, in qua pater non habeat vſumfructum, ſicut habet in reliquis bonis, quæ excedunt legitimam. Et quid in rebus feudalibus. † Et Barth.in d. 1
auth.excipitur.tenet,quòd non extenditur ad legitimam, quin pater non obſtante matris prohibitione habeat in ipſa legitima vſumfructum:& hoc per text. in dict.authent. vt liceat matri & auiæ, tam in rubro quam in nigro, & ipſum ſequuntur Paul. de Caſtr. Rapha.& Corneus in dict.authen.excipitur.& ſentit Alex.in l.cùm ex filio.in fin. ff.de vulg. & pupil. niſi pater ſit delapidator bonorum, quia tunc non perdit vſumfructum. l.Imperator. ff. ad Trebel. de quo plenè dixi ſuprà in quæſt. lxj.incip. pater cui per eius vxorem.Et in ſententiam Bart.inclinat Fab.deGiochiis in repet.authent. nouiſſima. verſi.ſed an mater poſſit relinquere filio.Et Paul.de Caſt.in l.filius matrem.in fi.C.de inoffi.teſta. Et iſtud dicit eſſe verum Bart.in tract.de duobus fratri.in vij.quæſtio. quando filius inſtituitur purè, & per modum præcepti prohibeatur vſusfructus, quia tunc filio adeunte patri quæritur vſusfructus. nemo enim poteſt facere quin leges in ſuo teſtamento locum habeant.l.nemo poteſt.de lega.j.ſecus ſi per modū conditionis relictum fuerit,quod pater renuntiet filio vſumfructum,d.au-
then.† Sed contrarium tenuit glo. in d.auth.vt liceat 2
matri & auiæ.in princ.quam ibi ſequuntur Iacob.de Bellouiſu.& Ang. quòd pater non habeat vſumfructum.& idem Ang.in d.auth.excipitur. & Bal.in l.filiæ cuius.in vlt.quæſt.in fi.C.fam.erciſcun.vbi reſpõdet ad Bar.& vltra eum poteſt reſponderi ad text.dictæ auth.vt liceat matri.prout ſuprà in prox.q.in fin. dictum eſt ſecundum Bauarium in d.l.cum filiofam. de leg.j.quòd ſunt verba enuntiatiua,& non diſpoſitiua.Et idem tenet Bald.in d.l. filiis matrem.in pen. quæ.& Iaſo. in ij. fallen.& ſentit Alexand.in addi.ad Bar.in d.auth.excipitur.quia ſecundum gl.& Do.ſuprà allegatos,hęc cõditio eſt appoſita ad cõmodum, & prouiſionem filij inſtituti,quę valet.& idem gl.in l.quoniam in prioribus. & ibi Doct. inſuper Ioann. Fab.& Iaſo.in j.limi.C.de inof.teſta. & Ang.in l.fin. ver.in text.ibi fructúſq;.ff.de pet.hæred. Tamen verum eſt, quòd ſi ſolum legitima in proprietate filio relinqueretur per matrem vel patrem,& alteri extraneo vſusfructus illius,non valeret d.auth. nouiſſima. & tenet glo.in l.vxori meæ vſumfructū lego.ff.de vſufr.le.& Fran.de Cur.in con.xv.in fi.& Alex.in con. ccxiiij.in fi.lib.vj.† Etiam ſi vſusfr.relinqueretur ma- 3
tri filiis inſtitutis,vt not.glo.Bar.Bal.Ang.Sa.& Moder.in auth.hoc locum.C.ſi mulier ſecundò nu. & in l.Titia cum teſtamento. §.Titia. ff. de leg.ij. & in d. auth.nouiſſima.† Et hoc caſu mater vſufructuaria in- 4
terpretatur fauore liberorum alimentaria, vt habeat ſolùm alimenta ſecundùm ſtylum & conſuet. curiæ vulg.quæ vbique communiter obſeruatur,ſecundum Doct.ſuprà alleg.& Lud.de Rom.in conſi.cxviij. incip.quo ad primum.in primo dubio.& Phil. Cor. in conſi.v.vol.j. & dixi ſuprà in quæſt.inci.præſuppono pro iſtius quæſt.intellectu.& Bart.in conſil.ix.incip. ſuper eo quod quæritur.cum aliis per Bern. Land.in addi.ibi alleg.& Alex.in conſil.xl.verſic. dicit tamen Bar.vol.j.& Ang.in conſil.cccxxxviij.incip.imperitia notariorum.& And.Barb.in c.fin.verſicu. quid ſi teſtator relinquat.& Anch. in conſi.cccxxvij.cuius initium,quia in primo quæſito.ver. Ex quib.vbi etiam ponit,an dicta conſuetudo curiæ Biturig.quę fauore liberorum interpretatur legatum vſusfructus vxori relictum pro alimentis, ita non interpretetur non ſuperſtantib.filiis teſtatoris,ſed matre vel ſorore hæredibus inſtitutis. & tenet quod ſic,& ibi vide. † Et 5
idem econtra ſi vxor relinquat maritum vſufructuarium, & maſſarium, non habet pater niſi alimenta, propter identitatem rationis: vt voluit Bald.in auth. hoc locum.in vltima quæſt.C.ſi mulier ſecundò nup. & pro ſingula.commendat Iaſ.in vlt.verſicu.vj. C.de indic.viduit.tollen.& idem Bal.& Doct.in d.l.Titia cum teſtamento. §.Titia. Sed quid dubij habet hæc vltima quæſtio in matre relinquente vſumfructum, cũ extãtibus liberis totus vſusfructus ſpectet patri, vt l.iiij.& per totum.C.de bonis quæ liber.Cogita,niſi propter liberos emancipatos,vt §.hoc quoque à nobis.inſti.per quas perſon.nobis acqui.vel etiam propter conſuetudinem Franciæ,præcipuè Biturig.Burgundiæ, Turoniæ, quæ vult patrem non habere vſumfructum in bonis filij,vt dixi in §.iij.de conſuet. iurium ſtatus perſona. & in d.q. lxj. in princip.& in aliis caſibus ibi notat. in quibus pater non habet vſumfructū:& dicitur eſſe Xanctonię, quod per tranſitum ad ſecunda vota pater dedit vſumfructum, vt infrà dicam. Et vltra illos pater etiam non habet vſumfructum in bonis feudalibus filio ex materna ſucceſſione delatis,vt voluit Andr.de Iſer.in prima rub. lib.feudo.ſuper quo diſtinguit Iac.Alua.in d.c.j.verſ. quæro ab extra,& vide per eum in cap.j.de natu. ſucceſ.in feud.vt infrà dicam quæſt.cxcix. † Sed reuertẽ- 6
do ad quæſtionem noſtram Sal. tenet opinio.gloſ.in d.l.filiis matrem.in vltim.quæſt.per illum tex.ibi,atque eo pacto:vbi dicit,quod communiter approbatur gl.per Doctores,dicens vltra teneo gl.quam noſtri maiores tenuerunt.Et idem Salic.in authen.non licet.C.de liber.præter.vel exhared.& Fran.de Aret. in d.l.filiis matrem.quam legit cum l.teſtamenti.dicens quod quando eſt certum quòd conditio apponitur in fauorem liberorum, teſtamentum olim nec hodie eſt nullum,vt ibi,& d.l.cum ex filio.de vulg.& pupill. Et ſignanter ego teneo iſtam partem, ex eo quod pater conuolauerat ad ſecundam vxorem iuuenem,ex qua plures habuerat liberos,propter quos præſumendum erat filios primi matrimonij male tractari, tam in bonis quàm in perſonis eorum.

Ideo

Ideo lugebunt quæ ſibi poſſeſſa ſunt ad alios tranſferenda aſpicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres ſuos: quod etiam grauius multis eſſe videtur, vt dicit text. in l. cum oportet. in princ. C. de bon. quæ l. b. Et pro hoc dixi ſuprà in prima q. huius materiæ allegãdo Franciſ. de Aretin. in conſ. xc. quoniam gaudet in affligendos ſæuire nouerca poteſtas, vt dicit gl. in clem. paſtoralis. de re iudic. Et pro hoc dicit Paul. de Caſtr. in conſi. clxxv. incip. contra ſuperius conſulta. ver. præterea vnuſquiſq; vol. antiq. quod licet matres ſoleant confortare ac beneuolentiam patris in liberos prouocare, tamen econtra nouerca potius liberos primi matrimonij terrere ſolet, & in odio patris ponere. l. iiij. & ibi not. Ang. ff. de inof. teſt. & præſumptio ſemper eſt contra nouercam, vt rixari velit: ſecundum Paul. de Caſt. in conſ. clxxx. incipien. in cauſa quam. in iiij. dubio. vo. antiq. Et iſtud probari videtur, quoniam pater vſumfructum, quem habet in bonis filiorum, non poteſt ſecundæ vxori communicare, arg. dictæ l. ſi. §. fin. ad Tertull. vbi mater non poteſt prætendere vſumfructum in bonis filij viuentis. Ergo à fortiori nouerca nõ debet ſentire commodum vſusfructus, quem pater in bonis filij habet, vt tenet Doctor. Palatios Ruuios, alias Lupus in repetition. rubricæ. de donatio. inter virum & vxo. verſi. ex prædictis infertur ad duo. veruntamen dico, quòd vbi patri non fuit prohibitus acquiri vſusfructus, tunc poſſit vxori ſecundæ cõmunicare, & alias ad libitum diſponere, inuitis etiam filiis, cum nõ poſſint eidem de fructibus facere quæſtionem. d. l. ſi. de bon. mater. & in l. cum oportet. §. non autem. verſi. & ſi quid. de bonis quæ liber. & in l. ſi quis prioris. §. fin. de ſecun. nupt. Nihilominus parentes ad ſecunda tranſeuntes vota ſunt ſuſpecti in rebus liberorum primi matrimonij, ſiue ſint fœminæ, de quib. non eſt dubitatio, quia cẽſetur ſuſpectæ, etiam de vita eorum, l. lex quæ tutores. circa finem. C. de adminiſtr. tut. ſiue ſint maſculi, vt l. iubemus. & ita ibi dicit Cor. verſ. item not. fin. C. ad Trebel. Et ſuper iſta quæ. fuimus partiti in magna camera inquæſtarum. Et concluſum fuit ſecundum opin. Bart. quamuis opi. glo. ſit communis. & magis filiis fauorabilis. Et latum fuit arẽſtum die iij. Auguſti, Anno 1523. Tam ſuper prædictis quam ſequentibus quæſtionibus.

SVMMÆ.

1 *Dotem filij acceptam, quando teneatur pater reſtituere, & nu. 2. 4. & 9.*
3 *Pater an habeat vſumfructum in dote filij.*
5 *Pater an ob patriam poteſtatem compellere poſſit filios ſecum habitare.*
6 *Vxor cui relicta ſunt alimenta in domo teſtatoris, an ibi cogatur habitare.*
7 *Vxor ob viri ſæuitiam fugiens, an ab eo debeat ali.*
8 *Pater an dotem filio reſtituat de conſenſu nurus.*
10 *Pater habẽs dotem tenetur alere filium & vxorem, & omnia eorum onera ſupportare.*

Quæſtio CXCV.

Si dos filij ſit acceptata, an de conſenſu nurus pater reſtituere teneatur.

DECISIO CXCV.

VLTIMO determinata fuit quæſtio, ſi filius duxit vxorẽ, & pater recepit dotem, cum quo filius vel nurus incœpit eſſe in diſcordia, & ſeorſum habitare ab eodem, à quo petit ſibi dotem aſſignari aut ſolui: Quæritur an pater cõpellatur dare & ſoluere dotem. † Et videtur quod pater & eius bona obligantur pro dote nurus, ſcilicet vxoris filij, ſi dotem receperit, vel filio eam recipienti conſenſerit, vt eſt text. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. & ibi Bar. Bald. Alb. de Roſa. Angel. Paul. de Caſt. Ioann. de Imol. Alex. & Mod. ff. ſol. ma. & Bart. & latius Salice. in l. vna. §. vt plenius. C. de rei vxor. act. Socin. in conſil. cix. inc. pro inueſtigatione veritatis. verſi. tertiò declarandum eſt quando bona. volum. ij. ideo ſecũdum Ang. in d. §. tranſgrediamur, pater tenetur filio ſeorſum habitanti dotem reſtituere, vt l. ſi filia. §. j. ff. fam. erciſc. & l. ſi is qui. §. j. ibi dos. & eum ibi ſequitur Iacob. de ſancto Geor. ff. de iure dot. dum tex. ibi dicit: vbi ſunt onera matrimonij. & l. pro oneribus. C. cod. titul. † Sed Roman. in d. §. tranſgrediamur. tenet contrarium, quòd pater non teneatur filio reddere dotem, filio ſeorſum etiam propter ſæuitiam patris aut nouercæ habitanti: cum talis dos dicatur aduentitia, l. j. ij. & iij. cum ibi not. C. de bon. quæ lib. Et in ea pater habeat vſumfructum, ſi pater ſuſtineat onera matrimonij: igitur, &c. † Sed in hoc vltimo, an pater habeat vſumfructum in dote: Bart. tenet quod non, in l. contra nurum. §. quoties, ff. rerum amot. & hoc quando dos conſiſtit in ſpecie, ſecus ſi in quantitate: de qua diſtinctione admiratur Rom. in d. §. tranſgrediamur: quia ſecundùm eum lege non probatur. de quo per Docto. in locis ſuprà & infrà allegat. quia hoc pro nunc non expedio. † Vnde circa quæſt. noſtram breuiter dicendum eſt, ſecundùm Bal. Ioann. de Imol. Paul. de Caſt. & Alex. verſic. quæſiuit etiam in d. §. tranſgrediamur. & in §. ſin autem, quòd aut loquimur in filio emancipato, & tunc pater tenetur dotem reddere, quoniam pater emancipando videtur eum poſuiſſe in libertate alibi morandi, & vxor non debet ſeparari à cohabitatione eius, l. iij. C. com. vtriuſque iud. ac dos debet deſeruire oneribus matrimonij. d. l. pro oneribus. de iur. dot. Quare tenetur reddere filio, & in iſto caſu conueniunt omnes. Tum quia emancipatio etiam æquiparatur morti patris. l. ij. ff. quod cum eo. Et poſt mortem patris debet ſibi ſolui & reddi. l. ſi ſocer. in prin. ff. ſolu. matrim. Si verò loquimur in filio in poteſtate conſtituto, & tunc ſi cũ voluntate patris ſeorſum habitet, idem eſt dicendum eadem ratione. Si verò abſque patris voluntate, ſi tamen aliquam ob cauſam iuſtam, vt propter ſæuitiam patris, aut quia habet nouercam more nouercarum, vt ſuprà proxima quæſt. dictum eſt, ſibi rixantem. & tunc idem, vt in præcedenti caſu. Pro quo dicit Ang. in conſi. lxxv. incip. pater habens plures filios, verſi. hinc deſcendit &c. † quod pater exercendo ius patriæ poteſtatis cõpellere poteſt filios ad habitandum ſecum, niſi propter ſæuitiam patris non poſſint voluntati eius obedire, l. j. in fin. & l. iij. §. etiam ſi maximè. ff. de liber. exhibend. Et idem ſi ob aliam iuſtam cauſam, quæ relinquitur iudicantis arbitrio, filius ſeorſum habitet, † per ea quæ in ſimili not. de vxore, cui maritus relinquit alimẽta in domo ipſius teſtatoris, quæ non valet ibi pacificè, vel honeſtè viuere, quod petere poteſt alimenta ſibi miniſtrari extra domum. l. Caio. §. Imperator. ff. de alimen. & cibar. leg. Et in vtroque caſu dixi poſt Din. in regul. imputari. in iiij. poſtil. vbi recurre, de re. iur. lib. vj. † Vbi etiam ponit Angel. quid in vxore quæ ob ſæuitiam viri aufugit à domo eius, an debeat ali. & Alex. poſt Barto. in l. libertis. §. Lucius. ff. de alim. & cibar. lega. & quæ not. Barto. in conſi. ccxj. in c. quidam ſibi filios hæredes. verſi. ſuper ſecundo videtur. & Bald. in conſ. cl. incip. caſus talis eſt. volum. ij. & Bald. in conſil. clxj. incipien. Cæcilia

1 3 5 6 7 8 10

receſſit à Franciſco.lib .iij.& Raph. Cum.conſ.clxxv. & Docto.in cl.li cum dotem.§. ſinautem.& Ioann. de Anan.in capit.ſalubriter.verſi.extra glo.quæritur. de vſuris. Alias eſt filio imputãdum, ex quo ſine cauſa à patre ſeorſum habitat,quia innititur cõtra pietatem paternam. Et idem vt ſuprà ſentiunt Nicol. de Matarel.Bart.Bal.Sal. & Iacob. de ſanct. Georg.in l. ſanc videndum eſt.quam legunt cum l.debitor.ff.de iure dot.& Alb.de Roſa.Bald.& Sal.poſt Iaco.de Aret.in l.ij.C.famil.erciſcund.& Alex.in d.§.tranſgrediamur.& Ioan.Campez.in tract.de dote.in iij. parte.quæſt.xvj.& referunt Doctor.Din.ita conſuluiſſe, prout in conſ.xij.incip. factum tale eſt, & ſic proponitur.ver.Item pater dotauit vxorem filij ſui. & Pau. de Caſt.in l.quidam cum filium.verſicu.not.ergo ex prædictis.ff.de verb.obligatio.& Bald. Nouel.in tra. de dote.verſic.imò etiam poſſet dici. & chart.xxxiiij. colum.ij.ante ſi.quòd ſi dos.& Bal.conſi.xix. veritas eſt.volu.iiij.& Anch.con.237.cuius initium eſt,regu-
8 lariter cõſtante matrim. † Tamen aduerte,q; ſi pater reſtituat dotem filio,bonũ erit quod faciat de voluntate nurus,aut eius patris.Et ſic faciendo liberabitur perpetuo ab eadem obligatione dotis, ſecundũ Bal.
9 in d.l. ſanè. & per alios in locis ſuprà alleg. † Vnde putat Ioan.de Imo.in d. §.tranſgrediamur.quem Alex.& communiter Doct.ibi ſequuntur, quod in caſu in quo filius habet iuſtam cauſam ſeorſum habitandi a patre,ſi tamen eſt ſuſpectus de dilapidatione, quòd tunc pater non teneatur ei dotem reſtituere, ſed ſolum alimenta præſtare, niſi filius velit præſtare patri cautionem de dote conſeruanda, l.ij.verſic.nec cogitur.ff.ſol.mat.Et idem Iacob.de ſanct.Georg.in d.l.ſi is qui.§.ibi dos reſtituatur.de expreſſo vxoris filij conſenſu. Et iſtos caſus ponit Cæpol. cautel. clix. multi ſunt filij,vbi etiam ponit, quid ſi pater nõ vult eum emancipare,an cogatur? & pariter teneatur reſtituere filio expulſo bona materna, & bagas & donaria eius vxori facta. Et tenet quòd ſic in omnibus
10 prædictis.† Et no.quod pater tenetur alere filium & vxorem, & omnia onera eorum ſupportare, vt voluit Ang.in d.conſi.lxxxv.verſicul.ſufficit enim quòd pater. per text. in l. ſi quis à liberis.§.fin.ff.de liber. agnoſcend.& idem Bald.in l.verſicu.ibi alienandi.& in iiij.not.& ver.quartò oppono.C.de iure dot.

S V M M Æ.

1 *Vſusfructus an per patrem poſsit filio donari,ita vt reuocare non poſsit.& nu.2.& 3.*

4 *Vir tacendo videtur remittere intereſſe dotis non ſolutæ.*

5 *Pater volens adire perdit vſumfructum filio adeunte.*

Quæſtio CXCVI.

Sed an pater poſsit expreſsè vel tacitè vſumfructum, quem habet in bonis filij,donare filio vel filiæ, ita quod poſtea eundem reuocare non poſsit.

DECISIO CXCVI.

1 ET † circa hanc quæſt. Doctores variauerunt , circa quam primò videtur quòd non valeat ſtatim cum effectu, niſi poſt mortem, per quam confirmatur. l. donationes. C.de donat.inter virum & vxor.& l.ij. C.de inoffi.donat.Et ita tenuit Azo in ſua ſumma.C.de bon.quę libe.poſt princ.& idem glo.in l.cùm oportet. §.ſin autem. per illum text.ibi cauſa intelligitur,vt eundem vſumfructum poſt obitum patris ipſe lucretur.eod.titu. & ibi eum ſequitur Iacob.Butrig.Cin.Ioann.Fabr.& Rapha. & Anchar. conſi.cvj.verſic.dubitatur. qui etiam all.glo. in d.l.ij. de inof. donat. quæ videtur ſecundum eum in opin. Azon.vltimo loco recitata reſidere. † Sed Bar.in d.§. 2
ſin autem.intelligit gl.ibi,quod ſtatim valeat,& duret talis donatio , quatenus patris voluntas viuentis durat,argu.l.ex animo. ff.de donat. inter vir.& vxor. Ideo ſecundum eum dicitur morte confirmari , quia poſtea reuocari non poteſt. Et eum ſequitur Salic.in d.§.ſin autem.in fin.& idem Bart. in l.frater à fratre. verſi.ſextò quæro.ibi,ſi verò donat. & idem Iaſo.ibi in repet.verſic. circa quartam fallen.Iacob.de ſancto Georg.nu.xxxj.ff.de condi.indeb.Et in hanc partem videtur inclinare Ang.in d.§.ſin autem,qui poſt plures intellectus ad illum text. datos dicit, quòd pater remittere poteſt vſumfructum, quo ad commoditatem ipſius vſusfructus,ſed non quò ad ius ipſius vſusfructus, quod eſt quid incorporale : & tamen ſi velit poterit pater reuocare. Et hanc partem ſequitur Albe.de Roſa.in d.§.ſin autem.& Alex.conſil. cxxxviij. verſi.nec poſſunt hæredes.vol.v.in contrarium videtur,quod ſtatim valuerit talis donatio , aut remiſſio, nec requiritur quod morte patris confirmetur:& ſic per patrem reuocari non poterit.pro hoc eſt text.in l. cum filij.C.qui bo.cede.poſſ.ib ,quod patre volẽte poſſidet.vt voluit glo.in §.agitur.in verbo,vſufructu. inſti.per quas perſ.nobi.acquir.& Guliel. de Cug.in d.l.cum oportet.§.ſin autem. quem legit cum §.non autem dicens hanc vſusfructusdonationem non eſſe propriè donationem, ſed quandam remiſſionem: quemadmodum in donatione fructuum vxori per virum facta,quæ tenet l.ſi ſponſus. §.ſi quis rogatus. ff.de don.inter vir.& vxor.& l.pro oneribus.C.de iure dotium. quia pater in hoc caſu nihil videtur dare de ſuo, ſed ſolum definit lucrum habere, & pro hac gl.in auth.idẽ ibi,eſt & ſext' ſi pater remittat. de bo. quæ libe.& idem Bal.in d.§.ſin autem.ver. in tex.ibi, apud filium,allegans pro eo Azo.in ſumma illius tit. ſic tenentem. & tamen non ſic tenet, vt dictum eſt, & ipſemet Bald.fatetur in d.l.ij. verſ.tertio oppo.de inoffic. dona. hanc etiam partem ſequendo,quia intelligit dictum Azo. quando pater relinquit filio ob alimenta: ſed non in vſufructu, qui per renuntiationem conſideratur aduentitiæ proprietatis , & ſic eſt quid aduentitium.& ibi idem tenent Ioann. Fabr.& Salicet.Et ſic ambo contrarij,& idem ibi Angel.per gloſſ.ibi, quam tamen aliter intelligit Anchar.vt ſupra pro parte contraria dictum eſt , quod confirmatione indigeat.& ita etiam intelligunt Raph.& Philip.Corn.in d.§.ſin autem.& pariter Bal.ibi,ver.iuxta materiam.& in auth.excipitur.in vlt. q.eod. tit.& ſimiliter Lud.Bolog.in d.§.ſin autem.in primis interpreta.& Io.de Imo.in c.fin.de donat.vbi ponit regulam, quod donatio facta inter patrem & filium non valet, d.l.ij. de donat. fallit in ix.caſibus.& tertius eſt in vſufructu.Et idem Bal.nouellus,in tracta.de dote. verſicul. & maximè etiam. Et pro iſta parte videtur bon.tex.in l.cum filij.C.qui bon.cede.poſ.& quæ dixi ſuprà quæſt.vij.ver. hoc verum quod aduentitium ſecundum Bartol.† Quid dicendum? Et Pau.de Caſt. 3
in d.§.ſin autem.verſi.quid ſi viuebat. diſtinguit, aut pater tacitè aut expreſsè patiebatur filium fructus percipere:ſi tacitè,tunc videatur nolle habere.Et hęc patientia ſeu permiſſio durat quouſque patitur,quia ſi poſtea non patiatur,recuperat.Et ita intellexit tex. in d.§.ſin autem. dum dicit, ſed quaſi diurna donatione. Et ſic donare videtur de die in diem. Et præſumptio

ſumptio donationis, quæ reſultat ex patientia non extenditur vltra quam patientia interueniat, ar.l.j.§. Iulianus.ff.de iniur.actuque priua. Aut pater expreſſe donauit, & remiſit filio vſumfructum aduentitiorum,& tunc videtur remiſiſſe in perpetuum: & talis remiſſio ſemper valet, nec poteſt per pœnitentiam reuocari: allegat Bald.in d.authent. excipitur.& not per gloſ.in clement.vna.circa fin.de verb.ſignifi.Sed Philip.Cor.in d.§.finautem.aliter diſtinguit.& quaſi totum in contrarium. Quia ſi pater ab initio recuſat vſumfructu.m,tunc procedit opin.Bartol. quod filio quæratur ſtatim,non expecta mortis confirmatione.l.non ſolum.in princ.ibi,ſiue econtrario.eodem titulo, & ſic in hoc membro conueniunt Bart. Paul. & Corne.& pro hoc facit tex.in l.vir vſuras.& ibi gl. in verbo:& donationibus.ff.de donat.inter virum & vxorem: † vbi ſi vir per totum tempus matrimonij 4
tacendo non petiit vſuras,ſeu intereſſe dotis ſibi non ſolutæ, videtur per tale continuum ſilentium inducere tacitam ipſarum vſurarum, ſeu intereſſe remiſſionem:vbi gloſſ.pro hoc alleg.tex.in d.§. finautem. Et idem Roma.conſil.ccccxvi.verſic. vnum tamen dico,& Alexan.conſil.cxxxviij.ver.Et per hoc.ibi, an talis tacita donatio teneat. libro quinto.& Franciſc. Balbus in tractat. de præſcrip. prima parte. iij.partis princ.num.xxviij. †Sed hoc membrum ſeu pars di- 5
ſtinctionis Corn.videtur habere locum, quando pater ab initio delatam filio hæreditatem noluit adire, & filius adiuit:tunc pater perdit vſumfructum,& merito,l.ſi.§.finautem patre. de bon. quæ liber.& gloſſ. in d.authent.ibi, item ſeptimus. nec illum reuocare poteſt,d.l.non ſolum.verſic.ſiue econtrario. Sed vbi pater ipſam adiuit hæreditatem, & tamen recuſat vſumfructum, quod videtur idem, vt in ſequent.caſu. Et licet opinio. Bart. diuerſis modis intelligatur per Doct.ſupra alleg.tamen vult,vt mihi videtur, talem remiſſionem valere,quatenus patris viuentis voluntas durat: ergo reuocabilem eſſe annuit, aliàs eſſet contra tex.illius §.ſin autem.qui eſt clarus, nihil ſupplendo aut intelligendo. Aut pater acceptauit vſumfructum,& poſtea donat filio expreſſe,vel tacite permittendo eum percipere fructus & tunc eſt proprio donatio, quæ requirit confirmationem per mortem patris,ſecundum Ange.qui (vt inquit Corne.) ex his in effectu ſequitur glo. ibi, tamen tenebit quouſque pater reuocauerit.d.§.finautem. Et ſic ſecundum primam partem, quæ eſt magis communis, & amica literæ nihil ſubaudiendo. Et iſta quæſtio venit in proceſſu domini de Salmaco patris, ſe aduerſus dominos de Grimaulx, & de Riberac eius generos ad eam ſam vſusfructus ſucceſſionis matris eorum vxorum reintegrari petentis.

SVMMÆ.

1 *Patria poteſtas de iure non ceſſat per filij matrimonium,ſecus de conſuetudine Franciæ.& nu.3.*

2 *Patria poteſtas præſumitur, niſi contrarium probetur.*

4 *Filia vidua an redeat in patris poteſtatem.*

5 *Vſumfructum an perdat pater per filij matrimonium, per quod egreditur patriam poteſtatem.& nu.8.*

6 *Filij de iure ciuili non poſſunt contrahere matrimonium ſine conſenſu patris: ſecus de iure canonico. & nu.7.*

9 *Dominus perdit ſeruitia ancillæ,ſi de eius conſenſu contrahat.*

10 *Pater fatuus monachus an perdat vſumfructum quem habebat in bonis filij.*

Quæſtio CXCVII.

Et pariter alia quæſtio mota fuit, an filij vel filiæ vxorati, vel vxoratæ,quæ de conſuetu. non ſunt in poteſtate patris aut alij prædictorum ad ſuccedendum capaces vigore ſtatuti conſuetudinis ipſos facientis,ſint nec ne ſolum admittendi pro vſufructuariis tam bonorum feudalium, quam patrimonialium patrimonium ex ſucceſſione materna pertinentium, qui ad ſecunda tranſibit vota, ſed etiam admittendi ad alium vſufructuarium,latiſſi. Et ex iſta quæſt. tres alie vertuntur prius decidende. Prima an filij per contractum matrimonium deſinat eſſe in poteſtate patris: & per conſequens,pater perdat vſumfructum. Secunda erit,an pater tam ex ſucceſſione,quam de conſuet. per tranſitum ad ſecunda vota petiat vſumfructum. Tertia, an pater habeat vſumfructum in bonis feudalibus filio ex ſucceſſione materna delatis.

DECISIO CXCVII.



T pro Deciſione prim æ q. dico, † quod licet de iure pater non perdat patriã po- 1
teſtatẽ filiorũ matrimonium vel filiarum contrahentium, l.ſi vxor.& ibi Pal. Salicetus & Corn. C. de conſu. infer. † quia quilibet filius præſumitur eſſe in patria poteſta- 2
te.inſtit.de pat. poteſta. tamen ſi velit dicere eſſe ſui iuris per emancipationem, debet probare.l.ſi filius. & ibi Flor.& Iaco.de ſancto Georg. ff.de prob.Et idem ſi per præſcriptionem & ipſum temporis, vt l.j.& ibi glo.Bartolus, Angelus & Salicetus C. de patria poteſtate. Et ſimiliter ſi per conſuetudinem, ſecundum quam illam poteſtatem perdit, vt videt Ia. Fab.in l.j.C.de bonis maternis.& in l.non ſolum.C.de bon.quæ libe.& Baldus in j.l.eodem titu. & Mo. ler. in ſua praxi, titulo de dote & mat. verſiculo item de conſuetudine.& Bartolus in l.ſi maritus.§.legis Cornel.ff.de adult.dicens ſtatutum,aut conſuetu. aut legem hoc poſſe facere, vt authentic. conſtitut.quæ de digni.per totum.& in authen.ſed Epiſcopalis dignitas.C.de Epiſcop.& cleric. & Lupus in repetitio. rubri.de donatio.inter virum & vxo.verſi.ſed quamuis ſecundum iura ciuilia.& Bar.in l.ſi is qui pro emptore.& ibi Iaſon.per totam nota.doctrinam. ff.de vſucap. †Hæc conſuetu.in filios vxoratis, aut maioribus xxv.annis,eſt in hoc regno Franciæ, & ducatu Britã- 3
niæ generalis, vt plene dixi in §. ij. & in additio. de conſuetud.Iuranum Barus perſo. lib.conſuetud.Bitur. Et idem de filiabus maritatis,vt dixi in §.iiij.cod.tit. & libr.& And.de Iſern.in conſtit.incip.iura minorũ. num.ix. † Sed dubium eſt, an mortuo marito filia reuertatur iterum in poteſtatem patris. Et Barthol. Chaſſan.lib.conſuetu.Burgundio.tit. *Des droicts appartenants à gent mariez.*§.j.in verbo,*en puiſſance de ſon mari.* circa finem tenet quod ſic.Et idem Neapolit. in quadam conſuetudin. regni Neapolitan. incipian.ſed & mulier.Contra quem tenet Matthæ. de Affli.in conſtitut.Siciliæ.exordien.proſequens.quij.verſic.pridie fuit interrogatus.Et hanc tenuit Maſuer.in ſua practi,in d.titul.de dote.& matri. verſi.ſuprà alleg.item de conſuetudine.& Tiraquel.in tract. de legib.connubialibus.ver.ſed illud quoque.& hæc ultima ſententia ſeruatur vbique.& idem ſentit de Iſer.vbi ſuprà in fine. de filia, quæ eſt tam in poteſtate patris, quàm balij ſui, & deſinit eſſe in eorum poteſtate per contractum matrimonij. † Sed ſtante hac conſuetu- 5
dine,vel ſtatuto,quod filius vel filia à patria poteſtate per contractum matrimonij liberetur, verum pater perdit vſumfructum, quem habeat in bonis aduentitiis filij? & videtur quòd non,quia patria poteſtas quę requiritur ad acquiſitionem vſusfructus,ſufficit quod interueniat ab initio: licet poſtea ceſſet,

l.ij.& ibi gloſſ.& Alb.de Roſa.de bon.mat.in l.quod ſcitis.§.fina.de bon.quæ libe.cum aliis ſuprà alleg. in quæſt.cxcv.in contrarium videtur quod pater perdat vſumfructum, ſaltem partem dimidiam illius, cum filius deſit eſſe in poteſtate patris, ſicut in emancipato: in cuius bonis non habet niſi dimidium vſumfructum,vt §.hoc quoque.inſtit.per quas perſon.nobis acqui.& ibi Ioan.Fab.& Angel.Aret. & in l.cum oportet.§.cum autem.de bon.quæ lib. Quid dicendum eſt? Doctor Palatius ruuios dictus Lupus,in loco ſuprà proximè alle. dicit eſſe cogitandum. Et poſtea diſtinguit ſequēdo doctrinam Ba.in auth.idem eſt.C.de bo.quæ libe.& idem facit.nu.xxvj. quòd aut pater non conſenſit in matrimonio filij, ſed ipſe filius ſine patris conſenſu contraxit, prout plures filij,
6 & filiæ hodie faciunt, † quod de iure ciuili non poſſunt,niſi ad xxv.annum peruenerint,auth.ſed ſi poſt. C.de inof.teſta.quamuis loquatur in filia,idem in filio,cui magis atque etiam magis ſanguis quàm filiæ feruet & bullit,vt inſti.de nup.§.ſ.verſi. cunque,quātuis gl.in verbo filij,(quam ibi ſequitur Ioan. de Pla.) velit contrarium , quod calidior ſit ſanguis in fœminis:quos ſequitur Tiraq.in tract.de leg .connub. ver. quas rationes tamen. Ioann.Fab.tenet primum,quia inquit. frigidior enim homo de mundo calidior eſt calidiſſima muliere,ſecundum naturales.Et idem dicit Auicenna prima primi c.de ætatibus,vt refert ille Gabriel de Tarragna medicinæ doctor inſignis in text.Auicenn.in verſi.fœminæ. & in dubio xix. in litera M,& hoc ſeruata paritate in complexione,& regimine,vt ibi per eum. Et quæ dixi in conſi.iiij.inci. ſi quis animo iurandi. licet mulier ratione adulterij minus punietur.auth.ſed hodie.C.de adult. in illa enim ætate præſumuntur filij prudentes, l.j. C.qui ætate.lib.x. †Tamen conſenſus patris non requiritur
7 de iure canonico,vt dicit gloſſ.in l.Paulus.ff.de ſtatu homin.& in d.§.j.de nuptiis.in verbo,ſecundum datum.& ibi Ang.Ioan.de Plat.& Ioann.Fab.& Iaſo.in addi.j.ad Chriſtophor.Porcum per text.in c.videtur. qui matrimon.accuſa.non poſſunt.& ita ex facto ſuo
8 proprio filius à patris poteſtate eſt liberatus. † Et hoc caſu pater nō perdit vſumfructum, quem habet iure patriæ poteſtatis,vt l.ſi.C.de vſufruct.& d.l.ij.de bo.mater. Sinautem pater conſenſit matrimonio filij,& ſic ex patris facto fuit filius patriæ poteſtatis nexu liberatus : & per conſequens per totum vſumfructum ſine reſeruatione partis dimidiæ vſusfructus, prout reſeruatur per d.l.cum oportet.§.cum autem. & d.§. hoc quoque. quoniam ibi reſeruatur patri in premium emancipationis, licet Lupus vbi ſuprà velit hoc caſu etiam patrem ſolam dimidiam vſusfructus perdere.Sed primum tenet Alex.in add.ad Bar. in l.placet.in iij.limitatio.ff.de acq.here.quòd perdat totū vſumfructū.per tex.in l.patre furioſo.ibi,ius patriæ poteſta.moribusreceptum eſt.ff.de iis qui alien. iur.ſunt.& illud eſt communius per no.Bart. in d.§. auth.idem eſt.quem ibi ſequuntur Ang. Paul.de Ca. Salic.& Corn.& pro iſta Deciſ. facit text. in auth.ad hoc.C.de latina libert.tollend.quem allegant Ange. Aret.& Iaſo. in addi.ad Porcum.vbi ſupra in ij.addi.
9 quòd ſi † ſerua, ſeu ancilla contrahat matrimonium de conſenſu domini, quod ipſe perdit ſeruitia ancillæ:ſecus ſi non conſenſit expreſsè nec tacitè, vt ibi. ideo etiam ſi abſque conſenſu patris contrahat,pater (attenta conſuet.cum patria poteſtate priuante)perdit totum vſumfructum,vt dixi in §.iij.de conſue.iurium ſtatus perſo.lib.conſuet.Bitur.in prima Fallen. & in aliis caſibus ibi no.& per glo.in d.auth.idem.a-
10 liàs non,vt dixi ſuprà quæ.lxj.& in ſeq.q.dicam. †Et quid de tali patre effecto monacho , an in totum,vel in parte perdat vſumfructum,vide gl.& ibi Bart.Bal. & Sal.in d.authen.idem & Abb.Sicu.in c.in præſentia.verſic. ſed circa hoc cadit alia quæſt. de probat.& Salic.in auth.ingreſſi.quæſt.vij.& ibi Iaſ.in ſi.verſi.limita in vſufructu.C.de ſacroſan.eccle.tenentes quod ſic.

SVMMÆ.

1 *Vſumfructum an perdat pater per tranſitum ad ſecunda vota,& n.4.*

2 *Vſumfructum non perdit mater ſecundo nubens, etiam intra annum luctus.& n.3.*

5 *Pater qui de conſuetudine perditurus erat vſumfructum,non perdit illum,ſi ei per matrem fuit relictus.*

Quæſtio CXCVIII.

Pater,ſi per matrem illi fuerit relictus vſusfructus,non perdit illum etiam ſi ad ſecunda vota tranſierit.

DECISIO CXCVIII.

IRCA ſecundam quæſtion. an † pater tam de iure quàm conſuetudine priuetur vſufructu per tranſitum ad ſecunda vota: videtur primo dicendum quod de iure non perdat vſumfructum , cum patriam poteſtatem non amittat,l.fin.de bon.mater.cū aliis in præceden. quæſt.alleg. & latius dixi ſuprà.q. lxj.& qu.clxxij. inchoan. dominus nunc vita functus. ver.& pro hoc facit. †Hinc dicit Franc.Are.in conſi. 2
xl.ver.circa ſecundum, matrem per tranſitum ad ſecunda vota vſumfructum ſibi à marito relictum non perdere:& de hoc caſu eſſe in auth.de nup. §.ſi vero ſolum vſuſ.& in auth.hoc locum.C.ſi ſecundo nup. mulier.Sicut enim vſusfructus nō perditur,ita nec aliud ius,quod ſit ei ſimile, quod finiatur cum vita, & maximè quando participet de natura vſusfructus: quia in omnibus eſt eadem ratio,& ſequitur Hippolyt.ſingu.cccclxxvij. contrahendo ſecundum matrimonium.in fin.vt ſatis dictum eſt in præceden. quæſtion. †etiam ſi intra annum luctus contrahat,vt vo- 3
luit Feder.de Senis,conſil.xxxvj. exordien.caſus talis, maritus vxori ſuæ reliquit vſumfructum. † Tamen 4
per ſtatutum,aut conſuetu. ciuitatis,vel patriæ,bene poteſt vſumfructum perdere: prout allegata fuit eſſe in patria Xanton. ad quam , & etiam præcedentem, quod per contractum matrimonij filius à patris poteſtate liberatur,fuerunt dicti de Grinaulx, & de Riberac ad probandum admiſſi : Quia non ſolum poteſt conſuetudine , aut ſtatuto introduci,quod pater per tranſitum ad ſecundas nuptias perdat vſumfructum,ſed etiam proprietatem, & omnem ſucceſſionem filiorum,vt voluit Alex.conſi.lxviij.verſic. præterea expedit.ibi,ſed inſpecta diſpoſitione. & in ver. præterea ſtatutum,& verſi.quia etiam poteſt.Et vſque ad finem conſilij.lib.iiij.quod quidem inuenitur repetit in lib.vij.conſi.iij.vbi hoc probat. & dixi ſuprà in q.æſt.195.& in §.iij.de conſuet.iur.ſtatus perſ. lib.conſ.et.Biturig.vbi Bituris eſt conſuetudo,quod pater etiam ad ſecunda non tranſiens vota, non habet vſumfructum bonorum aduentitiorum:nec fructus illorū facit ſuos,licet adminiſtrationem habeat, quamuis de iure ſecus, vt per totum C. de bon.mat. & de bon.quę libe.ſicut enim ius ſcriptum in plurib. caſibus aufert patri vſumfructum vt not. per gloſſ.

& Do-

& Doct.in authen.idem eſt.C.de bon. quæ liber. ita ius non ſcriptum ſeu conſuetudo poteſt patri ad ſecundas nup.tranſeunti tollere vſumfructum, vt dixi ind.§.iij. Adde alium caſum quando pater diſſipat bona aduentitia,vt latè dixi ſuprà in d.q.lxj.pater cui per vxorem. † & ibi vide alium caſum in quo pater, qui per conſuet.perdit vſumfructum,illum non perdit,ſi ſibi per matrem fuerit relictus:quod tamen intellige ſecundum quod ibi in præſuppoſitione dixi, ſcilicet quod pater habebit alimenta,vt ibi : vt ſuprà de matre dictum eſt.

SVMMÆ.

1 *Pater ſecundo nubens, an habeat vſumfructum in feudis filij.nu.2.5.& 7.*

3 *Vſusfructus rei feudalis, an poſſit vxori relinqui.*

4 *Alienationis prohibitio comprehendit conſtitutionem vſusfructus.*

6 *Filius adiens etiam cum inuentario, tenetur creditoribus ſatisfacere de fructibus feudi.*

8 *Filij, an aduerſus patrem vſufructuarium dicantur ſaſiti.& nu.11.*

9 *Vſumfructum in bonis filij poteſt capere pater propria authoritate ſecum in alio vſufructu legatario. & nu.10.*

12 *Marito ſi ex conſuetudine quærantur requiſita per vxorem, & ille ſit filiusfamilias, an omnia quærantur patri.*

Quæſtio CXCIX.

Quo ad tertiam quæſtionem, an pater binubus in bonis feudalib. filio ex ſucceſſione materna aut alias delatis vſumfructum habeat. ſicut in paganicis & allodialibus, & ſuccedat filio in illis.

DECISIO CXCIX.

1 ET † videtur quod ſic, argum.l. ſi in poteſtate. ibi Luc. de Pen. verſicu. item not. C.de caſtren. pecun.lib.xij. & text. in d.l.cum oportet.§.j.& in c.j.§.j.ibi, fructus de duobus fratribus. de no. benedic.mueſti. & in l. his verbis.in fi.ff.de lega.iij.& in l.fin.C.de vſufru.† in contrarium, quod in feudis pater vſumfructum non habeat,tenuit And.de Iſer.in rubric.lib.feud.de his.qui feud.dare poſ.poſt princi.Pro quo facit text.in l.ſerui quod.ff.de manumi.& idem Bal.in d.l.ſi vxorem. in vlti.quæſt.de condit.inſer. dicens, quod ſiue talia feuda ſint regalia ſiue non,pater nihil habet: quoniã feudum eſt ſeruitus quædam, l.ſi cuius.in princ.ff.de vſufruct. voluit allegare l. ſi vſusfructus legatus ſit. quæ eſt immediatè ſequens,in princip.& ibi gloſſ.in verbo,oportet.& ſi acquireretur patri eſſet ſeruitus, quod eſt ſecundum eum impoſſibile, l.j.ff.de vſufru. lega.Præterea pater in feuda ſuccedit filio,c.j.de nat. ſucc.feud.& Maſuer.in ſua praxi,tit.de ſucceſſ. ver.& de natura feud.& Alexan.conſi.lxviij.lib.iiij. & Matthæ.de Afflict.in conſtit.Neapo.de ſucceſ.nobilium. num.xxix.cum ſeq.& Franc.de Curte.in tracta.feud. iij.parte.verſic. expedito primo tracta.& ibi vide rationem diuerſitatis, quare aſcendentes magis in allodialibus ſeu ruſticis,quàm in feudisſuccedant filiis: tamen hanc regulam limitat ibi tribus modis, vt ibi per eum.Et quod ei non acquiraturvſusfructus,probatur conſequentia per l.quæ legata. ff.de reg. iur.& tenet Iac.de ſancto Georg.in l.ſi pater filium.nume. vj.ff.de inoffic.teſta.& idem Bald.poſt Iacob.de Bellouiſo in dict.c.j.§.j.verſic. ſi verò filius.de duob.fratribus de nouo benefi. inueſtit. aliam ponens rationem.quod ſub ea conditione feudum videatur conceſſum,ne alium vſumfructum, ſed ipſe filius tãtùm, vt inde feudo ſeruire poſſit. allegat text. in l. iij. §.ſi quid minori.ff.de mino.& arg.l. quod dicitur patrẽ. ff.de verb.obliga. & ſequitur Ioann. Baptiſt.in d.c.j. verſi.x.de feudi cognitio.idem Decius conſi. ccccl x. incipien. viſo puncto & dubiis. numer.xxiij.& Luc. de Penna in l.j verſicul. item not.hic argu. C.de caſtren.pecu.mili.lib.xij. & Iaſo. conſil. lxxxix. numer. iij.incip.Aggredior itaque. volum.j. † volens virum 3 in teſtamento, vel alia diſpoſitione non poſſe in re feu.ali vxorem relinquere vſufructuariam, per text. in l.final.in verbo,ſed & vſusfructus dationem. C.de rebus alien.non alie. † vbi appellatione alienationis 4 prohibitæ continetur conſtitutio vſusfructus. &c. pro quo dicit Bald.in dicto §. ſi qui minori. patrem in fructibus præbẽdæ filij non habere vſumfructum, quia in his quæ cohærent perſonę filij,pater nihil iuris habet:per illum textum clarum. & idem Bald. in l.ſacroſanctæ per illum textum. C.de Epiſcop.cleri. & Matthæ.de Afflict.Deciſio.Neapolita. ccxlj. num. j.ij.& iij. & ibi vide, an filius poſſit agere contra patrem ad reſtitutionem fructuum beneficij per ipſum patrem perceptorum.& concludit quod ſic.& Bart. in l.litis.§.fi.ff.de negotiis geſt. & Barba.in rubri. de pecun.cleric.cum aliis per Doctor.Pala. ruuios dict. Lupus,in repeti.rubri.de donat. inter virum & vxorem.num.ix.quod non ſeruant patres,qui beneficiari faciunt filios, vt bene nouit ille qui nihil ignorat: non dico quòd malè faciant, quando eos beneficiari procurant ſi mereantur, dum tamen nihil accipiant niſi pro ſororibus maritandis tertiam partem,vt alibi dixi.Quid dicendum? † Iacob.Aluaro.in d.c.j.qui 5 feud.dare.& in d.cap.j.de natura ſucceſſ. feud. diſtinguit:quem ſequitur Card.Alex.in d.c.j.§.j.verſi.quero ab extra. de duobus fratribus de nouo benefic.ſequendo Iacob.de Bellouiſu, quod aut pater vult habere vſumfructum rerum feudalium ex priuilegio,& iure paterno, prout habet in cæteris bonis aduentitiis filij,& tunc habere non poteſt.& ita intelligũtur iura & rationes per vltimos Doctores allegata. Aut pater & filius ſimul ſtant in eadem domo in menſa, & petit communicari fructus feudi acquiſiti pro ſuo victu,& tunc bene admittitur, ſicut dicitur in text.d. c.j.& §.j.de duobus fratribus ſimul commorantibus, quod inter ſe teneantur communicare fructus feudi per alterum quæſiti,quò ad victum:de quo perAlex. conſi.xlviij.lib.ij.à fortiori magis patri tenetur communicare, inter quos eſt maior coniunctio & ratio, vt filius quærat patri quo ad commoditatem, per d. l.cũ oportet.& §.ſequitur Alex.in addi. ad Bal. in d. l.ſi vxorem.in verbo,ſeruitus.& Paulus de Caſt.conſ. ccccliiij.ad primum puto.verſ.ad tertium quæſitum. vol.nouo.cum aliis per nos allega. in d.§.iij. verſ.ſed limita hanc cõſuetudinem,† quia filius etiam adiens 6 hæreditatem patris cũ beneficio inuentarij, tenetur creditorib. patris ſatisfacere de commoditate feudi, vt voluit Andr.de Iſer. in c.j.an agnatus vel filius. Et Franc.de Curte,conſi.j.verſi.adeo. † Sed Bald.in d.l. 7 cum oportet.in prin. verſi.quæſt.eſt de feudo. aliter dicit:quod aut feudum fuit conceſſum à principe, & tunc non habet vſumfructum,l.cum multa.eod.titu. cum aliis allega.in d.§.iij.verſic.fallit ſecundo.de cõſuetud.ſtat.perſo.lib.conſuet. Biturig. & idem in aliis dignitatum feudis, quæ cohærent oſſibus feudatarij.d.l.iij.§.ſi quid.& pariter in aliis feudis virtute armorũ quæſitis.& in illis caſib. non videtur dubiũ. Si verò ſunt paganica, id eſt iure aliquo acquiſita, tunc talium bonorum vſusfructus acquiritur patri

ſaluo iure ſeruitiorum,quæ debentur domino. Et in hanc videtur inclinare Bald.cuius opin. videtur de generali conſuetudine regni Franciæ eſſe approbata, vt infrà dicam, quia in materia feudali ſeruatur ius commune,vbi non eſt Deciſio in feudis expreſſa.ca. j.de feud.cogn. ſed hic non eſt Deciſio: ergo ſtatur regulæ, dicta l.cum oportet. quod patri quæratur vſusfructus, licet in fine dicat hoc pendere ex intentione feudum cõcedentis.Cum enim(vt dictum eſt) feudum detur propter operam & ſeruitium,ideo inueſtitura facta filio non porrigitur ad patrem. c.j.de gradi.ſucce.in feud.alias patri quæritur.& ſequendo Iac.de Belloui.reſpondet ad conſequentiam, ſcilicet quòd mortuo filio pater non retinet vſumfructum, ſicut retinet in aliis bonis aduentitiis ex diſpoſitione legis: quia iſta argumentatio non eſt vera,quoniam alia ratio reformat pactum & ſtatutũ. Nam perempta ſubſtantia feudi, reuerſa ad dominum, eius qualitas, id eſt,vſusfructus apud patrẽ donare nõ poteſt: quia quod caret ſubſtantia, caret accidentibus, l.lex veſtigalis ff. de pignor.cum aliis per eum alleg.& iſtam vltimam opi.Bald. ſequutus eſt Franc.de Curt. in tract.feudo in iij.parte.ver. quartò circa intelligẽtiam,per rationem, quod fructus feudi poſtquã ſunt ſeparati,amplius non dicuntur feudales, ſed allodiarij,ſeu allodiales:vt inquit Bal.conſi.xxxiij. ad euidẽtiam.poſt med.verſi.nã fructus.vol.j.alleg.text.optimè probantem in d.c.j.an agnatus vel filius. ſi enim ſunt allodiales,ergo nihil eſt quod impediat quominus patri quæratur.Et præcipuè in hoc regno Frãciæ, in quo feuda ad inſtar patrimoniorum ſunt redacta,vt dicit Bald.in c.j.circa fin.principij.in penul. quæſtio.de ſucceſſ.feud.& Alber.de Roſa.in l.fi.ff.de iuriſd.omn.iudi.& in prooem.ff.§.diſcipuli.verſi. ſed quia in partibus vltramontanis. & dixi in §.j.& ij.de conſuetud.feud.lib.conſuetu.Bitur. & alibi ſæpè per diſcurſum harum Deciſionum. Igitur,&c. Quare ad Deciſionem q.noſtræ veniendo,an filij vel filiæ poſſint aduerſus patrem vſufructuarium in vim generalis conſuetudinis ſe dicere ſaiſitos? † Et dic quod licet conſuetudo proximiores etiam non apprehenſa poſſeſſione defuncti ſaiſiat, vt latè dixi in §.vj. de teſta.lib.conſue.Bitu. tamen in hoc caſu non videntur aduerſus patrem ſaiſiti,nec interdictum vti poſſ. eis competere.l.j. §.interdictum hoc quia atrocitatem. ff.de vi,& vi arm.& l.honori. & l. licet. ff. de obſeq. præſt.ſed bene econtra pater aduerſus filios. Vnde ſi alius etiam vſufructuarius rem naturaliter poſſideat, l.naturaliter.ff.de acquir.poſſ. (Et etiam ius vſusfructus quaſi naturaliter & ciuiliter poſſidetur, adeo q dicitur quaſi iuris poſſeſſor,vt dicit glo.in l.ſi plures. §.deiectũ.ff.de vi,& vi arm.& in l.ait prætor. §.item ſi.ff.ex qui.cau.maio.quam Bar.& Doct.faciunt ſing. in d.l.naturaliter.& Aut.Corſe. in ſing.) vſusfructus eſſet turbatus,poſſet ſe ſaiſitum dicere & manutineri,magis à fortiori pater: quia quicquid filius olim iure profectitij, vel etiam hodie aduentitij peculij apprehendit,id ſtatim pater poſſidet. l.j.in princ.ff.ſi à paren.quis fuerit manumiſ.& l.placet.ibi, cõfeſtim acquiri.& ibi, neque momẽto aliquo ſubſiſtere. &c. ff.de acq.hæred.& in l. quicquid filius.ibi ſtatim & l. poſſeſſio.§.j.& ibi Ang.& Imol.ff.de acquir.poſſ.vbi dicit gl.quod hodie nihil eſt immutatũ prꝛterquàm in ſola proprietate aduentitiorum, vt per totum, C. de bon.mater.& de bon. quæ libe.& ſic filius ſtatim naturalem poſſeſſionem vſusfructus acquirẽdo perdit,vt tenet Ang.in d.l.cum oportet. §. ſinautem. de bon.quæ lib.& Alber.de Roſ. in princ. d.l.verſic.ſed nunquid pater.Quamuis in caſibusquibus patri nihil quæritur iuris, quos gloſſ.recitat in d.authent. idem eſt.& alios plures vltra ibi Alb.de Roſa.tamen commoditas illius acquiritur patri, vt ibi tenet gloſſ. & Cin.& Ange. & dixi ſuprà in præce.q.& tenet Alex. in d.l.poſſeſſio in princ.& clarè probatur in d.l.placet.& l.quicquid.propter dictionem confeſtim,iuncto verſicu.neque momento aliquo.quæ de iuſ proprietate idem importat quod ſine vlla temporis interміſſione vadit ad patrem, ſecundum Franc.de Aret.in d.l.placet.in j.not. licet aliquando dictio confeſtim, diuerſimodè capiatur ſecundum ſubiectam materiam,vt patet in l.j.§.confeſtim. & ibi Bartol.ff. ad Tertullian. & de momento quo patri vſusfructus quæritur,eſt bon.text.in l.fi.ibi, qualis enim vſusfructus.& ibi gloſſ.vlti.& Doctor.de bon.quæ lib. ſicut de dictione ſtatim in princip. & ibi per omnes.ff.de verb.oblig.& idem gl.in l.Gallus.§.j.quam ibi Bald. & doct.ſequuntur.ff.de lib.&poſth.†Secus eſt in alio cui relicta via legatus eſt vſusfructus, quod non poſſit propria authoritate accipere legatum & ingredi rem vſufructuariam: quoniam non inuenitur iure cautum,vt dicit Sali. in l.j.verſi. aut fructus percepit proprietario ignorante.C.de vſufruct.alle.l.j.§.quod autem.ff.quor.leg. refert & ſequitur Alexand.conſil. 50.num.v.lib.vij.& Socin.conſi.cxxxj. verſic.nec obſtat quod vltimo loco.vol.j. ſed Bar. hoc declarando in d. l. placet. dicit quod prius quæritur filio quàm patri.l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg. & pupil.& idem in ſeruo, vt ibi, tamen hoc ſecundum eum in vno inſtanti vadit ad patrem, ita quod vix percipi poteſt. Hoc per exemplum probat, quia quando tu intras camerã obſcuram cum lumine quod eſt prius, an prius ſecedat obſcuritas, & poſtea lumen dicatur venire:vel econtra,quando exiit lumen & obſcuritas remanet,quod dicatur prius, quod dicit eſſe notabilius, quam aliud quod ad probandum adduci poſſet, & dicens ſe vidiſſe quendam doctorem diſputantem quandam qu.& adducentem prędictum exemplum. facit quod dicit Bar.in ſimili de nocte in l.qui duos. §.j.ff.de manumiſ.teſt. quod nox mori dicitur aduenіente aurora dici,quia eſt noctis morientis.Et ecõtra dies moritur aduenіẽte nocte. & ſic ſero erit die. & ibi Benedict.de Plumb.& in addit.ad eum dixi.Et iſtud dicit ibi Bartol.equitando practicaſſe. & etiam Felin.in c.perfodiens.in ij.no.poſt Ioan.And.de homicid. Sed hoc vltimum reprehendit Marius Salomon in l.Gallus.§.quid ſi is.num.xxxvj.verſi.illud tamen non prætеribo.ff.de libe.& poſthu. quia neque dies, neque nox moritur agente nocte, ſed ſolis agentis eſt per vices lucis, & tenebrarum ex noſtro hemiſphærio in alium polum redeuntis, agitque in lucem pellendo tenebras noctis,quoniam nox aliud non eſt quàm lucis defectus, vt ibi latius per eum,& Bald.& Paul.de Caſtr.in l.Titius.§.Lucius.& ibi per Modern.ff.de lib.& poſth.tamen iudicari non poſſit quis prius. † Quinimo pater propria authoritate ſibi à iure attributa capere poteſt bona,&adminiſtrare & vſufructuare: & ſi filius aut nepos,vel neptis ei reſiſtere velit, patriam poteſtatem in eum exercere poterit,dicta l.cum oportet.§.non autem. verſicu.& nullo modo audeat.imo ſi potens non eſt pater, aut auus,vt poſſit eum verberare, nec ad ſui libitũ coërcere,tũc poteſt adire prætorem qui eum cogere poterit, prout pater voluerit, & dictauerit caſtigare, l. iij.C.de patria poteſta.qui filium compeſcat, & ſententiam ſeu dictamen patris aut aui exequatur.Et idem Bartol. in l. lis nulla.in fin.ff.de iudi.& ſequitur Bal.& Lud.Bolog.in primis interpre.in d.l.iij.de patria poteſtat.& Rapha.Cuma.conſil.lxxxviij. verſicu.

ad

Digitized by Google

u ad tertium reſpondetur.†Et hæc Deciſio per prædicta remanet vera,quòd in vſufructu filius nō poteſt aduerſus patrem poſſidentem dicere ſe ſaiſitum in vim conſuetudinis prædictæ,vt voluit Corne.con l. clxxvj.in hac conſultatione.in litera C,volum.iij.vbi fortius vult, quòd proximiores in vim talis conſuetudinis,vel ſtatuti eos ſaiſientisde bonis defuncti parentis, non ſint aduerſus hæredes vſufructuarij admiſſibiles,quando eſt dubium quo iure hęredes poſſidebant.Et facit quod dixi de hærede etiam locatoris in conſi.xxxij.eccleſia domum quandam. Præterea filius nō poteſt petere in integrum reſtitutionem aduerſus patrē, & factū patris. l.ij.C. qui & aduerſus quos in integ.reſti. non poſ. & ibi Bart.quem ibi ſequuntur Doct.inſuper Iac.de S.Georg. num.j. & ita concluſum pro dicto patre domino de Salmaco, ſine reſtitutione fructuum pro tunc(niſi factis inqueſtis ſuper cōſuetudinibus prædictis)facienda. †Quid
12 ſi dictante conſue.aut ſtatuto, quòd acquiſita per vxorem conſtante matrimonio in totum quærantur marito,& maritus ſit filiusfamilias,an habeat locum conſue in eo,vel acquiratur patri? & Iaſ.conſi.cxcviij. inchoan.conſului ſuperioribus diebus. volum.ij. tenet quòd acquiritur marito, ſaltem quò ad proprietatem,& patri quò ad vſumfructum,vt ibi,&pro hac Deciſio.videtur tex.in l.cum oportet. in prin. ibi,ad exemplum tam maternarum quàm ex nuptialibus cauſis filiisfamilias acquiſitarum rerum. C. de bon. quæ liber. & l. quæcunque. & in l. non ſine ratione. iuncta glo.in verbo,acquiri.cod.titul. quod intellige niſi eſſet conſuetudo vetans patri aliquid acquiri, vt dixi ſupra in ij.præceden.quæſt.

SVMMÆ.

1 *Mulier ſecundò nubens,& dotem à primis liberis recipiens,an teneatur cauere de dote illa eis ſeruanda.*

2 *Vtrici bona ſunt tacitè hypothecata pro adminiſtratione matris pupilli.*

3 *Dotem totam poteſt mulier dare ſecundo viro.*

4 *Mulier in quibus caſibus poſſit omnia bona donare ſecundo viro.*

5 *Mulier ſecundò nubens poteſt liberis matrimonij naſcituris omnia dare,excepta priorum legitima, ſed viro dabu vt vni ex liberis primis. & nume.* 6.

7 *Mulier bimuba ſi ex ſtatuto teneatur ſeruare dotem,qua cauto ſit danda.& nu.*8.

Quæſtio CC.

Sed quid ſi mulier ſecundò nubens, dotem à filiis primi matrimonij repetat,an teneatur ipſis filiis cauere de dote cōſeruanda & reſtituenda in caſibus à iure expreſſis, iuxta l. hac dictali.§.his illud. C.de ſecund.nupt.an ſaltem maritus ſecūd
c us teneatur.

DECISIO CC.

1 ET †reperio Bal. conſil. xix. inchoan.factum tale eſt,maritus obligatus. volum. v.tenere matrem nō teneri pręſtare cautionem pro reſtitutione dotis, quia ipſa viuente,filij primi matrimonij vel ſecundi, nullum habent ius in dotem: nec eius maritus cogitur alij ſe obligare ad reſtitutionem dotis quàm vxor. Et hæc dicit probari in l.ſi.ff.de liber.agno. & in auth.de hære.& Fal.§,ſi verò.& l.non vſque adeo. ff.ſi à paren.quis fuerit manumiſſ.& Lj.& ij. C.ne fideiuſſ.do.dentur.& l.ij.poſt princi.ff.ſolut.matr. Nec debent, vt inquit, eſſe ſoliciti de hæreditate matris viuentis, ſuper qua non poteſt interponi aliqua pactio.l.ſi.C.de pact. Nec obſtat l.hac edictali. §. his illud.C.de ſec. nup. quia loquitur in lucris primi matrimonij, pro quibus habent tacitam hypothecam.l. ſi quis prioris.§.fin.C.de ſecun.nup. & l. cùm oportet.§.fi.C.de bo.quæ libe.& vtrobique per Bar.Bald. Salic.& Io.de Garon.& per Anto. Neguſantium de ſano in tracta.de pign. & hypothe.ij.parte.membro iiij.nu.xix.cum duobus ſequent. †Et ſimiliter habent 2
liberi tacitam hypothecam in bonis vitrici pro adminiſtratione matris,l.pen.C.in quib.cau.pig.tacitè contraha.cum aliis per nos alleg.in §.fi. de conſuetu. iur.ſtat.perſo.lib.conſuetu.Biturig.& in addit.& per Anton.Neguſan.in tracta.de pign.ij.parte membro. iiij.numer.clviij. & non in dote mulieris, † & quam 3
poteſt totam dare ſimpliciter ſecundo viro, vt not. gloſſ.in d.l.hac edictali.in verbo, diuidi.ibi,item no. quam ibi Bar.& Alexan.in addi.Bald.& Sali.ſequuntur & Rom.conſi.cccxlvij.inchoan. in quæſt. & Decius.conſi.ccxlvj. exordien. requiſitus ab illuſtri gubernatore Delphina.domiſio ſancti Valerij.licet Sylua nup.verſi.caue tamen quia ſi vidua. conetur velle contrarium, quod non poſſit dare omnia bona ſua in dotem,quod eſt cōtra communem & generalem conſuetudinem mundi, dum tamen fiat ſine aliquo lucrandi pacto.d.l.hac edictali. & ibi Bal.& Ioan.de Garo.ambo.in ver.in tex.ibi,nec dotis.& Bald.conſ. cxlvj.quædam nobilis.volu.iij. †Et hic eſt vnus caſus 4
ſecundum gl.Bal.Bar. & Decium in quo mulier poteſt dare ſecundo viro omnia bona quæ habet,quib. fruetur donec ipſa viuat,per text.in l.vna.C.de inofficio.dotib.& ibi per omnes poſt gloſſ.j. & in l. ſi liberis.C.de donatio.ante nup.& Paul.de Caſt. conſil. clxxxviij. aliàs cxciij.incip. verba appoſita in ſtatuto. volu.antiq. Secundus caſus quod reſeruata legitima filiis primi matrimonij poteſt dare reſiduum bonorum omnium præſentium ſecundo marito recipiēti pro filiis ex ipſo ſecundo matrimonio naſcituris, vt ipſe probat num.iij. qui allegat Bald. in d.l. hac edictali.verſic. decimo formatur his talis quæſtio. & in conſ.xxij.quædam domina.libro v. quod ibi non reperi.ſed eſt volumine iiij.incipien. quædam domina Nicolina,aliàs eſt ccxcvij.& idem Alex. in additione ad Bartolum in d.l.hac edictali. poſt medium.ibi,item adde an diſpoſitio.Et idem Bald.poſt Odofred. quem ibi ſequuntur Pau.de Caſt.in auth. vnde ſi parens.verſi.in tex.quenquam liberorum.C.de inoffic. teſtam.& Bal.in l.vna.in ij.q.C.de inoffi. dotib.licet plures alij conſuluerint contrarium,ſcilicet dominus Fran.de Albergo.Io.de Ligna.&Richar.de Sal.quos refert Bal.& etiam Salic. in d.l. hac edictali.q.viij.& Bald.conſil.cxlvj.inchoan. quædam nobilis domina Agneſina.vol.iij.vbi in fine dicit, quod hæc quæſtio. fuit de facto in ciuitate Cortonæ,& ibi eſſe in conſilia ipſius,& prędictorū Frā.de Albergotis,de Ligna. & de Sali.ſed illa cōſilia reperies inter cōſilia Pau.de Ca.vol.antiq.cclxj.quod eſt Fran. de Albergotis.Secundū eſt Bal.inchoans, Viſis puncto & inſtrumēto prædicto.Tertium Ioan.de Lignano incip.vnum eſt ſupponendum.poſtea ſequitur aliud conſi.Bal.exordiens,Ego.Bal.vbi miratur de aliis, qui cōtrariū conſuluerūt.& inde ſequitur conſ.Richardi de Sal.& eos ſequitur.& ibi Bal.dicit tūc defendiſſe contrariū: tamē ita fuit iudicatū ſecundū conſilia ſupradictorum. Et ita Stephan.Bertrand.conſi.clxxxvj.inchoan.cùm tempore.vol.iij.& conſi.lxiij.nu.iij.volu.j. & Paul.de Caſtr.conſi.cxl.cum ſequen. incip.ſine diſputatione.

Digitized by Google

vol.nouo. referentes ſic eſſe ſecundum eorum opin.
5 iudicatum. †Ego tamen crederem opin.Bald.prima facie veriorem,& virum,vel mulierem binubam,relicta legitima filiis primi matrimonij, poſſe reſiduũ filiis ſecundi matrimonij, ſiue ab initio contractus nomine filiorum ſecundi matrimonij,aut poſt,relinquere,per tex.quẽ Bal.alle.in auth.de nup.§.ſi.qui incipit,illud quoque.licet Doct.ſuprà alleg. dicant illũ tex.non probare opi.Bal.quem tex.tamen, vt inquit, Paul.in d.auth.vnde ſi parẽs.non bene conſideraverunt,nec intellectum Odofre.quia iſti filij ex iſto ſecundo matrimonio non ita exoſi ſunt liberis primi matrimonij,cum ſint fratres eorum,ideo non tantũ, vt dicit Pau.habent indignari,quia vt inquit Bald. in conſil.ego Bal.in fine.id quod mater non poteſt donare viro,donare poteſt filio,ſicut extraneo, l. Scia.
6 de dote præleg.cũ aliis per eum alleg.†Et hoc quando recta via,& non in fraudem,prout in caſu Bald.in dicto conſilio cxlvj.libro iij. vt infrà dicam in ſeq. q. ſe.l illud conſilium Bald.eſt in v.vol.nu.xj. inchoans, Caſus talis eſt,quædam domina Mumicia, aliàs quæſtio.quærit de tribus. Et idem Bald. conſil.xij. incip. quæſtio formatur.vol.iiij. Sed ipſe loquitur in ſtatuto,de quo latè per Ioan.deGaron.in d.l.hac edictali. Sed Salic.ibi,q.viij.auſus non fuit vnam vel aliam opin.approbare,vel reprobare.licet Iaſ. in d.authent. vnde ſi parens.verſi.quarto pondera text.dicat Salic. tenere contrarium,& fortè melius,vt ipſe ait:ſed ipſe Iaſ.non ſe extendit vltra. & hanc communem tenet Bertran.in dicta l.hac edictali. verſi. ita tamen.num. vij.cũ ſeq.& ſic ſibi contrarius,vbi alleg.plures Doct. ita tenentes.& idem conſi.xix.nu.iiij.vol.iij. & idem Ioan.Nico.in ſecundo reſpon.in fin.nu.xij. Et hoc ſi filij ex illo naſcantur matrimonio:aliàs non habebit maritus plus quàm vnus ex filiis prioris matrimonij ſi ſint quatuor filij ex primo matrimonio, maritus vitricus habebit quintam partẽ, vt ſinguli filij quintam,vt ſit æqualitas inter eos,vt ibi latius per Deciũ. Sed an hoc ſit verum,in ſequ.q. dicam. & alios duos caſus quos ipſe ponit, qui videntur parum vtiles vi-
7 de ibi.†Et ita vt ſuprà reuertendo ad quæſt. concludit Bald. niſi aliter per ſtatutum loci mulier teneretur dotem filiis primi matrimonij reſeruare,tunc tenetur cauere de dote conſeruanda ſecundum formam ſtatuti, ſine tamen fideiuſſore, aut traditione pignorum, vt ipſe voluit conſil.lxxv. aliàs lxv.incip. an ille qui poſt mortem. vol. v. quia ſolum cauebit generaliter mulieri ſub hypotheca bonorum & iurium ſuorum. Et ſic erit nomen mariti obligatum: ipſe autem non cogetur cauere liberis primi matrimonij,quia cum eis non contraxit, l. ſicut. C.de act. & obli.& hoc verũ,niſi vxor mallet quòd in perſona liberorum formaretur promiſſio & obligatio reſtitutionis l.ij.§.ij.ff.ſol.matrim. & idem ſentit gloſſ.in d.l.j.ne fideiuſſ.dotium dentur.& Bar.& Doct.in l.ſi conſtante.§.quoties.ff.ſol.matri. vt maritus teneatur dare pignora vxori, vel patri dotem danti. Et idem Bal.nouel.in tract.de dote,parte vj.priuilegio lxviij. & parte viij.priuil.xxx.& Ant. Neguſ.in trac.de pig.
8 parte.ij.membro iiij.nu.lxxxiij. † Sed Sali.in dicta l. j.tenet contrarium,quòd tantum teneatur hypothecare bona ſua pro reſtitutione dotis, nec aliter ſecũdum eum tenetur ſe obligare cum pacto conſtituti aut precarij.Sed Iacob. de ſanct.Georg.credit de iure contrarium,verius in l.profectitia.§.j.num.xj.ff.de iur.dot.quod eſt,vt inquit,mulieribus multum vtile, quia ſi contingat maritum poſtea alienare bona ſua eidem mulieri hypothecata, & quæ conſtituerat ſe tenere,& poſſidere nomine mulieris, poterit ſoluto matrimon.agere contra extraneos poſſeſſores beneficio.l.final.C.de acquirend. poſſeſſ. & hoc caſu non erit neceſſe prius facere executi bona mariti: ſecus ſi ageret hypothecaria.Alleg.Iacob.Butr. & Angel.ita tenere in d.l.final.de acquiren.poſſeſſ.& Iacob.Butr. in authent.hoc ſi debitor. C.de pignor. & ita reperi poſtea Alex. tenentem conſil.lxxx.nume.ij.lib.vj.dicentem cautelam eſſe, quod in pacto de dote reſtituenda apponatur precarium, quo caſu poterit mulier abſque alia ſolennitate propria authoritate poſſeſſionem ingredi, per l.ſeruus. C. quod cum eo alleg.Salic.in l.ij.C.de pigno. ſic tenentem per gloſſ. in l.cum creditorem. ff.de furt.vbi Salicet.dicit aliàs publicè Bononiæ diſputando ſic tenuiſſe. Et iſtud non videtur in dote tantum ſpeciale, quia in omnibus obligationibus in quibus eſt factum cõſtitutum, aut precarium,non eſt priusfacienda excuſſio bonorum principalis debitoris,vt volunt Imo.Roman.& Alex.in l.exitus.ff.de acquir.poſſeſſ.& Anton.Neguſan.in d.tracta.de pignor. parte viij. membro primo num.xvij.verſi.quarto fallit.& dixi quæſt. cxiij.ſed eſt alia opinio, quod etiam in dote requiratur excuſſio, ante quàm poſſit agi contra tertios bonorum poſſeſſores mariti,aut alterius ſic obligati, vt tenet gl.in l.vbi adhuc.in verbo,qui potiora iura. C.de iure dotium. & ibi eam ſequitur Cin. in xj.quæ.& ſimiliter Bald. & Salic.quæſt.xij. & Bart.in d.l.ſi conſtante.in ij.quæſt. tertiæ quæſt. principal. quem ibi ſequuntur Alexan.verſi.item circa ea quę Bar.& ſic tenuit Specul.in titu.de dote poſt diuor.reſtit.§.fin.verſicu.ſed quo iure.& Ioann. Campez. in tractat.de dote parte iiij.q.xlvj.& Corn.conſi.cexlvij.inchoan.quanquam. volum.iij.& Anton.Neguſan.in d.tracta. de pig. viij. parte membro.j. num.xxiij. & in hoc Roman.in d.l. ſi conſtante. dicit conſuluiſſe contrarium. & poſtea fatetur ſe malè conſuluiſſe. & eum ſequitur Bald.nouel.in dict.tractat.de dote.parte viij.priuileg. xxxvij. ſi tamen notoriè,vt inquit,maritus,aut eius hæredes non ſint ſoluendo, bene poſſet fieri executio contra tertios poſſeſſores.Et iſtud eſt commune in aliis creditoribus,vt voluit Barto.& omnes in l. decem.ff.de verbo.oblig.ſed prima videtur verior,cum per conſtitutionem precarij iſta mulier,aut alius emptor ſit ſtatim factus dominus, & quaſi poſſeſſor, vt tenet Doctor.ſuprà alleg.& Bal.conſi.ccccxciiij.exordien. venditor conſtituit vol.iiij.per tex.in l. quod meo in prin.ff.de acquir.poſſ.& dixi in d. quæſt. exiii. Ideo tu qui contractum matrimonij, aut alterius naturæ celebras,apponi facias prædictam precarij, aut conſtituti clauſulam.

SVMMÆ.

1 *Mulier omnia bona ſua in dotem dare poteſt & primo & ſecundo viro.*
2 *Mulier ſecundò nubens non reddita tutela, an perdat lucra prioris viri.*
3 *Mulier an liberos ſecundi viri poſſit inſtituere, vel eis donare.*
4 *Mulier ſi det omnia filio ſecundi viri & prima nihil, quid iuris, nu.5.& 6.*
7 *Legitima non debetur repudianti.*

Quæſtio CCI.

Si pater,aut mater tranſiens ad ſecunda vota, poſſit in dotem ſecũdo dare viro omnia bona ſua. Et ſi illa (excepta quingentarum librarum ſumma filiæ iure inſtitutionis relicta) viro,aut eius ex alia vxore filio,aut aliis cognatis, & parentibus eiuſdem viri donauerit,an valeat? Et qualiter inter eos de iure fiet bonorum diuiſio.

DECI-

DECISIO CCI.

ET † quò ad primũ dubium dico mulierem non ſolum omnia bona ſua primo, ſed etiam ſecũdo viro in dotem dare poſſe. De primo viro eſt text. in l.nulla leg. C. de iure dot. & l.mulier bona.ff. eo.& Bar.late. in l.ſi conſtãte.ſol. matr. & in q.per eum diſputata,inchoan. Mulier habens amplum.& Abb. Sicu.conſ.xlvj.col.j.ver.venio ad ſecundum dubium. vol.1 De ſecundo viro eſt tex.in l.hac edictali. in prin. iuncta glo.in verbo, diuiditur C.de ſecun.nup.& ibi omnes ita tenent,inſuper Ioan.de Garon.ver.in tex. ibi,nec dotis.& ibi idem Bertran.de Carpen.nu.xvij. & tex.in l.ſi liberis.C.de don.ante nup.& in l.vna.& ibi gl.j.C.de mod.don.& ibi ſcriben.&tex.in §.optime.& ibi Iac. de Bellouiſu in primo contrario.& etiam Bart.& idem in §.nec illud quoque nobis relinquendum.& ibi gloſſ.in auth.de nupt.& Alex.conſi. cxxij.& conſi. cxiij.lib.vij. & dixi ſuprà q.xiiij. incho. Stante conſuetudine ciuitatis Burdegalæ,in princip. & Ang.conſil.cccxcvj.verſic. primitiuam autem dotem.& Socin.conſi.lxxxj.num.vj.vol.iij. & Bertrand. conſi.xix.num.j.volum.j.& infrà dicam.Fallit in tribus caſibus, in quibus mulier non poteſt ſecundo dare viro,niſi tertiam partem bonorum,vt notat.in l.j.cum ſua authentic. eiſdem pœnis. C. de ſecundis nuptiis.qui tamen caſus de conſuetud. nõ ſeruantur: quia ſiue intra,ſiue poſt annum luctus contrahat, & dare poteſt totam dotem, vt omnia ſua bona, vt dictum eſt:† quamuis in vltimo caſu, quando poſt an- 2
num luctus non reddita tutelæ adminiſtratione, nec petito tutore,inilat multum Ioann.de Garon.in d.l. in tertio notabi.& in d.auth.eiſdem. in verbo,parit. verſic.ſubiicit, & in d.l.hac edictali.quòd non poſſit dare,niſi tertiam, quæ ſoluto matrimo.redire debet ad filios primi matrimonij.& idem Bertrand.in d.l. hac edictali.num. xviij. pariter lucrum,quod ab ipſo viro prouenit,perdit,ſecundum Doctor. in d.l.j.per text.ſing.in §.ſui autem tutelam.in authen. de nupt. & ibi Ang.& Ioann.Fab.& Alb.in d.authent.eiſdem & Ioann.Nicol.in reſpon.primi dubij cogitata. † Et 3
quò ad ſecundam quæſt.an titulo donationis,aut inſtitutionis poſſit ſecundo viro, aut eius filio ex alia vxore nato donare.Et videtur quod non,cum vna & eadem perſona reputentur pater & filius, l.fin.C.de impuberibus & aliis ſubſtitutionibus. & in l. in ſuis. ff.de liber.& poſthum. & text. in terminis in dicta l. hac edictali. ibi omni circumſcriptione, ſi qua per interpoſitam perſonam, vel alio quocunque modo fuerit excogitata,ceſſante. Ad idem text.in d.§.optimè ibi, nulla machinatione, neque per ſuppoſitas perſonas, neque aliquam cauſam interdoni valente, &c.& in l.ſi conſtante. in fin. C. de donation. ante nupt.Et tenet Pau.de Caſt.in authen.vnde ſi parens. ver. Et ſic quãdo ex eo nõ habebat filios,tũc ſiue relinquat ipſi viro, ſiue liberis ſuis ex alia vxore, habet locum diſpoſitio d.l. hac edictali. & idem Florianus de ſancto Petro, in ſua quæſtione per eum diſputata exordien. Mulier primo viduitatis. in tertio dubio. & Ioan.de Garon. in dicta l. hac edictali.in princip. verſicul.in textu. ibi, ſeu vitrico. quamuis aliàs vitricus,& etiam nouerca poſſit donare priuigno. l. cenſualis.& ibi Bald. & Doctor. C. de donatio. & idem tenet Bertrand.in d.l.hac edictali. num.xj.cum ſequ. Et idem ſi fiat talis donatio,ſecundum Cin. ibi,quæ. vltima. fratri mariti ſecundi, vel eius cognatis,argu. l.ſi per impreſſionem. in fine ibi,ſi qui vel coniugis vel amici nominibus abutentes.C.de his quæ vi metúſve cauſa fiunt.& in l.vna.ibi,illud etiam abiicientes,vt nec per interpoſitam perſonam.C.de cõtract. iudi.& ipſum ſequitur Bald.ibi,verſic.omni circumſcriptione.Et Alex.in additio. ad Bar. in fine primæ additio.quj alle.Bald.ita conſuluiſſe,& idem Bald.in d.l.vna in iiij.quæſt.de inof.dot.per text.in l.quidam cum filium.ff.de hæredib. inſtituen. vbi gloſſ.j. & ij. notat filium non poſſe inuenire meliorem amicum, quàm patrem l.fin.in principio.C.de curatore furio. Et tamen credebat contrarium, quod non inuenit, prout ſæpè euenit clericis infirmis timore mortis renuntiantibus eorum beneficia amicis, conditione ſanitate eis data reſtituendi:quod minimè faciunt,vt ſæpè vidi.& idem tenet Bald. conſil. cxlvj. exordien. Quædã nobilis domina Agneſſina.vol.iij.cuius conſilij ponam infrà caſum.Secus videtur eſſe in alio donante mulieri cõtemplatione viri, aut viro contemplatione mulieris,vt voluit Roma.conſi.ccccv.quem ſequitur Bertrau.conſil.cccvj.volu.ij.per not.in l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& pupil.Sed de Ripa.in dicta l.fœminæ.num.xxvi.tenet opin. Roman. †Ideo ſi mulier omnia bona ſua ſecundo viro,vel e- 4
ius filio,& nihil filio,aut filię ex primo thoro,vel etiam aliquid donauerit, quantum debeat habere filius,duæ ſunt opiniones: quarum prima eſt, quòd ſi nihil dedit, illa bona debent inter liberos & vitricũ, aut nouercam,vel eius filios diuidi, & hanc opin. tenuit gloſſ.in d.l.hac edictali.in verbo,diuidi.quam ibi ſequuntur Ioan. Fab.Iaco.de Rauen.Petr.de Bella pertica.& Alber.& Sali. quęſt.ij.& iij.Si verò aliquid minus legitima reliquerit, tunc totum vltra legitimam quam filius præcipuam habebit, diuidetur inter filium & vitricum,vt tenet ibi Cin.quæſt.ij. & iij. & iiij.& Bald.verſi.ibi,portio.& verſic.Modò ſtatim occurrit aliud dubium.& quæ.ſequen. & latius Salicet.quæſt.iij.& Angel.in l.quoniam præteritæ. C. de ſecund.nup. ſequendo etiam gloſſ. in authen. ad eos ſolos.eod.titu.& idem Ange.conſi.cclxxxv.inchoan. ſuper primo puncto.verſic.deſcendo nunc ad ſecundum.& Anch.conſi.cj.Rapha.Cuma.conſil.cix.& Alex.conſi.clviij.lib.v.& Bald.conſi.clij.aliàs clxj.incipien.Secũdæ vxori nullo titulo largitatis volum. iiij. & Decius conſilio ccxlvj. exordien. requiſitus ab illuſtri gubernatore Delphina. & idem Ioan. de Ana. conſil. lxvij. inchoante, Viſo puncto,in quo dicitur. quem ibi ſequitur Ludou.Bolog. in addit.ad finem. †Contrarium quò ad primum,ſcilicet,quando nihil 5
reliquit,tenuit gloſſ.in d.§.optimè.in verbo,quippe hic manifeſte colligitur, quod filius vel filia debet prius debitum iuris ſubſidium habere,hoc eſt legitimam,& poſtea beneficium iuris illius §. & l.hac edictali.& ibi idem Barto.ſummando text.illius §.optime ita quòd vnum non tollitur per aliud,cum ad diuerſa tendant.Et eam ibi etiam ſequuntur Iacob.de Bellouiſu.& Ang.& Bart.in dicta l.vna.de inoffi.dotibus.& ibi Bald.in tertio contrario.& Pau.de Caſtr. verſic.in alia gloſſ. quæ incipit,& amplè Ioannes de Garon.in dicta l.hac edictali. & Azo. in ſumma eodem titu.§.Quare &qualiter.verſi.ſic vidiſtis de pœna.cum ſequen.quem ſequitur Henric.Bohic.in cap. fin.de ſecund.nupt. & Fabian. de Giochis,in repetition.auth.nouiſſima. verſic.Vtrum in caſu l.hac edictali. & Socin. conſilio lij.numero ij.volumine tertio.& latius conſilio xxxv.numero xix. cum ſequent. volumine iiij.& Signor.de Homed.conſil.clxxix.inchoant. quædam mulier tranſiuit ad ſecunda vota. & Petrus de Ferra.ſor.libel.quo vxor agit ad dotem.

in verbo,dictæ dominæ.ver.deinde quæritur. & Bal. consi.clxxxviij. incipiente quædam domina Nicolina.in fin.vol.iij.& amplè Bertran.in d.l.hac edictali. ver.ita tamen.nu.x.vbi enumerat xviij. Doct. tenentes opin.gloss.in d.§.optimè.& respondet ad motiua Salic.Petr.de Anch.& aliorum pro prima parte allegata. Vnde legitimia venit prius detrahēda remedio inoffi. donationis vel dotis. quæ est tertia totius hæreditatis. Et residuum beneficio dictæ l.hac edictali. quod inter filium & vitricum vel nouercam diuidetur, scilicet quod ipse vitricus vel nouerca percipiet tantum quantum filij legitima ascendit, & sic aliam tertiam partem. Aliud verò totum restans (quæ sunt duę tertię) dabitur filio vel filiæ,aut liberis,si fuerint duo, & diuidetur inter ipsos solos filios. Et sic vnus vel duo filij habebunt tres quartas totius dotis, vel rerū donatarū. Et vir secundus aliam quartā. Et idem Bertran.in d.l.hac edictali.ver.ita tamen nu.xj.& xij. Et hoc quando nihil relictum fuit filio vel filiæ, aut liberis quod rarò accidit, nisi propter ingratitudinē, ob quam perdit legitimā,& beneficium d.l. hac edictali.per text.ibi, & in d.§.optimè.in verbo,ingratitudine.& ibi Ang.& Bertrand. in d.l. hac edictali.in fi.n. xxij. Et ibi latè vide, an filia dotata per statutum à successione exclusa,perdat beneficiū d.l. hac edictali.quod nota per consuetudinē Burdeg. per quā filia cū terra & pecunia dotata, aut quæ renuntiauit successioni paternæ,est exclusa à successiõe,vtsuprà dixi q. ciij. Secundo verò casu, quando pater vel mater
6 donauit,aut reliquit certum quid filio vel filiæ, vt in casu nostro, in quo mater donauit filiæ (donatione inter viuos omnium bonorum facta filio vitrici ex alia sua prima vxore) quingentas libras Turonen. & postea similem summam quingentarum librarum suo in testamento eodem die facto eidem reliquit iure restitutionis pro omni iure, vt infrà dicam: & tamen non videtur nisi vna summa & quantitas, & non plures vel diuersæ relictæ, cum eodem & non diuersis temporibus relictæ fuerint, vt tenent Flor. de sancto Petro,Bald.& Iacob. de sancto Georgio. in l.quinquaginta. ff.de probationibus. & Bartol. & Doctores in l.si pluribus.§.j.ff.de legat.j. de quo per Alexand.consi.iiij.volum.j. Et tunc illo casu secundum veram opinionem decisam,per textum in dict. l.hac edictali.& §.optimè.& dicta leg.queniam prę teritæ. volentem vtrobique illud plus datum haberi tanquam non scriptum, neque relictum aut datum vel donatum,& dari debere filiis primi matrimonij, & inter eos solos diuidi. Et ita intelligunt Doctor. suprà pro hac parte allegati. Et sic totum illud quod plus fuit datum vel relictum vitrico vel nouercæ,aut eorum filiisdeuoluitur ad filium vel filios primi matrimonij, vt ipsi plus consequantur, quam vitricus vel nouerca. Igitur cùm hic mater dederit quingentas libras filiæ suæ ex primo matrimonio, & vitrico & eius filio totum residuum bonorum, quod illud totum vltra datum dari debet & deuolui ad ipsam filiam,etiam quantumcũque datum filiæ,aut filio fuerit minimum,dum text.dicit in d.§.optimè. versic.si verò inæqualia quæ relinquuntur &c.ibi, inquātum, qui minus habet filius ex illius substantia percepit. & idem dicitur in d.l.hac edictali.in versi. sin autem non æquis.ibi,quàm filius vel filia habet, cui minor portio &c.& ibi Salicet.nu.v.& Ioan. de Ana.in d.c. fi.ver. Et his concludit hic. Et sic confunduntur opiniones contrariæ aliorum Doctorum legentium illam legemvelle ęquari vitricum aut nouercam filio, aut filiis primi matrimonij in illo pluriquem intellectum non patitur, salua eorum dixerim pace, quia tex.ibi clarè dicit,ad liberorum personas deferri. Vt de si mulier binuba habebat in bonis quatuor centū, & de illis donauerit aut reliquerit filio, centum, & reliqua trecenta suo secundo viro vel eius filio,reuocantur ducenta, quæ dabuntur filio primi matrimonij. Et sic consuluit Benedictus Capra. in eius consilio lj.& Bertrand.cons.x.nu.j.& cons.lxiij.nu.j.& iiij. vol.j.& consilio cclxxxvj.nu.v.vol.ij.antiquo.& consilio ccviij. volum.j. nouorum & singulariter consil. cij.volum.iij.& etiam Capra, consil. lxxxj.volens etiam habere locum, si donatio bonorum facta fuisset ante contractum matrimonium illi,cum quo secundò contraxit matrimonium. Et istam partem tenuit etiam Cornęus consilio xxxiij. inchoante, Memini me bis alias consuluisse. Et singulariter cons. xliiij. & cxviij.volum.j.narrans Baldum de Bartolinis,& plures alios Doctores peritissimos pro hac parte consuluisse,insuper dominum Flor.de sancto Petro,deridentes decisio. Cin. Bald. & aliorum contrariùm tenentium in locis suprà pro parte prima allegatorum,loquentium tanquam sine ratione,& contra literam expressam d.l.hac edictali.&d.§.optimè.& pariter ist āpartē tenuit Ro.cōs. cccexlvij.& seq.& Jul. cōs.xcvij.& ēt in d.l.hac edictali.& ibi idem Bertr.in verbo,si verò plus nume. xviij. ver.in tex.ibi,ad liberorum. & Anton.de Cana. in tract. de insinuatione. & in secunda parte principali. quæ. vij.& Bald.in d. cons.cxlvj. incipiente, quædam nobilis domina Agnessina.volum.iij. volens quòd si mater habens filium & filiam ex primo, & ex secundo matrimonio tres filios,instituat filiam in centum,& filium primi, & filios secundi matrimonij in omnibus bonis, pro medietate æquis portionibus, & in alia medietate secundum virū instituerit hæredes,hoc addito, quod si dictus secundus vir totam medietatem capere non posset, illud plus quod ipse capere non posset, de d. medietate, relinquebat iure legati dictis filiis secūdi matrimonij omnimodo,via,iure,& forma quib.melius posset,&c. q illud plus, supradicta clausula non obstāte,debet dari filiis primi matrimonij,dicēs hāc esse veritatem: quia videtur fecisse in fraudem liberorum primi matrimonij,vt ibi vide. Et facit quod in simili decidit Bertrand. de Carpent. in d.l.hac edictali.in verbo,si verò plus. num.xix. de matre plus relinquente secundo coniugi, quàm vni ex liberis primi matrimonij, & instituente hæredem vniuersalem filium secundi matrimonij. Quod si vitricus videns liberos primi matrimonij velle illud plus auferre,repudiauit tale relictum quod accrescebat filio suo hæredi vniuersali, cuius erat legitimus administrator, nō nocere talem repudiationem filiis primi matrimonij:& ita consuluisse, vt dicit constare in eius consi.lvj. Et secundum istam veram decisionem textualem fuit conclusum,& iudicatum per arestum Curiæ, in fauorem dominæ Franciscæ de Voisins, Vicecomitissę de Chaillano actricis,Contra dominū Esmundum de Gimel, eiusdem actricis vitricum, & Petrum Gimel dicti Esmundi filium reos, quibus nobilis Antoneta de Rupeforti, matérque præfatæ actricis omnia sua, & illa quæ non poterat donare, bona tam inter viuos,quam in vltima voluntate donauerat ad quæ restituenda condemnati fuerunt eidē actrici, excepta quingentarum librarum summa, cum tantum summam donasset actrici filiæ suæ. Latum arestum die xv.Maij. vigilia Pentecostes, Anno Domi.1535. Licet plures tenuissent opinionē Cin.& aliorum suprà in prima parte allegatorū. Tamen, vt inquit Azo,in summa C.de bonis quæ liberis. col.ij. versi.quod si hodie in modio radi non est vola plena

sciendi.

ſciendi. Et reliqua pars dominorum (de quorum numero tanquam præſidens in illo proceſſu eram) tenuit textualem deciſionem, quam limitaui eſſe veram, niſi pater, aut mater ſimpliciter reliquerit filio, aut filiæ vel liberis minus legitimis iure inſtitutionis: quia tunc legitima debet ſuppleri filio, aut filiæ, & tantùm dari vitrico vel nouercæ, & reſiduũ dari filio, vt voluit Bal. in dict. l. hac edictali. col. iij. ver. ita tamen. & col. pen. ver. amplius circa iſtam materiam, cum ſequenti. & in d. l. vna. ver. Quartò quæro. de inofficiotis dotibus. & in d. conſi. clij. incipien. Secundæ vxori, &c. volum. quarto. Et ſic ſecundum Bald. vbi ſolum decem ſolidi fuiſſent relicti, qui pro legitima non ſufficiunt, debet ſuppleri per legem vſque ad legitimam. cum ipſo iure fiat. l. ſcimus. in prin. & ibi Docto. & in l. omnimodo. in prin. & ibi Ang. Pau. de Caſt. & Iaſ. C. de inof. teſta. Et quamuis iſta repletio legitimæ fiat ipſo iure, nõ tamen ex teſtamento, ſed ex tacita patris aut matris voluntate, fictione iuris: quia præſumitur hæres in legitima inſtituta: ergo vitricus, aut nouerca debet habere quantum eſt in iſto relicto facto filiæ ſuppleto per legem, & ipſum ſequitur Ioãnes de Ana. in d. conſi. lxviij. & Bertrand. de Carpen. in d. conſi. v. nume. iiij. vſque ad numerum vij. volu. j. & Ioannes de Garonis in d. l. hac edictali. col. vlt. verſic. Si verò relictum eſt minus legitima. & Fran. de Aret. in l. ex facto. colu. xvj. ver. Adde etiam inquantum Bar. cum ſequen. col. de vulg. & pupilla. & Decius in l. humanitatis. col. v. de impub. & aliis ſubſtitu. & Ioan. Rub. conſil. cxv. in quibus locis Fran. Decius & Rub. adducunt ſimile de ſubſtitutione exemplari, de qua in d. l. humanitatis. patrem ita demum poſſe ſubſtituere filio furioſo exemplariter, ſi ei legitimam reliquerit. Et tamen ſi minus legitima fuerit relictum, debet ſuppleri, & valebit ſecundum Bartol. in d. l. ex facto. & communiter Doct. ibi, & in dict. l. humanitatis, & dixi ſuprà quæſt. clxxxviij. incip. Et veniendo ad dec. Salic. in d. l. hac edictali, quæſt. vij. tenet contrarium: quem ibi ſequitur Iacob. de ſanct. Georg. vt refert ibi Ioan. de Garon. verſ. ita tamen. colum. ij. verſic. Et dubitatur ſtante hoc, qui videtur ſequi hanc opi. dicens plures prouinciales docto. conſuluiſſe Arelatæ. & idem Corne. in d conſi. xliij. col. iij. in princ. verſi. Idem etiam Bald. volu. j. & conſi. prẽallegato cxviij. Et quamuis iſta opinio videatur apparentiam habere, per text. illius l. hac edictali. in verſic. ſin autem ibi, quam filius vel filia habet, cui minor portio vltima voluntate derelicta vel data. & ibi gloſ. & idem dicitur in d. §. optimè. tamen per tex. qui vtrobique ibi ſequitur. Ita tamen vt quarta, id eſt tertia, quæ eiſdem liberis debetur ex legib. nullo modo minuatur, &c. Ergo ſequitur, ſi in vltima voluntate minus legitima fuerit relictum, repletionem debere fieri: & per conſequens tantum vitrico dari. Sed hanc Bald. opinion. communem intellige primo, niſi pater aut mater expreſsè vetuiſſet repletionem fieri, & filium vel filiam eſſe contentum, vel contentam ſibi iure inſtitutionis relicto, & plus non poſſe petere de bonis ſuis. tunc cùm conſtet de voluntate. non debet fieri ſupplementum legitimæ, vt voluit Paul. de Caſt. in d. l. omnimodo. col. ij. verſic. vltimò quæro. & Franciſc. de Curte conſil. vlt. col. pen. & Ioannes de Ana. conſil. lxvij. & Ioan. de Garonis, vbi ſuprà qui allegat Florianum de ſancto Petro, in ſua quæſt. diſputata incip. Mulier primo viduata. in vj. col. ver. Et ex prædictis ita tenere. Et ſic erat in caſu noſtro, in quo mater tam in contractu donationis factæ filio vitrici, quàm in teſtamento prohibuit non poſſe plus petere. Tamen Bald. in l. ſi adulta. C. de hæredit. actio videtur tenere contrarium, quando reliquit filiæ centum, & prohibuit eam plus petere, quamuis non iure inſtitutionis, tamen valebit: quia videtur reliquiſſe animo compenſandi cum legitima. Et pariter conſil. cccclv. inchoante, Quidam mœchus. volum. ij. ſed Alex. tenet contrarium in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebellianum. & Iaſ. in authen. nouiſſima. col. vj. ante fin. verſic. Quartò ſingulariter limita. de inofficio. teſtamento. de hoc dixi quæſt. cclxvij. incipiente, Pater inter liberos teſtando. Sed tam ipſi, quàm Bald. loquuntur in alio patre, quàm binubo. de quo ipſe loquitur in dicto conſil. cccclv. quoniam pater binubus, aut mater binuba relinquens filio aut filiæ etiam iure inſtitutionis, cum prohibitione de non plus petendo, tamen ſuppletur legitima filio vel filia non petente, vt in ſequen. dicam limitatione: & ſic legitimam habebit, & beneficium dictæ l. hac edictali. Secundò intellige & limita ſupplementum legitimæ non fieri, niſi volenti: ergo nolenti legitima non ſuppletur, vt tenet gloſ. in d. l. ſcimus. in verbo, ipſo iure. cum ſequenti. quam ibi ſequuntur Bart. Bald. & Doctor. † quia repudianti non debetur legitima, 7
vt voluit Bald. conſil. lxxiij. inchoante, Tres perſonæ. col. ij. verſiculo, huic quæſtioni alia incidit, vtrum. volumine primo & conſilio lxxv. incipien: refutatio. volum. iiij. Sed actrix declarauit non eſſe hæredem eius matris, nec acceptare relictum ſibi factum, quia filius vel filia hæres vel non hæres habet beneficium d. l. hac edictali. vt tenet ibi Bald. in noua lectu. verſic. modò ſequitur. Bertrand. de Carpen. in verſic. ſi verò plus. num. xx. qui allegat Bald. in conſil. cclxvj. exordien. verba ſtatutorum. col. j. lib. iiij. ſecundum impreſſionem Mediolan. quia in aliis non reperi ſic inchoans. cum aliis pluribus per eum adductis: & idem voluit Bald. in dict. conſil. cccclv. in princip. volum. ij. Quare illa acceptatio diſpoſitionis matris non facit perdere beneficium dictæ l. hac edictali, ſecundum Bald. ibi dicentem ſe conſuluiſſe, quem ibi refert & ſequitur Iac. de ſanct. Georg. & Bertrandus de Carpen. in verſic. ſi verò plus. nume. v. & idem Bald. in prælllega. conſilio cccclv. colum. j. verſic. præterea non poteſt. volum. ij. vnde vitricus non poteſt plus conſequi, niſi tantum quantum de facto relictum fuit filio vel filiæ ex voluntate diſponentis. quod ſequitur Antonius Rubeus in dict. conſilio cxv. num. iij. ver. verum ab opinione communi.

SVMMÆ.

1 *Et, copula coniungit, & aliquando diſiungit. & nume. 2.*

3 *Feuda in Gallia in quo ſint inſtar patrimoniorum.*

Quæſtio CCII.

Alia quæſtio ex dicto proceſſu orta eſt, quia in contractu matrimonij dominæ Antoniæ de Rupefotti, & Maffre de voiſins coniugum, fuit dictum quòd dominus Gulielmus de Rupeforti pater faciebat ipſam Antoniam ſuam hæredem vniuerſalem, & ſibi dabat omnia ſua bona, & illa in dotem conſtituebat pro ipſa & ſuis ex eodem matrimonio deſcendentibus, & omnibus cauſam ab ea habentibus. Dubitabatur an prædicta domina Antonia mater extante præfata Franciſca filia ſua, poſſet in vim prædictæ clauſulæ, & ab omnibus ab ea cauſam habentibus, donare ſecundo viro, vel eius filio aut alteri dicta ſua bona: quia tunc nulla eſſet legitima.

DECISIO CCII.

VT videtur quod donare potuerit visa dicta disponendi facultate, & ab omnibus ab ea causam habentibus: quia † copula &, coniungit: vt voluit gl. ab omnibus reputata singularis. in rubric. de iuris & facti ignorantia. & istud probatur per tex. clarum in cap. vno. de feud. non habentibus naturam feudi. volentem cum, cui datum fuit feudum cum facultate, quod ipse & sui hæredes, & cui ipse dare voluerit, posset donare, vendere, & alteri prout voluerit disponere. quem text. ad hoc commendant Bald. Aluaro. Isernia, & Alexan. & late Francis. Curtius iunior consil. j. & iiij. & Bald. consil. celv. incip. verba instrumenti. volum. ij. & hanc partem plures ex dominis tenuerunt. Contrariam verò partem reliqua pars & maior dominorum, non obstante clausula prædicta, & omnibus ab ea causam habentibus, tenuit ipsam non potuisse donare: † quoniam copula &, non semper coniungit, imò aliquando disiungit, l. sæpe ita comparatum est. & l. triplici modo intelligi coniunctio potest. ff. de verbor. significat. quod est in casu præsenti ordine successiuo, id est liberis non existentibus intelligendum: quia de illis prius voluit animus intelligere, dum dicit, & suis ex eodem matrimonio descendentibus, vt expressè in simili voluit Alex. consil. clviij. in ij. dubio. volu. v. per tex. in l. Caius Seius. & ibi Bart. Imo. & Moder. ff. solut. matrim. l. vxorem. §. testamento. in vltima. ff. de leg. iij. & hoc fauore nuptiarum, propter affectionem personarum, vt dicit text. in dict. l. Caius Seius. & pro hoc bonus text. in l. ex facto. §. fina. ff. ad Trebellia. vbi conditio, si sine hærede decesserit, intelligitur de liberis prius sensisse: quod inducit ibi glo. in argumen. ad quæ. de feudo alicui concesso, & eius hæredibus, quod de filiis videatur intellectum. & melior text. in l. generaliter. §. j. C. de instit. & substit. sub cond. factis. in quo dicitur, si pater grauauerit filium restituere post mortem suam, nulla etiam liberorum ex huiusmodi procreandorum adiectione habita, optimo intellectu interpretandum est, & intelligendum non esse verisimile patrem (si de nepotibus cogitauerit) talem fecisse substitutionem, vt dicit text. & hoc ne videatur testator alienas successiones præpriis anteponere. l. cum acutissimi ingenij. C. de fideicommiss. & l. cum auus ff. de condit. & demonstra. Et ita voluisset & ordinasset dictus Gulielmus si de hoc interrogatus fuisset: ideo seruandum, vt dicit glos. in l. tale pactum. §. pater qui dotem promisit. in fi. ff. de pactis. Quinimo sic voluit, & expressè intellexit, vt de eius expressa voluntate per contractum matrimonij apparet, in quo in duobus aliis locis de ipsis liberis fecit mentionem: prout demonstrani ex tenore etiam testamenti, quæ causa breuitatis non refero. Et sic per hanc disponendi licentiam de bonis sibi relictis, non videtur in præiudicium liberorum consuluisse, vt tenet Cumanus consil. cxxv. & Fulg. consil. lxiij. incipien. Blasius, consil. cccj. volum. iij. & Socin. consil. xxiij. inchoan. circa prædictam consultationem. versi. verùm prædictis non obstantibus arbitror. volum. j. & Bertran. consil. cccviij & cccvj. quoniam non debet radicitus ad literam, sed ad sensum fieri interpretatio, quæ præfertur l. iij. C. de liber. præter. vt inquit Apostolus, litera occidit, spiritus viuificat. Ideo longè melius est sensum quàm verba amplecti, l. iij. §. conditio. ff. de adimen. lega. cum similib. per gl. ibi allega. Et ita tenet de Ripa. in l. fœmina, nu. xx. C. de secund. nup. per quod est dare responsum ad c. vnum, de feu. nõ haben. nat. feudi. quod virtute dictę clausulę, & quibus voluerit &c. potuit in alium transferri, scilicet, non existentibus liberis: quia talis est natura feudi non habẽtis naturam veri feudi, quod alienari possit in quemcunque etiam irrequisito domino. † Et sic sunt omnia feuda regni Franciæ, quæ de consue. sunt redacta ad instar patrimoniorum, quo ad ius disponendi tam inter viuos quàm in vltima voluntate, vt dicit Ioan. Fabr. inSti. de contrah. emptio. in princi. & in auth. ingressi. versi. quid si vasallus. C. de sacrosanct. eccl. cum aliis per nos alleg. in §. j. de cõsuet. feud. lib. consuet. Biturig. non tamen per hanc facultatem à consue. concessam, potest pater priuare filios feudo in totum, quin suam habeant legitimam, licet æqualiter in eodem feudo tam filij primi quàm secundi matrimonij succedere debeant. c. primo. §. & quia vidimus. qui feud. dare possunt. & in c. j. in princ. de succe. feu. & ibi tenent Doctor. & Iac. de sanct. Georg. in tracta. feu. gl. quæ. fi. nisi sit consuetudo contraria aliud disponens. Et idem in allodialibus bonis, de quibus potest disponere relicta legitima. l. j. & per totum. C. de inof. dona. authen. nouissima. C. de inoffic. testamen. Et ita conclusum fuit in prædicta causa dominæ de Voisins.

1 2 3 4 5

SVMMÆ.

1 *Mulier qua viro donauit omnes acquestus præsentes & futuros, an intelligatur constanti illo matrimonio factos.*

2 *Filij primi matrimonij, an habeant partem lucrorum tempore secundi matrimonij factorum.*

Quæstio CCIII.

Sed quid si mater, quæ donauerit primo suo marito existente communi filio omnia bona sua mobilia, & alia constante matrimonio acquisita (quæ vocantur quæstus) præsentia & futura, ac tertiam etiam partem antiquorum hæreditagiorum suorum iuxta, & secundum consuetudinem Xantonien. iterum donauit secundo viro ex quo susceperat etiam liberos, omnia prædicta bona & acquisita, à quo secundo patre filius primi matrimonij virtute donationis eius patri factæ petit medietatem bonorum mobilium & conquæstuum, etiam durante isto secundo matrimonio acquisitorum: qui pater virque secundus consensit, quòd conquæstus accipiat factos durante primo, & non secundo matrimonio. Quid iuris, an bene dicat?

DECISIO CCIII.

VT † videtur quo ad bona mobilia & conquęstus in primo matrimonio factos cum tertia parte bonorum immobilium esse & spectare filiis eiusdem matrimonij, & in hoc non est dubium: quia donatio valuit cum primo facta: tum illa lucra etiam ex consuetudine prouenientia per transitum ad secunda vota perdidit, vt infrà dicam. Et licet bona mobilia & conquæstus constante secundo matrimonio acquisiti, deberent de iure spectare & remanere liberis secundi matrimonij, vt vnicuique acquisita in matrimonio, in quo natus est tradantur, l. quæcunque. C. de bonis quæ liberis. ibi, eo videlicet obseruando. cum versicu. omnibus autem. vbi glos. in verbo, ex eodem matrimonio, ex quo lucrum peruenit ad filios, & in l. cum aliis sanctionibus. C. de secun. nupt. & ibi Bal. ver. no. ex ista lege, & no. in l. fœminæ. cum authen. in donatione. & l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nup. Et vtrobique per Bal. & Sali. cod. tit. & Bald. in l. fi. C. de bonis maternis. vbi vide, quomodo filij vtriusque matrimonij succedere debeant. & in consil. clxxxiij. exordien. filia primi

1

matri-

Digitized by Google

matrimonij. vol.j. & per nos in quæſt. præceden. in fin. & in §.ij. de teſta. lib. conſue. Bitur. Et eſt bona ratio, quatenus in omni pace inter ſe ſucceſſio eius permaneat, ne altercationis cuiuſdam, maximè inter fratres, oriatur occaſio, l. cùm oportet. §. fin autem res. in fin. C. de bo. quę lib. Tamen non quò ad tertiam partem hæreditagiorum antiquorum iam donatorum. & hoc de conſue. Xantonien. vt patet per text. illius, de qua facit mentionem Ioan. Fab. in §. alteri. verſ. gloſ. ſoluit. Inſti. de inutilibus ſtipulationib. quam dicit etiam ſeruari in partibus Angoliſmen. & vt dixi lib. conſuetu. Biturig. titu. de conſuet. matrimo. § primo. ver. ſed quid ſi maritus. per quam non poteſt quis vltra tertiam partem hæreditagiorum relinquere. & ſic decidit hanc quæſtionem, ſcilicet, prædictam ſecundam donationem non valere in præiudicium primæ, & filiorum primi matrimonij: quia duæ tertiæ partes debent ipſis liberis, vel aliis proximioribus remanere ſaluæ & integræ: aliàs circa conquæſtus vnum ſequeretur abſurdum, filium primi matrimonij in bonis induſtria & labore ſecundi viri acquiſitis partem & portionem mediam habere & conſequi, & virum prædictum ſuas fortunas ad alios tranſlatas videntem lugere: & cum planctu (non ſine cauſa) dolere, l. ſi. C. de præſcr. xxx. annor. & l. lex quæ tutores. §. nec verò domum. C. de admin. tut. d. l. cùm oportet. in prin. ibi, & filij non lugebunt quæ ex ſuis laboribus ſibi poſſeſſa ſunt ad alios transferenda aſpiciẽtes, vel ad extraneos, vel ad fratres ſuos, quod etiam grauius multis eſſe videtur, &c. Per quem tex. dicit gloſ. in authen. de trien. & ſemiſſe. §. & quod ſæpè nobis. & in verbo, adducunt, quod tanta generatur inuidia inter fratres propter diſparitatem portionum, quòd mallet frater extraneum habiturum quàm fratrem ſuum, cum aliis per Angel. allegatis. conſil. cccexciiij. inchoan. teſtator. ante finem. ver. ex prædictis quidem patet. Et quamuis prædicta videantur habere apparentiam non modicam, quòd filij ſecundi matrimonij debeant habere conquæſtus conſtante matrimonio ſecundo factos, tamen videtur poſſe reſponderi prædictis & huic ſecundo viro ſic ſua bona plangenti, eſſe ſibi imputandum, quare partagium & diuiſionem bonorum inter matrem & filium primi matrimonij fieri non fecit, cùm communitas & ſocietas primęua bonorum ad ipſum filium etiam ſoluto matrimonio ipſo iure tranſeat, l. actione. §. fin. cum l. ſequen. ff. pro ſocio. & dixi in §. ſecundo, in gloſ. verſic. Secunda clauſula. libro conſuetud. Biturig. de conſuetu. matrimonio. Et ſi hic triſtis ad id reſpondere conetur, ſe firmiter credere iure prædicto conſuetudinario tutum fore, & ignoraſſe donationem per ſuam vxorem eius primo viro factam, & per conſequens eſſe deceptum: quia curare debebat cautius negotiari, cum lucra etiam ex conſuetudine alteri coniugum prouenientia quò ad proprietatem filiis primi matrimonij reſeruari debeant, vt tenet Ioan. Fab. & Doct. in dicta authent. in donatione. vt ſuprà in præcedenti quæſtione dictum eſt. quod eſt contra ipſum retorquendum. Tum etiam prima donatio facta primo viro fuerat morte ipſius confirmata, l. fina. C. de donationibus inter virum & vxorem. Ergo ante diuiſionem bonorum, remanſit ſemper communitas bonorum, ex quibus ſecundus vir longo mercatus eſt tempore, ac negotiatus, & lucratus fortè fuit conquæſtus, & maiores quàm feciſſet, ſi ante matrimonium ſuum & donationem ſibi factam tradi feciſſet partem & portionem bonorum filio primi matrimonij: quamuis allegaſſet ipſam ſecundam donationem conquæſtum & bonorum mobilium durante eorum matrimonio acquiſitorum etiam extantibus liberis primi matrimonij, de conſuetudine in comitatu Xantonienſ. ſemper (vt prætendebat) obſeruata, fieri potuiſſe, & ipſam conſuetudinem diu obſeruatam fuiſſe, & ſic interpretatam probaturum ſe obtuliſſet: tamen non erat admiſſibilis, niſi ipſe fuiſſet pro liberis ex eodem matrimonio naſcituris ſtipulatus: vt dixi ſuprà quæſt. cc. inchoan. Sed quid ſi mulier ſecundò nubens. Adhuc etiam facit pro illo ſecundo vnum quod non videtur modicum, quòd bona donata tradi filio primi matrimonij ante mortem matris non debebant, cùm tàm in contractu donationis primæ ipſa quidem mater retinuiſſet ſibi in illis bonis donatis vſumfructum, ſine cuius reſeruatione ſibi de iure ſpectabat, d. l. fœminæ. §. fin. & dict. authen. in donatione. vt latius in aliis præcedentibus q. exaratum eſt: ex quibus bonis & vſufructu illorum lucrari poterat, d. l. cùm oportet. §. non autem. ibi, & ſi quis ex vſu. & de illis lucris ex vſufructu prouenientibus diſponere ad libitum, etiam profectò in extraneos, vt ibi dicitur: quoniam de illis in prima donatione cùm fuerat cogitatum, nec cogitari poterat, quia primum virum ante eam morituram non credebat: ſed potius viſo donationis tenore cum filio ſuo permanſuram, & ſic cum ſecundo viro non contracturam. Quare de iſtis ſecundis lucris ſeu conquæſtibus ex vſufructu, & eius induſtria prouenientibus (cùm de primis iam diſpoſuiſſet) potuit tam de conſuetudine prædicta Xanton. quàm de iure donare, vt volunt domini de Rota, deciſi. dcccxlij. aliàs deciſio. xij. de conſuet. incip. conſuetudo. in antiq. cum aliis ſuprà in præced. quæſtio. allegatis. Igitur filij ex vtroque matrimonio & eadem matre nati, & ſic fratres vterini ſuccedere debent in conquæſtibus prouenientibus durante matrimonio, in quo procreati fuerunt: & hoc ſi prius diuiſio bonorum facta fuiſſet, vt dictum eſt. † Aliàs filij primi matri- 3
monij ratione communionis & ſocietatis debent de iſtis ſecundis conquæſtibus habere eorum partem, & æqualiter inter omnes diuidere omnia bona mobilia & conquæſtus tam in primo quàm ſecundo matrimonio factos. Et in hanc ſententiam inclinaui, nihilominus cùm proceſſus ſuper hoc fuiſſet in magna camer. diuiſus, & partitus, fuit tamen in camera Tornellæ diſpartitus. Et factum illud vſus interpretationis conſuetudinis iam per nos in ſcriptis redactæ fuit ad probandum receptum in cauſa de Chauuin in curia procuratoris contra noſtram opinion. Nam conſuetudo aut ſtatutum permittens patrem vel matrem poſſe diſponere, aut donare bona mobilia, & conquæſtus, & tertiam partem hæreditagiorum antiquorum, intelligitur de primis nuptiis, hoc eſt durante primo matrimonio, l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignific. Et ſi conſuetudo prædicta permittat tranſeunti ad ſecunda vota poſſe donare ſecundo viro, aut ſecundæ vxori, intelligi debet non ſtantibus liberis primi matrimonij: & ſi adhuc conſuetudo ſe extendat, vt etiam poſſit donare liberis ſtantibus, requiritur, quòd expreſsè & nominatim dicat poſſe donare, etiam exiſtentibus liberis, prout hic, & in caſu des Philippons de Caunaco in Xantonia, contra magiſtrum Ioann. Dayrerat allegata fuit. Aut dicat quòd omni vel quocunque poſſit donare, & ſic derogat iuri communi, l. hac edictali. & l.

fœminæ. suprà allegat. & Doctor. in authent. præterea.C.vnde vir & vxor.vt late dixi suprà quæstio. cxiij. exordien. Stante consuetudine ciuitatis Burdegalæ.Aliter non valet prædicta consuetudo contra ius commune, nec tunc extendi nec ampliari potest,l.quod non ratione. & ibi Doct. ff.de legib. & in l.de quibus.cod.tit.& Bald.in l.ij.C.de patrib. qui filios distra.& per Docto.in ca.fin.& ibi singu. Rochus Curtius. versic. Secunda est conclusio. de consue.nisi expressè,per verba generalia,vt dictum est, derogetur illi legi, hac edictali. vel l.fœminæ. Et signanter in præiudicium filiorum, quibus iam de iure fuerat ius acquisitum:vt voluit Felin.in cap. auditis. de præscript. & Rochus vbi suprà versi. limitatur tamen primo conclusio ista,quam ex priori etiam donatione per matrem facta in casu prædicti Chauuin. Tamen illa consuetudo similiter per dictos les Philippons contra dictum Dayrerat allegata non fuit plenè probata,quinimo magis cõtrà, ex quo curia in qua eramus xv. nullum habuit respectum, & dictus Chauuin timens non posse illam probare,appunctauit,& latum arestum contra prædictos les Philippons,die vij.Septembris,Anno 1537. Et si aliquando contingit ferri sententiam pro consuetudine, prout videbantur por testes vtriusque partis diuersæ latæ sententiæ, tunc ex illis sententiis non inducitur aliqua consuetudo, l.quæsitum. §. si quis eodem. & ibi per illum text. tenet Alber.ff.de fundo instru.leg.& latius per eum & alios in d.l.de quibus.

SVMMÆ.

1 *Primogenitus quis.*
2 *Pactum quod hæreditas futura sit primogeniti, an in matrimonio valeat.& nu.3.& 31.*
4 *Miles potest hæreditatem donare.*
5 *Hæreditatem si det pater filiæ nubenti an valeat.*
6 *Pactum futuræ successionis valet in feudis.*
7 *Feudi alienationi an intervenire oporteat domini authoritatem.*
8 *Pactum etiam iuratum non tantum operatur, quantum consuetudo vel statutum.& nu.9.*
10 *Testãdi libertas est favorabilior,quàm causa dotis.*
11 *Dos & vltima voluntas æquiparentur.*
12 *Legitima potest statuto vel consuetudine minui,sed non in totum tolli.*
13 *Legitima quando de corporibus hæreditariis, & quando de pecunia soluatur.& nu.14.*
15 *Pactum de successione inter milites quando non valeat.*
16 *Pactum de futura successione reciprocum inter fratres,licet valeat,est tamen reuocabile.*
17 *Iuramento contrauenienti licet sit periurium,valet tamen actus.*
18 *Iuramentum contra bonos mores non obligat.*
19 *Codicillos quis potest mutare, etiam si oppositum promiserit.*
20 *Iuramentum potest renocare qui consensit pacto futuræ successionis.*
21 *Iuramentum intelligitur rebus sic perseuerantibus.*
22 *Pactum quod primogenitus succedat etiam iuratum,est reuocabile in casibus.32.*
23 *Soror vnde dicatur.*
24 *Iurans sumere gradum Bononiæ. qui alibi sumat, an licitè possit.*
25 *Iuramento ex nouæ causæ contrahitur. & num. 26. & 27.*
28 *Pater non obstante pacto vel consuetudine de successione primogeniti, potest aliis filiis castra quædam legare.*
29 *Ducatus, marchionatus, & aliæ similes dignitates licet sint indiuisibiles, tamen loca in eis contenta possunt diuidi.*
32 *Filij secundi matrimonij quando succedant etiam stante pacto pro filiis primi matrimonij.*
33 *Filio primogenito in contractu matrimonij facto hærede,an possit postea aliis substitui.*
34 *Primogenitus quando in regno non succedat.*
35 *Cæcus potest succedere in iurisdictione, licet ei de nouo nequeat conferri.*
36 *Pactum in contractu matrimonij quomodo bona primogenito detur, non intelligitur de bonis acquirendis.*
37 *Donatio bonorum an reseruet vsumfructum,& quid de præsentibus & futuris.*
40 *Primogenitus qui secundogenito renuntiauit,an ei mortuo recuperet ius primogenituræ.*
41 *Hæredis loco succedens an teneatur soluere debita.*
42 *Imperator an teneatur ad debita sui prædecessoris.*
43 *Donatarius an satisfaciat creditoribus donatoris.*
44 *Legitima retenta an possit hæreditas repudiari.*
45 *Iurisdictionis successor an sit vniuersalis.*
46 *Disponere verbum propriè intelligitur in vltima voluntate.*
47 *Executores habentur loco hæredum.*
48 *Prælatus an teneatur ad sui prædecessoris debita, & fructus malè perceptos.*
49 *Debita clerici translati an soluat,qui in eius locum subrogatur.*
50 *Prælato condemnato & in aliam dignitatem translato in cuius fructibus fiat executio.*

Quæstio CCIIII.

Quæritur, vtrum valeat pactum in contractu matrimonij nobilium initum, quod primogenitus succedat, & sit hæres. Secundò an pater possit postea in testamento grauare primogenitum fideicommisso de restituendo aliis suis fratribus, si decedat sine mas. ulis &c. Et si primogenitus non habet masculos,sed tantùm filias,an sit substitutioni locus,&c.

DECISIO CCIIII.

PRAESVPPONO † quòd ordo liberorum quadripartitus est.Primogenitus,ante quem nullus est: de quo in Euangelio Matthæi.Peperit filium primogenitũ. & no. xxvij.quæst.ij.in fine vnigenitus, post quem nullus sequitur. capit. Ioseph. de verbo. significa. Medius inter omnes. Nouissimus, post omnes. Idem & minimus. Ita Albericus in diction. suo. in litera, Filij hominum dentes eorum. † Prædictas duas quæstiones reperio fuisse disputatas per Ægidium de Bellamera, in consilio xvij. incipien. contrahens matrimonium cum Berta, dedit omnia bona sua præsentia & futura filio primogenito ex prædicto matrimonio nascituro, notario pro prædicto filio stipulante, reseruato sibi vsufructu, & legitimis filiorum. Et quod ipse dabat donatione mera & simplici,quę dicitur inter viuos:& hoc donabat iure feudi ad morganaticam contracti:& ista donatio fuit iurata, insinuata,& iudicis decreto valata.vbi arguit ad vtrãque partem,sed finaliter concludit dictam donationem & pactum non valere, maximè

1

2

maximè quò ad bona futura. & gl.pragm.ſanctio. in titu.de ſublatis clericorum literis.in verb.cuicũque. † Et ſimiliter comperio dominum Stephanũ Aufre.in deciſi.capellæ Tholo.quęſt.ccccl.ſequen. hanc quæſtionem mouentem, & ad ambas partes amplè arg.entem multum,& in vtraque quæſt.cõcludentem tale pactum de iure communi non valere : tamen de conſuetudine generali tale pactum inter nobiles regni ſeruari , & quod primogenitus non poſſit grauari fideicommiſſo:quæ conſuetudo eſt ſequenda, in l.ſi de interpretatione. ff. de legib. aſſerens areſta quàm plura pro hac parte fuiſſe per curiam Parlamenti Tholoſæ lata. Et hanc partem multis etiam corroborat iuribus, & argumentis, vt ibi per eſi licet dicat ſæpenumero ſe conſuluiſſe & tenuiſſe contrarium. Et pro hac ſua opinione facit quod dicit Iacobus de Bellouiſu in procem. feud. in decima diuiſione.verſic.fallit in his quæ vtuntur iure Francorum,&c. quod feudum de conſuetudine tranſit ad primogenitum , quam in regno Franciæ , Siciliæ , & Angliæ ſeruari dicit. & idem dixit Albericus in procem ff. §.diſcipuli. verſic. ſed quia in partibus vltramontanis. Et probatur , quia non minori aliquando vtitur priuilegio mulier in dote,quàm miles in teſtando , vt habetur notabi. in l. 4 dotalem fundum.ff.de teſtamento militari.† Et tamen fauore militiæ valet donatio hæreditatis collata poſt mortem , etiam quando miles donauit tanquam hæreditatem. l.licet inter priuatos. C. de pactis. Ergo debet valere multo magis fauore matrimonij & dotis. Et in hanc partem inclinare videtur Bald.nouel.in ſuo tracta.de dote.in vj. parte. 5 in xliij. priuileg. verſ. † Sed pone quod pater non habens niſi vnicam filiam , & vt eam bene collocaret , dicit quod habeat hæreditates ſuas poſt eius mortem , &c. vbi dicit valere , ſi expreſsè non apparet quòd tanquam propriam hæreditatem donauerit, ſed aliàs voluerit bona ſua concedere poſt mortem ſuam : per notata in l. fina. C. de pactis. Sed ſi voluit quod haberet ius hæreditarium, & eſſet hæres , quòd non valeat : ergo hic non valeret, cùm expreſsè de intẽtione partium, & inſtitutione hæredis appareat.Et ego tenui aliàs non valere tale pactum inter paganos ſeu priuatos,in §. fina.in vlt. quæſt.de conſuet.matri.lib.conſuẽt. Biturig.tamen eſt clarum inter nobiles. Remitto me ibi , in addi. ad d.deciſio.Capellæ,& ad notata per Bald.in c.j.§. filij.ſi de feud.fuerit controu. & ad per nos dicta in §.ij.de teſtamentis eodem lib.conſuetud. vbi tenui valere conſuetudinem Franciæ , quòd primogenitus habeat annagium ſeu dominium loci principalis patris,ſecundum Io.Fab.in §.cęterum.inſtitu.de legit. agnat. ſucceſ. cum aliis ibi allega. & iſtud eſt multum rationabile. Et etiam dixi valere conſuetudinem certorum locorum , quòd filij primi matrimonij ſuccedant vel habeant hæreditagia , vt eſt 6 in loco de Lorri.† Sed quòd valeat pactum in feudis , tenet Ioan. Fab. in dict. l. fin. C.de pactis.per text.in cap. j. de filiis natis ex matrimo. ad morga. contracto. vbi textus loquitur de nobilibus. Sed ibi ſecundùm Bald. loquitur gratia exempli , quia virtus illius capituli ſtat in conſuetudine generali, vt patet in fine capituli. Et idem dicit Cardi. Alex. ibi. quod ille textus habet locum etiam in non nobilibus.Et hodiernis temporibus ignobiles habentes aliqua bona, & accipientes vxores etiam nobiles faciunt talia pacta,vt dicam.Et tũc donare poſſunt tali vxori,l.ſi voluntate. & ibi gloſ. Bart.Salic. C.de dotis promiſſione. & Socinus in l. j. ff. ſoluto matrimonio. & de hoc aliàs dixi libr.conſuetudin. Biturig. titu.de conſuetud.matrimon. §.j. verſic. & maxime cum aliis ibi,& in additione allega. niſi ſit conſuetudo loquens etiam de nobilibus , prout eſt apud linguam Occitanam , & totam Aquitaniam, vt voluit dominus Aufre. ſuprà. & per textum in dict.ca.primo.§.mulier.& § filij.vbi Baldus, quem ibi ſequitur Cardinalis Alexander. dicit conſuetudinem habere aliquod motiuum æquitatis , ſcilicet propter fauorem & honorem matrimonij:quia ſub tali conditione nobiles & ignobiles inueniunt nobiliores , per quos nobilitas creſcit : vt ſi marchio qui tenet feudum ab Imperatore accipit filiam eiuſdem , quæ ei non nuberet , niſi hac conditione, quòd filij ſuccedant, & non alij : & ſic voluit quòd ille textus licet loquatur de pacto facto ad excludendum liberos ſecundi matrimonij , habet etiam locum quando eſt factum pro excludendo filios ex eodem matrimonio : vel quando etiam ſimpliciter eſt factum. & pro hoc Bald. & Cardinalis Alexander in dict.cap.j.de filiis natis ex matrim. ad morg. adducunt argumentum de ſucceſſione regni Siciliæ,quòd ex pacto defertur primogenito , quod ſecundogenitus non ſuccedat etiam primogenito ſine hærede mortuo. Nam de primogenito loquitur pactum , & non de ſecundogenito. Ideo mortuo primogenito ſine hærede,ad Papam deuoluetur,& aperietur feudum. Ergo videtur , quòd pater non potuit venire contra pactum , & facere quod bona ſua veniant ad ſecundogenitum , ſi primogenitus ſine hærede maſculo decederet , ſecundum ipſos, etiam Aluarotus in dicto §.filij.tamen fuit intentio contrahentium in contrarium. Et ſic ſe habet conſuetudo in hoc regno : vt ex infrà dicendis apparebit. Super hoc dubio ortæ fuerunt contentiones & lites. Nam Marchio Mantuæ tradidit nuptui vnam filiam filio Marchionis Ferrariæ cum hac conditione,quod primus filius ſuccedat in Marchionatu, & non alij de alio matrimonio:quia aliàs ei dictam filiam non tradidiſſet : euenit , quod ipſe Marchio Ferrarienſis accepit in vxorem Marchioniſſam Salutiarum,cum pacto & conditione , vt filij oriundi non ſuccedant in Marchionatu ſuo Ferrariæ:in qua videtur concludere valere pactum exiſtente conſuetudine , ſed ceſſante tali conſuetudine non valeat.Et idem dicit Albericus de Rege Arragonum, in l.fina.poſt principium.C.de donationi.inter vir. & vxo.& in §.diſcipuli. verſi. & prædictis ſubiicio. in procem.ff.& in j.parte ſtatutorum,q. cxliij. & pro eodem facto conſuluit Oldrad.conſi.xcv.inchoan. ex forma iſtius ſtatuti , & Abbas Siculus conſil. iij. verſicul. vltra quæſita. & Anton. Corſe.in tractatu de poteſtate Regia.quæſtio.lxxv.vt j. dicam.& Decius conſil.ccccclxxxiij.nume.iiij. cum pluribus ſequen. & aliis per eum allega. idem tenet Iacob. de ſancto Georgio in tracta. ſuo feudo.in gloſ.& vnus ex dictis vaſallis &c.per tex.in l. ſi quando.§.j.C.de inoffic.teſta.& l.fin.de ſuis & legitim. quia ſi ceſſat conſuetudo,non poteſt præcipuè in feudo antiquo pater prouidere in præiudicium filiorum naſciturorum.quoniam omnes tam primi , quàm ſecundi matrimonij ſuccedunt ęqualiter,nec valet prouiſio paterna in contrarium.cap.j.§.& quia vidimus. qui feudum dare poſſunt.& c.j in prin.de ſucceſ.feu. & c.j.de gradi.ſucceſ.& c.j. de nat.ſucceſ.feud.niſi dominus feudi cõſenſiſſet, tunc propter authoritatem domini interpoſitam valeret,vt notat Bald.in conſil.cxxxiij.verſic.ſed in feudis. vol.iij.per tex.in d.c. j.de filiis natis ex matr.ad morg.& in conſi.ccclxix.

versic.sequitur itaque tertium dubium.cod.lib.quę consilia allegauit Aufre. pro sua opinione, quæ tamen potius faciunt contra. † Tamen de generali
7 consuetudine Franciæ in alienatione, aut alia feudi dispositione non requiritur domini authoritas, vt infrà dicam.Et istam partem sequuti sunt Bart.Bal. Ludouic.de Roma. Alexand. & Ias.in l.pactum.C. de collatio.tenentes contra gl.ibi,quæ voluit,quòd non valeat pactum factum ab vxore cum marito, ne liberi ex eo nati succedant: imò valeat tale pactum,si est talis consuetudo,etiam sine iuramento, præcipuè in feudo,per textum in cap. j. de filiis natis ex matrimonio ad morg.contract.in dicto c.j. §. filij.& idem Paul.de Castro in d.l. pactum.in versi. in glo.ibi, l. imperialem. Et hoc potest secundùm eum contingere, cùm aliquis nobilis habeat liberos ex prima vxore nobili,& in senectute contrahit matrimonium cum ignobili, & non velit quòd liberi ex sua succedant cum primis. Nam videtur hoc tolerandum de consuetudine, si apparet eam esse in loco. Sed ipsi loquuntur in pacto de non succedendo, quod potest de consuetudine approbari: sed nos loquimur in pacto de succedendo,& alios à bonis priuando. Et ideo dicit Bald.in dicto c.filij. quòd ille textus habet locum in feudo tantum,& non in emphyteusi, & alijs bonis propriis ruralibus. Sed contrà videtur tale pactum non habere locum etiam in feudo, cùm in hoc Regno Franciæ feuda sint redacta ad instar patrimoniorum, quò ad ius succedendi, vendendi, & transferendi sine authoritate & consensu domini, vt dicit Ioannes Fab.authentica ingressi. C.de sacrosanctis ecclesiis, & instit. de emptione & vendition. super quo se fundat Bellamera in dicto consil. xvij. de quo plenè dixi in §.j. & ij.de consuet. feudorum.& in quæstio.de custo.clauium portarum.& Alberic. de Rosa. in l.fin. versic. in partibus vltramontanis. C.de iurisd. omn.iudicum.igitur &c. Sed responderi potest, quòd potest habere locum tale pactũ, stante consuetudine & permittente tam in feudo, quàm aliis bonis allodialibus: quia in illis allodialibus pater emancipare potest liberos, & dare vni omnia bona sua,salua tantùm legitima filiis, l. j. & ij.& l.si totas.& l.si liqueat. C.de inoffic.donation. ita expressè tenet Aluar.in d.c.j. §. filij. & Iacob.de sancto Georgio,vbi suprà in vltima quæst. Et pro opinione prædicta facit secundum Ias. in l. pactum quod dotali.in iiij.limitatione. C. de pactis. argumentum, quod fuit primo domini Alexandri, ibi, scilicet sicut lex scripta voluit pactum de succedẽdo valere inter milites, l.licet inter priuatos. C. de pact. ita potest consuetudo vel statutum inter priuatos hoc introducere fauore matrimonij, vel no-
8 bilitatis. † Quia plus operaretur consuetudo vel statutum quàm pactum iuratum, quia pactum de succedendo non firmatur iuramento, vt in regula non est obligatorium. & quæ ibi dixi in additio.ad Din.de regulis iuris libro vj. & omnes in iurib. suprà allegatis. sed bene consuetudine vel statuto. Et in hanc partem videtur inclinare Bartholomæus Socin.in d.l.pactum. C. de pactis. & Guido Pap.in quæst.cclxij. allegat text.in l.diui.in princip.versic. pactis quæ matrimonij tempore. C. de naturalibus liber. & ita dicit fuisse iudicatum in curia Parlamenti Delphinatus. & idem in quæst. ccccev. cum sequenti. & in singulari suo cccccxxiij. & Martinus Laudensis in tractatu suo de primogenitura, versi. quæro an valeat consuetudo, quod primogenitus succedat, siue loquamur in regno & aliis dignitatibus indiuisibilibus, & in istis non est dubium, quia illa non diuiduntur secundum omnes in capitu.j.§. præterea ducatus. de prohibita feudi alienatione per Federicum. de cuius intellectu infrà dicam.& tenet Bald. in consil.cxlij.incipien. quod pro regula.volum.j. & Ange.in consil. cclxxxvij.incipiente, pro clariori decisione. ver. viso de allodio. Accedat text.in c.licet.& quæ no.ibi Abb. Sicu.de regu. vbi Abb. adducit illud dictum beati Bernardi in hac materia singulare in epistola de cura & regimine rei familiaris.in fine. Siue etiam loquamur in hæreditariis & patrimonialibus tantum, de istis poterit pater prouidere aliis.& idem tenet Masuer. in tit. de societate. versic. item licet institutio testamentaria. & idem in titu. de successio. ver. item quod dictum est de institutione testamentaria. Sed contrarium est verius,secundum Alex.& Ias.in d.l. pactum.& Doct.suprà in locis alleg.† quia quando 9
aliquid non potest fieri per pactum, quia sit contra bonos mores, illud non potest fieri per statutum, vel consuetudinem, aut legem, quæ debet esse sacrosancta & honesta.ca.erit autem lex j.distinctio. & dixi in terminis in §. vltimo. ver. sed quæro de quæstione,de consue.matrimo.lib.consue. sequendo Baldum in l.ij. C. quæ sit longa consuetudo. & Alex.in additio.Bal.in l.cum Archimedoram. C.vt in posses. lega. & opinionem istam contrariam tenet Ias. post Alexan. in l.stipulatio hoc modo concepta.in quinto & vltimo notabili.ff.de verb.obligatio. & Georgius Nat. in d. c. quamuis pactum. versic. fallit primò.† Quia fauorabilior est causa li- 10
beri arbitrij in testatore,quam sit causa dotis,vt tenet Bald.Salicet.& Ias.in d.l.pacta nouissima. C.de pactis.† Licet Bald.nouellus in tractatu suo de do- 11
te.in octaua parte.versic. xxix. priuilegium, &c. æquiparet fauorem dotis & vltimæ voluntatis,vt suprà dictum est. Et ideo istud facit prædictam conclusionem domini Aufre. & aliorum multum dubiam, & quòd tale pactum non valeat, ista vltima opinio videtur verior de iure, si pater aut mater pacisscentes ab eodem recesserint pacto, & mutauerint voluntatem grauando primogenitum de restituendo aliis eorum liberis, si sine masculis decederet,cùm sit vltima voluntas,vt voluit gl. vlt. in d.l. licet.quam ibi communiter tenent Doct.& ĵ.dicã. secus si in eadẽ voluntate pater permansisset,& decessisset ab intestato, tunc tale pactũ de succedẽdo videtur valere loco vltimę voluntatis patris.l.fi.C. fam.ercis.secundũ Alex.in d.l.pactũ. de pactis.versi. in tex.ibi,nec libertatem.& ibi Ias.in j.limitatione, quod tamen non valeret inter priuatos,d.l. licet in principio.vbi idem tenet Alex. qui pro hoc allegat tex. & Part.in l.tale.§.fi.ff.eodem, vbi dicit quod si quis in contractu appellat aliquem suum hęredem, videtur in eum iudicium suum conferre,& eum facere hæredem,quod dicit procedere in milite,vt d. l.hac cõsultissima.§.ex imperfecto.iuncta auth.hoc inter liberos.C.de testa.Et etiam ad pias causas,per c.fin.de succes.ab intesta.quæ tamen reprehendunt Ang.Pau.de Cast.& Iac.de sancto Georg.ibi,duab. rationib. Primo quia realiter & essentialiter actus contrahendi differt ab actu testandi. l.verba cõtraxerunt.ff.de verbo.signific.Secundò,quod iure non reperitur cautum,per actum inter viuos, quẽ posse fieri hæredem. talis enim conuentio est reprobata, d.l.fin.de pactis.& l.hæreditas. C.de pactis conuen. super dote.sed Alexan. ibi sequitur Bart.in istis tribus casibus.& Iason plenè,vt ibi,& in d. l. fin. vide per eos.& Alexand. in dict. l. licet. & istud videtur mihi

mihi verius. Sed iſtam communem ſententiam intelligerem, aliquo'aliis liberis dato pro naturali ſubſidio,iure debito filiis,vt voluit Cardinalis Alexander in d. c. j. §.filij.& Alex. conſilio xij. libr. v. quia filiæ dotantur,& dos loco legitimæ ſuccedit. l.ſancimus.C.de nupt.& l.quoniam nouella. C. de inoffic.teſta.§. maſculi non debent eſſe deterioris conditionis quàm fœminæ.l .in multis. ff. de ſtatu hominum,quem admodũ pater inſtituens vnũ relicta legitima abis,ſecundum numerum liberorum, quatuor.aut infrà,dant iura trientem,quinque aut ſex,ſeminſſem,&c. vt in authentic. nouiſſima. C. de
12 inoffi. teſtamen. cum ſimilibus. † quia licet ſtatutum vel conſuetudo valeat,per quod minuatur legitima filiorum, vt notat Din.in regul.indultum. & ibi plenè dixi in additio.de regulis iuris, & in d. §.ij.de teſtamentis.& amplè Bartholomæus Socinus in conſilio xxx.& in conſilio cl.volu.j. non tamẽ valet vt in totũ minuatur ſeu tollatur,&c.† Ideo
13 filii debent habere legitimam ex bonis & ſubſtantia defuncti patris,& non in pecunia,vt l.ſcimus.§. repletionem.& ibi Baldus,Salicetus, Paulus & Iaſon. C. de inofficioſo teſtamen. etiam profecto,ſi pater ei certam pecuniam pro ſua legitima legaſſet, vt tenet ibi Baldus, & communiter Doctores cõtra Salicetum.† Secus eſt in regno, Ducatu,
14 Marchionatu & Comitatu, ac ſimilibus dignitatem habentibus,vt c.j.§.j.de feudo Marchiæ,Duca. quia tunc legitima non debet de ipſis Regno,Ducatu vel Comitatu detrahi,ſed in pecunia ſolui,vt tenent Doctores in dicto §. præterea Ducatus.& tenet Petr. Iacobus de Aureliaco in ſua praxi,titu. de ſucceſſione Regni Franciæ. circa principium. in quæſtione,Sed quid dum deceſſit ille Carolus. & Guido Pap.in q.cccclxxvj.& q. cccclxxvij. tamẽ ſi Rex, vel Dux haberet alias Signorias tenetur in illis dare legitimam:ſed an hoc ſit verum ,infrà dicam,& filias in pecuniam dotare. Sed ſi pater in teſtamento inſtituit primogenitum,inſequendo pactũ in cõtractu matrimonij appoſitum,& vltra ſolum grauauit primogenitum,quod ſi decederet ſine maſculis,quòd hæreditas veniret ad alios filios maſculos ſuos.& ſic quaſi permanſit in eodem pacto,quod plerunque fit in ipſo pacto: quia licet tale pactum & conuentio regulariter non valeat de iure,niſi in militibus ſiue nobilibus, vt dictum eſt, tamen ſic in teſtamento inſtituendo primogenitum,facit ipſum pactum valere ſecundum Iaſonem in d.l.licet.verſic.vij.per illum text.& plenè in leg. cum donationis.C.de tranſactionibus.& ſic voluit quòd eius ſucceſſio non veniret ad fœminas,prout natura feudi requirit,in quo non ſuccedunt.ſed venit ad agnatos.c j.§.j Epiſcopũ vel Abbatem ,& c. j. §. filia. de ſucceſſio. feudorum. cum ſimilibus & plenè per Alexandrum in conſi.ix.libro v. & Ang. in conſi.cccxxj.& dixi in §.vij.& viij.de conſuetudi. feudorum.lib.conſuetudinum Bitur.niſi eſſet conſuetudo.c.ſignificauit,de reſcri.& c.dilecti, de arbitriis.prout etiam in hoc regno non ſeruatur, nec ſuccedit,nec habet anuagium,ſeu ius primogenituræ,ſtantibus maſculis etiam remotioribus,vt tenet Ioannes Fab.in d.§.cæterum.verſic. Et hanc materiam. vſque ad finem, inſtitution.de legitima agnatorum ſucceſſione.Et hoc probãt Doctor.quod licet tale pactum factum fauore matrimonij,dotis, & nobilitatis,conſuetudine approbante valeret,tamen non debet retorqueri in eorũ odium,l. quod fauore.C.de legibus.& in regula, quod fauore. de regu.iuris.lib.vj. quod ita eſſet ſi tales paciſcentes non poſſent contrauenire,hoc eſſet contra rationẽ quia pactum de ſuccedendo inter milites initum, valet fauore ipſorum militum in diſcrimine belli exiſtentium.d.l.licet.& idem ſi ſint in tentorio vel pergentes ad bellum,vt ibi per illũ text.voluit Docto.inſuper Alexand.& Iaſon.† Licet Georg.Nata. 15
in dicto c.quamuis pactum. verſi. ſecundo fallit in militibus teneat quod non valeat in tentorio.etenim poſſunt non obſtante tali pacto alios inſtituere hæredes.nec cogi poſſunt ad inſtituendum illos quibus per pactum promiſerant:quia auferrent liberã teſtãdi facultatem militibus.igitur ,&c. ſecus eſt in aliis armigeris,ſecundum Angel.in d.l. licet. ver.octauo per iſtum text.Et iſtud tenet ſingulariter Franciſc.de Curt.in conſil. feud.xv. ante fin.
†vbi concludit,quod dato & poſito quod pactum 16
de futura ſucceſſione reciprocum valeret inter fratres, tamen neceſſarium eſt fateri eſſe reuocabile,prout in caſu d.l.licet.quando conſtat de reuocatione.& idem Alua.in terminis,quem ſequitur Cardina. Alex.in d.§.filii in vltima qræſt.quod tales contrahentes poſſunt mutare voluntatem, per gl. ſingularem in §. ſi facta.in verb. dominium poſſeſſionẽ &c.eodẽ titu.quæ vult quod facta inueſtitura,& præſtito iuramẽto fidelitatis.poteſt dominus per contrarium conſenſum diſſoluere,vt vaſallus non teneretur ad dictam fidelitatem. Pro hoc facit tex.in c.j.de iurciu. vbi Papa poteſt remittere iuramentum,& tex.in ca.præterea.& ibi Abb.Sicu. de ſponſalib. & in ca. ſignificauit. de cenſibus.leg. fina.ff.qui & à quibus.& Barto.in leg. Labeo. ff.de iurciurando.Et quod iſtud pactum reuocari poſſit, tenet Roma.in conſi.clxxj.& in conſi.ccxcij. & pulchrè Alexan.in conſi.xxviij.verſ.item probatur per id quod habetur in l.licet.C. de pactis.& c.lib.iij.& Abbas Sicu.conſi.xlviij.vol.ij.vbi voluit, quòd pactum factum inter coniuges, vt bona perueniant ad ſuperuiuentem , cum conditione, quòd illud quod reſtaret poſt mortem vxoris peruenirent , & eſſet Angeli fratris mariti,quòd tale pactum & cõuentio non valet. & eſto ſine veritatis præiudicio quod valuiſſet, poteſt reuocari in præiudicium dicti Angeli : qui, vel eius hæres non poterit aliquid petere,vt ibi per eum,non obſtante etiam iu- 17
ramento.† Primò,quia actus geſtus contra iuramẽtum regulariter tenet,licet contraueniens ſit periurus,vt in c.ſicut.de ſponſal.not. Innoc.in c.dilecto de præbendis.& Ioann.And.in regula,quod ſemel placuit.de regu.iur. lib. vj. in mercuria. vbi dicit, quod ſi quis iurauit non mutare teſtamentum , tamen poteſt iuramento non obſtante illud mutare,licet incidat in periurium.† Secundò,quia ſecũ- 18
dum Abba.iuramentum,cùm ſit contra bonos mores,non habuit ligare iurantes,vt dicta regula,non eſt obligatorium quia aufert ſaltem indirectè liberam teſtamenti factionem,ſeu ſupremum iudiciũ, vt d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. Idem conſuluit Pau. de Caſt. eius conſi.clxxv.incipiente,ſuper primo puncto.vol.antiq.† vbi dicit quod quis 19
poteſt mutare codicillos,nõ obſtante promiſſione per eũ facta alicui præſenti,& acceptanti de ſoluendo & pagando legatum,quia illa promiſſio intelligitur ſecundum naturam legati ſuper quo facta fuit:& ſic habebat in ſe conditionem , ſcilicet ſi in eadem voluntate permanſerit.l.cum quis decedẽs. §.j.ff.de legatis iij.& expreſsè Bar. in l. legatum eſt donatio.circa finem.ff.de legat.ij. cum aliis per eũ allegatis.& idẽ ſingulariter Bald.in c.j.ſinautẽ.verſi. quæritur ſi faciens teſtamentum de pace iura-

mento firmanda. & conſuluit idē Pau.conſi. cccc-xxxix.vol.antiquo.incipiēte,non eſt dubiū quod ſi
20 iuramentum,&c.†vbi tenet,quod ille qui cōſenſe rat iuramento medio, duobus de hæreditate eiuſdem paciſcentibus,vt l.fina.C.de pactis.liberè poteſt reuocare tale pactum & conſenſum pręſtitum, per text.in d.l. finali. verſi.& vſque ad extremum, &c. & ibi omnes ita tenent. & Anchar. in conſil. cccciij.incip.viſo diligenter tenore donationis,&c. & Bald.conſi.cccIxix.incip.quædam puella.vol. iij. cum talis conſenſus non ſit obligatorius.ff.de condict.ob cau.l.ſi pecuniam.in princip.& l.iij.§.cum ibi idem notatis. eo.tit. Et reuocatione facta per iudicem eſt ſecundum ipſum Paulum, ac ſi nunquam iuramentum prælitum fuiſſet,leg.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff.de lega.j.& l.ſi quis in principio.
21 de legatis.iij.† Præterea(vt inquit)poſito quòd iuramentū valeret,& eſſet ſeruandum, tamen debet intelligi rebus ſic ſe habentibus, & ſic ſub conditione, ſi res perſeuerarent in eodem ſtatu. Talis enim conditio in iuramento ſubintelligitur, arg. l. cū quis in princ. ff. de ſolutio.l.ſi.qui ſatisd.cogan. vt not.glo.in c.ij.de reſcriptis.& in c. quemadmodum.de iureiurā.facit l. quod Seruius. & quod ibi
22 not.ff.de condi.ob cauſam. † Cum igitur tale pactum & conſēſus,quòd primogenitus ſuccedat, ſit de ſe mutabilis,certè in ipſo iuramento ſubintelligitur iſta conditio,ſi alter paciſcentium perſeuerauit in eodem conſenſu,per dicta iura ſuprà alleg. Cūm ergo conſenſus fuerit grauando primogenitum reuocatus,certè enim dictum iuramentum etiam ſi fuiſſet licitū,& de ſe validum, tamen nunc tanquam deficiente conditione,ſub qua factum eſſe cenſetur,non obligat l.fina.C.de nō num.pecunia.& idē Pau.de Caſt.in conſi.cccexl.inci. viſo pū cto & allegationibus ſupradictis,&c.poſt princip. volu.nouo.Et maximè in caſu præſenti,vbi inſtitutio de primo filio naſcituro in ipſo matrimonij cō tractu facta,quæ de iure tamen fieri poterat.l.hæreditas.C.de pactis conuentis.& l.j.de hęred.vel act. vendita.reuocari potuit iuribus ſuprà alleg.& fortè eum pater videns vel cogitans primogenitum habere,vel poſſe habere ſolum filios, & hæreditatem ad extraneas venire manus,& nomen agnationis perire ſine cauſa,cùm haberet tunc plures maſculos in quibus & per quos eius agnationem videbat ſeruandam,vt l.liberorum.& l.nepos.ff.de verbo.ſignificatio. & bonus text. in leg. cum filius. §. cum filia.ibi,nepoti meo plus tribuas in honorem nominis mei,&c.ff.de legatis ij.vbi gloſſ.dicit,quia vocabatur vt teſtator: quia fœminæ agnationes & familiam minimè conſeruant, cum ſint caput & finis familiæ ſuæ l. pronuntiatio.§.fina. ff. de verb. ſignificatio.& eo ipſo quod tradūtur nuptui tranſeunt in alienam familiam, vt l. cum in adoptiuis. C.de adopt. & not. gloſſ. in origine. de municipibus & orig.lib.x.& Bartholo.Socin.in dicto conſilio xxx.vo.j.vbi allegat Aulum Gellium de no-
23 ctibus Atticis, quod † ſoror appellata eſt, quod quaſi ſeorſum naſcitur, ſeparatúrque ab ea domo, in qua nata eſt,& in aliam familiam tranſgreditur. Et frater dictus eſt quaſi ferè alter, & verum dicit: quia ita reperi Aulum Gellium in c.x.lib.xiij. ſcribentem. Ideo mutare potuit & recedere à dicto pacto,quia quæ de nouo emergunt, non indigent auxilio.c.inſinuante.de offic.deleg. & l.de ætate.§. ex cauſa. ff. de interr.action. Ideo intelligitur illa conuentio ſtantibus terminis tunc vigentibus, & non mutatis. Et facit quòd multum eleganter dicit Anto.in c. cum inter de renuntiat. quòd † ſi 24
iuraui non accipere gradū niſi Bononiæ,& poſteà ſuperuenit peſtis aut guerra,ratione cuius commodè non poſſum accedere Bononiam,quod tunc nō obſtante illo iuramento licitè poſſum capere gradum alibi. Et idem voluit Bald.in d.c.debitores.de iureiuran.& Georg.Nata.in c.quamuis pactum.verſic.vlti.facit de pactis.lib.vj.facit quod voluit Hoſtienſ. in c.j.qui matrimo.accuſa. poſ. quod ſi maritus promiſit ſemper ſtare Bononiæ, deinde occidit hominem, quod non incidat in pœnam, ſi non ſtat cum vxore Bononiæ.Et idem voluit Cardinalis ibi per illum tex facit quod voluit Angelus in leg.diuus.ff.de peti.hęreditatis. ſtatuto cauetur. quod ſi quis in conſilio proponat imponi collectam, puniatur,quod intelligitur rebus ſic ſtantibus tunc temporis :quia ſi ſuperuenerit guerra,tūc poterit imponi collecta. Facit quod ſingulariter voluit Baldus in rubri. C. qui admitti ad bono.poſſeſſ.poſſunt.vbi dicit,† quodpoteſtas poterit recedere à ſtatuto iurato propter cauſam ſuperuenientem.allegat in argumen.textus valde ſingular. in l. ſi hominem.ff.mandati. Et facit quod voluit Bart. in prima conſtitutione Cod.§. quibus.vbi allegat dict.l.ſi hominem. & quod ipſe voluit in leg. ambitioſa.ff.de decret.ab ordine faciendis.& quod voluit Bal.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui notant. infami.& quæ dixi in tracta. de offic. lega. in Francia.in prima quæſtio.facit quod not.Barto. in l.ſi ſeruus.ff.de verbo.obligatio. † vbi ſi feci pa- 26
cem cum inimico,& promiſi ſub pœna illum non offendere, ſi poſtea propter ſua facinora eſt bannitus.& ex forma ſtatuti poteſt bannitus offendi, quòd tūc non obſtante illo pacto potero impunè illum offendere.voluit Angel. in l. iuriſgētium §. ſi paciſcar.ff.depact. Et ideo dicit Salicet. in dicta leg.fin.C.de pactis. & in l.pactumquod dotali. C. de colla.quem etiam refert & ſequitur Roma.in l. qui ſuperſtitis.ff.de acquirend.hæredi. † quod ſi fi- 27
lia renuntiauit cum iuramento hęreditati paternę, iuxta diſpoſitionem c.quamuis pactum.de pac.lib. vj.ex eo.quod pater habebat filios maſculos,decidunt quòd mortuis filiis maſculis.poterit illa filia venire ad hæreditatem paternam,non obſtante pacto iurato.Et ſic receditur ab illo pacto iurato.& idē voluit Bal.in conſi.xxxviij vol.j.& cō xx.vo.ij. & in conſi.lxx.verſic.& ſi dicatur. volumine iij.& domini de Rota Deciſio.dcccl. alitàs eſt deciſ. iiij. incip.vtrū filia dotata.de pact.in antiquis, quæ repetitur per Bernardū de Biſigneto in ſuis collectis Deciſio.tertia,cod.tit.de pac.& dixi in §.in additio. magna incipiente per quæ dico.de teſtamen. lib.conſuetud.Biturig Nam tacita pacta etiam valent in pactis dotalibus,& etiam profectò in donatione dotis valent tacitæ conuentiones, vt cadat interpretatio veriſimilis,& argumen.l. inter ſocerum,ff.de pact.dotalib.vnde veriſimile eſt ſecundum Docto. ſuprà allega. quòd contrahentes ita intellexerunt,quod ad filium primonatum,deinde ad alios maſculos: quia ſi nata fuiſſet primo filia, quod maſculus non potuiſſet ex tenore,ſiue verbis contractus & mente partium petere ſucceſſionem, ſeu ius primogenitæ, vt infrà dicam : per quæ ſatis eſt reſponſum ad primo adducta. † Quinimo vi- 28
detur quod pater non obſtante pacto matrimoniali,vel cōſuetudine in d.c.j.§.præterea ducatus.& d. c.licet de voto poſſit in teſtaméto ſuo,aut inter vivos legare & relinquere etiam cuilibet ex aliis ſuis filiis aliqua caſtra,& loca particularia, à dignitate

Comitatus,

Comitatus,Ducatus,vel Marchionatus dependentia, vt ſingulariter conſuluit Albe. de Roſ. & Raynerius de Forliuio, & plures alij, vt ipſe refert in dictionario ſuo, in verbo feudum.verſi.iuramentum.Ibi,quæro pulchram & ſubtilem quæſtionem quam vidi,&c. vbi dicit ita in facti contingentia inter Marchiones de Carrecto, ſeu Sauonenſes fratres, qui erant in numero tres, quibus pater in teſtamento prælegauerat plura caſtra, licet illa prælegata eſſent inæqualia: quæ dicit eſſe valida. Nam ille §.præterea ducatus,eſt (vt inquit) largè intelligendus,vt ſonat prima facie,cuius verba quę videntur mihi ſingularia in ſecunda col.poſita ſolum referam ad longum. verſic. licet fortè aliquibus nouum videretur,ad finem vſque,& præcedentia relinquam,licet multũ elegantiſſima ſint.† Ille enim dicit,quòd Ducatus,Marchionatus, & Comitatus ſunt indiuiſibiles,& ad vnum deueniunt,ſcilicet primogenitum, vt de iuribus.ſed directè aduertatur,illud capit licet & ille §. præterea ducatus,loquuntur & intelligi debent ſolum de ipſis dignitatibus & titulis dignitatum, non autem de particularibus bonis temporalibus earum, puta ciuitatibus,caſtris,locis & aliis immobilibus & mobilibus pertinentibus adipſas dignitates. illa enim bene ſunt diuiſibilia, nec de illis loquuntur dicta iura,quod patet: quia verba in eis poſita ſunt Regnum, Ducatus,Marchionatus,& Comitatus,quæ ſunt nomina dignitatum. l. à proconſulibus. & l.ſi quando.C. de appellationi. & C. de comitibus rei milita.& de comitibus & archiatris.lib.xij.& in lib. feud.quis dicatur Dux,Marchio,& Comes.& in c. fundamenta.§.proinde.& ibi per Io.And.ſuper verbo,Marchio. Vnde(vt Alb.inquit)confiteor dictas dignitates indiuiſibiles,& ad primogenitum tranſire:ſed res temporales diuidi non reperitur prohibitum:imo ſicut dixi, continuè diuiduntur. & pro hoc eodem facit c.ſi omnes filij.ſi de feud. controuer.fue.& quod not.ff.de vſufru.leg.ſi cuius.& hoc vide in ſumma feud.quibus modis feud.amit.§.domini tamen.aliàs incipit,ſed an diuidi.& §.ſequen. Nec obſtat gloſſ. ſecunda quæ eſt in leg. communi diuidundo.ff.communi diuidund. in princi. vbi in fine aſſumit argumentum,ſed non decidit.& intelligi debet cum diſtinctione prædicta. quam quidem gl.etiam reprobat ibi Albericus, quia regulariter feuda ſunt diuiſibilia,vt ſuprà dictum eſt. Et quod iſte ſit verus intellectus dict. §. præterea ducatus. cum concord. clarè ſentiebant dictus Raynutius de Forliuio, & plures alij Doctores qui allegauerunt in quæſtione prædicta.† Et ratio diuerſitatis, quare dignitates ſint indiuiſibiles, & bona temporalia earum diuiſibilia, reddi poteſt, quia ſi iuriſdictiones & ius perſonale dignitatis diuideretur in plures,plus grauarentur ſubditi: & hoc ſignanter dicitur in d.§. præterea ducatus.quod ſubditi plures dominos pro vno feudo habere non cõpelluntur, & quia commodius eſt exercere per vnum quàm plures.ff.de origi.iur. l.ſecunda. §. his legibus.& nouiſſime l.ſi plures.§.fin.ff. de adminiſtratio. tut. & ita per illa iura tenet Ial. conſilio cxxxvj.exordien.an Rex Romanorum. vo. ij. quod princeps poteſt primogenito ex pluribus fratribus adiudicare comitatum,& aliis dare fructus reditus.Et hoc etiam eſt in ſeruitutibus,& aliis iuribus incorporalibus,quæ in ſe ſunt indiuiſibilia, vt ff.de ſeruitu.ruſtic.prædio.l.ergo.& l. ſeq. & l. ruſticorum.§.primo. Et idem in iure patronatus, vt c.j.& ij.de iure patr.& no.per Goſr. in ſumma eo. ti.§.in ſumma notandum. Et tamẽ liberti recipiũt aſſignationem ſeu diuiſionẽ.ff.de aſſigna. liber. Et ex prædictis & aliis cõcludebãtur prælegata valere: ſed quæſtio nõ fuit terminata,quia partes concordauerunt ſe.hæc ille.Et ſimiliter magis amplè ponit Albe.hanc quæſtio.in l.fin.C. de dona.inter virum & vxorem.vbi poſt princi.quærit de quæſtione quæ multum fuit notata in Romana curia. Et idem facit in prima parte ſtatu.quæſtio.cxliiij.incì. de ſtatuto Regis, ſed non ita amplè ſicut in dicta leg.fin.& in prima conſtitu.§.diſcipuli.verſi. Et ex prædictis ſubiicio:quæ talis eſt: Rex Aragonum de liberato conſilio ſtatutum edidit, quod non liceret ſibi donare res immobiles regni, niſi in caſu vtilitatis & neceſſitatis regni,exceptis inclitis infantibus natis, quod ſtatutum iuramento firmauit, & ſolenni ſtipulatione promiſit (notario ſtipulanti nomine hæredum,& quorum intereſſe poſſet) inuiolabiliter obſeruare,& tunc habebat filium primogenitum qui ex conſuetudine,& pacto partium ſuccedere debebat in regno. Demum Rex ipſe ſecundo loco accepit filiam Regis Caſtellæ in vxorem, & ex ea liberos procreauit: & ipſi vxori ſecundę in contractu matrimonij, & filiis multa donauit. Ex quibus orta fuit quæſtio inter filium primogenitum ex prima vxore, & iſtam vxorem & eius filiũ:aſſerẽte primogenito iſtas donationes nõ valere: Regina autẽ contrarium aſſerente, & allegante etiam quandam ſententiam fore inter ipſam & Regem latam ſuper hoc quod dictæ donationes valebant,& pleniſſimè arguit.& finaliter idẽ tenet & dicit audiuiſſe dici pro Regina & filiis in curia Romana determinatũ fuiſſe.Et ſequitur Ial. in authen.res quę. verſi.pro qua facit quod in fortioribus terminis decidit Alber.C.comm.de lega. & l.ſi liusſami.§.diui.verſic.Secundo quærit Bart.ibi pro iſta opi.communi.ff.de leg. j. & vtrobique allegat Albe. in d. quæſt. cxlviij. & vide quæ dixi in quæſtio.cclv.inchoan. Quæritur an quis poſſit cogere. in fin.† Ex prædictis videtur dicendum tale pactũ valere ſi parentes in eadem migrauerint voluntate. Sed ſi ab ea receſſerint, aut alter eorum, tunc elicio quinque caſus,qui nobis videntur pro conſeruatione agnationis & armorum domus (quàm omnes etiam ignobiles cõſeruare optãt) iuſti & æqui ac rationabiles,in quibus paciſcentes potuerũt à tali recedere pacto. † Primus quando ex prædicto primo matrimonio extãt ſolũ filiæ, quo caſu poterit pater filios ex ſecũdo matrimonio procreatos,vel etiam ex fratre nepotes inſtituere hæredes, legitimã relinquẽdo filiabus, quæ de vſu feudorũ in feudis non ſuccedũt.d.c.j.§.filia.de ſucceſſ.feud. & præcipuè dignitatũ.d.§. præterea ducatus. quãuis de cõſuetu.Frãciæ in illis ſuccedãt,vt per Abb. Sicul.in d.c.ſignificauit.de reſcriptis.cum aliis per nos in §.vj.& vij.de conſuetud.Biturigũ & alibi ſæpè allegatis. Quinimo etiã ſi primogenitus vnam iam habuiſſet filiam viuentem, pater poſſet eidem filio,ſi abſque maſculis decederet, ſubſtituere,per ea quæ no.Io.Fab. in d. §. cæterum de legit. agna. ſucceſſ.volẽs tale pactum in cõtractu matrimonij, vt primogenitus ſuccedat,initum,nõ porrigi ad filias primogenitas,ſed filios maſculos etiam ſecundogenitos,qui(vt ipſe ait)præferũtur filiabus ante ſe genitis. Et idem profecto videtur ſi ex ſecundo nati ſunt matrimonio,pro quibus habendis ſecundum ſæpè contrahunt matrimonium. Et ſic ſe habet conſuet.ſecundũ Guid.Pap.in ſuo ſingul.cccexxij.inchoan.In contractu matrimonij.& in quæſt.

ccccccv.& latius in ſeq.q.ccccccvj. licet Pet. de Bellapertica in leg.pater.§.quindecim.ff.de leg.iij. velit contrarium per illum tex.ſcilicet filiam ex primogenito natam non obſtante conſuetu.præterendam in ſucceſſione ſecundogenito. & ipſum refert & ſequitur Ioan. Lupus Doctor Palatios Rubios in repet.rub.de donat.inter virum & vxorem.verſ. lex etiam regni.qui allegat Bal.in l.multis.in princ. ff.de ſtatu homin. ita tenere: quanuis Bald. & Pet. de Bella pertica nullam faciant mentionem. & pariter allegat Roma.conſil.j.& xcvij. verſicul. Quo autem ad ſecundum quo quæritur, cum aliis pluribus. Sed ſalua pace Bal.non loquitur in caſu noſtro, nec etiã Roma. qui ſequitur Bal. quoniam ipſi loquuntur in caſu cõſuetudinis conferẽtis regnũ aut feudum primogenito, quæ ad filiam primogenitã nullo exiſtẽte maſculo extenditur: quod hic ſeruatur in feudis, vt ſuprà dixi, præterquam in regno, in quo filiæ neque earum filij ſuccedunt, etiam nullis maſculis exiſtentibus, vt Bal.tenet in l.j.ff.de ſenato.& Iaco. de ſancto Georgio in l. cum antiquioribus.nu.xix. C.de iure deliber. & Pet. de Ferra.in For.lib.quo agitur ad reuocan.feu. in verb. ac nomine recti feud. verſicul. xj. diuiſio. & alibi dixi, quos ſi Lupus vidiſſet, non ita forte affirmaſſet & corroborallet. Quare extante maſculo ſecundogenito aut tertio, primogenita, vel ex primogenito deſcendẽs nõ habet annagiũ, ſeu non ſuccedit feudo, ſed maritatur, niſi eſſet conſuetudo contraria. Et ſic tenet Guid.Pap.in dicta quæſtione ccccc vj. Et ideo in caſu de Cancon, in quo ſolùm erant quatuor filiæ, & dictum fuerat per contractum matrimonij, quod vnus ex maſculis, quem ipſe dominus de Cancon elegiſſet, eſſet hæres, & dominus omnium bonorum, & in defectu ipſorum vnã filiã eligendo, pariter eſſet hæres, modo ipſe elegit & hęredẽ inſtituit ſecundogenitam. quoniam etiam ſimpliciter inſtituendo videtur eligere, l. vnum ex familia.§.ſi duos. & ibi Bart. & Bal. ambo in iij. notab.tenent per illum textum.ff.de legat.ij. quod intelligit etiam Ioann.de Imol. ibi, quando aliàs non facit, vt ſpecificam electionem, ſed hic vtrunque fecit, vt patet per teſtamẽtũ, in quo fieri poteſt electio, quę tamẽ nõ vitiat teſtamentũ, vt tenet ibi Bald. per illum text. verſicu. vlterius habes. quem ibi ſequitur Imol. verſi. Item nota. quòd electio. Et ille text. vult vt dicit Bart. in primo not.) vnum aliud mirandum, quod habens ab aliquo teſtatore eligendi poteſtatem vnum ex pluribus, vel vni ex pluribus reſtituere bona poſſit ex illis plures eligere. Et cũ ibi ſequuntur Bal & Imol.& hæc ex præſumta mente teſtantis ex quo inferunt ibi Bald. & Imol. licitũ eſſe aliqualiter recedere à forma per teſtatorem data, dummodo non recedatur à mente. Ergo hic à fortiori, dominus & pater qui ſibi hanc reſeruauit electionem, & non alij dedit, poteſt à forma per eum oppoſita recedere, & mentem ſuam declarare: quia cuius eſt condere, eius eſt interpretari Leges in fin.C.de legi. Vnde hic dominus de Cancon vnam ex filiabus elegit, & inſtituit hæredẽ, & cæteris reliquit tam in contractu earum matrimonij, quam teſtamento certa bona: quamquidẽ inſtitutionem & legata per patrem relicta, hæres electa acceptauit & approbauit: per quod eſt dare reſponſum ad id quod per primogenitum obiicitur ſcilicet prædictam inſtitutionem de dicta ſecũdogenita factam fore nullam, ex eo quod pater à forma in contractu matrimonij contenta receſſit, & contemplatione illius & facta electione de hærede ſua, ipſe donauit extunc eidem omnia bona ſua, ſtipulatione per notarium pro illa hærede electa interpoſita, quia hoc eſt in fauorem hæredis electæ, acceptantis & approbantis (vt dictum eſt) teſtamentum patris. Ideo quod fauore illius introductum eſt, in eius læſionem non debet retorqueri, l. quod fauore. C.de legib. Et etiam reſpicit fauorem primogenitæ, cui per contractum matrimonij dederat caſtrum de Cancon. quod ſi ſimpliciter elegiſſet hæredem, reuocata eſſet illa donatio cum ſuis pertinen. & veniſſet dotanda pecunia ſequẽdo cõtractũ matrimonij. Et ſic cõcluſum extitit in magna camera. Tamẽ dominus Carolus de mõte Ferrãdo miles, dominus de Girõda vir dominę Marię de Verdum, prepoſuit defunctum de Cancõ prius de ea electionem feciſſe: quare ad illud probandum fuit admiſſus. & interim gaudentia fuit domino Antonio de Monte Pelaxo, & dominæ Franciſiæ de Verdum eius coniugi adiudicata, prout in dicto areſto continetur: Lato die xxiiij. Martij, Anno 1535 Secundus †caſus, quod pater poſſit filio primogenito hæredi inſtituto, in caſum ſi ſine liberis maſculis decederet, ſubſtituere ſecundogenitũ, aut ex fratre nepotes, vel alios proximos cognomẽ & arma domus ex antiquo deferentes, etiam ſi in contractu matrimonij dictum non foret, quamuis crebro fiat de ſecundo & tertio genito ac aliis, ſuccedere vni alteri debentibus: tamen hoc poterit facere, quia inſtituendo primogenitum confirmat pactum prædictum & agnationem ſuam ſequendo naturam feudi antiqui, quod debetur omnibus filiis, niſi in regalibus, vt dictum eſt, conſeruat, vt tenent Doct. ſuprà alleg. & Pau.de Caſt.cõſi.ccxlv.incip. viſo & examinato ſupraſcripto .verſi. Super quinto & ſexto quæſito. vol.nouorũ. & Maſuetius in ſua praxi.tit.de teſtamen.ver. Item vt dictũ eſt: aliàs eſſet multum abſurdum, & ab omni ratione alienum, patrem non poſſe talem facere compendioſam ſubſtitutionẽ vel fideicommiſſariã, ac ſua videre bona excluſis maſculis ad extranea trãſire agnationem: quod extraneum videtur.l.lex quæ tutores. C.de adminiſtrat. tutor. vt patet in illis de Montepeſato. Vnde ſi contrahentes fuiſſent tunc de hoc interrogati, ita velle & ſenſiſſe declaraſſent, vt dicit gl.in d.l.tale pactum.§. fin.† Tertius caſus 34
eſt, quãdo primogenitus erat furioſus, prodigus & vnus bonorum diſſipator: aut aliàs inutilis: tunc tale pactum aut conſuetudo primogenitũ, præferẽs interpretari non debet cõtra vtilitatem Regni, aut feudi, l. quod fauore. C.de legib. & pro hoc caſu tex. in c.alius xv.quæſtione ſexta. vbi habetur de Childerico Francorum Rege inutili, qui ob hoc, & alia fuit per Papam Zachariam depoſitus, & in eius locum ſubſtituit Pipinũ Caroli Imperatoris patrem. & idem Cardi. Alexand.in ca.j. verſi.nono adducitur.de feud. marchi. Quoniam propter inſufficientiam primogeniti poteſt ſecundogenito ſufficienti feudum vel regnum concedi, vt dicit Bald. in authẽ.hoc amplius.C.de fideicommiſ.& Martinus Laud.in tract.de princ.§.xxij.& idem Lucas de Penna in l. Tyrones.ver.qui autem in hoc ſui debitum.C.de tyroni.lib. xij. & talis primogenitus tenetur reſtituere fratri ſuo ſecundogenito, vt probat ſingu. Socin. conſi. xlvij.verſi. Confirmatur etiam vol.iij.& Cardin. Alex. in c.j. §.mutus.verſi quæro quid Epiſco.vel Abb.& Bald.in c.j.de ſuc. feu. in princ. & in cap. vnn, an mutus vel alias imperfect.& Fel.in c. prudentiam. verſi. vbi verò dignitas.de offic. leg. & Anto. Corſ.in tracta. de poteſt.re-

poteſt regia.q.x. cum aliis per eum allegatis. Pro hoc facit quod elegãter adducit Andræ.Barb. cõſi. xx.ver.legi aliàs in vita obſeruandæ memoriæ Ducis Philippi Mariæ,vol.ij.quòd cũ ipſe Philip.& eius frater Ioan.maior adducerẽtur coram Ioan.Galeazo Duce Mediolanenſ.eorum genitore,quos cũ oculo cordis intueretur, ſuſpirans aiebat,iniquam pro certo eſſe cõſuet.vt primogenitus in regno ſuccederet.nõ enim videbatur ſibi primogenitum ſuũ dignum Ducali faiſſe Imperio:quia dolor patris filius ſtultus Prouerb.ix.pro hoc facit ſingula.Deciſio. Ioann. And. in addi. Spec. tit. de feu. §.j.verſi.vber.xxj.Din.& Bart.in leg.cæcus.ff.de iudic. vo
35 lentes † cæcum poſſe ſuccedere Baroni, vel alteri habenti iuriſdictionem,licet de nouo talis dignitas ei conferri non poſſit. & ibi cum ſequitur Iaco. de ſanct.Georg.nu.ij.& Abbas Sicul.conſi.xlvij.verſi.
36 Secundò ad idẽ facit. † Quartus caſus,quod de bonis futuris eius induſtria,vel ex vſufructu retento poſt contractum ſeu pactum in ipſo appoſitum acquiſitis,poſſit diſponere,quia tale pactũ nõ porrigitur,nec ſe extẽdit ad illa poſt quæſita. l. cũ ita.ff. de auro & argen. lega. vt tenet Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta.ff.de verb.oblig.& Aegid. Bel Lamera.ind.cõſi.xvij. & Maſuerius in ſua praxi tit. de ſucceſ.ver.Itẽ vt dictũ eſt ſuperius. Et idẽ Pau. de Caſt cõſi.cccxxxvj.aliàs cccxlj.inchoã.dico non obſtãte iuramento & ſignanter verſi.iiij.prædictis obſtat.vol.antiq. niſi donaſſet præſentia & futura
37 vt infrà dicam. † Et hoc etiam quando ſine retentione vſusfructus donat omnia bona poſt mortem ſuam: quia tunc tacitè videtur reſeruatio vſusfructus facta,vt voluit etiam gl.prag. ſanctio in d. tit. de ſoblat.cle.literis.in verbo,cuicũque. quæ alleg. Pau.in conſi.xcix alias cj.quod pariter allegauit Alex.in additio.ad Bar.in l.vbi ita donatur. in magna poſtil.circa medium.ibi,dubito tamen.ff. de do na.cau.mor.& idem Iaſ.in d.l. fin.de pactis in ante pen.additio & incipit ſecũdum eum in donatione: ſed tamen eſt vo. nouorum lxxvij. exordien.notandum eſt quòd præfatum ſtatutum. verſi. Nec videtur obſtare.quamuis ſecundum eum ſi expreſsè videretur reſeruaſſe vſumfructum,de illo poſſet diſponere.& habere hæredem:ſed hoc non placet ſibi,quia nec de vſufructu poſſet teſtari,cum morte eius finiatur,l.vxor patrui.C.de legibus. Nec de fructibus,qui ex eo ſupereſſent ſi donauerit futura, quia comprehenderentur appellatione bonorum
38 futurorum:& ſic cederẽt in donatione,vt ibi.† Sed ſi non donaſſet niſi præſentia, & non futura, tunc ſecus,vt dictum eſt,& per ipſum in dicto conſilio cccxlj.verſic.quartò prædictis obſtat. Et iſto reſpectu valeret donatio omnium bonorum præſentium. Sed primum videtur verius, per textum in l.cum oportet.§.non autem.verſicul.ſi quid. C. de bonis quæ liberis.quod tenet Alexand. in dicta l.ſtipulatio hoc modo.& Angel.cõſilio cj.incipien. quædam mulier donauit. Et hanc tenendo communem,tale pactum de ſuccedendo, aut donationem quò ad futura acquiſita non valere,quę magis videtur æqua, ne iſte pater donator videatur, nec cẽſeatur ex ſua liberalitate eſſe inutilis, & limitatus,ac omni diſpoſitione & commercio tam inter viuos,quàm in vltima voluntate interdictus,vt dicunt Doctores ſuprà allega. quia in acquirendis poteſt quis præiudicare ei cui acquirere debet.l.penul.C.de acquiren.poſſeſ.Et de ipſis fructibus, vel ex illis acquiſitis, aut de ſupellectili, vel veſtibus, vel libris &equis,quę nõ veniũt in generali obliga tione vel donatione l.obligatione,cum l.ſequen.ff. de pignor.vt tenet Matth.de Mateſil.in ſingul.ſuo cxxxvij & Calderi.conſilio vij titul.de donatio. de quibus poterit diſponere,vt ibi.& tenet gloſſ. in l. ſeruus creditoris. & ibi Doctor. inſuper Iaſ. & in l.filius paciſcendo. C. de pactis.vbi Iaſ. confirmat illam gloſſam per tres textus notabiles,primò in l. qui autem.in princip.ff.quæ in fraudem credi.& in l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.in ſecundo.ff.de donation. inter virum & vxorem.& in l. j. §. confertur ff. de collatio.bonorum,& idem facit Iaſon in d.l.fin.de pactis.verſi.tenet indiſtinctè opinio.Barto. cum aliis per nos allega.in quæſtion.cclv.incip. Quæritur an quis poſſit cogere.& ſentit Bald.in rubr. C. de contrahen.empti. quæſtio.xxij.In donatore aut venditore omnium bonorum ſuorũ præſentium& futurorum,ſe illa nomine precarij poſſidere conſtituente,quòd ſi aliqua deinde acquirat bona non cenſebuntur virtute precarij eſſe donatarij, nec in poſſeſſione illorum,niſi donator ipſe ea intentione acquieuiſſet,vel donatorem faceret poſſeſſorẽ. per textum,quem dicit eſſe ſingul.in l.actione.§. ſi poſt.ff pro ſocio.& per illũ textũ ita tenuit, vt ipſe refert Franc. Tigri.de Piſis,& Felin.in ca. poſtulaſti. verſicu. Item dum inferunt prædicti. de foro competen. volens ſtatutum inhabilitans,fœminas ad ſucceſſionem non nocere in bonis alibi quæſitis. † Quintus caſus eſt,quando de expreſſo ipſius 39
primogeniti conſenſu, vel filiorum primi matrimonij, in fauorem quorum tale pactum fuerat factum,diſpoſuit aut grauamen impoſuit.d.l.licet.& l.ſi.C.de pactis.& l.iij.ff.de ſeruis exportãd.& l.j.ſi mancipium fuerit ita alienatũ.& l.Papinianus. §. ſi conditioni.ff.de inof.teſta. & l.non dubium. verſi. illud.C.de teſtamen.& l. ij. & l. veritas. C. de fidei commiſ.cum notatis in l.quoties.eo.tit.& in l.j.C. de pactis,& in l.qui Romæ.§.duo fratres.de verbo. oblig.& in d.c.licet.de voto. Ibi, nec ſi onus tibi à patre iniunctũ.& à te ſpõtè ſuſceptum.& tenet Ange.in d.l.ſtipulatio hoc modo:vbi adducit de Eſau qui renuntiauit fratri ſuo Iacob,quivendidit ius primogenituræ.c.quàm periculoſũ.vij.q.j.& c.j.§.præterea.& ibi Bal. quibus mod. feud. amitt. & Lucas de Pẽna in l.j.ver.viij.ius primogenituræ.C. de priuileg.eorum quæ in ſacro palatio.lib.vij.† Sed quid 40
ſi talis ſecundo genitus primogenitus renuntiauit, decedat,an primogenitus reſumat iura primogeniturę?& Barba.in addi.ad Bald.in d.§.præterea. dicit,quòd ſi primogenitus paſſus fuerat ſecundo genitum inueſtiri,tanquam de nouo feudo,quod perdiderit totum, & ſic nihil recuperat. Si verò tanquam de veteri, tunc inducitur præpoſteratio, vt mortuo ſecundo genito,non reſumat iura primogenituræ,tamẽ ſuccedit vt agnatus,per l.ſicut in annos.ff. quibus modis vſusfructus amittatur. prout in Domino de monte Acuto primo genito,qui renuntiauit iura primogenituræ ſecundogenito, qui in bello deceſſit.Et nunc ipſe de Monte Acuto vult vti iure primogenituræ, hoc ſcilicet pacto q̃ hęreditas debita non poſſit in parte per matrem alteri donari, prout donauerat fauore matrimonij,quod non poteſt impedire, cum ille primogenituræ iura amiſerit: & non ſolum hic expreſſo,ſed etiam tacito conſenſu approbauerit teſtatum patris,ſoluendo legata & alia debita,l.ij.C.de iure deliberan. & l.parentibus.§. j. C. de inof. teſta. & ibi. Sali.& l.penul.& ſi.ff.eo.tit. Et bonum & vtile ac neceſſarium eſſet in caſibus prædictis principem prouidere,aut patrẽ ad ſe filiũ vocare,& ei conſen

tire cũ iuramento facere, vt dictis iurib. & l. si quando. §. illud. in fi. ibi, in quibus apertissimè iudicium patris agnouerit. C. de inof. testa. & tenent Bal. Roman. Paul. de Castr. & Alexand. in leg. posthumo. C. de bo. pos. contra tabul. & Ang. in l. qui se patris. C. vnde libe. quia filius potest de eius consensu pręteriri. Quamuis Ias. in d. l. posthu. versi. secundo istam conclusionem limita. & c. tenet contrarium. & consi. lxxxj. nu. iij. volu. iij. cum aliis per eum alle gat. Tamen præcedens est verior & communior.

41 †Et fuit pluries dubitatum an tales filij vocati vel non vocati, successores tamen, teneantur soluere debita prædecessorum suorum. & decisũ extitit ipsos teneri quamuis essent successores vniuersales aut singulares ex natura vel cõsuetudine feudi, aut ex contractu matrimonij, aut donatione rei feudalis, allodialis, aut alterius hæreditatis, signãter vbi pater, alius donator non habet hæredem, nec aliud in bonis, quamuis primogenitus succedens non sit verè hæres, tamen ex effectu, & loco hæredis, & successoris habetur. l. successores. C. de solution. Et istud probat Alberic. in d. l. fin. versi. pro parte filiorum. de donatio. inter virum & vxorẽ. per plura iura, & casus similes, in quibus licet quis non sit verè hæres, tamen loco hæredis habetur. leg. ij. §. fin. ibi, vicem hæredis. ff. de hæreditate vendita. Et sic actiuè & passiuè sibi competunt actiones, vt patet in Episcopo. cap. j. de solutionib. de quo in sequen. dicam quæstio. cum aliis per Albe. alleg. & Lucam de Penna latius disputantem hanc quæstionem in l. hi quos. versi. onerari. C. de fundo rei priuat. lib. xj. Et idem Oldrad. consilio xciiij. versicu. sed quantum ad stipulationem. vsque ad fin. vbi consuluit in eadem Regis quæstio. vt credo, vt patet ex tenore illius & seq. consi. quasi similes sunt in iuribus & rationibus volentes ambo primogenitum teneri, etiam si habeat successionem contra voluntatem prædecessorum. non enim (vt inquit Oldradus) à patre regnũ habere videtur. Licet contra hoc faciat fortiter l. iij. ff. de interdic. & releg. ibi, quæ vero non à patre, sed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur, ea remanere eis incolumij: & dicto capitu. significauit. de rescriptis. Et ideo non videtur (vt ait Oldradus) quod ipsi patri de ipso regno gratias habeat referre. Sed ad hæc respondet Alberic. & Oldradus, quod hoc non obstante est re vera hæres: vt ipsi probant, vt per eos causa breuitatis, & idem tenet Abbas Sicul. consil. iij. versicu. Tamẽ vltra quæsitum. volumin. ij. Quin imo princeps obligatur ex contractu prædecessorum, quando continet iustitiam naturalem & æquitatem, vt voluit Guido de Suza. Cinus, Bald. & Al-

42 bericus in l. digna vox. C. de legibus. †Ex quo inferunt Imperatorem successorem, ex pace cum subditis per suum prędecessorem habita, propter guerram & bonum publicum ad obseruationem illius teneri & obligatum esse, nisi dolus vel fraus ex parte subditorum interuenisset, l. dolum. C. de dolo. quia tunc non teneretur obseruare. & tenet Bald. in l. j. in princip. ff. de constit. princi. Et ratio est secundum eum, quia imperium non transit ad successorem proximum, sed ad illud per electionem peruenitur. ca. venerabilem. de electio. Et sic successor non habet causam à prædecessore. Et idem Bal. in c. j. §. donare. cui feud. dare pos. & in c. j. qui successo. teneãn. & cõsi. ccclix. exor. Super eo quod quęritur. vol. j. quod intelligit Ias. in d. l. de constitu. princip. versi. Subdit tamen Bald. esse verum in l. Imperatore vel Papa, quoniam tales dignitates non successione, sed electione deferuntur. dicto ca. venerabilem. sed in Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus & similibus est secus, cum prædictæ dignitates ex successione primogenito deferantur. capitu. licet. de voto, cap. j. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alie. & d. c. significauit. & Baldi in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. saltem, quod ipse successor attenta generali consuetudine, vt ait Ias. in d. l. j. teneatur seruare omnem cõtractũ. & quamcunque conuentionem, sicut quilibet successor priuati, per regulam l. cum à matre. & l. iij. de rebus alien. Sed hoc videtur esse cõtra tex. d. c. j. de solutio. vbi prælatus, qui per electionem eligitur, nec habet causam à prædecessore. capi. quia Guli. de iudi. tenetur soluere debita, sicut filius. ergo idem videtur in Imperatore & Papa, ideo tenebitur seruare contractũ æquitatẽ & iustitiã cõtinentem. & tenet Io. de Neuiza. consil. xij. cum aliis per eum alleg. quod ponitur inter consi. Alb. Bruni, inferentes etiam valere pacta, si fierent hodie inter Regem Franciæ & Regem Angliæ, quæ seruari deberent per eorum successores. cap. nouit de iudi. & sequitur Iacob. de sanct. Georg. in tract. feud. in verbo, princeps. Et non solum contractum, sed etiam sententiam cõtra prædecessorẽ latam, vt tenet Alber. de Ros. in d. l. fin. & Oldr. in d. consi. xciiij. vbi pro hoc allegant ambo text. in cap. cum inter vos. de re iudi. & in c. cum olim. de præscrip. Et idem Anto. de Butr. consi. iiij. & per eadem iura Alex. tenet idem consi. xxx. versi. circa secundum verò dubiũ. lib. v. cum aliis per nos alleg. in quæ. cclv. inci. Quæritur an quis cogere possit. circa fin. Et sic cum fuisset quæst. inter domi. Io. de Fuxo, Comitem de Carmagno, & Vicentium de Casentem ratione terræ de Nassiet, tanquam de pertin. loci, & Seignoriæ de Marpas, qui Comes dicebat se successorem Io. ex contractu matrimonij illius, & Isabellis de Fuxo, & non Gastonis de Fuxo eius patris condemnati: cõclusum fuit & per Arestum condemnatus ad fructus per eum, & suos prædecessores perceptos eidem de Casantem restituendos, qui fuerunt ad tres mille libras Turonen. vel circa liquidati, & æstimati. Et ita conclusio probatur per gl. quando quis vẽdidit, aut donauit hæreditatẽ in l. ij. in verbo, tu respondeas. C. de hære. vel actio. vendit. quam ibi sequuntur Bal. in primo contrario. & Salic. in secundo, & Alber. in verb. In glo. ij. ar. l. planè si filium. §. qui rogatus. ff. de leg. j. & ibi Ioan. de Imo. & Lancel. Decius. & etiam ar. l. si maritus fundũ. ff. de fũdo dotali. & facit tex. in l. fin. in princ. ver. planè. ff. de eo per quem factum est & gl. in l. æris alieni. C. de donat. & idem Alex. in l. j. §. si hæres. in j. notab. versi. Et licet hæc sit regula. ff. ad Trebel. qui alleg. Ang. & ibi ita tenere: sed in meo nõ inueni. Et sic tenet Pau. de Cast. consi. cvj. vol. antiq. & Ias. in l. quoties. in vltim. not. C. de hæred. insti. volẽs, quod licet institutus in re certa dato alio cohærede nõ teneatur creditoribus, vt ibi: & l. fi. C. de hęred. actio. hoc verũ quãdo hęreditas est soluẽdo, aliàs secus. l. si vniuersæ. C. de lega. & idẽ Alex. consi. vj. nu. j. & ij. lib. vj. & Salic. post Cin. in l. ij. versi. Itẽ fallit. C. ad legat. Iul. de vi pub. & in l. si paterna hæreditate. C. de reuo. his quæ in frau. credi. Et secundum hãc Decisio: gl. fuit iudicatũ, tã per curiã Grationopolitanam, seu Delphinalẽ, prout refert Guid. Pap. quæst. cv. ad longum referens arestum, & idẽ in quæst. cccclxx. quàm per curiam Parisien. secundum Gallum, quæst. xxxviij. nisi donator adhuc viueret. & illam Decisio. redegit domi. Au-

frer. in

frer.in parte de areſtis.§.xij.& pariter Tholoſæ, vt refert Bened.in c.Raynutius.nu.xlvj. de teſta. Et idem Auſrer.in deciſione capellę Tholoſanæ.quæſt. cclxxxvij. Et idem dicendum eſt in fiſco vendente hæreditatem ſibi delatam,vt emptor illius teneatur creditoribus l.j.C.de hæredita.vel actio.vendi. Et idem videtur in alio, ſi ex pacto expreſſo, vel tacita actum & conuentum ſit, ſucceſſorem ſatisfacere, & teneri creditoribus. de tacito habetur in l.hæreditatem.& ibi Bald.& Albe.ff.de dona.Et de expreſſo in leg. cum res. G. de donat. quod intelligunt Doct.donatarium à creditoribus poſſe compelli,non tamen præcisè,niſi velit. Sed per donatorem ſic,vt iurib.prædictis,& leg.debitori.C.de pa-
43 ctis. † Tamen credo curiam ſupremam, aut alium æquum iudicem talem videntem donationem cum pacto expreſſo factam de ſoluendo,& ſatisfaciendo creditoribus donatoris ad euitandum circuitum, qui euitari debet,l.dominus.ff.de condi.indebit. & etiam anfractus.(& ex bono & æquo procedendo) condemnaturam donatarium ad ſatisfaciendum creditoribus, nõ expectato quod à donatore prius conueniatur, quia non ſolum vniuerſalis ſucceſſor tenetur ſatisfacere creditoribus,l.omnes.§.Lucius. ff.quæ in fraud. creditor. & in aliis plurib. caſibus no.per Alexand.in d.l.j.§.ſi hæres.ſed pariter ſingularis, ſi in donatione dator ſibi certam reſeruauit ſummã ſuper bonis donatis,de qua diſponere poſſet,quia tunc alio non exiſtente, & apparente hærede petente,vel aduoente prædictam ſummam retentam,donatarius tenetur de illa ſoluere creditoribus:& vbi etiam aliquam pecuniæ ſummam non retinuiſſet,nullo exiſtente hærede, teneretur ſoluere vt dictum eſt:ergo magis in hoc caſu. Et ita dictum fuit per curiam contra dominum Daubiioux donatarium, in fauorem domini capitanei Baionæ viri quondam Ioannæ de Leſcung. eius vxoris donatricis,quæ ſibi certam pecuniarum ſummam reſeruauerat,& nullus alius(præter dictum dominum Daubiioux) repertus fuit hæres. Et ſi alia via non poteſt creditori ad recuperandum debitum eſſe cõſultum,& prouiſum contra alium cohæredem, vel bonorum poſſeſſorem, tunc ſucceſſor in certa re (nullo alio dato cohærede,vel dato, ſed repudiante)tenetur iuribus ſuprà allegat.l.j.§.ſi ex fundo. & l.quoties.§. ſi duo.& leg.ex facto.& vtrobique per Bar.& Doct.ff.de hæred.inſtit.& Angel. ſing. lxxxiij.Secus ſi ſibi poſſet aliter prouideri.& ibidem Alex.conſi.cviij.verſicul. Item fortius vſque ad finẽ. volu.v.vbi donator tenuiſſet vſumfructum,de quo poterat diſponere,quia ſucceſſor tenetur ad debita defuncti ad valorem dictorum fructuum vſque concurrentem. Et latum areſtum circa finem mentis Iunij,aut principium Iulij,Anno 1531. Et ſi dicatur ſucceſſorem abſtinuiſſe ab hæreditate & ſucceſſione paterna, & illam repudiaſſe: ad hoc reſponſum ex prædictis patet.Et vbi non ſufficiet,tamẽ ex quo non docet quo iure,& qua cauſa illam ſummam,aut rem in donatione per patrem retẽtam detinet, vel poſſidet,quod facere teneturaliàs filius cẽſetur hæres, poſito quòd nihil etiam à patre bonorum habuerit.l.j.& ij.C.de repud.hęred.& ibi Pau.de Caſt. & Corn.& l.pro hærede.in princip.& in leg.ſi quis extraneus.in princip.ff.de acquir.hæredi.& §. fin. inſtit.de hæred.qualit.& diffe.& Bald.conſil.lj. volum.j.incip. Creditor.cum no.in leg. j. C. ſi minor ab hæred.abſti.& Soci.in conſi.viij.num.j. vol. iij. volens idem eſſe in minore.& idem Maſuer. in ſua praxi,titu.de ſucceſſio.& vlti.volun. verſicul. Ite ſi reperiatur filium poſſidere domum,vel aliam rẽ. Cum donatio inter patrem & filium non valet, tamen morte confirmatur,& vim relicti habet,l. donationes. in j.C.de dona.inter virum & vxor. Quia in his rebus & bonis non donatis,& per eum poſſeſſis immiſcuiſſe videtur,dictis iurib. & l. ſi ſeruũ. §.prætor ait.& §.ait prætor.ff.de acqui. hære.& tenet Bertran.conſi.xciiij.numer.vij.volum.ij.& Bal. conſi.clxxvij.exordien.Quæritur vtrum domiciliũ. verſi.quæritur inſuper.volum.iij. ergo tenetur creditoribus. Et ſi dicatur quòd illa bona non donata poſſidet loco legitimæ,quam filius debet habere,& eligere, & reſiduum hæreditatis repudiare, etiam profecto alio non dato cohærede aut ſubſtituto, vt voluit Bald.in authentic.ſi quas ruinas.C.de ſacroſanct.eccleſi.per textum in l.ſi libertus patrono. ff. de bonis liber.& in l.ij.de acquir.hære. dicens hoc audiuiſſe à Bart. qui ſic tenebat. & ipſum ſequitur Ang.Are.in §.fin. verſic. Quid autem ſi filius dicat dictam domum paternam retinuiſſe pro ſua legitima.inſtru.de hæred.qualita.& different.ſing.Rom. in l.j.ff.de acquirend.hæredita.& in l.vna.C. quando non petentium partes petentibus accreſcunt. Quia in ipſa legitima poteſt poſt mortem patris dici creditor.l.ſi quis legatum.ff.ad legem Cornel.de falſis.& l.j. de his qui ante aper.tabul.Sed contrariũ tenet Barto. etiam quando non habet ſubſtitutum vel cohæredem, quia non poteſt eligendo legitimam repudiare hæreditatem,vt ipſe tenet in l. pro hærede.de acquiren. hæred. & in leg. quia poterat. in princip. ad Trebellia. quem ibi ſequuntur Ang. Ioan.de Imo.& Alex.verſi.poſtremò.& etiam Bal. in d.l.vna.quando non peten.partes.verſic. quo ad primum.& Franciſc.de Aret.in d.l.j. de acquirend. hære.vbi eum vide. verſic. Tu verò aduerte.& Iaſ. ver. Circa ſeptimã. & iſta eſt communis & verior, quam examinat Soci.ibi,ver.Secundus caſus & Salic Iac.de ſanct.Georg.& Moder.poſt Cin.in l.hæres inſtituta.C.de impube.& aliis ſubſtitut.& Bart. Paul.de Caſtr.& Moder.in d. l. j. de acquiren. hæred.& Bald.in leg.gerit.quæſt.iij.eod.titu.& Socin. conſil.cl.incip.& nos introducere.verſi. Et profecto. volum.j.Alex.conſi.lxxv.lib.j. & Ange. conſil. lxxxj.verſi.Secundo.& conſi.lxxxiij.non obſtante.l. ſi libertus patrono.de bon.libe.ad quam reſpondẽt Docto. ſuprà allcg.& Franciſc.de Aret.conſi.clx. & Paul.de Caſtr.conſil.cclxxxvj.incip. Quoniam fundamentum.verſi.Si vero ſit excluſus.vol.j. & Abb. Sicu.in cap.Raynut.ad fin.& ibi idem Bened.in ſua repetit.numer.xlviij.cum pluri.ſequen. de teſta. Et ratio principalis eſt, quia filius legitimam haberẽ debet iure inſtitutionis,& ſic iure hæreditario.§.aliud quoque capitulum.in authentic.vt cum de appella.cogno.ſed inſtitutus non poteſt pro parte acceptare & pro parte repudiare.l.j.& ij.& l.ſi ex aſſe: ff.de acquirend.hæred.Quoniam hæreditas accreſcit pro parte adeunti etiam inuito.l. vna. § his ita. C.de cadu. tollen. Et hoc non ſolum habet locum in filio inſtituto hæreditatem repudiante, qui perdit legitimam,ſed in ſuccedente ab inteſtato,vt voluit Abb.Sicul.in d.cap.Raynu.prope fin.quem ibi ſequitur Bene.nu.xlviij.& Alexand.in d.l. quia poterat.verſi.Tertio fallit dicta concluſio.& Socin.in d.l.j.verſic. Septimus & vltimus caſus eſt.& Iac.de ſanct.Georg.in dict.l.hæres inſtituta.dicentes alibi non legiſſe,niſi ab ipſo Abb.& Iaſ.idem in d.l.verſicul.Secunda concluſio.de vulga.& pupil. & Alex. in d.conſi. lxxv. † Sed quomodo priuetur legitima 44
non adeundo,& repudiando hæreditatẽ? Bal.in d.

Digitized by Google

l.hæres inſtituta, quem ibi ſequuntur Rapha. Paul. de Caſt.Corn.& Iaco. de ſanct. Georg. vult. repudiationem filij repudiantis hæreditatem ſalua legitima non valere, & nihilominus ipſum remanere hæredem & ſequitur Alex.ibi,& in d.l.j.verſic. extra gloſſ.de acquir.hæredita.& in d.l. quia poterat. in vltima quæſt.ergo eo repudiãte erit inuitus obnoxius creditoribus & cæteris legatariis, velit aut nolit,vt per totum. C. de hæredj. action. Dic primum dictum intelligi in filio ſimpliciter repudiante,vt non poſſit legitimam poſtea petere: ſed quando repudiauit retenta ſibi legitima, ſecus videtur, ſi grauatus eſſet legatis & fideicommiſſis debitis.& alterum nõ ſufficit:ſed vtrumque requiritur, quòd ſi ſubſtitutus, & grauatus,l.ſi ſolus. ff. de acquiren. hæred.& ſic loquitur d.l.ſi libertus patrono.de bonis libert. Vnde his concurrentibus poteſt legitimam conſequi, & reliquum repudiare, ſecundum Bart.& Docto.ſuprà alleg in d.l.j.de vulg. & pupillari.& Paul.de Caſtr.& Docto.in d.l.hæres inſtituta.de impub.& aliis ſubſtitut.aliàs nõ exiſtente ſubſtituto, ſi repudiat hæreditatem retenta legitima, tunc hoc facere non poteſt,quia talis repudiatio,eſt priuatio,non retentio, quæ eſt habitus & ius. vnde remanet hæres in totum,ſecundum gloſſ. magnam
45 in fin.de acquirend.hæredita. Præterea † ſucceſſor in iuriſdictione,& territorio cenſetur vniuerſalis, & non particularis ſucceſſor, quoniam ſuccedit ei cum ſua cauſa,& qualitatibus & vitiis:quia hæc eſt natura ſucceſſionis vniuerſalis ſiue directæ ſiue obliquæ,vt voluit Bald.conſi.lxv.exordien. Ad euidentiam præmittendum eſt quod dictum pactum. verſicul.Amplius & ſubtilius,vol.j.per tex.in d. l. j. C. de hæred.vel actio.vendi. Et quod caſtrum, & eius iuriſdictio ſint quid vniuerſale,apparet ſecundũ eũ in delegato,qui dicitur delegatus ad vniuerſitatem cauſarũ.l.ſolet.& l.Prętor.ff.de iuriſd.omn. iudi.quoniã caſtrum appellatur vniuerſitas, vt nota.in l.j.ff.quod cuiuſque vniuer. nomi. Et iuriſdictio eſt quædam collectio, quæ ex vniuerſo ſumitur,quæ in iure conſiſtit,ſicut hæreditas & peculiũ. Ideo iura eius actiuè & paſſiuè tranſeunt cum ipſa, & pro ipſis iuribus agunt,& conueniuntur domini earundem,vt notat Bart.in l.ſi publicanus.§.fi.ff.de public. Quare in cauſa domini Aegidij de Turre, dominus de Limolio,qui in titulo donationis ſucceſſit in tam nobili caſtro de Limolio, tenetur occaſione illius reſpondere nobili viro Petro de Sirel.aſſenſatario, ratione firmæ loci dependentis à prædicto caſtro de Limolio ſibi à patre donato,ſaltem vſque ad dictam ſummam quinque mille librarum Turonen.in ipſa donatione retentam, cuius donatoris nullus alius reperitur hæres, vel bonorũ poſſeſſor.Cum primogenitus dominus Vicecomes, prætendat Vicecomitatum de Turena particulari donationis titulo,prout in curia declarauit,& pariter prędictus Aegidius,tamen ratione ſummæ prędictæ,quam tenet & poſſidet, cenſetur hæres,& per conſequens tenetur creditoribus, iuribus crebro allegat.& l.vltima ibi,ſi neque ſucceſſiſtis patri veſtro,neque quicquam ex bonis eius tenetis, conſequens eſt à paternis creditoribus vos non cõueniri.C.de primipil.lib.xij.& Barba.in d.c.in præſentia.nu.ix.qui pro hoc alleg. tex.in ca. ex præſentium. in verbo, obtinet ſeu obtinere.cum ſimilibus.quem etiam vide in d.c.ex præſentium.& in d. c.j.de ſoln.Et ſimiliter teneretur vſque ad valorem fructuum, quos tempore ſui deceſſus pater habebat,de quibus poterat(vt dictum eſt) diſponere. l. defuncta vſufructuaria.ff.de vſufruct. quoniam tales qui ſuperſunt fructus,ſpectant ad hæredem donatoris,non autem ad donatarium, vt ibi: & Docto.in d.l.fin.de pactis.Et ſic fuit dictum præfatum dominum de Limolio ſuper ſumma in donatione retenta teneri,eidem de Sirel.ſoluere debitum, & latum areſtum die ij. Auguſti, Anno 1531. Sequendo areſtum ſuprà narratũ. Ideo quæſtio inter iſtos duos fratres ſuper donatione vni facta,an poſſit dici inofficioſa per alium etiam habentem à patre donationem,quam acceptauit:de qua vide cauſa breuitatis Baldũ,Angelum,Paulũ de Caſtro & Salicetum in l.cum donationibus.ſuper glo.C.de inofficioſis donationibus.& plenè Socin. conſilio xviij. volumine tertio.& Calderin.conſilio iiij.titulo donationis.& Bald.conſi.lxxxiij.verſicul. ſuper quarto. volumi. j. Præterea videtur donationem dicto domino Aegidio factam de prædicto loco de Limolio retento vſufructu & ſumma prædicta quinque mille librarum Turonen.de qua diſponere poſſet,non valere,vt voluit ſingulariter Decius conſi. xxx.& cclj.& conſi.cciij.cum aliis per eum alleg. & ipſum ſequitur Io.de Ripa.in ſuis reſpon.lib.iij.tit. de donatio.verſicul. Ad quartum, quia de fructibus ex vſufructu perceptis non poteſt teſtari. vt voluit Bartol. conſil. lxxvj. inchoan. Pater filio emancipato. Et hoc quando reſeruauit poſſe in vita de illis fructibus diſponere.& idem Aquen.in d. l.ſtipulatio hoc modo concepta.& Iaſ. conſil.cxxx. numer.j.volum.iiij.& Paul.de Caſtr.conſil.lxxvj.exord.Notandum eſt quòd prędictum ſtatutum. verſicul.Nec videtur obſtare. volum. nouo. & dixi ſuprà hac quæſtio.verſi.Quartus caſus vbi teneo contrarium,etiam quando reſeruauit fructus ex vſufructu percipiendos,de quibus poſſet diſponere, & Paulusmet ita tenet,vt ibi dixi:& vltra idem tener, & concludit de Ripa.vbi ſuprà.& Iaſ.in dict.conſil. cxxx.& Iac. de S.Georg. in d.l.ſi.nu.xxxviij.cum ſequen.de pactis. qui allegat Franciſc.de Aret. ita tenentem conſi.liiij.inchoan. In cauſa magiſtri Blaſij.verſic.Circa ſecundum ſequendo Bar.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.quem ibi ſequitur Alex.col.vj.verſi.Quid ſi in caſu prædicto.& etiã Deciusmet cõſi. ccccxvj.nu.xvij.Et iſtud primò videtur verius, quãdo vſumfructũ ſolum reſeruauit. de quo poteſt teſtari: & hoc ſi fructus ſint magni, & non tenues,ita quod aliquid vltra alimenta ſuperſit. Secundò quando certam pecuniæ ſummam præter vſumfructum ſibi reſeruauit,vt in caſu præſenti,quoniã quinque mille librarum ſummã cũ vſufructu ſibi retinuit.Et hanc partem in iudicando & cõſulendo dicit Alex.in d.l.ſtipulatio.ſemper tenuiſſe.& idem Iaſ.ibi in iij.quæſtione Bart.& pariter Alex.conſi.xxix.in iiij.dubio,verſi.videntur etiã valere.& conſi.lix. libro v.& conſi. xxv. in fin.vol. iij.quod repetitur vol.vij.conſi.clv. in fine. & Ange.conſi.v.exordien.Viſis inſtrumentis & iuribus. verſicu.nec etiam dicat quis.& Franciſcus Curtius conſilio j.feud.ver.Et dicta tranſactio valuit.& Alberi. Brunus, ſeu Ioann.de Neuiza. in conſi. xj. in fine.verſicu. Additio quorundam nouiſſimorum. dicens bonum eſſe vltra vſumfructum aliquam de nariorum ſummam reſeruare pro diſponendo & teſtando. Et idem tenet Vital. de Cabanis in tractatu clauſu.titul. de renuntiation. ſucceſſ. futurarum verſicul.Idem puto ſi donauit omnia bona ſua præſentia,& futura,reſeruata ſibi certa quantitate, vel re aliqua. Et ſingulariter Socinus conſilio cj. num.j.vol.iij. dicens iſtud clarum. Et idem Ludo.

de Ro-

de Roma.consi.xxvj.incip. Pro decisio. eorum de quibus dubitatur.& Bald.consi.ccccvj. exordien. Quædam mulier donauit.volu.iij. & Dominic.de sancto Geminia.con.cxxxix versi.non enim dicit r. Et Hierony.Cagno.in repetition.dictæ l.fina.C.de pactis.nume. ccuij. cum pluribus sequen. Nec obstat alia opinio Decij contraria,& sequacium,quia intelligi debet,quando sibi reseruauit posse in vita solùm disponere , & non in morte.& ita loquitur Baldus in dicto consilio lxxvj. licet Decius velit etiam idem esse , quando reseruauit de illis posse in vita,& in morte disponere & testari , quod tunc etiam non valeat talis donatio. Tamen in vtroque casu contrarium de iure & æquitate est verius & communius,quia non est vis in verbis facienda, vbi de voluntate donatoris reseruantis apparet.leg. fina.C.de donati.quoniam potest disponere in vita propter retentionem rei aut vsustructus ad disponendum reseruati,licet mentionem de vita , aut morte nullam fecerit : ergo magis si de illis mentionem disponendi fecerit: † quia verbum disponere , propriè intelligitur in morte per testamentum & vltimam voluntatem. §. cùm autem. institut. quibus ex causis manumit. non licet. §. disponat testator.in authentic.de nuptiis.& §.exhæredatos.in authentic.de hæredi.& Falcid.ibi,vna est enim legis intentio.Nam libera disponendi de rebus suis facultas censetur concessa,siue per testamentũ, siue per pactum,pollicitationẽ , donationem inter viuos, vel causa mortis, vt patet per totum tit.ff.& C.de instit.de testamen.& de donatio.& de pactis. ac de pollicita. Quoniam actus debet interpretari, vt potius valeat,quàm pereat,l.quoties.ff.de rebus dubiis.& tenet Iaſ.in d.l.stipulatio hoc modo. versic. Secundò per istam doctrinam infertur. Et post hæc scripta reperi(vt Deus me adiuuet) præfatum Hieronymum Cagnoli,in dicta l.fin.de pactis. nu. ccj.cum duobus sequen.sic tenentem,ac ipsum Decium singulariter reprehendentem,vt ibi pereum, dicentem etiam dictum Decij (vbi verum esset) nimis rigorosum. Et idem videretur dicendum in donatione omnium bonorum retento vsufructu, nisi post haberet filios vel filias ab vxore cum clausula,quòd per dictam donationem non posset præjudicare suæ vltimæ voluntati fiendæ.Nam si contingat nullis habitis liberis testamentum facere,valebit testamentum,& non venditio, si de facto venderit,quamuis Ioan.Calde.consi.viij.titu.de donat. velit vtrunque non valere , nisi habuerit liberos. Quod ego fateor verum in venditione,& non profectò in testamento,& etiam si liberos non susceperit:quia si susceperit,nullum est dubium , vt ipse fatetur.Sed eo casu,quo liberos non habuit,dicere donatorem non posse testari, æquum non videtur : quia illa verba non præiudicando suæ vltimæ voluntati fiendæ in ipsa donatione apposita,de aliquo non prodessent ad casum susceptorum liberorum:quia tunc posset testari. Et ideo debent habere locum,& operari effectum in casu liberorum ex vxore non susceptorum,licet ad hoc Caldericus conetur respondere,& ibi vide : tamen intellectus præcedens magis placet quàm suus,quamuis loquatur in donatione facta ecclesiæ.postquam enim certum est donatorem sibi reseruasse vsumfructum, de quo potest(vt dictum est)testari.& propter existentiam liberorum,quæ de iure intelligitur,l.si vnquam.C.de reuocan.donatio.& tenet Oldr.consil. cxxxix.exordien. Ad habendam aliqualem notitiã. versicul. Quintum quando vt ipse Calderic. fatetur. sed non profectò reseruasse testamenti factionem,quam tamen expressè sibi quocunque casu reseruauit.ita plures alij secum consulentes,vt ipse refert,tenuerunt contra eum , quia non solùm ipsius donatoris tacita,sed expressa fuit voluntas reseruandi facultatem & licentiam testandi , non obstante donatione etiam si liberos habuerit , siue non. Et pro Decision.quæst.nostræ facit,quòd in simili dicit Paul.de Castr.consil.cclxxij.alias ccxc.incip. Ad primum respondetur quòd testator. versicul. Ad secundum respondetur.volum.nouor.† quod si Epiſcopo conc. ſſa fuerit licentia disponendi ad quinque mille vsque,& dati per eum fuerint commissarij , seu executores habentes bona ipsius summam prædictam valentia , nec alij apparent hæredes instituti,tales executores habentur loco hæredum. capit.cum tibi. cum ibi not. de testament. & idem tenuit Rosted.in titu.de actionib.ex testament.versicul.quid si erit.& Spec.de instrument.edit.§.tunc aliqua. versicul. item pone quod aliquis. & ibi Ioann.Andr.in additionib.incipient.constat. & Bartol.in leg.Centurio. in ij. quæstion. principa. de compendiosa facta per verba merè obliqua. ff. de vulga.& pupilla. & Angel. Areti.institu.de eo cui libert.causa bona addit.in princip.versicul.in gloss. hæreditatis.per text.in leg. si quis ad declinandam. & ibi Bald. versicul. vlterius nota in §. licentiam. cum seq.& in l.nulli.C.de Episcop.& cleric.& Bar. in leg.alio.ff.de aliment.& cibar.legat.Sed quotiescunque hæredes , aut possessores rerum hæreditariarum possunt ex illis satisfacere creditoribus &legatariis , ipsi tenentur etiam si causam prætendant lucrativam. l. fin. C de hæred.actio.& gloss. in leg. fin.§.& si præfatam.versic. licentia creditoribus in verbo,accommodare prius ergo.in fine.C. de iure deliberã.cum similibus per Pau.de Cast.allegat. & sentit Ancha.consil.v. incip. Pro parte nobilis viri domini Roberti. Et ista est regula , quod successor vniuersalis , nec singularis ex contractu defuncti tenetur creditoribus, sed hæredes defuncti aut donatoris, si soluendo esse reperiantur , vt iurib. suprà allegat.& dict.leg.æris alien.& l. si patri. C. de donat.& l.rebus.C.de donat.ante nupt.& ibi Salicet.& Modern. & in l. mulier bona. & ibi Bartol. Bald.& Iaco.de sanct.Georg.ff.de iure dotium. plenè Alexand.in d.consi.vij.lib.vj.quoniam actiones personales non transeunt contra rerum possessores.l.fina.§.fin.ff.de contraben.emptio.& Barto.in l.quædam.§.nihil interest. ff. de eden. & ibi Iaſ. in iij.& iiij.not.& Decius in l.qui in ius dominiúmve. nu.iij.ff.de regul.iuris.& Ægidius Bellamera Decision.xxxj.Philip.Corneus consil.cclxxix.volu.iiij. & consi.cclij.in litera H,& l.vol.iij. & Decius consi.ccxxxvij.& Bartol.in l.j.§.si heres & ibi Ange.Imo. Alexand. de Socin. in secundo notab. ad Trebellian.Ex quo infertur,secundum Ange. fatuos esse causidicos petentes executionem sententiarum, & instrumentorum garentigiatorum sine hypotheca contra singulares possidentes aliqua bona debitoris obligati,aut condemnati:quia hoc facere non possunt, per iura supra dicta. & idem dicit Bald. in l.ij.C.si aduersus creditorem,allegans gloss. in leg. ea lege. C. de condictione ob causam , dicens esse notandum contra ignorantes procuratores & aduocatos Et idem Alexan.& Soci.in d. §. si hæres.& Iaſ.in d.l.quædam.§.nihil,in tertio nota. Hinc est, quod aduersus eum cui per decretum fuerunt adiudicata bona , cum onere certi debiti,non transit, nec intentari potest actio personalis,sed solum hy-

46 † 7

pothecaria:& ita decisum refert Gallus fuisse Parisiis.clx. Sed vbi essent obligata, bene tenetur respondere & satisfacere creditoribus, vt tenet gl. in d.§.si hæres.& in l.vēditor.in princ.ff.de euict. & l. pignoris.ff.de pign.& l.pignoris.C.eo. Et idem dicendum de instrumento garentigiato, secundum Barbatiam in ca licet causam.versicul.& ideo dicit Bald.& c.de probat.& Felin.in c.ij.Idem dicit Bal. in l.j.C.communia de legat.& Alex.consil.lxxxiiij. ver.non obstat etiam additio.cum tribus sequen.li. iij. Et idem econtra singularis successor non potest tale instrumentum confectum in personā donatorispetere exequi contra debitorem, ex quo ipse nō est nominatus in instrumento, nisi prius probet se hæredem,vel habere causam ab eo qui est nominatus,vt voluit Bald.in leg.si binæ. quem ibi sequitur Ioannes de Imo.ff.de iniusto,rupto testamento. & Soci.in d.§.si hæres.in secundo notab.& Bal.in l.si pro te.C.de dot.promissio.de quo dixi suprà quęst. viij.Et prædicta procedere videntur, quando post debita contracta quis donauit,aut vendidit,vt successor singularis in subsidium teneatur. Secus videtur quando post donationē fecit illa debita,d.l. de rebus.de dona.ante nup.& aliis iurib.suprà alleg.& signanter d.l. omni. §. Lucius Titius cùm haberet creditores,& ibi,tamen quia creditores habere se fecit,&c. Sed adhuc videtur dicendum eum teneri, si donator in eadem remanserit possessione bonorum, tanquam dominus, & creditores ignorabant donationem,& sic bona fide decepti.ad hoc tex.in l.si domus,§.j.ff.loca.& leg.sicut.§.superuacaneum. ff.quib.modis pignus vel hypothe. soluitur,de quo per Francisc. Curt.consil.lxxiiij.& Bartol. Salicet.& Ias.in auth. res quæ.C. comm.de legat. dum tamen prædicta debita non fuerint in fraudem, & odium donatarii facta,sed ob donantis necessitatem,vt notat Bart.& Docto.in l. hæreditarium.ff.de bonis authoritate iudicis possidendis. Et maximè si supersint aliqua ex fructibus bona,vel ex pecunia retenta & reseruata,vt singulariter Ioann.Fabric. in §. pœnales quæ.vltim.institut.de perpe.& tempo. actio. vel etiam si ex delicto aliquid vltra peruenerit ad ipsum, quando delictum afficit dignitatem, vel rem,vt tenet singulariter Bald. consil. ccxlj. incip. Casus consilii talis est:dominus Ferrandus Rex Portugaliæ. volum.iij ad quem recurre,quando successor ex contractu vel delicto prædecessoris teneatur, & ad alios suprà & in sequen.quæ.alleg.Ac pariter per iura in præced.quæ.deducta,fuit alia quæst.
48 decisa,de prælato, † quod teneatur soluere debita prædecessoris sui realia,de quo per Abb. Sicu. & Imo.in d.ca.j.solu.qui tex. hoc probat. & in c.quod quibosdam.de fideiussori.& in c.dilecti.de foro cō peten.& Ioan.Andr. Abb. Imo.& Cardi. de Zabarel.in c.ex præsentium.de pigno.& Abb. *in* ca. pertuas.de donatio.& in c.cum esses.ver.quartò principaliter quæro.de testamentis & Aufre.in stylo curiæ Parlamenti.in tit.de adiornando hæred.& in ti. de adiorn.in causis appel.& Lucas de Penna,in l.ij. quos.col.pen.versi.item non obstat.C.de fund. rei priuatæ.lib.xj.& tex.in c.fin.§.porrò.& ibi Petrum de Anchar.Domini.& Philip.Frā.de offi.ord.li.vj. & Bertrand.de Carpent.cōsi.xxj.nu.j.vol.iij.& quo ad hanc & præcedent. quæstio. idem Petr. de Belluga in Spec.prin.nu.xix.& Domin.consil. xvij. incip.Pro declaratione clariori.& sing.Calde. consil. j.& ij.titu.de solutio.& Blas.Aurio.in addit.ad Gulielm. de Monte Laud.in c.si hi contra quos.vt lit.
49 pēnden.libr. vj. † Nechon etiam ad restitutionem fructuum per suos prædecessores à tempore spoliationis factæ ex castro,vel alio feudo perceptorum, per not.in c.cum dilectus.de ordi.cogni.& in c.j.de dolo & contuma.& in c.grauis.de restit.spol. cùm succedet in vitium,quòd non multùm interest quò ad periculum animæ iniustè detinere, aut inuadere alienum.c.sæpè.eod.titul.& ibi Abb.Sicul & Ioan. de Ripa.cum not.in l.iubemus nullam nauem. C. de sacrosc.eccl.& amplè Barbat. in c.ad hoc.nu. iiij. cum sequen.de solutio.& Oldrad. consil. ccxlix. exod. quæritur vtrum mortuo Episcopo. & sentit Paul.de Cast.in l.deducta.§. qui post.per illum text. in lect.Bonon.prout refert Alexand.ibi,quam non habeo.ff.ad Trebel.volens,quòd si clericus beneficiatus non soluit ex fructibus debita ecclesiæ, cùm soluere potuisset, & ipse postea ad aliam transferatur ecclesiam, & demum alius in illa ecclesia subrogetur,quòd onus soluendi dicta debita transit in illum successorem, qui illi imputare debet quare non soluit,nec ab eo repetere poterit. & ita seruat curia Franciæ,vt infrà dicam. † Et hoc si de- 50
bita non fuerint contracta per illum translatum:alias secus,secundùm Alexand. cum aliis suprà allegat. Non tamen teneretur ad restitutionem fructuum per prædecessores perceptorum, vt volunt Doct.in d.c.fin.de offi.ordi.& Imol.in l. si filiofamil.§.si vir.ff.solu.matri.cum aliis per Auriolum al leg.in d.cap.si hi contra quos.nisi ad sumptus reparationum in ecclesia per prædecessorem non factos.& ita fuit dictum per curiam supremam Tholosanam, contra Abbatem sancti Aegidii prouinciæ:vel etiam cogi potest de fructibus beneficii soluere sua propria debita, secundum Abba. Sicu. in d.c.cum esses.alias si clerici non soluerent de fructibus beneficii,non inuenirent qui eis vnum denarium crederent. Et quasi essent inter Christianos Iudæi,& sic(vt ait Abb.) quandam saperet iniquitatem.pro quo dicit Bald. in leg. quod minor.§.non semper.ff.de mino.quòd nostra interest nobis non interdici commercium directè vel indirectè: quia esset quædam pœna, non prouisio in homine sanæ mentis.Et ad hoc facit quod in simili dicit Ludoui.de Roma.consil.ccclij.incip.quæritur primò ad fin. quod si resolutio contractus initi cum principe esset in ipsius potestate, non inueniretur quis contrahere vellet cum ipso principe, & sic careret, omni commercio.quod esset valde graue.l. hi qui. C.de apostata.ibi,nisi pœnæ visū fuisset esse maioris versari inter homines, & hominum carere suffragiis,& quem no.Albe.ibi,contra aduocatos ignorantes nihil lucrantes,& alios multa lucrari videntes,esse eis pœnam.& idem de principe dicit Felin. sequendo Ludouic.in ca.quæ in ecclesiarum. versicul. limita secundò. constitut. & idem concludit Ioan.Fab.in d.§.pœnales.quæstio. vltim. de perpe. &tem.acti.in viris ecclesiasticis,sicut in temporalibus, qui debent reputare æquum in personis suis, quod in personis aliorum reputauerunt,dicens curiam Franciæ huic adhærere opinioni:quia si lis fuerit contestata contra prælatum delinquentem, cogit successorem procedere,& capit temporale ecclesiæ:nec prosequitur delinquentem, si se transferat:quod est secundum eum plus quàm iniquum.& istud vltimum tenet Guido Pap.quæst.ccccxlvij.& Ioan.Berberius in suo iuris viatorio,titu.de rerum permu.quæst.vltim. & ad hoc vide Paul. de Castr. consi.cccxxxix.aliàs cccxxxiiij.inchoan.Primò quæritur.vol. antiquorum. † facientem mentionem de 51
quodam aresto Parisiis lato contra Abbatem Cluniacen,

niacen.postea in Episcopum translatum, an possit exequi in fructibus & temporali ipsius Abbatiæ,& tenet quod non, nisi tempore quo condemnatus fuit,tenuisset Abbatiam. alias secundum Abbatem in d.c.cùm esses.clerici non inuenirent,qui eis vnũ crederent denarium, & quasi reputarentur Iudæi inter Christianos,si non possent soluere creditoribus de fructibus beneficiorum,& sic(vt ait) quantùm saperet iniquitatem. Et idem de aliis nobilibus dicendum est,vt dixi suprà in quæst. vbi posui an filius teneatur ad legata patris. Et in quæst. nostra ita conclusum fuit in causa Ioannis Caminade mercatoris Caturci actoris, contra dominum de
52 Carreto Episcopum Caturensem.† Et hoc si hæredes ipsorum prædecessorum ipsius non reperirentur esse soluendo, quos prius tenetur adiornari facere:quia ipsi tenentur, vt plenè tenet Dominic. consi.iij.exord.super dubio præmisso. Et latum arestum die xiiij.mensis Iunij,aut iiij.Iulij,Anno Domini,1531.

SVMMÆ.

1 *Permutandi tractatus quando valeat, & quando non,nisi approbante Papa.nn.2. & 3.*

4 *Resignatio beneficij nondum collati an valeat.*

5 *Permutans an docere debeat de iure compermutantis.& num.6.*

7 *Permutationes beneficiorum quibus ex causis fieri debeant.*

8 *Resignatio beneficij ab alio impetrati,vel ante condemnationem,quando valeat.*

Quæstio CCV.

Tractatus de permutandis beneficiis inter aliquos medio iuramento initus,qui ratione obligationis,& pactorum transiuit in obligationem, scilicet, cum alter compermutantium beneficium obtineret, an sit de iure licitus, etiam si per Papam tractatus, & pacta prædicta laudata, & approbata, ac authoriiata non fuerint: ita quod per alterum ipsorum non possit reuocari. Et an notificatio reuocationis parti tantùm facta valeat.

DECISIO CCV.

SIc videntur duæ esse quæstiones,Prima, an tractatus de permutandis beneficiis sit permissus.Secunda,an iurans,aut bona fide promittens permutare vel constituere procuratorem ad permutandum & resignandum,& ipsum non reuocare,nihilominus possit eũ
1 reuocare.† Et circa primam q.dico breuiter tractatum simplicem de beneficiis inuicem permutandis inter aliquos promittentes procuratore dictã permutationem apud illos,qui admittere possunt, nõ esse prohibitũ,vt voluit collect.in ca. cùm olim.in vlti.q.de rer.permu.per tex.in c.olim.de resti. spolia.& in clemen.vna in verb.volentibus.eod.tit. cũ aliis simili.&Fede.de Senis in tract.permuta.quæst. xxxviij.vbi ponit istam quæst.tenens posse renuentẽ per superiorem compelli,& quod talis tractatus valeat,tenet Ioan. Berbe.in suo iuris viato.titu.de
2 re.perm.ver.Quæro de quotidiana q.† Secus quando promissio transit in obligationem, & vnus eorum ex parte sua illam de facto adimpleuit:tunc de iure(vt Collecta ait)non valet.c.cùm vniuersorum. ibi,sicut promiserat resignare.de rer.perm.& sic ibi tenent Do.insuper And.Barba.in gl.j.& Decisi. capel.Tholo. q. cclxj.& Fede. de Senis in suo permu.tracta.q.xxxviij.† Tamen si Papa talẽ compermutantium conuentionem & tractatũ probauerit, tollitur omnis simoniæ labes, vt latè per Felin.in c. ad audientiã.in ij.de rescrip.cũ aliis per nos allega. in tract.de offic.lega.in Francia.in ij.quæ.Hieron. Pauli.lib.prouinciali omniũ ecclesiasticorum. versi.duo tractauerunt de beneficiis,&c. Vbi etiam ponit hanc quæstion.narrans quòd cùm petitæ fuissẽt literæ Cancellariæ super hac promissione facta de curando,ac dando operam contra partem:quæ pœnitebat & renuebat, denegatæ fuerunt. sed in casu nostro tempore resignationis vnius ipsorum nõ habebat beneficium,quod tenebatur alteri tradere. Vnde ante iuxta pacta non poterat subrepticiè, & subfalso dato intelligi obtinere beneficium alterius.c.cum venerabilis.ibi, nec cum alio, quàm cum domino: vel cum eo qui habebatur loco domini, permutatio legitimè valeat celebrari: & ibi Abb.Sicul.ver.quæro quare permutatio.de excep. & pro hoc stat regula Cancellariæ apostolicæ. xxxviij. ibi, quod neutri permutantium ius acquiratur,nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato.Et ibi glo.& idem text. in c.j. ibi,sua beneficia. de rerum permu. lib. vj. Vbi ad hoc vt permutatio beneficiorum locum habeat, requiritur quòd beneficia sint tunc illorum compermutantium.& tenet Ancha.ibi,& Dominic.& Philip.Francus.Et facit tex.in l.j.& quod ibi not. Bar. & Iaſ.j.ff.de re.perm.& Alex.consi. xvj.incho.Viso dicto themate.li.vj.vbi tenet,q; in profanis in simplici stipulatione nõ est locus pœnitentiæ.pro quo vide Paul.de Cast.con.cclxj. incipiente,in quæstione quæ vertitur in ciuitate Castelli.vol.antiquo. Idem Guid.Pap.consi.lxxj.ver.secũdò præsuppono. & in suo singula.consil.dcccxxx.incipiente,Quid si vnus.& And.Barb.in d.c.ad audientiã. ver.Sed quò ad secundum.& c.cum aliis per eum allegat.de rescrip.& Federic.de Senis in tracta.permutat.quæst. x.& xiij.Dominic.consi.xxj.in fine.& Bartholo.Socin.consil. clviij. continuando primum numerum. aliàs est xvj.inchoante,in primis determinanda est quæstio.versicul.nec præmissa. volum.ij & domini de Rota.Decisio. ccxlij.& ccccxxix.aliàs decision. xvij.de decis. xxvj. de procu. in antiq. † Et ego vi 4
di dubitare in simplici resignante nondum sibi pertinenti nec sibi collato,an valeat:videtur quòd sic, vt tenet Rota in prædicta Decisione ccccxxix. aliàs d.decis.xxvj.de procurat.in fin.Sed contrarium est verius,vt infrà dicam quæst.cccviij.incip.vtrum quis posset. Et ob hoc fuit per aliquos ex dominis conclusum in curia contra magistrum Petrum de Larmandie sedis Apostolicæ prothonotarium actorem, in fauorem magistri Alani de fratris, & Anthonij de Ferrieres reorum.Et nondum opinionibus finitis prædictus de Larmandie producit collationem beneficij sibi collati per vicarium Episcopi Lemouicen. quamuis de vicariatu non cõstaret. † Quia secundùm Abba. in dicto capitul. cùm ve- 5
nerabilis. versicul. an autem agens pro beneficio permutato, licet non habeat necesse probare secum permutantem ius in beneficio habuisse,tamen habet probare illum habitum,& reputatum pro tali,& fuisse in possessione illius beneficij pacifica.allegat Decisi.Rotæ.ccccliij.aliàs decis.x.de rerũ permut.in antiquis & in nouis est cix.incipiens,Agenti & petenti,aliàs decisi.iiij.de rer. permutat.& idem gloss.pragmatic.sanctio.tit.de pacific.possess.§. or-

Digitized by Google

dinarij autem.in verbo, inquirant & Deciſion. capel. Tholoſanæ, quæſt. cccclxxvij & idem Abb.in cap.ſll. d.de præſumptio.cum alias per nos alleg.in quæſt.xxxvij.verſicul.Secus videtur in beneficialibus.& in quæſt.cl. incipien. Sed quia ſuprà dictum
6 eſt.verſicul.Secunda, quod licet ſufficiat. † Tamen contra hanc concluſionem Abb.& ſequacium, facit quod dicit Calderinus conſi.ix.de rerũ permu. quòd ſi quis nullum habeat titulum,ſeu ius in beneficio ob eius incapacitatem, illud permutare non poteſt, quamuis illud longo poſſederit tempore: quoniamlonga beneficij detentio non inſtificat titulum aliàs inualidum.ca. de dilecto. de præben.& cap. iij.& dixi in quæſt.cxxiij. in fin. Vnde ſequitur talem permutationem nullo ſubſiſtere iure,quia ex quo ius in eo nullum habet, non poteſt in alium transferre.capi. Daygobertum.j.quæſtion.vij. & c. quod autem.de iure patro.Et ſic videtur. quod iuſtificare teneatur de titulo ſecum permutantis.Et ſi iuſtificare non valeat, pars aduerſa poterit de contrario,ſcilicet de non titulo ac incapacitate docere, prout fecit dominus de Sauonieres, vt ſtatim dicã. Et not. permutationem in caſu præceden. de non beneficio factam non ſolùm eſſe nullam,ac nullius momenti,& firmitatis ſubſiſtere: ſed etiam ſi facta fuerit pendente lite ſuper beneficio ob eius crimen & maleficium,quo veniebat priuãdus impetrator, quia impetrãti(qui habet ius ad illud)eſt debitum, quare reus illud permutare non poteſt,ne ius exclu dat impetrantis,vt ſingulariter tenet Dominic.cõſi.cv.verſicul. Ad ſecundum dico.hanc quæſtionem aſſerens fuiſſe per Alex. de Antilia. terminatam in rep.cap.licet.de rerum permut.lib.vj.Quia ſi Papa (vt inquit) mandat prouideri de certo beneficio cùm vacabit, obtinens tale beneficium poterit il-
7 lud permutare,vt ibi hic probat,& eum vide. † Cũ permutationes beneficiorum fieri debeant propter neceſſitatem,& vtilitatem vtriuſque eccleſiæ. cap.quæſitum de rerum permutat.& cap. mutationes.vij.quæ.j.Sed hic ex parte accuſati vtilitas & neceſſitas(quòd promoueatur ad illam ſecundam eccleſiam,cum ab ipſa etiam propter delictum remoueri debeat)eſſe non poteſt: quia in permutatione ceſſant cauſæ permutationis finales. Et per conſequens caret vitib. cap. cum ceſſante. de appellatio. & cap poſt tranſlationem.de renunt.& idem Bald. in conſil. cxcviij. incipien. in cauſa domini Guliel. volem.iij.volens plus quod Dominic.in præallega. conſil. talem accuſatum non poſſe per pœnitentiã reſtituirari,niſi per ſolam Papam, qui de præmiſſis mentionem faceret expreſſam, vt ibi. Quãuis ſecundum eum ibi in principio verſicul. quò ad primum.talis accuſatus poſſit illud beneficium ſimpliciter reſignare,etiam vſque ad concluſionem cauſæ capit.dudum.in ij.de election.c.per tuas. in fine. de ſimo.c.ex literis & capitul. fina.de exceſſ.prælato.& plenè Tho.Ferra.in ſuo ſingu.xliiij. cum aliis per eum allega.& per nos ſuprà q ij. exordien. Beneficia.& idem Probus in addition.ad monachum. in cap.a d apoſtolicæ.nume.x.incip.Clemens.de re iudi.lib.vj. Sed an poſt concluſionem in cauſa, dicam in ſequent. quæſtion. Imo per iura ſupradicta patet cautelam tali accuſato eſſe vtilem,ſcilicet renuntiationem facere,& non profectò ſuper crimine ſententiam expectare,vt euitet infamiam,quam ſi condemnaretur ex illo incurret. c. cum te. de re iudica. Et hanc cautelam ponit etiam Felin.in cap. inquiſitionis.verſi.Et idem cautela eſt.de accuſa. & Anto.de Butr.in d.c.dudum.ver.not.conſilium. & Ioan.de Selua in tertia parte tract.beneficiorum.q. ij.& gl.pragma.ſanct.titul.de collatio.§.item inſuper,in verbo,diſponere.verſ.poterunt ergo. Tamẽ ob talem renuntiationem ſimpliciter factam non ceſſabit iudex procedere contra eum, propter interesse impetrantis,ad ſciendum à quo, & de quo ſit eccleſiæ prouidendũ.c.ſi hi contra quos.vt lite pẽdente.lib.vj.Quia in certis caſibus etiam poſt mortem litigatoris proceditur. C. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit. C. ſi pendente appellatione mortuus fuerit.d.ſi hi.& c.ſequen.vt lite pendente. & cap. ſi electio.de elec.lib.vj.dicens hanc concluſionem fuiſſe Ioann. Andr. poſt Hoſtien.in d.cap.per tuas. ſuper glo. fina. & gloſſ. in d.c. ſi hi contra quos.in verbo,finita. † Limita hoc vltimum, niſi is contra 8
quem mandatum Papæ impetratum fuerit, prius reſignaſſet bona fide,ignorans impetrationem prædictã, vt voluit Anto.de Butr.conſil.xliij.incipien. Aggredior ſecundum principale.Secus ergo,vt inquit, ſi ſciuiſſet impetrationem propter clauſulam Decreti irritantis,vt ibi per eum.Item ſecus ſi erat ipſo iure ob nõ promotionem ad ſacros priuatus. c.licet canon.& c.commiſſa.de electione.li.vj.tunc reſignare non poteſt,vt tenet Deci.Rotæ.v.titu.de re iudic. incip.Accuſatus coram ordinario in antiquiorib.recollect.per Biſignetum.& Felin. in cap. noſtra.xxxvij.correllatio.verſi.Fallit quinto.in fin. ibi,item, mandatum Papæ de prouidendo. de reſcrip.& in c.cæterorũ.verſi.Octaua reſtrictio.circa medium.ibi,ſed caue quia non ſufficit.eod. titul.& vtrobique alleg.Rot.in d.v.Deciſio.& idem Deciſ. capel. Tholoſa.quæſt. ccccxxxvj. & Probus in addit.ad monachum.in c.præſenti nume.xvj.verſi. vnum tamen teneas.& num.xxiij. verſic. Alex.vj.de offic.leg.lib.vj.Et ſic concluſum in curia in proceſſu domini Ioannis de Sauonieres Regis Conſiliarij curiæ Tholoſæ, contra Ioannem de Gareycoche, qui ſucceſſerat in locum cuiuſdam Graulat,qui pariter à Ioanne Franciſci accuſato ob non promotionẽ ad ſacros ordines ex cauſa permutationis beneficium de Cauſſade, pendente ſuper illo lite, obtinuerat.

SVMMÆ.

1 *Reſignare beneficium an poſſit accuſatus poſtquam concluſum eſt in cauſa.& nu.2.& 3.*

4 *Infamiam euitat qui ſolnit ante condemnationem.*

5 *Beneficium poteſt impetrari lite pendente ſuper accuſatione.*

6 *Fugitiuus an ſit amplius citandus.*

7 *Citari an debeat, qui dixit ſe nolle venire.*

8 *Electio an ſpectet ad collegium vacante eccleſia per priuationem prælati.*

9 *Contumax non auditur appellans,nec per viam reſtitutionis in integrum,aut appellationis.*

10 *Priuatus per ſententiam an ex tunc perdat locũ in capitulo,& ſtallũ in choro ſine alia remotione.*

11 *Appellatione deſerta, an poſſit prior ſententia exequutioni mandari,ſine alia ſententia.*

12 *Iudex appellationis non debet condemnare vel abſoluere.*

13 *Beneficiũ vacare cenſetur, & impetrari poteſt poſt deſertam appellationẽ à ſentẽtia priuationis.*

Queſtio CCVI.

Et quia ſuprà diximus accuſatum poſſe pendente lite ſuum reſignare beneficium vſque ad concluſionem cauſæ: ſed an poſt concluſionem in cauſa?

DECI-

DECISIO CCVI.

ET † videtur quòd non, vt tenet Feli. in d. c. per tuas. col. ij. in fi. vers. Fallit. limitans præcedens dictum in præcedenti q. accusatum renuntiare posse beneficio suo lite pendente super crimine ex quo veniebat priuãdus, vsque ad conclusionem causę, sed non post conclusionem in causa. & hoc per text. in l. qui pœnæ. Ibi, quia iam lege Cornelia damnatus esset, vel cùm futurũ prospiceret vt damnaretur. ff. de manumis. per quẽ tex. (vt ipse refert) consuluit Bald. consil. exord. Quæstio proposita, quod inuenire non potui. &, vt Felin. ait, ita sensisse Innoc. in ca. venient. de renun. & Dominic. in d. consi. cv. in primo dubio. & alios suprà proxima q. in fi. allega. Et ratio alia Bald. per Felin. relata erat, quia paria sunt finitum vel cõclusum in causa. & idẽ Bal. dicit in l. error. in ij. q. vers. aduerte. & in iij. q. C. de iur. & facti ignor. Nam cõclusio, vt inquit, est terminus disceptationis, alleg. Io. Mona. in c. fi. & ibi Philip. Probus, num. x. & seq. post Io. And. in nouel. de in integ. restit. & Ias. in d. Lerror. in ij. notab. vers. quid autem. & Roma. consi. ccxlvj. & Bartol. in l. mater. §. eandem. in fi. ff. de excep. rei iudic. qui pro hoc alleg. tex. in l. si rem quam mihi alienam. §. fi. ff. de euict. ibi, dum tamẽ ne prope ipsam condemnationem id fiat, iuncta glos. quæ exponit, id est, dum non sit renuntiatum allegationibus, vel testes aperti, cum aliis per Alex. ibi alleg. Ad idem tex. cum gl. in c. significauerunt, in verbo, liquere. de testibus & tex. in c. cùm dilectus. de fide instru. & vtrobique per Doct. † Vnde quando quis
2 videns se statim cõdemnandum & priuandum, renuntiat, tunc in fraudem nominati vel graduati, aut superioris collatoris fecisse videtur: ideo non valet, vt etiam voluit And. Barba. consi. xj. versi. ad claram & indubitatam decisionem. vol. j. & hoc per text. in c. ij. de renunt. lib. vj. vbi renuntiatio in fraudem expectantis primam vacaturã facta de pingui beneficio, non valet. Et pro hac decisione est tex. in c. pastoralis. vers. si verò renuntiatum fuerit, vel conclusum, vt iam possit causa proprietatis diffinitiuæ sententiæ calculo terminari, ne lites litibus inculcẽtur, & via possit fraudibus aperiri, causa nõ decisa, possessorio non erit vtẽdum de causa possessio. & proprieta. † Et tamen mihi videtur text. in contrarium
3 de corpore iuris melior. in d. c. dudũ. in ij. in fi. de elect. dum ibi dicitur, Tandem cũ non restaret nisi proferenda sententia, idẽ tam iuri (si quod ei cõpetere videbatur) quàm liti cessit spontanea voluntate: cuius cessionẽ ducimus admittendam: contrariũ volens per illa verba, cùm non restaret, nisi proferenda sententia. & sic concluſum erat in causa, post cuius cõclusionẽ Papa resignationẽ admisit, & ante sententiã super priuatione proferendam. Et ibi hoc tenet Anto. de But. vers. Not. consiliũ, ibi, vel aliter not. cautelã, vt in causa ex cuius causa venit quis cõdemnandus & sigillãdus facta cõclusione in causa, & visis allegationib. si se in causa videat succumbere, cautela est, vt cedat liti, & nõ expectet sententiã sigillantem. allegat text. quem dicit esse similem in c. ij. de in integr. restitu. & idem Abb. Sic. in d. c. dudum. vers. nota. penult. ibi, cùm nõ restaret nisi sententia. & ibi idem Ancha. in xxiij. notab. & mirum, quod Felin. non viderit ipsos, nec Bart. in l. si reus. quem ibi sequitur Bal. in iij. notab. & Paul. de Cast.
4 vers. In text. si famosa. ff. de procurato. † volentes consilium illius l. esse, quod quis, vt euitet infamiã, ante condemnationem soluat. & dicunt hoc habere locum tam in ciuili, quàm criminali. & istud vltimum videtur verius. Sed hic in casu nostro renũtiatio fuit post cõclusionem in causa, & sententiam priuationis, ac electionem seu collationem capituli: quia vigilia sententiæ priuationis passatum fuit procuratorium per magistrum Franciscum Ferronum ad resignandum, quę longè post per summum Põtificem fuit recepta, quamuis interim per alium fuisset beneficium impetratum, † quod impetrari, 5
etiam lite pendente super accusatione, potuit, vt voluit Dominic. in d. consi. cv. & Ant. de Butr. consi. xliij. cum aliis in præcedenti q. allegatis. Tamen ab ista priuationis sententia lata contra dictum Ferronum fugitiuum contumacem lite contestata, & termino ad affrontamentum sibi fiendum præfixo, binis duabus citationibus adiornatum, appellatũ extitit per fratrem illius Franciſci Ferroni cõdemnati: dubitatum fuit multum an esset verus contumax, & appellare potuerit, de cuius fuga, & eius citationibus dixi in q. ccxv. icni. Incarceratus. quibus visis plures ex dominis, de quo numero erat primus præses & ego, fundantes primo per dictum Oldra. consil. lxv. exord. Hic agitur de duob. vers. venio ad secundum. † volentis talẽ fugitiuũ non esse amplius 6
citandum, cùm cõstet de vera contumacia: imò, vt inquit, de verissima, quia dicit se nolle venire non est quare citetur: cùm in incertis non certis fit locus coniecturis. l. continuus. ff. de verb. oblig. dicẽs ad hoc facere l. cessante. secundũ vnum intellectum glos. C. quomodo & quando iudex. Et hoc expressè not. in l. tres denuntiationes. eod. tit. allegans Inno. ita tenere in c. ad petitionem. vers. sinautem inueniatur. de accusa. & idem tenuit Ioan. Andr. (qui ab illo multa accepit) in addit. Specul. tit. de præsump. versi. vnica. in ij. per text. in cap. venerabilibus. §. secus. de senten. excommu. lib. vj. quia plus est, facto demonstrare, quàm verbo dicere. cap. dilecti. in ij. & in glos. j. de appellatio. l. reprehenda. C. de insti. & substitut. ergo dicens se sine appellatione nolle venire, est manifestus contumax, ita quòd amplius non est citandus. dicto §. secus. fortius dicendum est in isto fugiente, quifacto declarat nolle amplius comparere, vt infrà dicetur. & sequitur Paris de Puteo in syndicatu. in verbo, fuga officialis, ante finem. licet in casu dicti Ferroni aliter fuit processum. Nam ad conuincendam malitiam & contumaciam suam tribus edictis, & quarto ad audiendam sententiam extitit adiornatus, vt dixi in dicta quæstione ccxv. incipien. incarceratus. † Quamuis 7
Ioann. Andr. in addit. Specul. titul. de contuma. §. j. in magna postil. versicul. de sexto. velit quem non fore citãdum, siue verbo, siue facto (quod plus est, vt dictum est) si dixerit se nolle venire. Et Felin. in d. c. ad petitionem. versi. Item circa prędicta. Sed huic opinioni satisfactum fuit, vt dictum est. Nec potest processus impugnari ex defectu vnius citationis minus legitimè factæ, & sic propter iudiciarium ordinem non obseruatum, quoniam ordo iudiciarius fuit obseruatus: & posito quod nõ, tamen ob hoc sententia priuationis, etiam prætextu restitutionis in integrum, rescindi non potest. Quinimo summus Pontifex, ad quem visus fuit appellare, debet eum de nouo priuare, quemadmodum ipse fecit contra Galterum Abbatem Corbiensem, vt patet per dictum c. ad petitionem Galteri. quem tex. Abb. Sicul. Io. de Ana. & Feli. faciunt sing. etiam ad aliud, † quod ad collegium spectat electio, non solum vacante ecclesia per mortem prælati, sed etiam per priuationem ipsius iudicialiter factam, vt ibi Abba. in ij. notab. & Ioan. de Ana. post princip. ver-

sic. Et probat ista litera. Et Felin. in j. notab. cum aliis allega. Et sic talis contumax, non solum per viam appell. vel restitutionis in integrum non auditur. d. cap. ad petitionem. sed nec etiam per viam supplicationis, vt voluit glos. reputata singul. in l. fin. C. vt lite pendente. quam sequuntur Innoc. & Doctor. in cap. ex literis de in integ. restit. & Ioan. de Imo. in l. ex consensu. §. fin. versic. Vnum tamen non omitto. ff. de appel. dicens vidisse magnum de hoc dubium in curia Regis Aragoniæ. & idem Ias. in l. penult. ante fin. versic. Item adde quòd ista re-
9 gula. C. vt lite penden. † Hinc est, quòd Barba. con. lxxxij. incipien. Circa primum dubium. volum. iiij. dicit Cardinales habere priuilegium, vt beneficia vacantia per obitum suorum familiarium non possint impetrari, nisi de consensu dominorum Cardinalium. Tamen non extenditur ad casum, quo vacat per priuationem exigentibus ipsorum meritis.
10 † Et an canonicus iste, & decanus priuatus illis per sententiam, perdiderit ipso iure stallum in choro, & locum in capitulo, vel requiratur distallatio, & remotio ab illis per superiorem fienda. Et Bal. in l. ij. ver. Sed hic quæritur. C. de seruit. & aqua. refert Inno. in c. in literis, de restitu. spol. tenere distallationem esse necessariam. Sed ipse tenet cõtrarium, & illum esse priuatum stallo, & loco prædictis, vt ibi per eum, quem sequitur Felin. in d. c. inquisitionis. versic. Adde Bald. de accusa. & pro hac opinio. facit decisio Rotæ, j. titu. de accusat. in recollectis per Bernard. de Bisignето, quod priuatus ecclesia per sententiam simpliciter, censetur per consequẽs priuatus prioratu, qui est pars in ecclesia, quæ est totum. Ergo sic citatus post fugam censetur verus contumax, ita quod appellare non possit. clement. si ante. de dolo & contum. l. j. C. quorum appel. non recip. l. properandum. §. cum autem. de iudic. & ibi Felin. §. finautem reus. & l. & post edictum. §. fin. ff. eodem titul. & ibi de sancto Georg. & Socin. in tracta. fallen. regula lxxiij. vbi ponit regulam negatiuam, cum pluribus Fallen. per quod dicit Bal. in l. prætor ait. §. ait prætor. quem legit cum §. finautem. ff. de noui oper. nuntia. quòd si verus contumax appeliat, tamen non potest per aliquas probationes super appellatione factas purgare contemptum iudicis, propter quem punitur, vt repellatur ab appellando. & ipsum sequitur Ias. in dicta l. prætor ait. in princip. in iiij. notabi. qui allegat glos. in l. ex consensu. §. fina. & ibi Bart. ff. de appellat. & idem dicit Anton. de But. in cap. j. in ix. notab per illum text. de iudi. ibi, id promiserat, & altera die respondit hoc sibi non placere, atque discessit. quem sequuntur Docto. volentes per illum textum talem esse verum contumacem, postquam se præsentauerat in tribunali publico: quia notoriè constito de comparitione, notoriè constat de recessu nimis tempestiuo, signanter contra promissionem de respondendo, prout fuit ibi, & in casu nostro de prædicto Decano, qui die per eum capta ad cõfrontamentum sibi fiendum fugit, & abiit, quia talia iudicialia, vt inquit Butr. non possunt esse nisi manifesta. allegat glos. in dict. cap. venerabilibus. §. secus. in verbo, in iudicio. Sed Barba. ibi, nume. xxxvij. intelligit hoc esse verum, quando discessit nulla facta responsione, prout facta fuerat per Episcopum Centurien. de quo in text. fit mentio, qui die præfixa respondit hoc sibi non placere, quo casu non recedendo sine licentia non dicitur verus contumax, sicut ille qui dicit, nolo respondere. Et sentit Felin. in dicto cap. j. verbo, vtrum recedens à iudicio sine licentia dicatur contumax. quod videtur contra illum textum, si post terminum ad respondendum, siue responderit, siue non, illicentiatus recesserit: quia paria sunt dicere, non placet respondere, vel dicere, nolo respondere: aliàs esset facere vim in verbis. Or ponamus, quòd fuerit cõtumax fictus, & non verus, quòd appellare potuerit, prout fecit, & releuauit coram certis iudicibus, Anno 1524. qui vsque nunc prosequutus non fuit diffinitionem appellationis, & sic cecidit in desertionem, ita † quod non requiritur sententia su- 11
per desertione ferenda, antequam sententia diffinitiua tranſeat in rem iudicatam, vt voluit glos. in l. eos. in princip. in verbo, imustam. C. de appel. quia perinde habetur ac si appellatum non fuisset, l. quoniam. & l. si contra maiorem. C. de appellatio. & l. fina. §. illud. C. de tempo. appella. & authent. ei qui. eodem titu. & in cap. cùm sit Romana. & cap. ex ratione. de appellation. & Abba. Felin. & Decius in dict. cap. cùm sit Romana. in glos. ante litis. Et sententia potest exequi appellante non vocato. & Imol. in d. cap. ex ratione, quem ibi sequuntur Abba. Sicul. versicu. in vltim. quæst. & in versicul. sequen. & not. ex dictis Innocen. & Dec. versicu. Sexta & vltima quæstio. & Felin. versicu. Sextò & vltimo. vt infrà dicam. & text. in clement. si appellationem. eodem titu. Sed Bartol. in hoc dicit glos. verum dicere, † quod iudex ad quem, non debet 12
pronuntiare diffinitiuè absoluo vel condemno, sed pronuntiare appellationem esse desertam, & sic absoluere ab obseruatione iudicij, per text. in l. si præses. C. quomodo & quando iudex. & idem Paulus de Castr. in dict. l. eos. versicu. In secunda quæstion. Tamen secundum eum si non pronuntiet elapso termino prosecutionis, iudex à quo poterit exequi suam sententiam, non obstante pendentia appellationis, & idem ibi Salicet. versicu. reuertor ad glos. & Bald. in authent. si quis litigantium. versicu. Quartus & vltimus casus. C. de Episc. audien. & in consil. xx. volum. iij. & consil. cccixxx. vol. iiij. volens ibi plus, iudicẽ ad quẽ non posse (appellatione iã deserta) cognoscere de causa nullitatis sententiæ, sed oportere denuo agi, & ibi vide. & idẽ Abb. Sic. in d. c. cũ sit Romana. quamuis Decius ibi velit contrarium, vers. An autem remoto isto text. Sed Bal. cõ. cccxxxviij. in c. Reparatio appellationis desertæ. vol. iij. quod reperitur in primis impressis, sed in nouis, † volens fortius quem posse impetrare 13
beneficium per priuationem vacãs post desertionẽ appellã. etiam si pronũtiatum non fuerit super desertione, super qua dicit non esse pronuntiandum, sequendo gl. in d. Leos. referens plures Doct. sic cõsuluisse, quos sequitur, etiam si gratiosè, seu mera principis gratia reseruatus fuerit ab illa desertione. Secus si ex mera iustitia, puta propter iuridicũ impedimentũ, tunc retrotrahitur. c. quamuis. de reser. li. vj. l. in causæ. §. interdũ. ff. de mino. & istud tenuit Inn. in d. c. ex ratione. quẽ ibi sequitur Abb. Sicu. Fatetur tamen, q̃ licet appellans. & latè Decius consi. ccccxxxvj. incip. Visa instructione casus. quãuis Ancha. in clem. j. de appel. post Lapũ ibi, velit lapsum termini in beneficialib. non operari desertionem. quod intelligunt Cardi. Imol. ibi, quando parte inuita statutus fuit terminus, secus si parte cõsentiente. Sed primum tenet Felin. in d. c. cùm sit Romana. vers. postremo limita, quia illud dictum (vt ipse ait) non habet locum in omni causa beneficiali, sed solum in causis electionum, de quibus loquuntur iura per ipsos Petr. & Lapum alleg.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Procuratorem ad reſignandum conſtitutum cum iuramento de non reuocando an liceat reuocare. num. 2.3.& 4.*

5 *Procuratore ad reſignandum in manibus Papæ conſtituto, non licet in manibus ordinarij reſignare. nu.6.*

Quæſtio CCVII.

Ad ſecundam veniendo quæſtionem, an iurans non reuocare procuratorem ad reſignandum conſtitutum, poſſit non obſtante iuramento reuocare.

DECISIO CCVII.

1 CIRCA† hanc quæſtionem Doct. varij ſunt, quoniam domini de Rot. deciſi.ciiij. aliàs deciſ.viij. de procu. in anti. tenẽt non poſſe ipſum reuocare, quando ex cauſa permutationis, ſecus ſi ex cauſa ſimplicis reſignationis rationem ibi reddentes, quia aliud eſt procuratorem ad ſimpliciter reſignandum,& aliud ad reſignandum ex cauſa permutationis conſtituere, vt ibi per eos,quos ſequi videtur Felin.in cap.ex parte decani.verſ.Conſidera primò,cum verſi.ſeq.de referi.& idem Collect.in d.c.cùm olim.q.vlt. de rerũ permu.Quinimo poteſt per ſuperiorem, ſi velit,ad id compelli.Et idem Alberic.in l.ſi procuratorem. verſ.quid ſi in literis.ff.de procurat.dicens ita obtinuiſſe: quia quod ab initio eſt voluntatis, ex poſt facto eſt neceſſitatis. l.ſicut. C.de acti. & oblig.niſi iuſtiſſima cauſa ſecundum eum ſuperueniſſet, tunc reuocare poſſet,argu.l.poſt litem.cum ſeq. de procurator.vt ibi latius per eum. & in Litem ad litem. eodem titu. & Deciſi. capel.Tholoſæ, in prælleg. q. cclxj. dicens ſic concluſum fuiſſe in capella. cum aliis alleg per Felin.in d.c.ex parte decani.in v.ampliatione.† Sed contrarium quod poſſit eum reuocare,tenuit gloſ.in c.fi.in verbo,reuocatus. de procura.lib.vi.quam ibi ſequuntur Lapus,Domin.Ancha.& Philip.Franciſ.& Barto.in l.cum precario.ff. de precar.& Angel.in l.& in perpetuum. ff. de procur.& in l.Stichum.§.vſumfructum.& ibi Ioann.de Imo.ff.de ſol. volentes etiam ſi pœna eſſet adiecta, poſſe ipſum reuocare.& ſic conſuluit Paul.de Caſt. conſil.ccxxv.exord.punctus talis,Martinus de Flor. & pariter conſil.cxxij inc.Quod dicta domina.vol. antiq.& Alex. conſil.xviij. incip.Viſis capitulis.dicens opi.gl.in d.c.fin. communiter.à Docto. ſequi. & idem in l.ſtipulatio hoc modo concepta. de verbo.obliga.& Dec.conſil.ccccixxv.nu.xviij.& Henri.de Bouerio in ſuo ſing.xxij.titu. procurator coniunct. perſona & ſyndicus: quia iſta promiſſio de nõ contraueniendo, eſt contra naturã procurationis,& actus procuratoris,ſecundùm Bart. & Doct. ſuprà alleg.Ideo non tranſit in obligationem, quare non tenet facta reuocatione, licet ex parte alterius ſit adimpleta,d.c.cum vniuerſorum. vt dictum eſt.& ita tenet Felin.poſt Abba.Sicu.in ca.edoceri. verſi.& domin.Abb. de referi. & Feder.de Senis in tracta. permu.q.xxxv.& Feli.in c. cùm acceſſiſſent. verſ.& aduerte quia vbi non poſſunt. de conſtit. & in c.ſi diligenti.ver.nono fallit,cum ſeq.correlario. de foro compe.& Decius in c.ad noſtram.verſ.Succeſſiuè Abb.hic dicit.de confirma.vtil.vel inutil.& Fel.in c.ſi diligenti.verſ.ad illud de validitate actus contra iuramentum de præſcript.vbi pro hac opin. infinitas adducit cottas, q valeat talis reuocatio.

†Quid dicendum?Bal.in rubri.extra de procurato. verſ. Periurium non impedit. tenet poſſe reuocari per conſtituentem, quando ſimpliciter iurauit: & non quando promiſit aduerſario cum iuramento de non reuocando talem procuratorem:quia ex tali iuramento licito & honeſto (ne ei illudatur) oritur obligatio.l.ſi quis maior.C.de tranſact.& eo caſu non poterit reuocare. tamen iſta deciſio Bal. eſt ardua, vt inquit Iaſ.in l.ſi non ſortem, §. ſi centum. de condictio.indebi.quia iura per quæ mouetur gl. d.c.ſi.de procu.ei refragantur. Et idem ait Felin. in d.c.ex parte decani.in ſi.v.ampliationis.dicens,q ſi opi. dominorum de Rot. & quæ dicta ſunt pro illa parte haberent locum,totaliter eneruaretur glo.in d.ca.fin.de procu. quæ propter tot Doct.qui illam extollunt,& ſeruatur in praxi,& non in ſcholis, per ea quæ ipſe adducit,ſignanter opi.Alb.de Roſa.dicentis ſe de facto obtinuiſſe.& ſic de facto gloſ.illa ſeruatur: ſiue loquamur in procuratore ad ſimpliciter,vel cauſa permutationis reſignãdum cum iuramento conſtituto. & ita Franc. Curt. conſil. liij. incip.Super art.verſi. Primo quia idem videmus.& conſi.lxix.cuius initium eſt.dominus Ioan. verſ.ſolum reſtat reſpondere.& Io.de Selua, in tracta. ſuo beneſi.parte iij.q.xvj.& xvij. in illa q.an valeat collatio facta contra iuramentum,ſequendo glo.prag. ſanctio.tit.de elect.in ver. vtiliorem, quæ idem tenet.Tamen aduertendum eſt, quod licet gloſſa fin. prælleg.& Doct.velint talem reuocãtem eſſe periurum, tamen non eſt, ſi ex aliqua iuſta cauſa eum reuocauerit, tunc nullum incurrit periurium,vt tenent Domini.& Philip.Franc.in d.ca.fin.allegantes Feder.de Sen.ita tenere conſ.cvij.in fin.quod incipit,factum tale eſt:aliàs eſt nu.100.& ſic ſentit Alb. in d.l.ſi procuratorem. dum vult id quod ſuprà dictum eſt,reuocari procuratorem poſſe,ſi aliqua iuſta ſuperuenerit cauſa,prout hic interuenit. Et idẽ Gulielmus de monte Lauduno in d.c. fin.§.Auriolus.ibi,in addit.& ibi Probus, in additio. ad Mona. nu.iiij.vſque ad fi. Quemadmodum quis(vt volunt Dominic.& Doct.in c.ij.de renũ.lib.vj.)poteſt pœnitere & reuocare beneficiũ præſentialiter reſignatũ, quãuis per ſuperiorẽ reſignatio beneficij fuiſſet admiſſa:ex quo enim ſtatim eũ pœnituit:actus non videtur eſſe perfectus,tanquã incõſultè factus.allegant l.diuortium.ff.de repudi. licet Archi. tenuerit contrarium.ibi,& Pau.de Liaza.& Zabar.in d.cle.j. ver. Quæro quia hic dicit.& Ancha.in d.c.ij.de renun.Tamen,vt inquit Dominic.ibi,primum eſt æquius. ne lubricum linguæ inconſultè de facili noceat.l.famoſi.ff.ad leg.Iul.maieſt. & ſequitur Barb. conſi.xliiij. verſ. præterea adduco quod voluit vol. ij.quod tamen intelligendũ eſt ſecundum Io.Andr. quãdo calore iracundiæ reſignauit, & ſtatim pœnituit,quod reuocare poterit,aliàs ſec⁹. & idẽ Philip. Fran.ibi,& ad hoc facit quod dixi in q.eccl.inchoã. Minor quatuordecim.† Et iſtud verũ, quando quis per ſe renũtiat, nullo ad reſignandũ cõſtituto procuratore:ſecus videtur ſi per nuntiũ vel procuratorem d. cle. j. per quæ eſt dare reſponſum ad authorizationem, & manus Papæ appoſitionẽ ſuper tractatu permutationis fiendæ,ex quo inferior nõ poteſt ſe intromittere.c.cum inferior.de maio.& obedien.c.vt noſtrũ.vt eccleſ.beneſi. & c. licet. de offi. ordi.& c.licet.& c.ſtatutum.de præben. lib.vj. cum ſimili.Vnde poſtquam licentia cedendi fuit obtenta,non potuit reuocare,cap. quidam. & ibi Ant.de But.de renun.& glo.in d.cle.j.in verbo,cedendum. & ſic etiam tenet Ioannes de Selua, in dicto tracta.

ſuo beneſic.parte iij.quæ.xvj. volens poſt iter curiæ Romanæ arreptum ſeu inceptum,inferiorem ſe intromittere non poſſe,vt vidit in ſenatu Tholoſano obſeruari. & pro hoc dicto ponderat text. in dicta clem.j. de renuntiat. & idem prius dixerat Barbar.
5 conſilio xlviij. volum.iiij.† tenens,dominium poſt conſtitutionem procuratoris ad reſignandum in manibus Papæ, non poſſe reſignare in manibus ordinarij etiam procuratore prius reuocato : vocans quendam aduocatum,qui tenuerat contrarium,obſtinatum. Tamen Feli.tenuit contrarium,in dicto c ex parte decani. verſi.limita ſecundo,volens reſignationem domini coram ordinario , & non pro-
6 curatoris coram Papa poſt factam valere.† Et contra ſuam & ſecundum opin. Barba. fuit iudicatum per Seneſchallum Petragoricen.die ſecunda Martij, Anno 1533. Cuius ſententia extitit per curiam confirmata,die xxiij.Maij,Anno 1514. In fauorem magiſtri Raymundi Berõ appellati contra magiſtrum Antonium de Rochai. à prædicto Seneſchallo appellantem. Quod intelligunt quidam,quando notificatio renõcationis fuit procuratori aut ſuperiori expreſsè facta:ſecus ſi expreſsè reuocatio non fuerit intimata. Tamen intimata, aut non,fuit iterum ſecundum opin. Barba. & de Selua, per curiam iudicatum,in fauorem magiſtri Gulielmi de la Fargue, contra magiſtrum Ioannem de Cropte. Et latum arreſtum die j.Februarij, Anno 1532. Pro qua deciſione facit quod adducit Barb.conſi.xj. num.xxvij. volum. j. vbi ea ferè iura allegat. Sed in caſu noſtro non obſtant:primò,quia non fuit vera licentia cedendi facta per procuratorem habentem poteſtatem ſub conditione, ſeu modo ad authorizationem, & renuntiationem conſtitutum : & non profectò ad licentiam cedendi petendam,ſcilicet,dum & quando ius fuiſſet eidem Larmandiæ quæſitum, & non aliter , neque aliàs. Quare ante non potuit nec conſentire autorizationi factorum per Papam fiendæ,vt voluit gloſ.in d.clem.j.de renun. in verb. liberè.quem ibi ſequũtur Zenzeli. & Ioan.de Imo. Quia contra formam mandati cenſetur eſſe facta: ideo nulla.c.ſp.cum dilecta.de reſcript.l.diligenter. ff mandа. Secus ſi dies acquiſiti iuris, aut conditio veniſſet tempore quo procurator vult cedere: quia nunc idem eſſet ac ſi in princi.purè fuiſſet conſtitutus.l.potiores. ff. qui põtio.in pig.hab. & no.in c.ſi pro te.de reſcrip. lib.vj. Niſi ante diem procurator fuiſſet reuocatus,vel etiam ante renuntiationem:vt fuit huic.Quia renuntiatio facta per procuratorem fuiſſet admiſſa penult.Septembr. Et reuocatio fuerat ix.eiuſdem menſis,vt ſtatim dicam. Tum ceſſio eſt petenda aut propter commodum eccleſiæ , aut ob ſalutem perſonę,& altera ex prædictis cauſis referenda eſt, ſecundum Ancha.in d.c.quidam.de renun.Et iſta eſt vna ratio, vt inquit , quare non licet reſilire. Ideo erat neceſſe procuratorem ad hoc fuiſſe conſtitutum,vt dicit gloſ.in d.clem. j. in verbo,cedendum.quãm ibi faciunt ſing. Ioan.de Imo. & Docto. Et poſito quòd fuiſſet bene facta, & obtenta cedendi licentia,tamen reuocari potuit,cum ex parte præfati de Larmandie à promiſſione dandi beneficium accordatum fuiſſet receſſum,aut ſaltem recedere vellet , & dare aliud loco promiſſi, merito potuit reuocare & recedere. l. cùm proponas. C.de pac.Tum tertiò,quia prius fuit hic,vt dictum eſt, facta reuocatio , & parti notificata, quàm autorizatio & approbatio Papalis:vt conſtat per literam miſſoriam dicti de Larmandie. Et illud etiam beneficium reſignauerat antequam procurator ſuus fuiſſet reuocatus : vnde ſua, & non procuratoris etiam reuocati , ignorantis reuocationem, valet,ſecundum Feli.in d.c. ex parte decani. verſic. limita ſecundo.& iſta Felin.opin.videtur prius fuiſſe gloſ.in clemen.literis. in verbo, feciſſe.ibi,pone. de probatio. dicens , quòd ſi Papa narrat aliquod beneficium contuliſſe per renuntiationem , quòd benè poterit probari cedentem prius in manibus ordinarij renuntiaſſe : & illam ibi ſequuntur Ancha. Ioann. de Imol. verſ. idem ſi volo. & ipſemet Barba. & idem Aurio.in additio.ad Guliel. de mõte Laud.in d.c.ſi.de procurato. & ibi videtur ſequi Probus nume. iij. ambo etiam allegantes Roman. conſilio cccxlij.incip. Quòd ad primum.quod vacatio beneficij non poteſt ex vnius perſona dupliciter contingere, non ſuperueniente poſt primam vacationem nouo titulo. Et pro iſta opin.Feli.facit quod dicit Socin.conſil.lxxxvij.incip.Præſentis cõſultationis difficultas. verſic. ſuccedit omnino alia dubitatio.volum.ij.venditionem per dominum factam prævalere venditioni per procuratorem factæ,& quod notat Bartol. in l. ſi ſine. ff. rem ratam habe.& iſta opinio Felin. ſeruatur in curia Tholoſana , vt patet per arreſtum Tholoſæ latum die xiiij. Februarij, Anno 1527. in fauorem Gulielmi Filioli ab ordinario prouiſi , Contra magiſtrum Petr.de Tholza, à Papa prouiſum de eccleſia ſancti Mauricij. Tamen præcedens opinio Barba. videtur verior , quia notificatio reſignationis per dominum factæ non fuit ſibi, aut ſuperiori facta, pro qua fuit bis,vt dictum eſt,iudicatum. & iſtam ſequitur Philippus Probus in rubric.de renuntiat.in clem.num. xxxiij.in fin.vſque ad fin. Tum quarto,poſito enim quod poſſit per ſuperiorem in caſu noſtro cogi cedere,vt voluit etiam Collectan.poſt Federi.in dict. c.cùm olim.in vlt.quæſt. hoc verum in materia petitoria, & non profectò poſſeſſoria , in qua nos ſumus. Ideo erat opus impetrare à Papà literas Epiſcopo diœceſano dirigendas , ad ipſum cedendum compelli faciendum,vt Ant.de But. in d.c.quidam ſunt igitur , &c. Et iſte proceſſus fuit per Regem, eius magnum conſilium euocatus.

SVMMÆ.

1 *Pactum quod dos,aut pars dotis mulieris non reſtituatur,an valeat.*

2 *Dotem mulieris non reſtitui ſi paciſcatur pater,vel extraneus,an valeat.*

Quæſtio CCVIII.

Pactum factum in contractu matrimonij,vt eo ſoluto morte viri hæredes eius non teneantur vxori ſic paciſcenti reſtituere dotem , vel partem dotis mediam , aut duas eius partes, an valeat. Et quid ſi patre aut extraneo tale facieate pactum.

DECISIO CCVIII.

LEt † Barto.in l.ij. in princip. ff. ſolut. matrimo. tenet tale pactum à muliere factum nõ valere, per textum in l.ij.& ibi idem Bald. in noua lectura. ff. de pactis dotali. & in l. j. ff. de dote prælcg.& ibi Bart.& eum ſequuntur Paul.de Caſtr. Alex. Franc.de Aret.d.l.ij. ſolu. matr. verſ.adde circa illam fallent.& idem ibi Soci.verſ.ſecundo limita.& Bart.conſi.cxxvj.incip. Titius maritauit ſuam ſororem.& Ange.Aret.in §. fuerat. ver.quæro vidimus.Inſtitu.de actio.& Bald. conſi.vii.inch.Petrus maritauit filiã.volu.iii.& Bal. nouel.in tract.de dote.verſ.xi.priuilegium. vbi hãc ponit regulam negatiuam per text.in d.l.ii.& l.Attilicinus.

Digitized by Google

tilicinus.& l.de die de pact.dota.& xij. fallen. vt ibi vide. & Ioan. Campezium in tracta.etiam de dote iij parte.quæst.ij. Alias pactum factum de dote lucranda habet locum quando mulier ante virum decederet extantibus & relictis liberis: & idem in statuto aut consuetudine idem volente, quòd tunc valeat tale pactum, vt probat text.iuncta gl.in l.j.C. si dos constan.matri. & omnes suprà allega.& Alexan & Imol.in l.si socer.§. Lucius. ff.solut.matri.& dixi in §.j.ver.nam inter vir.& vxo.de consue.mat. Et supradicta conclusio clarè procedit in pacto per mulierem facto, licet videretur text. annuens contrarium in l.debitor.§.fin.ff ad Treb.ad quem text.
2 non aduertunt ibi Doct. † Sed in patre aut alio extraneo simile faciẽte pactum, quod hæredes mariti superuiuente muliere lucrentur dotem, videtur dubium:sed idem est in patre sic pacisente,vt est textus clarus in l. quamuis. & ibi omnes. C. de pactis conu.& gl.ibi dicit in extraneo non valere. & eam sequitur Bart.in d.consil. cxxvj. quòd illa l. quamuis.procedat generaliter, tam in patre quàm extraneo,vt non valeat tale pactum,etiamsi interueniat stipulatio incontinenti, vel ex interuallo. licet Roma.in d.l.ij.§.quod si in patris. dicat valere pactum in vtroque scilicet patre & extraneo. Sed omnes Doct.suprà allegati,tenent cum Bar.in patre,quòd non valeat.& Bal.in d.l.ij.de pact.dota. & in antiq. lect.sed in extraneo bene valeat, vt ibi latè per Soci.& Ias.Vnde dic (quicquid sit de iure) valere hodie tale pactum tam à filia sola, quàm à patre solo, vel ab vtroque simul,per text.in dict.l.debitor.§.fi. maximè stante generali consuetudine Franciæ, approbante tale pactum in contractu matrimonij initum, quòd filia sit in bonis mobilibus & conquæstibus durante & constante matrimonio factis, communis, si tunc de dote reddenda soluto matrimonio morte viri actum sit, erit seruandum, Et si nihil actum, aut conuentum sit,dum tamen se cõmunem in bonis teneat, in vim pacti aut consuetudinis confunditur dos,si sit in pecunia, aut alia re mobili,& tenetur ad debita pro parte eam contingente,nec valeret pactum quòd esset communis,& perciperet medietatem bonorum mobilium & cõquæstuum,& non teneretur ad solutionem debitorum,vt tenet Chassa. lib.consuetu. Burgund.titulo *Des droicts appartenans à gens marie*7.§.ix.nume.j. vt dixi in §.iiij.in vlti.glos.de consuetud. matrimo. Et ratio est bona, quòd tale pactum vaseat de tota aut certa parte dotis casum mortis viri reddẽda, & restituenda mulieri : quia est in electione mulieris eligere communitatem aut dotem, & respicere illud quod erit sibi magis vtilius. Et sic fuit conclusum in causa,& processu nobilis viri Ioan.de la Roche,contra nobilem domicellam Isabellam de sancta Mora, viduam quondam Ioan. de la Roche, actricem, communem in bonis se tenentem.Et dictum fuit ipsum de la Roche teneri reddere eidem viduæ duas de quinque milibus & quingentis libris Turonensibus partes: & latum arestum die xiij.Septemb.Anno 1536.

SVMMÆ.

1 *Pecuniæ ad prædiorum & redituum comparationem destinatæ an computentur inter immobilia. & num.2. & 5.*

3 *Pecunia ad prædiorum comparationem destinata an possit in alios vsus per tutores conuerti.*

4 *Pecunia est de rebus quæ seruando seruari non possunt.*

Quæstio CCIX.

Additio ad consilium nostrum post opus Din. de reg iur. lib.vj.secundum in ordine situm, inquantum concernit tertium dubium inchoans,venio ad tertium: motus hanc facere additionem ob casum in curia occurrentem, an de eo, an pecuniæ ad emptionem prædiorum aut reditiuum comparationem destinatæ & præparatæ, inter mobilia aut immobilia connumerentur,& computentur:decisionem facetẽ certam.

DECISIO CCIX.

T † illam quam ibi tenuimus conclusionem, videlicet pecunias ad comparationem prædiorum vel reditiuum destinatas fore inter mobilia,& non profectò inter immobilia computandas, attestamur esse veram, quam communiter tenent Doctor. in l. cætera. §. sed si parauerit.& singulariter Ias.versi.Circa istam materiam.de lega.primo dicens bis,imò ter & plus hanc esse communem : primo in ver.sed caue, quia text.Secundo in versic.secundo contra istam communem decisi.Tertio in vers.Sed tenendo primam opinio.quæ est communis.Et quarto versic.tu tene decisi. Bald. & communem. Quamuis quidem ex 2
nostris iuuenis circiter xxiij. aut quatuor annorum in suo commentario particularium consuetu. Burdegalen.tit.de locat.§.vj. pagi.cv.versic.Maius hoc loco superest dubium. teneat contrarium, & dicat sic semper tenuisse, ac si annis lx.vel plus studuisset & practicasset, qui nullam ante senatoriam adeptam dignitatem consuluerat causam, protestans etiam à cætero illam velle tenere : volens præterea Iasoni.asserentem hanc quam tenuimus decisionem esse communem,non bene attendisse ac enumerasse Doctores per ipsum allegatos. Et si id fecisset contrariam huic potius asseruisset esse communẽ. Sed ipse iuuenis non bene attendit, vt ex sequentibus apparebit. Et illud non faciunt boni doctores ac scholares, qui non transitorio studio vti debent tanquam desides & pigri suas lectiones recordari negligentes, authentic. de quæstore. §. fina. & ibi gloss. in verbo transitorio. vnde quis docere non potest quod nescit. l. omnes vetitæ. & ibi Albe. C. de hæreti. prius enim (vt inquit) debet esse quis discipulus, quàm magister. capit.officium.de elect. cum similibus per eum allegat. & ex longiori studio homo efficitur perfectior, teste diuo Hier. in prologo Bibliæ, quem citat Probus in cap. super eo. numer. xxxvj. de hære. lib. vj. Docti ergo viri cautela magna nobis debet esse instructio.capit.legitur.lxxxj. distinct.Vnum est & verum,quod nullum in hac quæstio. habet scribentem præter eum, asserentem illam quam sequi conatur esse communem, prout nec est. Nam Iac.de Ra. in d.§. si parauerit. tenuit primò per illum text. decisi.quam sequuti sumus.& ibi idem Raynu.Cin. Bald.An.Flo. Io.de Imol.Pau.de Cast.Fran.de Are.Raph.Fulgo. Alexan. & Ias. vt dictum est.& Lanc.Deci.versi.ex qua infertur.vbi de Aret,pro hac decisi. alleg. text. in l.iij. §.quid ergo.ff.de controu.iudic.tutel.quem omnes & ipse pro contraria opin. solum allegant, quia licet ille textus velit,† pecuniam ad compara- 3
tionem prædiorum destinatam,ac depositam,posse de licentia iudicis in aliam causam conuerti, scilicet in solutionem debiti ipsi tutori fiendam, tamen non requiruntur in ea tot solennitates, quot in alienatione rei immobilis ipsius minoris. & illum text. etiam Alexan.pro hac parte,& alia media adducit, & pariter in l.j. §. fuit quæsitum. & in l. à diuo pio.§.fin. versi.iij. nota ex vltima parte.§.nostri.de re iudic.& pariter Ias.in dict.§.sed si parauer.

Digitized by Google

rit.dicens bene facere gloſſam,quam ipſe poſt Bar. facit ſingularem. & ibi Baldus dicit eam in iure vnicam in l. ſi curatorem. C. de in integr. reſtitu.ac etiam dicit eſſe peregrinam in l.j.in prin. ff. de reb. eor.qui ſub tutel.cum aliis per Philipp. Probum.in additio.ad Ioan.Monach. in c.hoc num.iiij. verſic. idem de alienatione pecuniæ. de rebus eccleſi.non
ET videtur ius prædictum excubiarum in dicto castro de Pomeriis faciẽdarum ad nos non spectare,nec illi fore de iure debitũ: quoniam domini castrorum seu fortalitiorum non possunt cogere subditos suos ad custodiã nocturnam castro faciendã, vt tenet Ias.in l.diuortio.§.impendia.verſic.item aduerte.ff.solut.matrimon. vbi dicit ita consuluisse in quæst.sibi transmissa ex pedemontibus, qui pro hoc allegat Ang.ita tenere in l.turres.C.de operis publi. dicens se alibi non legisse. Et sequitur Sanxon.libr. consuetu. Turonen. titul.de iuribus Castella.articul. primo.in fine. & in titu. de Doherio nobilis fœminæ,articu.v.Et Chassanæus lib.consuet.Burgun. titu. de feud.numero.xxv.& Iacob.de S.Georg.tit.de homagiis.verſi.cum autem domini terrarum. qui tamẽ non allegat Angel. qui re vera, vt mihi videtur,non dicit hoc,nec tex.in l.tutores sentit illud: sed solum Ang.not.illum textum contra habentes turres, & alia fortalitia in ciuitate vel in comitatu,quod illa cedunt vsibus propriis ipsorum,ad securitatem tamen ciuitatis.Et sic in iurisdictione ciuitatis & comitatus & non ædificantis permanentia, licet tempore guerræ teneatur suo sumptu custodire, ratio enim hoc suadet posteaquam vsum turris habet. Et hoc declarat Ang.ibi,ante finem vers. Si tamen contra dominum degeneraret aliqua sinistra suspitio, tunc turres habitandæ & custodiendæ sunt per commune, seu dominum. † Sed nos loquimur in domino castrum & fortalitium cum iurisdictione habente,& non in priuato fortalitiũ aut turrim in iurisdictione ſuidomini posſidẽte,quia tunc talis dominus particularis tenetur custodire locum suum, vt tenet Barto.in l.j.ff.de incen.ruina, naufra. & Paris de Puteo in syndicat.in verbo robaria.post prin.vers. hoc ideo.per text.in l. j.§.j.C.de fals. monet.& in l.j.§.j.ff.de his qui deie.vt latius dicemus in secunda cõtraria parte. † Tum pro hac parte facit, quia dominus illud ius excubiarum loco reditus (licet illud non vendiderit cum alio reditu & censu vẽdito)assignauit,quod ius guyeti quasi reale censeatur: quoniam plerunque in hac Aquitaniæ prouincia consuetum est in bailleta, seu inuestitura terrarũ rusticis facta,tale aut simile ius pro guyeto cuilibet focũ particulariter facienti(vulgariter focagium appellatũ) vltra reditum pro quolibet terræ iornali solui consuetum imponi:quod fieri potest,vt voluit Lucas in l.cum scimus. verſicul.item an vasallus possit iuramento ad prestationem operarum domino obligari,&c. Codic.de agricol. & censitus.libr. xij. Contractus enim legem ex conuentione accipiunt,l.j.si conueniat.ff.deposit.& facit quod dixi suprà quæstion.cxvj. inchoant. & in dicto processu aliud fuit ortum dubium. Quod quidem focagij ius à principe Gallarum, & in ducatu Aquitaniæ & villa Niorti-existente nouiter impositum fuit, vt refert Froissardus in sua chronica. Et sic talis reditus pars fundi censetur, arguiment. l. fructus. ff. de rei vendicatio. quia vasallus obligatus de persona est pars fundi,vt dicit Paris de Puteo in syndicatu,titul.de excessi.Baronum.§.excedunt.in ij. pro quo allegat Andræa.de Isern.in constitut.regni, pro quo facit in argumento l.quemadmodum. C. de agricol.& censit. prout habitantes de Pomeriis acceperunt, ac etiam comitatus de Benanges domino de Candala pertinentis, in cuius fauorem latum fuit arestum contra habitantes prædicti comitatus, vigesimaprima die Augusti,Anno 1515.qui eidem domino(prætextu ordinationum defunctorum bonæ memoriæ Ludouici xj.die xx.Aprilis,Anno 1479. & pariter Ludou.xij. vltim.Decembris,Anno 1504. super Guyeto & iure ipsius vltra quinque solidos Turonen. à quolibet habitatore focum tenente prohibẽtium editarum) soluere renuebant. Quod quidem excubiarum siue vigiliarum ius si non foret in inuestitura terræ, aut alias ex obligatione (vt sunt prædicti homines de Pomeriis ex inuestitura & priuilegio)solui promissum, redactum foret iuxta ordinationes prædictas tanquam personale ad prædictam quinque solidorum Turonen.summam, igitur, &c. Præterea † priuilegium & obligatio hominum de Pomeriis est reciproca: quoniam si vnus tenens focum alium, vel plures acquirat focos seu lares, non nisi pro vno tenetur.Et econtra,si vnius foci diuisio fiat in plures focum tenentes, quilibet tenetur vnum focagium soluere.Et in isto modo valet, vt contrariorum eadem sit disciplina,institut.de his qui sunt sui vel alieni iuris.in princip.& ll.j.Coꝛi.de cupressis.libr.vndecim. vt voluit Antibo.in tractat. suo numer. iiij. verſicul. versa autem vice.pro quo facit gloss. in l.ij.C.qui ætate.libr.decimo.& quod ibi post eam dicunt Ioannes de Platea. & Iacobus Rebuffus. & Bal.in additio. Specula.titul.de feud.verſi.nono volentes,quod plures fratres seorsum habitantes teneantur facere factiones communis, aut alterius domini pro pluribus fumantibus, quamuis eorum pater & fratres simul habitantes pro vna tantum fumante tenerentur. Quos sequitur Albertus Brunus in suo eleganti tractatu de augmento. concu. vndecimo verſiculo, & prædicta faciunt ad quæstionem quam anno elapso habui in facto in loco vallis fœnariæ Marchionatus Salutiarum.Et ratio est(vt inquit) quia causa obligationis quæ à iure, vel consuetudine descendit, & respicit fumantes,est pariformiter vniuersalis pluribus diuisim habitantibus, sicut vni, vt ibi cum aliis per eum allegatis: quamuis Specul. loco proximè allegato ponat plures distinctiones, tam Martini de Fano, quàm aliorum, in quibus tamen non figit pedem.& Guido Papæ quæstion. ccccLxxij.illas distinctiones persequitur Iacobus de sancto Georgio. in suo tractatu.de Roydis,seu operis.verſicul. nunc formo vobis quæstionem. tandem ex illis concludit, quod aut Roydæ seu operæ debentur ratione alicuius mansi, seu ratione aliquorum prædiorum, puta, quia certæ operæ sunt super ipso manso vel super prædiis in inuestitura positæ & assignatæ, & tunc is ad quem transeunt prædia, ad illas tenebitur operas. Aut illæ operæ seu Roydæ debentur ratione homagij,seu ratione personæ ad homagium obligatæ,

Digitized by Google

& tunc quilibet filiorum diuiſim & ſeparatim habitantium tenebitur inſolidum ad focagium. pro quo allego text.in l.diximus. §.ſi pater. ibi cum onus vni domui,non ſeparatis attingit: & ibi Bald.& Albe.de Roſat.ff.de excuſatione tutorum, & dixi infrà quæſt. ccxiij. Dominus de Stillaco dedit,& ipſum ſequitur Chaſſanæus libro conſuetu.Burgund.in titu.de gentib.cond.§.xviij.nume. xxx. Sed in his partibus communiter homines feudatarij ſunt tam ratione prædiorum, quam obligat.onis ad id adſtricti. Vnde ad focagium tenetur quilibet particularem tenens focũ & larem,cum à pari procedat obligatio domini erga vaſallum,& vaſalli erga dominum. ca. domino. ſi de feudo fuerit controuertia.Sed ſi non eſſet tale priuilegium, dubium foret, quod omnes ſic diuiſi ad vnum ſolum tenerentur focagium, vt dictum fuit per areſtum ſuprà allegatum contra dominum de Candala.Sed aliter fuit per aliud areſtum dictum, & fortè melius. vt in dicta quæſtione ccxiij. domino de Stillaco dedit. Quinimo dicit Albericus de Roſat.in l.cum ratio. §. ſi plures. argumento illius textus de bonis damnatorum.quod ſi fratres remaneant ſimul poſt mortem patris, quòd non dicãtur vna familia; ſed plures: quod dicit facere pro impoſitione collectarum, vt eis debeant imponi diuiſim. Et pro hac parte facit textus hanc decidens quæſtionem in capit.j.de capi.qui curiam vendit.in principio.vbi dominus primo donauerat velvendiderat feuda,ſeu vaſallos quos infrà curtẽ habebat,& poſtea ipſam curtem vendidit: quod emptor curtis non poteſt prætendere vaſallos aut feuda prius vendita,tanquam de pertinentiis curtis,ad ſe pertinere, licet de ipſis nulla fuerit facta mentio aut exceptio: cum aliis iuribus per gloſſam ibi adductis.& Baldus in Lmonumenta. C.de lega.& in l.prima,in fin. ff.de rerum diuiſione. & Matthæus de Afflictis in Deciſion. Neapolitan. cccxxiiij.& Deciſ.cccljx.num.xix.& iſtud videtur decidere Bald.in l.ſi plures.verſic. valet nunquid. C.de conditio.inſer. volens caſtrum aut curiam caſtri non eſſe indiuiduum aut indiuiduam: quia talem non habent ſignificationem,per quam non poſſent diuidi,vt intuenti patet:quia diuiduntur inter plures hęredes: †Item ius(vt inquit) vaſallorum eſt diuiſibile, quoniam vnus poteſt eſſe vaſallus plurium, cuiuſlibet pro parte,ſicut ſeruus aſcriptitius eſt. Et hæc diuiſio vaſallorũ fieri debet cum gleba,argumento l. quemadmodum. de agricolis & cenſit. lib.xj. quia ex pacto(vt ipſe ait)omne dominium poteſt concedi feudatario.allegat Ioan.Monach.in capit.Abbate. de re iudic.& idem Bald.in l.vni.verſic. idem in perpetuo feudatario &emphyteuta.C.de confeſſis.Et idem de Afflictis in dicta Deciſione Neapolitana, cccxxiiij. & Franciſ.de Curt.iunior conſilio * & iſtam partem tenet Guliel.Benedict.in ſua repet.capit. Raynutius. nu.1028.ibi, neque etiam tenetur pro ipſo excubias facere.de teſtamentis, niſi ad hoc eſſent adſtricti cõuentione aut conſuetudine immemoriali,vel imminenti periculo guerrę aut latronum patriam vaſtantium,& diſcurrentium, dicens latum fuiſſe Tholoſæ areſtum ſecundum ordinationem Ludouici xj. ¶In contrarium videtur primo prædictum excubiarum ius ad nos prætextu caſtri, & vicecomitatus de Pomeriis pertinere, & ſpectare, & homines recuſantes coërcere ad guyetum, vel ad ſolutionem iuris ob id debiti poſſe cõpellere.l.iij.§.ſciẽdum eſt autem præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & oberrare,&c.ff.de officio præfecti vigilum.& tex. in capitulo peruenit.& ibi Abbe.Sicul. & Doctores. de immunitate eccleſiarum.† à quibus vigiliæ nullus etiam excuſari poteſt,vt ibi. & idem Ioannes Lupus in tractatu de libertate eccleſi.prima parte, quæſtio. quarta,verſiculo licet ad neceſſitatem. & Bertrandus conſil.liij.numero x. volumin. nouorum primo impreſſorum.Et hoc probatur de iure diuino, numero iij.cum aliis per Ioannem de Mõtholono in ſuo iuris promptuario,in verbo, excubiæ,alleg. & Lucam de Penna in rubric.de litorum & itinerum cuſtodia. libro xij.& facit text,in argument. in l.nullius. C. de curſu public.libr.xij.& idem Alex. conſ.lxviij. Lucas de Penna in l.ſecunda. C.quibus mune.vel præſta.& in l.iij.C.de incolis.libr.x. vbi dicit quod omnes qui morantur in caſtro vel ciuitate ſiue aduenæ, ſiue relegati,compelli poſſunt tempore belli,& etiam mulieres,vt alibi dixi.Et idem Lucas in l.iij. eodem titu. de incolis.poſt Bar.verſi.ſuper hoc dominus Bart. aliàs non,vt voluit Bald.in l.non tantum. §.fin.C.de excuſ.tut. † ſcilicet aduenas non teneri ad cuſtodiam caſtri,nec ad alias functiones perſonales. & ibi Alb. qui exponit text.inquilini caſtrorum, id eſt, illi qui deputati erant per Imperatores ad cuſtodiam caſtri, non compelluntur ſubire tutelam eorum qui non ſunt de dicto caſtro,ne impediantur circa cuſtodiam ipſius caſtri.Et ad hoc text.in l.j. §.perſonalia.& §.illud.ibi,cũ labore & ſolicitudine animi ac vigilãtia.& §.ſed & cura cuſtodiendi aquæductus.& §.hi quoque qui cuſtodes ædium. ff. de muneribus & honoribus, vbi glo.hos cuſtodes appellat nocturnos fortes vigiles.& idem Antib.in tract.munerum.verſ.excipe vigilias.& ver.nocturni vigiles.pro hoc allego textum in l.ſed & milites. §. qui autem nocturnos cuſtodes qui ſunt Romæ.ff.de excuſatio. tutorum in quib. iuribus etiam probatur talia iura per homines facienda,eſſe mere perſonalia,quæ gratia vtilitatis publicæ indicuntur ipſis hominibus,&ab aliis exigi non poſſe,niſi ex inueſtitura aſtricti fuerint, vt capit.j.ibi,vel de munitionibus ſuis per quas tutus eſſe poteſt. de forma fidelitatis.Et ſic ea quæ ad fauorem,ſtatum & publicam vtilitatem pertinent ciuitatis,ſunt inſeparabilia,vt dicit Bald.in rubrica.de officio delegati, q. vltim.l.j. §.publicum. ff. de iuſtitia & iure.quæ quidem iura præſcribi non poſſunt.capit. poteſt. ad fin. xvj.quæſtion.iij. l. præſcriptio. C. de operis public. Alexand.conſilio lxx. princip. verſicul. fortius dicit Ioannes Andr. volumin. iiij. & ſic nullo modo ſunt in fructu vel reditu, vt infrà dicam, vt poſſint alienari.& in terminis noſtris tenet Guid.Pap.q.dcxxxj. verſ. ad quintum dubium.allegat notata per Bartol. in l.placet.verſi.circa tertium.& verſ.circa quartum. C.de ſacroſanct.eccleſ.& not.per Doctores in capit. nos minus.de immunit.eccleſ. ſed Bartol. meus ibi nihil dicit,ſed Maſuer.in ſua praxi, titulo de taleis & excubiis.ſignanter verſicu. item dominus habens caſtrum,ſeu fortalitium. & magis quando ex pacto vel conſuetudine præſtare & facere conſueuerunt,vt ſuprà pro contraria parte dictum eſt.Et in ſimili tenet Lucas de Penna in l.j.quæſtione prima. C. vt nemo ad ſuum patro.ſuſcip. ruſtica.lib.xj. vel etiam in imminenti periculo guerrę.Et in hoc non eſt dubium, vt dictum eſt.Et idem Iac.de ſan. Georgio,in tract. de homagiis.quæſtio.vltim.cum aliis rationibus pro hac parte adductis.Et ideo dicitur,Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Et circa hoc amplius non inſiſto, quia homines noſtri non denegant ius excubiarum ſoluere. † Sed an tale ius poſſit ſine caſtro expreſsè vendi, vel tacitè, vt in caſu noſtro, loco reditus venditi aſſignari. Et nobis videtur omni affectione ſubmota, quod non,per ſupradicta. Nam erat, vt ait Iuriſconſultus

in l.

in l.prima,de officio prefecti vigilum,familia publica circa portas & muros custodiendos dispositaꝫ:vndè si opus esset, ad custodiam reuocabatur. Et sic officium excubiarum est in illo loco cui debetur publicum & necessarium. tenet Franciscus Purpura. in l. prima,in princip.numer.secundo.ff.de iurisdictione omnium iudicum. Et idem Vdalricus Zasius in suis iuris intellectibus super ꝯ.libertus.l.ti non sorteni.ff. de condictione indeb.circa finem, versiculo aliæ autem 9 sunt certæ operæ. † quamuis hoc ius & potestas ad excubias,seu guyetum coercendi non sit de mero & mixto Imperio,tamen est de basſa iurisdictione,vt voluit Petr.Iacob.compatriota in sua aurea practica, titulo,de iurisdi.ꝯ.de basſa iurisdictione, per textum in l.tertia.ꝯ. sciendum est autem præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere,& oberrare, &c. de officio præfecti vigilum.facit,l.itaque si fullo. ibi, præstare enim semper custodiam debet. ff. de furtis. sicut enim sunt in pluribus locis & ciuitatibus vallici propter fructus agrorum custodiendos. l. si cum villico.ff.de institor. act. vbi Alber. sequendo Guilielmum, colligit ex illo textu, quod bailliui & gardiatores, qui præponuntur per dominos ad percipiendum fructus alicuius castri vel loci, non possunt de iure dare in emphyteusim prædia illius loci, sine expresso consensu domini, quia non sunt ad hoc præpositi, nec ad illa prædia castro debita alienanda. Idem Paul.de Castr.ibi,& in l.sed si pupillus.ꝯ.conditio.in fine.versi.facit etiam.eod.tit.& pro hoc bonus tex.in l.si ita testamento.ꝯ.mulier villę custos perpetua fundo,qui cum instrumento legatus est, aut instructo,continebitur,vt saltuarius:par enim ratio est. Nam desiderant tam villæ, quàm agri custodiam : illic, ne quid vicini aut agri, aut fructuum occupent: hic ne quid cæterarum rerum, quæ in villa continẽtur : villa autem sine vlla dubitatione pars fundi habetur.ff.de fundo instructo,& instrument.leg.quem text.etiam allegat Zasius in l.ij.versi.acriori.ff.de origine iuris,quem tamen ab eo non didici,& bene notandus est text.dum dicit illic, & hìc occupent: quæ verba important custodiam in loco præstari, & fieri solito, & non profecto alibi, licet maius periculum sit in custodia personæ,quàm in custodia rerum. l.in eo.ꝯ.j.ff.de re mili. And. de Isern. in secunda constiꝯ. Neapol.nu.vj. Et pro hoc text.in l.si ita. ꝯ.dominus proprietatis. ff. de vsu & habit, vbi dominus potest custodire fundum suum per saltuarios & insularios. Et ita sit,vt dicit ibi Albe.quotidiè: quia domini eligunt custodes,qui vocãtur Caprarij ad custodiendos agros,aquas,& fructus agrorũ. De hoc etiam est tex. in l.quarundam rerum.ff.de acqui.poss.& faciunt ad 10 plures quęstiones secundũ eum. †Prima est,ꝙ dominus feudi inuito vasallo potest ponere custodes ad custodiam castri feudalis. Et ibi idem Bald.vt latius dixi in tract.nostro, de custodib. clauium portarum ciuitatis,& suprà q.cxlix.inch.An rex Franciæ.in fine. Vnde in sacro scribitur Euangelio Lucæ secundo:Et pastores erant in regione eadem vigilantes,& custo- 11 dientes vigilias noctis super gregem suum. †Et ideo potest dominus ponere capitaneum in castro suo inuitis hominibus suis, vt dicit Guid. Pap. in singulari cccl xvj.per illum text.& in l.ij.ꝯ.in Sardinia.C.de of. præfecti præt.Africæ.dũ tamẽ expensis ipsius domini fiat,& non subditorum.l.fi.C.de statuis & imaginib. 12 †Propter quòd tales murorũ castri custodes obligati,vt ait Spec.tit.de accusationib.ꝯ.quinto,circa finẽ. non possunt ab illo officio & seruitio remoueri, nec ab illo loco auocari,per text.singularẽ in l.quamuis. in fi.ibi,non putamus.ab excubiis limitis reuocandũ. C.de adulteris.sicut nec clerici à matutinarum vigiliis euocandi sunt.ca.di.lxxxiij.distinct.& cap.Cyprianus.xvj.quæ.iij.& l.quisquis.C.de epis.& cleri. †Sunt 13 enim plures ob deuotionem in vigiliis festorũ beatę Mariæ, vt in valle viridi prope Lunellum, aut beati Ioannis Baptistæ,vt Lugduni in Ecclesia sancti Ioannis,aut alterius sancti vigilantes,maximè in hac ciuitate,& patria Burdegal.quę tolerari possunt,vt notat Archidiaco.& vterque Cardina.in capi.non oportet. lo ij.distinct.& de Turre cremata. in capa.religiosa. de consecratio.distinct.iij.& glo. in l.illud. ff.de offi. præsidis. licet ibi text. prima facie in contrarium videatur:vnde Diuus Hier.in epi.x.& xj.in prima parte tracta.ij.rescribens S.Ripario reprehendit Vigilãtium,qui vigilias & pernoctationes in Basilicis martyrum sæpè celebrandas dicebat esse damnandas, & pariter martyrum & aliorum sanctorum sepulchra negabat venerãda,& alia Luteriana prædicabat circa continentiam & pudicitiam,vt ibi vide per eum,quę sunt singulares epistolæ contra ipsos, has dicens hæreses mulierum iuuamine surrexisse,quę alias vix,aut nunquam surrexissent, quarum nomina in epistola xiij.in litera T.enumerat. Nescio si aliqua in hoc regno fuerit mulier hos sustinens Luterianos: & etiam reperitur tempore Gregorij Papæ secundi Leonem Imperatorem tertium, omnium sanctorum martyrum & Angelorum Statuas atque imagines è templis iussisse abradere & auferre, cui ipse Gregorius Papa restitit, & vide per Platinam in Vitis pontificum. Tamen propter multa inhonesta & lasciua quę in illis vigiliis fiunt,possunt prohiberi.His diebus in ecclesia beatæ Eulaliæ vigilia sancti Clarifactum extitit, pro quo bonus text. in l.ij.quæ exorditur, Sub prætextu religionis, vel sub specie soluendi voti cœtus illicitos,nec à veteranis tentari oportet. ff. de variis & extraord.crim. & quod not.ibi Bar.& Alexan. in addit.& Angel.ibi notat illam legem contra illos qui faciunt istas fraternitates. Nam si sub religionis prætextu in dictis collegiis aliqua illicita committãtur,rector loci debet tale collegium dissoluere. ad idem bonus & singularis text.in d.cap.irreligiosa cõsuetudo.& ibi singulariter dę Turre Crema.de consecra.distinct.iij.& Bald.in ꝯ.conuenticulas. de pace tenen.& iuramen.firman.de quo per Henri. de Bottis in tract.de Synod. Episcop. & statutis Synodalib. parte tertia,arti.j.nu.cxciij. vsq; ad numerum cxcvij. vbi inserit quoddam statutum prohibitiuum domini Claudij de Seyssello Archiepiscopi Taurinensis. Vnde homines rustici ab illo ministerio vigiliarum pro custodia castri debito, siue castro ipso separari, aut transferri non possunt,nec alibi facere guyetum, quod ab initio fuit pro illo castro inuentum, & impositum,vel iura illius aliis,quàm domino castri soluere.l.qui excubias. ff.de re militari. quinimo vt dixit ibi tex. aliter facientes veniunt puniendi.Hoc etiam probatur per iam dictam ordinationem diui Ludouici xj.maximè versi.Insuper castellaniarum quarum plateæ,&c. †Volens etiam, quod si castrum cui 14 debetur guyetum fuerit omnino diruptum,quòd ibi, vel alibi prætextu etiam priuilegij à principe cõcessi guyetum fieri,nec præstari possit,nisi idem dominus illud reædificauerit, aut simile castrum prope dirutum construxerit,tunc homines qui ex pacto,aut cõsuetudine tenebantur antiquum custodire,tenentur nouum custodire & non alibi guyetum facere,vt elegãter decidit Alber.in l.si vsusfructus.ver.ex prædictis etiam potest decidi quæstio.ff.quib.mod. vsusfr. amitta. Et Iaco.de sanct.Georg.in tractatu de Roydis seu operis. versicul. vltimò quæro. vbi Alberic.

dicit hanc quæſtionem fuiſſe diſputatam in ſtudio Paduano. Et ſic concluſum fuiſſe, quoniam nouum iuxta antiquum locum conſiſtit idem caſtrum ſubrogatum in locum primi,ſapiens illius naturam. l.ſi cum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautioni.cũ aliis per ipſos allegatis. Et idem Petr.Antibol. in tracta. ſuo
15 muner.in prima parte.verſ.Bononienſes.†Iuxta hoc pone,quòd ſi Rex conceſſit multa priuilegia habitãtibus in hoc caſtro,& habitantes caſtrum mutant ſe ad alium locũ, nunquid habebunt eadem priuilegia? Et omiſſis argumentis pro vtraque parte factis concludit,quòd ſi affectione loci,& non perſonarum indulſit:& tunc non tranſeunt,l.hoc iure:§.ſi aquam.ff. de aqua quotid.& eſtiua. Vnde hic certum eſt ius excubiarum eſſe conceſſum caſtro,& ei debitum:igitur
16 &c.†Et quid de eo,qui reparauit caſtrum deſertum, vel de nouo ædificat, in quo ſe congregat populus, an habeat iuriſdictionem ſuprà illum populum.vide nota.per Hoſtien.Ioan.And.& Abb.Sicu.in ca.quid per nouale.de verbo.ſignificat. Pro quo dicit Lucas de Penna in L.quicunque.de agrico. & cenſit. lib.xj. verſicul. ſic etiam Comites, & Barones, qui tam ex forma priuilegiorum, quàm etiam ex vetuſta conſuetudine habent in caſtris, & terris eorum nonnulla præcipua demanialia, puta iuriſdictiones, aquas & curſus aquarum, montes, nemora, paſcua, fortalitia,clibana,& alia huiuſmodi,quę alienari non poſſunt.alleg.And.de Iſern.in c.j.de controuer.feud. apud pares terminan. Et idem Bald. in conſil.ccxcv. inchoan.Proponitur quod domini Viſcarij vol.j.per tex.in l.ſi aquæductus.ff.de contrah.empt. cum ſimilibus.& Corn.conſil. cccxxj. vol.iiij. & Bald.in d.c.j. verſi.Modo hic quæritur. de ca.qui curiam vendidit. & Decius conſi.ccccxvj.nu.xxiij. cum aliis per eum
17 allega. † Ergo minus ius guyeti (quod eſt caſtro innatum) poterit idem dominus ſine caſtro alienare, vt voluit Corn.conſi.cclvij. vol.iiij. dicens ius caſtellaniæ non poſſe alienari.†Et ſic clarè apparet homines ſubditos ad excubias obligatos,alibi quàm in caſtro fieri ſolitas non teneri facere,aut ſoluere, etiam voluntate domini,vt ex infrà dicẽdis magis ac etiam magis apparebit.Et hoc per deciſionem clarã,quam fecit Albert. Brun. conſil.lxxvij. inchoan. circa primum videndũ eſt de pluribus recipientibus caſtrum ad cuſtodiẽdum cum reditu,quod pars illius alienari non poſſit per principem,vt ibi latè per eum breuitatis cauſa.pro quo bon.text.in l.ſi.C.de erog.milita. anno.lib.xij. vbi ſi antiqui milites ex quocunque ordine curiis,vel quibuſdam corporalibus,vel ſacroſanctis eccleſiis vel aliis perſonis ad cuſtodiam deputati fuerint,non debent recedere de ſuis locis,& ſi ab eis receſſerint,ſine quadam mora ad ea redire.Nam certæ ſunt operæ quæ conceſſo caſtro nominatim indicuntur,vt comitari dominam,cuſtodire arces,claues portarum,caſtrũ adſeruare,colluſtrare ſepta, & tueri territorium,vt dicunt Docto.inſuper Zaſius in d.l.ſi non ſortem.§.libertus. Volens etiam ibi in expoſitione gloſ. talem vaſallum non poſſe per dominum alteri delegari. Tum quia ratione feudi ſeruit,l.iiij.in fi.ff.de noua. Tum quia ſeruitia ſua officialia ſunt, & non fabrilia,vt infrà dicam. Et Martinus Baſcoletus in arbore diuidur & indiuidui. Secus ſi cum caſtro (cuius ratione ad illa tenetur ſeruitia)alienaretur: ideo ſine caſtro in parte,vel in totum transferri ad alium non poſſunt. Operæ enim eo loco edi debent vbi patronus moratur. d.l. operæ. & l. duorum eod. titul.de oper.liberto. Ibi, operas cuſtodiæ domus ei indixerit.Per quæ iura patet ſubditum poſſe ſe obligare ad cuſtodiam caſtri, aut certum quid pro ea quotannis ſoluendum, vt ſentit etiam Bart.in d.§.libertus,quæſt.j.Et idem ibi Iaſ.per illum tex. clarum. verſic.ſecundo præmitte.Et in xiiij.& xv.not. & ver. Limita illam concluſionem, quoniam ſi princeps, aut ſtatutum vel conſuetudo velit,quòd magiſtratus ſtudeant ad cuſtodiam ciuitatis, videtur eis dare poteſtatem & iuriſdictionem ad hoc cõpellendi, vt cuſtodia ſemper ibi fiat,& non alibi, vt authent.iuſtur. quod præſtatur ab his.in princ. vt ibi per illum text. not.Ange.quem ſequitur Paris de Puteo in Syndicatu.in verbo,pœna.ca.quid ſi per ſtatutũ.ver, ſi princeps.quamuis Maſuerius loco quo ſuprà verſi. etiam præalleg. Item dominus habens caſtrum velit quod ſi habitantes loci eſſent à caſtro multum diſtantes, ita quod acceſſus eſſet eis in eminenti periculo,quaſi impoſſibilis,quòd tunc in propinquiori caſtro poſſunt habere refugium,& in illo facere excubias,& etiam reparationes,quas ibi deſcribit facrẽdas. Tamen hoc non probat,nec habet apparentiam: quoniam ſubditi expectare nõ debent tã arctam neceſſitatem periculi,alias eſſet in præiudicũ caſtri,& per conſequens domini, qui non poſſet ſine illis cuſtodire,vt infrà dicam. Vnde habitantes caſtri,& iuriſdictionis de Pomeriis aliud plus propinquum non poſſent reperire caſtrũ aut fortalitium magis eis tutũ aut ſecurũ.Quoniã adhuc in ipſo ex ruina remanſit vnũ portale altũ,& denſum,cuius habens cameras voltatas,& aliud in alia parte villę ſimile ante diruptionẽ,& deſtructionẽ per Anglos de eodẽ factam,& infra domũ domini erat fortalitium habens intra,& iuxta muros villæ vnam fortem turrim quadratam octo magnorum pedũ omni latere denſam,aliiſque paruis turribus vndique vallatam & circundatam, & in loco ipſarum incepi vnã conſtruere domum,quam ob defectum ſolutionis vadiorum & ſtipẽdiorum noſtrorum perficere:comirodè non valemus: & tamen de fortitudine & reſiſtentia,aut obſidione caſtri de Pomeriis non inueni Froiſſardum,nec Tercelctum aut Gaguinum facientes mentionem in eorum Chronicis.& eſt Prima Baroniarum in Bazatenſi Seneſchallia dignitas, vt reperi apud contabulariam Burdegalenſem,lib.cottato F, fo.xcvij.pag.j. Et ſecunda poſt ſequitur Rupis,ſeu Rota ſciſa. Et tunc erat dominus de Pomeriis,Gulielmus de Pomeriis, qui fidẽ & homagium fecit Regi Angliæ in perſonam Edoardi eius filij.igitur alibi melius in toto eſſe non poſſent. †Ergo dominus non poſſet ſuos homines alibi extra 19
territorium ad Roydas,ſeu operas, ſiue Guyetũ fieri conſuetum cogere: & videtur bonus text. in l.ſi cui. in argum.ff.de ſeruit. & etiam argumen. l. quædam mulier.ff.famil.erciſcun. & l.Carmelia pia.ff.de iure patr. Et promiſſum in vno loco quis non tenetur ſoluere in alio.l.j.de eo quod certo loco. & l. vſuras. & ibi gl.ſi.C.de ſolu.Et quod debetur Titio non debet ſolui Scio.l.qui hominem. §.ſi nullo. ff.de ſolut. Et ita per illa iura tenet Bald.in l.j.in fin. C.de oper. liberto.quem ſequitur Iacob.de ſanct. Georg.in tracta.de homagiis.verſi.Septimò homo tenetur. & latius in dicto tract.de Roydis,ſeu operis.verſi. An autem dominus poſſit hominem ſuum cogere. allega. text. in l. quod niſi. cum l. ſequent. quæ incipit, operæ. ff.de oper. liberto. & in l.liberti. numer. vij. Codic. de oper. liberto. & in l. quoties. in princip. numero etiam vij. † Licet intra iuriſdictionem & non extra poſſit ſecundum Barto. & aliquos 20
alteri delegare operas præſtandas per tex. in dicto §. libertus. Quoniam contrarium in hoc eſt veritas,vt ſuprà dictum eſt,per illum text.met,quia artificiales ſiue fabriles,quas aliqui corneos vocant, vt per Gui.

Pap.

Pap.quæſt. ccccxxij. & non profecto officiales delegantur.Ibi in vertic. final. quod etiam intelligit Iacob.de ſanct. Georg. in dicto tractatu de Royais, in ſecunda quæſtio. vt obſequiales operæ quæ perſonæ domini cohærent non poſſint alteri delegari, cùm ſint indiuiduæ,per d.l. operæ in rerum nat ra.in pr. ff.de operis liberto.alleg. Alexand. ita tenere in l.in ſtipulationibus.§.operarum.de verbor.obligatio.Et idem Bartol.in l.ij.§.primo. & ibi omnes.eodem titul.& Lucas de Penna,in l.j.verſicul. Tertio quia. C. de agric.& cenſit.& Chaſſa.lib. conſuet. Burg. titul. *Des mains mortes.*§.xviij.q.iij.Et Martin. Baſcoletus in d.arbo.diuidui & indiuidui. Et Iaſon l.ſtipulationes.de verb.obl.& in d.§.libertus. †Vnde concluditur vigilias,nec operas officiales,aut ius earum poſſe alij concedi nec delegari: quia hoc in caſu ſunt partes caſtri,vt ſuprà dictum eſt: & latius infrà dicetur. 21
Tum & peremptoriè, quia in venditione cenſus & reditus prædictarum trecẽtarum & viginti librarum Turonen. nulla de iure guyeti, & operarum ipſi caſtro debito & pertinenti, & ab eo inſeparabili facta fuit mentio:ideo comprehendi non potuit,&minus in aſſieta loco reditus dari, & deputari ſeu aſſignari, d.cap.j.de capit.qui cur. vendidit. & vbi facta fuiſſet de eo iure mentio, quod non, nec de territorio certo,aut parochia vna,vel pluribus.ſed de certo reditu & cenſu vendito ſuper ſeignoria de Pomeris aſſignando: Tamen adhuc nullo modo alienari potuit, cùm ius guyeti ſit ad vſum, defenſionẽ,& tuitionem caſtri neceſſariam deputatum, ad alium ſine caſtro transferri non potuit,l.quædam.ff.de acquirend. rerum domin. & argumen. l.obligatione generali.ibi, quæ in communi vſu habebat.& ibi,proinde de miniſteriis per quàm neceſſariis,cum legibus ſequentibus.ff.de pignoribus.Quædam enim ſunt,quæ etiam ſpecialiter vendi nec cedi poſſunt, quæ tamen cum tota vniuerſitate (vt ius patronatus, & alia à ſolo inſeparabilia) tranſeunt,vt ibi gloſſ.& Doctor. & Angel.in l.ſi monumento. C. quæ res pignor. obligari poſſunt.& in l.ſi aliena.§.j.ff.de vſucapion. vbi ſeruitutes, † ſine prædio ruſtico vel vrbano acquiri, vel 22
præſcribi non poſſunt. Ad hoc etiam cap. ex literis de iure patrona. Et ibi Innoc. & Abba. Bald.conſil. ccccxlvj.incip. Villa vel caſtrum. volumine j.& Andræas Barbatia.in capitulo ad quæſtiones. numero j. de rerum permutat. & l. quia perinde.ff.ad Trebellianum. quoniam ius guyeti non eſt eiuſdem rationis,& conditionis cum ipſis terris datis:quod in ſpeciebus etiam dinumerandis non poteſt dinumerari. Quare non includitur in ipſa venditione,d.l.obligatione.de pignoribus, ſed eſt ſingulari prærogatiua reſeruatum, quod per quamcunque conceſſionem non poteſt quis ſe ab illo expropriare,argum.l.legatus.ff.de offic.præſid.ſicut videmus alia in caſtro exiſtentia, quæ cum ipſo & non ſine ipſo tranſeunt, vt tenent Doct.in locis ſuprà allegatis, & Barthol.Brixien.in quæſt.veneriali vlt.& Bald. in dicta l.j.verſic. & eſt hic argument.de oper.liber.& in l.final.quæſt. ix.verſi.ſed nunquid ſi iudex.& verſicul.idem ſi vendo caſtrum. C.de edict.diui Adria. tollend. & in ſua Margar.ad Innoc.in verbo,caſtrum,verſiculo j.Quædam etiam ſunt,quæ perſonæ repræſentationem requirunt:Et tamen non tranſeunt etiam cum vniuerſitate,vt dicit Bald.in l.ſi quis prioris. §.certum.C.de ſecund.nupt.& in conſil.xxxij.quidam nobilis. volumine iij.& Barto.in l.hanc legem. ff.de contrahend. emptio.& ibi Alexand.in addi. Et etiam in l.in mo-
23 dicis.eodem titulo †vbi Alber.de Roſa.ponit quæſt. quaſi in terminis de domino,qui vendidit curiam,in qua erat beneficium ſeu feudum vaſallorum, quod non tranſit ad emptorem, poſtquàm de eodẽ beneficio nulla extitit facta mentio.allegat text. in d.cap. j.in princip.de cap.qui curiam vendidit. Ergo à fortiori vbi caſtrum vel curia non fuit vendita; imò excepta cũ ſuperioritate,non trãſit ius guyeti, quod eſt acceſſorium & impartibile ſeu indiuiſibile à caſtro, quod alibi ſine eo tã de iure cõmuni, quàm ordinationib. regiis expreſſa etiam domini voluntate præſtari non poteſt, ar. dicta l.operæ in rerum.de oper. liber.vt crebrò dictum eſt. Et illud ius eſt pars ipſius caſtri,& ſolo cedit, dicta l.in modicis. quia cui competit ſignum,competit & ſignatum.l.eos.§.& enim. ff.de falſis.& l.Stigmata.de fabricen.lib.xj.C.& l.hæc autem iura.ff.de ſerui.vrb.præd.vbi qui retinet feneſtram,retinet ſeruitutem: ſic qui longo tempore tenuit furcas erectas habet imperium, & viam ſigni: †Quinimo locus, in quo ſunt furcæ erectæ eſt factus 24
publicus,& dominus patiens ſibi præiudicat, ſecundum Andr. de Piſi. vbi ponit Bartol.in l.ſi prius.§.ſi proprius.de mortuo inferen.&ſequitur Petr.de Bellu.in Specul.princ.titu.de iuriſ. & vtroque imperio. numero.xxxvij. Et pro clara deciſ. huius quæſtionis videtur text.celebris in l.alio hærede.§.j.de aliment. & cibar. lega. vbi legato mancipio non venit cuſtos prædiorum,qui remanet in domo domini, cum teneatur ei quocunque tempore alimenta,& locũ præſtare.Et ita tenet gloſſ.in d.c.j.& Bald.in ſolut.primi contra.de capit. qui curiam vendidit. vbi ponit plures quæ.decidentes præſentem quæ.quam Car.Alex. ibi ſequitur,dicens, quod ſi quis conceſſerit caſtrum cum pertinen.vel caſtrum,& omnia iura quę ibi cõcedens habebat, licet non ſint ſpecificatæ pertinentiæ, vel iura: tamen illa veniunt quæ de iure vel de conſuetudine erant caſtro aſſignata.& idem Bald.in l.à procuratore.C.manda.& Ioan.de Imol.quem ibi ſequitur Alexan.in Liij.in fin. principij. ff.de acquir. poſſeſ.iunctis not.per Innoc. in c. cum ad ſedem. de reſtit.ſpol.& Alexan.conſi.cv.num.ij.lib.vj.& Corn. in d.conſi.cccxxj.vol.iiij. Ergo ad nos ſpectat,& non ad emptorem reditus,& minus ius pedagij,quod nititur leuare:per ea quæ dicit Bald.in d.l.à procuratore.& Alex.in d.l.iij.in fi.prin.verſi.Quærit Bal.& ſingulariter Bald. conſil.xj. ad euidentiam eſt præmittendum.j.verſic.Interdum conceditur alicui.vol.iiij. †vbi tenet,quòd in cõceſſione, & datione fructuum, 25
non cenſentur data vel remiſſa pedagia, aut vectigalia.Et eſt ratio ſecundum eum,quia licet vectigal vel pedagium cohæreat ſolo,non tamen cohæret ad vtilitatem ſoli,ſed fiſci aut alterius domini, vt no.Bart. in l.locare. ff.de loca. & vide per eos,& per alios ſuprà alleg.& Bal.in l.ſi plures.verſi.Sed nunquid vendita curia.C.de condi.inſert. quia eſt,vt inquit,indiuiduum à caſtro,ſicut corda à baliſta, per quæ eſt dare reſponſum ad omnia ſuperius in contrarium adducta. Cenſentur enim homines ruſtici quaſi aſcriptitij, qui licet liberi ſint, ſine ſolo tamen ſeparari non poſſunt.l.ne diutius. §. ſi quis autem. & l. cum ſcimus.C.de agric.& cenſit.lib.xj.& in ca.multarum. de Iudæis.& Bar.in l.j.C.de hæred. decurionũ.& Iac. de ſan.Georg.in tract.de homagiis.verſi. Circa præmiſſa addite.cum aliis per ipſum allegatis.quia bona ad quemcunq; vadant ad ſucceſſorem, ipſe ad illud tenetur,vt voluit Spec.tit.de ſeu.§.quoniã. ver. xxiij. quia res tranſit cum onere ſuo l.alienatio. ff. de contrah.empt.& in l.ij.l.ſi.fine cẽſu.vel reli.Tũ omne id quod reſpicit,aut includit principale, includit omne id quod dependet ab illo,l.j. C.de codic.Sed excubiæ omnino dependet ex caſtro, tanquam à capite, ſicut

Digitized by Google

aqua ex caſtello.ff.de aqua quoti.& æſtiua.ergo guyetum,ſicut etiam in naue omnia, quæ coniuncta nauiſunt,veluti gubernacula,malus,antennę,velum quaſi membra nauis eſſe.l.Scapham.ff.de euict.Sunt enim idem,& quid incorporale, & per conſequens indiuiſibilia.l.ſtipulationes non diuiduntur. in princip.de verbo.oblig.l.vna eſt via.ff.de ſerui.ruſtic.prædi. Sic etiam caſtro debẽtur munitiones, & alia ad eius defenſionem ibi poſita perpetua patris deſtinatione, quanquam non ſint affixa, vt tormenta, trabuchelli, manganelli,baliſtæ,& ſimilia,vt notat Bal.in c.j. §.ſi quis de manſo.verſi.Certè & hic.de controuer.inueſtit.& Iaſ.in prælud.feudo.verſi.Alibi Bal. in l.ſi quãdo.C.de bon.vacan.lib.x. & Catelli.in ſuis memora. in verſi.caſtro.& Decius in d.conſi. ccccxvj.nu.xxv. alleg.Bal.in l.fi.in j.lectu.ff.de conſtitu. princ.verſic. Item not.quòd ſi princeps.cum ſequ. vbi ambo allegant d.l.ſi quando.de bon.vacan. & idem Anchar.in ca.cùm dilecti.in fin.ver.vltì.quæro.de dona.volens, quòd caſtro legato veniant arma, quæ erant ibi ad defenſionem caſtri.l.generali. §.vxori. ff.de vſufruct. lega.alleg.Oldrad.conſi.cxix. Et omnia quæ deputata ſunt pro defenſione,& tuitione caſtri comprehenduntur,argu.l.Seiæ.§.tyrannæ. & ibi Bart.ff.de fund. inſtru.lega. Ergo homines ad vigilias pro cuſtodia caſtri ſubditi & obnoxij ſunt,& pertinet omnino & 26 integrè ipſi caſtro: †quoniam caſtrum a cuſtodia dictum eſt,vt dicit Guido Pap.in ſing.ccccxxvij.verſi. Caſtrum.& Bar.in l.j.§.ſi quis ædificium. ff. de noui oper.nuntia.Sed eſt in §.ſequenti. qui incipit,ſinautem & text.in l.ij.§. Pro limitaneis verò ordinandis, neceſſarium nobis eſſe videtur,vt extra comitatenſes milites per caſtra milites limitanei cõſtituantur, qui poſſint & caſtra & ciuitates limitis defendere,& terras colere,&c. C.de officio præfect. prætor. Africæ. 27 †Vel caſtrum appellatur,ſecundum Bald. in d.c.j.de capi.qui curiam vendi. verſic. Secundo, quod muro tenus cingitur.& Bart.in l.ſi hæres.§.vicis. ff.de lega. j.& in extrauagan.qui ſint rebel. in verbo, Lombardiæ.ver.caſtrum dicitur.& in d.l.quicũque.& ibi Lucas de Penna.ver.Vtrum appellatione ciuitatis.C.de fun.limit.lib.xj.& Bald.in cap.generali.quæſt. pen.ſi de ſeu.defun.conten.ſit inter do.& agna.Et eſt pro- 28 priè fortalitium. † Et dicitur caſtrum,quaſi caſa arcta:quia fortalitium non debet eſſe nimis ſpatioſum, vt paucis indigeat ad cuſtodiam,vt dicit Abba.Sicul. in ca.tuæ.in ij.not.de clericis non reſi.pro quo alleg. tex.in d.l.ij. §.ijtẽ eæa verò ſi aliquas ciuitates ſeu caſtella per limites conſtituta præuiderit tua magnitudo nimiæ eſſe magnitudinis,& propter hoc non bene poſſe cuſtodiri, ad talem modum ea conſtrui diſponat,vt poſſint per paucos bene ſeruari.C.de offic. præto.Afric.& facit text.& quod not. ibi Bart. in l.j. 29 in princ.ff.de via publi. †Vel dicitur caſtrum,quia in alto loco ſitum eſt, à caſa alta dictum, vt dixit Lucas de Penna,& in l.ſicut.C.de erog.mili.anno.lib.xij.& 30 ibi † & in locis ſuprà alleg. vide differentiam inter caſtrum, caſtellum & caſtellulum, & vltima ambo diminutiua. 31 †Et inde (vt ait Lucas ibi)caſtellanus,dominus caſtri dicitur. Et de his vide Caſtellia. in ſuis memoralibus ex variis lec.in verbo,caſtellum.&Nico.Perotum in Cornucopia.& quæ dixi infrà quæſt. 32 cccxx.incipien.Si quis proprio ſundo.in princ. †Sed curia ſeu curtis eſt tam intra caſtrum, quàm locus iuxta caſtrum,qui ab ipſo caſtro defenditur,& in quæ habitantes defendunt ipſum caſtrum, vt dicit Bal.in d.l.ſi plures.& Card.Alex.in d.c.j.de cap.qui curiam. ven.in princ.& in c.j.50.diſtin. Et Zagus, de origine iuris ſcholia, in verbo; curias vſque ad fin. vbi multa de curiis dicit. Sed hic curia nec caſtrum, nec villa fuit vendita,ſed expreſsè cum ſuis iuribus & ſuperioritate excepta. Ergo ius excubiarum ipſi villæ & caſtro debitum, de quo nulla fuit facta mentio in venditione,videtur omnino eſſe exceptum, & inalienabile ac inſeparabile, alias eſſemus duo domini inſimul eadem habentes iura caſtro debita, in quo nihil iuris habet ipſe emptor, vnus ſcilicet intra caſtrum, alius extra ſine caſtro, ſine quo excubiarum ius habere nemo poteſt,arg.l.ſi vt certo.§.duobus.ff.commo.l.vna.C.de metropoli.Beryto.lib.xj.Et ſecũdum hanc partem fuit per arreſtum dictum in fauorem capitanei caſtri villæ, Blaye, contra habitantes locorum & parœciarum de Marciliaco,de ſancto Crapaſio,de ſancto Palatio, de ſancto Aubino, de Cuthiaco,de ſancto Ciergio,& de Beraudo defenſores:Cuius quidem arreſti tenor ſequitur,& eſt talis:

ENTRE Philippes du Moulin, au nom, & comme Capitaine du Chaſteau, & ville de Blaye demãdeur,& requerãt l'interinemẽt de certaine requeſte d'vne part,Et le Syndic,ou Syndics des manans & habitans des paroiſſes de Marcillac,de ſainct Crapays, de S. Palays, de S. Aulbin,de Cuthiac, de ſainct Ciers, & de Berauld defendeurs à ladite requeſte d'autre. Dict a eſté,que ouy le rapport du commiſſaire, & veu l'Arreſt, & autres pieces produites par deuers ledict commiſſaire. La court a ordonné & ordõne que les manãs & habitãs deſdites paroiſſes, cõme eſtans de ladite Chaſtellenie de Blaye, & ſubiects d'icelle, ſeront guet, bans, reparations, & cornees, comme les autres habitans de ladite Chaſtellenie de Blaye. Ou pour ce faire payeront les deuoirs accouſtumez. Et à ce faire ſeront contraints par toutes voyes deuës & raiſonnables, nonobſtãt oppoſitions, ou appellations quelcõques faites ou à faire, reletues ou à releuer, & ſans preiudice d'icelles. Et auſsi les habitans deſdites paroiſſes iouyront de meſmes priuileges, que font les autres habitans de ladite terre, & Seigneurie de Blaye. Et ſans deſpens: & pour cauſe. Prononcé à Bourdeaux en Parlement le xiij. iour d'Aouſt, l'An Mil quatre cens quatrevingts quatorze.

ET ſic faciunt adhuc homines noſtri debentes guyetum,qui gaudẽt priuilegiis caſtri, & pariter ſolutum,& tribuunt ad reparationes murorum,pontium,& portarum caſtri. Et per iſtas ſolutiones & contributiones probãtur rei eſſe de Caſtro, vt voluit Bal.in l.ſi quis.pũr illum textum. C.de emend. liber. & latius in l.data opera.C.qui accuſ.non poſſ.& Iac. de ſancto Georg.in l.inſulæ.num.iiij.verſic.ergo addo Bal.ff.de iudi. Et pariter per aliud arreſtum latum in fauorem domini Alanij de Monte-Peſato actoris, contra prætatum dominum Vicecomitem de Caſtelhone, & dominum Franciſcum de Monte-peſato coniuges, & dominam Margaretam de Maureul, reos condemnatos ad furniendam etiam aſiziam eidem actori, quatuor centum librarum Turonen. in redim & reuenuto faciendam: per quod dictum fuit dictum actorem guyetũ loco reditus & reuenuti nõ teneri recipere:cum appellatione fructus,ſeu reditus non comprehendantur,nec contineantur iura guyetidie xi.menſis Martij Anno Domini,1534.

SVM-

Digitized by Google

SVMMÆ.

1 *Gabellam an ſoluat communitas ſi ipſamet eam priuato vendidit. & num.2.*

3 *Exceptionem ſi cócedat princeps vni de loco, an eius onus accreſcat aliis, vel decreſcat principi. n.4.*

5 *Familia an intelligatur exempta exempto domino. numero 6. & 8.*

7 *Cardinalium familiares exmuntur à vectigalibus.*

9 *Familia cogi ere obligatus, an teneatur, ſi ea ſit nimis aucta. numero 11. & 12.*

10 *Molendinus conductor, ſi nouam addat rotam, an pro rota augeat mercedem.*

13 *Familiæ appellatio quid comineat. nu.15.*

14 *Domus quomodo intelligitur.*

16 *Vaſalli filij ſi ſeparatim habitent, an quinis teneatur domino ad operas.*

17 *Taleas ex priuilegio non ſoluens, an aucta poſtea familia ſoluat.*

18 *Molendino impedito, & reparatione egente ad quid conductor teneatur.*

19 *Eccleſiæ firmarius vel colonus an ſoluat gabellam, vel tallias vel decimas, quas ſolueret eccleſia. num.20.*

Quæſtio CCXIII.

Dominus de Stiſſaco dedit quoddam ſuum molendinum quibuſdam vocatis de Serrez, cum pacto quòd tenerentur dare eidem domino quotannis quinque ſolidos Turonen. & tertiam partem moturæ farinæ in eodem molendino molitæ, in ea non comprehenſa motura bladorum accipientium, nec domini dantis, cui & eius familiæ tenerentur gratis bladum molere. Qui quidem accipientes vendiderunt Matellino Bardot prædictum molendinum, qui propter penſionem moturæ, & pecuniarum non ſolutam, fuit conuentus. Quæritur an motura bladorum ipſius domini, ac prædicti Bardot, qui ſucceſſit in locum primi accipientis debeat deduci, per cuius bailleram deducenda, nec computanda erat in ipſa tertia parte eidem domino ſoluenda. Cùm ſolùm per depoſitionem teſtium appareret tertiam moturæ valere, ac aſcendere ad duas pipas pro parte domini.

DECISIO CCXIII.

IT videtur quò ad dominum, quòd in illa tertia parte moturæ per ipſum recipientem ſoluenda non debeat computari, cùm ipſe dominus tam ex contractu ſeu pacto, quàm de iure non teneatur ſoluere, per text. in l. licitatio. §. fiſcus. ff. de public. † vbi Din. quem ibi ſequitur Barto. dicit, quòd ſi communè alicuius ciuitatis, aut loci habebat priuilegium leuandi gabellam ſalis, vel vini, aut frumenti, & illam gabellam, ſeu ius illius vendiderit & ceſſerit, ſeu in firmâ dederit certis emptoribus, quòd dicti emptores & firmarij non poterunt exigere gabellam à cõmuni poſtea ſal, vel vinum, aut frumentum ementi: quia non poteſt dici, quod vendiderit, niſi ius quod habebat, l. traditio. ff. de acquirend. rerum domin. ſed non habebat ius exigendi gabellam à ſemetipſo: ergo non intelligitur illud vendidiſſe. Et ipſos ſequuntur Pau. de Caſtr. & Alberic. in d. §. fiſcus. vbi dicit Alber. hanc q. vidiſſe ventilatam Pergami, vbi impoſitum fuerat vnum datium, quod quilibet recipiens pecuniam de camera communis Pergami, teneretur ſoluere denarium vnum pro ſolido: cõmune recipiebat pro laboreriis, vel aliis neceſſariis communibus: petebat conductor, quòd commune ſolueret: determinatum fuit ſecundum ipſum quòd commune non teneretur. & idem tenent Bald. & Sali. in l. emptor. C. de hæred. vel actio. vend. & Iaco. Rebuf. in l. j. ver. Circa hoc quia hic. C. de na-

uicula. lib. xj. & Bald. in conſil. xj. verſic. Tertiò præmitto. volum. iiij. veruntamen fatetur pactum ſuper hoc initum eſſe validum: licet † contrarium teneat ipſemet Bartol. in dicta l. j. de nauicula. argumen. notat. in l. j. §. ad municipum. ff. ad leg. Falcidi. & ſingulariter in conſil. ccxxvj. incipien. Cauetur ſtatuto montis Policiani. quia poſito, quòd commune de iuris rigore eſſet exemptum à ſolutione gabellę, tamen ſoluere debet, & ſe legi ſubmittere, ſicut Imperator. l. digna vxor. C. de legi. & inſtit. de inofficio. teſtamen. in fine. Et reſpondet Barto. ad argumenta ſuprà adducta, & ad §. fiſcus. dupliciter, vt ibi per eum. Sed præcedens eſt verior, & communior. Accedat quod no. Guliel. de Cugneo, & Ange. in l. ſi vnus. §. item ſi pactus. & Bald. ibi in §. ſed ſi generaliter. ff. de pactis. † volentes, quod ſi Rex Francorum, ſeu alius Princeps, Comes, Barr. vel alius inferior dominus, qui ſingulis annis conſueuit percipere ab omnibus loci ſui centum annua, conceſſit immunitatem & exemptionem cuidam ex ſuis hominibus, qui quotannis de illa quantitate ſoluebat decem, quod talis immunitas ſeu exemptio non præiudicat aliis de illo loco, ſed ſolum ipſi domino terræ, ita quod tanto minus capiet de dicta ſumma & quantitate. Et idem Iacob. de ſancto Georgio. in dicto §. item ſi pactus. num. v. & in tracta. de homag. in penul. quæ incip. Pone, ſereniſſimus Rex, &c. cum ſeq. quæſt. vſque ad finem, & idẽ Pau. in dicto §. fiſcus. & Socin. in dicto conſil. lxxij. verſicul. circa vltimam dubitationem. volum. iiij. † Quamuis Barto. in l. ij. C. de apochis publ. lib. x. velit contrarium, quod reliqui de ciuitate teneantur & Io. Andr. & Abb. Sicul. in c. peruenit. de immunita. eccle. quando ab Imperatore aliis immunitas fuit conceſſa. Et idem dico in Rege Franciæ domino noſtro: ſecus ſi ab alio principe inferiore. Vide Lucam de Penna, in l. actores. verſi. vnde inducitur hæc lex C. de exacto. tribu. lib. x. & ibi Iaco. Rebuf. in princ. & Maſuer. in ſua praxi, titu. de taleis ſeu collectis. verſ. item dominus poteſt concedere. & Deciſ. capellæ Tholoſa. quæſt. cccxlix. & And. Barb. conſi. xiij. in princ. lib. ij. † Sed de familia domini videtur maius dubium, ſi de ea facta non fuerit mentio quod non debeat molere, per ea quæ notabiliter dicit Albe. de Roſa, in l. hoc legatum. ff. de leg. iij. vbi per illum text. dicit, quod ſi ſtatuto cauetur, quod poteſtas non teneatur ſoluere datiũ de his quæ pertinent ad vſum ſuum, l. omnium. C. de vectigalib. teneatur ſoluere de his, quæ pertinent ad vſum familiæ ſuæ. Et ita, & magis in ſpecie idem dicit in ij. parte ſtatut. quæ. ccx. & ipſum ſequitur Socin. in dict. conſil. lxxij. in prima dubitat. & idem Iacob. de Are. in dict. l. vniuerſi. quem ſequitur ibi Albe. de Roſa ex quo text. non loquitur de familia. † contra gloſſ. in dict. l. vniuerſi. quæ (vt in l. cenſoria. §. j. ff. de verbo. ſigniſi. & ibi idem tenet Alber.) tenet contrarium, quod non teneatur pro familia ſoluere. in verbo, proprium. quam ibi ſequitur Ioann. Fab. per text. in l. ij. §. j. & l. penulti. §. j. ff. de vſu & habit. & ibi idem tenet Albe. inducens ad plures quæ. & idem gloſſ. in l. ſi publicanus. §. j. in gloſſ. vltim. ff. de public. Tamen Alb. de Roſa ibi tenet contra gloſſ. volens tamen in principiò, quod ille textus manifeſtè faciat contra id quod vidit communiter fieri in curia Romana. Nam Cardinales mittunt familiares ſuos ad faciendum prouiſionem, & emendum bladum, vinum, & alia neceſſaria pro eorum vſu: & ob eorum reuerentiam communiter nullus dominus exigit de

Digitized by Google

talibus vestiga. Vnde familiares volentes lucrari non solùm necessaria pro vsu Cardinalium, & eorum familia, sed multo plus emunt & exportant. Tamen si de tali fraude appareret, locus esset pœnę illius §. Et honorificum foret secundum Alber. dominis Cardinalibus si scriberent eorum epistolam, in qua quantitas contineretur, vt dicitur in d. §. Et hic ego vidi pluries quæstio. inter firmarios grandis consuetudinis Burdegalæ, & dominum Cardinalem de Albreto, se exemptum à solutione vectigalis vinorum & aliarum rerum vsus sui causa emptarum, dicentem: † & per arestum fuit dictum nõ 7 teneri. Et sic tenet Berth. de Firm. in tracta. suo de gabellis. septima parte quæst. xj. qui alleg. Bal. ita tenentem in l. vsurpationem. C. de vectigali. & commis. per text. in l. si quis pro vxore sua. ff. de dona. inter virum & vxorem, qui magis pungis, quàm in l. 8 lege censoria. † Tamen opinio. glo. approbata per Ioan. Fab. quæ videtur mihi magis æqua, quod emens pro vsu suo, & totius familiæ suæ, iuxta l. pronuntiatio. §. familiæ. & l. familiæ. ff. de verbo. sign. cum aliis infrà allega. non teneatur. Et ita se habet generalis consuetudo, quæ in vectigalibus soluendis attenditur, dicta l. si publicanus. §. fina. & l. licitatio earum. & l. fin. C. eo. † Et non solùm in vim 9 pacti prædicti tenetur molere gratis ipsi domino & familiæ suæ, quę tunc erat, sed etiamsi postea eius familia magis aucta fuerit: quia fortè habuit decem filios, & quilibet eorum alios decem: quamuis etiã si omnibus molat, ipsi emphyteutæ expediat magis non habere, quàm habere. Et idem in clibanario, seu furnerio, seu pistore, qui accepit furnum, & coquere panem promisit. Et hoc de stricto iure, vt dicunt Petrus de Sanso. & Abb. antiquus in c. quãto. de censib. Tamen secundùm ipsos est ibi prouidendum officio iudicis, vt non vltra primam mensuram teneatur, & ad eam reducatur, per tex. in d. c. quanto. vbi est Decisio mutatis vestibus literæ, secundum Anto. de But. & ibi, & in cap. cum canonicis. eodem titul. & cap. suggestum. de deci. Et istam quæstionem disputauit primò Pileus in quæstionibus suis, quæstio. xlviij. quæ incipit, paterfamil. & Iacob. Butr. in l. fina. versi. vltimò hæc lex. C. de sacrosan. eccle. & Bartho. Briz. in quæstionibus dominicis, quæst. ij. aliàs 50. incip. quidam paterfamiliàs. vbi tenet, quòd non teneatur vltra numerum familiæ antiquæ. Pro quorum opinione facit text. singul. secundùm Alberic. in authenti. hoc ius porrectum. in l. non modus. C. de serui. & aqua. & quod not. ibi Cin. Angel. Alberic. & idem tenet Host. in dict. cap. quanto. dicens reduci ad primæuum statum, nisi præscriptum sit. cap. olim. eodem titu. & Ioan. de Imol. in clemen. fin. ver. item quòd promittens coquere panem, & latè Ias. in l. quominus. in xxij. quæst. ff. de fluminib. vbi dicit hanc partem vltimam esse æquiorem. & in iudicio seruandam, quamuis prima in stricto iure possit defendi. Et idem beatus Anto. in sua summa in iij. part. titu. xxij. cap. iiij. §. ij. in fin & quod not. Bald. & Salicet. in dict. l. non modus. vbi etiam ponit de ponte, quem nobilis promisit intertenere. & quod not. Alber. in l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. emptio. 10 † ponens etiam, quòd si quis conduceret vnum molendinum cum quatuor rotis, & pro qualibet ipsarum promisit decem modios, & postea conductor ibi aliam construxit rotam, quòd non teneatur. Sed in hoc contra Alberic. tenet Ias. in dict. l. quominus. quæst. xxiij. quod imò teneatur conductor ratione quintæ rotæ de nouo constructæ; tamen poterit repetere expensas à domino, per l. colonus. ff. locati. Vterque posset dicere verum: quia si loquamur in conductore ad tempus, opin. Ias. est vera: per text. in dict. l. colonus. aliàs si dominus non soluat expensas non tenebitur soluere. Si verò in emphyteuta & conductore perpetuo, opin. Alber. est vera, quia est vtilis dominus. Et similem distinctionem facit Ias. ibi, in xxiiij. quæst. in alio tamen casu, quando molendinum est omnino dirutum, ac impetu fluminis destructum. de qua infrà dicam. Et pro ista opinione Iasonis facit decisio Ioan. Andr. in additio. Specu. titu. de loca. ver. quid si colonus promisit in fundo conducto plantare vineas, & dare quartam partem de vineis: & si plantauerit alias arbores, tenetur etiam dare quartam. Et sequitur Ias. in l. j. versic. Et per illam regulam. ff. solu. matri. Sed ibi ex obligatione, & in nouo molendino, siue promissione: quoniam ratione frequentioris vsus fuerat expressum de vineis, ideo aliæ arbores comprehenduntur. † Et quo ad quæst. nostram hanc vl- 11
timam partem tenet etiam Ioan. Andr. in dict. cap. quanto. & Guliel. Benedict. in repetit. cap. Raynutius. in verbo, & soboles quam gestabat in vtero. ver. similiter si quis furnarius nume. lv. de testamentis. sequendo Cæpol. & Ias. in locis infrà allegatis, qui tamen contrarium tenent, vt infrà dicam. † Sed Anchara. in dict. cap. quanto. tenet pri- 12
mam partem, dicens quod iura suprà allegata loquuntur, quando ex liberalitate siue donatione tenetur molere, aut coquere panem. Sed quæstio nostra est, cùm ex causa onerosa, scilicet aliquo dato vel promisso obligatio est contracta. & ista fuit ibi limitatio Innocen. Vnde sibi imputandum, qui familiæ se obligauit. Naturaliter enim secundum Anchara. familia, populus, collegium, & similia recipiunt diminutionem & augmentum. & ibi idem Abb. Sic. Vnde promissor quod naturaliter contingit, cogitare debuit hoc euenire posse: aliàs sibi imputet, l. si quis domum. ff. locat. & Alexander in consil. clxxviij. in occurrenti casu. versicu. ad idem. vsque ad finem. libr. ij. & Iacob. Rebuf. in l. vna. C. de priuileg. corpora. vrb. Roma. libr. xj. versicul. Facit quod si concessum est hominibus alicuius castri vel ciuitatis, quod possint recipere, vel scindere ligna in nemore domini, & deinde veniant ibi multi habitantes, quod possint capere. l. forma. §. quanquam. ff. de censib. l. j. §. permittitur. ff. de aqua. quotid. & æstiua. quia hic dominus poterat cogitare quod crescceret, l. cum vnus. §. fin. ff. de alimen. & cibar. leg. & l. si seruitus imposita. ff. de seruitut. vrbanor. prædior. cum aliis per eum allegatis. † Vnum tamen dicit 13
super hoc casu Anchar. quod familia dicatur respectu omnium, qui moriantur in vna domo. Vnde si tales filij se diuiserint, & ad habitandum in aliis domibus se contulerint, non tenebitur promissor talibus molere vel coquere. argumen. l. tria onera. ff. de excusa. tut. Licet nomen familiæ habeat multas significationes, l. pronuntiatio. §. familiæ. de verborum significa. Ideo in casu nostro in quo de molendo & coquendo panem agitur, ad habitantes de eadem domo, & sub gubernatione eiusdem patrisfamiliàs refertur. & facit secundum eum l. fina. C. de verborum signific. & ibi Ias. Et quod nota. Bartol. in l. j. ff. de cloacis. vbi dicit, † quod 14
si aliquid fit in ostio intra clausuram domus, dicitur factum in domo, l. j. §. j. in flumine. ff. de flumi. & l. j. §. inspiciendo. ff. de ventre inspicien. c. mulieres. de iudi. lib. vj. & cap. j. de stat. regu. eod. lib.

& idem

& idem Alex.in d.§.1.de cloacis.in additio. & ſing. And.Barb.in clem.cauſam.ver.ex illa gl.poteſt decidi quæſt.vbi ſing.x.in l.quid ſi ſing.tutus.§.apud Celſum. & ibi Bal. & Cæpol. ff. de ædil. edict. in verſ. vna clauſe tota ei. s eſſet habitatio. & alia Angel.in d. §. 1. qui ſecundum eum dicit ibi eſſe caſum ſingula. non ponderatum ab aliquo,
15 † quòd habitantes ſub eadem clauſura dicuntur de eadem familia, quod dicit eſſe notandum pro fratribus habitantibus ſub eodem cláue, vt dicantur de eadem fam. ſed Angel. meus non legit illum titul. nec illum v. ff. Nouil. ſed fortè voluit eum allega. in l. ſtatas, in fi. ff. de in ius voc. vbi ad hoc alleg. text. & glo. in limitanæ. ff. de verbo. ſignifi. & §. ſed ſi ab hoſtib. inſtit. quib. mod. ius patriæ poteſt. ſolui. prout Barb. dicit eum allegare. Vnde dicit etiam Bald. in addition. Spec. tit. de cẽſib. verſi. In æſtimo. quod ſequitur Thomas Parpa. in l. placet. verſic. iſtam deciſionem magis. C. de ſacroſanct. eccl. quòd filij, ſive ſimul, ſiue ſeorſum habitant, habentur pro vno ſumante tantum. quod dicit Bald. in l. ij. verſi. Et eſt hic argu. C. de liber. & eorum liber. procedere etiã ſi pater habitet in rure, & filij in ciuitate: ſed hęc vnitas prouenit ſecundum Bald. in d. §. ſi pater. ex patria poteſtate: ergo ſecus mortuo patre, de quo latius dixi in q. incip. Sed quid de quæſtione quæ no-
16 bis enenit. Et † circa vltimum dictum Pet. & Bald. quando filij alicuius vaſalli, vel alterius ſubditi, qui tenebatur domino ad certa ſeruitia & operas ſunt ſeparati, an quilibet teneatur, ponit Specula. in titu. de feud. §. quoniam. in ix. q plures diſtinctiones, aliter non concludendo. & ibi idem Bald. tranſit cum eo. Sed Iacob. de ſancto Georg. in tracta. de Roydis ſeu ope. verſi. nunc formo vobis q. quæ ſæpè cõtingit in terris nobilium diſtinguit aliter: aut operæ ſeu Roydæ debentur ratione alicuius manſi, vel aliquorum prædiorum, quia certæ operæ ſunt aſſignatæ ſuper ipſo manſo, vel prædiis, & tunc ille ad quem tranſeunt prædia tenebitur ad ipſas operas. Aut operæ, vel coruecæ apud nos appellatæ, debentur ratione homagij, ſeu ratione perſonæ obligatæ ad homagium, & tunc quilibet filiorum tenebitur in ſolidum, etiam quando habitant diuiſim & ſeparatim. pro quo allego text. ſingular. in l. diximus. §. ſi pater. ibi, cum onus vni domui non ſeparatis attingit. ff. de excuſa. tuto. & ibi Albe. & Bald. Sed quomodo cognoſcatur, an operæ debeantur ratione prædiorum, an verò ratione homagij deprehendi poteſt, ſecundum eum ex inſpectione conſignamentorum ſeu denumbrationum, quæ fiunt in manibus domini. Et per iſtud vltimum dictum Petri de Ancha. laſ. & Iaco. de S. Georgio. fuit deciſa alia quæſtio in curia de rectore ſeu vicario perpetuo ſancti Aſterij Petragoricen. diœceſis, qui contra quoſdam ſuos parochianos petebat ſe manuteneri in vim certæ tranſactionis, & laudabilis præſcriptæ conſuetudinis in præceptione vnius bucelli frumẽti, quod vnuſquiſque habens & tenens domum & familiam quantumcunque amplam ſibi ſolucre tenebatur. Contra quem rei opponebant, quòd fuerant ſeparati & ſeorſum ab antiqua domo & familia (quæ ſoluebat tãtum dictum bucellum frumenti) habitantes: quare ipſi ſoluere non tenebantur: & imò tenentur, d. §. ſi pater. ex quo ſecundum morem & conſuetudinem ſuper hoc obſeruatam diuiſim & ſeparatim partem & portionem habentes viuunt, aliàs conſului. pro quo facit quod dicit Bartol. in l. cùm ratio. §. ſi plures. ibi, tot poſſeſſores. & ibi Alber. de bonis damnatorum. & Barto. in l. qui fundum. §. cohæredes. in fine. ff. ad l. Falcidiam. & Hippolyt. in ſingu. cxxxiiij. & Cæpola in tractatu de ſeruitu. titu. de furno. Vnde per Seneſchallum ſeu eius locumtenẽtem fuit eidem rectori adiudicata recredentia, quæ tandem per arreſtum latum die xx. Septembris, aut Octobris, Anno 1511. Parlamento ex ordinatione Regia ſedente confirmata extitit: licet Iacob. Rebuf. in l. hac noſtræ mã ſuetudinis. C. de præpoſit. lacri cubiculi, libro duodecimo. velit quod ſi rex conceſſit alicui militi capere de lignis foreſtæ ad vſum domus ſuæ, quod quilibet hæredum poterit capere pro ſui indigentia, vt ibi per eum. Sed dictum Petri eſt verius, & ita tenent Dinus & Albericus in l. cui fundus. ff. de conditionibus & demonſtra. & Iaſ. in dicta l. quominus. in d. quæſtio. xxij. verſicul. v. & in dicta l. ſi. C. de verbo. ſignifi. & concluſionem Ancha. tenuit Albe. de Roſa. in dicta authentic. hoc ius porrectum. verſicul. Vnam aliam pulchram quæſtio. de ſacroſanct. eccleſi. qui pro hac parte alleg. text. in l. ſi ſeruitus ita impoſita. ff. de ſeruit. vrban. prædior. & Abb. Sicul. in dict. c. quanto. in fine & late ibi Ant. de But. poſt princip. verſ. Declaremus Decretales, vbi etiam ponit de capiente feudum, & promittente modo & forma prædictis. & idem tenent ibi Io. Andr. & Zabarel. in quæſtio. vltima. & Hippolyt. de Marſi. in ſingu. cxxxiiij incip. Tu ſcis quod propter ſteriliſatem. circa medium. latiſſimè Cæpol. in tit. de ſeruit. vrba. prædio. c. 50. in quæſt. v. vt ibi pro vtraque parte argumentatus eſt. Poſtea diſtinguit quando promiſſio fuit facta ſub nomine vniuerſali, vt pro me & familia mea, & tunc in omnibus ſequitur Pet. de Ancha. Et idem quando eadem promiſſio fuit facta ſub nomine generali, ſcilicet mihi, & omnibus liberis meis: ſiue in perpetuum, ſiue ad tempus fuerit facta. Si verò ſub nomine particulari, puta mihi & duobus filiis meis, & tunc etiam non habet dubium ſecundum eum, quia non egreditur perſonas nominatas: quia limitata diſpoſitio limitatum producit effectum, l. in agris. ff. de acquirend. rerum domin. & hanc concluſionem dicit eſſe veram, quando fit augmentum vel diminutio, l. liberorum per natiuitatem, vel mortem eorum: ſecus ſi creſceret familia ex aliquo caſu accidenti: puta, quia quis creatus fuit miles, vel ſuperuenit ſibi hæreditas opulenta, & iſtud bonum eſt: ſed fieri miles, aut doctor, eſt parum vtilitatis, licet multum ſit honoris: & propter illam pinguem hæreditatem inceperit tenere maiores, ſiue ampliores ſeruitores & ancillas, iuxta l. ſed ſi lege. §. ſi quis re ſua latius vſus ſit contemplatione delatæ ſibi hæreditatis. ff. de petit. hæredita. Et quod not. gloſ. in authentica, vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. cogitatio. in verbo largioris, quia de iſto non potuit piſtor, ſeu furnarius, nec molitor ſeu monerius, veriſimiliter cogitare, ergo non tenetur, l. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. ff. de tranſaction. cum aliis per eum allegatis. ſed in hoc Alber. videtur tenere contrarium in l. ſi opus quod quis. ff. quod vi aut clam. quòd ſi tempore priuilegij quis non erat multum diues, & poſtea locupletatus eſt, quòd pro eo fuit locupletatus non teneatur: ſed gaudeat eodem priuilegio: quia ad ipſum augmentatum priuilegium extenditur ſecundum ipſum, per illum textum, ſed
ipſe loquitur † in immunitate alicui conceſſa non 17
ſoluendi collectas, vt ob augmentum non teneatur. quod multum facit pro ſcholaribus & doctoribus vtriuſque iuris, & etiam facultatis medicinæ Montiſpeſſulani, immunitatem non ſol-

uendi taleas ex priuilegio principis habentibus, quòd propter augmentum & acquisitiones bonorum non teneantur aliquid soluere. Sin autem simpliciter seu modo indefinito, quia promisit mihi & filiis, tunc credit Cæpola, quòd censeatur tacitè actum de filiis, qui erãt tempore promissionis & contractus, quia de futuris in dubio non videtur actum, secundum propriam significationem verborum, d. l. si seruitus. ibi humanius est. ff. de seruitu. vrba. prædior. Sed videtur idem esse quando indefinitè, sicut si vniuersaliter aut generaliter esset promissum, cùm indefinita æquipolleat vniuersali. l. si pluribus. ff. de lega. ij. & Din. in rubric. de regu. iur. versic. Circa secundum. cum aliis infinitis ibi allegat. in addit. lib. vj. cogita. Et idem Iacob. de sancto Georg. in tract. feudo. in verbo, & cum molendinis, in vltim. quæst. incip. Vlterius quæro. sequitur Cæpol. vbi partim argumen. Cæpol. pro vtraque parte adducit cum distinctione sua de verbo ad verbum. Item ex parte rei allegabatur molendinum fuisse ob causam & impedimentum inundationis seu diluuionis aquarum molere per certum tempus impeditum, ratione cuius dicebat se non teneri pensionem soluere: licet clarè non probasset, nihilominus tenebatur soluere. Et voluit Ioan. Andr. in additio. Specul. in tit. de loca. §. postquam. versic. Sed quæritur. in addit. magna. incip. Habitat, &c. sequitur si non construant. circa medium. ibi, propter quoddam verbum, vbi refert Bart. Brix. in quæst. xxj. ponentem hanc quæstio. quam non inueni, & arguit pro vtraque parte, & tandem soluit sequendo Brix. qui etiam sequutus fuit Pileum in quadam quæstione, quę est xx. incipien. Quidam Parisien. quod teneatur soluere pensionem domino, cùm iste contractus fuerit factus gratia vtriusque. sed contrarium sentit Roma. in consil. ccccxvij. in castro diruto. & respondet ad Ioan. Andr. vt ibi, licet authoritas Io. And. sit maxima, imo suprema secundum eum: & verum dicit: tamen non fuit originalis opinio Ioannis Andreæ. vt patet intuenti ea quę dici possunt cum Abbat. Sicul. in capitu. vergentis. de hæret. circa finem. quòd Ioann. Andr. rarò habet. opin. saltem non probabilem. Sed hic sua opinio habet probabilitatem, vt infrà dicam, & contrarium eius quod adducit Abb. de Io. And. tenuit Lapus in disputatione incip. Papa specialem, &c. dicens Ioan. Andr. habuisse mirabilem grauitatem ingenij, & redarguit doctorem quendam dicentem in cap. potuit, de locat. Ioan. Andr. habuisse erroneam opinion. cum opinione Ioan. Andr. procedat ex fonte iuris. Et ideo secundum Ang. in l. si certis annis. C. de pactis, Ioan. est deferendum, quoniam iuris Speculum fuit. Et Bald. in cap. cùm olim de re iudica. dicit, quod vbi habet opinio. Ioan. Andr. non vult recedere à fundamento iuris. ita etiam refert Francis. Curt. in consil. j. versic. Et antequam vltèrius progrediar. & latè de Ripa. cap. inter cæteras. in prin-
18 cip. de rescrip. † Ideo Ias. in dict. l. quominus in xxiiij. quæstio. distinguit, vt suprà diximus, aut loquimur in conductore, aut in emphyteuta. Primo casu si quis conduxerit molendinum, quod postea est destructũ, & indiget reparatione, & magna impensa: certè iste conductor non tenetur ad pensionem nec ad talem impensam, sed ipse dominus, & singulariter tenet Bald. in consi. ciiij. incipien. verba dicunt. vol. iij. Et si conductor talem impensam fecerit, repetit eam à domino. text. est in d. l. colonus. in princ. & ibi gl. & Bart. ff. loca. cum aliis per eũ al-
legat. Aut loquimur in emphyteuta, & tũc aut molendinum non est in totum destructum, sed quidẽ eget magna reparatione, aliàs molere nõ posset, & tunc clarum est, quòd ad talem impensam tenetur emphyteuta, cùm habeat vtile dominium in re. ita tenet Bald. in l. j. in v. differentia. & ibi Ias. C. de iure emphy. & Albe. in l. ij. eod. tit. Et in tracta. statu. in j. parte q. ccxxxvj. Si autem molendinũ esset penitus, & in totum destructum, ita quòd esset opus aliud de nouo, an tunc teneatur emphyteuta facere, & si non faciat, an saltem teneatur soluere pensionem solitam: & iste passus est secundùm eum magis dubitabilis: & concludit quòd teneatur, vt ibi per eũ vbi ponit de domo diruta, licet non alleget Roma. in consi. suprà alleg. hæc fuit opi. Io. And. qui loquitur in illo qui accepit pensione annua vel censu ecclesiæ soluendis, sed aliud membrum distinctionis Ias. de conductore ad tempus non attingit. Et hæc sufficiant de primo mẽbro quò ad dominum. Quo verò ad ipsum accipientem, & eius successorẽ particularem, videtur etiam debere deduci, & non cõputari in ipsa tertia parte moturæ, ex quo ita conuentum est tempore bailletæ & traditionis, tamen testes qui illud molendinum tenuerant, communiter deponebant, quòd tertia pars moturæ eidem domino competens pro nouem annis proximè præteritis bene quolibet anno ad duas pippas ascendebat, considerato tempore bailletæ, & viso tempore præsenti, quo magis creuit, & auctus est populus. Et sic sunt maiores molentes. Igitur alias si non fuisset dictum, forte computaretur eius motura in illa tertia parte, per ea quæ supra dicta sunt. Tum quia persona loquentis in generali sermone continetur. l. Paulus. §. fin. & ibi Barto. ff. de pigno. nisi alia causa impediat, l. inquisitio veritatis. C. de solutioni. Et tenet Bart. & Alber. in d. l. j. ff. de sena. vt si quis concesserit turrim tenendam contra omnes, quod non intelligitur contra ipsum concedentem. & idem Alber. in l. frater à fratre. versi. ex prædictis potest colligi. cum seq. ff. de condi. indeb. & ibi idem Bald. in l. j. quęstio, xxiiij. ff. de rerum diuisione. & Iacob. de sanct. Georg. in quęstio. xxj. & in tractatu de feudis, vel secundum ipsum, licet in generali sermone non contineatur persona loquẽtis, verum in lucratiuis titulis, seu in onerosis, l. vindicanti. ff. de euiction. quia verba intelligenda sunt secundum verba contractus, l. inter stipulantem. in prin. ff. de verb. oblig. quod facit, vt inquit Bar. ad multas quæst. & idem Alberi. in d. l. inquisitio. & Iason in d. l. frater à fratre. in lect. versi. Inducitur iste tex. cum aliis per eum allega. & ibi Francisc. de Areti. in ij. nota. in fin. & Specul. & Bald. in titul. de immuni. eccle. in fin. & idem Iason consilio xx. in præsenti consultatione. volu. j. & Alexand. in l. quia tale. verficu. ex prædictis. ff. solu. matrimon. vbi alleg. Federi. de Sen. in consilio cxj. incipiente, Quæritur an rustici. quod non potui inuenire. & Decius in l. in omnibus. nume. ij. ff. de reg. iur. qui se remittat ad eius consil. xlvlij. & Bertachi. vbi suprà quæstione viij. vbi hoc intelligit in ordinariis gabellis, & non in extraordinariis, ad quas non tenerentur firmarij: quia habent priuilegium aliquid non soluendi, si illud cedat alteri, non transit, vt tenet Dyn. quem ibi sequuntur Barto. Alberic. & Pau. de Cast. & Modernis. in dicta l. licitatio. §. fiscus. cum §. mercatores. † Vbi volunt, quod si 19
ecclesia Romana, quæ habet Salinas in Romandiola, illas vendiderit, seu in firmam & censam dederit, & illi firmarij postea portent sal per ciuitates

Bono-

Bononiæ, vel Fauentiæ, in quibus exigebatur gabella de his quæ portabantur, & ipſi recuſent ſoluere gabellas, dicentes ſe emiſſe ab eccleſia, quæ ſoluere non tenebatur. clementina præſenti. & ibi gl.& Docto. de cenſib. ergo nec ipſi qui ſuccedunt loco eius: tamen decidunt quod tenentur ſoluere: per illum tex. qui eſt ſingularis, quando quis emit ſeu accenſauit à fiſco, licet fiſcus, vel eccleſia non teneatur talibus firmariis ad vectigal,tamē emptor ſiue firmarius tenetur,vt ibi, & pienè per Bertach. in tractat.gabel. in ſeptima parte quæſtionis viij. & Socinus in dicto conſil.lxxij.verſic.circa ſecundam dubitationem,& de Rip. lib.ij.reſpon,c.xxij.nu.xij. vſque ad ſi vt videtur tex.in l.vna. C. quib.muner. exçu.hu qui poſt impletam militiam.lib.x.& ibi Io. de Pla.& Ioco.Rebuf. vbi cō lucens rem à fiſco,licet ei competat immunitas, l.ſemper. §.conductores.ff.de iure immun.tamen non competit conductori,qui non vtitur eodem iure:ſed ibi loquitur in conductore, qui non habet excuſationem à muneribus perſonalibus & realibus, quia iſtud eſt priuilegium perſonale, quod non tranſit in emptorem vel firmarium. l. j. §. quod ſi ante. ff. de collatione bono.& tenet Bart. in d. conſil.cxxvj.in fin. & in l. Paulus per procuratorem.in fin.per illum tex. ff.de acquir.hæred.& Ang.in l.vectigalia. C.noua vectigal.impo.non poſ.cum aliis alleg. per Alex.in'addi. ad Bar.in dicto §.mercatores. & Salice. in d.l. vniverſi.de vectigal. & commiſ. Tamen ſecus videtur ſecundum Bald. in conſi.xxxj.incipiente ſtatuto ciuitatis Altenſis cauetur,vol.iij. in contractibus celebratis cum eccleſia:quia per indirectū eſſet cōtra libertatem eccleſiæ.Nam tantominus eccleſia venderet rem suam,quantū eſt illud onus: pluris enim venditur res libera,quàm res onerata,l.ſi venditor. in fine. ff. de ſeruis exportandis. tamen alia opinio eſt communior,quam ſequitur Iaſon in auth. quas actiones.verſic. quid autem econtra.de ſacroſanct. eccle.Franciſc Lucani. in trac.de priuil. fiſc.in xvij. q.iiij.principalis q.& Lucas de Penna in l.j. verſ nō mutetur.C.de imponen.lucrat.deſcrip.lib.x.& Guido Pap.in ſing.cclxxiij.§.laicus,& pro iſta deciſion. facit,quòd licet eccleſia ſit exempta, & non teneatur ſoluere decimas de terris, quas propriis manib. excolit, tamen coloni & cōductores eius non ſunt exempti, vt per Imo. in Clemen. j. de decimis. per Abb.in c.tua nobis.de decimis, & Socin. in conſil. xciiij. volu.iij. niſi ſecundum eum habeant priuilegium. quòd de terris & poſſeſſionib. domus eorū, quas aliis traderēt excolendas poſſent decimas percipere & habere,quas coloni qui eas excolent, ſoluere aliis tenerēturtquia tunc eſſent exempti, vt ibi per eum.Sed quando princeps gratiam & immunitatem à ſolutione gabellarum facit aliquibus,quod princeps tenetur firmariis deducere,vt ſingulariter tenet Pau.de Caſt.in d.l.licitatio. §.res exercitui.& Socin.in d.conſil.lxxij.in vltimo volu.iij.& ita vidi hoc anno 1526. Et ita fuit concluſum in curia pro dicto domino,contra præfatum Bardot,viſa depoſitione teſtium duas pipas pro tertia parte domini concludentium. Et latum fuit arreſtum menſe Iulij, Anno1522. Proceſſum reportante domino Rogerio de Candeley, Iurium peritiſſimo,ac bonæ conſcientiæ viro,& recto iudice.

SVMMÆ.

1 *Communi nomine, ſeu communibus pecuniis empta res,an ſit ſemper communis.nn.2.*

3 *Feudum ſi duo fratres pro ſe & liberis ſuis accipiāt, pars vnius accreſcit liberis alterius.*

4 *Donans Titio,aut Mæuio, videtur vtrique donare.*

Quæſtio CCXIIII.

Rex illuſtris & Regina Nauarræ, pro gratuitis ſeruitiis eis per Nicolaum & Iannotum de Lartigau fratres, & in bonis communes factis, donauerunt mediante xij. centum ſcutorū paruorum ſumma, eiſdem fratribus, & eorum, ſuperuiuenti, videlicet notariatum ſeu graffariatum curiarū de villa Noua, de Quercu,& de Perquerio,ac etiam graffum ſeu tabularium Senſchalliæ, & iudicis de Martan, quæ ſumma & pretium bene valebat prouentus & reuenutum ipſorum. Et voluerunt domini Rex & Regina præfati,poſt eorundem fratrum mortem,prædictos notariatus, & graffariatus venire debere ad filium prædicti Nicolai,& poſtea ad filium ipſius Iannoti ſucceſſionis ordine inter eos ſeruato. Contingit dictum Nicolaum deceſſiſſe, relicto Bernardo eius filio, qui tandem venit ad diuiſionem & partagium bonorum cum præfato Iannoto eius patruo.Et de dictis graffariis conuentum & inter eos accordatum fuit,quòd eoſdem greffos & notariatus alternis annis gauderent & poſſiderent. Euenit quod Bernardus prædictus etiā ab humanis deceſſit, filio nunc actore relicto. Quod videns Iannotus prædictus, & ad eum graffariatum & notariatum iam dictos in vim donationis, aut venditionis, ordine ſucceſſiuo tanquam vltimum denominatum in ipſa donatione,peruenieſſet: eoſdem greffos & notariatus domino de Albreto nongentis paruis ſcutis vendidit. Quorum partem mediam filius Bernardi, nepóſque Nicolai petiit: & prædictus Iannotus dicit non teneri. Quæritur quid iuris?

DECISIO CCXIIII.

ET videtur, quòd nepos 1
Nicolai actor habere debeat medietatem dictorum nongentorū ſcutorum.Primò quia dicti graffariatus & notariatus fuerint communi eorum nomine empti ex communibus pecuniis,& durante cōmunitate,ergo communes: nam quod commune eſt,meum eſt. l. ſerui electione. §. Labeo ait.& ibi Barto.& Alex.Socin.Iaſon,& Lancelot.Decius.ff.de legat.j. & de natura & ſubſtantia diuiſionis eſt,quòd res ſit communis.l.j.ff.commu. diuidun.aliàs diuidi non poteſt.argum. l. decem.ff. de verbor.oblig.l.manumiſſiones. de iuſti. & iure. Poſito etiam quòd per vnum ex ipſis fratribus pretium de propria pecunia, ſolutum, & numeratum fuiſſet, poſtquam fuerunt communiter & nomine communi ipſorum empti,& ambo in poſſeſſionem miſſi,text.eſt quem faciunt ibi Barto.& Docto.ſingu.in l.j.C.pro ſocio.& Roma.in ſingu.ccccxxxvij. & tex.in l.traditio.ff.fin.de acquir.rerum domin.& no.Bart.Bald.& Sali.in l.ſi patruus. C.commun.vtriuſq.iudi.& Bar.& Floria.in l. communi dividun. in princip.ff.communi diuidun.& Bart in l.Titium aut Mæuium.§.altero.ff.de adminiſtra.tuto. & Bal. in l.ſi vt proponis. ad fin. C.de rei vendi. & dixi in §.iij.de conſuetud.matrim. lib.conſuetud. Biturig. & And.Barba.in conſil.xxij.volum.j.& Alexand.in conſil. lxxvij.in princip lib.vj. Et de iure Lombardorum,quando quis fratrum emit feudum tenetur communicare aliis,vt in Lombar.de ſucceſ.l.ſi fratres. & ibi dixi. quam l.allegat Accurſius in cap. j. de beneſi. fratris, & facit l. fundus ille. ff. de contrahen.empt. & Bal. in conſil. ccxc. incipien. Domino Agath.volum.ij.Alberic.in dicta l.cum duobus. §. ſi fratres. ff. pro ſocio. & Andræ. Barba. in conſil.x. verſic. Capio tertiam hæſitationem. libro iiij.quare illud dividendum eſt,vt dict. l.ſi patruus, & per totum. C.& ff.commun. diuidund.& famil. erciſc. Et ita propter non facilem diuiſionem conuenerunt,vt alternis fruerentur annis,& gauderent dictis graffariatibus.l.huiuſmodi.§.fina.ff.de lega.j.

Digitized by Google

& ibi per Doct.suprà alleg.& Franc. Curt. in consil. cxv. cum aliis plenè per eos allega. in tracta. clauium.ergo non potuerunt alienari,nisi pro parte.l.j. C.si commu.res pigno.data sit.& l.ij.C.communi diuidund.& l.si fratres. C. commu.vtriusque iudi. & l.falso.C.de commu.rerum alie. Et sic per hoc pactum in diuisione factum censetur recessum à primo pacto & conuentione in ipso contractu inter venditores ,& emptores habita , l. tempore cõtractus.& ibi per Bal.& Sal.C.de pact.inter emp. & vend.& l.pacta nouissima.C.de pact. quod videtur peremptorium hic esse. pro quo faciunt nota. per Docto.in l.qui Romæ. §.duo fratres. ff. de verbo.obliga. Tum quia si in diuisione dictum fuisset, quòd aliquid remaneat commune , & quod non debeat diuidi , quod tale pactum non valet, secundùm Corne.in consil.xiij.vol.iiij.& illud erit commune,& si vendatur pretium erit commune,vt voluit Alex.in consi.lxxxiij.nume.xvj. volo.vj. Et hoc etiam, quia per antea fructus seu prouentus ipsorũ erant communes , & in communitate bonorũ ipsa durante reponebantur & communicabantur. Ergo pretium , quo fuerant empti , vel saltem illud quo fuerunt nunc venditi , cùm remanserint adhuc diuidendi,erit commune, & sic diuidendum. l. si soror.& ibi per omnes. C.de collat.& l.j. & l filiæ. C. famil.ercisc. vnde coh æres qui vendidit rem hæreditariam,tenetur ad partem pretij recepti, vt tenet gloss.& Docto in l.hæredes.§.si vnus.in verbo,non possunt.ff.eo.tit.pro quo tex.& ibi amplè gl.& Bar. Bal.Ang.Pau.de Cast.& Sali.in d.l in familiæ.postquam enim hæc officia graff rij , aut alia officia etiam à patre vni ex filiis empta sunt , debet eorum pretium communicari.l.omnimodo.§.imputari.& ibi per Cin.Bart.Bald.Ang.Sali.Pau.de Cast. & Iason. C.de inoffi.test.& l.fi.versi. De aliis verò personis,ibi memorialibus. eod.titu.secus in dignitate silentiarij seu senatoris, siue consiliarij parlamenti, vt d.§.imputari.& dixi suprà in quæst.x.incip.Ioan. Raph. Nec obstat,quod dicitur præfatos regem,& reginam fecisse ob grata seruitia eis per ipsos fratres impensa donationem , vel venditionem : quia illa verba non alterant venditionem seu naturam venditionis veræ, per no.per Doct. in l.si donatione.C.de collo.argum.l.emptor.C.plus valere quod agi.& l.si donationis causa. C.de contrahen.empt. & l.cùm eam.C.de transact.& vtrobique per Bald. & Sali. & Iason in dicta l.cum ea. quemadmodum dicimus in permutatione,in qua interuenit aliquod pretium,quo ratione maioris pretij erit venditio, vt per Bart.Alberic.& Ioann.de Imo.in l.Aristo.ff. de donat. & per Ioan.Andr. & vtrunque Sicul.in c. ad quæstionem.de rerum permuta.& latè dixi in §. xviij de consuetu.feud.lib.consue.Biturigum.& Iacob.de sancto Georg.in tracta.de Roydis seu operis versi.Sed an præsuppositio statuto.Et hic pretiũ correspondebat valori seu prouentibus graffariorũ & notariatus,vt probatum fuit : ideo censetur vera emptio,vt est glos.singul.in l.j.§.j. in verb.agendo. ff de superficieb. quam allegant pro singul.Baldus, Salicet. & Iason in l. ex conuentione. C. de pact. quia vbicunque fit mentio de pretio,intelligitur in dubio quòd sit emptio.l.fin. C.de præd.curialium. lib.x.& tenet Cardin. Alexand. in dict.cap j.de benefic.fratr.sed vbi graffaria fuissent concessa eis tãquam benemeritis: tamen essent in eisdem tuendi & defendendi , vt not. Bald. in l. ij. per illum text. C. de legi.& per gloss. in l.ij. C.de fund. & salti. rei domi.lib.xj.& Alexand.in consil.xj.num.xj.volum. vj. igitur † ex aduerso videtur , quòd nihil habere 2
debeat dictus actor, & quòd totum lucro eiusdem Iannoti cedere debeat, viso emptionis dictorum graffariorum instrumento,posito quòd prædicta in contrarium allegata fuissent vera : quoniam quilibet est moderator rei suæ l.in re mandata. C.mandat.& in traditione potuerunt donatores , aut venditores quam voluerunt imponere legem , vt l. legem. C. de dona. & in l.legem quam dixisti. & ibi Barto. Bald. Angel.Salic.Alexand.& Ias.C.de pact. Contractus enim ex conuentione partium vim accipiunt. l.j. §. si conuenerit.ff.deposit. Sed clarum est,quòd ex ipso contractu emptionis, in quo facta extitit substitutio,seu potius venditio apposita succedendi in officio notariatus & graffariorum, scilicet de Nicolao fratre in dictum Iannotum fratrẽ, & de filio Nicolai in filium ipsius Iannoti dũntaxat,ius ipsorum graffariorum fuit quęsitum Iannoto tanquam vltimo ex nominatis superuiuenti. l. j. & ij.& l.quoties.C.de dona.quæ sub modo.& iuribus suprà alleg. cum aliis infinitis per me alleg. in consil.xcij.incipien. Vitis donationis instrumento. quia talis conuentio potuisset fieri inter ipsos fratres etiam de alienis bonis quæ ad superuinentem venirent,aut aliud simile pactum , de consensu tamen illius domini. l. fina.C. de pact.& ibi per omnes. Ergo nepos Nicolai filius Bernardi,nihil iuris in prædictis graffariis & notariatibus vel pretio eorum prætendere potest , alias verba , quòd veniant ad superuiuentem , de nihilo operarentur, & frustrà apposita essent,quod esse nõ debet. l.si quãdo.ff.de legat. j. & capit. si Papa. de priuileg.lib.vj. quia si in contractu societatis fuerit conuentum, quòd superuiuens succedat præmorienti,intelligitur si decedat sine liberis.l.cum acutissimi. C.de fideicommiss.& l.generaliter.C.de institut. & substituti.sub condi.fact. Et tenet Masuer. in titu. de societate,& alibi dixi per discursum harum quæstion.
† Et pro hac decision.videtur text.ponens securim 3
ad radicem in capit. vno, de duobus fratribus à capit.inuesti. & ibi Bal. Aluar.& Cardin. Alexan.vbi duo fratres acceperunt feudum à domino ex pacto, vt quandiu ipsi , vel eorum hæredes masculi viuerent,& masculis deficientibus, fœminæ, si superessent , feudum haberent : quòd si vnus fratrum sine masculo vel fœmina decesserit, propter pactum in inuestitura factum,eius pars fratri superstiti, & non domino , est quæsita : vbi verò secundum glos. ibi non fuisset pactum expressum, non veniret portio ad fratrem. capitu. j. de duobus fratribus. de nouo benefi. inuesti.vbi est bonus text.quando vnus fratrum emit de communi pecunia , vt hic in eo casu nostro , & factum fuerit pactum super successione illius , quòd tale pactum est seruandum , vt in capitul. j. §. si duo fratres. de feud. marchi. ducat. & in dicto capit.vno.de benefic.fratr.& ibi Bald.sing. in j.nota. qui ponit quatuor casus , quos colligit ex illo text. in quibus frater succedit etiam in nouo seu. Primus quando dictum est inuestitura. Secundus , quando de bonis communibus est emptum. Tertius , quando communi nomine. Quartus, quando rex voluit remunerare vtrunque. & omnes illi casus hic interuenerunt, quia rex & regina volentes eos remunerare , dederunt & vendiderunt eisdem communiter, & ex communi pecunia,prædicta graffaria , & quod succederent modo & forma prædictis. & ibi eum sequuntur Aluaro.& Car. Alexand. Et istud est verum , nisi per contrarium pactum fuisset derogatum, dicta l.pacta nouissima.

& aliis

&aliis ſupra allega.quod non fuit,vt ſtatim dicam. Aliquando enim feudum,vel alia res datur in emphyteuſim mediante pecunia,vt per Bal.Cardin.Alexand.in d. c.j. de benefi. fra. aliquando vſque ad primam vel ſecundam,aut tertiam vel quartam generationem,aut in perpetuum,prout domino concedenti placuerit,ſuſtendam:& illi veniunt ordine ſucceſſionis,argument.l.ita legatum.§.fina.& l.peto.§.fratre.cum concordantiis ibi in gloſſ.allega.ff. de lega.ij.& per Doctor.in l.Gallus. §. quidam rectè.ff.de lib. r.& poſthu.& Ioann.de Imol.& And. Barba.in cap. potuit.de locat. & per Specul. eod. titul.§ nunc aliqua.verſi.lxix.& per Bald.& Sali.in auth.ſi quas rumas & authent.perpetua.C.de ſacro ſanc.eccle. † Aduerte tamen, quòd quando princeps donauit Titio aut Mæuio caſtrum, vel aliud officium,intelligitur vtrique donaſſe: quia diſiunctiua reſoluitur in copulatiuam, vt notat Bartol. leg.penult.C.de verbo. ſignifi. & Martinus Lauden.in tracta.de caſtel.& caſtris.§.vltim.Nec enim huic concluſioni obſtat,q̃ in diuiſione aliorum bonorum communium fuerat dictum,q̃ ipſi poſſiderent graffaria alternis annis, & ſic pactum primo facientes contrarium:quia ad hoc poteſt reſponderi primò,quod hoc non eſt contrarium facere per præfatum Iannotum,volendo Bernardum nepotẽ ſuum cum eo frui:quia comprehenſus erat in conditione appoſita in contractu emptionis,qui debebat poſt mortem ſuam gaudere dictis graffariis in ſolidum. & non ante. Et pro hoc facit quod dicit Bald.in l.fin.C.de collatio.quod licet frater aliquãdo communicet fructus bonorum à ſe acquiſitorũ: tamen pro hoc videtur communicaſſe proprietatem illorum bonorum & idem Barb.in dicto conſi.xxij.nu.xj.& ita cenſetur hic feciſſe præfatus Iannotus, quod communicando fructus nepoti ſuo, prout facere tenebatur, vita eius comite: tamen non proprietatem,ſequendo tenorem pacti,vt dicit text.in d.c.j.§.j.ibi fructus tamen erunt communes.de duob.fratr.de nouo benefi.inueſti. qui decidit formaliter hanc quæſtion. iuncta gloſſ. & nor. ibi per Bald. Aluaro.& Cardina. Alexand. Cum econtra præfatus Bernardus nepos, qui ſecundum curſum naturæ magis viuere debebat, communicaſſe nonvideatur proprietatem in caſum in quem ipſe Iannotus patruus ante eum deceſſiſſet. Et hoc idem tenet Salice. in dicta leg. ſi patruus. verſicul. pone enim duo fratres.vbi decidit,quodſicut communicatio lucrorum non infert communicationem capitalis : ſic communicatio fructuum non infert communicationem feudi , vt ibi in caſibus per eum poſitis. quod magis proſequitur Andr.Barba.in dicto conſil.xvij.Vnde dicunt Sali. & Barbatia.illud probari per tex.in d. l. cum duobus.§.ſi fratres. & ibi idem Salic. Vnde poſtquàm ex latere prædictorumNicolai & Bernardi eius filij defunctorum conditio eſt extincta. ipſa graffaria & notariatus ad ipſum Iannotum venire debẽt dicta l.quoties.de donatio.quæ ſub modo. Secundò,quia ſic faciendo non renuntiauit primo pacto in ipſo emptionis cõtractu inito, nec expreſſè nec tacitè,ſaltem quin poſſit poſt mortem iã dicti Bernardi ſui nepotis diſponere:quia certum eſt quòd per tranſactionem vel diuiſionem rei reſtitutioni ſubiectæ ſimpliciter factam, quis renuntiare iuri ſuo non intelligitur,ſecundum veram& commun. ſententiã Barto. Alexand. Franciſc.de Aret. & Iaſ. in d.l.qui Romæ.§.duo fratres.de verbo.obliga.& in l.j.C.de pactis.ſecus ſi expreſſè,& ex certa ſcientia renuntiaſſet ſuo iuri,faciendo certioratus mentionem de eodem ſuo iure,ſecundum ipſos, & in l. de his ff.de tranſaction.& Franciſc.Curt.in conſilio lvxv.vertic.& fortius peccauit.& latè dixi ſuprà in Deciſio.cxlvij.incip.teſtator primus Ioan de Nohalli quod hic factum non fuit:ſed ſimpliciter nulla habita nec facta de prædicto iure ex ipſo contractu ſibi competenti mentione. & talis ſimplex conſenſus nihil habet obſtare,vt concludũt Doct. in locis ſuprà allegatis. Et plures ex dominis tenuerunt hanc partem, de quorum numero ego eram: ſed maior pars tenuit primam. Et dictum fuit per arreſtum, quod nepos Nicolai mediam prædictorum nongentorum ſcutorum paruorum haberet partem,Latum die xij.Octobris,Anno 1322. Domino de Tricart dictum proceſſum reportante.

4

SVMMÆ.

1 *Fugere an ſit maleficium.*
2 *Fugitiuus quis dicatur.*
3 *Fuga alicus cõſulẽs qualiter delinquat & n.4.& 16.*
5 *Fugiens an habeatur pro conuicto & confeſſo.& nu. 9.10.11.15.20.21.24.& 29.*
6 *Banquery fallus non habent beneficium ceſſionis, nec immunitatis eccleſiaſtica.& nu. 7.*
8 *Pactum cum banca à fallitis non ſeruandum.*
12 *Carcerem exire volens deprehenſus tenetur ac ſi exiuiſſet.*
15 *Carcerem apertum exiens non habetur pro confeſſo, ſed arbitrio iudicis punitur.*
17 *Carcerem exiens animo redeundi, an dicatur fractor carceris.& nu.18.& nu.19.*
20 *Carcerem fugiens,an habeatur pro confeſſo.& numero 21 & 24.*
22 *Fugientes à carcere vel areſtatione an ſint denuo citandi.*
23 *Sanctum quid dicatur.*
25 *Fuga nocet ſoli fugienti,& non ſociis.*
26 *Fuga quomodo purgetur per reuerſionem. & numero 27.*
28 *Fugere non dicitur qui vadit ad ſuperiorem.*
30 *Fuga ante inquiſitionem vel informationes, an faciat indicium ad torturam.*
31 *Carceres quacunque via an quis fugiat ſine peccato.*
32 *Condemnatus ad mortem an ſine peccato ſe poſſit armis tueri.*
33 *Carceratio quando dicatur iuſta,etiam ab inferiori iudice facta.*

Quæſtio CCXV.

Incarceratus pro delicto vel debitõ fugiens de carcere, an habeatur pro confeſſo & conuicto, ita quod nõ ſit opus alia delicti probatione. Item an fuga ip ſius carcerati inducat probationem contra commẽtariẽſem, vel alium cuſtodẽ,quod eius negligentia incarceratus fugerit,& qualiter pro illius fuga,tam pro delicto aut debito fiſcali,quàm priuato teneatur.

DECISIO CCXV.

ET antequam veniam ad deciſionem quæſtionum, præ ſuppono primò,† an fugere ſit maleficium. Et dic ſecundum Baldum in conſi. ccxx.in quęſtio.domini Millani.volumi.iij.quod etiam reperitur in quinto volu.in nouiter impreſſis,conſi.ccclxxxij.quod aut fugiens

eſt ſeruus,vel ſeruili macula aſperſus, & eſt malum leg.j.de ſeruis fugi.& leg.fin.C.de oper.libert.Aut eſt ingenuus,& tunc aut fugit cum re,& eſt malum ratione rei,quia contrectando facit furtum : & idē ſi cum re quę aliquando fuit aliena,vt quia cum pecunia ad numerum depoſita,vt faciunt nummularij ſecundum veritatem de Caba. in tracta. clauſu. quod dictum fuit Bal.in l.à procuratore.in fina. C. in mandati.dicens no.vlti.gloſſ.quæ dicit, quod nihil eſt melius quàm bona fides,& tene menti: & nota pro mercatoribus bonis, & etiam contra falſos mercatores,qui arripiunt fugam cum pecuniis alienis:licet propriè non ſit furtum.argum.l.ait prętor. §.ſi debitorem.ff.quæ in fraud.credi. & iſti dicuntur in Tuſcia & tota Italia mercatores falliti: quos Bartol.vocat cedentes foro.in leg.ſingularia.in ſecunda concluſione. & ibi Franciſc. Purpu. nume. xciij.ff.ſi cert. peta. & nos banqua ruptos ſeu banquam ruptam facientes, de quibus infrà dicam. Aut fugit abſque rerum alienarum vel quaſi exportatione,& iſta fuga non mala eſt,ſed quædam latitatio l.Fulcinius §.quid ſit latitare.ff.ex quibuscau.

2 in poſſ.eat.† Secundò præſuppono, quis dicitur fugitiuus, & eſt qui in actu fugæ deprehenditur, ita ſtatim quod vnum ad fugiendum mouerit pedem. leg.fugitiuus.ff. de verborum ſignificat.& l. ſi quis ſit fugitiuus. §. j. iuncta gloſſ. in verbo fugitiuum fuiſſet. ff. de ædilitio edicto.& Bald. in dicto conſilio ccxx.verſicu.Et primo.& Socin.conſi.xcix.numero .j. volum. iiij. & Ioann. Baptiſt. in tractatu de debit.ſuſpect.& fugi. quæſtione prima princip. & Franciſ.Purpurat.in l. quæcunque. nume.ccccxix. ff. de officio eius. & Cattellia in memorali. in verbo fugitiuus.Hippol. in ſua praxi.§. diligenter.

3 numero 50.† Tertiò an alius quàm commentariensis conſulens alicui etiam priſonerio ad fugam faciendam & arripiendam, videatur conſulere ad malum? & Baldus in dicto conſilio ccxx. tenet quod non,vbi aliàs erat facturus.gloſſ.in §.ope.inſtitut.de obligationib.quæ ex delicto naſcuntur. & in leg.ſæpè.ff. de verborum ſignificatio. & dixi in quæſtione cclxij.incipiente,quid de vxore.quia regulariter non imputatur alicui, vt maleficium,ſed inducit ſuſpicionem contra eum,vt notat Cin.in l. j.C.de.raptu virginum.Et ibi Salicet.& latius infrà dicam, & non ſolùm eſt conſilij, ſed facti fugere, d. l.quis ſit fugitiuus. & gloſſ.in l.j.in verbo. abeſt

4 C.de ædili. actionibus. Tamen † videtur textus cōntra hanc determinationem Baldi in l. ſi conſiliarios. ibi, huiuſmodi perſonam ſubtraxerit. C. de aſſeſſori.& l.quoties.C.de exacto.tribu.lib.x. & in l.ſed eximendi.§.j.& ibi Angelus,Baldus, Alexand.& Iaſon.ff.ne quis eum qui in ius voca.eſt vi. exi.tenentes contrarium, & Ioann.de Ana. conſilio lv. ad finem.& Bard.in l.eleganter.§.item Labeo.ff.de dolo.& in capitu.dilectis. verſicu. contra eximentem.de appellationib.& Barrol.in l. iiij. ff. ad legem Iuliam maieſta. & aliquid in extravagan. ad reprimendum.in verbo tangat.& in dicta l. j. §. ponas.de raptoribus virginum.& idem Salicet. Ludoui.de Roma. leg. admonendi. & ibi Franciſcus Curtius,verſicu.ſicut etiam faciens aliquem aufugere.de iureiurādo.& ibi Iaſon in repetitione.verſiculo vltimo pro complemento. Sed poteſt dici quod Deciſio Bald.in prælegato conſilio & in dicto capitulo dilectis loquitur de conſilio alicui bāquerio ſeu mercatori fallito volenti fugere præſtito & dato quod non teneatur, vt infrà dicam, &

5 non priſonerio.† His præmiſſis videtur dicendum quòd aut loquimur in iſtis mercatoribus fallitis ceſſantibus,& fugitiuis, & ipſi habentur pro confeſſis,& nihilominus poſſunt torqueri, vt indicent pecunias eis ad mercandum datas, quas nunc habere denegant,& illas perdidiſſe, & ſubtractas per inſtitorem ſuiſſe,vt tenet Paris de Puteo in tracta tu ſyndicat. in verbo, tortura. capitul. an in cauſa pecuniaria. verſiculo tamen principalis in ciuili cauſa. & Hippolytus de Marſil. in lege diuus. ff. de quæſtionibus & in ſua crimi. praxi. §. expedita. numero lxij & Franciſcus Purpur.in d.l.ſingularia. numero xciij. ſi certum petatur. quia omnis coniectura creſcit contra fallitos,qui ad mentiendum faciles ſunt,& infamiſſimi,vt inquit Ioan. Baptiſta in tracta.de debito. ſuſpect. & fug. quæſt. j. verſic. illud ſcia.qui.vt ait,deberent more legis antiquiſſimæ dari creditoribus lacerandi, vt alias dixi in dicta quæſt. cclxij: incipien. quid de vxore. & quæſtion.cxix.incipiente.percutiens.† Adeo quod pro 9
pter eorum dolum non debent habere beneficiū ceſſionis bonorum, quod eſt miſerorum ſubſidium,non præſidium doloſorum.allegat Bald. in conſil.incip. inſuper libris Theſaurariæ. quod eſt ccxix.volum.iij.verſicul.quia iſti falliti faciles ſunt, vt dixi quæſt.ccexlix.incip.quæritur an ciuiliter ex crimine.Et eſt bona cōſequentia (vt inquit Bapt.) fallitus,ergo fraudator. ſic enim appellat eum lex. Stat enim edictum fraudatorum:quia eſt communiter accidentibus falliti ſunt fraudatores. allegat Bald.in dicto conſil.cxx.in quæſtione domini Milani.volum. iij.Et ſimiles his ſunt librorum ſcriptores,qui communiter ſunt baratores & fidem fallentes,vt dicit Alberic.in l.ſtipulatio. §. ſiue autem. ff. de nouis operis nuntiatio. † Nec pariter habent 7
iſti falliti beneficium immunitatis eccleſiaſticæ. argument.§.publicorum verò tributorum.Ibi,quoniam fiſcalium ratio & militibus & priuatis ipſiſque templis,& cunctæ reipublic.vtilis, neceſſaria. in authentica de manda.princip.l.pœnæ. C. de exact.tri. Quod tamen videtur habere locum in alio pro debito ciuili ad eccleſiam fugiente,vt non poſſit ab ea extrahi,niſi ex conſuetut. vel ſtatuto municipali poſſet capit.l.præſenti. §. ſane enim ſi ſeruus.C.de his qui ad eccle confu. quia cedendo bonis euadit carceres.l.j. C. qui bon.cedere poſſunt, tamen non poſſunt cedere bonis, vt dictum eſt. Ideo regula eſt,quòd in caſibus in quibus quis pro debito licitè capitur,& extrahitur ab eccleſia. dic. §.publicorum,vt dicit Oldradus conſil.liiij.& Alber.in prima parte ſtatuto. quæſtione xxxix. & in rubric.C.de his qui ad eccleſ.confugiunt.cum aliis per nos allega.in §.xiij.in additio.de conſue.iur.ſtatu.lib.conſuetud. Biturig. Et prouiſio extrahendi conceſſa fuit cuidam Lemouicen. mercatori nomine Petiot, contra quendam eius factorem, qui ad eccleſiam ſancti Martialis aufugerat, die v. Auguſti, Anno 1535.† Quinimo pacta facta cū iſtis 8
fallitis ſuper pecunia ablata non valet,quibus non obſtantibus poſſunt creditores totum exigere ſi appareat ipſos eſſe ſoluendo,vt voluit Lupus in repetit.rubric.de donat.extrà in antiqui.nume. xv.in add.His habitis videtur dicendum quòd † aut lo- 9
quimur in priſonerijs à carcere fugientibus, tunc videtur quòd habeantur pro confeſſis & conuictis, textus ad literam ſecundum communem doctorum ſententiam in leg.in eos iuncta gloſſ. ſuper verb.puniendi ſunt. ff.de cuſto.reor. vbi dicitur, quòd ſi aliqui carcerati conſpirauerunt ad inuicem,vt fractis carceribus euadant, ſi poſtea reac-

cipian-

Digitized by Google

cipiantur, poſſunt ſtatim puniri tanquam confeſſi de crimine & conuicti, pro quo primo fuerant in carcerati, quamuis innocẽtes ex eo crimine ſint reperti. quem textum faciunt ibi ſingularem Bartolus, & communiter doctores. & Ioannes Andr. in addit. ad Speculatorem titul. de præſumptionibus. §. ſecundo. in verb. ſuper l. vnica. & idem. Oldr. cõſ. lxv. hic agitur de duobus. & Ioan. de Ana. conſil. j. verſicu. ſed omnia iura allegata. & Cæpol. conſil. xx. verſicu. item quia ex quo fugit de carceribus. & Gulielm. de Ludo. in ſingu. ſuo incip. lex eſt, quod ſi incarceratus. de cuius tamen intellectu in ſolutione huius quæſtionis dicam. ad idem textus in l. j. in principio. ff. de effracto. carcer. & ibi gloſſ. in verbo capite. & in l. ſiquis aliquid. §. miles. el. j. ff. de pœnis. & in l. milites agrum. §. eius fugam, verſicu. eum tamen qui carcere. ff. de re militari. gloſſa allegat pro concordia prædicta iura. Et pro hac parte videtur bonus textus etiam in carcerato fugiente habito pro conuicto, in authentic. vt nulli iudicum §. ſiquis vero accuſatus de adulterio. de quo infrà dicam. & idem Ludouicus Bologn. in lege Cornelia. in ſuis interpretationibus. ff. ad Silla. & in leg. ad monendi. ff. de iureiurando. & Angelus Aretinus in tractatu maleficiorum. in verbo, fama publica. verſicul. ſed ſi quis fuerit poſitus in carce. & Hippolytus in ſua praxi criminum. §. diligenter nume. xlvj. & eſt melior textus qui in toto ſit iuris vtriuſque corpore. in capitul. nullus. de præſumpt. ſecundum Zabarel. Imola. Abba. Sicul. & Felinum ibi cum aliis infrà alleg. & idem Franciſc. Brunus in tracta. de indic. & tort. quæſtio. iij. princip. verſiculo, qui etiam limitat tertio. & Guido Pap. in ſingu-
10 lar. ccvj. † ¶ In contrarium videtur quod non habeantur pro confeſſis, & conuictis, per textum. in §. ſi vero etiam quidã, in authentica. de exhibendis reis. v. & ibi Iacobus de Bellouiſu. & Ludouicus Bologni. in ſuis interpreta. & textus in dicta l. lege Cornelia, in princip. ibi, conuicerat. & ibi Bartolus, Baldus Angel. ad Sill. & idem Bartol. Ang. & Fulgoſius in l. ſi quis ex argentariis. §. fin. & ibi Iaſon, verſicul. quarto adde. ff. de edendo. & tenet glo. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. de iureiu. & in leg. admonendi. ff. de iure volens fugam ſemiplenam & non plenam facere probationem. & ibi doctores vtrobique communiter tenent, ſignanter Franciſcus de Curte, verſicu. in ea gl. & Iaſon. Idem Speculator in ti. de probat. §. vlt. verſ. vlt. no. vel facit indicium, quod cum aliis præſumptionibus eſſet ad torturam ſufficiens. ſecundum Doctores & Bald. conſi. ſuprà alleg. ccxx. lib. iij. verſi. ſequitur videre an cõſulere ad fugam. & cõſi. ccxxij. volu. j. & Petr. Iaco. in ſua praxi, titul. pro tormentis. & Pet. de Ferr. tit. forma inquiſitionis. in addi. inci. fuga. & Felin. in d. c. nullus. ver. fallit quartò. & Ange. Are. in tracta. malefi. in verbo, quod fama publica. verſic. an fama ſit. cũ aliis in nouo addi. alleg. & Ci. Ia. de Are. & Sali. in d. l. j. de rap. virg. per illum text. in prin. poſt legitimas & iuri cognitas probationes. & ſimilis text. in l. raptores. C. de epiſco. & cleric. Sed ad iſta videtur clara reſponſio, quòd loquantur in eo qui non fuit incarceratus, ſed ante accuſationem aufugit. Et ſic in eo caſu ſola fuga præſumptionem ſeu indicium facit, & non probationem. & idem Bal. conſi. cccxxx. vo. j. primus quæ. artic. eſt. Cæpol. conſi. xxix. verſi. Tum etiam propter fugam. & Soci. in ſuis regu. in verbo, fuga. in ſecundo. ſecus ſi poſt accuſationem aufugiat, quia tũc nullum facit indicium, vt infrà dicã in cõcluſione. Et iſta eſt regula tam per legiſtas in locis, ſuprà & infrà alleg. quã per canoniſtas. in d. c. nullus. de præſumptio. Quæ tamen fallit in pluribus caſibus ſecundum Doct. inſuper Feli. ibi, & Hippo. in repe. rub. C. de probat. ver. alio modo ſit probatio. vbi vltra Fel. addit duos caſus ſal. Quid dicendum? Et 11
Bald. in prædallegato conſi. ccxxx. vol. j. ahi habẽt in tertio volum. xxxij. in princ. diſtinguit, aut quis detinebatur ex generali inquiſitione facta, & tunc fugiens non habetur pro confeſſo, quia confeſſio ſicut vera debet cadere ſuper certo, & crimen certum probari debet, l. j. vt omn. tam ciuil. quàm crimin. & in authent. vt iud. ſine quoq. ſuffragio. §. ne ceſſitas. Aut vero detinebatur pro ſpeciali inquiſitione, & tunc aut fugit cum effractione, vel conſpiratione, & effractione ſimul: & ſic habet locum prima pars cum conſiderationibus infrà dicendis. Et idem dicunt quidam eſſe in effractore ſeu rumpente arreſtum ſibi per principem de certo loco nõ recedendo factum & ita ſecundum Bald. loquitur dicta l. in eos. vt infrà dicam. † Et idem videtur ſi 12
cum vellet exire carcerem fuit repertus, quòd perinde teneatur ac ſi exiuiſſet. ſecundum Iacob. de Bellouiſu in tracta. crimin. titu. de quæſtio. pro quo allegat dictam l. quis ſit fugitiuus. §. idem Celſus. cum aliis per eum allegat. † Aut aliter ſine effractio 13
ne euaſit, & tunc non habetur pro confeſſo, ſed pro motu iudicis punitur. & idem Iacob. de Bellouiſu in dicto titul. de quæſtionibus. & Gulielm. de Cugne. in leg. ſuccurritur. ff. ex quibus cauſis ma. & Alexan. in addi. ad Bar. in dic. leg. in eos. & ſequitur Bal. in d. conſi. ccxxx. & Ioan. de Imol. in d. c nullus. & Paris de Puteo in tract. ſyndicatus. in verbo carcer. c. qualiter autem probatur. verſicu. tamen talis fuga probabit. & in eodem verb. fuga officialis. poſt medium verſic. & melius in dict. leg. in eos. & Ange. Areti. in tracta. malefici. inverbo, quòd fama publica. verſic. tertio, quid ſi quis. Et idem ſi extra carceris muros ſe proiecit, ſecundum Auguſtinum ibi in addit. pro quo text. in l. fina. ff. de rerum diuiſione. & Socin. in ſuis regulis in verbo fuga, in primo, verſicul. tertia fallen. & idem Bonifacius de Vitali in tracta. criminum. titulo de carcere priuato. nu. xij. Et iſtud vltimum quando ſine effractione aufugit intelligitur ſecundũ Gulielmũ de Cug. Bal. in d. l ſuccurritur. ſi carceratus in publico carcere inuenerit oſtiũ apertum, quòd puniatur iudicis arbitrio: quia non debet exire, etiam ſi poteſt, vt dicit glo. in d. l. ſuccurritur. per text. in l. ſi captiuus. in fi. ff. de captiuis. & idẽ Bal. & Lud. de Rom. in d. l. ad monẽdi. quos ibi ſequitur Franciſc. de Curte, verſi. ſi autẽ fuga nõ obiiciatur. & ibi Iaſ. in repe. verſi. ſecus ſi aufugeret. & Hippol. de Marſil. in ſua praxi crimi. §. diligẽter. numer. xlvj. verſicul. & idẽ in fugiẽte. ſed nõ punitur, ſi exeat de priuato carcere, à quo poteſt exire, vt tenet gloſſ. in d. l. ſuccurritur. & Docto. ibi, & Soci. in d. regula, in verbo, fuga. in prima fallen. vlt. cum not. per Doctores in l. j. C. de priuat. carcer. & hoc ſi vultra xx. horas fuiſſet detentus ſine ranuodio ſeu remiſſione ad ſuum iudicem facta, per notata per Bart. in leg. capite quinto. ff. de adulteriis, & in l. j. ff. de exhibendis reis. & in d. l. j. de priuat. carcer. & vtrobique per Alber. & Doctor. & per Innoc. Abbat. Sicul. & Felin. in capit. vt famæ. de ſententia excommunica. cum aliis infrà alleg. † Et quòd non habeatur pro confeſſo, quan- 14
do oſtio carceris aperto exiuit, tenuit Angel. in l. verũ. ff. de furt. & in d. l. j. poſt Irner. de effracto. & Franciſc. Brunus in tract. de indi. & tort. iij. q. prin.

ver. Quod est verum & Rapha. Cuma. consi. cv. ca sus talis, Titius incarceratus. in vltimis verbis. & Felin. in d. ca. nullus. versi. si ista fallen. & Hippo. in d. repetitio. rubr. de proba. ver. itē alius est casus. & Augusti. in addit. ad Angelum in tractat. maleū. loco proxi. alleg. nisi ruptis & fractis compedibus exuerit per ostium apertum secundum eum: quia tūc bene punitur ac si effracto carceris muro, vt infra dicam. † Et hæc locum etiam habet non solùm quando erat carceribus mancipatus, & fracto carcere fugit, sed etiam si positus fuerat in aliquo hospitio, aut palatio, vel camera alicuius ostiarij curiæ, aut seruientis custodiendus, à qua recessisset ianua non aperta, sed scissa & fracta, quod habeatur pro confesso: secus si ianua aperta, secundum Iacob. But. in d. l. succurritur. quē ibi refert & sequitur Alberi. dicens ita vidisse de facto terminari. & idē Felin. in d. cap. nullus in quarta fol. versic. itē hanc fallē. & Guid Pap. in quæstio. cclxij. pro quibus videtur textus singularis in l. nemo carcerem. Ibi, aperta & libera, & in vium hominum instituta custodia militari. & ibi Ang. & Ioan. le Pla. C. de exacto. tribu. li. x. & sic per illum textum tenuit Bal. in d. l. admonendi. in antiqua lectu. & eum ibi sequitur Ludoui. de Rom. & Fráci. de Curte, ibi, & pari modo. & idem ibi Iaso. versicu. quid autem esset. tamen in contrarium videtur textus in d. l. succurritur, dum dicit, quia nihil interest parietibus an compedibus teneatur, cum l. sequent. & in l. si quis in graui. §. subuenitur. ibi. clausos accipere debemus. & si sunt vincti. ff. ad Sillan. Sed ad illum text. leg. succurritur. respondent ibi Alber. & Iason in d. l admonendi. in repet. versicu. nō obstat d. l. succurritur. quorum responsio nō videtur mihi sufficiens, si iustè detinebatur, sicut si ex carcere ostio aperto exiuisset, vt dictum est. pro quo allego text. in d. l. milites. argumē. §. eius fugam. de re militari. Vbi dicitur, eius fugam qui cum sub custodia vel in carcere esset, discesserit: & in l. capitalium. §. ad statuas. ibi, nisi quis ex vinculis aut custodia detentus. ff. de pœnis. & in clemen. j. §. j. ibi, arestare, siue capere, ac tutè custodire. & ibi Doctores, signanter Bonifa. de Vital. in nouo not. de hæretic. Et sic non facit differentiā siue exeat ex custodia, vel carcere, quo ad eius punitionem per iudicem arbitrandam: quamuis aliud sit sub custodia esse, & aliud in carcere: quoniā carceratus dicitur omnis is qui nō potest ad sui libitū ex loco recedere: vt dicit tex. in d. clementina j. §. sanc de hæred. & Angel. in l. vna. C. de priuatis carceribus. & idem Angel. in l. qui in carcerem. ff. quod metus causa. Vndé si iudex præcipiat aliquē poni sub custodia. non debet mitti in carcerē, vt dicit glossa finalis in l. agentes in vltima. C. de curiol. & statio. libro xij. quam faciunt ibi singularem Bar. Ioan. de Plat. Iacob. Rebuf. & Lucas de Penna. quia aliud est mitti in carcerem, & aliud sub custodia detineri: & pro illa glo. Barto. allegat tex. quem dicit ad hoc singularem in d. l. nemo carcerem. de cerem. de exacto. tribu. lib. x. & idem Anto. Corset. in singu. in ver. custodia, & ita solet obseruari in nobilibus & dignitate constitutis, vt sub custodia militari, & non carcerali tradantur. l. si grauius. C. de dignitatibus. lib. xij. & d. l. nemo carcerē. & ibi Ang. & Bonus de Curtili in tractatu suo nobili. x. parte. nume. xij. Nihilominus tamen si exeat ianua aperta puniri debet iudicis arbitrio. & idem Franciscus de Curte in d. l. admonendi. versicul. solutio potest in hac. facit quod dicam in sequenti quæstione. Quare † cum curia Parisien. Parlamenti ordinasset quē dam aduocatum esse cuidā prisonerio distribuendū, ad illū consulendū, & vidisset portā consurgeriæ apertā, cōsuluit eidē quòd recederet, & vocatus in curia cōfessus fuit sic consuluisse & fuit extensatus: prout dici audiui. & tamen illud consiliū nō fuit bonū, quamuis cōsulere ad fugā alteri quā prisonerio nō sit malū, vt dixi in tertia præsumptione. † Sed si carceratus animo redeundi exeat de carcere aliqua de causa motus, non dicitur fractor carceris, vt tenet Bal. in leg. j. C. de seruis fugitiuis & ibi idem Iac. de sanct Georg. nu. x. & Paris de Puteo in syndicatu. in verbo, fuga officia. capit. an iudex. & Alex. in additio. ad Bar. in d. l in eos. & in d. l. j. de effracto. quod dicit esse notandum pro retentis seu arestatis per Palatium. vel ciuitatem recedētibus, quod non incidant in pœnam. nihil tamē allegat. sed pro hoc facit l. diuortium. in fin. ff. de diuortiis. ibi, in breui reuersa est vxor: nec diuertisse videtur, canonizata in capitul. vulgaris. §. diuortium. de pœnitent. distin. j. l. ad idem plerique. in princ. ff. de ritu nuptiarum. & in l. si quis ita legauerit. ibi, dum vxor mea. ff de condit. & demonstrat. & institu. de rer. diuisio. §. pauonum. versic. in his autem animalibus. & in leg. nihil interest. ff. de captiu. ibi, neque enim corpore domum quem rediisse, si mente alienus est: quem Barto. commendat ibi, quòd quis ibi esse creditur, vbi habet animum reuertendi. & Corn. consi. ccxliij. vol. ij. † Sed in contrarium est text. in terminis, quod talis dicatur fractor carceris, vel arestati brisator, & non excusetur seu purgetur per pœnitentiam, seu reuersionem ad carceres. in d. l. quis sit fugitiuus. post princi. ibi, nemo tali pacto inquit pœnitentia sua innocens esse desinit. & nota Bal. ibi in §. quis talis in antiq. lectu. dicens quòd licet apostata reuertatur ad claustrum, nō tamen purgat peccatum suum: quia semper remanent reliquiæ. & idem Cæpol. ibi in vj. nota. Et ad idem tex. in l. de sertorem. §. emansor est qui diu vagatur, & ad castra reuertitur. cum versic. sequen. incipiente, desertorem. ff. de re milit. & sic vitium non purgatur. Et pro hoc facit quod dicit Bal. in l. j C. de ædil. actio. quòd quando sunt duo carceres, vnus masculorum & alter fœminarum sub vna custodia & clausura, prout esse debent leg. quoniam. C. de custod. reorum. & mulier aufugit de carcere earum ad carceres virorum, quod dicitur exiuisse de carcere, quia erant distinctæ habitationes per domos, licet sub vno conclaui communionem tamen habentes, quæ inducunt diuersitatem domorum, secus si erant distinctæ per cellas & cameras. dict. leg. quis sit fugitiuus. §. apud Celsum. dicens tamen quod erit excusata, si causa libidinis fugiēdę fugerit. auth. nouo iure. ibi, ne castitati iniuriet tur. de custo. reo. sed nō quod fugit causa libidinis fugiēdæ à carcere ipsarū ad carceres virorum, imò potius causa implendæ præsumendum est, nisi quòd custo aut alius vellet eam cognoscere. Et idem si custos permiserit eam abire causa accedendi ad ecclesiā cum proposito reuertendi (quam licentiam custos cōcedere non debet) si reuertatur, non tenetur. Et si noluit reverti, potest extrahi ab ecclesia, si iustè detinebatur, secundum Bartholo. Brixen. in quæstio. dominicali. xxxvij. incipi. carceratus. quem sequitur in leg. secunda. C. de his qui ad eccles. confugi. & Cardina. in capi. ius gentium. versicu. & facit quod pulchrè dicit Alber. & Paris de Puteo in sindicatu, in verbo, carcer. capitul. qualiter autem. circa medium. versicu. adde Bald. & Iaco. de Bellouis. in dict. tracta. malefic. tit. de quæstionibus. versicul. sed

15 16 17 18

ficul.ſed nunquid incarceratus.& Hippo.de Marſi. in ſingula. cxlix. vbi ponit quando cauſa adimplendi votum exit. Sed iſtud videtur nimis rigoroſum & ſtrictè ſumptum in vtroque dicto,ſcilicet quod recedens,& rediens,vel vadens de vna domo ad aliam carceralem domum ſub eadem clauſura exiſtentem puniatur.quare primum videtur communius:quod probat Cæpol.in d. l. quis ſit fugitiuus.§.ſi quis talis.in vij.nota.per text.ibi,verſicu. item nec cum ibi,fugiſſet.&ad dominum veniſſet, vbi dicit ita fuiſſe de facto deciſum. pro quo dicit facere tex.in d.l.milites agrum.§.deſertorem.& §. fina.& idem Ioann.Baptiſt.in d.tracta.de debit.ſuſpect.& fug.quæſtio.j verſic.ex prædictis.qui allegat Flor.ita tenere in ſua diſput.quam ipſemetFlo. meminit in l.liber homo.ff.ad leg.Aquil. & idem Bapti.vbi ſuprà verſi.ſi verò ideo latuiſſet & Franciſ.de Curte in d.l.admonendi.ver.ni fortè ſtatim rediiſſet.& verſi.ſecundò limitatur.vbi in prima limitatione ponit illud vulgare Italorum prouerbium,Non fuge qui torne à caſa.& idem Iac.de S. Georg.in d.l.j. nume. v. de ſeruis fugit. qui allegat gloſſ.in cap.ſi poſtquam.in verbo,mente.de elect. libr.vj.† Tamen Ioan.Baptiſt.videtur limitare hãc communem,quod licet non iuſtè detentus ſine iudicis permiſſu recedat,& ſtatim reuertatur,non ſit pœna fugitiui,fracti carceris, vel briſati areſti puniendus:tamen alia pœna leuiori pro carceris exitu,& modo culpæ plectendus. per text. quem facit ſingu.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§. Imperatores. ff. de adulter. cum aliis per ipſum alleg. & ille tex. eſt ſolùm in argument. & hanc partem tenuerat prius Martin.de Fano,in quæſt.de milite vel cuſtode ciuitatis qui dicit ſe nolle ire ad cuſtodiam, & nihilominus poſtea iuit,quod non capite ſed caſtigatione ſit plectendus,ſcilicet ad ſatisdationem damnorum & expenſarum.refert & ſequitur Alberi.de Gaudi.in tractat.cri.titu. de furibus & latronibus.cum xviij.Et iſtam limitationem vidi plerunque propter audaciam & temeritatem priſonariorum reprimendam per curiam obſeruare,argumẽ. leg.ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. Et aliquando ſecundam opin. quod non puniatur, ſed quod ſtrictius detineatur,& reſtringatur: & ita dicit eſſe faciendum Iacob.de Bellouiſ.in d.tracta. de maleſi.tit.de quæſtio.verſicul.quæritur. & infrà dicam.Ergo videtur quod ſi tales carcerati vel areſtati per curiam,vel alium iudicem fugiant totaliter animo reuertendi, non habeantur pro confeſſis,nec puniantur tanquam effractores carcerũ: quia nihil effregerunt, per ſuprà in princip. adducta. Sed in contrarium facit quod adducit Ioann. Andr.in d.addit Specul.titul.de præſumptio. §.ſecundo.verſicu.eſt ſciendum.dicens,quodcum ipſe eſſet in curia Roma. nonnulli fuerant per Papam Ioannem areſtati qui aufugerunt: quo ſcito hora prandij curia fuit tota in motum,& multi prelati & nobiles ſtatim equitauerunt ad locum quo fugiſſe putabant,& manu armata inuenti, ſed non capti fuerunt:tum ſecundum eum certa fuerunt examinata dubia.Et iſtud erat primum,an fractio areſtationis ſeu areſti dati & fuga inducerent veram probationem eorum propter quæ fuerant areſtati, ita quòd poſſet ferri contra eos vt confeſſos & conuictos diffinitiua ſententia.Secundum vero erat,an ad illam audiendam ſententiam eſſent citandi. Cuius rationes in vtroque dubio fuerunt prius Oldrad.inconſil.lxv.hic agitur. de duobus ſuper quibusipſe conſuluit.poteſt tamen eſſe ipſum Ioann.Andr.fuiſſe tunc Romę,& poſtea,apoſtillando Specul.rationes Oldrad,narrauerit eo tacito.Et quo ad primum dicit Oldrad.quod tales à Papa vel Principe arreſtati fugientes pro confeſſis & conuictis haberi cenſentur,cum areſtum legis & principis æquiparetur : vt authentic. de conſul. §. final.ſed ſi eſt in areſto legis,vt fugientes habeantur pro confeſſis.leg. conſiliarios. C. de aſſeſſo. & leg. j. verſicul. quod ſi quis. C. vt omnes tam milita. quàm ciuiles.Et frangendo areſtum videntur frangere carcerem:† ſed carcerem frangentes confiteri videntur,dic.leg.j.de effract. ergo, &c, Sed contrarium tenet,vt ibi vide,& idem(vt mihi videtur) Ioann.Andr.ſed non ita clarè.& liber meus eſt modicum in hoc defectuoſus.tamen Paris de Puteo in ſindicatu,in verbo, fuga official. poſt medium intelligit eum velle,quòd ſententia ferri poſſit contra eos,vt in confeſſos & conuictos pro hoc alleg. Angel.in d.l.j. de priua. carce. & ſentit Guid. Pap. in d.q ccliij.& etiam Franciſc.de Curte.in d. l. admonendi. verſicu.Quid autemſi princeps arreſtaſſet.vbi ſe remittit ad Ioann.And.& idem Laſ.in repetit.& Hippol.de Marſil.in ſua praxi.§.attingam. numero xliij.& ſic ſunt Oldr.& Ioan.Andræ. quæ habet ſequellam contrarij. † Sed opin. Oldrad. videtur mihi æqua, & de iure verior, quod tales areſtati fugitiui,ſi recapiantur non habeantur pro conuictis,ſed aliter arbitrio principis,aut eius curiæ puniantur,vltra pœnam delicti de quo accuſati fuerunt. Quemadmodum de fugiente ex carcere oſtio aperto diximus:quia non eſt ratio diuerſitatis magis in vno quàm in alio, cum vtroque caſu poſſint ſi velint fugere, licet non debeant, vt ſuprà dictum eſt. Tum etiam paria ſunt non comparere, & comparere & illicentiatus recedere, vt not.Bar.in l.conſentaneum.circa finem & ibi dixi in repetiti.C.quom.& quan.iudex. † Quo autem ad ſecundũ dubiũ quando fugientes prædicti nõ recapiuntur:& ambo,ſcilicet Oldrad.& Ioan.Andr. tenent non fore amplius citandos tales fugientes à carceribus,vel arreſtationibus.& ipſos ſequitur Paris de Puteo vbi ſuprà proximè per doctrinam d.l. in eos tamen contrarium de ſtylo curiarum Franciæ maximè nunc in Curia ſeruatur iquoniam adiornantur ad tres breues dies per quadriuia ciuitatis,à qua receſſerunt,& fugerunt,& viſis contumaciis & defectibus ac caſibus in informationibus cõtentis,tam pro eiſdem, & fuga ad pœnam de iure condignam condemnantur, vt latius dixi ſuprà quæſtion. lxiiij. minor contumax. aliquid infrà. & ſic vidi per quoſdam iudices per capitulum Burdegaleu.deputatos obſeruatum, quod trina vice fecerunt citare eorum decanum fugitiuum arreſtatum ſub pœna conuicti : licet tales decanum ſic areſtatum fugientem citare non debuerint, per text.in capitul. ex literis. ibi,idem Epiſcopus à noſtra diſceſſit præſentia,& perquiſitus non potuit inueniri.de exceſſioni. prælat. quia talis perquiſitio, vt inquit glo.in verbo, perquiſitus. habet vim peremptorij:licet illud ad eius non peruenerit notitiam: & habetur pro vero contumace, ſecundum gloſſ.quam ſequuntur Imol.in verbo,inueniri.qui allegat text.in ca.certum.xj.q.iij.& Ioã.Andræ.Anto.de But.Abb. Sicul. & Ancha. in octauo notab. & Zabarel.in verſ.nota non eſſe neceſſarium. quis eſt in culpa recedendo à præſentia iudicis.vnde habetur pro latitante, vel tali qui impedit ad eum peruenire citationem.quãuis Paulus Grelandus in tractat.de ſortileg.velit fugientem fore citandum,

per text.in l.ſi apparitor. C. de cohort.libr.xij. ſed ille text.loquitur quando nunquã cõparuit.Quinimo apparitor abſẽs nõ citatus poteſt cõdemnari,l. ne diu.C.de pœnis.ſed eſt caſus ſpecialis,de quo dixi ſuprà quæſt.ix.inchoan.Sed an Barones.ſed decanus ipſe fuit vltra perquiſitionem per iudices factam trina vice citatus: & quarta ad ſententiam audiendam.Tamen aliqui dubitabant de prima citatione,ex eo quòd nõ dicebatur eum perquiſiuiſſe,nec citaſſe ad domũ,ſed generaliter fecille prout mandabatur,ſed reſpondebatur ſufficere etiam ſine illa,cum eſſent aliæ tres.cap.ex tuæ.de cleri.non reſiden.& ca.cauſam.de dolo & cont.& l.properãdum.ſ.& ſi quidem.ibi, & ſi per tres vices. C. de iudi. Sed in illo proceſſu decani fugitiui ſic citati fuerunt dubia,Primùm,an fecerit vetus contumax, ita quod appellare nõ potuerit.Secundum dubiũ, & ſi appellauerit & reuelauerit, & profequutus per tredecim annos nõn fuerit,ita quod appellatio remanſit deſerta,an ſententia priuationis tranſeat in rem iudicatam,dixi ſuprà quæſtione.Sed an poſt concluſionem in cauſa. Sed ſi tales areſtati fugiant ad eccleſiam,debeant gaudere immunitate,dixi ſuprà , & latius quæ.ex. incip. ſed an conſuetus blaſphemator.Sed quò ad intellectum glo. Bar. Bal.& communẽ Doct.ſuprà alleg circa d.l. in eos. quod loquatur generaliter quando conſpirauerunt, vt prius ruptis vinculis ac carcere effracto recederent,& ipſos euaderẽt prout de facto fecerũt,quod abſque alia vocatione & defectu,ſeu contumacia capitaliter puniantur.licet iſta concluſio ſit in ſe vera,per d.l.j.de effra.& alia iura pro prima parte allegata & latius dicam infrà ſnon tamen per d. l. in eos.quę ſic ſecũdum Alber.ibi,nõ intelligitur,quoniam cũ prudentius,vt inquit,illã rominaſſet,ex eo quòd ſæpe occurriſſet ſibi in practica : & poſt plures opiniones per eum relatas,ſibi autem ſtudioſè illam legẽ ruminanti pro certo viſum fuit,quod loquatur quando carcerati conſpirauerunt de carcere ipſo frangendo & aufugiendo : tamen conſpirationem vel fracturã non perfecerunt:quia vel detecta fuit conſpiratio,vt in fine illius l.dicitur.& hoc per alios quam per priſonerios,quia ſi per priſonerios fuerit detecta,veniam merentur:vt ibi dicitur cum aliis per gloſſa alleg.& per Hippol.in praxi ſua. ſ.attingam.nume.ſo. accedat pro hoc tex. in l. qui falſam.in prin.ff de fal.& per Bonifa. de Vitali. in dic.tract. crimi. tit.de priuatis carceri.nume. xiij. vel quia aliàs non potuerunt vel noluerunt, & ſic non effregerunt carcerem:& iſte eſt verus intellectus d.l.in eos. quam primò ſic intellexit Rayner. de Forli.ibi,& etiam Angel.in verſic.& nota hanc leg.qui mihi videtur vetior,ipſa lege bene inſpecta, quia text. profecto non dicit, quod poſt conſpirationem conſerint : ſed ſoluin deliberauerant vt ruptis vinculis carcerem euaderent.hoc probant illa verba ibi propter quod pacti ſunt , non dicit fuerunt.& ſic etiam intellexit illum text. Raphael Cum.in dicto conſil. cv. poſt princip. & idem Felin.in dicto cap.nullus.verſicu. fallit in eo qui. ſed nõn audacter,quia non meminit (vt ait) hoc motiuum ab alio tactum. Ideo tranſit cum Bartol. & mirum quod nõ viderit Rayn. Alber. Angel.& Cuma.qui ſic ante intellexerunt.Et paritermirandum de aliis Modern.ſignãter de Iaſ.qui tranſiuit etiam cum opinion Bart.in repet.l.admonendi. & idem in lectura. verſicul. adde tamen vnum caſum. & ſimiliter Hippol.qui in ſua praxi , tranſit cum Bartol.& Felin.in ſ.diligenter.numer.xlvj. & pro illo intellectu facit text.iuncta gl.in d.l. quoties. C. de exact. tributo. li x. dum text. dicit , crediderit. & gloſſ.exponit,ſubtraxerit: quia ſecundum Ioan. de Platea ibi non ſufficit ſola cogitatio eximendi, niſi effectum habuerit leg.ſi per alium. ſ. docere.ff.ne quis eum qui in ius voca.& vbi poteſt capi duplex intellectus , & capiendo vnum quis dicitur delinquere , & capiendo alium non dicitur delinquere :tunc ſemper in dubio ſumitur intellectus, per quem quis non dicatur delinquere,vt dicit Bartol.in l.non ſolùm.ſ.ſed vt probari.ff.de noui ope. nuntia.& ſequitur Ab.Sicu.in capi.auditis.de præſcript.cum aliis alleg. per Hippo. in ſua repeti. rubric.ff.de fideiuſſori.nume.xlvij.& Cornel. conſil. ccv.volum.ij.facit text.in leg.quoties nihil ſine captione inuestigari poteſt,eligendum eſt.quod minimum habeat iniquitatis.ff. de regulis iuris , cum aliis per Hippol.de Marſil.in conſil.ij.nume.j.& ij. vol.j.allegat.Sed intellectus Alber.& aliorum clarus apparet ex illo text.l.in eos.dum ibi dicitur , ſit cuſtodiendum,ſecundum quod gl.dicit fuiſſe in libro Rogerij,& tũc ſecundum Alberic. debet exponi verbum cuſtodiendum,ſcilicet arctius , quàm prius:& hoc propter ſuſpicionem fugæ,& conſpirationem quam fecerant.Et pro hoc dicit bene facere d. l. lege Cornelia. ſ. præterea. & ibi gloſſ. in verbo,in vinculis. ad Sillani. quam faciunt ibi ſingula.Bald.Roma.& Ludo.Bologn. in ſuis interpre. & l.iij.ſ.quęri poteſt.verſi.ſi autem ipſe tutor.ff de ſuſpect. tuto.accedat gloſſ. in leg. fin.in verbo , fideiuſſionis. C. de ſerius. & text. cum gloſſ. in leg. fina.in verbo , ſequeſtro. C.quib. ad liber. procla. non licet,& idem Bald.in leg.iij.de Epiſcopal. audiend. in quibus locis habetur , quod qui ſemel fugit , debet ſtrictius detineri , & nunquam fideiuſſoribus relaxari. idem Ioann. Baptiſt. in di. tractat.de debito.ſuſpe.& fugiti.queſtion.j.verſic.pro quo opportunè.& Hippol.de Marſil. in l. maritus. numer.xliiij.de quæſtion.in ſua prax ,ſ. attingam. nume.vij.& in repetit.rubric.de fideiuſſorib.ff.numer.clxxiiij. & idem Bonus de Curtili. in tractat. de nobilibus v. parte. numer. xij. & Angel. Areti. in tractatu maleficio .in verbo , quod fama publica.verſicul. quartò notandum eſt. & ibi Auguſtin. in addit. & Paris de Puteo in ſyndicatu , in verbo, carcer.cap.an poteſtas qui aliquem,poſt princ. vbi inter alia allegat textain l.item apud Labeonem.ſ. quæſtionem. ff. de iniuriis. & idem in verbo,fideiuſſor:cap.ſi iudex maleficiorum. verſicul. & adde quod ſi quis ſemel & Ioann. de Anan. conſil. j. ibi Ludo.Bologni.in addition.Et ad textum dicta leg. in eos. volentem innocentès eſſe puniendos, reſpondet ibi Alberic.quod quamuis innocentes puniendi ſint , tamen litera non determinat pœnam: quare credit eam arbitrariam , arbitrio iudicis imponendam , & determinandam, licet gloſſ.aliter ibi determinet ,& minus bene , vt dictum eſt. Expoſitionem Albe.ſequitur Raph. Cum.in d. conſi. cv.poſt prin.nulla facta de ipſo mentione.Si,vt inquit Cuma.innocẽtes vt vult gl.& cõmunis,puniãtur pœna eiuſdẽ criminis,pro quo fuerint incarcerati, cum innocẽtes venirent maiori plectendi pœna quàm nocentes, vt ibi latius per eum:quod eſſet contra omne ius:quoniam ſcriptũ eſt, ſanctius eſſet impunitũ reliquni facinus nocentis,quàm innocentem damnare.l.abſentem.in prin.ff. de pœn. & decretal.dicit,tolerabilius eſſe aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, quàm coniunctos legitimè contra ſtatuta domini ſeparare. cap. licet

ex qua-

ex quadam.de testib. Præterea si erant ab impositò crimine innocentes,ergo indebitè & iniustè detinebantur,& sic fas,& permissum eis fuit, etiam cũ machinatione ruptis vinculis & carcere ac custodibus(si aliter fieri non posset) occisis euadere, secundùm Luc.de Penna in l.prohibitum.C. de iurè fisci lib.x.de quo infrà dicam,an sit licitum occidere custodes, vnde innocentia istorum fugientium quò ad punitionem per iudicem est multum considerãda. Tum non punitur effectus,seu conatus ni si sequatur effectus, secundum opinionem Specu. quam communiter contra Barto. sequuntur Doct. in l.j. §. fi.ff. de iurisdict. omn.iud.& plenè.Feli. in tracta.de cona.& Ioann.Fabr.Salic. & Hippol.in l. is qui cum telo.C.ad leg.Cornel. de sica. & dixi in tracta. de sedit. & alibi sæpè. & pro hac opinione Spec. est text. secundum istum verum intellectum in d.l.in eos. qui non est ad hoc solitus allegari. Et pariter procedit iste intellectus etiam si in texto sit statuendum: sicut erat in libro Bulgar. secundum glossam ibi, de quo ibi, vide per Alberic. causa breuitatis. Quamuis Iacob.de Bellouisu velit intelligere d.l.in eos. quando exiuit carcerem ob necessitatem,vel timorem ignis,vel aquæ, quòd non puniatur si fugiat: cùm iustus timor ipsum excusset leg.habitatores. §. fin. ff. locati. aliàs sic: & ita dicit in d.tracta.crimi.titu.de quæstionib.versicu.sed quæritur nunquid si exiuerit. in fine illius quæstio. dum dicit,sic intelligo.ff.de custo. reo.l.in eos.quã uis communem intellectum sequutus fuerit. Sed iste intellectus non bene conuenit literæ, vt patet intuenti.Sin autem non tantum conspirauerũt, sed conspirationem ad effectum perduxerunt,& effracto carcere & vinculis ruptis fugerunt,tunc, vt dictum est,puniuntur pœna capitali,seu vltimo supplicio,non per text.illius l.in eos.sed per dict.l.j.de effra.& tenet Ioann.And.in d.additio.versicu.item leges & Oldrad.in d.consil.lxv.& Felin.in dict.cap. nudi.s.versicul.salit in eo qui aufugit.de præsumpt. Et idem si sine conspiratione aut consilio inito fugerunt carcere effracto.d.l.j. de effract. & aliis pro prima parte allegaris,& plenè Cuma.in dict.consi. cv.sola enim ruptura seu effractura carceris importat pœnam capitis: quia carceres sunt loca sacra, quæ sunt publicè dedicata.Et sanctum est,quod ab iniuria hominum sit defensum atque munitum lege sacrament.& lege sanctum. ff. de rerum diuisione. Et sic muri & fores carcerum quæ publicis vsibus ad custodiam & non pœnam destinantur sancti sunt, sicut muri ciuitatum. † Nam 23
propriè dicitur sanctum quod neque sacrum, neque prophanum est: sed sanctione quadam confirmatum,leg.sanctum.§. propriè.ff.de rerum diuisione.rumpens ergo(vt inquit Cuma.)vel violans sanctum capite punitur,d.l.fi.eo.tit.Sed de stylo curiæ nostræ non ita proceditur,quia si recapiantur proceditur ad verificationem criminum,etiam si sponte confiteantur delictum:quia nisi de illo prius appareat,non possunt condemnari.l.j.§.illud.& l.necessarios.§.non aliàs.ad Sillanianum.& bonus text. in authentic.vt iudices sine quoquò suffragio. §.necessitatem.ibi,fugientes capiantur.& in §.sequenti. Si verò non capiantur,tunc contrà eos proceditur, vt suprà dictum est,vel etiam per fictionem solent fingitiui suspendi,prout faciebat quidam iudex, vt refert Paris de Puteo,in syndicatu.in verbo,contumacia. & nunc anno præsenti quingentesimo trigesimoquinto supra mille, mense Augusto: quo duo fuerunt per figuram suspensi ante palatium. Aduerte tamen secundum Albericum in l. in eos. quod in fuga talium carceratorum debethaberi cõsideratio, vtrum culpa custodum, vel sine culpa euaserint.d.l.j.ibi,per negligentiam custodum euaserint,mitius puniendos. de effract. quem multum commendat Ang.ibi,& Cuma.in dict.consi.cv. in princip.Et etiam vtrum violentia fuerit illata custodibus vel nõ,per textum in l.milites ff.de custodia reorum.& in l.ad commentariensem. C.eodem & infrà dicam in tertia quæstione. † Quare breuiter 24
cõcludendum est, quòd fuga ante inquisitionẽ vel accusationem criminis, id est ante informationes factas,(quia in hoc regno non proceditur per accusationem ad instantiam partis sine procuratore regio)non facit quem habere pro confesso, sed præsumptionem siue indicium facit:quod est sufficiens in criminalibus ad torturam & quæstionem, secundum Barto.in l.fin.ff.de quæstionibus.& Ioan. Andræ.in additio.Spec.titu.de prælumptionib.§.ij.super verbo, violentia. & Iason. in repetitione dictæ leg.admonendi.de iureiurando.& in lectura j.vers. adde quod regulariter.& in versi. secundò notabiliter limita.† Et solum facit indicium contra ipsum 25
fugientem, & non profectò contra alios in eodem delicto socios,per l.ij.C. de fide instrumentorum. & l.fin.C.de fals.& Iason in lectura d.l.admonendi. folio xviij.versicul.quartò limita.facit quod dixi in quæstio.cclv.in fin.incipien.quæritor,an quis cogere possit, & sic fuga facit semiplenam probationem: & cum alia semiplena probatione,vt volunt Angel. & Imol. in leg. interesse.ff.de acquirenda possessione.& Iason in dicta l.admonendi. folio xxvj.versicu.item not.quòd si reus.Et sic duæ semiplenæ probationes iunguntur:de quo per Bart.in l. j.§. eidem Cornelio. & ibi Hippol.ff.de quæstionibus,cum aliis infinitis per me allegatis in §.x. in gl. j.quæstione vltima.de iurisdictione omnium iudicum.libro consuetudinum Biturigum.† Tamen re 26
uerso purgatur fuga per iuramentum ipsius dicentis ob aliquam fugisse causam,vt voluit Cin.in l.fin. C.de requirendis reis. quod reputat singulare Corneus consi.lviij.volum.ij.& Francis.Brunus in tract. de indic. & tortura.in finalibus verbis. & Iaſ. vbi suprà.& Hippol.in sing.cxv.versi. ad vnum aduerte.& in l.qui falsarum.nu.xcix.ff.de falsis.& in sua praxi.§.diligenter. numer. xliij.cum aliis per eum allegatis.in rubric. C. de probationibus. folio xvij. in fine.versic.attamen isto casu,† vel etiam si dicat 27
secundum Bartolum in l.j.§.sicuti.de ædili.edicto, quod fugisset furore & timore familiæ seu seruientium iudicis,vnde nũc citatus comparet:quia tunc illa non dicitur fuga,quæ contra eum inducat præsumptionem. quod etiam reputat singulare Corneus in d.consil.lviij.volu.ij.& Guido Pap. in sing. suo dcclx.Et à fortiori si iudicis furore fugiat,vt voluit Paris de Puteo,in syndicatu,in verbo, fideiussor.capit.suo vitio.versicu.tenetur autem iudex,& in verbo,tortura. capit.an iudex. & Socinus in suis regulis.in verbo,fuga.in secunda fallentia.j. & Franciscus de Curte,in d.l.admonendi.versiculo tamen ista materia.& in versic.secundò limitatur. & idem Iason.ibi,& Cæpol. consi.xxxj. versiculo decimo & vltimo,volens quòd fugiens & se in carcere ponẽs causa suam probandi innocentiam,tollit suspicionẽ primam.facit quod dixi suprà de fugiente ex carcere & cito reuertente.vel etiam essent alia indicia & præsumptiones tollentes præsumptionem fugæ.secundum Corn. in dicto consilio lviij.& Hippolyt. in sua praxi §.diligenter.fol.xlix.numer. cxcij. cum.

Digitized by Google

ſequen. cum aliis per eum allega. & idem de Penna in l.ſi coloni.C.de agricolis & cenſit.lib.xj.dicēs etiam quòd ſi timens ſæuitiam iudicis,in quo nulla eſt iuſtitia,ſed omnino impietas,fugiat, quòd non habetur pro confeſſo.quia licet in iudice eſſet metus,l.penulti. C. de his qui per metum iudicis. & l. fin. C. quod metus cauſa.vt ibi per eum, quem ſequitur Paris de Puteo loco proxi. Tamen plures fugiunt talem ſæuitiam,& aliquando appellant,& allegantes iuſtas ſuſpicionum cauſas,vel impetrant literas à principe remiſſionum in eiſdem narrantes
28 ob iuſtitiæ rigorem ſe abſentaſſe: † quia qui vadit ad ipſum ſuperiorem,non dicitur fugere.per notata per Hoſtienſem in c.vt debitus honor.de appellationibus. quoniam itineris arreptio ad iudicem ad quem habetur loco appellationis.& pro hoc dicto eſt tex.quem ad hoc citat Bal.ibi in l.ſed ſi per
29 prætorē §.fi.ff.ex quib.cauſis maiores.† Fallit prædicta regula in famulo ſeu ſeruitore fugiente,quòd præſumatur res amiſſas ſubtraxiſſe,& puniri poſſe, vt tenet gloſſ.in d. authentic. de exhibend.reis.§.ſi verò etiam quidam. in verbo,factum quam ibi faciunt ſingula.Iacob.de Bellouiſu.& Ludo.Bologn. in ſuis interpretationibus, vbi ipſe hoc limitat, vt ibi per eum & idem de Bellouiſu in tractatu crimi num,titul.de criminoſo.& Felin.in dicto c.nullus. verſiculo tertio fallit.de præſum. & Hippo. in rep. dictæ rub.C.de probatio.verſicu. item alius eſt caſus.in ſecunda. quoniam contra famulum fugientē plenam facit probationem.& tenet Socin.in dicta regula in verbo fuga.in prima fallen.iij.in fina:pro quo facit tex.in l.Iulianus.in principio.ff. de actioni.empt.& idem Hippo.in ſua praxi. §. diligenter. nume.xlvj.Si poſt accuſationem ſeu decretum poſt informationes contra eum factum ante captionem & incarcerationem fugiat, tunc nullum facit indicium,iuribus ſuprà allegatis,& tenet Barto.in l.j.in principio.ff.de bonis eorum.& in d.l. admonendi. & idem ibi Iaſon fol. xxvj. & Franciſcus de Curte. folio 50. verſiculo limitatur,tertiò. & Matthæ. de Matteſ. in ſingula. cxlvj.& Iaſon in l.ij.verſicul. itē conſidera.C.qui teſtamentum facere poſſunt.& Cuma.cōſilio clxxv.domina Andriola. circa medium. & Corne.in dicto conſi.lviij.in conſil.cxcviij.volumin.ij.nec profecto aliquam facit præſumptionem ſecundum ipſos,& Bald.in dicta l j.de rebus eorū. & Socin. in regu. clxj. quia præſumptio eſt minus quàm indicium,vt colligitur ex dictis Baldi in l. ea quidem.C.de accuſatio.cum aliis alleg.per Hippoly.in ſua praxi.§.diligenter.numer.cxiij. & dixi ſuprà in quæſtione , & non ſolum in caſu prædicto quando poſt decretum & accuſationem aufugit,nō facit indicium, ſed nec etiam quando habet fugiēs ſuſpicionem, quòd contra eum fiat inquiſitio ſine informatio, facit indicium ad torturam, vt voluit Roma.in d.lege Cornelia. ad Sillani. quod dictum refert & ſequitur Decius conſil.ccxxxiij.in effectu & Hippo.in ſingula.cccccxvij. & in ſua praxi.
30 §.diligenter.numer.xlij.† Tamen ego teneo in hoc contrarium,quia hæc eſt contra communem,quòd fuga ante inquiſitionem ſeu informationem facit indicium ad torturam, vt dictum eſt: & ſemper criminoſus ſolitus eſt fugere ſtatim delicto coram aliquib. commiſſo. Si vero poſt incarcerationem oſtio aperto carceris , vel cameræ aut hoſpitij,tunc non habetur pro confeſſo,ſed aliter pro motu iudicis punitur. Et pariter ſi inito conſilio ſeu conſpiratione habita de carcere frangendo, & ab eo inde fugiendo,ad effectum tamen non deducta,per d. l. in eos. vt ſuprà dictum eſt. & idem in areſtatione ſeu areſto briſato. quod iudicis arbitrio etiam puniantur.Fallit ſi propter neceſſitatem vel timorem ignis vel aquæ aut peſtis fugerit, licet de Bellouiſu velit contrarium, ſi in totum aufugiat. per text. in d.l.habitatores.§.fi.Sed tex.ibi loquitur quando timor migrandi fuit iuſtus, quanuis nullum inde ſequatur periculum,vt ibi,& in l.ſi quis fumo.§.fi.ad l.Aquiliam.Et idem in eo qui ex carcere vel areſto receſſit cauſa miſſæ audiendæ vel confeſſionis fiēdæ, aut voti complendi, vel pecunias habendi, vt pluries vidi:dum tamen in aſſignatione ei data cōpareat,vel ſtatim poſt:quod non puniatur:nec talis receſſus faciat indicium:ſi vero cum effractione carcerum tantum, vel vinculorum tantum, tunc fuga illa cum effractione alterius iſtorum, licet plerunque vtrunque concurrat,facit eum haberi pro confeſſo, vt credo exaratum eſt habita ſuper hoc conſideratione negligentiæ cuſtodis ſeu commentariē ſis.Sed Pariſiis mitius proceſſum fuit contra dominum des Cars priſonerium fugientem proceſſu de eo ſuprà butellum exiſtente,vt intellexi.Et iſtud vltimum verum ſi iuſtè & debitè detinebatur,ſecus ſi indebitè & ſine cauſa detentus erat, tunc fugiens non tenetur pœna mortis,vt voluit Bartol. in l.vis eius,quem ibi Salice.ſequitur.C.de probationib.& Alex.in l.ſed eximendi.§.ſi quis.circa finem, & ibi Iacobus de ſancto Georgio num.iij.ff.ne quis eum qui in ius vocat.& Alexand.in conſil.ccxlj. numer. viij.lib.vj.& Iacob.de ſancto Georg.in dicta l. prima.de ſeruis fugitiuis.nume.x. & Paris in ſyndic. in verbo carcer.capit.qualiter autem. in fine. & Hippol.de Marſil.in ſingul. clxxvij.col.ij.verſi.pro quo facit.& in ſua praxi.§.attingam.num.xl.& in §.diligenter.numer. 5.cum pluribus ſequen. folio xxxiij. cum aliis per eum allega. Quinimo videtur quod ſi exire aut aliter euadere non poſſet niſi carcerum cuſtodes occidat,quod licitum ſit ei eos occidere, vt dicit de Penna in d.l.prohibitum verſicu. ſed pone dum ageretur. C.de iure fiſci.lib. x.& ipſum ſequitur Paris de Puteo,in ſyndica. in verbo reſiſtentia.verſic. & ſcias.allegat textum in l.nihil intereſt. ff.de captiuis.& in leg.capitalium.§ ad ſtatuas.ff.de pœnis.& gloſſ.in capit.ius gentium.j.diſtinction.& in l.j.ff.de bonis eo.qui ante ſenten.mortem ſibi cō ſciue.vbi dicitur licitum eſſe quomodolibet ſuum redimere ſanguinem.& tenet Iaſon.conſi.xx.verſi. circa ſecundum crimen.volumine iij.& conſi.lxxxvj.numer.vj.eodem volumine & idem de Penna in l.quoties.circa medium.verſic.item & quando. de exacto.trib.& idem Hippo.in l.j.nume.xxviij.ff.de quæſtio.& in ſua praxi.§.attingam.numero xl. quia per fas & nefas hoc eſt ſibi permiſſum.& idem Hippoly.in l.prima.ff.ad l.Cornel.de ſica.& Abb. Sicu. in cap.ſi vero.de iureiu.cum licitum ſit de facto reſiſtere iudici iniuſtè exequenti,dicta l.prohibitum. & ibi Barto.Bal. Ioannes de Plat.& Rebuff.& Abb. Sicul.poſt Inno.in c.ſi quando.de offi.delegat.& aliquid dicam in ſequen.quæſtio.tamen dicta l.prohibitum. non ſeruatur de ſtylo curiarum Franciæ propter delicta quæ ſunt criminalia : ſed oportet per viam appellationis & iuſtitiæ procedere. & allegat etiam Paris vbi ſuprà gloſſ.in cle. paſtoralis. in verbo,per violentiam & ibi Abb.Sicu.de re iudad idem de Curte.in d.l.admonendi. allegari tamē non poteſt,quòd fugiens non habens iuſtā cauſam fugiendi.Vnde gloſſ.non dicit ibi captum pro cauſa(vbi etiam ingeri poteſt pœna ſanguinis)relaxatū iuramēto de redeundo ad carceres præſtito debere

redire,

Digitized by Google

redire,ſi iuſtè carceratus fuerat : ſecus ſi iniuſtè. & Barto.in l.relegati.ff.de pœnis.Abba.Sicul.in capi. j.de teſtibus cogen.in cap.ſicut in tertio.de iureiuran. & idem Ioann. Andr.in add.Specu.ſuper rub. eodem titu.verſic. iterum quæro. de eo qui iurauit redire.quem ſequitur Abb.Sicu. in capitu. inter alia.in fine.de immunitate eccleſiæ & Hippo.in præ alleg.ſingu.clxxvij.col.j.in princip.verſicu.& dicit Ioannes And.& Cardi.Alexan. in dict. capitulo ius gentium.verſiculo ſimile eſt quod dicit. & iſta fuit quæſtio dominicalis Bartol.Brixien. q. xxxvij. qui primò ita tenuerat. Vnde de Curte vbi ſuprà refert quendam docto. vltramon. dicentem , dum legeret illam clem. quod potius velletdecies priuare, quàm ſemel redire ad carceres,imminente mortis periculo,ſequendo Ioan. de Imo. ibi,quem tamen reprehendit,& meritò,quia omnia mala potius pati debemus quàm malo conſentire & periurare.capitul. ſacris.quod metus cauſa. & cap. ita ne.xxxij. quæſtiou.j.& leg.palam. §.non eſt ignoſcendum.ff. de ritu nup.& ſequitur Petr.deBullega.in ſpe.prin. titul.de offic.incarcer.milites. verſic. Sed nunquid ille.cum ſeq.& Sylua.nuptia.fol.lx. & Iaſon in leg. duo patroni.§.fin.colum.penulti.ff.de iureiurando. & legitur de diuo Paulo Apoſtolo & Sila eius ſocio carceribus mancipatis , Actuum xvj. ante finem, quod cum magiſtratus lictores cuſtodi miſiſſent ei dicentes, Dimitte homines illos. Quod cum nuntiauit cuſtos carceris Paulo dicendo , Miſerunt magiſtratus vt dimittamini:exite,& ite in pace.Paulus dixit eis,Cæſos nos publicè indemnatos homines Romanos miſerunt in carcerem,& nunc occultè nos eiiciunt:non ita : ſed veniant ipſi & nos eiiciant. Nuntiauerunt autem magiſtratibus lictores verba hæc:timuerúntque audito quod Romani eſſent: & venientes deprecati ſunt eos , & educentes rogabant vt egrederentur de vrbe : & exeuntes de carcere introierunt ad Lidiam.Et ad hoc textus cũ gloſſ.in verb.potiantur.in ca.fundamenta. §. vt autem ciues Romanorum.de elect. libr. vj. † Et pro 31
dicta Deciſion.facit quod dicit gloſſ.in leg.nam & Seruius. in princip.ff.de nego.geſt. volens quod ſi erant tres debitè incarcerati, aut alias detenti,& is qui eos detinebat,vt eos liberaret, ab omnibus certam petebat pecuniam.Et antequam pro illa pecuniæ ſumma ſe obligarent , vnus vinctorum dimiſſus eſt ſub iuramento eundi cauſa pecuniam prędictam pro redemptione ipſorum omnium quæſitum.quod fieri poteſt,vt vnus ex malefactoribus fideiubeat pro aliis ſociis,vt voluit Bart.in l. Roma. per illum tex.ff.de tuto.& cura.datis ab his.& Ang. in leg.reos.ff.de duob.reis.& Ange.Aret.in tracta. maleti.in gl.in verb.pro quibus Antonius fideiuſſit. verſic.quæro an vnus ex malefactoribus.& Hippo. in repetitione rubricæ. ff. de fideiuſſoribus.nu.cclxviij.& in ſua praxi.§.pro complemẽto. nu.xxx.& ita conſuevit curia facere. Euenit illo dimiſſo non reuertente,duo qui in vinculis detinebantur coacti ſunt ſoluere etiam pro illo tertio dimiſſo : accidit quòd iſte tertius non tenebitur illis quò ad partem ſuam:quia inutiliter ſoluerunt,cum licitè euaſerit,quam gloſſ. ſequuntur ibi Barto. Bald. & Angelus.Sed Albericus diſtinguit,cuius diſtinctio videtur nobis æqua. tamen gloſſam ſequitur Cardinalis Alexand. in dicto capitulo ius gentium. & Bald.conſilio cxv.proponitur quòd Ioannes fuit captiuatus.li.j.Sed credo quod opinio gloſſæ non ſeruaretur in iudicando. & aliam ponit opinionem Albericus , vt ibi per eum. & idem ſequitur Franciſcus de ſancto Nazario in tractatu de peſte. Ergo per contrarium ſi licitè detinebatur, redire tenebatur,pro hoc adducit Cardinalis Alexandri. illud q̃ dicit Archidiaconus in §.quod dicitur. xxij. quæſt. ſecunda , de reo qui per iudicem interrogabatur, an deliquiſſet , quia veritatem reſpondere tenetur, etiam ſi tractaretur de periculo mortis, ex quo per viam eſt iuſtitiæ interrogatus.& ita in propoſito ibi adducit Abb.Sicu.glo.in verbo,legatorũ.Ad idẽ quod not Floria.in l.cum autem.verſ.nota quod iſte text.ff.de his qui deiecerunt. † Et facit quod di 32
cit Albericus in l.addictos.C.de epiſcopali audien. iniuſtè ad mortem condemnatum manu armata poſſe ſe tueri.Alleg.Archidiaconum ita voluiſſe in capitul.cum homo.xxiiij.quæſtio.v.melius in capi. non inferenda.xxiiij.quæſtion.iij.Et non ſolum parentes & amici poſſunt de facto reſiſtere , ne talis fiat executio,ſignanter ſi appellatum fuerit , vt voluit Bal.in d.l.addictos.& Ang.Areti.in tracta. maleſi.in ver.præſente dicto Caio.verſi. quid autem ſi non obſtante appellatione.& ibi plenè Auguſtin. in additio & Bart.in tracta.carcer.colum.jij. verſicul.circa ſecundum videlicet,ibi,vnum tamen dico quod ſi debitum, & extrauagan, ad reprimendum. in verbis rebellando. poſt principium. ſed etiam cletici ſecundum Alb. vbi ſuprà allegat text. in capit.hi qui.cum gloſſ.xiiij. quæſt.vj. Tamen Lucas dePenna in d.l.quoties.in fi.verſic vtrum autem.de exactor.tribut.tenet contrarium, quod eripiens cõ ſanguineum vel affinem,punitur , nec excuſatur ſicut receptator parentum.leg.ſecunda. de receptat. quia illud de receptatore non habet locum in eripiente:ſecundùm Andræ. de Iſern.in §. receptatoribus.de pace iuramen.firmanda.& Ange. in leg.j. ff.ne quis eum qui in ius voc.eſt vi exi.ſed Alex. in d.l.ſi eximendi.§.item ſi quis.ver.vltimo.eodem ti. tenet præcedentem,quia poteſt reſiſti de facto iudici.cum aliis infinitis per eum allegatis.& idem Iaſon ibi verſicul.vltimo quæritBarto.vnde ſi iniuſtè carceratus confiteatur , talis confeſſio non dicitur legitima,vt voluit Petrus de Ancha.conſi.xxiij viſa inquiſitione.nec ex ea venit condemnandus , vt ibi per eum,& ſequuntur Doctor. in leg. qui in aliena.§. Celſus.ff.de acquir.hære. & Roma.conſil. cxlix.& Aſgu.in addi.ad Ange.Are.in verb. quod fama publica.verſicul.tu autem in hac materia,pro quo facit quod dicam infrà.in iij.q. Et hoc niſi talis confeſſio ſponte fuiſſet facta,vt voluit Baldus in l.ſecunda,in fin.C.de re iudic.& Felin.in ca. qualiter & quando.§.licet autem de accuſ.& Hippol.in ſua praxi,§.conſtante.numer. xxxj.fol.xj. † Et pro 33
hoc dicit beatus Thomas ſecunda ſecundæ , quòd ſi damnatus ad pœnam capitis,ductus ad locum iuſtitiæ poteſt fugere,ſi fugiat non peccat:& reſpondet ad l.relegati.prędallegatam cum ſimilibus,quòd ibi damnatus erat ad ſtandum in certo loco.hic nõ refert,& ſequitur Rayneri.de Forli.in d. l. relegati. tamen damnatus ad patibulum & furcas , eſt condemnatus ad ſtandum in eis perpetuo:cogita propter dictum ſancti viri:de quo vide Pelin.in c.j.verſicu.limitatur ſecundo.de conſtit. qui intelligit de iniuſtè condemnato,vt dictum eſt.& idem Alberi. in ſuo dictio.in verſi.accuſatus.in ij.vbi ambo allegãt Beat.Thom.vbi ſuprà q.lxix.arg.iiij. facit quod dicunt j.q.iij. Quare præcedens opin.videtur nimis larga , q̃ permittatur priſonerio autoritate iudicis detento cognoſcere , an bene vel male fuerit carceribus mancipatus,& occidere cuſtodes. Nec hoc videntur (ſub correctione)probare iura prædicta.

primo d.l.nihil. cũ loquatur in capto ab hoſtibus, quorum vi vel fallacia poteſtatem euadere permiſſum eſt,vt ibi dicitur.Nec pariter tex.in d.l.ad ſtatuas qui videtur prima fronte multũ aſtringere.ibi, niſi quis ex vinculis vel cuſtodia detentus à potentioribus,&c.tamen loquitur in priuatis, à quibus licitum eſt aufugere,vt ibi gl.& Docto.in d.l.ſuccurritur.ex quibus cauſis maio.& l.j.de priua.carcer.vt dictum eſt ſuprà.his enim venia tribuenda eſt, vt dicit tex.in d.§.ad ſtatuas. Nec ſimiliter obſtat d.l. j.de bonis eorum qui mortem ante ſenten. quia verum eſt vnicuique eſſe permiſſum qualitercunque ſuum redimere ſanguinem,per pecuniam, aut fallaciam ,vel alio ſubtili ingenio , & non profectò per homicidium,vt ibi dicitur,& in l.tranſigere. & ibi omnes.C.de tranſactio.& ita tenet Angel.de Clauaſio in ſua ſumma,in verbo,fugere.§.j.quia cuſtodes vbi pro certo ſcirent priſonerios ſine cauſa fuiſſe incarceratos,eoſdem ſine iudicis præcepto & congedio elargiri non poſſent,vt infrà dicam in iij. q. in fi.cum aliis per Hipp.in ſua praxi. §. opportunè. num.xix.allegat vbi allegat Petrum de Ancha.ita te
34 neri in conſi.cccxlij.viſo themate.in fi.†Sed quãdo dicatur iuſta & legitima carceratio,vide Bal.conſi. xl.in iſta captura.conſilio ſequenti.volu.j. vbi dicit quod quatuor requiruntur , ſcilicet cauſa , iuriſdictio,ordo & forma carcerationis.vt ibi,& Hipp.in l.j in princ. de quæſtionibus.& in ſua praxi.§.attingam.num.xlinj Ideo imperium ſeu iuriſdictionem altam non habentes,non poſſunt aliquem carcerari facere.vt ibi.&idem Paul.de Caſt. in l.cum proponas.C.de bo.auth.iudi.poſſ.Et idem dicit eſſe in iudice delegato,quòd nõ poſſit capi facere aliquẽ, vt ibi allegat ſing.text.in auth.ei qui iurat. eo. titu. vbi Bald.idem voluit.verſicul. item not. quod ſiue quis.cũ ver.ſeq.& Bal.in authen.omnino.ver.circa perſonam iudicis.C.ne vxor pro marito.& Hipp.in ſua praxi criminal.§.attingam.nu.lxxvij.cum ſequẽti,& pro vtroque dicto videtur tex.in l.ij.§.fina.ſecundum vlt.lectu.gl.ff.de iudic.accedat.quod dicit Baldus in ſua margarita in verbo,factum.ver.facta, & conſi.ccccxxxviij.Non licuit.vol.j.& Purpu.in l. imperium.nu.ccxxxj ff.de iuriſdictione omnium iudicum. & de iudice delegato idem Alexand.in l.iubere.& Purp.in l.cui iuriſdictio.nu.vj.eod.tit.Et ſic dominus de Caſtellario in Agenen. qui habet iuriſdictionem ſolùm baſſam & communem cum conſortibus, ſcilicet de Monte Peſato , & de la Morela,non poteſt capi facere aliquem perſonaliter,niſi in flagranti crimine & rixa,vel etiam extra quandocunque ad fines remittendi dictis dominis iuriſdictionem altam & mediam habentibus: quia magiſtratus municipalis poteſt delinquentes maiori pœna dignos incarcerare,& ad maiorem mittere iudicem,vt voluit Bartolus in l.magiſtratibus.in j.quæ. ff.de iuriſdictione omnium iudicum , quem ibi ſequuntur Docto.inſuper Purpura.nu. viij. per textũ in §.audient.in authent.de defenſo.ciuita. quamuis loquatur in defenſoribus,tamen iudex incompetẽs poteſt delinquentem capere , vt captum repræſentet competenti,vt tenet Bart.in l.ſi quis in ſeruitute,ff.de furt.& Purpura, vbi ſuprà proximè , etiam ſine periculo fugæ,vt ibi vide nu.ix.pro quo allego textum in l.fina. ibi, eos autem qui dolo feciſſe incendium conuincuntur Fabium Cilionem præfectum vrbis amicum noſtrum remittere. ff.de offic. præfect. vigil. Sed qua pœna puniatur accuſans & faciens aliquem iniuſtè carcerari : & Bald.in conſil. cccxij. quidam prætenſo volumin. j. concludit,quod tenetur ad damna,intereſſe,& expenſas,ac etiam debet in aliqua pœna ſeu emendâ arbitraria condemnari.& Abb.Sicul.conſi.lij.vo.ij.& ſic pluries vidi fieri in curia. Et aliquando pro omnibus, ſcilicet iniuria , damnis,& intereſſe ac expenſis in certa ſumma cõdemnari.Et ideo dicit Alex. conſi. xj.verſi.ſuper ſecundo dubio cum ſeq.lib.j.quòd accuſans iniuſtè de crimine publico,quod eadem pœna teneatur,l.fin.C.de colluſio.& in l.fin. C.de accuſatio.& l.j.in prin. ff. ad Turpillia. Si de aliis criminibus,extraordinariè eſt puniendus,l.ſi priuatur. & ibi not. ad Turpillia. & tenetur actione iniuriarum.leg.iniuriarum actio.§.ſi quis per iniuriam.& leg.apud Labeonem.§.ſi quis libello.ff. de iniuriis. in qua veniunt damna & intereſſe.l.damnum.C.de iniuriis. & in conſil. xvij. Nam etiam Bald. eod. volumin. j.tamen ſi ex decreto iudicis fecerit eum incarcerare,videtur non teneri.l.ſi vnius. §.ſi quis decreto.ff.de iniuriis. & in regula , quod quiſque mandato iudicis facit.de regulis iuris, quòd not.ad modificandum emendam, ſed non damna & intereſſe & expenſas,ex quo indebitè proſequutus eſt.

SVMMÆ.

1 *Carcerem fugiens,aut ibi mortuus an ex culpa carcerari præſumatur. & nu.6.*

2 *Speciem dare obligatus quando per interitum liberetur.*

3 *Carcerati quando ſint ferreis vinculis ligandi.*

4 *Carcerato dans venenum,vt ſe interficiat, qualiter puniatur.*

5 *Amatorium dantis poculum quæ ſit pœna.*

Quæſtio CCXVI.

Ad ſecundam veniendo quæſtionem, vtrum fuga ſit ſufficiens probatio contra commentarienſem ſeu cuſtodem carceris,quòd eius negligentia incarceratus fugerit aut mortuus fuerit.

DECISIO CCXVI.

ET † videtur quòd ſic,vt tenet gl.in l.cum ita §. ſpecies nominatim. ff de legat. ij. quæ dicit cuſtodem carceris 1
probare debere non ſuo dolo,ſed caſu priſonerũ mortuum fuiſſe, aut carceribus fugiſſe, per text. in leg. fin. §.fi & ibi Ang & Alber.ante finem.ff.de cuſto.reorum.& in l.conditione.ff.ad Sill.& in l.j.§.illud. C. de cuſto. reorum. & ſing. de Bellouiſu. in tracta. crimi.ti.de quæſt.verſicu. Sed nunquid reperiatur. præſumitur enim quod eius dolo aut negligentia aufugit,vt ibi,& ſequitur Ludouicus Bolog.in d.§. ſpecies nominatim,in ſecundis interpretationibus. &Cardin.de Zaba.in dict.c.nullus.de præſumptio. Hipp.de Marſil.in leg.qui falſam.numer.cxvij.ff.de falſ.& Aret.in dicto tracta. malefi. in verbo , quod fama publica.verſic.ſecundo quæro. & ibi Auguſt. in additio.& in verbo , qui iudex dictum Gaium. verſicul. quæro aliquis carceratus.& Iaſon conſil. xxvij.exordien.cuſtodes carcerum. in princip. vol. iij. Alexand.conſil.clvij.lib.ij.dicens Bal.in d.§. ſpecies , voluiſſe quod obligatio ad ſpeciem ſufficiat probare interitum,quamuis caſum non probet ſortuitum,per d.gloſſ. † Tamen hoc fallit in eo qui te- 2
netur ad cuſtodiam ratione officij publici vel priuati:quia tunc non ſufficit ei probare interitum,niſi pro-

ſi probet caſum, per d. gloſſ. quod dicit Baldus ibi eſſe in cuſtode carceris, & in armentario, & in caprario portante domino pelles animalium mortuorum. Nam quantuncunque conſtet de interitu, niſi probet caſum mortalitatis, aut alium ſimilem caſum, non releuatur. ita dicit Alexander in prælegato conſi. clvij. quem refert & ſequitur Hipp. in ſua praxi, §. attingam. nu. ij. Tamen Bartolus in tractatu reſtimo. in verbo, cura carnium. videtur velle quòd ſi ſit veriſimile animalia fuiſſe perempta, quemadmodum de hominis morte per veriſimilia probatur, quod multo fortius paſtoribus eſt credendum. ſicut enim duci belli de morte militis creditur, ſic paſtori de morte animalium eſt credendū. & Barto. & de Penna. in leg. quod ad præſens. C. de murilegulis. lib. xj. & Felin. in ca. quoniam frequenter. §. porro. verſi. vlti. dum tangit: vt lite non conteſta. Tamen primum videtur mihi verius, de quo dixi in tracta. de ſeditio. & de morte hominis vide textum in l. vxor. cum ſua authent. hodie. C. de repud. & in c. in preſentia. de ſpon. & Alex. conſil. iiij. verſi. fortius dicit Bart. volum. ij. & dixi in quæſt. clxxiij. inchoante, Sed hic videtur dubium. & idem Franci. de Are. conſi. xxxviij. verſi. ſecundo premitto. vbi dicit, quòd regulariter de iure cuſtos carceris non dicitur diligens, ſi non teneat duos ſecum cuſtodes ad carcerem obſeruandum, per tex. in d. l. ſi. in prin. & in fin. & in d. l. milites. in fin. & in d. l. j. §. illud. ibi, neque miniſtris eorum. & aliquid per Bal. & Sal. in l. de pecoribus. C. ad l. Aquil. & in clemen. j. §. ſanè. & in §. porro. verſi. & idem iuramentum. de hæreti. licet l. ad cõmentarienſem. in prin. & in fi. permittat ei vnum poſſe committere ſeruitorem: tamen non prohibet quin plures committere poſſit. & idem Bart. in tracta. carcerum. verſic. ad vltimum quæro. & dixi in tract. de cuſtodia clauium portarum ciuitatis, verſicul. nec obſtat. Et in ipſis committendis non requiritur authoritas iudicis, vt probatur dictis iuribus. & tenet gloſſ. in dict. clemen. j. §. ſanè. in verbo, ſubdelegare: quam ibi ſequitur Bonifacius de Vital. nu. ciij. & idem Abb. Sic. ibi, quia ipſe tenetur de facto eorum, nec liberatur exhibendo & trahēdo ipſos, d. l. ad commentarienſem. ſed punitur, vt dicam in ſequenti quæſtione in ſecunda limitatione. & dixi in tractatu de cuſtod.
3 clauium. porta. † Et etiam tenentur priſonerios in compedibus vel manicis ferreis, aut alio ligamine competente tenere ligatos, ſecundum Angelum in dicta leg. milites. in princip. de cuſtod. reorum. Nam omnis (vt inquit) cuſtodiens captiuatum cum ligamine, intelligitur diligenter cuſtodire. allegat gl. in l. j. §. fi. ff. de ſeruis fugitiuis. & idē Paris in ſyndicatu. in verbo carcer. capi. an poteſtas qui aliquē. & in capitu. an ſi plures. in principio. ad hoc optimus textus in dicta leg. ſuccurritur. ex quib. cauſis maio. ſed illa gl. eſt in l. ſecunda. in verbo, permittit. imò eſt textus ibi ſingular. ſecundum Albericum, dum dicit diligēs cuſtodia, etiam vincere permittit. qui textus ponit duo. Primū quid ſit in publicum deducere, & quid ſit diligēter cuſtodire. & exponendo text. in l. prima. §. penultimo ibi, & merito admonentur magiſtratus eos diligenter cuſtodire ne euadant. & tex. in d. l. ij. dicit vincire, id eſt vinculare. pro quo eſt etiam tex. in leg. iij. ibi, omnium vincula. & ibi, nullam accipiat vinculorum requiē. C. de epiſc. audient. prout de beato Paulo & Sila apud Macedonas captis legitur Actuum xvj. fuiſſe factum. Nam magiſtratibus præcipientibus cuſtodire carcerum, vt diligenter cuſtodiret eos: qui cùm tale præceptum accepiſſet, miſit in interiorem carcerē, & pedes eorum ſtrinxit ligno. pro hoc dicitur capitulo ſuper eodem, verſic. retineri facias diligenter. de crimine falſi. cùm ibi nota. per Doctor. Vnde attendenda ſunt verba, quæ interuenerunt quando captiuus cuſtodiendus aſſignatur, vt dictum eſt ſuprà in præcedenti quæſt. & dicitur iij. Regum cap. xx. Cuſtodi virum iſtum, quòd ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes. Tamen text. in dict. l. prima. C. de cuſtodia reorum, benignius loquitur, dum vult ſolum habere catenas prolixiores, & non ferreas manicas, & inhærentes oſſibus. Et ſi criminis qualitas etiam catenarum acerbitatem requirat. hoc fiat vt crucia tio deſit, & permaneat ſub tuta cuſtodia, & quæ ſequuntur ibi. & in l. j. & l. diuus. ff. eodem. Vnde Ioannes Fab in d. l. j C. de cuſto. reorum, dicit, quòd nō debet ligari ſtricte, & iſtud in iudicis arbitrio cō ſiſtit, ſecundum qualitatem delicti perſonæ, vt ibi dicitur. & in dicta clemen. j. §. j. de hæret. vbi gloſſ. allegat illud Pſal. Ad alligandos reges eorum in cō pedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. & ibi per Bonifa. de Vital. & Barto. in leg. j. ff. de cuſtod. reorum & Ioan. de Ana. in capi. fin. de accuſa. & in c. à nobis. in ij. notab de apoſta. & Guiel. Rouille in ſuo iuſtitiæ compendio. lib. iij capit. vnj titul. de commentarienſi, & Thomas Gramma. voto xxix. num. v. cum ſequen. Ideo dicit Bald. in l. ij. C. de exhibend. reis, manicas ferreas imponentem formam excedere cuſtodiæ, & genus eſt tormenti, per d. l. j. & ij. ff de cuſto. reorum. ac pariter carcerem tum ligare, ad ſimplicem non pertinere cuſtodiam, ſed potius ad pœnam, quoniam carcer ad cuſtodiam, & non ad pœnam dātur l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœnis. & capit. quamuis. in princip. eodem titulo. libr. vj. licet aliquando ad pœnam vt ibi. & Barto. in d. tracta. carce. poſt princip. Quare ſine ligamine cuſtodiri valeant, ligari non debent, vt plenè per Paridem in dicto capit. an ſi plures Idcirco caueant, vt ait Ange. in dicta l. milites. omnes ſiue ſint magiſtratus, ſiue cuſtodes, ſiue alij pagani nullum habentes officium, gardiam, & cuſtodiam alicuius in ſe recipientes diligenter cuſtodire, aliàs pœnis in leg. prædicta milites, contentis ſubiacebunt, de quibus in ſequen. dicemus quæſtione. Caueant pariter ne in eos pauperes priſonerios aliquo ſæuiant modo, eiſdem denegantes panem & aquam, quoniam tenebuntur, ſecundum Iacob. de Belloniſu in dicto tracta. maleſi. verſic. Et hoc verum. vbi dicit præſumptionem eſſe contra cuſtodē, ſi mulier carcerata reperiatur imprægnata hoc feciſſe, & qua ob hoc puniatur pœna, vide ibi, & in conſilio per nos edito, incipi. Iuuenis. & dixi ſuprà quæſtion. ccxviij. incipien. Quid de iudice. Et ſimiliter tenebitur, ſi portantes alimenta carceratis impediat. l. quemadmodum. §. 6. & ibi Doct. ff. ad l. Aquiliam. l. ſi victū vel ſtratum. ff. de re iudicata. cum ſimilibus. & clementi. j. §. porrò. ibi. Et illud quòd à parentibus & amicis vel aliis perſonis fidelibus offeretur eiſdem, &c. de hæreti. & tex. in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu. lib. x. quem ibi notat. Bartol. contra eos iudices, qui prohibent dari incarceratis cibum & potum donec ſoluerint. quod putat Pyrrhus paucos facere. Tum etiam contra ipſum cuſtodem præſumitur quando ferrum, aut venenum, vel cordam in carcerem ex culpa & negligētia eiuſdem ſunt illata, ſecundum Franciſcum de Aret. in d. cōſi. xxxviij. per text. in l. carceri. Et ibi Bar. Ange. & Albe. ff. de cuſtod. reorum. & idem de

Bellouiſu. vbi ſuprà verſic. ſed qualiter eſt puniendus. Et is quicunque fuerit dans poculum veneni, tenetur vltimo ſupplicio. l fin. C. de malefi. & mathe. duplici ratione ſibi poſita. & leg. final. §. quod ſi ipſe cuſtos. ff. de cuſto. reor. & l quarta. C. de quæſti. Et idem de Bellouiſu, vbi ſuprà ponit de quodam qui ſuo proximo parenti ad mortem condemnato, dedit poculum, vt mortem ignominioſam euitaret, & parentes verecundiam, iuxta notata in authē tic. de inceſt. nupt. §. j. ſuper verbo, & generi. & in l. ij. §. initum. ibi, vt morte virginis contumeliam ſtupri arceret. ff. de orig. iuris. quem §. legit. Alber. de Roſate, Hieron. Cagnoli cum §. & ſi cum placuiſſet. & ibi in tertio & quarto notab. poſt Zaſium ibi quem no. contra matres & alias proximas conſanguineas dantes impræguatis filiabus poculum ob pudorem earum ſeruandum vt abortum faciant. Et licet ibi de pœnis ipſarum matris. & aliorum paren
4 tū non loquatur, ſed de aliis intoxicantibus: † tamē relegatione puniantur per rationem legum de adul. l. Gracchus. & d. l. j. ff. de bonis eorum qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt, & l. j. & ij. de receptat. cum aliis per eum, & in præcedentibus quæſtionibus allega. Nec obſtat ſecundum eum, dict. leg. fin. de maleficiis & mathe. quia in hoc caſu ceſſant illæ duæ rationes ſeu ſuſpiciones, vt ibi per eum, maxime propter iuſtum dolorem, &c. l. in adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ff. de adulteriis. Et idem Deciſi. conſi. ccccxxxv. nu. j. ſecunde. in ſecunda parte. j. vol. & Barb. conſi. xxiij. num. xvij. vol. ij. tamen ſecundum Bald. in l. libertas. ff. de ſtatu hominum, ſequendo Cin. & Iacob. de Are. tales intoxicantes carceratos tenentur de parricid. & idem Ioan. de Ana. in c. iuramento. ver. adde etiam prædictis, de homicid. & Hipp. de Marſil. in leg. prima. in prin. nu. ſexto. ff. de iudic. cum aliis per eum allegatis. licet Din. contra in l. in laqueum. ff. de acquirendo rerum domini. & ſic cum Iacob. de Bellouiſu, quorum opinio videtur benignior, &c. Secus in aliis mulieribus extraneis miniſtrantibus poculum. l. ſi mulierem. & ibi Hippoly. ff. de ſicariis. & l. Cicero. ff. de pœnis. & Io. de Anania conſil. j. & ibi Bolognius in add. Sed idem videtur in matre ſecundum Decium in dicto cōſi. ccccxxxv. prout accidit cuidam mulieri, quæ Liburniæ ad mortem condemnata extitit in menſe Auguſti, Anno Domini, 1528. Et idem tenet Boniſacius de Vital. in tractatu maleficiorum. titulo, de priuatione carcer. numer. xiij. & de pœna dantis poculum amatorium, vide tex. in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. & in leg. iij. §. j. verſi. ſed & hic ad l. Corneliam de ſicar. & And. de Iſern. in ſua lectura peregrina titu. de poculum amatorium porrigen
5 tis pœna. Et † ſecundum eum dicitur amatorium, quia eſt amarum ab amaritudine, vel dicitur ab amo amas ſicut mulieres malæ, quæ propter luxuriam infatuantur. l. j. §. penultimo. ff. de ædil. edict.
6 ¶ † In contrarium videtur fugam nō eſſe probationem ſufficientem ad ipſum commentarienſem condemnandum, vt concludit Bald. dicto conſilio ccxxx. volumine j. quia fuga & contumacia vnius alteri non debet nocere, niſi forte ſecundum eum cuſtos fuiſſet in dolo, vel lata culpa, dicta l. quoties. de exact. trib. lib. x. & quod no. Din. in leg. prima. ff. quando ex factotutor. quam quidem negligentiam ſeu latam culpā tenetur allegans probare. quoties §. qui dolo. ff. de probationibus. cum aliis per ipſum alleg. & Alexand. ipſum ſequitur in additio. ad Bartol. in dicta leg. ſi. de cuſtodia reorum. & Hippoly. in ſua praxi, §. attingam. numero xlvj. remittendo ſe ad illud conſilium Bald. & in leg. obſeruare. §. proficiſci. ff. de officio proconſul. & legati. cum aliis per eum allegatis. & Paris in ſyndicatu. in verbo carcer. capitul. qualiter autem probabitur. Et dixi ſuprà in concluſione quæſtionis præceden. Vnde cuſtos per Seneſchallos, Bailliuos, & alios ſubalternos vocatur Geolerius, & in ſupremis Parlamentorum curiis Conſurgerius, vel depoſitarius perſonarum carceratarum: quia ſicut depoſitario rei committitur cuſtodia. leg. j. in princ. ff. depoſiti. ita commentarienſi & cuſtodi carcerum cuſtodia committitur perſonarum, dicta leg. ad commentarienſem. & l. fin. eodem titulo & dicta l. milites. ita dicit Barto. in q. vj. Lappus fuit captus. verſic. ix ſic probatur, &c. & Thomas Gramma. volum. xxix. tenebitur probare caſum, id eſt mortem, aut fugam & receſſum à carceribus ac locum, & paſſagium oſtendere, vel modum aliumper quem deceſſiſſet, eius tamen culpa non eueniſſe. & ita tenet Bald. in dicta l. cum ita. §. ſpecies. in ſecunda notabi. per gl. penultimam in §. fin. inſtitut. quibus modis re, contrahitur obligati. & in leg. ſi creditor. C. de pignorat. actio. Et niſi de hoc apparere faciat, erit tunc præſumptio contra eum, ex qua poterit condemnari. Et ſi apparere faciat pars inſtigans & intereſſe prætendens, ſi velit poterit dolum, culpam & negligentiam commentarienſis probare, vt volunt Doctores ſuprà alleg. & Bartol. Angel. Fulgo. in leg. ſi quis ex argentariis. §. fina. & ibi Iaſon. verſicul. Venio ad ſecundam principalem quæſtionem Barto. ff. de eden. quos vide ibi, & Abb. Sicul. in capitulo ſecundo. de depoſit. & ſic concluſum fuit in curia, vt ſequen. quæſtione dicam. & videtur, quòd ſi cuſtos priſonerium fugitiuum reduxerit ad carceres, non poterit repetere expenſas, ſi eius culpa fugerit, iuribus ſuprà allega. In cōtrarium, quod poſſit, quia fugere non debebat, vt dictum eſt ſupra in præcedenti quæſt. ergo ad expenſas tenetur priſonerius. Et hoc tenet Alber. de Gandi. in tracta. crimi. titul. de furib. & latronibus, num. viij. & Ioan. Baptiſt. in ſuo tracta. de debito. fugiti. q. j. dixi ſuprà in præcedenti quæſtione. verſic. Tamen Ioannes Baptiſta.

SVMMÆ.

1 *Carceris cuſtos, qua pœna puniatur fugientibus vinctis, numero 3.*

2 *Capitaliter quando quis puniatur ex ſola lata culpa.*

4 *Cuſtos carceris vel arcis, qualis eſſe debeat.*

5 *Carceris cuſtos quando non tenetur de fuga reorum, nume. 16. 17. & 21.*

6 *Expreſſa reputantur, quæ ſolita ſunt.*

7 *Socius cuſtodis ſi vna fugerit cum carcerato cuſtos non tenetur de fuga.*

8 *Socius quando non teneatur de proditione ſocij.*

9 *Nobilis bonæ opinionis ſi aufugerit, non cuſtodi, neque iudici aut poteſtati imputatur.*

10 *Satisdare non tenetur vir honeſtus.*
Creditoris voluntas potius attendenda, quàm fides debitoris. numero eodem.
Senes ita ſtrictè in carcere cuſtoditi non debēt ſicut iuuenes. numero eodem.

11 *Carceris cuſtos tenetur pro culpa filij, & vxoris.*

12 *Fugere debitorem conſulens tenetur etiam ſi debitor poſtea capiatur. nu. 15.*
Fideiuſſor quare non liberatur exhibendo illū qui aufugit, pro quo fideiuſſerat numero eodē.

13 *Fide-*

Digitized by Google

13 *Fideiussor filius potest eque citò conueniri sicut principalis.*
14 *Prisonerius quid si animo reuertendi carcerem exeat?*
18 *Condemnatus miraculosè semel euadens an liberetur.*
19 *Miracula varia de carceratis & condemnatis.*
20 *Condemnatus si pro matrimonio à muliere postuletur, an liberetur.*
22 *Principis introitu an liberentur, qui crimina geminarunt.*
23 *Falsarij an habeant remissionem in ingressu principis.*
24 *Carceratus pro debito, an statim quod soluit possit exire sine alia licentia.*

Quæstio CCXVII.

Quod ad tertiam quęstionem, qualiter puniatur commentariensis seu custos carcerum ob fugam carceratorum, tam pro debito priuati vel fisci, quàm pro delicto non docto per eũ de casu, vel docto, & ex aduerso probata lata ipsius culpa.

DECISIO CCXVII.

1 IT † videtur dicendum ipsum (si pro crimine fugitiuus erat detentus) eadem pœna qua puniri debebat (vt si capitali, aut alia simili pœna, quamuis non eadem lege) esse puniendum, per text. cum sua gl. in dict. l. ad commentariensem. de custodia reorum. & hoc si fuerit in nimia negligentia, quæ lata culpa dicitur, l. magna negligentia. ff. de verbor. sign. licet text. in l. milites. ff. de cust. reor. in sui prin. dicat simpliciter eum vltimo supplicio puniendum. Et idem in l. fin. eod. titu. quod intelligendum est quando est in lata culpa. & sic exponit glo. in d. l. milites. & idẽ Bart. in tracta. de carcere. ver. quæro vlterius. in consi. Neapo. de custo. capti. incip. Custodes. & Thom. Grãma. voto xxix. nu. ij. iij. & iiij. cum seq. & Matth. de Afflict. in consti. Neapo. de offic. castel. versic. sexto
2 nota. † Et sic est casus, in quo lata culpa quis ad mortẽ punitur, & ibi idem Bar. Ange. & Alb. & gl. Bald. Salic. & Doct. in d. l. ad commẽtariensem. Et etiam in aliis pluribus casibus per Ange. in d. l. milites, recollectis. & in d. l. in lege Cornelia. & amplè Hippolyt. ibi. ff ad l. Corneliã. de sicar. Et vtrobique Ang. reprehẽdit Bar. qui voluit in d. l. in l. Cornelia. nullũ sine dolo Cornelia. de sicar. esse puniendum. Et tamen Bart. met tenet contrarium magis cõsultus, in l. actionib. ff. de iureiur. per l. fi. ad l. Iuliam. de vi publi. & per tex. in l. excipiuntur. ff. ad Silla. qui sunt casus secundum ipsos speciales, in quib. ex culpa lata sine dolo quis punitur capitaliter, quia lex sic statuit, aliàs non punitur d. l. in l. Cornelia. & idẽ dicit Paris de Puteo in syndicatu. in verbo, pœna capita. quia multa. versic. vnde si statutũ puniret. & ita est Bart. intelligendus, per l. milites. & l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. quas allegat. & ita etiã intelligit Bonisa. de Vital. in tract. crimin. de carcc. priua. nu. vij. & Lud. de Roma. in d. l. in actionib. & Mod. & hoc probatur iij. Reg. xx. cap. ibi, Hæc dicit Dominus, quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius. & Ioann. Andr. in c. à nobis. & ibi Io. de Ana. versi. Quid autẽ si carceratus. de apostа. Et ille tex. in d. l. milites. intelligitur secundùm l. ad commentariensem. prout gl in vtraque l. & Docto. communiter intelligunt, scilicet, quòd eadem pœna custos, & non profectò
3 maiori, quàm fugitiuus puniatur, † nisi secundùm aliquos, vt refert glos. vbi suprà, custos esset vilis: quia tunc posset maiori pœna puniri, licet regulariter debeat custos esse nobilis, prudens, fidelis, & optime notus per integritatem meriti. text. ad hoc sing. in l. j. C. de conditis in publi. horreis. lib. x. & in d. l. ad commentariensem. ibi, nec putet hominem abiectum, atque vilem. & Bar. in d. tracta. carce. ver. restat modo videre. † quia custodia tyroni non de- 4
bet cõmitti. d. l. fi. eo. tit. Et idẽ in custode castri vel arcis, secundùm Bald. in d. l. ad commentariensem, allegat quod habetur in c. cũ homo. xxiij. q. v. quando custos carceris vel arcis dicitur habere officium & non dignitatem, vt dicit de Ancha. in c. j. de consue. lib. vj & rub. de offi. delegat. & de Curte consil. lxxx. incip. Super artic. & Thomas Gram. voto xxix. nu. xiij. & seq. vbi allegat A modo. instit. in tracta. de syndicatu. versic. Item in eo quod dicti socij, qui dicebant in vulgari, *Non te fidare de prigione ser gaspare, si non volue che te sia moza la testa.* aliàs si custos non sit in tanta negligentia, tunc pro modo culpæ punitur tantùm, vt dicit text. in d. l. milites. & in d. l. fi. & l. carceri. eo. tit. & sic super illos tex. tenet Bal. in prędallegato cons. ccxxx. ver. secundus articulus. vol. j. Et Aquitani carcerum custodes soliti erãt magis, atque magis quàm alij in prisoneriis custodiendis negligentes esse, propter quos facta extitit lex illa, milites. quam perpetua debent tenere mẽte. Nam cùm Saluius in Aquitania legatus de pœna hæsitaret custodibus carcerum malam custodiam facientibus imponenda, diuus Adrianus ei rescripsit, eos (vt refert ibi Calliistratus Iurisc on.) pro negligentia, & modo culpæ esse puniendos. & ista est vera conclusio. † Quã limitat primò Bal. in d. consi. 5
ccxxx. nisi custos eodem custodiuisset modo, & forma quibus homines carcerati in eodem soliti erant custodiri loco: tunc excusatur à culpa, argumento notatorum in l. si verò. §. sed etiam homines. ff. cõmoda. & in l. si negotia. ff. de neg. gestis. in quo casu relinquitur iudicis arbitrio d. l. ti. de custodia reor. quia si in custodiendis prisoneriis fecerit id quod in loco tam de die, quàm nocte solitum est fieri, secundum ipsius exigentiam delicti, ætatem. & robusticitatem: iuxta d. l. j. C. de custo. reo. & l. iij. de episcopa. audien. tunc non tenebitur, vt tenet Paris in syndicatu. in verb. carcer. c. an si plures carcerati. vbi ad vtramque partem argumentatur. Et tandem distinguit quod si adhibuit diligentiam, quam debet, non teneatur per dictam l. si negotia. & per ea quæ dicit Bald. in d. l. j. de seruis fug. & idem Philip. Corneus consi. xciij. vol. j. & Thom. Gramm. in voto xxix. nu. xv. & ita fuit in casu nostro, de quodam Hispano vocato de Santyago Dory, ad requestam Raymundi de Macquanant scutiferi per partem per eum formatam ob prædam seu æstimationem cuiusdã nauiculæ deprædatæ capto, & carceribus domus ciuitatis Burdegalæ (in quibus homines pro interesse ciuili soliti erant poni) intruso, & tandẽ se ex feneſtra altitudinis à terra sex brassarum seu canarum in profundum fossatorum proiicière, quod verisimile non erat præsumendum, d. l. in l. Cornelia, ibi, quare si quis ex alto se præcipitauerit. & d. l. fi. vers. Sed si custodia se interfecerit vel præcipitauerit, &c. Et cõclusum in fauorem Arnaudi de Lanyn, portarij domus Burdegalæ, vt infrà dicam. Et pro hac decisi. est bon. text. cum ibi not. per Bartol. Bald. Alberi. & Sali. in l. pignus. C. de pign. actio. in d. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. in fin. ibi, quia id fecit quod publicè facere licere arbitratur, de ædilitio edicto. & ibi Cæpola in primo notabili. & sic tenet de Arc. in dict. consil. xxxviij. versi.

nam ſicut.& Paris in d. c.an ſi plures carcerati. ver. eſt verum,niſi aliter curia obſeruet.allegat Bal.in l. j.verſi.ſed pone. C.de ædi.actio. Nam cuſtodia eſt (vt inquit de Puteo) facienda ſecundum morem & conſuetu.ciuitatis,vel regionis: quia quod eſt con-
6 ſuetum tacitè videtur ineſſe. † Et quæ ſunt ex vſu quotidiano habentur pro expreſſis.l.fin.C.de fideiuſſo. ita per illum text. dicit Bald. in l. error. C.de teſta. in l.ſi creditor. C. ſi de pig. act. cum aliis per ipſum de Puteo,vbi ſuprà.col.iij.alleg. & Corneus conſil.xxviij. volu.iij. quem Catellia. Cotta in memoral.ex variis lectu.in verbo,conſuetudo,facit li-
7 citum. † Secundo limitatur prædicta concluſio, quòd non teneatur cuſtos de fuga carcerati, ſi eiſdem cuſtodis ſocius vnà cum priſonerio fugerit, & receſſerit.eſt text.in dict.l.ſi.verſi.interdum de cuſtodia reorum.quem ibi facit ſingu.Ang.& pariter Ludou.Bolog.in primis interpre.& Alexan. in addi.ad Bart.ibi,& Ange. Are.in tract. maleſi.in verbo,fama publica.verſi.& aduertas.& Bald. in l.filio exhæredato,§.eius qui.ff.de iniuſto rupto teſtam.&
8 Hipp.in ſua praxi.§.attingam. † Quod dictum extendunt doctores ad proditionem caſtri per ſociũ factam, quòd non teneatur alius ſocius ſecundum ipſos ibi,& Roma.in ſingu.xxx.incip.Si dicat ſtatutum & Franciſc.de Crema.in ſing. xcix. & eſt ratio ſecundum Ange.& doctores ſupradictos, quia nemo poteſt à proditione præcauere. & idem & amplè de Puteo in d.c.an ſi perplures carcerati.ver.Et non videtur eſſe in culpa. & in c.carceratus aufugit cum notario poteſtatis.& in c.licet dicatur.ver. Nã etiam tenebitur cuſtos.quod dicit eſſe verum,quãdo princeps aut iudex illos deputauit ſocios, quòd tunc non teneatur.& idem Bartol. in dicta l. commentarienſem. ſecus ſi ipſemet cuſtos appoſuerit ipſos,quia in eo caſu tenebitur,quoniam malos appoſui cuſtodes.l.eum qui rem. §. fina. & l. qui non tandiu idoneum.ff.commodati. & l. ſi vt certo. §.ſi de me petiiſſes.eod.tit.& ibi Bar.Bal.& Albe. mala enim electio eſt in culpa.l.eum.eodem tit.& dixi in præcedenti quæſtio.& in tractatu de cuſto.clauium portarum ciuitatis.verſic. Tamen ſocius non tenetur.& idem Lauden.in tracta.de Caſtel. §.x. & aliquid in ſequenti limitatione dicam,nec liberaretur exhibendo eos d.l.ad commentarienſem.& dixi in præcedenti quæſtio. & idem Thomas Gram. voto xxix.nu.x.xj.xij.cum aliis per eum allegatis.Et idem ſi ſocij deputati ad cuſtodiam etiam caſtri diuiſerint inter ſe cuſtodiam nocturnam,quòd vnus cum certis ad mediam noctem vſque vigilaret, & alius dormiret: ſi interim caſtrum occupetur, vel priſonerius fugiat, quòd ſocius dormiens non teneatur, vt voluit Albericus in ſecunda parte ſtatutorum q. clviij.& Geraldus de Petra ſancta in ſing. xxxvij. ad quod facis quod dicit Baldus, quòd ſi amicus meus me inſcio fugiat cum equis meis, vel cum famulo meo, non dicor opem ſibi præſtare. Nam ſcientia & non profecto ignorantia punienda eſt,l.cum ancillis.C.de inceſt.nupt.ita dicit Bald.in dict.conſil. ccxx.volu.iij. & illud aliqui habent vol.v.ccclxxxij. vbi alleg.l.j.& vltimam. de eo qui cum armis alterius damnum fecerit,in Lombardia. & idem Bald. clxxiij.præſuppoſito ſtatuto verſ.Scientiã non ignorantiam.vol.iiij.aliàs quilibet ſociorum tenetur inſolidum. vt tenet Bald. conſil. ccxxxvj. proponitur quod quidam Antonius.vol.iij.dicens quòd ſi vnus cum certis ſociis emit datium cuſtodiæ carcerum, & aliqui carceratorum fugerint, quòd quilibet tenetur, etiam ſi aliqui ſociorum vltimo loco dederint ſuos fideiuſſores. Et quòd contra primitus obligatos,& eorum fideiuſſores poteſt prius agi: in electione tamen Reipublicæ erit, à quo incipere & exigere, ſi renuntiauerint, (prout fieri conſuetum eſt beneficio nouæ conſtitutionis plurium reorum debendi) voluerit. Tamen ſoluentibus datur regreſſus contra alios. & ibi vide per tres quæſtio. Sed qua pœna puniatur talis ſocius recedens vel eximens carceratum,vide Barto.Angel.& Alber.in l.cuius.in fi.ff.ad l.Iuliam maieſtatis. & Guido Pap. q.ccccxxxvij.verſ.vj.incip. Relaxans de carcere.ſeu in hoc caſu puniretur eadem pœna, qua tenebatur priſonerius,vt ſuprà dictum eſt. † Tertiò limitatur 9
quòd non teneatur, ſi carceratus qui aufugit erat nobilis & bonæ opinionis, ob quod eum non carcerauit cuſtos, nec in toto, ſed laxatis habenis tenuit. Et eſt ratio, quia de eo non erat præſumptio fugæ. Ideo ſi aufugit, illius fuga non eſt cuſtodi aut iudici vel poteſtati imputanda, quoniam credidit viro integræ opinionis, de quo erat confidendum. Et ſic tenet Angel. in l.ſi à bonæ fidei. cum l. ſequen. per illum textum, quem celebrem facit.ff.de rei vendicatione. & ipſum ſequitur de Puteo in ſyndica. in verbo carcer. cap. an poteſtas qui aliquem. verſic. Et adde quod idem Angel. & ſimiliter Andr.Barb. conſil. xcj. verſic.facit lex.ſi à bonæ fidei. volum. iij. qui inter alia iura allegat text. in l. ſi res pupillares. ibi, vel argentarius cui tutor pecuniam dedit, cùm fuiſſet celeberrimus. & idem in capitu.vno.commoda.& in cap.accedens. vt lite non conteſta. & in conſil.lxij. illud in medium volum.j. & Felin.in cap.cùm contingat.verſic. Prima concluſio.& Iaſon in authentic. iubemus. verſicul. ſextò facit. C.de iud.& in l. ſi pecuniam.§.vltim.ad finem.ff.de condict. ob cauſ. pro quo alleg.textum in l. actioni redhibitoriæ. ibi, bonis conditionibus emptum fugerit.ff.de ædil.edi.& Andr.Barba.conſil.xlvj.nu.iij.& conſil.lj.num.v.& conſil.ij. vol.iiij. & Geral.de Pet. ſanct. ſingul. xxx. & Iaſ.in l.ſciendum.verſic.Quintò vltra Alexan.de verbor.oblig. vbi allegat text.in d.l.ſi res pupillares & Alberic.in d.l.fin.de cuſtod.reorum,per gloſ.j.ibi,& de Curte in d.l.admonendi.verſic.Et ideo,quia in nobilibus ceſſat omnis ſiniſtra ſuſpicio,vt dicit glo.in c.illud. xl. diſtinctione, &c. & ibi Iaſon in repe. verſic. ad quod vltimum. pro quo facit ſecundum ipſos,quod in ſimili Ioann.And.in additio. Specul.tit.de locat. dicit de illo, qui loco ſui in caſtro poſuerat quendã nobilem donec rediret, qui nobilis prodidit caſtrum, quia ex quo habuit confidentiam in perſonam illius nobilis non fuit in culpa, vt dicit gloſ. ſingul.in l.Titio fundus.& ibi Socin. ff.de condi. & demon.& idem Bal.in l.indicia.C.de rei vendic.& Bald.& Angel.in l.j. de eo per quem factum eſt.& And.Barba.conſil.xxxv.num.ij.& idem in vtroque de Aret.in dicta l.admonendi.Doctor palatios Ruuios appellatus Lupus in repetit. rub. de donatio. inter vir.& vxo. ver.ex his etiam infertur. cum aliis per eum alleg.& Franc.Curt.in conſi.feud.xix.verſ. Et ideo ſuccedit firma concluſio. cũ aliis per Hippo. conſi.lxij. nu.x. volu.j.alleg.& Oldr.conſil.xcij. Rex habebat caſtrũ.& Pet.de Bellug.in Spe.princi. ti. de officio incarcerantis milites.fol.cxlix.nu.vj.& Catellia. in memora. in verbo nobilitatis. Et pro hoc facit quod dicit gloſ. in l.j. in verbo quantitatem.de ripa muniendã. † quòd vir honeſtæ vitæ ac 10
laudábilis & probatæ fidei non tenetur ſatisdare.de quo per Felin. in cap.ad hæc. in vltim. notabili. dõ ſimo. & in cap. cùm contingat.verſicu.prima concluſio.

cluſio.de reſcript.& Balb.in l.Celſus.nu.xlv.ff.de vſucapionibus.& Angel.Aret.in §.ſi quis in fraud.de actio. & de Caſtro conſil. xxxviij. & Roma. conſil. cccxx. & Hippolyt. in ſua repetitio. rubric. ff.de fideiuſ. nu. cxxx. cum a iis per ipſum allega. Sed iſta limitatio non eſt (vt mihi videtur) ſine ſcrupulo,vt ipſemet Ang.fatetur in d.l.ſi à bonæ fidei.quia cùm hæc quæſtio fuiſſet de facto contra poteſtatem qui de homine confidebat & aufugerat, in magno fuit periculo:non enim videtur quod ob cuſtodis confidentiam de illo nobili habentis maiorem, quam intereſſe prætendens & incarcerari faciens habuerit,ipſe ius ſuum perdat: quia interdum & hominis cuſtodia præſtanda eſt, ſi vinctus eſt commodatus, vel etiam ſi eius ætatis, vt cuſtodia indigeret, &c. tex.in d.l.ſi vt certo.§.cuſtodiam.verſic.Sed an etiã homines.& ibi gl.dicit conſuetudinem dãtis inſpiciendam eſſe, & ſic intentio ſeu mens & voluntas creditoris potius attendenda quàm fides & probitas debitoris,per illum text. & in d. l.j. de cuſtodia reorum.& in l.vel vniuerſorum. ff. de pigno.actio. quia fronti nulla fides,vt inquit Iuuenalis. & bonus text.in d.l.ſi vt certò.§.ſi de me petiiſſes,ibi,verum cuſtodiam eum præſtare debere penes quem res relictæ ſunt.& tenet Lappus allega.c.verſic.itẽ credulitas non eſt probabilis.qui alleg.gloſ.in c. quàm magnũ.in xxiij.q.iiij.& in c.ſi quid. lxxxvj. diſtinct. quia credulitas illius,vt inquit,nõ debet alteri prę iudicium afferre:cum aliis in fine alle.& idem Iaſon conſi.xxvij.incip.cuſtodes carcerum.verſ.Nam iſte incarceratus, volum. iij. Et ſic contra iſtam Angel. limitationẽ vidi per curiam iudicari aduerſus conſurgerium eiuſdem vocatum Beaunoel,propter fugam nonnullorũ priſoneriorum pro magnis ſummis & emendis detentorum, quos in libertate ob eorum probitatem & fidelitatem per villã ire permittebat, aut ſaltem conniuentibus oculis ſinebat poni in carceribus,quouſque eoſdem in conſurgeria repoſuiſſet,aut debitum perſoluiſſent per l.quoties.ibi auellendum ſubtrahendúmque crediderit, id eſt ſecundum Lucam de Penna. ibi in fine confiderit. Fateor tamen quòd non ita ſtrictè debet nobilis detineri & cuſtodiri ſicut dicitur de ſene & infirmo, qui non debent ita ſtrictè cuſtodiri, ſicut iuuenes & ſani,dicta l.ſi vt certo. §.cuſtodiam.iuncta gl.nec pariter is qui eſt de proximo relaxandus, vt tenet gloſ.in l.ſi pecuniam.§.ſi acceperit. in verbo,carcere. & ibi Iaſon. ff.de condictione ob cauſam.& Hippolytus in ſua praxi.§.attingam,nu.xiiij. cum ſequẽti.nihilominus cuſtos debet eſſe de ipſis tutus & ſecurus, vt infrà dicam in quarta limitatione. Et quamuis dictus Noel fuerit condemnatus, tamen habuit ſuum recurſum contra Ioannem du boys de omnibus etiam damnis, in quibus fuerat condemnatus erga patrem dicti du Boys, vt patet per arreſtum latum die xvj.Septembris, Anno Domini 1531. Tamen videtur hanc tertiam limitationem poſſe defendi & ſuſtineri,ſi carceratus nobilis, & bonæ æſtimationis pro modico debito fugeret: pro quo non erat veriſimile eum fugere, ſi cum in loco etiam largo aſſueto homines talis conditionis poni, intruſiſſet, per text. in dicta l. ſi à bonæ fidei. quia ſuſpitio fugæ non cauſatur ex modico debito,vt ait Roman. in conſil. cccxx. verſi.vltimo neceſſarium. & Ioannes Baptiſta in tractat. de debito.ſuſpect.& fugit. quæſtio.iij.verſicul.Tertio vtrum. cum aliis per ipſos allegatis. Et ibi in fine dicit Baptiſt. quid ſit paruum vel magnum debitum, quod iudicis arbitrio relinquitur,& ibi vide, & ſequitur de Puteo in dicto cap.an ſi plures carcerati. verſi. etiam debet conſiderari qualitas.verſ. & non videtur eſſe in culpa carcerarius, nec hoc caſu tenetur, etiam ſi fuiſſet ſecundum eum in leui culpa.& latè Hippolytus in laurem.num.xxxij.ff.ad legem Corneliam de ſicar. Sed dicit Baldus in l. ſi eius rei. §. denique. ff. de vſufructu quod quamuis culpa leuiſſima in omittendo non ſit malum, quoniam leuius eſt omittere, quàm committere, ob quod dicat ſyndicos ex leuiſſima culpa in omittendo non teneri, ſi non denuntiauerint delictum,per ea quæ notat Cynus in l. ſi quis non dicam rapere. de epiſcopis & clericis. volens leuiſſimam culpam non eſſe criminaliter puniendam: tamen ſpeciale eſt ſecundum Baldum in dicto §.denique.in cuſtode carceris: putans eum teneri ad damna & intereſſe creditoris.& idem Thom Gram.voto xxix.nu. j. Ideo ego relinquo iudicantis arbitrio, quia ſi ex arce ſeu turri ita alta ſe in terram proiicit, vt in caſu noſtro:& in alio, qui fuit etiam in curia de quodam Italo nomine de la Lande banquerio, qui per arreſtum condemnatus extiterat erga Sebaſtianum Sylueſtrum etiam Italum,in ſumma trium millium librarum,qui à conſurgeria inficio conſurgerio per feneſtram altam valde in terram ſe proiecit, quo caſu non tenetur: quamuis Iaſon velit contrarium in præallegato conſil.xxvij. verſi.item iſte incarceratus aufugit de dicto caſtro. ſed primũ tenet Decius conſil.cccexxiij.num.xij.parte ij.volum.iij. vbi ponit quando muro rupto vel oſtio fracto aufugit, quòd non teneatur cuſtos: aliàs autem vbi eſſet in notabili negligentia, oſtium dimittendo apertum, aut more ſolito non claudendo ipſum, tenebitur parti totum ſoluere debitum, & dannum quod paſſus fuit, d. l.ſi vt certo.§. ſi me rogaueris.ibi,niſi fugæ præſtiterit culpam.& dict.l.ſi.in fi.de cuſto. reor.& d.l.ad commentarienſem.& Io.Fab.in §.itẽ aduerſus.verſ.Sed quæro ſi quis de actio.& Docto. in l.ſi per æquatorem.C.de cenſibus.lib.x.& bonus tex.in l.ſi quis vxori.§.ſi fugitiuum.& ibi Bar.Ang. & Alber.ff.de furt.& Bonifacius de Vitall. in dicto tracta.malefi.tit.de priuat.carce.& de Ana. in conſil.lv.verſi.vltimo.& ibi Ludouic.Bologn.verſicul. condeſcendo ad aliam dubitationem. vbi tenent, quòd ille qui eſt cauſa, q̃ debitor alicuius fugiat, tenetur ſibi ad omne intereſſe: dicentes vidiſſe dominos Salicet. & de Anchara. ſimul conſuluiſſe: allegantes inter alia iura text. in dicta l.ſi vt certo. §. cuſtodiam. cum ibi nota. per gloſſ. & ibi vide per ipſos. Hippolyt. de Marſil. in ſingul. cxxxvij. qui allegat de Anchara. in conſilio cccxl.incipiente,Viſo themate. in fine. & pro hoc text. ſingular. in dicta l.quoties.C. de exacto tribu.libr.x.& idem Iaſon in dicto conſilio xxvij. incipiente, Cuſtodes carcerum. volumin. iij. vbi in fine dicit, † patrem 11
cuſtodem teneti pro filio, pro cuſtodia carceris loco ſui dimiſſo & relicto, quia in officiis publicis pater pro filio tanquam fideiuſſor tenetur, vt eſt textus in l. ij. ff. ad municip. cum aliis ibi allegatis. Et idem concluſum fuit in curia contra maritum cuſtodem carcerum de Nantron, qui loco ſui dimiſerat vxorem ſuam. † Et etiam vult 12
ille textus in dicta l. quoties. vnum aliud quod eſt fortius, quòd ſi talis debitor fugitiuus capiatur, & ad carceres reducatur, per hoc non liberatur is, qui eum fugere fecerat, aut ſuggeſſerat, quin teneatur ſoluere pro eo totum debitum. & ita illum textum ad hoc allegat Salicetus in l. in bonæ fidei. verſicul. Tene tamen menti. C.de rebus cre-

dubis.& in d.l.admonendi.verſ. Tene tamen cordi. & ibi eum ſequuntur Roman. & Iaſon fol.xxvj. dicentes illum text.eſſe mirabilem ſecundum vnam lectu.& expoſitionem gloſſ.fin. & idem Iaſon poſt Bart.Bald.Angel.& Paul.in l.ſed eximendi. §. item ſi quis.verſic.Imò probat. ff.ne quis eum qui in ius voca.vi exi.Vnde Bald.in dicta l.quoties.in verbo, coërceatur. vult quod ſtatim ſoluere teneatur, ſine nouo iudicio, quod eſt notandum ſecundum eum,
13 quia cenſetur fideiuſſor fictus: † ſed contra fideiuſſorem fictum eſt eadem, & ita prompta executio, ſicut contra principalem. Et ratio quare non liberatur ipſum exhibendo eſt,quia non eſt iudicij gratia, id eſt de iudicio ſiſti fideiuſſor, ſed eſt actionis fideiuſſor, & quaſi fideiuſſor iudicialis, ac ſi in iudicio fideiuberet,contra quem eſt prompta executio.Nec putat ſpeciale eſſe fauore fiſci, ſed eſſe idē in priuato contra priuatum, ſi interueniat per tale factum,ſcilicet cuſtodo, quod debitor priuati exeat de cuſtodia. Ideo ex ſuo quaſi delicto obligatur, non gratia principalis, cuius non eſt proprie fideiuſſor:quare principalem prius executi non oportet, & idem tenet de Puteo in ſyndicatu. in verb. probatio.c.probatio.in ſyndicatu.ante finem. Hippol. in repet.rub. ff.de fideiuſſ. nume.xvj. cum aliis per eum allegat.Quinimò vult etiam non ſolum illum, qui de facto eximit rectè captum de familia vel de carcere, teneri creditori ad ſolutionem ſui debiti, ac ſi pro eo fideiuſſiſſet,per d.l.quoties.ſed etiam is qui notificauit debitori, quod fugeret, quia creditor eius volebat eum capi facere.allegat ita tenere de Anchara.in d.conſil. cccxlj. Quinimo etiam tenetur liberans prædictus,etiam vbi vellet probare, quod carcerari faciens non erat creditor, aut alius qui eum capi fecit, hoc facere non poterat, quia nō auditur,vt voluit Ang.quem ibi ſequitur Alexan.in d.l.ſed eximendi.§.item ſi quis.& Cępol.Veronen. conſi.xiiij.verſic. Quia ad hoc vt illa pœna.& Hippol.de Marſil. in ſua repet. rub.ff.de fideiuſ. nume. cxxxvij. & Petr. de Anchar. conſil. prædicto cccxl.
14 † Tamen contra determinationem prædictam videtur text.multum facere in d.l.fi. de cuſtod. reorū. verſic.Soler præterea ſi amiſſa culpa cuſtodiæ eſt,id eſt cuſtodita perſona: ſi tamen interſit eam apprehendi, tempus cauſa cognita militi, id eſt, cuſtodi dari ad eam requirendam ſolet: applicato ei alio milite,vt ſecum vadat,vel pluribus,prout expediēt fuerit:ne,vt inquit Ange.ille cuſtos fugiat. & idem ibi Alber. in ij.notab. ergo fruſtra daretur cuſtodi tempus requirendi & reducendi fugitiuum ad carceres:& in vanum laboraſſet, ſi teneretur & non liberaretur, illum exhibendo. Et ita in ſimili tenet Bald.conſil.clxxiij.incip. Præſuppoſito ſtatuto quo cauetur,quod villa teneatur. verſi. Sed poſito quod omnia iſta ceſſarent:vſque ad fin.volum.iij.niſi pro ſuo intereſſe hanc faceret diligentiam reducendi ad carceres. Et ſi quiſpiam dicat d. l. quoties. loqui in eximente priſonerium,& ſic in doloſo.& d.l.fi.pariter loqui in cuſtode,cuius negligentia & lata culpa priſonerius aufugit: reſpondetur, quod hoc in caſu,magna ſeu lata culpa, & dōlus æquiparantur. dicta l.milites. & l. ad commentarienſem. cum no. in l. quod Nerua. ff. depoſit. vt ſuprà dictum eſt.in princi.prout loquitur dicta l.quoties.ſecundum Alexand.in dicta l.fin.& Alber. ibi,ſuper gloſ. j. cum quæſtionibus ibi poſitis. Et text.in alleg.l. quoties. poteſt intelligi dum dicit coërceatur, id eſt aſtringatur,ſecūdum Luc. de Penna ibi,vel compellatur ad eum in carceribus reponendum, vt ex fine illius videtur probari, dum dicit, Ac totius ſummæ exactionem in ſe ſuſcipiat, qui eundem auellendum ſubtrahendúmque crediderit. argument. l. nimis properè Marcelle. C.de executione rei iudica. quia vt ſuprà in præceden.q.dictum eſt, ſi priſonerius animo reuertendi exeat carcerem,non tenetur tanquam fractor carceris. Et pro hac parte videtur text. in l.peculatus nequaquam.ff.ad l.Iuliam pecula. & melior in terminis in l.ſi per alium. §. docere autem debet quis per hanc exceptionem factum, quominus in ius produceretur: cæterum ſi nihilominus productus eſt, ceſſat pœna: quoniam verba cum effectu ſunt accipienda. ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt, vi exi. accedat text. in l. ſancimus. C. de fideiuſſo. Et hoc ſecundum Paulum, quando re integra:quia nihil iuris deperit creditori,argumen. l.mancipiorum. ff.de optio. lega. & ibi idem Alex. qui allegat pro eo glo.in d.§.docere.& text.videtur ſingular. in l eum pro quo. ff. de in ius voca. & ibi gloſ.vltima.& Doct.& ita per illum text. tenet Bal. in conſil.xl in fin.verbis.& in conſil. ſequen. in fin. volum.j. † Et iſtam partem in adiudicando ſequerer.ex quo ſtatim poſt pœnituit, & ipſum priſonerium reſtituit fiſco, vel creditori cui ob hoc nihil petiit. Tamē propter temeritatem veniret puniendus pro intereſſe temporis quo priſonerius fuit à carceribus abſens, & ſic pro tempore retardato, quo non fuit expeditus. cogita quod videatur æquius. † Quartò limitatur,quòd cuſtos non tenea- 16
tur ſi carceratus qui aufugit, erat de proximo liberandus,vt tenet gloſ.ſingul.in d.l. ſi pecuniam. §. ſi ſeruum.verſ.Sed ſi acceperit.in verbo carcere.ff.de condict.ob cauſam.vbi Bar.in fi. multum commēdat pro carceratis, qui ſunt in via abſolutionis, q̄ non ſit neceſſe ita diligenter eos cuſtodire. & ibi idem Alber.Bal.Ang.Salic.de Caſt.Ludou.Alexan. & Iaſ.& Hippo.conſi.xciiij.nu.xvij.vol.ij. cum aliis per eum allegat.& in ſua praxi. §.attingam.numer. xiiij.cum ſequen. Et ſic etiam excuſabitur, ſi non bene cuſtodiuit ſenem,ſicut iuuenem, vel eum qui traditus fuit ligandus,ſecundum Bart.Alber.Ludo. & alios ibi,& in d.l.ſi vt certo.§.cuſtodiam.poſt gl. vt ſuprà dictum eſt in præceden.limitat.& idem de Puteo in d.c.an ſi plures.verſ.Debet etiam attendi in tali cuſtodia.& idem in c.pone quod carceratus. in fin. Et ſimiliter econtrario is qui eſt in caſu condemnationis debet diligentius & ſtrictiùs detineri & cuſtodiri,d.l.ſi quis filio. §. eius qui.ibi,diligentiores.& ibi Bald.& Imol. de iniuſto rupto teſtam. vnde curia quando videt in raportu proceſſus criminoſum clargitum fore condemnandum,ordinat eum in conſurgeria retrudendum & reſtringēdum: ſed cuſtos carceris hæc ignorat: ideo ſi talis fugiat, non eſt ex toto ob cōſequentiam excuſandus. Ideo antequam cuſtos vel fugitiuus condemnari poſſit, proceſſus eius (ſi completus & perfectus fuerit) videndus eſſet:aliàs eſſet perficiendus, ad ſciendum, an condemnandus, vel abſoluendus veniret de Puteo,vbi ſuprà in verbo,carcer. c.licet dicatur.verſi. plus dica.& Bald.in l.nullus.in fin. C.de exhib.reis. Et ſi non poſſet ſine eius præſentia perfici,quia ſola eſſent indicia ad torturam, & non ad condemnandum ſufficientia, tunc recurrendum foret ad culpam latam,aut leuem vel dolum ipſius cuſtodis, vel ad eiuſdem excuſationes, de quibus ſuprà in præcedent.quæſtion. dictum eſt, & latius per Paridem in dict.cap. an ſi plures. & pro hac deciſione facit quod dicit Angel. Aretin. in tracta. malefic.in verb.Et ibi caput à ſpatulis.verſ. Quęro quid ſi ſta-

tuto

tuto cauetur, quòd officialis vltimo menſe ſui regiminis non poſſit aliquem abſoluere vel cancellare de banno. Et tamen ſi inquiſitus veniebat abſoluendus, quòd poterit pronuntiare dicto durante menſe illum eſſe abſoluendum. allegat Bal. Rapha. & Imo. ita tenere in dicta l.ſi filio. §. eius qui. de iniuſto,rupt.teſtamen. ſed Auguſti. ibi, in additio. ad Angel. allegat Bald & plures Doctores in con-
17 trarium,de quo ibi cauſa breuitatis. † Quintò etiã videtur cuſtodem non teneri, ſi carcerati miraculosè euaſerint de carcere,vt de beato Petro vincto ſacroſancta cantat eccleſia, & de diuo Paulo dicto cap.xvj. ibi, ſubito vero terræmotus factus eſt magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Et ſtatim aperta ſunt omnia oſtia, & vniuerſorum vincula ſoluta ſunt. Quia quæ Dei ſpiritu aguntur non ſunt ſub lege.cap.duæ ſunt.verſic. Spiritus quidem Dei lex eſt. xxix quæſtio.ij. & ſic tenet de Pu-
18 teo in dict.cap.an ſi plures. in fine. † Et huic concordat quęſtio de condemnato ad furcas & ſuſpenſo,qui rupta & ſciſſa miraculosè reti, in terram cecidit viuus,quòd liberatur: tamen princeps conſulẽdus eſt,de quo amplè per Luc.de Pen.in l.j.verſi. Sed pone damnatus. C. de deſertoribus. libro xij. vbi vide de pluribus exemplis. & idem de Puteo in Syndicatu,in verbo,pœna. cap.an ſi iudex poſt medium. verſ. Si tamen iſte damnatus. & Dec. in l.fauorabiliores rei.num.viij.ff.de reg.iur.quem ſequitur Chaſſanæus,lib.de conſuetud.tit.de iuſtit.folio xlix. in addit. & Ioan. de Neuiza. in ſylua nuptia. verſi. Decimumoctauum: licet contrarium teneat Guliel.Rouille in deſcriptio. iuſtitiæ,atque iniuſtitiæ.lib.iij. de executo. criminalium. verſic. Adhuc quæro damnatus. & aliud vide exemplum.de quodam qui ab igne ſolutus exiliuit,in ſermone Diſcipuli,de viſitatione beatæ Mariæ ſermo. xxv. verſic. Exemplum de hoc,& aliud ſimile de puella ab igne liberata, & vide in exemplis Diſcipuli in litera cõ-
19 feſſio xx.exemplo: † aliud grãde exemplum in ſermone xliij.in fine.vbi narrat ſuſpenſum ſune fracto meritis beatę Elizabeth liberatum:iudicem iterum ſuſpendi facere noluiſſe. dicendo,quem Deus liberauit, denuò ſuſpendi non permittam. Et ſimiliter aliud meritis Hieronym.quod vide in iij.parte tractatus xv. Epiſt. lxxxvj. quod eſt ſingulare miraculum:& aliud miraculum quod diuus recitat Hieronym.in ead.iij.parte tractatus vj.epiſt.xxiij.fuiſſe in Vercellenſi vrbe hinc procul à radicibus alpium ſita,de muliere falſo de adulterio accuſata, quæ illo qui dicebatur adulter confitente, tormentis ſuperari non potuit, & capite vix ſeptimo ictu truncato diuinitus vitæ reddita, & imperiali tandem reſcripto reſtituta eſt libertati. Et pariter aliud exemplum,de quodam milite ſuſpenſo, qui per triduum vixit in patibulo, & poſtea depoſitus recepto euchariſtiæ ſacramento migrauit, & in cœmeterio ſepultus eſt,vt ibi in ſermone Diſcipuli lxxx. Et aliud in curia venit exemplum in perſona Gulielmi Roulandeu appellantis à iudice ordinario loci de Corme Real,qui eum & Clementem Vrien.ob ſex perſonas in eodem loco per eos,& alios ſecum ſocios ex concepta machinatione & conſpiratione occiſas, & ipſas cum infantibus viuis in lecto exiſtentibus,& domos combuſtas,condemnauit pariter viuos eſſe igne comburendos, prius fuſtigatos, & auricula eis ſciſſa: quod iudicium ob enormitatem delicti curia annullauit,& eos per ſuum areſtũ, quod nos in publica audientia beati Georgij xxiij. Aprilis,Anno Domini 1534.pronuntiauimus, condemnauit vnum ex his, ſcilicet Roulãdeu per quadriuia ciuitatis Burdega. & alium in loco prædicto de Corne Real,remiſſiuè, ſimiliter forcipibus calidis & ardentibus per executorem in carne forcicapiendos. Or euenit, quod dicta die beati Georgij, fuit ductus d.Rolandeu per vnum tantum executorem ſeu ſpeculatorem,vbi plures debebant eſſe:qui poſtea eum poſuit ad rogum ſeu piram comburendum,qui tandem poſt binam in igne miſſionem,ab ipſo euaſit: & ductus per communitatem, & carmelitas confeſſores ad eorum eccleſiam, à qua fuit extractus, & in carcere, in quo illa nocte migrauit poſitus: & in craſtinum fuit in curia dubitatum,an ille mortuus deberet ſequendo areſtum exequi inchoatum comburi. & concluſum fuit tribus ex dominis exceptis, quod ſic: quia non factum fuit miraculosè, & non intactus, imò in pluribus ſui corporis partibus exuſtus exiuerat, ſed ex defectu ſolius tortoris,qui non habebat ſeruitores.licet enim iuſtitia non ſoleat exerceri, niſi in corpus animatum, & non in corpus exanimatum, l. defuncto. ff. de publi.iudi. & corpus mortuum pœnam nõ ſentit,nec emendari poteſt homo mortuus, l. ſi pœna alicui.ff.de pœnis.& Bal.conſi.cclxxiij.inci.pręſuppoſito ſtatuto, quo cauetur, quòd villa teneatur. ver.tamen hic fuit ſatisfactum. vol.iij. quod eſt cõtra iudices maleficiorum, qui faciunt ſuſpendere corpora in carcere mortuorum,vt per Laſ.in l ij. C. qui teſtam.face.poſ.& Ang.Aret.in §.interdum.inſtit.de hæredum qualitat. & differen. & Hippolyt. Marſil.in l.ſi. C.de quæſt. tamen aliquando exercetur propter immanitatem criminis in tale corpus exanimatum, prout iudici videbitur faciendum, vt declarat Bal.in d.l.ij.& Purpurat.in l.imperium:folio lv.nu.xxx. de iuriſdict.omnium Iudi & alibi dixi.& ſequitur Chaſſanæus,lib.conſue. Burgund.tit. *Des iuſtices*.§.v. fol.lv. nu. xcvj. † Et aliquando li- 20
beratur condemnatus ad mortem,ad alicuius puellæ petitionem, & requiſitionem etiam meretricis, & ipſum habere in virum poſtulantis, ſecundum Maſuer. in ſua praxi,tit.de pœnis, quem refert Benedict.in ſua repetitio.cap.Raynutius. fol.ccccviij. num.cclxix.per no. in cap.inter opera charitatis,de ſponſa. quod dicit non procedere de iure. Et idem Iacob.de Belloui.in ſua praxi,tit.de lenonib. verſi. xxvj.quia crimen. Sed de Neuizanis in Sylua nupt. verſi. Decimumnonum tenet primum. & idem de Puteo in ſyndica.in verb.pœna.capi an ſi iudex.ante ſi.verſ. & aliam q.non mitto. & Hiſpani ita practicant,& ita pluries vidi in puella rapta deſpõſante raptorem,fieri in curia,ſeruando ius canonicum.c. pen.& fina.de rapto.contra ius ciuile. l.vna. C. eo. ſed in homine ad mortem condemnato vidi denegari vni puellæ, quæ petebat Vincentium de Corretz de Caſtellione. † Sexto videtur pariter com- 21
mentarienſem non teneri, ſi ex generali criminum remiſſione per principem in noua alicuius ciuitatis intrata,ſeu nouo ſuo ingreſſu facta, excarcerauit ſiue liberauit, & extra carceres poſuit etiam ſine iudicis aut curiæ autoritate, vt tenet de Puteo in ſyndi. in verb.carcer.c.licet dicatur. verſ.poſſet denique.& hoc per not.in l. Domitianus. & in l. Lucius.& ibi Bart. & Albe.ff.ad Turpil. & in l.ij.ff.de cuſto. reo. Quæ quidem remiſſio generalis non ſe extendit,ſecundum Bart.ibi,ad carceratos pro crimine falſi,imò eſt text.pro hoc in d.l. Lucius.& idẽ de Puteo.in verb.pœna.ca. quia multa, in fine. † Et 22
ęp ſimiliter ſub tali remiſſione non cõprehendũtur criminoſi, qui pluries reiterauerunt delicta, de

quibus aliàs fuerant per principem liberati, & in remiſſione vltima nullam fecit mentionem, vt volunt Guliel.de Cug.& Paul.de Caſtr.in l.nemo.ante fin.verſic.item eſt argum. iſte tex. C. de epiſcop. audien.& Andr.Barbar.in cap.ex literis.de reſcript. vbi dicit vidiſſe Bononiæ hominem decapitari,qui habuerat gratiam de homicidio, quia non fecerat mentionem de alio homicidio, de quo ſimilem habuerat gratiam, ſequitur Iaſon in l.nec damnoſa. C.de preci.imper.offer.& l.ij.in fin. C.ſi contra ius vel vtil.publi.& Purpu.in l.certi condict. §.ſi nummos.num.xix.ff.ſi cert.peta. intellige quando nullã
23 penitus facit mentionem: ſecus ſi in genere. † Sed in contrarium, quòd remiſſio hæc generalis extendatur ad omnes falſitatis criminoſos, tenet Angel. conſil. cclviij. quia conſultatio eſt multum generalis, dicens quòd capitula pacis remittentia delicta, extenduntur ad carceratos pro falſitatis cauſa, quia aliàs non haberet effectum. & hæc videtur benignior, l. j. C. de generali abolit. quo ad vindictam publicam, & non quo ad intereſſe partis, pro quo adhuc retineri debet in carceribus, l. diuus. & ibi poſt Docto. Ioan. Rebuff.in ſua repet. ff.ad Silla.& Bart. in conſil. clxvij. quod miniſter fratrum. Tamen de ſtylo curiarum Franciæ cuſtos carcerum in vim talis generalis remiſſionis (ſine vnius ex magiſtris requeſtarum domus Regiæ licentia & ordinatione) liberare,& elargiri priſonerios non poterit. Nec minus in vim particularis remiſſionis per carcerato obtentæ ſine illius verificatione, & ſuper eiuſdem interinatione partibus auditis, aut in defectum & contumaciam alterius ſententia inde ſecuta,aut areſtum latum fuerit:& ſentit Paris de Puteo in dict.c.quia multa. verſic.ſi tamen carceratus impetrauerit literas ceſſionis bonorum.& Hippol. de Marſil.in l. circumcidere. § ſeruo. num. xxij. & xxiiij.ff.de ſica.& in ſua praxi,opportunè nume.xix. & in §. attingam. nume. xviij. vbi vtrobique dicit, quòd ſi carceratus ſit indebitè, vel ſine cauſa carceratus,quòd non debet relaxari per cuſtodem ſine autoritate iudicis, allegat primò Petrũ de Anchar. in conſi.cccxij.in fine ſuprà allegat. ſecundo allegat Angel. Aret. in tractatu maleficio. in verbo, fama publica.verſic.& aduertas.tu alleg Barto. in conſil. lxxxiiij.in cauſa Statij procuratoris,de quo per Roma.conſil.cclj. & facit quod dicit Bartol. in l.j.§.& poſt operis.verſic.inducitur argumen.ff.de noui oper.nunc.quando ad inſtantiam creditoris debitor eſt poſitus in banno, an poſſit ſine autoritate iudicis per partem reuocari,vide ibi:quem ſequitur Alexand. & Iaſon cum aliis ſuprà in tertia limitatio. allegat.Et facit quod dicit Bald.in cap.ſicut.verſic.
24 extra not.argument.de cohabit.cle.& mul. † quod licet carceratus pro debito, ſtatim quòd ſoluit debitum, ſi inuenit oſtium carceris apertum, poſſit ſua liberalitate, & propria autoritate exire carceribus:tamen melius & ſecurius eſt, quòd iudicis autoritate faciat.l.ſi ſtipulatus.§.ſi lancem. ff.de ſolut. & quòd etiam nec de conſenſu creditorum à carceribus ſine licentia iudicis debeat relaxari,eſt tex. in l.neque impuberes.§.qui in ius,ibi dimittendus. ff.de in ius vocan.exponendo text. prout ibi Doct. inſuper Angel.& Iacob.de ſancto Georg. num.iiij. qui dicit cuſtodem carceris eſſe bene aduiſatum, vt ad ſolam licentiam creditorum non relaxet debitorem incarceratum, niſi prius habita bulleta iudicis, dicens hoc eſſe quotidianum. Tamen noſtri conſurgerij aliquando, vt dictum eſt ſuprà in j. limitat.per villam permittunt ire,& aliquando cum ipſis vadunt, aut de eis ſe ſeruiunt in conſurgeria, quod curia non tolerat,imò quamprimum ſcit eos punit,quod ſic fieri debet,vt dicit Bald.in dicta l.j. de ædil.actio.& Iacob.de B. Ilouiſu in dicto tracta. malefic.tit.de quæſt. verſic. ſed nunquid incarceratus exit.ibi,& ſic valet licentia talis in prejudicium concedentis, ſed priſonerius ob hoc non punietur: quia maius peccatum habet cuſtos. &c. Tamen ſecundum Bart. in l. qui in carcerem. ff. quod metus cauſa. non ſufficit aliquem ducere extra carcerem, vt dicatur in libertate,ſi cuſtodem habeat,quia qui nõ poteſt ire quò velit, dicitur eſſe in carcere. l.qui neque.§.j.ff de verbor.ſigniſi. & Dec.conſil. ccxix. num. ix. Deo refero gratias immortales, quas non eſt opis noſtræ perſoluere tantas.

SVMMÆ.

1 *Fur an vbi deprehenſus fuerit cogatur reſpondere, vel an ad ſuum iudicem remittatur. numero 2.4.& 5.*

3 *Furatam rem quando liceat propria autoritate recuperare.*

6 *Auferens rem ſuam violenter,putant hoc ſibi licere, non punitur criminaliter.*

7 *Dominium eiuſdem rei & poſſeſſionem ſi duo aqualiter probent,cui adiudicabitur.*

8 *Equum alens an expenſas compenſet cum operis.*

9 *Equi appellatione non continetur pullus.*

10 *Vituli ſugentes lac non debent portorium vel gabellam ſicut boues.*

11 *Equum in paſcuis dimiſſum ſi occidat lupus quis ſoluat.*

Quæſtio CCXVIII.

Si quis tranſiens per hanc ciuitatem ducat equum, aut mulum vel aliam rem mobilem, mihi pertinentem, & furto ſubſtractam, quam recognoui per ſignum meum quod deferebat, an poſſim eum capere & vendicare, & talis tranſiens teneatur hic reſpondere, aut debeat ad ſuum remitti forum. Item an ablata animalia poſſim propria autoritate recuperare, & etiam in foro alieno proſequi.

DECISIO CCXVIII.

ET † Spec. tit.de competen.iudi.adit.§.j. verſi.quid ſi aliquis per locum meum tranſiẽs,&c. mouet hanc quæſtionem. vbi videtur tenere, quòd non poſſum ibi vendicare, ſed ſequi debeo forum eius. Tamen tenebitur prius ſatiſdare,argumen. l.ſenatus. ff.de offic.præſid.& ſi non poteſt ſatiſdare fiet ſequeſtrum. cùm ſit ſuſpectus de receſſu,vbi dicitur.Fallit in legato, qui non dicitur ſuſpectus, & ne à legationis officio auocetur. l. non alias. §. fina. ff. de iudic. Et iſta fuit opinio Hugon. quem ſequitur Accurſius gloſſ. in l. fina. C. vbi in rem actio. & Bald. ibi, & Ioann. in additio. Spècul. vbi ſuprà. & in cap.fina. de foro compet. ſuper verbo contra poſſeſſorem. & ibi Felin. ſequitur. verſicu. Adde iſtis Angel. & idem Angel. in l.ſi fideiuſſor. §. fina. Et hanc opinio.Hugo. ſequitur Guido de Suza, & pariter Rofred.in titu.de rei vendicat.circa finem,verſic.vltimo quæratur.† Alia fuit opinio Azon.contraria in 2
dicto titu. vbi in rem actio. in ſumma, quod indiſtinctè teneatur ibi reſpondere, per text. in dict. l. fina.ff.eod.etiam ſi nihil ibi poſſideat. Pro quo allego bonum text. in l. j. ibi, à iudice. qui in locis aditus fuerat,audiatur.& ibi gloſ.in verbo à iudice. C.vbi quis decurial. aliáve condit.& idem gl.in d. c.fin.in verbo,contra poſſeſſorem. & in ca. ex parte.in

Digitized by Google

te.in glo.penultim.de foro compe. & idem Goffre. Hoſtien.& Innoc.in dicto cap.fina.& iſta videtur de iure verior,ſecũ ium Cinum in dicta l.ſi. per textum in l.non aliàs.§.vltimo.& l.quod legatur.§. ſinautem ff.de iudic.vbi dicitur in dicto §. vltimo. quod actio ſeu vendicatio eſt ex præſenti poſſeſſione. & idem Compoſtei.& Innocen.in c.dilectus filius. de reſcri. Et hanc ſequitur Franciſc.Accurſ.Iacob.Butrig.in d. l.fina.& Odra.in authentic.qua in prouincia.verſic. Item quærit Dominus Odofred. vbi de crimine agi oportet.Idem Salic.in dicta l.fina.per tex. in dicta l. non alias.§.vltimo.& hoc ſuadet ſecundum eum ratio æquitatis, quæ magna eſt, vt forenſis reſpondeat ibi: ex quo rem ibi habet,quam quòd actor,qui rem ſuam præſentem ibi videt,vadat ad domum illius forenſis expenſas & ſumptus facturus. Et idem Petrus de Anchar.conſil. cxl. dicens hanc eſſe communem, quæ mihi placet: nec etiam in Hiſpaniam quis cogatur furem ſequi: alias ſecundum Angel.in dicta l. non aliàs. laretur occaſio tranſportandi res alienas, quod fieri non debet,vt ipſe collegit ex illo textu.& idem in l.ſed & ſi ſuſceperit.§.fin. ff.de iudiciis. & idem tenet Alberic.ibi,dicens,quòd communiter ita tenent Doctores. & ita vidit ſeruari in practica, & eum ibi ſequitur Iacob. de ſancto Georgio. & idem
3 dicit Albert.in d.l.fin.vbi in rem actio. † Et pro hac parte facit quod dicit Barto.in l.ſi aliàs.§.beliſſime. in fi.ff.quod vi aut clam,ſe putare,quod ſi aliquis per vim raperet animalia tua,quæ facilius pereunt,quod illa tua autoritate recuperare poſſis, licet in aliis rebus non ſic permitteretur.& ſequitur Iaſon conſilio
4 xx.verſi.Circa primum crimen.volumin.iij. †Alia & tertia opinio fuit Placent. quem ſequitur Petrus,diſtinguentis,aut res mobilis erat ibi in loco manſura, & tunc debet reſpondere, & ſic procedit opin.Azo. vel non erat manſura, ſed tranſitoria per viatorem adducta,& tunc non,per tex. in l.debitor.ff.de pign. vbi dicitur quod res inuectæ ſunt obligatæ domino pro penſione domus conducta, ſi ibi ſint manſuræ, aliàs non. & ſic concordat has opin. & ſequitur Iab. & Cin.in d.l.ſi.Gulielm.de Cug. Bar.Bal. Ang.ibi.& Guid.Pap.ſingul. ccccxlij. vbi omnes loquuntur de conductore & tranſeunte cum equo vel mulo per dominum recognito. Idem de loco ad locum deferuntur, prout fuit hic de facto proceſſus de quibuſdam mercibus captis & areſtatis per iudicem ſeu locum tenentem Petragorarum, in ſede Sarlaten. Et idem Paul.de Caſtro in d.l. fin.verſi.In gl.ſuper verbo,res.& ibi clarius diſtinguit.& idem Cardi.de Zabarel.verſi.gloſſ.penultima.& Abbas Siculus in dict. c.fina.verſicul. Et idem per omnia, dicens hanc eſſe communem opinio.Et idem dicit Barbat.nu.lxxxiij. verſi.Idem eſt dicendum.& ſing.Maria.Socin.in d.c. ſane.verſic.Secunda declaratio. de foro competenti. Tamen in hoc ſecundo membro quando non eſt permanſura, & ille non poſſidet immobilia, & eſt ſuſpectus,debet ſatiſdare de iudicio ſiſti, & de re exhibenda, & non barataṅda, ſecundum Doctores ſuprà allegatos pro prima opi. Et ſi non eſt ſuſpectus, debet ſatiſdare,ſecundum Marianum de re exhibenda,& non baratanda. Quia licet ſit ſoluendo,tamen non eſt plenè cautum actori, ſi res non exhiberetur, propter difficultatem probationis.& iſtud tenet Felin.in d.ca.fin.de foro competen. & idem de ſancto Georg.in l.ij.in ij.lectu.ff.de iuriſdict.omnium iudi. Licet Franciſc. de Aretin.in hoc contrarium teneat. conſi.xcv.incip.Reſpondeo breuiter dubiis.ver. Pro iſta concluſione. & reſpondet ad Petrum, & vocat eum ſomniatorem. Vnde Marianus vbi ſuprà in fin. limitat hanc communem,vbi res eſt tranſitoria,quã quis furatus fuerat, quòd ibi poſſit conueniri, cum ratione nouę contrectationis videatur nouum committere furtum, ſecundum Bartolum in l. ſi dominium.ff.de furtis. & in l.ſi abducta. & vtrobique per Doctores.C.eo.quoniam rem mihi ſubtractam,ſine iudice & propria autoritate,ſi ſine ſcandalo fieri poteſt, recuperare poſſum, ſecundum Doctores ibi & Ioan.de Bla.in §.quia tamen.inſtitu.vi bonorum rapto.& Ioan.de Ana.in ca.ad deliberandum. verſic.ex quibus iuribus dubitatur.de Iudæ. & Archi. in c.dominus.xxiij.q.ij.† Vnde opin. Azo. ſeruatur in praxi. 5
Et ita fuit dictum per areſtum in cauſa mota inter Stephanum Moreau mercatorem ciuitatis Lemouicen.à Seneſchallo Petragorarum in ſede Salati appellantem, & certas mercantias prætendentem, & Io. Bontault & Ioan.Fauier,appellatos. Et latũ areſtum die v.Auguſti,1529.Pro quo dicunt Baldus, Angel.& Floria. in l.ſi cum exemptionem. §. in hac. ff. quod metus cauſa. quod ſi gentes armigeræ auferant alicui equum ſuum, ſi poſtea illum inter manus tertij reperiat,quòd poſſit equum ſuum recuperare, licet non dicat nominatim, per quem equus fuerat ſibi ablatus.Et ibi etiam ſequuntur Ang. Are.& Iaſon in. §.quadrupli.nu.xlviij.inſtit.de actio. Et licet in caſu noſtro tam dominus equi,quàm illum ducens eſſent eiuſdem iuriſdictionis, tum cum dominus fuiſſet areſtatus,ex eo quod in itinere publico propria autoritate violenter illum acceperat, fuit remiſſus ſeu rẽuodiatus per Seneſchallum ad ſuum ordinarium, vt 6
compareret per procuratorem, & non in ſtatu, in quo erat. Quare appellationem à dicto renuodio curia annullauit,remittendo ipſum dominum equi in ſtatu in quo erat,coram ordinario,ſine tamen expẽſis.Cuius opinionis non eram, quod remitteretur in ſtatu, in quo erat, ſed quod bene fuerat iudicatum, attento quod conſtabat ambas partes eſſe eiuſdem iuriſdictionis. †Quia ſecundum Ange.in l.ij.§.hac actione in princi.per illum tex. ff.vi bonorum raptorum auferentes equum ſuum de manu ducentis putantes hoc de iure ſibi licere, non tenentur criminaliter: quia illa pœna infertur aduerſus doloſos. †Sed ſi ambo probant equum ad ſe pertinere per æ- 7
qualem numerum teſtium, & ſic ambo probant dominium & poſſeſſionem equi, & quiſque probat equum natum eſſe ex equa quam domi habebat,prout vidi in curia de quodam equo perCornier in eadẽ curia procuratorem prętenſo, cõtra nõnullos equorum mercatores priſonerios: cuius erit in tali caſu probatio dominij ſufficiens, vt adiudicetur, iuxta l. partum ancillæ. C.de rei vendi. & in l. item quæ ex animalibus.ff.de acquirend.rerum domin. & l.ſi frumentum, ſi equam.ff.de rei vendica. Et iſtam quæſt. ponit Paris de Puteo in verbo, probatio, quia dicitur poſt princ.verſi. Ex quibus infero.vbi dicit hanc quæſtion.à nemine hucuſque tactam. & ibi duobus
8 modis decidit,vt ibi per eum cauſa breuitatis. † Sed in iſtis caſibus,an ſuccumbens repetat expenſas,quas in equo alendo fecit, dic quod ſi talis furatus fuerat equum, non repetit, vt tenet Baldus in l.j.per illum textum in verbo,fure. C.de infant.expoſ. ſi non erat furatus,tunc repetit,vt ibi. †At ſi equo vſus eſt,non- 9
ne debent expenſę cum opera equi compenſari? prima fronte videretur dicendum quod ſic: ſecus ſi non ſe illo iuuit: quia fortè iuuenis, vt pullus,qui appellatione equi non continetur,l.ſed addes. §.ſi quis mulierem.ff.locati.& ibi Alberic.de Roſa. dicens, quod ſi edicto cauetur, vt qui equum ad bellum duxerit, ſingulis diebus habeat decem, ſi pullum duxerit non

Digitized by Google

habebit decem. Et Pirrhus in consuetudine Aurelianen. titul. de feud. c. lxxiij. vide Bald. in dicto §. si quis
10 mulierem. † inducit illum text. pro vitulis, qui fugunt lac, quod ex eis nō debeatur portorium vel gabella, quia censentur pars matris. allegat Cin. in l. j. C. de part. pigno. & idem ibi Angel. in fine versicul. Fallit. dicens etiam in versicul. Et hæc lex. Creditorem qui præstat, vel locat equum pignoratum ad vecturam, teneri omnes mercedes computare in sortem, & v-
11 suras, deductis tamen sumptibus. † Sed quid de equo in pascuis dimisso, quem Lupus comedit, an teneatur domino is qui dimisit. & hanc quæstion. disputauit Martin. de Fano. vt referunt Ioannes Andr. Alber. & Doctor. infrà allegat. & Cin. in l. iij. post Petr. C. de episcopali audientia, dicentes, quod aut erat consuetudo communis, & tunc excusatur dimittens. glo. in l. si negotia. versic. si solitus. ff. de negotiis gestis. secus si non erat consuet. quod verum intelligit Bald. ibi, nisi ratione causæ nouæ debuisset adhiberi maior custodia.

SVMMA.

1 *Furtum vnum vel plura, quomodo discernantur. & num. 2.*

Quæstio CCXIX.

Si tria aut plura furta in vna nocte vel die per aliquem fuerint facta, an reputentur vnum furtum vel plura: vel requiratur quod diuersis temporibus, ad hoc vt puniatur tàquam fur, vel latro, & grassator publicus & famosus, si in itineribus publicis, vel in syluis, vel mari, vt sunt piratæ, fecerint, debeat mori, iuxta l. capitalium. §. famosos. & §. grassatores.

DECISIO CCXIX.

1 ET † videtur quòd quis dicatur committere plura furta, si vna die vel nocte & diuersis locis illa fecerit, argumen. l. primæ. ibi, nec diuersitate factorum. C. si vnus ex pluribus appellationib. quoniam paria sunt plura simul fieri vel successiuè. l. quid ergo. §. quod ait prætor. ff. de his qui notan. infa. quem ibi Bald. inducit ad plures quæst. Primo, de testibus qui successiuè viderunt per quoddam foramen adulterantes, vt perinde sit ac si simul vidissent: quia de eodem facto testificantur. pro quo est glos. iij. qu. ix. in c. nihilominus. & Barba. consil. liiij. volum. j. Secundo, ad statutum dicens, quòd si quis occiderit plures, capite puniatur, quod intelligatur siue simul occiderit, siue diuersis temporibus, & sic secundum maleficium aggrauat primum eiusdem generis. & idem Angel. in d. §. quod ait prætor. Tertiò, ad statutum dicens, quod quis debeat intelligi latro publicus & famosus, eo ipso quod fecerit tria furta: hoc intelligi debet siue simul, siue successiuè: dum tamen tria furta sint distincta. sufficit ergo siue sint distincta re tãtum, siue re & tempore. & ista est quæstio nostra.
2 † In contrariũ facit, quod licet de facto plura videantur furta: tamen vnum propter continuationem reputari debeat, argum. eorum quæ dicit glo. & Doct. in l. nunquam actiones. ff. de actio. & obligat. nisi diuersa facta pro vno computentur ratione continuationis, per text. in l. cum qui. §. idem Pomponius dicit. ff. de furt. vbi glos. Bartol. & Angel. & Ludouic. Bolog. in ij. interpretation. ita tenent: dicentes, quod licet per statutum quis pro primo furto debeat fustigari, pro secũdo auricula amputari, & pro tertio suspendi: tamen si quis simul plures res furripiat quod totum hoc dicatur vnum furtum, vt tenet ibi Butrig. idem Bald. consil. cccl xxiij. ad euidentiam præmittẽdum est. volum. ij. quia requiritur interuallum temporis, scilicet hodie vnum, cras aliud, post cras aliud, & tunc dicuntur plura distincta rebus & temporib. l. agraria. ff. de termino amoto. & tamen pro illis tribus non potest condemnari ad mortem, nisi fuerit pro aliis præcedentibus condemnatus. & ita tenent omnes in d. authen. sed nouo iure. quia etiam pro x. furtis, aut xx. sine violentia nō puniretur ad mortem. de quo vide per Fulgo. Salic. Angel. Paul. & Cæpol. in repetitio. dictæ authentic. sed nouo iure. & ita seruatur in curia nostra, nisi essent latrones in itinerib. & syluis aut mari, & illa tria diuersis temporibus fecerint latrocinia, l. capitalium. §. famosos. & §. grassatores. & text. glo. & Doctor. in authent. sed nouo iure. & singul. de Puteo in Syndicat. in verbo, latro capit. j. & ij. & Ioan. de Anan. in d. cap. fin. versicul. quis autem dicatur fur famosus. & pro hoc conclusio. qu. nostræ facit text. in l. nunquam. & ibi Alber. & Ioan. de Imo. ff. de priua. delict. & Alberi. in l. eos versicul. Consueuit etiam quæri. cum pluribus quæstio. vsque ad fin. C. de modo multa. bon. text. in l. illud. §. fi. & ibi Bart. Alber. Bald. Ange. & Flor. ff. ad leg. Aquil. vbi ponunt quando plura vulnera tendunt ad homicidiũ, quòd puniatur de homicidio. & ita tenet Bald. in d. l. quid ergo. §. quod ait prætor. per text. in d. l. cũ qui. §. fin. dicens ita communiter teneri. & idem in consi. ccxlvj. super vnitate furtorum, volum. j. dicens etiam, quod si receptator plures simul fures aut latrones recipit, dicitur vnam receptatio. per dictam gloss. in d. l. nunquam de action. & obligat. & singul. Cæpol. in dicta authent. sed nouo iure. versic. Sed dubitari potest de casu. alleg. gloss. in d. l. nunquam. de actio. & oblig. & in l. j. in gloss. fin. in fin. quæ est expressa in furto. cum aliis per Cæpol. allega. dicens ita fuisse Veronæ iudicatum. & idem tenet versic. Item adde prædictis, quòd si pro tertio furto. & Soci. consil. xxxiij. versi. Item facit quod in simili. volumin. j. & idem Hippol. de Marsil. in l. fin. in rixa. numer. xx. ff. ad leg. Corne. de sicar. & pro hac decis. facit bon. text. in l. visitando. §. infans. & ibi Bart. Angel. & Doctor. ff. de furt. & idem Iacob. de sancto Georg. in d. l. si familia. in ij. lect. & in vltim. not. & pro hac decis. facit gl. sing. in l. in operis duobus simul locatis. ff. loc. vbi gloss. vult quod illud dicitur esse factum simul, quod est factum vno eodémque die: quod inducit Bartol. ibi, quod si testes deponunt duo simul facta fuisse: postea appareat vnum factum fuisse mane, & aliud in sero, quod testes isti sunt concordandi, vt dicantur simul facta fuisse, id est, eodem die. & idem Anton. Bauarius. institut. de testa. in princip. nume. xij. in fi. pariter Ludouic. Gomesius in dicto §. ex maleficiis. numer. xij. idem dicit Bald. in l. j. circa fin. versic. extra no. in glo. j. eum sequen. versi. C. de oper. liber. & in l. petens. C. de pact. & de Curt. consi. lv. versicul. ante versicul. Et fortius vbi eodem die. vt dixi suprà quæ. lxx. incip. Falsificans sigillum domini nostri. Et quod dictum est de furto facto vno die, vel vna nocte in tribus domibus, idem dicendum si in eadem domo factum fuerit tribus continuatis vicibus, secundum Bald. in d. consi. cclxxiij. & Cæpol. in d. authent. sed nouo iure. loco proxi. alleg. & Gomesium in d. §. ex maleficiis. vt ibi per eum causa breuitatis.

SVMMA.

1 *Natus sexto vel octauo mense, qui viuere nō potest, an habeatur pro non nato ad rumpendum testamentum. & alia. nu. 2.*

Quæ-

Digitized by Google

Quæſtio CCXX.

Puer naſcitur in ſexto, qui non tetigit de ſeptimo, aut natus in hoc computato, quæritur an rumpat teſtamentum patris, aut ſi mater deceſſit ſuperſtite prædicto filio, dos debeat remanere ipſi filio, & eius patri, aut reſtitui, & reddi debeat patri filii.

DECISIO CCXX.

1 EX † Paul. de Caſtr. in l. pen. incip. quod certarum. C. de poſthum. hered. inſti. mouet hanc quæſt. & tenet quod nõ rumpit teſtamentum: quia talis natus in ſexto, aut octauo menſe conſtetur non poſſe viuere. 9. ſi. ff. de ſuis & legit. & per text. in l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homin. quia pariafiunt non naſci viuum, vel viuere non poſſe, cum non ſit natus ſecundum curſum naturalem. Et ita de facto dicit ſe conſuluiſſe. aliàs partus paritus, dummodo per momentum fuerit viuus natus rumpit teſtamentũ, dato quod illico deceſſerit, & non emiſerit vocem, ſi naſcatur in vij. ix. vel xj. ſecus ſi naſcatur v. vj. vel viij. menſe. d. l. ſeptimo menſe. licet tamen quidam, vt ait tenuiſſent talem viij. menſe natum indiſtinctè rumpere teſtamentum, allegantes dictum Ange. ibi, quod tamen dictum dicit Paul. nunquam potuiſſe reperire. ſed illud dictum eſt in l. quod dicitur. ff. de libert. & poſthum. in princi. ibi, & intelligo non integrum. verſi. fortè propter tempus: quia non eſt adhuc vij. menſium, non intelligo non integrum, id eſt in terram non ceciderit, nec in manibus obſtetricis. nam opus eſt vt viuum & perfectũ appareat exiuiſſe eum de ventre, vt rumpat teſtamentum, ſecundum Cuman. qui tenet ibi prædictam Pau. opin. quam etiam ſequitur Alex. in vltim. q. per text. in l. vxoris abortu. C. eod. vbi natus abortiuus indiſtinctè non rumpit, dato quod iam exceſſiſſet tempus, quo effectus eſt animatus: ergo in eadem ratione in nato viuere non valente. & hoc firmat Bal. in d. l. vxoris abortu. quoniam idem de eo iudicari debet, quod de vero abortiuo. Et hæc opin. ex eo eſt maximè amplectenda, vt inquit Alex. quia per eam fauemus validitati teſtamenti, argum. l. ſi pars. ff. de inoffic. teſta. & per eandem rationem idem tenet Iacob. de ſanct. Georg. in d. l. penult. & Socin. in l. cum auus. verſi. ſed quæritur, quid ſi grauatus. ff. de cond. & demon. vbi dicit in ciuitate Lucana ſe conſuluiſſe talem ſic natum filium non facere deficere conditionem fideicommiſſi, & ſecũdum iſtam partem (vt refert Matthę. de Afflict.) fuit iudicatum Neapoli. Deciſ. xxvj. dicens tales natos in vj. vel viij. menſe ſecundum medicos, quorum iudicium Neapolitanum conſilium habuit, viuere non poſſe. & ſic peritis in arte credendum eſt, d. l. ſeptimo menſe. & facit quod dicit Petr. Iacob. in ſua Praxi, titul. de condit. ex l. omnimodo pro legitimo filio. folio lxvij. col. j. tit. de generatio. vbi dicit verſic. ſi autem in hoc ſeptimo menſe partus diſtulerit naſci, & naſcatur in octauo, tunc partus moritur: quia Saturnus redit ſuper eo, qui frigiditate & ſiccitate ſua partum mortificat. vbi vide de generatione ſecundum conſtellationem ſeptem planetarum. & per Alber. in l. qui in vtero. de ſtatu homin. Et per iſtam rationem & plures alias domin. Gabriel. de Terraga. medicus doctor in ſua ſumma diuerſarum quæſtionum medicinalium in litera N, quæſtio. v. hoc probat triplici via & ratione, ſcilicet naturali, Aſtrologica, & Arithmetica, vt ibi per eum. Niſi ſecũdum cũ in quibuſdam terris Ægypti calidis, in quibus mulieres fortes & viragines exiſtunt, vt refert ſecundum eum conſiliator differentia ccccix. aliàs eſt xlix. inci. Quod natus octimenſis viuat. Sed cõtrarium tenuit † Angel. vt ſuprà dictum eſt in d. l. quod dicitur. & i- 2
dem Bald. conſi. cxiij. incip. ad euidentiam quorundam dubiorum. ante fi. volumine iij. dicens quod licet natus octauo menſe viuere non poſſit, ſecundum Phyſicos, tamen ſufficit momento vixiſſe, per text. in d. l. vxoris abortu. & in d. l. penultim. & idem conſil. ccccvij. in fi. incip. Proponitur quod quidam ſer. Symon. volumine ij. & ſequitur Philippus Cornel. in dicta l. penult. in princip. & hoc per generalitatem illius legis. & d. l. vxoris abortu. dum text. in d. l. pen. dicit hoc tantummodo requirendo, &c. qui text. eſt ſecundum eum multum præciſus contra opin. Paul. quia ſolum cõſideratur ſi naſcatur viuus. & illud non requiritur nec conſideratur an ſit victurus, vel non. Nec obſtat dicta l. ſeptimo menſe. quia contrarius ſenſus debet ibi ſumi. quando nuptiæ non plus durarent quàm per ſex menſes, vel non ſtetiſſet cum viro, niſi tali tempore, quod ex eo naſci poſſet ſolum menſe vj. vel viij. Nam tunc partus perfectè natus nõ diceretur iuſtus, id eſt natus ex iuſto coitu, vt ibi à contrario literæ, vt ibi latius per eum. & Deci. conſi. dcxxij. num. iij. vol. iij. vbi reſpondet latius ad d. l. ſeptimo menſe. & videtur tenere Albe. de Roſa. in d. l. ſeptimo menſe num iij. dum dicit, item no. quod legitimus partus eſt in ij. menſe, ſe remittendo a. tracta. fratris Egidij de formatione corporis humani. c. xvj. Et iſtam partem videtur tenere Pet. Iaco. in d. ſua praxi, folio lxvij. col. ij. ver. ſi autem prædicta Berta pariat in viij. menſe partum perfectum, & ſtatim moriatur, præſumitur eſſe mariti. ſed ſi ille partus eſt vitalis præſumetur etiam mariti, tamen iudicabitur ille partus poſtquã vitalis eſt, non eſſe de octo menſibus, ſed de ſeptem, vt in dubio fiat interpretatio ſeu computatio in meliorem partem, quamuis ille partus potuit eſſe conceptus ante prædictum concubitum per vnum vel duos menſes, & ſic ab alio viro vt ibi & in ſeq. col. poſt prin. quod dicit facere ad q. ſupradictas & plures alias. vt ibi vide. & ſic videtur fuiſſe malè iudicatum per conſilium Neapo. cũ partus ſeptem menſium iudicari poſſit cum mulieres non ſentiant illius conceptionem, vt dictum eſt q. inci. Mulieri aſſerenti. poſt princ.

SVMMÆ.

1 *Filius non cogitur obligare pro patre ſicut nec econtra, niſi in caſu. & nu. 2.*

3 *Patris obligatio pro filio in quo differat à fideiuſſore.*

4 *Obligatio filij non habet executionem paratam contra patrem.*

5 *Pater pro filio obligatus, an poſſit conueniri non diſcuſſo filio. & nu. 6.*

7 *Pater quando obligetur ex geſtis per filium, & quomodo diſcutiatur. & nu. 8. 9. 10. 12. 13. & 14.*

11 *Pater ſoluens pro filio quando non habeat beneficium cedendarum actionum, aut actionem negotio contra eum.*

15 *Excuſſionis ordo non habet locum inter mercatores.*

16 *Exceptio ordinis excuſſionis debet allegari ante litis conteſtat.*

17 *Confeſſio filij an noceat patri.*

Quæſtio CCXXI.

Si pater expreſsè fideiuſſerit pro filio iam obligato cabale ſeu capitale mercantiarum patris tenente, an poſſit conueniri & diſcuti in bonis filio non diſcuſſo. Ita quod authen. præſen-

te.de ſi leiuſſoribus non habeat locum in eo ſicut in aliis fideiuſſoribus.Secundo an confeſſio filij literas miſſorias ſiue miſſiuas patris manu ſcriptas confitentis noceat patri.

DECISIO CCXXI.



1 T † primò præſuppono, quod licet pater nõ cogitur ſe obligare pro filio, l.j. & l. filios.& ibi Io. de Plat. C.de decurion.lib.x. cum aliis infrà allegandis: ita nec filius pro patre, l.iij. §.ſi filius. ſecundum vltimam lecturam. & l.eſtimationem.§.inuitus. ff.de munc.& honor.& in l.inj. §.filium. ff.de adminiſtr.rerum ad ciu.perti.& ita dicit ibi gloſ. in ver. non oportet.& textum l. patris. C. ne fil. pro patre.

2 †Idem in cauſa redemptionis a carcere captiuitatis, quo caſu filius recuſans priuatur hæreditate,& poteſt exhæredari.authen.captiui.C.de epiſco.& cleri.Et filia hoc etiam caſu ſuam poterit alienare dotem. l. quamuis.ff.ſolu.matr.& in aliis caſibus not. per Cæpol.in cautel.cccx.

3 †Secundò illud quod Bart. in hac materia tradit in l.cùm filiusfamilias.in princi. ff. de verbo.obliga.quem ibi Bal.Ange.Socin.& Iaſon ſequuntur.vbi Barto. ponit quinque differentias inter patrem & fideiuſſorem, & duas conuenientias. Prima differentia eſt in modo conſtituendi: ſecunda in modo cõueniendi: tertia in modo exequendi: quarta in modo recuperandi: quinta in modo reſtitutionis in integrum. Et vltra Iaſon. ibi ponit alias quatuor differentias. ego inſiſtam circa duas primas differentias.Vnde circa primam differentiam in modo conſtituendi pater obligatur de peculio, ſi eidem peculium conceſſerat. & hoc ex edicto prætoris, & ſic ex iuris diſpoſitione, & ideo dicitur legalis fideiuſſor filij in omnibus contractibusper ipſum filium abſque etiam patris ſcitu initis: quia ex generali peculij adminiſtratione ſibi per patrem data, eſt in cõtrahendo ſibi cõceſſa facultas,vt l.iij. §.idem ſcribit. & per totum tit. ff.de peculio.Sed fideiuſſor obligatur verbis,& ex ſuo contractu, quoniam non poteſt obligari niſi mediante ſtipulatione. l.v.§. ſatis acceptio.& ibi Iaſ.ff.de verbo.obl.& l.blanditus.C.de fideiuſſo.Et ex hoc ſequitur magna in practica vtilitas ſecundum Doct.inſ. per Soc.& Iaſ.in d.l.cùm filius-

4 familiàs.†quòd ſtante ſtatuto,quòd inſtrumenta cõfeſſionata habeant executionem paratam contra debitores,ſicut ſententiæ, quòd tale inſtrumentum in quo filius ſe obligauit,non habebit executionem paratam contra patrem de peculio, ex quo pater nõ eſt nominatus in iſto inſtrumento facto per filium ſuper peculio profectitio. Et ita dicunt ſe vidiſſe conſultum in facti contingentia,per dictum Ang. in ſimili,in l.reos.§.cùm in tabulis.ff.de duob. reis.quod dictum ſecundum Iaſ. nihil facit ad propoſitum. ſecus eſt in fideiuſſore,qui eſt nominatus in iſto inſtrumento, & ſic contra eum poteſt peti executio talis inſtrumenti.Et reſpondet ad l.& ſi condemnatus.ff. de noxa.quod procedit de iure communi,ſecus in d. ſtatuto ita exorbitanti. quod eſt ſtrictè intelligendũ. Vnde non debèt extendi ad patrem tacitè ſubintellectum,ac tacitè per l.obligatum de peculio.Faciunt nota per Bald.in l.ad probationem.in j.C.de probationi.vbi inquit, quòd ille qui non eſt nominatus in inſtrumento, non iuuatur eo. & iſtud eſt ſecundum Baldum quod ſæpè dicunt aduocati, inſtrumentum non loquitur de te. & iſte eſt nouus & pulcher paſſus.ſecundum Iaſ.in d.l.cum filiusfamiliàs.Et ad iſtud vltimũ addit Iaſ.id quod Bal. dicit in c.venerabilem. de electio.quòd non cantat inſtrumentum, nec egò cantabo more Venetorum,&idem Bal.in c.Rodolp. de reſcript.& Bal.& Angel.in l.ſi binæ. ff.de in iuſto, rupto teſtam.vbi per illum text.dicũt,quod quis non poteſt vti beneficio ſcripturæ, qui non eſt nominatus in ea.Et ideo ſecundum eos & Iaſonem,iſta vtũtur cautela aduocati contra petentes executionem inſtrumentorũ.Nam dicunt, tu non es in inſtrumẽto deſcriptus,vndeinſtrumentum non te iuuat.Idem

1 Benedict.de Bazis,in ſuo trac.Guarentigiarũ.in prima parte principalis q.ix.verſi. hoc modo expedito. venio ad ſecundum caſum,vbi alle. Bal.ita tenere in l.ſi pro te.C.de dotis promiſſione. in propoſito cõtra patrem non deſcriptum in inſtrumento guarentagio per filium celebrato, non iuuat. & dicit Iaſon non meminiſſe alibi legiſſe tactum. & vide aliquid per Deci.in conſi.cclxviij.num.ij.vſq; ad finem.quãdo pater dicatur principalis,vel fideiuſſor. §†Sed in 5 contrarium videtur ſecundum Iaſonem tria fortiter facere, vt ibi per cũ,cuius rationibus adhæreo, quòd pater poſſit etiam in vim prædicti ſtatuti prius conueniri,nõ diſcuſſo filio,quatenus eſt in peculio:quoniam ſtatutum videtur idem ſtatuere,quod ius commune,ſecundum quod pater poteſt prius conueniri, vt in ſecunda dicetur differentia,etiam patre nõ nominato in contractu ipſius filij.Imò debet talis ſtatutum aliquid vltra ius operari,vt in ſimili not. Bar.in l.iij.§.ſi rem.ff.de leg.iij.& Barb.in conſ.xij.& in cõſi.lj.& in conſ.xviij.vo.j.& Feli.in c.j.ver. priuilegiũ. de reſcript.& quæ dixi in conſ.xxv.in j.q.circa fi.&in conſi.lxix.incip. Venerabilis domini theſaurarius.Et vbi non operaretur vltra nõ impedit diſpoſitionem iuris,cum non deroget illi,igitur &c. †Vnde ſecun- 6 da differentia eſt ſecundum Bar.quod fideiuſſor non poteſt conueniri ante principalem debitorem non diſcuſſum.authent.præſente. de fideiuſſor. ſed pater non poteſt ſtatim de peculio conueniri,filio non excuſſo.l.j.& per totũ.ff.de peculio.& l.iij. §.ſed vtrum ff.de minor.b. Et cum Bartolo tranſeunt omnes in d.l.cum filiusfami.& Bald.in l.j.& Salic. in l.ſi filius. C.ne filius pro patre.Alias differentias vide per Bar. & Iaſo.in d.l.cum filiusfamil. † Quare diſtingue pro 7 clara intelligentia, quod aut filiusfamil. non contradixit: ſed officium authoritate & vtilitate publicum, vt decurionatus ſeu conſulatus, aut capitaniæ, vel conſiliarij, aut procurationis vel aduocati regij, vel aliud accepit: & tunc aut ſine expreſſa patris voluntate, ſed tacita, quia ſciuit & non contradixit, & tenetur pater inſolidum tanquã fideiuſſor filij,priuſtamen ipſo excuſſo.l.ij.& ibi gl.ſing.& Id:bertus. §.filium.ff.ad municipales.& l.j.& ibi glo.Odofr. & Io. de Plat.amplè.C.de decurio.lib.x. & l. ſi filia. aliàs ſi vni.§.idem ſcribit.& ibi Floria.ff.familiæ erciſcundæ. & l. filiusfamil. ff. de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinẽtium.& l.j.& ibi Bal.C.de conueniendis fiſci debitoribus.libr.x.Alex.in conſil.xxxij. verſicul.ſecundo principaliter.lib.iiij. Martin. Lauden.in tractat.de offic.princi.§.xcviij.& §.cvj.Et etiam poſt mortem patris cæteri cohæredes tenebuntur. d.§. idem ſcribit,& in l.Lucius.§.idem ſcribit. in pr. ff.ad muni .quamuis.Soc.velit contrarium in conſ. xxxj. ver.quamuis vol.j.Et vtrumq; dictum tenent Soc.& Iaſ.in d.l cum filiusfam.& Sali.in d.l.filius pro parte. & in l.j.C.quod cum eo qui in alie.quia pater ſecundum gloſſ.ibi,& Salic.obligatur reipublicæ de adminiſtratione filij:non tamen tenetur priuatis hominibus,quos in eodem officio læſit filius. Et idem ibi Bald.& Ludo. ibi Bolog. in primis interpretat. poſt gl.C.de filiisfamil.& quemadmod. pro eis pater teneatur.

neatur.lib.x.& idem gloſſ.& Bart.in d.l.ij. in vltimo notabili.ad municipa.& l.libertus.§.fin.eod.tit.& gl. & Bart.in d.l.j.de decurioni. Et hoc niſi de peculio. & pro hoc bonus tex.in l.vna. C.de periculo eorum
8 qui pro magiſtra.interue.lib.xj. †Item hoc eſt intelligendum, quod pater teneatur ratione officij filij, ſcilicet de officijs quæ deferuntur filio de iure communi, ſecus ſi deferantur de iure ſpeciali, quia tunc pater tenebitur,vt l.j.in fin. C.de muner. & honori. & ibi Ludou.Bologn.in primis interpretatio. quem tex.ſecundum eum allegat Bal. in l.j.C.de diſcu.cod. lib.ſed volut allegare in d.l.j.de decurioni. in fi. pro hoc faciunt not.in l.l.ſi.C.de teſta.milit. Item ſecus eſt in filio emancipato accipiente officiũ publicum, vt pater ex tacita voluntate non teneatur, d.l.j.in pr. de filiisfami.& quemadmodum pro eis pater teneatur.& tenet Marti.Lauden.in d.tract.de offi.princip. §.cxxxvj. & in hoc non eſt ſublata differentia patriæ
9 poteſtatis & emancipationis,ſecundum eum.†Item fallit ſi pater in acceptatione officij per filium contradixerit:tunc etiam non tenetur d.l.ſecũda,ad municipales.& l.ſpurij.§.ſi pater.& l.honores. §.final.ff. de decurio.& d.l.ſi filius. ne filius pro patre. l. filios. C.de decuri.& dicta l.j.de filiisfamil.& quemadmodum.niſi de peculio.vt ibi, & l.ſi quis ſeruũ. §.etiam ff.de pecul.& idem ſi ſtatim procreationem & ante adminiſtrationem filius deceſſit,quòd pater non teneatur,l.j. C.ſi poſt creationem quis deceſſerit libro
10 x. † Aut accepit filius officium quod erat publicum authoritate,ſed vtilitate priuatum,vt tutela vel curatela, tunc aut eſt teſtamentaria, & tunc pater ſciens non tenetur niſi de peculio,aut de in rem verſo, vt l. Lucius.in prima.& ibi Bart.ff.de adminiſtra.tuto.Et ideo ſecundum doctores ſuprà alleg. & Ioannes de Pla.in d.l.j. de decurio. non ſufficit dicere in inſtrumento patre præſente & cõſentiente, niſi etiam dicatur,& expreſſe ſe obligante.d.l.Lucius. Quia quãdo fit contractus per filium præſente &conſentiente patre, per hæc verba non obligatur pater inſolidum, niſi expreſſe ſe obligauerit,ſecundum Bartol.vbi in vlti.not.& Soci.in conſi.xx.verſi.aliquando, & quinto.Et hoc tenuit gl.magna.in d.l.j.§.ſi raptum.quod inſſu.& Aretinus in conſi.xcj.poſt principium, verſi. in ſecundo verò capite.quod factum fuit hîc,vt infrà dicam. Aut eſt datiua à iudice data, & tunc videtur tacitè fideiubere & promittere indemnitatem pro filio,& non poteſt conueniri,niſi excuſſo filio, dicta l.j.quod cum eodem licet gloſſ.quam omnes reprobant in l.tria onera.in ſecunda.ff.de excuſſa.tutorum velit contrarium, niſi expreſſe agnouerit & conſenſerit ſeu approbauerit,l.ſi filius. ff. de tutelis. de quo per Salicetum & Paul.de Caſt. in d.l. quod cum eo. Ioannes de Plat.in d.l.j.C.de decurio.& per Bald. & Iacob.Rebuff.in d.l.j.C.de filiisfamil.&quemadmodum pro eis.quod approbare non videtur Bal. in d. l.j.verſi.pater qui conſentit filio. de conuenien. fiſci debito etiam ſecundum eum ſi renuntiauerit beneficio de fideiuſſ.ſecuſi omni legum auxilio,vt ibi per eum.& Alex.in d.conſ.xxxij.ver.ij.ſed primum communius.Et rationem differentiæ quare pater tenetur pro filio tutore datiuo potius quàm teſtamentario, vide per Bart.& Bald.in d.l. Lucius. Si verò iuſſu vel mandato patris ex preſſo filiusfa.acceptauerit quodcunque officium vtilitate publicum vel priuatum, vel alium quemcunque fecerit contractum, habens peculium vel non, pater tunc tenetur tanquam principalis,& tanquam legalis fideiuſſor.l.j.§. quid ergo. ff.quod iuſſu.d.l.iij.§.ſed virum. ver.proinde. de minor. & d.l.j. C. de muneribus & honoribus,lib.x.& dicta l.ſi filia.§.idem ſcribit.ver.Neratius. & ibi Flor. in primo not.poſt Bald.& in §.fi.inſti.quod cum eo. & tenet Cor.in conſi.cccij.volum.iij. & Dec.in dicto conſi.cclxviij.num.vj.& Aretin.in conſi.xcj. Nec hoc caſu habebit beneficium fideiuſſoris. ita volut Barto.poſt Iaco. de Aret.in l.ſi ſeruum.§.an filius.& ibi Alber.quos ibi ſequuntur Ang.Imo. & Modern. ff.de ver.obligatio.vbi Bar.& Albe.dicunt quod Iac. de Are.ibi mouet dubium propter authen.præſente. de fi eiuſſori. quod prius conueniatur principalis quàm fideiuſſor,an habeat locum in patre, qui eſt vt interceſſor.quando iubet filium contrahere, vel teneatur de peculio,quando fideiubet. Et tenet quod non eſt idem in patre quod in fideiuſſore,quia pater principaliter conuenitur,dicta l.j. quod iuſſu & cum Bart.tranſeunt omnes vt dictum eſt.Sed quantum ad fundamentum Bart.volentis illam authen.præſente. loqui in fideiuſſore: & ſic aliud eſſe iubere, & aliud fideiubere,non videtur bonum ſecundum Iaſo.in d. §.an filius,quem legit. cum §. nunc videamus, quia text.vnde ſumitur dicta authen.loquitur in fideiuſſore,mandatore,conſtitutore, & ſponſore:& in omnibus iſtis habet locum,vt tenet glo.in d.authen. de fideiuſſ.§.j.& tamen mandator dicitur iubere, d.l.j.§. quid ergo.quod iuſſu.&differentiam inter iſtos vide per glo.in d.§.primo.de fideiuſſo.& gl.& Doct.in l. in perſonam.§.j.ff.de pact. & in l.Stichum aut Pamphilum §.additio.ff.de ſol.& in l. ſi non numerandi. §.ſi poſt.ff.manda.& per Ange.Aret.inſtitu. de fideiuſſor.in prin.vbi ſequitur gl.in d.auth.de fideiuſſ.§.j. quæ tenet quòd omnes iſti habeant priuilegium de fideiuſſoribus,excepto ex promiſſore. Sed videtur q̃ idem dici poteſt de fideiuſſore, quod in iubẽte,quoniam fideiuſſor dictus eſt à fide, & iubeo,quaſi iubẽs ſiue dicens ſuæ fidei ſtandum: vel quaſi iuſſus ſuam fidem interponere in aliquo contractu. Sed ad iſtud poteſt reſponderi quod pater fideiubendo pro filio non iubet nec præcipit filio contrahere,ſed pro ipſo reſpondet,quaſi iuſſus vel rogatus à filio. Vnde primum communius, & in hoc Iaſon non ſigit pedem.. & idem tenet Bart.in d.l.libertus. §.filium.ad municipales. vbi dicit, quod ſi pater expreſſe iuſſit filium ſuſcipere officium,vel alium cõtractum facere,quod non debet filius prius diſcuti,ſecundum Aret.in d.l.ſi ſeruum.§.an filius.†Nec etiam profectò habebit pa- 11
ter hoc caſu quando iuſſit beneficium cedendarum actionum, vel actionem negotiorum geſtorum ad repetendum à filio illud quod pro eo ſoluit,vt tenẽt Bar.& omnes in d.l.cùm filiusfamiliàs.& Corneusin d.conſi.cccliij.quia ſecundum eum non reperitur iure cautum.Et iſta eſt vna ex differentiis inter patrem & fideiuſſorem,& ibi vide.Et idem videtur ſi in eodem contractu pater fideiuſſit pro filio non habente peculium,quod ipſe pater teneatur, vt voluit Bal. in l.filiusfamilias.verſi.vltim.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.vbi dicit not.quod paria ſunt patrẽ conſentire filio,vel ſe ſimul obligare cum filio.& ſic facit ad ſtatutum Peruſi.alle.Bar.in l.cum pater. §.libertis.ff. de legat.ij.vbi Barto.in verſi.ego induco ad queſtionem. dicit quod ſi pater & filius ſimul agant, quod alter alteri conſentire videtur, argum. illius §. cum pluribus.per Alex.ibi,in addi.alle.& Socin. in conſi. xlviij.ver.ad hoc idem.vol.ij.& Corn. in conſil.cclij. volum.iij.& per Doct.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſo.ma.quicquid voluerit Ludo. Bologn.in conſi.xliiij. vbi dicit, quòd in iſto caſu filius videtur fideiubere pro patre,quoniam cõtrarium tenet Bar. in d.§.tranſgrediamur, diſtinguendo vt ibi per eum, & Doct,& Abb.Sic.in c.cum in veteri.de elect. cum

Digitized by Google

aliis per me alle.in §. ij. & in addi. de consuetudine iurium status perso.libro consue.Bitur. Et præcipuè quando quilibet se obligauit principaliter,quia tunc videntur renuntiasse beneficio de fideiuss. vt infrà dicam. †Si verò post contractum filiifamilias non habentis peculium,vel emancipati,pater fideiubeat: & in hoc est dubium: & primo videtur quòd filius debeat tanquam principalis conueniri quam pater, secundū Bar.& Doct.& in d.l.cum filiusfa.& aliis locis suprà alle.& per d.auth.præsente.& vnde sumitur.& videtur esse de mente glo.in d.l.libertus.§.filium, & in d.l.j.de decurio.lib.x. & in d.l.j.de conuenien.fisci debito.& vbiq; tenet gl. quod hodie idē est quod in casibus in dictis iurib. contentis per d.authent. præsente.Sed facilis est responsio,quia illa iura statuerūt prius filium acceptanté officium sine expresso consensu patris debere cōueniri, quod obseruatur hodie per auth.de fideiussorib.§.j. Et hoc vt officiarij facilius reperiant fideiussores. Sed non dicit quòd si expresso patris iussu,aut mandato,vel respondente pro filio:ipse filius conueniatur prius,sed contrarium,vt dictum est. Tamen adhuc remanet opi.Bar.& aliorū quam sequitur Sal.in d.l.j.quod cū eo.ver.sed vt prędicta clarius:vbi distinguit quòd interdum quis fideiubet expresse,interdū tacitè mediante legis dispositione.primo casu,aut est fideiussor indemnitatis,tūc principalis prius conueniri debet.l.fin.C.de fidu.tutel.in fine.& d.l.j.de conuenien.fisci.debito. Aut est simplex fideiussor,&tunc aut est fideiussor cōtractus, officij. primo casu poterat olim prius conueniri.l. iure nostro.C.de fideiussoribus.hodie secus, vt auth. ibi posita.& ita tenet Bald.in l.diximus.§.finali.cum quo legit d.l.tria onera.de excusat. tutorum. dicens, quòd de iure authenticorum omnis fideiussor habet beneficium excussionis.d.§.j.in authentic.de fideiussor.ergo & pater.In contrarium † videtur quòd pater illo casu teneatur etiam nō discusso filio, per tex. in l.si mandator. C. quòd cum eo. vbi pater tenetur insolidum ex cōtractu filij,si iussit vel mandauit fieri, aut fideiussit pro eo: aliàs non tenetur,nisi de peculio,vel de in rem verso,vbi ista tria iussus, mādatum, & fideiussio in personam patris æquiparantur, secūdum Bal.Castr.& Salic. Sed in duob. primis quando pater iussit vel mandauit contractum fieri, nullū est dubium, quod pater non gaudet beneficio de fideiussoribus:ergo idem in tertio casu, quando fideiussit,per illum text.licet gl. vltima intelligat quòd pater teneatur tanquam extraneus ex stipulatu,& sic q̄ in eo locū habeat d.auth. præsente. vnde aliàs si pater non teneretur,esset illaqueare & decipere homines contrahentes cum filiis nihil habentib. pro quibus patre se obligauerunt: ideo tenentur secundum Bar.& Doct.in d.l.Lucius.vt suprà dictum est. Quoniam si filij haberent peculium,pater quatenus esset in eo non posset se iuuare beneficio de fideiusso. secundum Bar.& Doct.in d.l.cùm filiusfamilias.&pro hac decisione videtur text.in d.l.j.§.quid ergo. quod iussu.& ibi glo.magna in verbo,ex causa fideiussionis vbi dominus vt pater fideiubens pro seruo aut filio habenti peculium tenetur ex causa fideiussionis, non tamen quod iussu:quia aliud est iubere,& aliud fideiubere.Et ita intelligit Albe.illum tex.ibi, & in l.penultima.§.tabernæ.ff.de instito.actio. Et in hāc partem videtur inclinare glos.j.in d.l.j. de filiisfamil.& quemadmodū pro eis pater teneatur, vbi pater pro filio emancipato non tenetur, vt dictum est.hoc verum dicit gl.nisi pater fideiusserit pro eodem.& pro ista parte videtur esse textus clarus in l.j. C. ne filius pro patre,vbi dicitur quod pater non tenetur ex filij contractu emancipati, vel in potestate constituti, si non habeat peculium,&illud est verissimum,vt crebro dictum est, & per totum titulum, ne filius pro patre.& l.pater qui castrense. ff.de castren.pecu.quæ est singularis & ampla gl.melior de corpore iuris vtriusque.& ibi Bar.& Iason post Ioan.Fab.& Aretin. in §.actiones autem.in prin.institu.de actio. vbi ponunt quando pater teneatur viuo vel mortuo filio, tam de iure.ff.quàm nouo.& Pet.Iaco.de Aurelia.in sua praxi,titu.de action.ex vendi.de pecul. Hoc fallit nisi pater suam addtrinxerit fidem, aut iusserit, vt dicit textus in d.l.j.ne filius pro patre, quia tunc tenetur insolidum.& ibi ista duo iussus,& fideiussio adæquantur.& etiam non distinguit tex.an ante contractum vel in ipso contractu, aut post contractum pater fideiubeat,cum fideiussor possit præcedere & sequitur obligationem, vt §. fideiussor. & præcedere, institutio.de fideiuss.& istam opinionem tenet Barbat.in capit.peruenit.de fideiussor.vbi ponit xj.casus in quibus fideiussor potest ante conueniri debitore prius non excusso. & octauus casus est iste, vbi pater intercessit pro filio,per text.in d.l.iij. Sed vtrum ver. si igitur filius.de minoribus.& idem & latè Hippol. de Marsi.in repeti.rubr.ff.de fideiuss.Aufre.in decis. capellæ Tholosæ.q.excvj.vbi illos etiam refert casus, & sequitur.& idem videtur tenere Alexan. consilio clxxxiij.in fin. lib.vij. quando apparet de promissione & obligatione patris,quòd tunc teneatur ex dict. contractu.Sed vbi non promisit, non tenetur nisi de peculio,vt ibi. Tum etiam quia hic interuenit iuramentum, ideo non potest se iuuare beneficio dictæ Authenticæ.de fideiussor.vim enim clausulę expressè renuntiationis habet iuramentum.l.cùm pater.§. filius matrem.ff.de leg.ij.Bald.in l.iij. C. deposit. & plenè Iaso.in l.sed si quis.§.quæsitum. ff.si quis caut. & in l.si quando. C. de inoffic. testa. & Corneus in consil.ccxiiij.in litera G,volumi.ij.& decisio.capellæ Tholosæ.quæstione cxxx.& quæstione cxxxix.Et hæc vltima magis mihi placet propter etiam rationes sequentes,licet ferè omnes tunc assistentes domini tenuerint primam. Tum primo & præcipuè, quia in casu nostro pater post cōtractum promisit creditor. soluere, & ipsum debitum sibi Parisiis expensis suis portari facere,quæ videtur nouatio facta. Vnde tanquam principalis potest conueniri, vt tenet Bartol. Bald.Ange.& Iaco.de sancto Georgio.in l.in personam.§.qui pecuniam. ff.de pactis. ideo secūdum eos non habet locum id quod est statutum de fideiusso. per illum text.& signanter quando talis promissio sit inter mercatores,vt hic fuit, & infrà dicam. & idem voluit singulariter notare dominus Dec. in suo eleganti consil. vij. sed prædictis minimè obstantibus. versi.non obstant allegata:& ideo ad cognoscendum quādo fideiussionis aut nouationis causa quis interuenit,est distinguendum secundum Bal.in l.antiquę. §.sed si minus.C.ad Velle.in ij.oppo. quia ibi est casus in quo fideiussor excutitur prius quam principalis: contra quod ipse opponit de d. authent. de fideiuss.quia aut quis intercessit accessoriè,& tunc habet locum d.auth.de fideiuss. aut animo nouandi,& tunc habet locum quod dicitur in d.§.sed si minus.aut dubitatu :tunc si plures se cōstituunt principales in eodē instrumento, nō fit nouatio iure veteri vel nouo: & est ratio,quia in eodē instanti sumit robur. nouatio verò fieri debet à posteriori vel successiuè, & tūc de iure veteri præsumebatur nouatio. hodie tamen non præsumitur, sed est adiectio tantum: quia vterque principaliter quò ad creditorem obligatur, & cessat beneficium de fideiussor. Modo ista doctrina

deci-

decidit caſum noſtrum, quia pater obligauit ſe principaliter, vt dictum eſt, ergo tanquam principaliter obligatus non habet benencium authen. de fideiuſſ. quia illi renuntiaſſe videtur ſe principaliter obligando. Et ita tenet Caſt. in l.iij. §.j. verſ. quod autem dixi poſt medium. ff. de duob. reis. vbi alleg. Guli. de Cug. & Raph. ibi ita tenere. & magis late hoc proſequitur Barb. in conſ. lxxxvj. nu. vj. verſi. capio modo ſecundũ articul. volu. iiij. & idem in d. c. peruenit. in vj. caſu. in quo non habet locum d. authen. præſente. & ad illud non video reſponſum, & pauci aduocati aduertunt.

14 † Tum ſi pater à creditore recipiat literas, per quas ſibi petet pecunias filio ſuo mutuatas, & ipſe pater recipiendo non contradicat, quod pater ex illo tacito conſenſu tenetur, vt l. ſi filius. & ibi Pau. de Caſt. & Salicetus. ff. ad Maced. & Bar. in l. quo enim §. j. ff. rem ratam haberi. cum aliis per Cæpo. in cautela xxiiij. alle. facit cle. j. de procurator. ergo à fortiori vbi pater expreſsè ſoluere promiſit pro ipſo filio. d. l. Lucius. Tum tertiò pater etiam non poteſt ſe iuuare beneficio auth. de fideiuſ. quoniam prępoſuerat filiũ ſuum, & ſibi ſuum cabale ſeu capitale mercãtiæ ad tempus gubernandum conſtituerat: qui poſt plures accepit mercantias tã hic quã Pariſiis, & alibi a plurib. mercatoribus, quib. pater promiſit ſoluere, & ſic in cauſam mercãtiæ in qua erat inſtitor & præpoſitus: quare tenetur tanquam principalis, & non tanquã fideiuſſor, per tex. ing. & vnicũ in iure, in d. l. pen. quę incipit, in eum. §. tabernæ præpoſitus. & ibi Bar. Ange. Sali. & Albe. ff. de inſtito. actio. quicquid voluerit ibi Lud. Bol. in primis interpret. & idẽ tenẽt Bal. & Sali. in d. l. ſi mãdator. quod cũ eo. Quinimo etiamſi filius receperit (ſecundum Alber. ibi contra glo. j. quam ſequitur Sal.) in cauſam ad quã non erat principaliter præpoſitus, ſed in alia in qua pater fideiuſſit, q̃ propter fideiuſſionẽ patris videtur tacitè prępoſitus etiã in illa cauſa & re particu'ari, vt indicat illa litera ſecũ dũ eum. quod eſt profectò multũ notandum: & ſic in iſto caſu non habebit locũ d. auth. præſente. in parte, ex quo filius cẽſetur in re, in qua pater fideiubet, prępoſitus, ſi in alia negotiationę prius fuerat præpoſitus, per illũ text. Et reſpondet Alb. ad argumen. gl. facit unde d. l. j. §. quid ergo. quod iuſſu, quod ibi ſeruus nulli erat præpoſitus negotiationi. & ideo ibi dominus tenetur ex fideiuſſione, non autem quod iuſſu. ſed in §. tabernæ, erat præpoſitus vni negotiationi: ex quo ſumitur tacita coniectura, quod fideiubendo pro eo videatur tacitè præponere etiam illi negotio pro quo fideiubet. argumen. l. vniuerſorum. ff. de pigno. actı. alle. Iac. de Bellou. ita tenere, quia colligitur conſuetudo patriſtamul. in hoc. & idem Alb. in d. l. j. §. quid ergo. quẽ legit cũ §. & ſi mandauit. remittẽdo ſe ad d. §. tabernæ. Nam ſi in cauſa in qua erat præpoſitus fide iubeat, tunc nullum eſt dubium, quin teneatur inſtitoria, etiam ſine fideiuſſione. d. §. tabernę & l. j. §. non autem. ff. de exercito. & ibi gl. in l. cuicũque. §. non tamen. ff. de inſtito. action. & in §. exercitoria. & §. inſtitoria. inſtit. quod cum eo. Et mirum quòd nullus modernorum de hoc dicto vſque nunc animaduerterit. & in hanc ſententiam inclinat Soci. in conſi. xcij. verſi. circa ſecundam dubitationem. ibi vnde articulus eſt quotidianus. cum ver. ſequentibus. volum. j. Præterea inter mercatores attenditur æquitas, & non iuris ordo vel ſubtilitas, vt not. Barto. in l. Quintus Mutius. ff. mãd. & ſicut conſtituendo hoc ſit etiam nudo pacto, vt ita dicit Bar. Ita etiam promittendo. cum quælibet promiſſio quæ fit inter abſentes per nuntium vel literas, ſicut faciunt mercatores, præſumatur contractus, ex quo poſſunt conueniri, ſecundum Bald. in d. l. in perſonam. §. qui pecunia. de pact. & Barb. in d. c. peruenit. verſi. quarto limitata. & iſte eſt quartus caſus in quo auth. præſente. nõ habet locum ſecundum eum. & dicit ita ſe conſuluiſſe Bononiæ per d. Bal. in l. ſi mancipium. §. ſi cõmuni. in a. poſtillis. ff. de eui. vbi exceptio excuſſionis eſt de apices iuris, de quibus inter mercatores non diſputatur, & vide per gloſſ. ibi quod eſt notandũ, & in terminis tenet Guid. Pap. in conſil. ciij. ver. ij. quia licet. & in conſ. clxiij. ver. vlterius etiam. † vbi dicit quòd 15
d. exceptio excuſſionis ordinis, quòd prius principalis quam fideiuſſor exæquatur, inter mercatores non attenditur. & ita in Delphinatu ſeruatur de conſuetudine illius. Et idẽ dicit Doc. Palatios Ruuios in tit. de donatio. verſi. ex his apparet: dicens, quod hodie ſecundum iura regni poterit cõueniri fideiuſſor non diſcuſſo principali. & ſic corrigitur d. authen. præſente. & ibi vide. quod idem apud Venetos ſeruatur. quod pater tenetur ſoluere ſine aliqua cõtradictione aut exceptione, vt refert Fulg. in conſ. cix. verſi. cõſiderandum eſt. Et idem apud Florentinos ſecũdum ſtatuta eorum, vt dicit Soc. in conſ. cxj. volu. ij. vbi pater Florentinus habens domicilium, ſciens filium negotiari, & exercere mercantiam in ipſa ciuitate, tenetur, niſi prohibeat, prout diſponit dictum ſtatutum. Et ſimile ſtatutum eſt in ciuitate Lucana, vt ipſe refert in conſi. xxxj. verſi. vnde quamuis pater & filius. cum verſi. ſequenti. lib. j. Quia talis conſuetudo aut ſtatutum valet, ſecundum gl. in Rub. C. de decre. decurio. li. quam Doct. ibi, & in d. l. cum filiuſa. & aliis locis ſuprà allega. communiter ſequuntur. & amplè Barba. in conſilio xcj. verſ. capio ſextam dubitationẽ. volum. iij. volens, quod tale ſtatutum non emanauit principaliter in fauorem mercatorum ſeu mercantium, nec etiam in odium ipſorum patrum, ſed potius & principaliter emanauit in fauorem filiorum, vt habili' poſſent ſe exercere in aliqua negotiatione aut trafico. Quia cum ſint in patria poteſtate conſtituti, homines ſe retraherent à mercando cum ipſis. Ideo ſtatutum ita diſponit, vt filiuſamil. poſſint ſe exercere negotian lo & traficando, & ſic cenſetur fauorabile: quia attenditur eius fauor, cuius reſpectu principaliter illud ſtatutum aut conſuetudo emanauit, vt ibi per eam vſq; ad finem, & latè conſi. v. lib. iiij. & Aret. in d. conſ. xcj. vbi verſi. iij. confirmatur, &c. nititur probare tale ſtatutum eſſe contrarium æquitati naturali. Sed primum verius, vt tenet Alb. in Rubri. ne filius pro patre. in j. quæſtio. † Tum etiam & quinto, 16
quod hic nõ fuit dicta exceptio ordinis allegata, quæ tamen ab initio ante litis conteſtatio. allegari & opponi debuit ſecundum Cinum, Baldum. Salicet. & Moder. in d. authen. præſente. & Docto. in d. c. peruenit. & Guid. Pap. in d. conſ. ciij. verſic. præterea & tertio. Ideo ſi non opponatur tenet proceſſus, d. l. ſi mãcipium. §. ſi de communi. de euictio. Peruerſio enim ordinis cauſæ ad aliam non irritat prọceſſum. l. prolatam. C. de ſenten. & interloc. & l. j. C. de appella. & licet ſit iuris non debet ſuppleri per iudicem: tamen creditor poſſet ſecundum Ange. in d. auth. præſente. contra exceptionem ordinis ſibi oppoſitam replicare quod fideiuſſori non intereſt eandem exceptionem opponere, eo quod reus ſoluendo non eſt: & pendente iudicio poteſt fieri diſcuſſio, ſi ita replicatio opponatur. l. niſi hoc actum. ff. de pact. vbi eſt gl. ſingu. & ibi per omnes. & in l. ſi. ff. certum petatur. & in l. decem. de verborum obligat. & idem Angel. in l. licet. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. & Cæpol. in cautel. cclxxv. & Bald. in d. l. j. de conuenien. fiſci debit. & Alexand. ſingul. in conſil. xxxij. lib. iiij. & Deciſ. capel.

lx Tholoſæ.quæſtio.lxxxj.& q.clxv.& Bar.& Bald.in l.ſi probatum.C.communi diuidun.&Sal.in authen. hoc ſi debitor. in xj.quæſtio. C.de pignor.& Alex.in conſ.lxviij.circa finem.vol.j.& Ang.Aret.in §.ſi quis in fraudem.inſtitu.de actio.Guid.Pap. Deciſ. Parlamen.Delphi.q.xciiij.in Abb.Sicu.in conſi.lx.in conſil.lxxxij.in ſi.vol.j.& Feli.in c.exceptionem.ver.& iſta exceptio.de except. †Quò ad ſecundam quæſt.an confeſſio filij noceat patri,Bar.in d.l.cùm filiusfami. quæ in omnes ſequuntur.ibi nemine diſcrepante, æquiparat veram probationem & ſpontaneam cõfeſſionem ipſius filij, cum deponat de facto ſuo, & vtrumq; eque prejudicet patri,vt vigore ſtatuti poſſit fieri contra patrem executio,vt ibi vide per Soci. & Iaſ.verſi.vltra ſcribentes tu pondera. Et ad iſtud intelligendum inducunt illud quod ſingulariter dicit Paul.de Caſtr.in l. quicunque. ad finem. C.de ſeruis fugitiuis,quod habetur dicto vnius ſolius teſtis,quãdo depunit de facto proprio, de eo quòd ipſe teſtis fecit, & falſificat vnus teſtis eſſe mentientibus aliis indicibus per l. quartus.§.ſi. ff.de re iud.ed.. & idem Paul. de Caſtr. in l.de ſeruis C.de teſtib.ſecundum Iaſ. qui tamen nihil ibi dicit, & ita ipſe cum allegat in plurib. conſiliis.Et ſic dicit Bald. in l.ſi quis decurio. C. de faltis.in vltima oppoſitione. Sed communiter iſtud dictum Caſtr.reprobatur.Et vide per Iaſ.in d.l. cùm filiusfamil.& in additionib. ibi per eg. in iudicãdo, ſi eſſent alia indicia, haberent tamẽ vim a parte ſuppletiuum, iuxta notata per l.in bonæfidei. Codic.de rebus credit. & iureiurand. & in l.admonendi.ff.de iureiurand. & in capit. mulieri.& in ca. fin. eod.titul. quia eſt pluſquam ſemiplena probatio.& quæ dixi ſuprà in quæſt.xj.incipien.am in curia ſeculari.Quare filius confitendo& cognoſcendo cedullas manu patris ſcriptas ac ſignatas nocet patri,ac ſi verè per teſtes (qui vidiſſẽt eum ſcribere) eſſent probatæ. & ita tenet Caſtr. conſilio cccevviij.viſo puncto ſuprà dicto, quòd pater dicti Bartholomæi.vol.antiquo.

SVMMÆ.

1 *Secretarij regis an præferantur iudicibus. & nu.* 4. §.16.& 17.
2 *Iudicem eſſe an ſit potius onus quàm honor. & nume.* 3.
6 *Preſbiteri non poſſunt eſſe notary in Francia.*
7 *Iſames poſſunt eſſe notarij.& nu.*9.
8 *Tabellionis officium vile.*
10 *Coquum eſſe an & quando ſit ars.*
11 *Medici dignitas qualis.*
12 *Principis officiary etiam coqui habent dignitatem.*
13 *Notariorum principis qualis ſit dignitas.*
14 *Chartularius quis & eius dignitas.*
15 *Secretariorum prærogatiua.*

Quæſtio CCXXII.

Secretarij ſiue Notarij domini noſtri Fráciæ regis,de quorum numero & collegio eſt ipſe princeps, & primus,an præcedant in honoribus & pompis iudices regios, & Seneſcialiorum & Baillliuorum locum tenentes.

DECISIO CCXXII.

ET † videtur quòd non præcedant iudices regios adminiſtrationem & iuriſdictionem prouinciæ habentes, l. iij.& l.potioris gradus ab inferioribus competens reuerentia tribuatur. C. de offic. recto.prouinciæ. & idẽ text. in l.j. in fi. ita vt inferior gradus meritum ſuperioris agnoſcat,& c.C.de offi. præfect. vrb. Sunt enim clariſſimi.authen. ſi vero contigerit.ibi,vna cum clariſſimo iudice.C.de iudi.& vnde ſumitur, vt differ.iud. §.ſi verò contigerit. & ſic ab omnibus honor eſt eis impendendus. l.omnem honorem. C.quando prouoc.non eſt neceſſ.quem tex.Bal.& Sal.ibi commendat.ad idem tex.in l.iudices. & ibi Luc. de Pen. & in l.penulti.C.de vetera.lib.xij. cum aliis per nos alleg. in tract.de autorita.magn. conſi.& Parlamenti regij.& tex.ſingu.in §.prætorum quoque edicta.ibi,qui honores gerunt:id eſt magiſtratus,inſtit. de iure nat. gen.& ciui.& in authe.de conſul.§.pen.vbi dicitur dignos iudices eſſe honorãdos:& ibi gl. in verbo d.gl. cum aliis per Dec.in c.vt debitus honor.de appellationibus.vbi glo.dicit,iudices ob eorum dignitatem honorandos eſſe. & idem ibi Siculus in primo notabili.inferens per illum textum,quod iudicare eſt honor.allegans text.pro hoc notabi.in l.cui muneris.ff. de munera. & honoribus. vbi conceſſa alicui muneris publici vacatione, conceſſum ei non videtur ne fiat iudex ſeu magiſtratus quoniam potius ad honorem pertinet, quam ad publica munera. & idem Siculus in eadẽ verſus.vltic.nota vltimo,ibi,honore,de immunitate eccleſiarum. † Licet in contrarium videatur textus in c.paſtoralis. in principio ibi,exonerare.de offi.lega.innuens onus potius eſſe quàm honorem, ſed ad Abbatem gloſſ.in c.ſi contra vnum.in verbo,probari.de offi.leg.lib.vj.reſpondet,quòd eſſe iudicem eſt honor & onus,per tex. in l.munerum.§. iudicãdi.ff.de muneribus & honoribus, quia in qualibet dignitate (vt inquit Abbas) principaliter verſatur onus, & ad expellendum & ſupportandum onus & munus publicum defertur dignitas d.§.iudicandi. & bonus text.in l.iij.§.primo.& ibi glo.ff. quod metus cauſa,& in cap.dilectus. ibi, ne iudicialis euanceſcat authoritas.de pœnis.c.qui epiſcopatum.viij. q.j. quare ratione eorum quæ adminiſtrat, debetur ſibi honor.& ita intelligit Abb.tex. in dicto c.vt debitus honor.& alia iura quæ innuere videntur honorẽ eſſe habere prælaturam aut officium iudicandi,ſe remittens ad no.per Arch. in prælleg. cap. qui epiſcopatum,qui ſic ſentit. †Sed prædicta dicit Car. Alex.præpoſitus Mediolanen.in d.c.vt debitus. vertic. not. ex tex.ibi honor: vera eſſe in iudicibus ordinariis,& nõ profectò in delegatis,per d.§.iudicandi,quem in delegato intelligit ſolum loqui.Et bonam reddit rationem: nam potiſſimũ inſigne dignitatis eſt præeminentia cum iuriſdictione,c.de multa. & ibi Inno.Io. And.& alij.de præb.quam ordinarij iure ſuo habent, delegati verò iuriſdictionem iure ſuo non habent, ſed iure alterius, l.more. & l. quia.ff.de iuriſdictione omnium iudicũ. latius per Præpoſit. vbi ſuprà & in fi.dicit quòd licet iudices poſiti ſint tãquam ſignum ad ſagittã:per hoc tamen negatur quin ſint in dignitate & honore maximo.& idẽ voluit Dec.ver.in glo. j.& Hier. Cagnol.in l.ij.ff.de origine iuris.& Luc.de Pen.in l.vniuerſos.C.de decurionib. lib.x. ibi decuriomatus officium onus eſt, quamuis annexũ habeat honorẽ. † Itẽ alia & potiſſima ratione.iudices enim habere videntur cognitionem cauſarum ſecretariorum,& aliorum dignitatem habentium. l.fin.verſic. ita tamen vt apud talem.C.vbi ſena. vel clari. Et ſic per illum tex probatur ipſos maiores:& dominos ſecretarios inferiores eſſe, cũ ibi etiã dicitur in ver.ſedẽdi quoq;. q; licet poſſint iudicib. cauſas expedientibus ſedere in aliqua ſecretarij parte,tamen iudicib. inferiori,& non ſuperiori,in qua iudex ſedet,vt infrà dicã. Nã & ipſi iudices ab omnibus ſalutari debent.

1

2

3

4

Quarta,

l.quarta. ibi,in ſalutatione iudicũ. C. de prinçipibus agentium in rebus. libro duodecimo & tex. celebris in auth.de cõſulibus.§.ſinautem mediocrè. collatio. iiij. ¶† In contrarium videtur notarios ſeu regis ſecretarios debere præcedere iudices ordinarios Regios,ac generales & particulares locumtenentes.primo quod licet tabellionis ſeu notarij officiũ ſit vtile d.l.vniuerſos. de decurionib. rationẽ cuius Imperator prohibet omnibus decurionib. conſiliariis, ſiue conſulibus,aut ſcabinis,ſeu iuratis ciuitatum,tale notariatus officium eo tempore exercere, & ibi gl.Bar. Bal.Io.de Pla.Iac.Rebuf.Luc.de Pen.ſuper rub.verſi. à tabellionum debent officiis temperare. & idem de doctoribus,religioſis, & presbyteris, vt notat glo.& docto.in c.vt officium.de hæreticis.lib.vj.& per Abbatem in c.ſententiam ſanguinis. ne clerici vel monach.†De presbyteris,qui in hoc Francię regno non poſſunt eſſe notarij regales, habemus ordinationes & conſtitutiones regni,vt alibi dixi. †Et ſic infamia laborantes illud exercere poſſunt,vt voluit Bart.in l. eadem hac leg.ff. ad l.Iuliam repetundarum. dicens notarium communem ſeu publicum acta ſolum & geſta inter promptos recipientẽ ac infamia notatum,à notariatu nõ repelli, ſignanter ſi erat in poſſeſſione illius. Tamẽ ſecus dicit in notario ſeu ſecretario principis,qui habet dignitatẽ, quam infamis exercere nõ poteſt.l.ſecunda.C.de dignitatibus. li.xij. vel (vt inquit) ſi ad bancum tanquam graffarius iudicis exercẽdum fuerit deputatus: & magis ſi à principe commiſſus, vt in ſupremis curiis, vel Seneſchallorum, & eius concluſio probatur per l.j.& ij.C.de primicerio & ſecundicerio.lib.xij.& l.j. C. de mandatis principum.ibi ſecretis,& inde ſecretarius,vt infrà dicam.& ibi eum ſequuntur Bal.Caſt. & Salic. & idem Bo.de Curtili in trac.nobilitatis,nu.143.aliàs notariatus officium non eſt dignitas, ſed munus, l.fin.cum ſua gl. qui militare non poſſunt.& talos dicũtur ſerui publi. l.non aliter.ff.de adoptioni.& gl.in §.ſerui. inſtitut. de iure.perſon.& ibi Ang.Aret.idem tenet, & Lucas Mat.in d.rubri.de primicerio,in prin.verſi.& nõ.ibi, non autem eſt accipiendum. & Bal.in l.Caſſius.verſ. & nota.quòd officium tabellionis. ff.de ſenatoribus. dicens ſequendo Bart. quòd † licet tabellionis officium dicatur vile, d.l.vniuerſos. tamen ſi tranſeat in ſpeciale nomen maioris officij eſt dignitas, d. l.j. de primicerio. Et idem dicit in procuratore, vt dixi in præcedenti q.& idem Bal.in ca.poſt ceſſionem.&ibi Barb.num.lvij.de probationibus. & Sicul.in ca.cùm dilectus.& etiam Fe.in.ver. tertia declaratio. de fide inſtrumento.vbi allegat Calde.idem tenere conſi.ij. tit.de fide inſtrumentorum.& Ang.Aretin.in §.fi.de exceptio.& Iaco.Rebuf.in d.l.j.& ij.verſi.quæro vtrũ notarij noſtri.de primicerio.& idem Lupus in repetitione ca.per veſtras.num.vij. cum ſequenti. de donationibus inter virum & vxorem. Licet † Lucas de Penna in d.l.vniuerſis.teneat contra Bart.& alios iuris profeſſores eum ſequentes, quòd infamis nõ poteſt eſſe tabellio, cum ſit dignitas. & idem dicit in l. neque famoſis.in verſ. dignitates. dicens Bartol.maximam dixiſſe falſitatem. & idem Ioann. de Graſſis in tractat. de ſubſtantia lib. procuratorij, in verb. in quorum.numer.iij.quia notarij debent eſſe periti, vt ſibi & partibus conſulere valeant, pro quo eſt glo.in l.fina.& ibi Doct.C.de tabula.lib.x. & alibi dixi. Sed opinio Bar.eſt communior. Quemadmodũ dicimus de coquo,cuius officium eſt vile, l.legatis ſeruis. §.ſi ex officio.& l.ſeruis vrbanis. §.ſeruis lecticariis. ff.de leg.iij.& gloſſ.in l. cui balnei. quibus modis vſusfructus amittatur.& Iac.de ſancto Georg.in l.j.nume.ij. ff.de iuriſdi.omnium iudi.& Franc. de Pauinis in tra ta.de offi.& poteſta.cap.in præludio. verſi. ſecundò promitto imò artificium,& ſic ars dici poteſt,l.quid venditor.§.venditor. qui optimum coquum eſſe dixerit, optimum in eo artificio præſtare debet &c.ff. de ædil.edict.& ibi Bal.in ij.not.dicit facere pro ſtatuto gabellã imponente exercenti artem: vt coquus ſoluere teneatur.Idem Ro.ſing.dclj.incho.Nunquid eſſe coquum.& Franc.de Crema.ſingu.xcviij.ſtatuto cauetur.†Circa quod Cæpol. in §. venditur. diſtinguit ſequendo glo.in præalleg.§.ſi ex officio. Aut eſt coquus ciborum groſſorum vel communium,veluti coqui ſcholarium & religioſorum, qui faciunt groſſo modo coquinam.ca.neque tales.ibi,& facilior apparatus eſt.& arte impendiſque coquorum non indiget.de conſecr.diſtin.v. & iſti non comprehendũtur ſub ſtatuto.d.§.ex officio.qui iuncta gloſſ.videtur loqui in præpoſitis coquinæ: dum ibi dicit coquum nomen officij,cum erat viſitator cibariorum.Aut eſt coquus ſubtilium & lautiſſimorum ciborum, vt coquus Papæ,Imperatoris, Regis, & ſimilium,vel epiſcoporũ:quosvix cautela diuerſorum coquorum poteſt ſatiare,vt atteſtatur gloſ. in c.cùm Apoſtolus. in verbo,ſumptuoſis.de cẽſi.&Probus in c.nemo deinceps.nu.xxxvj.de electioni.libr.vj. & iſti dicuntur ſecundum Cæpolam dignitatem habere, & non officium.& etiam Bal.in rub.de feud.gardiæ.& eſt additio,quæ non eſt in originali inſerta:& non comprehendũtur ſub ſtatuto. Si verò ſunt communes coqui laudatiſſimi,qui per villã in nuptiis, conuiuiis & feſtiuis coquinam faciunt,iſti bene comprehenduntur in ſtatuto,quoniam artem facere dicuntur d.§. venditor.& idem Ioann.And.in cap.j.de ſagitta.per tex. in d.c.neque tales.de conſecra.diſtin.v.& Fel.in rub. de offi.deleg. ver.tribus modis. & Dec.in rub.de offi.eius.nu.vij. Si verò loquimur in coquis præſidũ & conſiliariorũ,ac cæterorũ nobiliũ, qui hodie magnã tenent menſam duorũ eſcariorũ plenã, de quo gloriantur valde,vt dixi ſuprà.q.cxvij. exordiente, Iudex depaſtus eſt.ver.ſed Deus nouit. & iſti etiam cũ meliores ſint,non comprehenduntur, per text.in d.c.ex officio.ibi mediocrem coquum &c. † Et idem probatur in medico, cuius ſtatus non eſt dignitas, cùm æquiparetur obſtetricibus,l.ſi duobus.primo reſpon. C.communia de legatis, & gloſſ.in c. non ſanè.xiij. quæſtio.v. Tamen ſi principis fuerit medicus,ſecus, cũ tunc Comiti æquiparetur. l.j. C.de comitibus archiatr.libro xij.& ibi Alciatus.& Ant.Corſet. in tracta.de poteſtate Regia.q.xcv.poſt prin.& Iacob.Bonardi de Sanceto in apoſtil.tracta.Io. de terra rubea. artic.x.in verbo,officia. & dixi regula, infamibus. in vlti. additione.de reg.iur.lib.vj. Vnde notarij Principis aut Papæ appellantur prothonotarij,ſecundum Bald.& Barba.in d.c. poſt ceſſionẽ & Luc. de Penna in allegata rub.de primice.ver. & no. quòd quidam. †Quare concludunt Doct.notarium,ſeu ſecretarium procuratorẽ, medicum & coquum principis vel Reginæ dignitatem habere: idem in aliis officiariis ſeruitio principis deſeruientibus,vt dicit Luc.de Penna in prędicta rub.ver.& nota.†Et quòd notarij Principis habeant dignitatem,probatur in d.l. ſecunda, ibi nobilem.vbi Luc.de Penna allegat. pro hoc Eccleſi. x. cap. In Manu Dei poteſtas hominis. & ſuper faciem ſcribę imponet honorem.Et idem Guliel.Rouille in ſuo iuſtitiæ atque iniuſtitię compendio.li.iij. c.iiij.tit.de notario.ver.itẽ dicuntur habere officium honoris & ſpectabilis.d.l.j.de primicerio. & Luc. de Pẽna poſt gl.ſuper rub.co.tit.quãuis intelligat de primicerio notariorũ, qui ſcilicet primo eſt ſcriptus in

notariorum matricula.l.penult.§.comites. C.metatis & epideme.lib.xij.Et etiam clariſſimi,vt auth.ſcriptum exemplar.ibi, primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum.vbi eadem verba xij.repetuntur vicibus:& per illum text.probantur clariſſimi. Ad idem tex.in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§. ſic igitur.& in l.laudabilē.verſi.& potſ quam. ibi,eos clarıtimorum virorum inſeri cōſortio, tribunorum ſacras ſolitas epiſtolas &c.& in l.reſtituēdæ.§.ſacras. ibi,viri clariſſimi tribuni prætoriani & notarij. C.de aduocatis diuerſorum iudicum.quod eſt contra Purpu.in l.quæcunquie.nu.299.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſd.dicētem ipſos habere dignitatem, non tamen probari aliquo tex.eſſe clariſſimos, imò fortius probatur per tex.in d.authent.ſcriptum exemplar.quòd quamu s ſint principis ſcriptores, tamen eis permiſſum eſt pro ſcripturis priuilegiorū & reſcriptorum ſeu literarum à principe vel eius cancellaria emanatarum petere ſalarium. & tenet Luc. de Penna in d. rubric.de primicerio.ver.ſcias. & de Puteo in ſyndicatu,in verbo iuramentum officiale, quod bene obſeruant ſecretarij,vt vidi in curia.Quinimo notarius principis primicerius dicitur, qui primum tenet locum ſeu honorem inter notarios primus,vt dicit Alciatus ſuper iam dicta rubr.de primicerio.& Iac.Bonard.in apoſtil.ad opus Io. de terra Rubea. in proœmio,in verb.cultodiunt. Et ſequens dicitur ſecundicerius, qui ſecundum locum tenet, & ſic de aliis per ordinem deſcriptis. Vnde ſi in hoc loquamur regno de primicerio notariorum, intelligitur de domino noſtro rege,qui eſt caput,& de ordine centū numero notariorum ſuorum primus, vt audiui ſemper in magno exiſtente cōſilio, ratione cuius omnes ſecretarij dignitatem & honorem conſequuntur, & proximi ſacrorum ſcriniorum appellantur,quia diſpoſitiones,epiſtolas,& mandata recipiunt.l.prima. C.de proximis ſacrorum ſcriniorum.libro xij. vbi Luc.de Penna dicit,tales proximos hodie eſſe in Regno notarios cācellariæ & eos vocari diſpoſitionum comites,l.proximos.eodem tit.Aut ſecundum eum in rubric.Codi.de præpoſitis ſacri cubiculi. libro duodecimo.dici poſſunt cubicularij,quia in cubiculo principis erat quidam magnificentiſſimus ſerens officiū, qui chartularius vocatur.†Et huius fortè inter cætera erat officium,vt codicilli,id eſt, literæ commiſſionales,& iuriſdictionum, quæ diuerſis mandabantur magiſtratibus,& quæ manu principis erant ſubſcribendæ,expedirentur, l.penultima & finali. C. de diuerſis officiis.libro duodecimo. cum aliis per eum allegat. Et hoc probat text in prædicta authenti. vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§.ſic igitur.ibi, poſt prin.præſente quoque magnificentiſſimo chartulario ſacrorū noſtrorum cubiculorū, qui codicillis his apud nos miniſtrat &c.Ex eo, vt ait, chartularij ſacri cubiculi dicti, quia ipſius penetralia frequenter intrabant, vel ſunt hodie ſecretarij qui ſecretiora ſcribūt commiſſa,dictant,& explicant quæ princeps in ſecreto,puta in cubiculo, iubet & ordinat, & hi prothonotarij erant,vt patet in dicta authenti ſcriptum exem.) maiores primicerio notariorum. Et idem Chaſſinæus in noua conſideratione. vj. partis cathalogi gloriæ mundi. Ideo eorum dignitas non modica, de qua ſe remittit Purpura.vbi ſuprà,adPyrrhum.libro primo magiſtratuum.ad Budæum in l.vnica. de officio præfecti prætoris.&in l.nec quicquam.ff. de officio.proconſulis. & etiam ad Alciatum citata maximè epiſtola.quam Athalaricus Gothorum Rex ſcripſit ad ſenatores Romanos &c. credo quod voluit allegare Alciatum in d. rubr. de primicerio, illius memor ac plurium aliorum,ſignanter Caſſiodori epiſt. libr. ſexto.in forma comitiuæ ſacrarum largit. & primiceriatus,vbi ad publicæ, inquit, feſtiuitatis indicium locum quoque primiceriatus adiungimus.parum eſt autem quod prouinciarum iudices tuæ ſubiaceant dignitati &c.& quæ ſequuntur,vt ibi per eum, & latius longè & late Luc.de Penna in rubric. prædicta. verſi. nota quod primiceriatus.vbi totam Caſſiodori epiſtolam ſextam varie inſerit. & idem Vdalricus Zazius in l.ſecund.pag.lxxix.in verbo, ſcriba. ff.de orig.iuris,ſcholia. (mirum quod ambo non viderint Lucam) vbi Zazius primò ponit qualis eſſe debeat, qui ad hanc admittitur dignitatem, quoniam apud Græcos honorificum ſcribæ munus erat. Secundò plures regum & Romanorum Imperatorum ſcribas ſeu ſecretarios & eorum laudes enumerat,qui maximo honore apud dominos fuere:& ipſos pariter Alciatum & Zazium refert, & ſequitur Hieronym. Cagno.in dicta l.ſecunda.numero 107.de origine iuris. Tertiò Zazius priuilegia, ac ipſorum prærogatiuas enarrat:& certe quicquid (vt ipſe ait) Romana vetuſtas ſtatuerit,principum ſcribas, ſiue eos cācellarios, l.conſiliarios iudicum & cancellarios.C.de aſſeſſo.& domeſti.& cancellariis iudicum,ſiue ſecretarios, dicta l.vnica. de mandatis principum. ſiue ſacri ſcrinij proximos,d.l.j.de proxim.ſacrorum ſcriniorum,ſiue libellorū magiſtros,ſcilicet nominet, l.præcipimus. verſicul. Noſtri verò libellenſes. C.de appellation.& authenti.de iudiciis.§.de vnoquoque.ſiue aliis etiam nominibus,vt per gloſſ.& Ioan. de Plat. in rub.C.de tabulariis. libr.x. & Guilelmus Ronille in ſuo iuſtitiæ atque iniuſtitiæ compend.lib.iij.titu. de notariis. cap.iiij.Tamen magni ſemper apud principes momenti fuiſſe manifeſtum eſt: conſtitutiones quoque principum multis eos qui ſacri ſcrinij ſunt, ornauerunt priuilegiis.Nam ea dignitate funguntur qua vicarij principis: acceſſus ad principem eis ſemper cōceditur, & eſt eis poteſtas ſedendi cum iudicibus, vt dictum eſt per tex.in d.l.ſi.verſi. ita tamen. ibi,ſedēdi quoque.& verſ.quoties autem viri illuſtres. & ibi, ſedendi cùm celebratur cognitio. vbi ſenat. vel clariſſi. Et hoc quando contra eos ex principis commiſſione cognoſcunt, aliàs non, ſed per principem cognoſci debet: quoniam ordinarij non ſunt in criminibus iudices ſecretariorum vt ibi probatur: & aliud etiam probatur,conſtitutos in dignitate ſedere debere cum iudice pendēte de eo accuſatione, & quando contra eoſdem cauſa placitatur, ſed nō ſedent quando ſe defendunt & loquuntur, vt tenet gloſſ. ibi in verbo ſedendi. per illum text. in verſic.ita tamen vt huiuſmodi viri ſedendi quidem in cognitionibus dicendis minimè ſibi vēdicent facultatem. Ad hoc eſt bonus text.in l.j.C.de offic.ciuilium iudic.vbi Doct. aduocati,dum cauſæ merita vel facta panduntur,non habent ſedendi cum iudice facultatem. & idem in l. quiſquis.C.de poſtulan. ſecus eſt quando non poſtulant,l.ſi.vbi eſt tex.celebris. C.de officio diuerſorum iudicum. ibi, aut ſedendi cum iudice ſocietas denegata. ad idem text. de verbo ad verbum in l.ij. C.de proximis ſacrorum ſcrinio. libro xij. & Felin.ſuper Rubri. de magiſtra.tamen Bald.in d.l.ſi. vbi ſenat.vel clariſſi. ſimm. argu. pro epiſcopis accuſatis, quòd ſedere & non ſtare debeant aliquantulum inferius à cognitore cauſæ.& idem Salic.ibi & Feli. in rubr.de maioritate & obedientia.ver.& qui ſedet. vbi etiam extendit ad omnes conſiſtoriales principis in verbo, & adde.ſed Purpu.in d.l.quæcunque. nu.clxv. de officio eius,reprehendit Bald.ibi,&nu.clxvj.de quo vide Anton.Coſet.in tractat.de poteſtate regia. quæſtio.

Digitized by Google

ſtio.lvij.qui allegat Barba.in c.ad falſariorum,de crimine falſi,quem ibi non habeo. ſed prædicta intelligit Paul.de Caſtr.in d.l.ſi.vbi ſenat.vel clariſ.quando conueniuntur in prouinciis,vbi non ſunt magni iudices,ſecus ſi cõueniantur in curia Romana, vel Cõſtantinopolitana,vbi ſunt magni iudices: tunc cum iudicibus accuſatione pendente ſedebunt. & ſic (vt inquit)intelligi debet tex.in d.l.ſi.verſi. ita tamen.& alij ſupra allegati.& text. in auth. vt ab illuſtribus.& quæ ſuper eam ſint, ne cogantur ſedere cum iudicib. aut ſtare rurſus tanquam litigantes &c.& gloſ.in authentic.hoc ius.C. de procurator. in verb.vſque. & idem Bal.in l.iubemus.§.ſi.C.de epiſcop.& cleri.dicens per illum tex. Cardi. debere comparere coram citante,quia ſemper citans eſt maior citato,& venerabilior eo in cauſa quæ agitur coram ipſo.Et ita ſeruatur in curiis ſupremis huius Regni, quia tales accuſati iuxta eorum aduocatos cooperto ſtant capite: niſi quando aduocati, aut procurator regius contra eos proponit, quia tunc capite extant diſcooperto: niſi quando agitur de crimine læſæ maieſtat. diuinæ aut temporalis, cum reatus tunc omnem honorem excludat.l.prima.in fin.vbi ſenato.vel clariſ. ſedebũt tunc ſuper ſcabellũ & ſellam paruam: aliàs ſecretarij non accuſati a audientiam curiæ intrant, & in ſcamnis inferioribus poſt Seneſchallos,& ante eorum locum tenentes,& iudices regios ſedent: ergo nulla contra eos eſſet iuſta accuſatione æqualiter cum ordinariis inferioribus parũ ſe ledant: extra vero curiam ipſorum, & ſecundum iudicariam præcedere eos debent: arg. tex. in
15 præallegat. † Alia etiam ratione, quia ad extraordinaria munera vel tributa nec ipſi, nec liberi, neque alij de familia ſubeunda cogantur, & aliis de iure priuilegiatis & priuilegia fortiuntur,quæ ex d. l.j.ff.de per.mer.colligantur,& aliis iuribus per ipſum Zanam vbi ſupra ante finem adductis.Præterea (inquit) vt ait Imo.in c.cum nobis. de teſtibus.) dignatur tare communi iudices, quamuis iuriſdictionem non habeant contentioſam,ſed ſolum voluntariam.Et in aliquibus in locis, vt in Thuſcia, Chartularij iudices vocantur,vt no.Bar.in l.iubemus.§.ſane. circa finem.verſ.non obſtat.C.de ſacroſanctis eccleſiis.cum aliis per Alexan.ibi in addi.alleg.& per nos in §.vj.in gloſſ.j. de iuriſdi. omnium iudicum. libro conſuetudi.Bitur. Quinimo ſecundum Bart.& Paul. de Caſt.in dicto §.ſanè.ante finem.verſi.vltimo,habent cõtentioſam in breuibus cauſis, in quibus ſicut creditur verbo ſuo, & ita eorũ ſcripturæ. per not.in auth.niſi breuiores.C.de ſent.ex breu. reci. & Mat-
16 thæ.de Mateſi.in ſuo primo not. ſiue ſingul. † Quid dicendum? & videtur ſecretarios debere iudices præcedere,vt volunt Pet.de Bellaga in tract. de forma & ordine ſedendi. nu.7. vbi dicit eos ad latus principis dextrum, & ante præſides prouinciarum collocãdos fore. Sed ipſe loquitur de principali & vnico Regis Arragonum ſecretario,cui arcana principis committuntur,de quo videtur tex.in l.proximos. in fin.C.de proxim.ſacro.ſcrinii.& glo.j. quæ ſunt Pla.in l.prima. eodem titu.& ille præfertur omnibus aliis, & ſic intelligitur Lucas de Penna in rubric.de præpoſit.ſacri cubicul.& Chaſſan.in catalo. gloriæ mundi. in noua cõſideratione vj.partis. dicens tales apud nos appellari ſecretarios mandatorum,qui ſunt quatuor,vt ibi per eum,& hi ſunt maiores omnibus aliis ſecretariis & præferendi. Sed ipſi non loquuntur de aliis ſecretarius domini noſtri Regis, qui centum (vt dictum eſt) habet, quos alij mundi principes in tanto non habent numero æquè principales, eiuſdem poteſtatis & dignitatis,quoniam primo ſecretario præſenti princeps officia commendat recipienda, vt plures vidi.Et illos Petr.de Bellug.vbi ſupra numer.x. prothonotarios vocat: quos in ordine poſt præſides & magiſtros rationales ponit & collocat: vel poſſunt appellari apocriſarij, c. ſignificaſti. de election.quia ſecundum eum tales prothonotarij præterea nos ſe credunt prędictis magiſtris rationalibus,de quorum poteſtate dixi quæſtio ccxcv. inci. compotus. Sed in hoc, & in aliis officiariis dicit ſeruandam eſſe conſuetudinem & ſtylum curiæ regię.l.prima.ff.de albo. ſcriben.quia ipſi (vt inquit) quodammodo videntur regię maieſtati aſſidere.allegat l.vnicam.C.de magiſtra.ſcriben.quę eſt conſtitutio Greca.libro xij.quoniam tales notarij ſiue ſecretarij Regum ſolent ad,& ſuper negligentia &accuſatione iudicum informandum,& principi referendum deſtinari & deputari.l. vna.C.de off.comi.ſacra largit.Et poſt notarios ſubnectit ipſe de Belluga bailliuos &generales prouinciarum rectores:ergo magis præcedẽt eorum locum tenentes & cæteros iudices regios. pro hoc videtur tex.in §.ſuper hoc iubemus.in auth.vt nulli iudicum. ibi,neque ſcrinarij,neque iudices,neque alij &c.† Ex 17
quibus omnibus elicienda videtur concluſio,ſecretarios ſi conſtat in aliqua prouincia aut ciuitate ab ipſo principe commiſſarios ob cauſam præfixam, aut aliam peragendam fuiſſe deputatos, & datos,aut ibi ſtatum ſuum & cancellariam cum dominio cancellarię,vel alio ſigilli cuſtodie exercere, & ſequi illum,præcedere debere locum tenentes & alios iudices,prout faciunt hic Bar.deg. qui in audientia & ſedibus curiæ præcedunt omnes,exceptis Seneſchallis, qui priorem ſcamni partem habent. Si vero ſint alterius ſolum ciuitatis habitatores, & commorantes, vt in caſu noſtro,quod ambo ſine alti loci mutatione in via facienda pari ambulent paſſu,iudex ſcilicet ad dextram primo,& ſecretarius ad ſiniſtram, ar.dictæ l.j.C.de offi præfecti vrbis.& c.j.de offic.delega. ſic enim Rex dominus noſter cum Imperatore incedebat, ac pari incęſſu per vnam portã ſimul tranſibant,vt refert Guido Pap. q.ccxxix.& dixi in tracta. de authoritate magni conſilij.in addit. magna.num. xlvij.verſi.ſed de Imperatore.& idem Franc.Purp.in l.quæcunque.num.cxx.de offic. eius cui mand.eſt iuriſdi.quia licet ambo clariſſimi ſint, iudex tamen in territorio ſuo maior,vt dicit in ſimili gloſſ.in l.apud eum.ff.de manumiſſio. & ibi Bened. de Plumb.cum aliis per nos in addi.allegatis. & in d. tracta. de authorit.magni.conſi. Niſi aliter de conſuetudine ſeruaretur,quæ in hoc attendi debet. In qua ſe fundauit curia in cauſa & proceſſu moto inter Segonda Regis ſecretarium ex vna, & iudicem maiorem, ac locum tenentem Seneſchalli Agenen. Quare partes ſuper conſuetudine & modo incedendi, ac vnum alium præcedendi appunctauit.

SVMMÆ.

1 *Promouẽri qui intra annum debent, ſi non promoueantur,quæ ſit pœna.*
2 *Inhabilium ad electionem cum proteſtatione admiſſio.*
3 *Ordinis defectus maior quàm etatis.*
4 *Inhabilis ſi ad electionẽ cum proteſtatione admittatur,an valeat.nu.5.& 6.*

Queſtio CCXXIII.

Sed quid, ſinguli canonici eccleſiæ ſecularis & collegiatæ ſancti Æmiliani de ſancto Æmiliano Burdegalen. diœceſ. tenentur ex inſtitutione & electione illius per Clementem quintum facta, ad ſacrum ordinem eidem annexum intra

annum à tempore Pacificæ possessionis adeptæ temporibus statutis promoueri, & suscipere impedimento cessante: aliquin eisdem præbendis fiat ipso facto priuati: nec interim vocem in capitulo habent quoquo modo, ac in locum illorum capitulum habet intra xxx. dies alios subrogare, & in negligẽtiam dominus Burdeg. Archiepiscopus. Quæ quidem verba repetuntur, vt in ipsa electione latius continetur. Modò certi canonici de eorum præbenda pacifici, & quieti non fuerunt intra annum ad sacros ordines, sed aliqui post vnũ, & alij post plures annos promoti. Contigit longè post promotionem decanatum (qui caput est, & prima ipsius ecclesiæ dignitas) vacare. Quæritur, an tales canonici sic post annum promoti, & per decanum & capitulum, qui habent conferre, & in casu præmisso destituere, tolerati in omnibus actibus capitularibus electionem præcedentibus, possint eligere, & vox eorum computari.

DECISIO CCXXIII.

1 IT † quasi videtur per cundẽ Clementem sic fuisse in Clement. vt hi qui. de ætate & qualita. ordinatum: nisi quod eos non priuat beneficio, vt ibi patet, iuncta glossa, super verbo, in posterum, quæ vult quod licet per illam Clemẽtinam non priuantur beneficio intra annum non promoti, tamen si ecclesiæ fuerit expediens ad sacros ordines (etiam si non sint annexi) promoueri: possunt (si renuerint) beneficio priuari. capit. quæris. eodem titul. in antiq. & ibi idem Ioann. Andr. quem sequitur Abb. Sicul. in tertia opposit. & glo. in c. cùm in cunctis. §. inferiora. in verbo, remoueantur. & ibi Abba. Sicul. de elect. de quo latius per gloss. in capitul. licet canon. in verbo, priuatus. eodem titul. libro vj. vbi distinguit an beneficiatus possit compelli ad sacros ordines suscipiendos suo beneficio annexos: quoniam si sine iusta impedimenti causa intra annum non promoueatur, eo tunc elapso est ipso iure (si parochialis fuerit ecclesia) priuatus. d. c. licet canon. circa fi. Si verò fuerit aliud beneficium, & nolit monitus promoueri, priuandus est d. §. inferiora. & ibi Abb. in vltimo no. d. clem. vt hi qui. in fine, vers. pœnis alius. & interim perdit vocem in capitulo, & partẽ dimidiam distributionum quotidianarum cle. vt hi qui. §. illi verò qui dignitates. cum ver. seq. & in clemen. ne in agro. §. cæterum. de statu monacho. quamuis in casu dicti §. cæterum. scilicet in prioratibus conuentualibus, non requiratur aliqua præcedens monitio. de quo vidi consultum per dominum & præceptorem meum Anton. Ray. in vulgari paruum Papam appellatum, pro priore conuentus nostræ dominæ de Lespinasse ciuitatis Amillani Ruthenẽ. dioœcef. nec etiam in ecclesiis parochialibus collegiatis cap. statutum. de elect. libr. vj. tenet Abba. in d. §. inferiora. in vltimo not. quem sequuntur Dom. in. Anch. & Francus, in d. c. licet cano. Tamen si tales ex defectu ordinum inhabiles voce carentes per alios habiles admittantur, cùm protestatione quòd non admittunt eos ad eligendum &c. vox tamen eorum non augebit numerũ, nec vitiabit electionem, vt tenet gl. in d. clemen. vt hi qui. in verbo. non concedatur. quam ibi sequuntur Doct. suprà alleg. & idem Ioan. And. in regula quod alicui suo nomine. de regul iur. & Abb. Sicul. in d. c. illa. de elect. cum aliis per nos allega. in addi. ad Mandago. in tracta. de elect. c. xx. super verbo, non admittuntur. † & ibi ample de admissione aliorum inhabilium ad electionem cum protestatione, ita quod episcop' vel archiepiscopus cum eis dispensare non posset, vt tenet gl. in d. clemen. vt hi qui. in verbo, concedatur. & hoc per illum text. in vers. nullo modo. & sequitur Abba. in d. §. inferiora. vers. in glo. super verbo, vicesimum. † dicens respondendo ad capitulum præterea. de ætate & qualita. maiorem esse defectum ordinis quàm ætatis, & sic debet intelligi bulla erectionis: quæ nec Doctores dicunt in casu nostro, quando tales canonici post annum promoti, & sic ipso iure per statutum seu priuilegium erectionis beneficio priuati, ad electionem cum protestatione fuerũt admissi, quòd valeat electio, & quod eorum vox computetur, vel non. † Et videtur quod non valeat, per ea quæ not. gl. in d. clemen. vt hi qui. in verbo, in posterum. dum per illam dicit tales non promotos non priuari beneficio, sed solùm voce: ergo secus videtur, si eos (vt facit priuilegium) priuasset beneficio, quòd in posterum nihil validum agere posset. vnde electio prædicta facta contra priuilegium ecclesiæ & tenorem illius expressum, licet non sit ipso iure nulla, venit tamen retractanda. vt dicit text. in c. considerauimus. quem ad hoc not. Abb. Sicul. in secundo not. de electio. & Bar. in tractatu suo de episcopo. parte tertia. Signanter cùm in possessione eligendi decanum nunquam antea fuerint, quamuis in aliis actibus capitularibus fuissent tolerati, & sine protestatione admissi, vt volunt Doctores, insuper Abba. in cap. Cuman. de elect. Et quod ab initio non valuit, tractu tẽporis non firmatur. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. & ibi Decius. quoniam hic tempore collationis præbẽdæ non erant in sacris, nec longè post annum: & sic magis inhabiles: quia ipso facto per priuilegium priuati fuerunt canonia & voce in capitu. Vnde legitimatio personæ & vocis per receptionem ordinum eosdem non habilitat, nec ad electionem capaces reddit. pro hoc facit quod in simili tradit Decius ibi, num. 5. & 6. quòd electio facta de bannito, qui non potest esse de prioribus (statuto ita disponente) est nulla, quæ non confirmatur, quamuis postea rehabilitatus sit, alleg. Bal. in rub. C. de cond. ob turpem causam. circa finem. quem ibi. nec in ff. inueni. & etiam c. si eo tempore, de rescr. libr. vj. † In contrarium vi- 5
detur ipsos non fore beneficiis priuatos absque monitione præceden. vt dictum est suprà. & tenent domini de Rota in terminis Decisio. cviij. alias decis. j. exordiẽte, Nota quòd vbi aliquis permutauit. & Decisio. ccccxx. alias decisio. iij. tit. de pœn. inchoante, Nota quod tenent capellaniam requirentem sacerdotium in antiq. & gl. in prag. sanctione. titu. de collatio. §. ordinat hæc sancta. in verbo, residentiæ. quia d. c. licet. est pœnale, & non debet extendi extra casum suum. argument. capitul. statutum. eo. titu. & lib. & idem Abbas Sicu. in capit. dudum. de elect. Et minus absque declaratoria sententia interuenire, non quidẽ super priuatione præbendæ expressa (viso priuilegio) sed super subrogatione aliorũ, seu collatione præbendarum aliis facienda, quam non fecerunt decanus & canonici, & quam anno promotionis elapso intra xxx. dies facere tenebantur, & in eorum negligentia Burdegalen. archiepiscopus: prout per priuilegium prædictum fieri mandabatur. Vnde ante monitionem & subrogationem aliorum in locum ipsorum factam, non censentur priuati, vt Docto. suprà allega. & pro hoc faciunt nota. per Bar. & amplè Alex. in l. Imperator. ff. de iure fisci. per text. in capit. cùm secundum leges. de hære. lib. vj. & in l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiestatis. & plenè Felin. in capit. Rodulphus. in vers. Sed declaratoria sententia. de rescr. & in ca. si diligenti. post Andr. Barbat. de foro competent. cum aliis per nos (in quæst. cclxiiij. inchoante, an soror alicuius incestas nuptias) allegatis. Et sic

reman-

Digitized by

remanſerunt longo tempore in eodem beneficio & poſſeſſione poſt promotionem ad ordines,& eadem tolerari in eccleſia & capitulo, tanquam veri canonici,proprio vtentes iure & poſſeſſione vocis ad electionem vſque inclusiuè: de cuius confirmatione agitatur corã egregio & peritiſſimo viro domino Ioann. de Barola ſecum adiuncto & collega, domino Bertrando de Barſac Regiis conſiliariis,ac dominis de Briando de Vallec, Bertrando de Mõcaup,etiam in eadẽ curia conſiliariis,& nobis Boërio præſide de conſenſu partium vocatis. † Vnde 6
votum eorum in electione iam dicta præſtitũ (niſi aliud eis crimen aut excommunicationis impedimentum obſtet)valet,per ea quæ not.Hoſti.Cardi. Abb.Galen.& Felin.in c.illud. de præſumptio. volentes rectorem diu in eccleſia toleratum fuiſſe legitimè inſtitutum,vt ibi,& per nos in regula beneficium.in ij.add.ad Din.de reg.iur. lib.vj. Nam canonicus non eligitur de iure communi, ſed recipitur.c.cùm in eccleſiis.de præbend.lib.vj. c.cùm M. Ferrarienſis.de conſtit.& Cardin. conſil.ciij. caſus ſuper quo.verſic.vij.in canonicalibus. & Felin.in c. in noſtra.corr.xxxij.& de Ripa.lib.ij.reſpõ. cxxxiiij. nn.iiij.& Cardin.conſi.cviij.dicens quòd ſi canonici tolerauerint in eorum eccleſia aliquem in canonicum,& ipſum ad actus admiſerint capitulares per longum tempus,licet non acquirat titulum,vel aliquod ius in canonicatu, tamen tãquam poſſeſſor facit fructus ſuos,per tex.in c.relatum. & c.dilecto. de præbend. nec corruit eorum vox prætextu proteſtationis aliorum ante electionem factæ, vt concludit Abb.in d. c. Cumana.verſi.ego tamen aliter dicerem. ex quo enim actus eis competebat iure eorum proprio dandi vocem, licet ex permiſſione aliarum reſtringatur, tamen in dubio non videtur contemnere eius proprium: nec tacendo acquieſcere proteſtationi, ſed potius intrare capitulum, ſuam continuando poſſeſſionem, vt ibi per eum. Præterea illud priuilegium à tempore conceſſionis in hoc caſu nunquam obſeruatum, nec ad priuationem ob defectum ſacrorum ordinum non ſuſceptorum(quod appareat)proceſſum:ideo per non vſum ſuit amiſſum,l.rem non nouam. & ibi Iſon. C.de iudiciis.& l.j.C.de nũd. & c.cùm acceſſiſſent. & ibi poſt omnes Fel.de conſtitu. ad hoc gl.in c.fi. de conſuet. lib vj. cum aliis per nos allegatis in §.j. in gl.penul.exord.Et nota quòd nõ ſolùm. de præſcrip.libro conſue.Bitor.Tum licet canonicus non ſit in ſacris tempore vacationis eccleſiæ, ſufficit tamen quod tempore electionis fiendæ reperiatur in ſacris, vt electioni intereſſe,& vocem dare poſſit, vt tenet gl.in d.clemen. vt hi qui.in verb. conſtitutus.in princip. quam ibi approbant Zabarel. q.xiij. Imo.& Abb.Sicu.alleg.bonum tex.in cap.ei qui.de præben.lib.xj. Et ſecundùm hanc partem nos concluſimus.Præterea iuxta bullam prędictam erectionis debent eſſe xiij.præbendæ,v. ſcilicet ſacerdotales,iiij. diaconales,& iiij. ſubdiaconales. Et tamen non ſunt niſi ix. & ſic bullæ fuit derogatum ex voluntate canonicorum expreſſa aut tacita. c.conſtitutus.& ibi per Abb.& Fel.de reſcri.cùm de alia ſuperioris authoritate ſuper hoc non appareat: quod fieri poteſt ex longa conſuetudine, vt in ſimili dicit Bald.in d.l.rem non nouam.per illum text.iunct. gl.quod ſtante ſtatuto,quod non valeat ſententia mercatorum, niſi iiij.conſules interſint in difficultatibus,ſi tamen cõſuetudo ſeruat valere trium ſententiam ſine quarto: ex quo conſuetudini derogatum eſt ſtatuto, non attenditur illud ſtatutum, & ſequitur ibi Iaſon. verſi. Secundo nota generaliſ ex iſta gl.& Iacob.de ſancto Georg. cum aliis per Iaſ. allegat. Præterea hunc noſtrum proceſſum decidit in terminis quaſi propriis Bal. conſil.ccccxl. Quidã in minoribus conſtitutus vol iij.volens minorem, qui tenuit propoſituram annis ſeptem ſine aliqua diſpenſatione, nec ad ordines ſacros promotione, non eſſe abſque hominis monitione præcedente priuãdum: requirebatur enim monitio,quia in eccleſia collegiata non eminet pœna dicti ca. cùm in cunctis,niſi interueniat monitio, vt no.in c.cùm ex eo.co.tit.lib.vj. ergo hic (licet non eſſet neceſſaria, vt prætenditur,monitio)opus tamen erat facti priuatione, aliis illorum præbendas intra tempus prędictum non promotorum conferendo, iuxta ipſius priuilegij tenorem, & poteſtatem capitulo conceſſam.Et per prædicta videtur reſponſum ad clauſulam irritantem in fi.bullæ erectionis inſertam, & maximè per ea,quæ ſuprà diximus in q.cxix. exord. Quidam renuntiauit beneficium.ante finem.

SVMMÆ.

1 *Fructuum naturalium,& induſtrialium differentia.*
2 *Beneficium accenſari non debet vltra triennium, olim tamen poterat ad ſeptennium.*
3 *Monachorum ſpolia, an habeat abbas, vel eius firmarius,& num.7.& 10.*
4 *Fructus appellatione quid veniat.*
5 *Obuentionis vocabulo quid contineatur.*
6 *Emolumenti appellatio quid comprehendat.*
8 *Monachi debita quando ſoluat monaſterium vel Abbas.*
9 *Theſaurus eſt in fructu, & tamen non cedit fructuario.*

Quæſtio CCXXIIII.

Abbas Meymacij accenſauit, & ad firmam dedit eius Abbatiam,cuidam nomine Petro Germain, Tutelen. mercatori, ſub hac forma, *C'eſt aſſauoir les fruicts, profits, reuenus, & emolumens d'icelle,tant diſmes de bled,ſeigle,froment, auoyne, ſtaings,lins, charbes,agneaux, cochons, cheureaux, laines, argent, poulailles,poulets,œufs, cire,droict d'imeſſur, & dueſſur. Et auſſi tous les cens,deuoirs,rẽtes,droicts,prerogatiues & preeminences, que luy ſont deuës. Et ce par l'eſpace de quatre ans, pour le prix & ſomme de dixhuit cens liures tournoys.* Interim moritur vnus monachus bonorum plenus: Quæritur cuius debeant eſſe bona, an Abbatis prædicti,an verò firmarij. Et quid de bonis monaſterium ingredientis?

DECISIO CCXXIIII.

1 † TIMEN primò præſuppono illud quod præmittit Baldus in cap. cùm M. Ferrarienſis.de conſtit. quòd quidam ſunt fructus, qui natura percipiuntur,vt fructus terræ. Quidam qui percipiuntur iure, vt ex contractu, ex quo oritur ius, vt penſiones,L.ſi nauis.ff.de rei vendi. Quidam ex ſola arte, & induſtria hominis, puta ſcriptoris vel pictoris. Quidam qui percipiuntur mixta ratione: quia & perſona operatur & terra producit. & iſti appellantur fructus induſtriales, potius quàm naturales, quoniam terra dat materiam,& induſtria formam. Niſi enim quis ſeminaret frumentum,non naſceretur frumentum: aut ſeminaret ſpeltam, non naſceretur granum. Idem Corneus in conſ.centeſimo vigeſimonono,in prin. vol. iiij. Sed poma bene dicuntur fructus merè naturales, quia parum in iis de ingenio hominis ponitur,ac parum de ſumptu & labore. Et virtus naturæ præponderat arti: quia non requiritur hominis apparatus ad neceſſitatem fruendi. Et ſemper generat fructus eiuſdem ſpeciei, donec viuit arbor, ex qua producuntur,quia arbor ſemper generat ta-

le quale ipſa eſt, tam ſpecie, quàm natura, vt ibi.
2 † Secundò, quòd olim licitum erat dare beneficiũ ad firmam ad ſeptennium,& ad mortem beneficiati vſque,vt cap.fin.iuncta gloſ.ſecunda.quam commendat ibi Abb.Sicul.verſicul.in gloſ.ij.ne prælati vices ſuas.& gloſ.in cap. fin.xvj.quæſtio.j.in verbo, non licere.& ſentit Feder. de Senis in conſil.cxxiij. & Hoſtien.in ſumma,de his quæ fiunt à præla. §.ſi. Tamen hodie per extrauagan. Pauli Veneti ſitam in titul.de rebus eccleſiæ non alienan. quæ incipit, ambitioſæ cupiditati, &c. eſt prohibitum locare fructus vltra triennium ſub pœna excommunicationis,vt ibi,quod malè ſeruatur. Caueãt ergo tam tradens, quàm accipiens,à cenſuris. Et hoc verum, ſi rector det in firmam clerico,quoniam laico concedere non poteſt.c.ſecundum.in fine.ne clerici vel monachi,niſi ſecũdùm Abb.ibi,verſi.Circa iij.partem, ex magna imminente neceſſitate: quia tunc fieri poteſt talis vel conſimilis conceſſio laico, non tamen vt ipſe regat eccleſiam, ſed vt per alium eam gubernet.ſed idem Ioan.Andr. ante tenuerat in ca. ex ratione.de ætate & qualit.& infrà,aliquid dicam. Sed tene quod indiſtinctè poſſunt fructus locari,& in cenſam tradi laico ad tempus tantum. c. veſtra. & ibi Abb.Sicul.& Andr. Conſiculus in primo notabili.de loc.& in capit.decernimus.de iudic.& ibi Abb.& Decius, & Bald.in conſi.clxv.an locatio. libro quinto. Et ibi, ſi interim moriatur rector, an teneat cenſa in præiudicium ſucceſſoris. & per Io. de Ana.in dicto capit. fin. ne prælatus vices ſuas. & Bald.in l.ſi filiofam.liàs. §. ſi vir ſoluto matrimo. & in l.emptorem.C.locati.& plenius in l.iubemus.ſecunda.C.de ſacroſanct.eccl-.& Roman.in dict. §.ſi vir.nume. 22. & per Archidiac. in cap.in alienationes.xij quæſt. ij. His habitis. 3 † Et videtur primò, quòd mortualia ſeu ſpolia monachorum pertinere debeant firmario ſiue arrendatori, viſa prædicta clauſula generali firmæ,per text. in d.c.fi.ne prælati vices ſuas,iuncta gloſ. fin. circa med. ibi, ipſæ obuentiones eccleſiaſticæ. quæ vult quòd non ſolùm poſſunt locari prædia ipſius eccleſiæ,ſed etiam profectò obuentiones eccleſiæ,& ſic quicquid obuenit cedat conductori: & ipſam ſequuntur ibi Hoſtien. Abb. Sicul. in fin. dum tamen talis conceſſio fiat clerico,& non laico,prout dictum eſt in præſuppoſitione: & intelligendum eſt de omnibus oblationibus, quamuis ſint miſeræ ſiue exiguæ, quas Romani filum,ſabam, vel ſimiles facere conſueuerunt miſeras,& dicit Oldrad.in conſil.lxij. Et circa hæc. verſic.præterea ſanctiſſime pater.ponit de pluribus Roma. pontificibus ab vrbe expulſis, ſicut hoc accidit Anno M.D.xxxvij Clemente Papa. Et firmarij ſemper volunt locupletari ex firma, vt dicit Petrus de Leſnaudiere,in opuſculo de docto.iiij. part. Et prædictam gloſſ. etiam ſequitur Ioan. de Anan. in dicto capit. final. & tenet Zenzel. in extrauagan. Io. xxij ſuſcepti regiminis. §. in illis. ibi,quod fructus & obuentiones.in verbo fructus.tit.de electio.
4 † vbi dicit quòd licet in fructu cedant regulariter omnia, quæ ex terra naſcuntur, vel ex ipſa alimentantur. l.in pecudum. & l.fructus. ff. de vſur.qui tamen ſemel tantùm recolliguntur,& non renaſcuntur, quamuis ſi ſemel perciperentur, & non renaſcerentur, non dicerentur fructus,vt voluit Bartol. in l.quædam. §. nihil intereſt. ff. de eden.& in l.diuortio. §.ſi vir in fundo. ff. ſoluto matrimonio, & ibi Alexand.verſ. Quid de fructibus prebendarum. cum aliis per eum allegat.Socin.in conſil.100.incipien.in cauſa Baptiſtæ.volum.j.ideo ſi notarius,ſecundum Bartol. in dicto §. ſi vir relinquat vxori fructus omnium bonorum,quod in tali legato non venit id quod ex exemplatione protocolorũ ipſius notarij percipitur:quia non dicitur propriè fructus, ſed reditus.& ſequitur Angel.in rubric. ff.de vſuris. Quare ſi vis ſecundùm cum quod vxor tua poſt mortem tuam habeat omnia illa, ſis cautus dicere relinquo vxori fructum, vſumfructum, reditum, & prouentum omnium & ſingulorum bonorũ meorum. & pro hoc text. in cap. grandi. ibi, de reditibus & prouentibus.& ibi,gloſ.in verb.reditibus.de ſupplen. negl. prælato. & in cap. generali. de elect. lib.vj.& dixi ſuprà in quæſtio.xxvij. incipien. Quo ad ſecundam quæſtionem. † Tamen obuentionis 5
verbo,omnia,quæ ex facto hominis proueniunt,vt oblationes, funeraria, vel quæ ex ſigillo aut alio emolumento curiæ beneficij, vel ex reditu magno, aut paruo, & ſimilia comprehenduntur. ar. c. vbi maius.§.prouiſionis.de electio.lib.vj. Clem. ſtatutum. eodem titu. l.obuenire. ff.de verbo.ſignifi. & gloſ.in l.j. §. exercitorem.ff.de exerc.act. & in cap. præſenti. §. porrò. de officio ordin. vbi eſt bonus textus. † Et idem quando dictum eſt, quòd omnia 6
emolumenta, &c. quod verbum eſt generaliſſimũ pro omni vtilitate ex re locata prouemente. l.j. C. qui admi.& cap.j. de teſti. lib. vj. Et idem appellatione frugum.l.frugem.ff.de verb.ſignificat. & plenè Paul.de Caſtr. in conſil. xl. iſtud nomen graffia. volum.antiq. quod quidem reperitur inter conſilia Fulgo.cxvj.& text.in dict.cap.cùm M.Ferrarienſis. in princ. ibi,reditus augmentarent,quo prouentus. & ibi Bald.& vterque concicul. Et de his omnibus verbis,quæ apponi ſolent in firmis & arrendamentis ponit Rapha. Cuma. in conſil. clxij. viſa copia. quod eſt multum ſingulare. & idem Albe.de Roſa. in dicto §. exercitorem, & in l.vſufructu legato.ff. de vſufruct.& in l.ſi vrbano.& ibi Barto.& Iaſon.ff. de condi.indebiti.& Abb.Sicul.in capit.ad audientiam.de eccleſ.ædific. Ergo ſpolia ſeu ſucceſſiones monachorum pertinere debent huic firmario,cum poſt verbum fructus ponantur verba reditus, prouentus,emolumenta, & omnia alia iura,prærogatiuæ & præeminentiæ eidem Abbati pertinentes. & iſta videntur eſſe de ſpolio: & idem Bertran. conſil.xxj.num. 1. & 2. volu. tertio. & iſtam partem tenet in terminis noſtris.& idem Bertran. conſi.ccij. eodem volum.iij.quando in cenſa & firma dicitur, cum omnibus fructibus quibuſcunque,&c.† In cõ- 7
trarium videtur, quòd ſpolia monachorum non pertineant accenſatori, niſi ſpecialiter de ipſis facta fuerit mentio, cùm non ſint fructus naturales aut induſtriales,vel ex ſola hominis arte proueniẽtes,de quibus in præfatione dictum eſt,nec proũctus vel reditus,ſed potius dicuntur cauſales & accidentales ac incerti, quia licet mors quocũque modo accidat,naturalis dicitur: quoniam Dei diſpoſitione euenit,vt dicit gloſ. Inſtit.de capitis diminu. in princ.in verbo, commutatio. tamen non dicuntur naturales, nec appellatione fructuum veniunt. vt voluit Oldrad.in conſil.cxviij.ex virtute gratiæ, dicens, quòd in valore præbendarum diſtributiones quotidianę non computentur.idem gl.pragma. ſancti.in §.voluit.tit.de anna. in verbo fructibus.& Felin.in cap.ad aures. in xij, & xiij. concluſionibus. de reſcript.& domini de Rota in deciſione cccevij. aliàs deciſion.cccevij.incipien. nota,non ſufficit.titul. de ſentent. & re iudica. antiqu. quia iſta non rediguntur ad certam ſummam, cum aliis per me allegatis in dicta quæſtione xxviij. quoniam futura

futura iura & inſolita in generali obligatione iurium omnium non veniunt in locatione, & firma. l finali.C.quæ res pignori obliga. poſſunt. tenet Bald. in conſil. cccxx.magnifica & illuſtris domina. volu. tertio. Ita quod mortuaria ſeu anniuerſaria in tali firma non includuntur, ſecundum Ioan. Andr. in addit. Specul. tit. de conceſſione præb. ver. demum quærebatur de diſtributionibus. ibi, fortius in mortuariis hi dicent locum, quæ adhuc fortius ſunt incerta & fortunæ ſubiecta. Et hoc maximè ſecundùm eum, ſi dicamus mortuaria anniuerſaria, quod tunc eſt diſtinguendum, aut ſunt voluntaria, & tunc nō, vt ſupra dictum eſt. l. ſolent. in fine. ff. de offi. proconſulis. & l. Scio. §. j. de annuis leg. Aut ab inuitis exigi poſſunt: quia ſunt in teſtamento relicta, vel per viuentes ordinata. Et tunc licet ſint eccleſiæ, tamen non veniunt, vt ibi per eum: & iſta fuit diſtinctio Oldradi in conſilio ccxvj. circa primum articulum. in princip. & idem Felin. in dicto capit. ad aures. verſic. Aliquando ibi procedit iſta concluſio. & ibi diſtinguit tres caſus. Quia laici profectò non poſſent aliquid circa iſta mortuaria ſtatuere. cap. fi. ibi, ſed etiam de mortuariis. & ibi vterque Sicul de rebus eccleſiaſticis non alienan. Ergo idem dicendum in iſtis bonis per monachos beneficiatos relictis, quod cedi non debeant firmario, ſed monaſterio & Abbati, quibus de iure competunt. capi. cùm ad monaſterium. in fine. de ſtatu monachorum, & capitu. vno xvij. quæſtion. j. & cap. cùm olim. in ſecundo. & ibi Innocentius. de priuilegiis. authen. ingreſſi authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſia. canonizata. decimanona. quæſtione tertia. ſi qua mulier. & §. nunc autem. ea cauſa. & plenè per Spec. in titu. de ſtatu monachorum. §. qualiter. & quod notat ibi Baldus in additionibus. verſicu. Sed quid de monacho. & Barbat. in cap. quia de teſtament. num. 9. cum ſequentibus. † Nam ſi monachi ſucceſſio eſſet debitorum plena, & pluribus obnoxia creditoribus, ad quæ tenetur monaſterium vel Abb. recolligens ſucceſſionem, quamuis abſorbeat totam ſucceſſionem, vt per Innocent. & Doctores ſuprà allegatos in cap. in præſentia, de probatio. & Specul. vbi ſuprà, & Innocent. in cap j. de obliga. ad rationem. & Roma. in conſil. cccxij. pro habenda ſubſtantia. & Alber. de Roſa. in l. ſi peculium. ff. de pecul. leg. & in l. pertinet. ff. de capitis diminut. talis firmarius nollet profectò talem acceptare ſucceſſionem & ſpolia monachi, vt ibi in ſimili notat Alberic. in l. iure noſtro ff. de teſtamen. tutel. Quinimo in conceſſione & firma de leuando & percipiendo fructus, reditus, & emendas, non veniunt bona quæ confiſcantur, vt voluit Oldrad. in conſil. cxvij. factum eſt tale: quidam Comes. & Paris de Puteo in tracta. de Syndica. c. proventus princeps. Ideo dicit Baldus in dicta l. Æmilius. verſicu. Vnde cùm impetrans. ff. de minorib. quod impetrans à principe primas excandentias non porrigitur ad feuda de nouo citata. & non mirum. Euenire enim poſſet talis ſucceſſio, quæ in duplo, aut triplo cenſum & firmam aſcenderet: vt ſpolia monachorum Cluniacenſ. eſſe ſolent, maximè (vt communiter dicitur) ſpolia Anglorum: aliàs per hanc firmam cenſeretur licentia Abbati bona immobilia per monachum beneficiatum, aut officium eccleſiaſticum, & non monachalem habentem acquiſita, eidem monaſterio debita & pertinentia, ſine iuris ſolennitate alienandi conceſſa, quod de directo non poteſt. cap. j. de rebus eccleſ. non alien. lib. vj. cap. nulli. cod. titul. & magis ac etiam magis eſt ſibi inhibitum per Paulinam extrauagantem ſuprà allegatam. Præterea in locatione, & firma fructuum non venit id quod datur Epiſcopo, aut Archidiacono in ſuo iocundo ad epiſcopatum vel Archidiaconatus officium aduentu, quin potius debetur perſonæ Epiſcopi vel Archidiaconi, aut alterius domini, quàm Epiſcopatui, aut Archidiaconatui vel Signoriæ temporali, vt voluit Oldrad. in conſi. ccxxix. quæ ſequitur gloſſ. in prag. ſanct. in dicto §. volunt. in verbo, fructibus. & Domin. in cap. generali. in princip. verſ. Nota pro conſuetudine antiqua. & etiam in fine, dixi in dicta quæſt. xxviij & Roma. poſt Bald. in dicta l. diuortio. §. ob donationes. nume. 7. ſoluto matrimonio. Quare in ſimili Alberi. de Roſa. dicit in l. vſufructu legato. ff. de vſufructu. in vltima quæſtio. quod ſi clericus venditerit, ſeu accenſauerit ad tempus omnes fructus ſuæ prębendæ vel caſtri ſui, qui de conſuetudine conſueuerat certas recipere gallinas & alia xenia, cùm & quando veniebat ad locum, quòd talis firmarius non recipiet illa, cùm ex liberalitate dentur, ſed ſolùm recipit illa, quæ ex neceſſitate debentur, vt ſuprà dixi in quæſt. clxxx. incipien. Vidi pluries. cum aliis ibi allegatis. Pariter iſtud probatur, † quod quamuis thelaurus ſit in fructu, argument. l. in lege. ff. de contrahen. empt. tamen non cedit fructuario. l. diuortio. §. ſi fundum. & ibi per Doctor. ff. ſoluto matrim. & tenet Alberic. de Roſa. in rubri. C. de vſufruct. ante ſin. verſi. multo enim magis. Tum ad talem arrendatorem ſeu firmarium non ſpectant collationes vel preſentationes beneficiorum vt cap. ex literis. & ibi Abb. Sicul. de iure patronatus cum aliis ibi per de Bellenzi. in addi. alleg. & idem Abb. in ſua diſputa. Augerio & Bal. in conſil. xxvij. lib iij. & Paul. de Caſtr. in conſil. cccixiij. cuius initium, venerabilis vir. volum. antiquorum. & idem Ioann. Franc. de Pauinis in tracta. de poteſtate capituli ſede vacante. in parte. quæſtio. v. & dixi in regula beneficium. in addi. ad Dinum. incipiente. Adde glo. de regul. iuris lib. vj. & in §. v. in gloſſ. dotis. verſi. Vnum tamen not. de conſuetud. iur. ſtat. libro conſuetud. Biturig. & in conſil. lxvij. videtur. Primò quod firmarius. Et pro iſta parte videtur textus celebris in l. diuus. §. pannicularia. ibi ſpolia. ff. de bonis damna. vbi ſpolia ad mortem condemnati pretioſa, quibus cum ad ſupplicium ducitur quis indutus ſpoliatur, quæ excedant quinque aureos, ad ſpeculatorem ſeu altæ iuſtitiæ executorem non ſpectant, ſed ad fiſcum: & hodie ad parentes, ſed nec pannicularia ſeu vilia indumenta ſpeculatores ſiue tortotes ſibi vltro vendicare poſſunt. quod malè ſeruatur ſecundùm Bart. ibi, & non reperitur alibi ita melior in toto corpore iuris ciuilis textus loquens de ſpoliis aliorum mortuorum ad aliquem ſpectantibus (non loquor de ſucceſſione ab inteſtato, quamuis idem ſit) ſed bene viuorum, vt l. j. ibi, ne mutuo amore inuicem ſpoliarentur. ff. de dona. inter vir. & vxo. & in cap. ſciant cuncti ibi ſine aliis bonis per ſe, vel per alios ſpoliando. de elect. lib. vj. & ibi ſingulariter Archi. ponit quid verbo ſpoliationis comprehendatur. quem ſequuntur ibi Ioan. And. Domin. & Philip. Franc. & per totum de reſtit. ſpolia. in antiq. & lib. vj. † Igitur concludendum videtur ſpolia monachorum ſpectare & pertinere debere ad Abbatem & monaſterium, & non profectò ad firmarium, ſeu arrendatorem fructuum, ar. dicta l. diuus. Sic nec etiam bona ingredientium monaſterium, iuxta d. auth. ingreſſi. & authen. ſi qua mulier. de ſacroſ. eccl. & vt ſuprà cōcluſum in curia.

8

9

10

SVMMÆ.

1 *Apostolicus præfertur graduatis & theologis.*
2 *Theologus præfertur canonistæ, canonista grammatico & Philosopho.*

Quæstio CCXXV.

Apostolicus habens mandatum ad primam vacaturam præbendam duntaxat vnius ecclesiæ cathedralis, an præferatur Theologo, si debitè illud insinuauerit ante vacationem, etiam posito quòd mandatum prædictum non fuerit secundum formam concordati obtentum, an Papa possit concordatum in præiudicium ipsius concordati & Regis declarare, & Rex in contrarium mandare per suas literas concordatum esse iuxta sui formam obseruandum.

DECISIO CCXXV.

2 IT † quòd ad primam quæstionem videtur dicendum vnico verbo, quòd sicut apostolicus præferatur graduatis vel nominatis, vt tenet glos.in capit.j.§. non tamen intendit. in verbo, effectum.de collatio. quam sequitur Ioan.de Selua in sua tract.benef. parte iij. q. xv.& q.xxix.& istud est etiam hodie determinatum per ipsum concordatum. titu. de manda. aposto.in princip. ibi, declarantes, prosequentes huiusmodi mandata. q. ò ad beneficia sub illis comprehensa ordinariis collatoribus & graduatis simplicibus & nominatis præferēnos esse,& ita præferatur Theologo,vt patet ex ordine literæ text.sacri conci.Basi. vbi primo reseruatum est summo Pontifici pro tempore huc vnum vbi sunt decem:& duo vbi sunt quinquaginta posse disponere. Secundò etiam collationes per præuentionem faciendas:& postea ordo & qualificationes in conferendis beneficiis sequuntur.Et primo Theologalis,& c. ergo prouisus à Papa, tam in vim mandati facti secundùm tenorem formæ concordati, quàm collationis per præuentionem factæ præferri debet Theologo & graduatis simplicibus & nominatis. Et hoc meli' probatur per concordatum, vbi suprà ibi, Nósque & successores nostros iure præuentionis dignitates, personatus, administrationes, & officia cæteráque beneficia ecclesiastica secularia, & quorumuis ordinum regularia quæcunque & quomodocunque qualificata, tam in mensibus graduatis, simplicibus & nominatis, quàm ordinariis collatoribus prædictis assignatis vacantia, ac etiam sub dictis mandatis comprehensa liberè cōferre. Quinimò magis vult, quòd si Papa præueniat ordinarium in conferendo mandatario ante requisitionem per eum factam, quòd prouisus ab eo præferatur illi mandatario, dū dicit, ac etiam sub dictis mandatis comprehensa, ergo à fortiori Theologo. Et ita conclusum fuit in curia pro Apostolico. sed maius fuit dubium: quia apostolicus impetrauerat mandatum ad præbendas solùm contra formam concordati, fuit conclusum illud, per maiorem partem dominorum ex isto capite fore nullum,non obstante declaratione postea per Papam facta, licet reliqua pars dominorum teneret contrarium.Primò,quòd præbenda & canonica Theologo debita est multum priuilegiata tam de iure communi,vt c.quia nonnullis.§.sanè.de magist.quàm per sacrum concil. Basil.dict. §. sequuntur.& concordatum loco prędallegato,cum aliis per Ioan.de Selua in suo tract.benefic. parte iij. q.liiij. versic. Et hinc est, quòd sicut scientia Theologiæ, vsque ad finem per vtrunque consi.& Fel.in c.Hērici de iudiciis. & quæ dixi in tractatu, de authoritate magni consilij & Parlamētorum in prima magna postilla,& alibi sæpè.Vnde dicit Bald.in c cùm in cunctis.in princ.vers. Sed nunquid sufficit de elect.† quòd canonista præfertur magno grāmatico 2
& Philosopho:& Theologus præferatur canonistę, licet Theologꝰ nō studuerit iuri canonico.Et ideo per mandatum nō intelligitur collationi de eadem Theologali alicui magistro fiendæ derogatum,arg. c.cùm in ecclesia. de præbendis lib.vj. & signanter visa declaratione facta per summum pontificē conditorem concordati, iuxta illud generale, cius est interpretari,cuius est condere.l.j.C.de legi.& tenet Angel.quasi in terminis consil. ccxxiiij. Bonifacius episcopus seruus seruorum.Sed glos.fin.in d.c. cùm in ecclesia. respondet ad illum textum. quia intendit illi prouideri de prima vacatura,ad quemcúque spectet collatio siue de iure,siue consuetudine, siue priuilegio.c.dudum. eod.tit. & lib. Sed in casu d.c. cùm in ecclesia concurrebant duo,quia infringebatur consuetudo, & agebatur numerus: & ratione connexitatis illa præbenda debebatur Episcopo. c. quia sæpè.eod.titu.& li.& ibi idem Archid.Domini. & Philip. Francus satis amplè & multum singulariter.Præterea,vt inquit Io.de Selua.in suo tractā. beneficiorum,iij. parte q. liiij. non putarem vnam præbendam semel collatam Theologo ita inseparabiliter esse effectam ad Theologū, quin collator possit eam alteri conferre: dum modò immediatè aliam conferat Theologo, ita quòd ecclesia nō remaneat Theologo viduata: sed hic in ecclesia Baionensi nulla fuit præbenda antea Theologalis alicui Theologo collata,sed in odium mandati,prout est præsumendum contuleṭunt cuidam Theologo melius enim tardè,quàm nunquam. Tum dicebat mandatum contra formam concordati attenta declaratione Papæ postea facta reo validum,quia potest declarare & interpretari non solum ius commune positiuum, sed concilia etiam ad singularis personæ postulationem, quæ facta ius generale inter omnes constituunt.casus est in l.fin.C. de legib. & quod habetur in c. in causis. cum ibi notatis. de re iud.& Bald.in c.j.in prin. ibi, nullum præiudiciū vt lite pendente.alle.l.ex facto.in prin.ff.de vulg.& pup.& ita dicit Ro.in consi. cclx. in proposito casu breuiter dicendum. cum aliis per eum alleg. glo.in cle.attendentes,de statu regu.Abb.Sicu.in c.pastoralis.in j.not.& ibi Feli.in princ.de excepti.& Abb. in c.j vers. Secundò etiam.de dolo & cont.Sed respōdetur quod illud non potest Papa sine causa iusta, per quod status totius ecclesiæ Gallicanæ immutatur,iuxta notata per gl.in c.proposuit. de cōc. præben.& in c.literas.de restit. spoli. & notat in simili Roma.in consil.ccclxxx.Quæstio est.cum aliis per eum allegatis.& in fine allegat tex.in c.videtur. xxxv.q.vj.quod enim contra interdictum & ordinē ecclesiæ factum est,si perpetuò causam prohibitionis habet constitutū non haberi ratum,tam diuinę quàm humanæ legis proclamat authoritas. & per Felin.in cap.quæ in ecclesiarum.vers.prima.& versicu. secunda conclusio cum aliis ibi allegatis, de constit.& maximè secundùm Rom.in consi.ccclij. Quæritur primo.vnde canon seu constitutio ipsa in contractum transit, quia cōcordatum in locū sacri cōcilij Basilien.succedēs, vt Papa attestatur in ipso in primis literis circa finem, fuit per viam mutuæ conuentionis inter ipsum de consilio Cardinalium, & principem nostrum, de omnium etiam prælatorum regni Franciæ, ac curiarum Parlamentorum consensu initum & confirmatum. Meritò dicit, succedit doctrina, volens constitutionē in contrā-

ctum

ctum tranſeuntem reuocari non poſſe in eorum præiudicium, quibus ius ex eadem eſt quæſitum: hoc eſt quod not. Inn. in cap. nouit. & ibi Abb. Sicul. verſi. Et nota. de iudic. & Ioan. Andr. in additio. Specul. titu. de conſtit. §. nunc dicendum. verſic. Quæ ſi vniuerſitas fecit pactum. & Bart. in l. omnes populi ff. de iuſti. & iur. & Bal. in l. qui ſe patris. verſ. ſuus. C. vnde liber. & plenè Anton. in cap. cùm M. de conſtit & Abba. Sicul. in conſil. xlj. ante fin. vol. j. & Andr. Barb. conſil. j. nume. 4. Et huius ratio eſt, quia tunc aſſumit conſtitutio ipſa naturam contractus, quo non eſt dubium principem ligari, vt quélibet priuatum, vt eſt caſus in cap. j. de probat. & ibi Bal. Abb. Sicul. Felin. Franci. de Are. & Decius. & in cap. relatum. num. 1. de præb. imo, vt inquit, ipſe Deus ex conuentione obligatur. allegat Bald. in l. j. in princ. ff. de pact. allegans Magiſtrum ſententiarum ita dicentem. & in cap. j. & ibi Bald. Cardi. Alexan. de natura feu. c. poſt quam xxv. quæſt. ij. Bald. in l. principes. ff. de legi. cum ſimilibus per Roman. in dicto conſil. cccliij. alleg. verſi. Aduertendum. & idem conſil. cccxxv. in propoſita conſultatione. ver. Hoc autem dupliciter limitatur. & ſentit Bald. in l. ex placito. verſ. Et hęc faciunt. C. de rerum permuta. quod ſi ſtatuta alicuius ciuitatis per Papam ſpecificè confirmentur, dicuntur Papalia. Et idem tenet Bald. in l. fina. in fin. C. de tranſaction. & in l. ex imperfecto. C. de teſtam. volentes Doctor. ſuprà allegat. ſign. inter Barto. in d. l. omnes populi. & in l. eos qui. ff. de vacat. & excuſatio. mune. & Anton. de Butr. in cap. cum M. de conſti. & Barbat. in præalle. conſil. j. nume. 4. priuilegium ſubdito conceſſum tranſiens in contractum non poſſe reuocari, cum aliis per Barba. allega. & vltra late per Luc. de Penna in l. prædia. C. de loca. prædio. ciuilium vel fiſca. libro xj. ponentem quæſtionem de donatione caſtri per principem duobus facta diuerſis temporibus, quis eorum ſit potior, & ibi vide & præcipuè verſic. xv. princeps Deum imitari tenetur &c. Et iſtud vltimum ponit ſecurim ad radicem. Ideo ſi princeps dominus noſter per ſuas mandauerit literas ſeruari formam concordati, nihil de nouo mandauit, ſed id quod primo ſuis ſupremis Parlamentorũ curiis de ea obſeruanda mandauerat, quia quando Papa mandat capitulo recipere aliquem in canonicum, & capitulum paret mandato Papæ, quod ille dicitur receptus authoritate capituli, & non Papæ, vt dicit Bald. in l. vbi abſunt. §. fin. ff. de tuto. & curat. latis ab his. licet enim iuriſdictiones Imperatorum & ſummorum pontificum ne dum ſint ſeparatæ, imò etiam obſtatiuæ, nec ſunt vſurpabiles, vt dicit Baldus conſilio lxxxj. in feudis non habemus. tamen mandata fuerunt modo prædicto per Papam & ſedem Apoſtolicam approbata. vnde potius debemus vtilitatem eccleſiarum, & totius Regni, quàm formam mandati domini Papæ in contrarium reſcribentis obſeruare, argu. l. vtilitatem. ff. de confirma. tuto. vbi Bal. ita ſumit argum. pro epiſcopo, qui potius debet ſequi vtilitatem eccleſiæ, quàm formam mandati domini Papæ reſcribentis per errorem. & videtur text. glo. dicit bonum eſſe argument. pro epiſcopo, quod liceat ei reclamare à literis domini Papæ, vt in authenti. vt determi. ſit nume. cleri. quo miſeri prælati non audent reclamare ob timorem Papæ, vt dicit gloſſ. in authenti. de mand. princip. §. ſi quis autem. in verbo, nuntians. quod facere non debet, vt ibi dicitur. & ſic faciendo, vt inquit gloſ. ſeruiunt Papæ vel principi. l. fin. in fin. C. de appella. Quare fuit concluſum, quod remonſtraretur principi, & interim negotium remaneret indeciſum. Et idem de aliis pluribus contra noſtram & plurium aliorum dominorum ſententiam. Sed vidi dubium quando dicatur mandatum debite inſinuatum, & præſentatum epiſcopo vel capitulo. Et gloſ. in cap. ſi capitulo. in verbo, illorum. de conceſ. præben. libro vj. dicit ſufficere literas rigoroſas ſiue executoriales præſentatas & inſinuatas fuiſſe, aut etiam gratioſas, dum tamen ex ipſis conſtet executorem in negligentiam capituli vel epiſcopi ad conferendum datum, licet (vt inquit) cautius ſit ambas præſentari, prout quotidie fit, & deci. gloſſ. ſequuntur Domine. & Philip. Franc. ibi, & Federic. de Senis in repet. capit. dilectus. de præben. quæ ponitur inter conſilia ſua cexc. incipiente, Quia in præſenti cap. ſit mentio. & Abb. Sicul. in cap. propoſuit. in primo notab. de conceſſio præben. Sed in dubio an præſumãtur literæ tam gratioſæ quàm rigoroſæ executoriales præſentatæ quando triplicater dicitur, ſuas præſentauit literas apoſtolicas plumbatas, &c. ſuper iſto dubio fuimus in camera inquęſtarum partiti. Nonnulli dicebant, quod non, niſi conſtaret. Cæteri vero, de quorum numero eram, quod vere præſumebantur fuiſſe repręſentatę & notificatę cùm tam gratioſę quàm executoriales eſſent eadem die in curia Romana per iudices delegatos expedirę: quia illud quod inconuenienti ſit, preſumitur in eſſe. l. lecta. ff. ſi cert. pet. l. iuriſgentium. §. quinimo. ff. de pactis. maximè hoc dicebamus ad obtinendum recredentiam ſufficere, cùm impetrans ſe hoc probaturum obtuliſſet.

SVMMÆ.

1 *Penſionem ſuper theologali prębendæ an poſſit Papa aſſignare non theologo.*

2 *Obligare quando poſſit clericus prębendam ſeu diſtributiones.*

3 *Prębenda non poteſt capi pro executione rei iudicatæ.*

Quæſtio CCXXVI.

Penſio ſuper prębenda Theologali an per Papam aſſignari poſſit alteri non Theologo ius in eadem non prætendenti, de voluntate tamen prætendentis ſeu habentis ius in eadem, licet de ipſa nulla facta fuerit mentio.

DECISIO CCXXVI.

TEt concluſum fuit in curia, & latum arreſtũ, die tertia Iunij, Anno M. D. XXIX. Contra magiſtrum Franciſcum de Molendino Regio, quod non, propter onera quę Theologo imponuntur facere in eccleſia, ſecundum ſacrum concilium Baſilien. titu. de collat. §. ordinat hęc ſancta ſynodus. & ibi glo. in ver. reſidentię, & aliis in ipſo §. contentis. Ioan. de Selua in tracta. de beneficio. in tertia parte quęſt. xx. quia talis Theologalis prębenda non potelt permutari cũ alio non Theologo, qui eſt incapax. per text. in d. §. ordinat. verſi. quoties. & ibi gloſſ. in verbo, alio. & Ioan. de Selua. in tertia parte dicti tracta. q. liiij. in prin. Et ſignanter, quia in ipſa penſionis conſtitutione nulla fuit de prębenda Theologali facta mẽtio, aut derogatio, iuxta no. in d. §. ordina. & in cap. quamuis. in j. de pręben. lib. vj. & aliàs ego vidi proceſſum ſuper penſione per quendam prętenſa in eccleſia collegiata beatę Marię de Sallis Bituris, contra magiſtrum Ioannem Io. de Cameraco, vbi non ſunt niſi diſtributiones quotidianę, quę reſidentib. tantùm modò diſtribui ſolitę ſunt, quòd aſſignatã

Digitized by Google

& obligari non possunt,arg.l.spem eorum præmiorum.C.quæ res pignor.obliga.poss. & pro hoc cap. peruenit. de arbit.vbi quis non potest fructum decimarum obligare. Et hoc secundum Bald. ibi, si à seruitio diuino vel reipublicæ (cuius commodum præferendum est commodo priuatorum) detrahitur: † aliàs secundum eum clericus bene potest se obligare ad perditionem præbendæ, ac ad pœnam ordinis vel anathematis.alle.Inno.in c.cùm dilecti. in fin. de elect.in glos.ad hanc pœnam. Et mihi videtur dictum fuisse ipsum dominum de Cameraco non teneri ad solutionem pensionis, sed perfectè pro nunc non recordor.Et pro hac decisio.facit gl.
3 j.in l.stipendia. C.de execu.rei iud.quòd † præbendæ canonicorum non possunt capi pro executione rei iudica.& gl.secunda ibi dicit Barto.Bald.Angel. & Sali.in d.l.stipendia.Bart.Paul.& Alex.in l.commodis præmiorum.ff.de re iudica.quod nisi in subsidium:quia tunc potest etiam capi, & istud procedit etiam de iure canonico,in c. peruenit. & ibi gl. in verbo,reditibus.de fideiuss & ibi idem Inno. Tamen secundum Cin. & Salic. in d.l.spem.debet canonico,aut militi tantum dimitti, quod victus non desit,ita quod seruire reipublicę vel ecclesiæ possit. Vnde conclusio est iuris vtriusque, quod licet clericus non possit obligare reditus futuros sui beneficij,nisi secundum Abb.Sicul.in d.c.peruenit.vers. In glos.in verbo, reditibus. pro vtilitate suæ ecclesiæ. argum. cap. nulli. de rebus eccle. non alie. vel etiam quandoque pro sua sustentatione. c. olim ij. de restitutio.spoliat.tamen hodie possunt capi fructus præbendarum & reditus beneficiorum,& dari creditoribus,vt per Abbatem in d.c.peruenit. quia sunt temporales, dum tamen aliquid pro victu eorum honesto dimittatur,vt dictum est, quia habẽt priuilegium ne conueniantur nisi in quantum facere possunt,quemadmodum milites armatæ militiæ,vt dicit gl.à Doct.approbata in l.miles. ff.de re iudica.& Docto.in c.Odoardus.de solut. Et sic seruatur in curia metropolitana, & primaciali Bituricen. quia admittuntur ad distributionem suorum beneficiorum, quorum valorem dant creditoribus per declarationem prius agnito debito,per dictum cap.Odoardus.& alibi sæpè dixi.

SVMMA.

* 1 *Territorium an censeatur venditum vendito reditu cum iurisdictione.nu.5.& 13.*
2 *Iurisdictionem plerique habent, qui non habent territorium.*
3 *Archidiaconus non habet territorium,tamen iurisdictionem habet, & potest cognoscere tam ratione delicti,quàm contractus.*
4 *Iurisdictio ex titulo principis si exerceatur contra annum, extenditur ad alios, secus si ex præscriptione.*
5 *Iurisdictio contentiosa an possit esse sine territorio. & num.6.*
7 *Territorium quid.*
8 *Iurisdictione concessa non censetur concessum territorium,sed bene econtra.*
9 *Iurisdictio præscribitur eo tempore,quo territorium.*
10 *Iurisdictio an proprio cohæreat territorio.*
11 *Iudex ecclesiasticus non potest laicum etiam suæ iurisdictionis capere, nisi in casibus priuilegiatis.*
12 *Iurisdictio cum reditibus sine territorio vendita, quid contineat.*
14 *Iurisdictionem etiam ordinariam quis habere potest,sine territorio.*
15 *Ordinarius dicitur cui princeps committit iurisdictionem causarum certi castri.*
16 *Doctor qualem iurisdictionem habeat in scholares.*
17 *Iurisdictio quando videatur concessa loco,& quando personæ.*
18 *Priuilegium videtur in dubio concessum personæ & non loco.*

Quæstio CCXXVII.

An vendito reditu certo cum iurisdictione, censeatur territorium sibi venditum.

DECISIO CCXXVII.

T † videtur primò haberę 1 territorium ratione iurisdictionis sibi concessæ in omnes homines redituales & censuales. Et non solùm ratione census, & reditus debiti, sed etiam ratione alterius actionis inter ipsos contractus exitat personalis, scilicet & realis ac criminalis contractæ, vt concessio prædicta iurisdictionis cum mero & mixto imperio de aliquo operetur. † Multi enim habent iurisdictionem, qui 2 non habent territorium, vt Episcopi, Archidiaconi,& notarij. De Episcopo patet in c. cùm Episcopus.de officio. ordi. lib. vj. & tota diœcesis est sibi sedes,vt ibi.& Ioan.Bapti in l. imperium. q. viij.& Purpura.num.134 ff.de iurisd.om.iudicum. volentes ipsum habere merum imperium.cum aliis per eum alleg.de Archidiacono,Specu.tit.de iuri.om. iudicum.Et ita tenet Inno. in d.c.ad hæc. & in c. cùm contingat. de fòro competenti. & ibi per Moder. De notario per Docto. in l.duum virum.signanter per Lucam de Penna. C.de decurio.lib.x. pro quo dicit Ang.in l. extra territorium. in primo nota. ff. de iurisd.omn.iudic.quòd licet iurisdictio territorio terminetur,vt ibi,non tamen adhæret ei,sed personæ eam habenti.l.more.eod.tit.& d.c.cùm contingat.in fi.de foro compet.& idem Bart. consil.cxix. quæritur.& Felin.in c.post cessionem.primo no.de proba.& Alex.Ias.& Purpu.in l.j.nu.xliij. cum tribus seq.ff.de iurisd.om.iud.quære Inno.in d.c.cùm contingat. † Et in d.c.ad hæc dicit Archidiaconum nũ 3 habentem territorium, sed tantum iurisdictionem posse de iure canonico cognoscere tam ratione delicti quàm contractus.Et ipsum sequitur Anton.de But.in d.c.ad hæc. Bal. consil.cix. Archipresbyter. vol. iij. qui loquitur in Archiepiscopo habente iurisdictionem, ac in omni prælato, & plenè Petr.à Bellug.in Spec.prin.tit.de iurisd.& vtroque imperio. nu.44.cum plurib.seq.vsque ad nu.lij. & Io.Lõgovallius in sua noua declaratione ad l.imperiũ.quarta parte ver.sequitur tertium quod scriptores aiũt. de iurisd.omn.iud.vbi etiam exemplificat in præpositis Mareschallorũ.& sic etiam videtur tenere Lucas de Penna in d.l.duum virum. ver. vtrum archidiaconus.† Itẽ quando quis habet à principe titulũ 4 super iurisdictione,tunc exercendo illam contra vnum vel duos, retinet iurisdictionẽ quò ad omnes alios in eadem specie iurisdictionis: secus videtur quando fit fundamentũ super præscriptione in acquisitione iurisdictionis,scilicet per longum tẽpus x.annorũ inter præsentes, & viginti inter absentes exercuit iurisdictionẽ contra tertium, ꝙ sufficiunt l.viros.C.de diuersis officiis.li.xij.Io.Longovallius in d.

in d.l.imperiũ parte iiij.verſi.circa primum.cũ aliis per nos allegatis.quæ.cclxxvij. incipiente, an ſubſtitutus per contractum matrimonij,& infrà dicã. tunc habet locum regula, eatenus præſciptum,quatenus poſſeſſum,hoc eſt,quòd contra alios non poteſt dicere ſe præſcripſiſſe iuriſdictionem,vt voluit Bar.in l.j.§.ſi quis hoc interdicto.ff. de itine.actúque priuato.& Ang.in l.vna eſt via ff.de ſeruitu.ruſtico.prædio.Et Iacob.deſanct. Geor.in l.more maiorum in ſecunda lectura.nu.10.ff.de iuriſ.om. iudicum. ſed hic habet à domino iuriſdictionem, qui ita conſenſit & permiſit,& per conſequens præſcriptionem:igitur iuriſdictio poteſt per priuilegium augeri& ampliari.c.dilecti filij de foro compe.&etiam arctari & minui.c.j.de priuilegiis.li. vj. aut etiam per pactum, vt no.in l.hæres abſens. §. j. ff. de iudiciis.quoniam iſtud pactum appoſitum fuit in ipſa rei traditione,ergo ſeruãdũ.l.in traditionibus. ff.de pact.ita dicit Bal.conſi.ccccxxxix. magnificus
5 dominus Marchio.poſt principium. vol. iij. † In contrarium videtur iuriſdictionem contentioſam non poſſe exerceri per non habentem territorium, cùm cohæreat territorio. leg. iiij. ff. de offi. procõſulis & leg.&l.ſi.& ibi Bar.Bal.Ang.& Doct. C.vbi & apud quem cogn. in integrum reſtitutio agitan. ſit. & capitulo vt animarum periculis. de conſtitutio.libr.vj.& Pet.de Belluga.in Specu.principi.ti. de iuriſ. & vtroque imperio. num. xxxvj. & Doctores in d.l.ſi.de iuriſd.omnium iudicum.& l. iij.de officio præſidis. vbi gl. dicit quod Vaſcones dicunt ſe non teneri ſubRegeAngliæ,niſi ipſe ſit in Vaſconia:aliàs noluit ei ſeruire,dicentes eum eſſe priuatũ,& non regem.Sed malè,vt inquit gl.dicere videtur.Sed ſalua ei pace,bene dicũt,quãuis ibi eã ſequatur Baldus cùm Vaſconia ſit per ſe ducatus iuriſdictionem habens,non pars regni Angliæ.Quia ſi pars Angliæ eſſet, tunc Rex ipſe in quacunque regni parte pro tribunali ſedere poſſet, & iudicare,dict.capi.cùm epiſcopus de offi. ord.lib.vj. Vnde non poteſt per ipſum,ſed vicarios ſeu locum tenentes in Vaſconia exiſtentes & reſidẽtes,vt voluit ibi gl.quã dicit etiã eſſe notandam, Bald.pro Rege Apuleiæ,qui eſt Comes quarundam prouinciarũ, quarum iuriſdictio eſſet ſeparata à iuriſdictione regni.Et quælibet deſiderat ſuũ territoriũ. d.l.ſi. vbi & apud quẽ cogni.in integ.reſti. Quẽadmodũ ſeruitus deſiderat ſũdũ ita iuriſdictio territoriũ,vt patet,& infrà dicã. Quoniã vt ait Bal.à iuriſdictione & à terrendo dictũ eſt,quãdo iuriſdictionẽ inhærẽtem glebæ ex vi ſermonis habet.& idem Feli. in c.
6 Rodolphus inveſt.territorium,de reſcript.† Tamẽ quicquid ſit, ego vidi pluries dominum noſtrum Regẽ,& Ducem Mediolani cognoſcere in hoc regno inter ciues & nobiles Mediolanenſes & in duabus interfui cauſis per eum,& eius conſilium excelſum deciſis.Et iſta eſt communis opinio ſecundum Iacobum de ſanct.Georgio in d.l. fin.in primo notabi.lectura ij.volens iuriſdictionem cohęrere territorio:quia terminantur in eo,vt per eum in l.more maiorum.in j.lectu.nu.iiij.& v.eo.tit.quia iudex nõ poteſt,niſi in illis de ſuo territorio exercere iu-
7 riſdictionem, † quoniam territorium nõ eſt aliud, quàm terræ ſpatium munitum & armatum iuriſdictionẽ,vt dicit Bal.ſuper rub.quæ ſunt regaliæ. Et idem Pau.de Caſt.conſi.xcix. circa primum quæſitum nu.j.vol.ij.& Deci.conſi.dcxlix. nu. 5ii. cum ſeq. & Bar. conſi. clxxxix.exord. Primò quæritur vtrum iuriſdict. Et tenet Abb. Sicu.in c. cùm contingat.verſic.Hæc dicta, &c. de foro competenti. & Alex. cõſi. xxxv.vet.bene verum eſt,quòd merũ & mixtum.vol.iiij.& in conſi.xxiiij.ver.Nec obſtat quod fœminæ.& conſi.lxxxviij.volu.v. Nam iuriſdictio eſt in territorio tanquam in re inanimata,ſicut ſeruitus in fundo ſeruiente vel dominante, vt dicit Baldus in §.ad hæc.ver. Modo quæro.de pace iuramen.firman.aliàs in titu.de alloduis.c.j.& Andr de Iſernia in c j.quid ſit inueſti.& Matthæ de Afflict. Deciſi.Neapo.lxx.num.4.Sed in magiſtratu eſt tanquam in ſubiecto animato, ſine quo iuriſdict. per ſe nihil agitat. leg. ij. poſt originem. ff. de origine iuris. cum aliis per eum allegatis. Semper enim, vt inquit debet iuriſdictio præcedere officium ius dicentis.allegat Ioan. Mona. in c. ſtatutum de reſcrip.libr.vj.prius naſcitur,quàm exerciteur ad actum.& patet C. qui pro ſua iuriſdi.l.j. Et idem tenet Franciſ.Curtius cõſi.lvij.ſuper eo.verſ.ſed nos. & Purpura.in d.l.nume.cliiij.volens ſequendo Baldum in d.§.ad hæc.verſic.imaginetis etiam. & in l. imperiũ.in prin. de iuriſdictione omnium iudicũ. iuriſdictionem ſe haberi in territorio ſicut nebula ſe habet ſuper palude ſolis calore generata, refert Socin.conſi.lxxiij.ver.primo quia ex quo.vol.j.& Purpura.in dicta l. j. num. clvj. dicens tamen paludem poſſe ſine nebula.l.ſi. C. de alluuio.& palude. cum aliis alleg.ſuprà quæſti.xliij inchoant.† præ dicta faciunt ad Deciſionem alterius quæſtionis ſæpè occurrentis,quod intelligẽdum eſt nebulam aliquando & ſæpè, & non continuo eſſe ſuprà paludem.† Quoniam certum eſt, quòd conceſſa iuriſ- 8
dictione non cenſetur territorium conceſſum, vt tenet Purpura.in d.l.j.num.clxiij alleg.Bal.ita tenere in capi.generali.ſi de feud.deſunct.contentio ſit interdomi.& agnatum.Sicut econtra territorio vniuerſaliter & ſimpliciter conceſſo,videtur conceſſa omnis iuriſdictio,vt dicit Bartol.in dict.leg j.in vj. concluſione.quem ibi ſequitur Alexan.in leg fina. Iaſ.& Purpura.numero clx.& Felin.in ca.licet cauſam.primo nota.de probatio.& in cap.quod ſedes. in fin.de reſcri.vt ibi latius per eos.& Ioan. Longoual.in dict.l.imperium.verſicu.quarto pro quo dicit Bal.in quæſtio.ſua. Apuleius.quem refert Maria.Soci.in dict.capi.cùm contingat.verſicu. Circa quintum principalem articulum. † quod quis po- 9
teſt præſcribere iuriſdictionem tanto temporis ſpatio,quanto præſcriberet ipſum territorium: & ſic ſpatio longi temporis,l. fin. & ibi Bal. C. de præſcrip.vt ſuprà dictum eſt. Sicut enim præſcribens fundum præſcribit quicquid eſt ibi plantatum, vel radicatum,ita ſcribens territoriũ præſcribit iuriſdict. tanquã plantatã & annexam territorio,à quo euelli non poteſt.ff.de contrahen.empti.o.in modicis.& capi.ex literis,de iure patro.iuncto tex.l. j. §. cum vrbem:ff.de officio præſidis.& l.ſi.ff.de iuriſd. omn. iudicum in quibus dicitur ſecundum eum, quòd iuriſdictio cohæret territorio. ad idem dict. cap.vt animarum periculis.& dict.l.fin. C.vbi & apud quẽ cogni.& l.pupillus.§.territoriũ.ff.de verb. ſigni.cum aliis per eum allega.& Lupus in repetitione c.per veſtras.&Barbat.conſi.xxxiij.nu.vj.vol. ij.allegat Bar.in conſi.clxxxix.incipien. Primo quæro an iuriſdictio. Et iſtud dicit eſſe veriſſimum idem Ioannes Longauallius in d. l.imperiũ. Quod eſt dare reſponſum ad id quod ſupra dictum eſt pro contraria parte, † quòd iuriſdictio non cohæret 10
propriè territorio:tamen dicitur cohęrere,quia territorio terminatur, vt voluit Bar. in dict. leg. j. in viij.concluſione.quem ſequitur Purpura. numero clxix.qui alleg. Bald. in l. j. §. in initio. verſicu.ſed

quod in donatione.ff.de offic.Præfect.vrb.Nec obstant allegata in prima parte,quod episcopi & archidiaconi,& alij habentes iurisdictionem in certas personas vel parochias, censentur habere territorium in illis,vt volunt Inno.& Doctores in dicto cap.ad hæc.& capi. cùm contingat. insuper ibi Ioan.Andr.versicu.vel potest dici & melius, quem sequitur Alex.in addit.ad Bar.in d.l.pupillus.§.territorium.ff.de verbo.signi. & Chasſanæus tit.consuet.Burgundiorum.ti. *Des iustices*.numc.xvj. Hoc videtur procedere & habere locum de iure cano.& non de iure ciuili.secundum Inn.& Doct.suprà alle.arg.defensorum ciuitatum,quibus si est concessa iurisdictio simpliciter,videtur concessa ad trecentos aureos, §.iudicare.de defenso. ciuita. quia non sunt ordinatæ dignitates ecclesiasticæ secundum iura ciuilia,sed secundũ constitutiones ecclesiasticas.Et secundum illas debent exercere iurisdictionem, & non secundũ ciuiles. Et distinctæ sunt de iure ciuili iurisdictiones clericorum & laicorum.authen.clericos.& auth.statuimus.C.de epis.& cleri. & Iac.de sancto Geor.in l.si quis in conscribendo. num.10.C.de pact. † Quia episcopus vel alius iu- 11
dex ecclesiasticus non potest procedere ad captionem vel arestationẽ alicuius laici,siue sit iurisdictionis spiritualis tantum,siue temporalis, nisi in casibus priuilegiatis,vt dicit Masuerius in sua praxi,tit. de iudicib.& eorum iurisdictione versi. item episcopus.Et ita per plura aresta fuit declaratum,vt habetur in stylo Parlament. iiij. part. de arestis. §.xxvj.& seq.& §.xxix.in fin.& §.xlvj. in fin.& dixi lib consuet.Biturigũ.tit.de iurisdi.in gl.j. circa medium.& suprà in q.lxix.inchoante, Super quæstione,an episcopus.& alibi sæpè.† Et ideo videtur 12
iurisdictionẽ datam arctari debere, & intelligi esse concessam ad coercendum tantum debitores census & reditus refutantes soluere,& non profectò ad cognoscendum de aliis actionibus personalibus, aut realibus,nec criminalibus ex personis seu contractibus obligationis,ac forfactis siue delictis ipsorum debentium census & reditus descendentibus : cum solum census & reditus super seigneriam de Pomeriis assignandi fuerint venditi,& nõ certũ territorium in vna parochia, duabus,vel pluribus existens,sine quo iurisdictio cõsistere non potest,vt dictum est igitur,&c. Verũ quod ipse ratione census in venditione mentionati & expressi debet habere directum dominium postquam de eo facta est mentio,quod de se & ex propria verbi significatione importat directũ dominium & actionem solùm,vt voluit Masuer.in sua praxi.tit.de obligatio.& remissio.versic. & in casu proximè dicto. Tamen non posset in vim illius iuris directi præsentare,cum aliud sit perceptio pensionis, & aliud quasi possessio iuris presentandi.cap.inter dilectos. in fine,de fide instr.&gl.in ca.cùm Bertoldus.in verbo, iure de re iudicata.& Paulus de Citadinis in tractatu suo de iure patrona.vj.parte num.131. Nec tale ius directi dominii importat aliquam iurisdictionem.Et si fuerit concessus census reditus,regulari debet solùm ad cognoscendum inter debentes census,& reditos ratione illorum, & non contractuum,aut excessuum.& sentit Bar.in l.ij.ff.de verbo.signifi.& Roma.l.iiij. ad fi. ff. de acquiren. pos. vbi tenet, quod concesso castro non facta mentione de territorio,nõ venit territorium,& Iason. consil.clxj.incipien.in causa quam habet nu.j. vol. ij.Et nisi ex concessione aliud, vt inquit,apparcat, vt infrà dicam:& pro hoc facit decisio Bald.in d.cõ sil.cccxxxix.vo.iij.volẽtis,quòd siquis emerit castra,villas,& homines cũ iurisdictione,ac expresso pacto:quòd emens seu acquirens & sui descendentes coram venditore non conueniri,nec respondere tenerentur, quod nihilominus poterit emptor & eius successores,si cõtra iustitiam homines & bona eorũ malè tractẽt,potuerunt habere recursũ ad vẽditorẽ,& eius successores,quibus ante venditionẽ subditi erãt,vt ibi per eum. Hoc videtur verum quando conuentum est,vel quando apud dominũ venditorem aliquid remansisset superioritatis, vt appellationis:quo casu poterit dominus per appellationem, aut querelam cognoscere de impressione & mala tractatione. Quid dicendum? † Et hæc 13
quæ.videtur dubia:tamen primam partẽ puto esse veriorẽ tã per ibi addocta, quàm in secunda parte per notata per Ioan.And.& Doct.in d.c.cum contingat.& per ea quæ no.Abb.Sicu.consi.xx. incipiẽte,super quæst. vertente inter commune,post principium.vol. ij.vbi dicit,quòd vbicũque quis habet potestatem terrendi seu distringendi,totum illud dicitur de territorio seu districtu suo,l.pupillus. §. territorium.de verb.sig.Et illa verba, cum toto iure iustitiæ & iurisdictionis altę,medię & bassæ,siue superioritate modo & forma quibus dominus vendens tenet dictam seignoriam de Pomeriis, debẽt de aliquo operari.l.si quando.ff.de leg.j. c.si Papa. de priui.lib.vj.& idem Iason in prælegato consi. clxj. † Nam iurisdictionem etiam ordinatam quis 14
habere potest sine territorio,vt voluit Bar.in d.l.j. de iurisd. om.iudicum. quem Docto.ibi sequuntur. Socin. consi. xv.nu.vj.lib.iij.& Ale. in l.solet. ver. Sed dubium est quomodo cognoscatur an quis sit delegatus ad vniuersitatẽ causarũ :an verò ordinarius.ff.de iurisd.om. iudicum.vbi dicit sequẽdo Bar. in l.more. eod. titu.quòd ille cui committitur vniuersitas negotiorum,dicitur ordinarius. & plus volunt Hostien.& Ioan. And.in c. quoniam Abb. de offic.dele. † quòd si princeps committat alicui iu- 15
risdictio. in omnibus causis vertentibus in tali castro,vel villa,ille dicitur ordinarius, vt latius videper Alex.& Iaco.de sancto.Geor.in ij.lect.nu.ix. & x.& in d.l.solet.pro quo Alex.ibi & Soci.cõs.xv.nu. j. ver.infertur & iij.volum.iij.alle.Bar.in d.consi.c. lxxxix.& Alex.in d.l.solet.in verbo,sed tu tene communem. dicit hoc probari etiam per doctorẽ, qui est iudex ordinarius scholarium, vt procœmio ff.§.penul.in verbo,professores, & in auth. habita. C.ne filius pro patre.Et tamen non est præpositus ad regimen loci,aut territorij.& sequitur Feli.in d. ca.Rodolphus.in verb.territorium, ibi,quomodo tamen iurisdictio ordinaria.Tamen Bal.videtur in hoc sentire contrarium in c. significasti.in fin.ver. † Quid de doctore. de officio delegati quòd licet 16
doctor habeat in scholares iurisdictionem per iura proxima allegata,non tamen poterit suam sententiam exequendo alicui dare possessionem corporalem,quia ei nullum est assignatum territoriũ, licet sint sibi assignati homines, id est, personæ scholarium,cum aliis per ipsos alle. nec putat Bal. doctorem posse scholares personaliter sua authoritate capere,sed ad superiorem seu ordinarium iudicem recurrere.& idem Card.ibi & Lupus in repet.ca.per vestras.nu.xxvj.& Hierony.Cagno.in l. ij num.xc cum duobus sequent.ff. de origine iuris. quamuis Zazius ibi velit contrarium,scilicet doctorem non ordinarium sed innominatum esse. Sed primum tenuit idem Bal.in l.episcopali.C.de episco. & cleri.& Alex.in l.iubere. & etiã Purpur. nu.

xxix.de

xxix.de iurisd.omn.iud.& Bal.in sua crimi.praxi.q.j.vers.Item si est in loco sui territorij,quia iurisdictio territorij separabilis est à ciuitate,& ad dominum pertinebat diuidere & venire.l.si eadem.ff.de offi. assessorum.nec.in l.j.C.de metro.Beryto.lib.xj.ac ad eum spectat assignare territoria, & eius pertinentias,vt tenet Innocen.in capi.cum ad sedem.de restitutione spoliatorum.quem sequitur Baldus consilio cclxxvij.verticul. Deo gratias nostro volu. iij. quamuis loquatur in Imperatore,tamen idem videtur de consuetudine regni in alio domino iurisdictionem habente. & idem in capitul. primo. §. præterea ducatus. de prohibita feudi alienatione. per Federicum, dicens iurisdictionem posse diuidi per species,capitula,gradus,&regiones.Et idem Albertus Brunus consilio xciij. & latius Francisc. de Curte.consi.lxix. Item vt inquit Oldrad. consi. clxxvj.factum tale est in vertice cuiusdam montis versic. Ad secundam quæst. videtur appellatione territorij, & district. propriè tales non contineri, quia ista verba sonant superioritatem correctionis, d.l.ipse.ff. s.§.territorium.& c.licet causam.de proba. proprietatis verò appellatio dicit dominum nudum à formali vsufructu separatum.l proprietatis.C.de probatio.& idem Alberi. de Rosa.in l.imperium.nu.xxvij versi Item quæro vtrum recognoscens castrum,ibi,item pro hoc quia castrum, territorium,& iurisdictio sunt diuersa nomina, & non eadem.l si idem codicilli.C.de codicil.vnde in isto casu nostro viso contractu venditionis census & reditus cum pacto de retrouendendo,videtur iurisdictionem personæ,& non loco concessam fuisse,vt
27 voluit Bar.in prœal.consi.clxxxix.ver.† In casu igitur nostro.dicés,aut quisallegat habere iurisdictionem & imperium in aliquo castro aut loco ex concessione,aut priuilegio principis aut alterius concedentis.Et tunc si verba priuilegij sunt clara quod princeps concessit personæ vel loco, stamus certo. Si verò verba sunt dubia,& ipse interpretatur fuisse concessam personis,cùm per eorum fidem & industriam illam concesserat.l.j.ff.de officio præfect. prætо.& persona sint causa priuilegij:ergo personę concessum.l.omnibus causis ff.de regulis iuris. Et pro hoc in specie alle. l. pater filiæ ff. de serui. leg. vbi ius quod potest concedi rei & personæ in dubio videtur esse concessum personæ. sic ff. de legat.j.leg. apud Iulianum §. si quis alicui. licet glo. videtur hoc intelligere verum,si agatur à concedente,quod sit personale, quasi dicat præsumitur beneficium reale.l.forma.§.quanquam.& quod ibi no.ff.de consi.tamē debet intelligi secundum Bar. quòd concedens videtur hoc in dubio agere.& ita intelligebat ibi Old.per d.l.in omnibus.de reg.iur.
28 & ita dicit tenere,† quod in dubio videtur concessum personæ. & sic tenet Decius in d. l. in omnibus.nu.iij.Aychar.in regula, priuilegium.de regu. iuris.lib.vj.ver.In tertio casu.& ibi Phil.Fran. Sed secundū Ang.consi.cxvij.incip.an canonica.ver. Præterea ista canonica iurisdictio est realis, & in omnes personas datur:quia solo cohæret.d. l.si. vbi & apud quem cogni. Vnde concessa iurisdi. videtur omnis iurisdictio & nomen generis ac omnes reditus causarum ciuilium & criminalium concessi videtur,vt dicit Bal.in l.si.in j.lect. ver. Item nota q̃ si princeps.ff.de cōst.prin.& Ioan.Fab.in §.item si quis.ver.Quid ergo si quis habens reditus instit. de rerum diuisi.volens q̃ vendens reditus portantes dominium si eos assignet,transferat dominium in emptorem,qui erit dominus fūdorum,super quibus assignati sunt,si missus fuerit in possessionem. Tum iurisdictio est in patrimonio,& fructu, sicut alij reditus,clementin.statutum.& ibi Card.& Bomsa.de Vital.de electio.& Petr.Iacob. de Aurelia. in sua praxi,tit.de succes regni Franc.vers. Sed dico quod iurisdictiones sunt hodie in patrimonio nostro,sicut alinus in patrimonio rustici. vt ibi, Et isti fructus tribunales vel sigilli dicuntur esitales, qui percipiuntur ex consuetudine vel statuto,vt dicit Baldus in c.sicut.ver.Quarto quæro.ibi considera,quòd fructum de cohibita. cleric. & mulierum. quod est notandū pro dominis.& no.Doct.in l.divortio.& in l.si.& ibi Bal.ff.soluto matri. & in l.si. de fruct. & lit. expē. & Paris de Puteo,in syndic.in verbo pœna.s.iuxta prędicta.ante finē.ver Et ideo cum successor. & certum est iurisdictionem,ius de cimæ,& alia iura incorporalia posse sine possessione in feudum dari &concedi.cū non possideantur, vt per Bald.in capi.j.in principio.versicu. Sed quæritur qui, in iurisdictione. de consuetu. re.it feud. Sed nō sic in castro cū iurisdictione concesso, quia tunc iurisdictionis possessio non acquiritur sine apprehensione territorij. Et sic secundum eum necesse est quod prius de ipso castro & territorio fiat corporalis inuestitura,tanquā de principaliori & fundamento iurisdictionis dic.l. fin.vbi & apud quem cogni.resi. Et si emp.valeat iurisdictionē exercere, non tamen iura leuare pædagiorum , quæ debentur iure &ratione castri & territorij.vt voluit Paul. de Cast.consi.lxiij inchoante, Quod dicti reditus. vers.Tertium patet.vers. Sextum & vltimum.vo.ij. Tum quia reditus assignatus super aliquo re vtilitmiliter duratura seu perpetua,censetur & habetur pro re immobili data, vt volunt Barba.consi.xxij. vol. iij. Sed hic est facta assignatio non in perpetuum,sed ad tempus, quia cum facultate recobrij, seu pacto de retrouendendo:tamen finito recuperij tempore translatum fuit dominium, vt suprà dixi.quæst.lxvj.exordiente ,Dominus de Albreto.in fine.& in quæst.clxxij.incipiente,& per suprà dicta videtur soluta.

SVMMÆ.

1 *Testes in testamento quando septem aut octo requirantur.*

2 *Testamentum in quibus casibus valeat cum minori numero testium.& nu.3.4.& 6.*

5 *Consuetudo coram quinque aut paucioribus testibus,an valeat.*

7 *Pestis tempore testamentum valet cum pauco numero testium.& nu.9.10.& 11.*

8 *Tempus guerræ & mortalitatis equiparantur.*

12 *Testamentum tempore pestis cum paucis testibus factum,an si sanetur æger,valeat.*

Quæstio CCXXVIII.

Testamentū tempore pestis factum cum quinque testibus masculis fœminis aut alio minori testiū numero, an valeat.

DECISIO CCXXVIII.

1 PRAESVPPONO† illud quod dicit gl.in §.fin.in.fin.instit. de testamen.quòd in testamento siue in scriptis seu sine scriptis,& per nuncupationem conditoregulariter requiruntur testes vt seruatur Parisiis de cōsuetudine, vt habetur li.cōsuet.titulo de testamētis.§.fi.instī-

tu.de teſtamen. & l.hæredes palam.in prin.ff.eo.tit. & l hac conſultiſſima.in principio.& §.per nuncupationem.C.eo.tit.Sed ſi ſolēne fiat,& teſtator ſcribere neſciat,tunc octo teſtes requirūtur,vt ibi. Et idē in teſtamento cæci,l.hac cōſultiſſima.C.qui teſtamen.facere poſſunt. † Hoc fallit primo in teſta-
2 mento militis in expeditione belli degentis, & illud ſcribentis,quòd valeat ſine aliquo teſte, aut ſi eſt ſub tentorio,duo teſtes ſufficiūt,vt inſti.de teſt. mili.in prin. & l.Lucius.ff.eo.& l.milites.C.eo. tit. ſi verò eſt in ciuitate,requiruntur ſeptem teſtes,ſicut in teſtamento pagani. l. pe. C.eo.ti.& inſti.eo. ti.in prin. †Secundò fallit in teſtamento coram Im-
3 peratore aut Rege Franciæ facto,aut inſinuato,dū tamē hoc probetur,quod valet ſine alio teſte,l.omnium.C.de teſtam.ratio,quia non eſt præſumendū Imperatorem vel regē Francię ſolùm incedere cū duobus tātū. & hoc dicit Bal.in l.ſancimus.in prin. ver.ibi Imperiales.C.de donationibus.q̄hodie inductū eſt:quod in bullis Papæ & literis epiſcoporū nunquā apponuntur teſtes:quia tot proceres corā eis ſemper eſſe præſumūtur, quod nihil occultè coram eis fieri poteſt.& ſequitur Marcus Anto. Bauerius in §.fin.no.xv.inſtit.de teſta.tamen literę collationis beneficiorū ſine teſtibus in præiudiciū apoſtolici nō faciunt fidem,vt tenet Rota.Deciſi.xxij. alias Deciſi.inci.ſoit dubitatū vtrū credatur.de probā.in nouis.de quæſt.per Abba.Feli.Andr.Barbat. & Deciū in c.poſt ceſſionē de proba.& gloſſ.in titul.de ſimo.clem.te.in verbo,quibuſcūque.& in ver. teſtes.& ita pluries concluſum fuit in curia,& idem eſt in ipſo Imperatore teſtante, vt infrà dicam.Et idem ſi coram quocunque iudice aut magiſtratu,ſi in actis redigatur.d.l.omnium.& l.ſancimus. eo.& Bald. in d. l. pacta nouiſſima.& ibi Iaſo. de ſancto Georg.nu.9:C.de pact.vel ſi in præſentia epiſcopi, vel eius officialis, vt eſt de conſuetudine in regno Nauarrę,vt refert Bonifa.de Vita.in clemen. ſæpè. §.ſi tamen.nu.12.ff.de verbo.ſigni. Et idem dico ſi fiat coram Regina,aut alia principiſſa,ſicut coram principe,vt voluit Bald.conſil.cciij.factum tale eſt: domina Auerana.verſiculo,Et dicendum eſt, volumin.j.argum.dic. l. omnium.& aliorum iurium. Nam ſi princeps in territorio ſuo vices Cæſaris gerit:ergo & principiſſa Auguſta, quæ non eadem priuilegia habet.l.princeps.ff.de legib.Item ipſa ſecundùm eum omnem magiſtratum ſub ſe cum authoritate præcellit. ſic olim dicebatur de comitiſſa Matilda,vt no.in l. fi. C. de arbi. ergo eodem modo, imò multo magis debet valere factum co-
4 ram eadem domina.† Tertiò fallit in teſtamento inter liberos facto,in quo ſufficiūt duo teſtes maſculi,vel fœminæ.d.l.hac conſultiſſima.§. ex imperfecto.cum authen.quod ſine.iuncta glo.ibi,& l.ſi.C. famil.erciſ.& alibi dixi. Et idem quando quis teſtatur ad pias cauſas cap.relatum.de teſta. vt infrà de iſtis duobus vltimis caſibus dicam.Item fallit,quando ex priuilegio tres,aut conſuetudine duo vel quatuor tantùm teſtes requiruntur,l.ſi non ſpeciali. & ibi Ludo.Bologn.in ſecundis interpretatio.poſt Ale-
5 xan.& Iaſ. C.de teſtam.† Vltimò etiam fallit in teſtamento ruſtici rure commorātis, in quo ſufficiūt
6 quinque.l.ſi.eo.titulo.† Et ibi vide Alber. de Roſa.Cornel Paulum de Caſtro & Modern. an valeat conſuetudo,quod coram quinque,aut minori numero teſtium quis poſſit facere teſtamentum, vt eſt Venetiis,ſecundum ipſos & Felin.in capitul. ſecundo.verſicu.vltimo propter iſtam concluſionem.de probationibus. cum aliis per eum allegatis.& Roch.de Curt.in capit.finali,verſicul.quarto infertur.& Marcus Anton.Bauerius.§.fin. nu. xxij. inſtitu.de teſtamen.& in ciuitate Lucana, vt dicit Ioann.de Imo.conſilio cxiiij.& Thololæ, vt refert Bonifa.de Vital.in dicta clemen.ſæpè.§. ſi tamen. nume.xij.de verborum ſignificatione.Et idem ſi in terris eccleſiæ,vt voluit Caldericus cōſilio vij.inci. Teſtato.de temporali iuriſdictione eccleſiæ.ut. de teſta.& Ioan.Fab.in l.ſi vnus C.de teſt & Rom. in repe.auth.ſimiliter.in xxxiiij. ſpeciali piæ cauſę. C.ad leg.Flac.& Bertran conſi.xcix ẽxordien.Notoriū eſt,quod Auenionenſis ciuitas.parte iij.& Ioā. Rubeus,nu.xvij.ff.de teſta.& alibi Albe.in j. parte ſtatu. q.xlvj.ver.Modo tāgamus, vbi poſt argumentationem ad vtrāq; partē, & ſolutionē dicit. quod quicquid ſit de iure,communiter vbique ſeruatur,quod ſtatuta & cōſuetudines circa teſta. tam circa grauia,quam leuia valeant,& ſeruētur. Et idē tenet in l.iij.ff.de teſta.vbi dicit Moder.cōmuniter ita tenere,quia cum ſolennitas teſtamentorum introducta ſit de iure ciuili, alio iure ciuili tolli poteſt.§.quod autem.inſti.de leg.agna.tute.Et idē tenēt in d.l.iij.An.de Piſis.Ci.Bar.Ang.& Pau.de Ca. & Bar.in l.j.C.de ſum. Trini.quos ſeq.ſing. Franc. Arc.in d.l.iij.& in d. l. j. de ſum. tri.ver.cir.iij.q.& ibi Iaſ.verſ. Tertia principalis quæ in lect.ij.& idē Bartol.Bald.Sali.& Alex.in d.l.ſi nō ſpeciali.& iſta eſt vera,& communis ſententia: quod per ſtatutū conſuetudinē ciuitatis etiā recognoſcenti ſuperiorē,poteſt diminui ſolēnitas numeri teſtiū in teſtamētis.& idē Alex.in conſilio xlj.verſ. Quintò quin in dicto teſtamento. libr. j.& Spe.in titu.de inſtru. edi.§.cōpendioſè.verſic.Sed nunquid de conſuetu. Et hāc tenet Ange.in cōſilio cxxvj.inci.Teſtamēti factio.& Paul.de Caſtr.cōſilio cccl xvj.incipi. Viſo. volum.antiq.& Bauerius poſt Ange. Aret.in d.§.fi. verſi.In eadē ibi,in l.ſi nō ſpeciali nu.xviij.inſtitut. de teſta.nu.xviij.ampliè diſputat,quamuis Iacob.de Aret.in d.l.iij.de teſtament.ſecundùm Bart. Alberi.& Doct.ſuprà alleg.ibi,velint contrariū: per tex. in d.l.ſi.de teſtamēt.& ipſum ibi ſequitur Ioan.Fab. & pariter. Io.And.in addi.ad Spe.in d.§. compendioſe.verſi. Sed nunquid. volēs tamē quòd in teſtamentis ſtetur cōſuetudini alicuius primogeniti, q̄ eſt no.dignū.& per conſ. quens ſi aliqua magnifica caſſata cōſueuit certo modo teſtari,quod habitur tali conſuetudini.quod dictū reputāt ſingul.Ange. & Imo.in dicta l.iij.de teſtamē Barba.in cap. ij. de proba.& Guido Pap.in cōſi.cxxxj.nu.vj.& dixi ſuprà quæſt.clv.incipien.Gaillardus nu. xx. Et iſtam opinionem Aretin.tenuit Oldrad. conſi. ccxlviij. verſi. Ad ſecundam quæſt.& ſentit Bald.conſi. clxiij.cū ſequē.vol.iiij.& Anto.de But.& Abb.Sicu. in d.c.ij.de proba.& Imo.in d.l.iij.de teſtament.& Barba.in d.cap.ij.verſi. Sed quæſtio noſtra eſt. nume.x.ſed ibi opin.Barto.tanquam communem ſequuntur Aret. & verſiculo Venio ad tertium dubium.& Angel.conſi.lxxxviij.incipien.Item ſtatuimus.& in conſi.ccxxxviij.incipien.Per pactum.vbi ait,ita in ſcholjs teneri ac practicari in palatijs. & Petrus de Ferrarijs in ſua praxi, titul. forma libel. quo petitur hæred.ex teſtamento, in verbo, vallatam.verſic.Pro declaratione autem prædictorum. & idem Petr.Rauen.in ſuo aureo alphabeto,in verſiculo teſtamentum.in princi.Ideo ab iſta communi opin.non eſt diſcedendum. † Hoc habito videtur idem eſſe in teſtamento illius, qui peſte erat percuſſus,ſicut in teſtamēto ruſtici,quod valeat coram quinque teſtibus factum, vt tenuit Bald. poſt 7

Nicol.de

Nicol.de Matth.in d.l.fin.argumen.illius,de teſtamen.volentes,quod ſi quis eſſet in loco peſtifero, vel in carcere tyranni,vbi non poſſet habere copiã teſtiũ,quod poſſit facere teſtamentum coram quinque teſtibus,& idem dicit Bal. de eo qui eſt in caſtro ad quod non patebat acceſſus,vt ipſe tenet in conſilio cclxxxvj.cuius initium, ſi quis iuris ciuilis. libr. iij. pro quo de Ripa in ſuo tracta.de peſte, verſicu. Venio ad ſecundam particulam. allegat text.in l.ſi quis in dolo in princip.ff.ſiquis aliquem teſta.prohib.& idem dicit Marti.Laudẽ in tracta tu de caſtella. §. xxvij. Et vltra adduco quod dicit Bald.in l.ſancimus.verſi.ibi,exceptis. cum verſicu. ſequen. recordor,quod Bart.C.donatio.vbi refert Bar.& Franciſ.de Piſis conſuluiſſe,valere teſtamentum quod fecerat quidam de Vrſinis in quodam ſuo caſtro,in quo ipſe habebat merum & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem, licet careret ſolennitatibus iuris, & illud dicit eſſe validum,cum aliis per Alex.in additio.allegat.& per Corneum in conſi.cc.vol.j & idem Iaſon in d. l. omnium.verſi.Ad idem fallit illud,& Soci.in conſ. lxxxv.nu.v.& nu.ix.bo.iiij.& Caſt.in l.ſi quis Imperatorem.C. qui teſtamen.facere poſſunt.vbi idem tenet valere teſtamentum principis ſine iuris ſolennitate.ſicut præſentia eius reddit teſtamentum alterius ſolenne d.l.omnium.vt ſuprà dictum eſt: ita & fortius proprium ſuum teſtamentum. pro quo dicit Ioann. Fabr.inſtit. de fideicommiſ. hære. in principio per illum textum ibi, vel quia per ipſius ſalutem rogatus quis diceretur, vt ob inſignem quorundam &c. quod princeps poteſt vltra iuris communis diſpoſitionem in eo,quod ſuam tangit perſonam facere valere,quod alias non valeret. facit quod in ſimili dicit Bald. conſi. ccxxxij. recolo me conſuluiſſe volu.iij.quòd licet miles non poſſit donare concubinę,l.j.C.de donatio.inter virum & vxorem.& leg.miles.§.mulier. ff. de teſtamen. milit.tamen princeps,hoc poteſt facere:quia derogare videtur iuri,vt ibi vide in prin. qui dicit auſum ſe nõ fuiſſe niſi dicere contrarium:ne, vt inquit,odium tam concubinarum,quàm filiorum incurreret: & fruſtra niti,nec aliud ſe fatigãdo quam odiũ generare,quod extrema dementia eſt.& idem dicit conſi.ccxxxvij.ad euidentiam præmitto,quod concubinatus eo.volu. iij. quem ſequitur Doct. palatios.alias Lupus in repet. de donatio. inter virum & vxorem verſ.Ex quo infertur,vel etiam dicit habere locum in magnatibus allega. Oldra.conſi.ccxxxj.hinc eſt,quod dicit Ang.in authen. de nõ alie. §.quod autem.peregrinos pro indulgentiis Romã euntes poſſe in itinere deſcendentes teſtari coram duobus teſtibus, quia plures haberi non poſſunt: quia ſi milites in expeditione degentes poſſint coram duobus teſtibus teſtari, tanto magis debent poſſe in peregrinatione ad ſalutem animę,&ad ſeruitium Dei,cùm Deus ſit ſuperior princeps principum in re publica.authen.quomod. oportet epiſcop. Et non ſolum in peregrinis Roma. ſed etiam in omnibus ſimilibus, vt de euntibus ad ſanctum Iacobum,vel ad noſtram dominam Anicien.ſeu de Podio,vt voluit Ang in authen.peregrini. commu de ſucceſſion.& Pau.de Caſt. in l. nutritoribus eo. t.& Soc.in d.conſi.dccliiij.vol.iiij.quod no. quia ſæpè cõtingit.& Bauerius in d.§.fi.nu.xix. de teſtamen. & opin. Bald. quod ſufficiant quinque teſtes in l.ſi. ſequitur ibi Salice. & amplè Iaſon qui dicit quod ſi habere conſulere,pro iſta parte cõſuleret. & idem Cuma.poſt Ang.in l.conficiuntur.§.codicilli.ff.de iure codicillorum,vbi dixit hanc partem eſſe æquiorem & idem Flor.de ſancto Petro,in d. l.milites.de teſtamento militis & Ang.Are. in d.§. fin.inver.in eadem gl.in fin.inſtitut.de teſtamẽtis. licet Bauerius ibi nihil concludat. & idẽ Ang.Are. in tracta.ſuo de teſta.in verbo nuncupatiuum,in fine.dicens idẽ velle Bar.in l.prima.ff.de bono.poſſeſ.ex teſta.mili.iſtud eſſe æquum,inducendo l.caſus.C.de teſtamen.& idem ibi Alex.in additio. ſed & Chriſtophorus Porcus inſtit.de teſta. milit. §. j. dicens, quòd peſtiferatus poſſit etiam teſtari coram duobus teſtibus etiam non rogatis.Et iſta fuit opinio Flor.vbi ſuprà, & etiam ſanum exiſtentem in loco contagioſo poſſe teſtari cum duobus teſtibus rogatis:extraverò locum epidimiæ, tunc teneatur iure communi teſtari. & iſtam opinionẽ tenet Geraldus Mulere in additio.ad Rolan.In tracta.florum vltimarum voluntatum. tit. de teſtibus in teſtamẽto adhibendis. in prima additi.& Gaia. Pap.in q.ccccxliij.incip. vltimarum voluntatum. in fin.dicens ſe vidiſſe ita ſeruari in teſtamento in rure vel alibi tempore peſtis cõdito,vbi non reperitur copia teſtium,quibus caſibus talia teſtamẽta coram curato,& duobus teſtibus facta vidit in iudiciis tolerari:& iudicari iuxta diſpoſitionem c.cũ eſſes.de teſtamẽtis.Et idem Abb. Sicu. & Barbatia in dic.c.cùm eſſes. verſic. Et inquantum dominus Abb.dicit.& idem Barbat.conſi.lxxxvij. verſi.præmitto etiam. vol.iiij.vbi confirmat pluribus dictis Ang.& aliorum& idem Pet.Rauenna in ſuo alpha beto aureo, in verbo, teſtamentum. verſiculo an valeat in teſtamentum. Et ſecundum hanc opinio.fuit iudicatum,vt infrà dicam. Sed in primam videtur inclinare partem Socin.in conſil.lxxxiij.verſicu.& hoc maximè ex quo tale teſtamentum fuit conditum tempore peſtis.volum. j.& Hippoly. de Marſi.in l.j.§.præterea.verſi.facit etiam,nam licet. ff.de quæſtionib. vbi plura adducit pro hac parte. verſiculo,ſed vltra prædicta. circa hanc materiam ſe refert ad quoddam ſuum conſilium incipiens, Vocem meam exaudi Et idẽ Iaſon in d.l.ſi.& Franciſcus de ſancto Nazario in dicto tractatu de peſte, loco ſuprà allegato.& Alexan. in l.ſcriniarios.verſiculo in gloſſ ſi.C.de teſtamento militis.licet non ſigat pedem,quia ſe remittit ad Angel.in d.l. conficiuntur.§.codicilli.& per eum in dicta l finali.vbi tenet contrarium. & in aliis locis infrà allegandis. & idem dicit in additio. ad Bartolum in d.l j. de bonorũ poſſeſſio.ex teſtamen.milita.& in hanc ſententiam videtur inclinare Capra. conſi. cxiiij.verſiculo circa ſecundum dubium.tamen non eſt(vt inquit)ſine dubio:quia in caſu ſuo teſtamentum fuerat factum in rure tempore mortalitatis, & inter liberos, Sed tunc quando ſit inter liberos, non eſt dubium quin valeat quocunque loco aut tempore fiat, etiam cum duobus maribus aut fœminis d.§. ex imperfecto.cum ſua authentic. iuncta gl.de teſtamentis.& vt ſuprà dixi, & latius ſuprà in quæſtione cxxiiij.incipien. Et proceſſu moto & pendẽte in curia inter Ludouicum Bruetum. & vltra ibi allegata,videtur Petrum de Ferra. in ſua praxi titul. forma libelli quo petitur hæreditas ex teſtamento. in verbo,vallatum. & Alexan. in conſilio infrà allegato.& Curt.us in conſi.lxxiij. Et mouentur Doctores tenentes hanc partem, argumen.d.l. j.de bonorum poſſeſſ.ex teſtamento militar. † quia 8
tẽpus guerræ, & tẽpus mortalitatis æquiparentur, vt dicit ibi Barto.& in l.naturaliter.ff.de vſucapio. & Bald.in l.cùm notiſſimi.§.imò.C. præſcrip. xxx.

Digitized by Google

annorum.& Abb. Sicul. in c.cùm dilecti.de dolo & contumacia.& in capi.ex transmissa. & per omnes de præscrip.& in l.de ætate.ff. ad Trebellianum & in leg. ij. §. si quis in iudicio. & §. quod dicimus. ff.si quis caut.& Abbas Siculus,consilio xciiij.cuius initium est in quæstione.hæredum. volumi.ij. Sed existens in guerra seu bello potest testari coram duobus testibus.d.l.Lucius.& finali.ff.de testamento militu.vt suprà dictum est in præsuppositione. Ergo idem dicendum quando quis testatur tempore pestis, quia illo tempore dicitur esse bellum inter Deum,&homines,vt dicit Bart.in d.l. j.& d.l. naturaliter.cum aliis latius per Iason.& Marc.Antonium de Bauerio. in locis supra allegatis. adducentes plura dicta Angel.pro hac parte:pro qua facit tex.in c.negotiatorem.lxxxviij.distinctio.quod locum pestis quis licite fugit.& leg.si prædium. C. de ædilit.action.Barto.in l.de pupillo. §. si quis riuos.& ibi Mode.ff. de noui operis nuntiatione. Bald.in capit. ex parte. de appellation. & textus in capitul. ex primo.in verbo,pestis.& ibi glo.de authoritate facti concil.& glos.in ca.j.§. excepto hostilitatis casu.inverbo,Impediti.de pacificis possessoribus.in pragmatica sanctione. licet hæc argumentatio in parte & non in totum sit vera, quoniam miles vltra periculum mortis in quo se exponit, pro re publica pugnat: quod non facit pauper remanens tempore pestis in locopestifero,vt infrà dicam de medico vel alio iudice, aut in capitaneo pro re publica gubernanda in ciuitate relicto. Et istam opinionem sequutus est Decius cõsi. cclxxxiiij.viso puncto & diligẽter consideratis. vbi alleg. Floria tenere in d.l.fin.de testamentis. Et in dubio in fauorẽ testamenti iudicandũ est.l.si pars iudicantium.ff.de in officio.testamento. Et leg. negare.ff.
9 quemadmodum testamenta aperiantur.† Et communiter intelligunt Doctores suprà alleg. quando tempore pestis in testamento interueniunt quinque testes , quia minor numerus quinquennario non sufficeret.& idem tenet Bertran.de Carpen. consi.ccxij.num.iij.cum pluribus sequenti. & con-
10 si.cclxx. vol. j. nouorum. † Sed contrarium quòd non valet testamentum tempore pestis conditum, nisi interueniant septem testes, prout in alio tempore requirentur,tenent Fulgo.Paul de Cast.Francis.de Aret.Alexan.& Corne.in dicta l.fi. de testament. vbi patet, quòd solennitas relaxatur rusticis tantum testantibus in rure.Sed aliis hoc denegatur,signanter secũdùm Baldum si locus ruris est prope locum iuris, vt ipse voluit consilio ccxxiij. incipiente,mater.volumi.iiij.per nota.in d.l. final. sed ipsemet Bald.in l.j.C.de summa Trinitate,videtur velle oppositum,quem refert & sequitur Anchar.eius discipulus,in repetit.c.canonum statuta. quæstio.xiij.principali. versic. Sed iuxta prædicta quæro.dicens quòd priuilegium particulariter loquens seu loco cõcessum,videtur non solùm loco, sed etiam personis concessum. vnde si priuilegium sit concessum alicui patriæ,sub nomine loci, quòd in testamentis sufficiant duo testes,quod tale priuilegium prodest ciuibus testamentum extra patriã facientibus.& ipsos sequitur Socin.in cõsilio xxxv. versi,vij.probatur.volumi.j.& pro hac opinione facit text.in c.j.in fin.ibi,cæterum in villis quæ foris sunt propter inopiam hominum indulgeatur. xxj. quæstio.j.Sed primum videtur veriùs,quod sit speciale in rusticis, ergo in aliis in contrarium est ius commune,l.ius singulare.ff.de regulis iuris.&tenet Bar.in l.conficiuntur.§.codicilli in prima quæstione,etiam si ibi per spatium temporis manserunt,sit ue rus vel villa sit prope vel longè,secundùm communem sententiam Doctorum,ibi:& tenet Matthæus in Decisione Neapolita.& pro hoc text.in l. j.§.fina.ibi,vt si per rusticitatẽ aliquid fuerit omissum.ff.de ventre inspicien.& quod nota,voluit :ipse Baldus in consilio xcvj. quæritur qui intelligantur laboratores continui.in principio volumin.iij. volens quod priuilegium concessumlaboratoribus & habitatoribus,intelligatur de continuis laboratoribus,& habitatoribus,nisi tunc in rurevigeret pestis,vt infrà in fine dicam.& idem Barba. in rubrica.extra de testamen. ver. capio secundum casum. & Alex.consi.lxx.& consi.clxxvj.libr. ij. adducentes Doct. pro hac parte exẽplum dominæ Aquilę vxoris domini Signorelli de Homodeis Mediolanensis doctoris insignis,quæ peste percussa non volens habere testes,fecit se portare in viam publicã, vt haberet testes audientes suam voluntatem. & sequitur Barbatia consil. lviij. versi. & præsuppono. versi.& si dicitur.volu.j.dicens ita Bononiæ. Nam testatores se ponunt in aliqua fenestra , & testes stant inferius,vt audiant voluntatem eius. & sic bene reperiuntur testes in numero sufficienti,quò ad confectionem testamenti.Et ego vidi in loco nostræ Dominæ de alta Faya testamentum sic conditum tempore pestis vigentis , Anno Domini xxij.supra quingentesimum & millesimum,per Ioannem de la Garrige,dit de la Mothe:qui in via publica in præsentia notarij & septem testium parum ab eo longe existentium, ordinauit testamentum. Et pro hoc facit textus in l.est differentia. ibi , per fenestram.ff.in quibus causis pignus tacitè contrahitur.& ibi Bald.in antiquis lecturis:nota pro contractibus,qui fiunt cum monialibus ad cratem ferream.ad idem textus in l.si quasi.ibi,per fenestram ff.de pignoratitia actione.Et istam opinionem sequitur Angelus secundum ipsos in dicta lege conficiuntur,§.codicilli.per illum textum, de codicillis,cuius lecturam non habeo ibi. & idem Ludouicus de Rosate in repetitione Authenticæ , similiter in xxxiiij. specia.versi. Cæterùm pone quòd testator. C.ad legem Falcidiam. Raphael. Commen.in leg.fi.C.de testamento milit.& Francis. de Aret. in leg. hæredes palam. versicul. vnde super hoc cogitandum.ff.de testamentis.& Alexander in consilio lxx. incipiente. viso consilio,versicul.& licet factum esset.& in consilio clxxvij.viso themate.versiculo præterea communiter tenetur. volumin.ij.& vtrobique dicit hanc esse communem opinionem.Et tenet Lucas de Penna in l.j.versiculo item pone cum tempore vniuersalis epidemiæ. C. de his qui in exilium dati. libro decimo ,ita quòd tale testamentum non possit confirmari per principem re non integra. vbi post argumentationem ad vtranque partem , hoc singulariter probat. Hanc partem tenet Bauerius in dicto finali numero xxxiiij.institutio.de testamentis.vbi celebrè disputat hanc quæstionem. & idem Bertach. in tractatu de gabel. in secundâ parte. quæstione xxiij. in fin. & Barba. in rubrica. de testamentis versicu.capio secundum casum.Et omnes se fundant super illo textu in d.§.codicilli.ibi, quid enim si sufficientem testium facultatem non habuerit, &c, & in dicta leg. casus. C.de testamentis. vbi propter morbum vni ex testibus superuenientem non remittitur solennitas numeri vij.testium. Et per authoritatem Barto.in dic.l.j.de bonorum possessio. ex testa. milit.dum Bartol. ibi dicit bonum esse

prouide

prouidere, quòd teſtamentum valeret eo caſu, quo impoſſibile eſt teſtatorem habere perfectum numerum teſtium: volendo innuere quòd ſi noua lege non valideſur, quòd ſit nullum. cum aliis per Doctor. allegatis. Ad quod tenentes primam partē reſpondent, vt per ipſos in locis ſuprà allegatis. Et hæc opinio eſt vera ſecundum Alexandrum in d. l. fina. de teſtamentis. quem ibi ſequitur Iaſon. niſi ille de cuius teſtamēto agitur, tempore mortalitatis in ciuitate remanſiſſet cauſa adminiſtrandi rempublicam in ab entia & loga aliorum: quoniam eo tunc gaudere debet priuilegio d. l. fin. cùm militet ratio illius legis primæ. de bonorum poſſeſſione ex teſtament. milit. & ipſos etiam ſequitur de Ripa. in tractatu ſuo de peſte. loco ſuprà dicto, verſicu. illud autem ſcias, vbi in fine dicit ſe credere idem eſſe dicendum in medicis remanentibus ad curandum infirmos, quòd habeant hoc priuilegium, vt ibi per eum. Et iſtam partem ſecutus eſt Guliel. Bened. in ſua repet cap Raynutius. in verbo, teſtamentum primo. ver. fallit ſi teſtator. de teſtamen. & hæc opinio eſt de iure verior. quam tenet Bellamera, in conſil. j verſicu. quarto quæri poteſt pro tempore mortalitatis: allegans Gaufrid. ita tenere. & reſpondet ad Baldum, & alia in contrarium allega-

11 ta. † Quid dicendum? & præfatus Franciſ. de ſancto Nazario in dicto ſuo tractatu de peſte. verſic. venio ad ſecundam particulam. poſt aliquas prædictarum Doctor. pro vtraque parte adductas opinio. pro illis concordandis diſtinguit, aut peſtis non eſt magna, & valde ſæuit in loco. Et iſta ſua diſtinctio paucis additis mihi placet, quæ colliguntur ex dictis Abb. Sic. in d. c. cùm dilecti. de dolo & cōtumacia, volentis quod vbi aeris corruptio eſt vehemēs in loco, ita quod veriſimiliter ex acceſſu dubitaretur de morte, quod excuſaret quem à comparatione. facit quod ipſe no. poſt Ioan. Andr. in c. ſi verò. de iureiurand. & quod not. in c. quorundam. lxxiiij. diſtin. & per Hoſtien. in ſumma titulo, de clericis non reſidentib. §. ſi. in fin. & Henricus Bohic in c. quoniam frequenter. vt lite non conteſt. quòd vbi aer eſt infirmus & peſtifer. poteſt beneficiatus ſe abſentare à beneficio, nec debet procedi ad priuationem, ſed debet expectari quouſque ceſſauerit impedimentum peſtis. Et pro hoc bonus tex. in clementina, in agro. §. ſane. in ſecundo. iuncta gl. in verbo rationabili. de ſtatu monachorum. Aut ergo peſtis non eſt magna in loco, & tunc non valeat, niſi in eo interuenerint ſeptem teſtes & ita procedit ſecunda opi. & ſic debet intelligi ſecundum eum tex. in d. l. caſus. Et generaliter omnia alia iura loquentia de ſpecialitate peſtis, de peſte notabili intelligūtur, quia leuis contagio non excuſat, ſecundū Abb. Sicul. & Doctor. ſuprà in locis alle. & Cardi. Alex. in c. peruenit. xviij. diſtinctio. Et pro hoc facit ſecundum prædictum de S. Nazario, quia leuicula febris non facit ſeruum morboſum. l. j. §. proinde leuis. ff. de ædi. edicto. nec leuis aut vetus quartana, vt ibi excuſat à contumacia. l. quæſitum. ff. de re iudica. & ſecundum iſtam partem fuit iudicatum in fauorem Ioannis le Gendre contra Ioannem Amil, in ipſa curia procuratorem: quia peſtis non erat in ciuitate magna, & curia tunc ſedebat. & latum arreſtum die xvij. Martij, Anno 1525. Et hoc verum, niſi teſtamentum eſſet inter liberos, quia tunc valet coram duobus teſtibus quocunque factum tempore. d. §. ex imperfecto. vt ſuprà dictum eſt. Aut peſtis eſt magna, & valde ſæuit in loco, & tunc ſufficiunt duo teſtes cum parochiali curato, etiam tempore ſanitatis. c. cum eſſes. de teſtamentis. & iſta eſt communis ibi opi. canoniſtarum, quamuis aliquid contradicant, ſecundum Corneum in conſi. xxxj. volu. ij. & in conſil. cxlix. eod. lib. & in conſi. clxviij etiam eod. vol. & in conſil. lxxvij. volumine primo, & in conſilio cclxj. lib. ſecundo & Zabarel. conſilio lxxiij. vbi conſuluit contra teſtamentum receptū per rectorem cum vno teſte, quod factum erat per quādam Dominam tempore peſtis in portu Gruatio de temporali eccleſiæ exiſtente: & idem in caſu dicti Bertrandi in dicto conſilio ccxij. vel requiruntur quatuor teſtes cum rectore, ſecundum Abb. Sicu. & Barba. in d. capitul. cùm eſſes. & Calderinum in conſil. viij. titul. de teſtamentis. & Ludouicum de Roma, in d. authent. ſimiliter & Alexand. in cōſiliis ſuprà allegatis, & in conſi. clxxvj. verſic. poteſt etiam ex alio capite. libr. x. quæ incipit, In primam partem. vt inquit de Zabarel. validior eſt vox duorum teſtium quàm vnius quantuncunque authoriſabilis perſonæ. l. iuriſiurandi. de teſtib. & c. cùm à nobis. c. licet ex quadam. & c. licet vniuerſis. de teſtib. & ample Corneus in dicto conſ. cclxj. Et videtur neceſſarium quod fiat per parochialem rectorem ſeu vicarium perpetuum, & non profectò per alium presbyterum etiam habentem commiſſionem ad id faciendum per ipſum curatum conceſſam, vt voluit Corneus in dicto conſilio lxxvij. lib. primo. quoniam licet videatur eadem ratio de commiſſo & committente, quòd tamen ſecundum eum negatur: quia à paritate rationis non fit extentio in correctiuis, & maximè cum non ſit deſcripta dicta ratio in ipſa decretali, vt ibi per eum cum verſi. ſequenti. Et pro hoc facit quod dicit Alberic. in l. ſecunda. verſiculo dubitatum fuit. C. de officio eius qui vicem alterius. quòd in curia Romana fuit dubitatum tempore quo Ioan. xxij. fecit extrauag. execrabilis. ſuper pluralitate beneficiorum, vtrum vicem gerens alterius in benefitio curato diceretur curam habere. & determinatum fuit quòd non: quia cura eſt inſeparabilis à perſona, ſicut actiones directæ, l. iij. ff. pro ſocio. vt ibi latius per eum. & iſtud tenet Barbaria in d. cap. cùm eſſes. verſic. nota quòd ad validitatem teſtamenti. vbi per eum. & idem Abb. Sicul. in capit. j. verſicu. Et faciunt hęc ad quæſtionem de raptorib. & Barbaria in capit. poſtu laſti. num. 18. de foro competen. Et idem ſentit Bertrand. de Carpentareto, conſilio lxxxiij. numer. xij. volum. j. nouiter impreſſo, dicens valere teſtamentum per notarium ſimplum tempore peſtis, prout fuit in caſu noſtro, quia in præſentia commiſſi per rectorem ad confitendū, ſeu audiendum peſte percuſſos coram quinque teſtibus, quorum duæ erant mulieres, in quo caſu ſecundum Alexan. Barba. & alios ſuprà alle. requiritur quòd ſint maſculi: quāuis Iaſ. in d. l. fi. de teſta. teneat contrarium. & de Ripa in dict. tract. de peſte. xliiij. colum. ij. verſi. tertiò quæro. Sed ego multum dubito de hoc dicto, quia tempore peſtis pauci reperiuntur curati ſeu rectores qui regant eorum curam, ſed habent ſuos firmarios vicarios, qui ab Epiſcopo habet regimen eccleſiæ, quod ſufficere videtur, quoniam etiam ſufficit quod tempore teſtamenti presbyter eſſet rector, licet tempore mortis teſtatoris non eſſet amplius, vt voluit Corn. in conſil. liij. verſic. vel ponamus, volumin. iiij. vnde in hoc caſu duo maſculi cū rectore aut alio presbytero ad hoc commiſſo ſufficiunt. Aut ſumus in terris imperij, & tunc ſecundum de ſancto Nazario valet teſtamentum tempore peſtis coram quinque teſtibus factum, per text.

in d.l.fi.de teſtam.quia tempore peſtis vehementis non de facili inueniri,neque haberi poſſunt, qui velint accedere ad perſonas peſte infirmas in loco peſtifero exiſtentes, maximè illi qui exiſtunt extra ipſum locum peſtiferum.& ita tenet Corn.in conſi. cxxxj.vol. iiij.vbi conſuluit valere teſtamentum factum tempore peſtis à muliere ſine conſenſu proximorum conſanguineorum, prout requirebat ſtatutum ciuitatis Anconæ & idem in dicto conſil. liij. col.volum.iiij.Et Fran.de Ripa.fo.cxiiij.verſi. tertio quæro quamuis Chriſtophorus Porcus in d. §. j.de teſtamento milit.& Ioan. Ber. compatriota in ſuo iuris viatorio.titu.de teſtament.verſic. & ex eo quod frequens ibidem viget peſtis,&c.velit hoc caſu quando perculſus peſte facit teſtamentum,ſufficere duos vel tres teſtes cum rectore,quemadmodum in teſtamento militis in caſtris facto, cum ſit bellum cæleſte,vt ſuprà in prima parte dictum fuit. Et ſecundum hanc tertiam opi. fuit iudicatum per curiam ex eo quòd in ciuitate erat tunc magna peſtis vigens:ſed non fuit per viam ſpirituſſancti,& latum arreſtum die xiij.Februarij,Anno 1530.in fauorem Catharinæ de L'eſperance appellatam, & Annam Ican nomine quo procedit à Seneſchallo Aquitaniæ appellantem. Si verò fiat per alium dicto morbo non infirmum, tunc requiruntur ſeptem teſtes.& hoc caſu procedit ſecunda pars:niſi fieret in campeſtris & villagiis ſiue metariis : quia tunc tali tempore peſtis ſufficiunt quinque teſtes,d.l.fin. de teſtamentis,& plenè Socin.d.conſi.lxxx.volum.iiij. aliàs ſecus, ſi alio tempore ſano quis ruri pro tempore exiſtens faciat teſtamentum , tunc ſeptem requiruntur teſtes, vt ſuprà in principio ſecundæ partis dictum eſt. † Et aduerte quod ſi talis peſte perculſus fecerit teſtamentum cum quinque teſtibus, & ſeperuiuat,& periculum peſtis euadat,quod tale teſtamentum non rumpitur, etiam ſi ille potuit ad libitum cum nu.7.teſtium reficere, ſi in eadem voluntate perſeuerauerit,vt voluit Corn. in d.conſil. liij.volum.iiij.& Franciſ.de Ripa vbi ſuprà verſicu. quæro quarto.cum aliis per ipſum allegatis.Et nota quod illi qui tempore peſtis aliqua in perſona alterius exhibent ſeruitia,dicuntur ſingulares amici, & neceſſariò eis talia ſeruitia ſunt remuneranda,& magnifacienda ac æſtimanda, vt voluit ſingulariter Barba.conſil.liiij.volum. ij.per text.in l.ſi pater.§.ſi quis aliquem à latrunculis.ibi, merces enim laboris eximij appellanda eſt.& ibi gl. ff. de donat.cum aliis ſimilibus per eum alleg. & gl. in c. ſi quis nos. xij.qu. ij. quæ dicit quod ille dicitur bene meritus qui al.quod in ſine ſeruitium fecerat. ſequitur Alex.conſi.lv.verſi.& dicitur bene meritus.l.ij.vnde ſi ex hac cauſa fiat donatio,cum ſit remuneratoria, eſt irreuocabilis,per illum tex.in d.§. ſi quis aliquē à latrunculis.nec per ingratitudinem,ſecundum gl. ibi,quam ſequuntur ibi Doct.& Roma. in ſuo ſingul.ccccxvj.incip.donatio reuocatur.Et ideo non obſtāt cōſuet. Burdeg.ti.de teſta.& ſucceſ.art.lxxv. quia nō loquitur in donatione remuneratoria , ſed in ſimplici donatione.licet idē voluerit Alex.in d. conſi. lv.& ita Iaſ.in l.ſi ita quis.§.ea l.verſi.* ff.de verb,obl.ſequēdo Petr.de Anch.in cōſi. & ſic tēnit Barb.in cōſ.preall.liiij.vo.ij.q̄ habeat etiā locū,niſi appareat de meritis, ſequendo Io. Andr.in additio. Spec. in rubr.de rebus eccleſ.non alienan. & idem Alexan.conſi.xliiij.verſi.nec obſtat.volum.iiij. Tū etiam quia conſuetud.loquitur, quod non poſſit in teſtamento tertiam partem bonorum ſuorum (de qua poteſt diſponere) alicui extraneo exiſtentibus liberis,donare:inter viuos poteſt per text.in dict.l. viuus.& l. viuus libertus donare bene merentibus amicis poteſt: legare verò nec bene merentibus amicis poteſt,quo patroni partem minuat.ff. ſi quid in fraud. patron. text. in capitul. de his.de ſepultu, ſentit Barba.in dicto conſil.liiij. Tum quia bona donata ſunt conqueſtus & acquiſita,de quibus quis poteſt diſponere non obſtante conſuetudine prohibente alienationem , vt volunt domini de Rota, Deciſ.dcccxlij.aliàs deciſ.xij.incip. conſuetudo tit. de conſuetudini.antiq. & in collectis per Bernard. de Biſgneto.titul.de pac. Deciſion. ij.& idem Nicol.de Vbal.in tract. de ſucceſſ.ab inteſt.in iiij.parte.quæſt.vlti.& ſentit gl.in ca.ſignificauit. in verbo non eſt aliud.& ibi Anton. de Butric.de donation. inter virum & vxorem. & Caſtr. conſil. clxxij. in capi.ſu.præſenti.volum.nouorum.& dixi in §. ij. in addit.in verbo , & intellige de conſuetudine matrim.Tamen quia donatrix quæ donationem fecerat ſibi vſumfructum retinuerat, ſic poſſeſſio in donatarium tranſlata fuerat,l.quiſquis.& l. ſi quis argentum.§.ſi quidem C.de donationibus. cum aliis per nos alleg.in §.j.de donationibus.lib.conſuetudin. Biturigum. per quæ fuit deciſus proceſſus in curia motus,inter magiſtrum Iacobum Bonnet,à Seneſchallo Aquitaniæ appellantem:& Gregorium Pognet , & eiuſdem vxorem ac filiam intimatos donatarios.

SVMMA.

1 *Laudimia an de toto pretio debeantur , ſi cum domo vel fundo vendantur ſimul aliæ res mobiles. num.2.& 3.*

Quæſtio CCXXIX.

Aliquis vendidit domum cum mobilibus , aut fundum cū fructibus vno tantum pretio,an debeantur Laudimia pro toto pretio , vel ſolum pro valore , & æſtimatione domus aut fundi?

DECISIO CCXXIX.

ET † quo ad fundum cum fructibus vēditum videtur laudimiū pro integro pretio eſſe ſoluendum , vt tradit Aret. in l. concubinam. §. ſi fundum per illum text. ibi , quia idem pretium ad totam cauſam fundi pertinet.ff.de legatis.& gloſſ. ibi exponit tam ad fundū quàm ad fructus.& per tex in l.fin.§. non ſolùm.ff. quæ in fraud.credi.& idē Guido Pap. in ſing. ccccxcij.verſi.ſi venditur fundus.quoniam fundo vendito fructus ſolo cohærentes veniunt in venditione, cum ſint vna res cum fundo,& pars eiuſdem,vt ibi & l.fructus pendentes.& ibi Alberi.& l.ſolum.ff.de rei vendi.& l.Iulianus.§.ſi fructibus.ff.de act. emp. & vendi.†Et idē videtur dicendum in domo cum 2
vtenſilibus & alijs rebus mobilibus in ea exiſtentib.vno pretio vendita,ſi talia parietibus affixa fuerint,vel ut ibi perpetuò eſſent, licet affixa non eſſent in leg. cætera.§. hoc ſenatuſconſultum. in ſecunda. & ibi Alberic. poſt Din.& Iaco.de Aretin. & in §.ſed ſi parauerit. ff. de legatis j.& dicta l. Iulianus.§.ſi.cum ll.ſequen. vſque ad l.fundi. incluſiuè : ſecus videtur in aliis vtenſilibus & mobilibus non affixis nec perpetuòannexis,quia cum non ſint

pars

pare domus, pretium filorum mobilium debet de-
[illegible] qui fuit in qua lâ causâ mota inter syndicũ
[illegible] Severiat Burdegal. laudimia ex do-
mo cum mobilibus vendita petentem solum secun-
dum æstimationem domus, & non mobilium, con-
tra [illegible]m Nolet emptorem sine vtensilibus do-
mus. Ita ac consuetudine Aurelianen. habetur. vt
in [illegible]tq. de contrahen. venditio. cap. xxiij. & ibi Pyr-
rhus [illegible]e de ipsis facit tex. mentionem in l. quæsitum.
§. fin. ff. fundus ff. de fundo instruc. & instrumento
legato, & ibi Alb. allegat alium tex. in l. ij. ff. de nun-
diatis, & in l. cos. C. de decurion. lib. xj. Quod verbũ
dicit esse maritum in vsu Pergamensiũ & facit quod
dixi in consilio incipiente, *La laquelme du Mou-
lin.* & per Alber. in d. l. fructus pendentes dicentem
solum esse partem fundi, dicta leg. solum. & pariter
aream esse partem insulæ, leg qui res. §. aream ff. de
solutionibus. & similiter villam esse partem fundi.
Et quid fundi appellatione contineatur, vide tex. in
l. cum fundus. de fundo instruc. & instru. legato. in
l. fundi. ff. de actio. empt. & vend. & aqua viua quæ
oritur in fundo est pars fundi, l. is qui in puteum. cir
ca principium. ff. quod vi aut clam. & vsusfructus est
etiam pars dominij fundi. l. iiij. ff. de vsuf. Quia qui
promittit dare fundum, videtur promittere cum
vsufructu. l. si à reo. §. si reo. ff. de fideiusso. & ostium
domus est etiam pars domus. d. l. cætera. §. hoc sena
tus. verũ tem non prohibetur, ibi, hostius, quem Bal.
legit seperatim. & ibi Alex. allegat tex. in l. j. §. j ver
sicul. cloacæ. in verbo tribus. ff. de cloacis, vbi appel
latione cloacæ venit ostiũ cloacę. & idẽ ibi Bart. &
Alex. in addit. vbi Bar. allegat tex. in l. j. §. in flumine.
ff. de flum. cũ aliis per nos allegat. suprà in q. ccxiij.
incha. dominus de Stisiaco. ver. & quod no. & Bar.
& idem tenet Iaſ. in d. §. senatusconsultum. versicu.
Sextò not. Et ibi vide per Bald. Alex. & Iaſo. Guid.
de porticu an veniat appellatione domus: & an si-
cut quis citari non potest in domo etiam non pos
sit in ostio. & Decius in l. nemo de domo. nume. ij.
ff. de regulis iur. cum aliis per gloſſ. pragmati. titu.
de concubi. §. j in verb. ecclesiis. Vnde vendita do-
mo, aut fundo simpliciter, videntur prædicta pari-
ter esse vendita, per iura prædicta. & Alberic. in d.
§. senatusconsultum. versic. & facit iste §. & Bald. &
Alexand. in fine. & Iaſon in versicul. septimo nota.
& pariter seræ & claues censentur tanquam portio
domus venditæ, d. l. quæsitum. & ibi Bart. & Alex.
de fund. instruct. lega. & dicta leg. fundi. & Bald. &
3 Doct. in l. ij. C. de verborum significa. † Vnde ex
toto pretio fundi cum fructibus pendentibus, vel
domus venditæ cum vtensilibus parieti affixis de-
bentur laudimia: sed non si fructus à solo, vel vten-
silia a pariete seperata fuerint, non debentur ex il-
lis fructibus, vel mobilibus, sed eorum æstimatio
debet deduci, vt in causa dicti syndici sancti Severi
ni fuit dictum, quod facit pro Decision. quæstio. se
quen. Tamen videtur Decisio in contrarium: quam
ponunt Bal. Ang. & Alberic. in l. Iulianus. quam le-
gunt cum l. non solum. §. final. ff. de minoribus, se-
quendo Andræam, quòd si statutum velit quòd de
omni sextario frumenti quod venditur, vel de om-
ni plaustro vini soluatur certum quid pro datio,
modo quis vendidit fundum in quo erat frumentũ
vel vuæ maturæ. nunquid tenetur soluere datium.
Videtur quod sic, arg. l. fistulas. §. quæ frumenta. ff.
de contrahen. empt. l. frugem. ff. de verb. signifi.
quia frumentum cedit in venditione, d. l. Iulianus.
§. si fructibus maturis. contrarium tamen tenent
per tex. in l. Iulianus. de in integ. restit. quòd princi
pale tantum attenditur, & non accessorium vel con
secutiuum, & ibi vide.

SVMMÆ.

1 *Domum deformare aut discooperire, an propter debi
ta vel delicta liceat, & nu. 2 & 9.*

3 *Dicta quid, & quot modis dicatur, & num. 5.*

4 *Domus appellatione an veniat capana pecorum.*

Quæstio CCXXX.

Quid econtra, si quis vendat primo mobilia, etiam affixa, & postea regulas, ligna & trabes domus, ita quòd non remat nisi fundus & solum, quòd alio pretio venditur: An pretium dictorum mobilium prius venditorum debeat computari in solutione laudimiorum.

DECISIO CCXXX.

EIstam quęstionem mouet Iacobus de sancto Georgio, in tractatu de Roydis seu operis. versi. adhuc formo vobis aliam quæstio. vbi præsupponit primo. † q 1
ædificia domorum causa discooperiendi, vel demoliendi alienari prohibentur. Ergo licitũ non est vẽdere tigna, nec trabes domus, ne vrbs seu locus publicus deformetur. l. fi. ff. ne quid in loco publico. & l. ij. C. de ædifi. priuat. & textus in l. senatus. ff. de cõtrahenda emptio. & in d. l. cætera. & ibi Iaſ. versicu. quarto no. & §. si duobus. versi. & quid si quis. & ibi Pau. de Castro. & text. in §. sed & si quis. & §. hoc senatusconsultum. in j. & ij. & in dicta l. senatus. quæ ibi sequitur. de leg. j. & ibi Bar. Bald. Ang. Alber. & Ioan. de Imo. Pau. de Cast. Alex. Aret. Iaſ. & Lance. Decius in ij notab. dicentes tex. esse ibi contra consuetudinem Italiæ, vbi destruuntur domus eorum qui propter paupertatem collectas & taleas soluere nequeunt: quod est contra dictam l. ij. de ædific. priuat. & iura suprà allegat. & idem Bart. in l. nutu. §. fin. de lega. iij. & Cæpol. in tracta. de seruit. vrba. prædio. quæst. xl. & quæst. xlj. & quę. vj. vbi dicem. quod male faciunt officiales, qui propter pignora discooperiunt domum debitoris. quam quidem cõ suetudinem vidi in ciuitate Lugd. seruari, vbi pro-
pter censum non solutum auferetur primò ostium
domus, & postea discooperitur, quod bene non fit,
vt ipsi dicunt. & idem Alberi. in l extat. versi. Item
quæro si inquilinus. ff. quod metus causa. vbi idem
dicit de clausura fundi per executiones auferenda,
cum sit eadem ratio. pro qua consuetudine facit (vt
inquit Bal.) tex. in d. §. hoc senatusconsultum. quem
legit cum §. sed & si quis. & melior in l. si is cũ quo.
ff. communi diuidun. vbi propter inobedientiã &
contumaciam potest dirui domus. & dd. nutu. §. fi.
in l. quoniam. & ibi, eius sella in frusta cædatur. cũ
aliis per Lucam de Penna allegatis. C. de cursu pu-
blico. lib. xij. † Sed primum est de iure verius. & te- 2
net Barto. Bald. Albe. Ange. Alexan. Iaſon & Iac. de
S. Georg. vbi suprà dicentes domũ non esse ob de
bitum publicum vel priuatum diruendam, sed inte-
graliter seruatis solennitatibus alienandam, l. credi
tor. ff. de actio. empt. & vend. & ad illam l. si is cum
quo. communi diuidun. respondent Iacob. de san-
cto Georg. vbi suprà. Quòd licet iudex ibi iusserit
dirui domum propter inobedientiam & rebellio-
nem partis, tamen hoc iniustè fecit, secundum glo.

:bi.Sed illam reſponſionem Alexand ibi dixerat,& Iaſon.verſicu.nec obſtat tex.Et prius Alb.in tertia parte ſtatutorum.q.xlvj.ante ſi.verſi.& ad l.ſi is cũ quo.& in prima parte ſtatut. q. lxiij. ſed ſecundum Ludou. Bolog.in d.l.ſi is cum quo.in primis interpretatio.ille tex.loquitur in ruſtico prædio.dum dicit fundum & villa dirupta,& arbuſta ſubciſa.& ſic illa ratio,ne vrbs deformetur,ceſſat in rure & non in ciuitate,vt ibi per eum.Tamen Doctor. tenent, quòd domus ſiue ſit in ciuitate,ſiue in villa,ſeu ruro, proprie dicitur prædium vrbanum.materia enim non locus diſtinguit,l.j.in princ. ff.communia prædio.& l.vrbana prædia.ff.de vᵗrbo.ſignifi.& Alber.in d.l.ſenatus.§.Marcellus.de leg.j.per l.ſi prædium. C.de præd.mino. Veruntamen vbi eſſet aliqua domuncula ſeu tugurium in rure, ſenatuſconſultum prohibens quem eximi à domibus, non ſe extendit ad illam domunculam,per tex.in d.§.Marcellus.ita intelligunt Doct.in d.§.ſed & ſi quis.inſu per Lance. Decr. in ſecundo no. & iſta eſt tertia limitatio.Iaſonis in d. l. cætera.ver.tertio limita. & idem Imo.Alex.& Iaſon in d.§.Marcellus.in quarto no.† Et exponunt ibi dictam in vxoris hortis ſe
3 cerat &c.id eſt domunculam ibi factam gratia fructuum,quam etiam intelligunt Alber.ibi, & Alex. & Iaſ.ſi in ciuitate eſſet illa domuncula, quæ poſſit dirui.Sed aliter Iaſon ibi exponit dictam, ſecundũ gl.in l.æquiſſimum.§.ſed ædium.verſicu.ſed neque dictas,id eſt locum in quo pater familias in die moratur.Et ſequitur Alberi.in dictionario, in verbo, dieta,vel eſt locus vbi ſtant domini ad ignem calefacientes.l.ligni.§.lignis.& ibi glo.de legat.iij. quã allegat Iaſon vbi ſupra, quamuis Din. in dicto §. Marcellus,dicat dictam appellari pannum vel cortinam,quod non congruit literę,vt patet etiam per tex. in dicta l.æquiſſimum.§.item ſi domus.ibi, vel inter dictas amœnas.Sed poteſt capi procœnaculo, in quo æſtate cœnatur ad vmbram & hyeme ad ſolem.Et poſtea reperi Nicol.Perotum in cornucopia,vbi dicit cœnaculum cœnationem,ſeu dictam, idem eſſe:& numer.8.& 9.dicit in inferioribus hortis dictas eſſe,quæ ſunt modò paruæ,modò maiuſculæ,in quibus etiam cubicula fiunt.Et pro iſta expoſitrone videtur clarus tex.in princ.ibi, item qui dietarij appellantur,hoc eſt, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt.ff.de extraord.crim.quem etiam Iaſõ allegauit. & ſic ſecundum eum dieta non eſt parua domuncula. & verum videtur, quia appellatione domus non venit domuncula,vt dictum eſt per tex. in d.§.Marcellus.Et idem Corne.conſilio ccv. vol. iij.† Nec ſecundum eum capana deputata ad vſum
4 beſtiarum venit appellatione domus,vt voluit Bal. in c.ij.de duob.fratrib. de nouo beneſi.inueſt.&Alexan.in dicto §. ſenatuſconſultum.ſed bene ſi ad vſum hominum, vt ibi per eos, & tenet Cæpol.in tracta.ſeruitut.vrban.præd.cap.xj.verſi.Quid de capana,quia quicquid dicitur de domibus, intelligitur etiam in capanis,ſecundum Doct.ſuprà dictos. & Angel.in leg.j. verſi.& quicquid hic dicitur.ff.de tigno iniuncto & Matthæ. de Afflict. in conſtitut. Neapolit.titul.de maleſi.numero ix.verſiculo.limita ſecundò.vbi vocat hanc capanam paleare, vbi ſtant beſtiæ, quod apud nos communiter appellatur grangia. Sed ipſi videntur loqui de capana paſtoris,vel piſcatoris caſa §.litorum. inſtitut. de rerum diuiſio. & non de campana.qua eccleſia vtitur.De quo per Iacob.de ſancto Georgio in l. plerique, numero iiij. ff. de in ius vocan. Sed credo quod ſi campana ſit ibi perpetuo affixa cauſa pulſandi exiſtentes in domo,quæ fortè multum diſtabat à via,vt ſunt in domibus plurium,contineatur appellatione immobilium: per iura ſuprà dicta. & quare campanæ in concitatione tempeſtatis pulſentur,vide Bertran.conſi.liij.numer.v.volum.primo nouiter impreſſorum.† Sed aliter capitur dieta,quando dicitur aliquem non poſſe trahi ad iudicium vltra vnam dietam,in cap.nonnulli.& ibi per Felin.verſicul.collige etiam.& in c.dilectus. de reſcrip.& aliquando dicitur vltra duas dietas.cap. ſtatutum.co.titu.lib.vj.& per Bart. & Alber. & Alex. in l.j. §. ſi quis cautio.& Cardin.de Zabarel.conſil. lxxj.& de vtraque dieta ponit Decius in c.olim.de exceptio.ſed cœnaculum alio modo capitur.ſecundum Budæum in ſuis annotat. in d. l. æquiſſimum. §.item ſi domus. quem intitulat. item ex §.j. quòd ſit locus altus domus, ad quem ſcalis aut cochleis aſcenditur,& hoc cœnaculum, vt inquit, incolunt tenuiores inquilini.& cœnatio eſt potentiorum,vt ibi hoc probat,dicens Accurſium hoc non intelligere vocabulũ ibi,nec in l.ſi verò.in prin.ff.de his qui deiecerunt.& in l.ſolutum.§.ſolutam.ff. de pigno.actio. Ad idem allego text.in l.iij.§. fina.ff. de offic.præfect.vigilum.& in l.tabernam.ff. de fundo inſtruc.& inſtrumen.legato.vbi gloſſ.in verbo cœnaculum. exponit locum eſſe in quo paterfamilias cœnat,vel vbi ſit cœna,ex quo frequẽter aqua proiicitur,dicta l.ſi verò.de his qui deiecerunt. Et ſic Accur.vt Budæus prætendit, quem non viderat in loco proximo allega. non ignorauit vocabulum. Et tamen de dieta,de qua in textu dictæ l. æquiſſimum.§.ſed ſi ædium. & §. item domus. nihil dixerat, licet in vtroque annotauerit.tamen idem ſunt: & pro hoc eſt text.ad literam in l.prima.§.eod.tecto.ibi intra dietam.ff.ad Silla.& in l.cœnaticorum nomine.C.de eroga.mil.anno.libr.xij.& ibi Lucas de Penna exponit ſecundum Ang. cœnã dici à κοινὸν Græcè,quod eſt commune, quaſi à communione veſcendi.Aliqui enim(vt inquit)publicè & in propatulo comedebant.nec ſolitarij & priuatè, ſicut modo,ne ſingularitas delitiarum luxuriarum generaret & idem de cœnaculo dicit Alber.in d.l.ſi vero.ad hoc tex.in l.Aquilius regulus.& in l. Lucius. ibi,hoſpitio illo quandiu volueris vtaris ſuperioribus.dictis. ff. de donat. qui facit pro dicto Budæi, quod ſuperiores hoſpitii partes dicantur dietæ, in quibus conſueuit die quis morari. Sed cui opinioni magis adhærendum ſit, relinquo pertinacibus, ſecundum Tullium in Topicis,quem gloſſ.alleg.in l.ij.in verbo,vocabula.C.de conſtit.pecunia. Ideo Pyrrhus in rub.publicæ lætitiæ.lib.xij. contra Alciatum reprehendentem Accurſium ait, non vſque adeo ſit fuſte plectendus,neque adeo tanta ſit gloria de Accurſio in Latina lingua triumphum egiſſe, cui non contigit bonum præceptorem ſua tempeſtate nanciſci. † Et reuertendo ad prædictam conſuetudinem,diruendi domum ob debitum vel delictum concedentem, an ſit valida validitate: allego
6 tex.in authen.de manda.prin.§. oportet autem. & in l.fin.C.de modo mulctarum.Signor.de Homed. eius conſil.ccxlj.ideo inducunt Bar.Bal.Alber. Florianus & Alexand.in d.l.ſi is cum quo. ad q. de habente turrim communem cum fratre, quorum alter ſuperiorem, alter verò inferiorem partem habet: & is delictum commiſit, qui partem habebat inferiorem,propter quod ex forma ſtatuti eius bona debebant deſtrui.De quo ibi per ipſos: quia diuerſæ ſunt opiniones,& plenè Bart.in l. Athenis.§. de hoc tempore. ff. de aqua pluuia arcend. & ibi Ange.

Digitized by Google

bi Ange.& Alber.in d.q.xlvj.incip.ſed quæro, duo fratres vel ſocii.& c.cum aliis per Alexan. in addit. ad Bart.in d.§.de hoc tempore.Et de Puteo in ſyndicatu.in verbo contumacia.an iudex. Archidia.& Dominicus in cap.felicis,de pœnis.lib.vj. verſicu. ſed quæ ſi inte & Philippus Francus,verſicul. vltimo nota ibi ædificia.& Ioan.Andr.in additio.Specu.in rubric.de pœnis.& Brixi.in quæſtion. dominicali.xliij.michaan.duo communem domum habentium.& Iac.de Penna in dict.leg.vna & in dicta l.quoniam de certo public.lib.xij.& Angel.Aret.in tract.malefi.in verbo,& eius bona publicamus.verſic.quæ ſi pignorati ſunt. & Alber. de Gandino in tract.criminum tit.de homicidio.verb.item quęro aliquis committit. Tamen quicquid ſit de iure, verum, vt dixit Albe in dict.leg.exiat.conſuetudo tamen ſeruanda.& in dict.§.hoc ſenatuſconſultum dicit ita ſeruari Bononiæ, & in Lombardia. & idem in d.l. mittuntur.ff.de commiſſum.quia conſuetudo vel ſtatus tam poteſt tollere in hoc ius commune. l. omnes populi. ff.de iuſtit.& iure.& l.de quibus.ff.de legibus.& maximè vt delicta puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquiliam.& idem dicit in prima parte ſtatuti q.lxiij.exordiente. Item quæritur an valeat ſtatutum,quod eſt in multis partibus. & in iij. parte quæſtio.iij.& quæſtio.vij.cum tribus quæſtioni. ſequent. & Paris de Puteo in Syndicatu. in verbo, contumacia.capit.an iudex.& Lucas de Penna in l. vna.C.li cum illis relicta ciuitate.li.x.Et pro hac parte bonas eſt text in c.j §.receptatoribus.in fi.ibi, & domus eius deſtruatur. de pace tenen. & iur.firm. & ibi per And.de Iter. & etiam de iure canonico approbatur talis cõſuetudo in d.ca.felicis.poſt principi.ibi,fiant habitationes eius deſertę,& vt non ſit qui eas inhabitet,dentur cuncta eius ædificia in ruinam.& quæ ſequuntur.Et ibi Archidia.Domini.& Phili.Franc.de pœnis.Et idem Paul.in d.§. hoc ſenatuſconſultum.dicens ſic ſeruari in ciuitateRomana, vbi illiæ leges fuerunt conditæ,quia contra contumaces mittunt baiulos cum inſtrumentis ferreis, & faciunt angulos domus cauare, tecta deſtrui, & quasi per totam vrbem videntur eſſe deformitates: quod eſt valde mirandum,quod de tantis moribus venerint ad tantam verecundiam, & tabes baiuli vocantur lipichioni,& vt inquit,ſi ibis Romam,vide bis hoc.& Ang.ibi ait per vſum ſeruari, ſed non Florentiæ. Tamen Iaſon in ſecundo nota. dicit etiã ſeruari Romæ & Florentiæ. Vnde iſta poſſunt ſine deformitate domus deſtrui in quocũque loco ſint. Et idem Flo.de ſanc.Pet.in d.l.ſi is cũ quo.in j.nota.plura alia ponens remedia contra rebelles & inobedientes ſpartim in iure tradita, quæ alibi non reperies ſic in vnum recollecta: & ita aliàs fuit dictum per arreſtum curiæ ſupremæ Pariſi. contra comunitatem Valentinian.cuius portæ ſuæ ciuitatis,ob rebellionem gentibus regis factas ſublatæ fuerunt ad bene placitum principis vſque,vt refert Gallus in d.conſ.eiusdem curiæ.§.item *Celuy iour*,&c.& vt tradit hoc imitationem conſuetudinis vel ſtatuti res domui alterius non poſſunt deſtrui, capi, vel legari vltra prohibitiones ſenatuſconſulti, vt iurib. ſuprà allega.pariter etiam in aliis quatuor caſibus per Iaſo.in dicta leg.cætera.verſicul.quartò no.quos ibi vide cauſa brevitatis.& pro ſolutione huius quæſt. Iac.de ſanct.Georg.ſuprà.præſupponit etiam & ſecundò, quòd fraus committitur de re ad rem, de perſona ad perſonam,de contractu ad contractum, & ſic de aliis:vbi vide ample. Ex quibus elicio concluſionem, quòd ſi in fraudem domini quis vendiderit tecta,trabes,tigna,& lapides,quòd pretium illorum cum ſolo poſtea vendito debeat pro vno computari,ex quo poterunt percipi laudimia, vt dictum eſt in præcedenti q. in fin. Ideo cogita aliam ſolutionem,ſi non conſtet de fraude.

SVMMÆ.

1 *Retractus non habet locum quando eccleſia vendit, ſed bene quando emit.& nu.2.*

3 *Laudimia quæ ex priuilegio non debet clericus emens, an poſtea renendendo retineat,& emens iterum directo domino ſoluat.& num.4.& 5.*

Quæſtio CCXXXI.

Certa inter canonicos ſancti Frontoris ciuitatis Petragoricen.& ciues eiuſdem ciuitatis inita fuit tractatio, in qua inter alia fuit conuentum & concordatum ,quòd canonici ſeu fratres non tenerentur de rebus immobilibus per ipſos emptis & acquiſitis durante triennio ſoluere laudimia. Modo venerabilis vir magiſter Franciſcus de Calumnioſa eiuſdem eccleſiæ canonicus emit domum,quam domi Ioan.Petit tanquam agnatus proximior voluit retrahere : a quo ipſe de Calumnioſa petit tantum laudimiorum , quantum ſolui debuiſſet ciuibus prædictis Quæritur vtrum poſſit.

DECISIO CCXXXI.

ET† antequam veniam ad 1
ſolutionem præmiſſæ petitionis vnam q. an ius retractus habeat locum in rebus eccleſiaſticis , tam per eccleſiam venditis , quam etiam in aliis per eccleſiam & clericos emptis. Et videtur primo quod ad eccleſiam vendentẽ in caſu à iure permiſſo res eccleſiæ immobiles , non teneri ad laudimia ſoluenda,nec retractui ſubiacere:quia eccleſia nõ habet proximos:& cõſuetudo laicorum nihil de rebus eccleſiæ diſponere poteſt.capi.quæ in eccleſiarum.& ca.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti.Ita tenet Matt.de Afflict.in tract.prothomiſeos.verſi.quæro an iſtud ius congruit. imò potius ſpectare ad eccleſiam,ſi res erat domina directa.† Sed quo ad eccle 2
ſiam & clericos emptores bene habet locum conſuetudo retractus & laudimiorum, quoniam ab ipſis potuerunt proximiores retrahere, & dominus directus ius laudimij ſecundũ conſue.exigere, vt ipſe de Afflict.tenet ibi alle. Abb.Sicul.ita tenere in c.conſtitutus.per illum text. de in integ. reſti. cum aliis per eũ allegat.inſuper Cin.& Bal.in l. neque per ſe.C.de hæred.inſtit.& idem tenet Chaſſanæus.lib. conſuet.Burgun.tit.de retrac.verſic. quæro quid ſi eccleſia.& ita ſe habet conſuetudo Franciæ, quam eccleſia tenetur ſeruare,vt decidit Raph.Fulg.cõſi. vj.cum aliis per nos allegat.in §.xviij. & per totum de conſuetudine reten.rerum feud.§.j.lib.conſuet. Biturig.vbi vide , an prælatus poſſit retinere iure prælationis.Et vide quę in ti.de cõſuet.retract.iiij. in §.v.dixi proximiorem præferri domino etiam eccleſiaſtico,licet ſit de iure,vt ibi. † Et quo ad q.no 3
ſtram videtur clericum poſſe petere ius laudimiorũ quod aliis emptor ſoluere debuiſſet, vt voluit Cin. in d.l.neque per ſe.C. de hæred. inſti. argumen. illius leg.& eum ibi ſequitur Albe.in j.parte ſtatu. q. cxv. Nihil addito. aliàs iſte proximior retrahens à clerico priuilegiato videretur exemptus , & immunitus erga dominum vel dominos ciues concedentes,qui poſſent ab iſto proximiore agnato pe-

tere iura laudimiorum, si ista opinio non seruaretur, vt statim dicam. Ideo proximior soluendo eidē de Caluimonte erit liberatus à domino directo, erga quem tenebitur idem de Caluimonte garentisare & indemnem reseruare. Quoniam si clericus exemptus à solutione huius iuris soluisset rechaptus seu laudimia, ipse agnatus teneretur illa eidem soluere, & ipsum remborsare. & in hoc non est dubium, vt dixi, in §. iuj. † Quinimo ipse etiam iterum teneretur soluere domino pro retractu & noua acquisitione in vim illius facta, vt voluit Alber. de Rosa. in d. q. xciij. cum seq. q. per tex. in leg. si seruus §. cùm igitur. cum versicul. sequ. ff. de euict. & dixi in §. v. versicul. sed quid emptor soluit, igitur, &c. † Sed contrarium tenet Bal. in d. l. neque. quod talis clericus non possit aliquid petere, per text. in l. fina. secundum secundam lecturam. C. de fructib. & litium expensis. Quem ibi Alexand. in addi. Cin. ad Bartol. in fin. dicit facere pro quæstione Bald. posita in d. l. neque pro se. vbi habens priuilegium non soluendi sportulas, nec sumptus litis obtineat in causa, non potest repetere id quod præstaturus erat, quia priuilegium illius alteri prodest per quandam consequentiam. Et idem tenet Bald. in tracta. de iure prothomiseos. versicul. sed pone quod res fuit vendita alicui clerico. dicens ita consuluisse contra clericum. & ipsum sequi videtur Chassanæus in d. quæstio. Quæro quid si ecclesia. in fine. dum dicit Bald. de Vbaldis in commento prothomiseos, consuluisse illo anno contra clericum. & idem Ioan. Igneus in repetit. l. dudum. C. de contra hered. empt. & mirum quod nullus Modernorum in d. l. neque prosequ. hanc tetigerit q. & ipsam posuit in d. §. iuj. versic. sed quid clericus. de consuetu. retract. narrando opinio. Cyn. & Alberic. & Bald. pro qua facit text. in l. cum autem. §. fi. ff. de ædil. ædict. & ita per illum tex. tenet Angel. in d. l. neque. quia in hoc videtur clericus aut canonicis iuris laudimij non soluendi sōlùm durante eorum tempore immunitas & exemptio, & non profectò facultas exigendi, nec leuandi ab illis qui ab eis rem emptam retrahunt, concessa. Et si canonici tunc sic intellexissent, ciues tamen non intellexerunt, facultatem illam à retrahentibus leuandi iura eis debita concessisse. vnde in dubio non præsumuntur eisdem concessisse, sed exemptionem pro ipsius solummet non soluendi: & sic proximior non tenebitur ad duo laudimia ad quæ teneretur, vt suprà dictum est si ipse soluere teneretur, tali clerico priuilegiato. & postea domino: tamen partes se concordauerunt. Et ista opin. videtur magis æqua & communior, licet præcedens sit magis ecclesiæ & eius seruitoribus fauorabilis, cū iactura tamen partis, quæ locupletari nō debet, leg. iubemus. La grande. C. de sacrosanct. ecclesiis. aduerte quod clericus si vult vti & stare statuto laicorum, debet illo vti cum omnibus pactis: & oneribus venientibus ex eodem, licet alias non sit subiectus statorum, vt voluit Bald. in l. sinautem quem ibi sequuntur Iacob. de sancto Georgio, & Iason in quinto notabi. quam ipse legit cum leg. contra iuris ciuilis regulas. §. fin. ff. de pactis.

SVMMÆ.

1 *Muros ciuitatis transcendens qualiter puniatur. & num. 3.*

2 *Remus à Romulo occisus.*

4 *Muros nec perforare, nec eis aliquid immittere licet.*

Quæstio CCXXXII.

Transcendens ob punitionem delicti fugiendam, & mortem fortè euadendam muros alterius castri vel ciuitatis quàm Romanæ, an puniatur pœna capitali, iuxta l. fina. ff. de rerum diuisio.

DECISIO CCXXXII.

ET † videtur quod non. Pro hoc gloss. in §. sanctæ quoque res. in verbo muti. institu. de rer. diuisio. quæ formatur hanc q. Tamen non dicit pœnam capitalē esse ei imponendam. & ita tenuit Martinus Silleia. in dicta leg. finali. & Azo. in summa eod. titul. quos sequuntur Bartol. & Alberic. ibi, in princip. dicentes pœnam capitis transcendentibus aliarum ciuitatū muros non esse infligendam, sed extraordinariam arbitrio iudicis imponendam, quia pœnæ sunt potius moliendæ, quàm exasperādę, l. interpretatione. ff. de pœnis. & pro hac Decisione allegat Albe. tex. in leg. j. de fur. in Lombarda. & refert tamen vidisse de facto in ciuitate Pergami dominum Gulielm. de castro Baco fecisse (ipso tamen reclamante) transeuntem decapitari. Et istam etiam partem tenent Porcus, & Ange. Arc. in dict. §. sanctæ quoque res. & Gulielm. de Cug. & Bald. in leg. sacra. §. muros. ff. eod. & pro Decis. videtur tex. iuncta glo. in §. lex Iulia peculatus. institu. de public. iudi. vbi qui publicam pecuniam ciuitatis Roman. furatus fuerit, tenetur: sed non si alterius ciuitatis, vt dicit glo. Tum quia hic ob necem euitandam, & non voluntariè: sicut Remus transcenderat, vt dicit gloss. vlti. in d. l. fi. & dixi suprà q. inchoan. an actor dicens. Et sic ex iusta causa, vt voluit Bartol. in tract. de tyrannia. versicu. primum excedentes. & probat text. iuncta gl. in d. l. fi. de rerum diuisio. dum dicit in fine, transcendere voluerit. & Abbat. exponit, id est, voluntariè ascenderit. ad idem tex. cum gl. in l. desertorem. §. is qui ad hostes. versic. & is qui volens. de re milit. quamuis Ludo. in sing. dccxxxix. inchoan. quæstio est de facto. velit contrarium, etiam si transcendat castrum habens muros, vel valla etiam lignea, per text. in d. l. desertorem. §. in bello. versicu. nec non. cum sequ. de re milita. secus si habeat fossas tantum: quia tunc non punitur capite, sed sibi amputantur crura, vt ibi not. in versicul. si quis verò fossam. † tamen de Romulo sunt opiniones, quas breuitatis causa vidè per Ioann. Reynau in l. ij. versicul. prædicti ergo Remus & Romulus. ff. de origi. iur. vbi concludit Remum per inuidiam fuisse à Romulo fratre interfectum, vt ipse solus regnaret, vt ibi, & occisus à celere primo duce celerum seu equitum ipsius Romuli, qui trecentos celeres siue equites habebat ad custodiam corporis electos, vt refert Zazius in dict. l. ij. ibi, tribunum celerum. Numa, vt ait, Pompilius secundus Rex celerum custodiam deposuit. Idem Hierony. Cagn. ibi. numer. cclvij. & idem dicit Cornelius nepos, cap. j. de Proca Albanorum Rege. † Et sic etiam limitatur hæc conclusio in casu in quo pœna capitalis transeuntibus muros imponatur, quod intelligitur si tempore guerræ, & non tempore pacis transcenderint, vt voluit gloss. pen. in fi. in constitutione Neapoli. inchoan. cùm satis. titulo, à pœna vniuersitatis teneantur. lib. j. qui alleg. Carolum seu Rogerium in d. l. j. de furt. in Lombar. sic limitasse. Et idem Andr. de Isern. in sua peregri. lect. vt per dictam constitutio-

ſtitutionem Neapol.cùm ſatis. nu.2. & ita concluſum in cauſa ſyndici villæ Montis regalis ex vna, & Xanti de Benqueto ex alia.& latum arreſtum die vltima Aprilis.Anno Domini,1530.† Sed an licitum ſit perforare muros ciuitatis aut villæ:dic quòd non l. qui perforauerit.ff.ad legem Iuliam peculatus.Nec aliquid eis iungere vel ſupponere, l.ſacra.§.muros. ff.de rerum diuiſio.niſi in vniuerſitate quę hoc poteſt.vt dicit gloſ.in dict. §.muros. per text.in l.omnes.in ij.C.de operis publi. & ita tenet Bar.in dict. §.muros. & ſic non licet priuato in muris villæ facere feneſtram, aut aliquid aliud conſtruere ſine licentia domini, vt tenet Guid. Papæ in ſingula. ccccclxxxvij. 4

SVMMÆ.

1 *Mulier an mariti occiſores accuſet.& nu.2.*
3 *Occiſi mortem & intereſſe qui proſequantur, & quo ordine.*
4 *Commater an occiſores compatris accuſet.*

Quæſtio CCXXXIII.

Vxor an poſſit nomine ſuo accuſare occiſorem mariti ſui, ſiue habeat liberos ex eo,ſiue non.

DECISIO CCXXXIII.

1 IT † videtur primo quod non, per regulam generalem. l. qui accuſare.ff.de accu.& cap.prohibeatur. ij. quæſt. j. quia mulier non valet de publico crimine (niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam) accuſare.l.de crimine. C. qui accu. non poſſ. Canonizata xv. quæſt.ij. de crimine. vel niſi in aliis caſibus ibi notatis per gloſ.& Docto. inſuper Salic.& in dicta l.qui accuſare.ff.de accuſationib.& in l. in quæſtionibus.ff.ad leg. Iul.maieſtat. & per Spec.titu. de accuſatore. §.j, verſic.item quod eſt mulier.& Alber. de Gandi. in ſua praxi,titu.qui accu.poſſ.poſt princip.verſicu.item repellitur mulier.Sed maritus non continetur appellatione ſuorum, quoniam ſui dicuntur,contra quos inuiti teſtimonium dicere non coguntur, dicta l.ij. de accu. ff.& l.lege Iulia. ff. de teſtib. & gloſſ.in l.ſi fœmina. C.ad Turpil.quæ dicit quod quis dicitur proſequi iniuriam ſuorũ coniunctorum vſque ad ſeptimum gradum, quam ibi facit ſingular. Angelus, quia coniuncti vſque ad dictum gradum non coguntur dicere teſtimonium, ſed bene pro eis ſi volunt. Et idem ibi Salice.in j. quæſtio. Imo illa verba,ſua vel ſuorum iniuriam, ſunt ſtrictè intelligenda, & interpretanda, vt dicit gloſ in l. neganda. in verb.ſuorum. C. qui accu.non poſſ.cum aliis per Angel.alleg in tractat. malefic.in verbo, necnon ad querelam Titij. verſi. quæro igitur qui contineantur. Et pro hac deciſio. videtur tex.in l.ij.ff.de iniur.& hanc partem tenent quidam Moderni, vt referunt Cin. & Alber. in di-
2 cta l.de crimine. ſic intelligentes. l. ſororem. C. de his quibus vt indig. † In contrarium videtur quod poſſit accuſare,ar.l.iij. §.cùm verò. ibi,vel etiam vxori adire prætorem.& ibi Benedi.de Plumbi.ff.de liber.cau. vbi vxor vẽdicat maritum in libertatem, quæ eſt oppoſita ſeruituti, & morti æquiparatur.l. ſeruitutem.ff.de regu.iur. & vxor eſt cõiuncta perſona,l.fin.§.cùm autem in confinio.verſic.ſi in perſonas ita ſibi coniunctas,& ibi Bald.& Salic.& Frãciſc.de Aret.& Moder. C. de fur. & tenet Andr.de Iſern.in conſtitu. Neapolitan. exord.Summo periculo.nu.2.& Odofre.in d.l.ſororem.ff.de his quib. vt indign. & idem ibi Albe. etiam ſi non ſit mariti hæres,& Iacob.de Rauen. in d.l. de crimine. quem ibi ſequuntur Cin.& Ioan.Fab.Bald.Ang. & Albe. dicentes hanc partem eſſe veriorem.& idem Bald. in l.j. verſ.ſuper tertio. C.qui accuſ.non poſſ.& Alberi in l. j. ff.de accuſ. vbi etiam dicit idem eſſe in ſponſa de præſenti. l. non ſine ratione. C. de bonis quæ liber.& l.iiij.ff.de fundo dot. Si enim accuſare poſſunt occiſores & homicidas ſui ſoceri, d.l. ij. de accu.magis de morte viri, cum quo dicitur eſſe vna caro.& idem Barto.in l.ij. verſi. quæro vtrum mulier.de accu.& Maſuer.in ſua praxi,tit.de expen.intereſſe & damnis. verſi.item propter homicidium, narrans eos qui pro homicidio poſſunt petere intereſſe ciuile. † Primò, ſcilicet vxor,ſecundò pater, 3
maximè ſi filius occiſus non erat emancipatus.Tertiò liberi ſi qui ſint.Alij verò conſanguinei non admittuntur,intellige cum prędictis.quia omnes tam fratres,in d.l.ſororem. & ibi Cin.Cor. Alex. & Iaſon, quàm alij ab inteſtato venientes pro eorum intereſſe admittuntur,vt dixi ſuprà.q.cxx.incip. pater an remittere. Item, vt inquit Maſuerius, ſocius bonorum vel alicuius artificij ſeu mercantię:& primò taxatur intereſſe animæ defuncti, vt pro ea fiat fundatio perpetua vel eleemoſyna ſecundùm facultates homicidę,de quibus ſolet,vt ait,inquiri de facultatibus per commiſſarium, & vt per Bartol. & Alberic.in l.iniuriarum æſtimatio. ff. de iniuriis. & debet haberi conſideratio tam ad induſtriam perſonæ delinquentis, quàm occiſi. Et prædicta bene ſeruat curia noſtra,vt dixi q.cxxiij.inch.& quia plerunque vulnerati. & pro hac parte facit quod no. Cæpol.conſil.xx.verſi quarto caſu.cum verſi.ſeq.& idem tenet Ang.Are.vbi ſuprà.in d.q.quæro igitur de verſ.ex quibus Barto.&c. & Sali. in d.l.fœmina. ad Turpil.& reſpondent Docto. ad d.l. ij. de iniuriis,quæ loquitur in priuato delicto: & vbi ciuiliter agitur. & idem in compatre, vel commatre, quòd poſſit accuſare occiſorem ſui compatris, vt tenet Bald.in l.j.in fin.verſic.ſed hanc commater,qui accuſ.non poſſunt. cùm ſpiritualis affinitas ſit cardinali maior,vt voluit gl.j.ante ſi.in c.qui dormierit. xxij.q.ij. licet Bald.de hoc dicat non inueniri caſum legis vel decretalis. & Ale.in addi. ad eum alle. no. per ipſum Bal.in l.generaliter.ff.de in ius vocan.vbi compater ſeu patronus non poteſt eſſe teſtis, & iudex tanquam ſuſpectus poteſt recuſari, & ſequitur Iaſon in l.apertiſſimi.verſ.vj.cauſa. C.de iud. Tamẽ hodie ſecundùm eum non admittitur talis recuſatio de compatre & commatre. & ita ſeruat curia. † Et quod commater poſſit accuſare occiſorem, 4
tenet ibi Iaſon verſ. facit,quòd ſingulariter.& Bertran.conſil.clxxvij nu.xiiij vol.ij. & idem Catellianus in ſuis memorabilibus: in verbo,commater.vbi etiam dicit idem in filiotio ſeu filiolo, pro quo alle.Bald.in authen.niſi rogati.ad vlt. verſ.ſed tunc quæro. C. ad Trebel. vbi decidit, quòd ſicut filio adoptiuo debentur alimenta, ita etiam filio ſpirituali in ſubſidium.& pro hoc dicto facit bonus textus in l.ſi quis alumnam.C.de nupt.Sed de iure Lõgobardorum talis filiolus non admitteretur ad accuſandum, cùm filia naturalis & legitima hoc non poſſet, vt voluit gloſ. j. in cap. j. §. hoc autem notandum. in fi. de his qui feudum dare poſſunt. ſed hoc eſt de iure Longobardorum, & non de iure communi,d. l.ij ff.de accuſ. De quo latè dixi ſuprà. q.incip.ſed dubium fuit quando pater & Abb.&c.

SVMMÆ.

1 *Locatio ad decennium, an videatur alienatio ex qua debeantur laudimia. & num. 4. & 5.*

2 *Locatio ad longum tempus transferi vtile dominium.*

3 *Locator longi temporis non soluta pensione cadit à iure suo ad exemplum emphyteuta.*

Quæstio CCXXXIIII.

Quæritur an ex locatione ad longum tempus x. anno. facta debeantur domino laudimia, seu accordamenta.

DECISIO CCXXXIIII.

1 IT † primo videtur quod sic, quia de tali locatione ad longum tempus idem iudicatur, quòd de alienatione vel venditione, cum prohibita alienatione talis locatio prohibita censeatur, vt voluit Baldus in authen. ci qui. versic. vlterius quæro. C. de bonis authorita. iudi. possid. quem refert & sequitur Alexander in consil. j. lib. iiij. & quod ipse nota. in consil. lvij. lib. ij. vbi vult, quòd prohibitus alienare sine consensu vxoris, non possit locare sine eius consensu. & idem Baldus in cap. j. versicul. & an nomine alienationis. qui feudum dare poss. & Angel. in cap. fin. de eccle. ædifi. & idem Ias. consilio xxix. inchoante, nunquam putaui laudabile, scripta prius per alios iterum referre. ergo sicut de venditione facta solui debent accordamenta. l. fin. C. de iure emphyt. & dixi in tit. de consuetud. feud. libr. consuetud. Biturigum signanter in §. xviij. ita etiam de loca. ad longum tẽpus, vt in terminis voluit Alexan. in consil. clxv. incipien. Visis duobus elegantibus consiliis celeberrimorum iurisconsultorum dominorum Franciſci de Aret. & And. Concicu. &c. lib. ij. versic. sed ita est in proposito. allegat Ioan. de Imo. ita tenere in cap. potuit. de loca. Hoc idem sentit Imo. in eius
2 consil. lxviij. dum vult. † quod per contractum locationis factæ ad longum tempus in dubio transeat vtile dominium, per no. in l. j. & ij. ff. si ager vecti. vel emphy. petatur, nisi expresè contrarium esset inter partes conuentum, quòd non transiret. alleg. Bal. in l. codicillis. §. pen. ff. de leg. ij. & ita tenet Ange. Aret. in §. ideo. post Ioan. Fab. ibi, inst. de loca. dicens ibi Ioan. Fab. idem esse iudicandum de locatione ad longum tempus quod de emphyteusi, per nota. ibi, & in fin. C. de collat. fund. ciuili. libro xj. Et pro hoc facit quod voluit Barto. in l. j. §. quod autem. ff. de superficie. & singula. Bald. in rubr. C. de iure emphy. in verbo, locatio. & Ange. in l. j. si ager vectiga. vel emphy. & Iaco. de sancto Georg. tracta. feud. in glos. & cum pacto de non alienando. ver. quæro vlterius. & Bartho. Soci. consi. clxvij. incipien. non inutilis sed necessaria. volum. ij. vbi ver-
3 sicu. quibus iam declaratis, &c. † concludit quod ob cessionem solutionis pensionis per triennium aut biennium, conductor ad longum tempus priuetur: quemadmodum emphyteuta priuati vel ecclesiæ. & pro hac sua opin. allego Bal. in c. querelã. in vlt. quæstio. de iureiuran. text. cum sua gl. in verbo biennij. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. de locati. vbi vult glos. in fin. quòd ille textus habeat locum in locatore ad decennium, qui tamen habet ius in re. hoc idem tenet Alexand. in consil. cxvij. incipien. viso processu & sententia. volum. v. dicens quod locatio facta per tutorem ad longum tempus sine iudicis decreto non valet, tanquam alienario sine decreto facta. per no. clemen. j. de reb. eccle. non alien. vbi est bonus text. cum glos. in versi. eius. pro deci. huius quæst. & singu. no. Corn. in consil. ccxliij. volum. iij. vbi dicit quòd prohibitus per testatorem alienare, non potest concedere ad vitam alicuius hominis. & in hanc sententiam inclinat Bald. in consil. cccl vij. incipien. præmittendum, seu ad euidentiam lib. iij. volens emphyteutam posse ad modicum tempus alteri locare, quemadmodum vsufructuarius hoc facere potest: quia in casu non est alienatio. l. si quis domum. ff. de locati. & l. necessario. §. fin. de peri. & commo. rei ven. Sed ad longum tempus locare non posset, etiam si verba dicerent se locasse titulo simplicis locationis, vt not. Dyn. cum glos. in dicta l. codicillis. §. penult. de leg. ij. aliàs si emphyteuta ita locaret irrequisito domino, caderet à iure suo: debet enim requirere dominum an velit conducere pro pari mercede. Nec dicitur conducere rem suã, sed ius emphyteuticum, l. si aliquam rem. ff. de acqui. posses. tamen de consuetud. Franciæ non requiritur consensus, vt tenet Ioan. Fab. in dicto §. adeò. & plenè dixi in §. ij. de consuetu. feud. & prædictam sententiam sequitur Angel. in consil. ij. versic. item actio præscri. verb. vbi tenet quòd locator non potest expellere conductorem ad longum tempus, etiam pro suis necessitatibus, vbi aliàs licitum est, vt l. ædem quam. C. loca. & idem dicit Cast. in consil. ccxxix. secundùm verum numerum. aliàs ccxxiij. incipien. visis & consideratis. volum. antiq. Nec etiam habet locum l. emptorem. C. eo. in tali conductore ad longum tempus, quod emptor & successor singularis, qui non tenetur stare colono, vt ibi, tamen in hoc casu tenetur stare, ex quo ad non modicum tempus conduxit: quia ius quæsitum est cõductori. Et tenet Franc. de Are. in consil. lv. in causa mihi præposita, quòd locatio quæ ad longum tempus vel ad vitam hominis, quod idem est dicta cle. j. de rebus eccle. non alien. transfert dominium vtile, licet secundum eum debeat fieri remissio mercedis in casu tempestatis. Et in terminis huius q. de verbo ad verbum consuluit etiam Deci. in consil. cciij. vbi sequendo Alexand. in dicto consil. clxv.
4 † concludit pro Archiepiscopo Lugdunen. quòd si- bi ex tali locatione ad longum tempus debeatur laudimium. Idem sequi videtur Petr. Iaco. de Auriliaco. in titu. de acti. in re. in pro re emphyt. versi. & ita videtur quòd lex illa, & c. vbi dicit quod nedum lex finalis. C. de iur. emphyteu. habet locum in emptione, sed etiam in locatione ad longum tempus decem annorum, etiam secundum eum habet locum si locatio facta esset ad modicum tempus de loco publico fruendo. dict. l. j. §. quod ait prætor. de superfi. & idem tenet Iason in d. l. fin. in iiij. quæst. de iure emphyt. & dicitur secundum Doctor. suprà alleg. locatio ad longum tempus, quando facta fuit vsque ad decem annos vel vltra. idem Cast. in consil. iiij. incipien. circa primum dubium. vol. antiq. & Bal. in dict. rub. de iur. emphy. in princip. per tex. in dicto §. quod ait prætor. de quo per Lapum in
5 alleg. lxxx. ¶ † In contrarium videtur quòd non debeatur laudimium ex locatione etiam in centum aut mille annos facta, vt voluit glos. in dict. l. codicillis. in institutio. in verbo, non extitisse. quam licet Doctores ibi, & in locis suprà alleg. non approbent, tamen Bal. ibi eam veram dicit, quando inter partes actum est: quod per talem locationem nullum acquiratur dominium, & talis conuentio valet l. quod si noluit. §. fin. ff. de ædil. edict. & idem tenet domi. de sancto Geminiano. abbatib. xij. q. ij. & Bald. in l. domus. §. fin. ff. de leg. ij. & Socin. in reg. xj. & in iiij. fal. Cùm ergo secundùm Bald. & Doct. prædi-

ctos

ctos nullum ius quæratur in re, iſte contractus non eſt ſpecies alienationis: pro quo adduxit vnum dictum Bart. qui dicit, quòd ſi quis promittit fructus centum vel mille annorum, quòd ex tali contractu ſola naſcitur perſonalis obligatio & actio, nec eſt ſpecies alienationis, nec facit aliquem incidere in prohibitionem legalem vel teſtatoris, quia contractus emptionis & locationis ſunt diſformes & ſeparati. mala ergo eſt illatio in taliter ſeparatis arguere de vno ad alium, l. Papinianus. ff. de minori. & idem dicit Abb. in c. quæ in eccleſiarum. quem ſequitur ibi Felin. verſi. ſexta declaratio. de conſtit. aliàs ſi non fuerit facta reſeruatio vtilis dominij, ſecus eſſet: vt ibi per eum. Et idem tenet Iaco. de ſancto Georg. in dicto tracta. feud. & loco ſuprà alleg. nec mirum ſi quò ad caſum præſentem diſponamus de contractu locationis, & contractu emptionis ſeparatim: nam ex contractu locationis non eſt ordinatum tranſire dominium, l. non ſolet. ff. locati. & l. non ſolùm. §. quod vulgo. ff. de vſufruct. ſed ſolum tranſit poſſibilitas ſeu facultas fruendi rebus conductis. l. ex conducto. in princ. ff. loca. quæ eſt repetibilis, vt l. repeti. ff. quibus modis vſusfruct. amitt. ſed ex natura emptionis (ſi venditor eſt dominus) tranſfertur dominium. l. ex empto. in princ. ff. de actio. emp. licet ad hoc poſſet reſponderi quod habent locum in locatione ad modicum tempus, per quam non tranſfertur dominium nec poſſeſſio: vt volunt Doctores ſuprà allega. & Specul. in titul. de locat. & emphyt. verſic. cxxiij. cum ſequen. Angel. in dicto conſil. ij. vel quando conſtat ex voluntate contrahentium quod non tranſferatur, vt dictum eſt, & voluit Alexand. in conſil. clvj. verſic. iij. vo. ij. Sed dici poteſt quod licet non expreſsè agatur, tamen tacitè videtur actum quod dominium vtile non tranſferatur. & tenet Angel. in conſil. xix. qui alleg. text. in dicta l. non ſolum. §. quod vulg. ff. de vſufruct. quia actus & contractus noſtri debent adaptari rebus ſenſatis & intellectu fruentibus: & verificari in communem opinio. hominum habentium intellectum. Ita maximè voluerunt Ariſtoteles & Auerroys, quos refert Bal. in rub. C. de prob. & in l. j. C. de ſeruis fugit. & in aliis locis relatis per Barb. conſil. lvj. verſic. item præmitto. volum. ij. ſed omnes homines per locationem ad annos decem factam intelligunt non tranſferre dominium nec poſſeſſionem, cùm attendatur quod principaliter actum eſt inter partes: aliàs ſi opin. Doctorum volentium talem conductorem teneri ad laudimia ſoluenda haberet locum, ſequeretur quod finita tali locatione & extincto ac conſolidato vtili cum directo dominio, ipſe dominus teneretur ſoluere alia laudimia, quia cenſeretur noua acquiſitio. §. ſi cui. & ibi Ioan. Fab. & Angel. Aret. inſtit. de lega. & idem eſſet dicendum in venditione facta cum pacto de retrouendendo vſque ad decem vel viginti annos. ex qua tamen nihil de iure debetur, vt dixi in §. xviij. de conſuetud. feu. & iſtam partem tenuit Petrus de Anchar. conſilio lxxij. dicens, quem non teneri ad ſolutionem gabellæ ex locatione & datione animalium, boum & equorum etiam ad certum pretium æſtimatorum. nec pariter ex locatione prædiorum occaſione laborandi ipſa prædia datorum, vt ibi per eum. Et ita ſeruatur de conſuetudine Franciæ, quæ eſt optima legum interpres capit. cùm dilectus de conſuetu. l. ſi de interpretatione. ff. de legib.

SVMMA.

1 *Citatio ſine die an valeat. & num. 2. 3.*

Quæſtio CCXXXV.

Adiornamentum ſeu citatio ſine termino, ſeu aſſignatione, & præfixione diei facta, an valeat.

DECISIO CCXXXV.

ET videtur primò quòd non, vt tenet Cin. in l. fi. ad finem. C. de feriis. & ipſum ſequitur ibi Alber. & Bart. in l. liber homo. §. decem. de verb. obli. & hanc opin. dicit ibi Ange. eſſe veram, licet poſtea concordet, vt infra dicam. & idem Paul. de Caſtr. qui alleg. text. in l. fin. §. ſi verò. ibi, quatenus ille eum requirerit certo tempore ſuper hoc ab eo ſtatuendo. C. de iure domi. impet. & in l. ij. ibi, certo dierum ſpatio à iudice ſtatuendo, eóque ad notionem eius producendo. C. vbi in rem actio. Et idem Iaſ. in d. §. decem. in fin. & ſecit text. in l. de die ponenda. in princ. ibi, moderato ſpatio de hoc à iudice ſtatuendo. ff. qui ſatiſ. cog. & pro hac deciſ. videtur caſus in l. aut qui aliter. §. j. ibi, & diem & horam denuntiatione cõplecti. ff. quod vi aut clam. & ibi Bar. & Ang. & text. in l. conſentaneum. ibi, temporibus. & ibi Bal. & Salic. in j. no. & latius in j. q. cum aliis ibi, pro hac parte alle. cauſa breuitatis. & idem ſing. Bart. in t. ac. ad reprimendum. in verb. per edictum, ver. Sed quis terminus. & Bal. in l. j. §. ſi ea. C. qui accuſa. non poſ. & in c. fi. de feriis. quoniam regulariter videmus in citatione inſeri nomen citati, & nomen eius ad cuius inſtantiam & requeſtam citatur, & cauſam ob quam, locum & diem, ad quos ac coram quo citatur, vt no. in c. olim. & in c. fi. de reſcri. cum aliis alleg. per Boniſa. de Vital. in tracta. malefic. tit. forma citatio. nu. xxij. & bonus text. in clem. j. de iudi. ibi, atque arceant citatos poſt lapſum terminum, quem conſiderata diſtantia locorum citationibus ipſis apponi conuenit competentem. & ibi Boniface de Vital. in vj. notab. ob quod dicit Bal. cõſi. ccxxxviij. factum tale eſt ad inſtantiam appellantis. volum. iij. citationem, qua quis compareat ſingulis diebus, & horis tota inſtantia durante, & ad ſententiam audiendam factam non valere: quia non habet debitum temporis ſpatium, quod requiritur inter dilationem & dilationem, cùm terminus aſſignetur momentum horæ. l. penulti. ff. de pub. iud. & idem Spec. in tit. de citat. §. j. & §. iam de citatione. & Boniface de Vital. in ſua praxi, malefi. tit. forma citationis. & Præpoſit. Mediolanen. & Philip. Fran. in cap. cùm parati. de appella. & ita ſeruant iudices eccleſiaſtici, ſiue ordinarij, ſiue delegati, vt infrà dicam. & idem Bart. in tractatu, de ritu iudicio. in verbo, citationem, & in verb. Item quod ſuper quocũque. cum duobus ſeq. & pariter in tracta. ordi. iudicio. verſi. circa ſecundum. Vnde videtur contra talem citatum non comparentem procedi non poſſe, ſignanter per tertium opponentem ad inſtantiam cuius non fuit citatus: quia talis citatio non inducit litis pendentiam, vt voluit Card. de Zabar. poſt Lapum in clem. ij. vt lite penden. quos ſequitur Felin. in c. ſi duob. verſi. Et ideo dicit Card. de appel. & Alex. conſil. ix. lib. iiij. Quare Martialis Voyſim ſe opponens liti, & cauſæ, non debuit recipi in cõtumaciam magiſtri Ioannis Thibaut non comparentis, in vim citationis prædictę ad requeſtã magiſtri Renati Cheſneau factę, poſito quòd citatio fuiſſet valida, cùm nulla inter ipſos pẽderet lis. Quare Seneſchallus Aquitanię, ſeu eius locum tenens ante rece-

ptionem oppoſitionis regiſtrari facere debebat requiſitionem oppoſitionis prædicti Voyſin, & ordinare eundem Thibault tam requeſtam ipſius, quàm iam dicti Renati fore citandum ad defendendum, & aliàs ſuper dicta requiſitione procedendũ,
2 prout iuris: igitur, &c. ¶ † In contrarium quòd valeat talis citatio ſine die eſt text. in dicto cap. cùm parati. de appel. qui hoc quotidie ſolet allegari, ſecundùm Ioan. Andr. & Abba. Sicul. ibi, in vlt. no. & Anto. in quarto no. & idem Præpoſi. Mediolanen. Ioan. de Imo. & Philip. Fran. quem text. faciunt ibi ſingularem, & non eſſe obliuioni tradendum: quoniam taliter citatus comparere debet quàm citius poteſt, cum quodam temperamento, ſcilicet quòd non teneatur ilico currere, arg. l. quod dicimus. & l. ratum. ff. de ſolu. & idem Innoc. in c. fin. qui matri. accuſare poſſunt. vbi etiam dicit idem eſſe in citatione generali, vt valeat ſine termino modo prædicto. pro quo Doct. allegant text. in c. cùm diſecti. de dolo & contumacia. vbi non valens aliquo caſu comparere in termino præfixo, debet tamen poſtmodũ, quàm citius poteſt, comparere: & ibi Abb. Sicu. verſ. Nota. & tenementi. & latius. verſic. Nunc gloſ. ſuppletis. & quò ad iſtum arti. vide ibi, & text. in c. cupientes. primo reſpon. de electio. lib. vj. & in clemen. cauſam. eo. tit. Et iſta fuit prima opin. Spec. in tit. de citatio. §. ſequitur. ver. Quid ſi non præfixeris. vbi dicit ſeruari in curia Romana, dum reſideret in ipſa. quem ſequitur Bald. in l. vt perfectius. verſic. Secundo, quod vbi in citatione. C. de anna. excep. qui allegat text. in c. eos, §. fin. & ibi Philipp. Fran. de ſenten. excomm. lib. vj. Et reſpondet Bald. ad iura ſuprà pro prima parte adducta, quod non loquantur in citatione ſimpliciter, ſed in expectatoria, & idem Ang. in l. poſt edictum. §. ſciendũ. & Iacob. de ſancto Georg. ff. de iudic. dicentes quẽlibet citatum debere comparere quamprimum poterit. l. ij. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. & Felin. in cap. conſuluit. poſt Abb. Sicu. ver. Notab. in text. ea hora. de offi. delega. & per Andr. Barba. conſil. viij. vol. j & conſi. iij. vol. ii. & Ioan. de Imo. conſi. xcvij. & tenet Auſre. in addit. Deciſ. Capellæ Tholoſæ. q. cccij. in fin. & Bal. & Bartho. Socin. in l. hæc conditio. in ij. ff. de condit. & demonſtra. & Roma. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obliga. & Angel. in dict. l. vt perfectius. & in l. interuallum. ff. de iudi. & Rom. in l. j. §. nuntiatio. ff. de noui operis nun. & Bald. in l. ſi. C. de iure dom. impet. & in ſua Margarita in verb. citatio. ver. xxviij. & Nicol. de Milis in ſuo reper. in verb. citatio. in iiij. & idem Bart. in l. circa. ff. de hæred. inſtit. dicens valere citationem non habentem tempus expreſſum. & aliquid per Feli. in c. quod ad conſultationem. ver. Obſtat ſecundò text. de re iudic. & ita tenet Boniſa. de Vital. in dict. tract. de crimin. titu. de form. cita. nume. xix. cum ſequen. alleg. in arg. l. Nepos Proculo. ff. de verb. ſign. & pro hoc clemen. ij. §. ſimiliter. & §. quod ſi iudex. de appellatio. vbi ſi iudex appellanti petenti apoſtolos reſpõderit ſe eos nullo termino certo ſibi præfixo vel intra iuris terminum daturum, quod appellans nihilominus comparere tenetur loco & tempore & ſæpius, &c. Et idem eſt in hora, quæ licet non ponatur in citatione, tamen intelligitur quod citatus debeat hora teneri conſueta comparere, ſecundum Innocentium in cap. cùm olim. de electio. quem refert & ſequitur Bald. in l. j. verſic. Alij dicunt. C. quomo. & quando iudex. & in l. ſi vt proponis. in ſecundo eo. tit. & in cap. j. verſi. Quæro vtrum. de vaſallo qui contum. eſt. & ibi idem Cardin. Alexand. cum aliis per Alexand. in addi. ad Bald. in dict. l. j. quomodo & quando iudex. alleg. Iaco. de ſancto Georgio in l. more Romano. nume. viij. ff. de feriis. & Felin. in c. cùm M. Ferrarien. verſi. Et hic videmus. ibi, & ſi epiſcopus citauit. de conſtit. Et hoc intellige in citato coram ſeculari. ſecus fiat coram iudice eccleſiaſtico authoritate apoſtolica delegato, qui non habet ſedem, & dies ordinarios: quia tunc hora & locus habent in citatione vel relatione ſeruientis ſeu nuntij poni, vt dictum eſt ſuprà in j. parte. & latius dixi in d. l. conſentaneum. in expoſitione literali. & in j. quæſt. in addi. de quo per Alexand. in l. qui ante Calendas. ver. Inducuntur hic. de verb. obliga. per Bar. Bal. Angel. in dict. l. ſi vt proponis. quomod. & quand. iud. & Alexan. conſi. lxxxiij. num. xiij. lib. vij. Et ideo valet citatio, licet nomen ſeruientis non ſit in eius relatione deſcriptum, nec poſitum, ſed ſigillatum duntaxat, vt tenet Roma. in conſil. ccxlvj. clariſſime aſſeſſor. in fin. quia hæc eſt leuis ſolennitas. ideo non refert à quo nuntio pars ſit citata per no. in l. cùm ſeruus. ff. de verb. obliga. & Bart. in extraua. ad reprimẽdum. in verb. per literas. in prin. quemadmodum dicunt Doctores de omittente ſignum crucis in confectione inuentarij. in l. fin. C. de iure deliran. tamen non caret ſcrupulo falſitatis. vnde hoc per ordinationem curiæ fuit correctum: quòd non valeret relatio, ad adiornamentum ſine ſubſcriptione nominis & cognominis ſeruientis: quia qui facit fieri falſam relationem notario, licet non dicatur feciſſe fieri falſum inſtrumentum, punitur tamen de falſo: quia iudici obrepſit non veram relationem oſtendendo, licet falſum nõ commiſerit, vt voluit Bar. conſil. cxcix. Tudertinus quidam. Tamen in ſuo caſu eſt ſine dubio in parte & nuntio, in cuius præſentia pars fecit fieri notario relationem, & tacuit, & ſic conſcius doli, & ſic tenentur. ſed in hoc quod dicit notarium non teneri, bene dicit: quia dolo caruit. l. nec exemplum. C. de falſis. & qua puniantur nuntij falſam facientes relationem, vide Barto. in l. qui nomine. ff. de falſis. & Hippolyt. ibi. † Quid dicendum? & Angel. quem ſequuntur Caſt. & Cuma. in d. l. liber homo. §. decẽ. concordat iſtas opi. dicens opi. Cin. & Bart. & aliorum ſuprà in j. parte alle. eſſe veram, ad hoc vt nullum fieri poſſit eidem citato ad inſtantiam partis præiudicium. Et etiam opin. Spe. eſſe veram, quantum ad hoc, vt citatus poſſit de contemptu ſi non comparet puniri. & idem dicit Angel. in d. l. interuallum. & in d. l. ſi. de iure dom. impe. & Roman. in dicta l. j. §. nuntiatio, & Iacob. de ſanct. Geor. in dicta l. per interuallum. nume. x. quam legit cum l. ad peremptorium. Sed Alexand. in dicto §. decem. reiecta hac Angel. concordia dicit opinion. Spec. indiſtinctè eſſe veram, & reſpondet ad iura per Ang. pro opin. Bart. alleg. & dixi in dict. l. conſentaneum. in j. quæſt. & idem Franc. de Aret. in dict. §. decem dicens concordiam Angel. confundi per text. in d. c. cùm parati. qui loquitur quando quis citatur, vt in cauſa veniret proceſſurus, & tamen citatio ſine termino valuit: licet Dec. in d. cap. cùm parati. alio modo diſtinguat, quòd quando eſt facta citatio, vt aliquid fiat determinatè contra citatum, quod tunc dies certa requiritur, prout loquuntur iura ciuilia, & iſto caſu opin. Cin. Bar. & aliorum procedit. Tamen non videtur procedere cùm communiter in citatione non exprimatur cauſa, pro qua quis citatur, vt dicit Alb. in d. l. ſi. de fer. ibi, cautius puto. ſed ſecundùm ordinatio. regias bene exprimitur cauſa quando laicus citatur coram iudice eccleſiaſtico.

Sed

Sed quando ſimpliciter eſt facta citatio ad comparendum, tunc licet ſecundùm Decium talis citatio ordinata ſit ad finem vlterius procedendi, tamen iſte finis vlterius in cauſa procedendi eſt indeterminatus: vnde citatus pro contumacia ſimpliciter punitur, dicto c. cùm parati. & dicto cap. cùm dilecti. Et hoc modo declarando, diſtinctio Angel. bene procedit, quem etiam limitat (ſecundum eum) Socin. in titul. de dila. artic. xix. quæſt. vj. niſi citatio ſit facta ad actum, qui certo tempore ſolet expediri, quia de illo tempore citatio intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, arg. l. ſi vno. in prin. ff. loca. & actus valet, c. Abbate ſanè de verb. ſignifi. & iſta fuit diſtinctio Pau. de Caſt. in conſil. cclv. incip. Videtur dicendum dictam ſententiam. verſ. Itē ſecundo obiicitur. vol. ix. Et ita eſt reſpectu loci, vt citatio facta intelligatur in loco ſolito. l. ſi locus. ff. de iud. & per gloſ. & Docto. in d. c. fin. de reſcrip. & mirum, quod Decius non viderit Alex. & Franc. de Aret. in d. §. & Feli. in d. cū M. Ferrarien. verſi. alle. ſicut decimus de citatione ad diem feriatam, quod intelligitur, quòd die ſequenti non feriata comparere teneatur, text. in c. meminimus. & ibi Abb. Sic. Jo. de Ana. & Feli. ver. not. ibi, ad feſtum reſurrectionis. de accuſa. & idem Bart. in d. tract. de cita. in vij. quæſt. dicens ita ſeruari de conſue. & ſtylo curiæ Romanæ. Quia fortè motus non fuiſſet ad diſcedendum à communi opin. Et ſignanter quando adiornamentum ſeu citatio fuit in perſonam citati facta. Vnde talis citatio, quamuis eſſet illegitima ligat eum, ſicut ſi legitimè facta fuiſſet, vt voluit Roma. in conſi. ccccx. incip. vt clarior reddatur. vbi dicit, quòd quamuis erratum ſit in modo citandi, ſeu in forma à iure tradita: nihilominus ſi ille cuius intereſt notitiam habuit eiuſdem citationis, per quā non legitimè citabatur, ita eum ligat, ſicut citatio legitimè executa. Allegat ad hoc caſum in d. clem. cauſam in fine. ad idem text. in dict. l. ij. vbi in rem actio. & in l. quidam decedens. §. ex quo. ff. de admi. tut. & ſequitur Hippoly. de Marſi. in fin. cclix. incipien. Generalis citatio. & in repe. rub. de probat. C. verſicu. tenens tamen menti. & idem Abb. Sicul. in conſil. xxxvij. caſus in effectu. verſic. non obſtat aliud motiuum. vol. j. prout hic facrat. & idem Matthæus de Mate. in ſing. cxxxj. in fin. & Bonifa. de Vita. in clem. j. de dolo & contu. num. xlij. cum verſi. ſequen. & in clemen. j. de ſo. compet. num. xlj. & Felin. in cap. cùm contingat. verſic. & pro iſta prima limitatione. de reſc. vel etiam ſi in vim talis citationis nullæ, comparuiſſet per ſe vel procuratorem quod per talem comparationem validatur citatio, vt dicit gloſſa in l. j. in verbo, ſententia, quam ibi ſequuntur Bald. Angel. Alber. Alexan. & Iaſon. ff. de feriis. & Alexan. in conſil. cxxiij. viſo proceſſu. vo. ſecun. & Hippolyt. de Marſil, in repetit. dictæ l. de vnoquoque. num. lviij. cum aliis per ipſos allega. & pariter Iacobus de ſancto Georgio in dict. l. j. nu. iij. de feriis. & idem Franciſc. de Aretin. in conſil. xxx. prout etiam hic in facto proponebatur prædictum Thibault citatum miſiſſe procuratori ſuo expleta ad pro eo comparendum. Et idem Felin. in capitu. cùm ſit Romana. verſicu. ſecundò limita. de appella. Allegat Rotam tit. de dolo & contu. in deciſ. xj. in nouis, ita tenere. Aduerte tamen, quod opus probandi citationem legitimam, & debitam præceſſiſſe incipit parti inſtanti pro defectu in vim talis citationis obtento: & non verò parti neganti quia non præſumitur cùm ſit contumacia, vel aliud appunctamentum in abſentia partis conceſſum, & in hoc iudici non eſt credendum, cap. quoniam cōtra falſam. de probatio. vt voluit Feder. in conſil. clxv. quem refert & ſequitur Abb Sicul. in conſilio xxxiiij. caſus ſuper quo. verſic. corruit denique ex tertio cap. volum. ij. & idem Bonifa. de Vital. in tracta. maleſi. tit. forma citationis. numer. xvj. Et viſis prædictis ita concluſum, & latum eſt arreſtum apud ſanctum Æmilianum, die v. Decembris, Anno 1528. Nam de ſtylo & communi obſeruantia curiarum Franciæ, & non ſolet in literis citatoriis apponi dies, neque hora, quibus citatus comparere debeat, ſed per ipſas mandatur nuntio ſeu ſeruienti adiornari ad certam & competentem diem. Et ipſe ſeruiens ad requeſtam partis impetrantis eidem citato aſſignat diem coram iudice mandan te, loco, & hora curiam teneri, & cauſas expediri conſuetis cōparere. Et ſi per errorem non expreſſerit in ipſa aſſignatione diem certam, nihilominus quàm citius comparere tenetur loco, & hora curiam teneri & cauſas expediri conſuetis, ne in defectum & contumaciam cadat: quia nuntius credens certam reo citato aſſignaſſe diem conſuetam, illam in relatione expletorum inſertam deliberat, & tradi tactori. Et nota quod licet nuntio circa citationem ſeu relationem credatur, non tamen creditur contra ſuam relationem quam antea retulit feciſſe, vt dicit gloſ. in d. c. cùm parati. in verbo, ſuas nuntias. ad fi. & in cap. quoniam contra falſam. ſuper verb. citatione. in fi. quia tam in iudicio, quàm extra iudicium ſtatur primo d. c. literas. & ibi gloſ. in verbo, cum primò. de præſump. ita Bar. conſil. lxxxvj. non creditur nuntio. Et Caſtr. conſi. liij. & cclxxv. & idem ſecundum Bar. in ſecundo dicto teſtis, cui non ſtatur cōtra primū c. cùm cauſam. de teſti. & ibi gl. in verb. ratas. ibi, ſed quid ſi teſtis. intellige, quòd ſecundum Fel. ibi, ſi primum fuerit cum iuramento factum, per quod limitatur dictum Bar. ibi. & in l. eos. ff. de falſis. Vnde ſi in citatione vel relatione appoſita fuerit hora vel locus, quod cauſa vel actus debet fieri hora & loco aſſignatis: alias ſi fiat alia hora actus corruit, vt eſt text. in d. l. aut qui aliter. & in l. ſi. quod vi aut clam. & vtrobique Bar. & Hipp. in ſing. xlviij. & per Fel. in dict. cap. conſulnit. de offi. deleg. & in cap. j. verſ. not. etiam quòd ſi citatio. de iudi. & alias dixi in q. ſuprà alleg. Et hoc verum, niſi iudex ex gratia in alio die & hora, ac loco expectando contumacem continuaſſet aſſignationem, parti tamen intimandam, ſecundùm Abb. Sicu. in d. c. conſuluit. ver. item not. & Fel. ibi. Et in hoc ſtylus curiæ eſt attendendus, l. Labeo. §. & ſi quæratur. ibi, more agentium ſequi debemus. ibi glo. ff. de ſtatu liber. alias ſi non fieret ſecundùm ſtylum curiæ, citatus nō comparens, non diceretur contumax, vt no. Angel. in l. fin. C. de cano. præſta. libr. x. & Felin. in capit. quoniam contra falſam. de proba. & in capit. ad hæc. de ſentent. excommunic. & Hippolytus in ſingul. cxviij.

SVMMÆ.

1 *Primitiæ quid.*
2 *Primitiæ an ſint de præcepto.*
3 *Primitiarum nomine quantum debeatur. & numera*
4. & 5.

Quæſtio CCXXVI.

Pro iure primitiæ, quantum & quo tempore ſolui debeat, rectori ſeu curatori, & an ſint de præcepto.

Digitized by Google

DECISIO CCXXXVI.

1 T† præsuppono primò, quæ sit primitiæ: Et secundùm Alexan. de Alis.in iij.parte summę,prima pars frugum siue fructuum domino offerenda.refert & sequitur Ange.de Claua.in summa sua. in verbo, primitia. & dicitur prima,in ea dignitate præcipua.& dum dicit domino, id est diuino cultui. Et ipsa est parua quantitas,c. reuertimini. ibi, pro decimis & primitiis,quæ parua erant.xvj.q.j.& est de mente glos.vltim.in c.j. de deci. sed ibi est text. quod prima pars frugum non soluatur,sed qui plus dabant xl.dabant partem, qui minus lx. & sic licitum erat dare intra xl.& lx.partem, quantum quisque volebat, & hoc in aridis & liquidis,sed in primitiis animalium dabant vnum de ducentis. Sed ibi ille soluendi modus fuit ob sacerdotum auaritiam sic definitus qui nimis à populo in primitiis offerendis exigebant,
2 vt infrà dicam in solu.q.† Secundò an sit de præcepto? & glos.in d.c.j. quem ibi faciunt sing.Goffred. Inn.Io.An. l.Host.Henric.Bohic.& Abb.Sicu.dicit quòd sic, sicut & decimæ. & hoc probatur secundum Abbat.super rub.co. Exod.xxij. ca.vbi dicitur, decimas & primitias non tardabis offerre. & idem glos.in l.fi. ff.j.patrimoniorum.in verb.pontifex.de muneri.& homo. quæ dicit ius decimationis hoc à lege Dei esse. & Petrus de Ancha.consil.cxcvj. magnifice & illustris princeps.in primo dubio & Bertran.consil.lxxiij.incip. illud est indubitatum. volu. j.nouiter (præ tertia) impresso. Et sic præceptum prohibitorium non conditionatum, quod obligat semper & ad semper,id est omni tempore.ad idem habetur Leui.xxvij.cap.& Deu.xiij.& xiiij.& ij.Paralip xxij.nu.xv iij.In quibus locis mandatur omnibus laicis,vt de frugibus & de cunctis soluant decimas & primitias: ne prætextu decimarum ecclesiæ debeant laici sul[illegible]trahere ei debita.c.decimas quas. xvj.q.vij.de quo latius per Abb.Sicu.in d.rub.& gl. Arch.& de Turre[illegible]crema.in c.j.xiij.q.j.super verbo, & primitias,& in d.c.reuertimini. & istud secũdum Alex.de Aliis,& de Claua. vbi suprà verum in duobus casibus.Primus quando est consuetudo.Secundus quando minus indigent,& ipsas petunt,vt infrà dicam,quæ quidem & primitia statim solui non debet,sed granum debet manere ix.dieb. apud spicam matrem, quæ est mater agri, quod tempus est gratia,& fauore sacerdotis insertum, vt dicit glos. in l. stipulatio. §. in ter certam incertámque. quam ibi faciunt Docto. in ingu. ff.de ver.obli. Tamen legatum vini & grani debetur ab initio anni,vt voluit Bart.consil.ccxvj.Ad elandus condit.versi.super secundo puncto.per tex. & l.j.C.quando dies leg.ced.& glo.sing.in l.nec semel. §.habitationem. ff.quando dies. leg. ced. Sed decima agnorum & vitulorum debet præstari cùm nascuntur, & non debet rusticus diem sancti Ioan. Bapt.expectare,sed solùm debent talia animalia esse apud matrem aliquibus diebus,ne percant,vt voluit Oldrad.consil.ccxxxvj. Circa propositam q.est attendendum.sequendo gl.in d.l.stipulatio. §.inter certam.& Cor.in l.æden quam. vers.quo tempore sint soluendæ decimæ animalium. C.loc.† Sed veniendo ad q.qualis primiarum quota sit soluenda. Et per prædicta videtur, p illa quæ secundum loci consuetudinẽ est solita solui,vt voluerunt Goffred. & Inn.in d.ca.j. de deci. alàs si non sit consuetudo certam soluendi quantitatem, tunc secundùm Inn. erit arbitrio offerentis soluenda. licet Goffre. dicat tunc esse ad cõsuetudinem aliorum vicinorum locorum recurrendum.c.cùm olim, de consuet. & c. quanto.& c.ex parte Cõpostellani.& c.super eo.de censi.cum aliis suprà in q.ccij.incip. quid si pactum inuestiturę alle.& hoc quando est consuetudo vna, secundùm Henri.sed si sint diuersæ,tunc illa est sequenda,quæ magis tendit ad mediocritatem,c.hoc ius porrectum.x.q.ij Et hãc opi.Inn.sequitur Ang. de Clau.vbi sup.§.iij.ex quo nõ inuenitur expressum in iure canonico,relinquitur arbitrio offerentium, vt dent quantum velint, nisi consuetudo regionis aliud induca,secundùm quam tenebuntur soluere, vt dicit beatus Ant.in sua summa,parte ij. tit.iiij.c. ij.§.iij.& idem in effecta Zabarel.in d.c4. in vij.no. & in vlt.q.de decimis & Io.de Montelon in promptuario. in verbo, primitiæ. & cum tempore Clementis Papæ vij Auenione agentis,& existentis,iudex Biteren. inlaberi fecisset, iuxta ordinationem Philippi Regis huius numinis quarti.quæ est prima tit.de decimis, de non petendo nouas decimas,aut primitias, vel nouam seruitutem, domino Ægidio de Curtibus sacri palatij causarum auditori iudici delegato,qui citari fecerat coram eo, ad requisitam domini Io. Sabaterij Rectoris cuiusdã parochialis ecclesię eiusdem parochianos pro dictis turibus eidem Sabaterij persoluendis. Tamen dictus auditor cum cæteris Rotæ auditorib. consuluerunt Romano pontifici,tunc ibi existenti,nuntium,& notariũ, ac alios prædictas inhibitiones portantes,& facientes declarari excõmunicatos,per c.grauem.de sent. excom.vt refert Ægidius Bellamera consi.xl.vbi sigillatim ponit opin. omnium dominorum auditorum. Et sic Papa declarabat primitias esse debitas. Tamen indebite extra regnum volebat retrahere regnicolas tam contra leges regni,quàm nunc contra sacrum Basil.conci.tit.de causis,& sancta, & ritè cõcordata.† Sed contrarium tenet Host.in d.c.j. 4
de deci.quod primitiæ quantitas solui debeat indistinctè intra xl.vel lx.partem:per illum tex.ibi,in fi. quia vltra quadragesimam sacerdotes exigere, vel minus sexagesimam laici offerre nõ possunt,&c. Et hoc dicit verum esse Henr.Bohic.ibi,in fi.nisi aliud sit de consue. Et maximè cùm in casu præsenti consuetudo percipiendi ius primitiæ in certa quota,& portione non sit præscripta,v j dicam.vnde videtur non teneri, iuxta ordinationem Regis Philippi quarti, aliquid de nouo soluere, vt habetur in eius prima ordinatione,tit.de decimis in recollectis per dominum Aufrerium.† Quid dicendum?& Abbas 5
Sicul.in d.c.j.tenet opi. Inn.quia quantitas expressa nõ habetur in l.sed fuit interpretatio magistrorum, cui prævalere debet communis consuetudo, quæ est optima legum interpres,l.si de interpretatione. ff.de legibus.& c.cùm dilectus.de consue. quamuis nonnulli (vt ipse dicit) antiqui Doctores voluerint primitias esse soluendas non ex necessitate, sed ex voluntate offerentium,vt suprà dictum est,quorum quidem concertatio & opinionum diuersitas valet secundum eum non excusandum non soluentes à peccato. argu.not.in cap.j.de postul. præla. libr.vj. quod crederem verum, si petitæ non fuerint, & pro tempore præterito excusatos fuisse: alias petitas non soluentes in futurum peccarent,per notata per Hostien.in cap.à nobis.de deci.& per text. in l. de decimis.& l.fi.de decimis.in Lombarda.quos ad hoc alleg.beatus Anton. Floria.in sua summa parte ij. titu.iiij. cap. iij. §. iij. & §. vj. prout dixi in dicta l. de decimis.& idem Alberi.in dictiona. in verbo,

primi-

primitiæ.& Felin.in c.ſi autem.verſ.& dicit Rota.de reſcrip.& idem beatus Thom.ij.qu.lxxxviij. & Abb. met.Sicu.ſic intelligit in c.aliquibus.de decim.&late Franc.Balbus in tractatu præſcr.nu.xliiij. & quamuis de iure magis placeat ipſi Abb.Sicul.opi.Inn.primo per d.Hiero.ibi videtur eſſe contra Abb.dum primo ibi dicit:quia mihi nõ reddidiſtis decimas & primitias,idcirco in penuria & fame maledicti eſtis: ergo integraliter intra xl.& lx.quia vt dicit de Zabarel. in d.c.j.in vij.not. & in vltima quæſt. primitiæ & decimæ ſunt in præcepto, iuxta illam quantitatem,non quod per hoc tollatur,quin poſſit plus ȧvolente ſolui.Secundo probat Abba.per text.in d.capit.j.de decim.dum dicit, quod quantitas fuit ſic determinata propter ſacerdotum auaritiam,ne amplius a populo exigerẽt.Nã verbũ exigere,eſt neceſſitatis:& exigere eſt ab initio extorquere. arg.l.fideicõmiſſa. §.ſi rem. ff.de legat.iij. Sed hæc ratio videtur etiam facere cõtra Abba.poſtquam text. ſequitur opinionem & determinationem magiſtrorum: dum dicit, Traditionem quoque accepimus Hebræorum non lege perceptam,ſed arbitrio magiſtrorum inolitamid eſt introductam ſecundum Abb.antiq. quod qui plurimũ quadrageſimam partem dabant ſacerdotibus,qui verò minimum inter xl.& lx.ſoluebant. Quoniam illa interpretatio ſeu declaratio magiſtrorum circa ſolutionem quantitatis primitiæ factam tranſiuit in vſum,& cõſuetudinem ac communem obſeruantiam per eccleſiam approbatam,dum dicit inolitã,quę nõ tollit nec mutat naturam & ſolutionem primitiæ, quin ſemper eſſe cenſeatur de præcepto. c. ſtatuto perpetuo declaramus. in princ. & ibi gloſſa in verb. declaramus.de deci.lib.vj. & l.hæredes palam. §.j. ff. de teſtamen.& l.ij.§.hęc igitur omnia ſcientes.C.de veteri iure enucle.ergo à iure impoſita, quod poteſt diſtinguere & modificare legem diuinam, ſed non in totum tollere,dicto c.à nobis.& ibi Doct.& gl.& Doct.in l.fin.C.ſi contra ius vel vtili.publi. pro quo facit quod dicit Bal. in c.j.§. & quia vidimus. de his qui feu.dare poſſ.quod feudorum conſuetudines introductæ ſunt ſecundum vſum ab antiquis ſapientibus inſtitutũ. Ideo ſileant beſtiæ dicentes, vſum feudorum,in ſe ſapientiam non habere, & dixi in præfatione legum Longobardorum. ergo integraliter iuxta illam taxam(ſic loco primorum fructuum)inolitam eſt ſoluenda,argu.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff. ſi quis cauti.vt ſtatim dicam.Et facit in ſimili tex. in l.ſi idem cum eodem.ff. de iuriſdictione omnium iudicum,vbi Angelus dicit per illum textum.quod vbi non eſt caſus legis,licitum eſt allegare authoritatem maiorum,vt l.Aquiliana.in fine ibi, liberalitatem enim captioſam interpretatio prudentum fregit.ff.de tranſactio.pro quo dicit Hoſtien.in c.inquirendum. de pecu.clerico.non eſſe iure cautum, quod res empta de pecunia eccleſiæ, ſit, & acquiratur dominio eccleſiæ.Sed hæc voluit interpretatio magiſtrorum. & ſequitur Barb.in quodam ſuo conſilio poſito inter conſilia Alexandri.lx.verſi. dato non tamen conceſſo. libro quarto, qui allegat dictum c. primo de deci.Et in conſil.viceſimotertio,& conſil.xxxvij.vol. ſecundo,& in capitulo in præſentia numero lxv. de proba.& conſilio ſecundo.numero xj.volumine primo.Et illa interpretatio quæ ad ius commune reducit,pia cenſetur & fauorabilis,vt dicit Anto. Rubeus conſil.viij.num.vj.per illum text. & in c. ad audientiam.de cleri.non reſid.Et vbi lex deficit, ſufficit pro deciſi.allegare communem ſententiam maiorum in d.l.ſi idem cum eodem.in princip. & ibi no.Ang.de iuriſdictione omnium iudicum,& Curt.iunior conſilio lxiij.num.j.in fi.ad idem tex.in l. ducere. §.j.ibi, Caſus ſententiam magiſtri fui bene excuſat & interpretatur illam.ff.de arbitr.& pariter textus in l.ædib. in fin.ibi,& eſt planè noſtrorum præceptorum ſententia.ff.de damno infecto.& tex.cum glo. in c.cum beatiſſimus.xxiij.quæſtione j.& late Henric. Bohic. in d.c.j.ver.Super eod.c.& tex.in c.nouimus.ibi,cum enim quidam anteceſſorum noſtrorum ſuper hoc conſulti diuerſa reſponderunt,& quorundam ſit opinio à pluribus approbata de verb.ſignifi.& idem Sicul.in primo notabil. quia Papa non vult derogare opinionibus magiſtrorum:c.literas.§.non autem.de reſtit.ſpo.& Alberic.in l. ſeptimo menſe. de ſtat.ho. Hiero.lib.prouin.ver. Et ad hoc facit tex.in l.ſi pœna.ff.de pœnis.ibi commentitio in e,id eſt opinione ſapientum.Et in aliis multis iuris paſſibus.vt in l.dos à patre protecta.C.ſol.matr.vbi opi.Mar.inivſu prę ualet cõtra ius cõmune. Bar.conſi.cxc.Gilbertus dedit dotem ante finem.ver.Illa filia. licet videatur tex. in contrarium in c. neque quorundibet. ix. diſt.ibi, quod ſalua reuerentia quæ eis debetur poſſumus eorum ſcripta improbare,atque reſpuere.cum aliis per Albe.de Roſate,in l.ſeptimo menſe.de ſtatu ho.alle. Et ideo quamuis iure naturali, & communi probetur decimas & primitias eſſe debitas, tamen eis interpretari permiſſum eſt,vt dicit text.in d.c.reuertimini.& in c.j.§.quibus autem.ibi,honeſta illa interpretatio eſt xiij.q.j. Et ſic opin. Hoſti.quæ ſi per illo text.fundatur videtur de iure verior,quia text ibi diffinit illam quam tenentur ſoluere quantitatem, ob clericorum auaritiam & exactionem reprimendam, quorum genus eſt(vt mulierum:) auaritiſſimum,vt dicit gl.in c.ſi pluribus.in verſi.maior. de præben.& in c.nonnulli.de cle.non reſid. ratione cuius illum text. in d.c.j.de deci.in vlti.no.Abb.Sicul. contra clericos in ſolutione temporalium eſſe ſemper interpretationem faciendam, & hoc ne notentur auaritia in exactione temporalium. pro quo facit ſecundum eum d.c.quãto.de cenſi. & auaritia clericorum eſt bo.tex. in capitu. diaconi ſunt. §.hunc autem.in xc.diſt.quæ dicit quòd ex quo in eccleſiis, ſicut in Romano imperio creuit auaritia, perit lex de ſacerdote, & viſio de propheta. Tamen vbi eſſet in certo loco conſuetudo præſcripta,quæ talis debet eſſe c.fin.de conſue. quod aliquid pro iure primitiæ ſeruatur: tunc ſicut in decimis,eſſet obſeruanda, dict.c.in aliquibus.§.fi. ibi,vel loci conſuetudine approbata, vt tenet Hoſt. in ſumma.eo. ti.licet glo.in d.§.fin.quam ſequuntur Abba. & communiter Doctor. velit quod ad hoc vt in vim conſue.quota decimæ minor præſcribi poſſit requiritur quod à Papa fuerit approbata,cum de iure integraliter ſolui debeat.& idem gl.in c.quicunq; xvj.q.vij.& glo.in cap.j. & ibi per omnes de deci.lib. vj. tamen ſic ſe habet conſuetudo in pluribus locis, vt in toto Delphinatu, vt refert Guido Papæ in q. cclxxxiiij.& etiam Bituris & aliis partibus Francię,vt in §.xij:de conſuetudine prædior. & ibi dixi ad quæ nunc remitto,vbi in decimis non ſequor opi. Hoſti. niſi contra laicos decimatores, contra quos quota præſcribi poteſt, vt voluit ſingul. de Zabarel.conſil. clvj. cum aliis per nos ibi allegatis, imò in totum poteſt contra tales laicos præſcribi ſecundum Cum. conſi.lxxxiij.quia cauſa decimalis. & Franc.Balbus in d.tract.de præſcrip.nume.xlvj.Sed quanto tempore, vide ibi per ipſos. Vnde in caſu noſtro allegabatur conſuetudinem eſſe percipiendi pro iure primitiæ, vnam pugnatam bladi ex triginta,& vna,quę tamen non erat prout requirebatur præſcripta, vt dictũ eſt, & l.cùm de in rem verſo.ibi,quod pater longo tem-

pore præſtitiſſet. ff.de vſuris. & l.ſi certis annis.C.de pact.& Inn.in ca. cum eccleſia. de cauſa poſſ. & proprieta & tex.iuncta gl.in l.aduerſus. in verb.per certos annos.& ibi Bald.& Salic. C.de vſuris.& l.j.C.de fideicom.& Bertran. in dicto conſilio lxiiij.verſicul. Præterea etiam dico.licet illa l.j.de fideicommiſ. loquatur in alimentis, in quibus præſcribendis triennalis ſufficiat proteſtatio ad futuram obligationem inducendam: tamen idem videtur dicendum in decimis & primitiis, ſufficere triennalem ſolutionem: cum ſint tributa egentium animarum,c.decimæ tributa ſunt.xvj.q.j.& alimenta etiam dicuntur cleri.de ca.reuertimini.verſi.Vt autem ſciatis. ibi,vt habeant ſacerdotes & leuitæ, qui mihi miniſtrant cibos,& ibi ante finem:& in horreum Dei intulerit cibos. & c.decimas.quas in vſum pietatis.ibi,vt ſit cibus in domo mea.xvj.q.vij.& latius in ca.j. xiij.q.ibi, comedis eas,& ibi epulamini,& ibi coram Deo tuo comedas eas,quia qui altari ſeruit,de altari viuere debet,vt inquit Apoſtolus ij. Corin. ix. c. cum ſecundum Apoſtolum.de præben. & in c. ex his. xij.q.j. quæ eſt ſingularis ampliatio ad d.l.j.de fideicomm.vt locum habeat in ſolutione triennali decimarum & primitiarum. de quibus antea nuſquam fuerat aliquid ſolutũ: quia ſicut ibi fauore vltimæ voluntatis, & alimentorum inducitur obligatio, ſic profectò hic fauore diuini præcepti ſeu voluntatis diuinæ, & cultus ac ſeruitij Dei primitiam & decimam ſolui in alimoniam clericorum,& ſic magis in piam cauſam, præcipientis: vt iurib. ſuprà allegatis. Tum quia,vt dictum eſt, ſunt tributa debita clericis. Or,qui tribus ſoluit annis proximè præteritis tributum, vel cenſum aut canonem, præſumitur anteriori ſemper ſoluiſſe tempore,l.pen.& ibi Bar.C.de apochis publ.lib.x.& glo. in l.ij.in verb.repellere.circa medium.& ibi omnes, inſuper Felin.& Iaſ.C.de iure emphyt.& Iaſ. in l.j.ff. de offi.eius cui mand.eſt iuriſdi.& dixi in §.iiij.in gl. ij.de præſcrip.lib.conſue.Bitu. & Ant.Corſ.in tract. de poteſt.regia.tit.de Gemi. in verbo, verſic.xxxij.& Fran.de Cret.in ſing.lxxviij. cum aliis ibi in addi.alleg. quia bona eſt argumentatio de tributis ad decimas.Bar.in l.j.C.de anno.& tributis. lib. x. & Sylua nuptialis.ver. De tributis.& Bald.in l.inter debitorẽ. ver. Extra quæro.ff.de pactis. & ſic etiam in præſtatione triennali rei dotalis fauore dotis, ſecundũ Bar. in ſua quæſtione, mulier habens magnum patrimonium.& Ioann.Campez.in tract.de dote prima parte quæſt.lxxx.in fine verſi.xxij. priuilegium cum aliis per eum allegat. Et ſic ſolutio triennalis nedum inducit obligationem,& pariter liberationem,& quittãtiam pro omni tempore præterito,ſed etiam probat ſummam & quantitatem reditus debiti talem fuiſſe ſic huc vſque ſolutam. dum textum in dicta l. penultima dicit ibi ad illationem functionis tributariæ.faciunt notata per Feli.in c.ad apoſtolicam. de ſymonia,qui allegat Paulum de Leaza in capit. in literis.ver cul. Modo quæritur. de reſtitu.ſpoli. quod diuturna præſtatio facta ex mera liberalitate nõ producit obligationem,vt iuribusſuprà allegatis:tamen fallit in præſtatione quæ fit in piam cauſam,vt ibi,& in c.ſuam.eod.titu. & idem Hippolytus de Marſil.in ſingul.clxij,& alibi dixi. & facit quod dicit Sicu.in d. capitulo.fina.de conſuetu. vbi quærit, nunquid conſuetudo probetur per vnum actum vel duos, vbi dicit, quòd licet probetur communiter per duos, vt ibi,& l.de quibus.de legibus. & §.ex non ſcripto.inſtitutio.de iure naturali gentium & ciuili: tamen ſi eſt actus ſucceſſiuus & continuus quòd erit ſufficiẽs ad probationem conſuetudinis & ſequitur Socin.in l.j.nume.xiij.ff.ſi certum petatur. Tum hic etiam allegabatur circa ſolutionem primitię conſuetudo aliorum locorum vicinorum, in quibus ex vna tricesima prima pugnata ſoluebatur. Vnde ſecundum illam debebat ſolui.c.cum olim.de cõſuetudine.& ca. Catholica.xj.diſt.& c.j.& c.illa.xij.diſt.& ca.ex parte Compoſtellani & c.ſuper eo.de cenſit.& tenet Soci. conſi.lxxxj.verſicu. His tamen non obſtantibus,cum verſi.ſequen.volum.j. cum aliis in d.q.ccij. quid pactum inueſtituræ.& in §.x.in gl.ſi.ver.& an deficiente ſpeciali conſuetud.loci de iuriſdictio.omnium iudicum.lib.conſue.Bituri.Et omnibus attentis ſupradictis ſic fuit concluſum apud ſanctum Æmilianum in fauorem magiſtri Arnaldi de Baſterot eccleſię maioris Bazatenſis cantoris ad cauſam eccleſiæ parochialis ad Trazis,rectoris eiuſdem appellati: contra Ioannem de Lartigau, Guyraudum de Spanel, & alios litis conſortes loci prædicti de Trazis habitatores, à Seneſchallo Bazaten. ſeu eius locum tenente appellantes. Et latum areſtum die ij. Decembris, Anno domini,1528.

SVMMÆ.

1 *Occiſo altero rixantium quis præſumatur aggreſſor.*

2 *Aggreſſor an præſumatur qui interfectus eſt. num.3. & 4.*

Quæſtio CCXXXVII.

Si vnus occidit alium, nec apparet per teſtes quis eorum fuerit aggreſſor: quis eorum de iure præſumatur alium aggreſſum fuiſſe,vel ad defenſionem feciſſe. 1

DECISIO CCXXXVII.

ET † gloſ.vulgaris in l.j.cùm arietes.inverbo tibi.ff.ſi quadrup.pauperi feciſſe. dic. dicit quòd neuter hoc caſu alteri tenetur, quantum ad intereſſe priuatum,arg.l.ſcientiam. §. cùm ſtramenta.ff.ad l. legem Aquil. qui multum facit pro ſua opin.& hanc opin.gloſſ.ſequutus fuit Iaco.de Rauen.ibi,tamen Alberic. ibi, dicit † eſſe præſumptionem contra mortuum, quod primo fecerit aggreſſionem, & in hoc quando ſunt coniecturæ vicinæ præcedentes contra inſultatũ,ſcilicet delatio armorum,& complexio robuſtior minantis.& idem Alex.conſ.xiiij.ponderatis narratis,ver.ad defenſionem.li.iij.& Feli. in c.dilecti filij.verſi.voluit etiam Alex.de exce.& Cæpol.conſil. xxviij.ver.Octauo quia.cum,ver.ſeq.Et econtra præſumitur contra ſuperſtitem fuiſſe aggreſſorem, ex coniecturis,vt quia interfectus erat bonus homo & manſuetus, qui non conſueuerat facere rixas, & ſuperſtes rixoſus: & illo caſu contra ſuperſtitem præſumitur,ſecundum Alb.& Doct.ſuprà alleg.tex. in l. non omnes,§.à Barbaris.ff.de re milita.& idem Alb. in l.vt vim.nu.viij.de iuſtitia & iure.& ſequitur Tho. Grammati.voto xxiij.num.x. cum pluribus ſequent. vſque ad fin.& Bar.in d.§.cùm arietes. inducens ad quæſt.quam dicit ſemel habuiſſe de facto,inter duos, qui fecerãt pacem ſimul de quibuſdam iniuriis,poſtea ſe inuicem percuſſerunt,quod ſi non apparet quis primo ſe mouerit,neuter tenetur de pace rupta. Sed ſi apparet quis primò rupit,ille tenetur,per illũ text. & in l.qui fidem.ff.de tranſ.c.& ſequitur Alex.ibi, in addi.& idem tenet Bart. in l.ſi ſeruum.§.ſequitur.& ibi amplè Pau.de Caſt.& Alex.in fi.ff. de verb.obl.vbi Alex.dicit hoc communiter teneri.& ibi Iaſo.ver. 2

Vlti-

Vltimò per iſtum tex. Et hanc partem tenet Bal. in l. vt vim, ver. Item no. quod ſi duo inimici dicẽs, quod ratione intereſſe partis nullus punitur, ſed bene reſpectu reipublicæ, quia vterque delinquit, & iſto reſpectu dolus cum dolo non compenſatur. & idẽ Bal. in l. j. q. xij. C. vnde vi. & ipſum ſequitur Ioan. dẽ Ana. in c. ſignifi. ver. Quærit circa præmiſſa. de homicid. & Feli. poſt Abb. in ca. j. ver. Dum dicit Abba. quod vbi non apparet. de treuga & pace. Et idẽ Ang. in ſua diſputatione renouata guerra. & in l. ſi. §. j. & ibi Roma. ff. de eo per quem factum erit, & Hippo. in rep. rub. de prob. verſi. Adde etiam quod ſi duo. vbi pro hac concluſione adducit ea quæ Fel. ponit in d. c. j. & in c. capitulum. circa fi. de reſcrip. vbi plenè ſcripſit. & in d. c. dilecti filij. de except. & idem Aret. in tracta. malefic. in verbo, Et dictus Titius ſe defendendo. verſi. Quærit gloſ. in d. l. j. & ibi Auguſti. Ari. & Landria. in addi. †Sed contrarium tenuit Malum. bra. in dicto §. cum arietes. quem Bal. & Flo. ibi referunt, & idẽ Flo. in dicto §. cum ſtramẽta, quod is qui ſuperauit, præſumatur aggreſſor, niſi contrarium probetur, arg. l. j. C. de Sicar. & Cæpol. Veron. in dicto conſilio xxvij. verſi. Decimo & vltim. Ludo. Bolog. conſilio xxxvij. verſiculo, Corroboro hoc. cum verſi. ſequen. & ſecũdum hoc reſponderi poteſt ad d. §. cum ſtramenta. quod ibi fuit caſus fortuitus, quia cum duo homines ad ſtramenta ardentia currendo tranſiluirent, ambo ceciderũt, & alter ipſorum fuit flamma conſumptus, quod alius nõ teneatur, niſi intelligitur vter ab vtro euerſus ſit: quia ſtramẽta dicuntur, quæ gratia quieſcendi ſternãtur, vt lectus & lectica à colligendis ſtramentis, & herbis ex quibus fierent. quod eſt notandum pro illis qui circumeunt ignem ad honorem beati Ioannis Baptiſtæ eius vigilia factum cum cantilenis, & ex pluribus faſciculis lignorum, & ſtramentorum compoſitum ſe per manus tenentib. quòd ſi currẽdo vnus cadit in igne, quòd alius ſibi proximus non teneatur, per illum text. quia magis ludo vel caſu fuit, quam culpæ aſcribitur, ſecundum Bal. & Albe. ibi. Et ſic in dicto §. cùm ſtramenta. non conſtabat, quod vnus euerterit alium: ideo qui euertit, præſumitur alium offendiſſe. Et ſecundum hoc oportebit in caſu iſto probare factum ad defenſionem, aliàs punietur ſuperſtes. Quare ſi duo mutuò ſe percuſſerunt, in dubio non fiet abſolutio, ſed vterque condemnabitur. l. quemadmodum. §. ſi nauis alteram. ff. ad legem Aquiliam. & ſequitur Bald. in dicto §. cum arietes. & in d. §. cùm ſtramenta. quoniam operam dabant rei illicitæ. & idem tenuit Corn. conſil. lj. volumine primo. dicens, quod ſi vnus ex rixantibus reperitur vulneratus, licet teſtes non viderint vulnerare, quòd ab alio contrixante præſumitur vulneratus ex vicinitate temporis, ſi teſtes dicant illum ante rixam non fuiſſe vulneratum. & idem Salicet. in l. fina. C. de proba. & Hippolyt. in ſua practica crim. §. quoniam. num. xxx. qui allegat Franc. Brunum in tractat. de indiciis & torturis. verſi. Aliud exemplum. & in conſil. cviij. nu. iiij. vol. ij. Nam ex fine rixæ præſumitur aggreſſio facta, vbi aliter expreſsè non conſtat de aggreſſione, vt voluit Bar. in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. & Florent. in d. §. cum arietes. verſiculo, Tamen potes attentare. cum aliis ſuprà q. cxvj. inci. aliud quidem dubium. pro quo facit dictum domin. de ſancto Geminia. in tracta. de teſti. publi. ca. teſtibus examinatis. ver. Circa coniunctionem dubita. nunc in nouiter impreſſis. numero clix. quod ſi accuſat. Petrum & Seium, quod intulerunt in Ioan. vulnera ex quibus mortuus eſt, & non probo de Seio. ſed de Petro, quod Petrus condemnabitur, vt ibi. † Sed concordando has opi. Primo, quando nullus mortuus eſt, nec apparet ex coniecturis ſupra dictis quis fuerit aggreſſor, tunc neuter tenetur reſpectu alterius partis, ſed bene reſpectu fiſci: quia tunc dolus cũ dolo non cõpenſatur, & etiam propter malũ exemplum, l. ſi quis aliquid. §. ſi abortionis. ff. de pœnis. Et ſæpè fit quod duo ſe diffidant ad dandum vnum ictum, vel ſe occidendum, tales debent condẽnari ad emendã erga regẽ, aut alium dominũ, ſed non vnus erga alium: quia volenti non fit iniuria neque dolus, l. j. §. vſq; adeo. ff. de iniurijs. & l. cum donationis. C. de tranſactionibus, & vtrobiq; per Doctor. & Alber. in d. l. vt vim. num. viij. in fi. Et pro hoc facit illa deciſio. Bar. Bal. & Doct. ſuprà alle. de duob. qui fecerunt pacem cum pœna de non contraueniendo. Et vnus venit primo contra pacem, & alius poſtea: quod non teneantur: quia primo frangenti pacem non debet ei obſeruari pax, l. cum proponas. C. de tranſa. ſed iudex bene poterit illum punire de offenſa illata, non autem de pace rupta: quoniam maleficia non debent remanere impunita, l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & idem Bonifa. de Vital. in tracta. cri. titu. de pace. verſi. Sed quinquid ſi plures. & Alexan. in addi. ad Bar. in l. aut facta. §. cauſa. ubi, dicebat etiam ſignanter Bar. ff. de pœnis. cum aliis per eum alle. Secundo, quando vnus mortuus eſt, ſi non apparet ex indicijs, & cõiecturis ſupra dictis, qui fuerit aggreſſor, vel in culpa, tutius & benignius erit, quod ſuperuiuens abſoluatur: quia non eſſet iniuria, ſi propter peccatorem puniretur nocens. Melius eſt ergo in dubio nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare. l. abſentem. ff. de pœnis. pro quo facit ſecundum Bal. in d. l. j. C. vti poſſi. in verbo, prohibebit. verſic. Secundò caſu. vbi ratione dubij nemo damnatur. l. ſi duo. in prin. ff. eod. tit. & d. l. ſcientiam. §. cùm ſtramenta. ob quod dicit Roman. conſil. ccc. quod ſi incendium oritur in domo, in qua duo habitãt, & ignoratur cuius culpa proceſſerit, quod propter incertitudinem ambo abſolui debent: & iſtam partem ſequitur Iac. de Bellom. in tract. cri. titu. de q. verſi. Doct. tamen Bonomen. Et Cæpol. in præalleg. conſi. xxviij. Et vbi ſunt indicia, & coniecturæ contra ſuperſtitem, tunc debet poni ad quæſtionem & torturam ſuper aggreſſione, poſtquam conſtat de mortuo per eum occiſo. Et ſi illãm confiteatur, condemnabitur: ſin autem non fateatur, abſoluetur.

1
3
4

SVMMÆ.

1 *Dominij exceptio an obſtet ſpoliato. & numer. 2. & 5.*

3 *Spoliatus quid probare debeat, vt reſtituatur.*

4 *Spoliatus etiam à iudice non ſeruato ordine iuris, eſt ante omnia reſtituendus.*

Quæſtio CCXXXVIII.

Expoliato poſſeſſione, vel turbato in eadem, an opponi poſſit exceptio dominij vel contraria poſſeſſio.

DECISIO CCXXXVIII.

ET † videtur quod ſic, vt voluit gloſ. in l. ſi de vi. ff. de iudic. quod in omni interdicto opponi poſſit exceptio dominij, ſi incontinenti per ſpoliatorem vel turbatorem offeratur probatio. † In contrarium videtur quod non, quia ſpoliatus ante omnia venit reſtituendus non admiſſa exceptione proprietatis, etiam ſi offeratur probatio in promptu. l. j. §. j.

1 2

& ibi gloſſ.in verbo, ad recuperandam. ff.de vi & vi arma.& l. maritus.C.de do. inter virum & vxor.l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad l.Iulia. de vi public. & in l.j. C.ſi per vim vel alio. ibi, ſine vlla cunctatione reſtituam:& ibi reformato ſtatu.& c.j.& ibi gl.j.de reſtit. ſpo.& in c.literas. & c.ité cum quis. & ibi Abb.in fi. & in cam literis. eo.tit. vbi etiam prædo ante omnia eſt reſtituendus, vt d.l.j.§. qui a me. & l. momentaneæ.C.vn.de vi.& cap. reintegranda. iij.q. & Din.in regula dolo petit. & Caſt. in conſil.ccxv.viſo puncto ſuprà ſcripto conſule.in princ. vol.ix. & idem Hipp. de Marſ.in ſing x.& cxcix.& Socin.in conſ.cvj.verſi. Præterea dicit.ibi,quã ſpoliator.vol.ij.& Caſt.in conſ. xlvij. videtur dicendũ.vol.antiq. & ſing.Bal.in conſi. lxxxiij.verba libellũ.verſi.perro ſpoliatus.vo.j.Et ratio eſt ſecundũ eum,quia ſpoliator ſemper delinquit donec reſtituat rem.& ideo niſi purget vitium & delictum ſuum,non debet audiri ſuper proprietate vel alio iure ſuo,vt not.ij.q.j.in primis.& in c.frequens. de reſtitu.ſpol.lib.vj.vel ſecundum Abba. Sicul.in d. c.j.hoc eſt propter priuilegium interdicti, & fauorẽ ſpoliati ac odium ſpoliatoris,vt latius per eum.& idẽ Lucas de Penna in l.ſi coloni.in v.& xxij.q.& Bal.in conſi.ccc.in cauſa egregij volumin.ij. †Dum tamen ſecundum. Bal.ſuprà allegat.conſi.lxxxiiij.tempus poſſeſſionis & deiectionis allegetur, & poſtea probetur. Quæ quam illa eſto, licet poſſeſſio tempore ſpoliationis, & ipſa ſpoliatio probari debent,d.l.j.§.rectiſſime.& ibi Bar. & Alber.de vi & vi arma. & tex.in c. conſiderationibus.de offi. delega. & ca. olim cauſam. de reſtitutio.ſpoliat.& Curt.in conſi.lxxiij.verſi.Adnertat etiam dignitas vettra in ij. cum aliis per eum alleg.& latius per eum in conſ.lxxj.verſicul.Sed præmiſſis omnibus,ibi,non ſic,vbi addit alia duo in hoc ſpolij interdicto probanda: & ſic quatuor,vt ibi per eum,alias non obtineres,quamuis prius ante ſpoliationem poſſediſſet,vt eſt text.in d.l. §.interdictũ autem hoc, ibi, niſi ei qui tãc cum diceretur poſſidebat.Et idem Old.in conſ.j.& Cornel.in conſil.clxxij. vol.ij.& in conſi.viij.& xviij.libr.j. & Curt.in d.cõſ. lxvj.verſi.Quartum etiam. & Bala.in d. conſ.lxxxiij. verſi.in contrarium.volumine primo. & Inno.in caqualiter & quando.in ſecunda. de accuſ. & hoc propter illam dictionem tunc extremitatem ſignificante n.l.quarta.ff.de condition.& demonſtr. de qua dixi ſuprà in q.xxxiij.magna aſſid.& idem Curt.in dict. conſil.lxxij.loco prædicto allegato,ibi,& plus valuit Inno. & Ioann. de Imo.in c.cum eccleſia Sutrina. num.32. de cauſa poſſ.& proprie.& Iac.de ſancto Georgio in d.l.ſi de vi.verſ.Addo vobis.& Ange.Aret. in §.quadrupli.verſiculo,Et aduertas quia dixi. & in verſicul. poſtea dixi in libello,& verſiculo, Item dixi in libello,& me de dicto fundo.inſtitutio.de actio.tamen in interdicto vti poſſidetis ſiue retinendæ,quod querimoniam in caſu nouitatis appellamus, ſufficit, ſecũdum Doctor.ſuprà allega.probare ſe poſſidere tempore turbationis,vel ſaltem tempore conteſtationis litis,vt §.hodie.inſtitutio.de interdi.& idem Bald.in ſua quæſtione,accuſatus de vi turbatiua. verſiculo. & ad euidẽtiam.Et non ſolum in prophanis, ſed etiam in beneficialibus,vt voluit Inno.in d.capit. in literis. in glo.magna.& idem ibi Sicul.in capitulo ex parte. de reſtitutio.ſpolia.& Ioan.And.in addi.Specu.ſuper rub.co.tit.quia poſſeſſio beneficij habita authoritate ordinarij, cauſat poſſeſſorium recuperandæ, vt illo probato cum deiectione reſtituatur ad poſſeſſorium ſine probatione tituli.& idem Domi. de ſancto Gemin.in conſilio cxxxvj.ſuper iſto dubio. verſicul.Sed eſt dubium.& Soc.in ſuis regulis in verbo,ſpoliatus. licet in fallen.xj.cenſeat contrarium, quando eſt notorium.& Old.in conſi.j.& Hipp. in ſing.xj. & Calcan.in conſi.j.tit.de cauſa poſſ.& proprie. & Albe.in d.l.prima.§.interdictum autem hoc.verſic.ſed quid. & Alexan.in l.naturaliter. §.nihil commune. verſic. Octauo fallit.ff.de acquiren.poſſ. & plenè Decius in l.finali.verſiculo,Nono not.C.de edi.diui.Adria.tol. & Ang.in d.l.momentaneæ. † Quinmo ſpoliatus à 4
iudice iuris ordine non ſeruato ante omnia eſt reſtituendus.l.meminerint. C.vnde vi.& c.conquerente. & ibi per Sicu.& doctor.de reſtitu.ſpoliat.& in cap. referente.& ibi Decius nu.ij.de præbend. & Bal.cõſ. cccxxv.Copioſe eſt allegatum,volum.j. & in conſil. cccxlviij.ſpoliatus virtute ſententiæ. & in conſi.cccl. proponitur quod quædam tutela.verſiculo,Item per textum.volumine eod.& de Zabarel. in conſi.liij.& lxxv.& Luc.de Penna in d.l.ſi coloni.verſic.Vnde ſi quis ſpolietur.& in xxij.q.& Lauren.Calca.in conſi. cxx.mum.ij.& Dominici.de ſancto Gemi.in conſi.v.in princip. & Socin.dicta regu.ix. fallent.& de Zaba.in conſi.lxxix.& Socin.in conſi.xij.ver. Circa ſecundam quæſt.vol.j.& Oldra.in conſi.cxxiij.iſtæ ſunt allegationes.& idem Deci.in conſilio cxcj.verſicu.Quinto hoc comprobatur.alias ſpoliatus a iudice regulariter non reſtituitur,vt per Doct.ſuprà alleg.& glo.vltim. & in c.præſentium.& ibi Archid.vij. quæſtio prima. & Albe.de Rode.in d.l.ſi e vi.num. xix. de iud.& Sicul.in c.dilectus.in primis, de reſcri.& in c.ſi cõſtiterit.de accuſ.quem refert & ſequitur Iacob.de ſancto Georgio. in d.l.ſi de vi.verſic. Vltimo quæro.de iud. †Vnde ſub paucis videtur dicẽdum,quod aut loqui- 5
mur in interdicto ſeu poſſeſſorio adipiſcendæ,aut in interdicto vti poſſidetis,ſiue retinẽdæ, ſeu querimoniæ caſus nouitatis, aut in interdicto recuperandæ. Si in interdicto adipiſcendæ, aut reus offert incontinenti ſe de dominio ſuo probaturum,& tunc admittitur: & talis exceptio domini obſtabit agenti poſſeſſorio adipiſcendæ,quia dolo petit quod reſtituturus eſt,regula dolo petit. Aut non offert incontinẽti ſe probaturum,& tunc non obſtat, vt notat in l.ij.C. de e.h.d.q.i.Adri.tol. Aut loquimur in poſſeſſorio retinendæ,& ſuper hoc ſunt opinio.nam gl.in d.l.ſi de vi.& Din.in regula,qui ad agendum. tenẽt quod exceptio dominij oppoſita per reum habet obſtare agenti poſſeſſorio retinendæ,ſi in promptu doceat de dominio,& ſequitur Ang.in l. ſi de eo tendo. §.fi.ff. de acquiren.poſſeſſio.Sed gloſſ.Raynu.Bar.Imola.& communiter. Moder.ibi, & in d.l.naturaliter. §.nihil commune.tenent contrarium, quod non habet obſtare exceptio dominij agenti poſſeſſorio retinendę, & idem Calc.in d.l.ſi de vi.& ibi Iac.de ſancto Georgio.& de iſto aliquid dicam in aliis quæſtionibus. & Ioann.Fab.in d.l.retinendæ.verſ.Quid ergo. Aut loquimur in interdicto recuperandæ, & tunc regulariter contra agentem non poteſt opponi exceptio dominij ſeu proprietatis,d.l.ſi maritus,de do. inter vir. & vxo.cum aliis ſuprà alle.Hæc regula tamẽ fallit in multis caſibus,& dicit glo.in c.in nomine domini.in verbo,audientia. hic habes. xxiiij. diſtin. & c.gaudemus.in verbo,negaretur.de duor.cum aliis infinitis per Luc.de Penn.in d.l.ſi coloni.q.xxxiij.& per Ant. Corſet.in tracta.de poteſtate regia. q.lxxij.vbi ponit 50. caſus fallen. & Socin.in ſuis regul.in verbo ſpoliatus.ponit xij.tãtũ.& Alex.in d.l.naturaliter.§.nihil cõmune.ponit xvj.& Spe.in tit.de petito. & poſſe.§. quoniã in pr.ponit xxvj.caſus. & Iac.de ſan. Geor.in d.l.ſi de vi.xxv.& Gui.Pap.in ſuo cõmento ſuper ſtatuto,ſi quis per literas. in verbo, in tex. ibi omnium allegatione, verſiculo vlterius quæro. ponit xvij.

quibus

quibus non obſtant.debet ſpoliatus reintegrari. ſed hoc eſſe videtur ratione dicti ſtatuti, vt aliquid vltra ius commune operetur. Et quando dicatur offerri probatio incontinenti,vide tex.in c. literas.& ibi Sicul.ver.no.tex.opti.de reſtit.ſpolia. Et in caſu noſtro duos ſolum,aut tres caſus per Doctores nominatos tango.m.Primò fallit ſi ſpoliator proponat & alleget contrariam poſſeſſionē,& in illa eſſe,& gauiſum ſem per fuiſſe,illi incubuiſſe,fructus,prouentus & reditus leuando & percipiendo,illoſq; accenſando tanquam veras poſſeſſor longe ante tempus ſpoliationis prætenſæ, quia talis articulus concludit contrarium poſſeſſorium. Et in eſſe negat agentem poſſediſſe tempore ſpoliationis, & per conſequens non fuiſſe ſpoliatum.Ita ſing.voluit Abb.Sic.m d.c.j.verſic.Oppovlterius.de reſtit.ſpol.qui pro hoc allegat Rotam in Deciſ.cclix.alias deciſ.xj.tit.de reſt.ſpo.inci. ſi rector alicuius parochiæ.in nouis.dicentē,quod qui poſſeſſionem ſuam continuat,non ſpoliat.c.olim.& c.cum veniſſet.de reſtit.ſpolia.& idem Imo.in d.c.j. verſicu. item etiam aduerte.& ipſos refert & ſequitur Anto. Corſet.in d.q.lxxij.fallen. vlt. & Soc. in d.regula.fallen.vj & vij.& Curt.in d.conſil. lxxiij. per totum.& ſignanter.verſi.aduertat etiam dignitas veſtra. & ſingul.Iacob.de ſancto Georg.in d.l.ſi de vi. in xxv.fallent.allegando Domin.de Rot.Sicu.& Imo.in d.c.j. de reſtitutio.ſpoliat.& tenet Soci.conſi.cvj.verſic.ſecundò eadem concluſio probatur. volum. ſecundo, & hoc ſentit Bal.l. in q.ſua accuſatus de vi turbatiua. verſi.præterea ſi quis putat.& verſic.ij. quando ambo poſſident.&verſi.ſi enim aduerſarium ad compoſſidendum non admitto. & melius verſi. circa interdictum recuperandæ,allegat text. in l. colonus,in fine. ff.de vi.& vi arma.& Bald.conſil. cccxxxj. caſus ſuper quo,volum.j.& Bartol.conſil. cxij.quidam accuſatus de turbata poſſeſſione.& Pau.de Caſt.conſ. ccxxxvij. alias ccxv.vi'o puncto.volum.ix. & idem Alex.conſi. ccxxxij.Viſo proceſſu cauſæ.vol.j.& Deci. conſ.cxcj. ver.ix.etiam quia allegat Ægidium Bellamera Deci. xlvj.ver.Secundo caſu principali.& Soc.in l.rem quę nobis.in ix.q.circa fin.ff.de acqui.poſſeſſ.& Alber.in l.qui cœtu.§.ſi de vi.verſic.ſi autem intentatur ſuper poſſeſſione,vt quia accuſatus de vi dicit ſe poſſidere. ff.ad legem Iuli. de vi public. Et iſtud ſæpe cōtingit inter nobiles,qui ſe inuicem turbant,quia vnus rapit fructus ex vna partē,& alter ex altera, ita quod quis eorum poſſideat non facile ſcitur. tamen propoſito interdicto, vnde poſſidetis. tempore probationum ſcietur.Nam vt eleganter ait glo.magna in l.extat.ff. quod metus cauſa.actus turbatiui difficilem reddunt probationē poſſeſſionis.ita Bal.in c.j.ver.ſed nūquid iſtud.apud quē vel quos controuer. ſeu.deſin.remittendo ſe ad gl.in c.cæterum.de iudi. Et iſtud videtur eſſe in effectu cōſilium Rogerij:quod ſequitur Abb. Antiq.& cæteri in ca.licet cauſam.de proba.& Spec. in tit.de petito.& poſſeſſ.§.j.ver.not.tamen diligenter cautelam.& Docto.in l.j. C.vti poſſidetis,de quo dicam in ſeq.q.Et ſic ſeruatur in qualibet interdicto in quo quiſque aſſerit ſe poſſidere & poſſediſſe à x. xx.xxx.& xl.annis.& ita ſentit Domin.de ſancto Gemin.in conſ.xxiij.quia diffuſè ſunt examinata. dicēs, quod contra agentem poſſeſſorio recuperandæ admittitur exceptio detractiua poſſeſſionis,licet loquatur in poſſeſſorio recuperādæ in cauſa matrimoniali,quod ab aliis poſſeſſoriis diſcrepat,vt ibi per eum, & Bal.in dicto conſi.cccj.verſi. Tertiò tamen ſciendum eſt.libro ſecundo. per textum in l. prima. §.ſi qui ideo. ff. nę vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt. pro quo facit quod dicit Bald. in l. arboribus.§. nam & ſi agrum. ff. de vſufruct. quòd ſi vnus probat ſe araſſe, quia arando retinet poſſeſſionem. per text. ibi,& alius ſe fructum collegiſſe & reportaſſe, quod vterque probat de poſſeſſione,cùm actus ſit ſufficiēs ad poſſidendum.l.ſi quis ſuper. ff.finium regund.ille enim melius ſecundū eum probat, qui de antiquiori facto probat, quia poſterior poſſeſſio præſumitur clandeſtina,vt no.in l.ſi duo.in princ.vti poſſi.Quinimo plus vult Iac.de ſancto Georgio. in d. l. ſi de vi. quod non ſolùm in caſu prædicto, ſed etiam ſi reus conuentus poſſeſſorio recuperandæ per Titium ſpoliatum,qui in libello deduxit ſuo,quod ego eum ſpoliaui de menſe Februarij, poſſum facere articulos, q̄ illo menſe Februarij ipſe Titius actor non poſſidebat,ſed tertius. Et tales articuli ſunt admittendi, dicens iſtud eſſe dictum Bald.in l.j.verſ. vel dic plenius caſum,quæſtio mouebatur iſta. C. de appel.& Alex. in d.§.nihil commune.verſi.ſexto decimo fallit. vbi dicit,quòd etiam ſi non apponatur à ſpoliante, ſed ab illo tertio,qui dicit rem reſtitui non debere, quia eſt ſua,audiēda erit illa exceptio: quoniam ratio quæ militat contra ſpoliantē,non militat contra tertium opponentem.l.bona fides.& ibi Bar. ff.depoſiti. etiam ſi iſte tertius affiſteret ſpolianti, vt tenet Cin.& Bald.in l.ſi quis.C.loca.& Guid.Pap.in ſing. cclxxvj. & in d.commento ſtatuti ſi quis per literas.in verbo in tex.omnium allegatione, verſic.quæro vlterius.& idem in hoc Ant.Corſ.in d.tractatu de poteſtate regia q.lxx.ij.fallen. cum aliis per eum alle. & Felin.in c.j.de præſcript.quod intellige ſpoliatorem reſpectu tituli non eſſe tertio opponenti ſimilem. Sed adhuc videtur idem per tex.in c.ſæpè.de reſtit.ſpol.vbi ſpoliatus aduerſus tertium,qui poſſeſſionem à ſpoliatore adeptus eſt ſcienter, reſtituitur, vt ibi per Sicul.& Ioann.de Ripa.nu.xl. ſecus ſi ignorat ſpolium, vt ibi per eos,poſt gl.& Bar.Alber.in l.cùm à te.ff.de vi.& vi ar.& Lauren.Calca.in conſi.cxv.nume.v.& Corn. in conſi.lvj.volum.ſecundo. & Albert.Brūn.in conſ. xix.verſ.item non potuit.& Io.Fabr.in §.recuperandæ.verſi.contra tertium.& ibi rationem ponit quare non datur interdictum: & in aliis datur.vide etiam per Doctores ſuprà allegatos. Tamen reſpectu poſſeſſionis contrariæ per ſpoliantem prætenſæ & allegatę,bene eſt ſimilis tertiò,vt dictum eſt.Et aduerte, quòd ſi in iſto interdicto agēs proponat vnam cauſam dominij,& probat aliam, nihilominus ſententia eſt pro eo ferenda,licet ſecus in petitorio, vt volunt Bald.& Ang.in l.fin.C.de annali excep.vbi ambo allegant ita tenere Innocen.in capitu.querelam.in fin. de election. & Ange.etiam dicit eſſe caſum in capit. peruenit.de cenſibus.vbi etiam glo. & Abb. Sicul.& idem Alexand.in addition.ad Bald.in dicta l.final.& in addit.ad Bart.in l.j.§.idem ſcribit Neratius. in fin. ff.depoſiti. & dixi ſuprà. in q. xlij.incipien.alia inſuper ex d.proceſſu orta fuit q.& idem Deci. in conſil. cxxxvj.verſic. imò quod eſt.Et ſic videtur,quòd iſtud poſſeſſorium poſſit confortari & corroborari titulo, tam ex parte ſpoliati,quàm ſpoliantis, vt dicit Sic.in d.c.in literis.de reſtitut.ſpol.& Zaban. conſil.cxiiij.& Deci.in conſi.lvj.verſi. quintò & vltimò. & Io.Berberis in ſuo iuris viat.tit.de prac.legum regiarum.& Guid.Pap.in d.quæſt.lxxj.Et hoc cum proteſtatione, quod non intendit deducere petitorium, niſi ad cōfortationem poſſeſſorij, quæ proteſtatio ſumpta eſt ex cap.ſecundo.de ordi.cog.aliàs videretur parere ſibi præiudicium in petitorio, lata cōtra eum ſententia ſuper ipſo poſſeſſorio,vt volunt Docto. ſuprà allegati in l.naturaliter. §. nihil commune. de acquirend.poſſe.vt dicitur in §.iiij.de iuriſ.omn.iudic.lib.

consuet.Biturig. Tamen consuetudo debet attendi in hoc,vt voluit Anton.de Butr.in ca.fi.in v.nota de iud.& Alexand.in consi.cxvij.versi.& licet in libello. cum sequen.versi.lib.secundo. Secundò etiam fallit, quod agenti interdicto recuperandæ opponi possit exceptio dominij, quando res occupata esset, puta quoddam fortalitium, quod sine scandalo facile recuperari non posset, vt voluit Castr. in l. secunda.in fi.C.de edicto diui Adri.toll. & eum ibi sequitur Ias. arg.c.literas.ver. horum autem assertionem incestus videtur periculum oppugnare,&c.& ibi Sicul.versic. ex hoc vltimo collige.de restitu.spoliat.& etiam Iac. de san.Georgio in d.l.secunda. & idem Cast.in d.l.si de vi.versi.iiij.fallit.ff.de iud. & idem ibi Iac.versi.vj. fallit & Alex.in d.§.nihil commune. versic.v.fallit.& idem Lud.Bolo.& pariter Claudius de Seyssello,ver. item adduco text. in cap.literas.& singu.Cæpol. Veronen.consi.lx.omissa facti serie.versi.ij.probatur.& idem Ioan.de Neuiza.in consi.xij. posito inter consi. Alber.Brun.versi.Tacetur octauo cum aliis per eum alleg.& idem Ias.consi.xxxviij.nu.j.volu.iiij.& consi. lx.in quæstione quæ vertitur.num.iiij.vol.j. & Bal.& Alex.in addi.in l.j.C.de in integ.relt.postu. cum aliis suprà q.lxv.incip.Sed aliud in dicto processu dubium erat. Tamen Iacob.in d.l.si de vi.versi. sextò fallit.limitat hoc dictum Pauli esse verum,nisi actor & reus essent sub eodem principe ita potente, qui de facili posset fortalitium expugnare.puta (vt inquit) quod essent sub sereniſſimo Rege Francorum.& hoc probat per no.per Ang.in l.ij.ff.qui satisd. cogan.dicentem, quod si nobiles habentes arces munitissimas non sunt idonei facultate conueniendi. & ideo contra eorum fideiussores potest creditor agere etiam non facta executione debitoris principalis,vt per omnes in l.decem.ff.de verb.obligat. & idem Petr.de Anch.in c.cùm loci. num.ix. de spon. & aliquid dixi suprà in ij.q.benefic.Secundus casus est,quod limitat Ang.nisi tales nobiles essent sub regimine talis principis,qui de facili posset eos expugnare. & istud dictum Ang.dicit Iaco.facere pro sua prædicta limitatione.Sed quidam in lectura domini Iacob.in d.l.secunda,de edicto diui Adri.ver.not.tamen,&c.si narrat, quod clarissimus præceptor noster dominus Iacobinus limitauit in d.l.si de vi. vt procedat dictum Pauli,nisi vterque,scilicet spolians & spoliatus essent sub eodem principe,per ea quæ volunt Gulielm. de Cugn.Cinus,& Angelus in d.l.ij. qui satisdare cogãtur.Sed limitatio sua procedere posset, si dictum ipsorum Guliel.Cin.& Angel.esset verum. Sed illud in specie reprobant Barto.Paul. de Castro,Alexand. & communiter Doctor. ibi, ergo limitatio non est vera. Sunt qui dicunt, quod limitatio supradicta saltem procederet, quando ageretur coram ipso principe,à quo peteretur restitutio:quia tunc videtur cessare ratio, propter quam reprehẽditur dictum Gul. Cin.& Ange. & ista responsio ad hanc limitationem fuit Domini Claudij de Seyssello in dicto §. nihil cõmuni.vt ipse dicit ibi se disceptasse,cum ipso Iacob. de sancto Georgio, præceptore suo. quare videtur istud in dicta l.secunda apparuisse,quod credo. Aut quod ipsemet Iacob.hanc suam limitationem in dicta l.si de vi.fatagat in dicta l. secunda sub tertia persona loquendo corrigere, dicens in veritate adhuc non credere,quod hęc limitatio procedat: quia licet spectet ad ipsum principem facere talem executionem,& sit verisimile, quòd ipse possit tale castrum vel fortalitium expugnare, tamẽ hoc facere non poterit,nisi cum magna difficultate: quo casu sicut dicimus quod fideiussor,qui est difficilis conuentionis non est fideiussor, vt tenent communiter doctores in d.l.ij.per glossam ibi,qui satisda.cogan.ita iste spoliatus (à quo difficulter poterit recuperari tale castrum vel fortalitium) non debet restitui. ecce quomodo suam limitationem corrigit. & idem Iason in dicto consil.xxxviij.nume.j.ver. Nec obstat si diceretur,volum.tertio.Tamen re vera quicquid dicat dominus Claud. sua limitatio seruatur in hoc regno Franciæ, siue agatur coram eodem principe in suo maiore consilio, siue in supremis eius curiis seu parlamentis, pro quorum arestis exequendis pro restitutis in possessione, vel etiam pro obtinentibus in petitorio solet Rex post manum fortem per ipsas curias datam concedere manum armatam siue militarem,iuxta legem,qui restituere. ff.de rei vendi.& hoc probat,secundum Gul. quem sequitur Bal. in d. l.ij.volentes quod si tale castrum sit iurisdictioni iudicis subditum non debet differri executio.& ista est veritas,secundum Bart.prout vidi dare cõtra Regem Nauarræ ad exequendum arestum latum Tholosæ pro comitatu Bigorræ,maximè iungẽdo sequenteṁ limitationem, quam secundum Iacobum ponit Panor.in ca.veniens in secundo. de testi. respondendo ad dictum Paul.de Castr. videlicet quod procedat illud dictum,nisi petens restitutionem vellet præstare cautionem idoneam de restituendo tali fortalitio, si cõdemnetur in iudicio petitorio.pro qua limitatione facit tex.in ca.j.de dolo & contu. & in l.si fideiussor.§.fi.ff.qui satisd.cog.Et istam limitationem ad d. Pau.fecit etiam domi.Clau.vbi suprà,cui tunc secundùm eum respondebat Iaco. quod quis non debebat se submittere fragilitati cautionis,per l.qui ita.§.j.ff. ad Trebell.tamen respondebat Claud.quod illa lex, vt ipse putat, procedit quando per cautionem non plenè potest esse cautũ. prout in casu illo, per l.quia poterat.eo.tit.& quãdo mediante cautione quis vult cogere alium ad id, ad quod de iure communi non tenetur.sed ista cessant in casu nostro. Quinimo ille qui vult præstare cautionem habet iuscommune pro se,quod est fauorabile.Bene fatetur dom.Clau.quod quando immineret periculum scandali,posset resequestrari,arg.l.æquissimum.ff.de vsufruct.vt tradunt plenè Mod.in d.l.si fideiussor.§.fin.& in l.vnica.C.de sequestr.pec.cum aliis in q.seq. allega.quod not.in l. litibus.C.de agric.& censi.lib.xj.& in l.Imperatores. §.fi.per Bar.& Imol.de appella.Et hanc respon.fecit Iac.in d.l.ij.de edicto diui Adri. tol.de verbo ad verbum.Et fortè vt dixi, domi.Clau.met,cũ quo habui, eo magistro requestarum,& me cõsiliario in magno Regis consistorio existentibus, familiaritatem,addidit.vel alius ad lecturam domini Iac. præceptoris omnia in d.§.nihil commune scripsit. Ego in hoc sequar limitationem Sicul. quod sententia vel aresto per principem aut eius curiam suam supremam lato in causa restitutionis seu redintegrationis alicuius castri quantuncunq; ad recuperandũ parti,& non profectò principi difficilis, spoliatus debeat in pristinã possessionem data cautione idonea restitui, & poni antequam spoliator super quæstione dominij audiatur,etiam in promptu de ipso probare offerat: quoniam petitorium non est summarium, sed tractum habet longum. Tertiò fallit in possessione ficta, quæ in vim statuti vel consuetudinis non apprehensa, in hæredem est continuata, quia hæres non potest ad illam possessionem recuperandam restitui & redintegrari,cum illa pariat adipiscendam,vt voluit Bald. in auth.defuncto ver.Tamen non credas.C.ad Tert. cũ aliis per Alex.ibi in addi.alle.&in consi.xxxvij.ver. sed alia insuper ratione, vol.j. Tamen de stylo curiæ

Franciæ

Digitized by Google

Franciæ hæres poteſt ſe dicere ſaiſitum, & turbari in poſſeſſione,& concludere in caſu nouitatis,quamuis non fuerit adeptus poſſeſſionem realem, vt dicit Io. Fab.in §.j.& in §.retinendæ. ver. Ad hoc poteſt dici inſtitut.de interdict.& alibi ſæpè dixi.

SVMMÆ.

1 *Poſſeſſionem duobus æqualiter probantibus quid iuris,& nu.3.*
2 *Probationum ſtante æqualitate an res debeat diuidi.*
4 *Fauorabiles cauſæ.*
5 *Poſſeſſio quando probetur per locationem & penſionis ſolutionem.*
6 *Poſſeſſio antiqua præſumitur.*

Quæſtio CCXXXIX.

Et in prædicta reintegrationis ſeu recuperandæ materia,& etiam retinendæ quis obtinere debeat, data paritate probationum vtriuſque partis,in numero teſtium,dignitate,ac tempore poſſeſſionis inſolidum,& ſi pariter in dictis, & rationib. teſtium reddendis æquales,an res debeat abſolui, vel res inter eos diuidi,quando neuter de titulo docet, vel ambo oſtendunt æqualem titulum.

DECISIO CCXXXIX.

1 ET † circa hoc fuerunt plures opinion. vt refert gloſſ. in d.l.vna, vti poſ.& in capitul. licet cauſam. de probat. quoniam nonnulli dicebant quod iudex debebat confuſe pronuntiare, ſcilicet vti poſſidetis, ita poſſideatis, cũ ſatisdatione viciſſim faciendа de non moleſtando in ſua portione. quos reprehendit gloſſa vbique, quia partes quotidie venirent ad arma,quod permittendum non eſt,dicta l.æquiſſimum.de vſufr.& l.ſi qui ingenuam.§.quæ in ciuilibus. ff.de cap. & iſtam opinionem gloſſ. ſequuntur communiter docto.licet Angel.ſequatur primam in d.l.vna,verſic. Quando autem vnus.ver.Cæterum ſi inter eos.& etiam verſic. Et ſi teſtes ſunt per omnia pares.& pariter Ioannes Fab.in §.retinendæ.verſi.Et in omnibus ceſſantibus. & in §. qui autem.in vlt.qu. de interd.vbi etiam vult,ſi neuter probauit quod res cenſeatur vacans, & hoc tenebitur in manu regia quouſque alter agat: ſed hoc eſt contra ius commune, etiam in interdictis, quia actore non probante reus abſoluitur,d.§.retinendę.verſi.commodum autem.&l.fin.C.de rei ven.vt infrà dicam.Alij dicebãt, quod res ſequeſtrari debebat propter periculum, & etiam ad hoc vt partes citius veniant ad concordiã, & arbitrarios eligendum & iſtam tenuit Butrig. & circa hoc dictum nota quod vbi de poſſeſſione per alium præuenta ſeu prius habita apparet, nunquam debet fieri ſequeſtratio, ſed ab eo debet per petitorium aduocari,vt voluit Innoc. in c. in præſentia.de probationi.quem ſequitur Bal.in conſ. cccxlv. modo tangendo.vol.j.Alij &tertio loco dicebant,quod ſorte dirimatur,quos ſequitur gloſſ.in d. c. licet cauſam.& Ioann.And.ibi.Sed gloſ.in d.l.vna,vti poſſid. reprehendit hanc opin.quia vbi factum eſt dubium, nunquam recurritur ad ſortem,cùm factum ſemper incertũ ſit,ergo &c.& omnes tam canoniſtæ, quàm legiſtæ dicunt glo.in d.cap. licet.malè in hoc dixiſſe. & de iudicio ſortis habetur in l.fin. C.communia de lega.vbi Bald. dicit, quòd Deus eſt dux illius iudicij. allegat Senecam in epiſtola xv.Alij vt Spec.quod iudex debet ſuperſedere,& ſic dimittere partes, vt ipſe dicit in titu.de peti.& poſſeſſ.§.j.verſic. Not. vt infrà dicam.Alij,vt Rogerius Mutinenſis, quem refert ibi Specul.voluit quod ſi potens videat ſe æqualiter poſſidere, quod poſſeſſionem de qua eſt controuerſia manu armata ingrediatur,& quod denuntiet aduerſario,vt veniat ad poſſeſſionem,ſi audeat: qui ſi non veniat,& ſuſpicatur ſe poſſe repelli,ſtatim perdit poſſeſſionem,quam dicebat habere,l.ſi id quod.ff.de acquir.poſſeſſ.Et ſi taliter electus eat ad iudicem,dicẽs ſe ab aduerſario ſuo deiectum à poſſeſſione, & eam propria authoritate violenter ingreſſum fuiſſe, & ipſum priuari debere iure ſuo,iuxta l.ſi quis in tãtam. C.vnde vi.& capitu.placuit.xvj.quæſtio.ſexta ipſe reſpondere poterit, quòd pro ſe ſententia eſt ferenda. æquè enim probauerat ſe poſſidere, ſicut ipſe. vnde ſuam poſſeſſionem retinuerat, & non alienam ingreſſus fuerat, & eius aduerſarius, ſi quam habebat, perdidit,dicta l.ſi id quod. Tamen ſecundum Speculatorem vbi ſuprà, hæc opinio de ſtylo Franciæ non ſeruaretur, quin poſſeſſor reſtituatur in ſuam poſſeſſionem.Et iſtud conſilium reprobat Alb. de Roſa.in d.l.vna,vti poſſidetis.quia generare poſſet periculum & ſcandalum.Et idem Cępol.in cautela cxxxvij.incipiente,Nota diligenter. aliàs vbi non eſſet ſcandalũ, eſſet optimum, ſecundùm eum. Et hoc vbi timeret ſe poſſe repelli à poſſeſſione, & non vbi timeret ſolùm de ſua perſona: tunc non perdit poſſeſſionem ſuam,tex.cùm glo.in l.licet.C.de acquir.poſſeſ.& ibi per Doct.& idem Corneus in conſ.xlviij, quod facit pro prima tallent.in præcedenti quæſtione adducta. Alia fuit opinio, quod res diuidi debebat, vt tenuit Din.in l.Titiæ textores per illum textum.ff.de legatis primo. & ita de facto fuit Bononię determinatũ, prout refert ibi Alber.& per tex.in l.ſi duo.ff.vti poſſide.& ita tenet ibi Bar.ver.& ſic mihi videtur.& idẽ in d.l.vna verſi.ego conſueui dicere. C.eod.tit. & ibi tenet Sali.verſi.nunc reuertor ad glo. Et hoc probat Bar.per l.fin.ff.vti poſſid.vbi ſi duo fructuarij ſunt in fundo,quia cuilibet fuerat vſusfructus in teſtamento inſolidum relictus, certè iſti faciunt ſibi partes per concurſum,&vterque erit in poſſeſſione pro medietate. Et idem eſt dicendum ſecundum eum in duob. legatariis,argu.l.ſi pluribus.ff.de lega.j. ergo idem in caſu noſtro,vt ibi per eum: & ipſum ſequitur Angel. Aret.in §.quadrupli.inſt.de actio.& Pet.de Per.in rubel.pro turbata poſſeſſ.in verbo,ad ceſſandum & deſiſtendum.verſicul.ſed quid erit.& idem Bald.in c.in noſtra.verſi.ex iſta glo.ſume argum.de teſtim.& hoc quando teſtes vtriuſque partis deponunt de poſſeſſione inſolidum, & idem tenuit in iure canon eo Vincen.in d.c. licet cauſam. quem refert & ſequitur ibi Sicul.verſic.extra glo.ponit Vin.quando vtraque pars vel altera ad hoc inſtabat: aliàs non debet iudex ſuper non petito tacitè vel expreſsè ſe impedire,arg. l.ſi.C.de fideicom.libert. & idem tenet ibi Franciſc. de Aret.num.lxxxij.cum ſequen.& etiam Doct.verſ. extra glo. vbi ambo inducunt text.in l.quæſitum.§.ſi quis.in fine.ff.de fundo inſtruct. & inſtru.leg.& in l. fundus.§.ſi duo pariter. ff. de pignoribus. Et ad id quod dicit Abba. Siculus quando petitum non fuit, ipſi reſpondent,vt ibi per eos: & pro hac parte adducit etiam Dec.bonum text.in l.ſi paterfamil. in fi. ff.de hæredi.inſtitu. vbi in caſu dubio res æqualiter diuiditur: vt infrà dicam in ſolutione huius quæſtionis. ¶ †Sed contrarium,quod in caſu res diuidi non 2
debeat,ſed reus abſolui,tenuit Alberic.in dicta l.Titiæ textores.Et idem ibi Lancel.Dec.verſic.ſecundò inducit iſta lex.& argument. d. capitul. in noſtra. de teſt.& capitul. inter dilectos. in fin. de fide inſtrumento. referens Speculator.in dict.tit. de petito.&

poſſeſſo.§.j.ver.& no. quod cùm agitur.dicere,quòd iudex pronuntiare debet partibus ita æqualiter probantibus: Ite in nomine diaboli. Sed hoc non dixit: ſed melius dicit Bald.in l.præſes. C.de ſentent.& interloquto.omnium iudic. quod iudex partibus dicere debet, Ite cum Deo, vnus veſtrum mentitus eſt, neſcio quis ſit l.duobus.§.fin.ff.de iureiuran.aſſerens opinionem Bartol.eſſe falſam:quia poſſeſſiones ſunt hic aduerſantiæ &non compatibiles,quoniam quilibet probat de poſſeſſione inſolidum. Et idem tenet in conſil.cclxxxiij.ſententia quam tulimus. ver.licet Bartol, volum. iij. dicens quod iſtud eſt vna truffa, quod res diuidatur,vbi neutra pars hoc intendit. Et ideo(vt inquit)opinioni Doctoris mei non conſenſi,l.non poſſumus.ff.ſi pars hæred.pet.& idem in dicta quæſt.accuſatus de vi turbatiua. verſi.iij.cum ſeq. & Ioan.Fab.Cin.Iac.de Aret.& Alber. in d.l.vna,vti poſſide.quando cõſtat quem eſſe actorem, tunc reus abſoluetur.& pariter Hoſtien.in d.cap.licet cauſam. verſi.ita poſſideatis.per tex.in capit. ex literis.eod.tit. & Anton. de Batr.in d.c.licet.verſicul.venio ad vltimum.ibi,dic ſi conſtat quem eſſe actorem. & ibi idem Zab.quia ſecundum eum facile apparere poteſt quis ſit actor,quo manifeſt prouocans alium ad iudicium,l.in tribus.& l.inter litigantes.ff.de iud. Et hãc partem tenuit ſing.Imola.in c.licet cauſam.nu.xxiiij. allegans Franc.de Rampo.tenuiſſe.& idem tenet ibi Felin.verſi.gl.in verbo,vti poſſideatis. dicens hanc opinionem eſſe probabiliorem,quam opin.Bar.& Sicul.cum ſequentes.Et pro hac parte facit text.l.inter pares.ff.de re iudica.vbi ſi inter pares iudices ſententiæ proferantur diuerſæ, illa ſemper pro reo lata eſt præferenda.Ad idem bonus textus. in l. Iulia Petronia.ff.de manumiſ. vbi idem eſt in teſtibus numero non diſpari deponentibus,ſicut in ſententijs paribus prolatis, præter quam in libertate, vt ibi, & in querela inofficioſi teſtamenti.l.ſi pars.ff.de inofficio.teſta.quia fauorabiliores ſunt rei quàm actores, l.Arrianus. ff. de action. & obligation. ad hoc regula, cùm iura partium ſunt obſcura. cum aliis ibi per me in add.ad Din.allegat.& idem per illa iura tenet Corn.in conſil.cclxxxij.vol.iij. pro hoc l.ſiue autem. §.ſi duobus.ibi,quod ſi aduerſis. ff.de pub. in rem actio.†Quid dicendum? Et videtur quod opinio illorum dicentium rem debere diuidi habeat grandem apparentiam in tanta Doctorum varietate, per text. in d.l.ſi pater.de hæredibus inſtituen.vbi Bal.dicit in ſecundo notab. quod iudex vel arbiter propter conflictum rationum quæ ſunt hincinde,poteſt rem diuidere inter partes, nec erit ſecũdum eum iudicium rufticorum.l. Neſennius.ff.de neg. geſt.nam ibi erat ideo,quia potior ratio vincebat.& etiam per text.in l.Titius.ff.ad Trebel. vbi etiam Alex. idem decidit: & in ſimili conſuluit ſic fieri debere Petrus de Anch. in conſi.ccx.inter contraria & varia cõſilia excellentiſſimorum virorum. quod quidam pro ſingulari allegat Felin.in c.j.ver.ſecundo no. quod quando ſunt opi.de conſtitutio. & ibi ſimiliter Dec. in prima lectura.verſi.quarto & idem in c.j. in quarto & vltimo notabil.verſi.illud vtiliter not.de probat.& etiam in dicto ca.licet cauſam.verſi.extra glo. Et ſignanter in conſiſtorio principis iſtud debet ſeruari. prout factũ fuit in proceſſu de Stuſſaco de locis de Gauãduno & Pauliaco,vt dixi ſuprà. in q. xxxviij. & pro hac Deciſione text. in §.ſi ſeruum.& Ioannes de Platea,inſtit. de vulga.ſubſtit.& ibi Marcus Anto. Bauer.in primo not. † Fallit primò in libertate, pro qua eſt paribus probationibus exiſtentibus iudicandum, d.l.ſi inter pares.& dict.l. lege Iulia Petronia. Fallit ſecundo in querela inofficioſi teſtamenti: quia pro teſtamento iudicandum eſt, d. l.ſi pars iudicantium. & c.vltima voluntas.xiij.quæſt.ij.& in c.fin.de re iudic. Item in dote,& etiam matrimonio,vt in d.c.fi.dicitur. quod intelligendum eſt ſecundum Matthę.de Mate.in tracta.electionis opi.ver.prædicta autem intelligo. qui tractatus ponitur per Ioan.Baptiſt.in tract.de modo ſtudendi.quando dubitatio habuit originem in propria perſona talium fauorabilium. Fallit tertio in eo poſſeſſore cui ius commune fauet: quia cum eo eſt iuris adminiculum,vt voluit Innocent. & omnes canoniſtæ in ca.auditis.de præſcr.& Bal.in auth.omnes peregrini.C.communia de ſucceſ.& in c.j. de cõtr. ouer.inuic. & in l. ſi quis cuiuſcumque.ff.ſi ſeruitus vend. cum aliis allcg.per Franc. de Curte in conſil.xxiiij.& Andr.Barbat.in conſilio v.num. ij. vol.ij.& in conſi. clxvij.verſ. quarto caſu.volum.iij.& Iacob.de ſancto Georgio in dicta l.ſi de vi.verſ.vij.tollit. Tamen maior pars dominorum, ſcilicet decem contra octo inclinauit in ſecundam partem, quod reus abſolui & relaxari debebat.& ego eram de minori parte, non profectò ob rationes & iura in prima parte,& in hac concluſione adducta: quia alio non apparente iure vel conſtãte,ſecunda pars eſt magis æquia, quod reus debet abſolui. & ita ſeruat curia Franciæ, ſecundum Ioann.Fab.in dicto §.qui autem. in vlti. quæſt. quia in iſtis interdictis, ſicut in aliis actionibus, vtroque æqualiter,vel actore non probante reus debet abſolui.dicto §. retinendæ. verſicul. commodum autem. Et idem de Puteo.in Syndicatu. in verbo, probatio. ſequendo Rofred.in libel.ſuis.titu.de bonorum poſſeſſ.ſecundum tab.& Andr.de Iſer.in ca. ſi inter duos. de prohi.feu.alien.per Feder.cum aliis ſuprà q ex.an Rex Franciæ.dominus noſter ſupremus.& Matth.de Mate.in d.tract.electio.opin.verſi.ſi verò non poteſt commodè.cõſuluit.& Tindarus in tract.de teſtibus, in fi.verſi.ſi autem ſunt probationes pares. Sed quia hic dominus de Caumont,produxerat ad confortandum poſſeſſorium quendam titulum emptionis,per quem apparebat habuiſſe omnem partem & portionem quam domini de Clairaco venditores in ipſo loco & ſeignoria de Pertica habere poterant: & ſic erat incerta,ideo poſſideri non poterat l.iij.§. incertam.& l.locus.§.incertam.fam.herc. pars.ff. de acquirend. poſſeſſ.& vtrobiq; per Doct. & Dec. in conſ.cclxxvj. ver.ad hoc in quo.verſi. nec obſtat quod & Corn.in conſil.cx.volum.ij.& vbi habens poſſet partis poſſeſſio tamen nõ poterat verificari niſi in dimidia,quando aliqua pars nõ fuit ei expreſsè adiecta,quæ minus reſtringat,vel argumentet,l.etiam partis.ff.de vſufru. & l.non filiarum.§.non portionis.ff.de verborum ſignificatione.cum aliis per Alberic.ibi allegat.& in l. fina.§.Lucius.ff.de lega.ij.& per Sicul. in capit.ſuper eo.de eo qui cognouit conſang.vxo.& Doct.in capi.ij. §.j.de decim.libr.vj.& glo.in clemen. vna.in verbo, aut earum parte.de foro compe.& Anton.Corſet.in ſing.in verbo,pars. quod locum habet etiam in materia feudali.tex.eſt in cap.j.& ibi Bal.de aliena.feud. & Ioan.Baptiſt.in repeti.cap.j.de feud.cogni. verſic. quinta concordantia. & Lancelot. Deci. in l.j.C.de pactis.Occaſione cuius dicebam,quod probans poſſeſſionẽ intelligebatur ex cauſa & titulo præambulo ſeu præcedenti, & ſic pro media parte tituli, & per gloſſ.expreſſam,& ibi Doct.inſuper Ange.in l.quædam mulier. ff.de rei vendicat. & minus inſtructus eſſet,qui cõtrarium dicere vellet.l.minus inſtructus, & ibi Docto.C.de acquirend.poſſeſſ.ita Bald.conſil. cclxxxv.lib.iiij.& Bart.in l.ij.§.ſi ſub conditione.ff.de vſu.pro emp.& idem Cæpol.con.xxij.verſi.iij.obſeruantia.

uantia.& Bald.in conſ.cccxxviij.vol.iij.& idem Soci. conſi.xiij.nu.xviij.lib.iiij.& in conſi.xv.nu.vij.eo.lib. & Ant. Corſet.in ſing.poſſeſſio.cum aliis ſuprà alle. q.lvij.& Cor.in conſi.xviij.vol.iij.& conſ.cclxj. & pariter in conſi.cxiij.vol.j.& in conſi.cv.vo.ij.& Albertus Brun.in conſ.j.ver.& eſt certum. & Curt. iunior conſi.lxxxiij.nu.vj.licet velit contrarium in conſi.xx. verſi.iiij.ratione defectus. Sed primum verius,vt infra dicam.& hoc vt incomparabilitas euitaretur, ſcilicet quod duo ſimul inſolidum eandem rem longiſſimo tempore poſſediſſent.dicto c.licet cauſam.& d. l.iij.§.ex contrario.de acqui.poſſeſ. & l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.commoda.& ſing.Lauren.Calca.conſi.xxxvj.nu.xvj.cum ſequent. Sed ad hoc nobis reſpondebatur,quòd non obſtat, quia ſi non produxiſſet,ita obtinuiſſet, quoniã actor dominus de Caumont de aliquo titulo ſaltem in forma probante exiſtente non docebat. & non erat neceſſe reo titulum ſuum producere,l.fi.de rei vendi. Quinimò facilius obtinere debebat ſecundum Doct.in c.licet cauſam. etiam ſi idẽ reus iniuſte poſſidebat,vt tenet Roman. conſ.clxvj. Tũ quia per poſſeſſionem partis acquiritur poſſeſſio totius l.ſi ſtilliendij.§.fi.ff.quemadmodũ ſeruitus amitta.& d.l.iij.in princip.de acquir.poſſ.& Signo.de Homed.in conſ.lxx.ver.venio ad quartum. ſi ſignanter in materia feudali,vt in c.j.§.cum autem. ibi,ſi fuerit in poſſeſſione medietatis,vel alicuꝰ partis &c.ſi de in ipſitura ſeu controu.fuerit.& ibi Cardina.Alex.poſt Bal.verſi.item oppo.nam dicitur hic. Sed nos replicamus primò, quod ipſi reo imputandum,quare illũ prolixerat.c.imputari. de fide inſtr. & l.ſcripturæ.C.eo.tit. Secundo quod ex poſſeſſione longiſſima præſumitur dominium,quando poſſeſſio eſt de præſenti.l.fi.de rei vend. quando illud dominium deducitur in iudicium per modum excipiẽdi, vel etiam per modum agẽdi, non principaliter propter ſe,ſed in conſequentiam,vt dictũ eſt:quod nunc non decido,ſed vide quæ dixi ſuprà in quæſt. xxxviij. alia inſuper ex dicto proceſſu orta ſunt quæſtio: tamen ita tenet Caſtr.in conſil.ccxxxiij incipien.à ſecundo quæſito.verſi.item ex poſſeſſione.volu.nouorum.quæ ratio licet faciat pro vtraq; parte,cùm ambæ poſſederint longiſſimo tempore: tamen ex quo altera docet de titulo quæ rei partem ſolùm importat,præſumitur pro illa parte poſſediſſe, vt dicta teſtium ſaluari poſſint. Tum quia licet dicta clauſula, quicquid iuris habebat venditor, operatur quod res tota præſcribi poſſit quam emptor poſſidet, licet titulum habeat in parte,& non in toto: tamen requiritur præſcriptio longiſſimi temporis, ex quo deficit titulus in parte rei,vt tenent Bart. Pau.de Caſt. Alex. & Moder.in l.ſi ſic.§.ſi mihi. de leg.j. Alex.in l.emptor.ff.de empto.& in conſi.cv.lib.vj.vbi vide,quando quis vendidit quicquid iuris habebat. & in conſi. cxviij.eodem lib.vj.Bene tamen verũ erat,quod data paritate probationum, probãs poſſeſſionem cum titulo præfertur non habenti titulum, d.cap.licet cauſam.& ibi omnes tenent.& in dicta l.vna,vti poſſid. & Barto.in dicta l.ſi duo.ff.eodem.& Bal.in d.ſua q. accuſatus de vi turbatiua.& in dicta l.ſiue. §.ſi duob. de publi.act.in rem acti.& Alber.in d.l.ſi de vi. ꝛe iudic.& Barba.in conſi.xc.ver.ſecundo aſſumo. vo.iiij. & Bal.in conſi.cccljx.incipien.proponitur quod cõmune.vol.j.& Iacob.de ſancto Georgio.in l.ob carmen.§.fi.n.ij.ff.de teſtib. Nam poſſeſſio titulata fortior eſt poſſeſſione non titulata. & idem Bal.in l.qui accuſare.in fine. de edend. & Socin. in l.naturaliter. §.nihil commune.verſicul.quarta concluſio. de acq. poſſeſ.& Bal.in l.data opera.in fin.C.qui accuſa.non poſſunt.& Socin.in conſ.xcviij.volum.iiij. & Deciſ. in conſ.lvj.num.xvij.vol.j.& Bald.in cap.ſi diligenti. de præſcri.& Alexand.in conſilio lxxvj.& per totum. libr.ij.& Bal.in conſ.cccxcvij.in fine. incipien.comparuerunt.lib ij.& Ioann.Fab.in §.retinendæ.verſic. quid ſi alter probet titulum.inſtit. de interdict. cum aliis per nos alleg.iiij.verſi.data paritate.de iuriſdict. omnium iudic.libro conſuet.Bituri.niſi habens poſſeſſionem tantum, haberet poſſeſſionem antiquiorem,ſecundùm Bar.Imo.& Alex. in l.ſi de eò fundo. §.ſi.circa ſi.verſi. ex quo habes.de acquir.poſſeſſio.& Bar.in d.l.ſi duo.vti poſſi.& Fel.in d.ca.licet cauſam. Curt.iunior,conſi.clxviij.num.xxxij.Dum tamen iſte habens antiquiorem obiciat, & excipiat habenti titulũ,quod clàm poſſedit reſpectu poſſeſſionis. Aliàs ſi diceret ſimpliciter ipſum clàm poſſediſſe, intelligeretur in dubio reſpectu proprietatis, ſecũdum gl. Bartol.& omnes ibi,argu. l.ſi aliquam rem. & quod not.ibi Barto. eod.titul. Quod dicunt eſſe perpetuò notandum in practica pro intellectu & limitatione eorum quæ not.Bart.in d.l.ſi duo.& in d.l.vna.& pro limitatione dicti ca.licet cauſam.pro quo Alex.allegat Bald.in d.ſua quæſt.accuſatus de vi turbatiua,ver. tertio modo.qui tamen ſimpliciter vult,quod dominium acquiſitum vni ex litigatoribus in interdicto vti poſſidetis,poſt poſſeſſionem ante acquiſitam,aduerſario nihil opituletur.allegat in argumen.l.ſi fundum.ff.de fundo dot. à primordio enim poſſeſſionis poſterior formatur euentus.l.clàm poſſidere.in prin. de acquirenda poſſeſſio.l.prima.C.de vſucapio.tranſfor.Bal.in conſilio cccxxvj.viſis duobus ſtatutis.volumin.ſecundo, & ſic remedium poſſeſſorium datur contra titulo poſſidentem, ſecundùm magis cõmunem in dicta l.rem quæ nobis. de acquirend.poſſeſſ. Innocen.& Modern.in cap.ſæpè.& Alexand.in conſilio lxxxix.verſi.accedo ad poſſeſſionem. & in conſi. xpiin cauſa & lite.verſ.non obſtat.lib.v. & in locis ſuprà allegat.in conſi.cxxx.viſa facti narratione,in principio.& conſilio clix.verſiculo ſecundò preſuppono. & in conſilio quinquageſimoquarto.verſiculo ex his apparet.libro quinto. Et ſic ſine allegatione exceptionis,quod poſſeſſio habentis titulum ſit clandeſtina reſpectu poſſeſſionis antiquæ,& pro hoc tex.in c. cùm eccleſia.de electi.in.circa medium.ibi,cùm per teſtes longè melius ſit probatum, quòd canonici prædicti hoc iure vſi fuerunt, ante quàm epiſcopus. Et idem Alexander in conſilio ex.verſicul.porro vbi quis vult.libr.j.& etiam Bal. in d.l. data opera.in fin. verſicul.apparet.qui accuſa.non poſſ.declarans,quod titulus nihil patrocinatur, quando poſſeſſio alterius eſt antiquior.Et ſequitur Alexan.in conſ.lxxviij.lib. v.& Dec.in conſi.cccij.num.viij.verſi. & iſta concluſio.& Alexand.in conſi.lxxvj.ver.circa primum.cum ſequen.verſi.fortius etiam vult libr.ij.vbi dicit iſtam eſſe veram, tamen iudex debet ſecundum eum pronunciare ſuper vtroque, ſi liquet: & in poſſeſſorio pronuntiabit pro illo qui melius probauit de poſſeſſione,quam pronuntiationem ſuper poſſeſſione facere tenetur, vt ſciatur quis teneatur ad expenſas, l. vtrique. ff.de rei vendi. Et in petitorio etiam iudex pronunciabit pro illo qui probauit de dominio vel quaſi deducto in iudicium. Et ille qui obtinuit in petitorio, non tenebitur reſtituere poſſeſſionem illi,qui obtinuit in poſſeſſorio,quia ei qui obtinuit in poſſeſſorio obſtaret exceptio, dolo facis, quia petis quod reſtituturus es l.dolo facis. ff. de except. dicens eſſe verba Cin.cõmuniter approbata in l.incerti. q. ij.verſi.primo caſu quando econtra.C.de interd.quê ſequuntur Abba.Sicul.Ioann.And.& alij.in c.paſto-

Digitized by Google

ralis.de cauſa poſſeſſio.& propric.& idem Bart.in d. l.naturaliter.§.nihil commune.pen.q. & pro hoc videtur bon. text. in cap. cum dilectus de cau. poſſ. & proprieta.& ibi omnes. & Io.de R.pa. lib.ij. reſpon. cap. 7. num.v.& Alex.in conſi. cxvij.verſi.& ſi cõſtat. libr.ſecundo & Ioann.Fab.in §.retinendæ.verſic.ſed contra iſta videtur. inſtit.de interdict. A fortiori ergo debet quis vbi habet cum antiquiori poſſeſſione titulum,obtinere,& præferri habenti iuniorem poſſeſſionem & titulatã: qui prima præſumitur iuſtior, & poſſeſſio ſecunda & noua cenſetur clandeſtina, & ipſe poſſeſſor inuaſor.dict. capitulo licet cauſam.ibi cum ergo conſtet,& ibi per omnes.& Barto. Ange. & Salicet.in l.fin. C.vnde vi. & Bald. in dicto conſil. cclxxxiij.ſententia quam tulimus.conſi.cxij. verſi.& probant teſtes.lib.v.& Bart.in dicta l. ſi duo.& Bart. Bald.& omnes.in dicta l.vna,vti poſſi. ad idem Soc. in præallega.conſi.xcix.numero xiij. volumin.iiij. & Lauren.Calca.in conſ.xxxij. num.ij. cum duobus ſequen.cum aliis per ipſum Soci.allegatis. & idem Alber.in dicta l.ſi de vi.num.xvj.& Abb.Sicul.conſi.lv. verſi.in tertio membro vol.ij.& Iaſ.conſi.xcj.numer. iij.volum.iij.& de Ripa libro.ij.reſpon. cap.xxxv.nu. vj.Barto.conſi.cxij. quidam accuſatus de turbata poſſeſſione.& Dec.in dicto conſi.lvj.verſic.& poſſeſſio. & Paul.de Caſtro conſi.iij. in cauſa quæ vertitur coram domino vicario.ver. ſecundo principaliter.verſ. quinto loco videndum. volum. nouorum. Corneus conſilio xxxiij.vol.iiij.& cclxxij.eo. lib. & in conſil. clxxij.volum.iij. quoniam poſſeſſio probatur ex titu. antiquo,vt ſuprà dictũ eſt,& tenet Dec.conſi. xxxvj. verſi.primo igitur.qui allegat Caſt.in conſilio xlviij. in cauſa quæ vertitur.verſ.patet etiam ex inſtrumento.quod quidem non inueni.& idem Alexand.conſ. lxj.num.ix.lib.vj. & Curt.conſi.lxxxvij.verſic.primo quod cenſetur.cum ver.ſeq.& idem in d.conſi.xxiiij. & Alexan.conſi.xxxvj.lib.j.& conſil.cvij.verſi. & nonnitrum.cum verſi.ſeq.& in conſi. ſeq.lib.ſecundo,& conſi.lxxviij.in fin.& in conſi.ſeq.verſicu.non obſtat quod teſtes.lib.iij.& conſi.iij.& conſi.lj.verſi.& præſertim quando.lib.j. alius nouus poſſeſſor non docẽs de titulo præſumitur prædo. cap.ſæpè. & Bald.conſilio cxxxv.quæſt.poteſt eſſe ante finem.libr.j. & Socin.conſil.cclxvj. verſicul. ſecundo eadem concluſio. volumine ij.& Bald.conſil.cccliij.verſicul. item præmittendum eſt libro tertio.& conſil.ccccxlij.verſicu. porro per legitimam.eo.lib. & in conſilio liij. verſi. ſequitur videre de poſſeſſione.volu.iiij. Præterea per nos etiam alio modo replicabatur ad id, quod reus nõ habeat titulum de toto loco, & ſeignoria de Pertica,ſed de parte & portione, & quod per poſſeſſionem partis illius acquiſierat totum:hoc eſſe verum, niſi alius fuiſſet dominus. vel poſſeſſor, qui tantum poſſederit quod ius acquiſierit, vt voluit gloſſ. reputata ſing.in verb.a,qualibet.ibi, vel ratione cauſæ. de acquiren.poſſ.& pro hoc videtur tex.in l.nam ſatis.§.ſed ſi is fundus.ff.quemadmod. ſeruitutes amitta. †Et hoc facit, quod licet per locationem & ſolutionem penſionis probetur poſſeſſio,hoc verum,niſi alius etiam poſſideat,ſecundum Bar. in l.quamuis.§. ſi conductor.ff.de acqui.poſſ.de quo infrà dicam. Ita conſuluit Laur.Calca. conſi.lv.nu.xix. ſed in propoſito noſtro actor poſſidebat, vt dictum eſt, ergo &c. Et iſta erant quæ me magis tenere vrgebant, quod res diuidi debebat viſo titulo rei, iuncta quadam arbitrali ſententia(licet non ſignata)per actorem producta,quæ adminiculabatur ob antiquitatem,ſaltem inducebat veriſimilem præſumptionem,quia ſi fuiſſet in forma, res erat pro hac parte clara. †Et nota quod probans antiquam poſſeſſionem,licet nõ probet continuam, præſumitur tamen eius poſſeſſio cõtinuata:quia qui allegat ſe poſſidere, præſumitur poſſidere,probando poſſeſſionem de præterito, vt not. Barto.in l.Celſus.& ibi omnes Moder.inſuper Fran. Baldus.ff.de vſucapio. Baldus in leg. non ignorat.C. ad exhib.& in l.ſiue poſſidetis. C. de probationibus. & Moder.in capitulo cum ad ſedem.de reſtit.ſpolia. & Fran.de Are.conſi.lxviij.verſi.non obſtat.vbi dicit hoc probari per tex.in cap.olim.de reſtit. ſpolia.hoc verum niſi eius poſſeſſio fuerit per poſſeſſionem alterius interrupta eo ſciente. Tamen ſi ipſe primus poſſeſſor non obſtante interruptione, aliquando vſus fuerit,vel expulerit ſecundum poſſeſſorem, dicetur tunc continuare ſuam poſſeſſionem,& illam cõſeruare,ſecundùm Docto.ſuprà allega. prout vidi in quodam proceſſu domini de Stiſſaco,contra domin. Daymet ratione aliquarum terrarum:quia qui eſt in poſſeſſione alicuius rei,vel eius vſus,habet ius prohibendi alios,l.diuus.ff.de ſer.ruſtic.præd.& tunc ſufficit vnius anni poſſeſſio,vt voluit de Zab.conſ.xxxviij. ver.iiij.& ſic ex parte domini Daymet & ſuorum tenentiariorum gradis Mayni ſiti in territorio de Roſſaco,non probatur præſcriptio continuata xxx. annorum,quæ requiritur,l.ſicut & l.omnes.C.de præſcription.xxx.annorum. cum per iſtos actus prohibitorios & gagiatorios tenentarij præfati de Stiſſaco ſuã conſeruauerint,& alterius interruperint poſſeſſionẽ, l.naturaliter.ff.de vſucap.& cuillud. de præſcri.vt tenet de Zabarel.conſi.cxviij.verſ. venio ad ſecundum. Eo enim ipſo quod poſſeſſio eius eſt antiquior, ille prævalere debet poſſeſſorio, d.c. licet cauſam. quia poſſeſſio alterius poſterior cẽſetur vitioſa & improba,l.improba.C.de acquirend. poſſ. vt ſuprà dictum eſt. Et in iſtis actib. poſſeſſorij teſtes ſingulares probant & iunguntur, quia tendũt ad vnum finem probandi facultatem percipiendi fructus,ſecũdum Doctores ſuprà allegatos,& gl.ſing.in d.l.ob carmen.§. final.in verbo aſſiſtit.de teſtibus.& ibi Bar.Floren.& Iacob.de ſancto Georg.& Inno.& Doct. in c.qualiter & quando.in ſecundo. de accuſatio. & in c. cum oporteat.per Franc.de Aret.eod.titu. & Curt.iunior conſilio cixviij.num.xiij.parte ſecunda.& Soci.conſ. xcij.num.xix.volumine iij.& Spec.in titu.de teſtibus §.nunc videndum.in rub.forma interrogatorij.verſi. item de tempore.& Ioann.Fab.in d.§.retinendæ.ver. de iſto quæri non oportet.inſtit.de interdi. & ſingu. Alexan.conſil. liij.verſi.ij.reſpondeo.libr.v. Quamuis enim videatur, quod poſſeſſio per negligentiam poſſeſſoris decennio continuatam perdatur, argum. l.furtum.§.primo.ff.de vſucapioni.& §.quod autem. inſtitu.eodem titulo. & Io.Fab. & in dicta l. ſi de eo fundo.§.ſi fortè.de acquiren.poſſ.& per gl.magnam, in fine in l.j.C.de ſeruis fugit. & l.licet. C.de acquir. poſſeſſ.& Bald.conſilio xiiij.verſicul. capio tertium. volum.primo.tamen in iſto vltimo caſu domi.Daymet viſis dictis prohibitoriis actibus,non poteſt per ipſum poſſeſſio cauſari,vt in ſimili decidit Bald.conſilio cclxxx.verſicul. quò ad ſecundum volum. iij. & latius conſil. cccxx.ſuper primo.verſi. illud eſt ſciendum.l.b.iiij.Nam illud(vt inquit)ſciendum eſt,quod long iſſima poſſeſſio nunquam præſumitur clandeſtina, quamuis alius, alio antiquiori tempore poſſederit,quia illa poſſeſſio antiquior etiam iuſta,abolita videtur,d.l.furtum.§.j.de vſuc. cum aliis per eum allegat. niſi talis antiquior poſſeſſio fuiſſet continuata per actus ſupradictos, quia tunc ſecus, vt dictum eſt. & tenet Iaſon conſilio vj. numero j. volumine j. Et licet textus in dicta l.furtum.§.j. dicat longum tẽpus

requiri

requiri ad perdendam poſſeſſionem, tamen gloſſ. ibi tenet quod arbitrio iudicis relinquendū ſit, & ipſum ſequitur Bald. conſilio cxv. ſciendum eſt, quod quis inquietatur. verſicul. ſecunda quæſtio. volumi. v. quia iura quæ dicunt non præſumi ex veteri poſſeſſione in preſenti tempore, vt l. ſiue poſſidetis. C. de probationibus loquūtur vbi poſſeſſor antiquus negat modo poſſidere: ſecus autem ſi aſſerat ſe poſſidere. & idem Inno. in cap. querelam. de elect. Sed gloſſ. in dicto §. quod autem. inſtitut. de vſucap. & in dicta l. licet. de acquirend. poſſeſſio. dicit quod tempus ſit arbitrarium: tamen iudex debebit arbitrari de tempore longo. & ſequitur Dyn. in regula, ſine poſſeſſione. & Raynu. & Barto. in dicta l. furtum. §. j. & ibi plenè ponit tres limitationes. Et idem Alexan. conſ. xc. viſo proceſſu cauſæ. verſic. præterea ex ſola obliuione. lib. v. Sed Imo. in d. l. furtum. §. j. tenet opin. gloſſ. ibi per rationem Inno. quia abſurdum videretur, quod tantum tempus requiratur ad perdēdam poſſeſſionem, quantum requiritur ad perdendum dominium. hoc etiam in effectu ſecundum eum ſequitur Iaco. de Rauen. & ſequi videtur Angel. ibi qui ſimpliciter tenet gloſſam. ibi poſitā, quod arbitrarium ſit iudici: quia
5 debebit conſiderare cōditionem poſſeſſoris & qualitatem rei. In hoc non poteſt ſecundū eum & Imol. dari certa doctrina. Et idem Angelus dicta l. licet. & Alber. in dicta l. furtum. §. primo. vbi hanc dicit eſſe communem. & ſic iudex poterit arbitrari de minori tempore decem annorum. cum dominium perdatur ſpacio decem annorum. vt per totum titulū Codic. de præſcriptione longi temporis. Sed prima opinio, quod requiratur tempus decem annorum ad poſſeſſionem perdendam, videtur verior, ſecundum Alexandrum in d. l. ſi de eo fundo. §. ſi fortè. per text. in d. l. furtum. §. j. in verbo, longum tempus, quod eſt x. annorum. & reſpondet ad rationem Imol. & aliorum. & ibi eum vide. & idem Socin. conſ. xxxviij. verſic. vij. principaliter. volum. j. Et iſtæ duæ opinio. poſſunt concordari, ſcilicet quòd opin. gloſ. in d. l. furtū. §. j. Imo. & ſequen. habeat locum in materia poſſeſſoria, quæ eſt modici præiudicij. l. vnica. ſi à momenta. poſſeſſio. fuerit appellat. & l. momentaneæ. C. vnde vi. & opin. gloſſ. in d. l. licet. & in §. quod autem. & ſequen. habeat locum in materia petitoria, in qua requiruntur cum titulo decem anni, vt per totum. C. de præſcriptio. longi temporis. Et ſine titulo requiruntur triginta, vt l. ſi quis emptionis. §. fin. C. de præſcriptio. xxx. annor. Sed quia hic etiam allegabatur receptio ſolutionis pēſionum, an ſit verū, quod probetur poſſeſſio rei. & regulariter per ſolam ſimplicē locationem poſſeſſio non probatur, dicta l. quamuis. §. ſi conductor. & capit. inter dilectos. de fide inſtrumentorum, niſi contra cōductorem, ſecundū Doct. & ibi Ang. in d. l. quædam mulier. & Soc. in conſi. xj. num. v. volu. iij. Tamen per receptionem mercedis bene probatur poſſeſſio etiam in prēiudicium tertij. Et hoc verum ſi eo tempore nō probetur illum tertium poſſediſſe ſecundum Bart. in d. §. ſi conductor. & ibi Claud. de Seiſſello, & Ang. in d. l. quædam mulier. vt ſuprà dictum eſt. & idem Barto. Imo. & Alex. in l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. de acqu. poſ. quamuis Alexan. fortiter arguat contra prædict. Tamen Franciſc. de Arct. ibi tenet concluſionem præcedentem, quam dicit eſſe communem, & in practica ſeruari, & ita tenet Bald. in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Bar. Io. de Pla. & Luc. de Pen. in l. litibus. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & Socin. in conſ. cvj. n. j. ij. & iij. vol. iij. & conſi. liij. ver. quinimo omne exercitium. lib. ij. Paul. de Caſtr. conſilio cxiiij. viſo proceſſu cauſæ. vol. nouo. Cornel. conſil. vj. & conſil. clxxxv. vol. iij. & Alex. conſ. x. lib. iiij. & Cur. conſ. lxxj. & Bal. conſ. cclxxx. ver. idem ponit ibi Bart. vol. iij. & in d. conſi. cccl xxxiij. verſic. idem dico quod per ſolutionem. & Doct. in l. Pomponius. ff. quib. mod. vſufruct. amit. & Deci. in conſi. cccij. num. xvj. Et vnum no. quod accidit in curia, quod ſi filius habitat in domo matris ſimul cum ea, vel vadit ad fundum patris vel matris, & laborat ſimul cū patre, & percipit fructus, quod per hoc non dicitur filius poſſediſſe, quoniam præſumitur nomine patris vel matris, & iure familiaritatis hoc feciſſe. l. qui iure familiaritatis & ibi tenet Alexand. poſt Bartol. Paul. & Ioann. de Imol. verſicul. item dicunt. ff. de acquir. poſſ. & bon. text. in l. & habet. §. hoſpites. & ibi Bar. ff. de prēcario. & Bald. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari. Et per hoc limitatur ſecundum Alex. ibi, quod dictum eſt, quòd probans fructus percepiſſe dicitur probare poſſeſſionem, l. Titia. ff. de ſolutionibus. & l. iij. cum gl. C. finium regun. cum aliis per eum aileg. hoc verum niſi appareat quòd iure familiaritatis fecerit, vt quādo res ſpectat ad patrem aut matrem vel ſimiles. & idem concludit Iaſon conſil. vj. num. ij. vol. j. ſuprà alle. etiam ſi filij per xx. annos fructus perceperint. Et ita concluſum in cauſa des Cathemiſie fratrum, in locum vnius ipſorum do. Bernardus de Laborio olim conſiliarius curiæ fuerat ſubrogatus. Et latum arreſtum die penultima Decembris, aut ſecunda Ianuarij. Anno Domini, 1531.

SVMMÆ.

1 *Teſtamentum inter liberos minus ſolenne extraneo admixto, an valeat.*

2 *Teſtamentum inter liberos etiam ſine ſigillo teſtium valet.*

3 *Sigillo alieno licet vti, etiam ſignando teſtamentum.*

4 *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, aut ſolennitatis quando valeat. & nu. 5.*

6 *Teſtamentum inſcriptis imperfectè factum, an ſuſtineri poſſit vt nuncupatiuum.*

7 *Teſtamentum primum quando non tollatur per ſecundum, niſi in eo fiat mentio de prim. & nu. 11.*

8 *Teſtamentum inter liberos an intelligatur priuilegiatum, quando ſit in odium vnius & fauorem alterius. & nu. 9. & 10.*

12 *Teſtamentum inter liberos imperfectum, an valeat inter naturales tantùm. & nu. 13. & 14.*

15 *Legitimati cenſentur naturales, eo quòd pater eos ita in teſtamento vocauit.*

16 *Matrimonium quando intelligitur cum amaſia cōtractum, eo quod filios in teſtamento nominat pater. & nu. 17. & 18.*

19 *Legitimatio extantib. aliis legitimis liberis quando fiat.*

20 *Cæci teſtamentum inter liberos, quam ſolennitatem requirat.*

21 *Cæcus an tranſigere poſſit ſuper teſtamento.*

22 *Teſtamentum filij inter aſcendētes an imperfectum valeat, ſicut econtra.*

Quæſtio CCXL.

Ex proceſſu moto, & pendente in curia inter Ludouicum Bruet actorem ex vna, & Bernardum de la Mote reum, ac dominam Catherinā de Cauſade, Franciſcū de Sruer, & Ioannē de la Mote opponentes ex alia partibus: orta fuere nonnulla dubia: quoniam vita functus Fortiſſans de Sentraille habuit duos filios, & vnicam filiam, & per eius teſtamentum per notarium imperialem receptum filiis inuicem ſubſtitutis. naſciturum ex filia maritata, ſororéq; dictorum filiorum nepotem

Digitized by Google

substituit:in quo quidem testamento duo fuerunt tantum adhibiti testes, qui se subscripserunt, nec eorum sigillo signauerunt.Quæritur primò an tale testamentum in scriptis inter liberos conditum, in quo testes etiam vbi fuissent septem non se subscripserunt, nec suo aut alieno annulo, sed solum sigillo Senescalli Aquitaniæ signauerunt,valet,& de intellectu.§. ex imperfecto.l.hac consultissima. C.de testamentis, & an habet locum in omni parente etiam inter liberos testante. Et an ea cus possit donare tam inter viuos, quam causa mortis non seruata solennitate.l.hac consultissima.C.qui testamen. facere possunt. Et si quis se aduauerit ad viam testandi in scriptis, & non perfecit,an valeat in vim testamenti nuncupatiui.Secundò an sit pariter nullum ex quo persona(vt prætenditur)extranea fuit in substitutione aut in institutione admixta, ita quòd nepos substitutus, vel etiam institutus ex filia testatoris natus vel nascturus dicatur & censeatur extraneus.Et simules quæstiones euenerunt in curia ex testamento defuncti magistri Ioannis Guerin: ideo ampliaui prædictas quæstiones.Tertio an testamentum per notarium imperialem in hoc regno Frãcie receptum valeat.

DECISIO CCXL.

IN primo ponam regulam pro primis duabus quæstio. 1
T quod testamentum solenne seu in scriptis,aut nuncupatiuum minus solenne, respectu solennitatis omissæ,a iure ciuili introductę, inter liberos factum, valet: sed si cum eis est extranea admixta persona,respectu illius non valebit. Et de vtraque est text.in d.l.hac consultissima. §. ex imperfecto. & in l.fina.C.famil. erciscund. nec requiritur in tali testamento inter liberos cõdito septem esse testes aut rogatos,nec pariter ipsorum subscriptiones & signacula:sed tantum duo requiruntur puberes mares aut fœminæ,quia solennitates iuris sunt omnino remissæ & redactæ ad solennitatem iurisgentium:scilicet, in ore duorum vel trium stat omne verbum, prout tenent Cin.Bart.Cast.Corneus,omnesModerni.ibi, Bal.consi.cccxxij.licet regulariter.vol.ij.Et Curt.cõs. lxxxvj.versic. Nec huic vltimo testamento.Quamuis Cast.velit sequendo Fulg.ibi illum §.ex imperfecto. intelligere solum loqui in testamento in scriptis (& non profecto in testamẽto nuncupatiuo) minus solenniter inter liberos facto. & idem ibi Franc.de Aret.in j.nota. & Fulg. consi.xlj.casus talis proponitur. Francisc.de Treuis.verti. quin etiam sunt. & Salic.in d.l.si.verti.similiter videtur mihi. C.famil.erciscund. tamen communis opi.est ibi in contrarium,sequendo glossj.& in authent. quod sine eodem titulo & plene Barbat.consi.xxix.versi.capio nunc aliam dubitationem.vol.j.vbi voluit Raph.& Pau.somniatores & cæcos oculos habentes. & non videntes. & idem Alex.consilio cinij.verti.principaliter.libro secundo. & consi.cv.super his.libro septimo.& Andr. Barbat. consilio xliij.versi.restat modo videre. volum.iij. & in consilio lviij.volum.iiij.vbi etiam vult,quòd si testamentum est sine die & anno valeat, licet ex defectu voluntatis,per tex.in dicta l.final. C.famil. erciscundæ.Et Alex.consi.inj. libro vij.& consilio cxxviij. num.ij.lib.eodem.& consi.cxxiij.versi. sed præmissis non obstantibus. libro j. & latè consilio lxxvj. lib.iij. & Corneus consi.cxviij.libro iij. vnde ex imperfecto haberet locum non solùm in testamento in scriptis minus solenniter inter liberos condito, sed etiam in testamento nuncupatiuo.quia dictus§.potest extendi ad testamentum nuncupatiuum ex identitate rationis& à fortiori, cùm in testamento nuncupatiuo talis non requiratur solennitas, qualis requiritur in testamẽto in scriptis,vt patet de vtroque in dicta l. hac consultissima,& in §.per nuncupationem.& insti.eod.in princip.& §.final.quoniam Imperator cõtinuando dictum §.ex imperfecto.ad princip. l.istud declarat.Nam in princip. ponuntur solennitates testamenti in scriptis, & in versi. non subscriptum autem testibus ac non signatum testamentum pro infecto haberi conuenit. Et postea sequitur §. ex imperfecto autem testamento voluntatem tenere defuncti,nisi inter solos liberos à parentibus vtriusque sexus habeatur,non volumus.& ibi Cin.sequitur hãc continuationem,dicens Imperatorem in dicto versi. non subscriptum,velle testamentũ non subscriptum à testibus nec subsignatum pro infecto haberi: modo in §.ex imperfecto.dicit esse verum, nisi inter liberos,& idem Alb.ibi,& Curt.Iunio.nu.iiij. versi.secundo mouetur. alleg.Bar.in l.si cõstante.q.ix.primæ partis principal.ff.soluto matrimonio. & idem glos. & Doct.in l.si is qui.ff.de testa.& Barbatia met in d. consi.xxix.longe post medium.ver. & licet Pau.& idem Lud.Bolog.in d.§. ex imperfecto.in primis interpreta.& similiter Fulg.in dicto consi. xlj. ver.nam ille.§.ex imperfecto.& pariter in consi. xcj. super eo quod primo.ver.nec me mouet,quia quale est principium,tale(secũdum eum)debet intelligi medium. l.regula.§.fina.ff.de iuris & facti ignorant. cum aliis per eum alle.& idem primo tenuerat Azo in summa. C.de testa.versi.item testamentum. & Corn. in d.§. imperfecto dicens Doctor.ibi illum text.intelligere de imperfectione defectus solennitatum, de quibus in ea l.& similibus,quod scilicet non requirantur vij. testes,nec quòd rogati sunt, nec eorum subscriptiones & signacula,& idem Iason ibi,& in l.hac consultissima. verti. contrarium.C.qui testamenta facere pos.Et sic verè ille §.ex imperfecto. loquitur in testamento in scriptis inter liberos minus soleniter secundum prin.illius l.hac consultissima. condito. Tamen habet etiam locum in testamento nuncupatiuo (secundum glo. communiter approbatam) respectu numeri testium imperfecto.& latius Corn. ibi.versi. item aduerte.vt ibi vide. quia cum duobus etiam fœminis valet,vt tenet glo.in auth.quod sine.eod.titul. quem sequuntur ibi omnes.&tamen tex.non loquitur de fœminis.Et contra istud tenet Curt.iunior in d.§.ex imperfecto n.x. quoniam lex noua derogatoria legi antiquæ debet strictè intelligi, & quatenus primum est aliquid operata debet restringi,l.si serui vestri.C.de noxa. Cùm ergo in l.hac consultissima,requirantur septem testes masculi, satis est quod §. ex imperfecto. deroget ad numerum testium, absq; eo q̃ deroget quo ad qualitatem masculinam.Sed tene communem, secũdum quam semper vbiq; etiam in curia iudicare vidi.†Ideo siue loquamur in testamẽto solenni,seu in scriptis,siue nũcupatiuo minus solenniter respectu numeri testium, aut subscriptionũ vel sigillorum inter liberos condito,tale testamentũ valet per d.§. ex imperfecto. & hæc conclusio clarè etiam probatur per text. in auth. de testamento imperfecto.iuncta glossin verbo, obseruationem.dum text.dicit nihilo minuenda eo quòd in charta scripta videantur,reliquam obseruationem testamentorum non suspicientia.& gl.exponit,id est subscriptionem testium & signaculorũ.& idem Cast.consi.xciij. viso testamento & quæsito.ver.nec obstat l.hac consultissima versi.finem autem volu.antiq.Quare testamentum defuncti magistri Ioann. Guerin in scriptis inchoatum, trium tamen notariorum ac septem testium subscriptione munitum, licet eorum annulo non signatum, sed solum sigillo curiæ Senescalli Aquitaniæ sigillatum, in quo non erat tantum 2

dubium,

dubium, ſicut in teſtamento domini de Sentraille, in quo erant duo tantùm teſtes non ſubſcripti, & tamen vtrunque inter liberos bonum & validum: quia teſtamentum ſigillo alicuius curiæ ſigillatum valet, ſecundùm Ioannem Fabr. in §. ſed cum quis. verſ. quid ergo dices. in titu. de teſtamen. qui loquitur generaliter in quolibet teſtatore, etiam inter extraneos diſponente, licet ipſe velit in l. omnium. C. eodem tit. quod credi non debeat litteræ ſigillatæ teſtamentum continenti. per l. fin. C. eodem titu. ſed ibi non loquitur de ſigillo alicuius curiæ, licet idem ſi annulo teſtatoris fuerit ſignatum. Vnde in dubio ſigillum curiæ Seneſchalliæ appoſitum in teſtamento præſumitur ex certa ſcientia & mandato teſtatoris fuiſſe appoſitum, licet non dicatur, vt voluit Pet. de Anchar. in cap. ij. nume. de fide inſtrumen. Et tractu temporis vidi in curia teſtamentum Petri de la Garde ſcutiferi inter liberos conditum, die ij. Auguſti, Anno domini M.D. datum, & ſub ſigillo curiæ bailliuatus de ſainct Pierre cogins, in quo erant tres aut quatuor teſtes tantùm. Non enim eſt neceſſe teſtem ſignantem alieno ſigillo hoc exprimere & atteſtari, vt voluit ipſe Fab. in §. poſſunt. inſt. tut. de teſtamentis. contra communem ibi. & in d. l. ad teſtium. §. ſi ab ipſo. ff. eodem & in cap. ij. de fide inſtrumen. quia ſecundum eum non reperitur iure cautum, & ipſum ſequitur Alexand. in l. ſi vnus. C. eodem. & Franciſc. de Aretin. in dicto §. ſi ab ipſo. pro quo ipſe alleg. bonum textum in cap. ij. de officio ordina. lib. vj.

3 † vbi dicitur quod ſigillo alterius authentico ad corroborãdũ ſcripturam meã poſſum vti ſimpliciter & abſolutè ſine aliqua declaratione vſus huius ſigilli alieni. Accedant notata in cap. ſignificauit. de appellationib. licet Alexand. conſil. lxxxvij. num. ix. volum. vij. & Archid. Dominic. & Philip. Franc. in dicto cap. ij. velint contrarium, & Marcus Bauerius in dicto §. poſſunt. verſic. ſed an ſit neceſſe. Tamen opin. Fabri, & aliorum ſequacium videtur mihi verior: quoniam appoſitio ſigillorum teſtium fit ad ſolam teſtamenti recognitionem, & non ad plenam ei fidem adhibendam: ſecundùm Alex. Franciſc. de Aret. vbi ſuprà. & alios in l. j. ff. quemadmodum teſtamen aperiantur. Vnde ergo ſatis erit in recognitione ſigni, ſeu ſigilli dicere ſe alieno ſigillo ſignaſſe: quinimo dato quòd illud non diceret, tamen ſufficiet ſecundùm Aretinum, quòd atteſtetur ſe illud ſigillum appoſuiſſe. Igitur ſi actum capitularem habent ſigillare ſinguli canonici, tutius tamen erit ſecundùm Philip. Franc. ibi in ij. notab. in fi. quòd ſigillum interueniat collegij, quàm ſingulorum de collegio: ergo idem videretur in teſtamento, ſufficere ſigillum alicuius curiæ authenticum, & non ſingulorum teſtium. & ita ſeruatur de conſuet. Franciæ, vt dixi in §. j. verſi. & not. quod licet. de teſta. lib. conſue. Biturigum. Fallit in vno caſu, in quo teſtamentum patris debet eſſe trium teſtium ſubſcriptione notatum, etiam quando teſtatur inter liberos naturales tantum. §. ad hoc autem. in authen. vt liceat matri & auiæ. collat. ix. & dicam infrà latius. Et in hanc ſententiam videtur inclinare Riminaldus in l. ij. num. iiij. C. de teſtamen. quòd ſi ſupplicatio teſtamenti in ſcriptis fiat ad inſtantiam teſtatoris, quæ fieri poteſt ſecundùm Docto. ibi poſt Cin. & Bar. in l. ij. §. ſi dubitetur. quemadm. teſta. aperian. & in illa publicatione non requiritur fortè teſtium citatio, nec venientium ab inteſtato, vt recognoſcãt ſua ſignacula & ſubſcriptiones: quia teſtator tunc videtur apud acta teſtari, vbi ſolennitates non ſunt neceſſariæ, l. omnium. eod. titul. ergo idem videtur operari appoſitio ſigilli eiuſdem curiæ. Quamuis Guid. Pap. conſil. xxviij. ver. præterea. d. §. ex imperfecto. velit intelligere ipſum, vbi eſt imperfectum ratione defectus numeri teſtium tantùm, vt dicit apparere ex continuatione literæ d. §. ex imperfecto. ad præcedentia, & hoc propter dictionem autem, quæ ibi ponitur, ex imperfecto autem, quæ eſt aduerſatiua, vt volunt ſecundùm eum Docto. ibi in ſolutione contrarij, quod ibi ſit de d. l. ſi is qui. de teſta. aliàs ſecus, vbi teſtamentum ſolenne eſt imperfectum ratione alterius ſolennitatis omiſſæ, vt quia tale teſtamentum non fuit coram iudice publicatum, nec ſubſcriptiones, vel ſigilla appoſita aut recognita, quòd non valeat etiã ſi fuerit inter liberos conditum, & hoc ex defectu probationis voluntatis teſtantis. Sed Docto. in d. §. ex imperfecto. & d. l. ſi is qui. tenent contrarium, & Iaſon conſil. viij. incip. ſuper duobus vltimis. vol. iij. nu. j. & conſi. clv. exordien. in cauſa & lite inter hoſpitale. nu. j. vol. iiij. † Quia ſecundùm Imo. in d. l. ſi 5
is qui. quem ſequitur Franc. de Are & communiter alij, in hoc ſunt conſiderandi duo caſus. Primus eſt, quando teſtator ſcripſit totam voluntatem ſuam in ſcedula, ſed eam non fecit legi & publicari coram teſtibus & notario. Secundus caſus eſt, quando incepit conficere vltimam voluntatem ſuam, & eam non compleuit ſuperueniente impedimento: & iſte eſt propè caſus d. l. ſi is qui. & l. ex ea, eodem tit. In primo verò caſu ſecundum ipſos, ex quo voluntas non eſt imperfecta, ſed minus ſolennis ratione ſolennitatis non voluntariæ deficientis, dicitur imperfecta, quæ tamen valet inter liberos, & ad pias cauſas: ſiue ſcedula teſtamentaria fuerit manu teſtatoris aut notarij ſcripta contra Bal. in d. auth. quod ſine. de teſt. dicentem eſſe verum, ſi manu teſtatoris fuerit ſcripta, & non per alium. & hoc dicit eſſe tenendum quicquid Bar. ſcripſerit in l. fideicommiſſa. §. quoties. ff. de leg. iij. & ipſum ſequuntur plures Moder. in d. l. ſi is qui. & in d. §. ex imperfecto. quod tamen eſt ſecundùm Franciſcũ de Aret. contra mentem d. l. fina. famil. erciſc. & etiam auth. & non obſeruato. de teſta. & vnde fumitur. Quæ quidem iura generaliter dicunt ſufficere quibuſcunque probari indiciis voluntatem teſtatoris: ergo ſatis erit ſigno probari ſcripturam manu alterius de voluntate teſtatoris fuiſſe factam. & hæc eſt veritas, quæ de conſue. Franciæ obſeruatur, vt infrà dicam. & idem Caſt. in l. hac conſultiſſima. ver. quid ſi teſtator de cuius voluntate conſtat. C. qui teſtam. face. poſſunt.

† Secundo caſu quando voluntas eſt imperfecta, § quia teſtator non habuit teſtamentum pro cõpleto & abſoluto, ſed cùm plus vellet diſponere, fuit impeditus, communis opi. eſt ſecundũ Franc. de Aret. in d. l. ſi is qui. cùm gloſſ. ibi per Bartol. approbata. quòd illa diſpoſitio non valet etiam ad pias cauſas, vel inter liberos. Et iura quæ videntur dicere voluntatem imperfectam valere inter liberos, intelliguntur de imperfectione ſolennitatis, & non profectò de imperfectione volũtatis. & ſic tenuit Guliel. de Cugn. in d. l. final. famil. erciſcundę. quem ibi ſequuntur communiter Docto. & in d. §. ex imperfecto. inſuper Iaſon. verſ. limita iſtum tex. Bal. conſil. cccxxij. vol. ij. Siculus conſi. cx. vol. ij. Alexan. cõſil. lxxiij. & conſil. ſeq. lib. j. & Socin. conſil. xxx. lib. ij. Corneus conſil. xlix. vol. ij. & Guid. Pap. met conſil. lv. & conſil. ccxxxiiij. num. viij. & Decius in c. iij. nu. xv. de fide inſtrument. & idem Pet. de Belluga. in ſuo Specul. principum. nu. xxxvj. cum ſequen. quam-

uis Curtius Iunior in dict. § ex imperfecto.in prin. num j.velit dictum §. habere locum etiam in testamento minus solenni ratione voluntatis, per text. in dicta l.fin.fami.erciscun.ibi, siue cœptum neque impletum testamentum:intelligendo tamen quando pater institutis omnibus filiis disposuisset aliqua esse inter ipsos filios obseruanda, licet in animo concepisset velle quædam alia disponere, quæ morte præuentus disponere non potuit. Erit tamẽ seruanda voluntas in illis quæ clarè disposuit: in quibus terminis non loquitur l.si is qui.vt latius ibi vide per eum, tamen in fine dicit durum esse in iudicando discedere à communi:tamen vbi tale inter liberos testamentum non fuisset lectum coram testibus, secundùm Iasonem, in dicto §.ex imperfecto.quem etiam sequitur Curtius Iunior. ibi,num. xij.valeret.per text.in dicta l.fina. famil. erciscund. versic. siue cœptum neque impletum. Per quæ est dare responsum ad id quod dicebatur, Guerinum testatorem incepisse solenniter in scriptis testari,& nuncupatiuè perteciisse, cùm nõ adhibuerit omnes solennitates requisitas,cùm testes se subscripserunt tantùm, & non eorum signis sigillauerunt: quoniã satis est testatorem coram testibus declarare quòd illud erat suum testamentum. ibi,scriptum & clausum, cui testes se subscripserunt. Et sic implicitè & propriè videtur nominasse & nuncupasse hæredes descriptos in eodem per relationem,vt voluit Bar. & alij post eum signanter Socin.in l.si ita scripsero. per illum tex. ff.de condit. & demonstr. & in l.asse toto.ff.de hæred.instit.& Barto. & Docto. in l.fin. in fin. C. de fideicommiss. & in l. quem hæredi. in princ.& ibi Socin.ff.de reb. dub.Bald.in l.captatorias.q.v.C.de testam.milit. & Imol.in l.j.§.fin autẽ. post Ang.ibi & in l.illa institutio. de hære. instit. & Imol.in cap.cùm tibi.de testamentis. Castr.in l.vbi autem non apparet. §. sed qui vinum. ff. de verbo. obliga.& Ange.in l.pluribus. eod.tit.per eum text. dum dixit ea omnia quæ suprascripta sunt. Et pro hac communi decis. videtur text. in l. hæredes palam.in princip.ibi,vel hæredes nuncupare vel scribere.quem ad hoc ibi notant Cuma. & Cast.de testament.& idem Cin.post Iac.de Aret.in dict.l.hac consultissima. §. per nuncupatiõnem. quos ibi sequuntur Alber. Fulg. Alexan. & Iason. in fine cum aliis per ipsos alleg.& idem Alexan. in consi.clxxvj. versic. nec ad hoc obstat.lib.v.cum aliis per Carol. Ruinum in repetitio. §.& quid si tantum. l.Gallus. numero lxxxvij.versic.sed in contrarium.de libe.& posthu. vbi distinguit triplicem expressionem, vt ibi,licet Matthæus de Afflict.in decis.Neapol.cxliij. num.ix.velit contrarium. Tamen in casu suo testator non dixerat illud fuisse suum testamentum, vt ibi num.j. versicul. secundo probatum.quia posito quòd dicta vltima voluntas non posset valere tanquam vltima voluntas in scriptis condita, tamen valet tanquam vltima voluntas nuncupatiua, postquam probatur per vij. testes subscriptos vel non subscriptos, prout hic verè erant subscripti, & tres
6 notarij regij.† Nam vbicunque quis incepit facere testamentum in scriptis etiam inter extraneos,& apparet ipsum voluisse se arctare ad illam in scriptis testandi viam, in qua licet non omnes adhibuerit solennitates iuris, nihilominus tale testamentum sustineri potest in vim nuncupatiui testamenti, si interuenerunt in eo solennia ad vltimam voluntatem nuncupatiuam requisita. l. si miles destinauerat. ff.de testam.milit. & l.j. & ibi Bart.ff.de iure codicil.& Socin. consi.xxj.vol.ij.& Pet.Rauen. in suo iuris alpheto in verbo testamentum. versic. & si testamentum facit.& Bal.consil.cclj. quoniam ex facto ius oritur.volum.iiij.& latius in consil.lxx. quando sapiens.eod.volu. dicens quòd quando aliquis asserit coram testibus se certo modo inter liberos testatum, quòd per illa verba apparet eum fecisse testamentum. Quia illa verba principaliter & absolutè prolata habent vim dispositionis, l. ex hac scriptura. ff. de donatio. maximè inter liberos, in quibus sufficiunt indicia voluntatis extremæ. dicta l.fi.famil.erciscund.vt ibi latius per eum, & in consil.cccxvj.quòd scedula debeat relaxari ante fi.versic.nec omitto quòd testes referentes. eod. volum. & Castr.consil.cccxiij. viso & examinato. versicu. nec obstat prædictis. & versic. secundo potest defendi.volu.nouo.quod est singulare.& pariter consil. xciij. viso dicto testamento & quæsito. versicu. secundò principaliter moueor.volu.antiq.quod est etiam multum celebre.vnde postquam text. in d.§. ex imperfecto. habet locum tam in testamento solenni, quàm nuncupatiuo minus solẽniter inter liberos condito,vt dictum est, potest habere locum quando partim scriptis, & partim nuncupatiuè est factum:dum modò voluntas sit omnino perfecta & completa. Et si non valeat iure testamenti, valebit iure codicillorum,etiam inter extraneos,si clausula fuerit apposita: quoniam aliàs etiam in testamento inter liberos condito illa clausula codicillaris semper subintelligitur, vt dicit glo.ab omnibus approbata in l.cohæredi.§.cùm filiæ.in verbo,non valuit. ff.de vulg.& pup.& Alexan. in d. consil.clxxvj.vers. nec obstat. lib. v. quod est formale ad casum nostrum.& idem Alexan.in d.§.ex imperfecto. in fin. versic.item adde.& idem Iason ibi versi.adde quod vltra.& etiam Curt.Iunior,num.xv.& Iason consi. xxxvj.num.ij.vers.illud etiam puto esse.volu. j. imò secundùm Imo.in d.§.cùm filiæ.subintelligitur alia clausula, si non valet quod ago, vt ago, valeat alio meliori modo quo potest, & idem Anton.de Butr. & Imo.in d. c. Raynutius. & ibi Benedict. in verbo,testamentum primò.nu.82.& Socin. consil. xxj. versic.sed tamen non obstan. volu.ij. & Curt.consil.lxxvj.versic. & plus quia in testamento. & Hippoly.de Marsil. in singul. xxxvj. clausula omni meliori modo.& glos.ibi Ful.in l.filij. C. famil. erciscund. & Petr.de Rauen. in d.suo alphabet. in verb. testamentum. ver. testamentum factum inter liberos. Quinimò tale testamentum intelligitur tertio habere etiam aliam à lege clausulam derogatoriam ad sequentia testamenta, adeò quòd per secundum testamentum reuocetur primum, etiam non facta mentione de primo, l. si quis priore. ff.ad Trebel. & §.posterior.& §.seq.instit.de inoffic.testam.& d. l.hac consultissima. §. si quis autem. & ibi Corn.in j.no.& est ratio secundùm eum, quia quis non potest decedere cum duobus testamentis, l. posthumus.§.si paganus.de iniusto rupto testam.vt ibi per eum etiam patet non potest decedere cum duobus testamentis,vel pro parte testatus, & pro parte intestatus:licet secus in milite,vt tenent Ang.& Imo. in l.ij.ff.de iniust.rupt.testam.Corn.in d.l.hac consultissima.§.si quis autem. Tamen testamẽtum primum inter liberos per sequens testamentum non tollitur, nisi in sequenti testamẽto fiat mentio primi,illud nominatim reuocando,d.auth. inter liberos.& ibi Castr.Corn.& Iason. vers. secundo principaliter no. & Alexand.consil.clxiij.nu.v.cum seq. lib.vij.cum aliis per eum alleg. Et signanter vbi in primo testamento filij erant æqualiter instituti. &

in se-

in ſecundo inæqualiter, quia vnum ſolum inſtituit, & alios fecit legatarios, tunc primum non rumpitur per ſecundum, in quo ipſos non inſtituit. & Alex. alleg. Specu. in tit. de inſtru. edit. §. compendioſæ. verſic. quid ſi pater habens tres filios. C. famil. erciſc. vbi hæreditas patris debet æqualiter inter liberos diuidi, aliàs ſecundùm Bald. omnia ſtatuta in hoc contraria ſunt contra ius commune & naturalem æquitatem. & Roma. conſil. clxxix. amplißimè docto. verſic. ſecundo quòd & poſito. & in conſil. cccixxxv. verſic. ſecundo principaliter. & vtrobique alleg. Spec. vbi ſuprà. Sed Socin. conſil. v. nu. x. verſi. j. quia text. volum. iij. & Dec. conſil. cv. verſic. non obſtat quòd ſit teſtamentum inter liberos. ibi ſecundo etiam reſponderi poteſt. volunt per deciſionem Specul. & Ludoui. cum ſequentis idem eſſe in vno teſtamento per patrem inter liberos ſolum condito, in quo inæqualiter fuerunt inſtituti, quòd tunc dictus §. ex imperfecto. non habeat locum, niſi interuenerint ſeptem teſtes, aliàs teſtamentum
7 erit nullum. † Quia quæcunque priuilegia (vt inquit Roma.) quæ à iure communi tribuuntur teſtamento facto inter liberos, habent locum quando pater in omnium fauorem diſpoſuit: ſecus ſi diſpoſitio facta ſit in fauorem vnius, & in odium alterius. & idè Albertus in repetitione l. ſi pater. nu. lxxxvij. C. de inſtitu. & ſubſtitutioni. quod tamen videtur eſſe contra d. ex imperfecto. & contra ius nouum. aliàs ille §. eſſet fruſtratorius & nullius vtilitatis. Si enim ex teſtamento æqualiter & eodem modo ſuccedere debeant, quo ſuccedere ab inteſtato poſſunt, fruſtra eſt facere quò ad ipſos teſtamentum, ſi tantum percipere poſſit ex teſtamento, ſicut nullo condito teſtamento. Vnde Caſtr. ibi ad iſtud reſpondet, quod imò magna eſt illius §. vtilitas. quid
8 enim (vt ipſe ait) ſi pater † fuit inæqualiter inter liberos teſtatus, quia plus vni, quàm alteri relinquit: certe tendit in præiudicium aliorum quibus minus reliquit: & tamen tale teſtamentum valet: licet ab inteſtato æqualiter eſſent ſucceſſuri, & nihilominus valet, nec poſſunt conqueri, per illum text. notabilem. & eum ibi ſequitur Aretin. etiam in fortiorib. terminis, vt ibi: & idem tenui Pau. in l. hac conſultiſſima. C. j. C. quòd teſtam. facere poſſ. & ibi eum ſequitur Iaſ. & Cuma. conſil. cxiij. verſic. pro parte affir-
9 matiua. † Sed iſtas opinio. concordat diſtinguendo Curt. Iunior in dict. §. ex imperfecto. num. ij. aut eſt magna inter liberos inæqualitas per patrem obſeruata, & tunc procedit opin. Specul. aut eſt modica inæqualitas, quia pater omnibus inſtitutis diuiſſet ſuum patrimonium inter liberos, aſſignando bona fortè aliqualiter meliora vni quàm alteri, conſiderata qualitate perſonarum, vt ibi per eum.
10 † Sed opinio Specu. ac iſtius domini concordantis videtur eſſe contra iura noua, quę quatuor aut infrà dant natis trientem: ſemiſſem verò dãt natis quinque, vel vltra arbitrium ſequitur ſubſtantia cætera patris. authentic. nouiſſima, de inofficioſo teſtam. aliàs ſequeretur patrem ſecundùm iura non poſſe inter liberos in conſpectu duorum teſtium diſponere: quod non videtur verum, licet æquum ſit liberos æqualiter diligere & inſtituere. Et dictum Specul. Ludo. & Alexand. debet intelligi ſecundùm caſum, in quo ipſi loquuntur, ſcilicet in ſecundo teſtamento minus ſolenniter, vel ſolenniter condito. inſtitutis tamen in extraneis hæredibus, vel vno ex liberis tantum, & cæteris legatariis relictis, & in primo teſtamento liberi erant fortè æqualiter inſtituti. Vnde per ſecundum non reuocatur primum propter clauſulam derogatoriam à lege requiſitam in ipſo ſecundo teſtamento nõ inſertam, quæ ſi non expreſsè coram ſeptem teſtibus ponatur, primum remanet firmum d. authen. hoc inter liberos. & ſic videntur Docto. ſuprà prædict. text. in d. §. ex imperfecto. & l. vltima. famil. erciſc. intelligere iudicio meo. Nam ſecundùm communem opin. teſtamẽtum primum ſiue manu teſtatoris ſcriptum, aut ſolùm ſubſcriptum, ſiue ſit nũcupatiuum coram duobus teſtibus viua voce inter liberos factum, nunquam per ſecundum ſolenniter factum reuocatur, nec aliquo modo cenſetur reuocatum, niſi nominatim reuocatum fuerit: ita tenent in d. authen. hoc inter liberos Iacob. de Aret. Cin. Ioan. Fab. Bal. Salic. Felin. Corne. & Alexan. licet in teſtamento nuncupatiuo Ang. ibi: quem ſequitur Iaſon in ij. limit. & Alex. conſil. cxlvj. lib ij. & Barbat. conſil. ij. volu. j. velint, quòd illud reuocetur per ſecundum ſine reuocatione expreſſa, & ipſos ſequitur Benedict. in dicto c. Raynutius. nume. xj. ſed prima videtur mihi verior, quia prædicta auth. hoc inter liberos. eſt poſt ✱ ex imperfecto. & authent. quod ſine. & §. ex imperfecto. loquitur etiam in teſtamento nuncupatiuo. & authenti. quod ſine. in teſtamento manu teſtatoris ſcripto vel ſubſcripto. Facit quod dicam in ij. quæſtion. † Bene verum eſt 11
quòd primum teſtamentum inter extraneos ſolenniter factum, per ſecundum inter liberos minus ſolenniter factum, reuocatur abſque ſpeciali reuocatione, vt volunt ibi Doctores ſuprà alleg. vt dicam in ſequenti dubio de teſtamento cæci. & ſingula. Iaſon conſil. ccxxiij. incipien. teſtamentũ iſtud ſecundum. volum. ij. vbi hoc probat per quinque rationes, & quia etiam ſi ambo teſtamenta eſſent inter liberos, & ſecundum eſſet magis fauorabile filiis: non eſt opus expreſſa reuocatione primi, vt voluit gloſ. in authen. de imperfect. teſt. §. j. in verbo, perfecta, quam ſequuntur ſing. ibi Iaco. de Belloui. in diſputa. ſua inſerta. etiam ibi Bar. ver. quæro. hic dicitur quòd duo requiruntur. & Cin. Ang. & Docto. in d. authen. hoc inter liberos. cum aliis per Iaſo. ibi allega. in prima ampliatio. Sed ſi teſtamentum eſſet imperfectum ratione prætentionis, tunc ille §. ex imperfecto. non habet locum, quia nõ dicitur teſtamentum inter liberos, vt voluit gloſ. fin. in l. ſi filius in poteſtate. ff. de libe. & poſthu. & ibi eam ſequuntur Bart. Bald. Imol. & communiter Docto. & idem Ange. Bald. Paul. de Caſt. Alexan. & Iaſ. in d. §. ex imperfecto. in vj. limit. & Deci. in prælleg. conſil. cv. verſi. non obſtat. & eſt nullum etiã quòd ad alios filios. l. j. §. fin. ff. ſi teſta. tabu. nullæ extab. & Guid. Pap. ſing. dccxcviij. Et ſic videtur decidi dubium, quòd pater inter liberos teſtando teneatur relinquere iure inſtitutionis, iuxta §. aliud quoque, vt in auth. vt cùm de appellatio. cogno. & non quocunque relicti tit. iuxta authen. nouiſſima de inoffi. teſta. vt voluit Angel. conſi. xciij. & Dec. conſil. ccxxviij. & conſil. dccxxxj. nu. vj. de quo dicam infrà q. incip. pater inter liberos. † Sed an ha- 12
beat locum d. §. ex imperfecto. in liberis naturalibus tantum, quando pater habeat naturales tantùm. & Ioan. Fab. ibi tenet quòd ſic. & idem Alber. & etiam Caſtr. ibi. & in l. fin. famil. erciſc. ſequendo Spec. in tit. de inſtru. edi. §. compendioſè. ver. quid ſi pater naturalis. per text. in l. ij. & in l. humanitatis. ibi, liberam ſimiliter naturalibus eorum patribus damus poteſtatem. C. de natural. lib. & per text. in l. fi. C. de confir. tuto. & idem Roma. conſil. clxxix. verſ. ſecundo reſpondetur ad dictum eorum. & So-

cin.in l.ij. ver.circa sextum requisitum. in q.Bar.ff. de vulg.& pup.& sing.Maria.in d.§.ex imperfecto. num.v.vbi hoc probat.& Benedi.in repe.c. Raynu. nu. 579.de testa.& sentit Bal.in l.parentes.versi.sed quid dicemus. ff.de in ius vocan. † Sed contrarium
13 tenet Bal.Ang.& Sali.in d.l. fi. famil. ercis. vbi Bar. refert plures Doct.sic consuluisse,quos nominat.& idem Bal.Imo.& Fran.de Aret.in l.qui testamento. §. mulier.ff.de test.& Bald.& Ang.in d.§.ex imperfecto.vbi Ang.dicit,quòd ista q.fuit de facto Perusij.& omnes Docto.consuluerunt, quod ille §. non haberet locum in patre testante inter liberos naturales tantum,& idem tenet Bal.in d.l.humanitatis. alle. per Spec. ad quem respondet ibi, & in l.si qua illustris.versic.quæro,habeo filium. cum sequen.q. ad Orsic.& Alexan.post Imo.in l.ex facto. §.si quis rogatus.ff.ad Trebel.& idem Alex. & Ias. in d.§.ex imperfecto. versi. secundo limi. quem sequitur ibi Curt.Iunior.nu.vij.& idem Deci.consil.dcx.nu.iij. vol.iiij.vbi dicunt hanc sententiam esse communè: sed in matre testante inter liberos naturales bene
14 habebit locum.† Quid dicendum? Corn.in d.§.ex imperfecto. ver. in text.ibi,liberos à parentibus vtriusque sexus.dicit postquam argumentatus est ad vtranque partem , articulum istum esse respectu matris:& omnes in ea conueniunt , nisi sit illustris: quia mater tunc non habet legitimos, dicta l.si qua illustris.& in §.nouissimè.instit. eod. tit. & idem in patre erga spurios & natos ex damnato coitu,vt ibi per Docto.& auth.ex complexu. C.de incest. nupt. cum similibus. Tamen si tales filij naturales essent legitimati, bene haberet locum dictus §.ex imperfecto.secundum Ias.ibi,versi.secundò extende allegat.Bald.in c.de causis.versic.not. q obseruans interdictum.de offic.delegat. & ibi vide per Barb. & de Curte in d.§.ex imperfecto. num.v. & in consil. lxxiiij. versi.facit quia licet priuilegium concessum patri,cum aliis per Ias. & Cur.alleg. licet Dec.contra in d.consi. dcx.nu.iij. ver.in hoc tamen non videtur laborioſum. qui respondet ad Bald. duobus modis,vt ibi per eũ:qui malè de eo loquitur, quod non feciſſet si Barba.& Iason, vidiſſet quos poterat videre,& etiam Curtium,si voluiſſet.sed in casu suo erat legitimatio facta absque præiudicio venientiũ ab intestato,qui in hoc posset saluari:tamen præcedens est communior.Sed quod dispositio. §.ex imperfecto. habeat locum in liberis naturalibus sequendo opin. Spec.& aliorum,videtur maiorẽ habere apparentiam. Sed hodie in modio in rendi non est vola plena sciendi , vt dicit Azo in summa.
15 C.de bonis quæ liber. † Quia pater testando inter naturales filios tantum , eosdémque nominando hæredes legitimat eos , dum tamen ipsos non appellet naturales , & testamentum sit trium testium subscriptione notatum.idem si in alio instrumento publico id actum fuerit. text. est ad literam in §. j. incip.ad hoc autem.in auth. vt liceat matri & auiæ. collatio. ix. & not. glos. in §.si verò is.qui solum in verbo,principis in auth. quib. mod. natu. effic.sui. & in c.per tuas.& ibi gl.in verbo, filium. quam ibi Io.And.Anto.de Butr.Abb.Sicul. & Cardin. Alex. olim præpositus Mediolanen.nume.xv. sequuntur, qui filij sunt legiti.& tenet Ioan.Fab.in l.cùm quis. ver. quartus si pater. C. de natural libe. & Martin. Lauden.in tract. de legitimatio. in decis. q.ver.septimus modus est ex nominatione facta per patrem in testamento,siue in alio instrumento.& versi.vlterius sui interrogatus. & idem Ant. de Rosellis,in tract.de legitima.versi.vltimò est videndum.in j.q. & gl.in l.benignius.in fi.& ibi Guliel. de Cug. Bal. Ang.Alber. & Ludouic.Bologn.in secundis interpreta.ff.de legi.& Franc.de Crema singu.clxj.& Io. Thieri Ligon.in quodã suo cons.posito ante compreheſ).feuda. Io. Raynaudi:quod incip.quia his dierũ interluniis.& Ang.in §.fina.quib.mod.natur. effic.sui.versic.ego dico. & versic. quarto modo.& in §.illud.eod. titu. & Iacob. de sancto Georg. in l. Imperatores,num.viij.ff.de proba.& Luc.de Penna in l.si cohortalis.versi.quinto si pater. C. de cohorta.libro duodecimo. & Castr. consil. ccccxxx.præsuppositio quòd iste pater. vol.nouo.Et istum legitimandi modum dicunt esse mirabilem Iacob. de Bellouisu in dict.§.ad hoc autem.& Salice.in dicta authen.si quis liberos.quæ est extracta ex dicto §.ad hoc alij supra allega.† Quinimò mirabilius est,quia 16
per talem sic factam in testamento , vel alio actu publico nominationem filiorum , matrimonium fingitur , & præsumitur retro fuisse cum amasia seu concubina ex qua nati sine aliqua expressa verborum ad matrimonium aptorum prolatione contractum , propter tacitum mulieris consensum , vt ibi dicitur.ergo per hoc sequens matrimonium videntur legitimati facti:& ita tenet Ludoui. de Sardis in tractatu suo de legitimis.versic.primo quæritur quo modo fiat. Et hoc si talis mulier erat viuens , quæ viro tunc temporis quo testamentum vel nominationem fecit filiorum , poterat esse vxor, secundùm Barto.in d. sua disputatione. habeo filium naturalem. in solutione illius.in princi. cum versic.seq.per text.in d. §.ad hoc quem ibi sequitur Ange.& etiam in d.authen. si quis liberos. & idem Bar.consi.cxx.Verutius coraducij de Captilio.versic.ad cuius declarationem.& Bald.in l.ij. versi.nono.oppo. C. quib.res iudi.non nocet. & Cæpol.in caute.cccxxij. vbi dicit Veronæ ita obseruari vidisse.Et idem Martinus Laud.in d.tract. de legi.versi. item quæro , cum aliis infinitis per eum allegat. & Ioan.And.in d.c.per tuas. Quamuis Anto.de Butr. ibi teneat contrarium:quia tex.in auth.loquitur indistinctè,& idem ibi Car. Alex. nu.xvij. vbi amplè disputat.& pariter Ant.de Rosellis in d.tract.de legit. vltimo est videndum de matrimonio præsumptiuo.in q.ij.versi.sed post modum superuenit. &c. quòd non requiratur quòd concubina fuerit tunc viuens vel mortua : prout latius ibi breuitatis causa vide.& etiam amplè Castr. in dicto consil.ccccxxx. dicens dictum Bartoli non sibi placere , nec credit quòd sit de mente illius text. sed quod solum potuerint esse nuptiæ , tempore quo natus fuit puer, qui nunc legitimatur : nec requiritur concubinam esse in vita tempore quo dicta verba proferuntur, vt ibi per eum.vbi limitat dictum Bart. Hostien.& Ioan.Andr. posito quod esset verum,debere intelligi quando extarent filij legitimè nati,& sic in potiori significato. l. j. §. in perpetuam. ff. si ager vectig.non quando legitimati per sequens matrimonium,vt in casu suo.& idem Decius in d.consi.dcx. nu. vj. Quinimo secundum Abbatem Sicu. in c.innotuit. de cle. sufficit quod tempore conceptionis poterat esse matrimonium inter virum & mulierẽ. Præcedens est communior propter tacitum consensum mulieris , quem non præsumeretur præstare,si iam erat mortua,vel alibi nupta,vel monacha effecta , ratione cuius matrimonij præsumpti filij legitimi facti sunt.Et ita Angel. in dicto §.si. quib. mod.nat.versi. ego dico ibi, sed non legitimantur. & Bald.consil.cccIxxx. mortuo filio.versicu.venio ad tertium.volum.j.& pro hac decision.Barto.facit

quod

Digitized by

quód dicit Gufied.de Cagn.in d. l. benignius. ff.de legib.quem ibi ſequuntur Bal.Ang.Alber.& Caſtr. quod ſi pater velit legitimare nepotem natum ex filio naturali præmortuo, contrahendo matrimonium cum concubina ſua matre defuncti filij, quod non poteſt: quia iſta legitimatio debet proficiſci ad nepotem mediante filio, qui erat in medio: ſed hoc fieri non poteſt, poſtquam mortuus eſt, ergo &c. allegant text. in l. qui libertina. §. poſthumus. ff. de ope. liberto. & l. diuo Marco. C. de quæſt. & Caſtr. in l. ambigua. de legi. & idem Bald. in d. conſil. cccl xxx. mortuo filio. verſic. venio ad ſecundum. cum ſequen. volum. j. Hippol. de Marſi. in ſing. cxxj. credo te ſcire. cum aliis per eum allег. & idem Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. verſi. iſta concluſio. Bart. ff. de vſucap. qui in addi. allegа. Ludouici. de feudis in ſuo tract. legi. verſi. quinto quæritur. & idem Alciatus in Paradoxis. cap. xvj. tamen per reſcriptum principis poſſet nepos mortuo patre per anum legitimari, vt voluit Bal. conſil. cccc xxj. caſus talis eſt, quidam A. verſic. modo videamus. ibi, ſed poſito quod eſſent naturales. vol. j. & ſupra dictam conclu. tenet Cremen ſingu. xxxij. Sed hæc communis opi. Bart. volens mulierem tempore quo verba nominationis filij proferuntur eſſe viuentem, intelligitur ſi talis mulier erat cum qua pater potuiſſet honeſtè contrahere matrimonium: aliàs ſecus, vt quia meretrix, & pater nobilis & honeſtus. tunc non valet, ita Bartol. in dicto conſil. cxx. Verutius Coraducij. verſiculo ſecundo. videndum quid operatur nominatio. omnino enim, vt ait poſſumus de iure quod honeſtè poſſumus. l. filius. ff. de conditionibus inſtitutionum. pro quo dicit eſſe caſum in l. iij. §. ſi emancipatus filius. ff. de bon. poſſeſ. contra tab. & ſequitur Ang. in d. §. ad hoc. in authen. vt liceat matri & auiæ & in §. j. quib. modis natur. effic. legi. & idem Gerald. de Petra ſancta, in ſing. lx. & Soc. in l. ſed & quæſitum. verſicu. tertio limita. ff. de liber. & poſthu. & Ludo. de Sardis in tract. de legitima. verſ. ſexto quæritur per tex. in l. nuper. C. de natural. liber. verſi. ſecundo quæritur quot & quæ requirantur. verſi. tertio quæritur. & q. ſequen. Sed præpoſit. Mediolan. in d. c. per tuas. tenet contrarium, cùm ſit opus charitatis capere vxorem indigam. c. inter opera charitatis. de ſpon. poteſt enim eſſe quòd matrem filiorum, ante corrupiſſet, & per conſequens iniquum tales filios non fieri legitimos, quia eſſet dare materiam peccandi: vt ibi quem ſequitur Ber. Landr. in addit. ad Bart. in dict. conſil. cxx. & in hanc inclinarem iudicando, ſi conſtaret eam prius
17 corrupiſſe per iuramentum illius. † Et licet matrimonium prædictum ſit præſumptum, tamen admittitur probatio in contrarium, ſecundum Bar. in d. ſua diſputa. in ſolutione q. ver. ſecundo ſciendum eſt ante finem. & Salic. in d. authen. ſi quis liberos. ſed Iacob. de Belu. in d. §. ad hoc. in ij. opi quem ibi Bartol. ſequi videtur, tenet contrarium. Sed primâ opin. Barto. tenet And. de Roſel. in d. tract. de legit. verſ. ſed hic quæro an contra iſtam præſumptionẽ. per tex. in d. c. per tuas. & ibi vide per eũ, qui poſtea limitat Iaco. vt ibi: tamen alius erat caſus in d. c. per tuas. quia promiſſio de accipiendo mulierem præceſſerat copulam, ex qua habuit filium. & ſic matrimonium præſumptũ quod tranſit in verum, vt ibi, & ea. is qui fidẽ. de ſponſal. licet illa muliere dimiſſa aliã acceperit, à qua fuit ſeparatus: & probata promiſſione primæ facta cum copula ac teſtamento ipſius fuit matrimoniũ declaratum verum, & filius legitimus. & ſic intellexit Abb. Sicul. verſic. ſed ego clarius. & Cardi. Alex. nu. 17. † Tum etiam requiri- 18
tur, q̃ tempore teſtamenti & prolationis verborum pater nullos alios legitimos habuiſſet filios, vt authen. quib. mod. natu. effic. leg. §. ſi igitur licentia. verſi. ſi verò ſolum modo. & auth. quib. mo. natu. effic. ſui. §. ſi vero is. & tenet gl. j. dubitatiuè tamen in d. auth. ſi quis liberos. Bar. tamen in ſua dicta diſpu. in ſolu. illius verſi. quinto eſt ſciendum, tenet indiſtinctè naturales nõ legitimari aliis legitimis ſtantibus, ſequendo Hoſt. in ſumma. §. ſi. qui filij ſint legi. & Io. And. in d. c. per tuas. vbi gl. etiã hoc tenet, & pariter Sicu. & Cæpol. in d. cautel. cccxvij. verſ. item aduerte etiam. & Bar. in d. §. ad hoc. licet Iaco. de Bellou. ibi velit idem, ſiue extent legitimi, ſiue non, & ipſum ſequitur Cardi. Alex. in d. c. per tuas. nu. xviij. verſi. quartò dicit Bart. & ſimiliter Anton. de Roſel. in d. tracta. de legit. ſed quæro an diſpoſitio. & Caſtr. in prælleg. conſi. cccxxx verſi. quarto dicit Bart. & Io. Anth. Rubei. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthu. Sed præcedens eſt communior, quando extant legitimè nati, quod nõ poſſint legitimari. vt Ang. in d. §. ſi. quib. mod. natu. verſic. item nec quarto nec quinto. † pro quo facit 19
quia extantibus liberis legitimis & naturalibus non fit legitimatio, niſi in duobus caſibus, ſcilicet per oblationem curiæ, & per ſequens matrimonium d. auth. quib. mod. natu. effic. lim. §. generaliter. text. & gl. cum nota. in §. ſi. inſtit. de nup. quia ſcriptum eſt, Nõ erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ: id eſt, filius concubinæ non erit hæres cum filio ex matrimonio genito. & Bal. in l. cunctos populos. ver. ſed ego credo. C. de ſum. trini. quia etiam princeps non legitimat extantibus legitimis. §. ſi quis igitur. & §. illud autem. in auth. quib. mod. natu. effic. ſui. quoniam, vt inquit Bal. in c. filij nati, ſi de feu. fne. cõtr. Imperator legitimans naturales extantib. legitimis, eſt vnum pecus non habens præ oculis iuſtitiam publicæ honeſtatis. & Felin. in c. j. verſic. quinta declaratio. de conſti. & tenet Caſtr. conſi. xxij. viſis omnibus quæ narrãtur. vol. ix. & Alex. conſi. clxxxvij. lib. v. & Tho. Ferrari. in cautel. prima, cum aliis per eum allег. Et licet pater nominando in teſtamento vel alio actu publico filium ſimpliciter, non vocando eum naturalem legitimet illum, etiam alios quamuis illos non nominauerit: quoniam nominando vnum, cæteros nominaſſe videtur, & illius nominatio prodeſt aliis non nominatis. d. §. ad hoc. & ibi per Ang. in auth. ſi quis liberos. & Alex. in l. ſæpè. verſic. alium inſuper caſum vltimo loco. ff. de re iudica. qui allег. gl. j. in l. ij. & ibi. Bal. & Rapha. C. quib. res iudi. non nocet. Ex quo ſecundum Ang. in d. §. ad hoc. colligitur optimum arg. q̃ ſi plures fuerint fratres ex eodẽ patre nati, quorum vnus fuerit pronuntiatus Peruſinus, q̃ per talem ſentẽtiam intelligitur pronũtiatum eſſe omnes ciues Peruſinos, quod dicit eſſe mente tenendum. Tamen non ecõtra, amaſia ſeu concubina in teſtamento etiã trium ſubſcriptione teſtiũ ſubſcripto legitimare non poteſt, vt voluit Ang. in d. auth. ſi quis liberos & Cæpol. in prælleg. cautel. vltra medium. verſ. Sed quid erit de amaſia. ratione diuerſitatis vide per ipſos & Fran. de Cremа. in d. ſing. clxj. Et tamen in ea teſtãte habet locũ d. §. ex imperfecto. ſecundum omnes, niſi ſit illuſtris, vt ſuprà dictum eſt. Et ſic tale teſtamentum patris naturalis eſt validum, ex quo filij authoritate iuris ſunt facti viri deſcẽdentes ex matrimonio, qui omni fruuntur iure, quod leges concedunt filiis legitimis. dicto §. ad hoc. Et ſic poſſunt ſecundùm Barto. ibi, ſuccedere agnatis & cognatis,

Digitized by Google

ſicut legitimi & naturales, dum tamen teſtamentum ſit (vt dictum eſt) trium teſtium ſubſcriptione ſubſignatum, ſiue ſit manu patris ſcriptum, ſiue alterius etiam notarij. & per cõſequens opinio Spec. Ioan. Fab. & aliorum, quòd §. ex imperfecto habeat locum in filiis naturalibus, maiorem habet apparentiam, quàm opi. Bald. Angel. & ſequacium: quia in iſto teſtamento per quod matrimonium retro præſumitur contractum, & filij ex eo nati: non requiruntur niſi tres ſubſcripti teſtes, & non alia teſtium & ſigillorum ſolennitas: à fortiori nec in teſtamento ſolenni, ſeu in ſcriptis inter liberos legitimos, condito. per d. §. ex imperfecto. vt ſuprà ſatis dictum eſt. Et peccat mortaliter impugnans teſtamẽtum ex defectu numeri teſtium. vt dicit Sicul. in repet. c. cùm eſſes. per illum text. verſi. Nota nonò. & ibi Barb. num. viij. de teſt. & Sylua nupt. verſic. Hinc dicimus. cum aliis per eum alleg. Et pro prædicta noſtra Deciſio. ſcilicet quòd filij legitimantur, & matrimonium contrahitur ſeu contractum præſumitur per nominationem in teſtamento, aut alio publico inſtrumento factam, facit, quod ſimul decidit Balãn l. ſi quis. verſi. Et ſi filiam naturalem. C. de natura. liber. quòd ſi mulier naturali, tantùm nubat viro naturali & legitimo, efficitur legitima ratione qualitatis viri cum quo matrimoniũ contraxit. capacitas enim viri ad vxorem porrigitur. idem Angel. in §. quod verò. in fin. in authen. quib. modis natu. effic. ſui. & Deci. in l. fœminæ. nume. ix. ff. de reg. iur. & Hippoly. de Marſi. ſing. ſuo. cj. Tritum eſt in iure, quod dicit eſſe mente tenendum, & ſine fallacia eſſe mirabile & ſingulare verbum, & magnæ importantiæ, nec meminit ſe alibi legiſſe: ergo talis naturalis ſic effecta legitima ſuccedere poterit parentibus, ſed hoc non vidi ſeruari, ſed contentatur dote ſibi data, vt dixi in q. incip. Ad ſecundam veniendo quæſtionem, an pro filia naturali, &c. Et ex præcedentibus videtur decidi quæſtio, quam de facto vidi inter Gabrielem de Boſqueto naturalem filium defuncti domini Ioannis de Boſqueto Cancellarij regis Nauarræ, & Ioannem de Boſqueto reum nepotem ex filio Cancellarij, qui in teſtamento inter liberos naturales, & legitimos cõdito, legauerat dicto Gabrieli baſtardo ducenta ſcuta parua, quæ petebat eidem reo: contra quæ verò actor dicebat teſtamentum nullum reſpectu legati eidem baſtardo facti: cùm cenſeatur penitus extranea perſona, dicto §. ex imperfecto. nec ſit de domo, vt plenè Bal. in l. generaliter. §. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. cum aliis ſuprà, quæſt. ciiij. alleg. incip. Ad ſecundam veniendo quæſtionem, an pro filia naturali, & ſic cenſuerunt omnes Doctores ſuprà allegati in quæſt. præcedenti de teſtamento inter naturales tantum condito. ergo ſi naturales ſint admixti legitimis & naturalibus, quòd non valeat reſpectu naturalium tãtùm, cùm cenſeantur extranei. d. §. ex imperfecto. Tamen contrarium fuit concluſum in magna camera me præſidente, quòd dictum legatum cenſeatur fauore alimentorum factum, cùm pater teneatur eos alere. c. cùm haberet. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit. cum ſimili. in prædicta quæſt. ciiij. adductis vbi dixi patrem poſſe pro filia naturali tantum maritanda, ſubſidium, & talliam ſubditis hominibus imponere: quia ſit de liberis, vt ibi gloſ. quod not. pro ampliatione dicti §. ex imperfecto. Et latum fuit areſtum, die vij. Septembris, Anno Domini M. D. XXXII. † Sed an habeat d. §. ex imperfecto. locum etiam in teſtamẽto imperfecto patris cæci inter liberos cõdito non ſeruata ſolennitate. l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. facere poſſunt. vbi Barto. dicit illam legem mente tenendam: quia poterit quis multum de honore ex ea habere: quia ſæpè homines excæcantur propter infirmitatem vel alia accidentia, tamen faciunt teſtamentum ſecundùm ius commune, ideo non valet, nec inter liberos, vt tenet Fulgoſ. & Roma. & idem Marian. nu. ij. & idem Fulgo. conſil. xlj. & conſil. xcj. & Caſtr. conſil. cclxj. ſuper primo dubio prę-ſuppoſita cæcitate. vol. x. quoniam illam ſolennitatem in teſtamento cæci ſeruandam Imperator adhibuit ad fraudes & falſitates (quæ de facili hominibus non videntibus fieri poſſent) euitandas, vt ibi dicitur in fine. & in l. fi. §. cùm enim res. C. de fideicom. Sed contrarium tenet Bald. in d. l. hac conſultiſſima. & eum ſequuntur ibi Ang. verſi. ſed quid erit in patre. & Caſtr. verſic. item quæro an ſolennitas, & ſic ſibi contrarius. & Corne. verſi. ſed dubitatur. & Alex. verſi. extra gl. eſt dubium. & idẽ Sali. q. vlt. & Iaſon verſic. ſed pone quòd pater ſit cæcus. & ipſum ſequitur Curt. Iunior in d. §. ex imperfecto. nu. viij. & iſta eſt communis opinio, quam tenet Ange. Aret. in §. cæcus. in fin. inſtitu. eo. & Iaſ. conſil. xxvj. nu. ij. verſ. ſed quando prædicta. volu. j. & Zabarel conſil. cxlix. ſec. Franc. & Socin. conſil. xj. Non fuiſſet opus vlteriori diſcuſſione. cum verſicu. ſeq. & quaſi per totum. vol. ij. vbi ponit etiam quãdo primum præceſſit teſtamentum ſolenne clauſulam habens derogatoriam, per quam apparet ratione conſeruandæ agnationis, teſtatorem cæcum magis, dilexiſſe agnatos, quàm filias in ſecundo teſtamento minus ſolenni hæredes inſtitutas: qui tenet primum non rumpi, nec tolli per ſecundum inter liberos factum, de quo ibi per eum, ſequendo Fulg. in d. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. & tenet Oldr. conſil. cxix. quod incipit, Titius condidit teſtamentum. & Io. Andr. in addi. Spec. tit. de teſta. §. j. & in ſuis terminis conſuluerat Fulgoſ. in d. conſil. xlj. & xcij. ipſum ſequitur Benedict. in d. c. Raynu. num. lxxix. Et ſe fundant Doctores ſupradicti tenentes communem, quia quando teſtatur inter liberos, ceſſat omnis ſiniſtra ſuſpicio fraudis & falſitatis, & ſic ceſſat ratio, propter quam fuit hæc ſolennitas à lege introducta. ¶ Quid dicendum? & Mart. de Fano. qui primo hanc diſputauit q. ipſam dimiſit indiſcuſſam, prout referunt Docto. ſuprà alleg. quam etiam Alberi. auſus non fuit decidere in d. l. hac conſultiſſima. nec Barb. in c. relatum. nu. xxiij. de teſta. Et pro parte quã tenet Fulg. & ſequa. facit, quia licet inter liberos ceſſet ſuſpicio falſitatis, quando vult æqualiter eos inſtituere hæredes, tamen quãdo pater vult eos inæqualiter inſtituere, quod poteſt, vt ſuprà dictũ eſt, non minor videtur ratio ſuſpictonis, quàm inter alios, vt legitur Gene. xxvij. de Iſaac qui ob nimiã ſenectutẽ fuit effectus nõ videns, quia in illa ætate caligãt oculi, prout cõtigit plurib. antiquis patrib. Veteris Teſt. quos recitat Luc. de Pẽna in l. j. C. qui morbo ſe excu. lib. x. vnde cõſilio & machinatione Rebeccæ vxori Iacob ſubmiſſum loco Eſau primogeniti benedixit, & ſucceſſionem ei dedit. Et ſi ita cõperta fraude occurreret mihi caſus, iudicarẽ teſtamentũ nullũ: alias in dubio communis opi. quæ pro teſtamento facit, eſt ſequenda l. ſi pars. ff. de inoffi. teſt. ſiue teſtamentum cæci ſit vnicum, ſiue ſecundum inter liberos factũ, quod ſemper valeat, & primũ ſolenne renocetur, vt dictũ de alio patre nõ cæco. pro hoc facit quod no. Bar. in l. militis. §. veteranus. ff. de teſt. milit. & Barb. conſi.

cõsi.lx.nu.xj.xij.vo.ij. Et sic d.§.ex imperfecto. habebit locum in omni paterno testamento inter liberos etiam naturales tantum & non spurios condito, alias cæcus non potest, etiam si esset consuetudo, aut statutum loci volẽs simpliciter valere testamentũ minori testium numero factum: quia nõ intelligitur comprehendere testamentũ cæci, vt voluit Bal. in l. si quęramus. quem ibi sequitur Fran. de Aret. versi. Vltimò inquantum. Bal. de testa. & Maria. in d. l. hac consultissima. nu. ij. versi. item dicunt no. & Ias. consi. lxxxj. incip. Viso testamento. volu. ij. & consil. xxvj. nu. ij. volum. j. Et pariter cæcus potest donare & facere omnes cõtractus inter viuos, sicut quilibet alius cùm non reperiatur prohibitus, vt voluit Alex. consilio vij. versic. Item dato. volu. j. cum sequitur Iaso. in d. l. hac consultissima. versic. Adde quòd licet cæcus. & per Doct. insuper Iaco. de S. Georg. in l. cæcus. ff. de iudi. Et similiter causa mortis potest donare non seruata solennitate. d. l. hac consultissima, vt consoluerunt Petr. & Aluisius de Perusio, quorum consilium reperitur in iiij. parte consiliorum Bald. nu. ccclxxx. quia donatio causa mortis magis accedit contractui, quàm vltimæ voluntati. per not. in l. ij. de dote præleg. cum aliis per ipsos alleg. de quo vide amplè Bald. & Lancel. Decium, & Soci. in l. ij. versic. In gl. de leg. j. vbi ponit quatuor conclusiones, cui magis donatio causa mortis æquiparetur, an contractui vel vltimæ voluntati. & istam partem tenet Ang. Aret. in d. §. cæcus. versic. Quid si velit. Et etiam quod possit codicillari: sequendo ij. opin. gl. in d. l. hac consultissima. in verbo, codicillis. quam etiam sequitur ibi Sali. & Cast. & idem Ias. ibi, versi. Quæro pone quòd cæcus. do m tamen vltra numerum quinque testiũ adhibeat notarium, aut loco illius vnum testem, & istud probat per illum te. opti. vt ibi per eum. Sed primam opi. gl. cp in codicillis requirantur octo testes, vel septem cum notario, tenent Iac. But. Bal. Ang. Fulg. Roma. & Alex. Corne. ibi dicentes hanc esse communẽ, quã tenet Ioan. de Plat. in d. §. cæcus. & Cast. in d. consi. cccixj. versi. Nec iuuaretur. vol. ix. sed aliæ opi. mihi magis placent per rationes Ias. ibi, & in d. consi. xxvj. nu. ij. versi. Illud etiam puto esse, volum. j. licet Ias. in d. consilio lxxxj. velit cõtrarium in donatione causa mortis. Sed an testamẽtum cæci sit nullũ ob præposterationem legatorũ ante institutionem hæredis factam, & videtur quod sic: tenet Richar. Malum. Cin. Bart. & Fulg. in dic. l. hac consultissima. & Ange. Are. in d. §. cæcus. & in §. ante hæredis institutionem. instit. de lega. & Cæpol. cautel. cxxviij. incip. In testamentis. Contrarium tamen & melius ita Bald. Castr. Roma. Alexand. & Ias. in d. l. hac consultissima. & idem Ias. in
21 d. consil. xxvj. num. j. & ij. volu. j. ‡ Sed an transigere possit super contentis in testamento, est dubium, quia tex. in l. de his. ff. de trãsact. dicit inspectis cognitisq; verbis testamẽti: sed cęcus nõ potest legere, & verba testamenti inspicere. Contrariũ tamen tenet Ang. consil. cxcviii. versi. Dicet quis secundum prædicta, & respondet sufficere cæcum intelligere vim verborum vltimæ voluntatis per alium habentem iuris peritiam. leg. in bonorum. ff. de bona
22 possess. Et hæc de primo ‡ Sed quæro an econtra testamentum filii imperfectum respectu numeri testium inter partem, & alios ascendentes factum in casu, in quo potest testari, valeat. dic quod non, vt voluit Specul. in titul. de instrum. edit. §. compendiosè. versicu. Quid si filius in minus solenni testamento, quem sequuntur Bald. in l. fi. versi. Præterea liberi. & ibi Sal. versicul. Quæro tertio. C. famil. erciscund. & Ale. in d. §. ex imperfecto ver. Quæro vtrum econtra. & Ias. ibi, in iiij. fallent. & in l. filium quem habentem. versi. Confirmo. C. fami. erciscũn. & Hippolyt. de Marsi. sing. cccccl xxix. correlatiuorum eadem est censura. & Bertran. de Carpen. consi. cxvj nu. ij. vo. j. nouorum. Sed contrariã opi. dicit Curt. iunior in d. §. ex imperfecto. nu. iiij. posse teneri & defẽdi duabus rationib. Primò, quia pater & filius correlatiuè se habent, quo casu succedit regula, quod dispositum in vno ex correlatiuis intelligitur dispositum in alio, l. fin. C. de indict. viduit. tollen. etiam in materia correctionis. Secundò, quia materia §. ex imperfecto, non est correctoria, sed potius limitatoria: patet, quia in totum nõ corrigit regulam traditam in prin. illius l. sed solùm limitat procedere in patre testãte inter liberos iuxta Doct. Bar. in d. l. si cõstante. q. ix j partis prin. vt suprà dictum est. in prin. ergo succedit communis conclusio. quòd in materia limitatoria ex identitate rationis licita est extensio, iuxta doctrinam Bar. loco prælleg. vt per ipsum Curtium, & hæc opinio non caret ratione tamen præcedens est communis, quæ non habet nisi illum repugnantem.

SVMMÆ.

1 *Testamentum inter liberos imperfectum annullatur, si extraneus sit admixtus etiam in substitutione, & tutoris datione. & numero 4.*

2 *Codicillo facto à patre substitutio pupillaris quando valeat iure directo.*

3 *Nepos ex filia an censeatur extranea persona respectu testantis inter liberos.*

5 *Testamentum inter liberos imperfectum, quando valeat, etiam substituto extraneo.*

6 *Christus de generatione Dauid ex matre.*

7 *Mater in generatione præbet materiam, & pater formam.*

8 *Semen mulieris an requiratur in generatione.*

9 *Fils. statuto exclusa, an censeatur extranea ad inualidandum testamentum patris inter liberos factum.*

Quæstio CCXLI.

Quo ad secundam quæstionem, an testamentũ, in quo nepos ex filia viuente, aut mortua fuit hæres institutus, vel substitutus etiam nasciturus, sit nullum respectu illius, ita quòd censeatur persona extranea, vt in ea habeat locum §. ex imperfecto crebro allegatus & dic. l. finalis, c. famil. erciscun. & quid de matre.

DECISIO CCXLI.

ET † pro ista quæstio. posul- 1
mus regulam in præceden. q. quod testamẽtum sit nullum respectu personę merè extraneæ cũ liberis admixtæ, per tex. in d. §. ex imperfecto. & d. l. fin. famil. erciscun. qui habet locum non solùm, quando extranea persona est admixta in institutione, sed etiam in substitutione, vt ibi dicitur vel etiã in tutoris datione, vt voluit Barto. in l. ij. versiculo. Sextò dixi cp requiritur. ibi, sed quæro quid si testamentũ. ff. de vulg. & pup. secus si talis persona admixta nõ sit extranea, vt quia pater (vt inquit Bar.) in testamento suo minus solenni substituit pupillo, vel ei dedit tutorem vnum ex liberis etiam in secundo loco existen. quia tunc valet testamentũ &

Docto.in l.bonæ fidei.C.de iureiur.& l.admonendi.ff.eod. Et idem Sign.de Hom.d. quem refert & ſequitur Alb.in l.prima.§.ſi quis ſimpliciter: verſi. & facit in argumentum.ff.de verb.obliga.Quontã confiteri debitum, & ſolutionem inde ſequutam, ſunt coniuncta & connexa,quæ ex continentia factorum ſeparationem non recipiunt. Et vnum eſt principale, & aliud ſecundarium. Et ſi à primo incipiatur,illud eſt factum ſeparatum. Si verò à ſecũdo,tunc illud per ſe non ſtat. Nam ſolutio præſupponit debitum.leg.decem.de verbo.obliga. Ita tenet Barto.in dicto §.idem quæſiit.& Signo. & Rapha.in prælegato cõſilio & in dicto §. ſi quis ſimpliciter.& Bald.in l.ampliorem.verſiculo ſed quæro quæ dicantur capitula.& ibi idem Sali. quæſtio. vltima. cum aliis per Alexand.ibi in addit. ad Bald. alleg.C.de appel.& Bal.in l.ij.verſiculo ſed hic dubitatur.C.de re iud.& Abb. Sicu. in dicto capitulo bonæ memoriæ. de poſtu. præla. & Lapus allega. cuj.verſic.nij.iterum non fuit conteſſus.verſicul. iſte ergo qui dicit.Secus ſi ſecundum capitulum poſſit ſtare per ſe, vt ſi reus iuraret mutuum ſibi per actorem factum,ac etiam ipſum actorẽ ex alia cauſa, quam ex illo mutuo dependente eſſe debitorẽ: quia ſunt,vt dictum eſt,ſeparata ac omnino diſtincta,tunc reus non admitteretur ad illa compenſandum,cum vnum ſit liquidum, & aliud non niſi intra tempus iuris liquidari poſſet: ſecundum Bar. in leg. offertur.§.qui compenſationem.ff.de iur.fiſ.& per Ioan.Fab.Ange.Arc.Iaſ.& Ludo.Gome. in §. bonæ fidei inſtit.de actio. Tamen de conſuetud.ac ſtylo curiarum Franciæ compenſatio locum non habet, & vnuſquiſque pro ſua ſumma agit,vt dixi in §.viij.de iuriſd.omnium iudi.libro conſuetu.Biturig Sicut in actione iniuriarum compenſatio allegari non poteſt,vt voluit Spec.in titul. de accuſa. §.j.verſic.quid ſi te vocaui latronem.& Luc.de Penna.in l.errat.verſi.iiij.quæritur.C. de Caſtren. pec. lib.xi.& dixi in conſil.iiij.inci. Si quis animo iniuriandi.verſi.alias duæ declarationes.quod poſui in fi.conſuetu.Biturig. Et pro hac decitio.facit quod dicit Bald.in l.peremptoria.C.de ſenten.reſcin. nõ poſ. quod ſi teſtes fuerunt producti ſuper mutuo, ſeu ſuper articulo mutui,deponentes illud eſſe verum, adiicientes ſe poſtea interfuiſſe ſolutioni de eo mutuo factæ,aut quando factum fuit pactum de non petendo,videtur probata defenſio rei,licet ſuper illa non fuerunt producti nec iurati: quia actor videtur illos producere ſuper præſenti obligatione.Allegat Inno.ita tenere in c.paſtoralis.de except. & ſequitur Hippo.de Marſi.in l.j. §. diuus Adr. nu. iiij.& v.vſque ad finem.ff.de quæſtioni, connexa enim ſicut principale iuramentum ſecundùm ipſos comprehendit. de quo latius per Hipp.ibi & idem Signo.de Homed.conſil.lxxviij.vèr.præterea d.cõfeſſio,quia,vt inquit Bald.in l.etiam iure ciui.verſi. ſed reduco. C. de teſti. fides teſtimonij diuidi non poteſt,quando partim deponit pro vno, & partim pro alio. & ſequitur de Puteo in ſyndi. in verb. teſtis.ver.Tamen an iſti familiares.vnde Iaſ.in d.§.item ſi quis poſtulante.numer.xxj.dicit opi.Bart.in d.§.idem quæſiit.eſſe communem, niſi quando ius præſumit contra confitentem,veluti in homicidio facto ad defenſionem,& confeſſato. Tamen in iſto dicto Bart.communiter tenetur contrarium, vt ibi per Iaſ.& in addi.& Soci.in l.j.verſi. & prædicta etiam.ff.de vulg.& pu.& Iaſ. in l. vt vim.ff.de iuſtitia& iu.& Tho.Gram.voto ij.nu.ij.&iij.cũ aliis per nos allegat.ſuprà q.cxxj.incip.& per rationes & iura.aliàs ſi teo iuranti ſuper tota rei veritate non crederetur,ipſe profectò non eſſet,prout eſt, iudex in ſua propria cauſa.l.j. ff.quarum rerum actio non datur.Nam iuramentum etiam vim habet iudicati. l.qui iuraſſe.§.fin.de iureiuran.& leg ij.eod.titu.Et præſtito iuramento nihil vltra quæreudum eſt.l.nõ erit.§.diuus.verſ.dato.de iureiur.volens ibi gloſſ.iuramento nihil præter debiti quæſtionem excludit.

† Quemadmodum enim ſententia lata ſuper vno 6
cap.vel pluribus connexis poteſt pro parte valere, & pro parte nõ,vtvoluitBal.in l.in hoc iudicio.per illum textum.& ibi idem Floren.ff. familiæ ercilcũdæ.& per textum,in l. Carmelia pia.ff.de iure patrona.Et idem Bald.in l.ij.in fine.verſi.quid econtra.C.de re iudi. & plenè Felin. in capi. cùm inter. ver.ſed ſententia.in j.fallentia.de re iud.Sic eſt in iuramento,quod eſt indiuiduum & qualificatum, vt dictum eſt. Tum iuramentum eſt quaſi probatio, quæ ab onere releuat probandi.l.iij.§.fina cum legibus ſequent.ff. de iureiuran. & ibi per illum text. tenent Salic.Ioann.Alex.Franc.de Aret. Socin.Iaſ. & amplè Hippol.in repe.rubric.C.de probat.fol. xvj.verſic.capio modo aliam ſpeciem probationis. & Geral.de petra ſancta in ſuo ſingul.lxxxvj. & Sicu.in ca.forus.de verbo.ſignifica.ad hoc etiã text. in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.fina.ff.de iureiurand Quoniam iurans ſuper principali dicere veritatem, tenetur etiam iurare ſuper acceſſoriis & connexis,vt voluit Innoc.in c.cùm ſuper in gl.j. ad fi.de conce. quem ibi ſequitur Sicul.verſi.venio ad tertiam lecturam.& Floria.in l.item ſic.§.qui habet. numero j.ff.de ſeruitut.vrbano.prædio.& opin.Ioan.Fab.& aliorum ſuprà allega.ſequitur Lud.Gomeſ. in d. §. item ſi poſtulante.nu.xv.cum ſeq. contra Ang. ibi, & Iaſ.ſequitur opin.Bart.vt dictum eſt, vtrũ quod ipſe recitat opi.Ang.quem non impugnat. & reſpondet Gomeſius ad l.publia.§.fi.& l.per Ang. alleg.quæ in diuerſo loquitur caſu,vt ibi per eum breuitatis cauſa.Et de illa opinione Ang.tanquã ſingulari faciam infrà mentionem:& in hanc ſententiam inclinat Alexan.conſi. xiij. quod reperitur in conſil.xcvj.lib.j.& in conſi.xix.lib.iiij.volens valere reſponſionem ſic factã:non credo vt ponitur:ſic præciſè ſuper mutuo non tenetur reſpondere tantùm. Et idem Pet. de Ferra.in ſua praxi,titu. forma excipi. contra poſitio. in verbo,primo quod publica vxor.quæſti.v.Et ſic pluries vidi ſeruatum fuiſſe in curia Metropolitana primatiali Bituricen. in qua habui officium poſitionarij ad reſponderi faciendũ omnes reſpondere poſitionibus debentes,tempore quo eramus dominus Gulielmus Tournoyer Tholoſanus præſes,& ego in eadem aduocati.Et iſtam etiam partem tenuit Corneus conſilio cxiiij. volum.iij.& Ange.conſi.ccxlv.ver.Cum ego dictã confeſſionem.& Steph.Bertran.conſi.lxxxvj.num. iiij.volum.j.& Iaſ.in l.iuſi iurandum & ad pecunias. §.ait Prætor. verſicul.vltimo not. ff. de iureiurand.

¶ † Quid dicendum? Et videtur diſtinguendum: 7
quia aut reus allegat conditionem, aut terminum, aut aliud pactum ſibi tempore mutui,aut rei traditæ factum,vt erat in caſu noſtro,quod reus promiſerat reſtituere bladum in menſibus,aut pro quolibet bucello decem Solidos Turonen. vt ſuprà dictum eſt.Et tunc tale iuramentum ſecundùm gloſ. in d.l.ſi quidem, quam omnes ibi & in locis ſuprà alleg.ſequuntur,eſt omnino & in totum acceptandum ac ſeruandum,cum ſit ſuper eadem re, & eodem tempore præſtitum. Tamen fuit contra hanc communem & veram per curiam iudicatum,& di-

Digitized

ctum,quod reus probare teneretur, iuramento nõ obſtante, æſtimationem & appretiationem bladi per eum allegat. prout aliàs fuit in his partibus iudicatum,vt refert Iacob.de Rauen.Pet.de Bellapertica,& Cin in dicta l.vna. q. xiij.& de confeſ. & male ſecundùm ipſos,vt dictum eſt ſuprà in prima parte:† quia confeſſio idem eſt, quod ſimul facio.& deriuatur à fare, faris, & dictio con,ſecum iuncta denotat ſimultatem loquutionis,l.j.§. j. ff. de pact. & l.conſenſu.ff.de actio.& oblig.ita Alexand.conſ. ccxij.num.xxxij.lib.* & Iac.Rebuf.in l.rura. in fin. C.de omni agro deſerto.lib.x. Et iſtam communẽ ſententiam tenuit Barba.conſi.xxxiiij.verſi. Ex eo quia confeſſio. volumine * quam etiam dominus præſes de Caluimonte poſt ſequutus fuit opi gl. tã quam communem.Et idem dicendum,ſi iurauerit promiſiſſe decem ſi actor daret ſibi librum, vel ſi repeteret ſuas lectiones, aut legeret ſibi aliquem librum.Et in iſtis caſibus & ſimilibus pactis ſimul & ſemel factis nullum faciunt doctores ſequendo gl. dubium.& idem ſequitur Alex.conſi.lxxxvij. volu. j.Quoniam actor in totum,& non pro parte ſua faciens acceptare tenetur.& idem Abb.in ca.ad hæc. quem ibi ſequitur Deci.nu.xiiij.de poſtul.prælatorum. † Si verò reus iurauerit mutuum ſibi factum: ſed quia poſtea actor fecit ſibi pactum de non petendo,quod aut ſoluit eidem totum vel partem debiti,vel ad inuicem cõputum fecerunt finalem, ex quo remanſit erga actorem quittus. Et in hoc docto.ſunt in duabus principalibus opi.Prima ſecundum gloſſ.in d. l. ſi quidem. quòd poteſt diuidi,& ſtabitur iuramento & confeſſioni contra eum, & pro eo factæ: & ex eadem confeſſione condemnabitur:niſi ipſe reus probet pactum aut ſolutionem vel computum fuiſſe factum. Et licet iſtam opinionem primam Doct. ibi ſupra in locis allegatis ſequantur,tamen dant,& ipſamet glo. plura remedia ad ipſum reum iurari debentem iurandum, & eſſe prudentem in iurando, & prouidum, vt infra dicam.Alia & ſecunda opi.eſt,quod pactum de nõ petendo vel ſolutio aut quittantia & remiſſio allegata,ſunt de principali ſeu deciuſdemdependen.& connexis:quia vnum venit ad determinationem vltimi. quod quidem à prima traditione ſeu à cauſa primæ traditionis procedit.Ideo connexa dicũtur, & conſequenter iuramentum ſuper eidem præſtitum in omnibus eſt ſeruandum, vt voluerunt Signo.de Homed.Raph.Bar.Bald.Albe. & cæteri ſuprà in ij.parte alleg quia nulla eſt præſumptio contra confitentem,ſed pro eo, cum vtrumque confeſſus fuerit.& ſic veritatem.Et hæc pars in grandi iacet æquitate,quoniam plerunque mutuum ſit,& eius reſtitutio in ſecreto, ne quis paupertatem ſuæ rei familiaris detegat.l.ij.C.quando & quibus quarta pars debeatur.libr.x.& iſta ſecunda opin.videtur reincidere cum prima,quando ſuper eadem re & tempore,licet hic diuerſo tempore ſit pactum allegatum & ſolutio facta, poſtquam ſunt connexa & non diuerſa,vt infrà dicam. Vnde contra primam opin.Pet.Ancha.in c.cupientes.in princ.de elect.li. v.per gloſſ.ibi in verbo, malignantium. dat vnum remedium, arguendo primò reum, quia habet ius in principali,poſſe cauillationes,& malitias ſui aduerſarij per alias ſimiles,repellere,vt tenet ibi glo. per tex.in c.dominus.xxij.q.ij.& ibi glo.& per alias rationes vt ibi,de quibus per Ancha.& latius in regula,poſſeſſor malæ fidei.verſi.iuxta prędicta quæro.de quæſt.de regulis iuris lib.vj.quia non videtur committere dolum,qui dolum excludit.l. cùm pater.§. Titio ff.de leg.ij.cum aliis per Iaſo.alleg. in l. cùm proponas.in ij.C.de pact.& Hipp. ſing. clxxvij.& Gem.de Pet.ſan.ſing.xxvj. & Sylua nuptialis. & ſic videtur reum poſſe ſecurè iurare nihil ab ipſo actore habuiſſe. † Sed contra hoc remedium Anchara.argumentatur, quod reus ſic negãdo mutuũ ſibi factum mentitur,quod facere non debet,c. primum.& c.ſeq.xxij.q.ij.quoniam potius debet omnia mala pati,quàm malo conſentire,c.factis.quod metus cauſa. Tum quia ſacramentum præſtatur Deo,cui non eſt mentiendum:& tamen ſi confitetur debitum & ſolutionẽ inde per eum factam iam ſibi præiudicat,& condemnabitur iniuſtè,niſi probet:quod facere non poteſt, cum in ſecreto actum ſit,& ſi reus referat iuramentum actori ipſe peierabit,& ſic referendo peccat,c. ille qui hominem. cũ ſeq.xxij.q.v.Quare ſuper hoc concludendo dicit ſe habuiſſe verbum cum vno fratre magnæ ſcientiæ, & conſcientię,quia,vt inquit Ang.conſcientiæ puritas viget in fratribus mendicantibus conſi. cccxliij. verſi.moueor autem,qui religioſus tenebat hãc vltimam partem, quæ eſt tutior quo ad Deum. Si tamen veritatem dicẽdo enormiter lęderetur,quia quantitas quæ eſt iam reſtituta, & dolo repetitur, eſſet multum magna: & tunc credit Anchara. in dicta regula poſſeſſor.reum poſſe iurare nihil ſibi fuiſſet mutuatum, etiam quo ad Deum, qui ſcrutatur corda hominum,& non ea quæ foris ſunt.c.vigilati.de vſuris.& l.ij.de inter. act. à quo facilè veniam obtinebit.c.qui peierare paratus.ibi,quia Deus nõ ex operibus iudicat,ſed ex cogitationibus & ex corde.& xxij.q.v.& per totum illum cano,quia mitius agitur cum Deo,quàm cum hominis miniſtro.leg. Celſus.ff.de arb.& idem Din. in regula, exceptionem.cum aliis ibi per nos in addi.allega.Et ſic poteſt iurare abſque timore periurij:de quo accuſari non poterit,vt in q.cccv.inchoãte, periurus an poſſit per iudicem ſecularem.Et ſequitur Ang. Barto. amplè conſi.xij.volum.ij.& Felin.in c.ex tenore.in j.no.de teſtib.vbi ambo.alleg. Anchar. in dicta regula poſſeſſor malę fidei.& Sicu.in c.olim.de reſtiſpo.& idem But.& Imo.in c.primo, de mutuis peti.Bald.in rubrica.C.de fide inſtrum.verſic.inciden ter etiam quæro.cum aliis ibi per Alex.alleg. quos ſequitur Deci.in leg.ea eſt natura.nume.iij.de reg. iur.& Iaſon in d.§.malæ fidei.de accuſa. & Alexan. in l.qui ratam.ff.ad Trebellia.& Iaſ.in l.ſi. §. ſed & ſi ſtipulator.ff.de eo per quem factum eſt.& Anto. de Tremolis in addi. ad Vbert. de bono Curtio in tract.de exce.titul.de recuſa.in verbo, per calumniam.& iſtud remedium eſt ſingulare iuncto ſecundo remedio gl.infrà declarabo. † Vnde alia remedia & conſilia quæ glo.ponit in d.l.ſi quidem.referam:quare gl.ibi in princip.dat primo vnum conſilium,videlicet quod in reſponſione adiiciat confitendo mutuum & ſolutionem, aut pactum factum vel remiſſionem: hoc modo & non aliter nec alio modo confiteor.prout quotidie practicatur, ſecundum Bald.& Ange.ibi quamuis Ange. dicat talem confeſſionem nihil plus importare, quam ſi non eſſet facta cum prędicta clauſula,dum gloſſ.ibi dicit, vel non adiiciens:tamen contrarium eſt ſecundum Bald.ibi verius,quod talis reſponſio clauſulam prædictam continens importat reum ex illa condemnari non poſſe.Et in hoc dicit Bald.illam gloſſ.ſingularem,& non eſſe alibi,& ipſum ſequitur Iaſ. in d.§.item ſi quis poſtulante.nu.lxviij.de actio. qui etiam allegat Bal.idem tenentem in c.j.§. denique. verſi. ſed pone pater. quæ fuit prima cauſa beneficij amit-

Digitized by Google

cij amittendi.in vſi.feud.Et idem Iaſ.in l.ij.q.xxiiij. cum ſeq.C.de iure emphy.& in conſil.clxij.exor.in cauſa contradictionis.num.v.volu. ſecundo dicens electionem eſſe conditionalem factam per verba prædicta,nec alio modo. Et idem Iaſ.conſi. lxxxvj. num.xvj.inchoante,in cauſa reuerendi domini gentilis,volu. iij.vbi ponit de renuntiatione beneficij cum clauſula prædicta, & non aliter,nec alio modo:de quo dixi in tractatu de poteſtate & offi.lega. in Francif.& idem tenet Alexand.conſilio iij.volumine primo,&conſ.cxj.in fin.volum.vj.& Sicul.in cap.fina verſicul.vltimo hic quæro.de feud.& Curtius conſilio viij.vbi alleg.Bald.in capi.Cuma.verſicu.prædicta faciunt ad quæſtionem.de electio.& in j.§.hoc quoque.verſi.ſed pone quod vendidi ſub iſta conditione.de ſucceſ.feud.Et Cæpol.caut.xl.incipiente:conſilium vel caute.verſic. quid ſi adiiciat iſta verba.& Decius conſi.xlj.verſicu.& illa clauſula & conſilio ccxxxj.num.iiij.& Bal.in authent. ingreſſi.verſi.idem ſi proteſtor quod volo profiteri ſub tali pacto,& non aliter,nec alio modo.C.de ſanctiſſ. eccle.quia illa clauſula,& non aliter, importat quandam formam,vt ipſe voluit in l. de his. de tranſactionib.per illum text.dum dicit quod nõ aliter poteſt tranſigi,niſi &c.quem ibi ſequitur Iaſon.verſiculo nota regulam quam tradit Barto.vbi etiam allegat Bald.idem tenentem in l.fin. per illũ text.ibi non aliter niſi Imperiali.C.de vendendis rebus ciuitatum.libr. xj. ad quod allegat etiam Iaſon textum in l.comparationes.ibi,ideo ſancimus non aliter licere:etenim aliter fieri nullo modo concedimus & etiam ibi, omnes autem comparationes nõ aliter fieri concedimus,&c.C.de fide inſtrumẽtorum. Et idem Carolus Ruinus in repetitione §. & quid ſi tantum.l.Gallus.verſi.item contra prædictam limitationem.ff.de liberis & poſthumis & idem ſi diceret,& non aliàs quouiſmodo, vt voluit Curt.conſi.xl.inchoante.cùm in præſentiarum.verſicul.ſed in vltima voluntate.vbi alleg.glo.in cle.j. in verbo, vel alio quouiſmodo. de elec.& in cle. ij. in verbo,quouis.de re. eccleſiæ non alienand. & idem Dominicus de ſancto Geminia. conſil. xxix. verſicul. item addit. & conſil. cxv. & Chaſſanæus conſilio lxxij.& Cæpol.conſi.xiiij.verſicul. nec obſtat vel etiam quocunque modo: vt voluit Socinus conſilio cclxxvj.aliàs cxvj.verſicul.ſed ſi appareret. volum.ſecundo per not.in c.quorundam. de elect. lib.ſexto.in capitu.fina.eo.ti.& lib. Quod facit ad quæſtio.quid comprehendat clauſula, reſeruans ſibi omne ius quod ſibi aliàs & alio modo competebat & competit: quia comprehendit alia iura & actiones quam contenta & expreſſa in inſtrumento,vt voluit Signorol.de Homed.conſi.lxxv. verſi. venio ad decennium principale.&Barba.conſi.xxj. num.xvj.volumine ij.non tamen, vt inquit, comprehendit inſolita & inaudita,& quid ſi reus reſponderit,non autem animo litem conteſtandi,vide Cuma.conſil.lxxj.& pro hoc facit quod not. Innocen. in d.c.Cuma.de electio.verſ.ſed ecce aliquis fatuus aduocatus dicit quod nõ intẽdit conſentire in iuriſdictionẽ iudicis tãquã delegatã vel ſubdelegatã,vel ordinariã.& ſaluis ſuis proteſtationibus,à quib.propter aliqua quæ dicit vel dicet recedere non intendit, niſi ſi, & in quantum de iure neceſſe fuerit, quod pars tunc debeat reputari contumax. Et ipſũ ſequitur ibi Sicul. cum limitatione Butr.verſic.prædicta faciunt.& idem Sali.in authentic. hac perpetua.verſicul.ex quo collige.C.vbi quis de cohorta. vel curi.conueniatur. Nam eius iuriſdictionem nõ declinat pertinaciter,licet ſubmittat ſe conditionaliter conditione intrinſeca & non extrinſeca vel extranea.Et ita, vt inquit Sal. practicant aduocati, quod venit notandum.& idem Ang.conſi. ccxvij. verſi.vnde ſicut Imperator.& ibi idem dicit in reſponſione per iudicem à quo,ipſi appellanti facta, ſcilicet,quod non admittit, niſi ſi & inquantum erat admittẽda.de quo per Bartolum,Imol.& doct. in l.ſi quando.ff.de leg.j.& Corne.conſi. lxxx. vol. j.cum aliis per eum alleg. † Quare ſecundùm glo. aliud dat conſilium, & iſtud eſt magis in practica, quod reus iuret actorem nullum feciſſe ſibi mutuum, & ſi quod reperietur, quod ipſe ſoluit & ſatisfecit actori.& idem dicit glo.in l. exceptionem. C.de proba.& Spe.vbi ſuprà verſicu. Sed pone lite conteſtata.& Din.in d.regu.exceptionem.& ibi dixi in iij.addit.& iſto conſilio(vt aiunt Bal.& Ange. in d.l.ſi quidem.)vtuntur aduocati eorum,qui primo negant: deinde ſub conditione exceptionem opponunt. Et hoc verum niſi ſtatutum, ſtylus aut conſuetudo vellet reum teneri reſpondere poſitioni, vel iurare ſimpliciter affirmando vel negando, aliàs habeatur pro confeſſo.Et ſi tunc reus iurauerit pecuniam non habuiſſe:& ſi appareret eum habuiſſe,dicit ſibi ſoluiſſe:vel illam in negotiis actoris expoſuiſſe: tunc talis reus ſic reſpondens habetur pro confeſſo, vt voluit Bartol. in leg. j. §. ſi quis ſimpliciter.in fin ff. de verborum oblig. quoniam ſimpliciter non reſpondit, quia ſimpliciter intelligitur purè & ſine duplicitate, vt ibi & leg. coiri.ff.proſocio.& leg.j.ff.de vulg.& pup. & idem ibi Bartol. Caſtr. Bald.Imo. Alexand. in principio. & Socinus in quinto notabili.& Bald. conſilio ccxxxix.incip.quidam nomine I. volumin. iij. & in l.j.C.de ædil.act.& idem Imo.Angel.Roman. Alexan.& Arc.in d.§.ſi quis ſimpliciter.ſingula. Iaſon. verſic.extra gloſſam.qui hoc quadruplici corroborat fundamento,& iſta eſt communis opinio ſecundum ipſos.Et idem Pet.de Ferra.in ſua praxi,titulo forma excipiendi contra poſitio.verſi.primo,quod publica vox.q.iiij.Bald.& Salice.in l. inteſtato.C. de ſuis & legi & Iaſ.in d. l. j. in quarto no. de vulg. & pup & pro hoc allegant doct.tex.in cap. is qui contra electionis formam.de elect.libr. vj. & ibi idem tenet Philipp.Franc.in ij not.& pariter in capit.j.de ſcruti.& Alexand.conſi.xxj.vol.ij.quamuis Caſtr. & Cuma. in d. §. ſi quis ſimpliciter. teneant cõtrarium,quòd illa adiectio eſt ſuperflua & ſuperabundans,quæ nocere non habet.ar. l. qui mutuã. ff.mandat. Et ita in contingentia facti dicit Caſtr.ſe conſuluiſſe. & iſtam Pauli opin.corroborat multũ Barba.verſ.tertio ſupereſt.& Alciatus ibi verſi.extra gloſſam. Tamen Signorol.de Homed.quem ſequitur Alber.vult etiam in hoc caſu totam reſponſionem admittendam.& Bal.in dicta leg. iuſiurandum.§.non ſemper.de quo per Feli. in c. nam concupiſcentiam.de conſtitu.& Deciſi.in regula. non poteſt videri improbus,qui ignorat quantum ſoluere debeat. & ibi Hierony. Caucalon. in addi. ff. de regu.iu.Et opin.Barto.communem limitat de Matthæ.in ſuo ſingular.xxxvij. & ſimiliter Socin. in d.l. j.verſi.hanc tamen.de vulg. & pup. vbi limitat tribus modis. & prima & tertia limitationes multum faciunt ad deciſ.q.noſtræ,ſecundùm ſecundam partem.† Prima quidem eſt quam ponit Bald.in l.Gallus.§.j.verſic.nota etiam relata gloſſ.ad text.ff. de liber.& poſthu.niſi reus reſpondeat ſub conditione quæ tacitè ineſt ex natura rei,per tex.in l. qui liberis. eod. titul. quem ibi ſequuntur Ange.& Imol.

12

13

& Hippol in repe.rubr.de proba.fo.v.ver.pro quibus facit & Bald.in d.l.j.C.de ædil.act.vbi ponit exemplum,quod si ponatur,quòd actor vendidit,& reus medio iuramento respondit, quod vendidit, sed pro decem:quia pretium est de substantia actus & idem Alex.in d.l.j.versic.secundo limita.& Franc.de Are.versic.& infert Bart. & idem Ias.& pariter Barbat.in dict.l. j. §.si quis simpliciter.verticul. tertio vbi exceptio. Igitur solutio aut deliberatio debiti dicetur simplex,& non duplex responsio, & per consequens in totum acceptanda,d.l.Gallus. §. j.& tenet Lance. Galiaula, in dicta leg: j. §. si quis simpliciter.versicul.limita modò.remittendo se ad per eum dicta in d.l.j.&in d.l.Gallus.§.j. de vulga. & pupil. Secus tamen est vbi statutum requireret responsionem puram & claram,quia tunc reus adducere non posset aliquam conditionem,quæ tacitè etiam ineset ex coniecturis,vt voluit Bald. in c. quia propter.versi.vnde ex hoc not.de elect.& Marius Salom.in d.l.Gallus.§.j.nu. xxviij. & per Alex. consi.xij.versi.secundo corroboratur,cumpluribus seq.volum.ij.vbi vide,quando dicitur purè, mere, liberè & simpliciter. Vnde limitatio prædicta est multum attendenda, & per iudices consideranda, quando est talis responsio facta per simplicem personam & idiotam vel rusticam, qui confessus est mutuum & solutionem factam,aut pactum aut accordium,quod iudex ex hoc potest hanc duplicem responsionem admittere,vbi statutū aut stylus simplicem requirit responsionem.Et tenuit Bal.in d.l. j.C.de ædil.act.& Barb.in dict.§.si quis simpliciter. verū vel posset concordari hoc modo.Ergo multo magis,vbi non est statutū talē simplicem requirens responsionem,stari debet tali responsioni, mutuū factum & solutionem inde sequutam.Ideo Ang.Areti.in dicto §.item si quis postulante, dicit iudicē hoc arbitrari debere ex qualitate personarum rei iurantis,& actoris deferentis,per tex.in d. l. Publia §.fin.in fi.ibi,iudicem æstimaturum facit text.in l. iusiurandū & ad pecunias.§.si de qualitate iuramēti fuerit inter partes dubitatum, conceptio eius in arbitrio iudicātis est.ff.de iureiur.& ista opinio est per iudices seruāda.Vnde Ancha.vbi suprà.& c. cupientes quē ibi sequuntur Imo.& Dom.dat alia remedia & cōsilia scilicet cp reus nō teneatur respondere positioni,aut iurare præcisè,an actor mutuauerit vel receperit pecuniam,sed sufficit iurare se non teneri nec obligatum esse prout dictum est: vel secundū Imo.sufficit iurare,quòd debet, vel quòd nihil debet. & in hoc æquitas iudicis statuere debet ac suadere,vt calumniis & malitiis obuietur hominū.l.in fundo.ff.de rei vendicatio.Et idē Bal.in d.l. j.in princip.de ædili.actio.per text.in d. l. iusiurandum.& istud fuerat prius dictū Specu.in dicto titu. depositi.§.decimo,versi.quid si debes mihi.volens sufficere simpliciter confiteri,debeo,velnō debeo. Aut aliter, vt inquit Imola iurare sub conditione, cp si fortè mutuasti mihi,tibi restitui:quia sic iurando purè non fatetur intentionem actoris, vt possit ex illa se fundare,sicut de opponente exceptionem, vt dicta regula,exceptionem. de regul. iur. libr. vj. Quinimo si iudex secundum eum vellet arctare reū ad purè super mutuo respondendum,posset respondere,iuro,quod non mutuasti mihi aliquid,per quod sim tibi obligatus: & tunc verum dicit ad cauillationem aduersarij euitandam. Et sic fuit in curia iudicatum in fauorem domini Isarny rei contra magistrum Martialem Belcier actorem: & latum arestum die xiij. Februarij. Anno Domini 1531. † Sed quid si creditor probat mutuum frumenti,sed non quantitatem,an sit eidem deferendum iuramentum? Et Cæpol.tenet quod sic, in cautel.cclxxij.inchoan.aliquis mutuauit vni frumentū allegans Raya.do.Forl.in l.j. ff. de in litem iurand. ita tenere,quem etiam refert Philip.Decius consil. clj.volentes ambo,& etiam Bar.in l.admonendi.de iureiuran.requiri alias cōiecturas & indicia,ad hoc vt possit deferri iuramentum.Et idem Hippoly.de Marsil. singul.ccccclxxxix. nuper interrogatus fui. 14

SVMMÆ.

1 *Pactum de dote aut eius parte lucranda, valet.*

2 *Mulier constante matrimonio licet donare non possit viro, potest tamen ei remittere partem conquæstuum ei debitam.*

3 *Maritus qui promisit exequi testamentum vxoris non tenetur in eo quod vltra debitum ipsa reliquit.*

4 *Testandi licentia vxori data an præiudicet viro. & numero 6. 7. & 10.*

5 *Testandi licentiam vxori datam non potest maritus revocare.*

8 *Dotem integram si promisit maritus restituere, an partem ex statuto sibi delatam retinere possit.*

9 *Dotem lucrans maritus, an pro rata teneatur ad funus.*

11 *Maritus lucrans partem dotis, an teneatur ad legata vxoris soluenda.*

12 *Maritus male tractans vxorem, an perdat lucra dotis.*

Quæstio CCXLIIII.

Conuentum & accordatum fuit in contractu matrimonii, quod maritus in casum soluti matrimonii morte vxoris teneretur restituere hæredibus suæ vxoris ex dote recepta ducentarum librarum summam xxv. librarum tantùm,exequendo tamen & adimplendo testamentum vxoris,quod ita post pluries de consensu fratrum & sororum mulieris, ac aliorum proximiorum hæredum ab intestato venientium,accordatum & ratificatum fuit: modo testata fuit vxor vsque ad dictam summam ducentarum librarum.Quæritur primò, an potuerit non obstante tali pacto, vel an pactum valeat, ita quod nihil aliud de dote ac acquisitis & conquestibus teneatur restituere. Secundò an teneatur exequi testamentum vxoris,attento quod ita conuentum fuit in ipso contractu matrimonii,etiam si excedat prædictam summam xxv.lr ratum.

DECISIO CCXLIIII.

QVOT ad primum dubium videtur dicendum de iure & consuetu. tale pactum de non reddendo & restituendo aliud etiam ex dote esse validum, cùm etiam inter virum& vxorem possit fieri pactum in contractu matrimonj de tota dote lucranda, si vxor præmoriatur,nullis superstitibus liberis,vt tenent doct. insuper Imol.& Alexand.in l.si socer.§.Lucius.ff.soluto matrimo.& gloss.& Bar.in l.j.ff.de dote præleg. & plenè dixi in §.primo.vers.sed quæro. de cōsuet. matri.li.consuetu.Biturig. idē etiā si ex statuto aut consuetud.maritus lucretur dotem aut partem dotis,vt dicam in secunda quæstione,cùm apertè procedat l.nō impossibile.ff.de pact. Et per hanc conuentionem & pactum fuerunt, & sunt excluſi non 1

solum

ſolum mulier, ſed etiam extranei hæredes mulieris ab omnibus conquæſtibus & bonis durante & conſtante matrimonio acquiſitis, ac dote data: & ideo bene egit maritus qui talem fecit conuentionem, quia nihil vltra ſummam reddi conuentam tenetur reſtituere, vt tenet Fab. in rub. inſtit. de nuptiis. dicens maritum debere eſſe cautum in contrahendo matrimonium, vt ſciat quantum habeat vxor, per optimam rationem per eum adductam. & hęc opinio probatur per text. in l. hn. §. fi. ff. depact. dota. & dixi in dict. §. ij. verſicul. & intellige hanc conſuetu. de conſuet. mat. eod. libr. conſu. vbi refero ita de facto fuiſſe iudicatũ. † Et ibi dixi in addi. quòd etiam ſi ratione conſuetudinis vel in contractu matrimonij fuiſſet expreſſè dictum & conuentum, quòd vxor eſſet communis in bonis, ſi tamen conſtante matrimonio fuerit contrarium poſtea conuentum, quod vxor nihil haberet de cõquæſtibus, vel remiſerit & quittauerit, ac donauerit ipſi marito omne ius quod prætendit in ipſis acquiſitis & conquæſtibus, hæredes nihil potuerunt petere & illa donatio ſeu quittatio & remiſſio dictorũ conquæſtuum cenſetur & reputatur bona & valida. non obſtante conſuetudi. Franciæ generali, donationẽ durãte matrimonio fieri inter virũ & vxorem prohibente, vt tenet domini de Rota in D. ciſi. dcccxlij. alias deciſ. xij. tit. de conſu. inci. conſuetudo in antiquis. & in antiquioribus. Deciſ. ij. titul. de pactis in re collectis per Bernard. de Biſneto. & tenet Nicola. de Vbal. in tract. ſuo de ſucceſſio. ab inteſt. in quarta parte quæſtione vlt. & de Caſtr. conſi. clxxij. incip. in caſu præſenti. vo. nouo. & in conſi. lxxxij. inc. in hoc negotio tria videntur. vo. antiq. & Brunus in trac. ſuo de ſtatut. fœminas à ſucce. exclud. in x. art. princ. in ij. q. & gl. in c. ſignificauit. in verbo, non eſt aliud, de donatione inter virum & vxor. & ibi tenet Butr. & idem Doc. Palatios Rubios in repe. rubr. eo. ti. chart. xxvij. ver. & ex his infero, & idem ver. imò fortius. Licet enim donatio ſit prohibita inter virum & vxo. quando donans fit pauperior, nõ autem ſi lucrũ remittitur, l. ſed & ſi vir. §. ſi quod legaturus. & l. cùm hic ſtatus. §. ſi maritus. in ij. verſi. ſimiles. ff. de do. inter vir. & vxo. tamẽ tale lucrũ remitti poteſt per vxorẽ marito aut per maritũ vxori, quæ cauſã habet lucratiuã, vt cõcludit Andr. Cõſicu. cõſi. lix. vo. ij. & Alc. in l. ſi ſocer. §. Lucius. ſuprà ſol. mat. & Soci. conſi. cxiiij. vi ſo teſtamento, ver. ad ſecundã rationem. ſequitur Dec. in l. in eo quod nu. vij. ff. de reg. iur. & conſi. cclx. Quæritur breuiter an lucrum dotis. tamen ſi talis mulier tranſeat ad ſecunda vota, illa bona acquiſita ſibi donata reſeruat filiis primi matrimonij, vt latius dixi in pluribus quęſt. & pro hac Deci. facit text. in l. etiam conſtante matri. iuncta gl. vlt. & ibi doc. C. ad Vellcia. Tum quia maritus poteſt de conſu. de illis in vita ob neceſſitatem diſponere inuita vxore, vt voluit Ancha. in con. cij. & plenè dixi in d. §. ij. in gl. vlt. de conſuet. matrim. non tamen in morte, vt aliàs dixi ſuprà in quæ. clvj. quęritur an maritus poſſit. ergo illis bonis acquiſitis poteſt vxor aut vir renuntiare. tũ quia hîc de conſenſu fratrum & aliorum parentum proximiorum ita factũ & conuentũ extitit, quare non poſſunt reprobare, l. quoties. & ibi Bal. Sal. Ale. Ang. & Iaſ. C. de fidei. comm. cum ſimilib. &c. & pro hac parte faciũt quæ dicã in ſeq. q. & hæc de primo ſufficiãt. † Quo verò ad ſecundũ dubiũ videtur primo, quod licet per cõuentionẽ & pactũ prædictũ, videlicet quod maritus teneretur exequi teſtamẽtũ eius vxoris, in cõtractu matrim. initũ & factũ, & etiã ipſo cõſtãte corroboratũ, videatur ex eo tẽpore liberã vxori teſtãdi facultatẽ & licẽtiã dediſſe. nõ tamẽ in plus quàm illud quod ipſe maritus ex dicta conuentione reddere & reſtituere hæredib. vxoris tenebatur, per ea quæ notabiliter dicit Bal. in l. ſi quando. C. de inoff. teſt. & in l. h. C. de fideic. dicens, quod ſi vir ex ſtatuto vel conſue. debet habere dimidiã partẽ in bonis vxoris, vel ecõtra vxor in bonis viri, & imperator cõceſſerit viro vel vxori, vt poſſit liberè teſtari &c. q vir vel vxor debet teſtari ſecundũ ius municipale ſeu conſuetu. per id quod legitur in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthu. videlicet vt dimidiam teneatur relinquere viro vel vxori, & non vltra teſtari in præiudicium partis & portionis viri: aliàs eſſet donare vxori, contra conſuetud. & ius commune ſecundum quod debet regulari priuilegiũ aut licentia data: vt dixi in d. §. ij. de cõſuet. mat. & pro hac Deciſ. facit quod dicit Albe. authẽ. licẽtiã. ver. ij. q. C. de epiſc. & cle. quod ſi in eccleſia cathedrali eſt ſtatutũ quod Epiſcopus poſſit teſtari vſque ad certã ſummã, & Papa ei cõceſſit liberã facultatẽ teſtãdi ex priuilegio, in quo nulla eſt facta mẽtio de ſtatuto, quod poſſit teſtari vſque ad ſummã ſtatuto cõtenta, ſequẽdo, quia quatenus cõcurrit priuilegiũ cũ ſtatuto nõ impediũt ſe ad inuicẽ, ſed quatenus vltra ſtatutũ impeditur teſtari, vt ibi. & idẽ in ſecũda parte ſtatu. q. clxxxix. inci. in eccleſia cathedrali. & idem dicitur in d. l. ſi quãdo. ibi, ſe remittit ad per eũ dicta in d. authẽ licentiã. verſi. ij. q. cũ aliis per Andr. Bar. in c. j. nu. xj verſi. not ibi liberã poteſtatẽ. de offi. ord. Et hãc opi. Bal. ſequutus eſt Barba. in rep. c. Raynaldus. ver. ego autẽ cùm repetiſſẽ. de teſt. & Frãciſ. de Cre. in ſuo ſing. cliij. Tamẽ † contrariũ tenet in terminis noſtris Socin. in conſi. cxxxix. vo. ij. quod per hãc licentiã teſtandi vxori datam maritus ſibi prætudicauit in lucro dotis. ita q potuit vxor teſtari de tota dote & parte quã maritus ex forma ſtatuti vel conſuet. lucrari debebat: † volens plus quòd maritus nõ poterit reuocare illam licentiã ſemel vxori datã. quod eſt ſing. & idẽ Alex. in conſil. ccxlvj. placet admodũ concluſio domin. vol. vj. Et reſpondet Soci. ad donationẽ præſuptam, q nõ videatur donatio. & ratio eſt ſecundũ eũ: quia maritus retinet eã tanquã ſuam; ex quo dos iam viri erat, & pro illa parte ſegregata à ſubſtãtia mulieris, vt ibi, idẽ videtur tenere Alb. in ſecunda parte ſtatu. q. lvij. allegãdo Din. dixiſſe ita determinatũ fuiſſe per dictã l. in §. de pactis dot. licet Ioã. Campezi. in ſuo trac. de dote. in iiij parte q. xij. allega. Alb. tenere ibi oppoſitum q per pactum & licentiã non videtur renuntiaſſe lucro ſuo. † Sed ſuperiorem opin. Bald. tenet Ang. in conſi. cccl. incip. dubium huius quæſtion. dicens quod ſtante ſtatuto, quod vir lucretur mortua vxore ſine prole tertiũ partem, & vxori inſtituat pro media parte omniũ bonorũ virum ſuum, & alium pro alia media, quòd non videtur animo cõpẽſandi inſtituiſſe maritum: ſed debet habere partẽ tertiã ante diuiſionem inter eũ & cohæredẽ faciendã. Et hoc quãdo dos iam erat ſoluta: ſecus ſi erat ſolũ promiſſa, per ea quæ no. Iac. de Aret. & Bar. in l. ſi cũ dotẽ. §. ſi pater. ff. ſol. mat. Sed in hoc vltimo quãdo maritus ex pacto vel ex forma ſtatuti debeat dotem vel partẽ dotis lucrari, & dos ipſa non fuit ſoluta: tenet Bar. q nõ lucratur, in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſ. eccl. & Cin. Bar. & õmnes in l. vxorem. C. de neg. geſt. ſed Sali. in l. ſi conſtante. verſi. C. de dona. ante nuptias tenet, contrarium quod eſt verum, quod mari-

tus lucretur partem dotis etiam non solutæ iuxta formam statuti vel pacti, vt per omnes Moder. in l. de diuisione. & l. si maritus, ff. solut. matrim. & secundùm istâ opi. Bal. vidi iudicatum fuisse, & idē te
7 net Dec. in consil. cxcv. † Et mirū q̄ Soci. non viderit Bal. Ang. in dictis locis, tū quia in casu quo consuluit ipse Soci. maritus expressè renūtiauerat iuri & lucro, quod ipe rabatur habere ex dote, & sic obstare non videtur, quia potuit renuntiare iuri futuro secundū cū. ideo præiudicat. & idem Iason cōsi. xc. dubitatur an spectabilis dominus Godofr. vol. iij. & hoc quādo renūtiauit omnib. beneficiis iuris canonici ciuilis & municipalis, &c. vt ibi vide. Et inde est q̄ si vir, & vxor authorizata ab eo rem dotalē quā ipse maritus de consuetudine vel ex pacto in totū vel in parte debebat lucrari, alienauerint, vel si ipsā dotē loco pio & religioso obtulerint q̄ tūc teneat alienatio, vel donatio etiā partis & iuris q̄ maritus spe habebat in re dotali, vt ipsemet Soci. tenet in consi. lxj. ver. circa sextā q. vol. j. pro quo videtur tex in l. Lucius Titius. ff. quibus modis pign. vel hypo. soluitur, cum aliis per nos allega. in §. j. vltim. quæstione. de consuet. matrimon. liber consuetudi. Biturig. si vxor de viri licentia & consensu ingressa fuerit religionem, quod per talem licentiam in monasterium non fuit translata pars dotis quam maritus lucratur, vt tenet Lapus allegat. ciij. versicul. ad secundam quæstionem, arguo. Et idem quod per solam licentiam testandi vxori datam, non videtur renuntiare iuri suo. & prædicta Bald. opinio corroboratur per ea quæ adducit Francis.
8 de Cre. in sing. xxxiiij. vbi dicit, † quod si maritus stante statuto debeat mortuâ vxore lucrari tertiam partem dotis, & ipse in contractu matrimonij promiserit restituere integram dotem, quòd nihilominus poterit retinere portionem statutariam allegat Bal. in l. Neratius. ver. quid tamen cum glo. in verbo, conferre. ff. de relig. & sumpti. fune. vbi Bald. meus nihil ibi scripsit. sed tex. dicit, quòd maritus qui debet restituere dotem integram, potest deducere iustam retentionem, puta expensas funeris: sed portio statuti est iusta retentio, ergo sed bene dixerat Bal. in l. quod nomine. verfic. sed quid si ex consuetudine. ff. de condic. indebit. & in l. fin. versi. & argu. C. ad legem Falcid. cū aliis per Alex. in secunda additio. alleg. & idem Alex. in leg. post dotem. soluto matrimo. Deci. consil. ccccij. num. iiij. iij. volu. Ange. in l. damni. §. cum parietem. quē ibi Ioan. de Imola & Roma sequuntur. ff de dam. infect. nisi secundum Ang. maritus promisisset sciēter & expressè, & nō per errorem dotem restituere &c. quod sequitur Cast. in consilio ccxxxiij. incipien. pro pleniori responsione. versicul. secundo videndum est. volu. nouo. & Barba. in consi. xxiiij. ca. libr. j. & Deci. in d. consi. cxv. versic. sed tamen prædictis. cum aliis per eum alleg. & Barba. in consi. lxiij. nu. vj. volu. ij. & Alexand. in consi. ccj. perspectis verbis. no. viij. libr. vj. & Bald. in dic. l. quod nomine versi. sed quid si ex consuetudē condi. indebi. & Alex. in consi. v. circa primum. in vltimo dubio. lib. iij. & Iason post Bal. & in l. centurio. ff. de vulga. & pup. & Purpura. in l. cunctos populos. nu. cxxix. cum seqenti. C. de summa trinitate. & hoc procedit secundū eos quando simpliciter tempore renuntiationis & promissionis de restituēdo dotem totam iam euenerat casus lucrandæ dotis, sed cōmuniter ista pacta & promissiones de tota dote restituēda fiūt cōtract. mat. ante solutionē dotis promissæ. Et idē videtur vbi esset statutū, quòd instrumenta mandētur executioni: si filius dat dotē sorori sibi relictam in testamento cōmunis patris, cū hac conditione, quòd etiam dicto suo fratri restituere in casu restitutionis, si postea aduenient restitutionis casu, quòd filius prædictus poterit agere contra maritū vigore dicti instrumenti, non obstante statuto volente mulierem præmoriente viro lucrari tertiam partem dotis, vt voluit singular. Corne. in consilio cccxx. videtur respondendū. volumin. j. Sed ego multū dubito quando promisit integram dotē. quòd maritus non possit rēti nere partem & portionem statutariā, per text. in d. l. fi. ad l. Falcid. quę non facit differentiam inter promissionem de tota & in solidum, vel de dote integra soluenda, imo sunt paria: vt ibi, cum aliis per gl. allega. cū dictio, integraliter siue integrè importet sine aliqua diminutione, prout latius dixi suprà quæst. xlj. incip. quo ad secundam quæstio. an summæ pecuniarum. ver. tum quia quando in dispositione hominis: secus si simpliciter promiserit restituere dotem secundum Cin. & Alber. & Docto. in d. l. fi. ad legem Falcid. in j. q. & idem Hippo. de Marsil. in suo sing. dclxxxvij. in verb. integre. & istud in iudicando sequeretur, nisi allegaretur error. ad idē tex. in l. carbonum. ibi. integri sti obyli. ff. de verb. sign. † Et aduerte quod licet Bal. & sequa. ve-
9 lint, q̄ maritus ex pacto de consuetudi. lucrans dotem vel partem dotis, non teneatur ad impensam funebrem vxoris, postquàm vxor tenetur ipsi viro relinquere partem suam saluam, de qua ipsa non potest disponere. tamē text. in l. in eum ad quem. & ibi glo. & Albe. in dicta l. Neratius. §. si imperitus. cum ll. sequen. de relig. & sump. fune. vult quod secūdùm partē quam maritus ex pacto vel statuto lucratur, ipse teneatur ad impensam funeris, etiam si ex pacto expresso teneretur, si alius quàm paciscens impēsam fecisset, vt dicit tex. in d. l. Neratius. quia si tertiam, pro tertia: si mediam, pro media: si verò totam, quod in totum teneatur, vt ibi, & bonus text. in l. sic pro rata, & maritū & hæredē conferre in funus oportet. eodem titulo. Si verò ad testamentum vxoris exequendum, seu ad impensā funeris soluendam, dos vel pars, quam ipse maritus lucratur non sufficiat, maritus non tenetur vltra: sed pater, aut vxoris hæredes. textus est clarus in dicta l. Neratius §. si maritus lucratur dotem. & d. l. sic pro rata. in fine. & ibi gl. fina. dicit maritum sufficienter conueniri. & non vltra. Sin autem nulla dos esset, tunc maritus tenetur in subsidium (patre vel mulieris hæredibus soluendo non existentibus) inquantum tamen facere potest: ne iniuria eius videatur quōdam vxorem eius insepultam relinqui. leg. quod si nulla dos. eodem titulo. ¶ † Quid dicendum? Videtur mihi opinio Bald. & sequacium esse de iure verior, & quam sequutus sum, quòd per hanc simplicem licentiam vxori datam, maritus iuri & lucro quod ex pacto vel cōsuetudine habere debet, renuntiasse non videatur: ita quod vxor testando non potuit ei in ipso præiudicare, vt dixi in dicto §. ij. de consuetudin. ma. Nisi maritus consensisset expressè quòd etiam de omni dote vel portione, quam ex pactō. consuet. aut statuto, lucrari debebat, vxor posset testari: vel sitale lucrum expressè donasset, vt in prima quæstione dictum est: vel nisi ih impensa funeris, ad quam ipse maritus pro rata lucri solum tenetur, & hæredes vxoris pro alia portione & rata, vt dicta leg. Neratius. §. si maritus & tenet glosſ. singularē in leg. ij. C. de hæred. actio. verficul. sextus in funeraria. & tenet
10

Alexand.

1 Alexand.in dicto consi.ccj.nume. xiiij. † Sed ad alia relicta,vel legata, vel donationes per vxorem factas in testamento,vel codicillis,non tenetur maritus licet lucri dotem faciat,sed hæredes vxoris tenentur,vt tenet glosſ.singularis in dicta l.sic pro rata in fine.quæ allegat bonum textum in l. licet. C. de iure dotium.& ibi tenēt Bald.& Salicet.& in casu præsenti licet maritus promiserit exequi testamentum , debet intelligi quò ad funeris impensam solum,& vsque ad summam ascendentem partem dotis,quam lucratus fuit , & non vltra , vt dictum est per dictum §. si maritus. Et pro hac decisione facit textus cum sua glosſ.& quæ ibi notat Bartol. Bald.Cast.Alex.& omnes Moder. in l. ab hostibus §.si vir.soluto matri.quod vir qui debet lucrari ex pacto,aut statuto vel cōsuetudi.dotem.debet adhibere bonum medicum vxori infirmæ : aliàs si malum aut nullum ob negligentiam adhibeat , quòd non debet lucrari dotem,vt ibi, & per Baldum in l.quod in vxorem. C. de nego. gest. & sic ad illam expensam tenetur.Sed qui sint funeris sumptus.texest in l.funeris sumptus & in l. at si quis. §. funeris. de religio.& sumptu.funerū.† Sed quid stante præ
12 dicto pacto vel consuetudin.aut statu. quod maritus lucretur dotem aut partem illius , an si fuerit ingratus,vt plures sunt,quorum numerus est infinitus,erga vxorem,illam verberando,& malè tractando,& aliquando occidendo,vel alimenta & alia necessaria denegādo, ob quorum delectum moriatur :& pauci periti aduertunt. Et dic quod non debet lucrari,sed perdere,vt tenet Bartol. quem sequuntur Bal.Paul. Alex.& Ias. ibi in l.ab hostibus. ff. soluto matrimb. & de Ripa in sua interpreta. l. fina.nu.xiiij.C.de revocand.donatio.Et idem videtur si expellat eam de domo sua sine causa,non providendo sibi de alimentis,ex quo mulier decessit, quòd priuetur lucro dotis, sicut si eam occidisset, vt voluit Baldus in authentic. dos data. C. de donation.ante nuptias & l. vnica. §. sed scimus. de latin.liberta.tollend.& idem Cast.in dicta l. ab hostibus.versicu.& nota ex ista glo.dicens hunc habuisse casum Florentiæ, & ita consuluisse per textum ibi, cum glosſ.& in l.neccare,de liber. agnos. quod non inueni,licet aliqui eum allegēt in cōsilio cccl xxxv. Tamen in hoc contrarium tenet Alexand. quem sequitur Iason in dicta l. si ab hostibus.§. j. sed ipsi non dicūt si post expulsionem fame mortua fuerit, prout intelligit Bar.Pau.& alij:quod est notādum contra nonnullos filios nobiles, succedere parentibus ex pacto matrimonij debentes , patres eorum malè tractantes , quod priuari debeant. Cogita tu, quia ego eos priuarem.

SVMMÆ.

1 *Teste ab vna parte producto potest altera pars vti.*
2 *Testem quem produxi an reprobare postea possim.nu.3.& 4.*
5 *Teste quem reprobaui , an postea vti possim.& numero 6.*
7 *Minor an restituatur ob testium obiectiones omissas.*
8 *Testes improbans protestari debet,quod non iniuriandi causa id faciat.*

Quæstio CCXLV.

Sed quid si quis in iudicio ad suam fundandam intentionem plures produxerit testes,quos per iudicem aut commissarium recipi & iurare feci:,tamen omnes examinari non fecit, vel examinari,sed illis vti noluit,quibus pars aduersa producendo vtà fuit , nunc is qui illos prius produxerat & iurare deponere veritatem in causa fecerat , vult eos obiectare & obicere , & obiectus contra personas dare, an possit , etiam si sit minor , & per principem ab illa productione dupta at facta relcuatus:& an talis minor possit petere in integrum restitutionem aduersus obiectos & contra testes omissos.

DECISIO CCXLV.

ET † præsuppono quòd testes quosvna pars produxit, & iurare ac examinari fecit, illos altera pars aduersa poterit producere & examinari facere :quando pars iurauerit simpliciter , licet non expresse , super tota causa , [illegible] dicere veritatem in præsenti causa:quia testis iurare deb.t veritatem dicere super tota causa pro vtraque parte,secundum glo. in c.fraternitatis.de testib.& est casus in ca. per nos, eod. tit & in authen.sed iudex.cum l.sequen. presbyteri.C.de sacro ant.eccles. & ibi per Doct. vt voluit Are consi.xl.incipiente.factum ita proponitur, mouit litem Dominus Ioan.de Valentia.per ea quæ not.Inno.quē ibi sequitur Bart.& omnes Moderni.in c.præsentium.de testib.in antiq.vbi dicūt. quòd si ad reprobandos testes partis aduersæ sunt producti & iurati testes in iudicio , & postea pars producens velit renuntiare illis testibus & eorum productioni,vt non examinentur,non potest facere altera parte inuita , quia per productionem illi testes sunt effecti communes. ex quo patet quòd licet pars quæ tales producit testes nullo modo velit eos examinari facere,tamen altera pars poterit facere eos examinari. si ergo testes producti sunt adeo communes,vt quando producēs nullo modo eis vtitur,altera pars possit eis vti : fortius & multo magis idem erit , si altera pars ad sui commodū est ipsis vsa :quoniam per vsum sunt adhuc facti communiores,quàm essent ante vsum personarum sola productione,vbi per eum,vbi dicit de stylo curiarum ita obseruari. & verum dicit. & idem tenet Alexand.consil.cxcj.libro vij.Secus videretur si eadem pars produxit & iurare fecit testes dicere veritatem , non poterit in causa appellationis eosdem testes examinari facere super eodem facto, vt voluit Angel.consil. clv. incip. in hac quæstion. 1
†Hoc habito videtur quòd sic possit obiicere , per 2
text.in l.si quis testibus vsus fuerit.C.de testib. qui requirit partem quòd vsus fuisset depositionibus illorum,sed hic vsus non fuit illis, & examinari facere noluit.& facit in argumentū leg qui falsam.ff. ad legem Corn.de fal.l.si falsos. C. eodem ti tul. & istud tenuit Guido de Suza.in d.l.si quis testibus.& Specul.in titul.de teste.§. sæpè. versicul. Sed quid si eum produxi.dicens quod quando non fuit vsus, quia noluit facere examinari , & tunc poterit si ex aduerso producantur dare obiectus contra eos. Si verò visis eorum depositionibus nihil pro eo facientibus declarauerit illis nolle vti,tunc non potерit reprobare.& ista distinctio fuit Iacob. Baldui- ni prout refert Ioan.Andr.ibi in additionib.& ipsum sequitur Fab.in d.l.si quis testibus.& Henrich. Bohic.in d.ca.præsentium.de testib.† Sed contra- 3
rium tenuit Iac.de Rauen. quem ibi sequūtur Pet. de Bellaper. Ci.Bal.Ang.Cast.& Sal.in ij. q.in dic. l.si quis testib.& ibi Alexan.in addi. siue in eadem

cā ſiue in alia re producatur per partē aduerſā. q vi
detur fortius ſecundū gl. quam ibi ſequuntur com
muniter doc. & etiā Alb. licet Odof. cōtra in alia in
ſtātia quia eſt cōtra illū tex. vbi hāc q. multū amplè
diſputat, & ita tenet: quē ibi ſequitur Alb. dicēs opi-
nio Odof. in iudicio communiter obſeruari. & illa
lex eſt canonizata. iiij. q. iij. c. iij. §. vlt. ſi quis teſtib.
vbi gl. in verbo, producantur. idem tenet & Archi.
Domin. & Card. Ale. ibi. & Hipp. in rep. rub. ff. de
iudeis. nu. lxix. & in l. ſi quis percuſſorem. nu. vj. C.
ad leg. Corn. de ſicar. & idem Iac. de Bellou. in ſuo
trac. cri. ti. de teſt. ſo. xlj. ver. ſed nunquid idē erit ſi
producit, & nō fuit vſus. & Maſue. in ſua prax. ti. de
teſt. ver. itē cōtra teſtē quē produxi nō poſſū obii-
cere. & Lāfr. de Oriano in rep. c. quoniam contra
falſam nu. lvj. Io. And. Bal. Anch. Sic. & Fran. de Are.
in c. præſentium & ibi Feli. ver. & habet locum iſta
concluſio. de teſt. & Ioā. Andr. in add. Spec. in d. §.
ſæpe. & Petr. de Ferra. in ſua practic. tit. de forma iu
ramen. teſtiū. in verb. proteſtāte. cum q. ſeq. vbi vo-
lunt iſtud habere locum nedū quando quis vſus eſt
teſtib. iā productis & receptis & examinatis, verū
etiā ſi poſt productionē eis nō vtatur quia ſatis eſt
q vti poterit. l. nj. ff. q. quiſque iuris. & l. ſi poſt mor
tē. §. fi. ff. de bonis. poſſe. cōtra tabul. & l. j. §. beſtias.
ff. de poſtulando: quia eſt eadem ratio quo ad hoc
vt videatur approbata perſona. & Feli. in ca. nulli.
verſi. Vnde dicit ibi Bar. de accuſ. vbi allegat &
Bar. in l. iij. C. de edict. diui Adria. tollen. & idē Ale.
conſi. cxcj. nu. iij. lib. vij. & Aufrer. in ſuo tract. re-
probatio. teſtiū. in verbo, productus per me. & Flo.
de S. Petr. in l. produci. ff. de probat. & Bar. in leg. ni
hil. §. ū cùm filius. ff. de inoff. teſt. & Bald. conſil.
cccij. inchoante, quidam Gaſparonus. in fine. volu.
j. & in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. & in l. ad
teſtium. §. conditionem. ff. de teſta. & Bal in l. data
opera. verſic. itē qui vocatur ad teſtimoniū. C. qui
accuſa. non poſſ. dicens, q ex quo quis vocatur ad
teſtimoniū, eo ipſo videtur approbatus per eum
qui fecit ipſum vocari, & examinari debet, vt not.
xviij. q. ij. in decima actione & Anto. Bauerius in
4 §. pater. nu. xxj. inſti. de teſta. † Et illud dicunt Doc.
eſſe ve: ū quòd producens non poteſt reprobare ex
cauſa quæ procedit ab ipſo producente: ſecus ſi ex
cauſa quæ procedit ab alio, tunc bene poteſt: vt ſi
pater tuū produxi in teſtem contra aliū tertiū &
tu in cauſa quam habeo contra te producis illum
contra me, quo! poſſum illum reprobare, ſcilicet
quia pater tuus eſt, vt tenent Doc. in d. c. preſentiū.
& d. l. ſi quis teſtibus. & Dominic. poſt Archi. in d.
c. ſi quis teſtibus. iiij. q. iij. vel etiam ex cauſa ſuper
ueniente, quia tunc poterit reprobari, d. l. ſi quis te
ſtibus. vel ſecundum Doctor. ibi, & in d. c. præſen-
tium, ex cauſa antiqua, quā tempore productionis
ignorabat. & ſecundum hanc partem concluſum
fuit in curia vbi eramus xiiij. in cauſa domi. de Ca-
ſtro Bucheto ex vna, & Ioannem de Boſco & de
5 Montrochier. † Quid ſi is contra quem producun-
tur non conſentit productioni teſtium, ſed prote-
ſtatus fuit de obiiciendo & reprobando, quod (ne
eos approbet) tenetur facere d. c. præſentium. & au
thentic. ſi teſtis productus dicatur. C. de teſtibus.
& in authen. vnde ſumitur, an poſtea poſſit ab illa
proteſtatione recedere, & illa nō obſtāte poſſit eoſ
dem teſtes producere. Et videtur quod nō per tex.
in d. c. præſentium. quem ad hoc not. Bal. in iij. not.
quòd quis non debet vti teſte, quem nixus impu-
gnare extitit. & ibi gl. in verb. proteſtatus. dicens
in princ. per hanc proteſtationem videri nolle ſi-
dem dictis illorum teſtium adhibere: ergo non de-
bet habere pro ſe, xix. diſt. capi. ſi Roman. cum aliis
ibi alleg. Roma. ſing. dcxc. hic eſt ſecundum Franc.
de Aret. and. c. præſentium. in primo: non quod hæc
exceptio quæ opponitur contra perſonas teſtium
nō eſt omnino declinatoria, neque omnino perem
ptoria: dilatoria enim non eſt, quia non opponitur
ante litem conteſtatā nec retardat proceſſum, ſicut
exceptio declinatoria, vt patet ex not. in capitul. ex
parte Adæ. de teſtibus. Et pariter peremptoria non
eſt, quia neque perimit directo negotium prin-
cipale, vt patet in capi. de teſti. eod. titul. tamen di-
citur peremptoria indirectè in quantum perimit
probationem, & per probationem perimit nego-
tium principale, ſecundum gloſſ. in dic. capitul. ex
parte Adæ. cum aliis per eum allegat. † Sed con- 6
trarium tenet gloſſ. in dicto capitul. præſentium,
dicens, quòd ſic poteſt ab ea recedere reintegra,
& intelligitur recedere eo ipſo quòd eos produ-
cit, & petit pro ſe examinari, vt dicunt ibi Inno. &
Bald. & communiter Doct. & ita in curiis ſeruā-
tur. & hoc intellige quando proteſtatus fuit in ge-
nere, ſecus in ſpecie, ſecundum Io. Colleſt. & Doc.
ibi, quoniam ſi diceret talem teſtem criminoſum,
ideo cauent aduocati & procuratores coram præ
ſide conſiliario, aut alio commiſſario ad inqueſtas
deputato ne in ſpecie contra teſtes producendos
aliquod obiiciant crimen, ſed generaliter prote-
ſtentur dare contra eos loco & tempore obiectus,
vt dicit text. in dic auth ſi teſtis productus. Aduer-
te ad vnum tu iudex, quòd prima fronte diceres
contrarium ſeruari in praxi, quòd licet pars con-
tra quam teſtis fuit productus opponat aliquod
crimen in affrontamento, quamuis crimen ſit noto
rium, tamen non tenetur teſtis de eo reſponde-
re, vt dicit Feli. in capi. cum cauſam. verſicul. in
ea gloſſ. ibi, non tenetur reſpondere, de teſtim. e-
tiam alij per eum allegati. & Io. de Cuzanis in ſua
ſylua nuptiali. verſicul. hinc ſi teſtis † Sed quò ad ſe 7
cundam quæſt. an minor poſſit in integ reſtitui ad
uerſus obiectus teſtium omiſſos. & videtur quòd
non, vt voluit deciſio capellæ Tholo. liij. tamen
curia conſueuit recipere, quando illis non receptis
& probatis minor ſuam perderet cauſam, vt di-
ctum fuit in cauſa de Beaupoil contra de Grinault:
ſed quando proceſſus poteſt ſine obiectibus deci-
di, a quocunque produci petantur, non recipiun-
tur. leg. ad probationem dominij. C. de probatio-
nib. cum ſimilib. vt concluſum fuit in dicta cau-
ſa de Caſtro boucheto contra de Montrochier: &
pariter in proceſſu domini de la Rocque petentis
reſtitui aduerſus ſolam productionem & obiectuū
omiſſionem: qui debebat obtinere in petia ter-
ræ & nemoris prope ſanctum Cyprianum exiſten-
te & contigua, vt dixi in qu. xlvj. inchoan. ſed quid
ſi per dominum. Sed dubium fuit, an obiiciens per
modum obiectus aliquibus teſtibus crimen ali-
quod teneatur. ſi teſtis reuocauerit ad animum. Et
iſtam quæſtio. determinaui in conſilio noſtro in
ordine iiij. inchoante, ſi quis animo iniuriandi.
verſicu. ſi verò contra teſtes. quod quidem repe-
ritur impreſſum in fine conſu. Biturigun. vbi te-
nui proponentem & obiicientem teneri de iure, &
vltra ibi allegata idem tenuit Maſuerius in ſua pra-
xi. titul. de iniur. verſicul. item ſi aliquis in ſuis
obiectibus. & ſi hoc fuerit per iudicem ad proban-
dum admiſſus, & non probauit. & idem Iacob.
de ſancto Georg. in leg. final. in ij. lect. numer. ij.
quod quiſque iur. Secus ſecundum Maſue. ſi non
fuerit ad-

fuerit admiſſus ad probandum, quòd videtur contra text.in argum.l.ſi quidem auiam.C.de iniur.ſed ibi infamandi cauſa propoſuit, cuius finis eſt ſpectandi iudicij: hic verò non, ſed cauſa repellendi teſtem. proteſtetur igitur quòd id non facit animo iniuriandi, ſed cauſa ſui iuris conſeruandi. Sed iſtam proteſtationem non admittit Alexan.Iaſon.
8 nec Iaco.de ſanct.Georg. † Tamen iſta oppoſitio criminis contra teſtem,cum proteſtatione eſt multum vtilis, quæ excuſat proponentem ab actione & à calumnia iniuriarum, ſecundum Specul. titul. de accuſa.§. j.verſicul. quod & Barto. in leg. eum. ff.de iniur.quem ſequitur Roman. in dicta l. final. quod quiſque iur.& Vbert. de Bonaccurſio in ſua ſumma.quem refert Oldr.conſil. liij & ſequitur de
* Puteo in ſyndicatu in verbo,iniuria officialis.c. an ſi contra officialem.

S V M M Æ.

1 *Vectigal pro vino quando capit Pariſiis ſolui.*
2 *Taleas an ſoluant officiary regy,conſules,ſecretarij, &c.& numer.3.*
4 *Eccleſiæ an etiam ſoluant quid pro vino,quod vendunt.*
5 *Feudum nobile tenens quando non ſoluat taleas.*

Quæſtio CCXLVI.

Iudices Regii ac locum tenentes tam generales quàm particulares & eorum conſiliarii nouiter creati,ac conſules ſeu iurati ,nec non gubernatores ciuitatum,ac alii huiuſmodi,an teneantur ſoluere taleas,cartonagium vini,ſeu ius ſocheti ſiue reuæ,quod vectigal appellatur,quod quidem per alios etiam eccleſiaſticos pro vino minutatim & ad menſuram paruam vendito ſolui conſueuit, ſi in poſſeſſione & libertate non ſoluendi à contractionis tempore ſe eſſe dicant.Secundo an priuilegium faciens mentionem de alio prius conceſſo faciat fidem ,ſi de illo primo cõſtet:& princeps poſſit ab onere probandi & producendi illud, releuare partem. Tertio an tempora tam primæ quàm ſecundæ inſtantiarum tam ex parte ſeu negligentia iudicum , quàm ambarum partium vel aliquo caſu fortuito prolongata & defluxa , reputentur ipſo iure, vel per reſtitutionem in integrum per principem ex clauſula generali , ſi qua iuſta cauſa mihi eſſe videbitur, faciendam.

DECISIO CCXLVI.

1 ET † primò præſuppono, quando primò in Francia vectigal venali vino fuit impoſitum,Guguynus in diui Caroli v. Chronica refert, quod Pariſiis tẽpore eiuſdem Caroli, vt de integro vini dolio (quod Franci caudã,Aquitani Barricã,vt alibi dixi,vocãt)dũ veniret ſolidos Turonẽ.tredecim emptor:de eoverò quod menſuratim ſeu minutatim quiſque vænale promeret ,quartum regi denarium venditor pendere cogeretur: & ſi ad Pariſios vinum importaretur,ſi francum eſſet,ſolidos duodecim:ſi Belnenſe, duplicatũ ex ſingulis cadis ,id eſt caudis portitores pẽſum exigerent,& id vectigalis genus apud Aquitanos,& prouinciales ius ſocheti ſiue reuæ nũcupatur,vt dixi in tract. de ſedit. & alibi. † Hoc habito
2 videtur officiarios regios & cæteros ſuprà nominatos non teneri,vt dicit Maſuerius in ſua praxi titul. de talleis ſeu collectis. verſicul. item conſules. vbi primò ponit de conſulibus quòd ad collectas ſiue taleas non teneantur: quia eodem tempore non debent duplici affligi onere,per glo.quæ ita tenet in l. honorem. ff. de munerib. & honorib. pro hoc text.in l.Titia. §. qui inuita filia. ff. de lega. ij. Oldra.in cõſil.cclxxxiiij.factum eſt, quidam miles. ante finẽ. ibi , ne vno & eodem tempore cum aliis per eum alleg.Secundò ponit quòd nec etiam officiarij regij teneantur de conſuetud. plurium locorum,quamuis de iure teneantur.l.actores.C.de exacto.tribu.libro x. Contrarium verò in omnibus tenet Guido Pap.primò quò ad conſules,vt in quæſtion.cccxviij.incipien. an autem conſules , ſed ibi malè refert gloſ.in dicta l.honorem.vt infrà dicam ſecundò quò ad iudices,vt in quæſt.ccclxxviij.incipiente. Sed quid de iudicibus, quòd ipſi de iure non tenantur:quia eo ipſo,quòd talia officia eis cõferuntur,plebeij eſſe deſinunt.l.iudices.C.de dign. libr.xij.Sed in fin.contrarium dicit ſeruari in ſubſidiis Delphinalibus,in quibus tenentur contribuere:& nihil aliud dicit:ac pariter refert ſecretarios curiæ teneri.in quæſtio.cccxciij. incip. ſed quid dicemus de ſecretariis.& eum ſequitur Benedic.quò ad conſules,in ſua repet.capit. Raynu. numer. 593. de teſtament.& hoc verum,niſi tempore ſuæ adminiſtrationis,quòd durãte non teneantur,ſecundum Guid.Pap.in d.q.ccclxxviij.& idem Luc.de Penna in leg.præcipit.C.de cano.largit. titul. libr. x. & idem dicit Benedic.ſeruari in dominis de capitulo Tholoſæ,qui ex conſulari dignitate cum ſua poſteritate fiunt nobiles.& iſtud de iure communi, vt l. ſpurij.in princip.ff.de decurio.& ibi Bartol. & in l. verſicu.namde iure.C.de dignit.lib. xij.vt ſeruatur apud Venetos, & non apud Peruſinos , ſecundùm eum ibi,& alibi dixi: tamen anno ſui capitulatus elapſo contribuere tenentur ſicut per antea tenebantur , licet anno capitulatus durante ſint excepti.alleg.Bartol.ita velle in dicta leg. honorem. non obſtante gloſſ. ibi contrarium tenente. ſed ſalua ſua pace,cuius anima requieſcat in pace, Bartol.in dicta leg. honorem.non dicit conſules à taleis excuſari officio conſulatus durante: ſed gloſſ. bene hoc dicit,quę poſſet ſecundùm Maſuer.in aliquibus ſeruari locis ob eius rationem ſuprà adductam,& ſic quò ad conſules conueniunt cum gloſſ. Maſuer. Guid. Pap. & Benedic. & pro iſto articul. facit text.in l.ſemper.§. negotiatores. ibi immunitatem à muneribus publicis conſequuntur , quandiu in huiuſmodi actu ſunt.ff.de iure immunita. & ſic ſolum durante officio,ſecundum glo.ibi,& Alberic. vt infrà dicam.Fallit ſecundum aliquos niſi decuriones ſeu conſules ſcabini ſeu iurati haberent xij.liberos,quia tunc excuſarentur à muneribus patrimonialibus ſiue realibus. leg. ſi quis decurion. in ij. ſecundùm gloſſ. C. de decurioni. libr.x.& ibi Bald.& Ioann. de Pla. & Rebuff. & tenet Io.And.in regu. decret.iur.in Mercuria.& Ale. in conſil. cxxiij. verſicu. circa ſecundum dubium lib.v. Sed in alio , non conſiliario requiritur numerus ſexdecim liberorum dict.leg. ſemper.§.demonſtratur variè, ſed dicta leg. ſi quis decurio. loqui videtur in decurionibus perpetuis, & non profectò in annalibus. † Quoverò ad officiarios regios, 3
dominis de parlamẽto inferiores,Guid.Pap.tenet, quem ſequitur Maſuer. quòd de iure ſoluere teneantur.alleg gl.& Ang.in dic. l. actores.vbi eſt etiam text.clarus.de exact.trib.quæ ſecundum Benedict.vbi ſuprà in aliquibus locis non ſeruatur , vt Caturci , & ita vbique ſeruari ſecundùm Maſuer. ſed ipſe hoc nõ dicit,ſed ſolùm in pluribus ſeruari

locis vt supr. à dictum est de consulib. Quicquid sit, verum est, quod soluunt. pro quo videtur text. in l. vniuersi. C. de legation. libr. x. & ista est vera & cõmunis opin. secundum Raynerium de Forli. in d. l. honoretur. Bar. & Alexand. ibi, quòd teneantur consules & officiarij ad collectas & alia realia, ordinaria, seu patrimonialia, ac etiam mixta, quæ imponuntur personæ pro rebus persoluenda. per text. in l. final. patrimoniorum. & §. sequent. ff. de muner. & homo. quinimo pontifex, miles, veteranus, aut alius priuilegiatus vt ecclesia tenetur, vt ibi, & l. secunda, & l. siua. C. de muner. patri. & ibi gloss. & Doctor. suprà allegat. libr. xj. & l. final. C. de exact. trib. Et etiam ad solutionem vectigalis vini quod est octaua pars pretij quod venditur, a quo nullius excusatur leg. ex præstatione. & l. à legatis. C. de vectigal. & l. vniuersi. & leg. omnium. eodem titul. quæ iura volunt omnes etiam priuilegiatos tam à lege, qui à principe ad solutionem eius teneri, & dicta l. actores. & ibi Bartol. Bal. Angel. Ioan. de Plat. Iacob. Rebuf. & Luc. de Penna, & latius Bartol. & Angel. in l. prima, de immunita. nemini concedent. vbi etam tenet officiales & consiliarios præter extraordinaria, & etiam personalia munera in quibus labor personæ consistit, si per illa ab officio auocarentur, teneri dicta l. præcipit. in princip. C. de canone largi. libr. x. aliàs non excusantur, si per illud onus personale non amouentur ab officio. l. curiales. C. de curion. libr. x. & Bartol. se remittit ad per eum dicta in leg. j. C. de mulier. & in quo loco. libr. x. & sequitur Petr. de Vbal. in tractat. collectarum. numero xviij. quæ est xiiij. quæstion. & ibi in addition. Felic. de Rubeis. de Canino. Et idem Petr. Iacob. in sua praxi. titul. de consuli. versicul. item non debet. & Odofred. in l. j. C. de muner. part. & Albert. in rub. ff. de muner. & homo. ver. item munus. in quibus locis Docto. ponunt qui à muneribus excusantur: & ibi sentit Alberi. quòd fortè officiales excusatur: tamé in decurionibus tenet ibi, numero xvj. quòd non excusantur ab ordinariis muneribus per text. in dicta l. actores. sed benè ab extraordinariis, ne publica vacillet vtilitas. leg. humilioribus. C. de suscepto. & arcan. lib. x. & l. ij C. de silen. li. xij. Et cõmunem Doctor. sententiam sequitur Martin. Lauden. in tractat. de offic. §. cv. incipien. officiales tenentur & Thom. Parpalia. in l. placet. versicul. item poterit imponi etiam officiali. C. de sacr. sanct. eccle. & idem Petr. de Antibol. in tractat. munerum. in tertia parte. versicul. posset dubitari vtrum officiales.

4 ¶ Et quod ad hanc vini solutionem, quod ecclesiæ & clerici ex suis vineis colligunt minutatim vendi compellantur, tenet singul. Sicul. in capitul. non minus. versicul. vltimo quæritur. & hoc quando hæc gabella extitit pro oneribus, ad quem ecclesia tenetur imposita: tunc cùm succedat loco illorum

5 munerum, vt est hic in casu nostro pro reparatione murorum & viarum, seu carieriarum & pontium ciuitatis Burdegal. x, excusari non potest. l. ad instructionẽ. C. de sacr. sanct. eccle. & etiam ibi tenent Iacob. Butr. & Bald. & Mod. & Ios. in dicta leg. placet. & Bertrand. consil. liij quod est singul. volumin. j. nouiter impresso. & consil. cxxv. numer. v. eod. volumin. alias non capitul. quanquàm. de censib. libr. vj. & clement. præsenti. co. titu. vt est quando gabella applicatur fisco vel ciuitati, sed non ad illum vsum cõuertendum, vt consuluit etiam Abb. in consi. vj. casus super quo vo. j. quod est sing. & idem Fede. de senis. in con. ccvij. Nos Griffolus Iac. & Barthol. de Firmo. in tracta. de Gabel. in vij. q. vij. partis prin. ver. an autem possint. & sing. de Ripa. in suis interpreta. & respon. libr. ij. respon. cap. xxij, versic. ad secundum videtur alle. not. per Bar. in d. l. j. de mulier. & in quo loco. & aliquid dixi suprà in q. ccxiij. dominus de Stillaco. Et idem tenet Ale. in consi. lxviij. per totum, signanter versi. præterea etiam qui ad onera. vol. ij. & Bal. in addi. Spe. tit. de cler. coniuga. vbi tenet quod clericus tabernarius ab huiusmodi vini solutione non excusatur, sed ratione artis suæ tenetur, secundùm legem ciuilem. Et idem Alber. in dictiona. suo in verbo pedagium. versic. pedagia. & guydagia. Corne. in consi. lxxij. vol. iiij. & Thom. Parpalia in d. l. placet. versi. fallit tertiò. & Fel. in ca. ecclesia sanctæ Mariæ. versicu. de gabellis autem. de constitut. Sed in his casibus in quibus tenentur clerici, an possint cõpelli ad contribuendum per iudicem secularem, vide Bertrand. consi. clx. incheon. ponitur in facto quod dudũ. nu. v. vo. j. nouiter impresso. vbi tenetq; nõ. & quod dixi supra q. exord. Quarta & quinta q. an archiepiscopus. tamẽ quicquid sit, compelluntur per iudices seculares &c. Et ego alias per defunctum bonæ memoriæ Ludouicum xij. fui ad compellendum clericos & episcopos ad sibi soluendum charitatiuum subsidium per consilium Pisanũ concessum. Anno Dom. 1522 Et hæc cõclusio in officialibus, & aliis supradictis vera est, nisi in ciuitate esset consuetudo non soluendi, vt dicit text. in authent. de mãdat. princi. §. coges autẽ. & ita per illum text. tenet Iac. Rebu. in d. l. actores. versi. & hoc credo verum. quæ consuetudo in non soluendo gabellam seu vectigal, attendi debet, vt ibi, & in l. missi opinatores. ibi, consuetudine seruata regionum. & ibi Io. de Plat. Ang. Iac. Rebu & Luc. de Penna. eo. tit. vbi Lucas ponit virtutem & authoritatem quã habet in hoc cõsuetudo magis atque etiã magisquàm alius ibi, vel alibi scribens. Ideoque dicit ibi Ang. in addi. ad Bart. & non in lectura, quod si consuetudo sit quòd incolæ ciuitatis non soluant tributa neque collectas, talis consuetudo erit seruanda per illũ text. quem ad hoc facit singu. pro quo allegat l. j. C. quæ sit longa consue. & etiam est bonus text. in l. si sine hærede. §. Lucius. & ibi Bar. & doc. ff. de administrat. tuto. & in l. licitatio. §. earum rerũ. & in l. si publicanus. §. in omnibus vectigalibus, & vtrobique per Docto. ff. de publica. & in l. fin. C. nona vectigal. imponi non poss. & l. j C. de auro coro. li. x. & in l. semper. §. legem quoque respici cuiusque loci oportet, an aliquas immunitates nominatim complecteretur & c. de iure immunita. & gloss. ibi dicit, legem, id est, consuetudinem accedat text. in d. l. si. ver. hoc etiã. C. de fund. patri. lib. xj. & ibi per Bartol. Iacob. Rebuf. de Plat. & Luc. de Penna. vbi non soluens censum vel canonem per xl. annos, est tutus. & in terminis tenet Bald. in consilio cxxv. quæstio vertens. versic. secundò premittendum est. volumin. j. & etiam in versicul. tertiò præmittendũ est, quòd consuetudo vel præscriptio non arctat illos qui præscribentes vel cõsuetudinarij nunquàm sunt v[illegible] præscriptione vel consuetud. cap. dilecto. de offi[illegible] archid. quia isti officiarij sunt immunes, quia immunitatem præscripserint: quòd etiam contra eos non fuit leuata muneris impositio. leg. j. §. Iulianus. ff. de itinere actũque priuat. vt per Bald. in dicto consilio, quod est singul. vbi etiam in fin. dicit quòd libertas præscribitur, etiam ab eo qui scit se teneri. leg. sequitur. §. si verò. ff. de vsucap. & gloss. in leg. si publicanus. §. j. in versicul.

municipij

municipij.quam ibi facit singul.Alber.ff.de public. & latius Albert.in leg.competit.C.de prescription. xxx. annor. Et ita per illa iura tenet Alexand. in consil.cxlviij.numer.vj.libr.vj. quia quando huiusmodi ius exigendi vectigal competit fisco vel reipublic. vt hic, tunc libertas seu immunitas illud non soluendi præscribitur xl.annis, vt omnes. C. de præscri.xxx.vel xl.annor. Si verò competit priuato ex priuilegio,aut consuetud.tunc sufficit cessa tum esse decem annis, vt dicit.Bartol.in dicta lege licitatio. §. earum. quem ibi sequuntur Angel. & Castr. & Imol. Quinimo secundum Bartol. in dicto §. earum. si omnes ciues soluerint excepto vno,qui non soluit per dictum tempus, quòd erit præscripta immunitas non soluendi.& ibi sequuntur communiter Doctor. & Franc. Balbus in tractat.præscript. numer.xix.cum sequent. Quare hîc Aquitaniæ locùm tenentes generalis & particularis, consiliarii, procurator & aduocatus regii dicebant nullam vnquam soluisse gabellam,àc esse in libertate, & quasi possessione non soluendi vectigal vini in detallo venditi à tempore contradictionis præscripta. Et sic pendente interim processu & litigio(antequam ad eorum libertatem seu quasi possessionem non soluendi probãdam, quam in promptu docere offerebant, admissi fuissent) compelli non debebant:cum procurator villæ non esset contra ipsos in contraria, vel quasi possessione illud percipiendi. Et per curiam ante prouisionem pendente processu eidem procuratori villæ faciendam admissi fuerunt ad probandam eorum possessionem libertatis. Per quæ in simili decidit Sinib. de Fromed. in consil.cviij.versicul.circa secundum breuiter. per text. in leg. si de via. quem ibi etiam facit sing. Alberic. de aqua quotidian.& æstiua.& in leg.cuiuscunque.§. si fundus.ff.de vsur. Et facit quod not.Specu.in tit.de emphyt.§. nunc aliqua versi.lxiij.& sequen.cum aliis per me alle. §. xij.in glo j.versicul.quid si vasallus. de iurisdictio. omn.iudi.lib.consuet.Biturig.& quod dicit Castr. consi.iij.in causa quæ vertitur.volumin. nouorum. & Alber.Brunus in consil.j.versic.hoc sic præmisso.de generali verò Aquitaniæ locumtenente pro constanti tenebatur,quòd nunquam deuino aliquã soluerat gabellam, & sic consiliarij eiusdem nouiter creati cùm iidem censeantur, pari modo soluere non tenebantur,per textum in l.ne parum assessoribus.C.de assessor.& in l.binos.C.de aduoca.diuer.iudicio.& glo.in rubric.C.de decuri.& ibi Luc. de Penna.lib.v.& Alexand.consil.xl.num.j. lib. vij. quia priuilegia eidem locumtenenti(quando solus prius præsidialem regebat sedem & iustitiam ministrabat)cõcessa ad istos nouos in eadem curia cõsiliarios extendi debent,vt dicitur in dictis iuribus. & ad hoc bonus textus in leg.quicquid animi largitate.C.de aduocat.diuer.iudi.pro quo facit quod dicit Gabriel de Oselletis,quem refert & sequitur Alber.in ij.parte statutorum q. clvij. quòd si statuto ciuitatis caueatur,quòd consules artium habeãt aliquod priuilegium, quòd consules collegij iudicum non gaudebunt ipso priuilegio,cum non sint de artibus mechanicis.& actiuis. Sed hîc consiliarij sunt pars locumtenen.iudicis. Et prædicta faciunt pro gubernatore inclyti castri Montispessulani,qui, & sui in officio & dignitatè antecessores fuerunt sẽper in possessione & libertate nõ soluendi taleas & alia subsidiaria munera pro bonis & hæreditagiis ibi possessis,quòd intelligendum est de bonis,quæ tempore adepti officij gubernatoris possidebunt: quia si durante postea officio multa acquirerent bona, ab illis non debent esse immunes, seu à talea illorum,vt voluit Baldus consilio xcvj.quæritur qui intelligantur laboratores.versicul. tertio quæritur. & versic. quarto quæritur. volumine tertio. quia illa talearum exemptio seu immunitas ab omnibus angariis & parangariis, ac ab omnibus oneribus,taleis & aliis subsidiis concessa gubernatori, doctoribus vtriusque iuris & medicinæ, continuè per totum annum legentibus, & veris etiam scholaribus,non extenditur ad bona postea per eos acquisita,vt tenet ibi Baldus in versicul. quarto quæritur,quod est singulare contra nonnullos Modernos medicos Montispessulani:tamen per ordinationem Caroli vj.artic.xij.etiam de acquisitis non tenentur,vt infrà dicam de nobilibus & sic tenet Iason consilio xxv. numer. j.volumin.iij.& Alexand. consil.cccxxxviij.inchoante.ex themate præmisso. versicu.nunc attingo.& consil.ccclxxj.versi. ad idẽ lib. ij. Quinimo videtur quòd si desineret esse gubernator, non teneretur in futurum soluere de iure: quoniam hæc immunitas ea ratione ac contemplatione videtur gubernatoribus concessa,quę cum persona, & non profectò cum dignitate ipsa deposita extinguitur.l.maximarum.& leg. sordidorum.& l.cã legem.& vtrobique per Doct.suprà allega.C.de excusa.mune.lib.x.& Albe.in dicta l. semper.§.negotiatores.& Guid. Pap.quæst. ccclxxij. & Monto.in promptuario in verbo,tributum.in glosa reddite.loquens de consiliario principis voluntate eius priuato officio,quòd non possit collectari in memoriam pristinæ dignitatis.l.vna.de comitibus qui prouincias regunt. libro xij.vt ibi per eũ. & in fine dicam, licet Guido Papæ in iudicibus dicat seruari contrarium, quòd in patria Delphinali teneantur contribuere. Tamen non transit ad liberos vel alios hæredes,vt ibi,& quamuis officia regia tam administrationis quam iudicaturæ, nobilitent hominem, dicta l. iudices.& ibi Bartol.Iacob. Rebuf. Ioann. de Plat.& Lucas de Penna,de dignita.quemadmodum scientia nobilitat, l. prouidendum.& ibi Cin.Baldus, Albericus & Salicet. C.de postulat.cum aliis per nos allegatis in §.vj.de consuetud.stat.iurium personarum,lib. consuetud. Biturig.ita quòd excusantur à muneribus.leg. redditur,C. de profess.& medi.libr.x.& de Monto.vbi suprà.versicul.sexto professores. Sic & pariter nobile feudum nobilitat possessorem suum, vt tenet Alber.in l.j.§. penultima. ff. de aqua quotidiana & æstiua.Bald.& Iason in prælud.feudorum. versicul. alia diuisio feudorum.Aliud nobile,quod nobilitat possessorem, sed non rusticum, vt dicit Lucas de Penna,in leg. cum neque. in fin. C. de incolis. lib. x.res enim à persona sumit conditionem & honorem,non econtra.l.iustissimè.ff.de ædilit.edict. sed primum tenet Isernia titul. per quos fiat inuestitu. ibi, dum dicit infeudatio confert nobilitatem. & Guido Pap.in singula.ccccl.xxxvj. §. infeudatio. & qui non tenentur secundùm ipsum Guido. contribuere in taleis & aliis subsidiis,vt in q cccl.xxxv. de rusticis contemnere feudum, vt dicit Bald.in cap. j. §. ex eadem lege. de lege Coradi. & ibi Aluarot, cum aliis suprà allegat.de quo per Anto. Raynaud. in comprehensorio feudali. tractatu de nobilita. & Montolonus vbi suprà.versi.quintò exempti sunt. & idem Iacobus de Aluarotis consil. quod reperitur inter consilia Alberi.Bruni.nom.lx. inchoante,dilecte nepos.& latè Bonus de Curtili in tractatu suo de nobilita.in iij.parte.numer. ccij. cum se-

quent. Sed opin. Lucæ de Penna approbatur per ordinationes & constitutiones Regni, vt statim dicam.ita quòd tenentur contribuere in taleis, vt decidit Guido Papæ quæstione cccl xxxvj. Et per consequens tanquàm nobiles nobiliter viuentes videntur non teneri ad contributionem talearum aliorum vectigalium.l.iij.§.j ff.de muneri.& honori.idem Montolo. vbi suprà in versicul. quare collectam.sequendo Guid.Pap.quæstion. cccl xxxv. & ita tenet Lucas de Penna in leg.fin C.de mancip.& colo.patri.lib.xj.per ordinationem diui Caroli sexti. etiam pro rebus immobilibus quocunque modo per nobiles postea acquisitis: quandiu illas in suis tenebunt manibus. Quinimò censentur nobiles, vt habetur in ordinatio. per Aufrerium recollectis.tit.de taleis.articul.xiij.& de iudicibus & aliis officiariis regiis ab eo stipendiatis & salariatis exemptis, vide ibi articul.ij. quæ ordinationes fuerunt per dominum nostrum Franciscum Modernum Regem confirmatæ.& ita per curiam fuit pro domino nostro Petro de la Vergne locumtenente generali Basaten. iudicatumcontra Syndicum dela Saluetat,& latum arestum die xxiiij. Maij, Anno
5 1534. † Tamen prædicta in aliquibus personis de consuetudin.Franciæ,& constitutionibus & ordinationibus regiis non seruantur: primò in ignobilibus,quia ignobiles de feudis nobilibus emptis soluere tenentur Regi iura,occasione illius debita, vt similiter habetur in d. ordinatione titul. de francis feud.& nouis acquisitis,per totum:nisi tales fuissent perRegem nobiles facti ac creati.Et ita fuit per curiam concluſum in causa & processu Francisci de Bonnail iunioris actoris: contra Franciscum de Bonnail fratrem primogenitum, qui in vim pacti tam in contractu matrimonij eorum patris se nobilem asserentis appositi, quàm in omnibus aliis suis contractibus & actibus per ipsum patrem & auum pro tali(certo tamen tempore tentum siue reputatum)celebratis, prætendebat totam successionem, quæ nobilium filiis primogenitis debetur. Nam nobilitas illius per documenta ex genere paterno (quamuis ex genere materno sit)probata nõ extitit .cùm nobilitas non ex genere materno, sed ex paterno procedat, leg.liberos.& ibi Baldus,Alberi.& Moderni.ff.de senatorib.Et ideo dicit glos. pragma.tit.de collation.§.insuper. in verbo, vtroque,quod impropriè appellatur quis ex vtroque parente nobilis:quia in hoc non curatur de conditione matris,sed patris tantùm,& Stephanus Bertran. consil. xxiiij. numer.iij. volum.ij.Et latum fuit arestum apud Liburniam die vij. Septembris, Anno 1528. Secundò non seruatur in doctoribus, nisi actu legentibus,secundùm ordinationes Regias,titulo de taleis.vt dixi suprà in d.quæstione cliiij. dominus de Stillaco,vel nisi essent præsidentes & cõsiliarij curiarum parlamentorũ,qui non solũ de iure nobiles sunt & reputantur,l.senatorum.l.nemo. & l.ius senatorum.& ibi per Doct. suprà allega. de dignita.libr.xij.& in l.j.& ij. C.de comitib. consistoria.cod.libr. & leg. iij. & fin.C.de silent.eodem libr.& l.fin.C.de senato. quia sicut ecclesia Roma. sanctum recipit aut sanctum facit Papam,c.nõ nos. ibi,quis enim sanctum.xl.distin.sic senatus siue curiæ supremæ parlamentorum nobiles recipiunt præsidentes & consiliarios, aut nobiles faciunt: quos Deus sua volit gratia rectos facere iudices. & idem de Montolono in suo iuris promptuario, in verbo tributum, in glossa reddite.circa medium. vbi dicit ita seruari de consuetudine immemoriali,sed etiam per ordinationes regias. primò Caroli vij. secundò Ludouici xj. tertiò Caroli viij. quæ habetur in titulo de priuilegiis Regiis & Burdegalen. capitulo ex parte dilectorum. cum duobus sequent.sic etiam reperitur iisdem præsidentibus & consiliariis datum fuisse à diuis Regni Franciæ principibus speciale super nobilitate priuilegium iuris confirmatorium:quod per plures in Camera computorum, vt iam intellexi, visum fuit & lectum. ita quod non tenentur aliquid pro emptione rerum feudalium soluere,nec pro taleis vel pro pedagiis aut sigillis Regiis, vt refert Gallus in Decisi. lxxj. & de taleis ponit Guido Papæ quæstion. cccl xxvj. & de Montolo vbi suprà, versiculo secundo senatores.& per ipsos vide plures decisiones, qui de iure teneantur contribuere, vel non. Nec pariter ex priuilegio speciali Caroli viij. concesso, tenentur ire vel mittere hominem ad guerram, bannum aut retrobannum, Anno 1487.Nec viduæ vel filij eorum durante minori ætate illorum: quod quidem extitit per dominum nostrum supremum Franciscum Regem confirmatum, Anno 1521. Et sic de iure & priuilegio sunt cum eorum liberis nobiles: alii vero officiarij tenentur soluere iura feudorum,ire ad exercitum,sicut alij,vt voluit Ang.in d.l.actores.per illum text. in addit.ad Bar. quãuis nobiles tenentur de iure ad munera sordida in ciuitatibus & locis in quibus habitant, vt §. si quis vero.in authent.de defen.ciuit. collat.iiij.ita per illum text.tenet Gulielm.de Laudu.in suo singul.text.inci.est quòd nobilis.& idem Bonus de Curtili in tractatu nobi.parte v.numero xliij.cum duobus sequentibus.

SVMMÆ.

1 *Priuilegium de alio faciens mentionem,an probet,si de illo non constet.*

2 *Feudo à principe concesso,vt sui prædecessores fecerunt,an de concessione prædecessorum sit facta fides.*

3 *Instrumentum faciens mentionem de alio non facit fidem,nisi illud exhibeatur.*

4 *Probationem plenam alicuius rei,an Papa vel Imperator per suas literas facere possint.*

5 *Citationem an possit princeps tollere,nu.6.& 7.*

8 *Iuramentum non potest princeps secularis tollere.*

9 *Minor aduersus arestum non restituitur.*

10 *Instantiam perditam etiam post appellationem potest princeps restituere, & cuius expensis id fiat.& nu.11.& 12.*

13 *Tempora instantiæ defluxa,an reparentur ope restitutionis,vel ipso iure.nu.14.& 15.*

16 *Appellationem quis ob paupertatem non potuit relenare,& prosequi,an postquàm transiuit in rẽ iudicatam audiatur.*

Quæstio CCXLVII.

Nunc ad secundam veniendo quęstionem,an priuilegium faciens mentionem de alio prius concesso faciat fidem, si de illo non constet,& an princeps possit ab onere probandi illud releuare partem.Item an instantia tam principalis,quàm appellationis peremptа,reparetur ipso iure vel ope restitutionis ex clausula generali,si qua iusta causa,&c.

DECISIO CCXLVII.

TT videtur quòd sic,& quòd eidem pro curatori villæ Burdegalæ docenti de cõfirmatione priuilegij,& non profectò de ipso priuilegio,vel de priorici cõcessione & 1

facul-

ſcultate ab ipſo principe leuandi gabellã ſeu vecti gal vini minutatim venditi data, obtici non poſſit. Cùm conſter de mente principis expreſſim, ma iori, & iuratis villæ illud ius vini venditi ab omnibus ex cauſis in eiſdem literis confirmatoriis contentis percipiendum concedentis, quæ conſiderari & attendi debet. Cum confirmatio prædicta ad pri uilegium olim ſuper hoc conceſſum ſe caſualiter & non conditionaliter referat. text eſt ſingul. in capitul. Abbate ſancti Syluani & ibi Doctor. de verbo. ſigni. Et idem eſt in ſententia, aut areſto per quod quis eſt condemnatus ad vnum par caponum quotannis ſoluendum ſecundum quod ſui anteceſſo res ſoluere conſueuerunt : quoniam intelligitur ſimpliciter condemnatus abſque eo, quod teneatur in executione illius docere de fruitione & gau dentia prædeceſſorum, vt voluit Bartol. in leg. eum qui. §. Iohannus. ff. de conſtit. pecun. & de hoc plenè
2 dixi ſuprà in quæſt. xiiij. dubium fuit ortum. † Et ita tenuit Oldr. conſil. cxxj. incip. ad primam quæſtio. verſic. ad ſecundam quæſt. dicens, quòd ſi fuerit ſeu di conceſſi. per principem his verbis facta : Nec concedimus ſicut venerandæ memoriæ genitor no ſter conceſſit, quòd is cui facta fuit talis conceſſio, aliter non tenetur probare de priori conceſſione. Inter alia quæ allegat iura. tex. in dict. cap. Abbate. Et prædictam Oldr. Deciſi. ponit & ſequitur Ioan. Andr. eod. tamen tacito in add. Specu. tit. de feud. §. primo. verſiculo, porro. in verbo, inſtrumentum. & idem Alexander in conſilio cxlv. quoniam abundè. verſicu. circa tertium quæſitum. libro ſecundo. & Caſtr. conſilio ccclij. viſis & diligenter examinatis. verſicul. nunc videndum. cum ſequent. volum. antiq. & Dec. in conſi. clxix. verſi. vltimò nõ obſtat. Et hoc verum ſecundum Alber. in leg. j. C. de epiſc. & cleri. quando datio & confirmatio pertinent ad eundem principem, vt hîc: quia tunc qui confirmat dat vel datum confirmat. l. lege obuenire. ff. de verbo. ſignific. & ibi idem Alberic. & Sicul. & Felin. poſt In. in cap. inter dilectos. verſic. in gloſſ. in verbo, confirmari. in iij. & iiij fallen. de fide inſtru-
3 men. † Tum etiam quia licet regulariter inſtrumẽ tum publicum faciens mentionem de alio inſtrumento non faciat fidem, niſi illud exhibeatur, authenti. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo. Fallit in priuilegio, vel reſcripto principis facientẽ mentionem de alio, quòd ei creditur, licet illud nõ producatur, vt tenet glo. in c. ſi Romanorum. ſuper verbo, definit. xix. diſtin. quam ibi faciunt ſin. Domi nic. & Card. Alex. & Iaco. de ſancto Georgio. in d. authentic. ſi quis in aliquo. verſic. ſecundò fallit. & Fel. poſt Inn. in d. c. inter dilectos. verſi. & iuxta hęc ſ. bdit, cum aliis per eum alle. Et eſt ratio ſecundũ gloſſ. & Doctor. alleg. quia ſi in vna lege, aut decretali fiat mentio de alia, ſtatur illi, quantuncunque de illa alia l. ge, aut decretali relata non appareat. er go &c. & idem dicit gloſſ. in lege obuenire. & Bal. in d. l. j. de epiſc. & cler. dum tamen ſecundùm ipſum, & Alberic. ibi & Cardi. in d. ca. ſi Romanorum. tenor priuilegij, aut eius ſubſtantia narretur in eodem, vt ibi, & quæ dixi ſuprà in quæſtio. incipient. venditio aut debiti receptio. prout hic. Tum etiam (& intro ſecundam hęſitationem) princeps eoſdem ab onere probãdi & producendi illud priuilegiũ à ſuis prædeceſſoribus ciuitati conceſſum releuauit. quod videtur poſſe facere viſis prædictis, per notata in clem. literis. de probatio. Cum enim probatio nes non ſint de ordine & ſubſtantia iudiciali, vt vo luit Bart. in l. prolatã. in vltima quæſtion. quem ibi Bal. Ang. & Alex. in addi. ad Bart. ſequuntur. de ſen. & interlo. omnium iudi. & omnes in capit. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. reprobata ibi glo. & in d. l. prolatam. & idem Alexand. in conſi. cv. verſiculo ac cedat ad confirmationem libr. v. cùm aliis vtrobique per eum allega. tamen pro gloſſ. vtriuſque iuris eſt text. in capitulo quoniam contra falſam. de probationi. ibi, teſtium depoſitiones, inſtrumentorũ productiones &c. & in rubro. & tit. ff. & C. extra de probatio. de teſti. & de fide inſtru. aliàs eſſent ſuper flui. & hoc tenet Bald. in l. iij. ver. Circa tertium. ff. de iureiur. quia illa cle. literis. eſt hodie ſublata per conſilium Baſil. titul. de ſubla. cle. lite. & ibi gloſſ. in verbo non præiudicent. cum duob. ſequen. † Ideo 4
ſi Papa (cuius grandis eſt poteſtas) per ſuas non poſſit literas facere plenam alicuius rei probationem: ſed neceſſarium eſt quòd de contentis in eiuſdem literis per teſtes, aut alia legitima appareat documẽta, vt ibi: ergo nec Imperator aut alius princeps, cùm probatio ſit de iure diuino, & in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. c. releuatum, & c. cùm eſſes. de teſtamentis. l. vbi numerus. de teſtibus. & iſtud videtur veri s, quoniam contra partem inauditam nihil diffiniendum. c. j. de cauſa poſſeſ. & pro prie. & l. digna vxor. C. de legi. & per Doct. inſuper Feli. in cap. dilectus. de excep. ſolum enim reditur principi in his quæ ex ſua dependent poteſtate, & non in aliis quæ cedunt in præiudicium tertij, vt iu ribus ſuprà alle. & per Doct. in c. cùm à nobis. de te ſti. vbi ita cõmuniter concluditur. † Quia princeps 5
nec citationem, nec defenſionẽ tollere poteſt clem. paſtoralis. §. cæterum. de re iudi. de quo per Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, figura. & per Docto. antiq. & Moder. in l. vt vim. inſuper. Claud. de Seiſſello. ff. de iuſti. & iure. & Hipp. de Marſil. in ſing. lxxxix. Sicul. & Fel. c. ea quæ. de re iud. cum aliis alleg. per Alb. Bru. in conſi. xij. verſicu. Tertia ratio. † Tamen videtur, quòd de citatione ſit gl. in con- 6
trarium, quòd eam tollere poſſit cauſa ſubſiſtente, in l. in ſi. ff. ex quib. cau. maio. & tenet Bald. in l. fin. verſic. Extra oppo. quod non valeat. C. de fruct. & lit. expenſ. & l. ceſſante. C. quomo. & quando iudex. & in l. nec cauſas. C. de app. & ibi reſpondet. ad cle. paſtoralis & idem Alex. in conſi. ij. verſi. Et non du bium. cum pluribus ſeq. lib. j. † Sed de citatione pri 7
mum eſt verius ſecundum communem ſententiam Doct. ſuprà alleg. & d. l. prolatã. de ſent. & interloc. om. iud. Et ſic nec exceptionem peremptoriã, quæ eſt defenſio. c. ex parte. C. de foro compe. & ibi per omnes. & Iaſon. in l. quoties. C. de preci. imper. offe. † Sicut etiã iuramentum nõ valet tollere (quod eſt 8
probationis ſpecies. l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. & iureiur. & c. fin. eo. tit. & ca. ſicut conſuetudo. de probat. ſi deferatur: aliàs non eſt ſpecies probationis, l. iij. ff. de iureiur. & ibi Alex. & Iaſ. & ambo, in j. no. & Roma. in conſil. cij. ſuper eo quo. verſicul. Secundo principaliter. & dixi in quæſt. incip. Confeſſio per debitorem. &c. in ſolutione illius, niſi ex ſtatuto hoc induceretur, quòd iuramentum debitoris plenam faceret probationem. de quo ibi per eum & Bal. Alb. & Iaſon in d. l. iij.) vt expreſſè tenẽt Cin. & Sali. in l. fina. C. ſi contra ius vel vtil. pub. & Alb. in l. ij. de precib. imper. offer. & Alex. in conſi. xxxviij. ver. Secundo pro hoc. volu. iij. vbi concludunt, quòd principes ſeculares non poſſunt tollere iuramentum. c. nouit. de iudi. & plenè Alber. Brunus in conſil. xlvj. & Alex. in conſil. cxxxij. nu. vij. & xj. lib. vj. licet princeps vim habeat apoſtolici, l. adigere, §. fina. ff. de iure patro. Ad quam reſpondet,

Alexand.in consil.proximè alleg.& tenet Ias. in d. leg.quotics.in ij.no.vbi alle.etiam illud consi. xxxviij.cum aliis etiam per eum,& in apostil.alle.& idem Alexand.in consi.cij.lib.iiij.Et prædicta vera, quando agitur de præiudicio iuris tertij,quòd non possit tollere,secundum communes & veras doctorum sententias.& per glo.in d.decreto Basi.in j.& ij.secus quando dependet ex sua mera potestate: vt in gabellis,& vectigalibus ac aliis muneribus ciuilibus seu publicis imponendis: vt per totum ff. & C.de muneribus,& aliis iuribus suprà allega.Vnde hîc de nouo per hanc confirmationem facientem mentionem de priuilegio seu illius concessione(de quo docere non tenentur)donare videtur,vt dictũ est. Tum quia prædictæ literæ confirmatoriæ fuerunt per Senescallum Aquitaniæ regio procuratore vocato interinatæ, Anno Domini 1455. & sic lxxiiij.anni iam fluxere.Quia princeps potest suum concedere priuilegium nemine vocato, sicut in cõdenda lege,l.fin.C.de legibus Socin.in consil.xcix. versicu.Secunda ratio.volu.ij. Et circa hoc vltimũ iterum venit in curia dubium inter comitissam de Taillebourg in materia propositionumerrorum actricem,& nobilem domicellam Ioannam L'hermite nomine quo conuentam ream:quam quidem comitissam domina regens,& postea princeps dominus noster relevauerant eorum rescripto ex certa scientia & de plenitudine potestatis. quod nõ obstantibus consignatione emendæ sex xx. librarum Parisien.non facta,in qua nullus,præter ipsum principem,ad quẽ emenda spectat,potest interesse prętendere,nec cautione de damnis & interesse soluẽdis præstita:in qua etiam parti victrici (si pendente processu præstetur) nihil deperit : licet enim de iure pars victrix sit astricta præstare cautionem de restituendo in eodem statu rem cum fructibus perceptis,vt auth.quæ supplicatio.& ibi Io.Fab. Bar. Bal.Salice.C.de preci.imper.offe.& Guido Pap. in q.Delphi. & q.clxxxix.saltem iuramentoriam secũdum ipsum,si non reperiat fideiuss.& d. authentic. quæ supplicatio seruatur in parlamento Delphinali,vt ipse refert ibi,& etiam in quæst. ccccxxx.tamẽ ordinatio , seu lex nostra Franciæ est magis æqua, quæ partem victricem ad aliquid præstandum vel faciendum nõ astringit , quoniam habet arestũ pro se,pro quo est præsumendum.l.ingenium.ff.de statu homi.l.res iudicata.ff.de regu.iur.ac pariter non obstante lapsu instantiæ triennalis ad prosequendũ errores prædictos institutæ & ordinatæ secundum ordinationes Ludouici xj. & aliorum suorum prædecessorum regum posset ex causis in literis expressis in eadem errorum causa procedere,scilicet ratione furoris,minoris ętatis,& absentię causa reipublicæ , quarum quælibet non videtur esse sufficiens.

9 †De minore patet,quòd restitui aduersus sententiã seu arestum senatorum vel præfectorum prætorio non potest.vt tenet Spec. in tit. de iurisdi.omnium iudic. & Guido Pap.in d.quæst.l.per text.in leg.in causæ.§.fin.cum l.sequen.ff.de minoribus. vbi princeps rarò restituit.& idem in l.properandum.§.fin. C.de iudi.& l.decreto.ff.de administratio. tuto.vbi in subsidium restituitur ad instantiam peremptam tutore aut curatore non existente soluendo:licet videatur tex.in contrarium in l.interdum.ff.de minoribus.& in l.ea quę.C.de tempo.in integrum restit. pet.quòd hæc præscriptio triennalis non currat minoribus & idem per alia iura tenet glo. in pragma. sanct.tit.de pacis.possess.super verbo, impediméti. versi.Sed an contra minorem etiam in beneficialibus.vt ibi,& plenè dixi suprà in quæst.an aliquis teneat.tamen hoc secundum seruatur in regno,vt infrà dicam. Nec etiam ex causa absentiæ tutoris vel curatoris , l.j.& ij. C. si tutor vel curator causa reipubli.absit,vbi tutor tunc ab administratione tutelæ se excusare debet,& in eius locum alium subrogari facere:aliàs periculum ad eum spectat.& idem in §.item qui reipublicæ,institita.de excusa.tuto.quãuis in contrarium sit tex.in l.etiam in his.& in l. fi. si tutor vel curator.& in §.pupillus.in authentic.de hære. & Falci. sed ista intelliguntur tutoribus vel curatoribus soluendo non existentibus, maximè in iudiciis propter iudiciariam authoritatem. Nec pariter videtur ex causa furoris : quia non constitit quando furere cœperit,quoniam Carolus de la Trimouille,& Ludouica de Cretini vir & vxor prosequuti fuere propositionem errorum ab Anno Domini,1511. Quod arestũ fuit contra eos latum ad annum quartum decimum inde sequentem,à quo vsque ad xxij.nihil extitit in eadem causa actum , nisi quædam literæ releuaminis interruptionis impetratæ primæ, scilicet de quinque annis datæ xxx. Ianuarij,1522.Secũdæ pariter datæ de Anno 1522. Per quas quidem princeps narrat dominum de la Trimouille dedisse eidem de Cretini in curatorem, quod facere potest in quocunque regni sui loco sint personæ & bona sita,l.j.C.de tutor.& curat. illust.vel clarissi.perso.& eodẽ anno xxij. & die xxv. Octobr.ipsa de Cretini sola sine suo curatore aliàs, & tertio impetrauit literas super reprisia eiusdem processus contra hæredes prædicti de Montberon, quæ omnia arguunt ipsam tempore instantiæ huius modi propositionis errorum furiosam , aut mente alienatam profectò non fore. Tamen his non obstãtibus,siue loquamur in prima principali instantia, siue in secunda appellationis causa , cum supplicatio seu errorum propositio aduersus sententiã vel arestum præfectorum prætorio apud nos proponatur , in expeditione seu terminatione temporis de iure cõmuni,sed de iure nostro Franciæ magis primæ, licet de iure tempus ad terminandum non sit statutum, conuenit & assimilatur, vt vult gloss. in l.vna.C.de sententia præfecti prætorio.quam ibi,& in dict.authentic.quæ supplicatio.sequuntur Doct. & Bald.in tractatu suo statu.in verbo, statutum. in vj. versicul. Statutum quod permittit. quem refert & sequitur Hippol.de Marsil.in singul.lxxxviij. ante finem. versicul. Sed operæpretium est , quod dicit se alibi non legisse , quod non credo , tantum doctorem non vidisse illiam gloss. & idem gloss. in conclusione pragma.sanct.super verbo parlamenta,quæ dicit quod hodie per ordinationem Ludo. xj.debet proponi intra biennium.& tamen ad eius ponendum errores,vt dictum est,cuius ordinationis tenor in fine inseritur,Princeps potest releuare & restituere partem.† Et primò quò ad instantiam 10
principalem per lapsum triennij (quod est tempus vitæ instantiæ)si ex toto sit peremptum , & sic vita eius finita,dico posse , vt ei spiritum vitæ insufflet, & spiritum vitæ concedat liti, vt dicit gloss. in leg. ab hostibus.§.sed quod simpliciter.ff.ex quibus causis maiores. quam faciunt ibi singularem Bald. & Alberic.& Bald.in l.sed & si per prætorem.§.quoties.in fi.co.titu.& Bart.& Doct.in l.si ab hostibus. C.eo.tit.dicens quòd finita vita actionis prætor insufflat spiraculum vitæ,vt naturales dicunt, ponens miraculum Christi Benedicti, qui suscitauit filium viduæ iam mortuum.& ita singulariter refert , & sequitur Paris de Puteo in syndicatu,in verb. sententia

tentia.capi. reſtat vnum aliud.verſicul. Tamen practica eſt quem ſuccincte referam paucis additis. & Ange.conſi.liiij.in quæſtion.propoſita. verſicul. Quod autem inſuſtllare.cum aliis per eum allegatis. Et hoc verum,ſi iſta ſuſcitatio inſtantiæ iam mortuæ ex cauſa concedatur, vt ſi lite cauſæ principalis pendente ſuperueniat peſtis in ciuitate vel terræ motus,aut alia impedimenta publica vel priuata,vt legatio,& ante procuratorem dimiſit,ſed mortuus fuit,vel propter ferias repentinas à principe indictas, propter quæ ius non fuit redditum, quo caſu non ſtetit per partem,ſed potius per iudicem & caſum,de quibus in dicta leg. ſed & ſi per prætorem. & leg.necnon.eod.titu. & gloſſ.in l.ſenatuſconſult. quam ibi facit ſingu.Ang.ff.de offic.preſid.quando facto iudicis inſtantia perit.cum aliis per Antoniũ Corſet.in ſingulari- iudex. in ij. & per me ſuprà in quæſtio.allega.vel etiam ſecundum de Puteo ex aliis cauſis iuſtis principi viſis & reputatis,quę ſigillatim enumerari non poſſunt,vt dicit tex.in d.l.ſed & ſi per prætorem.§.itẽ inquit. vbi declaratur clauſula,ſi qua iuſta cauſa videbitur.de qua in l.j.eo. tit. in quibus caſibus princeps ſolet concedere reſtaurationem inſtantiæ. Tamen in caſibus quibus ſtetit per iudicem,vel quia iudex eſt mutatus,vel per partem (ex cauſa quæ principi videtur iuſta) impeditam impetrans reſtaurationem inſtantiæ non tenetur ſecũdùm eum ad expenſas retardati proceſſus, argu.l.properandum.§.ſinautem vtraque.de iudic. & l.eum quem temere.ff.eod.& l.qui ſolidum. §. j.
11 de legat.ij.quia ſui negligentia non periit. † Sed vbi fuiſſet inſtantia non ex cauſis prædictis, ſed ex negligentia actoris peremptа,tunc ipſa pars impetrans inſtantiam reſtaurari, ſoluere debet expenſas parti contrariæ,argu.d.l.properandum.& leg.eum quem allegat Andræ de Iſern.in quadam conſtitutione Regni Neapolitani ita tenere. Et ſic ſecundùm eum conſueuit Regia curia,quando impetrantur reſtaurationes inſtantiæ ex aliqua cauſa colorata permittere hac conditione, quòd expenſæ reſiciantur,quia propter lapſum inſtantiæ videtur ſuccubuiſſe.& aliter(niſi illis refuſis)agere non poſſet, iuribus prædictis.& l facimus.de iudic.Sed vbi protractione vel dolo aduerſarij inſtantia periit,tenetur ſoluere etiam expenſas,ſecundum Innoc. in ca. venerabilis. de iudi. & ibi Socin.in d.c.per tex.in l.non ignorat.C.de fruct.& lit. expenſ. quia dolus aduerſarij culpæ actoris præponderat l.arbitrio. §. ſi dolo.ff.de dolo.& tenẽt Bald.in d.l properandũ. & in d.§.ſi dolo.vbi etiam dicit,quòd ſi periit facto tertij,quod contra ipſum agi poteſt ad expenſas.tenet glo.in l.iij.in vltima quæſtione.C.de tempo.ap
3 *Ius legitimæ & Trebellianica tranſmittitur ad hæredes etiam extraneos. & num. 6.*

4 *Legitimæ ſupplementum, qua forma petatur.*

Quæſtio CCL.

Vtrum iuri agendi ad ſupplementum legitimæ præſcribatur, & quando tempore. Et an tranſeat tale ius ad hæredes extraneos, & quomodo ſupplementum peti debeat.

DECISIO CCL.

1 BEVITER † dico, quod iuri agendi ad ſupplemẽtum legitimæ non præſcribitur minori xxx. anno. ſpatio, ſecundum Bald. Ang. Sal. Paul. de Caſt. Alb. & communiter Moder. inſuper Laſ. in l. ſi quis filium C. de inoffi. teſtamen.

2 † Quamvis Barto. ibi, & in conſil. xiij. an ius agendi ad ſupplementum. teneat contrarium, quod quinquennio præſcribatur, quemadmodum querela inofficioſi teſtamenti, in cuius locum eſt ius agendi ad ſupplementum ſubrogatum. & ipſum ſequitur Rom. in l. certi condictio. in princi. ff. ſi certum petatur. Et Guido Pap. conſilio lxx. & Bart. Socin. conſi. cl. verſi. ſeptimo firmatur, volum. j. vbi vult, quod ſola legitima non tranſmittatur ex potentia ſuitatis. alleg. Bal. in l. ſi arrogator. ff. de adoption. † Tamen alia contra

3 Bart. eſt verior & communior, quia ſecundum Doctor. ius agendi ad ſupplementum deſcendit ex teſtamento, aut ex conſtitutione, & agitur cõdictione ex l. omnimodo. C. de inoffic. teſtament. & ibi idem tenet Angel. & ſic actione perſonali, quæ annis xxx. durat. l. j. §. ad hæc. C. de ann. except. & l. ij. C. de conſtit. pecu. & idem tenuit Bald. in authentic. presbyteros. C. de epiſcop. & cleric. & in repet. l. pater filium. col. vj. verſicul. an iure agendi ad ſupplementum. ff. de inoffi. teſtament. & in l. tam is. §. huius autem. eo. tit. & Ang. in l. ſi à domino in princ. ff. de pet. hær. & in d. l. certi condictio. in prin. & ibi Laſ. verſi. & iſtam ſuam limitationem. & ibi idem Franc. Purpu. & Angel. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. & idem Laſ. verſicu. primo per iſtam regulam. ff. ſi quis cautio, & in authent. de trienn. & ſemiſſe. Et Paulus de Caſtr. conſi. cix. dubia dę quibus quæritur. volum. anti. vbi etiam dicit hanc eſſe communem opi. antiquorum & modernorum Docto. & idem Bald. in l. ij. q. vltim. C. de liberis præterit. & Bened. Capra. conſil. lxxvj. & ſing. Alex. conſi. cxxviij. vbi ſimiliter dicit hanc communẽ contra Bart. & idem in conſi. vij. verſic. vltima dubitatio eſt. vo. ij. & pulchrè Bertran. Landr. in addit. ad Bar. in d. conſil. xiij. & Cor. conſi. cclxiij. vol. j. dicens fundamentum Bart. non eſſe verum, quod ius agendi ad ſupplemẽtum ſubrogetur loco querelæ, quoniam ſecundum communem ſententiam Doct, ſupplemẽtum legitimę datur ad excludendum querelam, ergo non ſubrogatur loco illius, nec ſapit naturam eius: & ita pluries dicit ſe obtinuiſſe contra Barto. & hanc partem tenet Io. de Imo. poſt Franc. de Rampo. in l. id quod. in princi. ff. de domat. & Ange. Aret. inſtit. dè inoffi. teſt. in princip. & Guid. Pap. ſibi contrarius in Dec. lxxij. dicens iſtam vidiſſe ſemper per dominos parlamenti Delph. teneri. & Raph. Ful. conſ. lxxxiij. verſic. in ſecundo videtur. Quinimo vult plus, quod ſibi competat pro ſupplemento legitimæ hypothecaria, quæ ſola annorum xl. curriculis vacuatur, l. intelligere. C. de luit. pig. & ipſum ſequitur Anto. Rubeus conſi. clvj. num. 2. Et hanc concluſio. tenet Fran. de Creſna. in ſing. cxxviij. incip. antiqua eſt quæſtio. vbi dicit quod præſuppoſita opin. Bart. pro vera, tamen quinquennium non currit minori filio pro tota minori ætate, vt voluit ſing. Bal. in l. ij. C. in quibus cauſis in integ. reſtit. non eſt neceſſe. Et ſic incipiet præſcriptio ipſo iam facto adulto, per l. ſi. C. eo. titul. idem ſecundum Paul. de Caſt. in d. conſi. cix. verſicul. poſtremo ſi neptis aut nepos erat in ſui patris poteſtate, quod interim non currit, per text. in l. j. in fi. C. de anna. except. Ideo ab iſta communi & vera in cõſulendo & iudicando non eſt diſcedendum. & idem tenet Bal. conſi. cxxv. verſi. ſuper alio puncto. volum. iij. quando ab inſtituto petitur ſupplem. ẽtum, ſecus ſi præteritus ex linea materna petit illud: quia tunc ſuccedit loco querelæ, per text. in d. l. ſi quis filium. in fin. † Et prædictam concluſionem videtur limitare 4
Ang. in l. Papinianus. §. conditioni. ff. de inoffi. teſtament. ſi filius aut filia viuat, quod duret, & non præſcribatur niſi xxx. annis: ſecus in eius hærede, quia tũc quinquennio finitur, per d. l. ſi quis filium. quia, inquit, ſi filius tacuit per quinquennium, & decedat, intelligitur tacitè renuntiaſſe: ſecus ſi viuat. Sed hoc reprehendit Laſo. in d. l. ſi quis filium. & multum bene, quia ſi iſtud ius agendi ad ſupplementum duret xxx. annis, vt ipſemet tenet in locis ſuprà alleg. quomodo intelligitur renũtiaſſe per lapſum quinquennij, & mortem filij: ex quo enim ſemel ius factum eſt tranſmiſſibile, perpetuo durat, argum. l. cùm pater. §. quindecim. ff. de leg. iij. no. Bal. in l. cum antiquorib. §. ita tamen. in iij. qu. & Salic. in v. C. de iure delib. & Bart. in l. j. ff. quod metus cauſa. Per quod ſoluitur ſecunda quæſtio, quod hoc ius agendi ad ſupplementum legitimæ trãſmittatur ad hæredes, quemadmodum querela etiam non præparata: & de vtroque eſt text. in d. l. ſi quis filium. & in l. ſciunus. §. fi. eod. tit. & iſtum tenet Ang. in d. l. ſi quis filium. in iij. not. & etiam tranſit ad extraneos hæredes, vt vult ibi Paul. de Caſtr, ſi hæres eſt de deſcendentibus: quia ad tranſmittendum ſufficit ius in habitu habere, vt dicitur in d. l. ſi quis filium. Et iſtud ius eſt in bonis noſtris, ſecundum Pau. ibi, & ſic per illum text. tenet Signo. de Homed. conſi. ccxxxiij. & idem Pau. de Caſtr. conſil. xxxiiij. verſi. ſimiliter & ius petendi ſupplementum. vo. antiq. vbi vult quod hoc ius tranſeat ad monaſterium ex perſona mortui filij facti monachi etiam ignorantis, & non agnoſcentis legatum ſibi in teſtamento relictum. & idem Sali. in d. l. ſcimus. in princ. in j. q. de inoff. teſta. Alex. conſi. clj. verſic. idem videmus in legitima. lib. ij. Et iſta eſt concluſio quòd ad quoſcunque nulla habita differentia, ius petendi ſupplementum tranſit: ſiue ſint de deſcendentibus, ſiue non. & idem Ang. Aret. inſtit. de inoff. teſt. in princi. verſuquæro an hoc ius ſit neceſſe. vt dicit obtinuiſſe de facto Bononiæ. & idem Corn. conſil. xl. volumin. ij. & Soc. conſuecij. verſ. circa ſecundam dubitationẽ. vo. j. Et facit quòd dicunt Bart. Ang. & Mod. in l. Titio cẽtum. §. Titio genero. ibi, ſed ſi aliàs legitimam non reliquerat. ff. de condi. & demon. quòd legatum dotis nomine vel pro dote à patre filiæ factum, qui dotare neceſſariò tenebatur, ſit purum & tranſmiſſibile ad hæredes. ita conſuluit Petr. de Anchar. conſil. ccxxxij. † quia ſicut ius legitimæ tranſmittitur, ita & 5
ius petendi eius ſupplementum, etiam ad extraneos,

vt voluit Ange.consil.cclxij. punctus talis est,dominus Comes Robertus qui allegat tex.in l.quanquam. 6 & ibi glo.& Cin.C.ad leg.Falc.d. †Quinimo ius detrahendi legitimam & trebellianicam competens defuncto transmittitur ad hæredes, vt dicit etiam Ang.in consi.cxviij.qui pro nepote dedit dotem allegat d.l.quanquam.& l.Papinianus.§.quarta.de inoffic.testa.& illud etiam firmat eius consil.ccxxiiij. Iolus Domini Dalmacij de Tuderto.versi.ad secundū. quod ius deducendi duas quartas,legitimam scilicet & Trebellianicam,transit ad hæredes.& istam partē tenuit Corn.consi.cxvj.vol.ij.Et in istis duabus quæst. idem Pau.de Ca.consi.clxxij.visa & ponderata. volu. antiquo.Et est notādum quod non solum transmittitur ad liberos tempore mortis patris vel aui cōceptos,sed etiam & post eius mortem, vt volunt communiter doctores in d.l.si quis filium. sed hoc videtur limitare Paul.de Cast.nisi filia renuntiasset, & sit exclusa: quia tūc ad tales liberos post mortem patris aut auunculi, de cuius successione agitur conceptos, non transmittitur, vt voluit Paul. de Castro consil. ccccxvij.vol.nouo.& Bald.in l.si quando. §. illud.C. de inoffi. testam. quia non possunt venire ex persona matris, quæ ratione renuntiationis & iuramenti erat exclusa, & sic non potuit, d.l.si quis filium.in fi. ibi,nisi pater adhuc est superstes,vel repudiauit querelam &c.neque ex persona sua tanquam fuerint ei coniuncti,in cuius vita non fuerant in rerum natura: ideo non possunt dici quòd fuerint ei coniuncti. l.j. §.si quis proximior.ff.vnde cognati.& l.Titius. cum l.sequent.ff.de suis & leg.sed hoc non videtur obstare,ex quo Doctor.suprà allega. volunt,quod hoc ius transeat ad extrancos non attinentes seu coniunctos defuncto.Et eius opinio posset habere locum,si tales nepotes concepti post mortem aui vellēt succedere ab intestato ex persona matris renuntiantis, quæ superuixit patri suo,quod tunc non possint: neque ex persona eorum.& sic loquitur Paulus in d.consi.proximè allegato, & non quando agitur de iurē agendi ad supplementum transmittendo.& aliàs super dicto puncto,an nepotes succedant auo &c. vide in consilio infrà inserto. incip. viso casu suprà dicto & sentit Barth.Socin.& in consi.j.versi. postea posito.volu.ij. vbi tenet quòd filius transmittat non solum hæreditatem patris aut sororis etiam non aditam,sed etiam in integrum restitutionem ob immixtionem nō tā- 7 etam,vt ibi per eum. † Et circa hanc tertiam quæstionem est dicendum secundum Bartolum consilio xvij. forma petendi supplementum legitimæ, &c. quod debet proponere & allegare quòd in bonis debet proponere & allegare quòd in bonis defuncti tot erant bona tanti reditus & valoris. Secūdo,quod sibi fuit relicta talis summa. Tertiò, quòd summa prædicta sibi non sufficit pro sua legitima portione. Quartò,quòd deficit tantum pro sua legitima. Quare petat & concludat sibi suppleri iuxta formam dictæ l.omnimodo. & l.sciemus. §. repletionem & ibi ita omnes dicunt.de inoffi.testa. & Ang.Aretin.in §. tam autem.inst.eo.ti.& Fabia. de Crochuis,in repet. auth.nouissima.versi.sextò,quæritur.& ibi Moder.

SVMMA.

1 *Reemere rem totam an possit vnus hæredum venditoris, vel vnus venditorum.*

2 *Venditum rem communem cum pacto vecobrę, si vnus offerat partem pretij, an audiatur.*

Quæstio CCLI.

Duo simul vendiderunt terræ petiam certo pretio cum pacto de retrouendendo ad annos decem vsque.Nūc vnus ipsorum vult totam rem habere soluendo integrum pretium, an possit:& an idem in vno ex cohæredibus vēditoris totam terram redimere volente.

DECISIO CCLI.

ET † videtur quod vnus vē- 1
ditorum aut hæredum sine alio, aut de eius certo mandato totam redimere non possit, vt voluit Bald.in l.ij. ante fi.ver.sed quid si vnus ex venditoribus.C.de pactis inter emptorem & venditorē. & Bartol.Paul.de Castr.in l. si quis aliam. ff.de solutionib. quoniam in iure indiuiduo(vt inquit Paulus)vt hic rem dari, vnus sine alio non admittitur ad petendum insolidum. l.ij.§.ex his.ff.de verbor.obligation.quia licet alius socius vel cohæres nunc non curet reemere partem rei venditæ,tamen in futurum posset: & mutare propositum, l.deberi.C.de fideicomm.libertatibus. Et vnus non debet ius alterius sine eius voluntate præoccupare.l. si stipulatus.§.lancem.ff.de soluti. cum aliis adductis pro hac parte per Socin.consi.xvj.numer.j. & ij.cum pluribus sequent.volum.iiij. & hanc Pauli sentētiam sequitur Alciatus in l.iij.§.Cato.numer.lvij.cum sequent.ff.de verbo.obligationib.quam confirmat reprobata opinione Socin. ipsum asserens pauca bona iudicio suo dixisse in dicto consil.xvj.volum.iiij.imò multa dicit bona circa hanc quæstionem iudicio, & sententia plurium dominorum & mea, vt infrà. Et concludit Alciatus,quod emptor non tenetur retrouendere vni tantùm, ex quo in obligatione est rem dari,vt ibi per eum. Fallit in tribus casibus secūdum eum.Primo,quando tenetur ad tradendam rem tantùm:ex quo enim obligatio est rem tradi, est indiuidua, & vnus tunc potest in totum redimere. l.fistulas.§.qui fundum.ff.de contrahenda empti. Et sic facit differētiam inter rem tradi,quod possit in totum per vnum redimi:tamē secundùm communem non est differentia,vt infrà dicam pro parte contraria.Secundo fallit quando quis tenetur ex dispositione legis vendere: quia tunc verba legis verificantur in vno. Tertio fallit in eo qui tenetur vendere rem aliquam mobilem indiuiduam, secundum Fulgos.in l. quod si nolit.§.idem Marcellus,quem ibi in hoc sequitur Cæpo.in secundo notabili,quando retrahens vult dare cautionem de eo quod est vltra partē suam. Et ista pars probatur:quemadmodū enim vnus venditorum ad partem rei venditæ, recuperandam, soldo partem pretij non admittitur,vt voluit Bart. in l. cui vsusfructus.ff.de vsufruct.de lega. & in consi.cxv. Ang.& in d.l.si quis aliam.& etiam Pau. de Cast.ibi, & Ioann.de Plat.in l.quoties. versicu.quid autem.C. de agric.& censi.libr.xj.& idem Bald. in l.ij.ante fin. C.de pact.inter empt.& vend.cum aliis per nos allegatis §.v.de consuet.retract.lib. consuetu.Biturig.& Decius in l.eius qui in prouincia §.quas vero. n.viij. ff.si certum pet. Ita nec vnus sociorum sine alio admittetur ad totum:licet Fulgo.in d.l.quòd si nolit.§. idem Marcellus velit in contrarium, & Albertus de Cremona in l.si legato. §.si Stichus. ff. de manumiss. testa.vt infrà dicam. Tamen Fulgo.vbi suprà,argum. d.§.idem Marcellus.vult quòd vnus venditorum totam offerendo pecuniam, non poterit compellere emptorem ad rem sibi totam retrouendendam. Et similiter tenet vnum ex sociis esse admissibilem ad petendum solùm partem rei, soluendo totum pretium:quia emptor lucratur partē illius rei gratis sine aliquo pretio: & ipsum,in hoc sequitur Cæpola

ibi

ibi in ij.notabi.& Soci.in d.conſ.xvj.in iſto dicit eſſe verum:quia communio & ſocietas eſt gratuita & rei lucratiua, quòd non eit tic ſoluendo partem pretij. Sed quantum ad ſecundum dictum Bartoli non bene dicit,quia non admittitur ad partem rei ſoluendo partem pretij,& iſta eſt vera & communis,quam tenet Socin.in conſi.cc. verſic.ſecundo dicitur.volum. ij.& Baldus conſi.cxcviij incip.præſupponatur.lib.ij. & conſil.cccxxxij.volu.ij.& probat text.in d.§. idem Marcellus.& in l.cum eiuldem.eod.tit. ſi emptio facta ſit de pluribus reb. vno pretio, vitiatur in totum reſpectu vnius morboſæ rei, & tenet Cæpol. in d.§. idem Marcellus. in primo notabil. dicens vnum ex hæredibus non poſſe offerēdo partem pretij ipſum tangentem,conſequi partem rei inuita parte.allegat Paul.de Caſt.in l.Iulianus.§.offerti. ff.de act.empt.& Signorol.de Homed.conſil.lnj.in princi.incip.ſuper prima quæſt.& Decius conſil.ccccxxj.num.iij.& iij. volens ibi plus, quòd ſi in vno inſtrumento fuerint plures res diuerſis pretijs venditæ, tamen omnes reputantur pro vno contractu ſiue pretio, quia vnam ex dictis rebus ſine aliis non emiſſent dicta l. cum eiuſdem. Alias emptor inuitus incideret in communionem, quod eſt inconueniens. l.ſi non ſortem.§. ſi centum.ff.de condiction.indebit.& l.cum pater.§. dulciſſimis.ff.de legat.ij.& d.l,quod ſi nolit. §.ſi plures.& ibi,verſi.inter.ibi Cæpol.in iij.notab.& tenet Alex.con l.cxliij. in princip.lib.vj. Cum ſit quid indiuiduum,ſecundum Bartol. quia venditio continet rem tradi,quod eſt indiuiduum, d.l.ſtipulationes nō diuiduntur.in princ.iuncta l.j. & l.ex empto.in prin. ff.de act. empt. Hoc enim probat eſſe indiuiduum, quia non affert tantam vtilitatem in parte reſpectu partis,quantam in toto reſpectu totius,d.l.ſi quis alium.de quo aliquid infrà dicam. aliàs emptor non fuiſſet empturus,l.ſi duos quis ſeruos. & ibi gl. Bald. & Alb. ff.de contrah. empt. Tum etiam proximior non poteſt vnam ex pluribusvenundatis rebus retrahere,nec pariter dominus iure prælationis retinere, vt tenet Maſuer.in praxi.tit.de retract.verſi. item vna vel pluribus cum aliis per nos allegatis, lib. conſue.Bitu.co.tit.§.v.& idem Bal. in tract.de iure prothomiſeos.verſi.ſed pone quòd dominus. & Alberi. in l.ſi duo patroni.ff.de iureiur.& Martinus Baſcoletus in arbo.diuidui vel indiuidui.verſi. pro hoc facit. ¶In contrarium videtur quòd vnus venditorum, aut hæredum poſſit ſine voluntate alterius redimere, vt voluit Baldus in l.quod ſi vno.per illum text.ff.de in diem addictione.& in l.fiſtulas. §.qui fundum. & ibi Bal.ff.de contrah.empt. & per text.in l. tutor vrgentibus.§.j.ff.de minorib. & etiam per illos text.in d.l. ſtipulationes non diuiduntur. verſic. expedita theorica.& reſpondet ad id quod dictum eſt,quòd in materia indiuidua vnus non poſſit inſolidum agere ſine aliis,dicta lege ſecunda.§.ex his. de verborum obligation.quia illud procedit in materia omnino,& totaliter indiuidua, vt eſt ſtipulatio ſeruitutum, quæ non poteſt à principio pro parte imponi, l.pro parte.ff.de ſeruitutib.ſecus eſt in obligatione rem tradi l.locus.ff.de acquir. poſſe. & idem in hoc Bened. de Plum.in l.ſi ita fuerit. verſi.tertiò oppo. ff.de manumiſſ.teſtament.quia ſecundum eum non eſt reddere rationem diuerſitatis inter alia facta diuidua & dationem:aliàs eſſet contra text.in l.v.§.fi.de verb.obl. Et præſertim ſecundum Laſ.præſtita cautione de dādo partem aliis ſociis, ſi voluerint rem habere,l.j.§. ſi pecuniam in ſacculo.ff.depoſit.alleg.Paul.de Caſt. conſ.ccxxj.incip.in hoc paſſu duo ſunt,volum.antiq. & iſtam partem ſequutus ſum.in §.v. in vltima quæ-

de conſuetu.retract.lib. conſuetu. Biturig. allegando Bald.& Paul vbi ſuprà. & idem tenet Fab.de monte ſancti Sauini in tract.de empt.& vendi.in vij.princi. quæſt.ij.& pro hac parte facit text.in d.l.j.§.ſed quoties.& ibi tenet Socin.ad Trebell.& gloſſ.ſingu.in l. vxorem.§.agri plagam.in verb.petere.ff.de leg.iij.& l.ſi vno ff.de action.empt. Et idem ſi conſtaret alios nolle reemere,quia ſic declarauerunt, vt voluit Alb. de Crem.in d.l.ſi legato. §.ſi Stichus. ff. de manum. teſt. quem refert & ſequitur Bertach. in ſuo rep. in ver. obligatus reuendere, cuius lecturam dicit ſe vidiſſe in ciuitate Senarum (cum ibi tanquam vicarius aſſiſteret prætori)in lib.dom.Ioan. Bapt. Caccialupi de S.Seuerino,qui idem Bertach. tunc iudicaturo de facto in cauſa Achillis Petrucij ciuis Senenſis allegauit:& de dicto Alberto de Cremona facit mentionē Bald. in l.ſi noxale.ff.de noxa.actio.& alibi ſæpe.Sed quia (vt inquit) lectura prætati domini Alberti rara habetur,ipſe voluit inſerere verba punctualia,vtpatet: quæritur ſi aliquis vendit ſeudum, & paciſcatur cum emptore,quod reddito ſibi pretio fundus reſtituatur venditori: & decedat vendit or relictis plurib. hæredibus,& vnus velit reſtituere partem ſundi, & alij nolint recolligere, numquid audiatur? & videtur argu.huius literæ quod ſic, & l.legatarios.in princ.ff. de lega.j.& l.ſi cui fundus.de con.& demon. †Sed contrarium in hoc eſt verius,vt dictum eſt ſi prā.Sed numquid ſi iſte vult ſoluere partem ſuam & cohæredum,& totum cōſequi,audiatur? & videtur quod ſic. ff.de contrah.empt.o.l.iſtulis.§.qui fundum. & l.ij. ff.de manumiſ.& l.ne in plures.de exercit. actio.& l. ſi ita fuerit de manumiſ. teſta. & l. ſi quis legata.de conditio.& demonſtra.In contrarium videtur quòd non,argum.l.ſi vxorem.§.agri plagam. de lega.iij.& l.ſi plures.de condi.inſert.Sed videtur diſtinguendū, an cohæredes repudiauerint expreſsè,& tunc habent locum primæ allegationes:aut non,& tunc ſecus: & idem Bertach.in dicto repertorio, in verbo emptor retrouendens ex pacto.dicens ſe in dicta cauſa ſic iudicaſſe.ſed Alexan.in d.l. ſi cui vſusfructus. de vſufru. legat.tenet ſimpliciter vnum ex hæredibus poſſe (ſi velit)totum reemere,ſiue alij expreſsè repudiauerint ſiue non.allegat Raph.in d.l.cui fundus.de conditio. & demonſtrat.& in l.ſi mihi & Titio. de verborum obligat.vt dixi in d.§.de conſuc.retract.in fin.& pro hac Deciſio gloſſ.in d.l. legatarius. de legat.j. & latè Socin.in dicto conſil.xvj.volum.ij. & idem in l.j.§. ſed quoties.ad Treb. & Marti. Baſcoletus in d.arbo. diuidui & indiuidui, verſ.ſed quæritur.cum ſequent. Sed ſi alij infra tempus recuperandi vellent venire, admitterentur vnà cum alio primo agente. Et iſta concluſio eſt vera, non ſolùm etiam quando vnus egit pro ſe ad totam rem ſoluēdo integrum pretium, ſed etiam profectò quando tam nomine ſuo, quàm cæterorū ſociorum vel cohæredum egerit, quamuis de eorum voluntate & conſenſu intra tempus ad retrahendum præſtito non appareat:quia ſi tempus eſt elapſum non nocet diſſenſus,vt voluit Socin.in præalleg.conſ.xvj.num.xxvij. quoniam per lapſum temporis eſt locus iuri accreſcendi, vt dicit Bartol.in l.ſi mihi & Titio.& ibi omnes ſequuntur. de verbo.obligat.cum aliis per Socin.allega.Et ſignanter, vbi talis agens conclu'it inſolidum ius cuilibet competere,quod fortius eſt ſecundùm eum.Et ita concluſum in curia nobilis domicellæ Iacquetæ de Conſtantin. viduæ defuncti quarti præſidis Carle appellatæ,contra Mariam de Leſpan & Franſquinam de Sarrault à Seneſchallo Aquitaniæ appellantes. Sed ipſæ appellantes obtinuerunt ex cauſis in quæſt. ſequent. con-

tentis. Et latum fuit arestum die quarta Martij, Anno 1529.

SVMMÆ.

1 *Contrarietas in eodem vel diuersis instrumentis, quid efficiat. nu. 2. & 9.*

3 *Instrumentum contraria producens non potest postea illa retrahere.*

4 *Instrumentum producēs videtur illud & personam notarij approbare.*

5 *Instrumenta duo si sint contraria, cui potius credatur. & nu. 7. 8. 10. & 11.*

6 *Scriptura priuata quando præferatur publicæ.*

Quæstio CCLII.

Sed alia in dicto processu orta fuerunt dubia, quoniam appellans produxit instrumentum seu exemplum venditionis cum pacto de retrouendendo grossatum per collationatum commissum qui in formam redegit publicam quoddam extētum manu de Mettreau notarij qui receperat, scriptum, non tamen signatum: quod quidem appellans prætendit appellantes produxisse, per duas decens sententias, scilicet sub maioris & iuratorum de Senescallia Aquitaniæ latas, & per arestum curiæ confirmatas. Et pariter appellatæ aliud produxerant instrumentum puræ & simplicis venditionis sine aliquo pacto de retrouendendo, manu eiusdem notarij scriptum & signatū. Et si hæc instrumenta ab vtrisque partibus producta sunt directè contraria (licet vnum plus contineat quàm aliud: quæritur primò, cui parti instrumento stari debeat, ita quòd probatio valeat. Secundò, an notarius ex vno instrumento pluta & diuersa capitula quemlibet partem respicientia continente, possit plura facere instrumenta, & cuilibet contrahenti illa debere & tradere.

DECISIO CCLII.

QVo ad primam quęstionem dic quod aliquando instrumenta vel scripturæ sibi inuicem contradicunt. Et tunc aut est cōtrarietas in eodem instrumento, vel in eadem scriptura, aut in diuersis ab vna, vel vtraque parte productis. †Si in eadem scriptura vel instrumento, tunc 1
si potest aliqua diuisione coadiuuari, vt non sit scriptura sibi contraria, sed diuersa, tunc in sua remanet firmitate, vt patet in prima constitutione. C. §. quib. & sic iura inuicem concordantur. l. vna. C. de inof. testa. c. cum expediat. de elect. lib. vj. Idem etiam si possint aliqua iuuari interpretatione humana & verisimili secundum naturam cōtractus, l. si vno. §. j. ff. loc. Alias non adhibetur fides, l. ubi repugnantia. ff. de regul. iur. & ibi Decius num. v. cum aliis per eum allega. & Ange. consi. cccl xxvj. philosophicè. versic. sed si salua ratione. quia etiam testi sibi contrario non creditur, vt ibi not. & in l. scripturæ. per Bartol. Bald. & Docto. C. de fide instrum. & c. imputari. & ibi Felin. post Abbatem Sicul. in vj. declaratione. & in prima & secunda limitatione. eodem titulo. †Secundo casu 2
quando contrarietas in diuersis scripturis vel instrumentis, tunc aut eodem producūtur, & non possunt aliqua concordari diuisione vel interpretatione, & vtrumque reuocatur: & sibi qui contraria produxit instrumenta imputandum est, d. l. scripturæ. quam intelligit ibi Iacob. de Aret. habere locum, siue ambæ scripturæ sint priuatæ, siue publicæ, siue vna publica & alia priuata: quamuis gl. velit contrarium in l. scripturis. C. qui potio. in pig. habe. quoniam text. in d. l. scripturę. & in c. imputari. vtuntur verbo scripturę, quod verificatur in omnibus prædictis. & sequitur Salicet. in dicta l. scripturæ. & in c. imputari. in iij. de-
claratione. †Quinimo pars illa producens instrumēta non potest illa retrahere seu reuocare, quasi erro- 3
neè facta: quia imputatur sibi, cùm prouidere potuerit, & iam sit acquisitum aduersario, cui præiudicatur, vt dicit Spec. in titu. de instru. edit. §. poſtremò. in fi. versi. vltimo no. & Ant. de But. & Imo. in c. G. perpetuus. de fide instru. & glo. magna in l. j. §. editio. & ibi Iaſ. versi. ij. conclu. & ver. nj. conclu. ff. de edend. allega. Bal. in c. præsentium. de testi. & idem Lau. Calca. cōsi. cxv. nu. xxvij. cum aliis per Fel. in d. c. imputari. ver. septima & vltima declaratio. allega. quoniam confitetur omnia contenta in instrumentis, vt inquit Inn. in c. cùm venerabilis. de exceptio. & Bartol. in l. post legatum. ff. de his quibus vt indig. & And. Barb. conſ. xviij. nu. xxiiij. & xxvj. vol. ij. & consi. iij. versi. præterea consideret. volum. iij. & Alex. consilio clxxxv. nu. xij. lib. vj. & Socin. consi. xcvij. num. xix. volum. iiij. & Bal. consilio clxxxj. omnis assessor. vol. ij. cum aliis allegat. per Deci. in c. cùm venerabilis. in gl. in verbo. vitium. versic. succesſiuè Abb. & talis confessio reuocari non potest, vt tenet Abb. Sicul. in c. fin. ad fin. de confe. †Et non solùm contenta in instrumentis, sed 4
etiam personam notarij illa recipientis habilē (quāuis non esset) approbare videtur: ita quòd postea alia instrumenta eiusdem notarij cōtra ipsum producta reprobare (respectu personæ ipsius notarij) non poterit, vt voluit Bal. in l. si quis testibus. C. de testibus iuxta illud, Quod approbo non reprobo, vt ibi, & l. Nelennius. ff. de neg. gest. & sequitur Iac. in d. l. j. §. editiones. ver. tertia declaratio. ibi, adde. & Hippolyt. de Marsi. in l. qui ignorans. nu. 10. ff. ad legem Corn. de falsis. & in l. si quis ne quæstio. ff. de quæstio. & Alex. consi. cxxxiij. num. xiij. lib. vij. & Guid. Pap. quæst. ccccciij. in princi. Limita regulam, quòd producens reuocare non potest instrumentum productum, nisi pars aduersa impugnasset talem productionem, per ea quæ no. Imo. in c. mulieri. de iureiur. cum aliis per Felin. ibi alle. & no. Bald. in d. c. si. versicu. quęro produxi. de confess. & idem Feli. in d. c. imputari. versic. septima & vltima declaratio. Limita secundò, nisi statim re integra renuntiat productioni, l. si aduersarius. (quæ est ad hoc ling.) C. de fide instru. & l. quæ familiæ. & ibi Floria. ff. iam. ercisc. & Bal. in d. c. præsentium. & Roma. consil. cccexxxiij. quo ad primum quod sufficiat. in vltim. dubio. & Iaſon. in d. §. editiones. ante fi. versic. ittam glosſ. ita enucleatam. accedat text. in l. si fallos codicillos. C. de fal. de hoc alibi dixi. †Si vero ab vtraque parte producantur instrumenta 5
eiusdem temporis, tunc considerari debet quæ scriptura sit dignior, l. cum de ætate. ff. de probation. vt quia vna scriptura est publica, & alia priuata, & publica præfertur, d. l. scripturas. qui potio. in pign. habe. †nisi illa priuata esset pluribus notata testibus, vt 6
dicit ibi glo. & Sali. & idem Salic. in d. l. scripturæ. & Felin. in d. cap. imputari. in prima limitatione. & tūc de istis dicitur prout de casu sequenti. Si verò ambæ scripturæ sint publicæ, tūc authoritates notariorum considerandæ sunt, quæ dignior sit. l. ij. & iij. §. j. ff. de fide instru. & Alexan. consi. cxc. num. xvij. libro sexto. †Et idē si vnum instrumentum melioribus adiuue- 7
tur adminiculis quàm aliud, secundum Bal. post glo. in l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipu. & Alexan. consi. cxc. num. xxij. lib. vj. vel etiam si saluari possint (vt dictum est) aliqua interpretatione. & idem Domini. consi. lxxvj. versicul. præterea quando producuntur. & Alexand. consilio clxx. num. j. lib. vj. Et idem quando ab vno & eodem notario sunt emanata, vt erat in casu nostro, in quo per reos producebatur instrumentum puræ & simplicis venditionis, & actrix produxit instrumentum venditionis conditionalis, id est, cum pacto de retrouendendo: quia

quia iſtud non contradicit primo,ſed addit pactum, & ſic poſſunt ſaluari.cap.cum Ioann. eremita. & ibi Innocen.in fi.& omnes, de fide inſtru. & hoc ſi hoc inſtrumentum addens eſſet in forma probante, vt ſtatum dicam.& idem Æg.ad.Bellamera in Deciſion. cc.lxxvj.inci. ſi producantur. Vel quando vnum inſtrumentum eſt in forma authentica per notarium red. tum, & protocollũ notarij, & reperitur repugnantia,tunc ſtatur protocollo,quia eſt originalis & matrix ſcriptura.l.ſi quis ex argentariis. §. penultim. fi.de edend.& in authent. de tabel. per totum. & in authent.ſi quis in aliquo.C.de eden.& tenet Bartol. Sempronius Proculo. & ibi Bald. ff.de legatis ij. & idem Bald.in l.cum proponebatur.in vltim. qu.ff.de legat.ij.& in conſil. lxx.aliàs lxj. quidam nomine Cichalis. vol. v.& Corn.conſil.xxviij.volum.primo,& Decius in dicto c.cùm venerabilis.in xj.not.& Ang.
8 de Butr.in c.dudum.de conuer. coniug. † Et idem quando ſunt duo inſtrumenta originalia, quorum vnum eſt magis originale quàm aliud, & tunc ſtatur magis originali,d.authent.de tabellio. §.fin.in fin.& Bal.in d.l.Sempronius.vt hic videtur fuiſſe:quia productum fuit originale inſtrumentum per notarium qui receperat groſſatum,& aliud per commiſſarium qui extenſum magis amplum manu notarij recipiẽtis ſcriptam(licet non ſignatum)groſſauit, & in formam publicam redegit: quod ſtetur inſtrumẽto per notarium inter †ceptο & ſignato, quia talis abbreuiatura ſeu extenſio non ſignata eſt imperfecta, cum non fuerit in protocollo reperta, ſed quædam per ſe chartula carens ſigno notarij. ideo penitus vitioſa,d. auth.de tabel. §.penultim. plene Barba.conſ.ix.num. x.volum.iij.& Cor.conſilio cccxvj.vol.ij. Quinimo huiuſmodi tranſumptum per commiſſarium fuit ſine authoritate iudicis,& partis vocatione factũ:ideo non eſt alicuius roboris.c.cum P.tabellio.de fide inſtrument.quicquid voluerit ibi Abbas Sicu. Sed primum tenet Cornel.conſil.xxiij.volum.iij.cum aliis ſuprà alleg.in Deciſio.xxxvj.inci. quia ſuprà in præcedenti q.num.vij.&viij.multa enim requiruntur ad hoc,vt inſtrumentum poſſit per alium exemplari & groſſari,vt ibi dixi.& per Corn.conſil.cxxxij.volum. quarto.& Felin.in dicto c.imputari.in princip.Bene verum eſt, quod exemplum manu eiuſdem notarij qui ſcriplit authenticum,probat:quia eadem authoritate nititur,qua primum, vt tenent Barto. & Doctor.in auth.ſi quis in aliquo. C. de edend.& Bart.in l.in fraudem.§.neque inſtrumenta.verſi.venio ad ſe-
9 cundum.ff.de iure fi.ci. †Si vero non appareat quę ſit dignior, & præferri debeat, quoniam ſunt æquales, tunc cæteris paribus (cùm ſe inuicem elidãt) reus eſt abſoluendus, quia actor qui probare tenetur, non probauit, ſaltem eius probatio per contrarium inſtrumentum fuit elisa,vt dicit Specu.in dicto titu.de inſtru.edit.§.poſtremò.verſicu.ſed pone produco.&
10 Bal.& Imo.in l.cum proponebatur.de legat.ij. †Niſi in cauſa libertatis,fauorabili,& pia: tunc illi ſtatur, quod liberationem,aut libertatem,aut cauſam piam continet.cap.fin.de re iudicata.& l.inter pares.ff.eo. titul.& plenè Lauren.Calca.conſil. cvij.nu.vj.cum ij. ſeq.& Bal.conſi.xlij.ad euidentiam.& conſi.cxliij. licet allegationes ſint notabiles,vol.j.& conſ.cccxlinj. viſo inſtrumento.vol.ij.& Alex.conſi. cxc.nu.xiinj.li-
11 vj.Et † idem in ſummis ſi diſcrepent: quia tunc minor ſumma debetur,d.l. Sempronius Proculo. cum no.in l.quinquaginta.ff.de proba. Quoniam inſtrumentum quod continet plus trahitur ad illud quod continet minus, & ſic error præſumitur in pluri, & non in pauciori,vt ibi,quod eſt ſingulare, ſecundum Bal.in d.l.Sempronius.cum nota.in regula,plus ſemper in ſe continet quod eſt minus, de regul. iur. lib. vj.& in l.in eo quod plus.& ibi Decius. ff.eo.tit.& idem Alex.conſ.lxiij.ver.corroborantur.lib.v. & Iac. de ſancto Georg.in l.ob carmen.§. ſi teſtes.nu.xiiij. de teſti.& Floria.in d.l.cum de ætate.verſic.ſequitur modò.quos ad omnia ferè prædicta vide, & Bal.in l. Imperator.verſicu. ſed nunquid vnum inſtrumẽtum ff.de ſtatu hominum. vbi concludit, quòd ſi vnum continet plus quàm aliud, & illud poteſt probari & reduci ad minus, vt in ſummis, & valet in minori ſumma,arg.l.diem proferre. §.ſi plures.ff.de arbi. Et ideo ſi reperiantur duo inſtrumẽta mandati ſeu procuratorij eadem die confecta, nec appareat quòd vnum fuerit prius altero, quòd illud præfertur,in quo datur minor poteſtas,vt voluit Bald. in l.falſus. C.de furt.& Alex.conſi.xlvnj.lib.vij.Aut non poteſt reduci,vt quia vna ſcriptura eſt plenior altera.vt quia cõtinet plura capitula, & tunc dicit pleniori ſcripturæ ſtandum eſſe,argu.l.ſi ita ſcriptum fuerit Titius,imò Seius.ff.de hæredi.inſti.& in l.ſi quis ex argentariis.§. ſi initium.de edend.prout in caſu noſtro. Sed vnum non erat legitimum (vt dictum eſt) & ſic non faciebat fidem.& ſequitur Alex.conſil.cv.verſic. Secundò principali fundamento.libro v.& Dominic.in d.cõſilio lxxvj.verſi. præterea iſta inſtrumenta.& Corne. conſi.ccxliij.volum.iij.& plene Baldus conſ.cvj.aliàs xcvj. caſus talis eſt, producuntur duo inſtrumenta. volum.v.vbi vide & Socin. conſi.xciij.inci.præſtantiſſimi & iuſtiſſimi.verſi.concordat quod no. voluit Bald.

SVMMÆ.

1 *Inſtrumenti plura capita an poſſint ſeorſim in publicam formam redigi. & nu.2.& 3.*

4 *Deceptio vltra dimidiã in vna plurium rerum ſimul venditarum ſolum reſcindit contractum pro illa parte.*

5 *Teſtamenta duorum an poſſint vno inſtrumento & coram eiſdem teſtibus confici.& nu.7.*

6 *Falſitas vnius in vno inſtrumenti articulo commiſſa,an reliqua omnia vitiet.*

Quæſtio CCLIII.

Quo ad ſecundam quæſtionem, an notarius poſſit ex vno inſtrumento plura capitula diuerſa, & quamlibet partem particulariter reſpicientia continente facere plura inſtrumenta, & cuilibet deliberare in forma publica.

DECISIO CCLIII.

T iſtam quæſtionem facit Alber.in l.fin.verſicu.an autem tabellio de eodem contractu poſſit perficere plura inſtrumenta. C. de precibus Impera.offeren. † Et primo 1
arguit,quòd ſic. l.j.§. proinde ſi & plures.& l.cum.§.j.& ibi Alberic. ff.de tabul.exhiben.& §.nihil.inſtitu.de teſta.& l.vnum teſtamentũ. ff.eod.titu.& l.j.§.ſi quis duobus.ff.de bonorum poſſeſſ.ſecundum tabu.Et iſtam partem tenet Hoſti. in c.contingit.de fide inſtru. ¶ †In contrarium videtur 2
quòd non poſſit per tex. in l.ſi quis ex argentariis.§. vlt.ff.de edend.& in l.inciuile. ff.de legi.vbi glo.dicit conuentionem ſcriptam totam eſſe legendam, ſi tota loquatur de eadem materia. l.argentarius.§.edi.ff. de edendo.& ibi Bal.& Alber. quia plerunque principium per finem corrigitur. l.ſi tibi.ff.ſi certum petatur.ad hoc bon.text.de emendat. C.Iuſtinian.§.hiã

igitur omnibus.ver.eum ex integro conſcribi.& Bar. in rub.ff.de noui operis nuntia. verſi. ſed an ſufficiat producere vnam particulam. dicit totum vnum ſtatutum ex libro ſtatutorum,& non partem,edendum & ipſum ſequitur Guido Pap.in quæſtion.Delphin. ccccclxxxij.in fi.& ſingulariter Bal.conſi. xxxviij.aliàs xlix.duo inſtrumenta ſunt iſta.volu.v.& hoc propter clauſulas generales quæ reſpiciunt vtrunque inſtrumentum in fine poſitas, dicens hanc partem eſſe verorem. Præterea inſtrumenta & contractus confici debent ſecundum quod conſuetum eſt,vt plene notat Bar.in l.ſi prius.§.placuit.ff.de aqua pluui. arcenda,cum ſimilibus per Alex.alleg.in conſ.xv. Sed per plures notarios ad hoc vocatos compertum fuit de vno inſtrumento non fieri duo,igitur. Et iſtam partem maior pars dominorum ſecuta fuit. ¶ †Quid dicendum? Odofred.quem refert Albe.in d.l.fi.de precib.Impera.offeren.tenet quod ſi tempore rogationis dictum fuerit,quod inde plura inſtrumenta confici poſſint,tunc plura confici poterunt, quia voluntas contrahentium ſeruari debet.l.j. ff.de adminiſtratut.& l.iu licem.ff.communi diuidun.aliàs non. Sed contrarium tenet Alber.in d.l.fin. ſiue dictum fuerit plura poſſe confici inſtrumenta, dicens ita conſuetudine ſeruari, quando contractus ſunt communes vtriuſque partis:vt contractus venditionis vel locationis.Nec eſt ſecũdum eum in d.l.locum §.j. neceſſaria illa declaratio partium, quam aliqui tabellionũ tempore confectionis & paſſationis fieri faciunt,ſcilicet quòd poſſint exinde vnum & plura conficere inſtrumenta, & partibus illa tradere, & deliberare: quoniam hoc de iure facere poſſunt &ſic loquuntur iura pro prima parte allegata. Si vero contractus eſſet in fauorem vnius partis tantùm, vt ſtipulatio vel obligatio,tunc ſi ſemel fuit redactus in formam publicam,& creditori traditus, tunc non reficitur niſi citato debitore, & amiſſione illius probata ſaltem per ſacramentum.& pro hoc dicto eſt glo. in l. prætor.in principio.in verbo,meum.ff.de edend. & ibi eam ſequuntur Bar.Bald.Ang.Alb. Iaſon. & Ludo. Bologn.in primis interpreta.& Bar. in l.inſtrumẽta in fin.& ibi Pau.de Caſt.Pulg.& Iaſo. C. de fideicommiſ.Et ſic ſecundum Alb.ſentit Spec. in §.poſtquàm.de inſtrumentorum publicatione. per totum, & maxime in verſ.vt autem inſtrumentum.de inſtr. edi.Et an perditio inſtrumẽti probetur iuramento, vide notata per doct.in l.huiuſmodi.§.ſi ita legatum ff.de leg.j.& Guido Pap.quæſtio ccxliij. & alibi ſæpe.Et quamuis hæc Deciſio Alberici, quòd notarius poſſit vtrique parti facere ex eodem contractu & vno facto geſto vnum inſtrumẽtum eiuſdem tenoris, & ſic plura exemplaria.tamen cenſetur vnũ & idem, & non plura diuerſa.Quoniam licet de eodem facto plura conficiantur inſtrumenta,tamen iſta pluralitas ſcripturarum non facit cenſeri pluralitatem factorũ. d.§.nihil.& d.l.vnum.vt dicit Bal.in d.l.Sempronius Proculo. de leg.ij.& Alb.in d.l.vnũ.dicens idem eſſe in delegatione & commiſſione iudicum, quæ ſcribi poſſunt in duobus vel pluribus reſcriptis eiuſdẽ formæ.c.olim. de reſcript. & talem dicit eſſe conſuetudinem eccleſiæ Romanæ, ſecundum Goffredum in ſua ſumma,titulo de reſcriptis. §. item tolluntur reſcripta.cum verſi.ſequent. Et ſic creditor poteſt habere ſecundum Alb.de Roſa.binas tabulas ſui crediti.l.qui tabulas.§.inde quæri poteſt. ff. de furtis.cum ſimilibus per eum adductis.pro quo dicebat Bald.in l.finali.§.præterea,verſicu. ibi,pro ſingulis.C.de iure dotium.quòd licet in eodem inſtrumento contineãtur pluresres,ſi tamen habeant pretia diſtincta,quælibet res cenſetur per ſe, & plures intelligũtur eſſe cõtractus.Ex quo infert primò,quòd ſi pro vna fuerit ſoluta gabella,licet non pro toto, quòd continetur in inſtrumento,quod valeat eatenus quatenus ſit ſolutum,l.ſi plura mancip.ff.de ædil.edic. †Secundò infert,quòd ſi in vna re deceptus ſit emptor vel venditor vltra diuidiam iuſti pretij, in illa tantùm rehabebit locum,reſciſſio,& non in aliis, & idem Decius conſi.ccccxxj.num.iij. & iiij. Et facit quod dicit Bald.in d.l.vnum. quem ibi ſequuntur Franc.de Aret.& Moder.& Porcus,& Anto. Bauerius in d.§.nihil,in tertio notabili, quod ſi notarius plura confecerit inſtrumenta falſa de eodem facto, non tamen dicetur niſi ſemel falſum commiſiſſe: quia intellectualiter non dicitur niſi vnum inſtrumentum, licet de eodem plures conficiantur ſcripturæ. & idem dicebat Bal.eſſe in teſte,quod ſi vnus & idem teſtis ſuper eodem articulo fuerit falſo teſtificatus, quod tãtum ſemel dicatur falſarius,cum alijs. per Cæpol. in conſil.lxxviij.verſ.item ex eo quod reiterauit,allegatis.quod not.quia plures iudices prima facie dicerent contrarium. Quod tamen intelligendum eſt ſecundum Ioannem de Imol. in d.l.vnum. eſſe verum niſi ex reiteratione ſcripturæ falſæ, vel dicti teſtis ſit ſequutũ notum præiudicium partibus:quia tunc propter pluralitatem offenſæ, plures pœna falſi puniri poſſet, argument.l.nonnunquam.ff.de priuat.delict. & idem Bauerius in d.§.nihil.in tertiõ & quarto no. † Tamen in q noſtra idem videtur dicendum,notarium poſſe plura conficere inſtrumenta ex vno inſtrumento plura, diuerſa & ſeparata capitula quemlibet contrahentem reſpicientia continente, ſcilicet inſtrumentum venditionis puræ in forma emptori tradendum, & inſtrumentum pacti & conuentionis de retrouendendo venditori deliberandum,licet in eodem inſtrumento recepto ſint renuntiationes iurium & obligationes ac ſubmiſſiones rigorũ & viriũ earundem ſolemnitatum, quas in quolibet illorum poſſe apponere,vt volunt Albe.de Roſ.in l.j.§.editione.verſ. ſi inſtrumentum. habet plura capitula ff.de edendo.licet ſint inſtrumenta quot capitula. l.ſi ex falſis. C. de tranſact, & d.l. fin.de precib.impera. offer.& tot ſententiæ quot articuli. l.etiam §.ex cauſa ff.de tutor.& glo.in c.in verbo, eadem ſententia. de ordi.cogni. quia ſeparatorum ſeparata eſt natura. l.fin.ff.de cond. & in his quæ ſeparari poſſunt vtile per inutile non vitiatur. Tenemus. C. de donat. Et pro hac decition. text. in d. l. argentarius. §. edi autem ratio.ff.de eden.Et ibi Barto. ita tenet, & etiam Alber.verſi.vltimo colligit. gl. probans in ſimili,quod ſi legatarius petat ſibi edi teſtamentum, non debet totum edi,ſed ſolum id quod ad eum pertinet, ſcilicet proœmium teſtamenti, vt ſciatur an ſit factum in ſcriptis vel non, dies & annus hæredis inſtitutio, ſine quibus non valeret teſtamentum.Item teſtes & capitulum continens illud quod ſibi legatum eſt, & concluſio teſtamenti, vbi communiter apponitur clauſula,ſi non valet iure teſtamenti &c. Et idem ſi petatur ſecundum Alb.copia inuentarij, vel alterius inſtrumenti continens plura capitula. allegat text.& glo.in l.c.contingit.& ibi idem tenet Inno. & Feli. verſi.vltimo.& Spec.in titu. de inſtrumen.edit.§.reſtat.verſi.porro.& verſic. quid ſi produco.& Azo in ſumma de eden.§.eſt autem facienda. & Archi.Ioan. Andr.Ancha.Domi.& Philip.Francus in c.cùm perſonæ, per illum textum ibi, nec non de articulis,de quibus controuerſia fuerit tradere teneatur. de priuileg.libro ſexto. & Felin.in c. primo verſicul.tertia concluſio principalis. de probat. cum alijs per eum alle-

allegatis.& ibi idem Decius ver.præ dicta concluſio. & Angel.conſi.clxiij.& Cin.Bar.Bal.Alb.& Salic.in d.l.ſi.& ibi Iaſ.verſ.item per illum textum.C.de precib.impera.offeren.Ideo pactum de retrouendendo eſt ſeparatum omnino à venditione:quare poteſt de eo fieri inſtrumentum.& idem ſentit Bart.& cõmuniter omnes in d.rubri.de noui operis nuntiatio.volentes quod vnus articulus libri ſtatutorum, & non cæteri,eſt edendus.& idem ibi Iaſ.verſ.gloſ. in rubri. ibi, vltimo inquantum Bald. & pro hac Deciſ.facit text.in l.ex conuentione.ibi,ita, vt pars inſtrumenti ſignificat.& ibi Bald.Sali.& Mod.C.de pactis,& l.eo quod à multis.C.ſi certum petat.& eſt caſus pro hoc in l.ſi duobus.ſecundùm Ang.ibi.ff.quemadmodum teſtamenta aperiantur.vbi Ange.ait.Item eſt hic caſus, quod ſi notarius rogatur de inſtrumẽto,& plura inſtrumenta de eodẽ conficit, omnia dicũtur publica authoritate:ſi tamen inter iſta duo exemplaria eſt varietas, recurritur ad imbreuiaturã, vt ibi per eum. Et idem tenet Bald. conſilio ccccxlviij. proponitur quod quidam. volum. ij. ſed hic non eſt in iſtis contrarietas,vt dictum eſt præced.quæſt.& idem Porcus, quem ibi ſequitur Bauerius in dicto §.nihil.verſicul. quarto no. ibi, Sed nunquid in vna & eadem charta poſſint conſici plura inſtrumenta diuerſorum teſtamẽtorum à diuerſis perſonis factorum per eundem tabellionem cum eiſdem teſtibus,ſigillis, & ſubſcriptionibus, & tenet quòd ſic, & tradere poterit vnicuique hæredum : qui allegat Bexutium ita tenere in d.l.vnum.& idem tenet ibi Franciſc. de Aret. in primo notabil.dicens quòd ſicut teſtamentum fieri poteſt in pluribus codicibus, ſeu in pluribus tabulis, ſiue chartis,& tamen eſt vnum, vt dictum eſt: Ita etiam quando vna ſcriptura plures diuerſas diſpoſitiones continet, quòd tunc dicantur contractus quot ſunt diſpoſitiones, licet ſit in vna ſcriptura, alle.Bar. in l.j.§.ſi plura.ff.ad Turp.& Bald. in l. ordinarij. C. de rei vendi.cum aliis per eum allegatis.& idem Oldra.l.conſi.clxxiij.Thema tale eſt,vir & vxor.volens alterum teſtatorem reuocare illud. & aliud facere poſſe inquantum eum concernit,vt ibi vide & Ioan. Rube.in rub.ff.de teſtamentis. nu.inj. & Bald.in l.licet.in penultim.no.& ibi Salic.& Paul.de Caſt.C.de pact.vbi Bald. & Paul. dicunt vidiſſe de facto. & ibi Decius num.iij.& Bald.conſil.ccxcj. ſi in eodem inſtrumento.volum.j. vbi vult quod in eodem inſtrumento poſſunt conſtitui duo procuratores, vnus ad negotia,alius ad iudicia:& diuiſa eſt adminiſtratio inter eos per negotia & iudicia.vt dicta l.ſi procuratorem.§.j.ff.manda.& ſing.Paul.de Caſtr.conſ.cccIxiij. incipiendo,ab vltimo quæſito.verſic.nam & ſi teſta-
6 mentum.volumine nouorum.igitur,&c. † Præterea ſi falſitas eſſet commiſſa in vno capitulo vel articulo tantum,talis falſitas nõ vitiat reliqua capitula omnino diuerſa à falſo, vt not.Bald.in l.iubemus.C.de teſta.& Felin.in c.fraternitatis.ver. fallit iſta concluſio de hær.& ibi idem Ioann.de Ana. & Deci. in dicto capitulo primo circa quæſt.de proba. & Domini.in c.ſi is cui.in iij.notab.de præben.libro ſexto & Bald. conſil.xcvij.in quodam inſtrumento. verſic.ſecundo quæritur volum.j.& Paul.de Caſtr. conſil.ccv.quantum ad primum, volumin.nouo. & Iacob.de ſancto Georg.in d.l.ſi ex falſis.nume.xvij.& xix.vbi limitat. num.xx.xxj.xxij.& xxiij.C.de tranſact.& ibi idem Riminaldus.verſ.infert etiam Barto.licet ſit in contrarium text.in argument.in c.quid ergo.& ibi gloſſ.in verbo,falſum.xxiij.quæſt.v.& in c. ſi ad ſcripturas ſacras ix.diſtinct.& ibi bona gloſſ.& Alex. conſil. xliij. libro quarto & Bartol.Brixien. in quæſtio.veneriali, ſed primum communius. Et iſtam partem reliqua pars dominorum,de quorum numero ego eram,ſequuta fuit, quæ videtur verior, vt patet ex prædictis. Et aduerte, quia ſuprà proximè dictum eſt, diſpoſitionem & ordinationem duorum poſſe in vno inſtrumento fieri cum eiſdem teſtibus, ſigillis & ſubſcriptionibus,hoc eſſe intelligẽdum ſecundum Bart. in l.patris & filij teſtamentum.ff.de vulga. & pupill. de vna ſubſcriptione notarij & teſtium.argu. l. ſcire debemus,de verbor.oblig. quia videntur tot eſſe teſtamenta & ſubſcriptiones, quot ſunt teſtatores.& cum Barto.ita tranſeunt Albert.Bald.Angel. Paul.& cæteri,vt Iaſon,verſic.circa primam quæſt.Quinimo vult plus Bald.ibi ſubſcriptionem notarij ſufficere in principio inſtrumenti appoſitam, quæ ad omnia ſequentia extenditur.Sed Rapha.Cuma.ibi hoc reprobat per l.penult.ff.de teſta. quia oportet quòd teſtes faciant mentionẽ de quo teſtamento ſe ſubſcribunt: & ideo ſignatura primò facta ſimpliciter non poteſt referri ad ſequentia:& pariter ne detur materia falſũ fabricandi,quia notarius poſtea poſſet plura ſubſcribere teſtamenta, de quibus teſtes non habuiſſent notitiam:& ipſum ſequuntur Ang. & Iaſ.Sed vtranque opi.ſaluat Ang.Aret.in §.igitur in pupillari.verſi. & aduertas.inſtit.de pupil.ſubſtit. Nam aut loquimur in teſtamento nũcupatiuo, in quo teſtes non ſe ſubſcribunt,& tunc ſufficit vna ſignatura, & ſubſcriptio notarij,ſiue in fine ponatur,ſecundùm Barto. ſiue in principio apponatur, ſecundùm Bald.per text.in l.ſi quis ex argẽtariis.§.ſi initium tabularum. ff. de eden. Sed ſecundum Iaſo.etiam in teſtamento nuncupatiuo poſſet habere locum ratio ſuſpitionis:tamen non eſt de more & ſtylo notariorũ ſe ſubſcribere in principio teſtamenti,aut contractu celebrandi,nec pariter teſtes antequam intellexerint voluntatem teſtatoris,vel partium cõtrahentium in teſtamento: probatur per l.fideicommiſſa.§.quoties.ff.de leg.iij.& in contractibus, per l.ſi. C.plus valere quod agitur.ibi, ſubſcribere te nõ relicto.In teſtamento vero in ſcriptis aut loquimur in notario, & tunc ſufficit vnica ſubſcriptio,ſiue in prin. vt volunt Bal.l. ſiue in fi.fuerit appoſita.ſecundum Bar.& idem Bar.conſi clxiij. & Bal.conſi.xxij.vol.j.de quo vide ſupra q.xxxvij.inchoan.Quia ſuprà in præced. q.diximus.verſ.tũ quia ſignũ: ſed in ſubſcriptione teſtium, an ſufficiat quòd dicant fuiſſe præſentes in iſto teſtamento, vel in ſupradictis teſtamentis, vel ſimpliciter dicere præſentes fuiſſe.& in iſtis caſibus Ang.Aret. dicit non ſufficere,nec probarent,quia debent ſpecificè nominare nomen teſtatoris,d.l.pen. de teſta. & ita intelligatur opi.Rapha.Sed ſequitur quòd in ſubſcriptione dicãt fuiſſe in præſentes dicto teſtamento Titij, & etiam prædicto teſtamento Sempronij, tunc nominatim dicendo,valet, l.nominatim.& l.Titius.ff.de liber.& poſtu.& clarum eſt quod talis ſubſcriptio valet,& ad aliã ſpecificata refertur.Et ita etiam opi.Bar.& Bald. poteſt intelligi. hæc ille.

S V M M Æ.

1 *Sacrilegium quid iure canonico & ciuili. & num. 2.*

3 *Pœna quæ ſint capitales, & quæ non capitales,iure canonico & ciuili.nu.4.*

5 *Sacrilegij pœna an ſit capitalis.& nu.7.& 9.*

6 *Pœna ordinaria quæ dicatur.*

8 *Sacrilegium eſt maius crimen quàm furtum.*

10 *Capitalis pœna in dubio intelligitur exilium. & num.11.*

12 *Monetam falſam cudens eſt deportandus.*

13 *Extraordinariam pœnam an poſſit iudex arbitrari mortem.*

14 *Sacrilegij crimen quæ augeant vel minuant. nu.* 15. 1648.19.& 21.

17 *Vesperi factum delictum an dicatur de die vel de nocte factum.*

20 *Impuberes pro delicto puniri.*

22 *Pœna omnes ſunt princips arbitraria.*

23 *Extraordinariè condemnati an ſint infames.*

Quæſtio CCLIIII.

Sacrilegi qua pœna de iure puniantur.

DECISIO CCLIIII.

1 ET †preſſuppono primò quid ſit ſacrilegium, & in quibus committatur.& gloſ.in c.ſacrilegium xvij.qu.iiij.deſcribit duobus modis, vt ibi per Arch.&Pet.Hoſt.in ſumma. tit.de pœnis.§.prępenſa igitur.& Bal.in l.iij.C.de furtis. Et cõmittitur tribus modis, ſcilicet cum ſacrum de ſacro, vel ſacrũ non de ſacro, vel non ſacrũ de ſacro auferetur,c.quiſquis in fin.xvij. q.iij.& glo.in l.ſacrilegium. & in l.ſacrilegij pœnã. & l.ſacrilegij capite.& ibi gl.& in l.duus.& ibi Bar. ff.ad legem Iul.peculatus & Abb.Sicu.in c.cæterum. de iud.†Et verũ ſacrilegium de iure ciuili, eſt quãdo auferetur res ſacra de dolo ſacro,vt no.in d.l.ſacrilegij pœnam.&ſacrilegij capite.& l.duus.& ibi Din.Bar. & Albe.quamuis de iure canonico ſufficiat alterum, dicto c.quiſquis.& glo.& Doctor.in cap. conqueſtu. de ſententia excommunicat. & Domin.Archidiaco. & Philip.Franc.in c.fœlicis. de pœn. lib.vj.& Ioann. Faber.in §.item lex Iulia peculat.inſtit.de public.iudi.& Bar.Bal.Ang.Paul.de Caſt.Salic.& Franc.de Aret.in d.l.iij.quæ incipit ſi mundum. de furt. vbi Bal. Salic.& Doct.ponunt requiſita ad hoc,vt puniantur ſacrilegi.& Paul. Grilandus in ſuo tractat.de pœnis. omnitariam de ſacrilegiis. in j. quæſtione. nu.n.j.& xxvij.Et quaſi ſacrilegium eſt ignorare vel negligere præcepta legis diuinæ.l.j.C.de crimin.ſacrileg. & l.j. C.vt dignitatum ordo ſeruetur, & ibi plenè Luc. de Penna,& Zabarel.in clem.j. in j.quæſtion.de pœnis.

3 †Secundo quod pœnæ regulariter ſunt capitales, vt not. gl. in l.imperium.ff.de iuriſdi.omnium iudic.& in legibus ſtatutæ ſunt plaſqriam centum, quas enumerat Iac.de Bellouiſu in ſua praxi,de crimi. titul.de pœnis regius.& tit.de pœnis capita. cũ ritu. ſeq.de diuerſis pœnis capita.& Bal.in l.datæ opera. ver.vltimo Lnot.C.qui accuſare nõ poſſunt,& Ioan. de Montolon in promptua.in verbo,mori, & mortuus.ver.qui

4 percuſſerit.†Licet canoniſtæ dicant in capi. qualiter & quando.de accuſa.quod ſint ſeptẽ tantum, ſcilicet tres capitales,mori,damnatio in metallum,& deportatio,ſiue in exilium miſſio,l.ij.ff.de publi.iudi.& gl. ij.in l.tranſigere. & ibi omnes.C.de tranſact.& l.capitalium.ff.de pœnis,& Alex.in conſil.cxvj.lib.vij.& Felin.in d.cp.qualiter & quando.§.ad corrigendos. verſi.circa ſecundum.& Hipp. in ſua praxi.§.opportunè.num.xxxix.vſque ad numerum 50. Et quatuor nõ capitales,vt relegatio,infamia,dignitatis amiſſio, officij priuatio, ſeu interdictio. & idem Hoſtien.in ſumma,tit.de pœnis. §.perpenſa igitur. & Cæpol.in conſil.lxiij.verſi.præmitto.vbi vide & Cuma.in conſilio cxxxvij.verſi.ſed conſtat.& aliquid dicam.& di-

5 xi ſupra in quæſtio.incipien.†veniendo ad aliã quæſtionem. Hoc habito videtur quod pœna ſacrilegij vel quaſi ſit capitalis.& ſic debet mori ſacrilegus d.l. ſacrilegi capite puniuntur. & d.§. item lex Iulia peculatus.ibi,capitali animaduerſione. de publi. iudic. quæ notat ibi Angel. Aret. contra iſtos ribaldos,qui aliquando furantur vnam patenam,vel aliud leue ſacrum,quod debeant mori, per illum tex.cum in fine dicatur,etiam pœnæ deportationis ſubiicientur,ſi aliter committant ſacrilegium. Pro hac parte facit text.in l.iij.C.de epiſcopali audientia. ibi, quis enim ſacrilego diebus ſanctis indulgeat: quod eſt ibi primum inter capitalia delicta numerata: & ſic eſt pœna ordinaria. †Nam illa eſt pœna ordinaria quæ pro 6
delicto apponi conſueuit, vt notat Bartol.in l.ſi quis ff.de priuatis delictis.& in l.hodie.ff.de pœnis.&Paris in Syndicatu,in verſicu.compoſitio. cap. an ſi delinquens.Et hoc quando ſacrum de ſacro: quia iſtud eſt verum proprium ſacrilegium. l. aut facta. ff. de pœnis &c.homicidas.xxiij.quæſtion.v. & quæſt.viij. cap.qui percutit.& tenet Innocen.in capit.cùm pro cauſa.de ſentent.excommu. & Barto. in tractatu ſuo differentiarum iuris ciuilis & canonici,verſicul.item differunt ſecundùm canones ſacrilegi.& Paulus Grilandus in d.tract.ſuo de pœnis,q.j.num.vij.aliis verò ſacrilegis minor imponitur pœna, vt ibi per ipſos.

§†In contrarium,quod ſit pœna extraordinaria,tex. 7
in l.lege.§.mandatis. ibi, ſacrilegi extra ordinem digna pœna puniantur. ff. ad legem Iuliam peculatus. ad idem text.in d.l. ſacrilegij pœnã.ibi,debebit proconſul pro qualitate perſonæ pròque rei conditione,& temporis,& gratis,& locus,vel ſeuerius,vel clementius ſtatuere. Et ſcio multos etiam ad beſtias damnaſſe ſacrilegos: nonnullos etiam viuos exuiſſe: alios verò in furca ſuſpenditſe. Sed moderanda eſt pœna vſque ad condemnationem beſtiarum,eorum qui manuiacta templa effregerunt, & dona Dei noctu tulerunt,eodem titulo. †Et eſt hoc crimen furto 8
maius: & omnis pœna quæ in furto per legem municipalem ſtatuitur,multo magis locum habet in ſacrilegio: quia quod plus eſt,vtique tanti eſt, l.cum furti.ff.de in item iurando. tenet Bald. in d.l.ſi nondum.verſi. ſed numquid ſacrilegium. Vnde dicit Bal. quod quando delictum eſt informe, pœna eſt arbitraria. Sed quando eſt vniforme, pœna eſt declarata à legenta dicit in lege qui crimen. C.qui accuſa.non poſ.vnde gl.in cã crapula. quam ibi Bald. facit ſing. de vita & honeſta.cleri. dicit,quod per alternatiuam inter pœnas datur arbitrium iudici, quam pœnam eligat.Et eſt ratio ſecundum Bal.quia alternatiua generat obſcuritatem,& in obſcuris declaratio pertinet ad iudicem.l.continuus.§.cum ita.de verbo.obligat. ibi,dum dicit, in incertis non certis eſt locus coniecturis:& calamus iudicis ſupplet pro calamo legis, l. expilatores. ff. de effracto. & expilato. & l.Sero.ff.de teſtibus. remittẽs ſe ad dicta per eum in dicta l.ſi fugitiui ſerui.C.de ſeruis fugituis.& vide Ioan.& Ana. & ibi Felin.in ca.accedens.de accuſatio. & aliud dixi ſuprà quæſtion. cxvij. incipien. an collatio beneficij. qua pœna puniantur ſacrilegi. §†Quid di- 9
cendum eſt?gloſſatores variant.Nam Accurſius in d. l.ſacrilegi capite. tenet, quod pœna veri ſacrilegij ſit extraordinaria, vt dicta l.ſacrilegij pœnam. Sed Azo in ſumma tenet,quod pœna ſit invtraque extraordinaria ex qualitate rei,perſonæ, temporis &c. Et tamen pœnæ ſunt ſemper capitales, vt patet in exemplis in dicta l.ſacrilegij pœnam.poſitis. †quia quan- 10
do ſit mentio in iure de pœna capitali, ſeu capitis ſimpliciter,intelligitur de pœna exilij, vt tenet gloſ. in l.j.C.ne mancipi. Chriſt. & idem in l. C. ad l.Iul. pecul.& in l.hoc accuſare. §.omnibus.in verbo,capitis.ff.de accuſatio. & in l. eum patronum. ff.de iure patro.

Digitized by Google

patro.cũm aliis allegatis per Iac.de Bellouiſu in praxi,crimin.titul.de pœna capitali.Ideo in dubio intelligitur de mitiori pœna.l.præſes. ff.de pœnis. & pro hoc bonus text. in l. præſenti. in principio.C.qui ad eccleſi.confu. vbi Imperator dicit capitali, & vltimi ſupplicij animaduerſione plectendis &c.videns non ſufficere factam eſſe expreſſionem de pœna capitali, ſubiecit illa verba,& vltimi ſupplicij. Ad idem text. in l.vbi.in fin.ibi, ſuppliciо capitali, vel deportatione.C.de falſ.& in l.j.§.fin.de extraord.crimi.ibi,perfecto flagitio punitur capite: imperfecto in inſulam deportatur.& in lege. §. hodie. in fin.ibi,capite plecti,vel certe inſulam deportari.ff.ad legem Iul.repetun.& in l.qui ædes alienas.ibi,capite punitur. ad legem Iul. de vi publica. cum aliis infinitis per Felin. alleg.in c.ex literis.verſ.pœna autem capitis.de conſti.& in d.c.qualiter & quando. §.ad corrigendos.de
11 accuſa.†Et iſta fuit opi. Odofred. quem ibi ſequitur Fulg.& And.Barb.in conſ.lxxj.nu.xix.vo. & Alexan. in conſ.cxxj. cum aliis per Hippolyt. in ſua praxi.§. opportunè.nu.xxix.cum iij.ſeq.alleg.vbi allegat Gaſpar.de Arempheria doct.Bono.præceptorem Alex. ità tenere in quodã ſuo conſi.inci.ſtatutum loquens. quod fecit apud Fertariam in materia falſę monetę. Et hoc probatur de ſtylo & conſuetudine generali, quę apud omnes iudices inoleuit,ſecundum Odo.& Fulg.in d.l.preſenti.qui in eorum ſententiis,quando reum condemnant ad pœnam capitis vel in furcis patibulo ſuſpendendum,ſubiungunt iſta verba,videlicet, quòd anima ſeparetur à corpore. & idem dicit Iacob.de Bellouiſu,in praxi,cri.titu.de ſententiis criminalibus.in princip.& Alexand. latius in d.conſil. cxxj.verſi.vnde timore iurium : aliàs non ſequeretur mors.& idem Cæpo.in conſilio xj.& Ioan.Andræ.in c.quanto.de iureiuran.& Angelus Aret.in tract.malefi.in verbo,& ibi caput à ſpatulis. ver.quid ſi ſtatutum dicat cum aliis per Auguſtin.ibi in addition.allegat.& Hipp.vbi ſuprà.nu.xl. & Alex.conſi.ciiij.lib. j.& in conſi.cxvj.verſic. tertiò principaliter.lib.iij.& Cardi.Alex.in c.j.in princ. verſi. qualiter autem talis pœna.de pace tenen.& Raph.Cum.in d.cõſ.cxxxviij. & Iaſon in l.j.§.hęc verba.ff.quòd quiſque iur.& in l. tranſigere.C.de tranſa.& Ange.Aret.in §.in ſumma. inſtitu.de iniuri& etiam intelligitur text. in l. j. ibi,
12 ſupplicio capitali.C.de falſa moneta. †quòd fabricãs monetam falſam non imperialem,ſeu alterius principis, vel ciuitatis,aut Baronis,punitur pœna capitis non naturalis,ſed ciuilis,ſcilicet, deportationis pœna.Et ita intelligit illum text.Sal.in l.ij.in iij. oppoſi.co.tit.& ſing.de Sciſſello. Aquen.in l. vt vim.ff.de iuſtitia & iure.cum aliis allegatis per Franc.Purpur. in d.l.imperium. nu. ccxxiiij.& Hippol.conſil.lj.nu. xxxix.& Ioann.de Ana.in c.ad falſariorum. de falſis. & idem tenet Ioan.Berbe.in viato. ſuo. tit. de ſacrilegiis,& Matth.de Afflictis in conſi.Neapol.titul.de ſacrilegiis.nu.j. ſecus eſt quando dicitur vltimo, vel ſupremo ſupplicio,vel capitis amputatio.l.capitaliũ in princip. & in l.ſi quis aliquis.§.qui abortionis.ff. de pœnis. quoniam vltimum ſupplicium mortem interpretatur.l.qui vltimo ſupplicio.cod. titul.& inſtitu.de publicis iudic.§.idem lex Cornelia,de falſis. & ample Iac.de Bellouiſu in d.praxi.crimin.titul.de pœnis.c.vel quando imponit pœnam grauiſſimam, tunc venit pœna mortis,ſecundum glo. quæ ſingul. reputatur in l.ij.in verbo,pœna.C.de eunuchis.cum aliis allegatis per Andræ.Barba. in c. prudentiam.§.
13 adiicimus.de offic..deleg.& Corſet.in † ſingul.ſuis, in verbo, pœna arbitrio iudicis imponenda. l. j. ff. de furibus balneator.& l.j.§.expilatores.ff.de effrac. l.hodie.ff.de pœnis.quam tamen nõ poterit ad mortem vſq; naturalem extendere,vt dictis iuribus.& tenet Alex.in d.conſi.cxx.nu.vj.& And.Barb.in conſil. xj.nu.x.vol.j.& in conſ.xxiiij.nu.xxiij. vol.ij. quamuis gl.in §.in ſumma.inſt.de iniuriis,velit iudicem poſſe arbitrari pœnã mortis & ſequitur Alex.in cõſ.v.& in cõſ.lxxij.ver.nec obſtat ſi dicatur. & Sig.de Home.in conſ.clxx.& Hippo.de Marſi.in l.de minore.ver.qua autem pœna.ff.de quæſtionibus.cum aliis ſimilibus. in §.xxx.in vltima q.iuriſd.omnium iudi. per nos allega.lib.conſuet.Biturig.& Cæpol.in l.ſi fugitiui. C. de ſeruis fugiti.tamen in hoc ſacrilegij crimine (cuius pœna eſt arbitraria) bene imponi poteſt aliquando pœna mortis, d. l. ſacrilegij pœnam. per quam Doct.corroborant opi.gloſſa.ignanter Felin.in c.inquiſitionis.de accuſ.& etiam in l.quamuis.ibi,ſacrilegos autem nuptiarum gladio puniri oportet.C.de adulter.licet ibi non ſit verum ſacrilegium, ſed quaſi, ſecundùm gl.ibi,tamen adhuc de conſue. non ſeruatur,vt dixi ſuprà.& ꝙ ſit in arbitrio iudicantis,ſequũtur Din.Iraerius,Bar.& Ang.in d. l. ſacrilegi capite & Sali.in rub.C.cod.titul.q.vltim.vbi dixit hanc eſſe communem.& idem Ioan.de Plat.in l.doctitij.C.de decur.lib.x.& Alber.in diction.ſuo,in verbo, ſacrilegium.verſ.quę ſit pœna.& in d.l.ſacrilegij pœnã,vbi exponit tex.poſt Din.ibi,qui quinque enum.erat quę faciũt pœnas à iudice alleuiari vel augeri,vt infrà dicã.Et idẽ Bonifa.de Vital.in tracta.ſuo maleficio.tit. de pœna committent.ſacrilegium : & pro hac parte tex.in l.placet.in fin.C.de ſacroſanct. eccleſ. vbi poteſt excommunicari,& etiam in exilium mittit, quẽ not.ibi Bald.in verſicu.vltimò not. quantum ad tex. & ad idem tex.in l.aut facta.§.locus.ibi, capite luendũ,vel minore ſupplicio.ff.de pœnis.& Lucas de Pẽa in dict.l.j.vt dignita.ordo.vbi ponit de multiplici pœna ſacrilegij.Et quod in Regno Neapolitan.ſecũdum cõſtitut.de crimine ſacrilegij.l.multę leges.pœna eſt arbitraria in omni ſacrilegio, præterquàm in eccleſiis violẽter factis,& ſacris inde valis nocte ſubtractis:quia tunc eſt talis pœna ad mortẽ naturalẽ.& illa l.fuit extracta ex dicta l.ſacrilegij pœnam.ibi,corũmque manufacta templa effregerunt,& dona Dei noctu tulerunt.& idem Ioann.de Anan.in capitu.ſignificaſti.in ij.in princip.de homicid.& Hoſtiẽſis in ſumma.titul.de crimine ſacrilegij. in fi. & Innocentius & Doctor. in c.cum pro cauſa. de ſententia excommunic.& Iacobus de Bellouiſu in di. tract. criminum.tit.de pœna capitali. †Et dum text.in dicta 14
l.ſacrilegij pœnam.ponit quinque in hoc puniendo delicto eſſe conſideranda, ſicut profectò in aliis ſeptem conſiderantur,dicta l.aut facta. §.j. Et primò dum dicit pro qualitate perſonæ, ſcilicet inſpiciẽdo an ſit ſolita committere vel non: vel inſpiciendo an fuerit in dolo vel non,& iſtud magis proſequitur Paris de Puteo in ſyndicatu.in verbo, pœna cap.quinque ſunt.vnde beatus Thom.ij.ij. quæſt. xcix. quem refert Alber.de Roſat.in dictio.ſuo.in verbo,ſacrilegium.verſic. quo ſuprà dixit,quòd tanto ſacrilegium grauius eſt quanto res ſacra in qua quis peccat maiorem obtinet ſanctitatem.Quare ſi ſacrilegium cõmittitur cõtra perſonam vel locum, cùm grauius ſit contra perſonam,quàm cõtra locum, l.ſancimus.C. de ſacroſan.eccl.& arg.in l.ſeruorũ.ff.de pœnis: quia ſanctitas loci ordinatur ad ſanctitatem perſonæ. xl. diſt.per totum.Et tãto ſunt grauiora, quanto perſona vel locus ſunt ſanctiora, l.ſi quis in hoc genus ſacrilegij.C.de epiſcop.& cleri.& capit. felicis.de pœnis.libr.vj.& illa lex ſi quis in hoc genus. eſt canonizata ij.quæſt.j.c.in primis.§.ſi quis in hoc.vbi gloſ.in

Digitized by Google

verbo,ministris, comparat hoc crimen criminilæsæ maiest.allegat bon.tex.in c.si quis suadente diabolo. §.qui autem de eccleſia.xvij.q.iij.& Bar.in tract.differ.inter ius canon.& ciuile.ver.nota.aliam differen-
15 tiam.quia iure ciuili imponitur pœna sacrilego.†Secundo pro rei conditione quæ est multiplex, secundum Paris.de Puteo. vbi supra videlicet pietatis.l.ij. ff.de teramno mot. vel ratione pietatis etiam futuræ, vt propter liberos nutriendos.cap.ij. de his qui filios occid.& l.quis in prouincia.§.j.ff.de ritu nup. & aliis cauſis per ipſum de Puteo nota.quia secundum beatum Thom.& Alb.vbi supra,si sacrilegium cõmittitur circa res sacras, tunc diuersos habet gradus secũdum diuersitatem rerũ sacrarum: inter quas quidem summum gradũ obtinent sacramenta:quibus homo sanctificatur,quorũ primus est eucharistia,quia continet ipsum Christum benedictum:ideo sacrilegium quod contra hoc sacramentum committitur, est inter omnia sacramenta grauissimum.capi.j. de custo. eucharist.ibi,ne possit ad illa temeraria manus extẽdi ad aliqua horribilia,vel nepharia exercenda.& canihil de consecra.dist.ij.& latius per Alb. de Rosa.vbi supra,& quæ dixi in quæst.eccj. incipien. qua pœna puniantur blasphematores. Quare contra vnum sacrilegum,qui vas seu custodiã,in qua corpus Christi sanctissimum reponebatur custodiendum, acceperat, & ad illud rumpendum & frangẽdum posuerat subtus eius pedem, Christo benedicto in ea existẽte,sotulari ligneo cãleatum,vulgari nostro dicto, saboſt seu sclopt,& percusserat,processum fuit: quoniam ad mortem condemnatus extitit, & merito,vt patet per arestum latum die xvij.Martij, Anno 1527. Et idem per aliud arestum latũ die x. Septem. Anno 1525.contra Palamidem de poy, à iudice ordinario
16 de pontibus ad curiam appellãtem. † Tertio ratione temporis. nam aliter punitur si de die,& aliter si de nocte.l.sacrilegij pœnã. & in Lombarda de homine
17 in curte aliena noctis tempore inuento.l.j. † Et pro hoc facit quod dicit Alb.de Rosa. in ij.parte statuto. q.xix.inci.deinde quæro,statuto cauetur,quod si quis fecerit de nocte,puniatur in cẽtum, si de die in 50.& si ita fiat de sero, an dicatur factum de die vel nocte: vide ibi.& per omnes Modernos in l.non minorem. C.de transactio.& Barto. in l.qui duos. §. primo.& ibi Benedict.de Plumbi. & ibi in addition.dixi.ff.de manumiss.testament.& Bal.Ange.& Albe.in l.more Romano ff.de feriis.& Angel.Aret.ample in tractat. crimin. in verbo, de nocte.versic.quæro.an mane.& ibi Augustin.in addition. singulariter & per canon. in capitulo,persodiens.signanter per Abbatem Sicu. post Ioann.And.de furtis.& Alex.in consi. lxxvij.lib. j.& Barto.in l.aut facta.§.tempus.& Federicus de Senis.in consi.xlnij.& consi.cclvj.& Barto.in quæstion.
18 xvij. †Item propter antiquitatem temporis delicti pœna aggrauatur vel minuitur, secundum distinct. Barto.in l.si diuturno.ff.de pœn.& per Abbat.Sicul. in cap.fin.de consuetud. & aliter si tempore quadragesimę committitur,vt in sequenti membro dicam.
19 † Quarto ratione ætatis, quia iuuenis grauius quam senex punitur.l.ij.& ibi Alberic. ff. de termin. mot. quia impunitas delicti non datur propter ætatem.l. impunitas.ff.de pœnis. Malorum enim mores infirmitas animi non excusat.l.j. C.si aduersus delict. innocentia purgari crimen, non adulta ætate defendi
20 conuenit.l.si quis te reum.C.ad legem Cor.de sicar. † Quia quandoque impuberes proximi pubertati puniuntur.l.incipiuntur.& ibi per Doct.ff. ad Sillan. & in l.infans.& l. impuberem. ff. de furt. cum aliis per Gandi.in tractat.maleficiorum.titul. de pœn. reorum. de pœn.reorum.nu.xxx.allegatis.Tamen mitius agitur cum eis,l.auxilium.§.in delictis.& in l.si ex causa. §.nunc videndum.ff.de minor. cum not.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infa. & l.& si seuerior.C.eo.Et cum duo iuuenes die Iouis sancta patenam, & calicem in quo fuerat ad adorandum sacrosanctum Christi corpus de more & ritu ecclesiæ repositum, hoc ibi supra altare dimissum cepissent, curia eosdem mitius agendo ratione ætatis,licet tali die hoc commiserint,condemnauit esse duobus sabbatinis dieb. per quadriuia & loca publica parochiæ in qua sacrilegium commiserant prędictum fustigãdos: & quolibet die dominico proximo in camisia nudos cum face seu teda (dum ibi magna celebratur missa) restum seu chordam in collo gestantes alta & clamosa voce tempore elevationis corporis Christi benedicti veniam & misericordiam ei petendum:ad calicem tractum vna argenti marcha ei addita, reficiendum,eosdémque iuxta cap. vlti.de furt. à Senescallo Basatensi banniuit perpetuo. Latum arestum die xj. Maij, Anno 1528. Vnde postillator siue additionarius ad Salic.in d.rub.de crimi. sacril.dicit fuisse in capitolio vibis iudicatum contra minorem,qui ratione ætatis fuit punitus in membri amputatione. Et quidam alius ratione publicati sacrilegij, quem ętas non excusabat, vnà cum alio furto quod commiserat,fuit furca suspensus,nihil tamẽ allegat: pro quo videtur text.in l.hac lege.§.diuus.ff.a[illegible] leg.Iul.pecun. quòd cum quidam iuuenis clarissimus inuentus esset arcam in templum ponere, ibique hominem includere, qui post clusum templum de arca exiret,& de templo multa subtraheret,& se iterum in arca referret: quòd ille iuuenis in insulam deportatus extitit. Et tex.illo primum viso, memor fuit Danaum doli, qui contra Troianos:

Instar montis equum,diuina Palladis arte,
Ædificant,sect.ing, intexunt abiete costas.
Votum pro reditu simulant,ea fama vagatur.
Hinc delecta virum fortis corpora furtim
Includunt caco lateri,penitus,q, cauernas
Ingentes,uteruma, armato milite complent,&c.

Et quæ sequuntur in Virgilij Aene.†Quinto ratione 21
sexus,quia mulier mitius quã vir punitur, l.quisquis. §.ad filias.C.ad leg.Iul.maie.& Oldra.in consi.ccxcj. ante fin.& in Lombar.de aggress.in vico facta.l.relatum.& sequent.& ibi in annotationibus nostris. & in auth.sed hodie.C.de adult.Nec obstat tex. in d.§. item lex Iulia peculatus.institu. de pub. iudic. super quo se fundat Angel. Aret. quia principium videtur loqui in officiario committente sacrilegium aut crimen peculatus, & finis eiusdem, §. in alio priuato. vel dic quod ille text.debet exponi, prout glo.in d.l. C.eod.tit.vbi est idem, exponit vt suprà dictum est.
†Et not. quòd omnes pœnæ in Rege sunt sibi arbi- 22
trariæ,vt no.Bald.in l.eos.C.de furt.& in l.j.C.vt quę desunt aduocat.quia princeps mouetur nutu Dei, & habet cœleste arbitrium,vt inquit glosl. super rub.in auth.de hære.& sale.per tex.in d.l.eos.& idem Andr. Barb.in c.licet causam. de probat. sic erit in suis supremis curiis Parlamenti, secũdum Paridem de Puteo in tract.Syn.tit. †quod condemnati pœna extra- 23
ordinaria non sunt infames, vt tenet Iac.de Bellouisu in tract.crim.tit.de diuersis pœnis.versi. Et no.bonum argumentum.& hoc per no.in l.j. C. de modo mulcta.vbi glo.dicit no. pro condemnatis Bononiæ bonum argumentum, quòd non sunt infames, cum extraordinariè condemnentur. Sed in casu nostro dicerem condemnatum ex crimine sacrilegij esse infametm:&idem de aliis criminibus extraordinariis

con-

condemnatis, cùm hodie censeantur pœnæ omnes ferè arbitrariæ, vt suprà dictum est.

SVMMÆ.

1 *Cogi an & quando quis possit agere vel accusare, & nu.2.3.4.& 6.*
5 *Fideiussor qui pecuniam accepit à debitore, debet prius excuti.*
8 *Termino à iudice malè assignato, an sit opus appellare.*
9 *Diffamatus ab aliquo qualiter in eum agat.*
10 *Silentium de re petita aduersario imponi non potest petere, qui non possidet.*
11 *Citationes quot requirantur antequàm absens condemnetur.*
12 *Silentio alicui per sententiam diffinitiuam imposito, an postea ipse, vel eius hæres audiantur.*
15 *Notarij fuga an probet contra producentem instrumentum.*

Quæstio CCLV.

Quæritur an quis cogere possit aliquem ad agendum vel accusandum, & petere à iudice statui ei terminũ, intra quem experiri & agere debeat tam in reali quàm personali, ac etiam in petitorio & possessorio. Secundò, si per iudicem & eius sententiam diffinitiuam silentium impositum fuerit perpetuum, de cætero non agere, impedire, vel perturbare ipsum in bonis & rebus suis, an si post talem latam sententiam tractu temporis veniat aut eius hæres audiatur. Tertio an fuga notarij, qui fecit instrumentum quod redarguitur de falso, faciat contra ipsum & producentem aliquam fidem.

DECISIO CCLV.

1 ET † circa primam quæst. dic secundùm Ang. Aret. in rub. insti. de except. versi. Circa hoc principaliter esset quærendum. qui ex pluribus factis in vnum hanc congerit materiam, tamen non prosequar nisi quæstiones nostras: cætera membra quantum ad producendum testes vel instrumentum aut exceptiones probandas, si post terminum præfixum admittatur vide ibi, & per Doctor. ibi allegat. Primò, quod aliquando reo imponitur necessitas agendi vel deducendi ius suum antequam actor contra eum agat. Secundò, quòd aliquando potest si vult, sed non cogitur. Primo casu, quod reus arctatur a † suas exceptiones proponendas, vt in exceptione non numeratæ pecuniæ, l. si ex cautione. & ibi per omnes. C. de non numer. pecun. & instit. de lite obli. in princ. & in §. j. & etiam econtra, creditor qui contentus est sibi satisfactum à debitore, (& pauci sunt, alias, fatui, qui hoc faciant) debet intra triginta dies proponere, & vltra non potest. l. in contractibus. in prin. & §. j. & ibi Cin. Bart. & Doctor. C. eo. tit. Et eodem modo in dote confessata. Et istud fit quo[illegible]die, vt suprà in quadam q. dixi, cuius exceptio est intra annum, si intra biennium soluatur matrimonium: si autem vltra biennium & ad decimum annum vsque duret, intra tres menses admitti debet: sed si vltra decennium trãscurrerit matrimonium, tũc non admittitur talis exceptio: nisi vir esset minor: quia tũc restituitur, vt hæc probãtur in l. fi. cũ sua auth. quod locum. C. de dote cauta non nu. & ibi per Doct. Sed in casibus prædictis, & similibus solent de stylo Curiarum à Cancellaria impetrari literæ ad tales contractus cassari & annullari faciendum: ideo non erit necesse prædictam super hoc facere instantiam, quia reus erit in cassatione & annullatione obligationis & confessionis de habito & recepto, a-
2 ctor. Secundo, † verò casu, quando potest si vult, sed non cogitur: & regula est quòd non potest cogere alium inuitum agere vel accusare, vt in rubro, & nigro. C. vt nemo inuitus agere vel accu. cog. & in c. frequens. §. solet. de restitu. spol. libr. vj. & l. diui. ff. de accu. & Iacob. de Bellouiso in tract. maleficiorum. de q. versicul. sed numquid iudex. & Bald. in Margarita ad Inno. in verbo, silentium nunquam imponitur. † Tamen prædicta regula secundum gl. ibi primo fallit, si sunt administratores, & negotiorũ gestores, vt procurator, tutor, & similes. Nam ij aliquando causatiuè coguntur agere. Et ibi eam sequuntur Bar. Bal. Ang. Alb. de Rosat. Pau. de Castr. & Sali. & Barto. & Imo. in l. Titia. ff. de accusatio. & vltra illos casus ponunt alios Host. & Ioann. Andr. in d. cap. frequens. §. solet. 4
† Fallit secundo secundùm gl. ibi, & in l. diffamari. C. de ingc. manumi. quando scholares de necessitate sunt recessuri, fortè quia effecti licentiati aut Doctores, tunc potest petere à iudice, quòd cum ipsi finierint eorum militiam, proprios velint repetere lares, statuat talibus creditoribus terminum intra quem agant, & vtrobique sequuntur doct. suprà alle. & iste est decimusseptim' casus Io. And. in d. §. solet. quem ibi Domin. & Anch. sequũtur. & Spe. in tit. de actore. in fi. versi. item excipere potest. & Ro. in l. quandiu. in magna. nu. ij. ff. de æq. hæ. & Ang. Are. in d. rubri. de exceptio. ver. ij. fallit. quod dicit esse notãdum pro potestate Ferrariæ, quando finem imponit officio suo, quòd potest petere à iudice terminum statui intra quem contra eum agatur, si quis agere intendat. Et istud de stipendiario & potestate à loco discessuris prius dixerat Bald. in d. l. vna. vt nemo inuitus. Et per hoc dicit ibi Guli. de Cug. quòd si scholaris esset obligatus alicui mercatori in centum, pro quo duos dederat fideiussores: deinde volens recedere, tradidit pecuniam vni ex fideiussoribus vel post recessum misit illi: & nunc creditor vult conuenire alium fideiussorem, qui pecuniam non receperat, contra quem fideiussor excipit, quod primò agat cõtra alium qui receperat: † & dicit, quòd bene se op- 5
ponit, quia primo debet excuti facere illum ad cuius manus pecunia peruenit, per gloss. in l. vnde quærit. ff. commo. & idem in pluribus sociis. vt ille apud quẽ res alterius socii debitoris peruenit à creditore cõueniatur. & ipsum sequitur ibi Paul. de Castr. super rub. alias si nõ probaretur illum pecuniam recepisse, posset creditor eligere quem vellet, si renuntiassent beneficio ordinis & diuisionis, iuxta authentic. presente. de fideiussor. quod Paul. dicit esse menti tenendum; & pluries illud dictũ Guli. allegasse. Et per d. con. ccccij. alias ccccvij. cõsideranda sunt verba instrumenti. post princ. ver. hinc est, quòd se conueniret. vol. antiq. & in conti. cclxxxiiij. non reperio iure cautum. co. lib. & Doct. Palatios in repetitio. capitul. per vestras. versicul. per quem etiam iure. de donationibus inter virum. & idem Paul. de Castr. in l. si vt certo. §. si duobus. ff. commo. & idem in simili not. Rom. in cons. cxxij. visis suprà consultis. & Ant. Barb. in consi. xliiij. versic. & adduco elegans con. cum sequent. versi. li. ij. & Sal. in auth. hoc ita versicu. quæro decimò. C. de duobus reis, post Bart. ibi, non tantum habent locum, secundum Angel. Aret. in d. rubric. de excep. quando certo creditori in specie terminus assignari potest. clem. j. de iudi. & bonus tex. in l. si pater. & ibi Bar. Bal. & Sal. C. qui bo. ced. poss. Sed in aliis creditorib. incertis contra quos fieri possunt proclamationes publicæ, vt intra certũ tempus habeant agere, alias non audiantur. Et hoc vt obuietur malitus, l. si eo tempore. & ibi Bald. & Docto. C. de pign. & authentic. si omnes. & ibi Cin. Bart. Bald. Salic. si

minor ab hæred. ſe abſti. & in l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtitu. action. & tenet Innoc. in c. cum in tua. quem ibi ſequitur Abb. Sicul. verſic. dicit etiam Innoc. qui matr. accuſa. poſſ. & ibi etiam Card. Alexand. verſi. Panorm. & Rom. in conſ. liij. viſo themate prænarrato. & Bald. in d. l. diffamari. verſic. vltimo. dicens, ita cõmuniter per totam Italiam ſeruari. Et idem ſeruatur in toto regno Frãciæ in bonis ſubhaſtatis & eredis publicis poſitis, vt dixi in quæſtion. cclxxvij. incipien. an ſubſtitutus & in qu. qualiter datur per curiam. † Sed in hoc melior cautela, quam ponit Cæpol. in cautel. ccxlij. ſi poſſideo. quod vbi quis de aliquo timet ſibi quæſtionem dominij poſt mortem ſuam vel teſtium moueri, non tamen cum de hoc diffamat, nec ſentit iactantiam, quod ipſe per interpoſitam perſonam faciat ſe diffamari, tũc cum diffametur poteſt fundare iudicium, & occaſione illius poteſt citari facere cæteros de quibus ſuſpicatur prætendentes ius in dictis bonis, per dictam authen. ſi omnes. allegat Bald. hanc cautelam ponentem in authen. ſed & ſi quis ab aliquo. verſi. ſed hic dubitatũ de tali qua. C. de teſt. cum quo tranſit Salic. ibi, in ij. quæſtion. & ſentit Bald. in capitul. debitores. ver. cu. extra. de iureiur. dicens, quòd iſtud eſt valde no. per d. l. diffamari. † Tertio fallit, quod quis compellatur ad agendum, quando vadit diffamando quem de aliquo delicto, vel dicendo quod habet ius in fundo meo & bonis, & quod loco & tempore intendit agere: tunc tali caſu poteſt talis diffamatus petere à iudice, vt ſtatuat terminum intra quem agat vel accuſet, d. l. diffamari. & idem tenet Innoc. in c. conquerente, ſuper ij. gloſſ. de off. or. dicens d. l. diffamari locum habere in diffamatione ciuili, vt dicam & ipſum ibi ſequuntur vterque Conſicul. & Fel. & Ioan. Fabr. in d. l. diffamari. Bal. & Paul. de Caſt. in d. l. vna. vt nemo inuitus. & Bart. in d. l. Titia verſic. quæro vtrum ibi, eſt autẽ in ſta cauſa. & Rom. in d. conſi. liij. & Anchar. in c. licet in beato Petro. verſ. habet hic incidẽter. de accuſ. quem ibi ſequitur Ioan. de Ana. in fin. & Paris de Puteo, in Syndi. in verbo, iudex. c. an ſi iudex. verſi. index enim cauſæ cognitione. & Cæpo. in Caut. ex. incipien. Quando aliquis diffamat. & Aquenſis in l. & quæ à diuo Pio. verſi. in q. C. de eden. & ibi Purp. num. cxvij. & Alex. conſi. lxxj. conſideratis lib. v. & Socin. conſi. xlj. verſic. tabuerat tamen ibi notabile. Quia remedium d. l. diffamari. non ſolum habet locum in actionibus perſonalibus, ſed & in realibus, & non ſolum in petitore, ſed in poſſeſſore, vt volunt Doctor. ſuprà allegat. & Franc. Aret. & Felin. in c. in præſentia. ver. & ex hoc text. & in alis verbis. de probat. quos refert & ſequitur Ripa lib. j. reſpon. ca. vnj. num. vnj. Sed non habet locum in excommunicato, vt voluit Paul. de Caſtr. in l. libertus. in j. ff. de in ius vocan. quia eſſet reus voluntarius. Oportet enim ad hoc vt excommunicatus audiatur, vt reus ſit neceſſarius, & coactus neceſſitate mouente periculum periclitationis iuſtitiæ ſuæ. Et eum ſequitur Felin. c. cum inter. verſi. tamen ſuſtentabilius. de exce. reprobata opi. Ioann. de Ana. in c. dura. verſicul. ex quo ergo. de crim. fal. & idem Dec. Neapo. cclvij. vnde concludunt Doct. quod ille dicitur actor in materia l. diffamari. qui primo agit, licet Decius in d. ca. cum inter. verſi. ſecundo Abba. quærit poſt Anton. de Butr. ibi, teneat contrarium. Et iſte eſt caſus hodierꝛ, quoniam nobiles de ſancto Aſterio, & Ioann. de Liontet eius gener fecerunt adiornare defunctum Michaelem de la Porte, coram Seneſchallo Petragoricen. qui de la Porte ſe iactauerat habere quendam contractum tranſactio. factum in loco dato, ad iſtum in iudicio

atferendum & nullum declarari videndum, & alias etiam intentandum, ſi quas in bonis ipſorum prætenderet actiones, quod facere potuerunt per prædi. quia diffamare aliquem eſt illum tacitè ad iudicium prouocare. te. hoc probat in d. l. diffamari, vt vult ſingul. ibi Bald. verſic. Deinde oppono. ac etiam in fin. verſicul. Item in l. noſt. ad idem text. in l. ſi ea. C. qui accu. non poſſ. & Ang. Aret. vbi ſuprà ver. ratio, quia. Et illa lex generaliter loquitur in quolibet diffamãte, vt dicit etiam Ioan. de Imo. in l. de pupi. §. ſi is cui. ff. de nou. oper. nuntia. & ibi Moder. & Spec. in tit. de empt. & vend. §. videndum reſtat. verſi. Vltimo not. cum duobus ſequent. & Alexand. in addit. ad Bald. in d. l. vna. vt nemo inuitus. Et iſta diffamatio importat, quòd in eius præſentia dixerit, vel coram paucis, ſecundum Bald. in d. l. diffamari. in princip. qui allegat text. in l. item apud Labeonem. ff. de iniuſt. & ſequitur Angel. Are. in d. rubric. de except. verſi. aduertas. Quæ probatio fieri poteſt coram iudice exiſtenti etiam non in figura iudicij, per text. in d. l. diffamari. in princi. & ſic prædicta terminj aſſignatio ad agendum fit cum quadam cauſæ cognitione, cum prius ſummarie debeat iudici conſtare de diffamatione, vel de receſſu ſchol. aut peregrinantis. Hoc tenet Hoſt. in ſumma tit. de libell. ob. §. vtrum poſſit actor & Ioann. Fab. in d. l. diffamari. ver. cau. & Ang. Aret. in tracta. crimin. in verb. necnon ad querelam Titij, verſi. Quæro an iudex poſſit. quamuis Cardin. & Alexand. in d. cap. cum in tua. verſi. Quæro. in fine, velit contrarium. Sed primum tenet Anchar. in d. cap. licet in beato Petro. verſic. Prædicto. & Nicol. Millis in reperto. in verbo, actor agens. & Bartol. in l. mancipiorum. verſicu. Quæro vtrum iſtud officium. ff. de oper. leg. vbi alleg. Din. ſic tenere in d. l. Titia. & etiã in regula, indultum, de regul. iur. lib. vj. & idem Bartol. in d. l. Titia. ante fin. aliàs † ſecundùm eum à tali 8
aſſignatione termini poteſt appellari, & per appellationem reſcindi, licet Abba. Sicul. in d. capit. cùm in tua. verſicul. vt ſuam. velit Bart. intelligere, quando in iudicio iudex præfixit terminum, quod non debeat audiri, niſi appellet: quia actus iudiciales tranſeunt in rem iudicatam, niſi appelletur. capitul. cum inter. de re iudic. etiam ſi ſit interlocutoria. capitul. dilecti. in fin. de elect. ſecus ſi extra iudicium iudex præfixit terminum hũc, tunc debet adiri ante appellationem: quia grauamina illata extra iudicium non tranſeunt in rem iudicatam, vt ca. legitima. de appellationib. libr. vj. & Card. Alexand. in d. cap. cum in tua. ſequitur Abba. verſicul. v. Tamen mihi non videtur Bart. ita ſentiſſe, ſed ſolum quòd ſi ſine cauſæ cognitione iudex terminũ aſſignauerit, quòd à tali aſſignatione termini poterit appellari. & ita intelligit Ang. Aret. in d. rub. de except. verſic. ex quibus no. Et Bartolon negat, quin talis adiornatus poſt aſſignationem terminj comparendo audiatur ante appellationem, vt infrà de modo procedendi in caſu iſto. Et talis terminus non debet eſſe breuis, aliàs poteſt appellari, vt voluit Bald. in l. ſed & ſi per prætorem. §. ait prætor. verſi. Item no. in eo verſ. ff. ex quibus cauſ. maior. per text. in d. l. Titia. † ideo formã petitionis 9
& concluſionis libelli ſic diffamati erit talis, ſecundùm Ioann. Fab. & Bald. in d. l. diffamari. verſ. Modò quæro, ſ. quòd petat aduerſario ſuo ſtatui certum terminũ, intra quem agere vel accuſare ipſum debeat, ſi quòd ius habeat, vel delictum aliquod contrà eum prætendat commiſiſſe, cum de hoc vbique diffamet eum: & quod eo non agente vel accuſante intra terminum prædictum, prõnuntiari à cætero non fore audiendum. Quamuis per vos & officium, quòd

be nignè

benignè implerat, veritum perpetuum ſuper his imponi ſilentium. Et hæc concluſio inferi debet in citatione ſeu aduertimento per iudicem concedẽdo contra diffamatorem ſuper concluſione prædicta reſponſurum, & alias vt iuris proceſſurum. Allegat Innocen. in d. cap. cum in tua. qui matrimonium accuſa. poſſ. & in dict. c. conquerente. de offic. ordi. et idem dicit Ang. in d. l. quandiu. ver. Et ideo ſit ſemper cautus aduocatus rei. de acquir. hæred. & ibi idem Ioan. de Imo. & Salicet. in d. l. diffamari. & Ange. Are. in d. rub. de exce. ver. Et erit iſta forma, & plene Bar. in d. c. in præſentia. num. xxxvij. Et aduerte, quòd etiam ſi in concluſione libelli & petitionis prædictæ non concluderetur, quòd ſilentiũ imponeretur perpetuum, tamen iudex poteſt ſupplere, quia ſilentium venit de natura litis: quare neceſſe non eſt quòd ſpecificè petatur, vt voluit Bald. in quæſtione per eum diſputata, incip. accuſatus de vi turbatiua. verſ. Silentium enim quod venit. Quia ad iudicem pertinet firmare ſententiam ſecundum ius alle. text. in cap. cùm dilectus de ele. cum alijs. & ſi iudex ſecundum eum vellet imponere ſilentium, niſi per partem peteretur, poteſt hæc additio fieri libello etiam poſt conteſtationem, quia potius eſt declaratio, quam noua petitio. & ſic non obſtat l. in actio. C. de eden. Nam licet, vt inquit, ſit verum, quod libello non poſſit addi vel detrahi in tribus tabellionalibus partibus libelli. facti ſcilicet narratione, obligationis, vel iuris ſuppoſitione, & concluſione poſt litem conteſtatam. tamen ſecus eſt in his quæ incidenter petuntur, in quibus pars poteſt petendo, & iudex decernendo ſupplere, donec ſit impoſitus terminus litis. &c. † Et nota quòd quis nõ poteſt facere talem concluſionem, ſilentium perpetuum imponatur aduerſario, de cuius molestia timet, niſi poſſit eam rem ſuper qua petit ſilentium imponi, vt ſingulariter probat text. in l. iij. ſecundũ Bal. l. in l. j. verſi. quòd vt fiat implorare æquitatem præſidis debes. C. qui bonis ced. poſſ. Quod alibi non reperitur ſecundum eum ita expreſſum, ſicut in ſimili videmus, quod tertius qui non poſſidet rem non poteſt impedire executionem ſuam. l. ſi is à quo. & ibi per Doctores. ff. de rei vendic. & not. Bart. in l. a. duo Pro ſ. ſi ſuper rebus. de re iudicata. & Ioan. Andr. Abb. & Fel. in cap. veniens. in ij. de teſt. & Fran. de Aret. contil. lj. viij. verſic. Not. quod antequam iudex procedat ad ſuam ſententiam, requiritur quòd ſi non compareat diffamator adiornatus iterum adiornetur, vt tenet gloſ. quam fecit ibi Ang. Item An. in authen. de hæred. & Falcid. ſ. ſi quis autem non implens. in verb admonitus. quæſt. vltima quòd hæc admonitio ſeu termini aſſignatio fieri debeat. Et idem Angel. Aret. in d. rub. de excep. ver. Verum tamen reminiſcenti. Ex quo ſecundum cũ to ſis cautus quòd bis factas admonere, vel bis ſtatuere terminum actori, quòd agat: quia non ſufficit ſemel fieri. idem dicit in ſuo tractatu maleficiorum ad querelam Titij. verſi. Verum tamen ſing. no. & Franc. de Are. poſt Roman. in d. l. quandiu. & Hieronym. Tortas, Dec. & Iaſon, quos refert & ſequitur Franc. Purpura. in l. is apud quem. num. liij. C. de eden. & idem Feli. in c. ex literis. verſi. Fallit. ix. de conſtitut. & Card. Alexand. in d. c. cùm in tua. ver. Not. primam partem glo. & Alex. in additio. ad Bart. in d. l. Titia. in prima apoſtil. & idem Cap. in dicta cautela ex. alia. eſt in clij. & Ia. in l. rem quæ nobis. in vltimis verbis. ff. de acquir. poſſeſ. & Hip. in ſing. dxcvj. ſolent ſæpe iudices, &c. Et ita fuit deciſum per conſilium Neapol. vt refert Matthæ. de Aſſict. in Dec. cclxiiij. num. ij. quamuis Roma. in dict. l. quandiu. num. xij. conetur impugnare gloſ. & An. in dicto ſ. ſi quis autem non implens. Sed in fine dicit quòd ipſo iudicante ſecutus fuit hanc partem propter authoritatem Ang. † Sed Bald. in cap. quoniam frequenter. in princip. in verſic. Non obſtat. vt lite non conteſtata, vult, quòd requiratur trina citatio quando agitur de grauamine abſenti inferendo, alias vna ſufficit. Et idem dicit in dicta l. diffamari. verſic. & not. & ſequi videtur Abbas Siculus in dict. cap. iuſtus in beato Petro. verſic. in gloſ. in fine, de accuſatio. volens, quòd antequam imponatur perpetuum ſilentium, debet iterum citari: quod intelligitur ad audiendam ſententiam. Et ſic requiritur vltra duos defectus ſeu contumacias vna citatio ad imponendum ſilentium perpetuum ſecundum vltimos, licet ſecundum primos non requiratur: quæ eſt magis communis. Tamen de ſtylo curiarum Franciæ, vbi quis nunquam comparuit & agitur realis, perſonalis, vel criminalis, requiruntur quatuor defectus ſeu contumaciæ, & hic quarta citatio ad audiendam ſententiam, vt ſupra dixi in pluribus quæſtionibus. ſed hic comparuit vt infrà dicam & hæc de prima quæſtione. † Quo vero ad ſecundam quæſt. an poſt latam ſententiam, qua impoſitum fuerit ſilentium, condemnatus vel eius hæres audiatur. Vt quod talis ad agendum bis aut ter, cùm temporis prælimitione admonitus, & citatus comparens ante ſententiam ſemper auditur, etiam citra appellationem, quia pro actione conſeruanda habet locum moræ purgatio. l. ita quis. ſ. Scia. ff. de verborum obligatio. & l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. non autem pro acquirenda. l. Thais. ſ. intra ff. de fideicommiſſ. libertati. Sed dic quòd in quacunque actione prædictarum ad ſententiam vſque ſemper auditur retundendo expen. defectuum, vt dixi ſupra ſignanter in quæſt. lj. incip. Mundo. niſi ius rei tunc ſuffet factum deterius, ſecundum Iaco. de Aret. & Cinum in dicta l. ſi ea. C. qui accuſar. non poſ. vt pendente proceſſu ſibi probationes contra inſtrumenta ob longa ipſius actoris non compareutis ſubterfugia protulerunt. & ibi idem tenet Bald. verſic. denuo gloſ. & Ro. in dicta l. vna. vt nemo inuitus. in fine. quamuis Barto. in dicta l. mancipiorum. verſic. Vltimo iſta l. facit. velit, quod non audiatur, niſi iurauerit ad ſe de nouo peruenisse per textum in c. paſtoralis. de exceptio. Sed ipſe loquitur quando dilatio petitur ad producendum inſtit. vel teſtes. Sed ſi poſt ſententiam, quia viſis defectibus rite & debite obtentis iudex per ſuam ſententiam, à qua non fuit appellatum, quia ab ipſa appellatione poteſt, vt infrà dicam, ſilentium ſibi impoſuerit perpetuum, tunc non auditur, d. l. Titia. tenet Bald. in d. l. diffamari. ver. modo hic quæro vnum. & Ang. in d. l. vna. qui alleg. Innoc. in d. c. cùm in tua. & idem Bald. An. & Salic. in d. l. ſi ea. Iaco. de Aret. ver. caſu. & An. in d. l. quandiu. ver. Et adde quæ not. in cap. lator. quem ibi Io. de Imo. ſequitur, verſic. Vltimo tangunt hic Bal. & Angel. de Aret. in d. rubric. de exceptio. verſic. quid ſi in termino prædicto. & idem Baldus in authen. ad hæc. verſi. Quæro ſi ego. C. de vſuris. & Abb. Sicu. in dict. c. cùm in tua. ver. Et in fine gloſ. & Angel. in l. ſi quis libertatem. in fine, verſi. Inter. ibi, aut finem. ff. de petit. hæred. Et videtur prima facie text. in contrarium in dict. l. ſed & ſi per prætorem. ſ. prætor. cum ſua gl. Sed ibi loquitur quando ratione inobedientiæ denegatur audientia, quod poſtea parendo audietur, quia ob contemptum non auditur. Sed pro con-

cluſione §.d. vid. tur textus in dicto c.licet in beato.& ibi Abbas Sicul.verſi.in gloſ. in dicto text.ibi dicit: nos igitur ſuper prædictis ſilentium duximus imponendum, ne de cætero eis ſuper his acculare liceat, et eriam infamare, & cætera. & idem tenet Bal.in d.c.ſi diffamari, quia omnis obligatio eſt ſubintelligendum tacitum, magis quam per ſimplicé præſcriptionem. idem Ioan.Fab.in d.l.diffamari.ver. & dic quòd quamuis & Ang.Are.in d tract. maleſi.in gl. nec non tantum,ſecundum Io.Fab. quem ſeq. Aret. vbi ſupra.ab iſta ſententia poterit appellari.d.l. Titii.& Bal.& Docto ſuprà allegat.& Abb.Sicu.in c.cũ in tua.ver. Et in fi.gloſ & Ang.in d.l.ſi ea.dicens,ſis cautus,aduocate, vt ſemper dictam ſententiam interlocutoriam ferri facias. Et ſic tenet q hæc ſententia eſt interlocutoria, & idem Angel. Aret. vbi ſ quæ videtur diffinitiua, cùm nulla alia poſt eam ſperetur,nec valer niſi per appellation. reſcindi, vt per ſupradi.patet. Et ipſemet Angel.fatetur in dicta l.ſi ea.& tenet Cardin. Alexan.in d.cap.cum in tua. verſic. Quarto ſecund. Anton.de Butr.in cap. cum olim.de teſt. & tenet Bald.in l.præſes. in vlt. quæſt. C.de ſent.& interlo per nor. in l.Aurel. §.centum. ff.d. reg. item ſecundum eum ſentent. ferrur etiã per text.allegno, l.de modo. ff. finium regund. Si verò in iudicio poſt primam citationem actor & diffamator comparuit, & petitionem de contentis in diffamatione fecerit, iudicium ventilabitur ſuper eius petitione. Et ſi reus abſoluatur ab impetitione eius in actionem. ex defectu probationis iuris, l.fina. C. de rei vendica. vel declarauerit in iudicio nullum ſuper his contractum fecille cum ipſo reo citari faciente,tunc vt ſuprà ſilentium eidem actori perpetuum eſt imponendum. Et aduerte quòd iudex in ipſa ſententia nihil de iure reo competente, de quo erat per actorem diffamatus debet pronuntiare,ſecundum Bald.in d.l.diffama.verſi. Sed nunquid index ſufficit ei adiudicare concluſionem in princip. cauſæ captam,niſi in replica allegauerit ad ſe pertinere,& in ſe onus illud probandi aſſumpſerit:tunc ſententia iuris declaratoria ferri poſſet. l. circa in fin.& ibi gloſſ. vlum. ibi,iterum quæro, an in omni caſu. & ibi Florian. & Iacobus de ſancto Georgio.poſt Butro.ff.de probationibus. Et ſi appellatum non fuerit,ipſe,vel eius hæres amplius ratione illius iuris agere non poterit contra reum ſic per ſententiam diffinitiuam abſolutum, ſecundum iura.& Doctores ſuprà allega.& in capit.j.in fin.de conſtit.per ben.lib.vj. prout hic factum fuit: quia prædict. Michael de la Porte adiornatus ad requeſtam iam dictarum de ſancto Aſterio, & Lioncet comparuit,die xxij. Iunij. M. D. XI Et pendente proceſſu annis tribus & plus ipſe de la Porte declarauit in eorum præſentia, nullum contractũ tranſactionis, vel aliam præter contract. tranſactionis inter eos paſſatæ, die vij.Iunij.155. Et ad ſic declarandum coram dicto Seneſchallo paſſauit procuratorium, quod poſtea confirmauit per aliud inſtrumentum ſeu pateat:& etiam per quandam literam miſſiuam manu ſcribæ,ſeu not.qui procuratorium & pateat receperat,ſcripram:quorum omniũ virtute procurator prædictus de la Porte in iudicio prædictam fecit declarationem:quia ſic facta,& viſo per Iocumentem proceſſu ad ius ſuper his clauſo impoſuit eidem de la Porte perpetuum ſilentium, & aliàs prout in dicta ſententia continetur,lata xxiij.Maij. Anno Domini M. D. X V I. à qua non fuit appella. Sed tractu temporis poſt dictorum Michaelis de la Porte,ac de ſancto Aſterio obitum, Ioann. de la Porte eiuſdem Michaelis de la Porte fili⁹ & ſucceſſor, Anno Domini M.D.XX. & ſic annis quatuor poſt latam ſententiam, vigore cuiuſdam donationis in contract. matrimonij primo filio maſculo naſcituro factæ, petiuit certa bona eidem de Lioncet genero. Qui tamen eidem de la Porte obiecit renuntiationem & ratificationem inde anno x. poſt factam per auiam eiuſdem de la Porte, nec non approbationem teſtimonij patris & matris auiæ præd. de la Porte act. qui replicat patrem eius non potuiſſe,obſtat.donatione omniũ bonorum præſentium & futurorum in contractu matrimonij ſibi facta, facere dictas renuntiationes in præiudicium ipſius.Et quòd poſt dictam renuntiationem defun. de ſanct. Aſte. & Michael de la Porte eius pater fecerant aliam tranſact. in loco, data die ix.menſis Auguſt.Anno 105. Quæ quidem trãſactio fuerat per ipſas partes ratificata die xxviij. Ianuarij, Anno 1515 ſignata Robichon. Aduerſus quam tranſactionem & ratificationem replicando dicebat falſas, ex eo quòd apparebat illas factas pendente proceſſu ſi per iactantia & diffamatione facta per dictum defunctum Michaelem de dicta tranſactione,ad quam in iudicio afferendam fuerat adiornatus d.die xxij.Iunij, Anno Domini 1511. Et non erat veriſimile, quòd ſi dicta tranſactio & ratificatio fuiſſent veræ, quin illas dictus Michael produxiſſet, nec contra ſe ſententiam ferri paſſus fuiſſet: quæ inde fuit lata. Quinimo procuratorij paſſati per dictum defunctum Michaelem in menſe Ianuarij xxix.aut xxvj.non bene fuit memor. Sed quicquid ſit, aut præcedit procuratoriam ratificationem, & adhuc non eſt veriſimile, quòd de ſancto Aſterio, qui citari fecerat prædictum Michaelem de la Porte ad afferendum tranſactionem de qua ipſe iactabat, & procuratorium ipſius de la Porte ad conſentiendum finibus & concluſionibus ipſius iam habebat, quod feciſſet dictam tranſactionem die ſequenti, aut procuratorium paſſatum fuit poſt ratificationem tranſactionis. Et hoc maxime erat dictum de la Porte, quinimo confundit,quod poſt tranſactionem ratificatam paſſauerit procuratorium ad declarandum nullam tranſactionem feciſſe præter primam,quod poſtea ratificauerit per aliud inſtrumentum publicum & literam miſſiuam: quia nemo ita reſupinus eſt, quod ſuum ius ſic velit, l.cum de indebito.§.j.ff.de probat. & poſt ſententiam latam non appellare, nec conqueri. Et quantum ad donationem in contractu matrimonij factam, dicebant, quòd illa non obſt. pater diſponere poterat de futuris bonis, ſecundum omnes Doctores in l.fina. C.de pact.& in l.ſtipul. hoc modo concepta. ff. de verborum obligationib.cum aliis ſuprà allegatis in quæſtio. cciiij. incipiente, Quæritur vtrum valeat pac. quia circa futura acquirenda potuit præiudicare filio, cui debet acquirere vt tenet ſingular. Baldus ſuper rubrica. C. de contrahend. emption. quæſtione xxj. per textum in l. final. C.de acquirend. poſſeſſion. & tenet Iaſon in dicta l. final. verſicul. Tene indiſtincte opinionem Barrol. & ſingular. Ægidi. Bellamera in conſilio xvij. quia in multis caſibus facilius permittitur quòd ius quærendum non quæratur, quàm quòd ius quæſitum alicui auferatur, ſicut dicitur de prælato, qui præiudicat eccleſiæ in quærendis, non autem in quæſitis, ſecundùm Innocentium capitu. fraternitatis de donation. & gloſſa in §. finali, vbi, quæſtione vj. cum aliis per Felinum in capit. quæ in eccleſiarum.

siarum.versic.Et ista declaratio.de constit.pro quo stare dixit vulgatum consilium vndecimum Feder. quòd Prælatus potest repudiare legatum quærendum ecclesiæ.Ex quo consil. infert Abba. Sicul. in consil.xxxj.incipien.In ciuitate Messana.in princip. volum.j. quod Episcopus potest remittere partem, & successor non potest illam reuocare: secus si iam facta esset.similiter secundùm Felin. consuluit Pau. de Castr.in consil.xj.aliàs est 172.incipien. In casu præsenti,visis omnib.volum.nouo.Quòd statutum prohibens mulierem vel alium alienare, non extenditur ad repudiationem donationis non acceptatæ:quia,est perdere ius non quæsitum,argumen. cap.si tibi absenti.de præb.libr.vj.Et similia colligi possunt ex dictis Abb.in cap.omnipotens.in ij.not, de accu.in consil.xlv.volum.j.& per Docto.in l.iubemus nullam.C.de sacrosanct.eccles. & ideo sententia prædicta contra patrem lata nocet filio, vt tenet singul. Alberic. in simili materia in l.final. C. de donationib.inter vir.& vxorem.& etiam in prima parte statutorum quæst.cxliiij.incipien. De statuto R gis regni Aragoniæ per ipsum regem iurato, &c. Sed non ita amplè sicut in d. l. final. vt dixi suprà in dicta quæst.cclij.incipien. quæritur vtrum valeat pactum in contractu matrimonij. dicens vtrobique ita fuisse determinatum in curia Ro. pro Regina vxore secunda, & eius filiis, contra primogenitum ex prima vxore procreatum, qui impugnabat quandam donationem factam eidem reginæ nouercæ,& eius filiis. Et contra ipsum primogenitum obiiciebatur per dictam Reginam, & filios eius inter alia, sententiam prædictam contra patrem super hoc latam, vt ibi vide. ver. Pro parte filiorum contra primogenitum,&c.Et etiam,quod sententia quæ transiuit in rem iudicatam nocet talibus successorib. & Alb.alle. bonum tex.in c. cùm inter vos.de re iudi. & in cap. cùm olim.de præscr. & idem concludit Anto. de Butr. in consil.xliij.& partes per dicta iura tenet singu. Alexan.in consil. xxx.versic.Circa secundum verò dubium volum.v. ita quòd per in integrum restitutionem non potest rescindi aduersus prædictam sententiam, licet lata contra priuilegium:per dicta iura,An quilibet iudex possit imponere silentium: & videtur quod non,vt tenet Barbat.in d.c. in præsentia, nu.xxxvij. Sed dic, quòd quilibet iudex ordinarius, aut præses prouinciæ,per text.in dict. l.diffamari.ibi, cùm affirmes diu præsidem vnum vel alterum. & ibi, vnde constat merito rectorem prouinciæ, iuncto, si
31 aditus præses.† Quo ad iij.quæst.dico Ioan.Andreę. in additio. Specu.in tit.de præsumptio. §. ij. in magna additio. concludere, quod fuga notarij contra producentem nihil probet, per l. ij. C. de fide instrumento.& l.fin. C. de falsis. & sequitur Iason in repetitione. l. admonendi. versic. Quid autem de reo conuento. ff. de iureiurand. nisi ad suggestionem & mandatum producentis aufugisset, prout hic dicebatur factum,argument.l.milites. & l. fina. ff.de custodia reorũ.& l.cõsiliarios.ff.de officio assessо.vt suprà dixi quæst.ccxv.post princip.incipien. carceratus pro delicto. & facit quod dixi suprà q. cxvij.incip.an collatio beneficij, in fine. quod dicit Specul.in tit. de teste.§.j. versic. Sed pone,ecce iudex de teste qui deposuerat falsum, quòd an excusetur ex eo quòd dicit notarium aliter scripsisse, quam ipse deposuerit.vide ibi,& quod dixi in consilio. Et quid de notario asserente falsum esse instrumentum an sibi credatur in præiudicium. vide Baldum consil. cxlj. postquàm notarius.volum.iiij. qui dicit quòd de rigore iuris non creditur in præiudicium partis, sed bene sui.& idem in authen. si testis productus. C.de testibus. & idem Angelus & Modern.in l.Lucius.ff.de infami.& in l.Imperator. in j.versicu.vltimo.ff.de statu hominum, & per Alexandrum in l.sæpè.versi.Ex his infert Bartolus in l.denunciasse. ff. de iudiciis. pro hoc facit text. in l. miles.§.defuncto.ibi,nam non vtique crimen adulterij, quod mulier obiicit, infanti præiudicat. ff.de adulteriis. & Felin. in cap. exhibita.titul.de homicidiis.

SVMMÆ.

1 *Apostolos an petere liceat postquam processum est in causa appellationis.& nu.4.*

2 *Iudex reuocans grauamen post appellationem ab interlocutoria, an remaneat iudex. & numero 3.& 5.*

6 *Appellationem si procedant literæ releuaminis, an valeant.*

7 *Acta iudicis à quo pendente termino ad dandum apostolos,an valeant.*

Quæstio CCLVI.

Vtrum appellans à grauamine, vel interlocutoria, possit pendente termino ad dandum apostolos per iudicem à quo præfixo, releuare interim eius appellationem, ac post inhibitiones in vim literarum releuaminis eidem iudici factas, & processutam coram iudice ad quem factam, eosdem apostolos in termino petere.

DECISIO CCLVI.

Dico† vnico verbo, quòd 1
sic.Et vbi terminus non fuit sibi præfixus ab homine, sufficit quod intra tempus iuris, scilicet xxx. dierum petat, qui non debent sibi auferri, & interim releuare, & prosequi appellationem, vt voluit Lapus,quem refert & sequitur Dominic. in cap.ab eo.§.illum.de appellationi.lib.vj.& idem Philip.Franc.in princip. c. q. vltim. allegantes dominos de Rota in decisi.ccccclxiiij. aliàs decisi. liij. titu.de appellat.in antiq.incipien. Vtrum si appelletur à grauamine. Nec obstat secundum ipsos de Rota, & Doctores præallega. si dicatur quòd primus iudex à quo,remanet adhuc iudex, si reuocat grauamen,quia ante reuocationem eius iurisdictio est per appellationem suspensa, capitu. venientes. de iureiurand.† Bene tamen fatentur,quòd si præ- 2
fatus iudex à quo,reuocet grauamen, & ponat partes in priori statu, quòd acta & gesta per iudicem ad quem, erunt nulla: licet secundum de Rota aliqui eorum tenuissent contrarium, quòd appellans pendẽte termino non posset releuare propter malitiam ita subitam ipsius appellantis,& literas releuaminis impetrantis, & citò inhiberi facientis iudici à quo. Et quòd cancellaria apostolica non daret auditorem super appellatione, si eidem expressum esset quòd terminus pro apostolis petendis assignatus penderet. † Et pro ista secunda opinione 3
facit quòd processus factus per iudicem à quo,post inhibitiones est nullus, etiam si appellans postea appellationi renuntiet tacitè vel expressè, vt tenẽt domini de Rota decisione cxxx.aliàs decisio.xx.tit. de appellationib.incipien. Si post inhibitionem.in nouis, quia in literis continetur clausula irritans, videlicet reuocãdo in irritum quicquid,&c. de cuius veritate vide Deci.in c.accep.in fi.de app.& istã secundam opi.tenuit Felin. in cap.personas. versic.

Non ſufficit.de appellatio.dicens,quod non ſufficit quod habens terminum ad petendum apoſtolos impetret interim cauſam committi : cum huiuſmodi diligentia ignauus ſit : quia pendente hoc termino nihil debuit innouari, & ſi eos non petierit , non reputatur nec cenſetur appellans:ergo ſuper eo an te nihil fieri potuit,cum apoſtoli ſint pars appellationis,capit.j.& cap.ſuper eod.de appellatio.in deciſio.xlj.de appell.in nouis. Sed ſecundum numerum meum eſt cccclvij.fuit dubitatum ſi appel.à diffini.& eſt profecto illa (vt credo) quam voluit alleg.vbi tamen Rota,tenet contrarium,quòd poteſt ante dationem apoſtolorum,impetrari commiſſio ſeu reſcriptum ſuper appellatione iam interpoſita à diffinitiua,ſecus ſi ab interlocutoria , vt in noua conſtitut.Domini Gregorij.x). & ita omnes de Rota tenuerunt excepto refigente,cuius rationes Felin.in parte accepit.Sed prędcedens eſt communior. & idem tenent domini de Rota Deciſion. cxxviij. aliàs deciſio.xix.titul. de appella. ſi iudex procedat. in nouis. volens etiam quod valet proceſſus interim factus per iudicem a quo, vt infrà dicam. † Ideo concludo,quod ſi appellans & appellatus pendente apoſtolorum termino procedant coram iudice ad quem , & appellatus non opponit coram eo de pendentia termini , tunc valet proceſſus ſecundùm Dominicum , & ſi appellans poſtea petat apoſtolos, quia pars poteſt omittere exceptionem ſi breptionis , cum ſubreptio non vitiet actus contentiosus ipſo iure,iuxta nota.in ca.ad audientiam. de reſcriptis & idem dicit Rota in Deciſion.ccx.aliàs decimo.ij.de except.ſi immediate poſt appellat. in nouis poſt medium verſicu. idcirco. † Tamen ſi iudex à quo repararet grauamen , omnia per iudicem ad quem erunt nulla, vt dictum eſt. Sed ſi appellatus opponat contra iudicem ad quem , quod non procedat propter terminum ad dandum apoſtolos pendentem , de quo appellans nullam fecit in eius releuamine mentionem , & tunc iudex ad quem non poterit vltrà procedere,quia literæ ſunt ſurreptitiæ,ſi mentionem non faciant dependentia termini prædicti,atgumen.c.ſæpè.de appellatio. & Felin. in cap.ex parte. in ij.verſicu. ſi eam appellationem.de reſcriptis.ſed hodie referendarij cancellariæ Franciæ faciunt in literis releuaminis mentionem de apoſtolis non obtentis , ſuper quibus princeps diſpenſat. Et ita vt ſuprà concluſum fuit in curia per omnes dominos excepto vno,in quadam appellationis cauſa mota inter Marum Baldare,tam iudice ordinario villæ Martelli, quam à Senes.Caturc.appellantem. Et Petr.de Laubeſpin appellarum Et latum arreſtum,die xxiij. Ianuarij,Anno 1527. pluries vidi practicare in curia metropolitana & primatiali Biturig. & aliàs conſului , vt in conſilio lxxv.incipien. Appellans a grauamine dedit. † Quid ſi impetratio literarum releuaminis appellati ſit obtenta ante appellationem interpoſitam,timens forte de proximo grauari? Et Domi. de Rota.in deciſion.prædicta ccx.aliàs deciſio.ij.de except. in nouis. in princip. tenent quòd non valet, quia reſcripta ſuper futuris appellationibus impetrata non valent.c.ſi.de reſcrip.& c.ij.de appellatio. Quid ſi non apparet, quòd prius præcedat appellatio interpoſita, vel releuamen,quoniam eadem die vel hora appellatio,& releuamen fuerunt expedita, & Rota in d.deciſio.ccx.aliàs d.deciſio.ij.de except. poſt medium.verſ.idem dicebant domi.dicit,quòd valet impetratio literarum releuaminis appellat. quæ præſumitur præceſſiſſe releuamen ratione naturæ ſuæ. Et hoc quoniam in eodem loco poterat haberi recurſus ad do.cancellarium, aùt alios tenentes ſigillum app. Tamen quando eadem hora procederent,eſſet q.magis dubia,niſi quia pro maiori parte temporis vota & oppoſitiones iudicum à iure per cameram conſilij tranſeunte releuantur, & tunc omnia poſſent compati : cogita tu iudex ad quem.† Sed quia in prima q.diximus,quòd proceſſus pendente termino ad dandum apoſtolos per iudicem à quo interim factus, valet , an ſit verum, vide gloſ.in c.vt ſuper. & ibi Ioann. Andr. Anchar. & Doctor.de app.libr.vj. & Cardi.Alexan.in ca.vt debitus.num.xlviij.verſic.circa apoſtolos.de appel. Et concluditur communiter per Doctor.quòd ſic. & idem Rota in d.Dec.cxxviij. aliàs deciſio.xix.tit. de appella. in nouis , quamuis velit contrarium in dec.iij. tit. de appel.in recollectis per Bern. de Biſgneto. Et pro hac concluſione communiter videtur text. in d. cap. vt ſuper. hanc concluſionem ſequitur deciſ. capel. Tholoſanæ , quæſt. cccxxiij. Et hoc quando iudex perenti apoſtolos nihil reſpondit,ſed poſtea proceſſit.& per Alexand. in conſilio lxxxix. vel ſecus ſi iudex terminum ad dandum apoſtolos ſeu ad dandum danda, vt officiales in reſponſione communiter ſolent dicere , præfixerit, quia tunc non valet, ſecundùm Doct. ſuprà allega. vel etiam poſt inhibitiones in vim releuaminis factas proceſſerit,vt ſuprà dictum eſt.

1 2 3 4 5 6 7

SVMMA.

1 *Appellans ab interlocutoria,an ſupplicare poſſit , vt tota cauſa retineatur , appellationi ſuæ renuntiando. & nu.3.*

2 *Iudex à quo poſt appel.ab interlocutoria non poteſt etiam ex prorogatione partium cognoſcere de cauſa principali.*

Quæſtio CCLVII.

Ab interlocutoria ſit ſupplicatio in tota cauſa renuntiando appellationi, & an Iudex à quo poterit cognoſcere de principali cauſa.

DECISIO CCLVII.

VPRA tactum fuit quod appellans à grauamine vel interlocutoria danda apoſtolos, per iudicē à quo poteſt appellationē releuare. Nunc verò dicendum quid ſi appellatur à grauamine,& impetrantur literæ Regiæ, vel Curiæ porrigitur requeſta ad appellationē annullandam, & cognitionem cauſæ principalis retinēdam: an primò retinere eam debeat,quàm ſuper appellatione , an bene vel malè prōnuntiare , vel annullare?† Et dic,quòd primò eſt pronuntiandum ſuper appellatione vel eius annullatione,antequam ſuper negotio principali , aut grauamine prætenſo procedatur.ita tenet gloſ.in c. vt debitus honor. in verbo,alioquin.& Io. de Imol.Abb.Sic. verſ.ex his no.& ibi etiam Cardi.Alexan. verſ. habes etiam ex gl.quòd iudex,&c.& Phili.Fran.nu.xl.& xliij. verſ. vlt.pro intelligentia.de appel.† Quinimò non poſſet ex prorogatione partium cognoſcere de cauſa principali , antequam pronuntiet bene appellatum fuiſſe,ſecundum quod tenet Anton.de But.in c.penul.de offi.deleg.& idem Barto.in l. eius in vlt.q.ff. de app.reci.& Io.de Imo.in l.iudex poſteaquam.& ibi Moder. ff.de re iud. & Barto. in l. intra vtile.in prin. in vlt. q.ff.de mi.per text.in l.ſi quis prouocatione,ſecundùm lecturam Plac.C.de app.quam ibi appro-

1

2

approbant Ioann.Fabr.Bart.Bald.& Sali. Et idem tenet Rom.conſil.cccl xij.verſic. quò ad ſecundùm. qui allegat vltra gloſſ.in d.capi.vt debitus.aliam in capitul.ex tenore.in verbo,terminetis.de for.competent.& idē dom.de Ro.Dec.ccx x x vij.aliàs dec. xxiij.titul.de reſcript.ordinauerunt & voluerunt,in nouis.& idem in colle.per Bernar.de Biſgneto.tit.
3 de appellation.Dec.xj.†.Et ita quotidie pronuntiatur per curiam interinando literas, aut requeſtam: annullat appellationem,& id à quo appellatum extitit,& appunctuat partes ſecundum ſubiectam materiam,& vltima appunctamenta.

SVMMÆ.

1 *Notarium deputatum,an cogitur habere index.numer.11.& 14.*

2 *Notarius qui ex priuilegio ſcribere debet omnes ſententias epiſcopi , an etiam ſententias vicarij ſcribat.*

3 *Notarius etiam de conſenſu partium non poteſt recipere teſtes nec iuramenta eorum ſine iudicis commiſſione.*

4 *Notario cauſæ ſi index aliquid cõmittat,an debeat commiſſio per alium notarium recipi.nu. 5.*

6 *Sententia an contineatur appellatione aſſertum , & proceſſus.*

7 *Recuſari facile poſſunt notarij,aduocati, conſiliarij & procuratores,ſecus de aduocato & procuratore Regis.nu.8.*

9 *Notarij cauſarum ciuilium non debent ſcribere criminalia,nec econtra,niſi in caſu.nu.10.*

12 *Iudex non debet participare lucrum cum notario.*

13 *Iudex quando ſit citandus in appellatione à ſententia eius locum tenentis.*

15 *Iudex quando poſſit notarium deligere.nu.16.*

Queſtio CCLVIII.

Graffarius Seneſchalli Agenenſis in ſede Agenij impetrauit à domino noſtro Rege literas cõtra magiſtrum Iacobum Scuyn iudicem maiorem , & eidem iudici à cæteris accipere aliud in ſcribam præter eum vel ab eo commiſſum , tam in cauſis ordinariis,quàm extraordinariis ſeu delegatis quocunque modo procedenti conſiſtentibus,tam in inquæſtarum factione,quàm executione ſententiarum,aut areſtorum per curiam ſibi commiſſa , inhiberetur. Contra quem præfatus iudex allegabat eſſe in poſſeſſione ſuum clericum, aut ab eo deputandum ſcribi facere proceſſus extraordinarios , ac etiam executiones ſententiarum per eum prolatarum , & areſtorum etiam ſibi commiſſas. Quid iuris?

DECISIO CCLVIII.

1

T † Bald.in l.fina. verſi.in tex. vt videatur ipſe. C.vbi & apud quem cognitio reſtit.in integr. egen. ſit. induxit illum text. in argument. ad hanc quæſt.ſcilicet
2 †notarius quidam debebat ex priuilegio ſibi dato ab Epiſcopo , ſcribere omnes ſententias ipſius Epiſcopi: modò Epiſcopus commiſit cauſam ſuo vicario terminandam : quæritur , an in hac cauſa ſcribet ſententiam ille tabellio. Et videtur ſecundum eum, quòd ſic,per illum text.vt tenuit ibi Iacob.de Butr. prout ipſe habet ſuper libro ſuo. Sed non eſt in litera,& verum dicit. Vnde cum notarij ad ſcribendum acta ordinariorum deputati,ſcribere debeant acta delegatorum & vicariorum,& ipſi debent habere ſalaria ſcripturarum , quod dicit eſſe menti tenendum. & ſic vidi ſeruari in Curia metropolitana,& primatiali Bituricen.inter notarios eiuſdem curiæ , qui ſunt non ſolùm notarij ſeu graffarij coram ordinario & primatiali officialibus, ſed etiam in cauſis appellationum per Papam delegatis, iuxta capit. ſtatutum. de reſcript. libro vj. commiſſis & deputatis , ſi partes velint , vt infrà dicam, præterquam in requeſtis per officialem foris commiſſis, quòd ſcribantur per commiſſarium : quia ea quæ iudex delegatus facit à delegante cenſentur fieri, vt dicit textus in dicta l. fina. & in l.ſiolet. & ibi Alex. in j.nota.ff.de iuriſdi.omn.iudic.& ibi Lancel. Dec. vt etiam ſi delegatus eſſet aliàs ordinarius. Et in cauſis appellationum eſt textus in l. præcipimus.vt in his authentic.ibi,noſtros epiſtolares & ſcribas & notarios. & ibi Bal.Angel. & in verſic. noſtri verò libellenſes. C. de appellation. ibi iudex appellationum non poteſt ſibi adhibere ſeu deputare alium proprium notarium. Et hoc fuit introductum, ſecundùm Angel. ibi, cupiditate lucri eorum, vt infrà dicam pro parte contraria.Et idem Angel.conſil.cccl j.do.Libertina.Ergo à fortiori debet graffarius in cauſa iudici ordinario delegata ſcribere. Tamen in curiis ſecularibus alius eſt graffarius coram iudice à quo, & alius coram iudice appellationum. Et Paulus de Caſtro ſequitur Bald. in dicta l. final. in verſic.vt videntur. Et idem videtur tenere Bald. in authent.ſed iudex. quam legit cum l.nę honore. C.de epiſcop. & cler. vbi in ſeruo nota.dicit,quòd vbi iudex mittit ad aliquem in dignitate poſitum pro iuramento recipiendo , iuxta l.ad egregias. ff. de iureiur.debet mittere de miniſtris ſuis , vt dicit ibi text.puta notarium cauſæ.Et idem dico ſi alium aduocatum ſuæ curiæ mittat,quod notarius qui incœpit ſcribere acta,debet etiam ſcribere acta.& omne id quod fiet per ipſum commiſſum. allegat bonum text. in l. j. C. de ſport. ibi idem tenent Ia. But.Bal Angel Paul.de Caſtr.& Franciſc. de Aret. & maximè ſi fuerit per principem poſitus , prout ſunt graffarij in hoc regno , per ea quæ dicit ibi Guliel.de Cug in ij.quæſt.de executore per Regem poſito,vbi in fin.idem dicit in notario.Sed Bald.& Docto.ſuprà allegat. videntur loqui,quando in eadem cauſa fit delegatio aut ſubdelegatio , quòd idē graffarius ſcribat omnia per delegatum facienda. Et in hoc non eſt dubium,l.in fraudem. §.quoties. in primo,ibi.manu commentarienſis.ff.de iure fiſc. Sed vt ſuprà generaliter tenet Bartol. in dicta l. fina. & in l. j. verſicu. item ex hac lege collige. ibi, in notario autem.ff.de offic.proconſul. vbi ipſe incepit iam ſcribere tam coram ordinario, quàm delegato, cum aliis per Felin. allega. in cap. quoniam contra falſam,in ij.notab.& ibi per Petr.Paul.Pariſien. numer. xxvj. de proba. & ſic non poteſt committere, & ſi fiat non valet, ita quod non poteſt ex partium conſenſu validari, vt voluit Alexand. in conſil.cxxxviij.verſic.aliud obſtat.lib.ij. Alleg.Bal. in l.teſtamenta.C.de teſta.& in l.repetita.C.de epi. & cle. quia licet mutatio perſonæ ſcribæ fieri poſſit de conſenſu partium,tamen ſine cauſa eius in præiudicium fieri non debet,vt tenet Bald. in conſilio cxlvij.verſicu.ad hoc dicendum.lib.ij.& Docto.ſuprà & in proximè alleg. & ſi ſine cauſa infrà dicam.

† Nam notarius cauſæ non poteſt recipere teſtes, 3
nec iuramenta illorum etiam de conſenſu partium, ſine iudicis voluntate & commiſſione,vt dicit Bal. de pace Conſt. in verſic. ſecundùm mores & leges illius ciuitatis. & in aliis locis per Hippol.allega.in ſua praxi.§.poſtquàm.num.xvij. per gloſſ.in l.iubemus.C.de libe.cau. † Sed aduerte ad caſum, in quo iudex committit notario cauſæ aliquid faciendum de dicta cauſa,vel alia delegata, quòd illa commiſſio debet per alium ſcribi , & non per ſeipſum , ſe-

cundùm magis communem Doctorum opin.in d. cap.quoniam contra Barto. in l. ſententia.ff.de teſtamen. tutel. & etiam Bald. qui cum ſequitur in l. præsbyteri.ver. quæro an ille notarius.C.de epiſc.& cleri.& Ana. in conſil. xlix. & idem ibi Ludo. Bolog in additio.contra quos tenet etiam ſingu.Alexand.in conſil.xlvj.nume.ix.cum ſequen. qui alleg. Feder.de Senis in conſ.cxcix. incipien.Quæritur an domina Margarita. Et idem Alexand. in conſil.cj. nume xvj.cod.libr.& in conſil.cxx.verſi.tertiò obtinet volum.vj.& Bald.in l.iurtiurandi.& idem ibi Salic. C.de teſt.& plenius Bald in l.iudices.eodem titul.& Angel. & Salicet. in authen. apud eloquentiſſimum.C.de fide inſtrumen.& Alexan.in conſil. ccxij. num.xxj. eodem lib. vj. & de conſil.ciiij.ver. Tertiò quia de iure & ciuili. cum ver.ſeq. libr.v.& Angel.in conſi cxcvj.& Guid.Pap.in deciſio.cxxvj. & in conſil.xxviij. verſic. ad quartum. & iſtud probat textus in dict.cap. quoniam & Felin.in verſicu. ſecundò quæro.& idem Franciſc.de Aretio in conſil.xxxiij. verſic. Tertio eſt præmittendum.& Hippol.de Marſil.in Lde munere. §.plurimum. numer. xxxiij. de quæſtio. Tamen Baldus videtur poſtea huic inhærere. dicens, quod tutius erit, quòd alius
5 ſcribat hanc commiſſionem. † Sed hoc dictum limita, niſi talis commiſſio ſcripta manu graffarij eſſet etiam ſigno iudicis manuali ſignata, vt tenent Docto.ſupra allegati.& Guido Pap. in Deci. cxxvj. Et per iſta videtur etiam alia ſententia Bartol.in l. ij.ff.de ſtipula.ſeruo.poſſe deſtrui.Et iſtam opinionem Bald.ſequitur Ludouicus Bolog.in conſi.xlvj. verſic.Præterea ex alio.pro hac opi.ex in dict.cap. quoniam. ibi,vniuerſa iudicij acta conſcribant &c. & quæ ſequuntur.& ibi Ioan.And.& in Addi.Spec. titu.de ſententiæ pr latione. ſuper rubr. pro quo bonus textus in l.iubemus,in medio.ibi,eorum nomen ſcribere non differant ad certam rei memoriam.C.de teſtibus.quem facit Barto.ſingul.in tractat.de ritu.iudic.in princi .pro quo facit quod dicit Barto.in l.j.§.quod ab initio.ff.quemadmodum teſtamenta aperiantur, vbi dicit quòd ſi teſtes ſunt in territorio, debet iudex mittere ſuum notarium ad recipiendum teſtes, & eorum iuramenta. & idé Baldus in dicta l.presbyteri. verſi.ſuprà dicto quæ-
6 ro an ille notarius. † Quia appellatione acte m ſeu proceſſus venit ſententia, quamuis ſecundùm Ioan.vbi ſuprà de ſenten. diffinitiua illo textu n lla fiat mentio.Et idem Anto.de Butr.ibi, Sed Abbas Siculus. & conſicul.Barb.verſi.idem dicitur in tex. vniuerſa. iudicij, quòd imò videtur ſatis loqui de diffinitiua, cùm dicat interlocutiones eſſe de actis, ergo fortius de diffinitiua. & allegant text. in cap.j. de re iudi.libr.vj.& Bart.in l.actorum.in fine.& ibi Docto.ff.de re iud.& Bart.in l.ſi in fraudem. §. neque ff de iure fiſc. Bald. conſil. cclxxj. volum.ij. & Cin.Bald.in l.ij.C.vt lite pendente.& in aliis pluribus locis, vt ibi per cos. & Dec.in dict. cap. quoniam.ver. Vndecimò nota.& iſta communis ſecundùm eum.& Fran. de Aret.ibi,in verſi.Nota nono. Et hanc Bald. opinionem etiam ſecutus eſt Iacob. de ſancto Georg. in dicta l.ſolet, vbi loquitur in ſecretario Epiſcopi, dicens non eſſe in iudicando ab iſta opinione diſcedendum. & idem Luc. de Penna, in l. hac parte verſicul. Imo videtur quod C.de proxi.ſacro.ſcrin.libr.xij. dum generaliter loquitur, quòd ſcripturæ agendæ ſunt ſuper his quæ fiunt coram iudice nequeùt per alium ſcribi, quàm per eum qui ad acta ſcribendum ſtatutus eſt,vt colligitur ſecundùm eum ex Lnulli. §. cùm autem vir. iuncto.verſic.Ita tamen. C.de epiſc.& cleri.faciunt notata per Paulum de Caſtro in conſilio lxxxiij. verſicu.Ex his ſequitur.volumin.antiq. Sed ex cauſa poteſt alius ſubrogari, vt ſi eſſet abſens, ſecundum Doctores ſuprà allega. per textum in §.ſi verò abſunt.& ibi gloſſ.in verb.inuentarium.vbi Angel. & Iacob. de Bellouiſu in authentic. de hæredi. & Fal.& Ioann.de Plat. in l.monendæ. verſicu. An autem vnus notarius. C.de delatoribus. libr. x. qui alle. in authen.de tabel. §.nos autem.& ibi gloſſ.in ver.ipſis per ſe. & vide ibi. & idem Baldus in dicto capit. quoniam verſicu. Quæro vtrum vnus notarius. & l. Imperator. in j. lectu. ver. Sed nunquid notarius. ff. de ſtatu hominum. & in dicta l. j. ver.
† Decimò quærit de offic. proconſ. vel etiam ſi al- 7
teri partium eſſet ſuſpectus, quia tunc recuſari poteſt,vt tenet gloſſ.in authen.de trien.& ſemiſſe.§.& quod ſæpè.in verb.artificis. Et illam gloſſ.facit ſingular.Bald.poſt Bartol.in l.ſcire. §. ſemper autem. ff.de tut. & cura. da.ab his. & Bal.in dict.cap.quoniam contra falſam. verſicul. Et ſcias, quòd iſti debent eſſe. & Luc. de Penna in dicta l. hac parte. ver. Præterea ſcias. C.de proximis ſacro. ſcrin.lib. xij. Et ibi ponit rationem, quare talis notarius ſeu graffarius poteſt recuſari, quia qui ſuſpectus eſt,teſtis eſſe non poteſt.capit.ſuſpectus. iij. quæſtio. ver. ſed notarius habetur loco teſtis. l. Dom.itius. ff. de teſtamen. vt ibi per eum, tenet Barb. in dict.capit. quoniam, verſicu. Item dicit hic Baldus, & idem ibi Dec. in ix. notabi. cum aliis per Hippolyt. de Marſil.in l.j. §.præterea.numer.cxxx. ff.de quæſtio. & idem Dominicus de ſancto Geminia. in capit. ſtatutum. §. notarium. in j. quæſtio. de reſcriptis. libr.vj. & Anchara. in conſilio cclxiij. ſubtiliter & ad plenum.vbi dicit, quod recuſatio graffarij, aduocatorum ſiue conſiliariorum & procuratorum probatur per ſolum iuramentum partis,quia de facili poteſt alius ſubrogari,& in iſtis ſufficiat pro ratione voluntas.l.quia poterat. ff ad Trebellianum. & ipſum ſequitur Alexan. conſil. ciinj. ver. circa ſecundum dubium. libr. v. & plerunque videmus graffarium curiæ ex aliqua leui cauſa recuſari.† De 8
procuratore & aduocato Regis non ita facili. niſi quando ſunt de conſil. partis aduerſæ, cui poſſent ſecreta inſtrumentorum & omnium productionum pandere & reuelare. Et non ſolùm notarius cauſæ poteſt recuſari, ſed etiam alius notarius familiaris alterius contrahentium, vt non poſſit recipere inſtrumentum. Et ſi poſt receperit,non valeat, vt tenet Signo. de Home. in conſilio ccliij.in quæſtio. vertentibus. verſicul. præterea quoddam inſtrumentum. Quia oportet, quod ſi ab vtraque parte rogatus,nec vnius rogitus ſufficeret, vt dicto §.nos autem.& ibi gloſſ.in authen.de tabellio.Ideo dic quod ſi ab initio recepit de conſenſu partium, quòd propter familiaritatem & amicitiam vel inimicitiam ſuperuenientem vel præcedentem, aut etiam conſanguinitatem non vitiatur inſtrumentum. cùm ipſe fuerit approbatus, l. ſi quis teſtibus. C.de teſti. & bonus textus in l.ſi pater. & l.vxori.& vtrobique per Bartol.Angel. Alberic.& Hippolyt. de Marſil. ff. defalſis.& Bald. in conſilio lxj. incip. vſque ad quingentos.volum.ii.† Et nota,quòd no- 9
tarii deputati ad cauſas ciuiles non poſſunt ſcribere acta criminalia, nec econtra, & hoc propter commixtionem officiorum quę prohibita eſt,vt l.duos. ibi,nihil cum arcæ ratiociniis habere commune. & ibi Angel.in addit.ad Bartol.C.de ſuſce.& arca.lib. x. & facit l.ſolennis. §. latrunculator. ff. de iudic.

† Niſi

10 †Nisi ex causa ne cessitatis secundum Ange. vt plene notat Guil. de Cug. in l. vna. ff. de officio consulis. vel nisi ex dispẽsatione principis, vt patet in graffario causarum ciuilium & criminalium curiæ nostrę
11 Burdegalen. ¶ †Contrarium verò tenet Sali. in d. l. fina. vbi & apud quem. per illum text. met. in dicto versicul. videatur. quod denotat fictionem & improprietatem. l. non videtur. C. de in integr. restitutio. & l. j. §. deiecisse. ff. de vi & vi ar. & cũ ipso transit Alex. in dic. leg. solet. post princ. ver. item facit ad quem. Et pro ista opinio. adducit, quod sententia delegati, non est sententia delegantis: quod patet, quoniam appellatur ad delegantem. l. j. quis & à quo appelletur. ergo non est sententia delegantis. l. eos. C. de app. Et in priuilegiis non fit extensio vltra verba. c. porro de priuilegiis. & ipsos sequitur Phili. in d. l. solet. ver. Tertiò infert Alex. & Franciſc. Cur. iunior, nume. &c. qui pro ista parte allegat textum in c. ij. de iud. aliàs est de Iudæis. Et pro hac sententia melius facit text. in d. ca. quoniã cõtra falsam. de probatio. ibi, statuimus, vt tam in ordinario iudicio, quam extraordinario iudex semper adhibeat, aut publicam, si habere potest, personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa iudicij acta conscribant. & quæ sequuntur: ergo ad ipsum iudicem spectat, & non profecto ad alium, ponere scribam, vt tenent ibi Bal. Abba. Siculus, Felin. & Dec. in ix. notab. & Pet. Parisien. nume. xxvj. per textum in authentica, de iudi. §. vnoquoque tamen iudicẽ, licet c monitæ hanc quoque in specie non tangant. Et signanter videtur in istis commissionibus & executionibus particularibus arestorum sibi directis & delegatis. Et pro hoc bonus tex. in d. c. statutum. §. notarium & ibi Domi. in secundo notabili. & Francus in j. nota. de rescript. lib. vj. & idem Franc. de Aret. in consi. xxxiij. ver. Tertiò est præmittendum. †
12 Dum tamen lucrũ, vt dicit text. non participent aliquo modo cum ipsis notariis, vel potius cum suis clericis: quem inducunt Domini, & Francus ibi contra auditores Rotæ, qui participant cum notariis, quod est etiam cõtra plures nostros iudices, quia eorum clericis inquæstas, & executiones arestorum sub eis scribentibus certum quid capiunt & participant, prout pluries à fide dignis dici audiui. caueant ergo à cætero. Iuxta etiam ea quæ dicit Ang. in dicta leg. præcipimus, vt suprà dictum est in prima parte. Et pro ista opinio ne facit decisio. Parla. Parisien. redacta per Gallũ,
13 quæst. cxix. vidi dici. † vbi refert non sufficere adiornare aliquem iudicem in causa appellationis, cuius locum tenens vt commissarius regius virtute literarum regiarum eidem iudici vel eius locum tenenti directarum, grauauit partem, & non ipse iudex: quia ille fecit vt commissarius regius, non locum tenens qui grauauit partem, ideo adiornari debet, & non profecto iudex, per ea quæ suprà adduxit Alexand. & pro hac bonus textus in c. fi. ibi, eam fideliter conscribentes, &c. de accusa. & ibi Hostiẽ. & Ioan. de Ana. ver. Not. conscribentes. vbi ad iudicem spectat scribere, vel secundùm Doct. ibi per notarium scribi facere. dicto cap. quoniam. quod videtur limitari per dic. cap. fin. secundum Ioan. de Ana. quando mandatur fideliter inquestam etiam scriptam transmitti clausam, & si ferant, mandatum est obseruandum, argu. eorum quæ habentur in capi. statuimus, de offi. delegat. lib. vj. quare oportet ipsum iudicem scribere. Tamen hoc in Francia non seruatur, licet talis clausula in inquisitionib. secretè fiendis inseri sit consueta. Quid dicendum? † Dic primam partem esseveram non obstantibus iuribus pro secũda parte allegatis, quia ca. prędictũ, quoniam cõtra falsam loquitur quãdo nõ est notarius seu graffarius per dominum iurisdictionis deputatus: quia † Iudex potest adhibere notarium. Sed vbi est per superiorem constitutus, illum accipere tenetur in omnibus causis coram eo ventilandis, & non alium deputare, secundùm docto. in d. l. j. de sportu. quia nomine actorum continetur quicquid factũ est in iudicis præsentia, etiam si non figura iudicij, vt no. Bal. in l. interrogatam. per illum tex. C. de liberali causa. quoniam hodie ad ipsum iudicem ordinarium non spectat, sed ad principem, episcopum, vel ad alium quemuis dominum iustitiarium, vt per Inno. & Docto. in ca. cùm P. tabellio. de fid. instrumen. & Alb. in d. l. præcipimus. §. hinc saluberrimè. & per Iaco. Rebu. in l. duos tabellarios. versi. Not. quod authoritate principis. C. de suscep. & arca. lib. x. quamuis velit in fin. quod iudex hoc possit. sed primum verius, vt dixi suprà in Decisio. ccxlij. incipien. ad tertiam quæstionem veniendo. † Nec pariter obstat d. c. statu-
16 tum §. notarium. quia habet locum in casu suo, quãdo causa committitur alicui in dignitate cõstituto non habenti aliàs iurisdictionem, quod possit sibi deputare scribam, & graffarium, qui acta sub eo in scriptis redigat, nisi de consensu partium aliter fieret: quia procuratores partium facerent processum, prout dixi suprà in prima parte de stylo & more notariorum curiæ metropolitanæ Biturig. Sed vbi rescriptum vel commissio Papæ, aut principis episcopo, aut offic. vel iudici ordinario dirigeretur, tunc non potest talis commissus & delegatus alium præter notarium causæ committere, vt dictum est. Quia quando fit mentio in lege aut statuto de iurisdictione nedum venit ordinaria, sed etiam delegata, vt colligit Alexand. ex gloss. super rub. ff. de iurisd. omnium iudicũ ibi, vel dic apertius. de quo ibi per Lance. Dec. & Purpura. versicu. Tertio gloss. Et sic fuit conclusum in dicta causa mota inter ipsum graffarium causarum ciuilium & criminalium actorem, interinationem literarum prædictarum seu edicti & ordinationis ac declarationis regiæ petentem ex vna, & procuratorem Regium & magistrum Iaco. Seuyn. iudicem eiusdẽ Agenen. Seneschalliæ maiorẽ ex altera. Et latũ arestum die iij. Maij Anno Domini. M. D. xxvij. Per quod interinando literas iam dictas dictum extitit: prædictum iudicem à cætero teneri in omnibus commissionib. tam ordinariis, quam extraordinariis, per eundem in eadem Seneschallia, quam etiã fiendis, accipere graffarium aut eius commissum, & non alios, vt in ipso conti. aresto. Et similiter aliud fuerat prius latum arestum cõtra eundẽ Seuyn iudicem in fauorem Arnaldi de Chart, etiam graffarij eiusdem Seneschalliæ in sede Condonij, die xx. Februarij, Anno 1525. Et pariter antea aliud fuerat latum arestum in fauorem Petri Fabre graffarij iudicis ordinarij Agennij, contra magistrum Gulielmum Torrentis, iudicẽ ordinarium, die xij. Martij, Anno 1527. Nec nõ etiam aliud longè ante simile prolatum arestum fuerat in fauorem magistri Ioannis Seguin graffarij Seneschalliæ Caturcen. in sede Martelli. à magistr. Ioann. de Liuars locum tenen. Seneschalli appellantis, & contra prędictũ de Liuars appellatũ, die xxvij. Maij, Anno 1508. Et similiter in fauorẽ magistri Petri le Gay, graffarij Seneschalliæ Petragoricen. actoris contra magistrum Eliam le Marle locum tenen. prædi-

ctæ Seneſchalliæ. & latum areſtum die prima Auguſti, Anno 1531.

SVMMÆ.

1 *Condemnans ad mortem antequàm bene conſtaret an excuſetur, ſi poſtea bene conſtet. nu. 4. 7. & 9.*
2 *Teſtes qui deponunt antequam iurent non valent.*
3 *Confitens crimen de quo non conſtat, an poſsit condemnari.*
5 *Potuit quis poteſt antequàm eius proceſſus ſcribatur, non obſtante appellatione.*
6 *Leges tranſgredi licet in caſibus.*
8 *Feriatis diebus quando liceat ſententiam exequi.*
9 *Syndicatus tempore an aliter quam ex proceſſu poſſit iudex offendere partem bene condemnatã.*
10 *Sententia ſi prius feratur, quàm ſcribatur, non valet.*
11 *Mortuus in quibus caſibus poſsit accuſari & condemnari.*
12 *Accuſatori loco eſt, qui ex officio inquirit.*
13 *Iudex quando excitetur in revocatione ſuæ ſententiæ.*

Quæſtio CCLIX.

Iudex qui condemnauit hominem ad mortem, cum exequi fecit de dominico de cuius tamen crimine plenè ſibi nec per confeſſionem condemnati ſpontaneam, aut alias conſtitit, an excuſari poſſit ex informationibus, & teſtium depoſitionibus poſtea factis, prout quandoque accidit iſtis Mareſchallorum priſonis, hic eorum locum tenen. & maximè Guidonis de Seru. de locum tenen. ſe afferenti priſonerio in conſurgeria detento.

DECISIO CCLIX.

1 EST videtur primò quod non, quia indicia ſequentia non confirmant torturam præcedentem, nec confeſſionem ex ea extortam, etiã ſi in eadem pluries perſeuerauerit, vt tenet Bald. in l. final. verſi. in glo. fallit. C. de acco. Et eſt ratio ſecundùm eum, quia fuit ordo perueꝛſus, quoniam indicia præcedere debent ipſam torturam & quæſtionẽ. vt dicit ibi gloſſ. per tex. in l. j. C. de quæſtio. & in l. j. ff. de eo. Quare Bal. per iſtam Deciſio. alleg gl. ita tenere in l. maritus. in ſecunda lectur quam ſequitur ibi Bar. verſi. Item ſolut gl. alio modo. ff. de eo. & Arg. Are. in tract. male. in verbo. fama publica ver. Quintò quæro, iudex extorſit, cũ aliis ibi per Auguſt. alleg. & idem Franc. Brunus in tract. ſuo de indiciis & tortu. & Hippo. de Marſi. in leg. penult. nume. xxxj. ff. de quæſtio. vbi pro hoc adducit. in C. in. in leg. iuſiurandi. C. de teſti. † quod ſi teſtes primò depo-
2 nunt, & poſtea iurent, non valet eorum depoſitio, quia de natura & ordine iudiciorum eſt, vt primò teſtes iurent, poſtea deponant, leg. ſi quando. cum authen. ſi ſeruilis conditionis C. eo. & quod dicit Roma. in conſi. ccxlj. verſi. Igitur eſt dicendũ, quod captura non iuſtificabitur per ſuperuenientem probationem legitimam. Ideo dicit Bal. in repe. l. Aemilius. in vltimis verbis. ver. Vltima concluſ. ff. de minori. quod ordo datus à cauſa, non mutatur ab organis, id eſt, inſtrumentalibus cauſis l. tutores non ab hærede. ff. de teſta. tutel. ad iſtud facit id quod dicitur de teſtamento vſurarij, qui prius debebat præſtare cautionem, & poſt teſtamentum præſtitit, quod non reconualeſcit, ca. quanquam. de vſur. lib. vj. tenet Bar. in l. filio præterito. ff. de iniuſto rupt. teſta. circa fi. & in leg. ſi filius. ff. de teſtamẽ. Guido. Pap. in quæſtio. leg. ver. Sed pone. vbi hoc inducit ad quæſtio. de cautione præſtita poſt executionem ſententiæ præfect. prætorio, quæ cautio prius præſtari debuerat, iuxta authen. quæ ſupplicatio. C. de precib. impe. offe. non reconualidatur, ſi præſtetur poſt executionem de quo dixi ſuprà in quadam quæſtio. Et circa ſecundam hæſitationem. Et hanc noſtram quæſt. decidit Imol. in l. ſi quis filio, §. hi autem. ff. de iniuſto, rup. teſta. per illum tex. quem multum nota contra illos, qui quandoque faciunt executionem pœnę, & poſtea volunt videre an bene ſe cerint: quod non eſt ſecundùm eum fiendum, quia debet prius iudici conſtare de delicto per delatum commiſſo, quodcunque illud ſit, etiam profectò ſi illud fuerit confeſſatum l. j. §. item illud. & l. neceſſarios. §. non alias. & ibi per Bart. Alb. & Roma. ff. ad Silla. & Bal. Pau. de Caſtr. Cæpol. & Moder. in authent. ſed nouo iure. C. de ſeruis fug. & dixi ſuprà in quæſtione clxiiij. incipient. alia inſuper orta fuit quæſti. nume. x. Quamuis Alexan. in conſil. xix. incip. Circa primum & tertium dubium. li. vij. velit quod talis ſpontanea delicti confeſſio, licet de eodem non appareat, excuſet iudicem aut conſultorem à mortis condemnatione, vt ibi amplè per eũ. pro quo facit quod dicit Ioan Andrę. in addi. Spec. tit. de accuſa. §. ſi. verſicu. ſed pone quòd fuit accuſatus, quod licet primum ſi ſit de iure verius, tamen ſecundum eum ita ſeruatur de facto, † quòd ex ſola 3
confeſſione ſpontanea, quamuis non conſtet de crimine, poteſt quis condemnari. & allegat Guido de Suza. illa dicere. quod verò probat Hippolytus, vbi ſuprà & verum dixit, quia debet de delicto conſtare, vt dixit, in d. quæſtione clxiiij. & in §. xx. de iuriſdictione omnium iudi. lib. conſue. Biturig. Et vltra adde bon. tex. in l. raptores. C. de epiſcop. & cler. & in l. vna. C. de rap. virgi. vbi eſt eadem litera in verſicu. poſt legitimas & iuri cognitas probationes, &c. in fin. legis. verſ. reperti & coniuncti fuerint. & Hippo. de Marſi. in d. l. vna. verſ. Non etiam ex iſto textu cum aliis per eum alleg. & in leg. ij. ibi, argumentis coniunctus, teſtibus ſuperatus. C. quorum app. non recipi. § † In contrarium videtur 4
quod poſſit iuſtificari ſententia iudicis, & executio illius, ex poſt agitatis & productis, per id quod dicit Bal in l. bello amiſſi. de excuſa. tut. quod ſi poteſtas videns aliquem vulneratum ad mortem, de capitauit vulnerantem, & poſtea ſecuta eſt mors percuſſi, quod negatur condemnatio iuſte lata. de hoc alibi dixi & ipſam ſequitur de Puteo in tract. Syndica. in verbo, cõdemnatio. in prin. & iſtud probatur per text ing. in d. l. ſi quis filio. §. hi autem. in fin ibi, ſed præuenienti periculi cauſa. † Tunc enim 5
punire permittitur, deinde ſcribere. vbi Barto. notat quomodo primo iudex punit non obſtante appellatione. deinde ſcribit. Sed illum tex. aliter intelligunt ibi Bal. Pau. de Caſt. & Ioan. de Imo. quando poſt ſententiam latam non admittit appellationem propter futurum periculũ vitandum, vt in caſibus ibi in tex. ſpecificatis. † in quibus licitũ eſt trãſ- 6
gredi leges, vt not. Innoc. in c. j. conſti. & Bal. in l. ſed & ſi ſeuerior. C. de his qui no. infa. & Pet. de Anchar. in conſil. ccccxxxix. ex prædicta facti narratione. verſic. Venio ad tertium. & Paris de Puteo in Syndica. in verbo, iudex. ca. an ſi iudex. verſicu. licitum eſt iudici. & in l. j. C. de falſa moneta. & in l. cõſtitutionis. ff. de app. & in caſu dic. leg. ij. quorum appel. nõ recip. Et ſignanter contra iſtos ribaldos vagabundos pullas ſeu gallinas, ac aucam ſiue ancerem Iac. boni hominis comedentes, & campos tenentes, l. j. C. vbi de crimi. agi op. quia præpoſiti Mareſchallorum cùm ab eis non appelletur, appellationem talium vagabundorum non admittunt. Et

tunt. Et faciunt c. processum summariè, & de plano, l. Icuia communia audire & discutere de plano, proconsulem oportet. ff. de accusa. & ibi gl. Bar. & Docto. in l. ne quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconsul. & Paris de Puteo in Syndica. in verbo, iudex. cap. an si iudex. ver. iudex qui in criminalibus.

7 ¶ † Quid dicendum? quoniam sunt quidam iudices, qui ex crudelitate famam acquirũt & capiunt, quorum fœuitiæ est occurrendum, vt dicit Bal. super rub. extra, de his quę vi metúsve causa fiũt, ver si. sunt enim quidam. accedat gl. in c. j. de concessi. præben. in fin. lib. vj. ideo dic, quòd prius constare debet verè & plenè de delicto, aliter quàm per confessionem, vt delictum est: quia non auditur perire volens. l. non tantùm. ff. de appella. & l. j. §. quis vltro. ff. de quæst. Sed quando ex præsumptionibus & indiciis indubitatis venit condemnandus, dixi in dicta quæst. clxiiij. & præcedenti illam, quoniam licet regum & principum sit solùm de causis etiam arduis summariè cognoscere, vt dicit Bart. in commento suo quomodo in læsæ maiestat. cri. procedatur. in verbo, de plano. post princ. tamen secus est in iudicibus ordinariis etiam regiis, vt per ordina. regias, qui appellationem talium & similium in duobus casibus admittunt. Quinimo si renuntiarent eorum appellationi, non potest iudex à quo fuam exequi sententiam. l. non tantum. de appel. sed debet eum remittere ad curiam processurũ super appe. aliàs esset puniendus, vt dixi suprà in q. cliij. iudex pactus. & infrà in quęst. Et circa vltimam dubitationem ante fin. Ideo dicit Bald. in auth. hodie. C. de iudic. quòd maioribus magistratibus licitum est transgredi leges ratione emergentium criminum argum. l. hodie. de pœnis. Secus in minoribus magistratibus, qui iurant seruare legem authen. de iud. §. exceptis. & iuribus suprà alleg.

† Nec pariter debent procedere ad quæstionem & torturam, nec ad executionem sanguinis, aut alterius sententiæ capitalis tempore feriato in honorem Dei introducto: etiam in causis summariis. clemen. sæpè. de verborum significa. nec profecto in crimine læsæ maiestatis. in verbo, & figurã. versic Item an procedi possit tempore feriato. & tex. in leg. omnes dies. & l. quadraginta. & l. dies festos ibi, dominicum itaque diem ita semper honorabilem decernimus venerandum, vt à cunctis executionibus excusetur. C. de feriis. & capit. die dominico. lxxv. distin. & l. iij. C. de episcop. audi. & in cap. non oportet, de consec. distin. iij. tenet. Ang. in leg. pen. ff. de feriis: licet videatur text. in contrarium in l. prouinciarum præsides. C. eod. sed ibi est casus specialis in illis Isaurorum latronibus, propter enormitatem criminis, in quo solum est permissum, secundum Albe. Bal. & Salic. in d. l. quadraginta. quæ tamen secundum gloss. ibi quam approbant Bald. & Alber. non seruatur de consue. quin tempore quadragesimali procedi possit contra criminosos, iuxta illud Psal. cv. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. sed non diebus dominicis. Et idem dicit gloss. in c. placita secularia in verbo, à quinquagesima. xv. q. iiij. ibi est idem tex. & gl. dicit curiam Roma, hodie non obseruare. & ita Guid. Pap. in q. ccxv. & dicunt Alber. & Doc. suprà in locis alle. & probatur in Lombarda. tit. de feriis. leg. ij. licet Spe. in tit. de feriis. §. j. vers. item non dicat valere consuetudinem parlamentorum regni Franciæ, vt omnibus diebus etiam feriatis reddatur ius, maximè venientibus de longinquis partibus: quia nulla lex potest coarctare curiam principis quò ad feriæ. Tamen hoc dictum in parlamentis non seruatur diebus dominicis, aut diuæ virginis Mariæ, aut Apostolorum, & aliorum plurium festis martyrum & confessorum: quamuis Gui. Pap. in d. q. ccxv. velit quod executiones quæ cõsistunt in pignoratione quæ fit sine causæ cognitione fieri possint, secus est in iurantibus publicis, vt ibi. Vnde Iaco. de Bellouiso exclamat contra capitularios Tholosanos, qui ratione tumultus populi, clericũ nihil nocentem. ad manus dextræ amputationem, caudæ equi tractionem, capitis decollationem, & furcæ suspensionem iudicauerunt tempore feriato. Et in hoc etiam errauit secundùm eũ ille maledictus Pilatus. & ita dixit in sua praxi, crimi. tit. de quæst. Et tamen captura personæ fieri potest die feriata. & pariter tortura, propter immanitatem criminis. in tract. Carce. qui tribuitur Bart. cuius non est. ver. & prædicta locum habent. & Bal. in liij. C. de epi. aud. & carceratũ die feriata relaxat Bar. in d. tract. carcere. ver. Secundò principaliter, ibi, ideo dico. in l. minor. in princ. ff. de euicti. † In 9
hanc secundam partem inclinat Bal. in d. l. Aemilius. ver. iiij. conclusio quòd iudex in Syndicatu potest se iuuare ex nouis allegationibus, ex quibus ostendit partem non esse læsam, dicens Bar. ita colligere. & ipsum sequitur de Puteo in Syndicatu tit. de offic. Syndic. c. an si potestas. ver. iudex sine Syndicatu potest. vbi etiam allegat Bal. in c. j. §. iudices. de pace. iura. sir. & latius idem Paris in verbo, sententia. c. penul. ver. an si iudex in Syndicatu, & Alex. consi. cxcij. nu. xv. vol. vj. quia potest interpretari & declarare sententiam suam. Fel. in c. qualiter & quãdo. in primo ver. fallit primo ista regula. de accusa. & hoc quãdo processit ex officio, argu. not per Inno. in c. in nostra in gl. qualiter recipiãtur. secus vbi processit ad partis instãtiam, quiavt euitet infamiã ad pudorem suum admittitur ad hoc interesse, argu. l. quæ omnibus. Ver. nisi. & versi. sequen. ff. de procura. cum aliis per eum alleg. vnde circa hanc quæstionem Bald. in l. per hanc. versicul. quæro nunquid inquisitor. C. de tempo. appell. dicit, quòd triplex est iustitia, scilicet personæ, causæ & mixta. & prima, & tertia pertinent ad inquisitorem: secunda verò scilicet causæ non. Et ideo nisi merita causæ tangant merita suæ personæ non auditur quapropter non potest nouas inducere probationes, quia ex ipsis nõ iustificaret se, sed solum ex his quę gesta sunt coram se, vt no. in l. eos. C. de appel. in gl. nota formam. promotor autem inquisitionis potest omnia quæ potest accusator. Ratio enim est, quia iudex non potest se facere aduersarium principalem, sed promotor. sic d. l. j. §. incidit ad Turpi. nota. Inn. in c. cùm clamor. de testib. Bar. & Doct. in auth. qui semel. C. de proba. & Alex. in consi. lxiiij. versi. & pro hoc bene facit. cum ij. seq. li. j. & ista est regula pro qua facit etiam quod dicit gl. in l. prolatam. C. de sent. & interlocu. omniũ iudicũ. quam facit ibi Bal. sing. † Quartũ exemplũ, q̃ si primo sentẽtia sit 10
lata, & postea incontinẽti per tabellionẽ scriptis redacta, iudicis etiã mãdato, q̃ propterea nõ cõualescit, cùm debuerit prius in scriptis ferri. l. statutis. C. de sen. ex breuic. recitã. Tũ quia talis ad mortẽ sic repetẽ. cõdemnatus, si viueret, posset se defendere & iustificare, ac probare se alibi tũc fuisse, & pariter dare cõtra testes obiectus, & illos reprobare. & sic per cõsequẽs est sibi totaliter tollere defẽsionẽ quod fieri nõ debet clem. pastoralis. de re iudicata & per omnes in l. quoties. & in l. fin. C. de precib. imper. offeren. & ff. de const. princip. leg. j. & dixi

in q.ccxlvj incip.iudices Regij ac locum tenentes. ver.circa secundā hæsitationē.&alibi sæpe. Ideo puniri debent iudices tales innocentes condemnantes,secundū Bal.in l.j.C.si ex dilec.defun.iuxta text. in l.lege Iulia.§.fi.ad legem Iuliam repet. & idem per illum tex. dicit de Iiern. in tit. quæ sint rega.in verbo,committentiū crimen læsæ maiest. & Aret. in tract.crimi in ver.præsente d.Gayo.ver. quid autem si nō obstan.appellatione.& ibi Augusti.in addit.ad Ang.ibi,in verbo , & ibi caput à spatulis in princ.& de Pureo in Syndica.in verbo,condemnatio.& in c.quidam iudex fuit delatus.tamen secundum eum iurisconsultus in d.§.fi. vacillat,quia iudicis arbitrio relinquit pœnam imponendam, quando ex proposito occiderit innocentem,velquando prouocatus ira,furore,vel mala vita illius suspensi, vt dixi in d.q.iudex. Et ita conclusum fuit in curia cōtra prædictū Gaidonem de Seruile,qui per curiam fuerat admissus ad probandum,quòd tempore condemnationum per eum factarum,sibi de casibus seu criminibus pro quibus infantesquasi innocentes suspendi fecerat , apparuerat &constiterat, quòd minimè probauit. ideo decapitatus fuit Lugduni xiij.August.Anno 1528. Secus videretur,si vnū tantum(de cuius delicto per solā eius cōfessionem apparuisset)suspendi fecisset : tunc sequenda
11 esset opinio Alex.in d.consi.xix.† Tamen fallit regula prædicta in crimine læsæ maiestatis,repetūdarum,& aliorum talium delictorum, in quibus post mortē naturalē fieri potest processus , & eorū memoria damnari,ac illorum bona fisco applicari. l. ex iudicioru.ff.de accusationibus vbi gl. enumerat illos casus.&idem in §.per cōtrariū.institu.de hęreditā.quę ab intestat.deferūtur.sed illa iura nō dicūt q̄ post pœnę corporalis mortis impositionem,sed post mortem naturalem,vt quā quis sibi etiā cōsciuit de nouo posse fieri processus,nec hoc dicto tit. quomodo crimē lęsę maiestat.dicitur.Et not.quod vbi agitur de reuocatione sententiæ ad pœnam iudici qui malè iudicauit imponēdā,requiritur quòd iudex citetur defendēdū honorē suum,vt dicit gl. in c.sacro.in vers.constiterit.in fi.quam ibi faciunt sing. Sicul. & Feli. de sententia excommunicatio. & Inn.in c.cū speciali.in gl.quæ incipit hic habes, argu.de appel & hoc secundum ipsos.quando processit ex officio sine parte.licet Salic.velit cōtrariū, in l.fi.Cod. si reus vel accusa. mortuus fuerit. Tamē præcedēs est cōmunis,secūdum Feli.qui respōdet ad motiuū Salicet.ex leg.eos.§. super his C. de appellatio.scilicet quòd loquitur,quando ad instātiā partis processit,tūc non debet citari iudex,cum habeat vel habere possit aliquē qui defendat scilicet accusatorē seu instigatorē quē habemus in Frā cia,pro interesse suo priuato : & procuratorē regis vel alterius domini,qui est principalis pro interesse publico:& vulneratus vel hæres occisi,qui est secū adiunctus,impēdia fecit omnia,si habet vnde.Et prædictā opi.tenuit Rom .in consi.ccxliij.& Bart. in l.j.§.fi.ad Turpillia.quem ibi intelligit Aret. in tract.malefi.in verbo,d.Gayo præsente.ver.quæro
12 quando appellatur à sententia in criminali. † quia iudex procedens ex officio succedit in locum accusatoris,vt voluit Bar.in l.ij.§.si publico. ff.de adulteriis. & eidem Sicul.in dicto capitulo,cū speciali. & But.post Innocentium in capit.in nostra.de procurato.& Augusti. Ariminen.in additio. ad Ang. Aret.in dicto tractatu criminis. vbi suprà. vbi agitur ad reparationē sentētię tātum.tunc non requiritur secundum glo.in d. cap. sacro.pro qua omnes allegant textum in c.venerabilibus. §. j.& ij. & ibi Archidia.Ioan.And. Domin.& Ancha. de senten. excom.lib.vj.vbi dicit Ancha.quòd ille tex. est melior qui in hac materia posset allegari. † quod iu- 13
dex non debet citari quando tractatur de reuocatione simplici eius sententię,sed solùm quando agitur de pœna infligenda iudici , vel pro interēsse & expensis parti soluēdis:quia in casu iudex debet defendere sententiā per se latam.ca.hoc etiam,ii,quæstione sexta.ibi,si conuinci nō potuerint per notata per Ioan.And.in ca.dilectus.de rescriptis. Et ista est communis , quod in pœna iudici imponenda vel interesse partis est citādus , vbi ex officio sine parte processit,aliàs non. Sed contrarium seruatur de stylo curiarum Franciæ , quia iudex qui malè & iniquè processit , si stante procuratore domini sine parte adiuncta,siue cum adiuncta,vel etiam in causa ciuili si in partem fuerit acceptus processerit,adiornatur.& etiam si in partem nō fuerit captus,sed viso processu curia plerunq; ordinat ipsum fore citandum:vt factum fuit contra dictum de Seruile,& alios iudices perperam iudicantes,vt dixi in d.q.iudex depactus est , quoniam semper & generaliter in omni sententia appellatione interposita , iudex à quo si est in patria consuetudinaria adiornatur: & parti intimatur:si verò est in patria quæ iure scripto seu ratione vtitur scripta ,pars adiornatur & iudici intimatur releuamen appellationis secundum ordinationes Regias.

SVMMÆ.

1 *Cives nouitij dicuntur qui annum in ciuitate nondum egerunt.*

2 *Cives nouitij , an excusantur si transgrediantur statuta ciuitatis.*

3 *Peregrini an seruare debeant statuta loci.*

4 *Burgensis quis dicatur.*

5 *Burgundi vnde.*

6 *Burdegalensis ciuitas vnde dicta.*

7 *Burgenses non sunt nobiles.*

8 *Burgenses quando possint inter se facere syndicum.*

9 *Burgensiam ciuitatis an acquirat aliquis ex diuturno domicilio sine literis.nu.12.13.16.18.& 33.*

10 *Ciuis an dicatur qui onera soluit pro rebus quas habet in ciuitate,si alibi agat.*

14 *Ciuem vrbis propinquæ,an se facere possit homo alicuius Baronis,& ab eius potestate eximi.*

15 *Eximi potest filius à potestate patris & seruus à potestate domini propter eius saeuitiam.*

17 *Forensis non reputatur ciuis, nisi expresse recipiatur,aut ad officia vocetur.& nu.18.*

19 *Doctor est ciuis loci in quo legit.*

20 *Beneficiū habens in ciuitate,an sit ciuis,& nu.21.*

22 *Paulus habebat penulam in signum Romani ciuis.*

23 *Ciuis proprie dicitur etiam ex priuilegio factus.*

24 *Penula quid,& nu.25.*

26 *Ciuis quis efficitur per confœderationem.*

28 *Monachus an quis intelligatur factus ex diuturna habitatione.*

29 *Monachum an possit recipere Abbas sine consensu capituli.*

30 *Monachus non desinit esse ciuis.*

31 *Ciuium priuilegiis an gaudeant religiosi.*

34 *Ciuis esse desinit quis eo ipso quo ciuitatem deserit.*

Quæstio CCLX.

Ad hoc quod quis gaudere possit priuilegiis,iuribus & libertatibus Burgensiæ ciuitatis Burdegalæ vel alterius, requiritur quod in ea fuerit natus, aut prius domum habuerit , & literas

literas seu instrumentum Burgensiæ à maiore vel sub maiore & iuratis obtinuerit. Modo aliquis non in ea, sed alibi natus, moram trahens in ea emit domum & alia hæreditagia, & in eadem ciuitate annis xxii. onera veris originariis ciuibus incumbentia soluendo, ac excubias faciendo, absque tamen literis Burgensiæ ab ipsis ciuibus obtentis manifis. Quæritur an per talemsic factam moram videatur Burgensiam acquisiuisse, vt debeat tanquam Burgensis priuilegiis Burgensium eiusdem ciuitatis gaudere.

DECISIO CCLX.

PRAESVPPONO † primò, quod illi dicuntur ciues nouitij, qui per annum integrũ in loco aut ciuitate non steterunt, l. fin. §. quoties. & ibi Bartol. Albe. Paul. de Castr. & Moder. ff. de publicat. & Alexan. in consi. liij. libr. iij. Et tales qui non præsumũtur adhuc scire cõsuetu. & statuta. & ideo dicit Bohic in l. data opera 2 ver. qui de iure. C. qui accu. non possunt. † quod ciues nouelli contrauenientes statutis ciuitatis excusantur propter eorum præsumptam ignorantiam. & mouetur per text. in l. qui cum vno, §. fina. l. commeatus. §. tyroni. ff. de re milit. & l. adulterium cum incestu. ff. adulte. vbi dicitur quod parcitur nouo militi tanquam iuste ignoranti leges militares. Et Felin. in c. à nobis. de excep. & Rom. in cõsi. ccxxviij. & Hippol. de Marsil. in l. qui falsam monetam. numer. lxxxiij. ff. de falf. & Iaf. in l. j. de summa Trinit. Roma. singu. lxxij. & idem Roch. in c. fi. q. xij. in ij. limitatio. versic. & not. illud de consuetu. & Ioan. le Citier in suo tractatu de iure primogenituræ, qui reprehendit Rochum dicentem Ludoui. prædicta decis. allegantem text. in d. l. cui cum vno. §. fin. sing. quod non facit. Imo reprehendit eos qui singul. illam faciunt. sed ego nec Ludo. in dicto singu. nec in locis suprà allega. reperi, pariter nec Rochũ illum reprehendentem, sed solum Bal. referentem in d. l. data opera. qui allegat dictam leg. qui cum vno. §. final. & vltra dicentem: habes constitutem text. in dicta l. commeatus. §. tyroni. & idem Ludoui consi. cccxcj. in casu propositæ consultationis. versicu. accedat etiam ad hoc, ob quæ dicit glo. in l. Mela. in princ. super verb. quæri deberet. quam ibi faciunt singul. Bald. & Floria. ad legem Aquiliam. quod peregrini ignorant consuetudines locorum. & Angel. consil. quidam viator. & consil. xxv. incipiente, pro decisione quæstionis prædictæ.

3 † Tamen Alberic. in prima parte statutorum, quæstio. xv. versi. ex quibus colligitur. tenet peregrinos & transeuntes seruare debere statuta & cõsuetudines locorum per quæ transeunt. l. j. §. habitare. ff. de his qui deiece. & eius opinio probatur Leuiti. xxiiij. ibi, Siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. † Secũdo quis dicatur Burgensis, & dicitur à Burgo, id est castro: quia Burgi sunt castra, id est crebra per limites habitacula constituta, quæ Burgos vulgus vocat secundùm Orosium & Hugo. & Papian. quos refert Lucas de Penna. in l. eum qui curiæ. in princ. ibi Bargis. C. de fund. rei priuatæ lib. xj. qui dicit hoc colligi ex l. ij. versi. in Sardinia. C. de offic. præfecti prætor. Afri. & ibi Albe. † Et inde Burgundionum genti nomen inhæsit, quos quondam subacta Germania vlteriori à Druso & Tiberio adoptiuis filiis Cæsaris, per castra dispositos in magnam creuisse gentem, atque ita etiam nomen ex opere sumpsisse. † Et idem Burdegalen. ciuitate à Burgo aquarum dicta. Ex hoc enim dicitur Burgus nouus. capi. suggestum. ibi canonico de nouo Burgo. de iure patrona. vel Burgæ in Flandria. vel Mariæ Burgus apud Pontenicos, vt refert Pius Papa in parte incompa. & de Burgo à Burd gala quatuor distans leucis. Et sic id nomen ex his assumpsit, vt inquit Hidorus & Himo. ob quod forte dicitur Episcopus Burgen. & de Burgundorum origine. Idem scribit Gaguin. in Chronica Clodouei Regis. De Burgensibus fit mentio in iure, vt in c. ij. quod met. caus. ibi milites & Burgenses. † Et sic 7 Burgenses non sunt nobiles, licet sint potentes. & tamen non omnis nobilis est potens, c. j. eo. tit. ibi nobilis & potens. quod ibi cõmẽdat Abb. Sicu. in tertio no. licet id quod cõstituitur & statuitur in nobilibus videatur statutũ in aliis popularibus, diuitibus & honestioribus secundũ Bart. in l. capitalium. §. serui. ff. de pœnis. de quo per Alexand. ibi in addi tio. & per Abb. Sicul. in clemen. grauis. de senten. ex cõmu. & Bar. in l. j. ff. de legat. ij. in sua distinctione. & Alexand. in consilio cvij. versicul. sed prædictis non obstantibus. libro tertio. & etiam in capitulo literis. ibi, & quosdam Burgenses de charitate de præsumption. & in cap. proposuit de cleric. excommunic. ministran. ibi, clericos. † Et Burgenses pos- 8 sunt secundùm Lucam de Penna, per se facere syndicum, cum sit quædam vniuersitas per se dicta. l. cum qui curiæ. verum est quando sunt in Burgis, secus si in ciuitatibus, quia vna cum cætero populo consistere debent, nec sunt ab eo secũdum communem vulgi vsum (qui attendi debet, l. Labeo. §. sed de his. ff. de supellect. legat.) distincti, nisi ratione diuitiarum & bonorum plurium. & communiter dicitur, hic est vnus antiquus Burgensis, id est potens & dives, vt dicit Anto. Raynau. in suo comprehensorio feuda. tractatu de nobi. de quo per Gabiel. Benedict. in sua repeti. capituli Raynutius. nume. ccxcviij. cum quatuor sequentibus. Et ibi vide etiam de cautionibus burgensibus. Hoc habito, † videtur quòd per tale tempus in propria ha- 9 bitanda domo, & soluendo onera ac cætera, quæ vero ciui incumbunt facienda. ex tacita voluntate acquisierit ciuilitatem & burgensiam leg. ij. iuncta glos. ij. C. de incolis. libro decimo, & ibi Bart. Ioan. de Plat. Iac. Rebu. & Lucas de Penna, vbi scholaris qui decennio stetit in ciuitate, qui studij causa emit ibi domum, constituisse videtur domicilium, cum constet de animo & tempore seu transcursu decẽ annorum. Et tenent Ange. & Salicet. in l. ij. C. vbi de crimine agi oportet. ergo multo magis alius non scholaris qui habitat in ciuitate & domo propria per decennium, videtur cõstituisse domiciliũ. secundum glos. ij. ibi, in fine quam sequuntur Doctores suprà alleg. vt iste qui soluit onera & chargias, ac excubias fecit annorum spatio xxij. reputari enim debet ciuis seu burgensis, argument. leg. cum satis. §. j. & ibi glos. C. de agricolis & censit. libro vndecimo. & per illam legem ac alia iura cõsuluit Bartolus in consilio xlij. visa inquisitione facta contra Franciscum: quia idem est dicere aliquẽ de atiscuovt atiscuatem, idẽ est dicere ipsum esse municipem alicuius loci, id est ciuem vel incolam. l. secunda. ibi, Campanos Puteolanos. ff. ad municipa. & leg. sed & reprobari. §. amplius. ibi, si eum existens Comaneus. ff. de excusat. tutor. & glos. exponit, id est Comaneo. & in consilio clxxij. incip. dubia occurrentia. versic. sextum dubium. volens aliquẽ posse præscribere libertatẽ à conditione ne sit comitatensis, sicut cæteri homines conditionati. & talem dicit currere præscriptionem à die quo eum ciuitas desiit possidere, & ipse cœpit se pro ciue

beneficij,quod ciuis efficiatur quandiu prælaturam tenet& beneficium. Et in vtroque idem tenet de Puteo in ſyndicatu.in verbo,ciuilitas officialis.& in verbo,poteſtas pro delicto,& in capitulo,ſtatutum ciuitatis immediatè ſequenti,quod eſt notandum,
21 ſecus in monachatu,vt infrà dicam.Sed † & in beneficiato Luc.de Penna videtur tenere contrarium in l.cùm neque.ante finem.verſic.ex hac l.c. de incolis.libro decimo. Sed primum verius,quod etiã tenet Albe.in l.prima.verſic.vidi etiam dubitari.ff. quod cuiuſque vniuer.nomi. volens etiam quod rector habeat ius vtendi & fruendi in rebus communibus vniuerſitatis,ſicut alij,l.teſtatoris.§.j.ff.ſi ſeruitus vendicetur.& alibi dixi: ſecus ſi ſtatuto diceretur, quod omnes ſtipendiarii tractarentur ſicut ciues, & aliquis eſt ſcriptus in libro ſtipendiariorũ vltra numerum determinatum,quod talis non gaudebit beneficio ſtatuti,vt tenet Alberi. in ſecunda parte ſtatutorum. q. cxc. ſtatuto cauetur quod ſtipendiarij.per text. in l. eos C. de officio magiſtra. militis.& l.qui ſub prętextu. C.de ſacroſanct.eccle. Et hanc partem tenet Odofr.Barto.& Luc. de Penna in d.l.ciues.& Alexand.in conſil. cxlv. quoniam abundè lib.ij.& Bald.in l.ſiue poſſidetis. verſicu.vlterius quæro.C.de proba.& Pet.de Bellaperti. in l. quod fauore.in vij.op C.de lega. quem etiam allegat Tho.Parpalia in repeti.l.placet.fo.vij. verſicul. & an tunc appellatione ciuium.C.de ſacr.ſanct.eccle.& Barb in conſilio xiij.vol.ij.& Paul. de Caſtr. in l.ſi duo.per illum textum verſicul.vltimo not. ff. de acquir.hæred.& Alexand.in conſil.clvij.viſo inſtrumento donationis.verſi.adeo quod etiam.cum ſequen.lib & ſingulariter Lau.Calca.in conſil. 100. numer.j.& ij.Corne.in conſilio clxxxix.numer.j.& ij.volum.ij.& in conſil.cclxxxj.volum. iij.& Ioann. Andr.in quodam ſuo conſilio poſito inter conſilia Bruni, cix. & Baldus in conſilio cccIxix. ſtatuto Placentiæ cauetur, quod nulla perſona audeat. verſiculo, venio ad ſecundum. volumin. j. ſecundùm nouiter impreſſio.quod eſt in iij.volum.Aliorum ccxcix.volens etiam quod talis extraneus poſſit in eius abſentia nomine pro eo recipiente in ciuem & Burgenſem recipi ipſo poſtea ratificante & acceptante.& in conſil.cccx.ad euidentiam præmittendum eſt,quod quædam ſunt de corpore.eod.volum.iij.in nouiter impreſſis.verſic.ſed hic occurrit dubium.& in conſil.cxj.quatuor ad propoſitum.verſicu.ſed ciuilitas.volum.ij.in primis impreſſis & in nouiter impreſſis in quarta parte,ccccxlv.& in cõſilio cccxxxix.Punctus , Pallutius & Ioannes libro quarto in primis impreſſionibus, & in nouis lxiiij. volum,v.& in conſil.cccix. Quod dictus Serrolandus volum.v.in nouiter impreſſis. quia in antiquis non inueni,cum aliis per Felin.alleg. in ca. Rodulphus.in x.concluſione de reſer.& Bartol.in conſil. lix. commune Spoleti conceſſit. & in conſil. lxij.
22 punctus talis eſt:quidam eſt effectus ciuis. † Vnde diuus Paulus Apoſtolus ſe ciuem Romanum appellauit, quia pater eius ſocietatem cum Romanis contraxerat.& Alcia.in ſecunda Diſpunctio.capit. xxj.circa fin.& in ſignum huius data fuit ei penula. capitulo ſi in adiutorium.& ibi gloſſ.x. diſtin. & in cap.fundamenta.§.vltim.de elect.lib. vj. Et ſecundùm Cardin. Alexand. in d.c.ſi adiutorium. de iſta penula facit idem Pau.mentionem.ij.ad Timo.iiij. Quæ penula,vt inquit Nico.de Lyra ibi erat veſtis quam Romani dederunt patri Pauli apoſtoli in ſignũ,quod eſſet Romanus ciuis.& Paulus in memoriam mortuo patre retinuit eam,& ſibi reſeruauit. & in dict.ca.in adiutorium.tenent idem Archidi.& Ioan.de Turre crema.& Gemi.† Et ex illa gloſſ.ita 22
declarata colligunt Gemin.& Cardi.Alexand. ibi, quod appellatione ciuis comprehenditur ciuis ex priuilegio factus.ita quod pœna per ſtatutum irrogata offendenti ciuem extenditur etiam ad iſtum ciuem ex priuilegio creatum. de quo ibi per Io. de Turre crema & Cardi. Alex.& Roma.cõſi.lxij.ver. quod autem ceſſant.† Quid ſit penula,& vnde de- 24
riuetur , vide ibi Archidiac. & Gemin. & dicunt quòd erat genus veſtis longæ , qua vtebantur ciues ſenatores Romani ſenatum ingredientes: vel erat veſtis conſularis,ſecundũ de Lyra & de Turre crema.Aut ſecundum Iſidorum , quem refert Archi. penula erat cum fimbriis longis.text. iuncta glo.in d.l.Labeo.§.ſed de his.ibi , penulas & togas. de ſupellectili legat & in l.penul.ff.de præſcri.verb.& idem Luc.de Penna in d.l.vna,nulli licere in frænis. ver.poſt gloſſ chlamys.† Alij verò dicunt penulam 25
eſſe vilem capam,quaſi penè nullã,vt ponitur iudicium primo. & in legenda beati Martini : vt latius per Archidiac.& Luc.de Penna in l.vna.& ibi vide de multiplici veſte. Vel etiã dabatur ad quẽ Romanum ciuem faciendum togæ. d. l. ſed ſi accepto vſu togæ Romanæ.Sed aliter deſcribit Nicol.Pero. in cornu copiæ,linea xxxv.dicens eſſe genus indumenti quod ſuprà tunicam ſumebatur.allegat Pomponium.Penulã in caput induce ne te noſcat.& Q. in. Galba , penulam roganti non poteſt commodare, inquit:domi maneo,cùm cœnaculum eius perpluet.Idem Galba penulam roganti reſpondit non pluit,non eſt opus tibi:ſi pluit ipſe vtar. Et hæc penula apud nos dici poſſet chlamys,licet chlamys ſit veſtis militaris,ſecundum Perotum ibi,quæ poteſt dici capa,qua Hiſpani & nunc omnes Galli ad minimum vſque vtuntur. Et etiam de illa capa, qua Vaſcones capetæ vocati vtuntur:& de chlamyde facit tex.mentionem in dict.l.vna.nulli licere in frænis.& ibi Lucas verſic.poſt gloſſam chlamys.Vel etiam penula gauſapina candida ac piloſa , qua per æſtum vtebantur,vel abuſiue pro omni eo quod tegit. † Sic eſt vnus modus ſecundùm Geminianum 26
in d.l.ſi in adiutorium.acquirendi ciuilitatem,ſcilicet per confederationem & ſocietatem expreſſè cõtractam , quod intelligit quando hoc habet lex vel modus conſiderationis,vt ciuilis intelligatur, alias non.l.aſſumptus.ff.ad municipa. Vnde apud Romanos antiquitus ſecundùm Archidiaconum Geminia.& de Turre.ibi,erat lex, quod ſi quis ſponte ſe confœderabat cum eis,efficiebatur ciuis Romanus, d.l.ædificia,de verbor.ſignifi.licet non valeat conſequentia quòd genitores mei fuerunt ciues ergo ego ſum,vt dicit Felin.in d.capit.quoniam de offic. ordinat.Brunus in conſilio xxxv.niſi probet. † Ergo de iure & conſuetudine requiritur, vt quis alte- 27
rius ciuitatis efficiatur Burgenſis, quod per gubernatores ſecundum morem & ritum ciuitatis fuerit receptus:nec ſufficit domum propriam ibi habitare,& alia hominis veri ciuis opera facere.l. fina. C. de municip.& origin.libr.x. † ſicut dicimus de mo- 28
nacho,qui efficitur monachus alicuius monaſterij, ſi in eo fuerit receptus.capitu.primo.§.ſanè.in verbo recipiantur.de ſtatu.mon.libro ſexto,& in capi. puellæ.xx.quæſt.j.& in cap.nullam.xviij.quæſt.ij.vbi text.dicit,quod tota monaſterij diſpoſitio conſiſtit penes Abbatem,& in ca.ſanè.in verbo,à quodam Abbate recepto.& c.ad apoſtolicam,ibi Abbate per ſe vel per alium de regula.& ibi Docto.& facit c.non ſolùm. verſicul. quanquam recipere præ-

ſcripſeritis. & in verſicul. cum qui taliter receptus fuerit. de regula. lib. ſexto, quia ſola profeſſio & receptio facit quem monachum, capitulo, beneficiũ, eodem titulo & libr. & c. porrectum. & ibi Abb. Sicul. eodem titul. in v. notab. Et ſi aliquis non eligitur in monachum, ſed recipitur, licet primò velit contrarium in c. officij. de elect. & plures alij etiam eum ſequantur, quos reprobat Barb. in clemen. j. de elect. verſicul. in authentica dicit iſtam gloſſ. & ca-
29 per iura ſuprà allegat. † Et ideo vidi dubitari in Curia, an quis poſſit per Abbatem ſolum ſine conuentu ac conſenſu religioſorum in monachum recipi: quia per iura ſupra allegata videtur quod poſſit, tamen gloſſ. in capitulo finali in verbo, pertineat. de regula. libr. ſexto, dicit quod de iure ad vtrunque ſpectat, per text. in cap. ea noſcitur. de his quæ fiunt à præla. niſi ex priuilegio aut conſuetudine ad alterum pertineat. & idem ibi Abbas Siculus, tamen licet capit. ea noſcitur. non multum faciat ſecundum Abbatem Sicul. in dicto capitulo, ad apoſtolicam. verſi. ſed vltra gloſſ. quæ loquitur in præſentatione quæ ſpectat ad collegium: tamen Archidiac. & Io. Mona. in dicto capitulo, & ſequuntur Ioann. Andr. & Lap. & pariter Philip. Franc. niſi in iſtis caſibus, vt ibi per eum. & Anchar. in capitul. porrectum. numero vj. de regula. & Oldrad. conſilio xcvij. factũ tale, quidem alibi. & Calde. conſilio v. & xvij. & xxiiij. alias ſecundum ipſos in defectum, abbas cum conuentu poterit creare, & non ſolus conuentus per ſe, vt ibi. & pro hac opinio. eſt text. in cap. quoniam. ibi, moniales. & ibi Felin. tenet primo not. de ſimo. vbi dicit iſtam eſſe regulam, quæ fallit, niſi ſit conſuetudo in contrarium, per text. in dicto capitulo finali, de regul. libro ſexto. Secundò fallit, quando requiritur conſilium monachorum, & eo non ſequuto recipit, quod valet, ſecundùm Abb. Sicul. in dicto capitulo ad apoſtolicam. In hanc partem inclinat Lap. alleg. xxxij. & Domini. in d. capitulo, finali. & Specul. titul. de ſtat. monacho. §. j. verſiculo xx. quæritur. & de Zabarel. in dicto capitulo porrectum. q. iij. & de Rota Deciſio. cclxviij. alias eſt deciſi. iiij. tit. de regularibus, in antiqu. quamuis ſecundum eum regula beati Benedicti velit profeſſionẽ debere fieri in communi, præſente conuentu: hoc ipſo requiſito, & eius deliberatione ſequuta, ſecundum Doctores. Et etiam ſecundum eum vbi ſpectaret ad vtrunque, ſi conuentus non contradicat. talis enim receptio valebit, prout in caſu noſtro, in quo Abbas Vſarchiæ receperat in monachum fratrem Oliuerium Pillet alterius monaſterij religioſum, eiuſdem tamen ordinis, in præſentia trium religioſorum eiuſdem monaſterij officiariorum non contradicentium, xxv. anni ſunt elapſi. & ita fuit cõcluſum in fauorem dicti Pillet contra magiſtrum Bertrandum Pruueret actorem. Quia ſecundum Collect. in dicto capitulo, ad Apoſtolicam, verſicul. quid ſi monachus vnius monaſterij transfertur ad aliud de religione alterius, quòd non tenetur illam religionem profiteri, cum ſubſtantia religionis ſit eadem penes omnes, capitul. per tuas. de voto. quod intelligendum eſt, ſi per abbatem aut per conuentum fuerat receptus, & conſenſus capituli præſumitur ex diuturnitate, l. filius. C. de petition. hæred. † Tamen per hanc receptionem non deſinit
30 monachus eſſe ciuis ciuitatis ſuæ originis vel paternæ. ſecundùm Bartol. in dicta l. prima. ad munici. & Iac. de ſancto Georgio in l. hęres abſens. §. ſi quis tutelam. numer. xxxix. Et ſi non conſtaret de receptione per alterum, cenſeretur incapax beneficij alterius monaſterii, cuius non eſt profeſſus nec receptus. Et ſic concluſum fuit in cauſa magiſtri Anto. Sapientis à Seneſchallo Lemouicen. ſeu eius locumtenen. contra magiſtrum Anto. Foudion appellantem, quòd à quodam monacho, cui per epiſcopum Tutelen. fuerat prioratus de Rupe collatus, habuerat dictum prioratum monachalem conſuetum conferri religioſis eiuſdem eccleſiæ Tutel. Et latum arreſtum die vij. Septembris, Anno 1504. Et idem dicimus de medico, vt l. nec intra numerum præſtitutum ordine, inuitos medicos immunitatem habere, ſæpè conſtitutum eſt, cùm oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui. C. de profeſſ. & medi. lib. x. & idem canonico alicuius eccleſiæ, l. qui ſub prætextu. ibi, qui prædicto muneri ſufficiens approbetur. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & bo. text. in l. ex eo. & ibi Bart. Bald. Ange. Alber. & Inno. ff. de teſta. milit. & in c. ſi capit. ibi, vt te in canonicum iam reciperet, & in ca. ſi ſoli, ibi, eſſes in canonicum iam receptus. & per totum, de conceſ. præb. lib. vj. † Sed an prædicti religioſi & canonici 31
gaudeant priuilegiis habitatoribus ciuitatis conceſſis: vide Decium conſil. cxiiij. qui tenet quod ſic, vt ibi: ergo à ciuibus recipi debent, vt per Bald. conſilio ccccxvj. Io. de Abbigana. verſic. & ideo obſides. volum. tertio, cum aliis per Anton. Rubeum conſilio ducenteſimodecimoſexto per totum. † Non 32
obſtantibus rationibus pro prima parte adductis, quoniam locum habent quò ad incolatum aut libertatem aſcriptitiam, quæ poteſt præſcribi longo tempore, & non profectò quò ad ciuitatem burgenſiam præſcribendam vt intuenti patet, niſi in locis eſſet conſuetu. ſine præſcriptione, quod intrantes vrbem ſtatim fiant liberi, vt Romæ, vt in authentic. de cætero liberti fiant liberi. §. fina. & idem in ciuitate Bituricen. vt dixi etiam in §. primo. in gloſſ. ij. ff. de conſue. iur. perſo. libro conſue. Biturigum. & Bal. in conſilio ccciiij. ordinatum eſt in ciuitate Tuderti, volumine quarto, ſecundùm primam ſtampam. ſed ſecundùm vltimam eſt in v. parte. xxix. † Vel niſi vſus eſſet iuribus & priuilegiis 33
ciuitatis: quia tunc præſcribit ciuilitatem & priuilegia excepta origine, quæ præſcribi non poteſt, ſed bene commodo originis. Et talis erit ciuis verus, & fictus originarius, id eſt in hac ſpecie ciuilitatis, quæ naturalis ſiue in naturali eſt: & verus in vero iure ciuilitatis in genere, vt not. Barto. in l. ſi is qui pro emptore ff. de vſuca. quẽ ſequitur Bal. in rubr. extra de præſcr. ver. dubitatur, an quis poſſit præſcribere. & Fran. Balb. in tract. præſcr. num. 54. & dixi, & ſtatim dicam. & ita per leges ſeu conſtitutiones regum Franciæ ſtabilitum eſt. Primò per conſtitutionem ſeu ordinationem Philippi pulchri per ipſum editam die Lunæ poſt mediam quadrageſimam, Anno 1402. quæ incipit, hæc eſt ordinatio facta per nos & conſilium noſtrum, &c. cum xj. articulis ſequentibus, quæ ſic intitulatur per Aufred. titu. de priuilegiis & burgenſiis, quæ duo vult, primo quod vnuſquiſque ciuitatis, villæ, aut loci regij originarius ſit burgenſis. Secundò quod vnicuique volenti ſuum mutare domicilium cum ſua vxore, vel ſine vxore. & aliam ciuitatem vel villam ingredi ſit permiſſum, & poterit in præſentia duorum aut trium eiuſdem villæ burgenſium, & offerre facere quæ cæteris incumbunt ad hæc faciẽda, cautionémque dare intra annum & diẽm domum facere, vel emere, & aliàs prout in d. ordinat. latius cõtinetur. Quæ quidẽ ordinatio poſtea fuit per diuos Io. Carolum quintum, ſextum, & ſeptimum Francorum

reges

reges confirmata, vt patet in subscriptione dictę ordinatio. & amplè per Benedict. in dicta sua repet. numero 321. Ideo talis qui fic mediante fictione sta tutaria & legali habetur pro ciue, consequitur omnia priuilegia, vtilitates, & commoda, quæ veri consequuntur ciues per suas leges municipales ac priuilegia eis concessa, & non aliunde, vt voluit singula. Bartolus l. si maritus sit in magistratu. §. primo. quem ibi sequitur Angel. ff. de adult. cum aliis per Alexand. ibi in addi. alleg. & idem Corn. in consil. cclxxxj. in volu. ij. & Roma. in consi. lxij. Florentina constitutio. versicul. quod autem cessant. cum aliis per eum allega. & etiam in consil. xcij. versicul. tertio illud. & Bald. in dict. consil. cccxlix. versiculo venio ad tertiùm. & in versicu. sed hic occurrit dubium & Alexand. in consil. clx. versicul. plus dicit. libr. v. & Imo consilio tertio. versiculo, & etiam il li. & Bart. consil. lxij. talis est. quidam est effectus ciuis & Franc. de Aret. consi lxxviij. & Barba. consilio lxxxvij. versic. ad secundam dubitationem. volumine tertio. & præcipuè si dicatur quod in omnibus & per omnia habeatur pro ciue, vt dicit Ange. in l. secunda. §. furiosus. per illũ textum singulariter. ff. de iure codic. & amplè Fran. Curtius in consil. xlix. versicu. Nam illa verba in omnibus & Barbat. in consilio xiij. numero xxj. volumine j. & in iij. volumin. consil. lxxxiiij. & Angel. Aret. in tractat. malefic. in verb. de Bononia. versicu. quæro stante statuto. quem ad omnia prædicta vide. & per Augusti. in addi. & Alexand. in l. j. ff. de legatis primo. & Corne. in leg. Rufinus. in prima & secunda cum aliis in apostil. allegat. C. de testament. milit. & Alexand. in consilio xcix. numer. viij. lib. xj. & in consil. cxlviij. numer. v. eodem lib & consil. xx. versicul. & constat. & consil. clviij. & consil. clxxxj. libr. j. & Barba. consil. v. numer. viij. volumin. iiij. & Bald. in consilio cxxxv. lata fuit sententia. in singul. volumin. v. & in aliis est. ccccvj. vbi dicit, quòd ciuitas francha à superis, concedere potest franchisiam inferis: quia vicem principis in suo gerit solio. leg. pro hærede. §. plane. ff. quod vi aut clam. Vnde secundùm Roman. in singu. ccccccclxxij. sunt communiter statuta in ciuitatibus, quod qui steterit in ciuitate per tot annos efficiatur ciuis: quòd illa seruanda sunt: & si non steterit continuè per idem tempus, sed pro maiori parte illius temporis non efficitur ciuis, per text. singul. in leg. cùm de lanionis. §. Sabinus. ff. de fundo instruct. & instrum. lega. quem ibi. ad Bartol. & Alber. ponderauit, quòd aliàs, non per quantumcunque tempus, nisi pro tali fuisset per ciues tentus & reputatus in fruitione & gaudentia priuilegiorum. & Angel. in consil. clxxviij. & Angel. Aret. vbi supra. † Et no. econtrario, quod talis 34
factus ciuis deserens ciuitatem perdit ciuilitatem, quia definit esse ciuis. Ita singulariter dicit Bald. in leg. ij. C. de infant. expon. per illum text. refert & sequitur Ias. in leg. j. §. huius studij. ff. de iustitia & iure. & Pet. Geral. in singu. ij. & Ioann. de Neuiza. in consil. xij. inter consilia Alberti Bruni existente. Et an ad probandum quem esse municipem alicuius loci stetur dispositioni hominum dicti loci, vide Bald. in consil. cccl viij. casus, homines & commune. volum. iiij. qui tenet quod sic.

SVMMÆ.

1 *Mulier noctu interfecta, an à marito censeatur occisa.*

2 *Maritus an priuetur lucro dotis, eo quòd vxor repertur noctu occisa.*

Quæstio CCLXI.

Vxor si reperiatur mortua manè, cuius ferò erat sana, ex quibusdã percussionibus sibi illatis, an præsumatur à marito interfecta cum ea cubante, nullis in camera aut domo præter eum existentibus, si prius ab eodem malè tractabatur.

DECISIO CCXLI.

ET † Bal. hanc narrãs quæst. 1
in consilio cxxij. incipien. proponitur quod vxor Petri Ferrarij, qui dicitur Petrus Merlinus volumine primo, argumentatur ad vtrãque partem. Et tandem concludit, quod ex pluribus præsumptionibus & indiciis iuncta fama, si ibi vigebat, aut fuga eiusdem, vel minis de eam occidẽdo, aut de confessione extraiudiciali, vel ex mala tractatione, vel ictibus diris, & per vicinos fortè auditis, vt in casu eiusdem Barbitonsoris Bernardi Commere, quia audierunt ictus & vxorem clamantem, ô Bernarde tu me occidis, potest perpendi & iudicari quod fecerit, vt ibi per eum. & Signo. de Homed. in consil. lxiij. incho. Titius calce percussit vxorem. & in consil. cxv. vbi ponit quando confessus est percussisse, & inde decessisse, si noceat ei, si in remissione illud confessus fuerit: & tenet quod non, quando interuallo longo vixit. & pro hac Decisio. videtur bonus tex. in l. si quis in graui. §. si maritus vxorem noctu intra cubiculum secum cubantem necauerit, vel vxor maritum. & ibi per Romano. ff. ad Silla. & in leg. j. §. si vir aut vxor. eodem titul. quia si in domo nulli serui sint, maritus per illum textum fecisse videtur. Sed si serui fuerint audientes, & non adiuuantes non tenentur: quia de marito vel vxore interficiente, non erat ibi dubium, sed de seruis nõ succurrentibus. & leg. finali. C. de sica. per quem not. ibi Sali. delictum in domo factum præsumi per illos qui domi sunt fuisse factum. & Bald. ibi notat, quod quando crimen non potest probari per regularem modum probandi, procedit probatio quodam modo irregularis, & dicit illam legem esse notandam cõtra mulierẽ necantem maritum. & idem Hippo. ibi numero j. cum plurib. sequent. vbi amplè probat per eas præsumptiones vehementissimas probari occisionem per maritum vel per vxorem factam, de qua in sequent. quæstion. dicam. † Et pariter ponit Bald. in 2
dicto consilio, an prædicta sunt sufficientia ad eundem maritum à lucro dotis ratione statuti vel pacti excludendum. Et concludit quod sic, per nota. in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. soluto matrimonio. Et not. Luc. de Penna. in l. finali. versic. idem not. quod maritus. C. de incolis. lib. x. in sequent. quæstio. aliquid dicam. Ideo stat in discretione & arbitrio iudicis, qui debet in hoc esse bene discretus & aduisatus, vt dicit iurisconsul. in l. respiciendum est iudicia. ff. de pœn. cum malè agentibus occasio aliqua peccandi in promptu suffragatur. Est enim omni peccanti præsens semper aliqua ratio, quam suo prætendat errori. Sed hæc consuetudo peccantis est, vt inquit diuus Hierony. iij. parte epistolarum, tractat. xij. in epistola lxj. loquens ad Cain, & eum increpans de homicidio fratris sui Abel, vt malum semper velit negando geminare, & dicere, aut se non fecisse quod fecit, aut bonum operatum esse zelo, quod eum constat malo gessisse liuore tantùm, secundùm Anto. Abba. & Imo. in capitu. vestra. de coha. clerico. quod nullum malum potest

esse ita notorium, quòd non præsumatur quin possit aliqua competere excusatio. Et sequitur Hiero. de Trotis in suo consilio posito post consilium Anto. de Bero. versicu. & dicunt, cum aliis per eum allegat. & signanter in tali casu: quia viri promotores sunt ad vxores occidendum. capitu. admone. & ibi glos. in verbo, exultimes. xxxiij. quæsti. ij. probatio deficit is de quo vide Hippo. de Marsi. & in leg. pri. C. ad leg Cornel. de sicar. & in leg infans. versicul & antes dum ego essem potestas. ff. ad leg. Cornel. de sicar. vbi dicit se conuicisse quendam maritum, qui vxorem hauritentem aquam in puteum proiecerat, per duos infantes suos. vt ibi vide. Et alius quasi in effectu accidit casus in Tornella, de quodam prisonerio iurisdictionis Marmandæ appellante ad curiam de quæstione & tortura, contra quem deponebant veneficè duo sui infantes, fuit dictum bene ratificatum, & latum arestum die xxvi. Februarij, anno 1520. Quid si agitur de intoxicatione seu venenatione viri contra vxorem, vel econtra, quæ inficiantur in deficientia, vide Paul. de Cast. consilio cxv. quod pro singula. de Puteo allegat in Senatica in verbo tortura. c. mandauit. versicul. mulier imponitur &c. Alexand. in consilio cxv. in causa inquisitionis. volum. xxxix. conatur pauper quidam mulier a morte liberare, quę confessa fuerat virum, veneno intoxicatum mortuum. Non sic Felin. in Capitulo in consilio v. & stante statuto, quod bannitus possit impune occidi, & ibi etiam vide quod graufus delinquit qui interfecit vxorem quàm alii, cap. deuenter. lxxxix. distinctio. per glos. & in dicto cap. admone. & Ioann. Fab. in §. alia deinde in fina. li. instit. de pub. iud. & de Neuiza. in sua Sylua versiculo & tamen vxoricidium est detestabilius. Et ibi vide de præbente poculum venenosum, licet non moriatur venenatus. & Felin. in tractatu, de conata. circa fin. Et in casu præsenti fuit maritus ad torturam quam sustinuit positus, iuxta dictam leg. fina. ad leg. Cornel. de sicar. ideo relaxatus. Et ita fuit contra dominum Bernardum Commere latum arestum confirmatorium sententiæ super tortura per Senescallum Aquitaniæ latæ die xxiij. Anno 1534.

SVMMÆ.

1 *Clericale priuilegium ex matrimonio cum adultera, cuius priorem virum interfecit.*

2 *Donatio facta vxori reuocatur si ipsa postea virum percussit vel occidit.*

3 *Mulier consentiens in necem viri tenetur, & numer. 5. & etiam si maritus non sit occisus. & num. 6.*

4 *Consuetudo quod percutiens se ponat in manibus percussi, an valeat.*

5 *Sepeliendo interfecto opem præstans tenetur de occiso.*

6 *Mulier adultera præsumitur conscia de morte viri.*

7 *Mulier quæ scivit necem viri, & non reuelauit, tenetur eadem pœna.*

10 *Correlatiue quando non habent vim inter vxor.*

11 *Consilium homicidij qui dedit qualiter impedire debeat.*

12 *Mandans homicidium qualiter puniri possit.*

13 *Maritus vxorem defendens, si quem occidat, non debet ut sic ipsum defenderet.*

Quæstio CCLXII.

Quid de vxore carnaliter cognita ab aliquo, qui de assensu ac consilio eiusdem vxoris interfeciteius maritum, quæ ita confessa fuit, an ipsa debeat homicida eadem puniri pœna.

DECISIO CCLXII.

HOC dico, quod Ioann. Gall. in quæstion. clxxvj. accidit casus. mouet quæst. quando murtrarius, siue homicida, qui vxorem murtrati seu occisi ante & post occisionem carnaliter (data fide de ea in vxorem capiendo) cognouerat: & per curiam Parisien. decisum talem homicidam priuilegio non debere gaudere clericali, & esse in patibulis suspendendum: quoniam matrimonium cum adultera sui consiliata in necem viri non valebat, vt tenet Hosti. contra Goffre. de Trano. in capi. primo de diuortiis. quem ibi sequuntur Anchara. Abba. Sicul & Præpositus Mediolan. & bonus rex in §. si quis verò accusatus de adulterio. in authentic. vt nulli iudices. collation. ix. & idem dicit Antrer. in clemē. prima in prima regul. & fallentia. xix. de quodam filio domini de Lautrec, qui per inuidias occiderat virum, cuius vxor erat eius adultera, vt dixi suprà in quæst. lxix. super quæstione versicul. sed fuit dubium, an clericus. sed non dicunt quid factum exuitit de vxoribus occisorum: forte homicidium de earum consilio & machinatione expressè, quamuis sit præsumptio, vt infrà dicam, commissum non fuerat. † Et pariter Doctor Palatios Ruuios, alias Lupus, in repetitione Rubricæ, de donationibus inter virum & vxorem. versicul. ex istis potest inferri. ponit de marito qui fecit donationem vxori, quæ postea procurauit, quod pater vel frater eius aut alius consanguineus maritum persequeretur & vulneraret: quòd ex hoc inducitur tacita reuocatio donationis, se remittendo ad Iacob. de sancto Georg. in tracta. feuda. sed ipse loquitur in vasallo, qui vitæ domini insidiatus veneno, gladio, aut alio modo, quod est iusta causa cum priuandi feudo, vt capitul. j. §. porrò, in fin. in quibus causis feud. amittu. & alibi dixi, hoc verum, si vasallus ad hoc laborauit cap. primo. §. si voluerit. de capita. qui curiam vendi. & vltra non processit. Nam verum est si vxor occidat aut occidere fecerat, quod ipsa tenetur lege Cornel. de sicariis. lege final. C. ad leg. Cornel. de sicariis. & ibi Hippol. & perdit etiam dotem & donationem. leg. si ab hostibus §. finali. versicul. & ibi per omnes, soluto matrimonio. & glos. & Doctor. in leg. si maritus. in prima. C. de donationib. inter virum & vxorem. vt dictum fuit suprà in præced. quæstion. Sed si ex consilio est dubium, quando is cui datur erat aliàs facturus, vt tunc non teneatur tanquam verus homicida, secundum communem sententiam Doctor. in leg. secunda. ff. mandat. & glos. Ioan. Fabr. de Plat. & Aret. in §. ope. inflit. de obligatio. quæ ex delicto nascuntur. & glos. in leg. fæpe. ff. de verborum significati. & text. in capitu. periculosè. de pœn. distin. j. & leg. j. §. persuadere. ff. de seruo corrupto. & Barto. consilio clxxv. in quæstione qua quæritur. & in leg. consilij. & ibi Decius. ff. de regul. iur. & plenè Felin. in capitul. primo. de officio delegat. & Cæpol. in consilio xxvij. & Felin. in capitul. licut dignum. versicu. nota. ibi animum Regis inflammasse. de homicid. & Din. in regula, nullus ex consilio, cum aliis ibi per nos in additio. allega. & Socin. in capit. ad audientiam, in vij. princip. quæstione versicul. xlij. quæro, de homicid. & in tract. suo de cita. arti. xxxiiij. quæst. ij. & idem in mandante aliquid mandatario illud aliàs facturo, secundùm Bartol. in dicto consilio clxv. & Doctor. suprà alleg. Sed in dies videmus vxores adulteras in mortem virorum cōsiliari

1

2

1

ſi vari & machinari, dicto capitu. primo. de diuortiis.leg.vj.C.de quæſtio,ibi,neque enim ægre ferret ſi torqueatur quæ venenis ſuis viſcera hominis extinxit,id eſt extinxiſſe dicitur, ſecundùm gloſſ. ibi, & capitul. ſuper hoc.& capitul. ſignificatti. de eo qui duxit in matrimon. quam polluit per adulter. & in capitul.ſi qua mulier xxxj. quæſti.ij. cum quibuſdam mors virorum ſit lætitia & ſolatium, vt dicit gloſſ.in leg.final.in princip. C. de iure dotium. & alibi dixi, vt liberius cum ſuis ribaldis adulteriũ continuare valeant.ſed poto ſeu vaſe diſcooperto, non cogitantes quid poterat ex illo cuenire caſu, quòd teneantur.leg. final. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.cum aliis ibi allegat. eis poſtea male accidit. † Sed vbi ſunt homicidii viri mediatrices,tunc ſecundum Anton.de Butri.in dict.capitul. primo.de diuort. ipſæ tenentur, quia eſt pluſquam conſilium nudum,vt tenent ibi Doctor.Facit text. in leg,ſi quis vxori.in princip. ff. de furt. Et ſecundùm legem Longobardorum punitur tam in perſona quàm in bonis, ſecundùm quod voluerit maritus in cuius traditur poteſtate : & hoc ſi fatetur,vt in caſu noſtro fuit. Sed ſi negat, purgare ſe debet iuramento medio,aut per pugnam per campionem faciendam,vt in Lombarda.de conſil.mortis.leg.final,& ad hoc illam legem allegauit Petrus Jacobus in ſua praxi,titul.de duello.verſicul. quinto ſi mulier. & concordat text. in capitul. placuit. xxxij.quæſtion.ij.vbi dicitur, quod ſi vxores clericorum peccant committendo adulterium, quòd mariti habent poteſtatem (præter necem) cuſtodiendi & ligãdi in domo,ne vxores licentiã habeãt vlteriùs peccandi,& in capitul.fina.quod verius. in fine,ea.cauſa & quæſtion. & ita per illa iura dicunt Abb.Sicul.& Anan. in capitul. ij. in ſecundo notabili.poſt Ioann.Andr.ibi, de cleric. percuſſ. vbi eſt text.de muliere quæ per epiſcopum fuit ob ſuũ delictum fuſtigata. † Sed quod offendens ponat ſe in manibus offenſi, vt eum verberet vel vulneret ad libitum ſuum, vt erat de more & conſuetudine Longobardorum, & erat Romanorum, vt dicunt Barto.& Ang.l.j.§. vſque adeo ff.de iniuriis.& pariter Hiſpanorum,vt refert Ioann. Neuiza. in ſua Sylua,verſi.& in Hiſpania.dicens in Hiſpania eſſe Decreta per quæ muher & adulter traduntur in manibus mariti,qui de eorum bonis poteſt facere quod vult.allegat Ioann.Lup in Rubr.prædicta. de donatione inter virum & vxorem. verſiculo habet alium & quartum. & pro hoc textu.in capitul. reum ad eccleſiam. xvij. quæſtion.iiij. Et aliquid dixi ſupra in quæſtion.lxxxj.incip.percutiens. Tamen ſunt directe contra ius commune ſecundum Bartol. & Ange.in dict.leg.j.§.vſque adeo.& Alexand. in addit. quia quis non eſt dominus membrorum ſuorum,leg liber homo ff.ad legem Aquil.& talis conſuetudo reprobatur,vt ibi per eos,qui pro hoc allegant bonum textũ. in capit. contingit.de ſententia excommunicationis.& ibi Abb.Sicul.& Felin.vterque in primo notabili.pro quo facit textus in dicta leg.ſi idem.§ j.ibi ne in poteſtate calumnioſa aduerſarij mei ſit,an apud eundem litigare poſſim. Et ibi gloſſ.ff. de iuriſdictione omnium iudicum & l. penult.ff.de arbit. † Et quod vxor teneatur ex ſuo cõſilio ac conſenſu amaſio ſeu amico carnali dato & inito:quia agentes & conſentientes pari pœna puniuntur.l.iubemus nulli.§.œconomus.C. de ſacroſanct.eccleſiis.& iuribus ſuprà allega. & leg. vnica. C. de rapt. virginum. & nihil intereſt verum occidat quis,an cauſam mortis præbeat.l.nihil intereſt. ff.ad legem Corne.de ſicariis.& leg. qui occidit.§. penultim. ff.ad legem Aquil.& in cap.de cætero.& ibi Ioann.de Ana.in ij.not.de homicid.& in cap.ſi vir ſciens. de adul. cum aliis per Hippoly. de Marſil.in l.ſi quis viduam.numero ix.de quæſtu. quamuis videatur differentia inter occidentem & cauſam mortis præbentem.leg.qua actione §.Celſus autem multum.ad legem Aquiliam. Sed non eſt niſi quantum ad ſubtilitatem, & non quantum ad effectum reſpectu leg. Corneliæ,ſecundum gloſſ.ibi: & Barto. quoniam tenetur lege Cornelia. Sed quantum ad legem Aquiliam multum intereſt,vt per Barto. Angel. Alb.etiam Hippo.de Marſil.in dicta leg.nihil intereſt.& Anan.in dict.capi. de cætero.† Quinimò ſi maritus non fuerit occiſus, ſed is cui ipſa conſuluit,occiſus fuerit per maritum, qui ſe optimè defendit,quod ipſa teneatur,vt tenent Doct.in d.c j.de diuor.inſuper Anch. Et ratio eſt, quia auctor delicti non ſolum tenetur de delictis & damnis datis & perpetratis contra alios,ſi quo iam multa C.ad leg.Iuliam de vi public.& pleros dixi ſuprà quæſtion. incip. non enim poſſunt iſta delicta ſolo conſilio regulari,ſecundum Ancha.in d.capit. j. Ideo de eo qui ôd vltra mandatum vel conſilium delinquit,tenetur ille qui conſuluit,alleg text. in c. is qui.de homicid.libr.vj.& Fel.de ſententi. excommuni.& idem Socin.in d.cap ad audientiam, quæſtion. vij.princip. verticol.lxxj.verſicu xij.& Felin. in d.cap.ſicut dignum.verſi.not.ex §.illo. Et verſimile erat hic,quod ille ribaldus ex mulieris ſuggeſtione fuerit motus, cùm bis conuenieſſent de eum occidendo.Sicut enim fornicaria ſeu concubina ſolet inſidiari vitæ vxoris, vt dixit Ioannes Lupus in repetit.capitu.veſtras.verſic & inde enim. pro quo eſt d.capitu.ſuper hoc.ita etiam iſti ribaldi amatores ſolent inſidiari vitis maritorum.capi.ſi quis viuente marito.xxxj.quæſt.ij. Mulieres enim ſunt nimium crudeles,vt inquit Alb.de Roſ.in l.filia in orbitate.C.de inofficio.teſtament.& ibi plura contra mulieres dicit. Vnde Virgil.ſi conſulo Æneid.

Notum quid furens,quid fœmina poſſit.

Si enim ipſa ab initio non conſenſiſſet, homicidium amaſius nunquam feciſſet:quoniam impietati fauere videtur,qui obuiare poteſt & non obuiat. capitul.qui poteſt.xxiij.& capitu.error.lxxxiij.diſt. gloſſ.in clemen.j.in verbo defenſauerit.verſicul circa tertium. de pœn. quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.l. manumiſſiones. ff. de iuſtit. Et pro hoc facit ratio iuriſconſulti in leg.excipiuntur.ff.ad Sillanian.ibi,ad pedes domini cubuerat cum occideretur, nec poſtea necẽ eius prodiderat. vt enim opem ferre eum non potuiſſe conſtabat, ita ſilentium præſtitiſſe eum poſtea certum erat, & ibi Bald.poſt Din.dicit eſſe argumentum contra vxorem, quæ tacet de morte viri in domo interfecti, quod præſumatur culpabilis vel conſcia de morte eius vel præſumptiuè Per quod de Puteo refert ſe viditſſe quandam mulierem fuiſſe, quæ diu tacuerat de morte viri,quę non reperiebatur:& quadam die clamauit plorans in ſtabulo, vbi erat fœtor mariti. Et vicini occurrerunt, & repertus eſt vir ſepultus,& torta confeſſa fuit quod occidi fecerat virum à quodam adultero,& inde ſuſpenſa:vt ipſe dicit in ſyndicatu, in verbo , tortura. verſiculo, & dicit Bald.& ad hoc textus.in leg.prima §. eodem titulo ad Sillanianum. † Facit quod dicit Cæpola in dicto conſilio xxvij. verſicul. in contrarium facit quod præſtans opem,id eſt,ſepeliendo occiſum, vt celaretur & occultaretur, teneatur tanquam præ-

Digitized by Google

ſtans auxilium. Et ſic vidimus de quadam matre: cuius filia pepererat infantem, quem dicebat fuiſſe mortuum, & iuxta vitem parum profundam in terra ſepelierat: cui mater reſpondit, quare profundius non poſuerat: ob quæ iudex & alia expreſſe reſultantia indicia ambas condemnauit ad quæſtionem ſeu torturam. Et Seneſchallus Bazatenſis infirmauit reſpectu matris: & curia opinata eſt, quod procurator regius videret proceſſum, vt poſſet ab illa ſententia appellare, & latum arreſtum die xxx. Octobris, Anno 1536. Et poſtea ambæ fuerunt in conſurgeria in qua mater deceſſit, & filia in patibulo ſuſpenſa. † Et in dubio ita præſumendum 8
eſt, illam eſſe conſciam, ſecundùm Bald. in leg. data opera. C. de accuſa. & in capitul. primo. §. iniuria. verſicul. quæro ſi Titius. de Pace iurament. firman. & Felin. in dicto capitul. ſicut dignum. verſicul. tertia concluſio & Cæpol. conſilio xxix. Et hic de hoc apparebat, quia poſt homicidium ipſa fauit amaſio præſtando & commodando equum defuncti mariti ad fugiendum & punitionem euadendum: ex quo teneretur, gloſſ. in dicta clementi. prima. & omnes in dict. cap. primo de officio delegati. & in dict. ca. ſicut dignum. † Et tenetur etiam 9
eadem pœna, poſtquam ſcivit futurum homicidiũ in perſonam mariti committendum non ſibi reuelando, & ſic per conſequens delicto obuiare poterat, per notata per Barto. in leg. verum. & ibi Hippolyt. de Marſil. ff. de parricid. & plenè Felin. in dicto capit. primo. verſicul. ſecundo fallit in ſubdito. de officio delegati. & gloſſ. in l. culpa caret. ff. de regulis iuris. & ibi Decius poſt Albericum, cum aliis per nos allegat. poſt Dinum in regul. culpa caret qui ſcit. eodem titul. lib. vj. quod intellige prout dixi. Et nulli non patet ipſam viro ſubditã eſſe, Geneſis ij. cap. & ad Epheſ. v. & xv. q. iij. §. his itaque. & amplè dixi in §. iij. in prima gloſſa. de conſuetu. iur. ſta. per. lib. conſuetu. Biturig. & Fel. in dicto capitu. mulieres. de ſentent excommu. & in capi. ex parte. de ſponſ. non poteſt eſſe magis cõiuncta quàm duo eſſe in carne vna, Geneſis ij. & capitu. gaudemus. de diuor. & ſocia diuinæ & humanæ domus l. aduerſus. C. de crimi. expila. hæred & Signorolus de Homed. in conſil. lxiij. Titius calce percuſſit vxorem. verſicu. ex maxima. & ſingul. Alber. de Roſat. in l. ſe cũda. ff. de iniuriis. & in l. ſi filij. C. de donatio. inter virum & vxorem, ac etiam domeſtica argumento l. quicunque. C. de re milit. li. xij. & in l. præſenti. §. ſanè. C. de his qui eccl. conſtu. & in l. ſed & ſi quis. §. illud. ff. ſi quis cau. † Correlativè enim ſe habet 11
vt diſpoſitum in vno habeat locum in alio, vt dixi in dicto §. ij. de conſuetu. matrimon. & hoc præter quam in pœna adulterij. l. quamuis. cum ſua authentic. ſed hodie. C. de adulter. & etiam iniuria propul ſanda. dicta leg. ij. de iniuriis. de quo per Baptiſt. de ſancto Blaſio. in tractat. correlat. & Curt. in conſil. vj. feudorum. & Iaſon. in l. final. C. de indicta viduita. tollen. † Et ſic potius auxiliari & denuntiare 21
quàm partem corporis occidi facere: quia quis volens exonerare ſuam conſcientiam de malo conſilio adimpleto, non ſolùm tenetur diſſuadere, nec id fiat: ſed etiam prudenter notificare ei contra quem dirigitur, vt caueat, vt dicit Inno. in dicto capitu. ad audientiam. quẽ ibi ſequitur Ana. & Socin. in quæ. vj. principali. verſi. lxxviij. ibi, ſed quæro quæ ſit ratio. & Spec. in tit. de leg. §. iuxta. verſi. ſed quæritur, quando occaſione. & Bar. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur. & Sali. in l. j. verſicul. de ſimo. quæro. C. de raptu virginum. & Felin. in dict. c. ſicut dignum verſicu. vltima concluſio. † Secus eſt in man 12
dante, quia ſufficit quòd mandatario notificet ante mandatum exequutum, quod non exequetur, iuxta gloſſ. ij. in cap. cum quis. de ſentent. excommunica. libr. vj. & Felin. in dicta capit. ſicut. verſicu. fallit verò in mandante. Signanter vxor requiſita de adulterio poteſt fingerę amorem & nuntiare marito, vt ipſe prouiſus illum requirentem verberari faceret, vt not. Paul. de Caſtro. & Iacob. de ſancto Georgio in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. quemadmodum ſecundum eos, & etiam Ange. ibi, cuſtos caſtri requiſitus de proditione poteſt facere duplicem tractatum, id eſt annuere eum requirenti proditionem: & nihilominus reuelare hoc domino caſtri, à quo habet in cuſtodiam, vt dixi in tracta. clauium portarum ciuitatum. in præfatio. fol. vj. in additio. verſicul. item quando. Tamen ſunt nonnullæ malæ mulieres ſecundum Ioann. de Neuiza. in ſylua. verſicul. vidi aliàs dubitari, vtrum debeat ſtatim notificare marito eum qui ipſam de amore rogauit, vel an melius ſit tacere. Et pro hoc vltimò videtur textus in leg. vim paſſam. in princ. ff. de adulter. tamen dicit ſe cognouiſſe plures mulieres, quæ & amatorem & literas eorum marito oſtendebant, fingentes ſe denegaſſe, & eum habere pro inimico ad finem, ne maritus ſuſpicaretur, ſeu ad auferendam zelotypiam: & tamen libidinem cum eo explebant. Hoc aliquando contingit, quando eis non ſatisfit de veſtibus & carnibus, quia inquit carnibus vlciſcuntur, & adhibent alium qui formabit duos clauos in vna calida, vt ipſe dicit. fol. lxxv. circa medium, verſicul. & enim ſi mulieri. † Tamen ſi vxor 13
alicuius paſſa fuerit aggreſſuram ab aliquibus, & maritus eam defendens aliquos vulnerauerit vel occiderit, eſt excuſatus, ac ſi ad defenſionem feciſſet. leg. prima. §. ſi vir. ff. ad Sillanianum. & ibi dicit Alberi. ita fuiſſe determinatum per illum text. & facit ad hoc text. in d. l. item apud Labeonem. §. j. & Bal. in l. j. C. vnde vir. verſicul. ſecundò quære an maritus. & Angel. Aret. in tractat. maleficio. in verbo. & latius ſe defendendo. numer. xxxij. nihilominus tamen miſericorditer procedendo die Mercurij hebdomadæ ſanctæ in honorem paſſionis Chriſti benedicti, contra quandam Ioannam Danduram vxorem Petri de Comps à Seneſchallo Agenen. cõfirmante ſententiam iudicis de Damazano, qui eam ad perdendum caput, & corpus ſuum in patibulo ponendum condemnauerat, appellantem, fuit per arreſtum dictum eſſe duabus vicibus in diuerſis diebus per loca eiuſdem loci conſueta foſtigandam. & latum fuit vij. die Aprilis, Anno 1527. Pro iſto arreſto facit deciſio Cæpollæ in conſilio lxxxj. quod eſt vltimo decidendum mulierem adulteram ac venoficam, licet mors mariti ex eo ſequuta non fuerit, nec pro furto bonorum eius mariti eſſe ad mortem, neque eius adulterum condemnandos. Sed tamen poſtea curia videns aliam ſimiliter ob necem viri ad mortem per Seneſchallum Lauday condemnatam, confirmauit ſententiam die v. Iunij, Anno 1528. Et pariter dictum fuit contra quandam aliam mulierem die * menſis Auguſti. anno prædicto, curia apud Liburniam ſedente. Et pariter contra quandam aliam die xvij. Maij, Anno 1531. Et ſimiliter contra quandam Agnetam *du Solier*, à Seneſchallo Petragori. appellantem die xviij. Nouembris, Anno prædicto proximo. Et etiam contra quandam Aliſiam à dicto Seneſchallo Petragoric. appellantem, & latum arreſtum die Martij, Anno. 1536. Et nunc contra Mariam Amigande: &

Ioan-

Ioannem de Treues eius amatorem, & latum arreſtum die penult. aut vltima Auguſti, vel prima Septembris. Anno 1537.

SVMMÆ.

1 *Permutatio non debet laudimia.*
2 *Feudi dominus an à nouo vaſallo exigere poſſit nouum laudimium. & num. 12. & 13.*
3 *Vaſallo per dominum affrancatio quid operetur. & num. 4.*
5 *Feudum permutans an debeat domino laudimium. & num. 6. & 14.*
7 *Præſcribi non poſſunt ea cuius caſus non euenit.*
8 *Conſuetudo allegata intelligitur de poſteriori.*
9 *Conſuetudo vicini loci attendenda.*
10 *Manus mortua quot modis dicatur. & nu. 11.*

Quæſtio CCLXIII.

Quid ſi per pactum inueſtituræ dicatur vaſallum tenere feudum ab aliquo domino ad fidem & homagium ligium, ac etiam deuerium gratiæ feudi mercede, aliàs appellatum rachaptum, & etiam plures recognitiones & præſtationes fidelitatis idem dicant: & vaſallus permutet feudum, ac rachaptus viſis verbis prædictæ inueſtituræ, ac recognitiones debeantur domino ſignanter cum in vna fidelitatis præſtatione dicatur vltra prædicta verba ad mortuam manum, aliàs appellatum rachaptum.

DECISIO CCLXIII.

1 ET † videtur quòd de iure ex permutatione rachaptus vel laudimia non debeantur, vt tenet Alber. in prima parte ſtatuto. quæſt. ex ſtatuto Parmæ cauetur. cum aliis per nos allegatis in §. xvij. verſic. & an ex permutatione. de conſuetudi. feudi. lib. conſuet. Biturig. quia verbo venditionis non comprehenditur permutatio, aut donatio, vel datio inſolutum, nec diuiſio feudi inter fratres facta. vt ibi per Alberic. & Iacob. de ſanct. Georgio. in tracta. de Roydis ſeu operis. verſi. an præſuppoſito ſtatuto vel conſuet. & Bald. in l. ſi domus. §. fin. & ibi Mode. ff. de legibus. Vnde verba inueſtituræ prædictæ videntur ſolum modum vacationis per mortem comprehendere, vt filius aut alius hæres vaſalli extranei vel ab inteſtato, teneatur ſoluere rachaptum, prout eſt de cõſuetudine loci de Thonayo Borono, de cuius directitate ſeu dominio directo dependet feudum vocatum Duſic: prout petitur rachaptus à vaſallo. ac etiam de conſue. comitatus Pictauien. & pariter vice comitatus Pariſien. quod rachaptus ex ſucceſſione collaterali tantum debentur, & non profecto ex venditione vel permutatione, vt habetur in magno conſuetudinario Franciæ titulo de rachaptu feudorum, artic. ſecundo & tertio. ac fin. & artic. xij. incipien. *Item en autre cas de ſucceſſion, comme de vendition ou d'eſchange, rachapt n'a point de lieu.* & dixi in d. §. xviij. ver. ſuprà alle. in fin. de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam, vt de vno caſu ad alium. Tum quia conſuetudo eſt ſtricti iuris: Ideo extendi non debet in regno Neapolitano in capit. poſt mortem titu. de renunt. morte Baronis. & ibi gloſſ. & And. de Iſern. in ſua peregrina lectu. c. j. de feudi cog. & ibi Cardi. Alexand. poſt Bald. alle. Innocen. & Abb. Sicul. ij. de conſue. & plenè Socin. in conſil. clxv. incip. viſis inueſtituris. vol. ij. tertio prætermittendũ. & Franc. de Aret. conſil. cxxxij. in cauſa quæ vertitur. verſic. non obſtat ſecunda ratio. & Decius conſil. cccclxxxiij. nu. xxij. & quæ dicam. Vnde cùm hic in vna fidelitatis præſtatione de manu mortua fiat mentio caſuum mortis deberi rachaptum videtur ſolùm includere, & non alios vacationis ſeu mutuationis vaſalli modos comprehendi: quia qui de vno dicit, de alio negare vid. tur. l. maritus. C. de procurato. & l. cùm ita in fin. ff. de condi. & demõſtra. cum no. in l. prætor. ff. de iudi. & cap. ſuſceptum de reſcript. lib. vj. vt infrà pro parte contraria dicã. Vnde exceptio in caſu facta in aliis caſibus contrarium diſponere videtur. l. j. ff. de reg. iur. & Din. in rub. eo. lib. vj. & ibi dixi in princip. & nunquam hic fuit aliquid ſolutum ratione venditionis vel permutationis per ipſum vel ſuos prædeceſſores vaſallos, vt ſtatim dicam. Facit pro hac parte text. in ca. cùm olim, de cenſibus. ibi, quo ad modum ſoluendi cenſum in vna pecunia non poteſt in alia compelli. ad hoc l. ſi communem. §. ſi is qui. ff. quemadmodum ſer. amit. † Tum alia ratione, quia de iure & v 2
ſu ſeu conſue. generali feudorum dominus directus non poteſt à nouo vaſallo pro iure inueſtituræ aliquid exigere laudimij aut rachaptum, niſi ea quæ continentur in fidelitatis forma, & ad ea quæ ſunt de noua forma fidelitatis, vt tenuit primo Vber. de Bobio in l. ſi quis alia aqua. § final. ff. quemadmod. ſer. amit. quem refert Ioan. Andr. in addit. Specul. ſuper rubric. de præſcri. ver. fuit alia quæſtio Vber. quod latè proſequitur ibi, verſic. vidiſti dictum Vber. vſque ad fin. Et idem Floren. in d. l. ſi quis alia aqua. §. fin. & Martin. Lauden. in c. j. qui feud. dare poſſ. & Iacob. Aluar. in ij. diuiſ. feu. & Iſer. in tit. per quos fiat inueſti. capit. fin. § ſed & Rex. & in ſua lectu. peregrina tit. de renuntian morte Baronis. cum hic videatur eſſe feudum honorificum: quia in omnibus inueſtituris dicitur ad finem & homagium ligium. Et ſic videtur intelligi de feudo gentili ſeu nobili libero & franco. Accedat clemen. paſtoralis. §. curſus. & ibi gloſſ. in verbo, homóque ligius. & ibi Cardin. de Zabarel. de re iudic. ſublata diſtinctione, ſecundùm Ioan. Andr. vbi ſuprà, à quo conceſſio feudi, an ab Imperatore vel ab alio inferiore fuerit facta, quamuis de feudo franco nonnulla in iure fiat mentio. ſecundùm Bald. in l. j. C. ſi à non competen. iudic. † Sed an affrancatio per dominũ 3
facta de vaſallis, operetur liberationem & remiſſionem ſeruitiorum, tributorum, & aliorum obſequiorum, ad quæ ipſi vaſalli tenebantur. Et Bartol. conſil. clxxxix. verſic. quarto, an per ſubmiſſionem. tenet quòd ſic, ſicut patronus remittit libertis ius patronatus. l. fina. C. de bon. liber. non tamen per hanc remiſſionem videtur dominus imperium & iuriſdictionem remiſiſſe, vt ibi per eum. Et iſta opin. Ioann. Andr. fuit original Oldrad. de Laude, in conſi. ccxxxiiij. factum tale eſt: quidam miles. Quia, vt inquit vterque, nos quærimus nobilitatem, libertatem, & franchiſiam ex vi illorum verborum: quæ verba tamen poſſunt non eſſe etiam in infeudatione, quàm alius dominus faceret. Et Alexan. ſequitur Ioan. Andr. in conſil. ij. verſicul. ad ſeptimum argu. & conſil. v. & in conſilio x. verſic. Secundo caſu lib. v. & idem Alex. in conſi. xcviij. num. xvj. & Socin. in conſil. cvij. verſi. præterea. cum ſeq. volu. ij. & Petr. Iacob. in titul. de action. in rem. quæ pro re feuda. competit. & Guido Pap. in quæſt. ccccxv. ante fin. verſic. ſed an dominus & Sicul. in c. ad audientiam. de præſcript. cum aliis per nos allegat. in §. v. & in §. viij. de conſue. feud. lib. conſuetu. Biturig. & vltra idem tenet Guido Pap. conſil. ccxiij. numer. 5. &

ſentit Iacob. de ſancto Georgio in tracta. de Roydis,verſi.habent etiam domini terrarum. & Alber. in ſua ſumma feud. quam poſuit in dictionario. in verbo, feudum. verſic. Vaſallus tenetur ad duo,ſcilicet ad debitam fidelitatis & ſeruitium promiſſum pro feudo,cap.j.§.beneficium. quibus mod.feud.amit.& ſi non poteſt ire cum domino in expeditione,tenetur ibi ad certam partem fructuum feudi illius anni.cap.primo. §. in hoſtem.dę cap. Corra.& hodie eſt medietas cap. imperialem. §.firmiter.de
4 prohibi.feud.alien.per Feder.† Et vltra non poteſt eum dominus grauare.allegat Spec.in titu.de feud. §.quoniam.ver.Et no. quòd vaſalli. & dixi ſuprà q. ccxj.& ccxij.idem Curt. in tract.feud.q.viij. verſic. Secunda principalis ſpecies.& Francil.de Cre.conſil.xiiij. gloſ. in procem. prag. ſanctio. ſuper verbo, Francorum.& Bart.in conſilio lix. commune Spol. vbi ponit etiam, quando datur feudum cum omni libertate & franchitia. & idem Maſuerius in ſua praxi,tit.de feud.quamuis glo.in cap.j.§.illud quoque.in verbo,nihil requiſitus.de prohibi. feud.alien. per Feder. conſeat laudimium ex hoc eſſe debitum. & ipſam ſequitur Cur.c.j.in fin.quę fuit prima cauſa beneficij amit.& Bertran. Caprioli, proųt refert Ioan Raymun.in ſuo feudali Car.& idem ipſe Raymun.li conſentum eſt ſolui,& illam gloſ.intelligit Aluar.in d. §.illud. ſi erat conſuetudo ſoluendi. Et iſtam partem tenet Chaſſaneus lib.conſuetud.Burgund.tit.de feud.§.j.verſicu. item quæro. & in titu.
5 † Sed præcedens eſt ſecundùm quam fuit concluſum pro domino de Ligniraco vaſallo, contra dominum Franciſc. de Turre dominum de Turena dominum directum actorem laudimia petentem ad conſuetudinem leuandi probandam per turbas admiſſum.Et latum arreſtum,die xiiij.Martij,Anno 1529.Præterea hic pactum generale ſaltem indefinitum,quòd vaſallus ſoluat rachaptum, quod quidem debet dominus moderari,argumen. cap. cùm Apoſtolus.de cenſi.x.quæſtio.ij.cap.vltimo. ſaltem moderanda arbitrio boni viri.Et iſtam partem tenuerunt plures ex dominis grandis camerę, & e-
6 tiam inquæſtarum. ¶ † In contrarium videtur, quod rachaptus non debeantur ex permutatione attento inueſtiturę tenore, qui nullam facit mentionem ſpecialem mortis, aut alterius vacationis, ſeu mutationis feudi in alium quocunque modo, etiam ex permutatione facta. c. j. & idem eſt in omnibus alienationibus. de controuer. inter dominum,vt tenet gloſ.ſing in c.ſi propter tua debita.in verbo,vocabuntur empto.quam ibi ſequuntur Anchar.Archidiacon.& Philip.Franciſ.de reſcript.lib. vj. Quia generaliter eſt intelligendum, & vbi lex non diſtinguit,nec nos,&c.l.de pretio. ff.de pud.& l.j.§.generaliter.ff.de legatis præſtan. & argumen.l. pluribus ſtipulationibus. ff.de acceptila.aliàs ſecus, ſi inueſtitura,aut conſuetudo exprimeret vnum caſum ſeu modum , ſcilicet venditionis aut mortis tantùm,ex quo vaſallus minus teneretur ſoluere rachaptum, tunc ad alium vacationis ſeu mutationis vaſalli modum extendi non debet,dicto cap.ſurreptum.& plenè Felin.in c.in noſtra.eod. in antiquis. prout dixi in dicto §.xviij. Et pactum & conſuetudo intelligi debet, prout ſonant, nec vltra caſum ſuum extendi oportet. De pacto inueſtiturę ad quam ſemper eſt recurrendum,eſt tex.in c.de duobus fratrib.à cap.inueſti.ibi,niſi facta fuerit inueſtitura ea lege.& ibi Bald.in l.j.§.ſi conuenerit. ff.depoſit.cum no.in l.ſemper in ſtipulationibus. de regu.iur.cum aliis per nos allegatis in §.vj.& vij.de conſuetu.feud.& Iaſ.conſil. lxxviij.nu.j. vol.j. & conſil. cxiij.num.iij.conſil clxxx.nu.iij.vol.ii.& latè conſil.cxxxvi.num.ii. lib. iiij. qui feudi materia ſemper ſuum reſpicit principium , & dixit Bald.in conſilio ccccxviii.volum.i.& Iaſon in l.ii.C.de iure emphy. & Alexand.in conſil.cccxiiij.lib. & Ludo.de Rom. in ſing.ccccl.xxi.cum aliis allegat.in §.ii.verſicul.Et idem eſt de conſuet.feud. quoniam in quæſtionib. feudalibus volò recte examinare & decidere principaliter & ſubtiliter habet attendere formam & qualitatem feudi,vt dicit Alb.in d.ſua ſumma feud. ver.ſimiles quidam.& Anan. in conſil. viij.i. verſic. Secundo ponitur.& Cuma.conſil.clxi.verſi. Ad generale quæſitum. Et de conſuetudine probatur etiam,quòd non debeat extendi vltra ſuprà allegata Salic.& Docto.in l.ij.ſi rui veſtri. de noxa. & Bal. conſi.vii.verſil. Vnde non abſque dubio.volu.iii.& in conſil.cccexvi.ver.dicendum eſt enim,eod.volu. dicens , ſimile eſſe ſtatutum in regula fratrum minorum.cap.exiet de paradiſo. quia text. dicit,quòd non poteſt glo ſſari , ſed debet ad literam ſeruari, ſicut iacet. Idem prohibuit Imperator de legibus non gloſſandis in l.j.§.noſtram autem.de veteri iure enuclean.vt latius dixi in §.xiiij.verſ. Et ſic dicatur.de conſuc.feudo. Quinimo cõſuetudo dici poteſt quoddam pactum,vt not.in l.ij. C. quæ ſit lõga conſue.& in l.de quibus.ff.de legibus.Et licet caſus non euenerit in ipſo vaſallo,& aliis ſuis anteceſſoribus dominis du Fye , quia feudum non fuit alienatum aut permutatum,nihilominus debentur rachaptus,vt volunt Abb.Sicul.Imo. & Feli.in d.c.ad audientiam.verſic. Inquantum Abb.cum aliis ſuprà in quæſt.ccxj. alleg. 7 † Et quia vaſallus non præſcribit contra dominum iura ſibi debita,quę non conſiſtunt in annua præſtatione,de quibus caſus vel tẽpus præſtandi & ſoluendi non eucnit, vt ibi. & per Docto.in l.rem non nouam.C.de iudi.vbi volunt, quòd licet caſus alicuius legis non euenerit,non ſequitur quin eo aduenientę locum habeat , & Iaſon in l.ſi.ff.de conſtitutio. Et præcipuè,quia ſic dominus de Thonayo Botono dominus directus vſusfructus : & eſt adiectum , vtitur contra alios ſuos feudatarios ſeu vaſallos ab eo tenentes,quando caſus occurrit,à quibus exigit rachaptum,vel cum eo vaſalli de ipſo rachaptu componunt. Et ſic conſuetudo curiæ ſine curtis dominæ decidit hanc quæſtionem,quæ conſuetud. in hoc attendi debet. dict. cap. j. de feud. cogn. vbi dicitur primo, quod particularis & localis conſuetudo eſt in cauſis feudalibus decidendis ſemper attendenda , ac etiam præfertur , & poſtea generalis conſtitutio feudorum , quibus deficientibus , ius commune Romanorum. Et ideo dicit ibi textus,ſtrenuus legiſperitus rigidas feudorum conſuetudines ſic in ſuis retineat terminis , quod non egrediatur vlterius : ſed vbi eſt caſus , qui conſuetudine feudi non fuerit comprehenſus, abſque calumnia vtatur lege ſcripta.quem textum faciunt ſingu.ibi Bald. & Cardin, Alexan.in dicto conſil.v, volum.v. & Cardin. Alexand.in c.j.qualiter feud.olim alien. pote. magni enim faciunt Prouinciales ſeruari ſibi conſuetudinem.& huiuſmodi prærogatiuas. l.obſeruare. §.ingreſſus.quem ibi commendant Bald.& Alber. ff.de offic. proconſul. & legat. vnde dicit gloſ.in dicto capit. j. de feud. cogn. in verbo , comprehenſus. quod in materia conſuetudinis argui poteſt per ſimilitudinem conſuetudinis , id eſt de ſimilibus ad ſimilia. & ibi ſequuntur Iacob. de Bellouiſu, Bald. Aluarot. & Cardinal. Alexand. quia conſuetudines

tudines locales ſunt, & dicuntur in eo loco ius cõmune, dicta l.de quibus.de legib.& Bal.in c.j.§. Imperiales.verſic.Quæro vtrum.de pace Conſtan. dicens, etiam vnamquamque ciuitatem ſuas proprias habere conſuetudines.l.neminem.in fi. ibi,niſi aut conſuetudo ciuitatis.C.de ſuſcept.& arca. lib. x. & in l.vt iudex.ante finem. ibi,ita & eorum lex.de teſtib.in Lombard.& in l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de leg.j. quod eſt hic multum notandum, aliàs vna & eadem res inter plures per dominum à quo dependet diuiſa,diuerſo cenſeretur iure: quod fieri non debet,l.eum qui ædes.ff.de vſucap. Et inconueniẽs ſequeretur, quod particula ſuo non conueniret vniuerſo.cap.quæ contra.viij.diſtinctio. ergo dicere oportet, quod omnia quæ ab ipſo domino dependent feuda eſſe huiuſmodi naturæ, cap. omnes.xvj. quæſt.vij.cum aliis per Luc.de Penna in l. fin.verſi. præterea conſtat Barones & Comites. C. de exactio.tribu.lib.x. Ideo iſte ſoluendi modus inter vaſallos antiquitus obſeruari conſuetus, eſt attendendus,vt iuribus ſuprà allegat. & l.j. C. de paſcuis pub.& in l. j. domini prædiorum. C. de agricol. & cenſitis,lib,xj. & ſequuntur Ioan.de Plat. & Iacob. Rebuf.caſum illius l.& dicunt ſingul.eſſe notãdum, quod ſi conſuetudo eſt, quod colonus ſoluat certum quid, quòd tenetur ad præſtationem illius, licet pactum ſuper hoc factum nõn fuerit. Ratio, quia res intelligitur conceſſa ſecundùm morem ſolitum. & ibi idem Odofre.& Bart. in l. nemo eſt.ff. de duobus reis.& gloſſ.vlti.in l. ex ipſo tempore.& Cin.Albe.Angel.Bald.& Salic. C. locat.& text.in l. fin.& ibi Bald. C. de fideiuſ.& Felin.in cap.ex literis.ver. ſeptima & vltima declaratio. de fide inſtru. & text.in l.ſemper in ſtipulationibus, & in cæteris. de regul.iur. Cæpo.in l.quod ſi nolit.§.qui aſſidua. verſicu.item alleg.iſte text.ff.de ædili.edict.& text. in l.ſi pluribus.§.j.& ibi Bart.Angel.Alber.& Paul. de Caſtr.ff.de aqua pluuia arcen.& plenè per Alex. in l. huiuſmodi. in prin. & ibi Moder. ff. de leg.j.& amplè Iaſon poſt Alberi.in l.vt liberis.ver. item ex vltima parte.text.no.C.de collatio.& Abb.Felin.in cap.cùm M.Ferrarienſis.verſic.Nota.quarto & decimo.verſicu.quinto nota.poſt Anto.Imo. & Bald. ibi,verſicu. ibi, vel eſſe debuerit.de conſtitutio.dicens ibi meliorem text. in iure non eſſe. ad idem text.in cap.ij. de reſcript.ibi, etiam ſi non apponatur.& ibi Cardin.& Imol.in d.conſil.& Alexand.in additio.ad Barto.in d.l.nemo. in verbo, conſuetudo.& Angel.conſil.xxvij.& conſi.cvij.lib.ij.& conſilio xxxvij.lib.iij.& Barbat.in c.tranſlationem. nu. lxx.cum pluribus ſequentibus.de offic.lega.& conſil.v.num.vj.lib.j.& conſil.vij.nu.x.& xiiij.nu. xv.& conſil.xxxvij.& nume.ij.& latius conſil. li. nume. v. volum.ii.& Roma.conſil.xciiii.verſicu.quòd ad ſecundum quæritur.Et ita in hoc concluſum fuit pro domino de Tonenſi contra ſubditos eiuſdem loci, contra quos petebat acceptamenta ſibi ſolui ſecundùm conſuetudinem loci, & aliorum locorum non compoſitorum, quamuis in ſubditorum cenſu & firma perpetua nihil de acceptamentis dictum fuiſſet.& latum areſtum die xvii.April. Anno 1537. & in dicto proceſſu erat aliud dubium, quia in aliquibus inueſtituris erat dictum quòd media acceptamenta eſſent per tenentiarium ſoluenda ſecundum conſuetudinem de Tonenſio, quæ erat redacta in ſcriptis de conſenſu omnium habitantium & tenentiariorum,ſunt 237. anni lapſi, ſecundùm quã integra debebant ſolui.per dict. l. domini prædiorum. quia quamuis non fuiſſet dictum vel aliter in contractu inueſtituræ, quàm in ipſa conſuetudine continebatur, debebat regulari & intelligi ſecundùm conſuetudinem, ad quam ſe remittit, vt voluit Roma.in l.poſt dotem.verſicu.iii. dubitatur.ff. ſol.matr.& ipſum ſequitur Felin. in c. ius generale. ante fin.cum pluribus diſtinct. per text.in l.meta.§. ſi alimento.ff.de annuis lega. † vbi ſi quis ſe refert 8
ad conſuetudinem, & ſunt duæ, intelligitur ſe referre ad poſteriorem derogantem priori,& hoc niſi vltima eſſent præſcripta, vt dictum eſt: ergo vbi non eſt niſi vna, id illam ſolam videtur ſe referre.& idem Rochus ſuper rubr.de conſuetu. q. vj. verſic. opinio.igitur primam.cum aliis per Alexan.conſil. cxxvii.incipien. Viſo teſtamento.lib.i. concludens, quod eadem eſt ratio in parte reſpectu partis, quæ eſt in toto reſpectu totius l. quæ de tota. ff. de rei vendi.l.qui ſcit.in princ. ff.de vſur. & facit text.in l. an in totum. C. de ædific. priuat. niſi illi fuiſſet expreſſo pacto,aut præſcriptione derogatũ,c.ex parte Compoſtellani.& ibi Abb. Sicul.de cenſi. & Imol. in dict.l.domini prędiorum.& Alexan.conſil.v.lib. v.quod eſt ſing.in hoc.& Doct. in locis ſuprà allega.quòd hic non fuit. Et ita ſolus tenui. quia videtur fuiſſe error in notario exprimendo media acceptamenta.poſtquam ſe referebat ad conſue. & etiam vbi non retundet,vt dictum eſt. † Et etiam in 9
caſu noſtro particulari ſi localis non eſt conſuetudo in Curte domini, certè recurrẽdum eſt ad aliorum circumuicinorum locorum conſuetudinem. d. c. j. de feud.cog.& c.catholica.xj.diſt & c.j. & c.illa. & ca.de his.xij.diſtinctio.quia in iuribus realibus perpetuis,& in dubiis vicinorum conſuetudo locorum eſt ſeruanda.cap.ex parte Compoſtellani & ibi bona gloſ.de cenſib.& ſing.text.in cap.ſi per eod.titu. ibi, quòd illud obſeruare tenetur, quod in vicinis prouinciis obſeruatur. & idem in c. cùm olim. de conſuetudine.& vtrobique per Abb. Sicul.& Doctor.in gloſſ & Docto.in l.ex ea.ff.de poſtul.& dixi in §.x.de iuriſdict.om.iudic.libr.conſue. Biturig.& vltra tenet Paul.de Caſtr.in conſil clxv.in præſenti cauſa quæ vocatur matore Hypolen. volum.nouo. & Socin.in conſil.lxxx. verſicu. his tamen non obſtan.cum verſic.ſequen.volum.j. Sed ſic ſeruatur in comitatu Pictauienſi.vt habetur libr.eiuſdem conſuetud. articul. cliij. vbi exponitur manus mortua, de qua in vna ſolùm recognitione fidelitatis, vt dictum eſt,fit mentio.ſcilicet per mortem, aut aliam mutationem vaſſalli rachaptum ſolui debere: & ſic omnem mutationis perſonæ vaſſalli comprehendens modum. Et pariter per inueſtituram prædictam,poſito quòd in forma eſſet probante, de manu mortua loquentem, † exponere manum mor- 10
tuam,rachaptum eſſe appellatam. Et ſic non ſolum caſum mortis,ſed aliam vaſſalli mutationem ad ſolutionem rachaptus faciendam comprehendere: quamuis manus mortua aliter ſumatur, ſcilicet, quando transfertur in eccleſiam,c.j.de immut. eccl. lib. vj. quæ nunquam moritur, imò eſt perpetua.l. iubemus nulli.C.de ſacroſanct.eccle. & c.ſi gratiæ. de reſcrip.in vj. & tenet Maſuerius in ſua praxi, tit. de loca.verſ.item ſi res data fuit.& Docto. in l.v.vbicunq. & ibi dixi,quando liceat rectoribus eccleſiæ acta anteceſſorum ſuorum reſcindere in Lombard.quoniã ſine principis permiſſu,ſeu eius amortizatione non poteſt in eccleſiam, aut aliam mortuam manum transferri,l.ſi. & ibi Alb.ff.vt in poſſeſſ.lega.& per illum tex.tenet Bal.in rubr.ff.de rerũ diuiſ.verſ.ſed quid.& Abb.Sicul.in conſil.iij.in fin. vol.ij.& Guliel.Benedict.in ſua repe.nu.ccccxciiii.

cum sequen.cum aliis per nos allega.in §.j.& in addit.in verb.a mortizatione. de iurisd. omn.iudi.lib.
11 consuet. † Vel aliter manus mortua appellatur, secundùm loci consuetudinem, quando aliquis dominus homine suo sine liberis defuncto c. bona illius, secundùm Iac.de Aret.& Cin. in auth.sed episcopalis dignitas.C.de episc.& cler. & idem Cin.in l.voluntariè.in q.vltim. C.de excusa.tuto.cum aliis per nos alleg.in §.vj.de testa.lib.consuet.Biturig.& hic per discursum Guido.Pap.in consi.ccxliiij.ideo.
12 Et ista pars est verior, † quia certum est de iure ac vsu feudorum dominũ nihil à nouo vasallo ratione fidelitatis & mutationis personarum exigere posse, vt suprà §.parte dictum est, nisi secundùm Io.Andr. in d.tit.de præscr.& Ale.in d.consil.ij. fuerit deductum in pactum speciale in prima feudi concessione, l.vt iurisiu. ff.de oper. libe. quoniam quilibet in traditione rei suæ talia potest apponere pacta, qualia vult.vt iurib.suprà allę & c.verum. de cond.appo.& c.Eleuterius.xvij.q.ij.& l.in re mãda. C.mãd.
13 † Vel nisi sit consuetudo in patria.quę sic interpretatur nouum vassallum in omni casu mutationis rachaptum soluere debere: quia tunc tenetur per supra alle & dixi in §.de consue.feud.lib.cõsuetudinum Biturig. Vnde cùm hic ambo sint, pactum scilicet,& consuetudo particularis inter alios vassallos eiusdem domini cuius est, & dependet feudũ prædictum, ac pariter generalis consuetudo in vicino
14 comitatu Pictauien. † quare tenetur rachaptum soluere. Et ita fuit conclusum in Tornella, & ibi dispartitus nemine discrepante, quia fuerat quippe in grandi camera primo, & etiam secundò in camera inquæstarum partitus.

SVMMÆ.

1 *Confiscatio duplex, à quo fiat.& num.2.3.& 5.*
4 *Episcopi qui habent territorium & iurisdictionem temporalem.*
6 *Confiscata bona an fisco Regis vel dominis locorum applicentur.*
7 *Feudum confiscatum an fisco vel domino applicetur, & nn.8.& 9.*
10 *Confiscatio quando fiat ipso iure,& quando ope exceptionis.& nu.11.& 12.*
13 *Confiscatio quando fiat ob incestas nuptias.*
14 *Nuptiæ illicitas scienter contrahentis, an bona deferantur ad proximiores, vel ad fiscum. & numero 16.*
15 *Confiscatio non fit nisi in crimine hæresis, & læsæ maiestatis.*
17 *Consanguinei intra quod tempus petere debeant bona contrahentis incestas nuptias.*
18 *Matrimonium nec præscribi, nec contra id præscribi potest.*
19 *Præscriptio iurium Principis, quando habeat locum.& nn.20.*
21 *Præscriptio contra fiscum quando locum habet. & num.22.23.24.& 25.*
26 *Matrimonium nullum, an ex superuenienti dispensatione confirmetur.*
27 *Matrimonium an contrahi possit sub conditione, si summus Pontifex dispenset.*
28 *Dispensatio matrimonij, in qua fit solum mentio de affinitate, & non de publica honestate, quando valeat.*

Quæstio CCLXIIII.

An soror alicuius incestas nuptias, vel alio modo illicitas scienter contrahentis possit post mortem taliter contrahentis (qui in talibus illicitis nuptiis duobus aut tribus manserat annis, ac duas quas habuerat filias hæredes instituerat) petere eius bona, & se tanquam proximiorem dicere saisitam, & manuteneri facere, vel pertineant ad fiscum. Secundo si dicta soror, aut alij parentes sint admissibiles, intra quod tempus ad eorum actionem intentandam venire & experiri debeant.

DECISIO CCLXIIII.

LIT † primò præsuppono duplicem esse confiscationem, vnam scilicet extraordinariam, quam in casibus à iure non expressis solus Princeps facit aut alij iudices iurisdictionem habentes supremam: & non profecto alij inferiores sine Principis iussu. l. vna & ibi Ioan.Fab.Bald.Angel.& Sali. C. ne sine iussu Prin. certis iud.liceat confisca.& Iason consil.xlvj.incip. Pro fisco regio facere videtur, nume.j. volumin.iij. 1
† Aliam ordinariam, quam similiter in casibus à iure, statuto, vel consuetudine permissis omnes iudices merum imperium ratione territorij habentes, & non alij, facere possunt, vt ibi per Doctores. & Alber.in iij parte statuto.quæst.xxviij. ver.Est etiam aduertendum.& Paris de Puteo in Syndic.tit. de excessib. baronum. ver. & aduertendum. vsque ad fin.Et aliquid per Bald. in l. illicitas. §. qui vniuersas.ff.de offic.præsid.Ioan.Andr.in addi.Specul. titu.de feud.§.quoniam. versi.xl. in verbo, cap. j. §. domus. ibi, item sciendum duplicem esse confiscationem, cuius verba sunt Oldrad.consil.xvij.versic. & sciendum. & idem Mart.Lauden. in tracta.de fisco.§.j.& ij.& Iacob.de sanct.Georg.in tract.feud. in verbo, cum mero & mixto imperio. ver. sed an inuestitus.& in tract.de Roydis seu operis.versicu. sed circa hoc dubitatur. & Rapha. Fulgos. consil.j. incipien.illustris dominus Comes Papiæ, & Felin. in capit.ex literis.ver.tertia declaratio.de consti.& Iason in l.imperium. ff.de iurisdictio.omn.iudic.& Franc.Purpur. in l.quæcunque.nume.cccccxlvi.ff. de officio eius cui.† Quia confiscatio, vt inquit Alber.ac cæteri suprà allegat.fit ratione iurisdictionis territorio cohærentis.l.final. C.vbi & apud quos in integr.restit.postul. & ob illius territorii defectum episcopi non possent confiscare. quod patet, quia sententias suas (licet diœcesim habeant) non exequuntur, sed iudices seculares, vt authent.de sancti. episcopi.§.si quis autem litigantium, quæ est signata super l.episcopale.C.de episcop.audien.& ibi gl. & Docto. si enim territorium haberent per consequens iurisdi.in laicos in eorum vel ecclesiæ territorio delinquentes: quam tamen non habent. Et idem dicit Sicul. in cap.cùm sit generale. de foro compet. & Aufre. in repetitio. cap.ii. in iiii.reg.& fallen.xviii. 2
† Tamen sunt plures episcopi, qui secundùm Alber.de Rosat.habent ab Imperatore & Rege Franciæ territorium & iurisdictionem,& vocantur duces & comites; vt sunt sex ex xii. paribus Franciæ,& multi alii in regno,& Abbates & Priores habentes iurisdictionem, & illam per officiarios exercentes, capit. vlti.ne clerici vel monachi. libr. vj. aliàs Alber. putat eos nullam habere iurisdictionem territorio contrahente, licet ratione diœcesis in spirituali,& rebus ecclesiasticis habeant iurisdictionem & executionem capit. cùm episcopus. de offici. ordina. eodem libro, vt dixi in §. xv. de iurisdictione omnium iudicum. libr. consuetudin. & per Dominicum & Philippum Franc. in capit.j.§. Et cum iuxta Parisien. de cleric. coniug. lib. vi. & ita pluries dictum fuit per aresta tam Parisiis, Tholosæ, quàm Burdegalæ lata, vt habetur 3
in sty-

in ſtylo Parlamenti in iiij. parte de areſtis. §. xxvj. &
5 ſequen. & §. xxix. & §. xlvj. † Credit tamen Alberic.
eſſe in crimine hæreſis ſpeciale, in inquiſitore hæ-
reticæ prauitatis, & epiſcopo: qui non habet terri-
torium, & tamen confiſcare poſſunt bona hæreti-
corum. cap. cùm ſecundùm leges. de hæreti. lib. vj.
de quo per Alexand. in additio. ad Bartol. in rubric.
C. de iure fiſc. libr. x. & Bald. in rubr. C. de priuileg.
fiſc. qui licet non habeant (vt inquit) fiſcum, tamen
de conſuetudine cõtrarium ſeruatur. Et idem Gui-
do Papæ quæſtione lxxvj. & Abb. Siculus in capitu.
vt clericorum. de vita & honeſta. cleri. & in cap. li-
cet. de pœnis. aliquid infrà dicam in ii. q. & Aufred.
in dict. clemen. i. num. iii. & Guid. Benedictus in ſua
repeti. capi. Raynutius. num. ccxliii. Aduerte tamen
quòd de conſuetud. & ſtylo curiarum Francia do-
mini temporales etiam alti iuſtitiarii merum im-
perium habentes non confiſcant, ſeu non declarant
bona eſſe cõfiſcata, ſed ſolùm Rex dominus noſter
6 ſupremus & iudices & officiarii ſui. † Sed an tunc
bona confiſcata applicentur fiſco vel dominis à
quibus dependent, ſiue ſint feudalia, ſiue emphy-
teuticaria, quoniam cætera fiſco applicantur, l. quiſ-
que. C. ad legem Iuliam maieſtatem. & l. fina. ff. eo-
7 dem titulo. & in his nullus diſcrepat. † Sed in
feudo ſunt opiniones. Speculat. enim in titulo de
feudis. §. quoniam. verſicul. xl. dicit quòd in cri-
mine læſæ maieſtatis etiam feudalia fiſco applican-
tur, quæ per ipſum vendi debent, & pretium in-
ter eos diuidi, vt princeps pro æſtimatione vti-
lis dominij, & dominus aliam partem pro æſti-
matione directi capiat, per l. qui ſolidum. §. j.
ff. de legatis ij. cum aliis per eum allegatis. Et i-
dem ſeruatur ſecundum eum in crimine ince-
ſtus & hæreſis, & aliis quòd in crimine læſæ ma-
ieſtatis. Nec intereſt (vt inquit) ſiue res ſit feudalis,
ſiue emphyteuticaria, ſiue libellariæ conditionis.
cap. vno. de feudo non habente propriam feudi na-
turam. Nam huiuſmodi contractus eiuſdem ſunt
naturæ, vt per gloſſ. & Doctores in authent. ingreſ-
ſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & gloſſ. in l. ſi finita. §. de
vectigalibus. ff. de damno infecto. Et Petrus Elias
in repeti. §. lex itaque. titu. de feudis. quæſtion. vlti.
& ibi dixi in additione in authenti. de non alienan.
aut permutand. rebus eccleſ. quam impreſſoribus
imprimendam dedi. Et iſta fuit opinio Guidonis
de Suza. in ſuis ſtatutis. verſicu. Sed pone quæſtion.
de facto, quem ſequitur Albertus de Gandino in
ſua crimin. praxi, titu. de pœnis reorum. verſi. Item
pone quòd in ſtatuto contineatur. & pariter Alber-
ri. in tertia parte ſtatutorum quæſtio. xvj. & in au-
thentic. ſi verò dominus temporalis. C. de hære.
& tenet Maſuer. in titul. de pœn. in caſibus tamen
priuilegiatis, quibus bona fiſco adiiciuntur, ſed
non in alio crimine non priuilegiato: quia tunc bo-
na ad dominos in quorum iuriſdictione ſunt ſita
ſpectant, dato etiam quod proceſſus fuerit coram
iudice regio agitatus, & ſententia confiſcationis
per eum lata, l. fina. C. de exacto. tributo. libr. x. &
idem Ægidius Bellamera conſilio xv. exordiente,
factum eſt tale, Ecce Petrus. vbi recitat primò opi-
nionem. & in verſiculo, Quartò quæritur. Sed opi-
nionem Speculatoris ſequutus eſt Collect. in capit.
ex parte. ver. Quid ſi vaſſallus meus committat cri-
men læſæ maieſtatis. & Angel. Aret. in tractat. ma-
leficio. in gloſſ. Et eius bona publicamus. Et pro
hac parte videtur textus in capit. j. & ibi Cardin. A-
lexand. verſicu. Nota quod condemnationes pecu-
niariæ. & in §. ruſticus. de pace tenenda & eius
violatione. ſed illum textum intelligit, quando
feudum confiſcatum erat proprium delinquentis:
ſecus ſi erat dependens à feudo domini particula-
ris, tunc ad ipſum dominum & non ad Principem
pertinet, dict. §. illud. de prohibita feudi alienatio-
ne per Feder. Sed Bartolus in dicta l. ſi finita. §. ſi de
vectigalibus. de damno infecto. in ij. quæſtion. te-
net contrarium, quod feudum non confiſcatur in
præiudicium domini directi. cap. j. ſi vaſſallus feudo
priuetur. & cap. ſi vaſſallus culpa. ſi de feudo fuerit
controuer. & in cap. j. de eo qui interfecit fratrem
domini ſui. & dict. §. illud. de prohibita feudi alie-
natio. & idem Bartolus in dicta authenti. de non a-
lienand. aut permutand. rebus eccleſ. §. j. Et ipſum
ſequitur Baldus in l. j. C. de bonis libertorum. & i-
dem tenet Ioannes Faber in authent. bona damna-
torum. quæſtio. penult. C. de bonis damna. per tex-
tum in clement. j. de pœnis. & in cap. Felicis. eodem
titu. libr. vj. & bonus textus in clementi. ij. de hære-
ti. & text. in dict. authent. ſi verò dominus tempo-
ralis. ibi, ſaluo iure domini principalis. & ad idem
text. in capitu. excommunicamus. §. moneantur. de
hæreti. & in l. ſi quis presbyter. ibi, exceptis his fa-
cultatibus. & ibi, neque enim iuſtum eſt bona &c.
C. de epiſco. & cleri. & in l. cùm ratio. §. ſi in liber-
tinum. ff. de bonis damnatorum. & in l. eum qui. ff.
de interdictis & relegatis. & l. via conſtitui. §. ſi
fundus. & ibi Flo. §. de ſeruituti. ruſtico. prædio. niſi
dominus ſecundùm Ioann. Fabr. fuerit negligens
in corrigendo, tunc ad ſuperiorem deuoluitur co-
gnitio cum ſua cauſa cap. Romana. §. notoria. de
cenſibus. libro vj. & idem Felinus in dicto §. moue-
antur. ibi, Notationem ſaluo iure. ſed in crimi-
ne læſæ maieſtatis, dominus cognitionem non ha-
bet, ſed captionem. & iſta opinio Bartol. videtur
communis ſecundùm Imo. Ludo. & Alexand. in di-
cto §. ſi de vectigalibus. & idem tenuit Cæpola.
conſil. lxxx. & Iacob. de ſancto Georgio in quæ-
ſtion. feud. quæſt. xviij. & Doctor. in cap. cum ſe-
cundùm leges. & Bald. & Aluar. in dicto cap. j. §. il-
lud. de prohibita feud. aliena. per Feder. ¶ †Quid §
dicendum eſt tam de iure quàm conſuetud. Fran-
ciæ. De iure enim Lud. de Rom. & Imo. in dicto §.
ſi de vectigalibus. quos ibi ſequitur Alexand. verſi.
Sed puto. verſicu. item addit hic vnum: diſtinguunt:
aut enim feudum eſt tale, quod non ſit tranſmiſſi-
bile in hæredem extraneum, & tunc non deuolui-
tur in fiſcum: quia illa quæ non tranſeunt in talem
extraneum hæredem, in bonorum publicatione
non veniunt, l. cum ibi notatis per gloſſ. Bartol.
Bald. & Salicet. C. de bonis liber. Sinautem feu-
dum eſt in hæredem extraneum tranſitorium, quo-
niam tali fuiſſet pacto conceſſum, iuxta capit. feu-
dum. ſi de feudo fuerit controuer. inter domin. &
agnat. tunc feudum in fiſcum tranſire poterit, ad
quem etiam tranſeunt ea quæ ad extraneos hæ-
redes tranſire poſſunt, per nota. in dicta l. j. de bonis
libert. Et hoc feudum apud fiſcum durabit, quan-
tum penes vaſſallum fuiſſet duraturum. argument.
l. lex vectigali. ff. de pigno. & capitu. primo. §. fina.
de capit. Corra. † De conſuetudine verò regni §
Franciæ (cùm feuda & iura emphyteuticaria ſint
ad inſtar patrimoniorum redacta, vt tenet Alberic.
in l. final. C. de iuriſdictione omnium iudicum. &
plenè dixi in §. j. de conſuetudine feudorum. libro
conſuetudinum Biturigum. & ſuprà in pluribus
quæſtionibus.) tranſit in fiſcum, ſi ab eo depen-
det, & pro hac parte eſt deciſio Oldradi formalis
in dicto conſilio xvij. dicens hanc conſuetudi-

nem esse in regno Franciæ generalem, quòd bona mobilia clericorum applicantur Episcopis: immobilia verò dominis temporalibus, à quibus tenentur, habentibus tamen omnimodam iurisdictionē. Et idem refert Ioan. Andr. in additio. Spec. in titu. de feudis. §. quoniam. versi. xl. & Petr. de Anchar. in regula iuris, ea quæ fiunt. quæst. xxij. & Aufr. in repetitio. clemen. j. regula quarta. ij. fallen. de officio ordina. & Bellamera. in decisi. dccxxv. incipien. pro introductione quæstionis. Et secundum hanc consuetudinem fuit iudicatum, vt patet per arestum in magno consilio latum, vt habetur in stylo Parlamenti, quarta parte. §. 50. cum aliis per nos allegatis in §. xj. de iurisdictione omnium iudic. Et sic ecōuerso, quando laicus tenet feudum aut emphyteusim ab ecclesia, & eius bona ob delictum publicantur; tale feudum ad ecclesiam, à qua dependet, reuertitur. cap. in quibusdam. & ibi Henric. Bohic. de pœnis, & dict. cap. Felicis. eodem tit. lib. vj. & tenet Alexand. consil. lxxxix. lib. iiij. quod quidem de verbo ad verbum repetitur. lib. ij. nu. xxiij. licet decisio capellæ Tholosanæ quæst. cccxcv. velit in hoc casu etiam quando ex consuetudine aut constitutione transitorium est feudum ad extraneum, quod non transeat in fiscum: sed ad dominum, vel ad illos qui admitti debent excluso feudatario, de quibus in dict. l. eum qui. de interdictis & relegatis. sequendo Bar. in d. §. si de vectigalibus. & in l. iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. & in consi. lv. exordiente, Dominus amatus, & ibi de Bellenzinis in additioni. & Guido Pap. in d. quæstio. lxxvj. quæst. cccxlj. & Bald. in l. j. quæst. xl. ff. de rerum diuisio. & Ægid. Bellamera consil. xxiij. incipien. Quidam bastardus. Et hanc opinionem Bart. sequutus fuit Angelus in d. l. j. de bonis libertorum. & in l. eorum. ff. ad legem Iuliam maiesta. & Alex. consi. lxxxviij. volum. ij. & Cur. consil. feudorum. iiij. versic. Fortificatur hæc opin. contra Bald. & idem in tract. feudo. in viij. & vltimo tract & Iason in l. ij. versi. sed si alias delinqueret. C. de iure emphy. & Bru. consil. xxxj. versi. circa secundum. & hæc opi. consulen. videtur limitare opin. Spec. suprà relatam. Vnde eius opin. nec opin. Bart. (quæ communis est) in hoc seruatur regno, prout intellexi: quoniam iura & capitula feudorum, super quibus Bart. se fundat loquuntur (vt dicit Alber. in prælleg. q. xvj.) in domino vel vasallo contra dominum, vel econtra, committente offensam & feloniam: sed non profecto in delicto, ex quo bonorum sequi debet publicatio: & verum dicit, vt intuenti patet. Tum appellatione bonorum fuit feudum & emphyteusis, vt tenet Speculator in titu. de loca. §. nunc aliqua. versicu. clviij. Ergo omnia & quæcunque bona (vt fieri solet) publicata fuerint, & fisco applicata, venit feudum absque dubio, maximè in hoc læsæ maiestatis crimine & aliis priuilegiatis, vt clare decidit text. in l. quisquis. in princ. ibi bonis eius omnibus fisco nostro additis. & in §. filii. vbi clarus est text. licet ibi Salic. in primo contratio sequatur distinctionem prædictorum Lud & vtriusque Imo. remittens se ad per eum dicta in dict. l. i. de bonis libertorum. Et idem dicitur in falsificante monetam auream, vel argenteam Regis domini nostri, vt in l. ii. C. de falsa moneta. in princip. vniuersas eius facultates fisco nostro præcipimus addici &c. Et sic videtur de stylo curiarum Franciæ seruari, vt refert (vt dixi) Gallus in arestis per eum recollectis. versic. iura regia consuetudinaria & cætera. vbi loquitur generaliter, non tamen in individuo de feudo. † Et aduertendum est, quòd hæc bonorum confiscatio, quæ fit secundum Alber. & Doctores suprà allegatos in casibus à iure permissis, quandoque fit ipso iure, quandoque per sententiam: & tunc aut quis delinquit circa res extra deuectum exportari prohibitas. de quo dixi suprà in quæstione incipiente, an licitum sit mercatoribus, aut circa personas. Et subdistinguit, quia aut delinquit circa seipsum, vt se interficiendo, alicuius tamen sceleris conscientia obstrictus: & lite super eo contestata, tunc bona non ipso iure, sed per sententiam publicantur. l. in fraudem. §. eius bona. & §. sequen. ff. de iure fisci. de quo per gloss. & omnes insuper Lud. Bolog. in secundis interpreta. in l. ii. C. qui testamenta facere poss. & Bar. in l. iii. §. fin. ff. de bonis eorum qui mor. sibi, † Aut delinquit in se & in alios, vt in 11
Deum & Principem. In Deum, errando in fide, vel credendo, vel tacendo hæreticis: vel etiam si de Christiano fiat Paganus vel Iudæus: vel in Principem committendo crimen læsæ maiestatis: tunc in his casibus necessaria est sententia, & ea lata, bona sunt ipso iure confiscata. dicta l. quisquis. ad legem Iuliam maiesta. & l. ex iudiciorum. ff. de accusat. & l. post contractum. ff. de donationi. & l. i. C. de apostat. & tenuit Din. quem sequuntur Barto. & Alber. de Rosa, in l. i. §. an bona. ff. de iure fisci. Hodie tamen in crimine hæresis ex die commissi criminis bona sunt ipso iure confiscata, licet non fiat eorum apprehensio, nisi lata demum sententia super crimine. dicto capitulo cum secundum leges. Et etiam de iure ciuili in crimine læsæ maiestatis perdit bonorum administrationem. dicta l. quisquis. §. penult. vbi Buynard. in repetitio. & dicta l. ex iudiciorum. & l. donationes. §. fina. ff. de donationibus. & l. Imperator. ff. de iure fisc. & Alber. de Rosa. in l. commissa. ff. de publica. & Socin. consil. lvii. numero xviii. volumine iiii. † Aut delinquit in 12
se & in alium, vt in Deum & legem, accipiendo in vxorem filiam sororis vel neptem, aut aliam consanguineam prohibitam, vt in casu nostro, & tunc secundùm eum ipso iure bona publicantur, in authentic. de incestis nuptiis. §. sancimus. dum tex. ibi dicit, mox. & idem in auth. incestas nuptias. C. eod. tit. & vtrobique per glo. & Docto. insuper Angelus & Ludouicus Bologninus in secundis interpretationibus in dicto §. sancimus. & in dicto capit. cum secundùm leges. Alios casus distinctionis, vide per Albericum, vbi suprà. Et quòd in hoc casu bona tales contrahentis nuptias sint ipso iure confiscata, tenet Alberic. in dicta authentic. incestas. & gloss. & Doctores in l. criminali. C. de iurisdictione omnium iudicum. & in l. ii. C. de bonorum petition. sublat. libr. x. quæ opinio communiter approbatur, per Dominicum Ancharan. & Philippum Franeum in verbo confiscationis. in dicto capitul. cùm secundùm leges. & Brun. in consilio xxxi. incipiente, In casu dominorum priochæ. versiculo, cæterùm obiicitur. & magis amplè Franciscus Curtius in consilio lx. incipiente, Dux Maria. versiculo, venio ad secundum. cum duobus sequentibus. & Ægidius Bellamera in consilio ix. versiculo, Ad primam igitur. & idem Francisc. Lucanus in tractatu de priuilegio fisci. in ij. quæstione principal. versiculo, cùm verò dicantur bona publicari. & Felinus in capitul. Rodulphus. versiculo, Vltimò quia textus hic de rescript. insuper in versiculo. sed declarato. vbi ponit quæ verba sunt latæ sententiæ vel ferendæ. & tenet Corneus in consi. lxxxix. volu. iij. & Petrus Iacob.

cob.in suo opere, tiul. de actio. in factum Paulia.& Bartol.in l.Imperator. & in l.j. §.an bona. ff.de iure fisci.& Abb.Sicul.in cap.cum nobis. & ibi Fel.versi. Dum etiam Dominic. de præscri. & glos.pragmat. sanctio.tit.de pacifi.possello.§.ordinari.in verbo,declarent. & ita habetur in ordinationibus regiis. Sed aduerte, quòd possessio nullo modo quæritur fisco nisi apprehendat eam,vt voluit Angel. in additio.ad Bart.in l.j.C.de bonis vacan.lib.x. & dixi in quæst.
13. incip.Quia hæc quæstio. ¶ †Secundò præsuppono an dicta authent.incestas. de incestis nup. quæ vult bona nuptias incestas scienter contrahentium, debere fisco ipso iure(nisi haberent liberos ex alio matrimonio legitimos, qui tenebuntur alere ipsum patrem) applicari & confiscari: habeat locum in contrahentibus incestas nuptias ratione generis tantùm, & non in aliis nuptiis alio modo de iure ciuili prohibitis.Et Iacob.de Arc.Cin.Bald.& Salic.in d.auth. incestas.tenent, quòd non, quia pœnæ sunt restringendæ,&interpretatione. ff.de pœnis. licet glos.ibi, quam sequuntur Bartol.& Ioan.Fab. teneat contrarium,& imo etiam in aliis,& Ang.post gl.in auth.de incestu.nupt.§.j.vnde sumitur d. auth. incestas. C.eo.in verbo illicitas:& secundum Angelum hæc opinio est vera,quòd ille titulus locum habeat in nuptiis generaliter illicitis. & idem tenuit Azo. in summa. pro quibus facit text.in clementina prima in fin.de consang. & affinita. Sed pro prima communi opinio.vltra iura per ipsos allegata contra glo. & sequaces facit text.in ca.cum secundum leges. in princ. & in d. clementina vna.de consan.& affin. ibi, consanguinitatis & affinitatis;aut cum monialibus contrahere, nec non religiosos & moniales ac clericos, &c. vbi enumerantur sex casus.Vnde si vltra illos aliquis cõtrahat matrimonium, non comprehenditur, secundum glos.j.ibi, exemplum,vt si quis contrahat cum aliis maritata,vel Iudæa, aut Pagana vel cognata spirituali, in quibus casibus non tenet matrimonium, tamen cùm constitutio illa sit pœnalis, non est extendenda vltra suos casus: & illam glossam sequuntur ibi Paul. de Leaza.Guliel.Matthæ.Card.& Imol. & ista est communis secundùm Salicetum & Alex. in additio.ad Bald.in dicta authent.incestas.& idem Albe.ibi.& Ioan.Fab.in §.si aduersus.sibi contrarius. instit.de nup.& etiam Bartol.sibi contrarius in l.si gener.ver.Quæro & reuoco in dubium.ff.de his quibus vt indignis,referens Richar. Malum.& Oldra.ita tenere. & idem Paul. de Castro in consilio cccclvij. incip.Viso dicto puncto occurrunt dubia. versic. Nec obstat opin. illarum glos.volumin.nouorum.& Iac. de Bellouiso in dicta auth.de incest.nupt.§.j.in j.qu. Nec obstat ille text.super quo se fundat glos.quæ littera est copulatiua quæ requirit vtrunque: vel exponitur,secundum Cin.Albe.& Doct.pro id est.Et istã partem tenet sing.l.Alexan.in consil.ccxvix.num.vj. volum.vj.qui allegat Anchar.in consi. cccl.xxiij.inci. In Christi nomine. videtur prima facie dicendum, quod ista pœna incesti. sed est secundum numerum istorum. ccc.xcj. quod est singulare dicens in versic. Postremò, quod quò ad pœnam incestus debemus distinguere inter matrimonia prohibita iure positiuo,pura iure canonico vel ciuili,vt not.in l.fin. ff.de ritu nupt.& in l.qui contra legum. C.de incest. nupt. Sed in prohibitis iure diuino non admittitur excusatio vel allegatio erroris ad euitationem pœnæ: secus in prohibitis iure positiuo quò ad pœnam corporalem vel quo ad bona, vt not. Cin.in d.l.qui contra & Bartol.in l.si adulterium cum incestu.ff.de adulter.Sed in casu.de quo infrà dicam,habuit dispẽ-

sationem super consanguinitatis gradibus, quæ fuit per episcopum vel eius officialẽ interuenta,& postea publicè contraxerunt:ergo præsumitur quòd errore iuris canonici positiui ad hoc profiterint, vt voluit Barto.in d.l.si adulterium.& est text.in d.l.fin.de ritu nupt. quia error iuris est lata culpa, vt not.in l.liberorum.ff.de his qui no.infa.Hęc autem non punitur pœna corporali,vt not.in l. in actionibus. ff.de in litem iurand.& tenet Bal.in consi.cij.incipien. Verba matrimonij.volum.iij.& Cæpol.in consi.xxxv.versi. Secundo veritas. & Alexand. in consil.lxxv.volum.j. Et ad euitandum pœnam sufficit quacunque ratione ductus fuerit quis iusta vel iniusta ad gerendum actum licitum de genere permissorum, vt est matrimonium,&ita matrimonij prohibitionibus iure canonico introductis sentiendum est, vt ibi per eum: quia in casu suo vnus cognouerat sponsus vnam ex sororibus,& cum alia postea contraxit publicè matrimonium. Vnde non debet puniri pœna dictæ auth. incestas nuptias. Et ipsum sequitur Decius in consil. cclxviij.num.v.qui allegat Dominic. de sancto Gemin.in consilio lxxj. qui respondet ad dictam clem. j.quæ perseuerat pœnas legales. quia intelliguntur reseruatæ in casibus, in quibus sunt positæ & idem tenet Caldi.Alex.olim Præpositus in tit.de consang. & affini.in.lij.vt ibi per ipsum. Itẽ in pœnalibus de vno casu expresso ad alium non expressum non fit extensio,capit.primo.de homicid.libro sexto.& cap. statutum.de elect.eo.lib.& tenet Curt.in consil. xxj. versi.Quod autem iste casus.& Albe.Brun.in consil. xlj.versi.Mouetur,quia in pœnalibus. & Soc.in consi. cclxxv.versi.confirmatur & secundo.& Cæpo. in cõsil.lxxij.& Hippoly. de Marsi.in l.si quis viduam.ver. Sed posset quis subtiliter inquirere.ff.de quæst.cum aliis ipsum alleg. in terminis pulchrè Rapha. Cuman.in consi.cl.iij.incip.Visis inquisitionibus. Et iuris ignorantia excusat in hoc à pœna confiscationis bonorum, secundum Bar.& Doct.suprà alleg.& Rom.in consi. ccccevj.versi.ij.quia.Et hoc quando palam & publicè contractum & celebratum fuit, vt hic. Tamen etiam propter clandestinitatem matrimonium non esset nullum,vt tenet Abbas Sicu. in c.j.de clandestin. despon.& Decius in consil.ccxxxj.nu.vj. Et supradictam conclusionem tenent Docto.in l.fin.ff.de condi.sine causa. & ibi videtur esse tex. in vtroque casu. Nam propriè incestus est consanguineorum vel affinium abusus.l.in.cestæ nuptiæ. ff.de ritu nup.& Doc. in locis suprà allega. & in cap.consanguineorum.iij. q.iiij.& ibi Dominic.&de Turre Crema.Et sic constitutio pœnalis non videtur habere locum in contrahentibus matrimonium, etiam in gradibus de iure canonico,& non ciuili prohibitis,secundum Calde.in consi.ij.tit.de consang.& Bald.nouel.in tracta. de dote.in xj.parte ver.Si autem essemus in alio impedimento.tamen Card.de Zabarel.in capit.& si necesse.quem ibi sequuntur Abb.Sicul.in fin.vlt.quæst. & propositi.Mediola. de donat. inter virum & vxor. tenent contrarium.& idem Signorol. de Homed.in consi.xxv.incip.Factum sic proponitur.nunquid pro nuptiis alias cõcessis de iure ciuili. Et sic in casu nostro posset habere locum tamen pœna dictæ auth. incestas non habebit locum in matrimonio contracto & prohibito ratione affinitatis,quę oritur ex copula illicita.ca.discretionem.& c.fraternitati. & per totum.de eo qui cogno.consangui.vxo. suæ. & Abb. Sicul.in c.sponsam.de sponsa.etiam si de ea non fecit mentionem in dispensatione consanguinitatis, vt bona confiscari debeant, cum affinitas de iure ciuili ex tali illicita copula sit incognita, vt tenet gl.quem

ſequitur Ioan.Fab.in §.affinitatis.ante finē. & etiam Chriſtopho.Porcus.inſtitut.de nup.& idem Io. Fab. in l.unj.C.eodem titu. & Cornel.in conſilio cxiiij.& Anchar. in dicto c. diſcretionem.in vij.notabil.per text.in l.non facile.§.affines. & §.ſciendum. de gradibus quamuis gl.ibi dicat contrarium, per textum in l.& nihil intereſt.& in l.adoptiuus.§.ſeruiles.ff.de ritu nuptiarum.& Ang.Aret.in dicto §. affinitatis.& Felin.in capit.per tuas. in ſecundo notab. de probat. Et hoc ad cauſandum impedimentum matrimonij, non tamen quò ad pœnam dictæ auth. inceſtas. quæ non habet locum niſi cōtra matrimonium ſcienter contrahentes ratione ſanguinis, ſecundum communem ſententiam,vt dictum eſt,licet per fornicarium coitum quò ad matrimonium prohibendum inter ipſos fornicatores & ipſorum coniunctos oriatur affinitas,vt dicto §.ſciendum. Et iſta eſt communis opinio.Et vbi profectò non eſſet,tamen adhuc eſt tenenda, quia in cauſa matrimoniali opinio vnius doctoris authentici præualet communi opinioni, quæ eſt contra matrimonium, vt voluit Hoſtienſis in ca. contracto.de cogna.ſpirituali.& ibi idem Abb.Sicu. verſi.Et circa hoc.Et Felin.in rubri.deſpon.verſi.Nono in cauſ. matrimoniali.cum aliis per nos allegatis in conſ.xl.incip.Viſo proceſſu moto & pendente.Et cōtra filiam omnis mala interpretatio eſt facienda, l.non puto.ff.de iure fiſci. Et ita concluſum in curia contra procuratorem generalem regium,vt infrà dicam, & pariter contra magiſtrum Ioannem du Roy actorem & appellantem tam ab ordinario villę Brinæ,quàm Seneſchallo Lemouicenſi,qui petebat bona Antoniæ de Alboatreæ appellatæ, ratione inceſtus commiſſi,contrahendo ſcienter matrimonium cum Vielban conſanguineo quondam eius mariti. Et latum arreſtum,die xv.Ianuarij,Anno 1537. †Vnde veniēdo ad primam quæſtionem videtur primò, quòd ſoror vel cæteri parentes poſſint bona talium illicitas nuptias ſcienter contrahentium prætendere, per textum in authenti. bona damnatorum. C.de bonis damna.& vnde ſumitur,vt nulli iudic.fi.collation.ix. & in authent.de manda.princip.§.oportet. collatio. iij.vbi hodie bona non niſi in crimine læſæ maieſtatis confiſcantur,ſed aſcendentibus,&à latere venientibus reſeruantur, corrigendo omnes veteres leges, & iura bona damnatorum fiſco applicantia.Et ita in terminis quæſtionis noſtræ ſentit gloſſa in dicta authen.inceſtas nuptias.in verbo,confiſcatio.& idem in authentic. vnde ſumpta eſt, volens dicta authentic. inceſtas. quæ confiſcat fiſco bona contrahentium illicitas aut inceſtas nuptias, corrigi per iam dictam authentic. bona damnato. ergo aſcendentes & deſcendentes ac collaterales poterunt ſuccedere. Pro hoc text.in l.ſi quis inceſtu.ibi, ſi qui forte ex iuſto.eodem titul.& idem tenet gloſſa in l.j. in verbo, aduerſus.ff.de iure fiſci.& in l.j.ff.de bonis damnato. & Azo in ſua ſumma.C.eod. titulo. & idem Salicet. in dicta authent. bona damnatorum. quò ad aſcendentes vſque ad tertium gradum, vel ad liberos tantùm,& nō vltra.Et in hoc quo ad alios deſcendentes vltra liberos & collaterales remanet d.auth. inceſtas
15 nuptias.incorrecta.†Et ideo dicit Albericus in dicto opere ſtatut.in iij.parte.quæ.xviij. circa finem.quòd quicquid ſit de iure communiter totus mundus ſeruat,quod bona non confiſcantur in aliquo caſu, excepto crimine hæreſis & læſæ maieſtatis.niſi hoc fiat de conſue.vel ſtatuto.Et ipſum refert & ſequitur Cæpol.in conſilio xvij.in verſiculo, Circa tertium,poſito quod in fine.& Guido Papæ in Deciſi.cccxxxvij. verſi. Sed quod dixi. & in terminis text.in capit.& ſi neceſſe.de don.inter virum & vxor. vbi contrahentes illicitas & inceſtas nuptias non puniuntur. & idē tenet Gandi.in d.tit.de bonis malera.& Spe. in titu. de accuſa.§.j.in ver.Sed qualiter fiet hoc.in fi.& Cuma.in conſi.xxxviij.Sed contrarium,quod non corrigatur,tenet gloſſ.in d.§.ſi.vt nulli iudi.cum non perdat vitam,ſed bona, alias non. & idem in dicta auth. bona damnatorum.quæ fuit opi.Aldrici. & idem gl. & ibi Bart.Ange.& Doct.in auth. nouo iure in verbo,confiſcatis.C.de pœna iudi.qui malè iudi. & glo. in d.§.ſi aduerſus.in verb.continenter.& tenet Ioan. Fab.in d.authen.inceſtas nuptias.quòd non corrigatur.per d.authen. bona damnatorum. & confiſcatio bonorum in caſu noſtro habeat locum,cùm contrahentes inceſtas nuptias ſcienter, non damnentur ad mortem,nec perdant libertatem, licet in exiliū mittantur,& bona ſua publicentur,&ſi ſunt viles verberatur.idem tenet Mart.Lauden.in tract. de fiſco §.v. incipien.Authent.bona damnato.& idem voluit Alber.in d.tract.ſtatu.in iij.parte quæſt.xviij. & Ioann. Fab.in d.authentic.bona damnatorum.& ibi Cin.& Alberic.in l.eius §.j.ff.de teſtament.& idem Petr.de Bella pert.in dicta authentic.bona damnatorum.dicens clarius, quod ex quo per legem expreſsè quis punitur in corpore, & etiam in adēptione omnium bonorum,vt in caſu dictæ authen.inceſtas.vel ademptione partis bonorum. vt in crimine, l.multæ.de vi publica.&in pœna falſi:non corrigantur illa iura antiqua.& ibi cum ſequuntur Baldus,Angelus & Albericus,& ita (vt dicit Bartolus in dicta l.j. de bon. damnato.) communiter tenetur, quia ſecundum eum in illis caſibus in quibus imponitur pœna ademptionis bonorū expreſsè,non in conſequentiam alterius pœnæ,ſed expreſsè & per ſe, iura antiqua non corriguntur & pro hoc text.in cap.vno.quæ ſunt regaliæ. ibi, & bona contrahentium inceſtas nuptias. & ibi Bal.poſt Iſern. & idem tenet Iaco. de Bellouiſu in d. §.in auth.de inceſ.nup.in ver.Opponitur.in d.§.ſi.vt nulli iudi.& vbique idem tenet Ang.Ar. in tract. malefic. in verbo,& eius bona publicamus.& plenè Bald. in capitul. primo, in verbo,pro tali exceſſu.de pace tenen. vbi ponit plures caſus, in quibus habet locum confiſcatio bonorum, & ſignanter in caſu noſtro, vt ibi verſicul. Adde tamen, quòd not. in authentic.de inceſt. nupt. & idem Cardin. Alexand. in dicto capitulo primo,verſiculo,Oppo. quòd homicida. & Bald. & Imol. in dicta l. eius. §. prim. & ibi Franc.de Aret.verſicul. vltim. not. de teſta. licet conetur impugnare communem opin.ſupradictam, dicens quòd ſi in condemnatione perſonæ ſequatur publicatio bonorum tacita, illa acceſſoria ademptio bonorum ſit pœna in condemnato, quando ſolum deportatur, ita quòd non efficiatur ſeruus pœnæ,vt ibi per eum.Sed prędictam communem ſententiam ſequitur Paul.de Caſtro in d.l.ij.Cod.qui teſtament. face.poſſ.& Cæpol.in prælleg.conſi.xvij.verſic.Circa quartum & vltimum dubium. & deciſion. capel. Tholoſanæ.quæſt.cl. & Bartol.in d.l.fin.de condict. ſine cauſa.& in l.ſi adulterium cum inceſtu.in vltim. oppo.ſuæ diſt.de adulter. Et hoc quando ſcienter & dolosè inceſtas contrahunt nuptias. quod refert & ſequitur Ang.Aret.in d.§.ſi aduerſus. Et hoc quo ad pœnam corporalem & confiſcationem bonorū: niſi ætate, vel ſexu, aut errore facti acerrimi fuiſſent decepti: aut pœnitentia poſtquam peruenerint ad annos,reſipuerint, d.l.qui contra. & ibi per omnes in dict. l. ſi adulterium cum inceſtu. §.fratres denique. vſque ad §.imperatores Marcus. Tamen per curiam quædam Anna Audier de Lemouicis minor condemnata

demnata extitit,propter clādestinitatem, vt iuribus alleg. & etiam ob mali exempli consequentiam, argu. l.si quis aliquid.§.abortionis. de pœnis. & infrà dicam in sequen.quæstio.& sic tenet Roma.consilio ccccvj.in re presenti breuiter.& sequitur Card.Ale. olim Præpositi.in capi.non debet.quæst.vlti. de consanguinit.& affinit.sed quo ad pœnam legis Iuliæ de aduit.& de stupro,ac incestu & perditione donationis propter nuptias,aut etiam dotis, vide per Barto. Ange.& Doct.in locis supra alle.& Bar.& Salic.in d. l. si. de condic. sine causa.quia de ipsis pro nunc non loquor.Et solùm errore & ignorantia facti vtriusque vel alterius tantum excusari possunt, per text.in d.l.si adulterium.& ibi Bar.Ang.Alber. & Doct.in d.l.qui contra leges.de incest.nup. & Docto.in d.c.& si necesse.Et idem in quæstio.nostra. tenet Ioan. de Plat. in d.§.si aduersarius.in vj.nota.& Luc.de Penna in l. fi.C.de exact.& execu.& in l.defunctorum. C.de re milit.lib.xij. Et sic ipsorum actorum non interest. Vnde hæc exceptio, tua non interest, repellit agentem & excipientem.l.ille à quo. §. si de testamento. & ibi Alex.ad saturitatem.ff.ad Trebellian. & Curt. consi.50.versic.ad decimum argument.quæ quidem ad litis contestationem vsque admittitur, secundum Inno.& Ancharan.in c.super his q.iiij. de accusat.de quo ibi per Modern.Et hoc seu simile crimen & delictum fuit comiti Armanatij oppositum, quod sororem duxerat in vxorem, quamuis à Calisto Papa dispensationem obtinuisset, & postea eam dimisisset,vt retert Socin.consi.xij.versic.nec obstat si diceretur.vsque ad finem consilij, vbi tenet, quòd bona ob incestas contractas nuptias fisco applicantur, sed non in casu suo,propter supraducta. Et quod d.auth. bona damnato.non corrigat iura antiqua, tenet Io. Berbet.compatriota in sua praxi.tit.de bon.damnato.& Masuerius etiam in tit. de pœnis item in casib. pro quibus dicit ius antiquum seruari. & idem Abb. Sicul.Butr.Henri.Bohi.& Card.de Zabarel. in d.c.& si necesse. Nec obstat ille text. quia Papa pro bono pacis ex officio prouidit,vt in fi.vel etiam secundum aliam solutionem ibi nō poterat habere locum pœna confiscationis, quoniam illi Reges superiorem non recognoscebant.de quo per Abb.in c.per venerabilem.qui filij sint legiti. ex qua solutione colligit Abb.quod in non recognoscentibus superiorem de facto,Papa non vendicat sibi pœnam à lege impositam,vt ibi per ipsum. versi. Not. hanc solution.sing. Quinimo hodie pœna d. auth. incestas. approbatur de iure canonico,d.clemen.j.de consang.& affin.ibi, per prędicta quoque iuribus,quæ sic contrahentibus alias pœnas imponunt,in nullo volumusderogari.& tenet Signor.de Homed.consi.xxv.vt in sequ. dicam q.& Guliel.Bened. in repe. c.Raynu.de testam.vltra dicens,quod hodie in præsenti Regno ex illius consuetudine bona propter quodcūque delictum etiam non priuilegiatum, ex quo mors aut membri mutilatio est secuta,vel reus perpetuò bannitus,sunt confiscata:& confiscatio fit eo modo, quo iure antiquo fiebat,l.j.& fi.ff.de bon.damnat. Ita quod secundum eum,locum non habet in regno isto ius nouum,nec dicta authent. bona damnatorum. & ad hoc allegat Masueriam loco suprà allegato, & in tit.de obligat. & remiss.ibi,idem in bannito.& in versi. Item aliqui consiliarij.& idem dicit Benedi.vbi suprà versicul.& in præsenti Regno, pro quo facit gloss. in capitul.si quis rapuit.xxvij.quæstion.ij. in verbo, in quoquam pro singul.allegat Alber.in tractatu statuto.quæstio. xviij.in fi.& Marti.Laudens.in tractatu. de fisc.§.v.in fine. volens dicta authent.bona damn.de iure canonico habere locum. Tamen hoc mihi sic non dicit Masuerius, vt patet intuenti, & nimis (salua pace dixerim) aperto loquutus est ore de toto Regno: quia in pluribus Regni partibus bona delinquentium ratione tam consuetu.priuilegij,statuti,quàm iuris noui non confiscantur. de consuetud. apud Bituriges, quæ est ex patria consuetudinaria, in qua bonorum pro quocunque delicto etiam priuilegiato confiscatio non fit,quę consuetud.de iure valet,vt tenet Bar. in d.l.j.de bon.damnato.& dixi in §.x.& xij. de iurisdictio.omnium iudicum.lib.consuetud. Biturig.pro qua bonus text.in l.j. ibi, plectendi consuetudo criminis habet.C.de peti.bon.sub.lib.x.& glō.in §.cum autem.in verbo,relegati.ibi.sed bánitos nostri temporis.instit.quibus modis ius patr.potest.fol.& Cæpol.in consil.xvij. Tum de iure in pœna furcarum non veniunt bona,tenet gloss.in l.ij. C.qui tella.fac. pos.quem Bald.facit singul. in consilio cccl viij. præmittēdum est ad audientiam, quod pœna furcarum. Cum prædicta pœna furcarum descendat ex delicto priuato,& non publico, vt voluit gloss. in l. penulti. ff.de condic.ob causam.& ibi per Doct.& etiam hic in ducatu Aquitaniæ bona pro quocunque delicto (solo maiestatis crimine excepto non confiscantur. Et hoc ex priuilegio eis à Ioanne Franciæ Rege cōcesso,prout ipsemet Benedi.vbi suprà fatetur: quod fuit concessum(vt ait) anno 357.in mense Maij. Cuius quidem priuilegij duplum dicit se habuisse & vidisse grossatum, & signatum in protocollis magistri Raymundi Combetti ciuitatis Caturci,quōdam notarij. Et secundum illud fuit per arestum curiæ iudicatum in causa cuiusdam Ioann. Regis, cuius bona fuerant per Senescallum Agenensem confiscata.& eius sententiam curia ob illam causam annullauit,& per edictum Regis in certa summa valorem bonorū eius excedente condemnauit. latum die xiiij. Maij. Anno 1522. Tum nec apud Turonenses, nisi in casibus priuilegiatis,vt habetur lib.eorum consuet.titul. vltim. Et etiam iure scripto, quo tertia regni pars vtitur & regitur, secundum quod & communem sententiam dicta authen.bona damnatorum.locum habet:quæ tamen non corrigit antiqua iura in casibus, in quibus imponunt corporalem, & expressam bonorum ademptionem per se, & non profecto in cōsequentiam alterius pœnæ, vt suprà dictum est. Veruntamen illa auth. bona damnatorum locum non habet, quando expressè per sententiam bona ob enorme delictum fisco applicantur,vt voluit Ang.Aret.in dicto tract.malefi.& eius bona publicamus. in princip.& Decisio.capel.Tholosanæ.quęstio.cl.facit pro hoc l.relegati.& l.relegatorum. §.ad tempus. & ibi Din.& Alberi.ff.de interdict.& relega. alias non publicātur,nisi vt suprà dictum est:cum aliis per nos allegat.in tract.de seditio.& in hoc casu opin.do.Guhelm.Benedi.posset saluari, quia plerunque per sententiam, & aresta ratione enormitatis delicti bona fisco etiam extra casus priuilegiatos applicantur, vt suprà dixi.&vidi per Senescallum Agenen.sic procedentem contra militem de Lusiano (qui interfecerat quendam nobilem in domo sua eum visitantem)publicare bona,cuius sententia fuit per arestum Curiæ confirmata: de quo suprà feci in vj.quæstion. mentionem. aliàs regulariter, vbi ex priuilegio aut consuetudine patriæ confiscatio bonorum locum non habet, iudex per suam non debet sententia bona confiscare,sed condemnare in emendam, quæ videbitur ei suorum bonorum excedere valorem. † Igitur videtur (attēta communi opinio.& vera,quod authen.incestas nuptias,non corrigitur) sororem &c 16

cæteros parentes nullum posse prætẽdere ius aut interesse,& hoc de iure communi clarum. Et minus si de eorum assensu expressio ac consilio dictum prohibitum matrimonium fuisset contractum, d.l.si quis incesti.ibi,consilium inisse monstrabitur.& ibi Bald. in fi.& Albert.de incest.nupt.Etiam si esset filius qui consensisset,non posset (secundum Bal.ibi, in antiq. lect.)contrauenire.& pro hoc tex.in cap.consanguineorum.& ibi gloss.& Ioan.de Turre Crema.in verbo,consentientes, & etiam Dominic. & Card.Alex. iij.quæstion.iij.vbi gloss.exponit consentientes.approbando,defendendo,patrocinium præstando:quo casu non minus peccant,quàm facientes. ca. notum. ij.quæst.j.imò magis secundum gloss. per tex.in cap. qui aliorum.xxiij.q.ij.Vnde Doctor.in prædallegato cap. consanguineorum tales consentientes non posse in causa postea separationis dicti matrimonij esse testes,cum sint criminosi & infames.Et idem ibi Ludouic.Bolog.in primis interpretationibus:quinimo puniri debent,vt tenet Cardin.Alexand.in capi.quia sunt.per illam text.xxviij.distinct. dicens tradentem nuptui aliquam in casibus a iure prohibitis, esse (sicut contrahentes)puniendum,quod ante ibi dixerant Aret.& D..m.& Ioan.Fab.& Ang.Aret.in d.§.si aduersus.in verbo,contineantur.instit. de nup.ergo cõmodum reportare non debent. Nec pariter illi, qui tempore matrimonij & bannorum in ecclesia publicatorum præsentes erant in diœcesi ętatis competentis, nec in infirmitate detenti, sunt admissibiles propter taciturnitatem & negligentiam in non accusando,cap.fin.& ibi Abb.Sicu.But.& Cardi. Alex. qui matr.accusa.non possunt.& beatus Anton.in sua summa.ti.ix.cap.viij.§.illa enim taciturnitas habetur pro consensu,vt tenet gloss. & ibi expresse Archid. & Cardin.Alexan.in d.c. quia sunt. quoniam bannis terminus ad impediendum præfigitur, quare post talem terminum nullo modo audiuntur, præcipuè longe post dictum contractum, vel solutum matrimonium. Et si semper durasset forte conquesti non fuissent:sed ob pinguem successionem id præsumendum est fecisse,vt infra in sequen.q.dicam.& in omnibus supradictis.idem tenet Azo in summa cod.tit. & Bart.Brixien.in suis quæstion. venerialib. qu.lxxij. facit quod not.in simili Albert.in l.licet. §.fin.in vlt. quæstio.ff.nautæ,caupo.& bonus textus. & quod ibi
17 not.Bald.& Angel.in l.j. C.de falsa moneta. ¶Quod ad secundam quæst. (quæ videtur per supradicta soluta)non est insistendum.Non enim est disputãdum intra quod tempus intẽtare debeant remedium possessorium, aut aliam eius competentem actionem, nec quanto tempore illi præscribatur, ex quo non sunt de iure admissibiles ad bona iam dicti incestas contrahentes nuptias petendum. Sed vbi profecto essent de consuet. vel stylo vel priuilegio recipiendi, videtur quod intra duos proximos menses venire, & eorum debebant intentare actionem,l.j.C.de natura. lib.vbi senatores, & alij in dignitate positi nuptias cum mulieribus vilissimis contrahentes efficiuntur infames, nec eorum tenet matrimonium.l. filiam senatoris.ff.de senato. Et donatio si qua liberis ex illo coniugio,aut prædictis vxoribus facta fuerit,reuocatur per personas in d.l.j.§.nominatas.& illis bona donata intra duos menses non petentibus venit fiscus,vt ibi.& sic tenet Bart.o.Bal.Ange.& Sal. Sed parentes dicti contrahentis incestas nuptias non petierũt eius bona intra duos, nec intra sex menses: ideo nunc non sunt admissibiles,sed fiscus. Et sic licet reo allegare ius tertij exclusiuum iuris agentis,de quo per Bart.& Albert.in l.ij.ff.de excep.rei iudica. & in l.cùm seruum.& ibi Salicet. & amplè Franc.de Aret.C.de seruis fugiti. & Albericus in l. Carbonianum.§.cùm extaret.ff.de Carbo.edict.& Cor.consil. lxv.volum.j.consi.cij.in ij.volum. in contrarium videtur,cùm pœna & constitutio illius l.j.sit hodie per authent.sed nouo iure.co.tit.correcta. Nam cum talibus concubinis & scortis mulieribus nuptiæ contrahi possunt per nobiles,& in dignitate cõstitutos, solennitatibus dictæ authentic. hoc est instrumentis dotalibus interuenientibus. Ad idem authentic.maximus.C.de nupt.cum nota. per glossam Ioann.Fab. & Angel.Aret.in dicto §.si aduersus. in titul.eodem. & idem Ang.cons.xx.incipiente.Simon de Quarara. Ergo cessante prohibitione, cessat eius effectus. text. in terminis,in capit.non debet.post princip. de consanguini.& affinit.Præterea dicta l.j.loquitur in contrahentibus nuptias cum personis prædictis,non tamẽ ratione sanguinis aut affinitatis incestas & nepharias vtroque iure prohibitas:contra quos maior pœna corporalis & confiscationis bonorum omnium imponitur,vt prædictum est, & non profectò contra tales,in dicta l.j. nominatos. nec profecto de fisco ad confiscationem bonorum veniente loquitur, nisi in rebus tãtum donatis vel eorum nomine emptis.Et illis res donatas,quibus repetẽdi ius permittitur,intra duos menses petere negligentibus. Et de illius l.primæ intellectu.vide Corneum cõs. ccxxxvj. volum.ij.ob quod dicit Calderinus in d.consi.ij.post medium.titulo de consanguinitate & affini. pœnam in vno casu nuptiarum vetitarum appositã non propterea se extendere, nec locum habere in alio non expresso iure ciuili,imo permisso,cum illa pœna suo casu speciali sit determinata.Vnde generis illius speciei determinationem non facit, nec ad generalem prorogationem generis intelligitur repetita, l. sanctio. ff.de pœnis.& l. doli clausula. ff. de verborum obligationibus.ca.commissarius.§.restringitur.de election.lib.vj. Et pro decisione huius quæstionis videtur text. in dicto c. non debet. in fin.ibi,vt si quis contra prohibitionem huiusmodi præsumpserit copulari, nulla longinquitate defendatur annorum. & in l.qui in prouincia. §.duus Marcus. & ibi Bald. in penult.not.ff.de ritu nuptia. & in d.l. si quis adulterium.§.idem Pollioni.ibi, confirmari solent. & ibi, quod nullius temporis cursu aut authoritate Cęsarea possint confirmari.& ibi not.Angel.igitur coniuges accusati incestas nuptias intra quartum gradum cõsanguinitatis vel affinitatis contraxisse, non possunt etiam longissimi temporis præscriptione se tueri.Et tenet Ang.de Cla.in sua summa in verbo matrimonium.§.impedimentum sextum quæstio.j. & Andr. Barba.cons.xxvij.versicu.Et si quispiam. volum.j.vbi alleg.Bald.in l.j.C.de emancipan.liber. ¶ volentem 18
cõtra matrimonium,cùm sit quid sacrum,neminem præscribere posse.& idem Ioan.Franc. Bald.in tract. præscriptionum.in prima parte.vj.partis vers.Quintus casus numer.iij.tamen Bald.in d.l.j. de emancip. liber.non inueni, sed in titul. de iure liberor.qui est vltim.titul.& l.final.octaui lib. Cod.& idem Anton. de Rosel. in tractat. de legitim. lib.ij. versicul. Sicut ergo Papa. ad finem vsque. & ad hoc bonus text. in capit.cum haberet. de eo qui duxit in matrim.quam polluit per adulter.& ibi Abba.Sicu.in iij.nota.quoniam in spiritualibus,vbi agitur de peccato, & sic in concernentibus animam nulla currit præscriptio: quia temporis diuturnitas, vt inquit textus non minuit, sed auget peccatum. Et idem in capit. final. & ibi in repetitione de consuet.& ca.quanto. eo.tit. Et ibi gl.super verbo,consuetudinem,ponit versum:

Com-

Digitized by Google

Compositio lacte fatenti quæso ciba te,
Quis putas exclusum crimen per temporis vsum.

Tamen secundùm Abba.Sicul.in dicto cap.non debet aduersus quodlibet delictum procedit præscriptio.xx.annor. vt post lapsum talis temporis xx. annorum non possit quis quo ad pœnam corporalem & ademptionem bonorum accusari,per l.querelam. C.de falsis. de quo plenè dixi suprà quæstione xxvj. incipiente, Contra quandam nomine Peronellam. & idem Doct.l.c.fi.qui matrimo.accus.poss. Et aduersus fiscum bonorum confiscationem mortui petentem(vt volunt Abb.& Doct.) præscribitur quinquennio,si intra illud accusatio non fuerit intentata, vt tenet gloss.in l.in cognitione.ff.ad Syllanian.quod dicit Ang.esse mirabile.& sequitur Roma.vers.Nota tamen.secus si post perfectam accusationem, vt ibi, & idem Alberic. in l.ij.Codic.de apostat.& in l.Manichæos. ibi, forte in omnibus prædictis. & ibi per Doctores.C.de hære.& per Abbatem Sicul.in capit. cum nobis.& ibi Felin.versic.Item inquantum Abb. declarat.de præscrip.& Roma.singu.ccccxxxiij.incipien.de crimine læsæ maiestatis.ita quod non potest peti restitutio ex capite ignorãtiæ ad prosequendum crimen præscriptione sopitum, vt tenet Ang. in l.fi. ff.si quis testamen. liber esse iussus fuerit. Et Felin.in c.vigilanti.versi.limita quartò de præscrip.Et similes quæstiones fuerũt etiam habitæ inter procuratorem regium generalem actorem confiscationem bonorum petentem instigante domino de Bellauilla: & nobiles Bonauẽtura de Polinac, maritum Bonauenturæ de Poqueren,& Ant.de Lesse maritum Margaritæ de Poqueren, ad causam vxorum reos: & hoc prætextu matrimonij inter nunc defunctos Andr. de Codum,& Prigentium de Poqueren. patrem, & matrem rearum prædictarum contracti:qui quidem scilicet pater,erat in secundo,& mater in tertio consanguinitatis gradibus coniuncti, de & super quibus erant legitime dispensati, sed non profectò de affinitate contracta & descendente ex illicita copula per patrem cum Catharina deBellauilla auia rearum habita.Aduersus quem regium procuratorem reæ prędictæ, & earum mariti iam dicti opponebant exceptiones.quæ fuerunt per dominos disputatę,signanter hæc vltima de talium contrahentium bonis præscriptione xv. annorum obstante non confiscan is, de qua per Ioann.Fab.Bald.& Ang.in l.ij. C.com.de vsuc.& Ang.& Salicet.in l.j.C.de quadr.præscript.& per Bartol.in l.in omnibus. & in l. intra quatuor.ff. de diuersis & tempor. præscription. & Ioann. Fabr. Ang.Aret.Christophor.Porc. & ibi in addi.Ias.in §. res fisci.in fine eod.tit.ul.& Francis.de Aret.cons.ciiij. mihi consultatio proposita. Ioann. Francisc.Balb.in tracta. præscript.parte ij. quintæ partis.& Bal.Pau.de Castr. aliquid per Ias.in l.fina. C.de sacrosanct.ecclesi.& Bald. cons.cccviij.quidam Lucanus.versicu.& tunc ex præscriptio.volum.iij.& Paul.de Castr.cons. cccxv.alias cccxij.postremo res ista satis clara videtur volumin.antiq.& Alexan.consi. lxxxiij. & Decis.parlamenti Delphin.quæst.ccccxvj.cum aliis per nos allegatis in addit. ad Din. in regula possessor.versicul. Quanto tempore res fiscales.de regul. iur. libr.vj. & sæpè per discursum harum quæstion. & per Abb.& Felin.in dicto capitu.cum nobis.de præscrip.& Masuerius in sua praxi,titu.de succes.&vltimis voluntatibus versi.Item & illius qui mortuus est. †Ex quorũ dictis distingue,quia aut quæritur de bonis seu iuribus principi in signum subiectionis reseruatis, vt in tributo vel censu, & in his præscriptio nullo currit tempore,l.competit. C.de præscriptione xxx.annorum.& c.cùm non liceat.& in cap. ad audientiam.& ibi Fel.in iij.iiij.v.& vj.limitationibus.eod.titul. Aut quæritur de iuribus reseruatis principi in signum singularis priuilegij,vt legitimare spurios, creare tabelliones,exigere vectigalia,& pedagia, iurisdict. concedere,& similia: & In iltis sciente & patiente principe currit præscriptio,cap. super quibusdam.§.præterea.de verb.signifi.Et Abb.Sicu.consilio xviij. vol. ij.Et intellige,principe sciente aut eius procùratore vel aliis officiariis videntibus. & non contradicentibus,per ea quæ not. Bart.in l.licitatio. §.fi.de publicanis.& sic intelligi debet dictum Bald. in l. arrogationes.C.de adopt.qui vult per illum text.non posse ea quę sunt principi reseruata eo absente vsurpari,de quo latius dixi in quæstio.cclxxvij. incipien. An substitutus.† Aut quęritur de bonis iam fisco quęsitis & incorporatis: & tunc aut sunt vsui publico deputata, aut non.Si vsui sunt publico deputata, nullo tempore prescribi possunt,sicut via publica,palatia & familia,l.vsucapionem.ff.de vsucap.& l.viam publicam.ff.de via publi. † Si vero non sunt ad vsum publicum destinata, tamen in patrimonio fisci sunt incorporata, & hæc xl.annor. spatio præscribuntur,l.omnes.& d. l.competit.C.de præscript.xxx.annor. & d §.res fisci. vers.Hodie & sic debet intelligi Ioann.Fabr.& text. in c.fin.de præscr.lib.vj. Et hoc modo ius ciuile concordat cum iure canonico. †Fallit secundum Barto. in d.l.in omnibus.& Alber.in d.l.quamuis.& Ioann. Fabr.Abb.Sicul.& Doct. in locis suprà alleg.in casibus positis in d.l.fin.de sacrosan.eccle. qui sunt quatuor,in quibus sola currit centum annorum præscriptio,prout etiam declarat Socin.consilio lxxxvj.vers. quinto hæc conclusio.volum.j.quod quidem repetitur volum.ij.num.clxvj.Tamen illi casus, vt vult Salicet.in dicta l.j.de quadr.prescrip. & in authen.quas actiones sunt hodie ad præscriptionem xl.annorum redacti,& ibi communiter tenent Doct.& præcipuè Ias.in viij.not.vt infrà dicam. Si verò talia bona non sunt incorporata, tamen licet nõ sint in patrimonio fisci)vendi possunt,l.pacta.§.vltim.& ibi glos.& per consequens præscribi, vt dictis iuribus & idem Bru. consil. xxiij. incipien. Vexanda non sunt.Sin autem sunt fisco delata tãquam vacantia & ob vectigal non solutum commissa, post quinquennium lapsum ab eo peti non possunt,l.ij.C.de vectigalibus.& ibi Bal. Alber.Salic.& Roman.singul.ccccl.xxix.cum aliis adductis per Ioann.Balb.in tract.de præscript. loco suprà alleg. & idem in bonis fisco tam ob crimen læsę maiest. diuinæ, quam temporalis delatis. d.l.ij.de apostа.& gl.& doct.in d.l.Manichæos.& Abb.Sicu.in d.c.cum haberet. & in d.c. cum nobis. In aliis verò vacantibus ratione delicti, vel sine hærede decedentis: hoc in casu aut sunt nuntiata,sed non per procuratorem fisci agnita, tunc quadriennio a tempore nuntiationis fisco factæ computando præscribuntur, siue vsucapiens habeat titulũ siue non,d.l.j.de quadr. præscripti.& l.j.§.diuus.ff.de iure fisci.& l.intra quatuor.suprà alleg. nisi denuntiator fuisset cum possessore preuaricatus,quoniam tunc non nocet secundo nuntiare volenti,d.l.intra quatuor. † Aut bona non fuerunt fisco delata nec agnita, & tunc si vsucapiens non habet titulum,nec bonam fidem, requiritur tẽpus xx. annorum à die vacationis computandorum, vt voluit Salicet.vbi suprà,cæteri tamen voluñt eum bonam habere fidem,d.l.in omnibus. & l.ij. & iij.ff. de requir.reis,& l.j.§. præscriptio. ff.de iure fisci. & hoc siue per accusationem,siue ex nobili aut mercenario officio procedatur,vt tenent Bar.Sali. & Mod. post Cin.in d.l.querelam. contra gloss. ibi, vt plenè

19

20

21

22

23

Bald.& Ang.in d.l.Paulus. quod loquatur in diſpẽſatione habita ſuper prole,id eſt ſuper legitimatione.&quòd prædicta l.Paul.loquitur in diſpenſatione ſuper matrimonio tantùm facta. Et idem quò ad confiſcationem bonorum(cùm dos & bona ſtarim ſint ipſo iure confiſcata)non intelligatur ſuper dote & bonis diſpenſatũ,vt voluit Bal.in authẽ.ex complexu.de inceſt.nupt. & in l.j. q.ij. ff.de rerum diuiſio.vbi dicit vaſallum inceſtũ cõmittentẽ, perdere feudũ, & nunquam recuperare, quamuis.Papa poſtea ſuper matrimonio diſpenſet arg. c. quãuis.de reſcript.lib.vj.cum not.in l.Gallus. §.&ſi tãtũ.ff.de liber.& poſthu.& idẽ Iacob.de ſãct. Geor. in d.l.ſi ſerua.de iure dotium.&in ſuis queſtionib.

26 feuda.quæſt.xvij.† ¶ Sed quid dicendũ? Dico pro prima opinione(quæ maiorem videtur habere æquitatem)eſſe gl.in d.capitul. non debet. in verbo, de cætero.quam ibi ſequuntur Ioann.Andr. Anch. & Abb.Sicul.volentes habilitatem ex diſpenſatione ſuperuenientem confirmare matrimonium ꝙ nullum erat, & hoc fauore matrimoniorum. & magis ampie Anch. conſi. ccix. viſo & diligenter inſpecto,&c.vbi etiam tenet poſſe poſt mortẽ altertus coniugum diſpenſari,& ibi vide:quia diſpẽſatio eſt rigoris mitigatio,vel pœnalitatis moderatio facta per habentem authoritatem ex publico, vel vtilitate publica, vel alia rationabili æquitate: quã lex ciuilis indulgentiã vocat. Ita Bal. in addi. Spe.tit.de diſpenſat. 9.) verſi.item eſt: quia prohibiti cõtrahere ſæpe antè diſpenſationẽ cõtrahũt, & copula illud conſummãt, vt facilius ipſam obti-

27 neant.†Sed an ſub cõditione,ſi ſũmus pontifex diſpenſauerit,contrahi poſſit?Et Innoc.quẽ ſequitur Abb.in d.cap.ſuper eod.de conditio. appoſi.tenet quòd non,& ipſos refert & ſequitur Franc.de Arc. cõſi.cxlij.ex facto proponitur, quòd illuſtris & excellent.princeps.verſicu. ſed eſt aduertendum.Sed contrariũ tenet Anton.de Butr. in dict. cap. ſuper eod.cuius opinio..le conſuetud.ſeruatur.quoniam omnes fere contractus (in quibus ſuperioris confirmatio eſt neceſſaria)ſolent fieri ſub beneplacito Papæ aut principis, vel eius curiæ ſupremæ. Et in hanc ſententiã inclinat Gaſpard. le Cald.& Cardi. Alexand.olim prepoſit.in dict. capit. ſuper eod.in vltima quæſt.& pro antecedenti quæſt.facit quod dicit Innocent.in capitul. niſi cum pridem. de renũtiation.quem ſequitur Butri.in capitul.at ſi clerici.e.de adulteriis. de iudic. ꝙ diſpenſatio ſuperueniẽs ratificat collationẽ nullã, dũmodo illa inhabilitas ſit per inferiorẽ à principe diſpenſabilis. quod dictum non procedit in foro contentioſo ſecundũ Iũ Felin.in capitul.cùm dilectus.verſic.il. itẽ adde.de accuſationib.Tamẽ verum eſt, vt ipſe ait, quòd ſi illa inhabilitas perſonæ eſſet omnino occulta,per quam actus redderetur nullus, tunc quò ad Deum & conſcientiam habilitas ſuperueniens confirmat actum nullum.Et ſic dicit Innocẽt.Hoſtien.& Anton.tenere in capitul. innotuit. de election.de quo vide Franciſc.de Aret. conſil.vij.verſic.quia quando inhabilitas.& Cardin. Alexand.in capitul.quicunque. verſic. & ex iſto tex.50. diſtinction.quamuis idem Franciſc.de Aret.in d.conſil. cxlij.verſicul.tantum in matrimonio carnali: velit contrarium,intelligens prædicta eſſe vera in beneficialibus:quoniam licet electio reperiatur nulliter facta defectu perſonæ inhabilis.tamen ex ſuperuenienti diſpẽſatione ratificatur, quia non tam videtur nulla fuiſſe,quàm in pendenti extitiſſe,vt dicit Innocẽt.in dicto capitul.niſi cùm pridem. & aliis per cũ allegatis.& ſpeciale videtur in electione:ne diutius eccleſiæ vacent,vt dixi ſuprà quæſtion.j.ſed in matrimonio carnali aliud reperitur. Nã ſi matrimonium fuerit ſimpliciter inter inhabiles contractũ, licet inhabilitas ſeu impedimentũ poſtea ceſſet,nõ tamen ratificatur matrimoniũ ex priori conſenſu,ſed ex nouo,propter quod nouũ contrahitur matrimoniũ,vt probatur in ca. penul.de eo qui cognouit conſang.vxor.ſuæ.& glo.& Doct. in cap.j. eodem tit. Sed quando in eadem perſeuerãt voluntates,poſt habitã diſpenſationẽ, tunc ſecundũ doct.poſt gloſſ.in d.cap.non debet. vt ſuprà dictũ eſt,cõfirmatur,quoniam diſpenſatio quæ fit ſuper matrimonio ſeu radice matrimonij valet, nõ ſolũ quo ad legitimationem liberorum, ſed etiam quo ad bona quæ ſunt conſequutiua, & perſonam ſequuntur.Quid enim prodeſt legitimum fieri, & bonis priuari paternis, cum diſpenſatio iſta ſit fauorabilis & pia?ideo ad bona eſt extendenda, vt no.gl.& Doctores in capitul.quia in tantã.de præben.& Socin.conſ.ccxxvj.verſ.adduco etiã volum. ij.& Abb.in d.§.de adulteriis.& hoc per tex. in ca. per venerabilẽ.qui filij ſunt legitimi. & ibi tenuit Innoc.& Docto.& ſequitur Felin.in d.§. de adult. verſi.epiſcopus poteſt.verſi.diſpenſatus pro crimine.in prima falſitatis.qui allegat text.in capitul.fin. de ſimo & in capitu.ex parte in vl.de decimis.& idem Calder.in conſi.j.& conſi.xxx.incipien.in hac dubia quæſt.titul.de election. & And.Barbat.in d. §.de adulteriis.verſic.an poterit epiſc. & Felin. in capitul.poſtulaſti. verſiculo conſidera duo, de reſcriptis.& idem Anton.de Roſellis in tract. legi.li. ij.quæſt.j.& Marti.Lauden.eo.tracta. quæſtio.etiã prima.Accedant not. per Iaſo. in repeti.l.quo minus.quæſt.xxj.ff.de flumi.vbi quærit ſi quis fecerit molẽdinũ in flumine publico nauigabili ſine principis licẽtia,& ſic illicitè,& poſtea à principe licẽtiam illud in flumine publico & nauigabili conſtruendi & faciendi impetrauerit, quòd talis licẽtia & permiſſio extenditur ad molendinum prius illicitè fabricatũ & plura ibi adducit pro hac parte notabilia.Et idem Paul.de Caſt. in l.ſi quis filio. §.irritum.ff.de iniuſto rupto teſtamento. & quod notat idẽ Paulus in l filiæ meæ.§.ſi ſic. ff.de conditio.& demonſtra.vbi ſi Papa conceſſerit licentiam epiſcopo teſtã ti de fructib.ſuorum beneficiorum, quod talis licẽtia extenditur ad fructus antea perceptos.& ſequitur Alexand.in l.ex militib.C. de teſtamen.milita.& in additio.ad Barto.in d.§. irritũ tamẽ in cauſa Leonardi Cauſide domini de Bobio, & Baltaſaris eius filij & procuratoris Regis ſecum aliunctis,contra Ioannem Lamy & Guichardam du Peyrat eius vxorem, ac Annã Audier reos, fuit aliter concluſum:quoniam præfati Lamy, & Guicharda tradiderant prædictam Annam in vxorem cuidam nomine de Quars conſanguineo ſimul & affini,ſine præſenti diſpenſatione, licet eã pendẽte proceſſu obtinuerit:& fuerunt dicti Lamy in ducentis libris,Guicharda in centũ,& Anna in quinquaginta libris Turonen.condẽnati, & latũ areſtũ die ſeptima Maij,anno 1027.Sed in caſu prædictarũ de Poqueriez fuerat diſpenſatio prius obtenta, &(vt dictũ eſt)interinata. & per prædicta eſt dare reſponſum quod præfati cõiuges tacuerãt in eorũ diſpenſatione affinitatẽ ex coitu fornicario inductã,quæ impedit contrahẽdũ,& contractũ dirimit matrimoniũ:cuius taciturnitas impedimẽti vitiat diſpoſitionẽ,etiã ſi alia ſublata fuerint impedimẽta,vt probat text.in ca.ij.de filiis presbyte. lib. vj.

& capitu.non poteſt.de prębend.eodem.lib.& gloſ. in arbore affinita quæ expreſse determinat, quod ſi ex eodem contractu matrimonij inſurgant affinitas & publica honeſtas, & in diſpenſatione non fiat de publica honeſtate mentio, ſed de affinitate tantum: nihilominus diſpenſatio eſt nullius momenti. Et tenet amplè Dominicus de ſancto Gemin.conſ.xxxiij. exordiente, pro examinatione dictorum dubiorum. dicens quali in terminis noſtris, quod ſi in diſpenſatione contrahentes dicant eſſe in ſecundo conſanguinitatis gradu, & in tertio affinitatis, non tamen quo genere affinitatis eſſent coniuncti, cùm affinitas diſtinguatur in gradibus & generibus. d.c.nō debet. & tertius affinitatis gradus impedimentum inducat, & non induceret ſecundum genus illi adiunctum. Nam ſi adeſt primum affinitatis genus, & illi adiungatur tertius, tunc cum ibi ſit prohibitio, prout in caſu ſuo, non valet: ſecus ſi eſſet ſecundum affinitatis genus, licet tertio diſtaret gradu: quia in iſto caſu hodie non eſt prohibitio. d.c.non debet. Vnde in alio præceden.caſu Papa nullo modo diſpenſaſſet, ſaltem non ſic de facili, quoniam difficilius tollit duo impedimenta quàm vnum, c.ex tuarum. de auth. & vſu pallij. & c.j.de treuga & pace. & c. paſtoralis. de priuil.cum aliis per eum alleg.ponens in princip.regulā, quòd ſurreptio cauſata ſiue ex vero tacito quod exprimendum erat, ſiue ex falſo expreſſo, vitiat ipſo iure priuilegium & diſpenſationem, ſequendo Inn. in cap.cum dilect.de referi.per text. in d.c.ij. de filiis presbyt.& in d.cap.non poteſt. & etiam in materia matrimoniali. eſt text.in præalleg. c.quod dilecto.& idem Ioan.Andr.in additio.Specu. in rub.de dan.de
28 ſpo.† Tamen contra prædictam Deciſ. videtur gloſſ. in dicto capitulo non debet.in verb.affinitas.ibi, publica honeſtas.quæ tenet ſufficere tamē mentionem facere de affinitate, quia in conſequentiam ſit de publica honeſtate.& ſequitur gloſſator in regu.cancell. apoſt.xlvij. & Nicola. de Milis in ſuo repertorio.in verbo, diſpenſatio.in primo & latius in verb.diſpenſatio facta ſuper impedimento affinitatis, ſequendo Guli.de monte Laudu.in ſuo ſacramentali. ad fin.& Felin.in d.c.poſtulaſti.verſ.conſidera ſecundo.& expreſſius.verſic. adde etiam ſeptimam limitationem. & ambo pro hac Dec. allegant extrauag.Clemen.vj. incip. nuper propoſito coram nobis. quam tamen non inuenī inter communes nec inter extrauag. Io. xxij.& idem tenet Hiero.Pauli.in ſuis memoralibus. quæ intitulantur prouinciale.verſi. diſpenſatio facta ſuper impedimento affinitatis. Pro cuius concordia. Sicu.ibi dicit, quòd ſi publica honeſtas neceſſariò cōprehenditur ſub affinitate, ſatis eſt de affinitate feciſſe mentionem. & ſic procedit gloſſ. Exemplum, ſi impetro diſpenſationem vt liceat mihi ducere vxorem conſanguinei mihi defuncti, non obſtante affinitate in tertio gradu. Nam ex quo mentionem feci illam fuiſſe vxorem conſanguinei mei: con ſequenter feci mentionem de publica honeſtate. Et ſic per cōſequentiam virtute diſpenſationis videtur ſublata. Si verò ex verborum narratione non comprehenditur, vt quia impetraui diſpenſationem, vt liceret mihi ducere in vxorem Titiam, non obſtante quòd mihi in tertio gradu affinis: tunc diſpēſatio non valet, ſi vltra affinitatē erat publica honeſtas, ex quo de ea expreſsè vel tacitè facta non eſt mētio, d.c.ex tuarum. Nam affinitas contrahitur ſine matrimonio: c.diſcretionē. de conſanguinitate & affinitate. cum aliis ſuprà allegatis. & iſtud vltimum conuenit cum Gemi. tamen ſecundùm opinionem gl. fuit bis concluſum in proceſſibus ſupradictis. Sed opin. Abb. ſequitur Præpoſ. Mediolan.in arbo.affi.nu.iiij.& in d.c.non debet.nu. viij.& ſumma Ang.in verbo, diſpenſatio.§.x.& idem ſumma Sylueſtri, in verbo, matrimonium.viij.q.xiiij. ver.tertium.ibi, affinitas. Et pro opin.glo.facit quòd poſito pro conſtanti quod matrimonium ratione taciturnitatis gradus & generis affinitatis eſſet nullum, cùm leges ciuiles in hac materia ſequantur canones, c.j.pe.& ſi.de ſecun.nup.de conſang. & affini. per totum.& gl.inſtit.de gradi.affi. & in tit.de nupt. Quare fatendum eſt (vt inquit Domini.in præalleg. conſ.lxxj.) nuptias de iure ciuili in iſto caſu ex generali canonū approbatione eſſe prohibitas. Vnde pœna per legem appoſita in vno caſu nuptiarum prohibito, ſcilicet generis, non habet locum, ſecundùm communem ſententiam. in alio non expreſſo iure ciuili, imo permiſſo, cùm pœna illa ſuo ſpeciali caſu ſit determinata. Vnde ad generalem prorogationē generis non intelligitur illa prohibitio ſpecialis reſtricta eſſe prorogata. l.ſanctio legum.ff.de pœnis. cap. compromiſſarius.§.reſtringitur.de electionibus. lib. vj. Igitur ob taciturnitatem illius affinitatis non veniunt puniendi. Et ita tenent doct. ſuprà in ſecunda præſuppoſitione allegati. Et ſic fuit in curia concluſum contra procuratorem propter tria. Primò, quia cōfiſcatio bonorum in hac patria Aquitaniæ locum non habet, vt dictum eſt. Secundò, quod pœna dictæ authent.inceſtas.non vendicat ſibi locum, niſi in inceſtis nuptiis ratione ſanguinis conceptis, & non ratione coitus fornicarij inceſtuoſi, quem iura ſimpliciter non puniunt, ſed inceſtum ſecundum ſuam prohibitionem, de quo etiam dictum eſt. Tertiò, propter præſcriptionem xx. annorum completam. Et latum fuit arreſtum die vij. Septembris. Anno 1522. Poſt hæc autem procurator prædictus arreſtari cœpit proceſſum & faccos ad finem proponendi errores.

SVMMA.

1 *Reſtitui an poſſit Regis procurator aduerſus cōtractum. & nu. 2.*

Quæſtio CCLXV.

In contractu Regis procurator poteſt reſtitutionem petere.

DECISIO CCLXV.



VAERITVR † an Rex ſeu 1
eius procurator vbi agitur de bonis acquirendis, poſſit reſtitui, & erroré proponere: quoniam in iam acquiſitis non eſt dubiū. Et videtur quòd quamuis nulla cauſa cautur lege fiſcum aduerſus contractus per eum celebratos, tore reſtituendum, ſed ſolum de repub.Romanorum, tamen vt inquit Pet.quem refert Cin. in l.reſpublica, q.j.C. ex quibus cauſis maio.dum ipſe ſuper hoc conſultus, vtrum Rex Frāciæ in cauſa ſua vel regni reſtitui poſſet: conſuluit non poſſe. Et eos ſequitur ibi Alb.verſic. quarto ergo. & idem Ioann.Fab.& idem Petr.de bella petti.in §.rurſus.inſtit.de actio. & Innoc.in c.j. de in integ.reſtit.& ſentit Lucas de Penn.in l.in prouincia.verſi.vtrum autem fiſcus. C.de numer. & actua.lib.xj. reprobans ibi gloſſ. quæ voluit fiſcum & rem publici imperij idem eſſe, & pariter Bar.& Doctor.in rubr.C.de iure fiſ. tamen ſecundum eum non ſunt, ſed pars reipublicæ: ergo ſiue fiſcus ſiue alia reſpublic. quàm Romana, reſtitui non poteſt. †Sed ipſe 2
tenet contrarium in l.rempublicam. C. de iure reipublicæ.lib.xj. & communiter Doctor. in prædicta l.reſpublica. & inſuper Paul.de Caſtro. & Mart.Lauden.

deo.in tractat. de fiſco.§.ccxix. & pro iſta opinione eſt gloſſ.in l.ij.C.comm. de vſuc.Sed Rex Frãciæ eſt in regno ſuo Imperator,ideo ſi læſus fuerit, vel alia res ciuitatis publica ex contractu, poterit reſtitutionem in integr. petere.& ita tenet Ioann. Fab.in d.§.rurſus.verticul.vnum tangit Pet.& ver. ſed conſueuit quæri de fiſco. Licet profectò non ſit decens, nec principi honeſtum, imò verecundia contra factum ſuum venire, & ſuos irritare & annullare cõtractus:quoniam nullos aut paucos inueniet princeps aut reſpub. homines ſecum contrahere volentes. Et in hoc poſſet periculum imminere rebellionum,vt dicit Felin. in d.cap. ad audientiam.in fi.qui alleg.Ægid.de Bellam. in cõſilio xij.ad fin.incipien. quæritur ſi caſtra recognita.quod tamen in toto conſi. volumi. non inueni. Sed aduerſus ſententias & areſta contra eum lata poteſt vſque ad triennium ex aliqua iuſta cauſa reſtitui conſtitutione principum permittente, puta ob inſtrumenta de nouo reperta. Sed ſi ſententia gratia aut ambitione lata fuerit, ad quadriennium vſque. Si verò fraude & præuaricatione pecunia interuenierit,tũc perpetuò retractari poterit: text. cum gl.in l.vna C. de ſenten. aduerſus fiſ. latis.lib. x.& ibi Bart. Odofre.Bald.Ioann.de Platea.Iaco. Rebuf.& Lucas de Pẽ.& Bal.in l.quid ergo.§. pœna grauior.in ſecunda lectura. ff. de his qui notan. infamia.& Paris de Puteo in Syndica.in verbo,cõdemnatio.verticul.iudex condemnauit. argument. l.j.§.pro qua.ff.de poſtulan. Sed hodie errores aduerſus areſta intra biennium proponere, ac proceſſum ponere & claudere ad ius & alia contenta in ordinatione diui Ludouici xj. facere tenentur, cuius tenor ſuperius in qu. ccxlvij. incip. nunc ad ſecundam.eſt incertus.

SVMMÆ.

1 *Mater quare per ſecunda vota perdat tutelam, etiam ſi ſit tutrix teſtamentaria: & ſecus in patre.& nu.2.*

3 *Vitrico poteſt dari tutela.*

4 *Mater quæ mortuo ſecundo viro vult recuperare tutelam priorum liberorum,an poſſit. & nu.6.*

5 *Mater quæ volens nubere depoſuit tutelam,an ſi non nubat,eam recuperet.*

Quæſtio CCLXVI.

Alia quæſtio fuit coram nobis pendente prædicto proceſſu mota, quoniam mater quæ ad ſecundas conuolauerat nuptias cum nunc defuncto domino Fabiano de Bondet regis conſiliario,perdidit tutelam: quæ tamen de conſenſu tutorum teſtamentariorum per iudicem fuerat eidem de Bõdet data & decreta: nunc mater ſolum matrimonio morte ipſius,vult ipſam reaſſumere tutelam,quæritur an poſſit.

DECISIO CCLXVI.

1 EST † primò dico quòd ratio quare tranſiẽs ad ſecunda vota ſit remota de iure à tutela tanquã ſuſpecta,triplex eſt. Prima ratione morum inhoneſtarũ. Secunda ratione mutatæ affectionis in liberos.Tertia,ratione præſumptæ dilapidationis,vt authen.de nupt.§. ſi autem tutela.& l.lex quæ tutores.C.de adminiſt. tut.& Corn.conſi.cxiij.vo.iiij. & Ang. conſi.cliiij. prope finem.ibi,moueor,ſecundò, quia dicta mulier. † Secus videtur in patre, qui ob tranſitum ad ſecunda vota non perdit liberorũ adminiſtrationem,l.generaliter.in prin. vbi eſt text. clarus in verſi.negotia verò liberorum. & ibi Ang.C.de ſecund.nuptiis.& in §.ſed quod ſancitũ eſt. in authẽ de nupt. † Tamen tutela dari poteſt vitrico per iudicẽ de cõſenſu tutorũ,iuxta l.mater.C. de interdi. ma.inter pupil.& tutor.vt voloit Bal. in auth.iiſdẽ pœnis.verſi. ſed pone quòd iſta mater vult excludere.C.de ſecundis nuptiis.in l.omnẽ.verſ.ſed nũquid iſta nubens.C.ad Tertul. † Sed quæſtionẽ noſtrã, quòd mater binuba poſſit reaſſumere tutelã ponit Spe.in tit.de tuto.§. nunc videndũ. ver.quid ſi mater.& arguit ad vtranque partẽ. Et ſoluit diſtinguẽdo,aut res eſt integra,quoniã liberi nullum habent tutorẽ,nec habere poſſunt:tunc mater admittitur:ſecus ſi alium habẽt tutorem legitimum, vel habere poſſunt:eo caſu non admittatur. & ipſũ ſequitur Ang.in authẽ.matri & auiæ.C.quãdo mulier.of.tut.fung.& Io.Fab.in authẽ.ſacramentũ,eo. tit.& Alex.in add.ad Bar.in l.ſciãt.C.ad Tertul.Sed in cõtrariũ videtur q̃ mater quę per tranſitũ ad ſecũda vota perdidit tutelã,d. auth. ſacramentũ etiã ſi in teſtamento data fuiſſet tutrix, ſecundũ magis cõmunẽ Doct.opi.in d.auth.matris. de quo amplè dixi ſuprà in q.xcviij.inci. quò ad ſecundam quæſt. quòd illa poſt mortẽ ſecundi viri reaſſumere non poſſit tenet Per.quẽ ſequitur Cin.in d. auth. matri. in viij.& vlt. q. quia cũ ſuſpecta abierit à tutela filiorum,adhuc durat ſecundũ ipſos ipſa ſuſpicionis cauſa,propter ſobolẽ ex poſteriori viro ſuſceptam quàm veriſimile eſt prædiligere: & in craſtinum poterit ad alia conuolare vota.Nam in eadẽ ſpecie delicti,ſemel malus præſumitur malus. l. ſi cui§.ſi. ff de accuſat.in regula.ſemel malus. & ipſos ſequitur Hippol.de Marſil.in l. etiã ſi redhibitus.verſic. patet etiam hoc nu.vj.ff de quæſt. & Maſuer.in ſua praxi.tit.de tuto.verſic. itẽ ſi mater habens tutelã: & Bald.in §.nos autẽ.verſic. ſed pone quòd mater ſit data tutrix in teſtamento. de Attilia. tutore. & latius verſi.ſed pone quòd mater per tranſitum ad ſecũda vota perdidit tutelã.Et idẽ in d.auth. ſacramentũ,in vltim.q.& in l.cũ ancillis verſic. itẽ colligе.arg.de inceſt. nup.dicens, quòd ſi mater erat tutrix liberorũ,& aſſeruit ſe velle nubere, & facit aliũ tutorem dare liberis,& poſtea pœnitet,& non vult nubere,ſed reaſſumere tutelã, q̃ non poſſit.& idẽ dicit in l.imperialis.in prin.verſ.ibi,ſed& ſi tales.in fi.C.de nu.& tenuit Bar. & Bal.in d.auth.ſacramentũ.& Bar.conſi.cxlv,exordiente,ſactũ ſic ſe habet.in vj.dubio,etiã ſi non fecerit dari tutorẽ in l.ſi quis ſub conditione verſicu. quæro an ſtatim.ff. de teſtament.tutel.& Ang. Aret. inſt. de legi.patre tute.quod eſt fortius. & Nico. de Vbal. in trac.de ſucceſ.ab inteſt.ij.parte. & Deci. in capit.ex parte. verſi.in gloſ.ibi,ſoluta eſt.de appella. Ergo multo minus,quãdo de facto nupſit ſecũdò, nõ poſſet reaſſumere. † Tamen in hoc vltimo quando nõ nupſit,ſed ſolũ declarauit velle contrahere.Salicet.in d.authen.ſacramentũ verſic. quæro ab extra. tenet contrarium,ſequendo gl. ibi, quod non priuetur, quia primi motus non ſunt in poteſtate noſtra gl. in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſc. & cleri.& nec pœnã meretur.l. cogitationis pœnã. ff. de pœnis. Tũ quia d. authẽ.ſacramẽtũ. & vnde ſumitur. & alia iura de hac materia loquẽtia dicũt ipſã nuptiis cõtractis perdere, & non cũ animum tantum habuerit nubendi,vt ibi latius per eum.Et iſta opinio videtur magis æqua,& magis placet. Quinimò nec per ſponſalia de præſenti non cognita perdit tutelam iam ſuſceptã, vt tenet Specula.in d.tit.de tuto.§.nunc dicẽdũ. ver.quid ſi tutelã habebat.& ipſum ſequitur Ioann. Fab. Sali. Ludo. Bolog. in

j.interpreta.in d.authen.ſacramentum.& Bald.Ang. & Alb.in l.ſolet.per illum text.ff.de his qui not. infa. & Rom.in ſingu.ſuo ccxxj.inchoant. Tu habes quod mater.& ample Ioan.Andræ.de Garonis. in authen. eiſdem pœnis.verſicul. quid ſi mater. cum ſequ. vbi ponit viij. concluſiones.Mat.de Afflict.in quæ. Neapolit.ccclvij.dicens, Ic fuiſſe concluſum per eorum conſilium.& de Neuiza.in ſua ſylua nuptiali. ver.aduertat & tertio.vbi dicit de facto Mediolani. allegat text.in l.iij. §.penult. ff.de ſepulchro violato. iuncta ſoluttone Dini,quam ponit Barto.in l.huiuſmodi.§. Stichum.ff.de lega.j.licet Bar. velit contrarium in d. authentic.ſacramentum.& Bald.in d.l.omnem.verſ. quæro quid ſi iſta mulier.ad Tertul. & in c. ex parte M.de appel.verſi. quæro ſi mater.& Inſo. in l.vbi pactum.ver.ſecundo ad idem.C.de tranſa.& Bal.conſi. cclxvj.exor.mater quæ tranſit ad ſecũda vota.vol.iiij. vbi etiam tenet priuari ſucceſſione filiorum,etiam ſi petierit tutorem ante copulam carnalem, & traductionẽ ad domum,& idem Guliel.Benedict.in repe. c.Raynutius.verſi.circa quam ſequendo Spec. vbi ſuprà.ſed male eũ vidit. Vnde eſt benignior,& de iure verior,eam non perdere tutelam nec ſucceſſionem, ſi ante matrimonij conſummationem petierit tutorem,ſiue ſit intra annum ſiue poſt,cum d.auth.ſacramentum.iuncta l.ſancimus.C.de nu.conſideret verã traductionẽ & conſummationẽ matrimonij, ad hoc vt nuptiæ dicantur contractæ,vt dictũ eſt,ſecundùm Doct.ſuprà allegatos,& Bal.in d.§.nos.ver.ſed pone quod mater accedit ad iudicem.de Attil.tu. Sed ego profecto non cõſidero traductionem ad domũ viri, ſi copula fuerit ſubſecuta in domo vxoris, vt voluit Imo.in l.ſi ſocer.§.Lucius.verſi.& attende bene quia Azo.ſol.mat.dixi ſuprà q.xxij.inchoan. an bona mobilia.& alibi ſæpe. igitur ſiue contraxerit ſponſalia, etiam per verba de præſenti,non perdit tutelam,ſecundùm veram opinionem, ſi copula ſecuta nõ fuerit. Sed in caſu noſtro quid dicendum? cuius opinio an Petri vel Speculatoris ſit tenenda. Et Raymundus concordãdo ipſos dicit opinionem Petri eſſe veram, ſi filios habet ex ſecundo viro,alias ſi non habet,opinio.Specu.eſſe veriorem,quod mater recuperet: ſed hæc Ray.diſt.non placet.Sal.in d.auth. ſacramẽtum. ver. quæro etiam ab extra, quod propter filios quos ex ſecundo habet viro non impediatur mater eſſe tutrix illorum,propter liberos primi viri: ſicut nec econtra,liberi ſecũdi matrimonij impediunt eam eſſe tutricẽ natorũ ex priore matrimonio. Sed impedimentum ſecundum ipſum eſt ſolus ad ſecunda vota tranſitus,qui impedire habet ſiue ipſa habeat liberos ex ſecundo viro,aut non. Quare alio modo cõcordat ipſos,& bene capit:quia Specu.vult matrem admitti in ſubſidium,vbi alium non habet tutorem, nec habere poteſt: & hoc probant leges per eum allegatæ. & ſic intelligendo ipſum non contradicit Petr. ſed potius limitat ipſum.Et illud quod Petrus dicit matrem nunquam admitti,intelligi debet, niſi in ſubſidium,cum alium idoneum habere non poſſit: quod raro euenit,tamen in caſu noſtro euenit, quoniam legitimos nec cognatos(niſi ſuſpectos)habebat,qui petunt eorum ſucceſſionem,vt dictum eſt in præcedẽti q.Tum quia potius redirent ad teſtamentarios tutores,omnibus legitimis, & datiuis præferentes, vt volunt omnes in d.auth.matri. & in aliis locis ſuprà alleg.licet de eorum cõſenſu tutela data fuiſſet dicto de Bondet. Quia quando tranſit ad ſecunda vota, & eſt ſola,tenetur petere tutorem,aliàs priuatur ſucceſſione,l.omnem.C.ad Tertullianum. & formam petitionis Speculator ponit titulo de Tuto. §.ſi autem ver.accedens domina.Ab.& Bal. qui Speculatorem refert conſi.lxxj.incipien.caſus ſuper duo vol.j. Secus ſi alij erant contutores,quia tunc non tenetur petere alium ſubrogari, ſed ſolum iudici notificare ſe velle ad ſecunda tranſire vota,& renuntiare tutelæ,ac reddere rationem adminiſtrationis contutori, vt dicit Bald.conſi.ccclxxix.inchoante,punctus quæ. volumin.iiij.quod Decius allegat conſil.ccclvj.exordiente,Requiſitus ab illuſtri gubernatore.in fin.num.vij. quòd habeo.volum.ij. num.clv. Quinimo iſto caſu, quando eſt cum aliis data tutrix, quamuis perdat tutelam per tranſitum ad ſecunda vota, alij contutores remanentes adminiſtrare poſſunt etiam matre non petente,ſi illi ſuperſtites ſunt ſufficientes,ſecundum Doct.ſuprà alleg.de quo per gl.in l.j. C.de teſtamẽtaria tut.& in d.l.ſi quis ſub condmone. per Bart. & Bal.ff.eo.tit.& Bald. in d.conſil.clv. incipiente punctus quæſtionis.volum.ij. & in d.l.omnem. verſicul. quæro quid ſi mater habet contutorem. & Matth.de Afflict.Deciſio Neapoli.lxxv.num.ij. Sed hic mater non erat tutrix teſtamẽtaria,ſed Bernardus de la Vignirie dit Teſte,& Petr.de Nozeres,qui reaſſumpſerunt ex ordinatione noſtra proceſſum coram nobis pendentem.Ex quibus cõcluditur matrem (quæ per tranſitum ad ſecunda vota tutelam perdiderat liberorum primi matrimonij)reaſſumere illam poſſe in ſubſidium,ſi alium idoneum non habent,vel habere non poſſunt, tutorem, ſimul cum tutela liberorum ſecundi matrimonij.

SVMMA.

1 *Pater an teneatur filiis relinquere iure inſtitutionis. & nu.2.& 3.*

Quæſtio CCLXVII.

Pater inter liberos teſtando,aliquibus hæredibus vniuerſalibus inſtitutis, an teneatur aliis liberis relinquere iure inſtitutionis,iuxta §.aliud quoque capitulum, in authenti.vt cum de appellatio.cogno.

DECISIO CCLXVII.

ET glotſ. in d.§. aliud quoque capitulum. tenet quod ſic, per illum text. quod iure inſtitutionis & non titulo legati relinquere teneatur. & ibi eam ſequuntur Iac. de Belloviſo Bart.& Ang.& idẽ tenuit gl. in l. Papinianus §. ſi quis mortis.de inof. teſtament.& ibi Bart.Bald.& Angel.cum aliis ſuprà ccxl. inchoan.& proceſſi moto.alleg. Et iſta eſt regula ſecundum Doct.vtr;ſque cenſuræ, quod iure inſtitutionis teneatur hodie relinquere legitimam aut certũ quid etiam teſtando inter ſolos liberos. Et tenent Petr.Iaco.Cin.Alb.Sal.& Fulg.in authent.nouiſſima. Alex.& alij per Iaſonem ibi allegati. & Pet.Ghienſis de Eugubio in conſi.ſuo.cliij.polito inter conſi. Bar. inci.quamuis maximi docto. & idem Bertr.Landri. in addi.& Bertran.de Carpen. conſil.lxx.num.iij.volum.ij. niſi eſſet clauſula codicillaris in teſtamento ſecundum cum,inſerta, & prædictam regulam tenet Barb.in lacutiſſim.de fideicom.& Ludo.Gomeſ. in §.actiones.nu.viij.de actio.& Alex.conſ. cxiiij.nu. vij.lib.vij.& in auth.non licet. de liber.præte.vel exhære.& Ioan.Nico.in reſpon.ij.dubij.nu.ij. ¶Sed cõtrarium tenuit glo. in d.authent. nouiſſima.quæ intelligit tex.in d. §. aliud quoque capitulum. habere locum in teſtamento ſolenni, & non in teſtamento minus ſolenni,vt inter liberos facto;quia tunc ſufficit quoquo titulo relinquatur.Et idem gl.in §.tam autem.

autem.in verbo teſta. inſtitu.de inoffi.teſta. per text. §.j.in authen.de triente & ſemiſſe. & iſta fuit opinio Azo.in ſumma de inoſ.teſtamen.in fi.ver. per aliam auth.nouiſſima autem.in d.authent.cum de appellatio.cognoſ.§.cæterum ſi qui. & ita Iaco.de Aret.in l. illa inſtitutio.ff de hęre.inſtit.quem refert & ſequitur Io.And.in addi.Spe.tit.de inſtrumen. editione.§.inſtrumentum.ver.quid ſi à contrahentib. in vera ſubſtitutio.& ſingulariter Fabia.deGioch.in d.auth.nouiſſima in xviij.q.principali.verſic.iiij.quæritur.cum ſeq.& Alex.in additio.ad Bart.ibi. in prin.ſequendo gl.ibi,& Iac.But.in §.ex imperfecto. l.hac conſultiſſima.C. e teſtam.& But.in c.Raynutius verſic.tertia fuit opinio.de teſta. & ibi Hoſtien.in ſumma.eo.tit. & Domini.de ſancto Geminia. in c.ſi pater.poſt gl. ibi,in verbo, inſtituit.eod.lib.vj. & Maſuerius in ſua praxi,tit.de ſucceſ.& vltim.volunta. verſi. vnde quocunque modo.& idem Matthæ.de Matheſ.ſing.cuij. inchoante,nota quod illa vulgaris.& Iaſ. in dicta authent.nouiſſima.in prin.verſi. ego teneo primam.vbi alios ſeptem caſus ponit fallentiales,hanc opinionem dicens eſſe veram,ſicut euangelium. & idem in d.l.hac cõſultiſſima.§.ex imperfecto.ver.& per prædicta ego aliàs tenui.ex eo quod defectus ſolennitatis requiſitæ à iure ciuili inter liberos ſunt relaxati per illum text.ibi,& cum ſequitur Geral.Alb.de Berberano in repeti.l.ſi pater.nu.xliij.C.de inſtitut.& ſubſtit.atteſtans hanc cõmunem eſſe veriorem, per text. in d.§.ex imperfecto.iuncto principio. Et iſtam etiam partem tenet Lauren.Calca.conſ.lxxiij.nu.j. Licet enim principaliter cauſa honoris fiat inſtitutio: de quo tamen honore,nõ debemus,ſed de voluntate patris inter liberos diſponentis curare. l. fin. C.fam. erciſc.ſignanter quando maſculos relinquit hęredes, & filiabus dotem,vel pro ea certum quid.In quo caſu vtilitas iuris accreſcendi poteſt aliis deficientibus locum habere,ſaltem ab inteſtato, vt plures doctor. ſuprà allegati,hanc opinionem ſeu limitationem tenentes ſentiunt,& Barb.conſi.lxxj. verſic. nec obſtat quod filius debet habere iure reſtitutionis, vol.iij.& eidem volunt gl.ij.in l.quoties.C.fami.erciſcun.Nam quilibet teſtator,vt ait,neſcit dicere hęredes inſtituo, nec profecto notarius,vt dicit Ang.Aret. in §.fi.ver. adde quod forte.inſti.de inoffic.teſta.& idem tenuit Bar.conſ.clj.exor.Marſilius.ſi ratione debiti iure naturæ relictum fuerit.& ipſum ſequitur Franc. Tigri. ibi in ſeq.conſilio inchoan. & ego Franc. Tigrin.legum doct.de Piſis.& idem Bart.Bald.in auth.vnde ſi parens.& Bald.in l.quoties. & cum ibi ſequitur Iaco. de ſancto Georg.num.viij.C.de hære.inſtit.& Deci. conſi.ccxxviij.nu.j.& ij.& Bal.& Pau.de Caſt.in l.humanitatis.C.de impube.& aliis ſubſti.volentes idem eſſe quando relictum foret filio pro legitima,vel falcidia pro parte ſua,quod intelligatur iure inſtitutionis relictum.quos ibi ſequitur Alex.verſi.in textu,ibi legitimam portionem.cum aliis ibi per eum allegatis. dicens hanc partem eſſe communem, quamuis Salicetus in d.authen.nouiſſima.& Ioann.de Imo.in ca.Raynutius.velint contrarium, per text.in dicto §. aliud quoque capitulum. ad quem reſpondet Alex. in d.l.humanitatis.volens eum loqui in relicto facto filio pro parte ſua titulo ſpecifico legati fideicõmiſſi, vel donationis cauſa mortis,aut ſimili : & tunc quoquo relicti titulo ſeu inſtitutionis.& ita vult ille text. Sed vbi,vt inquit, non ſpecificatur alius titulus, ſed ſimpliciter relinquitur pro legitima, aut pro parte ſua,tunc non dicitur ibi quod requiratur eſſe relictũ iure inſtitutionis,quia tantũdem eſt dicere relinquo tertiam,aut relinquo legitimam. l.in teſtamentis.C. de teſtamentis.& Bal.conſ.x.inchoante,ſuper primo puncto.verũ ſed videndum vtrum.vol.iij.& Ioned. in ſua repet.d.c.a.Raynutius. numero xxxv. cum aliis per eum allegatis cauſa brevitatis.& item Alexan. in l.nam quod. non omnis. ad Trebell. verſic.primo limita.& in conſi.lxx.lib.ij. & Deci.in d.l. humanitatis.in ij.notab.dicens hanc opinio.Bar.eſſe communem & hoc per rationem quam inter alias adducit Franciſcus Tigri.in d conſi. quia teſtator quando aliquid diſponit in ſuo teſtamento,videtur diſponere prout neceſſitas requirit,l.Gallus.§.j.& ibi Bartol.& Doctores.ff.de liberis & poſthumis. ergo relictum pro legitima videtur relictum pro iure inſtitutionis, prout relinqui debet.Et idem Paulus de Caſtro conſilio ccexxxiij. num.iij. verſiculo confirmatur etiam concluſio.volum.antiquo. & Cerneus conſilio xxxv. volumin.ij.conſilio ccxcviij.volumine j.volens valere ſi pro ſua dote relictum fuerit. pro quo allegat in dicto conſil.xxxv.gloſſam in dicta l.quoties fami. erciſ. & ſi eſſet maritata,ſufficit illam inſtituere in xij. imperialibus vnà cum dote, vt dicit gloſ. in l.iij. v.ſed vtrum.& ibi Bartolus Bald. Ange & Albericus.ff.de minor.& Imol. in l.fi.us quoque.verſic.idem dicit ſi filia inſtituta in dote.ff.de hære.inſtitu.Bert.de Carpent.conſilio j.numero xix.& conſi.cij. numero xv. & conſilio xj.numero ix.volum.in.ij. & Benedict.in dicto cap.Raynutius.numero lxj.& Anton. de Butr. ibi verſicul.tertio nota.argumen.& Alexand. in rub. ff.ſoluto matrimonio. Vel etiam ſi eſſet conſuetudo aut ſtatutum loci volens ſufficere quocquo relictum titul.vt erat de iure codicis l.omnimodo. C.de inoffi.teſtament.vt dicit Bald.conſilio ccevij.inchoante, proponitur quod quidam miſer Symon. volum.ij. & in l.maximum vitium.verſic.vlterius quæritur de tali quæſtione.C.de liber. præterit. cum aliis per Iaſ. allegatis in authent.nouiſſima. verſiculo quarto fallit.& Benedict.vbi ſuprà nu.viij.Et inter aliàs limitationes Doctorũ videtur vna eſſe ſingularis,† quando pater vno aut duobus ex liberis iam inſtitutis hæredibus ſubiungit : Item alius ſeu cuilibet ipſorũ relinquo decem,licet d xerit iure inſtitutionis,valebit tamen propter titulum inſtitutionis præcedentem filio aut filiis adiectum,qui videtur tacite in aliis (ratione dictionis item, adiectæ orationi imperfectæ) repetitus:quæ dictio inducit repetitionem præcedẽtis qualitatis, vt oratio ſequens ex præcedenti ſupppleatur.& ita conſuluit Bar.conſi.xxvij.incipien. viſa facti narratione prædicta & ſequitur Benedict. in d. c.Raynutius.num.lxxvij. & idem ſi vſus fuerit dictione etiam,ſimiliter vel pariter relinquo, &c. † Vnde concluſum fuit teſtamentum inter liberos conditũ, in quo vno, vel pluribus hæredibus inſtitutis, patet reliquit aliis liberis certũ quid ſimpliciter,valere iure inſtitutionis. Et latũ arreſtum in fauorem filiorum hæredum cõtra ſorores de Madronem de Liburnia. die iij.menſis Maij. Anno, 1536. Et pariter per aliud arreſtum fuit dictum valere teſtamẽtum in quo poſt certorum liberorum inſtitutionem factam pariter donauit vni filiæ certum quid vltra dotem habitam. & in final.voluit teſtamentum valere iure codicillorum,aut alterius vltimæ voluntatis.& latum arreſtum die Aprilis Anno, 1537. Domino de Valee relatore exiſtente.

1 2 3

SVMMA.

1 *Fructus reſtituere condemnatus, an quos actor percipere potuiſſet reſtituat, & nu. 2. & 3.*

Quæſtio CCLXVIII.

Reus poſſeſſor condemnatus per ſententiam aut arreſtum de reſtitutione fructuum perceptorum & percipiendo-

tum, ad quos tenetur malæ fidei poſſeſſor, an intelligatur de percipiendis, quos ipſe poſſeſſor condemnatus percipere potuiſſet & non percepit: aut de illis quos actor dominus percipere potuiſſet, ſi fundum poſſediſſet.

DECISIO CCXLVIII.

ET † videtur eſſe intelligendum de fructibus quos poſſeſſor ipſe & non actor percipere potuiſſet, vt l. domum. C. de rei vend. & ibi hoc tenet Cin. in primo not. per illum text. dum dicit, percepit: & verbum percipere poterat, referatur ad poſſeſſorem, remittens ſe ad l. certum. eodem titul. vbi verſicul. primo quæro argumentatur ad vtramque partem. Primo vt dictum eſt. Secundò in contrarium, quòd intelligendum ſit de fructibus percipiendis, quos actor ipſe honeſtè percipere potuiſſet l. fructus. & ibi gloſſ. & l. ex diuerſo. cum ibi not. ff. eo. tit. & videtur expreſſus ad hoc tex. in l. ſi nauis, §. generaliter. eodem titu. & gloſſ. in l. ij. C. de fructi. & litium expenſ. & pro ſolutione dicit hoc eſſe multum neceſſarium ſcire. Nam poſſet eſſe quod petitor eſſet vnus agricola, & poſſeſſor vnus ſcholaris vel econtra: quare cõcludit debere intelligi de percipiendis ab ipſo poſſeſſore, per d. l. domum. 2 † Et hoc verum, quando ipſe poſſeſſor non fuiſſet in mora: ſed ſi fuiſſet in mora: quia interpellatus non reſtituit, tunc à tempore morę tenebitur de illis qui percipi potuerunt à petitore, alias eius conditio fieret deterior. & ſic intelligit dictum §. generaliter. & idem tenuit Din. in l. apud Iulianum. §. fundus. aliàs eſt §. fructus. ff. de leg. j. & Alber. ibi. & in dicta l. fructus. verſic. gl. communiter videtur. de rei vend. idem Bart. in dicta l. ij. de fruct. & litium expen. & iſta fuit opin. Petr. de Bellapertica in dicta l. domum. quem refert ibi Bartol. Bald. & Salic. Tamen iſta diſtinctio non placet Bart. quoniam qui non iure occupat, dicitur ſemper eſſe in mora. l. j. C. quod metus cauſa. 3 † Vnde Guliel. de Cug. in dicta l. domum. & dicta l. certum. quem Barto. (quamuis eum non alleget) ſequitur, vult quod ſi quis velit ſe referre ad illud quod percipi poſſet, ſingulariter referri debet ad perſonã petitoris, dicta l. ſi nauis. §. generaliter. licet perſona poſſeſſoris plus percipere potuiſſet propter ſuam diligentiam & perſonæ induſtriam: tamen non tenetur illud reſtituere, cum illud percepiſſet potius ex ſua negotiatione quam ex re. l. ij. §. ſi hæres. ff. ad l. Falc. Sed ſi quis velit ſe referre ad id quod percipi communiter potuiſſet, tunc ſiue dicas quantum percipi potuiſſet per petitorem, ſiue quantum percipi potuiſſet per poſſeſſorem, quod idem eſt dicere, quia te refers ad id quod communi æſtimatione percipi poteſt, argumento. l. ij. C. de reſcindenda vend. Et ſic non habetur conſideratio aut reſpectus ad ſingularẽ induſtriam vnius plus quàm alterius. Et illud probatur in d. l. apud Iul. §. fructus & ita tenet Fab. in d. l. domum. & Ang. ibi, in fi. & pariter Paul. de Caſt. ver. circa primum. & in d. §. fructus. vbi idem dicit. quem ipſe ſequitur Imo. & idem Ant. de But. in c. grauis de reſti. ſpo. Et hanc Bar. opi. credit. Bal. in d. l. domum. ver. modò quæritur. eſſe veriorem. & eſt communis, vt ait Ale. ibi in add. ad Bar. & in d. §. fructus. Et vtrobique limitat duobus modis quos ibi vide per eum, & Iaſon poſt Cuma. quem refert Lance. Dec. in d. §. fructus. cùm induſtria vnius attendi non debeat, ſed quod communiter percipi poteſt per quemcunque 4 diligentem patremfamilias, d. §. fructus. † Et ſic habetur in praxi, & ſeruatur in curiis, in quibus cõmuniter cõcluditur ad fructus quos ipſe actor communiter ab alijs percipere potuiſſet. Et nota tu iudex, quòd fructus fuiſſe perceptos probatur per ſolum iuramentum, quod actori vel reo qui melius nouerit veritatem, & legalior erit ſine dolo deferendum eſt, vt dicit gl. reputata ſingularis in authent. de nupt. §. vnde ſancimus. verſicul. ſed ſi quidem aliquid. in verbo, iureiurando. quam magnificat Bald. in d. c. grauis ver. & not. quod ideo hic iuratur de fructibus. de reſt. ſpoli. & Iaſon in dicto §. fructus. ver. adde etiam. & in l. admonendi. in lectu. ſuper gl. magna ad fin. de iure-jurand.

SVMMÆ.

1. *Recuſari an poſſit totum parlamentum. & nu. 4.*
2. *Recuſari an poſſit vniuerſitas, eo quod caput eſt ſuſpectum.*
3. *Recuſari poteſt Synodus, ſed non generale concilium.*
5. *Cardinales an poſſint recuſari.*

Quæſtio CCLXIX.

An curia ſuprema tota, tam præſidentes quàm conſiliarij recuſari poſſint: quod plerunque fit per malam fouentes cauſam, & fugientes iuſtitiam.

DECISIO CCLXIX.

ET † videtur quod non poſſint totus 1
ſenatus per aliquem recuſari, vt in ſimili tenet glo. de tota ſynodo in c. j. in verbo, interrogatus. de iudi. quam ibi ſequitur And. Barb. vt infra dicã. Contrarium verò tenent doctores reprehendentes gloſ. prædictam, & hoc per text. in cle. paſtoralis. verſ. notorium quippe. ibi, Piſanáque ciuitas, in qua lata fuit memorata ſententia, regem capitali habebat odio notorio & antiquo. cum pluribus ver. ſeq. & ſignanter in verbo, quis enim audiret: vel qua ratione aliquis teneretur conſiſtorij talis ſubire iudicium & c. de re iudi. vbi ciuitas & conſiſtorium imperatoris erat recuſandum, & ſic per illum textum tenet Anch. in d. c. j. ad idem text. quod ſuſpecti. iij. q. v. per quem Vincen. dicebat ſynodum recuſari poſſe, quãdo metropolitanus vel maiores, qui præſunt, ſuſpecti ſunt. Et illud conſilium fuerat ibi principaliter contra Io. Chryſoſtomum congregatum. & idem in ca. licet ex ſuſceptæ. de foro compet. pro quo Sicul. in d. c. j. de iudic. allegat gl. in ca. in ſingulis. in verb. appellatione. in fin. de ſtat. reg. quæ vult vniuerſitatis iudicium poſſe ex cauſa recuſari. & ibi Abb. & Butr. in dicto c. §. dicit in hoc conſiderandum eſſe qualitatem capitis, an de facili moueatur ad dicta aliorum vel non, & ſic Bald. ibi intelligitur, † quamuis in l. j. C. ſi rector 2
prouinciæ, dicat, quod propter caput ſuſpectum poſſit totum collegium recuſari. Tamen Felin. in dicto ca. j. verſi. gloſſ. in verbo, interrogatus. intelligit primum dictum Bal. & Anton. ibi, ſi caput ſit tale, cui vniuerſitas non auderet contradicere. Secundò intelligit quando vniuerſitas ſubeſt ei: ſecus ſi non ſubeſt. allegat Ioan. And. in addi. Spec. de iudic. delega. §. final. verſicul. item quod ex pluribus iudicibus. Concludit tamen Abb. quod ſi remotis ſuſpectis remanet ſynodus in perfecto numero, qui requiritur ſecundùm qualitatẽ cauſæ, quod propter ſuſpitionem quorundam non poterit recuſari tota ſynodus, argu. ca. fin. de procurat. cum aliis per eum alleg. quod intelligit in inferiori ſynodo. Secus in cõcilio generali, in quo præeſt Papa, quod non poſſit recuſari, vt ibi ſentit Cardin. & Docto. & Philippus Franc. in c. poſtremo. numero xiiij. verſi. octauò & vltimò. de appella. qui ſequitur hac cõmunem. Tamen ſecundùm

Bald.

Digitized by Google

Bald.in dicto ca. j. concilium poteſt recuſari in tribus caſibus,vt ibi per eum. Subdens concilium cui commiſſa eſt cauſa, poſſet recuſari tanquam ſuſpectum , ſicut ſingularis perſona : & ita practicari & probari per textum in dicto cap. & rationem vide ibi per eum. Quod vltimum reprehendit Barbat. num. lxxvilj. verſic. tu pondera. qui ſequitur gloſſ. dicens non obſtare text.in d.cle.paſtoralis. ver.Piſana.contra gloſ.communiter allegatam. † Sed ibi 3
Felin. verſicu.gloſſ.in verbo,interrogatus.ſequitur communem. quia à pari procedunt , appellatio & recuſatio,cap. ſuper eodem.de app.& à ſynodo appellari poteſt.c.multis.xvij.diſtinctio.ergo recuſari.Sed non concilium generale , allegans Calderic. conſilio vj.tit.de app. & ibi vide per Felin. poſt ſecundam limitationem,vbi omnia iſta limitat. Et iſtam communem opin.ſequitur Decius in dicto c. j. qui reſpondet ad Barba. quem dicit communem tenuiſſe opin.in tracta.de præſt. Car.in ij.quæſt.iij. & idem Cardin. Alexan.olim præpoſitus in ca.cùm 4
ſpeciali.nu.xxvij. de appella. † Et ſic de facto nunc nonnulli conantur totam curiam recuſare , vt non ſuperſit numerus ad iudicandum tam recuſationes friuolas,quàm principale , ſufficiens , & non expectata ſuper recuſatione reſponſione per curiã fienda, obtinent euocationem , quod fieri non debet, niſi prius eidem magno conſilio de dictis recuſationibus,an ſint legitimæ, conſtito:& ſi videant illas non probaſſe in totum , & remanere ſufficientem numerum ad iudicandum , illos fugitiuos condemnare debent erga Regem dominum noſtrum in groſſis & magnis emendis. Et ſic vidi ſeruari tempore meo quo eram in eodem excelſo conſilio ordinarius , quando domini Tholoſani recuſabantur , ac pariter domini curiæ noſtræ Burdega- 5
len. †Sed quid de dominis Cardinalibus,an poſſint recuſari,textus videtur quòd non, cap.nouit. & ibi per Doctores.& Cardin.Alexan. in dicto c.poſtremo.nu.xiij.ver.ſeptimò quæritur.de app.& in contrarium videtur text.in c.ad petitionem.& ibi Hoſtien.& Cardin.de Zabarel.ac cæteri.de appellatio.

SVMMÆ.

1 *Iudex an poſſit de delicto inquirere in loco originis, & numero 5.& 4.*

2 *Delinquens in quot locis poſſit puniri.*

3 *Iudex an extra territorium poſſit inter homines ſui territory cognoſcere,& delinquentem punire.*

Quæſtio CCLXX.

Ratione originis iudex an poſſit ex delicto alibi commiſſo inquirere ex officio ſuo,vel aliqua inſtante parte, & procedere ad punitionem.

DECISIO CCLXX.

1

T † Placen. quem ſequitur Cin.Bartol.& Bald.in l.j.C. vbi de cri. agi. tenent quòd ſic.& idem Bartol. in l.prima.q.viij. verſic. aliquando ciuis delinquit. C. de ſumma trinitat. & ibi Bald.verſic.viſo an forenſis.& Albe. Gandi.in tract. maleſi.titu.
2 vbi puniatur delinquens.in princip. † vbi dicit in tribus locis delinquentem poſſe puniri. Primò in loco commiſſi delicti,l.ſi cui.§.idem Imperatores. & l.final. ff. de accuſa. Secundò in loco in quo lis fuit conteſtata, l.j. C. de iuriſdictio. omnium iudicum. Tertiò in loco originis vel domicilij,dict. l.j. vbi de crimine agi opor.Et idem tenuit Angel.Aret.in tract.maleficio.in verbo,hæc eſt quædam inquiſitio.q.v.verſi.quæro an de dictis commiſſis, & Ioan.de Lignia.in clem.paſtoralis. verſic. rurſus.de re iudi.& Abb.Sicul.conſil.xxiiij.incip.Rodulph.in primo dubio. volu.i. qui allegat dictam l. primam. vbi de crim.& cap.cùm contingat.de foro competen.vbi idem Barbat.num.xviij.poſt Anton. & Abbatem Sicul.dicens Barbat. nume. xxviii. mirari de Abbate Sicul. quòd in cauſa criminali conſuluerit, & nihil vltra quàm in lectura diceret , conſulendo, quamuis in iſta non reſideat,vt infrà dicam. Sed in hanc videtur inclinare Guido Papæ in q.ccii. verſi. quæro vlterius. † Et contrarium tenent Odofre.& 3
Iacob.de Bellouiſu in dicta l.prima.vbi de crimine agi oport.& Spec.& ibi Ioan.And.in tit.de compe. iudi. adi. §. primo. in verbo, & ſi antequam. & ibi Bal.in l.prima.C.de ædil.actio. & Albe.in iii.parte ſtatutorum.q.xxxvi.& Salic.in l.ſeruos.C.ad legem Iul.de publi.& Ludo.Bolog.conſil.viii. verſi.capio igitur fundamentum primum. & etiam conſil. lvii. & Bald.in tracta.ſuo crimi.q.liii.& Bartol.& Imol. d.l.ſi cui.§.idem Imperatores.& Hippol.conſ.xiiii. nume.ix.& conſil.lvii.num.xv.& conſil.lxii. nume. xxxvi. & Bald. conſil.cxxxix. inchoan. proponitur quod quidam ſocij. volum. iii. & conſil. ccccxviii. exord.quidam Cagnus. volum.ii. ſed in conſil. xci. aliàs too. incipiente,punctus talis eſt , Titius ciuis Senenſis. volu. v. dicit tutius eſſe procedendum in loco originis, & domicilij , ſi ibi accuſetur,& procedatur per accuſationem , & non per inquiſitionem officio iudicis,prout quotidie fit inſtante procuratore domini loci domicilij. Quod dictum fuit Ioan.And.in addi.Spec.in d.titu. de compet.iudic. adi.§.primo.in verbo,& ſi antequam. & idem Abbas Sicu. in d. conſil. xiiij. licet in eadem non reſideat,ſequitur opin.Cin.Bar.& Bal.vt ſuprà dictum eſt , quem reprobat Barbat. in dicto cap.cùm contingat. num. xxvj. vſque ad nume. xxxiij. incluſiuè. † Quia iudex domicilij aut originis procedere non 4
poteſt ex officio , ſeu per viam inquiſitionis de delicto extra ſuum territorium commiſſo,l. fin. ff.de iuriſdictione omnium iudi. vbi hoc multum probat.& ſic tenent Augu.& Bertran. Landr. in addit. ad Ange.Aret.vbi ſuprà,in verbo,ſequacium. & Alex.conſi.cxj.verſi.fortius.lib.j.& Hippo.de Marſil. in d.l.ſi.de iuriſd.omn.iudi. num.cxxxiiij. cum pluribus ſequen. vbi plenè concludit pro iſta ſecunda parte,iudicem originis vel domicilii non poſſe per inquiſitionem ex officio procedere contra ſubditum de delicto extra eius territorium commiſſo, dicens ſe aliàs pro hac parte conſuluiſſe , conſil. ex. numero xv.& hoc per textum,gloſſ.Bartol.in l.hæres abſens.§.proinde.ff.de iudi.& per text.in l.ii.C. vbi ſenato.vel clariſſi.prout ibi habetur in fine copulatiuè.quæ eſt vera litera ſecundùm eum, vt firmauit Iacob.Butrig.& Bald.in dicta l.prima.vbi de crimine agi opor.& Ioan. Andr. in cap.ex parte.de for. compe. & hoc niſi ibi per decem annos conuerſatus fuerit , vt volunt Doctores in dicta l. prima.& fina. vbi de crimi. agi oport. Nec ſufficeret, vt ipſe ait,quod in loco conuerſaretur, ſed requiritur quod ibi habitaret , ad hoc vt poſſit conueniri de his quæ alibi geſſit , & ibi vide per eum , qui allegat Imo.in c.dilectus. in ſecundo. de reſcri.& Alexand.conſil.clxvi.num.iiii.& per totum. lib.vii.& iſtam partem ſequitur Ludo.Bologn.in dicto conſilio viii. niſi tractatus delicti alibi committendi

fuiſſet in loco originis habitus. c.j.de homic.lib.vj. & Fulgoſ.conſil.cxlviij.infrà alleg.conſil.j.verſi.ſuper primis.Sed in caſu noſtro quidam oriundus loci de Seruieres ſpectantis vice comiti Turoniæ, in quo habebat bona aliqua, & domicilium in loco Duriac, commiſit homicidium in loco de Pleux, à iudice cuius fuit requiſitus per iudicem de Seruieres loci originis, & ſibi remiſſus & traditus qui tenebatur ſic facere, vt voluit Ludo. Bologninus, cõſil.lvij verſi.plus dico allegat text. in §.ſi quis verò. in authen. vt nul. iudi. & Fulgoſ.in d.conſil.cxlviij. incip. delictum commiſſum in vna ciuitate. ſed eſt ſupraſcriptio. ſed ſecundùm numerum noſtrum eſt cxlix.incip. ſuper inquiſitione formata. qui hoc tamen mihi non dixit: qui homicida poſtea petit ſe remitti coram ſuo iudice domicilij Dauriac, cui denegatum fuit, & per Seneſchallum Lemouicen. ad quem appellatum fuerat, confirmatum, & ad Curiam inde appellatum: tandem concluſum extitit bene iudicatum, quia non ſolùm ratione conuerſationis & bonorum, quæ in dicto loco originis de Seruieres poſſidebat, ſed remiſſionis ſibi per iudicem loci delicti factæ cognoſcere debebat, dicta clementina paſtoralis. §. quod ſi punitio criminis. ibi, inuentus, vel ad illum de more remiſſus. aliàs ſola conuerſatio in loco in quo quis non deliquit, aut non contraxit, non debet foriuri forum, vt voluit Alexan.in conſiliis ſuprà alleg.& bonus text.in dicta clement.paſtoralis. §.denique. licet Rex ipſe, & domini de Rota deciſ. ccccxlviij. in nouis. aliàs deciſ.xv.de iudic.incip.ſi quæritur vtrum iudex.Sed propter nonnullam ſuſpicionem iudicis & procuratoris fratrum fuit renuodiatus coram dicto Seneſchallo,& latum arreſtum die decima Martij, Anno 1539.† Sed dubium an iudex domicilij extra territorium poſſit cognoſcere & punire delinquentem ſui domicilij, vide Barto.in l.cunctos populos. & Barba.in dicto cap.cùm contingat, num.xxiiij.vbi ſe remittit ad capit.poſtulati.eodem tit.vbi poſt Pet.de Anch.in repeti.diſputat hanc quæſtionem.

§

SVMMÆ.

1 *Monachus an pro beneficio poſſit Abbatem in ius vocare venia non petita.& num.3.*
2 *Venia à quibus petenda antequam in ius vocentur.*
3 *Monachorum correctio quando ſpectet ad Epiſcopum.& num.5.*

Quæſtio CCLXXI.

Monachus ratione officij aut beneficij quod à ſuo dependet monaſterio, an poſſit & valeat agere pro iuribus eiuſdem contra Abbatem ſuum venia ſeu licentia ab eo non petita. Et an correctio monachorum ſpectet ad Abbatem vel priorem monaſterij, aut Epiſcopum etiam, ſi Epiſcopus ſit caput monachorum vel canonicorum regularium.

DECISIO CCLXXI.

1 LIT † Roma. in ſing.ſuo ccccclj. inchoante, Quid de monacho. dicit quod non, ſequendo Io. And.in additio.Specula.titu.de inquiſitio.§.ſi.incipien.text.dicit neceſſario. Sed iſtud prius tenuerat Spe.in titu.de actio.§. j.verſicu. item excipitur contra actorem, quod eſt monachus, per textum in c.vno.de ſyndi. in c. monachi.xvj.quæſt.j. & ele.religioſus. de procurato.& Baldlin ſua Margarita.in verbo, monachus. verſic.
2 ix. † Sed Alexand.in l.j.ff.de in ius vocan.probabiliter dubitat de ſocero, ſocru, patrino, defenſore ciuitatis, Imperatore Papa, patrono eccleſiæ, receptore, Abbate, & marito: an poſſint in ius vocari ſine veniæ petitione. Et de his & ſacerdote ponit Iaſon in §.pœnales.inſti. de act.& idem Iac.de ſancto Georg.in l.generaliter. ff. de in ius vocand.vbi ſequitur Ioan.Andr.in addi. Spec. loco ſuprà alleg. † Sed Bartho.Chaſſanæus conſil.xlij.tenet contrarium, quod ratione beneficij ab Abbate obtenti poſſit eſſe in iudicio contra alium ſibi litem mouentem ſine licentia Abbatis. Quinimo etiam contra ſuum Abbatem, vt tenet Abb.Sic.conſ.lxxxviij. volu.j. Et ſic concluſum fuit in curia pro religioſo monaſterij de Solaico, contra Abbatem eiuſdem. Quoniã vaſſallus poteſt dominum ſine venia conuenire, per text. in c.j. & gloſ.in verbo, ſalua reuerentia. de milite vaſſal. qui contumax eſt. gloſ. ibi ſequuntur Bald.& Card. Alex. & Purpu.in rubr.de ius voc.nume.xij.cum aliis per eum alleg. & Iacob. de ſanct.Georg.in d.l.generaliter. Et etiam Principem, voluit Bald.in d.c.j.de milite vaſſallo. Quem tamen reprehendit Alex.ibi, per notata per gloſ.in l.fin.& ibi Bal.C.de quadrien.præſcript. Et de monacho quando poſſit agere, vide Felin. in cap.cum delicta.ver.monachus. de reſcript. vbi ponit regulam quod non poſſit,& octo caſus fallen.& quartus caſus fallentialis eſt caſus noſter.& inter Doct.allegat Rotam in nouis deciſ.vj. titu. de reſtitu. ſpolia. quæ mihi eſt lxxx. quod intellige prout ipſe allegat ibi Rotam, quando religioſus habet beneficium perpetuum, quod poſſit intentare interdictum directum, etiam contra ſuum prælatum. Secus verò ſi habet manuale vel clauſtrale, per cap.cùm ad monaſterium. §. tales. de ſtatu mona.& ad idem allegat Rotam deciſ.j.de reſtitu. ſpoliat. in antiq. cum aliis per eum allega. Et in hoc amplius non inſiſto. Sed correctio monachorum ad Abbatem vel priorem ipſius monaſterij, an ſpectare debeat, vide per gloſ.Anton.Abba.Sicul. & Docto. in c. quanto. in verbo, ſi prælati. de officio ordinarij. & Innocen. in c.fin. quem ibi ſequitur Anto.de Butr. verſi. opponо ſecundò. de offi. archi. & Docto. inſuper Abb. Sicul. in capit. cùm contingat. & in Barbat. nume. ccccxxiij. de foro competen.& Deciſ.capel. Tholoſanæ.q.cccix.& Guid.Pap. Deciſ.ccccclix. vbi cõcludunt quòd ſic, etiam ad Abbatem, vel priorem ſecularem commendatarium perpetuum, cùm ſit titularis, per no.in cap. dudum, ij. de elect. & Docto.in c.nemo deinceps. de elect.lib. vi. & ibi Probus in addi.monachi. nu.xii. cum pluribus ſequen. vbi dicit Gallos ita tenere,& Domini.dicit ibi pariter Italos. & ad hoc probandum Probus inſerit quandam prouiſionem beneficii commendati in diœceſi Agenenſi. Quinimo ſecundum ipſum nu. xx. talis commendatarius, vt verus Abbas & verus prælatus poteſt eſſe iudex delegatus, iuxta formam cap. ſtatutum de reſcript. eodem lib. vi. Et pariter ibi num.xxxv. confutat & reprehendit Andr. Alciatum in eo quod dicit in l. pactum curatoris. C. de pact. commendatarium à ſede apoſtolica deputatum habere omnimodam & liberam fructuum diſpenſationem, & eorum dominum potiùs quàm adminiſtratorem eſſe, & ibi vide in cap. ſi conſtiterit. de accuſationibus, & ibi præceptor meus dominus Antonius Raynut. in vulgari appellatus Paruus Papa. vide Ioan.de Anan.in c.de cleri.percuſſo. Et hanc corrigendi poteſtatem ſpecialem habent à ſede apoſtolica, & vnam formam inſerit Probus in dicto cap.nemo. † Et quid ſi Epiſcopus 4

caput

caput exiſtat monachorum vel canonicorum regularium eccleſiæ ſuæ cathedralis, an ad eum ſpectet vel priorem conuentus, aut ſubpriorem vel hebdomadarium, prout religioſi eccleſiæ cathedralis Condomien. ex ſtatuto prætendunt, & etiam ex conſuetudine immemoriali, vide Docto. in d. ca. cùm contingat. & latè Corn. conſil. cxciij. exordien. pro deciſione primi dubij, volu. ij. vnde Epiſcopus & religioſi prædicti fuerunt per Curiam appunctati in eorum factis contrarij. & latum arreſtum die * menſis Septembris, Anno 1536. Et ad prædicta aduerte, quòd pendente lite inter monachos & Abbatem vel prælatum, monachi debẽt interim obedire Prælato & abbati, ſine tamen ipſius litis impedimento. c. olim. & ibi Felin. verſi. no. quòd quæſtio quæ pendet. de accuſatio.

SVMMÆ.

1 *Ruſticus in quo differat à ciue aſcriptitio, & cenſito.*

2 *Ciuis vt quis dicatur, quid requiratur.*

3 *Conſules in ciuitate an eſſe poſſint qui ſuburbia colant. & num. 4.*

5 *Conſules an poſſint ſibi caſtrum creare inuito domino.*

Quæſtio CCLXXII.

Habitantes extra villam & ciuitatem, ſiue nobiles ſiue burgenſes vel ruſtici, ſi ſint de iuriſdictione illius ciuitatis aut villæ, an poſſint eſſe conſules illius.

DECISIO CCLXXII.

1 IT † præſuppono ruſticos eſſe, qui extra habitant ciuitatem, & ciues illos eſſe qui naſcuntur in ciuitate, & in ea habitant, vt authentic. quibus modis natura effic. §. ſi quis igitur fuerit naturalium. collatione viij. & l. j. C. ne ruſti. ad vllum obſequi. deuocentur. lib. xj. ibi Iaco. Rebuf. in j. no. & Luc. de Penna latius, & idem Ioan. de Plat. dicens tales ruſticos liberos & inſolidum dominos eſſe prædiorum ſuorum, & in hoc differre ab aſcriptitiis & cenſitis: vt ipſe etiam ait in rub. C. de agri. & cenſi. Et iſti ruſticani (vt inquit) ſunt illi quibus datum eſt priuilegium faciendi teſtamentum in rure coram quinque teſtibus, l. ſi. C. de teſt. & dixi in quæſt. inchoan. teſtamentum tempore peſtis. Sed Cin. ibi dicit in fin. quòd aliqui vocãt illos agricultores: & alij dicunt omnes illos morantes in rure. & Benedict. in repeti. cap. Raynu. nu. xxv. cum ſequenti. de teſta. & Iſern. in cap. j. §. ſi quis ruſticus. de pace tenen. & eius violat. alleg. text. in l. eius qui. ff. ad municip. & in conſtitu. Neapolitanitu. de armis, & ibi Matthæ. de Afflict. num. xxiiij. cum ſeq. & latius in conſti. de pugnis ſubla. num. ix. & in conſtitu. de reuo. tranſeunti. ad alienam habitationem. num. ij. vbi ponit priuilegia eorum poſt gloſſ. in authen. nullum credentem agric. in verbo, omnes. colla. iiij. † Et eſt neceſſarium vt quis gaudeat priuilegio ciuium, ſtare in ciuitate maiori parte anni, vt l. cùm de lanionis. §. Sabinus. & ibi Alberic. & Bar. ff. de fundo inſtr. & inſtrument. leg. vbi etiam Alberic. dicit ex hoc proceſſiſſe interpretationem collegij iudicum ciuitatis Bergami, qui interpretando & declarando ſtatuta loquentia de ciuibus & ruſticis, interpretati fuerunt ciues eſſe qui ſtarent ad ciuitatem per maiorem partem anni, vel etiam abſentes à ciuitate in qua habẽt patrem vel fratres, ſorores vel cognatos, ſupportantes onera ciuium, & quæ illi abſenti incumbebant, ſi erat ciuis gaudere debet priuilegiis, vt tenent Bart. & Ioann. de Plat. in l. cùm ſcimus. de agricolis & cenſi. libr. xj. ſecus in extraneis, & ruſticis, vt voluit Bertrand. de Carpentaret. conſilio lj. num. iij. & iiij. vol. j. nouorum. † Hoc habito, videtur primò, quòd ſic, cum appellatione ciuitatis ſuburbia commeatur, l. ij. ff. de verbo. ſignifi. cum alijs per nos alle. de conſue. iurium ſtat. perſo. & etiam in addi. lib. conſuet. Bitur. & quæ not. Bart. excvi. exord. ciuitati Camera-cen. verſic. ſuper quinto. pro hac ſententia text. de pace Conſtan. §. nos Romanorum Imperator. dum text. dicit regalia & conſuetudines noſtras tam in ciuitate quàm extra ciuitatem, videlicet Veronæ, & caſtro eius, etiam ſuburbiis locis & perſonis in perpetuũ, videlicet vt in ipſa ciuitate omnia habeatis ſicut hactenus habuiſtis, vel habetis. Extra verò omnes conſuetudines ſine contradictione noſtra exerceatis, quas ab antiquo exercuiſtis vel exercetis, & quæ ſequuntur. Et paulò poſt dicitur, & homines tam de Epiſcopatu quàm de ciuitate eligantur, viri bonæ opinionis & cætera. Et maximè ſi ſit in ciuitate, in qua non facilè ſufficientes viri publicis muneribus inueniantur, l. ſemper. poſt prin. ff. de iure immunitatis. ideo dicit Imperator in d. l. fin. de teſtamentis: Et ab antiquis legibus, & à diuerſis retro principibus ſemper ruſticitati conſultum eſt, & in multis legum ſubtilitatibus ſtricta obſeruatio eis remiſſa eſt. Quoniam ipſi, ſicut ciues, ſupportant onera & taleas ac alia munera eis impoſita, fortè non æqualiter per ciues cotizantes æquata. & ita de facto compertum extitit in cauſa ſyndici hominum extra villam nouam Agennij habitantium: & ob cauſam hanc petebant ad conſulatum duos ex eis quotannis admitti. Vnde hæc ratio eſt multum conſideranda, & pariter quòd amore culturæ (quæ totum nutrit mundum) facti ſunt à ciuitate exules & ab armigeris & lacaiis, & quotidie videmus eorum bona inuadi & inuolari, & corporales iniurias in perſonam, quod grauiter ferendum eſt & dolendum, non tam ipſorum quàm mulierum, & filiarum ſtupratarum, pati. Quis ergo eorum nõ miſereatur argumento authenticæ habita. C. ne filius pro patre. tum in pluribus huius reſſorti ciuitatibus & villis multi reperiuntur habitantes extra villam eſſe cum alijs ciuibus villæ conſules, in quibus conſuetudo ruſticorũ erit attendenda. l. ſi chorus. ff. de legatis iij. ¶ † In contrarium videtur pro deciſione quæſtionis noſtræ text. in authen. de defen. ciuita. §. j. ibi, ſed ſecundùm circulum habitatoribus ciuitatis. Et ſic per illum text. tenet ibi Angel. dicens notandum illum text. contra ciues habitantes in rure, & contra ruſticos, qui non debent aſſumi ad ea quæ intra ciuitatem explicantur. & ideo non debent (vt inquit) decuriones aſſumi. Et probat idem text. ibi, dicto verſi. ibi, ſed inuicem vniuerſi nobiliores ciuitatum habitatores hoc miniſterium eis adimpleant. & gloſſ. in verbo, eis exponit, id eſt ciuitatibus, vt rependant præmium habitationis. allegat §. penultim. eo. & eſt optima ratio propter reſidentiam quam in ciuitate faciunt. Et ibi probat text. quomodo, id eſt defenſores ciuitatum debent eligi per circulum, id eſt circuitum, ſic quòd quilibet ſuo loco tale onus ſubeat. de quo per Guido. Pap. q. cccclij. incho. de modo eligendi quia gradatim debent honores deferri, vt l. gradatim. ff. de munerib. & honor. & dixi in tracta. de ſucto. magni conſil. & alibi ſæpè. & probat etiam aliud ille text. nobiliores debere eligi tantùm, & non ruſticos. Et ſic per illa iurã tenet Angel. conſil. ccxxj. inchoan. circunſcripto dicto ſtatuto. verſic.

1 2 3 4 5

quoniã diuites soli. Dũ tamẽ isti nobiles & burgẽses habitatores ciuitatũ maneant & resideant in illis, d.§.j. de deten. ciuita. saltem pro maiore parte anni d.§. Sabinus. vt supra dictum est in præfat.in fin.& l. maiore parte anni.ff.de verb.signi.tex.iuncta glos.in cle.cauſam. §.quod si forsitan.de electio. & text.in l. legatis.§.si vnus. ibi, dicendum est cui legati sunt,in quo artificio plerunque versabatur. & ibi Alber.qui eum legit cum §.si ex officio.de leg.iij.aliasnon possunt vti beneficio seu priuilegio ciuium. accedat tex. in l.iij.in prin.ibi,& hoc dum in prouincia est. Nam si excesserit priuatus est.ff.de offic.præsid.& text.in l. seruus.C.de epis.& cler. quem inducũt Gul.de Cug. & Bald.in argu.ad priuilegium concessum studentibus vel alijs habitantibus in certo loco, puta, vt inquit Bald. in consilio Perusino,quod non duret nisi perseuerante studio vel habitatione. Nam causa finalis commensurata tempori, commensurat sibi effectum,secundum illud tempus:secus autem esset in causa instantanea,l.ij.§.j.ff.de excusationibus tutorũ. Tum sola habitatio non facit aliquem esse ciuẽ, nec de iurisdi. tione alicuius,vt dicit gl.fin.in c.vbicunq;. xiij.q.ij.Alias isti nobiles & burgenses,qui toto tempore aut pro maiori parte habitant rus, reputantur rustici secundum Doct.supra alle.& Ang.Salic.Paul. de Cast.& Ias.in d.l.si.de testa.& Bart.in l.conficiuntur.§.codicillis.ff de iure codi. quod est contra nobiles & burgenses ciuitatis Burdegalæ habitantes rus, qui prætextu eorum domus quam in eadem ciuitate habent iuriti esse volunt, & de facto sunt & eliguntur, quod fieri non debet. Qui in hoc & alijs deterioris sunt conditionis, l.nobiliores. C.de commer. & mercato.& in simili dicit glos.in c.j.§.ff miles.in verbo, diuino, ante finem. de pace tenenda & eius violato. Et in quibus sint deterioris conditionis, vide Matthæum de Afflictis in constitu. Neapo.de reuocandis transeunti. ad alienam habitationem. numero ij. & hoc ne à cultura extrahantur necessaria. Authentica,agricultores circa rem rusticam occupati.C.quæ res obligari non possunt. & vnde sumitur. de statu.& consue.contra liber.eccle.§.agricultores. & ibi And.de Isern.qui alle.text.l.ij.C.de terris.& in authen.de quæst.§.j.& ij.& rub. & nigrum. C.vt nemo ad suum patrocinium suscipiat rustican. & titulo ne rusticani ad vllum obsequium deuocẽtur, quæ iura videntur hanc decidere quęstionem,maxime in l.ne rusticani ad vllum obsequium libr.xj. per quem ibi Ioan.de Plate.dicit istis rusticanis esse tauendum, vt operis rusticanis & frugibus ferendis ac colligendis intendant.& l.j.& l.colonos, & l.litibus. C. de agricolis & censitis.& lege vnica.C.ne operæ à collato exigan.†Et pro hoc facit etiam decisio Iaco. Rebuf.quam ponit in l.nominationum. in prima quæ. exordiente,quæro vtrum habitatores alicuius castri. C. de decurionib.lib.x.an habitatores alicuius castri, qui nunquam habuerunt consules possint sibi consules de nouo creare domino illius castri contradicente. Qui post argumentationem ad vtranque partem concludit, quod non: postquam ab initio non fuerant creati,ex postfacto non possunt de nouo cõstitui:quia super creandis officialibus consuetudo attendenda est,l.super creandis. C.de iure fisci. lib.x.& l.constitutionibus.in fi. ff.ad municipalem. de incolis.& Paul.de Castr.consil.cxcvj.incip. Visis & consideratis omnibus volum.antiq.Et pro hoc alleg.Rebuff.text.in ratione, in ca. Felix. & in c.multum.xvj. quæstio.j. vbi dicitur episcopum non posse eligi in loco in quo nunquam fuerat alias,tamen credit cum consensu superioris vel præsidis posse creari, ar.l.j.§. solet, ff.quando app.sit. quoniam inter regalia non connumerantur,c.j.quæ sint regaliæ. Consuleret tamen posse fieri iure principis saluo, argument. §. si vero dominus temporalis requisitus.de statu.&consu.contra lib.eccle. Sed ad repellendum rusticos,aut alios à consulatu extra villam moram trahentes, allegabatur priuilegium & consuetudo super ordinãdis & eligendis consulibus ex villa, & non extra villam, immemorialis & inconcussè obseruata, & per curiam fuit ordinatum afferri dictum priuilegium per habitantes villæ nouæ Agennij.Et aduerte,quod non solum habitantes in ciuitate,& tenẽtes domum possunt eligi consules, sed etiam alij ciues, qui sunt & manent in seruitio aliorum ciuium, vt voluit Bar. consi.xlij.inci.Visa inquisitione facta contra Franciscum Nazarium.& priuilegio Alfonsi comitis Pictauien.& Tholosæ filij regis Franciæ eisdem ciuibus villæ nouæ, Anno 1270. concesso viso, fuit per arestum dictum habitantes extra villam non esse admissibiles.Latum die vij. vel xiij. Septembris. Anno 1536.

SVMMA.

1 *Procurator qui suo & domini nomine se obligauit,an finito officio possit domino non excusso conueniri. & numero 2.3.& 4.*

Quæstio CCLXXIII.

Procurator ad obligandum dominum constitutus, tam nomine suo proprio, quàm domini requirente creditore se obligauit. Quæritur an insolidum possit conueniri ante dominum suum præsentem vel mortuum, & sic finito officio, vel obtinere possit beneficium diuisionis, vt correus debendi, aut beneficium ordinis,si fideiussor censeatur.

DECISIO CCLXXIII.

ET † primò videtur talem 1
procuratorem sic constitutum non esse fideiussorem, quia fideiussor dicitur, qui alienam obligationẽ in suam suscepit fidem, principali tamẽ debitore remanente obligato, vt instit. de fideiuss. & Hostien.in summa eo. tit. in prin.& Hippo.de Marsi.in repet.rub.ff.eod.versi. Quæro ego solus.& Ludo.Bolog.cons.xliij.ver.Aut quæritur,cum duobus seq. †vnde dominus in totum 2
tenetur,cuius contemplatione se obligauit,& ad quẽ negotium habendi bulas à creditore banquerio pertinebat.Vnde expressio causæ habetur perinde, ac si dictũ fuisset procuratorio nomine,seu nomine domini hoc facere, etiam si in obligatione nõ foret dictũ, prout re vera dictum erat. & ita tenet Bart. in l.post mortem.§.tutor.ver.idem in procuratore.ff.quando ex facto tutor. & hoc per text.in l.si pupilli.§.j.ibi,vt pignus,vel vt debitorem liberet. & in l.fi.Bar. Bald, Ang.& Alb. ff.de neg.gest. & quæ dixi in quæst.lxxx. incip.Tutor vendidit.& Decis.capel.Tholos. quæst. lxx.cum aliis ibi alleg.Et idem dicẽdum in institore, secundum Bart.ibi per text.in l.j. §.nunc autem versiculo quod si in pretijs.de exer.act. Et pariter in tutore & curatore,per tex.in d.§.tuto.in fi.Et hoc potest intelligi,quando tutor, procurator vel institor simpliciter cõtrahit super re ad pupillum vel dominum pertinente,&noluit expressè teneri,sicut voluit hic nomine proprio. Et nonnulli ex dominis istud tenebant. † Et alij etiam dicebant eosdem esse duos 3
reos debendi,visa obligatione facta,tam nomine suo

proprio

proprio, quàm nomine domini, vt voluit Angel. in l. procurator qui de euictione, ff. de procura. quare pro parte quilibet tenebatur. auth. hoc ita. de duobus reis. & vnde sumitur. Præterea vbi quis facit nomine suo, illud quod sibi mandatur facere nomine alieno non valet. l. Cassius. ff. de solut. Sed ad omnia hæc responderi potest, quod hic vtroque nomine ad maiorem creditoris cautelam se obligauit. Et pro hac parte faciunt ea quæ adducit Bartol. in sua v. q. aut. per eum disputata. incipien. Adimentis generalis communis Perusij, & in l. ij. §. creditum. & ibi Alexan. Iaf. Decius. & Franc. Purp. no. vij. nu. ff. de reb. cred. & Felin. in c. cum olim. versic. si procurator confessus est. de offi. deleg. Et pro hac Dec. facit quod dicit Pau. de Castr. consil. cccij. a lias cccvij. incip. Consideranda sunt verba instrumenti. volum. antiq. †Vbi narrat Titium constituisse Seium procuratorem ad manuleuãdum, seu mutuo recipiendum nomine ipsius constituentis, aut nomine dicti procuratoris proprio quascunque pecuniarum summas eidem procuratori necessarias, & pro ipsis pecuniis manuleuatis per ipsum procuratorem nomine constituentis, aut nomine ipsius procuratoris reddendis, & restituendis, dedit eidem potestatem obligandi omnia bona ipsius constituentis. Modò ipse procurator suo, & pariter constituẽtis nomine, & Caius simul cum eo mutuò acceperant quandam pecuniæ summam, dubitatur, an tota summa possit peti ab ipso constituente, vel ab ipso procuratore, aut Caio. Et distinguit quantum ad procuratorem, & Caium qui mutuum acceperant, quòd quilibet teneatur pro parte, ni constet alium in totum pecuniam recepisse, per text. in l. si mutuum. ff. de exceptio. in d. l. si pupillo. §. j. Et quantum ad dominum constituentem dicit non teneri, nisi pro parte, nisi dominus iurauerit in procuratorio gratum & ratum habiturum, & impleturum, & obseruaturum, quicquid per procuratorem factum fuerit. tunc tenetur insolidum. Sed hic videtur facta obligatio gratia vtriusque, ideo vterque tenetur, l. si literis. C. mandat. & Ioan. Fab. in l. ei qui seruo. C. quod cum eo qui in aliena. Et pariter facit quod dicit Bar. in l. si seruus communis ita. versic. Et ista faciunt ad quæst. ff. de stipu. seruo. quòd si in instrumento dicatur, Titius & socij talis societatis, prout inter mercatores dici solet, habetur perinde ac si simpliciter dictum fuisset, quod socij talis societatis obligentur, ita quod ipse Titius nominatus non videtur plus obligatus, aut quod plus sibi acquirat, quam alius quæratur: & eum ibi sequitur Ang. & Imol. versi. Et inducit materiam istam. & Decius cxvij. versi. Et ad hoc specialiter facit. Et pro hac etiam parte facit quod dicit Din. cons. xviij. exordien. Quæstio talis est, quidam nomine Francis. volens quòd procurator qui pro se & vice & nomine societatis obligauit, finito officio societas teneatur, vt ibi per eum. ¶ † In contrarium facit quòd procurator teneatur insolidum viso obligationis tenore, quia recipiens mandatum de fideiubendo videtur recepisse mandatum de soluendo, l. furti. §. mandati. & ibi per illum text. tenet Bart. ff. de furt. & hinc debitum. ff. de condi. indebi. & l. tribus. ff. de vsufr. earum rerum. Et pro ista parte videtur text. in l. procurator qui de euictione. de procurat. volens procuratorem qui rem domini vendit, & de euictione & de nomine proprio promisit, teneri in totum, etiam finito officio, & maximè in contractibus, secundum gloss. ibi. Secus dicit esse in iudiciis. per text. in l. Plautius. eo. tit. & rationem diuersitatis assignat gloss. ibi mirabilem secundum Bartol. & Doctor. & ibi vide. Sed secus dicit esse in tutore & curatore, vt officio finito non teneantur ex contractu super re pupilli facto, dicta l. post mortem. §. tutor quando ex facto tutor. vel curato. & l. j. Cod. eodem titulo. Quoniam ipsi sunt necessarij administratores, & procurator est administrator voluntarius. & sequitur Bonifa. de Vital. in clem. vnica. num. xlij. de offi. vica. quamuis Iac. de Aret. in dict. §. tuto. velit idem esse in procuratore promittente nomine procuratorio, quòd in tutore, vt non teneatur finito officio per l. fi. ff. de institu. action. prout refert Cyn. in l. ei qui seruo. v. rii. Vltimo quæro. C. quod cum eo qui in alie. po. & ipsum de Aret. sequutus fuit Iacob. de Butr. Et respondent ambo ad d. l. procurator qui de euictione. dicentes illam habere locum in procuratore se proprio nomine obligante, dum text. dicit fidem suam astrinxit. & etiam in fi. qui pro domino vinculum obligationis suscepit. & idem Cor. consi. vj. & per totum. volu. ij. secus si procuratorio nomine, dict. §. tutor. & d. l. fin. de institu. actio. Sed quando simpliciter promisit, non exprimendo vtrũ procuratorio nomine vel suo, tunc dicunt procedere distinctionem gloss. quæ facit differentiam inter administratores necessarios & voluntarios. d. §. tutor. Tamen secundum Bar. alii domini non bene dicunt, quia loquuntur contra casum l. seruum Titij ff. mandati. vbi procurator, qui vendidit procuratorio & non proprio nomine, tenetur de euictione, etiam si non promiserit, quod est plus. & l. si quis prohibuerit. Quinmo etiam procurator nomine domini emens, tenetur ad pretium, latum vẽdente. C. vbi causæ fiscales. nec est ibi speciale in fisco, imò habet locum quando cum priuato procurator contrahit, secundum Bald. Angel. & salicet. ibi, quæsti. iiij. Tum enim quando ad perfectionem vnius actus concurrunt duæ causæ, quarum vna est potentior altera, potẽtior inspici debet, l. quæritur. ff. de statu. homi. Bartol. in sua xv. quæstion. per eum disputata. post princip. versi. Secundo sic. Sed hic est obligatio procuratorio nomine suo, quæ est potẽtior ratione facilioris conuentionis, quia facilius poterit conueniri, quàm dominus in obligatione comprehensus, aut eius hæres. †Quid dicendum? Et Bartol. in d. l. procurator qui de euictione. dicit, aut est certum procuratorem velle se obligare tantùm, aut dominum suum, vel vtrunque tam se quàm dominũ: & iste vltimus videtur casus noster: quia tam nomine domini, quàm proprio se obligauit, & promisit se soluturum: & tũc in istis casibus secundum eum stamus certo, quoniam isti casus sunt certi & indubitati. Et cum ibi sequitur Angel. versic. Vnde conclude. & pariter Bald. & Alber. contractus enim ex conuentione legem accipiunt, l. contractus. ff. de regu. iur. Et istos casus magis in specie declarat Bart. in l. cum post mortem. §. qui cum esset. ff. de administra. tutor. post princip. versic. Venio ad secundam partem. & similiter Alber. Angel. & Bald. in vtraque lectura in d. l. procurator qui de euictio. sequendo distinctionem in d. l. si pupilli. §. j. super verbo, stipulationem. & etiam per ipsos. quos sequitur Socin. consi. ij. volum. ij. vbi ponit quinque casus, in quibus procurator non tenetur finito officio: & decem casus in quibus ipse tenetur. Quia procurator, aut tutor vel curator promiserit nomine proprio tantum, & sic vltra nomen officij ipse indubitanter tenetur, quia egressus est naturam officij. Nam ex illius natura non incumbebat se obligare: & ideo ex tali obligatione perpetuo tenetur, dict. l. procurator qui de

4

5

6

euictione.& dict.l.seruum Titij,& sic habent locum iura pro secunda parte allegata.Et ille est primus casus,secundum Soci.ex decem in quibus tenetur procurator: & hæc est secundum eum communis opin. & idem Abb.Sic.consi.xvj.incip.Ad claram decisio. in prin.alleg gl.in c.sicut xlvj.dist. Sed quando promisit procuratorio,aut curatorio nomine tantum,& sic nomine officij,& tunc non tenetur finito officio, l.ij.d.l.cum post mortem.§.j.de administratio.tuto. & d.l.post mortem.§.tutor.quando ex facto tut.& l. eum qui mutuam.C.si cer.pet. Sed vbi promisit tam nomine proprio, quam appellatiuo, id est procuratorio vel tutorio,& tunc secundum Bart.aut in obligatione præcessit, & exprimitur primo nomen proprium procuratoris,& tùc nomine proprio promisisse videtur, argu. l.si seruus communis.de stip.seru. ibi,sed cùm ad nomina prius decursum est.Et signãter si in obligatione promiserit(vt inquit Bar.)se soluturum, quia tunc habuit animum se in totum obligandi,& nõ dominum aut pupillum: quamuis possit a domino vel pupillo repetere solum,it i,in verb. Quæro pro huius declaratione. Ergo vult Barto.vbi suprà quòd vbi nomen ipsius procuratoris appellatiuum præcedit nomen eius proprium,& sic nomen domini, id est, cum promisit tam nomine procuratorio,quàm nomine proprio, ipsum non teneri nomine proprio:quia sic voluit dominum solum obligare, argument. dicta l.si seruus communis ita. qui multum stringit. & ibi gloss. in verbo, stipulatione. hoc tamen intelligitur secundum Bar.Ang.& Imol. ibi, in dubio, non quando sunt aliæ coniecturatæ ex quibus aliud præsumatur de intentione contrahentium.& idem Abb.Sicul.consi.xciij.versicu.vij.& vltim.volum.ij.aliàsconsiderari non debet nomen appellatiuum, l.qui habebat. ff. de rebus dubiis.& ibi Socin.in ij.no.& Felin.in c.mandata.versicu.in text. ibi, sed personæ de præsumpt.Tamen hæc ratio diuersitatisnon videtur prima facie bona,nec hunc ordinem in vno supposito fore attendendum & obseruandum, ad ipsum procuratorem teneri faciendum vel non. siue enim nomen proprium præcedat appellatiuum, siue appellatiuum præcedat proprium, quòd teneatur, quia textus in dict.l. si seruus communis.ita loquitur in acquisitione dominis per seruum facienda inter eos, qui diuersas in societate habebant partes. & quæstio nostra in obligatione facta nomnibus propriis procuratoris& domini.Et ideo sine causa,& absque alio ministerio non fuerũt posita,quia gratia vtriusque. quare debept de aliquo contra procuratorem sic obligatam operari.l.si quãdo.C.de inoffic.testa. & c. si Papa.de priuileg.lib.vj. Quoniam notarij non semper respiciunt vim verborum,sed intentionem contrahentium: & imperitia ipsorum plerunque hoc accidit, vt dicit Socin.in d. consil.ij.in vlt.verbis.pro quo gloss.in l.fi C.de fideius.&alibi dixi,quia fortè creditor obligationem seb nomine procuratorio tantum noluit passare, nec illam facere,nisi procurator etiam suo proprio nomine se obligaret,vt vtrunque haberet obligatum,& in eius electione esset aut dominum autprocuratorem exequi prius facere,arg.l.creditoris. ff.de distract.pignor.& exabundanti cautela illam procuratoris stipulationem & obligationem suo proprio nomine interposuit,vt dicit text.in d.l.si pupilli.§.j.aliàs prout præsumendum est non contracturus, vt in simili not.Paul.de Castr.consil.xv.versicul. Sextò.volumin. antiq. ad hoc text. in l.si creditor. C.si tutor vel curator interue.& l.si literas. & ibi gloss. & in dict.l.ei qui seruo.§.alioquin.& ibi gloss.in verb.& eius persona.& Cin.in iij.not. & in versicul. Alij dicunt. ibi, verbi gratia.& ibi Ioann.Fabr.& Albert. & ita tenet Socin.in dict.consil.ij.versicul. Quintus casus est.in quo procurator cuius contemplatione celebratus est contractus,vel contemplatione vtriusque, tenetur per dicta iura.& idem versicul. Secundò quia dicitur.Et casus noster videtur quasi casus, in quo ipse consuluit,licet loquatur in mutuo, tamen respectu obligationis, & promissionis de soluendo, idem in effectu.Et circa hoc dicit Guliel. de Cug. vnum singulare verbum in d.l.cum vendente.vbi causæ fiscal. illum esse stultum,qui emit aut contrahit cum procuratore vel aliò administratore, nisi ille vendat aut promittat duplici nomine.quod multum commendant Angel.& Bald.in vtraque lectu.in dict.l.procurator qui de euictione tamen in meo lib.non reperi hoc dictum Gulielm.& idem not.Socin.in prealleg. consil.ij.in versicul.Quartò confirmatur.Et istud dictum procuratorem teneri, quando vtroque nomine promisit, ita simpliciter intelligunt tam glossæ, quàm Bartol.Bald.Angel. & Alber. in d.l. si pupilli. §.j.& in dict.l.procurator qui de euictione. & Bald. consil.cccxx.incip.Casus talis est,nobilis vir.volum. iiij.& signanter quando procurator,prout hic,habebat mandatum ad cõtrahendum cum certa persona, tunc vterque tenetur, scilicet procurator ex contractu,& dominus mandati. secundum gloss. Iacob. de Aretin.& Doctor. suprà alleg.in dict.l.si pupilli.§.j. ergo procurator in casu nostro, qui mandatum ad eum certa persona contrahendum, se& dominum nominatim obligauit,tenebitur.Et idem Bald.in l.j. §.est autem,versicul.no.argum.ff.de exercit.actio. & hoc quando contractus fuit cum procuratore à domino absente constituto celebratus, vt est etiam in casu nostro, quòd tunc ipse teneatur: quia contrahentes habuerunt respectum ad procuratorem,cum quo contrahebant, magis quam ad dominum constituentem,vt voluit Paul.de Castr.in dict.l.j.§.exercitorem.de exercit.actio.& Socin.in dict.consil.ij.& plures ex dominis ita tenuerunt. & ego cum illis.Et sic conclusum in causa cuiusdam Tholosani, contra quendam magistrum domus quondam domini Archiepiscopi de Fuxo: & latum arestum, die vij. Septembris,Anno 1531. Ad vnum aduerte, quòd creditor potest agere contra notarium ad sibi tradendum in forma instrumentum procuratorij,vt voluit Din. in dicto consil. xviij. & Federic. de Senis consil. cxiij. incipient. Titius constituit Mæuium procuratorem.

SVMMÆ.

1 *Procuratorium instrumentum an valeat nemine nominato,sed albo relicto ad nominandum.& nu. 3.& 7.*

2 *Procuratoris gesta ante susceptum mandatum valent.*

4 *Notarius sigillans literas vacuas,superscripto tantum citationis titulo,an committat falsum.*

5 *Sigillum si cui prælatus committat, quid ille possit.*

6 *Procurator falsus quis propriè dicatur.*

Quæstio CCLXXIIII.

An valeat procuratorium, in quo nullus fuit nominatus procurator, licet album fuisset in eo relictum ad ponendum & scribendum nomen plurium.

DECI-

DECISIO CCLXXIIII.

ET † videtur quòd non, cùm procurator nō dicatur ante mandatum ſibi preſentatū. capitu. is qui de procurator. libr. vj. & ibi per omnes, & ſignanter Domini de ſancto Gemin. & gloſſ. in clementina prima. co. tit. Spec. in tit. de procurat. §. j. verſi. Sed quid. in ij. & Bart. conſi. incipien. An procurator conſtitutus. aliàs incho. Quæritur vtrum procurator. ordine meorū lxxiij. & idem Bar. in l. ſi pupilli. §. item ſi procuratori. verſi. Sed quęro an ſit neceſſe. ff. de negot. geſt. & Areti. conſil. lxviij. & hoc per text. in c. ſuper eo. in ſecundo. de appel. etiā Bonifac. de Vital. in tit. de procurat. num. xxv. in clemen. & Bald. in l. finali. & ibi de ſancto Georgio numero xix. C. de fuit. vbi de ſancto Georgio. & in leg. cùm furioſus. ff. de iudi. limitat pluribus limitatio. Et idem tenet Roman ſingu. lxvij. exordien. Neſcio ſi magiſter tuus. & Philip. Probus in addi. ad Ioann. monachum in rubric. de procura. libro ſexto numero j. qui allegat Bertrand. idem tenere conſilio lxj. incipien. Viſo proceſſu. volomine primo, quem antea allegaui in conſilio lxv. numero j. & vide infrà quæſtione cccxlvnj. inchoan. Quæritur an ad validitatem reſignationis & Corneus conſilio cclix. cum ſeq. volum. j. & Calde. conſilio j. titu. de procura. & latè Alex. conſil. cxlvj. libro v. Bertran. conſilio ccclviij. numero vj. volum. j. & Roma. in conſi. cxlv. & Bal. Ang. Paul. Fulg. Alex. & Iaſon in l. Iulianus. per illum textum. ff. qui ſatiſdare cogantur. & ibi Ludou. Bologni. & in primis interpretat. & in lectura. vbi dicunt eſſe verum, ſi procurator ſciebat fuiſſe conſtitutum, & etiam ſcientia domini interueniente: vt dicit Ioann. Andr. in addi. Specu. titul. de procurat. §. j. Et vtrunque impugnat Curt. iunior conſilio lxiij. numero vj. cum ſequent. quod eſt amplum. & Hippol. de Marſil. ſingul. dcxxxvij. cum limitatione Gemi. in d. c. is qui. de procura. & idem tenuerunt domini de Rota. decis. cxlv. in nouis. aliàs deci. vij. de procu. dicentes in addi. contrarium ſeruari in Rota, & actus geſtos per procuratorem certificatum ante receptionem procuratorii valere, ac ſufficere ante ſententiam in iudicio producere, & idem in deciſ. ccxlviij. aliàs deciſ. xix. de procura. exordien. No. quod vbi ad requeſtam alicuius. in
2 antiq † Et ſic communiter ſeruatur de conſuet. & ſignāter in beneficialibus, in quibus procurator ante ſuſceptum mandatum poteſt renuntiare & omnia agere, vt dicit Alexand. conſil. cxlvj. verſic. præterea vt dicit Bald. libro quinto, cum aliis per nos allegat. in d. quæſt. cccxlviij. incip. Quæritur an ad validitatem. Sed ſupradicta intelliguntur, quando
3 in procuratorio erat nominatus: ſed † quæſtio noſtra loquitur, quando tunc geſtor non erat nominatus, quod de iure requirebatur ipſum in eodem procuratorio fuiſſe nominatum, cùm certus conſtitui debeat, & non incertus, l. ij. & ibi Bal. & Ang. ff. de procurato. & in l. tutor incertus. ff. de teſtam. tutel. & ibi glo. & Azo in ſumma titu. de procura. numer. ij. & ita tenet Ioann. de Graſſis in tracta. de ſubſtantia. procuratorij. in verbo, certos. nume. j. dicens dubitaſſe de conſtitutione procuratoris, quam plerunque vidit fieri per aliquos conſtituentes generaliter omnes procuratores. qui ſunt in Gebenis in curia domini, vel omnes qui ſunt Taurini in curia conſilij: quia iſta conſtitutio generalis, videtur eſſe incerta per relationem ad aliud, quod ſufficit. l. certi condictio. ff. ſi certū pet. pro quo facit tex. in l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. de verborum obligation. cum ibi not. per Docto. & idem Chaſſanæus libro conſuet. Burgun. titu. de iuribus maritatis perti. §. v. num. viij. volens tales procurationes quæ fiūt in albo, vbi dimittitur albū ad ponendum, & deſcribendum plura nomina procuratorum etiam incognitorum, eſſe reprobandas, & non recipiendas, & hoc propter plures falſitates cō mittendas. nihil allegat, ſed pollicetur plenius alibi dicere. tamē pro hac Deciſione videtur textus celebris in l. ſi binæ tabulæ. ff. de iniuſto, rupto teſtamēto. cuius tenor ſequitur, Si binæ tabulæ proferantur diuerſis temporibus, vnæ prius, aliæ poſtea, vtræque tamen ſeptem teſtium ſignis ſignatæ, & apertæ, poſteriores vacuæ inuentæ ſint, id eſt nihil ſcriptum habentes omnino: ſuperius teſtamentum non eſt ruptum, quia ſequens nullum eſt, vbi Baldus & Angel. dicunt illam legem facere pro exceptione aduocatorum, quam ſemper opponunt aduerſus inſtrumentū per agentē productum, in quo non eſt nominatus: ideo nō poteſt ſe iuuare. eo enim quòd in inſtrumēto nihil reperitur ſcriptum, non probatur per illud inſtrumentū, niſi talis producēs velit probare ſe eſſe talē. & ſequitur ibi Imol. item etiam no. Io. de Imo. illum tex. in argu. ad litteras, quòd nihil importent ſi reperiantur vacuæ, de quo ſe remittit ad Inn. in c. ij. de fide inſtru. & pariter ex hoc no. poſt Ange. quòd pœna diffigillantis literas non vendicet ſibi locum in diffigillante vacuas, ſi fortè per ſtatutū aliqua ſit impoſita pœna. & ſic tenet Aegidius Bellamera deciſio. dclxxxj. in fortioribus terminis. quòd ſi duo de principalibus procuratoribus Curiæ Romanæ fuiſſent nominati, & alius non nominatus comparuerit, & produxit illud in iudicio, tamen proceſſus factus contra talem conſtituentē valet ex quo nullo modo apparet aliquem ex nominatis ſuſcepiſſe onus. vt ibi: quod videtur intelligendum, quando non erat album ad ponendum nomen comparentis relictum: ſecus ſi erat ſpatium ſcribendi illud, vt infrà dicam.
† Hinc eſt quod dicit Inno. in d. c. ij verſi. de his autem quos conſtat. notarium ſigillant. item literam vacuam, cui demum ſuperſcribitur citatio non committere falſum: licet alij dicant contrarium ſcilicet authoritatem debere ante factū intervenire ex certa ſcientia, & cū cauſæ cognitione. Sed Bal. ibi ver. Quęro notarius. ſequitur Inno. & pariter Abb. Sicul. quæſtion. vlti. volentes talem ſcribentem à vitio falſitatis excuſari, ſed non à vitio nullitatis, niſi ſibi data fuiſſet certa forma ſcribendi, ita quòd committi poteſt fraus, quoniam (vt ipſi aiūt) qui tālem dat chartam vacuam, dediſſe videtur poteſtatē quicquid voluerit ſcribēdi, licet re vera nihil ſcriptum eſt, dicta leg. ſi binæ tabulæ. & c. ad audientiā. de eccle. ædifi. † Tamen Innoc. in dicto c. ij. fatetur ibi, in fine. vnum quod eſt ſecundùm Bald. & Abba. verſi. venio ad quartam quæſtionem no. dignū, ſcilicet epiſcopū poſſe cōmittere fideli perſonæ ſigillum ſuum, & ſecundùm poteſtatem ſibi datam poſſe illo ſigillo ſcripturas de his quæ ſpectant ad ipſum epiſcopum facere, puta commiſſiones cauſarum, citationes, cōfirmationes, & generaliter omnia, quæ ei commiſſa ſunt ſigillare, etiam ſi prælatus ille non videat literas, ſicut Papam & alios prælatos, & principes ſuis Cancellariis hoc committere videmus. capit. dura. de crimine falſi. & idem Felin. in dicto capi. ij. verſicu. ſecunda con-
4
5

cluſio.& verſic.ſeq.cũ aliis per eum allega.Sed illæ non ſunt vacuę:imo communiſſiones & alia acta ſunt repleta. Ex prædictis ſubdit Baldus quod quando vna ciuitas ſubmittit ſe alicui principi,mittit chartam albam,quæ eſt ſicut tabula rata,in qua nihil eſt depictum, cum ſigillo communitatis & notario, qui cum illo ſigillo poteſt ſcribere quicquid eſt de natura negotij, & de voluntate domini. & idem Abb.& Felin. verſi.ſecus eſt quando datur cedula, in fina. Sed nos loquimur in procuratorio pleno, ſeu de poteſtate domini aliquid conſtituentisrepleto,excepto modico albo,ſcilicet vnius lineæ,ad ponendum nomen proprium procuratoris dimiſſo, quod de ſtylo & generali conſuetudine omnium curiarum tam ſecularium quàm ſpiritualiũ approbatur,ſicut geſta &acta per procuratorem nominatum de poteſtate ſua certificatũ ante illius receptionem,valent, vt ſuprà dictum eſt, dum tamẽ poſtea doceat de mandato,vt voluitRota,vbi ſuprà,& ſingulariter Barba. in capi.ex parte decani.de reſcri. & Corſet. ſingulariter. in verbo , procurator.& Bart.in l.ſi quis inticiatus.in prin.ff. depoſiti.& Alex.conſi.xxxvj.& conſi.cj.volum.v.& Barto.in l.j. quam dicit ad hoc propoſitum ſe pluriesquam milies allegaſſe.C.credi.enictio.pigno.non deb. cum aliis per Corneum alleg.conſi.lxxij.vol.iiij.& Bald. conſi.cxciij.vol.ij.aliàs mandatum ex diuturnitate temporis etiam mille annorum non præſumitur. l. fin.ff. pro empto.& l.qui fundum §.procurator.co. tit. Bart.in leg. cùm vir. ff. de vſuc. & Alex. conſil. xxxv.nu.iiij.vol.vij.& Bal.in leg.ij. C.ſi ex falſis inſtru.& in l.penulti.C.de rebus alie.& Alex.in l.ſciẽdum.ff. de verb. oblig.& Curti.iunior conſil. xlix. verſicul.ex hoc maximè. Et tunc ſi non conſtet de mandato dicetur propriiſſimè falſus procurator.
6 dict.capi.ex parte decani.† Sed proprie falſus procurator dicitur is cuius mandatum apparet,ſed poſtea legitimè reuocatum, licet non ſit falſus origine, ſed perſeuerantia,quia mandatum eſt caducum ſiue reuocatum,aliàs annihilatum expreſſè vel tacitè,l.cùm quis.in princip.& §.primo. ff. de ſolutio. & l.eius qui in prouincia. ff. ſi certum petatur. ita Barbat.conſil. xv. numero ij. volumin. ij. & Ana. conſi. xcvj. & conſilio ciiij. † Et quòd valeat tale procuratorium cùm ſubſtitui poſſit incertus procurator,ſi data fuerit ſubſtituendi poteſtas. capi.j. §.licet.& ibi glo.in verbo,certa.& in d. c. is qui. de procura. lib. vj.& Alber.in d.l.j.numer.iiij.de procurato.dicens iſtam eſſe communẽ.& idem Domini de Rota.Deci.cxlvj.aliàs deciſ.viij.incip. ſubſtitutus.titulo de procura.in nouis. Et pro hoc facit quod dicunt Hoſtien.& Ioan.Andræ.in ca.petitio. de procurat.quòd ſi quis conſtituat aliquem aſinũ ſuũ, vel dilapidatorem ſuum ad talem cauſam agendam,videtur conſtitutus procurator ad illam cauſam.Et eos ſequitur Bal. in l.teſtamentum. C.de teſta.& Alex.conſi.xxviij.nume.ij.volum.vj.cum aliis per eum alleg.& in conſi.xliiij.verſi.item dato.volu.iiij.ex quo enim in eo erat ſpatium ponendi nomen acceptantis mandatum,ſufficit,ſiue ante, ſiue poſt explicationem ſeu expeditionem actus fuerit nomen ipſius deſcriptum, & procuratorium de ipſo repletũ,prout vidi ſemper fieri, & vti in vtraque curia ſpirituali & temporali:& talia procuratoria,vt aiunt curialiſtæ,accipit& approbat curia Romana,& generaliter omnes , quamuis videatur de prima facie contrarium decidi per regulam Cancellariæ apoſtolicæ Innocen.octaui.xliij. quæ vult renuntiationem beneficij non admitti, niſi præſens fuerit in curia ipſa Romana, aut aliàs procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum. Tamen videtur ſpecialiter conſtitutus ſi in albo ponatur nomen procuratoris reſignantis nomine conſtituentis & mandantis.Pro quo videtur facere quod eleganter dicit Ange.in l.prętor §.j.ver.in tex.ibi,ſi dicatur homo.ff.de iniuriis. quòd licet vbi agitur de maleficio exprimendum ſit nomen proprium hominis occiſi,per illum textum cum aliis ſuprà allegatis.quæſt.clxiiij.incip. alia inſuper orta fuit quæſtio,an ex pluribus indiciis. verſi. quid dicendum. & leg. libellorum. ff. de accuſa. tamen ſi illud nomen ſciri non poteſt,quia erat incognitum , vt Romipeta & peregrinus,tunc ſufficit hominem dicere occiſum,quamuis non exprimatur nomen proprium,arg.l.confeſſionibus.in princip.& l.qui ſeruum. ff. de interrog.actio.& idem Bald. in l.ſi cum exceptione.§.in hac.ff quod metus cauſa. & glo. in verbo,Caio Seio.& ibi Archi.Domin.& Cardinal. Alexand.in c.fin.§.libellorũ.ij.quæſt.viij.& de Put. in ſyndicatu,in verbo , confeſſi. cum aliis per eum allegatis.Et ideo tale procuratorium valebit,maximè ſi procurator cõſtituendus erat alterius loci diſtantis à loco conſtituentis , quod veriſimiliter conſtituens ignorare nomen ipſius procuratoris,nec aliter certiorari ab alio poterat. & pro hac Deciſione facit tex. in l.nominatim legatum accipiendum eſt,quòd à quo legatum ſit intelligitur],licet nomen pronuntiatum non ſit.ff.de lega. iij. cũ not.per Bartol. Bal.Ange.Ale.Alber.& Iaſon. in l. prima,& ij.ff.de liberis & poſthu.

SVMMÆ.

1 *Carcere priuato,qui vti poſſint.*
2 *Maritus poteſt vxorem incarcerare.& nu.3.*
4 *Adulterum an liceat in carcere detinere priuato ad viginti horas.*
5 *Capiendi aliũ propria authoritate,an poſſit ius cedi.*

Quæſtio CCLXXV.

Dominus an poſſit ex aliqua cauſa ſeruitorem ſeu famulum includere & mancipare carceribus caſtri Regis vel alterius domini,& cum ibi per aliquod temporis ſpatium detineat,& quod non incurrat pœnam priuati carceris, quæ eſt capitalis,l.vna.C. de priuat.carcer.

DECISIO CCLXXV.

ET † glo. fin.in prælega.l. vna tenet quod non committit illud crimen detinẽdo ſeruũ in domo ſua. quæ tamen pro ſua Deci.nihil allegat,quã ibi ſequitur Cin. dicens patrem & dominum non incidere in crimen priuati carceris.per tex.in leg.ex facto.§.proinde ſi ſeruus.ff.de hæredib.inſtitut. & in leg.ij. ff. de liber. homin.exhiben.& in leg.Mœuia.ff.de manumiſ.teſtamen.& idem Ioan.Fabr.in dict.leg.vna.allegans etiam text.in l.j.§. quod tamen ff. ſi quis teſt. liber eſſe iuſſus fuer.& in l.ſi percuſſor.ff.ad Sillanian.& in l.ſerui aut filij.ff.de furt.& in l.penul.C.de agricol.& cẽſit.lib.xj.& pariter Albe.in d.l.vna.& Ang. & Sal. ibi,dicentes aliquos habere ius capiendi & retinendi, vt pater filium,& dominus ſeruum. & hoc dicunt non committere carcerem priuatum. † Et idem in marito vxorem detinente, cùm pro 2
eo habeat interdictum de vxore reducenda.l. ſi. C. de liber.homine exhi.& Ioan.de Platea in l.generali.ver.ſic & marito. C.de decur.libr.x. Et idem dicendum eſt in abbate incarcerante monachum, vt voluit Barto.in l.j.per illũ text.C.vbi quis decurio

vel cohor

vel cohorta.& ibi Salic.allegantes ambo Specu.in titulo de accuſa.§.j.verſi. Hoc tamen fallit in quibuſdam. & ibi Joann. And. in additio. quem non
3 inueni & Iaſon inſtitu.de actio.num.68.† Et etiam parentibus & conſanguineis permiſſum eſt furioſum ligare & incarcerare, l. congruit. §. furioſi. & ibi Bald. in j.& ij notabili.ff.de offic. præſid. Et de iſtis omnibus eſt tex. in capitul. duo iſta nomina. xxiij.q.iiij.Et pro hac parte facit dictũ Bar.in d.l.ex facto de hæreditibus inſtituen. volẽtis partem relegantem filium in certo loco non incidere in tit. de priuatis carceribus. idem Anton. de Butr. in capi. cum contingat.de foro competen.& Felin. dicens filium poſſe aliquandiu recludi in camera ,vt dicitur fieri à Florentinis, quia (vt inquit) aliud eſt retrudere in carcerem , & aliud detinere ſub cuſtodia,vt dicit glo. fin.in leg.fina.de decurion.li.xij.& de ipſo patre eſt tex in leg.iij.ibi obligaturus.C.de pat.poteſtat.& ibi per illum text.dicit Bal. patrem corrigere poſſe filium , non tamen per viam iuriſdictionis.& idem de Abbate , per not. in d. ca. cùm contingat.& in c.quãto.de offi.ordi.& de ipſo Abbate dixi ſuprà quæſt.incipient.Monachus.Sed quò ad dominũ reſpectu famuli ſe remittit ad text.in l. reſpiciendum.§.furta domeſtica.ff.de pœnis.& idẽ Petr.de Ancha.in d.c. cùm contingat. & ibi Barb. num.xiij cum pluribus ſequen. & latius nu.lxxix.dicit quod licet ſupradicti habeant aliquam poteſtatem, non tamen illam habent tanquam perſonæ publicæ.& iſta eſt ratio formalis ,quare huiuſmodi perſonæ non habent iuriſdictionem ordinariam ſupra eos quos habent in poteſtate.& refert ibi nu. xxxij.Sal.in l.item quæritur.§.& idem Iulianus. ff. locati narrantem vidiſſe magiſtrum Zanerum grãmaticum fuiſſe Paduæ decapitatum ob nimiam verberationẽ pueri,qui ex illa deceſſerat.Et nõ ſolum in magiſtro , ſed etiam in domino aut domina habet locũ,vt eſt tex.in l.ij.§.fi.ff.de his qui ſunt ſui.vbi diuus Adrianus Vmbritiam quandam matronam in quinquennium relegauit,quòd ex leuiſſimis cauſis ancillas atrociſſimè tractaſſet. & ibi Bald. Ang. & Albe. qui in prin.illius,dicit illam leg. refrenare poteſtatem dominorum in ſeruos. & pro hoc adducit Apoſtolum ad Epheſios vlti. & ad Coloſſenſes vltimo.& pariter Senecam , vbi
4 vide.† Quidam alij ſunt qui habent ius capiendi, ſed non retinendi,& iſta carcerem detinendo committunt priuatum , ſi vltra xx. horas captum retineant.l.capite quinto.& ibi Barto.idem dicit. ff.de adulter.& pariter Ange.dicens hanc captionem ab initio licitam , ſed poſt xx. horas illicitam. & idem Sali.in l.fin.C.de exhiben.reis.& Ioan.de Platea in leg.j.ante finem.verſiculo,Et nota quod tenens aliquem.C.de cohor.princip.libr.xij.& Petr. de Ranen.in ſuo iuris compendio.verſiculo , Nota quod priuatus carcer.& Ioannes Baptiſta in tractatu de debito. fugit quæſtion. xij. Quidam ſunt qui non ius capiendi , nec retinendi habent: & tunc aut iſti captum dumtaxat retinent & committunt etiam priuatum carcerem: aut ipſos captos occidunt,vel vulneratos dimittunt , & tunc ſi immediatè eos capiendi hoc faciant , & tenentur de occiſo vel vulnerato.argument.l.illud. ff. ad legem Aquil. Aut ex interuallo hoc fecerunt:&iſto caſu vtrũque crimen commitunt & de vtroque tenentur,l. non nunquam plura delicta.ff.de priuatis delictis.Vnde alia ratione hic dominus propter adulterij ſuſpicionem, quam habebat de ipſo ſeruitore cum vxore ſua in ſecretis locis & obſcuris ſæpè loquente, incarcerari fecerat, quod eis magis videbatur permiſſum , cùm ei adulterum cum vxore inuentum occidere fas eſſet,maximè vilem.l.marito.l.ſi adulterium.§.penultimo ff.de adulter.& l.j. §. finali.& ibi Bartol.& Hippolyt.de Marſil.ff.ad legem Cornel.de ſicar.& ibi in princi.numero xxj. & l. Gracchus.C.de adulter.& text.cum glo.in l.qui ſeruum. & ibi per Doctores.ff.de verborũ obligatio.& Guielm.de Cugn.in leg.j.& ij. quæſt.vltim. quem ibi Bartol.ſequitur.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur. & iſtud argumen.de fortiori ſeu maiori ad minus eſt de iure validum.authent.multo magis.C.de ſacroſanc.eccle.gloſ.in l.j.& ibi Albe.ff.de nego.geſt. & glo.in ca. cùm in cunctis. de conceſ. præbendæ. Quod dicit ibi Bald.ad Deciſion. quæſtion.facere de ſtatuto permittente impunè occidi bannitum, quòd illum à fortiori incarcerare & detinere poterit.& ibi cum ſequitur Salic.li dominus non poteſt ſeruum occidere, & tamen poteſt in perpetuis vinculis eum detinere, vt dicit Bald. in l. in ipſius. verſi.item nec dominus. C.famil.erciſc. Non enim videbatur carcerem priuatum, incarcerando illum vilem ſibi in laboragio & cultora ſeruientem committere,quia vilis in hoc caſu dicitur ſeruus,vt voluit Alber.in d.l.Gracchus.allegans tex.d.l.marito. verſiculo,Quive libertus ibi,quive ſeruus erit. de adulte. & in lege humilem. C. de inceſt. nupt. & in leg j.de natura.lib.& idem Sali.in dic.l. Gracchus.in prima oppoſitionc.& Bald.in c.ſedes.verſicul.Ibi minores & vilipres.de reſcript. licet quandoque dicatur(vt ait Bald.verſiculo. Item ſeruus) maior & pretioſior.l.finali.ff.de offi.præſid.& Bonus de Curtili in tract.de nobili. parte vij nu. viij. tamen non poteſt vilior eſſe quàm ſeruus , vt dicit Bal.in l.iniuriarũ.C.ex quibus cauſis infam.irroge. Et ſecundum eius qualitatem debet fieri æſtimatio incarcerationis,quia de vili perſona,vilis &modica fit æſtimatio iniuriæ,& ſi incarceratio eſſet iniuſtè facta,vt eleganter dicit Bal.conſilio cccxij.incipien. quiãd prætenſo,quod ad eius.in fi.libro primo.& Alexand.conſilio xvij.verſicul. Nam etiam Bald.volumine primo.qui allegat textum in l. fina h.C.qui bon.cede poſ.& dixi ſupra.ccxj quæſtion. incip.Quid de vxore per quod eſt dare reſponſum ad dict.l. cap. quinto.quæ vult,maritum & patrem non poſſe adulterum retinere , aut incarcerare vltra xx. horas , loquitur in alio marito alium inueniente,quàm domino in dignitate conſtituto inueniente famulum vilem in loco obſcuro,licet ob humilem cauſam tam grauem,l. codicillis. §. matre, delegat.tertio,qui in hoc caſu retinere poſſit vltra xx. horas ſine incurſione pœnæ priuati carceris, vt tenet gloſſ.in d.l.vna.ab omnibus approbata.vel poſſet dici illam glo.eſſe intelligendam ſecundùm illam leg.capite quinto.vel tali etiam domino licitum non ſit vltra xx. horas detinere ſeruitorem ſic cum vxore inuentum.Tamen dictum glo. ſimpliciter,& indiſtinctè loquentis puto verius eſſe, & locum habere,etiam ſi longiori tempore famulum detinuerit.& ſic tenet Angel.in dict. leg. j. de priuatis carcerib.verſicul.Sed hic reſtat.ibi, exemplum cum carceratur filius.& Salic. & omnes alij ſuprà allega.quoniam poſt capturam & incarcerationem non tenentur pater,dominus, nec alij. ducere ad iudicem.ſicut alii qui ius ſolum habent capiendi,qui tenentur ſi vltra xx. horas eos detinẽat, & nõ ducãt ad iudicẽ.Ergo in domino,patre,marito,&abbate qui ius habẽt capiẽdi &detinẽdi,nõ habet locũ tit.de priuat.carce. Et in domino tenuit

Hippol.consil.ccxxxvj.volumin. & latius Stephan. Bertrand.consil. clxxxj. num. viij.volumine primo nouo.volens partem & dominum nõ solùm incarcerare, sed incarcerari & detineri facere per officiarios temporales,argum.d.l.Gracchus.& alibi dixi.Sed de alio incarcerari faciente aliquem & iniustè detineri per iudicem qualiter puniatur, vide ordinationẽ Philip.iiij.articu.ij.in princip.tit.de obliga.& solu. volentem puniri in expensis reddendis prisonerio, & pro eo soluere prisonagium. Quia ille qui aliquem detinet in vinculis præsumitur inimicus & odiosus,vt dicit Bal.in l.in ipsius. in princip.versic. In textu vinculis.C.famil.ercis.† Sed an hoc ius capiendi propria authoritate aliquem possit cedi,seu exerceri per alium,vide Ioann.Andr.in addi.Specu.titu.de cessione actio.& Bal.in leg.per diuersas.in simili quæstio.C. mandati.& Aret. in l. j.vbi quis decuria.vel cohor.& ibi Alexand. in addit.ad Bartol.qui tenet per glossi.ibi in verbo, ab his vel procuratoribus eorum.quod sic,dicens hoc esse perpetuò notandum. Sed in casu nostro ob longam seruitoris in cauerna castri de Penna detentionem,fuit dominus erga ipsum seruitorem in quingentis libris,& totidem erga regem condemnatus, & alii fautores in ducentis libris erga dictum seruitorem.Et latum arestum die xij. Aprilis 1536.ante Pascha.

5

SVMMA.

1 *Testator vxori si sine liberis decedat substituens,an intelligat de liberis ex seipso natis.& nu.2.*

Quæstio CCLXXVI.

Testator in testamento suo vxorem suam,cum qua xij.aut xiii.annis sine aliqua liberorum procreatione manserat,hæredem instituit. Et sibi si ipsa absque prole legitima ex eius matrimonio procreanda decederet, substituit Gulielmum de la Fon,eiusdem testatoris nepotem,aut sorores dicti Gulielmi,si ipse Gulielmus ab hoc seculo absque legitima prole emigraret. Euenit quod vxor post mortem viri & hæreditatem aditam ad secundas conuolauit nuptias:& ex isto secundo marito vnum habuit filium Franciscum Fabri nuncupatum, & illo relicto decessit,& pariter Gulielmus de la Fon superstitibus sororibus hæreditatẽ contra dictum Fabri filium secundi matrimonii petentibus.Et prædicto Fabri contrarium dicentem testatorem de eo intellexisse,nato ex vxore sua & viro secundo & non profecto ex se,Quid iuris?

DECISIO CCLXXVI.

ET primò videtur istum filium ex secundo matrimonio per eius matrem hæredem procreatum succedere,& substitutionem nepotum deficere debere, per text.prima fronte hanc deciden.quæstio.in l. solemus dicente cum,qui in tempus liberorum vxori legat, de his non sensisse,quos iam tunc vxor habuit,cùm testaretur maritus. ff. de condi. & demon. ergo de aliis intellexit nascituris.& idem in l.si vir vxori ad tempus liberorum.cum sequen. eod. tit. dum tex. ibi dicit,siue viuo marito siue post mortem nascantur: quia hic testator ita attento longo tempore, quo cum vxore sine liberis procreatis manserat,intellexisse videtur.Et sic testes numerarij intelligebant de prole ex alio viro suscipienda testatorẽ intellexisse:pro quo videtur etiam tex.in d.l.sequen. quæ incipit, sed si hoc specialiter expressit testator & tex.in l.placet.in fi.ibi verum is quoque, qui ex quacúque vxore nascitur.ff.de liber.& posth.& sic per illum textũ tenuit Alexandr. consil. clxj. exordien.viso processu causæ vertentis inter dominam Antoniam vxorem,versi.Est videndum primo, an ius petendi.& versi.superest modo lib.ij.† Et hanc partem tenebant plures ex cameræ inquæstarum dominis: tamen minus bene, quia text. in allegatis legibus non sic:sed contrarium expressè dicunt, testatorem intellexisse de prole ex se durante illo matrimonio procreanda, nisi specialiter expresserit contrarium,in d.l.sed si hoc specialiter.vbi Bal. not.illum text.in verbo, ex alio,quem ibi sequitur Imo.contra illos, qui faciunt testamenta in quibus relinquunt vxoribus sub conditione nubendi post certum tempus post mortem ipsorum, quòd non valeat. Tamen valet ista licentia nubendi, vt ipsa non perdat lucra sibi ex pactovel largitate mariti,aut consuetudine prouentia.§. duo ergo.& §.vnum itaque. in authentic. de nupt.& latius dixi supra quæstion.clxxxv. incipien. quò ad secundam quæst.princip.versic.Quartò limita. Et hanc conclusionem tenent Bart. Ang.& Paul.de castr. in d.l.sed si hoc specialiter.& in l. cum vir.eo.titul. vbi est clarus tex. etiam si testator vsus fuerit dictione quãdoque liberos habuerit,vt intelligatur de natis ex eisdem. & Imo.ibi dicit illa verba quantuncunque generalia esse restringenda ad verisimilitudinẽ mentis testantis. & latius ibi Socin. post Cuman. quod liberi ex alio matrimonio post mortem testantis nati non includuntur, nisi hoc specialiter à testatore dictum fuerit. Per quod est dare responsum ad declãrationem testium sic intelligere testatorẽ volentium, ex lapsu temporis,quo simul ambo sine procreatione liberorum permanserant: quia nisi specialiter de liberis ex alio secundo post mortem suam nascituris dixerit, non includuntur tales postea sic nati per iura supradicta, vt ibi per Socin.in ij.not.quoniam non sufficit hic mens testatoris præsumpta,& coniecturata.Et illum tex. inter alias quæst.inducunt Paul.de Cast.& Soc. ad quæst. quam ponit Bald. in authent. qui rem. versic.Quero vlterius vir & vxor.C.de sacrosan.eccles. qui ambo acceperant pro se & corũ liberis rẽ in emphyteusim,& vxor iam habebat ex alio matrimonio filium,an intelligatur de communibus eorum liberis.& videbatur quòd sic,per illum text.in d.l.cùm vir.& in l.si vir.cum legibus.sequent. Contrarium tamen determinat Bald. vt ibi per eum.& in l.vna.C.de priuil.dot.ver. simile dicã in emphyteusi. & idem Thom. Parpalia in rep. dictæ auth. qui rem.& reliqua pars dominorum tenuit istam vltimam,& processus partitus fuit in magna camera,pro hac parte dispartitus, & latum arestum die Februarij,Annò 1535.

SVMMÆ.

1 *Iudicis decretum an requiratur ad agendum contra fideiussores, vel an credatur nuntio dicenti non subesse bona rei principalis.*

2 *Debitore se abscondente aut nolente aperire, potest executio fieri contra fideiussores.*

3 *Fideiussores de iudicato soluendo possunt discuti non discusso principali.*

4 *Fideiussor qui soluit potest petere executionem sententiæ contra reum sine alio processu.*

5 *Subhastationes & crida non vocato Regio procuratore,si eius interest,sunt ipso iure nulla.& num.6.*

7 *Fiscus quid & vnde.*

8 *Subhastationibus faciendis,qui debeant citari.*

9 *Possessor an dicatur fiscus,si ab initio sit fassitus,& postea sequitur sententia confiscationis.& num. 4.*

10 *Dominium transfertur in fiscum per sententiam confiscationis,sed non possessio.*

11 *Possessio-*

11 *Poſſeſſionem ſine tenutam habens ex primo decreto, debet iterum in poſſeſſionem mitti tempore ſecundi decreti.*

12 *Confiſcata ſunt bona à tempore hæreſis, vel læſæ maieſtatis, licet non apprehendantur, niſi lata ſententia.*

13 *Accuſatione pendente non admittitur bonorum ad miniſtratio accuſato.*

Quæſtio CCLXXVII.

An ſubſtitutus per contractum matrimonij in caſum, in quem primogenitus eſſet inhabilis, aut decederet ſine liberis, qui ſe oppoſuit cridis, & ſubhaſtationibus bonorum primogeniti ad certam emendam ob homicidium condemnati factis, & vnam tantùm allegauit exceptionem, qua non obſtante interpoſitum fuit decretum, poſſit poſtea ſe opponere ad executionem confiſcationis factæ, de qua in dictis cridis nulla extitit facta mentio, & proponere ac allegare dictam ſubſtitutionem, nec non priuilegium patriæ, & ducatus Aquitaniæ bona damnatorum confiſcari prohibens. Et an procurator Regius, qui in ipſis cridis vocatus non fuerat, poſſit illas impugnare, & diſtractionem vili pretio factam allegare.

DECISIO CCLXXVII.

IT quia hæc quæſtio fuit poſt dictum arreſtum longè habita: primò tangã, an prædictæ ſubhaſtationes procuratore Regio nominatim non vocato dicantur ritè factæ. † Et præſuppono, quod non eſt neceſſaria citatio, aut iudicis pronuntiatio, qua deueniatur ad rerum & pignorũ poſſeſſores, ſed creditur nuntio ſeu ſeruienti referenti nulla debitoris reperiſſe bona, vt voluit But. vt refert Bar. in l. ſtipulatio. §. habet. ff. de noui. oper. nuntia. per l. ſancimus. §. fi. ſecũdum vnum intellectum gloſſ. C. ad Trebel. & in hoc tenet Butr. in l. emptorem. ff. de actio. empt. & idem Iac. de Are. in tract. ſuo executionum, quem refert & ſequitur Bar. in l. perſecutione cum ſua authen. hoc ſi debitor. verſic. Dicitur hic. C. de pigno. Quamuis Bar. in d. §. habet. teneat contrarium. tamen opin. Butr. poteſt de iure ſuſtineri, ſecundùm Imol. in d. §. habet. & latius in l. decem. verſi. Circa primum. ff. de verbo. oblig. & in l. exitus controuerſiæ. ff. de acqui poſſeſſ. Bal. in authen. ſed hodie in ij. quæſtione. & ibi Sali. C. de actio. & oblig. Opi tamen Bart. videtur tutior quantum ad pronuntiationem, quia ſemper poſſet dici diſcuſſionẽ non fuiſſe legitimè factam, quam ſequuntur Roma. & Alex. in d. §. habet & Iaſon ibi. Alex. & Iaſon in d. l. decem. verſicul. Ego autem teneo. & Bald. in dicta authent. ſed hodie. in penult. quæſt. & Alber. in prima. vbi dicunt opin. Bartol. eſſe communem. & idem Guid. Pap. quæſtio. cccexxxij. in prima. vbi dicit ſic ſeruari in curia Pictauiẽſi, & aliis curiis patriæ Delphi. ſequendo But. in d. authen. hoc ſi debitor. & Ang in authentic. de fideiuſſ. Sed opin. Butric. in d. §. habet. ſequitur Bart. in d. l. perſecutione. item quæro. & ſic mutauit ſententiam, quæ etiam ſeruatur in praxi de ſtylo curiarum Franciæ, quando ſeruiens facta cùm vicinis ſummaria aprifia, & inquiſitione, per quam apparet debitorem nulla bona poſſidere, tunc permittitur creditori procedere ad detentionem perſonæ, aut cõtra poſſeſſores, aut plegios, ſiue fideiuſſores, vt infrà dicã, nulla pronuntiatione per iudicem fienda. Quin imo hoc ita obſeruatur vbique de conſuetudine generali, vt dicit Paul. de Caſt. in d. l. decem. quia ſufficit perquirere de bonis debitoris, & quibus nuntius poterit ſe informare per debitorẽmet vel vicinos, cuius relationi ſtabitur. Et idem dicit in d. §. habet. aut per famam, ſecundùm Bald. in d. authent. ſed hodie. tenet ſing. Socin. in tract. de citat. in verbo. princip. arti. quæſt. vj. verſi. Circa primum, aliàs fruſtra crederetur nuntio, ſi pronuntiatio iudicis ſuper non idoneitate & inſufficientia bonorum debitoris requireretur. Et idem Maſuer. in ſua praxi, tit. de execu. & ſubhaſtatio. verſi. Quanquam de iure. Et ſi nuntius ſecundùm eum referat, quòd debitor renuit aperire caſtrum, domum, aut fortalitium, & munire ſibi manum de bonis mobilibus, quòd poterit fieri executio vltra menſuram debiti declarati, vt not. in l. à diuo Pio. §. in venditione. & ibi per Bar. ff. de re iudi. Et perpluries concluſum fuit in curia. † Quinimo hoc facto poteſt procedi 1
contra plegios & fideiuſſores, cùm alia executio cõtra principalem fieri non poſſit in ſuis bonis mobilibus & immobilibus, viſa relatione nuntii, vt volunt Doct. in locis ſuprà alleg. Et hoc verum, quando creditor proceſſit in vim & virtutem obligationis. Et idem ſi in vim ſententiæ, aut arreſti: tunc viſa
executione commiſſarij iudex, aut curia permittit poſſe procedere contra fideiuſſorem viis & modis prædictis. Et latius dixi in q. cccxlix. incipien. Quæritur an ciuiliter ex crimine ad emendam condemnatus. & Alexan. cõſil. cxxxj. verſicul. Si ergo. volumin. ij. † Secus ſi tales fideiuſſores fuerint iudiciales de iudicato ſoluendo, vt in criminalibus quotidie fit. Tunc etiam principali non diſcuſſo, nec conſtito ipſum non eſſe ſoluendo, recta via potuerunt exequi in bonis eorum. gloſſ. eſt ſingul. in l. final. in verſicul. perſoluere. quam ibi ſequuntur Martin. & Odofred. Cin. Ioan. Fabr. Bartol. Bal. Ange. Alberic. Paul. de Caſtro, & Salicet. C. de vſur. rei iudic. & Bartol. in l. j. & ibi Angel. & Paul. & Alberic. ff. de iud. ſolui. & Ioann. Fabr. inſtit. de ſatiſda. §. final. & Ioann. Andr. in capitul. j. gloſſ. ij. de iniuriis. & damn. dato libr. vj. & idem Philipp. Franciſc. & Spec. in titul. de execu. ſenten. §. ſequitur. verſicul. Quid ſi ſententia lata eſt. & Bartol. & Alber. in leg. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. ff. de fideiuſſ. & Socin. in conſ. xcj. nume. xiij. volum. iiij. & Iacob. de ſancto Georg. in l. & poſt tem. §. ſi fideiuſſor. numero iiij. ff. de tranſact. & Guid. de Bellamera conſil. iij. Et ita de facto fuit determinatum Bononiæ inter duos ſcholares, ſecundùm Odofred. in d. l. fina. §. fin. Et ſic in curia fuit plurics concluſum, maximè in cauſa Ioann. du Noyer contra Petrum Nauclaire. & idem tenet Alberic. in l. ij. §. final. verſicul. Sed quando. & verſicul. aut loquimur in fideiuſſore. ff. qui ſatiſda. cogan. Secus eſt ſi ex contractu ſint fideiuſſores, vt per Docto. in dictis locis. & Alex. conſi. cxj. volu. Et poſtea fideiuſſor, 4
† qui ſoluit ex d. cauſa, poterit executionem ſententiæ contra principalem latæ petere contra ipſum ſine alio proceſſu, & ſententia, ſecundùm Bal. in d. l. fi. de vſur. rei iudi. & Doct. in locis ſuprà alle. & Hipp. de Marſil. in repeti. rubr. ff. de fideiuſſor. num. cccixij. † Hoc habito, & videtur primò, 5
quòd prædictæ ſubhaſtationes & cridæ factæ, Regio procuratore nominatim, & expreſſè non vocato, ſint nullius momẽti. Quoniam regula eſt, quòd illi quorum intereſt debent nominatim, & non per proclama generale vocari, vt tenet Barto. in l. ſi eo tempore. quem ſequitur Salic. C. de remiſ. pigno. & Bald. in leg. creditor. in ſecunda. C. de diſtra. pigno. per text. in l. j. §. pen. ff. de ventre inſpic. Et præcipuè vbi quis erat certus, vt hic volunt Petr. de An-

cha.& Dominj.in c.fi.in fi.de electio.lib. vj. & Alexan.addr.& Barto.in d.l. fi eo tempore. & hoc fi secundū eos de facili pollet certiorari. Vnde hic regia prærogatiua censebatur dominus & possessor: quæ iam dominium bonorum per sententiā arestō confirmatam consequutus fuerat, vt nota in §. fi. instit. de exhi. iudi. & possessionem habuerat ex Fulina bonorum prius ad eius requestā tacta, ar. §. terendū instit. de rerū diui. vnde secuto arresto confirmatorio, effectus fuit dominus & possess. ergo non tenetur in ipsis cridis faciendis vocari & citari debent, tam de iure, quam stylo generali curiarum Franciæ. De iure, text. in leg. in deserta. & ibi Barto. Bald. Angel. Paul. de Castr. & Salicet. C. in propter publi. perti. & Bal. in l. h. in iij. quæstion. C. de edict. diuin. Adria. & idem Bald. in d. l. decem. & ibi Paul. de Cast. versic. Dicit autē Bar. & Imo. & ibi Iason. vers. Secundo principaliter. ex quo est certus & in eadem præsentia. Pro quo facit text. tenuta glos. in l. de vniuersos. ff. de re iudi. & text. in leg. cum vocari. §. euocari autem a prætore oportet eos. ff. ad tre. commiss. libro. & tenet Innocen. in ca. in nostra. de præscrip. Et ita de consuetudine & stylo curiarum tenet Socin. in consil. tractat. de consuet. art. xxv. quæst. iij. Bart. in consil. xcj. incipien. In quæstione vertente. versicu. Quarto videndum. & Bald. in l. final. C. de iure dominij impetr. Faciunt not. per gl. & Doct. in l. venditor. ff. de iudi. ad idem Bal. in consi. ccccxij. incipien. Præmitto ad euidentiam, quod licet fiscus sit in iudicio nominatus, & nō fuerit citatus in processu, valeat iudicium inter litigatores: sed fisco non præiudicat ipso iure. l. j. & ij. C. vbi in rem actio, & d. l. venditor. sicut valet sententia inter emptorem & euincentem non citato venditore, tamen venditori ipso iure non præiudicat. Et ita opinio videtur communis in possessore vocando.

secundum hanc partem fuit Parisius per sententiam Præpositi dictum,& postea per arrestum confirmatum, venditionem factam per procuratorem de cuius potestate non constabat originaliter, sed erat inserta in instrumento venditionis,esse nullam, vt habetur in arestis per Aufre.recollectis.§. cxxix. de quo vide Felin.in capit. nonnulli §.sunt & alij. versi.& ideo in assertione,quæ fit in scriptura aliorum.de refeript.Sed Specul.in titul.de instrument. edi.§.restat.versi.penul.sequendo Vber.de Bobio, tenet contrarium,dicens quod quando instrumẽtum facit mentionem de alio instrumento: quia notarius dicit vidisse& legisse sine aliquo vitio,cãcellatione,aut rasura:iuxta l.fi.C.de edic.diui Adr. tollen.quod probet,& ipsum sequitur Ang.Aret.in d.tit.de legiti.agnato.tutel.in fi. Tamen Bar. Ang. Alber. Alex.& Iaſ.in authen.si quis in aliquo. tenẽt contrarium,insuper Paul.de Castr. qui dicit,quod semper fuit de hoc d.Spec.miratus, quia est contra generalitatem illius authent.& rationem gl. licet notarij sic seruent:tamen Albe.dicit se in quæst.facti obtinuisse contra opinionem Spec. Vnde etiam si essent tres aut quatuor notarij ita attestantes nõ crederetur tali instrumento. & ibi vide per Socinum & Iasonem,versi.secundo notabiliter extende.& versi.prima est pone singulariter Socinus in consilio lxxix.incipient.cum in præsenti volumine ij.& Alexand.in consi.lxxxj.libro tertio.& in consi. vj.versic.nec obstat id, quod no.Speculator lib.iiij. Quia vt dicit Baldus in cap.venerabilem. versicul. quid si expressum,de electio.quod ibi non cantat instrumentum,nec ego cantabo more Venetorũ. l.Lucius.ff.de instito.actio. ibi etiam ponit de eo qui tanquam Titius & procurator Seii promittit, quod ex tali promissione non teneatur. Et idem dicit Bal.in capitul.Rodulphus.versicu. & ego dico.de refeript.quia secundum eum scriptura probat suos milites.l.fideiussores magistratuum.§.primo.ff.de fideiuſ.Sed Cardina.& Zabarel.in dict. c. fin.de fideinstrumen.reprehendit Doctor. allegãtes Spec.ita tenere, quia hoc non dicit,sed aliter loquitur,scilicet cùm quæritur an faciat fidem, inter partes inter quas conficitur secundum instrumentum:vt si notarius dicat, Talis fuit confessus se debitorem Titij ipso præsente & confessionem recipiente ex causa venditionis, de qua in tali instrumento à me viso & lecto:& tunc non expedit producere instrumentum venditionis:quoniam etiam si causa esset falsa,teneret obligatio:potuit enim pars sibi in hoc preiudicare.Et quod prius secundum eum dictum est,quod non credatur quãdo notarius dicit de alio instrumento, de quo si non fecisset mentionem, opus fuisset illud producere:tunc enim non statur secũdum eum:& sequitur Geraldus de Petra sancta.singul. xxxix. Nam

regula eſt vulgata,ſed in caſu ſuo erat nouum originale,licet deſcēdat ex veteri:quod de nouo pars ſe obligauit per nouum inſtrumentum originale ad id quod prius debebat, ſuper quo partes poterant diſponere & ſibi præiudicare. Quo caſu omnes ſtentur valere,vt eſt caſus in l.optimam. C.de contrahenda & committenda ſtipula. & Bartol. omnes Modern.in dicta l.ſciendum. & in l.admonendi.ff. de iureiurando.& Alexand. in dicta auth. ſi quis in aliquo.&Socin.ibi in vltima limitatione. & in d. conſil.lxxix. Et ex hoc dicit de Zabarel.in dicto capitul.final. ſecundo Speculato. vt ſuprà ꝙ ſi procurator alium ſubſtituit aduerſario conſentiente, non expedit producere originale. & idem Felinus in d.c.final.verſicul.ſed dicit hic Cardinal. & Alexand.in dicta auth. ſi quis. & ibi Iac.de ſancto Georgio verſic.quartò fallit.& in hoc non eſt dubium,quin inter ipſas partes facit fidem: quando ipſe de nouo contrahit. Et idem Angel. ibi & § in dicta le.ſciendum. Ideo † dicit Bald. in dicta le. ſi donatio. quod quando in inſtrumento fit mentio de alio inſtrumento,non eſt neceſſe de primo conſtare,quando ſecundum poteſt per ſe principaliter diſponere. Quare Iaco.de ſan. Georgio in dicta authent. ſi quis in aliquo. dicit vidiſſe conſilia valentiſſimorum doctorum, qui in quæſtio.facti conſuluerunt ſecundum opinionem Speculatoris,prout communiter allegatur ſecundum caſum noſtrum. Et mouebantur ſecundum eum, quia mandatum procuratorium eſt quoddam antecedens neceſſarium ad inſtrumentum principale per notarium conficiendū,ſine quo ipſum principale inſtrumentum non poteſt habere effectum: & ideo notarius rogatus de principali inſtrumēto, intelligitur etiam tacitè rogatus de videndo & inſpiciendo omne id quod facit ad finem inſtrumētī,de quo principaliter rogatur.argumento.l.ſecūda.ff. de iuriſdictione omnium iudic. & le. ad rem mobilem.& l.ad legatum.ff.de procur.Ergo à fortiori,quando viſo & palpato inſeritur ipſum mandatum ad longum in ipſo inſtrumento corā partibus exhibito. † Vnde inter alios caſus fallentiales doctores ponunt iſtum quando in ipſo inſtrumēto paſſando vel alio actu iudiciario tenor procuratorij vel alterius inſtrumenti aut reſcripti eſt omnino inſertus:tunc probat & fidem facit abſque originali producendo. Ita tenēt Bartol. Bald. Angel. Pan.de Caſt.Salicet.Alex.in vij. fallen. & Iaſ. in vj. in d.authen.ſi quis in aliquo.& Innoc.in dicto ca. cum in iure peritus.quem ibi ſequuntur Ioan. de Imo,Cardi.de Zabarel.Barbat.numer. xvij. & Felin.in ij. fallen. & idem Angel. in authent.vt ſpon. largi.§.& hoc inſuper.& Bartol. in l. fin. per illum tex.C.de fide inſtrum.& per glo.in l.chirographis. ff.de adminiſtra.tut.quam ibi ſequitur Bart.& Inn. in d.cap.fin.& ibi Felin.verſi.ſecundò limita.dummodo totus tenor.verſicul.fallit vij.& Felinus poſt Abb.Sicu.in d. cap. quoniam contra falſam.in vj. qu.& in prima limitatione.& Iaco.de ſanct.Georgio,in d.l.ij.in ſecunda fallentia.de fide inſtrumēt or.& Alexand.in conſil.vj.vol.iiij.& in conſi.cxcj. vol.vj.& pro hoc tex. in authentic. vt fratrum filij. §.illud quoque.& ibi gloſſ.in verbo, monumento. & Nico.Millis in ſuo repertorio,in verbo præſumi non debet pro iuriſdictione iudicis, cùm ſequent.& Lanfran.de Orian.in d.cap. quoniam cōtra.verſi.attendite.& Bartho.Brixi. in quæſtionib. venet.q.xlix.incip. ſæpè contingit. Et prædictam limitationem ſeu fallentiam tenet Albe.in d. auth. ſi quis in aliquo.verſicul.prædicta vera ſunt.& idē Spe.in titul.de inſtr.edi.§.oſtenſo.verſi.& vt plenè intelligas,ibi,ſimiliſque modo.& in §. nunc dicamus.verſic.& ſentit Guid.Pap.in conſi.lxj.verſicu. vlterius contra præmiſſa.& Petr.de Ancharano in conſil.xlj.& pro hac Deciſio. videtur text. ſingul. in cap.penulti.ibi, & ad maiorem rei euidentiam literis confirmationis tenor compoſitionis inſertus &c.de confirm.vtil.vel inutili. Et in hanc ſententiam inclinat Lucan.de Pen. in l. hac factione. verſi.ſed quid in procuratore. C. de diuerſis offi. lib.xij.vbi tenet per illum textum in verb. reſeruādis.quod exemplum procuratorij mādati ſiue generalis ſiue ſpecialis remaneat apud acta, & originale eidem procuratori reſtituatur. Et ratio ſecundum eum eſt, quod cum interſit procuratoris docere de mandato,ſiue aduerſus conſtituentem, ſiue contra alium,& ſi forte contra ipſum procuratorem ex cauſa aliqua lis naſceretur, æquum eſt procuratorium penes eum remanere, vt ſi expediret probare,valeat de mandato docere. Facit l. cū qui.§.pen.& in ſi.ff.de furt.quia quando quis facit aliquem actum vel obligationem tanquam mandatarius vel procurator Titij,tenetur oſtendere ſe habuiſſe mandatum:alias ipſe obligabitur,l.prima. C. credito.euict.pig.non debe.& ibi Iac. But. Bar. Bal.& Salic.& Bartol.in l. procurator qui pro euictione.ff.de procura.& Alexand.in conſ.xxxij. numer.vij.lib.vj.& Paul. de Caſt. conſi. ccxxv. incipien.dubium facit volum.nouo. & iſtud motiuum multum placet.Nam quotidie videmus dominos ac mercatores mittentes ſeruitores cum mandato ad eorum debita per campos & loca exigenda & leuanda. Et ſi tenerentur cuilibet debitori dimittere vnum originale inſtrumentum, neceſſarium foret multa habere originalia: licet poſſint per eūdem notarium vel authoritate iudicis plura fieri exemplaria,ſecundùm doctores ſuprà alleg. in di. l.vnum.de teſt.& §.nihil.& ibi Aret.inſti.eo.Quare ſufficit oſtendere originale debitori & notario qui habet videre & palpare, & ipſum in inſtrumēto quittantiæ in præſentia teſtium & authoritate iudicis ſi haberi poſſit inſerere ad longum. Quia in hoc regno Franciæ, quando debitor ſe obligat & promittit ſoluere ipſi creditori vel eius procuratori aut nuntio literas obligatorias deferenti,tūc ſufficit,quòd alteri illorum ſoluat, ſecundùm Maſuerium in ti.de ſolutionib.verſi.Item ſæpè in partibus Franciæ:ſed tutum eſt ſecundum eum, quod debitor ſoluens cuſtodiat literas prędictas obligatorias,& conſtet de mandato,iuxta not.in l.ad probationem.in j.C.de probationibus.& ibi vide Pet. & Cin.& Gerald.de Petra ſancta ſingula. lxxxvij. Et pro hoc eſt gl.in le. ſi.in verbo tatihabitione. & ibi Bart.& Doctor.C.de pactis conuentis tam ſuper dot.† volens quod trahendo inſtrumentum. 7 debiti videtur dare mandatum exigendi debitū in ipſo inſtrumento contentum.Et idem Guido Pap. in queſt.xiij.in fi.appareat.& bonus text.in l.j.C.de dona.Et ita in quæſt. noſtra videtur ſentire Paul. de Caſt.in d.authentic.ſi quis in aliquo in prin.dū dicit illam loqui de quodam alio ſimili quod vocatur mentio ſeu narratio:quia notarius de aliquo rogatus inter te & me facit mentionem de tenore cuiuſdam alterius inſtrumenti,non tamen de ſcribendo tenorem de verbo ad verbum,ſed ponendo effectum:quoniam dicit aliquem procuratorem ab aliquo conſtitutum,prout conſtat in inſtrumento magu talis confecto. Vel dicit ſe debitore m meū,

prout

prout constat in alio instrumento confecto manu talis:& huic narrationi non statur. & idem Baldus in rubrica. C. de fide instrumentorum. ver. in his ergo præsumitur.& Felin. in dict. cap.cùm in iure peritus.vers.sententia enuntians. Tamen secundũ eum cauti notarij in instrumento apponunt dicta verba se vidisse instrumentum à tali notario rogato,volens idem esse in sententia narrante procuratorem talis,vt ibi. † Vbi ergo totus tenor instru- 8
menti vel procuratorij inseritur, videtur secus secundum doctores & Barbat.in dicto consi. xxviij, versic.& est verisimile,quod potius apposuisset totum tenorẽ illius instrumenti &c. volu. iiij.& Speculator in titul.de referip. præsentat. §.j.ver.sed obsicitur.& signanter in hoc casu in quo fuerant solutiones plurium annorum eidẽ domino de summa sibi debita factæ. & sic approbauit solutiones procurationis postea factas : quod sufficit,vt latè per Innocen.Abbat.Et Feli.in c.ex parte decani.de reseri.& in capit.in nostra.de procura.& Barba. in consi.xlv.versi.& idem allego.libr.iiij.& in terminis nostris Fulg.consil. clxxxvj. ibi. Et cùm super hoc non fiat hæsitatio.Angel.in dicto consi.ccxcij. versicu.posito igitur miles.Licet Corn.in allegato cõsi.ccxliij.velit contrarium, quòd quamuis tenor sit insertus, non tamen facit fidem alleg. Inno. & Abb.Sicu.in capit.Abbate. de verborum signific. Sed Abb. ibi tenet, quod si instrumentum publicum faciat mentionem de alio, si non est insertus totus tenor per tabellionem, non facit fidem, etiã si fuissent plures alij tabelliones, vt dictum est. Et idem Lud.Bologn.in consi.lxxvj.Ergo vult Abbas quod si est insertus tenor faciat fidem. Sed pro opin. Inno. facit quòd dicit Ludo. Roma.in consil. cccxxxvj. quod si Papa mandat alicui, vt iuxta tenorem sententiæ executionem faciat, quarum tenor est insertus in bulla, quod per hoc non visa originali sententia,non potest exequi sententiam.Et idem Ioan.And.in addit.Specul.in d.tit.de reserip. præsentat. §.j.versi.sed obiicitur. † Sed præcedens 9
est communis, vbi totus tenor est insertus in actu iudiciario.tenet Anch.in cõs.xlj.inci.prima facie.& Bal.in d.l.fin.vers.sed pone quòd testamentum. de edi.diui.Adri.tol & Guido Pap. in singula.lij.Imo videtur quod sufficiat mandatum fuisse actis insinuatum, & coram iudice demonstratum. tex. est singularis cum sua gl.in §.sinautem procurator.ibi neque mandatum actis insinuatum est glo. in verbo,insinuatum coram iudice demonstratum. institu.de satisda. Ioan.Fab.ibi, versicul. vnde potes dicere.intelligit sufficere ab initio facere fidem de mandato,& quod actis insinuetur, id est copia seu probatio in actis inserta:tunc non tenetur amplius exhibere mandatum.Alleg.Innocent. in capit. Albericus,de testib.& Speculator,in titul.de procu- 10
ratore. §. ratione. versicul.fina.† Ideo videtur per hoc sufficere,si in processu vel actu iudiciario fiat mentio,quod Titius tãquam procurator Scij produxit & exhibuit mandatum suum, & faciat mentionem de principio & fine illius cum clausulis substantialibus,quod non teneatur illud postea, si opponatur illum Titium non fuisse procuratorem,producere,secundùm Innocent. & Imol.in d. capitul. cùm in iure. & Feli. ibi in ij. fallentia.qui allegat Bartol. in l. chirographis. ff. de administr. tutor.licet Alexand.contra in dicto consil.vj.versi. non obst. quod in actis. lib.iiij. Sed præcedens videtur verior,quam sequi videtur Paulus de Cast. in consil. xciij. incipien. circa primum quæsitum. versicul.nec fuerunt instrumenta mandatorum in actis registrata.volumine nouor. & ipsemet Alex. consil.clxvij.versicul.præterea illa verba enuntiatiua notarij.volumin.vj.quãdo pars fuerit præsens & tacens,per dictam l.j.C.de rela.& ibi Bartol. & hæc fuit opinio Hostiensis in dicto capitul.quoniam,quem refert & sequitur Andr. Barba.in d.l. sciendum. versicul. sed contrarium communiter. versicu.capio modo præcedens dubium. & Francisc.de Aret.in dicto capitulo quoniam. versic. sed reuocatur dubium.& Angel.in dicta authentic. si quis in aliquo versicul.dico etiam. allega. l. final. C.de fide instrumento.Alexand. in dicta authenti, si quis. & ibi Decius numer. xxv. Sed in curia in causa nobilis Gerald.de Segnio actoris contra dominum Franciscum de Telleram dominum de Griuaulx,ac Mortaine principem reum: hæc opinio non fuit obseruata,sed ordinatum quod idem actor doceret, quomodo quidam comparentes pro eodem reo coram commissario ad examen ad testes futuros & valitudinarios commisso, erant tunc procuratores, aut alter eorum. Et omnibus placuit hæc ordinatio, exceptis præfide inquæstarum & me,vt vtar verbis iuris in l.j. ff.de senatoribus.prædictis attentis, & etiam quod adiunctus commissarij asseruerat & affirmauerat eidem illũ Titium fuisse eiusdem rei procuratorem & etiam nuntium, & præcipuè quod post xxx. annos obiiciebatur. Vnde non erant admissibiles, vt infrà dicam.† Quia opponenti quem non esse procurato- 11
rem incumbit onus probandi,secundum glos.quẽ sequitur ibi Angel. in l. Pomponius. §.rati. ff. de procuratorib.& glos.Bal.& Salice.in l.licet. C. de procuratorib.Et licet Bart. ibi dicat, quod incumbit procuratori dicenti habere mandatum. Sed præcedens est verior, secundum Felinum in dicto capitul.cùm in iure.versicu.quando post litem cõtestatam negatur mandatum. Sed hæc opiniones possunt concordari,quod opinio Bartol.habeat locum,quando ab initio fundatur iudicium, quod comparens pro absente doceat de mandato,vt l. j.C.de procurat.& glos.in l.ita demum. eodem titul.tenet Paulus de Cast.in consi.xij.incipien. tota disputatio. versicul.nunc videndum est.& in consi. xvj.volumin.antiq.& Hippol.de Marsil. in l.si quis ne quæstio.versicu.item & vltra.ff. de quæstionib. & ad hoc etiam per iudicem cogi potest, etiam parte altera non petente.glos.in capitul.j.in verb. absentia,de electionibus libr.vj.& ibi Ludouicus Bologn. in primis interpretationibus, cum aliis per Hippol.allegatis.Cùm ab initio debeat in sua prima comparitione procurator illud producere, secundum Ange.consi.ccxix. & Masuerium in sua praxi titul.de procurato.&Ioann.Petr.de Ferrariis in sua praxi.tit.for.respon.rei conuenti.in versicu. symonius.in princ. Secus quando post litem contestatam.& est ratio secundum Felin. quia admissus vsque ad litem contestatam inclusiuè, videtur potius in quasi possessione officij, & talis quasi possessio transfert onus probandi in admittentem eum,vt ibi per eum.Hoc verum quando procurationem alterius impugnauit:sed quando dominus dicit eum qui pro eo comparuerat, non fuisse eius procuratorem,nec ab eo habuisse mãdatum, quod non præsumitur, nisi ex tempore, vt infrà dicam, tunc semper per dominum cuius nomine ipse cõparuit, potest opponi,vt notat Bart. in dict.l.Põponius. §.rati.de procurator.& in d.l.licet.& Ioan. And.in c.super literis. de reseript. & tunc incum-

bit onus probandi aduerſario talem admittenti, niſi dominus ſciſſet ſuum procuratorem ſuo nomine agere, & non contradixit, quo caſu præſumitur dominum habuiſſe ratum, ſecundũ Innocẽtium, in d.c.cùm in iure.& in cap.ex parte decani. de reſcript. & Doct. ſuprà allegant bon. text.in l. qui patitur. manda.& in l.ſemper qui nõ prohibet ff.de regul.iur.& Barba.conſi.xlv.verſi. ad hoc allego.& in conſi.xlvj.num.v. & conſil. lxij. num.ij. volum.iiij.cum aliis vtrobique per eum alleg. & 12 idem in conſi.xviij.vol.iij.quod eſt ſingu.† Et not. circa quod ſi opponatur contra procuratorem actoris de defectu mandati, & ipſe opponat idem cõtra procuratorem rei, quòd primò debet diſcuti de mandato procuratoris rei, vt tenet Cardinal. Alex.in capi.illud per tex.xxiij.diſt.allegat Archid. in capit.nullus iiij.q.iiij.tamen in praxi de vtroque ſimul diſcutitur:& procuratori ſolet ad exhibendum & producendum mandatũ ſuum dari dilatio. Et latum fuit inter ſupradictos de Sogur areſtum die quinta Auguſti, Ann.1525. Ideo eleganter dicit Felin.in d.ca.cum in iure.in verb. & no. quòd vbi eſſet productum inſtrumentum mandati, & data copia parti, quæ nihil oppoſuit, tunc etiam ante li. conteſt. releuatur procurator ab onere probandi, dummo do fuerit in actis productum, licet non regiſtratum.alleg. Innocent.& Hoſtien.in d. cap.qui contra falſam.per l.fi.§.j.C.arb.tutelę, ibi, neque enim homo ſic ſimplex, imò magis ſtultus inuenitur, qui contra ſe aliquid patiatur.ergo ſi paſſus eſt, imputatur ſibi, vt ibi gl.Idẽ tenet Anton. de Butr, in d.capitul.cùm in iure.& Ang.in authen. vt ſpõſali.largitas.§.& hoc inſuper.verſicul. attende tamen.& idem quando apud acta eſt per partem cõſtitutus aduerſario præſente.l.vna C.de ſatiſdando & l.ſiue apud acta.C.de tranſact. & Bauerius in §. nihil.numer.xxvj.inſtitu.de teſta.tunc etiam poſtea ei aliquid opponi non poterit. ſecundùm Cin. Bal.& Salicet.in d.l.j.& Ioan.Fab.in d.§. finautem procurator. & ibi Ang. Aret. in primo notab. & Doctor.in dict.l.j.C.de relat.& Felin.in d. capitul. cùm in iure.verſicul.ſecunda concluſio. & Paul.de Caſt.in conſil. clix. incip. pro euidentia eius quo quæritur.volumin.antiq.& Abb. Sicu. in conſi. lx. verſic.duo.volumin.ſecundo, licet Maſueri. in tit. de procurato.verſi.item poteſt velle, quòd procuratoris conſtitutio apud acta valet, dum tamen actum ſit groſſatum & ſigillatũ:quia ſufficit, quod fuerit in acta inſertis per notarium ſeu graffarium cauſæ:veruntamen dicit, quod ſi per acta proceſſus conſtet,quod talis vt procurator rei vel actoris comparuit in iudicio, & litem conteſtatus eſt, illud quòd per eum actum eſt, valet in præiudiciũ domini conſtituentis,dato quòd non appareat in præſenti de procuratorio,& non fuerit procuratorium in actis & proceſſu inſertum, ſicut ſolet fieri in curia ſpirituali.& verum dicit, quia ita ſeruatur in curia metropolitana & primatiali Bitur.vbi ſunt duo notarij in quolibet cauſa. vnus ſcilicet pro actore,& alius pro reo,& vtruſque facit proceſſum,pro ſua parte, & ſic bis inſerunt vnum procuratorium vel aliud inſtrumentum ab altera ipſarũ productum. Et ideo pars ſoluit tribus vicibus vnum inſtrumentũ cum duob. proceſſib. in grãde diſpendium partium.de quo vide plures conqueri. Sed in curia ſeculari ſufficit quòd procurator ponat illud in ſacco ſuo,& ipſum inuentorizet,vt ipſe Maſueri.dicit in titul.de literis, notis &c. Tamen de ſtylo curiarum Franciæ ſufficit ſe præſentare in vim illius, & illud ponere penes graffarium. & ita tenet Ioann.Andr. in dict. capitul. quoniam contra.& ibi Franciſc.de Aret. in xij. & ſic habetur in ordin.regis Luc.xij.§.cxxxv.& etiam graffarius ad requeſtam partium tenetur regiſtrare, alias in grammatophylacio ponere ipſa procuratoria.

¶ † Sed in alio inſtrumento quittationis per no- 13
tarium recepto, in quo procuratorium vel aliud inſtrumentum totum inſeritur, de expreſſo ipſius procuratoris ac debitoris ſoluentis conſenſu, eſt maius dubium, ſi ſine iudicis authoritate factum ſit. Sed ſi cum eius authoritate factum ſit, valet,vt dictum eſt,& tenet Hoſtien.in dict.cap.Abbat.in gl.in verbo,ſiat fides,vbi gl. ponit tres opinio.quarum prima eſt,quòd in inſtrumento publico,in quo eſt facta mentio alterius,non eſt neceſſe illud exhibere,ſecus in priuato. Secunda eſt, quòd quando in ipſo inſtrumento inſeritur per ſolum notarium,quod non valeat. Tertia quando authoritate iudicis inſtrumentum renouatum.ſiue publicatum vel inſertum ad longum, vocatis quorum intereſt,quòd valeat.& iſtam vltimam opinio.glo. ſequuntur ibi Ioan.Andr.Henric. Bohic.& Cardi. de Zabarel.in §. ad hæc & Butr. verſic.oppono.& communiter Docto. in locis ſuprà alle. non eſt enim tanta authoritas tabellionis quanta eſt iudicis,quia authoritas iudicis, facit valere quod aliàs non valeret,vt ibi per ipſos.& idem gloſ.pragmat. ſanctio. in tit.de autho.ſacri.conſi.c.ij.§.in verbo, tenor. Tamen communiter etiam tenetur ſecunda opin.quando per notarium fuit totus inſtrumenti tenor inſertus ad inſtantiam partium, vt dictum eſt.Et ſecundum ipſam fuit cõcluſum in curia,quia in plurib.locis iudicis copia haberi non poteſt. Et ruſtici ac alij debitores non aduertunt authoritatẽ adhibere iudicis, ſed ſolum quittantiam cum duplo procuratorij,& aliquando obligationis in eadem per notarium inſerto,quod ſufficit: & præcipuè vbi ex aduerſo non obiicitur aliqua in procuratorio vel perſona procuratoris falſitas, vt ſentit Ang.in conſil.cccIxxxvij.incipient.Sempronius olim Caij de Florentia.cum ſequent.conſi.vbi *in* inſtrumento venditionis per procuratorem factæ inſertum fuerat procuratorium.Et idem Barthol. Brixien.in ſuis quæſtionib. venerialib. quæſt.xlix. vbi loquitur in priuilegio confirmato per principem, & ad longum in ipſa confirmatione inſerto. Et ita ſolitum eſt fieri per dominum noſtrũ Chriſtianiſſimum regem & eius cancellarium confirmantem priuilegia ciuitatum.Et idem tenet Doct. in d.auth.ſi quis in aliquo.in dict. c. penultimo. & in cap.examinata.de confirma.vti. vel inutili. & in cap.ſi Romanorum.& ibi Car.Alex.Domini.& de Turrecremata.xix.diſtin. & Doct.in d. l.admonẽdi.& idem Campeſi.in ſuo quodam cõſilio inſerto inter conſi.Alberti. Bruni, conſi. xj.incip.viſo themate.verſicul.ij.reſpondetur.& gloſſ. ſingu. in l.vt liberis in verſic.conſequuntur.& ibi per Doct. 14
C.de colla.†Aduerte quòd licet geſta per falſum procuratorem poſſint ratificari per dominum,l.licet.ff.de iudic.& l.iij.§.j.ff. rem ratam haberi. Tamen geſta per ipſum filium procuratorem in auditorio ſeu conſiſtorio principis ratificari non poſſunt, vt dicit Bald.in l.falſus. C. de furt. allegat Innocen.in cap.ex parte decani, de reſcript. & ſequitur Iacob. de ſancto Georgio. in tract. feud.in verbo, princeps.ver.ſed an princeps.ibi,ſexta ſpecialitas.de quo vide Felin.in cap. nonnulli. §. ſunt & alij in iij.ampliatione per totum de reſcri. & ibi Barba.

Barba.in nu.xxxix.in fin. Tum etiam, quia hic exemplatio erat antiqua,quæ probat & fidem facit, ſecundùm Franciſc.de Are.in conſi.xxxvj.verſi.ad ſecundum. dico breuiter: & Iaſon in d.authen.ſi quis in aliquo. in nona fallen. & Cuma.in conſil. clviij. in primo dubio. vbi in mandato poteſtatis exemplato loquitur, & in procuratoris mandato ad iudicia.pleniſſimè Franc.Curtius in conſ.lxxvij. verſ.ſed præmiſſis non obſtantibus,vt infrà dicam. & per Doct.inſuper Felin.in c.Albe. de teſti.quoniam hic procuratorium fuerat totum inſertum in
15 inſtrumento quittantiæ paſſato.xl.anni lapſi ſunt.† Vnde ex tali antiquitate temporis longiſſimi xxx. anno.vel xl.præſumitur ſolennitas extrinſeca, etiã ſi principaliter tractaretur de præiudicio alterius. text.eſt in c.peruenit,ſecundum intellectum gloſſ. quem ad hoc extollit Imol.ibi.de contrahẽt. emp. & Cur.in d.conſi.lxxvij.& Alex.in conſi.cj. nu.vij. & viij.lib vij.vbi dicit iſtam partem eſſe communem.etiam in procuratorio ad lites.& idem in addi.vlt.ad Bald.in l.ij.C.de legiti.hæred. per text. in d.c.peruenit.& iſtã opinionem tenet Iac. de ſanct. Georg.in d.l.ij.de fide inſtrum. & idem ibi Flo. de ſanct.Pet.verſ.vnum nota. & Iac. But. in d.l. optimã.Licet in hoc Paul.de Caſt.in d.conſi. xcv. incipien.circa primum quæſitum,verſi. ſuper ſecundo vo.ix.& in conſi.ccij.inci.in cauſa Continium. teneat contrarium,vt dixi ſuprà in q. xxxvj. incipiẽt. ſed hic fuit vnum aliud dubium.& Felin.in c.ſicut. verſi.vj.aduerte,de re iudi.& Hippol.de Marſil. in d.l.ſi quis de quæſt.nu.cij.& Socin.in conſi. lxviij. verſi.ſed ad hoc fuit reſponſum.vol.iij.& Barba.in conſi.xiiij.lib.iij.& Alex.in conſi.50. verſi.non obſtat prædictis vol.v.niſi inter eaſdem partes, vt dictum eſt,per d.l.optimam, vel quãdo eſſent plura inſtrumenta vltra duo, quia probarent hominum communem opin.ita quod inducerent in antiquis præſumptionem.& transferrent onus probãdi cõtrarium in aduerſarium,vt Cin.in d.l.optimam. & Bal.in l.cùm quis.in iiij.notab.C. de iure deliberã. & Ale.in d conſi.cxcj.verſi. reſpondeo etiam aliter. Et ſic videtur ſecundum iſtos quòd tempus mille annorum non faceret præſumi ſolennitatem mandati requiſiti ad aliquem actum,vt voluit Bal. in l.ij.C.ſi ex fal.inſtrumen.& idem in l.j.C.de reb. alie.non alie & ibi Sali.& ſequitur Alex.in l.qui in aliena.verſicu.item adde.ff.de acquiren.hæredi. & in d.l.ſciendum verſi.vnum tamen ſciatis. & Alex. in conſi.j.verſic.non obſtat quod poſt tempus.volum.quarto.& latius in conſi.cxcj.verſicul.nec obſtat,cum ſequent.volumi.ſexto,quia mandatum in iudicio non præſumitur præceſſiſſe,vt tenet Ludouicus Bologni.in cap.cum ad ſedem.per illum textum.de reſtitu.ſpoli.dicens Baldum ibi ita tenere. ſed non habeo ibi Bald.niſi vſque ad capit.grauis. Vnde Barto.in l.qui fundum. §.ſi.ff. pro empt. di-
16 cit, † quod qui emit ab aliquo tanquam procuratore alicuius, præſumitur malæ fidei, niſi appareat de mandato illius ſaluo, niſi ipſe procurator faciat apparere per fide dignos ſe eſſe procuratorem,& idẽ Hippo.de Marſil.in d.l. ſi quis de quæſtio.num.ciij.verſic.vlterius hic habemus regulã. de quæſt.& idem Bart.in l.cùm vir.in ſi.ff. de vſucapio.& Alex.in d.l.qui in aliena.verſi. plus dicit. de acquirend.hæreditat.vt ex verbis ſuis elici poteſt,dum vult,quod talis venditio non cauſat Publicianam,vel cauſam præſcribendi rem vẽditam, niſi firmetur ratihabitione vel ſucceſſione, quæ quaſi trahitur retrò quò ad dominium, ſi ille cuius nomine vendidit,& cui iſte qui vendidit,tanquam procurator ſucceſſit,erat dominus. Tamen in hoc contrarium firmant Angel.& Imo. in d.l.cum vir. quia quando contraxi cum aliquo vt procuratore, qui talem ſe aſſeruit,ſui ductus iuſto errore, & ſic videor eſſe in bona fide,& per conſequens habere vſucapiendi potentiam, per nota.in l. Celſus. ff.de vſucapio.& dicit Imo.quod hoc etiam ſatis videtur fuiſſe de mente Bar. ſi ponderetur.Idem Franc. Balbus in tractatu ſuo de præſcrip. in ſecunda parte tertiæ partis princip.q.j.verſi.& dicit no.Bar.item Bar.in d.l.qui fundum.§. fina. de diuturnitate temporis longiſſimi non loquitur: quia hoc eſſet contra tex.in l.ſi filius.C.de pe.hæ. quẽ omnes doctores ſuprà allegati ad hoc allegant. & ipſemet Barto.Ang.Imol.& Roma.in dict.l.qui in aliena, ibi,quod ſi non adierit.& tenent omnes in d.c.Alberic.de teſt.† Ideo iſtud eſt verius,quòd ex iõgin- 17
quitate longiſſimi temporis mandatum præſumitur legitimum, vt ipſemet Bal. tenuit in terminis de inſtrumento mandati procuratorij in conſi.cclxxxvij.incipien.in primis videndum eſt. verſicul. item quia inter dictas partes.& verſicul.quò ad ſecundum punctum de inſtrumentis antiquis. & ſic de directo Bald.ſecundùm Curt. in dicto conſilio lxxvij.verſicul.ſed non obſtantibus.contradicit dicto ſuo in dicta l. ſecunda, ſi ex fal.inſtrumen. vbi loquutus fuit de mille annis,& (vt inquit Franc.) ſine lege & iure:quoniam erubeſcimus ſine lege loqui.l.illam.C.de colla.Quis enim,vt ipſe ait, reuelauit Bal.ibi,quòd tempus mille annorum nihil faciat ad probationem mandati narrati in inſtrumẽto publico antiquiſſimo? loquut' igitur fuit ex ſuo capite ſine iure,prout ſæpenumero facit. ideo ſibi credendum non eſt. Et ita in ſimili de eo adduxit Anton.dicentem in capitul.conſultationib.de iure patrona.vt latius hoc ampliſſimè probat Curt. & idem tenet Dec. in conſil.xxxvj. Non obſtat quòd mandatum tanquam probatur,quia ſecundum eũ dictum Bald.poſſet habere locum,quando ſimpliciter allegatur mandatum, quod nulla ratione iuſtificatur: ſecus vero quando inſtrumentum narrat,& dicit aliquem habuiſſe mandatum, vt in caſu ſuo & noſtro:quia tunc licet talia verba de ſe non probent,tamen coadiuuantur ex antiquitate temporis,& per antiquitatem facilius probatio poteſt coadiuuari,& ſuppleri ex toto induci, vel etiam ex aliquibus indiciis,vt Balduſmet declarat in dicta l. j.de rebus non alienan. & Alexand. in dicto conſil.centeſimo nonageſimoprimo. libro vj. volentes Bald. & Alexand. ibi, quod licet mandatum non præſumatur ex diuturnitate temporis,ſed bene quo ad inducendam bonam fidem illius qui acquiſiuit rem ab aliquo tanquam procuratore, vt poſſit rem dictam præſcribere: & ſufficeret quod ex coniecturis probaretur illum habuiſſe iuſtam cauſam putandi illum eſſe procuratorem: quia tunc titulus & bona fides cauſata à iuſto errore ſufficeret ad præſcribendum ipſam rem, per tex.in l.fin.ff.pro empto allegat Bal.in d.l. j. de rebus alienis non alienan.& idem Salice.ibi, & iſtam partem contra Bald. & Alexand. tenet Iaſon in d.l. ſciendum.verſic.limitat Alexand.cum verſi.ſequẽti.per tex. in d. l. ſi filius. C. de peti. hæredi.vbi ad hoc vt(inquit)filiusfamiliàs poſſit adire hæreditatem ſibi delatam,oportet, quòd præcedat mandatum patris,l.ſi quis mihi bona. §. iuſſu. ff.de acqu. hæredi.& tamen ex diuturnitate temporis decem annorum præſumitur mandatum præceſſiſſe, per

d.l.si filius.& idem de Curte in consi. xx. feud.incip.præsupponitur in facto. quando est præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, quòd omnia solemniter gesta fuisse præsumũtur,per not.in d.c.peruenit.per quæ etiam dicebam in causa dicti Geraldi de signo cõtra præfatum de Grinhaux,quod licet ab initio citatio non fuerit debitè executa,postquam sic tamẽ citatus constituerat procurationem ad illã causam prosequendam,præsumatur scisuisse se citatum & citationis prædictæ habuisse indubitatam notitiã, intantum quod processura facta contra ipsum valebat & tenebat,vt tenent domini de Rota in Decisi.cclxxj.aliàs deci.xj. de dol. & contumac. inci.si de mandato speciali Papæ,in nouis. & idem Ægi. 18 Bellam.in Decisi.cxlv. † Aduerte quod quittantia facta per procuratorem habentem speciale mandatum,non sufficit aduersus dominum postea experiri volentem,nisi ipsa contineat cessionẽ actionum,cùm data sit ei potestas quittandi facta solutione,&non aliàs,vt tenet Ioan. And.in addi.Spec. tit.de testib.§.j.in verbo,fundus huic.versi.in vltima q.& Bart.in l.si ita stipulatus. §. Chrysogonus. propè finem.ff.de verbo. oblig. & ibi per Docto. Moder.& idem Masuer. in sua praxi. tit. de solut. versicu item est bene notandum.& Corne.in cõsil. cxciiij.volum.iiij.cum aliis per eum allegatis. Fallit in Papa qui in literis narrat,renuntiationem beneficiorum per procuratorem talis fuisse factam, quia probatur illum fuisse procuratorem, licet nõ constet parti de procuratorio opponenti, de quo non tenetur impetrans & obtinens beneficium sic per illum resignatum docere,vt voluit gl. in ca. ad aures.de rescriptis.& latius in c. nonnulli.§.sunt alij.eodem tit.quem sequitur Imo.in c. ex parte eo. tit.quia talia verba Papæ narratiua, ex quibus fundatur eius intentio, licet sint ex facto alieno,videtur probare,donec contrarium probetur, clementina vnica.de probationib.Aliàs in his super quib. non fundatur intentio Papæ non faciunt hdem,capitu.si Papa.de priuilegiis.Et idem tenet Abb. Sicul.in d.§.sunt & alij.versic.in quarta parte. ibi sed ego distinguerem,siue per verba assertiua,siue per verba narratiua,seu enũciatiua,ad hoc vt trãsferat onus probandi in aduersarium:quia agitur de modico præiudicio,per gl.in c. cùm olim de censib. Idem tenet Barbatia ibi. numero 50.cum pluribus vsque ad numerũ 55.& per text.in capit. cùm pridẽ de pactis.& idem Felin.ibi,in versic. amplia quartò.& idem in dicto capitul. cum in iure peritus. ver.sunt duo casus, in quibus verba enuntiatiua probant mandatum.Et secundus casus est vbi Papa in suis literis appellat quem procuratorem, illa verba probant.& vtrobique allegat Fede. consil. cxvij.incip.casus talis est,Ioannes impetrauit.& idem Aquen.in auth.si quis in aliquo documento. versicul.tertio.& versic.quarto post Alberic.& faciũt pro determinatione similis quæstionis.& versic. & quod suprà dixi de verbis narratiuis. & ibi Purpur.nume.v.cum sequenti,per text.in d.clemẽ. j.de probatio.de cuius intellectu vide Ale. cõsi.xv. versi.præterea gl.li.v.& Felin.in ca.cùm à nobis.de testib.Et sic in casu nostro illa clemẽtin. prima nõ videtur esse sublata, vbi agitur de modico præiudicio,secus si de graui,vt ibi per glossi. in verb.non præiudicet.Ideo incumbit opponenti onus probandi non fuisse constitutum vel reuocatum, & illius reuocationem ad eum peruenisse,volunt Doctor.suprà allegati.& Vitalis de Cabanis, quem etiam Felin.in dict.§.sunt & alij. allegat in tractatu clausularum versi. si verò verba enuntiatiua. & in d.l.licet.& in l.Pomponius.§.rati. de procurato. vt suprà diximus,& alibi dixi.

SVMMÆ.

Quæstio CCLXXXII.

1 *Debitor soluens famulo,an liberetur.*
2 *Litera commendatitia vel credentia quando obligent.*
3 *Omnis qui loquitur,non est credendum.*
4 *Seruitori ex parte domini aliquid nuntianti non facile credendum.*
5 *Danti imputari debet,si quid mali accidat, quãdo aliquid nomine alicuius dedit,non viso expresso mandato.*
6 *Epistola missiua quando probent.*
7 *Litera camby an probent contra scribentem.*

DECISIO CCLXXXII.

SED quid,tu scis quod creditores plerunque mittũt suis debitorib. literas missiuas commendatitias, vel credentiæ per eorum seruitores sine alio mandato in forma probante existente, quod mittant pecunias debitas,vel tradant dicto seruitori,aut alicui fide digno aliquas mutuo pecunias: & aliquando seruitoresmet sine literis,& domino ignorante, vel cũ literis manu domini non scriptis nec signatis, sed per ipsos seruitores fortè congediatos, & à domo & seruitio domini licentiatos ac expulsos, signo manuali domini aut dominæ suppositio,falsificatis, petunt. † An debitores soluentes vel mutuantes talibus seruitorib. in vim dictarum literarum sint liberati & quitti,vel domino obligati. Vnde Bartol.in l.Lucius Titius.& ibi Paul.de Castr.ff de fideiuss.& Bald.& Salic.in l.fin. C.quod cum eo qui in aliena.& in l.si verò non remunerandi.§.eorum. quidam.ff.mãda.& Bal.in rub.C. de consti.pecu. versi.venio nunc ad personam. & in versic.deinde quæritur.& singul.in consil.cccxxvj. Fran. domi Bartho.vol.ij. † Et concludunt Doct. quod ex literis tam commendatitiis quàm credentiæ non obligantur domini,nisi essent multum ad hoc speciales,vt dictis iuribus,& l.si literas. C. de manda. Ideo caueant hi ad quos tales mittuntur literæ, vt videant quid sonant literæ. Aut enim sunt de aliquid generaliter aut specialiter tradendo vel contrahendo , & etiam si epistolæ sunt veræ ab ipso mittente scriptæ,vel subscriptæ & sigillatæ:& magis,ac etiam magis exquirere, quando seruitores domini qui longo tempore seruierant, fortè expulsi,dicunt verbo se à dominis pecuniarum causa petendarum missos.Quia,vt dicit Bald.in d.versic. deinde quæritur. quod non † omni qui loquitur credendum est.Bartol.in l.eum qui.cum l.sequenti.ff.commodat.sed si ad bonam spectat fidem, id creditur.Pro hoc tex.in capitul. cùm ex iniuncto, de hæretic.ibi, non sufficit cuidam nudè tantum asserere,sed oportet quòd astruat &c. † Et etiã si seruitor dicat aliquid,quod est verisimile, vel vtile mittenti, quod credi posset, argument. l. argentum.ff.commodat. &l. qui hominem.§.si nullo man-

1

2

5

4

lo mãdato.ff.de ſolutioni.Sinautem pertinet ad ſpoliandum vel furandum dominum, tunc non debet credi.l.creditor.ff.mandat. aliàs perdunt datum, d.l. fina.quod cum eo. vbi vide & in aliis locis per Alex. alleg.& Bal.in d.l.ſi literas.& But. Anch.& Imol.in ca.fraternitatis.de clericis non reſiden.& in c.tam in literis.in fi.ver.archipresbyterum autem.de teſtibus. & facit text.in l.ſi quis vxori.§.apud Labeonem.ff.de furt.vbi dicitur, quod ſi quis diceret alicui, quòd ei qui nomine eius aliquid peteret decem daret: & vnus eius nomine petierit, nõ debet dare niſi expreſ-
5 sè conſtet de mandato illius,†cuius nomine ſit petitio:aliàs imputabitur danti,ſi poſtea aliquid mali accidat.Et illum text.faciunt fing.Din.Bar.Ang.& Alber.ibi,&ponunt de bidello qui librum tradidit cuidam aſſerenti ſe eſſe famulum ſcholaris, quod non
6 liberetur,an ſit verum,vide ibi per ipſos.†Sed quando alias epiſtolæ ſeu literæ miſſiuæ ſubſcriptæ, probent,die quod ſi ſunt per patrem confeſſatę,& agnitæ,quòd probant,l.Publia.§.ſi.ff.depoſi.& plene dixi in conſil.xxij.incip. appellationis proceſſu. Aut non ſunt confeſſatæ,tunc ſi habent ſigillum illius, qui eas miſit,probant,l.ſi per calumniam. Co.de epiſcop.& cleric. Et ſi epiſtolæ negatæ non habent ſigillum, tunc per comparationem dabitur plena fides, vt tenet Barto.in dict.c.admonendi.verſi.de tertio genere,quem ibi Mode.ſequuntur.de iureiur. Licet Abb. Sicul.in cap.de fide inſtrum.teneat contrarium.de quo vide ibi Felin.verſi.tangunt etiam hic. Sed opi.Bart. ſeruatur de Stylo curiarum Franciæ,& latum fuit arreſtum ſecundũ hanc partem,vt vide ſuprà in q. clxxij. incip.Dominus vitæ nunc functus.Et idẽ tenet Ang. conſi.ccclxx.Creditor volens.& Bal.in conſ.cclij.incip.Literis reſponſalibus vol.iij.& dixi infrà in quæ. ccxcv.incip.Compotus ſi.& idem Barb.in l.nuda ratio.ff.de dona.& ibi Alber. & Anton. de Butr. in c. poſt ceſſionem de probatio.& Bald.in dicta l.ſi qua per calumniam.C.de epiſcop.& cler.& Bald.in l.falſus.C.de furt.& Spec.in titu.de citatio.§.iam de citatione.verſi.literis.& Roma.in dd.admonendi. & ibi Iaſon ſecundis locis primo loco,quando loquitur de apocha priuata,verſic. de hoc tamen vltimo, ſcilicet de literis.& verſi. Tertiò & vltimo principaliter eſt
7 videndum de epiſtola,quæ ad abſentes ſcribitur. †De literis verò cambij,quæ quotidie fiunt per mercatores, videlicet quod talis ſoluat tali centum pro totidem quod recepit ab eodem, an probent receptionem aduerſus ſcribentem literam prædictam: vide Speculat.in titu.de probatio.§.prænotandum.ver.pone mercator qui.&.ibi Bald.in addi.multum commendat.& Bal.in conſilij.in c.Sempronius Maufre. volum.j.& in conſ.ccxcvij. in c.Factæ fuerunt.vol. iij.& in rubr.de fide inſtr.C.ver.quæro de literis trãſmiſſis,& in d.rubrica.de conſtit.pecu.verſicu. modo quæro circa literas mercatorum,& Ang. in d.conſil. ccclxx.Et quæ ſunt literæ,& vnde dicantur literæ.vide Lucam de Penna.in l.j. C.deſuper, in dicto libro x.

SVMMÆ.

1 *Compromiſſi dies ſtatim incipit currere,cum factum eſt præſentibus arbitris, & etiam id acceptantibus.*
2 *Arbitrum acceptare oportet,aliàs cogi non poteſt.*
3 *Arbitri neſcientis ſe eſſe arbitrum non tenet pronuntiatio.*
4 *Compromiſſum factum ſine termino quantum duret, & nu.5.*
6 *Arbitratoris poteſtas quantum duret.& nu.9.*
7 *Inſtantia coram arbitro, an expiret coram iudice.*
8 *Poteſtas arbitri & arbitratoris ante litem conteſtatam non poteſt terminari triennio.*
10 *Prorogatio à non procuratore facta, quam dominus tacitè proſequitur,an valeat.*
11 *Prorogatio facilius inducitur, quàm de nouo conceſſio.*
12 *Prorogatio poteſt fieri per nuntium, epiſtolam, vel nuda conuentione.*
13 *Prorogatio ſi fiat ſuper certo, & poſtea litigetur ſuper alio,valet ſuper eis laudum. & nu.14.*
15 *Compromiſſum vbi ſit,non eſt opus petitione,aut libello.*
16 *Procurator quãdo poſſit compromittere ſine ſpeciali mandato.*
17 *Procurator vt poſſit compromittere,non ſufficit mandatum generale cum clauſula de rato.*
18 *Arbitrum aliquem eſſe ſi quis putet, an valeant coram eo acta.*
19 *Prorogatio poſt terminum facta per partes ſimul an valeat.*
20 *Prorogatio poteſt tacitè fieri,niſi à minore. & n.22. & 23.*
21 *Minor quando compromittat.*
24 *Arbiter poteſt ſententiam ferre de prorogando,vel in alium compromittendo.& nu.25.*
26 *Prorogare non poteſt arbiter non conſentientib.partibus, etiam ſi de prorogando antea conuenerint. & nu.27.*
28 *Parte altera diſſentiente tantum, an poſſit arbiter prorogare.*
29 *Prorogare quoties poterit arbiter,ſi ei ſit data poteſtas pluries prorogandi.& nu.31.*
30 *Inſtantia an poſſit de conſenſu partium prorogari.*
32 *Prorogatio partibus abſentib.is facta debet ei intimari,& quare.& nu.33 & 35.*
34 *Laudo ferendo,an ſint partes citanda.*
38 *Citatio quando requiratur in arbitramentis.*
39 *Arbiter an poſſit citare.*
40 *Tacitus partium conſenſus facit ſententiam arbitri valere,ſed non delegati.*

Quæſtio CCLXXXIII.

De prorogatione compromiſſi ſeu arbitragij,ſi procuratores non habentes ad id ſpeciale mandatum, vel etiam nõ procuratores, qui compromiſerunt vel prorogauerunt, intra tamen tempus, prout faciunt aliquando clerici procuraueruot, pro quibus comparent,licet per curiam non admittantur, niſi ſubſtituti ſint procuratores: & partes aut altera ipſarum non approbauerint expreſsè,ſed tacitè procedendo coram tali tanquam arbitro.Quæritur an valeat tale compromiſſum,& laudum inde ſequutum.

DECISIO CCLXXXIII.

T † præſuppono quòd dies compromiſſi incipit currere, cùm factum fuerit præſentibus arbitris & acceptãtibus, vt concludit Bald.in l. ſi cum dies. in principio. ff. de arbi.quem refert & ſequitur Socin.conſi. lxxxvij.volu. iiij.Sed pro hoc tex.in l.iij.§. tametſi.& ibi Bald.& ſingul. Alberic. ff.de arbitr.& in l.ſi de meis.§.recepiſſe.eodem titul. & Ioan.Petr. de Ferra.in ſua praxi.titu. forma libelli quo agitur ad pœnam ex compromiſſo. in verbo,intra duos menſes.verſi.Aduerte,quod iſtud tempus. & Ioan.de Anan.in conſil.xix.verſic. Præterea alio reſpectu.& ibi Ludo.Bolog.in addi.verſi.Præterea poterit. Allegat Franc.Tigr.in l.multa.ff.de conditio. & demonſtra.

Digitized by Google

2 †Et neceſſe eſt, q̃ arbiter acceptauerit, vt not.Bald. in dicta l.ſi cum ales.in princ. de arbit. & Alexan.in conſi.xxxiij.verſi.Ex quibus omnibus. cum verſi.ſequen.vol.j.& Ang.conſi.cccciij.inci.Hinc ſolum eſt vt dicẽdum.aliàs cogi non poteſt,vt dicitur in dictis iuribus: Lanfranc. de Oriano in tractatu de arbitriis, verſicul.Subiicitur in diffinitione. & Petr. Iacob. de Auria. in ſua praxi. titul.de recurſu ad arbitrium boni viri.†Et niſi ſciat ſe eſſe arbitrum, non tenet pro-
3 nuntiatio,quia ignorantis nullus eſt certus effectus, vt dicit Bald.in l.dicere. in princip. ff. de arbitris. & Vitalis de Cabanis in tractatu clauſula.titul.quo iure petatur reductio ad arbitrium boni viri.verſ. Attende ſecundum Bald.Fulg.in conſi.clviij.incipien.Lata ſententia.& Iaco.de ſancto Georg.in l.tali facta. nu. ij.ff.de iure dotium.& Bal.in l.fin.verſi.Quæro nunquid arbitrator.C.de contrahen l.empt. Et gloſſ.ſecundum eum dicit quod ſunt ſimplices homines, quaſi dicat bestiales,qui cupiunt in ſe compromitti, vt not.in authen.vt differen.iudi.§.j.Et durat ad terminum & tempus in ipſo compromiſſo præfinitum
4 vſque.†Sed ſi factum eſſet ſimpliciter ſine die & termino,quod fieri poteſt,cap.Quintauallis. & ibi Bal. verſ. Deinde non in noſtro.C.de iureiuran.&in l. ſecundum compromiſſum ſine die.ff.de arbi.& idem Sal. in l.ſocietatem.verſ.Sed ab extra quæro tertio.ff.pro ſocio.(& intelligo proſequi,quando ſit compromiſſum in tertium ſolum.& in profecto quando conſertur in alterum contrahentium (tunc ſi eſt ſimplex arbiter,durat vſque ad triennium vt tenet Specul.in tit.de arbit.§.differt.verſic. Item ,vt intra triennium.
5 licet non bene figat pedem. †Sed ibi Ioan.in addit. alleg. Martin. de Fan.in diſputatione ſua tenuiſſe, ſi lis erat conteſtata, aliàs non: & idem Bald.in l.ij.C. de diuerſis reſcriptis.& iſtud fuit dictum gl.in l.item ſi vnus.§.ſi multo.de arbitr.& ibi Bartol.& illam diſtinctionẽ Marti.ſequutus eſt Bal. in conſ. ccccl.xxvj. incip.Verba compromiſſi.vol.iiij. & idem in conſil. cxlj.incip.Vtrum præſuppoſita valitura compromiſſi.volum.ij.& Guid.Pap.in Deciſio.Gratianop.ccxl. allegando Azo.ita tenere.& idem Bal.in conſi.cclxij. incipien.Numquid arbiter.verſic.Secundò nunquid. volumine primo,& Lanfranc.de Oria. in tractat. de arbit.in verbo,compromiſſum.in xix.quæſtio.& Bal. in fin.verſic.Secundò quæro.C.de contrahenda
6 emptione. †Sed ſecus in arbitratore,cuius poteſtas arbitrandi non expirat triennio. l. nõ diſtinguemus. §. compromiſſo ſoluto. de arbitr. Licet ſecundùm Bart. in l. ſi quis arbitratu. quem ſequitur ibi Angel. ff.de verborum obligat. poteſtas arbitratoris duret vſque ad annum ſolum, argum.l.fin. §. ſed ſi quis.C. commun. de ſega. & idem Bartol. & Bald.in dicta l. ſi de meis. §.ex compromiſſo.cum lege ſequen. quæ eſt lex ſuprà allegat. ſed ſi compromiſſum. & idem Bartol.in conſilio clxj.incip. Calamanus de Spoleto vendidit.verſi. Super alio puncto.& Baptiſta de ſancto Blaſio in ſuo tractat. de arbitrio, vbi ponit centum differentias inter arbitrum & arbitratorem per centum quæſtiones.& in lxix.quæſtio.tenet iſtam opinionem. ſed Bald.in d. §. ex compromiſſo diſtinguit; aut per viam voluntatis eſt collatum in arbitratorem ſine appoſitione termini, & non eſt perpetuũ, vt l.cum quidam.ff.de legat.ij. aut per viam contractus, & tunc compromiſſum eſt perpetuum, donec viuit arbitrator.l.fin. C. de contrahen. empt. Et ibi Bal.Et eſt ſecundum eum ratio diuerſitatis, quia actus viuentium poſſunt magis ſtare in pendenti,quã actus morientium.l.receptum.ff.communia prædio. & idem Bald.in dicto c. Quintauallis. verſic.quæro igitur.& ibi Imol.& Abb.Sicu.verſicul.Quæro intra quantum &Bald.in repetitio.d.l.ſi quis arbitratu.Et prædictis opin.antiq.refert Alber. in d.l. ſed ſi compromiſſum.quas non ſequitur,ſed opin.Iaco. de Rauenna † vòlentis inſtantiam coram arbitro finiri,ſi- 7
cut in iudicio, ſed non compromiſſum nec poteſtatem arbitri. Quinimò poſſet perpetuò cognoſcere & pronuntiare, ſicut & iudex ordinarius non perdit iuriſdictionem finito triennio , ſed poteſt apud eum inſtantia renouari.l.properãdum.§.ſinautem in medio.& ibi Pan.de Caſt.C.de iudi. & Bal.in dicta l.ſed ſi quis.& Paulus de Caſtro in dicta l.ſi quis arbitratu. quia poteſt fieri inter aliquos compromiſſum perpetuò duraturum,id eſt quandiu viuent arbitri,vt dicit Baldus in authent. ſi tamen. per illum textum.C. tempo.appellatio. †Ideo concludendum eſt ſecun- 8
dum Doctor.ſuprà allega.& Alexan.Socin.& Iaſo.in d.l.ſiquis arbitratu.in iiij.quæſt.Bart.& in tertio mẽbro illius ,tam in arbitratore quàm arbitro ſine termino & ante litem cõteſta.poteſtatem eorũ triennio non terminari,ſed perpetuò durare. Sed poſt litem conteſtatam in arbitro inſtantiã finiri triennio, in arbitratore verò non, quia in eo eius officium eſt perpetuum.Et idem tenet Ioann. Pet.de Ferra.in d. tit.for.libel. quo agitur ad pœnam ex compromiſſo. verſic.intra duos menſes.in vlti.quæſt.& Salic.in d.l. ſocietatem.ver.Quarto quæro.ff.pro ſocio.†Sed hoc 9
reſtringit Bal.in d.c.Quintauallis.verſi. Reuertamur nunc ad queſt.propoſitam,niſi res eſſet tempore peritura,vel magnum damnum allatura:tunc ineſſe videtur tantum tempus arbitrio boni viri moderandũ argumen.l.continuus actus.§.item qui inſulam.ff.de verborum obligat.& eſt tex.in d. l.ſed ſi compromiſſum.& d.l.item ſi vnus.§.finali.ibi, quia res ferè ſine exitu futura eſt. Non enim differendarũ litium cauſa ſed tollerandarum ad arbitros itur, l.quamuis.ff.eo. tit.& in l.non diſtinguemus. §.fi.ibi, ne finis non ſit. eo.tit.& prędictam concluſionem tenet de Ana.cõſ. xix.ver.Circa verò ſecundum.& ibi Lud.Bolo.in addi.Et fortè ſecundùm d.Io. de Ana.coloratè dici poſſet,quòd ſaltem duret decẽnio,per text.in l.ſiue prefinito tẽpore.ff.de pœnis. Sed dictum Bal.eſt verius, quod iudex præfigat arbitro vel arbitratori tempus ad decidendum &determinandum compromiſſum, ſi liquet ſibi de cauſa,vt infra dicam. †Vnde in quæ- 10
ſtion.noſtra dico quod valet tale compromiſſum vel prorogatio,vt decidit pulchrè Ancha.conſi.cclxj.incipien. Videtur prima facie dicendum , quod iſtud laudum fuerit abſq; compromiſſo,&c.vbi dicit,quod ſi apparet Titium coram Sempronio tanquam coram arbitro petitionem produxiſſe ſuam, petendo reum per ipſum cõdemnari,&c. quòd ex hoc videatur ſatis eum elegiſſe, vt arbitrum:quia aliter condemnare non poſſet.Tum quia qui vult cõſequens videtur velle antecedens,ſine quo ad illud conſequens deueniri non poteſt.argumen.l.iſtud.ff.de acquirenda hæreditate.& l.ad rem. & l.ad legatum. ff.de procura.& dixi in regula cum quid prohibetur.in addit. ad Cyn.de reg.iur.lib.vj. Et ſic in ſimili qui confitetur vnum, videtur etiam confiteri illud, quod ex eo ſequitur,c.quo iure viij.diſt.c.ſuper. de offi.deleg. & Soc.in repet.c.venerabilis.poſt prin.ver.Primo not. de iudi. Et ille Sempronius admittendo talem petitionem,& alias procedẽdo, videtur compromiſſum acceptaſſe. quod etiam ſecundum eum magis patet ex laudo ſubſecuto.Nõ minus enim facta quam verbis datur intelligi voluntas. l.Paulus reſpondet non tantum verbis.ff.rem ratam haberi. & l.certum. ff.ſi certum petat. & c.dilecti filij. Ioann.& H.de appel.

& l.

& l.reprehendendo ff magis es. C.de impuber.& aliis substi. Nec enim poterit qui illam petitionē produxit dicere quod non processit cōpromissum. Multominus ut propositio nostro debet admitti, cum post inceptas lites ad dandum obiectus partes fuerint ac punctatur quarum vna expresse prorogationē fecit, ratificauit,& alia tacite procedendo & compa-
11 rendo coram arbitris, eisque petendo ius & iustitiam dici & ministrari, ac pecunias pro speciebus sententię assignando &deponendo vt alius enim iudicatur prorogatus, quam totalis de nouo concessio.ca.cum olim Abb.de offi.dele.g. & tenet Inno.in c.prudentiam.cod.tit.& Io.Baptista.in tracta.suo de arbit. lib.vj.c.j. vbi probat tribus rationibus. Primo per regulam l.qui partim.ff.māda.cum aliis per eum alleg. Secundo quod partes comparentes coram talibus in scriptis dederunt:& in principio scripturarū prout fieri consueuit, dicunt, Coram vobis domino Petro arbitro vel arbitratore,&c Et ex hac sola confessione præsumitur compromissum expressum, aut saltem tacitum præcise, cum non sit arbiter, aut arbitrator sine compromisso. Tertiò, quia contractus compromissi non requirit verba de necessitate, sed sufficiunt actus ex quibus confessus deprehendatur, vt ibi,& in sequ.c.ij. Nec etiam profecto exigit scripturam,secundum eum in c.iij.v.& x.cod. lib. †vbi
12 tenet, quod etiam per nuntium, aut per epistolam, vel nudo pacto, aut conuentione potest fieri & prorogari.l.d.cum proferre.ff.de arbit.& idem Socinus.in consi.xxvij.versic.Et quia sicut.volu.j.& per text.in c. per tuas.de arbi.cum aliis per ipsos alleg.& idem etiam Baptist.libr.vij.c.ij. Et in terminis nostris consuluit Alex.in consi.lxxxiiij. incip. si factum sit com-
13 promissum.vol.v.sequendo Anch. †volēs plus,quod si compromissum fuerit super certo,& litigatum super alio,super quo latum fuerit laudum,quod valeat cum partes sponte litigauerint coram eis vt arbitratoribus, & videntur consensisse, quod super eo arbitrari possent.& idem Dec.in ca. prudentiam. ver. c. Notandum tamen est cum verti.seq. Ex quo ibi notabiliter infert.allegan lo Ale.in d.consi.lxxxiiij.sicut dicimus secundum ipsos,quando aliquis habuit mādatum lem,tatum, & postea me sciente & patiente excessit li ites mandati,quod tunc videor prorogasse potestatem sibi datā,vt not.in d.c.cùm olim Abb. & in c.fi.de iureiur.cum aliis per eum alleg. & idem
14 l.no.in d.cap.Quintauallis.in xxj.differētia. †Quamuis Alex.videatur limitare hoc dictum in consi.xlviij. nat.ix.vol.vij.quod nisi super re super qua fuerat passum compromissum,& litigatum non possit arbiter super alia de qua non fuit compromissum iudicare.l. de his rebus.ff.de arbit. & d.l. si cum dies. §.plenum compromissum. Quoniam verum est quod arbiter tenetur sequi formam compromissi, l. non distinguemus.§.de officio.& §.arbiter. de arbi. & c.cū dilectus.eod.tit.& c.Raynutius.& ibi Barba.de testa. Tamen si partes alia in compromisso non deducta allegauerint,super eis litigauerint,super eisdem laudum ferri potest,vt tenet Socin.consi.xcix.versic.Secundò respondeo.vol.iij.de quo vide Barba.in consi. iij. vol.iiij.vbi amplè ponit.& Ang.consi.lxvj. incip. In nomine domini visis dictis compromisso,prorogatione,laudo,& emologatione.vers. Videndum est. & Iason in l.si super possessione.versic.Et per istum text.C.de transact.& Iac.de sanct. Geor.post Bart.in l.cum Aquiliana. tam in j.lectu. quam secunda.ff.co. ante fi.vtriusque cum aliis ibi in addi.alle. & Cardi. de Zabar.consi.xxix.inci.Iudex & Rom.in consi.cxv. incip.Viso compromisso,& Cæpo. in cautel.cclxviij. Si vis facere compromissum. & Baptist. de S. Blasio in d.tract.de arbit.q.lxxij.& Soc. in consi.lxviij.incip. Visis compromisso,laudo & statutis.in prin.& verti. confirmatur ista conclusio.vol.ij.& in consi.xx.inc p. Visis actis.in prin.li.j.& Ang.consi.xlij.incipien.Porrecta fuit quædam petitio.& Flor. de sancto Petr.in l.arbor.§.de vestibulo.ff.communi diuid.& Ao.Sicu. in d.c. Quintauallis.in xvij.differentia; & ibi de Bellenzinis in addit.& Ant.Corset.in suo sing.in verbo, arbiter.& Corn.consi.lvij.vol.iij. † Et aduerte,quod 15
vbi procedit compromissum, nō est opus petitione, aut libello,quia cōpromissum ipsum habetur & succedit loco petitionis,vt tenet Bal.in c.fi. versi.quæro quare aliud in arbitris.in fin.de re iudi. & Baptist.de sancto Blasio in suo tract.de arbit.q.lxx. circa medū. ver.mihi autem videtur quod opi.& quæstio.xxix.de quo vide ibi,& Roma.ibi repe.l.j.versi.an ergo l.bellus.in fin.versi.& an dum causa sum.maria.de arbit.& Cardi.de Zabar.in d.consil.xvix. Et pro conclusione nostra accedat tex.in d.c.per tuas. Et not.per Anch. in consi.cxxiij.incip.Vnus ex procuratoribus. †Quia 16
alias sine speciali mandato procurator ad lites non potest compromittere,d.c.per tuas.& Spec.in tit.de procura.§.j.versi.xv.& Soci.in consil.xviij.ver.secundum sequitur. volu.j. nisi esset procurator generalis cum libera,l.transactione. C.de transact. vel procurator in rem suam,vt no.Io.And.in c.qui a tergendū. in vlt.glo.de procu.lib.vj. & Cald.in consil.iij. tit.de procurat. † Nec sufficeret generale mandatum cum 17
clausula de rato,vt not.glo.in c.cum tempore.quam ibi sequuntur communiter Doct.de arbit.& Soc. in d.consi.xviij.quia non intelligitur per hoc secundum ipsum habere liberam, vt volunt glo.in c.dilectus.de relig.dom.cum aliis per eum allegat.& Bal.in l.hæc. §.si seruus.in antiq.lect.ff.de pecu. vbi autem aliquid prædictorū non interuenit,non valet, nisi subsequuta fuerit ratihabitio expressa vel tacita,vt dictum est, & pro hoc text. in l. certè. §. si procurator meus me mandante,vel ratum habente. ff.de precar. &idem Lanfran.de Oria.in tractatu suo de arbitr. in verbo, iuxta pollicitum.versi. tertiò quæro. ideo secundùm Alex.in dicto consi.lxxxiiij. ad faciendum arbitrium statur verbis enuntiationis,& consensui tacito,vel expresso partium,a quarum potestate depēdet. l.optimam.C.de contrahen.& commit. stipulat. & l.cùm aliquis.cum ibi no.C.de iure deliberan.& Soci.in d. consi.xcix.versi.Secundo respondeo. qui allegat Bal. ita tenero in l.Sed & si in seruum..in princ.de arbitr. Sed hoc dicit Bald.in l.Pedius. §.in seruum.per text. tamen in d.l.sed & si seruum. vbi reperi Albe.ponētem hanc quæst.in qua refert Fran.Accursium tenuis 18
se,quòd per solam processuram coram aliquo, vt arbitro,factam,non videtur eum approbare tanquam talem, sed esse necessarium expressum consensum, per tex.in dicta l.sed & si seruum. & idem tenuisse ibi Iac.de Rauen.Sed contrarium allegat Guielm.de Cug.tenuisse primum,quod imò valebat: quia producendo videtur de nouo constituere, argu.l.j. ff. de iud.& l.iij.§.aliuspocurator.ff.rem ratam haberi.& l.tribunum.§.cum aliquis.ff.de test.militā. ad idem Iaco.de Are. propter quod tacitus consensus probatur,iuxta no. in l. si conuenerit. ff. de iurisd.omnium iudic.& in c.de iudic. † Et pro ista parte facit quod 19
notabiliter decidit Ioan.de Imo.in l.iiij.ff.de damno infect. quod prorogatio post terminum facta per partes valeat, vt prorogatio. & eum ibi sequuntur Roma.& Alex.qui allegant ita Bal.in l.Titio cētum. in parua.tenere per illum text. ff.de leg. ij. vbi dicit, ego dico, quod dicitur prorogari id quod non ha-

bet diem neque terminum. Deinde si lapso termino iudex decreret, prorogo tibi terminum ad octo dies, habere: per octo dies, licet proprie nō dicatur prorogatio. Sic in partibus corā arbitro post terminum prorogatibus dicendum est. & eam ibi sequitur Imol. & idem Bald.in dicto ca. Quintadies, versi. Sed in finite est compromissio. & Lanfran. de Oria in d.tract. de notion verbo prorogatio. versi. Quarto quod prorogatio. & idem Bal. in l.j. C. de tempo. appel. dicēs, quod si iudex post lapsum terminum dicat, prorogo ad talem diem, valet, quia adhuc superest litis materia, quæ prorogari potest, quamuis dilatio quo ad temporalem secundum formam sit sopita, imò fortius secundum eum, si iudex nulla prius data dilatione vereretur hoc sermone: prorogamus tibi terminum ad probandum ad octo dies, valeret dilatio inspecta mente ipsius iudicis, ad quem verba debent trahi. l.ij. C. de liber. præter. vel exhære. & ipsum sequitur Roma. in consi. cccxliij. incipien. Quo ad primum. versiculo, Quo ad vltimū. Quoniam verba debent impropriari secundum mētem proferentium, cap. in his. de verb. significa. & l. puto. §. j. in gloss. non communicant. ff. famil. ercis. & tenet Socin. in d. consi. xcix. ver. Ex quibus clare infertur. cum versic. seq. Et figuranter si intervenit iuramentum in illa prorogatione secundum Imol. & Alex. quia illud habet vim clausulæ, quod actus valeat eo meliori modo quo potest. l. cum pater. §. filius matrē. ff. de leg. ij. Et quo ad istum casum eandem limitat, etiam tenet Bald. in d. l. properandum. de iudic. & in c. de causis. & ibi Felin. versi. Sexta declaratio. de offi. delega. vbi alleg. Inn. 20 in d.c. prudentiam. eodem titulo. ¶ Vnde non solum compromissum, aut prorogatio eius expresse intra vel post terminum ipsius fieri potest. sed etiam profecto tacitè, procedendo coram aliquo tanquam arbitro, cum partium mens in hoc sit attendenda. 21 Hoc fallit in minore, secundum Ang. in d. consi. lxvj. versi. & licet sententia arbitri. Et Bald. in consi. cccl xxxviij. vilis statuto. volu. ij. & quando minor vel eius tutor possit compromittere, vide Alex. consi. cclviij. incip. abunde satis. vol. vj. & Baptist. de sancto Blasio. in d. tract. de arbit. q. lxj. & Rom. in d. l. j. ver. Adde tamen quod vbi. Et pro supradicta conclusione facit quod not. Alex. in consi. lxxxvij. vol. v. & tex. in quo ibi not. Doct. in l. Iohannes. ff. qui satisd. cogan. & in l. licet. C. de procu. & in l. licet. C. de iud. in quib. locis probatur idem esse in iudicibus seu iurisdictione, scilicet prorogationem tacitè fieri: & tenēt dominus de Rota in Decis. j. x. & xvj. de procur. & decis. lvj. de appell. in antiq. & decis. xvij. de consuet. præsen. in nouis. & decis. xxxix. per prædictam conclusionem. de procur. in nouis. & plenè Maria. Socin. in d. c. venerabilis, in 22 xvj. art. principali. ¶ †Sed videtur ad prædicta posse vnico responderi verbo, quod compromissum licet possit arbitrio expresse & tacitè fieri, tamen compromissum expresse factum, etiam cum potestate prorogandi, iam finitum, sine expressa vtriusq; partis prorogatione vel alterius tantum partis cum ipso arbitro, non censetur prorogatum, nec etiam tacita per processum facta prorogatio. text. cum sua glo. in d. l. non distinguemus. §. dies compromissi. & ita per illum tex tenet Soc. in suis reg. in verbo, arbiter. versi. Fallit quia iurisdictio iudicis potest prorogari tacitè, l. j & ij. ff. de iudi. secus autem in arbitro. & idem dicit Ang. Are. in §. omnium autem actionum. versi. Quintò iurisdictio iudicis. insti. de actio. Et idē si solus arbiter post tempus prorogādi feciſſet prorogationem: quoniam non valeret, d. l. si cum dies. §. infra. & tenet Bar. in l. si in lege. ff. locat. & Roma. in d. sua repet. rub. de arbi. versicu. item an vigore dicti arbitri. Ang. in consi. ccxxxj. †Sed ad istud videtur dicendum, secundum Alb. de Rosa. in d. §. dies cōpromissi. prout ex suis distinctionibus colligitur: primo, quod aut cōsentio aliqua de prorogādo per arbitrum non præcessit, & tunc nec arbiter nec partes coguntur prorogare. Sed si omnes volunt cōcorditer, bene possunt. l. arbiter ex compromissō. de arbit. & d. l. sed si compromissum. Hinc est, quod dicit Bald. in l. si quis sub conditione. per illum text. ff. de cond. insti. quod illud quod nō potest fieri per modū dispositum, non potest fieri per modum cōditionis: ideoq; arbiter habere denuo in se compromitti non potest, nisi actū sit de prorogando in eum. d. l. non distinguemus. §. quæritū. per quod decidit quæstio. in 24 qua dicit se consuluisse. †Pone quod arbiter non fecit per viam præcepti, sed conditionis hoc modo: Cōdemno talē in cētum, saluo quod si in me denuo compromiserit, dico quòd non teneatur. Quæritur an valeat istud laudū. Et probatur per illam legem secundum eum quod non, quia conditio est adiecta in fraudem legis. Secundò contra naturam actus, id est contra naturā laudi, & ideo vitiat, vt ca. fi. de condi. appos. & l. j. ff. de conditio. insti. Tertiò, quia istud laudum continet perplexitatem & repugnantiam sibiipsi. Nam si iam laudem sit latum, nō potest denuo cōpromitti, sic nec transigi de re certa & liquida, l. elegāter. §. si post. ff. de cond. indeb. & consuluit tale laudum non valere, & ibi cum sequitur Ang. dicens esse addendum istud d. Bald. dictis per ipsum in l. Seius & Augerius. & ad leg. Falc. vbi in simili dicit se consuluisse, vt Roma dicam. & cum Bal. etiam transeunt Raph. & Paul. de Castro in d. l. si quis sub conditione. & Alex. in d. l. Seius & Augerius. versi. Item per istam l. dicit Ang. vbi Ang. narrat se consuluisse super quodam laudo lato per dominum Anto. Adurnum ducem Ianuæ inter comitem virtutum ex vna parte, & Ligan ex alia, quod quæ partium non prorogaret compromissum ad mensem vsque, incideret in pœnam centum millium ducatorum, dicens illud laudum non tenere, & impunè poterat illi non pareri, per illum tex. † Quia sicut arbiter nō potest *laudare* 25 vt prorogetur dies compromissi, vel quòd etiam cōpromittatur in alium, d. l. si cum dies. §. intra. & d. l. non distinguemus. §. quæritum. & in §. fin. & bonus tex. in l. arbiter ex compromisso. & in l. quid tantum. §. fin. eod. tit. & ibi Bald. in l. non distinguemus. §. de offic. vbi Bald. in ij. nota. vbi non potest hic in modum conditionis inducere pronuntiando, quòd nisi partes compromittant in alium, aut prorogēt diem, incidant in pœnam. Et cum ibi sequitur Imol. & Socin. in consi. cxxiiij. ver. secunda conclusio. ibi, faciunt not. vol. j. Sed illa consilia Bald. & Ang. inuenire non potui. Ad idem consuluit Anchar. in consil. ccvij. incipien. in quæstione suprædicta. & mirum quod non allegauerit Bald. eius præceptorem. & idem consuluit Guido Papæ in consi. cxcvj. incip. Arbitri. & Paul. de Castro in consil. cccxxj. alias cccxiij. incipiente, Pro confirmatione duorum. in princip. vsque ad vers. Quantum ad secundum. volum. antiq. & Fulgosium consi. clxiij. incip. Syndici communis & hominum villæ. in primo dubio. † Si verò secundum 26 Alber. præcessit conuentio de prorogando, tunc attendenda sunt verba compromissi. Quia si dictum est simpliciter, quod dies possit prorogari, tunc si vterque compromittentium dissentiat, quòd non fiat prorogatio, fieri non poterit, etiam si arbiter velit: quia per illa verba videtur data potestas arbitro prorogādi cum consensu partium, & non aliter, dicto §.

dies

dies compromiſſi,& ibi glo. & vnus,alteri non incidet in pœnam, quia non eſt dare cui quis incidat in pœnam, ex quo omnes ſunt concordes, vt eſt textus cum gloſſa in l.arbiter ita ſumptus.ff.de arbitr. & idem Lanfranc. in dicto tractatu de arbitr.in verbo,
27 prorogatio.verſicul.Et quando apparet poteſtas.†Si verò vnus,compromittentium conſentiret cum arbitro,quod prorogatur, & alter diſſentiat, quidam dicunt quòd prorogatio fieri poteſt.Nec etiam in hoc caſu altera pars incidit in pœnam, ex eo quòd non conſentit prorogationi, ſed ex eo quòd poſtea non paret præceptis arbitri. Alij verò dicunt,quod non poteſt fieri:ſed diſſentiens cadit in pœnam. Et iſtud magis ſecũdum Alber. conuenit literæ illius §.dies. Quare has concordat opin. dicens verba cõpromiſſi
28 ſemper eſſe conſideranda. † Nam ſi diceretur,quòd arbiter ſine conſenſu partium poſſet prorogare, teneret prorogatio etiam inuito altero: & hoc caſu eſt vera prima opinio,& idem tenet Baldus in dicto capit.Quintauallis.verſ.vidi dubitari, volens etiam extra territorium, & partibus non citatis fieri poſſe. & ſic ſecundum eum intelligitur dictus §.dies. & idem in authentica et qui. verſicul. Sed dubitatur vtrum. C.de tempo.appella.& Fulg. in conſi.cxiij.incip.Arbitrator tulit laudum.verſi. Tertiò quæritur.vbi vide, in quo loco debet ferri laudum.& tex. & Doct.in d. l.ſi cum dies.§.ſi arbiter. Et idem tenet Lanfran.vbi ſuprà in verbo,prorogatio.verſic.Nec eſt abſurdum. & Bal.in conſ.ccxcix.inci.Nobiles viri dominus Hẽricus de aduocatis.in fina.verſi.Modo eſt videndum.
29 verſ.Venio ad tertium vol.j.†vbi etiam ponit quando eſt data poteſtas arbitro vel arbitratori ſemel, & pluribus vicibus prorogandi cauſam, quòd non poterit niſi duabus vicibus prorogare. Sed vbi ſimpliciter data fuiſſet poteſtas prorogandi, non poterit niſi ſemel prorogare.bonus text. in l.fideicommiſſa. §.quis decem.ff.de legatione iij. & in l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſignific.tenet Specu. tit.de arbit. §.excipitur.verſic.Quid ſi dictum eſt. Bald.in conſil. cccixxvj.inci. Verba compromiſſi.vol.iij. & Lãfran. vbi ſuprà in verbo,prorogatio.& Ang.in cõſ. ccxxxj. incipiem. Viſis themate & viſis prorogationibus. & Bald.in l.prima.verſicul.Et hic eſt argument.C.vt in poſſeſſio.legat.cum aliis per Alexandrum. ibi,in additio.allega.& Henricus de Bouerio in ſuo ſingul.in litera compromiſſum. verſicul. ſecundo. & Collect. in capitul. compromiſſum. numero iiij. de arbitr.& Decius in capit.ſua nobis.poſt Bald. ibi, in verbo,in gloſſ.j.de appellatio.& Alexand. in l. qui bona.§.finali.ff.de damn.infect.& Laſ.in l.duobus.§.ſi ei qui.ff. de iurciuran.cum aliis per ipſos alleg. Et prorogatio termini non poterit fieri per iudicem,qui habet poteſtatem prorogandi, de maiore tempore quàm ſit expreſſum in compromiſſo,vt voluit Bald. in conſilio cclxix.& in capitulo fin.verſi.Dubitat inſuper dicta conſuetud.& Decius in dict.c.ſua. Et hoc niſi de conſenſu partium, vel quod ipſæ partesmet facerent prorogationem maioris temporis,quia tunc nullum
30 eſt dubium:†licet per expreſſum partium pactum nõ poſſit terminus inſtantiæ prorogari,ſecundùm gloſ. ordinariam in dict. l. properandum.& amplè,Licet implicitè idem in arbitro, vt voluit Roman.in dicta repet. de arbitr. verſiculo. Pone quòd adiectum ſit. Barbat. in addit.ad Bald.in capit.j. Sed hoc non obſtat,quia partes poſſent de nouo facere compromiſſum: & ipſe loquitur in arbitro,qui propter verba prædicta poſſet prorogare pluribus vicibus. de quo ibi vide per eum,& Alexan. in conſil.lxx.incip.Viſo conſilio.volum.ij.Barba.in addit.& Bald. in c.j.apud quem vel quos controuer.deci.debet. ¶ †Quid ſi dictum fuerit, quòd toties quoties velit poſſit prorogare,vide Iaſon.conſil.xxx.vol.j.incip. Punctus præſentis dubitationis. vbi idem tenet de duabus vicib. quod intelligit Lanfranc. in verſ.poterit quoq; prorogatio fieri partibus abſentibus: dum tamen intimetur partibus per nuntium; aut epiſtolam dicta l. diem proferre.& ibi Bald. † aliàs ipſis ignorantibus 32
non valeret prorogatio,nec per conſequens ſententia in le latam:etiam profectò ſi eſſet dictum in compromiſſo,quod poſſet prorogare partibus abſentib. & ignorantibus, quoniam pro hoc non excuſaretur arbiter ab intimatione prorogationis per eum non factæ,vt ſingulari.tenet Bal.in l.eos.§.apoſtolos.ver. quæro nunquid iudex poſſit.C.de appell.& ibi idem Salic.in v.quæſt.& hoc per gloſſ.penult.in clemen.j. de appella.& in l.ij.C.de decurio.lib.xi cum aliis per Alex.in addit.ibi ad Bald. & ipſum ſequitur Hieron. de Tortis.in ſuo conſilio in fauorem Floren. edito: fol.vltim.poſt princip.verſi. Et ideo dicit ſing.Bald. quod quidem reperitur in fin.conſiliorum domini Antonij de Butrio.& etiam Alex. in conſilio xxxiij. ſuprà allegat.verſi.ſuper eo autem. ibi,hoc probat & amplè Curt.in conſ.xxx.incipien.Vertente quadam controuerſia,& in conſilio ſequenti..incipien. Concurro in ſententiam.quod eſt ipſius Franciſ. ſed non primum.& Felin.in c.non olim. verſic. Nota tertiò, quod ibi actus de re iudicat. cum aliis per ipſum allegat.& Bald.in authentic.ei qui.verſicu.idem dico.C. de tempo.appellat.& in l.j.verſic. quæro an interlocutoria.de ſenten.ex breui.recitan.& Roman. in repet.rubr.de arbitr.quæſti. xvij. ita vt inquit Lanfran. vbi ſuprà eſt notificanda prorogatio, quod ſi partes in compromiſſo intimationi ſibi fiendæ de dicta prorogatione renuntiauerint,quod talis renuntiatio
non valet. † Et ratio quare ſit neceſſaria intimatio, 33
eſt,quia ſi illa prætermitteretur,arbitratores viderẽtur doloſè agere,ſecundùm Baldum in dicto §.apoſtolos.vel quia fortè ambę partes non approbarent, vt dictum eſt ſuprà.Et ideo dicit Bald. in dicta l.prima.de tempo.appella.verſicul. Et not.quod dilatio ad probandum abſenti data eſt ei intimanda.&idem Bartol.in l.Labeo. per illum textum. iuncta gloſſ.ff. de iureiur. Et è tempore notificationis incipiet currere dilatio,ſecundùm eum, quem ſequuntur ibi Alexand.& Iaſon.cum aliis per ipſos allegatis. & Felin. in loco proximè allegato. Et in prorogatione idem tenet Iaſon in §.in bonæ fidei.numer.xxviij. inſtitut. de actio.& Lanfran.de Oria.in repetitio. capi. quoniam contra falſam.numero xlvj.de probatio.& Lucas de Penna.in l.final.verſic.non obſtat. C.de cenſibus,& cenſit.libro xj.Quæ rationes ſunt conſiderandæ,propter diuerſitatem eorum,quæ inferius dicentur,†quòd citatio non requiratur ad audiendum ius, 34
ſi in compromiſſo ſit dictum, quod partibus abſentibus & non citatis arbiter poſſit procedere. Aliàs illa ceſſante, an in laudo ferendo requiratur partium citatio,eſt dubium, quoniam Bartol.in dicta l.ſi quis arbitratu.in iij.quæſtion. tenet quòd ſic. & idem in dicto conſilio clxvj. in primo dubio. ſequendo Petrum & Cinum in l.finali. C. de contrahenda emptione. & Speculator in dicto §. excipitur. verſicul. penultimo.& idem Alexander conſilio xlvij. numero vj. & vij.& libro vj.Angelus conſilio cccxj.& Lucas de Penna in dict.l.fin.& Henricus de Bouerio in ſuis ſingul.in litera compromiſſum.verſic.v. ¶ †Sed 35
contrarium tenent Paul.de Caſtro,Alexand.& Iaſon in dict. l. ſi quis arbitratu. in iij. quæſtion. & tertio membro illius. quod intelligunt, ſi partes fuerint ad

plenum auditæ ſuper cõtentis in compromiſſo: quia tunc non requiritur alia citatio: ſecus ſi partes non fuerint auditæ. Et hanc partem ſequitur Imo. in cõſ. vltim. & de Anan. conſi. lxxxiij. incip. Viſis hic. verſic. præterea eſt ponderandum. & ibi Ludouic. Bologni. in addition. & Barba. conſilio xviij. num. xvij. volum. j. & mouentur Doctor. per textum l. quamuis in dubitati. C. de adulter. & idem Cæpo. in l. quod ſi nolit. §. quid ſi ita. verſic. vltimo not. illum text. ff. de ædilit. edict. ſequendo dominum Flor. de ſancto Petr. præceptorem ſuum, fretus exemplo Caſſij iuriſconſulti. l. ducere. ff. de arbitris. qui ita tenuit in l. j. §. ſi. cum legibus ſequenti. ff. ſi menſor falſum modum dixerit. vbi Florent. refert diuerſa vidiſſe conſilia in quadam cauſa ſibi in hoc puncto commiſſa, & in illa ſic conſuluiſſe Florentiæ pro cõcordia illarum. Et idem tenuit Bal. in d. l. ſi. verſi. tertiò quæro. de contrah. emptione. & Vital. de Caba. in tract. clauſularum. tit. quatra quantum tempus petitur recurſus. ver. quid ſi arbitrator. & ſequ. ver. ſuper ſecundo. in ſi. ver. Bal. tamen in l. ſi. & idem tenet Bald. in conſil. cclxij. incip. nunquid arbiter. in j. dubio. lib. j. & Soci. in d. l. ſi quis arbitratu. & etiam hæc fuit opinio Ant. de But. quem refert & ſequitur Abb. Sicul. in d. c. Quintauallis. ver. vltimo vt nihil boni in materia deſit, quæ tamen originaliter fuit Guilel. de Cugn. in l. epiſcopale. in vltima quæſtio. C. de epiſc. audien. quem ſequitur Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. verſ. ſed incidenter quæro. eo. tit. verum in arbitratore, ſecus videtur in arbitrio, vt tenet Bald. in ver. præcedenti. incip. collige quartum nota. ſequendo Petr. ibi. Et idem Alb. in d. l. ſi compromiſſum. de arbit. & in d. l. ſi. verſi. item quærit. de contrahen. empt. & Baptiſta de ſancto Blaſio in ſuo tracta. de arbitr. in queſt. lxx. & Roma. in repe. l. j. ver.

36 Veniamus ad materiam citationis. ff. de arbitr. † Sed idem videtur in arbitro, ſecundùm Iaco. de Aret. & Cin. in d. l. ſi qui ex conſenſu. & hoc maximè cùm in hodiernis compromiſſis detur arbitris pœna & ampla poteſtas procedẽdi etiam de iure, vt infrà dicam, vt ſentit Bald. in conſil. cccxcvij. incipien. Arbiter & arbitrator amicabilis. volem. ij. vel tãquam arbitrator, & amicabilis cõpoſitor ſimul. Licet Doctor. in ordine, quem in procedendo tenuit, vim faciant ad hoc, & videatur tanquam arbiter, aut arbitrator proceſſiſſe. Sed de hoc non eſt curandum, vt tenent Doctores alle. & Anchar. in conſ. cclxix. incip. Pro dubitatione primi dubij. ver. reſtat ergo. & etiam in repeti. d. l. ſi quis arbitratu. & Cuma. in conſil. vij. cuius initium, viſis compromiſſo Ioannis. cui ſe ſubſcripſit Fulg. in princip. chius Cuman. narrat, quia excellentiſſimi Doctor. conſulendo in varias ſententias ſe diuiſerunt. dominus ſcilicet Florianus, & Imo. ex vna parte, & Pau. de Caſt. & Alex. ex alia parte. Et ibi etiam reperientur nonnullorum conſilia, primum cõſilium domini Chriſtophori de Caſtelliono, cui ſe ſubſcripſerunt Franciſc. de Caſtelliono, Thadeus de Vicomercato, Thomas de Cambiantoribus, Petrus de Matteſſalanis, & Ziliolus de Canutellis de Cremona: nec non conſil. Iac. de Cali. cui ſe etiam ſubſcripſerunt Antonius de Albergatis, Bartholomæus de Boſco. & Marcus de Caſtello, ac pariter conſilium Flori. ſed non eſt illud de quo ipſe dicit ſe conſuluiſſe in d. l. j. §. ſi menſor fal. mod. dixerit. quia ſuper iſto puncto, dicit tantum vnum verbum, licet hanc partem ſequatur. & vltimo loco cõſilium Imo. quod incipit in quæſt. & differentia, quæ iam diu verſa eſt, quod inter ſua tion reperitur, aliàs partibus inauditis ſuper contentis in compromiſſo, nec ad hoc citatis, eſſet nulla proceſſura: ſecundum Docto. ſuprà alleg. & Raph. conſi. 50. incipien. Stante ſtatuto. ver. ad tertium reſpondetur. per Roma. in repet. rubri. de arbi. ff. verſ. ix. vbi dicit: quod ſtante ſtatuto, quòd arbiter 37
poſſit cognoſcere non obſtante aliqua iuris neceſſitate, quòd tamen non poterit procedere abſque partis citatione. ad quod allegat Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, videbitur. & idem Hippolyt. de Marſi. in ſing. lxxv. Rom. in ſing. cclxxj. inci. compromiſſum eſt in arbitrum. & in conſil. incip. Hæc ſententia duplici reſpectu nulla eſt. & idem Anchar. conſilio cccix. cuius initium eſt, Videtur prima facie, etiam ſi ſecundum eum latum eſſet laudum in fauorem eccleſiæ parte inaudita. & Franciſc. de Curte. in conſi. xxiij. ver. tertiò ex alio. & Bal. in l. nec quicquã. §. de plano. quæſtio. vltim. quòd licet enim ſtatutum. de offi. proconſu. & legat. & Henric. de Bouer. in ſuis ſingu. in verbo, compromiſſum. verſic. xviij. & iſta eſt communis contra Bart. † Et vbi ſua procederet opi. 38
illam tamen Doct. inſuper Alex. & Soc. pluribus modis limitant, & plenè Baptiſt. de ſancto Blaſio. in di. tracta. de arbit. q. lxx. vbi ponit decem concluſiones ſiue limitationes affirmatiuas, quòd poſſit ſine partium citatione ferre laudum: & alias decem negatiuas, quod non poſſit. Quarum prima laſc. limitatio eſt, niſi dictum fuerit, quòd arbiter partibus abſentibus, & non citatis poſſit procedere: tunc non eſt dubium quin poſſit ferre ſententiam, d. l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum. & §. ſeq. & ibi gloſ. in verbo pronũciatur. & ibi Alb. & Bal. in ij. notab. de arbitr. Alex. in d. l. ſi quis arbitratu. in iiij. limitatione, & Hippol. de Marſi. in ſingu. clxxiij. & Fel. in d. c. cum olim. ver. facit dictum per Cu. & Imo. in d. c. cùm dilectus. de arbitr. & Iaſon in d. §. in bonæ fidei. num. xxvij. & conſilio xij. nu. vij. & ſeq. vol. j. Bapt. de ſancto Blaſio. vbi ſuprà proximè in ij. concluſione affirmatiua. Tertia limitatio, aliis pro nunc omiſſis eſt, quia facit ad

decis. noſtram quando arbitrator ferret ſententiam vltima die compromiſſi, quia illa dies operatur primo vim peremptorij, ſecundo aſſignationem termini ad probandum, tertiò ad eſſendum laudi probationi, quoniam non ſolum cenſetur data arbitratoribus ad arbitrandum, ſed etiam profectò ad intereſſendum arbitramento, vt voluit Bar. in d. l. ſi de meis. §. recepiſſe. & §. fin. cùm legibus ſequentibus, & Bal. in auth. ci qui. verſi. ex hac theorica. C. de temp. app. & Paul. de Caſt. in d. l. ſi quis arbitratu. & ibi Alexan. ver. Retenta opinione Bartol. & idem Roman. poſt Bartol. in l. qui ante calendas. & Rom. in dicta repetit. rub. de arbitr. quæſtio. x. & Cæpo. in cautela lxiij. incip. Sæpè contingit, quòd de lite. vbi allegat Baldum ita conſuluiſſe, & etiam contra eius conſilium iudicatum fuiſſe, ſed malè, quia contra communem ſententiam. Quare hic iudicatum fuit dicẽ vltima prorogationis faciẽ in abſentia partis, quod eſt idem ac ſi vltima die compromiſſi latum fuiſſet laudum, ſecundùm Bald. in d. authen. ci qui. verſic. Idem dico ſi tempus compromiſſi. & Socin. in dicto conſilio cxxiij. verſic. Item quod not. Bald. Et iſtud intellige, ſi ſibi liquebat de meritis cauſæ, quia aliàs non arctatur per terminum pacti vel ſtatuti aliquam pœnam, ſi non pronuntiet, vt tenet Bald. in dict. l. ſi de meis. §. fin. Et hodie tam in curiis ſecularibus, quàm eccleſiaſticis, maximè ſupremis Parlamentorum Regiis ſeruatur, quòd partibus auditis, & ad ius appunctatis, nullus alius ipſis partibus ad ſententiam vel areſtum audiendum dari ſolet terminus: cum curiæ prædictæ habeant procuratores, & aduocatos ordinarios ſingulis diebus & horis expeditionum cauſarum pro ſuis partibus cõparentes. Et ſi in aliqua curiarum

riarum prædictarum esset stylus assignandi diem certum ad id faciendum, & interim quandocunque iudex erit præsto seruare illud capit. quod graui. de crimine falsi ita dicit Baldus in dicta l. diem proferre. §. si quis litigatorum. vbi dicit, quòd quotidie datur iudicibus licentia expediendi processus sine alia citatione, vt videmus practicari in causis criminalibus. Et idem Maluerius in sua praxi, tit. de re iudi. vers. Item in Parlamento. & Felin. in d. c. cùm olim. vers. Tertius casus. de re iudi. dicens, quod quando stylus curiæ se habet de non vocando etiam præsentem, vel de certo alio vocandi modo, quòd illi stetur secundum Doctos ibi per dictum capitulũ quàm graui. Cæteras limitationes vide la-
39 tius per Ias onem in dicta l. si quis arbitratu. † Et sic innuunt Doct. suprà allegati, quòd arbiter vel arbitrator potest citare, de quo per Bald. & Alberi. in l. sed interpellatur. §. j. vbi est tex. clarus. ff. de arbit. & Docto. in l. sancimus. C. de iudi. & amplè Soci. in tracta. suo de citatione. in quarto principali arti. vers. Quartò infertur. & Baptista de sancto Blasio in tracta. de arbit. in d. q. lxx. ver. Quid igitur dicemus. Si verò datur in compromisso, quod partes tenerẽtur prorogare: tunc arbiter non potest inuita altera prorogationem facere. Sed ille qui prorogationi non consentit incidit in pœnam: & sic est vera secunda opinio. pro qua est text. legendo ipsum plane prout iacet, in l. nõ ex omnibus. §. fina. ff. de arbitris. Et sic etiam distinguit Bal. in consi. ccxcix. incipi. Nobiles viri, dominus Henricus. venio ad secundum vol. j. Et idem Spe. & Hosti. in summa. §. qualiter cõstituatur. vers. constituatur. Igitur cùm in casu nostro dictum fuerit quod partes prorogare possent, & licet vnà cum arbitris ac clerico procuratoris pro altera parte absente comparẽte, & pro ea prorogante, ac ratificare eam facere promittente, non valuerit prorogatio, tamen ex quo postea coram arbitris processit, vt dictum est, ratificasse videtur prorogationem sic factam, nec non etiam per procuratorium per ipsam super hoc passatum. Et in terminis ita decidit Ioannes Petrus de Ferrar. in dicto titu. forma libel. quo agitur ad pœnam ex compromisso, in verbo, intra duos, post princip. ver. Deinde circa hoc quæritur de eo quod de facto vidi. Ecce, vt inquit, partes fecerunt compromissum hoc pacto, quòd arbiter non possit prorogare terminum, nisi de voluntate partium: contingit quod altera pars per se consensit prorogationi: alia verò pars non, quia tunc erat absens, sed altera eius nomine prorogauit, & prorogationi consensit, promittens de rato habendo, posteáque arbiter tulit sententiam ambabus partibus præsentibus emologantibus, & expressè sententiam cõfirmantibus: quam quidem sententiam pars quæ erat absens præsens tempore sententiæ nititur impugnare tanquam nullam ex defectu potestatis & consensus per eam non præstiti in dicta prorogatione: quæritur quid iuris. Et videtur secundùm eum, quod sententia sit nulla, cùm nõ fuerit lata in termino, nec prorogationi consenserit, neque ratam habuerit: & hanc partem tenuit Baldus quem ipse non alleg. in dicto consilio ccxcix. vbi ita concludit. Sed Floria. contrarium putat verius, quia ratificando sententia videtur ratificasse prorogationẽ, quia qui vult consequens, videtur velle antecedens. d. l. illud. & l. de his. de acqui. hæredit. vt dictum est. Et semel approbatum reprobari nõ potest. l. Pomponius scribit ff. de neg. gest. Ad quod facit quod not. gl. in l. ij. C. communia vtriusque Iudicij. Imo fortius secundùm eum, quod lata sententia post terminum possit tanquam transactio approbari, d. l. ij. Et ista magis mihi placet, per iura & rationes suprà per Doct. adductas. & ita sentit Ania. in consi. xvj. vers. Primò tacita emologatio, nisi Laudũ esset iniquum & peccati nutritiuum. & ibi Ludoui. Bologni. in addi. & singul. Ange. in l. scien dum. versicu. Et ex his infert. ff. de verb. oblig. vbi vult, quod licet non appareat de compromisso, si tamen appareat laudum latũ præsentibus partibus & non contradicentibus, ex quo partes possunt de nouo compromittere tempore laudi, quòd vi cuiusdam taciti compromissi laudum ipsum sustentatur. & ibi eum sequuntur Moder. & Soci. in consi. lxviij. incip. Visis cõpromisso, laudo & statutis. vers. confirmatur ex his. lib. ij. Pro cuius dicto allegat tex. in cap. nisi essent viri prouidi. de præbẽ. & ibi tenent Abb. Sicul. & Imol. quòd laudum corroboratur, quasi ex nouo compromisso, dum tex. dicit ibi, quia igitur hæc ordinatio ab omnibus est recepta. Et idem Ang. in consil. cxcviij. cuius initiũ est. testator quidam nomine. & Abba. Sicul. in ca. examinata. de confir. vtilit. & Felin. in capi. cùm dilecta. vers. Amplia octauò etiam in sententia arbitri. de rescriptis. & in ca. significasti. col. iiij. ver. Secundo declara ex dictis. de foro compe. & Doct. Palatios Ruios in repeti. cap. per vestras. vers. Ad idem facit. de donationi. int. vir. & Roma. in consi. cliij. incip. Præmissum laudum. & sing. Corne. in consi. cxxv. incip. primo aspectu videtur. per totum. vol. ij. & in d. consi. lvij. volu. iij. & Ioannes Fab. in d. l. j. in princip. de arbi. & Fulg. in d. consi. cxliij. in vlt. dubio. † Et sic stat clara conclusio, quòd non so- 40
lum compromissum vel prorogatio eiusdem intra tempus vel post, fieri potest expressè sed etiam tacitè. Sed secus videtur in iudice delegato, qui extra locum cognouit, in quo partes comparuerunt, litem contestatæ fuerunt, ac testes produxerunt, quòd processus non valeat: quia tacitus consensus non sufficit, sed expressus: vt capitulo statutum. §. in nullo. & ibi Ioan. And. Archi. Domini. Pet. de Ancha. & Philip. Francus. de rescrip. libr. vj. & Domini. de Rota. in decisio. cccl xxx. in nouis incipien. Si iudex delegatus. alias est decis. xv. sub titulo. de offic. deleg.

SVMMÆ.

1 *Prorogatione facta an censeatur idem cõpromissum, & eadem pœna. & nu. 2. 5 7. 8. 9. 10. & 13.*

3 *Additio statuto facta an censeatur pars statuti. & num. 4.*

6 *Arbiter qui secundùm ius dicere debet, an dicere possit secundum ius consuetudinis vel statuti. & num. 7.*

11 *Iuramentum an censeatur in prorogatione repetitũ.*

12 *Officium prorogatum an censeatur idem.*

14 *Locatio tacita post lapsum terminum, an retineat conditiones prioris.*

15 *Arbitri sententia an habeat executionem paratã.*

16 *Appellari an possit à sententia iudicis reducentis ad arbitrium boni viri. & nu. 17.*

18 *Renuntiari an possit appellationi, nullitati, & reductioni ad arbitrium boni viri.*

19 *Arbitrio alio sumpto in causa appellationis primi, an iterum ab eo liceat appellare.*

20 *Pœna appellantis aut recurrentis ad arbitrium boni viri, quando ex compromisso petatur. & nu. 21. 22. & 23.*

24 *Laudi executio suspenditur per recursum ad ar-*

arbitrium boni viri.

15 *Recursus ad arbitrium boni viri, in quibus habeat vim appellationis.*

16 *Arbitri sententia quando parat actionem etiam non appositæ pœnæ.*

27 *Pœna non parentis sententiæ arbitri, cui debeatur.*

28 *Fisco quando queratur actio ex contractibus primatorum.*

Quæstio CCLXXXIIII.

Sed maius dubium est profecto, an siue expresse & simpliciter, siue tacite facta fuerit prorogatio, videatur facta sub eisdem primi qualitatibus pœnis & pactis, & conditionibus in compromisso contentis, ita quod dicatur idem cum compromisso prius facto.

DECISIO CCLXXXIIII.

1 IT † dic secundùm Pet. de bella Pertica. quem refert & sequitur Alb. in d. l. Labeo et si arbiter. quòd aut prorogatio illa fit primo cõpromisso finito, & tunc sunt duo, & prorogatio hæc dicetur secundùm eum esse nouum compromissum in leg. sed & si manente. ff. de prec. ita quo. secũdùm Alb. in d. l. sed & si manẽte. si pœna erat adiecta in primo compromisso, quod repetenda erit in secundo, aliàs non valeret, nec cõprehensa in eo videretur. † Aut prorogatio fuit facta durãte compromisso, & tunc aut in forma cõpromissi actũ nõ fuit de promissione facienda, & tunc est nouum compromissũ in veritate non iuris fictione, dict. l. si cum dies. de arbitr. aut fuit actum de prorogando, & tunc in veritate sunt duo, sed iuris fictione vnum, dicta leg. si cum dies. §. si quis ex litigatoribus. & dicta l. g. si de meis. §. finali. eodem titulo. & idem Baldus in capitulo j. §. inter pares. verficul. Sed pone compromissum. de leg. Corradi. & ibi Barb. in addit. & Bald. in dic. leg. si cùm dies. qui alleg. Lambertum de Salinis. & Cin. ibi ita tenere sicut videmus in actione subrogata in locum alterius, quæ efficitur eiusdem naturæ cũ prima leg. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau.

3 † Et hinc est quod si alicui statuto fiat aliqua additio, idem iuris intelligitur repetitum in additione quod erat in statuto quo ad pœnam, & quò ad alia, vt not. Lapus in clem. statutũ. super verbo consuetudine. de electio. quod Card. de Zabarel. ibi dicit esse singulariter notandũ. Et est ratio secundũ eũ: quia id quod venit per modum addendi seu additionis, est pars illius qui additur. dic. leg. sed & si manente. de prec. & idem dicit esse in iurisdictione prorogata, quod habeat naturam primæ, vt tenent ibi Paulus de Genzelinis, vt notatur. de offi. deleg. volunt allegare dictum c. de causis. Et idem in pro-

4 rogatione compromissi. † Tamen quo ad additionem statuti contrarium tenet Soci. in d. l. multa. in primo & secundo notabili. de conditio. & demonstra. quia qualitas quæ inest dispositioni principali ex prouisione legis vel statuti, non censetur repetita in dispositione pœnali accessoria per illum tex. Quod intelligit verũ Anto. Corset. in sing. suis. in verbo, additio. nisi sit aliquod verbum in additione positum, quod esset repetitiuum omnium existentium in statuto. ad hoc alle. bon. text. in c. de multa. in verbo, hoc idem in personalibus

5 de præb. † Et pro hoc notanter dicit Alb. in d. l. Labeo ait. quod talis prorogatio fieri debet sub eadẽ forma qua factum fuit compromissum: quia si primo actum erat in compromisso, quod arbiter deberet pronuntiare de iure tantum, & in prorogatione dictum, vt possit de iure & de facto, tunc discessum esset à pactis primi compromissi. Et idem tenuit gl. in c. hi qui in verb. specialiter. quã ibi faciũt sing. Domini. & Philip. hic. & Fel. in d. c. de causis. ij. limitatione primæ declarationis & Soci. in consi. lxxxvij. vers. Secunda ratio. lib. iiij. & Alex. in d. l. iiij. ver. Hoc tamen est verum. de dam. infe. & Bal. in d. l. si qui ex consensu. v. Ego dico. † Tamẽ aduer 6
te ad dictũ Alb. qui vult quod si arbiter possit pronuntiare secũdum ius, secundùm quod, etiam si dictum non fuerit, teneatur, leg. qualem. & ibi Bald. & Alb. in primo contrario. ff. de arbitr. quòd non poterit pronuntiare de facto, id est secundùm ius consuetudinarium vel statutarium: dic tamen quod poterit secundum ius consuetudinarium aut statutarium (quod consistit in facto, leg. de quibus ff. de legib.) pronuntiare, vt singular. tenet Bald. in dic. leg. qualem. alias grauaret partem ex quo illud statutum vel consuetudo seruatur, & tollit ius commune in illo loco: ergo subrogatur loco iuris communis, quod pariter seruari debet, leg. an in totum. C. de ædific. priuat. & no. Bald. in l. quicunque. versic. Sed pone statuto cauetur. C. de seruis fugitiuis. idem Bald. in illa institutio. versi. Sed pone quod fuit compromissum. ff. de hæred. instit. & Sicul. in capi. licet causam. in ij. nota. de proba. & in rubr. de consuetu. & ibi Barb. & Cort. in consilio xlvij. versicu. ad vltimum respondemus. & Corn. in consi. cxxiiij. cuius initium: tardua primo respectu. versic. in quantum. volum. ij. vbi alleg. Imo. in d. ca. Quintauallis. de iureiuran. ita tenere. & etiam 7
Abb. Sicul. in rub. de consuet. & Roman. in leg. post dotem. ff. soluto matrimo. & idem Philip. Corn. in consil. ccxxxix. libr. iij. & Iacobus de S. Georg. in l. iure succursum est. nume. ij. ff. de iure dotiũ. & Bal. in l. constitutionis. C. de bonis quæ libe. & ibi Alexand. in addit. Quamuis Paul. de Cast. ibi teneat contra Bald. sed primum est verius, quod tenuit Ioan. And. in addi. Specu. titul. de arbit. §. excipitur. versic. Item quod corruptus. quem refert & sequitur Cardi. Floren. in c. fin. de consuet. & Angel. in sua disputatione, quæ incipit, duo litigantes. vbi allegat idem tenuisse Guidonem de Suza. per tex. in §. quoties. institu. de iure natura. & idem Roman. in consil. ccv. in verbo, quamobrem. & Bar. singu. vbi Alexand. in d. l. societatem. §. arbitrorum. ver. Quare quid sit dictum. cum seq. & Io. Baptist. Severin. in repetit. leg. omnes populi. in ij. notab. versic. His finc sumpta occasione. ff. de iustitia & iur. & Baptista de S. Blasio in d. suo tracta. de arbitr. in q. xxxvij. cum sequenti. & q. xciiij. & Roma. in repet. rubri. de arbit. in quæstion. xv. & Felin. amplissimè in capi. ius generale. per iiij. dist. post Abb. Sicul. ibi, vbi Felin. limitat hanc conclusionem, nisi tales compromittentes ignorarent verisimiliter consuetudines vel statuta: vt quia Papa, vel Imperator, aut forensis, qui censentur cogitare, & loqui de iure communi, & non de municipali, cuius notitiam non habent: quod intellige, vt ibi per eum. Ideo intelligendum est de mero facto, & de iure municipali, consuetudinario non scripto siue in scriptis redacto, secundum quod iudicare debet, sicut iudex, l. iubemus. & ibi Bald. Paul. de Cast. & Iason. C. de iudi. & in cap. cùm ibi secundùm ius & bonam terræ consuetudinem. de eo qui mitti in possessio. † Ita prædicta vera, quando in compromisso de iure simpliciter, sine dictione taxatiua,

dictum

dictum eſt:aliàsſi dictũ fuerit de iure tantum,vt in exemplo Albe.tũc eſſet ſecus,ſicut plerunque ſolet in arbitrum compromitti,vt pronuntiet ſecũdùm leges tantùm ,vel ſecundùm canones tantùm , vel ſecundùm ſtatuta,aut cõſuetudines tantũ,vt voluit Alber.in dicta l. qualem. quia tunc forma & poteſtas arbitro data eſt ſeruãda d.l. nõ diſtinguemus. §.de officio.cùm aliis ſuprà allega.Et nota,quod arbitri habentes facultatem iudicandi de iure , & de facto,vel ſimilia verba,nõ poſſunt lædere partem, ſecundùm Lapum in allegatione cxxviij.nec tollere defenſionem reo,vt tenet Roma.in l.tilius fami. ff.de dona.alleg.c.presbyterum,iuncta glo. in verbo,de facto.de rebus eccleſi. non alienan. & ſing.

8 Corne.in conſi.clxx.li.iij.†Secundò aduerte, quòd ſi prorogatio fuerit facta intra tempus , etiam ſi in compromiſſo de prorogando tempore nihil dictũ fuerit,nõ videtur dubium,ſecundum Ioann. Baptiſt.in d.tract.de arbitr.lib.vij.c.ij verſi. Ad vnum attende, cùm omnia hinc inde præſtentur,& eædẽ ſecuritates , quæ prius præſtitæ fuerant , ſiue ſint pignora,ſiue fideiuſſiones.Quod videtur æquius& iuri conſonum,vt eſt tex.in dicta l.Labeo ait ſi arbiter. §.j.& fin.& ibi Bart.& Doctor.verum, quòd ſi iidem fideiuſſores nolint interuenire , noui tamen nõ diſſimiles adhibendi ſunt,vt ibi dicitur, & tunc dicetur nouũ compromiſſum reſpectu nouorum fideiuſſorum qui interuenerunt : non verò ſic reſpectu partiũ compromittentium ac prorogantiũ, quarum reſpectu dicetur vnum & idem,quanquam prorogatum,d.l ſi cũ dies quæ lex,ſecundùm Baptiſt.ſic debet intelligi. & ita cenſent Imo. Roman. & Alexan. in dic. leg. iiij.de damno infect.& ſing. Henri.de Bouerio in ſuis ſingular.in verbo,prorogatio.in princi.dicens, quòd facta tali prorogatione non cenſentur plura compromiſſa , imò vnum tantùm.Nam prorogatio intelligitur fieri cum omnibus qualitatibus & circunſtãtiis oppoſitis in priore termino compromiſſi.d.l.Labeo ait.§.fin.Vnde Bar.in leg. j & poſt operis in j.quæſtio. ff.de noui

9 oper.nunt.quem ſequuntur ibi Ale.† Et Iaſon ponit pro hac vnam regulam , quod prorogatio termini intelligitur facta cum omnibus qualitatibus ſuis,etiam ad bannum,& conſequenter quò ad pœnam.Pro qua quidem regula alle.tex.in l.ij.§.ſed ſi iudex.ff.de iudi.& Alex.alle.text.in dic. leg. Labeo ait.§.ũ.cum l.ſeq.& in l.quæritur.§.qui impletæ. ff. locat.& in d.l.ſed & ſi manente.& Iaſon addit duos text.primum in l. lecta eſt. verſicu. dicebam.& ibi Paul.de Caſtr.& melius Ale. in v. notab. cui addo Socin.in viij.& ix notab.ff.ſi cert.pet. vbi prorogatio termini facta debitori ſuper mutuo,intelligitur cum vſuris:ſed vſura eſt pœna,l. qui ſine ff. de neg. geſt.imò videtur text.in d.l.lecta.ibi, pœnæ nomine. iuncta gloſſ. & ibi Iaſon in ij. no, ſed Franc.de Are. ibi, verſicu. in glo. in verbo pœnæ. dicit hoc eſſe falſum,quòd pœna & vſura ſint idem. Vnde ipſe diſtinguit,vt ibi per eum,cum aliis in addi.Benedi.de Vadis. Et verum eſt , quod eſt differentia inter pœnam & vſuram, vt ibi per Iaſon. & Bar. in l.ſi ſine de neg.geſt.Secũdò alle.Iaſo.tex.in l. Celſus

10 §. idem ait. de arbi. † Et quòd pœna cenſeatur ſecundùm Iaſon. prorogata,alle.Bald.in c.venerabilem de elect.& in leg. acceptam.in vij. quæſtio. C. de vſur.ac pariter ipſum Bart. & Paul. de Caſtr. in pluribus locis ita tenere.& idem Alexand.in addit. ad Bald.in dict.leg.acceptam.vbi in fi.& in d. l. lecta.allegat gl.in l. Aemilius. in verbo, reſtitui. ibi,

11 quo tranſacto.ff.de minorib.† Et vltra Docto.ſentit Iaſ.Bart.in d.§.& poſt operis. velle prorogationem intelligi eſſe factam,etiam cum repetitione iuramẽti,quod erat in primo termino,ita quod ſi nõ ſoluat in ſecundo termino prorogato , incidat in periurium,& poſſit conueniri coram iudice eccleſiaſtico.Et idem & magis ample in d. l. lecta in v. notab. cum ij. quæſtio. ſequen.quod clarius tenent Bart.Paul.de Caſt.& Alexan.in d. l. cùm ſtipulatus ſum mihi à Proculo.de verb.& oblig. & ibi Ludo. Bologni.in ſuis primis interpreta. Sed contra iſtã concluſionem adduxit Iaſon tex.in c.penult.de iureiuran.vbi iuramentum non extenditur etiam expreſſo conſenſu,ſed requiritur expreſſa iuratio:per quem text.dicunt Ant.de But.& Abb.Sicul.quod ſi partes dederint licentiam notario extendi inſtrumentũ prout voluerit,tamen non poterit notarius addere iuramentum, ſi forſan aliter non interceſſit. Sed pro defenſione deciſionis Bart. allegat vnam ſingularem limitationem ipſiuſmet Bart.ad tex.in d.ca.pen.quem ponit in l.fin. C. de vend. reb.ciuit. li.xj.volentis tex.in d.c.penult.procedere , quando iuramentum præteritum continebat illud de quo nunc non agitur,tunc non extẽditur ad iſtud quod eſt aliud.& ita loquitur ille tex. ſecus ſi contineret idem.& gl.eſt ibi ſing.in verbo,ſcriptis.Et cum ſequuntur ibi Ang.Ioan.de Plat. Iac. Rebuf. & Luc. de Penna, verſi. Et ibi ad memoriam. Et pro iſta parte facit quod eleganter decidit Fulg.in conſilio cxxx.inci.Matthæus Cunator,quod per nouam dilationis prorogationem factam debitori , non eſt nouata prior obligatio,& ibi vide, etiam quò ad fideiuſſorem.& Imo.in conſi.xj.† Quare ſi facta fue 12 rit prorogatio officij non dicetur nouum , ſed idẽ officiũ numero,vt voluit Bal.in l.eum qui.§.j.verſ. In ea gl.ibi,meminiſſe.ff.de iuriſdi. & omn.iudi. & Laud.in tract.de offi.princip.§.lxvij.& idem Bart. in d.l.iiij.in vlti.quæſtio.quando prorogatio officij eſt facta per verbum , prorogamus, ſecus ſi per verbum eligimus:vel ſecundùm Ange.ibi,per verbum renouamus pro aliis ſex menſibus , tunc eſſet nouum officium,& non comprehenderentur qualitates eidem in prima electione conceſſæ, & idem Alex.ibi,verſi.Item inducitur per Bartol cum aliis per ipſum alleg.& Alber.in l.meminiſſe, verſic. Item not.q̃ ſecundùm Iacob.de Raven.ff.de officio procõſul.& lega †Vnde in iſto pũcto cõcludendo 13 videtur mihi in vtraque prorogatio intra tempus, aut etiam poſt tempus compromiſſi facta , ſiue actum fuerit de prorogando , ſiue non : quoniam ſi intra tempus , omnia veniunt , etiam ſi nihil dictum fuerit.Et idem quando poſt terminum facta fuit prorogatio,quòd omnia in compromiſſo contenta etiam videantur comprehenſa,vt tenuit illuſtris inter noſtros Doct.Pet.de Bella pertica.in leg. pen.§. vxor.arg.illius tex.ff. ſoluto matrimo. quem ibi refert & ſequitur Alb. vbi etiam alle. Din. ibi, Quamuis Bald. ibi, contra, dubitando tamen propter quandam opin.Din.in alia materia,de qua infrà dicam.Et Bald.ibi ſequuntur Imo. & Alex. qui allegant Rapha.& Paul.de Caſtr.ibi Bal. ſequi. Sed ſalua pace Pau.nihil dicit ibi,neque vterque Raph. legit primam partem, quod ego repererim.Et hæc concluſio Pet. vera eſt quam tenet Bal. magis amplè in l.vna verſic.Sed quid ſi dominus.C. quando non pet.part.per text.in d.§.vxor.& §.qui impleto. & d.l.Labeo ait.& de Curte. in primo conſi. feud. niſi in vtraque prorogatione in cõtrarium aliquid fuerit additum , cuius reſpectu erit tantummodo nouum , quia partes ita intelliguntur pro-

rogaſſe,per nota.in d.l.ſi cùm dies.in princ.& in d. l.Labeo ait.§.fina.& per not.per Bal.Imol.& Doct. in d l.Titio centum.& in d.l.j.de temp. app. cum aliis in præced.quæſt.allegat.Tantũ ergo valet prorogatio poſt terminum,quantum intra terminum facta:pro quo allego illud vulgareGallicorum proverbiũ,*Tant vaut pain mouillé que ſoupe:* vel, *Verd sus, & ius verd.* quorum ſequitur diſtichon,

Sunt panis madidi ſimiles offeque liquores,
Vua idem & viridis omphacique ſapit.

Et idem videretur dicendum,quando prorogatio fuit tacita, quod videatur ſub eiſdem pœnis & pactis in ipſo compromiſſo cõtentis facta, poſtquam coram arbitris procedendo nihil in contrarium dixerunt,aut proteſtatæ fuerunt:quia qui non contradicit,pro conſentiente habetur:& qui non improbat,approbat l.ſi ſine. C.ad Velleian. & in ca. j. §. præterea.quib.mod. feud.amit.& in d. l. an in totũ de ædific.privat.Et præcipuè in caſu præſenti,cum prius duabus ſimpliciter prorogaſſent vicibus intra tempus, & in vltima pars abſens poſt paſſauerit procuratorium ad prorogandum ad feſtum beatæ Mariæ Magdalenæ, vſque ad quem terminum exiterat prorogatio intra tempus per ſolicitatorem ſeu clericum ſui procuratoris facta tam expreſſe approbando illã prorogationem,quàm tacitè poſtea procedendo.Et pro iſta deci.eſt tex.in d. l.itẽ quæritur.§.qui impleto.ibi,ſed etiã pignorũ videtur durare obligatio,&ibi Bal.in anti.lect.&Sali.

24 † Idẽ vbi in tacita reconductione ſiue relocatione veniũt omnia,quæ erãt in locatione contenta :niſi in prejudiciũ tertij,vt fideiuſſoris,vt dictũ eſt,& in l.ſi cùm hermes.& ibi Bal.in j.no.&Ale.in addit.& in l.iegẽ.C.locat.& d.l.Labeo ait §.j. & ſi.& plenè Feli. in d.c.de cauſis.in iij.limitatione primæ declarationis,cum aliis per eum alle.& bon.eſt text.in l. pe.ſi.vxor.ibi, quoniã prioris dotis cã in ſequentẽ dotis obligationẽ eſſet tranſlata,ſ.alle.quãquã Bal. in d.§.qui impleto.cenſeat contrarium:quòd ſi pœna eſſet appoſita in prima locatione,quod in ſecunda conductione tacitè facta,non videatur repetita, ſecũdùm Din.in l.cùm pater §. pater certam. ff. de leg. ij.vbi idem tenent Bald.& Imo.Cuius ratione dicunt Bal.& Sali.in d.l.legem.de loca. quod renouatio tacitè intelligitur fieri quo ad ea quæ tacitè renouari poſſũt per ſolũ hominis intellectũ: ſecus ſi aliquid requiratur ab extra,vt ſcriptura quæ tacitè fieri nõ poteſt:quia tacitè nõ ſcribitur,nec tacitè fit præceptum guarentigiæ, cùm non ſit in poteſtate partium.Et idẽ Anton.de Canario in tractã. de execut.inſti.q.xliiij.& Ang.in l.quicquid aſtringendæ.ff.de verb.oblig.tamen illud verum ,quòd ſcriptura primę obligationis quò ad pœnam,& alia cõtenta in eadem remanet ſine noua ſcriptura, vt ex infrà dicendis apparebit.& ita dicit text.in d.§.qui impleto.& ibi Bald.in antiq.lect.in vj.ne poſt glo. in l.qui ad certum ſuper verbo contractus, eodem tit.Præterea pro opin.Bal.videtur gloſſ.in l. in propoſita.in vlti.quæſt.ff.pro ſocio.quam ibi ſequuntur Iaco.Butric.& Rayn. quæ vult in prorogatione perſonæ ad perſonam pignora primo loco data retineri non poſſe pro ſecunda ſententia. Et idem eſt ſecundùm Albe.ibi,verſi. Item quærit glo. an pignora.quando ſit prorogatio temporis ad tempus,vt non teneatur pro ſecundo tempore,dic.leg. Labeo ait.§.fin.& d.§.qui impleto . cum iſtæ prorogationes perſonarum &temporum parificentur. Et in hanc pattem videtur inclinare Io. Bapt. in dicto tracta.de arbit.lib.vj. cap.v. verſi. facit etiam hoc vltimum,quòd compromiſſum poſſit fieri per actus tacitos, tamen hoc compromiſſum tacitum non comprehendetur ſub diſpoſitione ſtatuti loquentis de compromiſſo,quia non comprehendit actum præſumptum,ſed verum,l. iij. §. hæc verba. de negot. geſt.Arbiter tamen vel arbitrator ex co reſultans eſt verus & proprius.& idem ſentit Soci. in d.leg.lecta.in v.no.verſicul Ex quo infertur.Sed iſtud non obſtat , quia hic fuit ab initio verum compromiſſum,& prorogationis tacitæ confirmatio,quæ valet,vt dictum eſt. Tum Bald. tenuit etiam in tacita prorogatione priora non venire pacta,vt conſilio cccclvij. inci. Verba compromiſſi. cum ſeq.vol.iiij.& ſingu.Rom.in d.con.clij.volens quod licet laudum latum vltra compromiſſi tempus tranſeat in pactum propter approbationem partium,tamen pœna appoſita in compromiſſo in caſu,quòd non pareretur laudo , non committitur in caſu, quo laudum nullum à partibus approbaretur,vt ibi latius per eum , & ipſum ſequitur Cornel.in conſil. ſuprà alleg. cxxv. ibi, ex quo infert.Sed hoc non obſtare videtur,quoniam in caſu eorum laudum erat nullum ,tanquam latum poſt tempus compromiſſi abſque prorogatione expreſſa vel tacita. Sed noſtro in caſu videntur partes ſuper eiſdem pactis in eodem cõpromiſſo ſpecificatis proſecutæ expeditionem cauſę.Et ita tenet Bal. ſibi cõtrarius in d.l.legem.ver.Et not.quod iſta renocatio intelligitur fieri ſub eiſdem pignoribus, pœnis,ac renuntiationibus & clauſulis:& hoc(vt dicit)tene menti.Et idem tenet in dic.l. acceptam.in vij.q.de vſur.quia quod poteſt fieri expreſſè,poteſt fieri tacitè:ſic &econtra quod non poteſt expreſsè, nec etiam tacitè,vt in l.qui ad certum ff. locati. & ibi Bal.in anti.lect.& in l.certè.& ibi Alb.ff.de precar.ac in eadem voluntate , & propoſito compromiſſi permanſiſſe videntur,quod mutaſſe non præſumuntur, l. cùm tacitum. & leg. quingenta. ff. de prob.& l.ſancimus.C.de teſtamen. Et non ſolùm in vltimis voluntatibus , ſed etiam in contractibus qui verbis aut re & conſenſu fiunt,tacitum tantum operatur,quantum expreſſum , circa tamen acceſſoria,ſecundùm theoricam Bart.cõmuniter approbatam per omnes Modern.in d.l. quicquid aſtringendæ.de verb.oblig.& in leg. cum quid. & ibi latè Alb.ff.ſi cert.petatur. Vnde firma eſt iuris concluſio , q̃ in quacunque diſpoſitione ſiue ſtatutaria,ſiue loquamur in vltima volũtate,ſive in reſcriptis aut contractibus,validũ eſt argumentum à tacita mente diſponentium,adeo quòd diſpoſitum in vno caſu ſenſetur etiam diſpoſitum in alio : quia ſi diſponentes fuiſſent interrogati , idem veriſimiliter diſpoſuiſſent, vel ſic intelligere declaraſſent,vt tenet gl.cõmuniter approbata in l. tale pactum.§.ſi.ff.de pact.& ita dicit ibi Bald.in ij.not & in l.j.C.quæ res pignor.obliga.poſſ.& Cur.in conſi.xix.ſeu.& dixi ſuprà in queſt.xxxviij.inc.Ænigma aliud.& alibi ſæpè. Et ſuper iſto vltimo dubio fuimus contrarij in camera Tornellæ.Et verè non eſt ſine dubio , quamuis iſta in vera æquitate ſit ſuſtẽtabilis poſitio , quòd dies compromiſſi ſine prorogatione lapſus eſſet,tamen ſi ſibi liquebat de cauſa,cogitur arbiter pronuntiare,d.l.ſi de meis.§.fin. & tenet Spec.in d.titu. de arbi. §. excipitur. verſic. itẽ quod lapſa die quod tamẽ intelligit.glo. in d.§. fi.quòd denuo partes in eum compromittent. Sed erit idẽ,ſi ſcientes & certioratæ de lapſu diei procedant, & petant laudum ferri ; vt in caſu noſtro , in quo iu-

Digitized by

quo iudicio meo non eſt dubium, quoniam vltima prorogatio expreſſe fuit intra terminum facta per vnam ex partibus,& per clericum procuratoris alterius partis abſentis,eam tamen ratificari facere promittentem:quam quidem arbitri dilationem vtrique ad probandum,obiectus dantes approbarunt: per quod videntur prorogaſſe compromiſſū, vt voluit etiam in ſimili Bald.in conſilio cccxxxij. incip. Dominus meus dom.Patient.volumin.j. Et ſignanter, quia pars abſens poſtea approbauit primò procuratorium,ſuper hac prorogatione,vſque ad terminum per illum clericum facta,paſſando,& ſic tanquam ſciens:aliàs ſi non ſciuiſſet illam prorogationem vſque ad dictum terminum factam, iam dictum procuratorium non paſſaſſet, argument.l. final.in fin. C. de dot. promiſ. Quare per iſtam omnes præcedentes prorogationes confirmatæ videntur. leg. fundum. ff. de ſeruitut. ruſtic .prædio.& l.final.ff. commu. prædio. & ita per illa iura tenet Specu.in d. §. excipitur. verſicul. item nunquid diuerſis temporibus. Secundò approbauit procedendo corā arbitris, iuſtitiam ſibi miniſtrari petendo , ac ſpecies pro conſiliariis ponendo & conſignando , vt dictum eſt,pro quo dicit Bald. in leg.ij.verſicul.nunquid iudex poteſt cogere. C. de ſentent.ex breui.recitan.quòd idiotæ iudices & arbitri ſuper puncto iuris poſſunt mandare partibus,quod debent conſultores.& pro ipſis ſalarium deponant.lanij.§.ij.ff.finium regundorum , & ita ſecundum eùm ſeruat conſuetudo. & idem in l. nō diſtinguimus.§.quidā ſuprà allega.vbi dicit , quòd partes eligunt ſapientes in cauſa. Tertiò,quòd cùm pars abſens peticrit per appellationem annullari, vel nullum declarari , ex cauſis in ipſius petitione aut libello contentis , cenſetur ratificaſſe prorogationem,vt tenet Paul.de Caſt.in conſil. xcv.incip. Conſiderandum eſt quod dictus Spinellus.vol.antiq.aliàs ſecundum eum non eſſet ei expediens illud petere:quia ſi nolebat ratificare, non poterat ſibi nocere:etiam ſi cauſæ nullitatis intentatę ceſſaſſent.l.in cauſæ.poſt principium. ibi , quæ inuito te acta ſunt,tibi non præiudicant. ff.de procuratorib. & leg.j. C. quibus res iudica. non nocet. & idem Baptiſta de ſancto Blaſio in ſuo tract.de arbi.quę. lxxvj.in prima fallen. pro quo allego bonum text. in l.in dubium.C.de tutor.&curator.qui non ſatiſda. Et non ſolùm videtur ratificaſſe compromiſſum,ſed etiam laudum tanquam latū ab electis de ſua voluntate:non tantum tanquam ſic latum , nec tanquam ab electis validè,argument.ff.rem ratam haberi.l.iij.§.falſus & ibi per eum poſt Bartol. igitur,&c.Et ſic videtur ſententiam arbitrorum interim quò ad gaudentiam rei non quò ad pœnā poſſe exequi , cùm ita per eaſdem partes in compromiſſo conuentum fuiſſet,vt tenet Pet. Iaco. compatriota in d.tit.de recurſu ad arbit.boni viri.tenēs talem conuentionem valere , cùm talis ſeu ſimilis poteſtas ingrediendi poſſeſſionē cōcedi poſſit priuato l.iiij.C.de pigno.& l.ſi Titius.ff. de ſeruis expor.& inſtitu.quib.alien.licet.§. j. † Sicut plerunque ex forma ſtatuti aut ſtili vel conſu. laudum ſeu ſententia arbitri habet executionem paratam , vt dicit Abba. Sicul. in dicto capitulo. Quintauallis. verſ.ſed ego limito prout & Anchar.in conſi.xxxv. cuius initium,apud intelligentes.& idem Imol. in conſil. cxxx. incipient. in caſu præmiſſo. verſicul. nec obſtat. cum verſicul. ſequent. & Paul. de Caſtr. in conſil.cclxiij. aliàs cclxj. incipien. viſis compromiſſo,laudo , puncto & aliis. verſic.circa ſecundum dubium.volum. antiq.& Cu.in d. conſi. vij.& reliqui. Docto.quorum conſi. ſunt ibi inſerta. Sed apud nos eſt in contrarium ordinatio æternæ recordationis Ludouici xij. Francorum Regis, Lex enim dicit æternæ recordationis,l.j.C.de offi. comitis ſacri pal. & canon dicit,bonæ memoriæ, c. bonæ.de elect.quod idem eſt ſecundùm Alb.in d.l. j.quæ quidem ordinatio vult, q̄ à ſententia arbitri vel amicabilis cōpoſitoris poſſit appellari,vel ad iudicem recurri.Et ſi per iudicem ordinarium fuerit confirmata , non audietur appellans , niſi interim patri ſoluat integram pœnam ſeu emendam : ſaluo de ipſam (ſi in finibus dictum fuerit) repetendo.Et nota quod per iſtam ordinationem,quæ fuit bene compoſita,videntur decidi quatuor vel quinque notabiles quæſtio.in quibus Doctor. vtriuſque cenſuræ ſunt varij & contrarij: quarum prima continet duas,quòd ſcilicet à ſententia tam arbitri, vel arbitratoris,quàm etiam à ſententia iudicis reducentis arbitramentum ſeu laudum ad æquitatem , poteſt recurri & appellari. & promiſcuè ipſas cauſa breuitatis proſequar.† Et ita tenuit primò in ſententia iudicis reducentis & confirmantis,in qua eſt maius dubium Anton. de Buttrio in dicto cap. Quintauallis. in xxiij. differentia. quia à commiſſis ad arbitrium iudicis appellari poteſt, capit.ſuper his.de accuſatio & idem Bald.in l.j. verſicul.extra quæritur, C. ne liceat in vna eadémque cauſa tertiò prouocare. & Paul. de Caſtro in dicto conſil.ccliiij.circa primum dubium.&cum iſta opinione tanſeunt Cumanus, Ioann.de Imol.in l.j. & ibi ſingulariter Alexand. verſi. deinde Barto. hic. ff.de leg.ij. cum aliis per eum allegatis. † Contrarium tamen ſecundùm aliquos tenuit Iac. de But. in l.ſocietatē §.arbitrorum.ff.pro ſocio,q̄non poſſit appellari.idem Ioann.Andr.in additio.Spec.tit. de appel.§.in quibus. verſic. xvj. in verbo priuatorum.vbi allegat Ruſticanū antiquū Doctorem diſputaſſe hanc quæſtionem,cuius initium , Petitum fuit à iudice:qui tenuit q̄ appellari non poſſit,& eius principale motiuum fuit quod ab arbitramēto non appellatur , nec ergo à ſententia quæ ſuper eo fertur:antecedens eſt per ſe notum, quia ſolum poteſt peti,ſi ſit iniquum, ad arbitrium boni viri reduci d.§.arbitrorū. conſequens probatur,quia ſubrogatum in alterius locum illius naturam ſortitur, d.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.& idem Bar.in l.j. ff.de lega.ij.per notata per Innocen.in c.ſtatutum.de reſcriptis .lib.vj.& in ſuo tractatu de arbit. verſi.quæro de quęſtione quæ fuit in ciuitate Brixię.qui non ſolet ibi allegari,quos ſequitur Abb. Sicu.in d. ca. Quintauallis. verſicul. nunc quæro de notab. & quotidiana quæſtione.vbi dicit ſe ſic conſuluiſſe.& verum dicit, quia ita conſuluit in conſil. ij. incipiente , Conſilium quod iudex. verſicul. his præmiſſis.& latius in conſil. xxxviij. incipiente , Tria ſunt verſic. condeſcendo ad ſecundum articulum. volu.j.cum aliis per Bellenz.in additio.Abbatis. in d.c. Quintauallis. alleg. & idem Cardin.Floren. in capitu. expoſita. de arbit. & Ludouicus in repetitione verſi.ſed an ſicut. & Anchara. in conſilio incipcui incumbat onus probandi. verſicu. pro iſto dubio.quod ponitur inter conſilia Calderi.titul.de arbitr.numer.v.& Salic.in dicta l. ſocietatē. quęſt. xx.vbi dicit ita tenuiſſe in publica diſputatione. & idem in dict.l.& in maioribus.C.de appellationib. & Fulg. in conſi. cxj. incipiente , Supponitur ex facto.& in conſi.cxij.initium cuius eſt, Arbitrator in ij.& iij.& ſequen. dubiis. ſed Paulus de Caſtro

15

16

17

in dicto consilio ccliiij,in primo dubio tenet præ-
18 cedentem, † nisi renunciatum fuisset appellationi & nullitati ac reductioni ad arbitrium boni viri, quibus videtur renuntiari posse,d.l.non distinguemus.§. cum quidem.vt plenè per eum in dicto consilio,& Bart.Bald. & Salice. in dicta l. societatem. Tamen Alber.ibi,versi. item quæro an renuntiari possit.dicit, quòd communiter tenetur quòd non possit,siue sit intquũ re ipsa,siue dolo arbitratoris, etiã iuramento nõ obstante, de quo plenè per ipsũ in dicta l.si quis arbitratu. versic. item quæro nunquid renuntiari.& ibi per Moder.& Albe. in l. nemo videtur fraudare.ff.de regul.iuris.& Din. in regula scienti.prælleg. cum alius ibi per me in add. alleg.& Paul.de Castr.in consi.cxxiij.versi.secundo viuendum est,vol.nouorum,& per Spec.in d.ti.de arbi. §. sequitur versicu. item quid si compromissum est,& ibi Ioann.Andr.in verbo,viri clarius. & Bart.& Ioan.Fabr.in l.j.C.de arbitr.& Bar.in d.tracta.suo de arbitr.in vlti.quæst.&decis.capel.Tholosa.cclxxviij.& Guido Pap.quæst.ccccxix.&Cæpol. in cautela,cxcix.inc.Difficile est dare modum per quem possit peti reductio ad arbitrum boni viri.& ample Decision.in capitul.ad hæc in ij.de appellat. & Bap.de sancto Blasio in d.q.pen.& quæ. lxx.vbi ponit in arbitrio regulam negatiuam,quod nõ fallit tamẽ in decem casib.& per Rom.in d.repe.rubr. versi.subsequẽter quæritur. cum aliis ibi per Bern. Land.in addit.ad eum alle.& per Thomam Ferra. in cautel.viij.& supradictam opinionem latius tenet Paul.de Cast.in dic. leg. j.versic.vltim.quando recurritur.de leg.ij.vbi dicit istam partem esse tutiorem.& Imol.in d.Quintauallis.in xxiiij.differentia.referens Iaco.Butr.ita sentire in d.§.arbitrorũ. quamuis Doct.allegent ibi tenere contrarium, vt dictum est. Tamen Bal.in l. vnica. versic. non obstat.C.de his quæ pœnæ nomine.distingult,aut iudex recursus grauat in modico,& tunc ab eius sententia non appellatur:aut enormiter,& tunc sic: & idem Card.Alexand.in rub.de ap.Roman. in cõsil. cclxj.incip.super eo quod qeritur.vbi hoc probat. quod intelligit Bald. si grauamen & læsionem exprimat appellans, quod tunc non debet recipi,si in modico fuerit læsus verum dicit, si esset interlocutoria cle.appellanti.de ap.sed nos loquimur in diffinitiua,per quam confirmauit laudũ:quare non potest sciri an talis iudex modicum aut enormiter grauauerit, nisi processus per viam appellationis per superiorem videatur.Ideo opus est appellatione,d.l. & in maioribus. de appellationib. Et si in modico læserit,declarabitur per ipsum iudicem ad quem inadmissibilis. & ista opin. est de iure æquior & verior, quæ à maiore parte scribentium comprobatur.secundum Ale.in consi.cvij.incip. viso themate antepositio.libr.iij.& Corne.in consi.clxxxviij.li.iij.tenet Paul.de Cast.in consi.cxxij.versi. Circa tertium quæsitum volu.nouo.qui nõ fuit ausus figere pedem supra petram firmam, quam firmauit Pet.de Ancha.sibi contrarius in sua disputatione incipiente C. Laicus,& Bap. de Blasio in dicto suo tract.de arb.q.xcix.quæ est Petr.dicens aliàs istam q.disputasse,& ita tenuisse:ad quem se remittit,quæ incipit,à sententia in causa reductionis &c.

9 † Veruntamen fatetur Bald.in d.l.j. ne liceat tertio prouoca.post princip. versi.sed si arbitrator. quod si in causa appellationis arbitrator alius esset assumptus,& appellans succũbat,non poterit postea appellare,cum non possit nisi semel peti reductio. & cum ibi sequitur Salicetus in penulti. quæst. de quo dubito:quia si iudex appellationis cõfirmasset laudum posset appellari, quia tantùm habetur loco arbitratoris.d.l.non distinguimus. §. cum quidam.in fin.vt tenent doctores pro contraria parte. supra alleg.Et credo quod istud dictum Baldi in curiis parlamentorum supremis non seruaretur, tamen interim visa ordinatione supradicta teneretur soluere pœnam,cum possit appellari non solum à iudice arbitramẽtum seu laudum ad æquitatem reducente,vt supra conclusum est,sed etiam ab arbitro vel arbitratore:vt volunt Doctor. suprà alleg. quod probatur de iure canonico in d.c.ij. & ca. cũ specie.de arbi.& ij.q.vj. c.à iudicibus. & ibi no. gl. & Domi.de sanct.Gemi.Bar. Bal. & Salicet. in dicta l.j.& fin.de arbit.& gloss.in cap. ab arbitris. & ibi per Doct. de offic. deleg. lib. vj.& tenet Alex. in dicto consi.cclxiij.num.vij.& signanter in loco, vbi est statutum hoc permittens, vt est nostra ordinatio. & idem Roma. in consilio xxvij. & Henric. de Bouer.in suis singu.in verb appella.versicul.xxvij.& per doctores in capitul.ad petitionem. de accus.& præcipue si secũdum docto.data sit potestas arbitro procedendi de iure: quia tunc potest laudum peti ad arbitrium boni viri reduci, vel ab eo appellari,vt supra dictum est. & tenet Ioann. Bapt. de sancto Seuerino in rep. dic. leg. omnes populi. in ij.notab.versicu.sed aduertendum circa hoc.vbi allegat Baldum ita tenere in quodam suo consilio,incipiente, quidam secus. quod non inueni in quinque suis volu. consi. quamuis tabula capitum consiliorum vltimæ partis describat caput seu initium consilij,quidam cæcus de Aretio.tamen non inuenitur in libro.& idem tenet Aegid.Bellamera. in Decisione ccxcix.incipiente, petens laudum.& Ioann.Fab.in d.l.j.de arb. etiam si nudæ voluntati se submiserint,prout in arbitris solet apponi clausula,quorũ ordinationi ac nudæ voluntati de alto & basso supponunt se partes,vt tenet gl. pen. & ibi Bar.Bal.& Alb.post Guid.de Cugn. ff.de arbitr. aliàs vix in regno Franciæ posset reclamare vel appellari,vt ipse Ioan.Fab.bene dicit in §. pretium. versi.& hæc procedunt. instit. de contrahen. empt.

¶† Tertia quæstio,quod pœna in cõpromisso adiecta contra recurrentem vel appellantem non potest ilico peti, sed cum sententia erit lata contra petentem,& sic confirmata, vt tenet Dinus in consil. xix. incipiente, Ptolomæus responsione primi capituli, quia si per reductionem appareat iniquè prolatum esse, tunc pœna cum effectu non committitur. & sic ex primo facto declarabitur vtrum pœnæ commissio procedat vel non, licet Din. in iij. cap. velit quòd incidat in pœnam dando petitionem,& litem super eadem contestando.Sed primum verius,vt ipsemet tenet in d.regula scienti.de reg. iur. & pro ista opinione est casus in l. qui Romæ §.duo fratres.secundum vnam lecturam,quam tenet ibi Bar.ff.de verb.obliga.de quo ibi per Imo. Alex & Moder.& de Cabanis,& Paul. de Castr. in d.consi.cclxiij.ver.secundum dubium. & Bald. in l. vnde si Neruæ. quæ est post dictum §. arbitrorum ff.pro socio.ver. quæro vtrum. & Bald. in additio. Spec.in d.tit.de arbi.& in l.nã posteà.in princ.versi.quid si petitur reductio.ff.de iureiuran.vbi diffingunt.& Ro.in d.repe.rub. de arbit. versicul. qui tamen dicis,& c.cum aliis per Bernard. Landri.in addi.vbi vide.ideo si non est sententia arbitri vel arbitratoris confirmata,sed infirmata & ab ea appelletur, quòd interim pœna non debetur, vt voluit Bar.in l.licet.§.si seruus.in fi.ff.de pecul.& Sal. ibi, quia se-

quia ſecundùm Bald.in d.l.j.nec liceat in vna eadémque cauſa tertio prouocare.ibi,ex quo apparet, quod ſententia arbitratoris confirmata aſſumit robur verę ſententiæ,tanquam latæ in prima cauſa.& idem in d.l.ſi.in xj.quæſt.de contrahenda empt.& Barto. & Bald.in d.l.multa.de condit.& demonſtrat.quos ibi ſequuntur Paul.de Caſtr Cuma.& Socin.qui facit duas concluſiones. † Et etiam vide ibi quid ſi 21
ſententia ſeu laudum fuerit confirmatum,& iudex vltrà in maiori ſumma ipſum appellantem condẽnauerit.Et Bar.& Doctor.in hoc tenent quòd non debetur pœna,& Bald.in l.ſi.verſicul. circa ſecundam partem.C.de arb.ſed idem Bald.quamuis ſibi contrarius,tenet oppoſitum in d.l.fin.quæſt.xj,quia non fuit innouatio, vel informatio laudi in præiudicium victoris facta,cum fuerit confirmatum,l. ſi. C.de vſur.rei iudi.de quo per Socin.in d.l.multa.in ſecunda concluſione.& iſta opinio magis conuenit ordinationi regiæ, quod teneatur interim ſoluere 22
pœnam.† Si vero eſſet pro parte cõfirmata, & pro parte infirmata, Bald. adhuc in d.l.fin.in vltim.q. C.de arbit.tenet quòd pœna debeatur.Sed contrarium tenuit ipſe Bald.in d.l.eos.§.cautione. verſic. quid ſi hoc faceret iudex.C.de appell.& in cap.j. §. inter partes.verſi.ſed quid ſi arbitrator.de l.Corradi.& ipſum ſequitur Rom.in d.repe.rub.de arbi.in pen.q.& iſta eſt verior,quia ſententia non eſt in totum confirmata,vt requirit ordinatio noſtra, ſicut in præcedentibus caſibus: ideo non tenetur vt dictum eſt.† Et aduerte quòd ſi appellans habeat iuſtam cauſam recurrendi vel appellandi, licet non 23
obtineat in cauſa, excuſatur tamen à pœna compromiſſi,propter probabilem ignorantiam, vt tenet Bal.in l.tres fratres.verſi. dicunt tamen docto. quem ibi ſequuntur Ange.Paul. & Iacob. de ſanct. Georg.ibi in fin.ff.de pactis,& omnes alleg.Ioann. Andr.in addi.ad Spec.tit.de arb.§.ſequitur. de quibuſdam.ver.in princip.Din.reg.& c.& idem Ange. & Alexand.in dicta leg.qui Romę.§.duo fratres.de verbor.obli.& Alexand.in d.conſilio xxxij.verſicu. pro hoc facit,quia iuſta cauſa.vol.ſecundo, & Henricus de Boucrio in verſi.compromiſſum.verſi. xv. & Bald.in l.de rebus.verſicul.idem no.quòd ignorans.ibi,& eſt arg.quod iuſta cauſa litigandi. ff. de arbi.& Roma in d.repe.de arb.verſicul.ſed an iuſta cauſa,cum aliis per Bernar. Land. in additione allegat.ibi,quod eſt notandum quia ſæpè contingit. 24
iuxta l.legaui.ff. de libe.legat. ¶ † Quarta quæſtio quod per petitionem iſtius reductionis aut appellationem debet executio laudi quò ad principalẽ rem adiudicatam ſuſpendi: quamuis ordinatio noſtra expreſſè nihil dicat:niſi de pœna ſoluenda poſt laudum per iudicem confirmatum, ſi ab eo appellatur:niſi quod qui de vno dicit ac exprimit, de alio negare videtur,l.cum prætor.ff.de iudiciis.& ita tenuit Abb. Sicu.in d.c. Quintauallis.in medio verſi. hîc annecto dubium notabile. Et hoc quo ad effectum differendi executionem, quoniam dicta petitio habet effectum ſuſpenſiuum.& ſic vim appellationis: dicto §.cum quidam.vt ſuprà dixi. & idem Imol.in d.conſi.cxxx.verſ.circa tertium.& Ant.de Butr.in conſil. incip. puto iudicem aditum.& Cuman.in d.conſi.vj.cum aliis ſequen. ſuprà allegatis. Sed contrarium tenuit Car.Floren.in d.c.expoſita. quòd non debet ſuſpendi executio laudi. Allegat. not.in c.literis.de in integrum reſtit.in glo. ſupplicauit.& ſufficit ſecundum eum, cùm hoc iure non 25
probetur.† Nec obſtat,vt inquit ipſe,quòd hæc petitio recurſus habet vim appellationis d.§. cum qui dam.quia non per omnia,vt ibi not.quo recurſu ad uerſus areſta vtuntur Delfinales & Prouinciales,vt per Guidonem Pap.Deciſ.nam iudex hoc caſu non aditur per viam appellationis.ſed querelam. & iſta inter ſe differunt,vt in cap.concertationi.de appellatio.lib.vj.Ad quem tamen reſpondent Abb Sicu. in d.c.Quintauallis.& Imo.in d.conſil. cxxx.ſed vltra dixi,quòd imo probatur de iure. Quoniã olim ſententia ſimplicis arbitri nullam de ſe merebatur executionem, nec producebat actionem, per not. in d.l.j.C.de arbitr.ideo erat neceſſe pœnam adiicere,vt pœnæ metu,quæ per ſtipulationem promittebatur,parentur ſententiæ,aliter non cogebatur,arbiter ſententiam ferre.dict. leg.non diſtinguemus. §.in ſumma.l.litigator.§.reo. Sed † hodie ſiue ſit 26
appoſita pœna,ſiue non ſit,datur actio.& ſententia demandatur executioni in duobus caſibus, ſcilicet ſi fuerit per pares emologata expreſſe l.ne in arbitris.§.quis autem. C. eodem, vel tacite per ipſum decem dierum,vt ibi,& l.cum antea.eodem titulo, vel ſi ſit iuratum in compromiſſo, dicta l. ne in arbitris.& iſtud vltimum videtur corrigi per authen. decernit.de arbitr & vnde ſumitur,authentic.de iudic.§.quia verò multæ. vbi hodie non fiunt arbitria cum iuramento. quod intelligunt gl. vtriuſque iuris in ſacramento per arbitrum non præſtando, & non profecto de ſacramento partiũ,vt ibi per gloſſam & Doctores, & in capitulo non ſanè. & in capitulo non tempore.eodem titulo.Licet enim interuenire non debeat,tamen ſi interueniat per partes,præſtitum,erit per iura ſuprà dicta ſeruandum, & tenet Ioannes Fabr.in dicta authentic.decernit. & in dicta l.cum antea.& plenè Baptiſta de ſancto Blaſio in dicto tractatu,de arbitr. quæſtione trigeſimaquinta,cum ſequent.& in quæſtione ſeptuageſimaſeptima,cum ſequent.& Cumanus in dicto cõſilio ſeptimo, & in conſilio quinquageſimo, & in conſilio centeſimotrigeſimotertio, verſiculo quantum vero ad ſecundam partem.& Lanfran.de Oriano in dicto capitulo,quoniam contra falſam.numero ſexto,verſiculo ſed in arbitratore,& Abb.Sicul. in capitulo primo, de arbitr. & Iaſon in repetitione legis admonendi. de iureiurand. tamen ſi fuerit appellatum,interim non exequitur.Et ità ſeruatur in iſto caſu in praxi,& ſtylo curiarum, niſi quo ad pœnam,vel niſi actum eſſet in compromiſſo,quod laudum exequentur Quod intelligo ſi per viam recurſus vel appellationis fuerit confirmatum, quòd pendente ſecunda appellatione interim mandari debet executioni. Contractus enim vel quaſi contractus ex conuentione partium legem accipiunt,l. j. §. ſi conuenit. ff. depoſiti. & ſuprà dictum eſt in verſiculo, & ſic videtur ſententiam arbitrorum. ¶ † Quinta quæſtio quæ videtur per præceden- 27
tes ſoluta,eſt,cui debet applicari talis pœna,ſi non pareatur per vnum ex litigatoribus ſententiæ arbitri aut arbitratoris.Et clarum eſt,quòd parti ſeruãti,& non fiſco,vt canit ſepradicta ordinatio regia. & tenuit etiã Bartolus in tractatu ſuo de arbitris, verſiculo ſed quid ſi arbiter eſt ſolus.& pro hoc textus in l.arbiter intra.& ibi Baldus.ff.de arbitris,vbi per illum textum, Baldus not. quòd licet in compromiſſo ſit data poteſtas arbitro condemnandi in aliqua pœna tam fiſco quàm parti applicanda,quod ſolum debetur illa pars, quæ venit applicanda parti,nec eſt locus iuri accreſcendi in pœnis.Quod inducit ibi ad quæſtion.ſtatuti,vt ibi per eum,& Albericus,& Baldus in l. non ex omnibus. in principio,eodem titulo,licet ſecus in iudice dicta leg.ſe-

cunda,§. finali,de iudiciis.& eſt ratio, quia arbiter etiam cum poteſtate non poteſt, quoniam partes quæ ſunt priuatæ non poſſunt quærere actionem fiſco, per textus in dicta lege arbiter intra. & lege prima, in principio. & ibi Albericus, verſiculo, illte text. multum facit pro quæſtion. ff. de iure fiſ
28 ci.† Vbi tamen diſtinguit an ex contractibus priuatorum acquiratur fiſco actio: quòd per pactum nudum non, ſiue etiam ſit perſona publica, ſed bene per ſtipulationem factam per perſonam publicam. vt tabellionem, & non per partem priuatam: tamẽ pro caſu noſtro, ſcilicet in arbitrio & partibus cõpromittentibus eſt text. in dicta leg. arbiter. infrà, quòd non vt dictum eſt, niſi interueniret ſtipulatio notarij recipientis compromiſſum, ſecundum opinionem Albericj, tamen adhuc non debetur, attenta ordinatione regia.

SVMMÆ.

1 *Procuratore litem conteſtante, an ipſe vel eius dominus debeat poſtea ad teſtes, & alia acta citari.*
2 *Sententia an in perſonam procuratoris vel domini ſit ferenda. & num. 3.*
4 *Procurator poſt litem conteſtatam non poteſt inuitus reuocari.*
5 *Procurator ſi poſt litem à domino conteſtatam aliquando compareat, an ipſe vel dominus ad alia acta ſit citandus.*
6 *Expenſarũ taxatione requiritur noua citatio partis.*
7 *Citari debet dominus procuratoris ad inqueſtas, & teſtium obiectus.*
8 *Procurator in quibus caſibus efficitur dominus litis, etiam vbi lis non conteſtatur.*
9 *Procurator an remaneat in cauſa appellationis & euocationis, &c. & num. 10.*
11 *Aduocatus an teneatur poſtulare in cauſa appellationis.*

Quæſtio CCLXXXV.

Quæritur, nunquid lite conteſtata per procuratorem, ſufficiat citare dominum ad teſtes producendos, & iurari videndum, vel actum qui fieri poſſunt, & requiruntur in iudicio, vel debeat idem procurator citari & adiornari ad prædicta faciendum, ſiue coram eodem iudice, ſiue coram alio, ſiue cauſa euocetur aut per appellationem deuoluatur, in eadem tamen ciuitate.

DECISIO CCLXXXV.

1  T† iſtam quæſtionem primò diſputauit Lãbertinus de Ramp. Bononienſ. doctores, & egregius aduocatus, vt refert Bartolus in l. furioſo. ff. de re iudicata, qui tenuit quòd procurator debet citari, & non dominus: primo quia procurator poſt litem conteſtatam, effectus eſt dominus litis & inſtantiæ, & poteſt conſtituere vel ſubſtituere procuratorem, l. q̃ quis. & l. procuratoribus. & l. nulla. C. de procurator. & idẽ amplè Fulgoſius in conſilio centeſimooctuageſimoſecundo, incipient. Titius fecit teſtamentum. ergo poſtquam eſt dominus, debet citari, quoniam ab initio dominus conſtituendo procuratorem ſe exguerrauit de conſilio, leg. prima. §. vſus. ff. de procuratoribus, & capitulo primo, de iudiciis, libro ſexto. cum non cogatur quis comparere perſonaliter inuitus niſi ex cauſa, l. penultima. C. de procuratoribus.† Secundum quia in perſonam procuratoris
2 ferenda eſt ſententia, l. prima. C. de ſententiis & interlocutoriis omnium iudicum. igitur ipſe citandus, & non dominus, quòd intellige de iure ciuili, quòd ſententia debeat concipi in perſonam procuratoris, tamen iure canonico poteſt ferri in dominum: ſecundùm Ioannem Andræam, in regula præſumitur. de regulis iuris, libro ſexto, quamuis citatio non poſſit fieri de domino omiſſo procuratore, ſecundum eum. Et idem dicit Baldus in dicto capitulo, in nomine domini. verſiculo quęro nũquid. de teſtibus. Roman. in ſuo ſingulari xx. incipient. quòd lex. j. capitu. de ſentent. vel etiam quando eſt cauſa in qua proceditur ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu, vt voluit Bartolus ſecundum eum in extra vagant. ad reprimendum. in verbo figura. licet glo. in capitulo querelam in verbo, œconomi. de electionibus. teneat quòd in perſonam vtriuſque debeat concipi. & ita dicit ſeruari.† Tamen contra- 3
rium ſeruatur in hoc regno tam in curiis ſpiritualibus quàm ſecularibus, quod dominus condemnatur vel abſoluitur, niſi in procuratore vel ſyndico ciuitatis vel vniuerſitatis: de quo vide per Doctores, & idem videtur in criminalibus. quod procurator non efficiatur dominus litis, nec verba ſententiæ debent concipi in perſonam ipſius procuratoris, ſed in perſonam domini, vt volunt Iacob. de Rauen. & Cin. in dicta l. prima, C. de ſentent. & Lucas de Penn. in l. multis. C. de princip. agentium in rebus. libro duodecimo. & Roman. in ſingulari ſuo incipient. accuſatus. in j. prout refert Ludouic. Bologni. in l. final. C. de iniur. quod ſingul. Roman. nõ inueni. & etiam Bologni. reprobat illud dictum, quia text. in dicta leg. fin. loquitur in perſonis illuſtribus, qui poſſunt agere & conueniri per procuratorem. dicta leg. penul. de procuratorib. cum ſua authentic. & idem Socin. in ſuis regul. in verbo, proc. quod fallit quoties, & verſicul. fallit in illuſtribus perſonis. per dictã l. final. de iniur. & pro hoc text. cum gloſſ. in l. prima. ff. an per alium cauſæ appel. & ideo etiam in criminalibus, in quibus poteſt interueniri procurator, efficitur dominus litis, ſicut in ciuilibus, tamen dominus condemnabitur, niſi ob infamiam euitandam procurator condemnetur, l. furti. §. ſi quis alieno. ff. de his qui notantur infamia. infrà dicam.† Tertiò quòd ipſe dominus non 4
poteſt poſt litis conteſtationem reuocare procuratorem ipſo inuito ſine cauſa ſupernenìente, dicta l. procuratoribus. & l. poſt litem. ff. eodem. & capitulo ſecundo. eodem titul. libro ſexto. quamuis dominus adeſſe poſſit cauſæ vel citatus ſpontè comparere ipſo procuratore patiente & non contradicente: & nihilominus valebit proceſſus, ſecundùm Bartolum, & Alexandrum. in dicta l. furioſo. pro quo eſt text. ſecundùm Abbatem, Siculum, in dicto capitulo, in nomine domini. in capitulo ſi quem. iuncta gloſſ. in verbo poſt litem. de procuratorib. lib. ſexto, vbi text. dicit, quòd ſi dominus cõſtituit procuratorem ſimpliciter, & poſtea ipſe compareat, videtur eo ipſo reuocaſſe ipſum, niſi proteſtatus fuerit, vel aliud per coniecturas appareat. Probat ergo ille text dominum poſſe validè per ſe comparere, & tacitè reuocare procuratorẽ: ſed ſatis erit quòd procuratori non contradicat, vt dicit ibi gloſſ. & idem Socin. & Doctores in locis infrà allegandis. Aliàs ſi dominus deberet citari, ſequeretur quòd fruſtra eſſet conſilium, l. furti. §. qui alieno. ff. de his qui notantur infamia. quia dominus cogeretur inuitus pati ſententiam, & per conſequens infamiam: & hoc in priuatis debitis, ſecus in publicis, in quibus procurator non interuenit, ſecundùm gloſſ. in leg. ſeruum quoque. §. publicè. quam ibi ſequuntur Doctores. ff. de procuratoribus. & gloſſ. Bald. & Salicet.

licet.in l.reos C.de accuſationib.& iſta eſt commu nis opinio,vt dicit Socin.in capitul.veniens.in ſecũ da princip.quæſtion.verſicul.octauò quæro, de ac cuſa.& ipſum de Rampo.ſequuntur Bartol. Angel. Imol.Roman.& Alexand.in dicta l.furioſo.& Bald. & Salicet. & Iacob. de ſancto Georgio. & Paul.de Caſtr.in dicta l. g.procuratoribus.& Bald.in leg.ſi quando.in vij.quæſtion.C.de teſtib.& in capitul. j. verſicu.ſed Ber.vt lite non conteſta.& Bart.in d.l. j.de ſenteut.& interlocut.omnium iud. & Io. And. Bald.Abb.Sicu.But.Imo.& Franc.de Are.in ſecun da quæſt.in d.c.in nomine domini.& ibi idem Fel. in vj q.vbi ponit & diſtinguit tres caſus, de quibus doct. prædallegati fecerant tres q.Et idem tenet Do mini.de ſancto Gemin.capit ſi quem.§.ſecus.in vj. not & Philip.Francus in vltim.not.de procura.lib. vj.& Ingu.Socin.in tractatu.de cita.in v.prin. arti. q.iiij.verſi.circa ſecundum membrum.vbi dicit idẽ 5 tenuiſſe in clem. caſa.in. de lectio. † Sed vbi aliquando ſecundùm eum dominus comparuiſſet per procuratorem,qui nunquam litem fuit cõteſtatus, ſed ipſe dominus.& hoc caſu poſito quòd per cõparitionem domini procurator non eſſet reuocatus.per notat.in d.ca. ſi quem & licet etiam dominus de neceſſitate amplius non ſit citandus, vt dicit Bart.in l.j.C.de iure reipub. lib.x. Tamen arbitratur dominum poſſe citari: & ſic ſecundum eum iſto caſu poteſt citari tam procurator quàm dominus Sed in præcedenti caſu procuratore lit.conteſta.ipſe procurator,& non profectò dominus citandus erit, vt dictum eſt. Et iſta eſt omnium opinio nemine diſcrepante. ſed limita illam concluſionẽ ſecundum Bal.d.in d.cap.in nomine domini.verſic. quæro nunquid.niſi procurator eſſet abſens, vel aliter impeditus:aut ſi etiam declarauerit nolle comparere:& tunc debet dominus citari.allega.text. in §.ſi verò aliquis.inſtitut.de ſatiſda.& in cap.j. vt lite non conteſtat & iſtam limitationem ibi bis ponit. & eum ibi ſequitur Felin.nihil vltra allegando. Sed idem tenent Domin.de ſancto Gemini.& Philip.Franc.in dicto capitu ſi quem.§.j.per illum text. iuncto fine, cum caſibus exceptis, dum dicit,ſi ſit præſentia opportuna.& Iac.de ſancto Georg.in dicta leg.procuratoribus.ſe quendo Dominic. & idẽ ibi dixerat Bal. dum vult quod ſi procurator ſit monitus,vt faceret comparere principalem ad ſententiam audiendam.quòd valet ſententia neutro comparente,d.§ ſi verò aliquis.de ſatiſdat. Et hæc opinio ſeruatur in curia, quando alicuius procurator reſpondet ſuper aliqua requeſta pendente proceſſu.vel eo finito intra annum tamen porrecta,contra dominum & magiſtrum ſuum, non habere ſuper hoc mãdatũ nec memoralia: quia probabiliter poteſt ignorare defenſiones ipſius domini, argum. l.qui in alterius.ff.de reg.iur.datur ei cõpetens dilatio ad ſuper ipſo incidẽti deliberandũ, & ſuæ parti notificãdũ.& not.Inn.c.dilectus.& ibi Bal.& Abb. Sicu.de procurator.& in c.pertractandis.de iurã.calum.& Ioan And.in c.ij.in gloſſ.magna.in ſi. de cõceſſ.libr.vj. & quod not. Cin. in l.ij.quinta q C.vbi in rem actio.& in authentic.quia in prouincia.vbi de crimine agi opor.& Spec.in tit.de dilat. §. vlti. verſi.ſeq.quæritur.& Luc.de Pen.in l.multis.verſi. procuratores.C.de princ.agentium in reb.libr. xij. dicens etiam quòd hodie cauti & aſtuti procuratores in curia Romana, ne valeant vigore generalis mandati pro abſente domino conueniri,proteſtantur teſtimonio publico,quando recipiunt procuratorium,quod nõ recipiunt niſi in cauſis deuolutis, & quæ ſui natura in curia ſunt tractandæ, nec ad alia adſtringere ſe intendunt,d.l.inuitus.& clement. in eod.titul.alias cùm ſit eadem cauſa & idem forus,d.l.qui proprio.§.item quæritur.ff.de procura. tenetur comparere,vt infrà dicam in alio membro de appellatione proſequenda. † Niſi in taxatione 6 expenſarum; vbi requiritur citatio partis, quia eſt alia & diuerſa inſtantia, cum fiat poſt tempus primæ inſtantiæ ſuper facto principali:quod non eſſet ſi eſſet eadem cauſa,vt voluit Paul.de Caſt. in conſil.xij.incipient.tota diſputatio iſtius proceſſus, & in conſi.xvj.incipient.ſi ponderetur. volum. antiq. † Et idem etiam ſeruatur ad faciendum inqueſtas: 7 quod partes citantur coram iudice aut commiſſario: quia ſi procurator tanquam dominus litis ad hoc citaretur,tamen non cognoſceret teſtes contra dominum ſuum productos, & per conſequens non poterit bonos & ſufficientes obiectos dare. Quare per ordinationes regias ordinatũ eſt dominum fore citandum,vt in ordinatio.Carol.vij. arti. cxvij.& Ludouic.xij.arti.Et idem ſi altera partium pendente proceſſu moriatur,quod hæres vel poſſeſſores citantur,quamuis morte domini non expiret mandatum,tanquam re non integra,dicta l.procuratoribus.& l. nulla.& ita habetur in ſtylo parlamẽti.titu.de adiorna. Nota tamen quod vbi in executione ſententiæ aut arreſti aliquis tanquam procurator comparuit, efficitur dominus litis quamprimum incipiunt litigantes tractare de meritis cauſæ,vt voluit Cardi.in l.ab executore.ff. de appellat. & Alex.in conſi.clvij.numer.x.lib.vj.† Quia in hoc 8 caſu & aliis caſibus ſummariis clem.ſæpe. de verborum ſignifica.in quibus lis non conteſtatur, procurator efficitur dominus litis.& idem dixit Bar.in dicta l.nulla. per illum text. quem ibi ſequuntur Bal. Salice.Paulus de Caſtr.Franciſ.de Are.in vltim.nota.quam legunt cum d.l. procuratoribus. & Iacob. de ſancto Georgio in principio. & Iaſon in primo not.poſt Abb.& idem Bald.& Franc.de Are.in l.arbitramur eod.tit.& Felin.in cap.exceptione. verſi. iij.intellige niſi eſſet cauſa,in qua de excep.& in c. inſinuante.poſt Abba Sicul.de offic.delegat.cum aliis per eum allega.Dicit tamen Iaſon in d. l. nulla. quòd regula prædicta quamuis ſit in ſe vera,tamen non probatur per textum in d.l. nulla. Et ſic nota, quod inſtantia his caſibus currit in die quo partes cœperunt litigare,quæ habetur loco cõteſtationis, vt ibi,& gloſſ.& Docto.in c.j.in verbo aſſentiat.de election.lib. vij.† Sed ſi per euocationem,vt l. iudi 9 cium ſoluitur.ff.de iudi.& capit.vt noſtrum. de appel.aut per appellationem ad alium ſuperiorem iudicem, ad quem eadem cauſa deuoluatur, an tunc teneatur procurator comparêre.Et circa hoc membrum gloſſ.ſunt contrariæ.nam in dict.l.inuitus.de procuratoribus. in verbo, extendere. dicit quòd non,ſed in d.l.ſecunda.an per alium cauſæ appella. tenet quòd ſic, ſi vult dicens quòd ſub iudice lis eſt. ¶ Vnde concludendo dicendum eſt ſecundum communem opinionem in d.l.inuitus.& in d.l.ij.& in c.non iniuſtè.quòd non tenetur inuitus proſequi appellationem à diffinitiua interpoſitam,vt eſt tex. in dicto ca.non iniuſtè.& ita concludunt Odofred. Cin.Ioahn.Fab.Alberic.Barto.Bald. Angel. Salice. Paul.de Caſtr.Alexand.Iac.de ſancto Georg. & Iaſon in d.l.inuitus.& in l.ſi actor.C.de appel.& Inn. Colle.Ioan. And.Car.de Zab.Henr.Bohic.Imo.& Abb.Sicu.in dicto c.non iniuſtè.& Bald.in d.c.primo. verſi.quæro ecce procurator.& Paul.de Caſtr. in conſil.xij.quamuis teneatur appellare, nemo ne-

Digitized by Google

gat,vt dicit gloſſ.in d.l.inuitus. Quod vltimum limitant Doctor.ſuprà allegati,niſi ad vnum actum fuiſſet procurator conſtitutus, puta ad audiendam ſententiam,quia tunc non tenetur appellare,l.liberto.§.item.ff.de negotiis geſtis. & tenēt domini de Rota in Deciſio.lxiij.aliàs eſt deciſ.v.incip. nota q̄ vbi procurator.de procura.in antiq.licet in recollectis per Ber.de Biſgneto teneant contrarium.in tit. de procura. in ij. quia hoc eſt vicinum mandato. Quos ſequitur Felin.in ca.caſum quæ.verſi. ſic etiā dicit Rota.de re iudicata.& incip. cum olim. & in verſicul. fallit quartò.de offic.delega.vel etiam niſi procurator iuſtè ſuccubuiſſet, cùm debeat bonam fidem agnoſcere,exemplo tutoris, l. quoties. §. ſicut.de adminiſtratione tutor.tenent Cin.Ray. Bal. Ange.Salic.& Alexand.in dicta l.inuitus.& ibi Iac. de ſancto Georgio.ver.no.ſecūdo. & in dubio præſumitur iuſtè ſuccubuiſſe.capit. in præſentia.de renuntiatio.& l Herennius.§. Gaia.ff.de euictio.quāuis Butr.& Imol.in dicto capit.non iniuſtè.teneant
10 contrarium.† Sed primum quod non teneatur proſequi appellationem, limitant quatuor modis.Primo in appellatione ab interlocutoria,quæ interme dias cauſæ actus, q̄ non dum finem imponit,quia tunc tenetur proſequi, ſecundùm Cinum, Bartol. Franciſc.de Arc.Paul.de Caſtro,& alios ſuprà allega.in dicta.l.inuitus.& Bartol.in l.non cogendum. §.primo.in fine.ff.de procura.& in l.cum procurator.in fin.princip.& ibi Paul.de Caſtro.Alexand.& Iaſon. ff. de noui operis nuntia. & pro hoc l. ad rem mobilem,& l.ad legatum.ff.de procurat. quia eſt de appendentiis primæ cauſæ. l. qui proprio. §. item quæritur.eodem titul.Et iſtud eſt verum,ſi in eodem loco appellatio interpoſita ab interlocutoria veniret tractanda,ſecus ſi in alio loco remoto: quia tunc non tenetur proſequi,vt l.ſed hæ. §. non ſolum.ibi,in eadem prouincia, cum verſiculo ſeq. & ibi Bal.in vltimo nota.ff.de procurato.& l.ſanci mus.ibi,in eodem duntaxat loco.C.de aduoca. diuer.iudic.& tenet Cin.Ioan.Fab.Saliee.Fulgo. Iaſ. Alexan.& de ſanct.Georg.in d.l.inuitus allegantes Specul.in titul.de appel.§.j.ver. illud autem notandum eſt.& Iaſon dicta leg. cùm procurator.in fin. princip.& Imo.l.primo.quod dicunt Doct.eſſe notādum pro appellationibus ab interlocutoriis, quæ quotidie ad curiam Roma. interponuntur. & idem Innocen.in d. cap.non iniuſtè. & ibi Collect. verſicu.ſed nunquid.& idem Abba.Sicu. ibi, verſicul. item intelligetex.vbi refert Hoſtien.dicere curiam
11 Romanā ita ſeruare: & idem ſeruatur vbique. † Et idem eſt in aduocato, quòd non tenetur poſtulare in cauſa appellationis extra locum vel prouinciam,ſecundum gloſſ.Bart.& Alberic.in d.l. ſed & hæ.§. non ſolum & Doctor. in locis ſuprà alleg.& Alberic.in d. l. qui proprio. §. item quæritur.in vltima quæſtion.& Ioann.Fabr.in d. l. inuitus. Igitur tenebatur hîc procurator comparere, cum in eadem ciuitate cauſa & proceſſus coram iudice Admirabilis ſeu Admirati fuiſſet euocatus,niſi declaraſſet nolle comparere,quia tunc dominus tenetur comparere,vt dictum eſt.Ideo per arreſtum fuit dictum in cauſa cuiuſdam Ioan.Bienuenu contra Gulielmum Roux,& Stephanum Rouſſeau,ex quo procurator ipſorum ſic declarauerat,quòd partes non habito ad proceſſuram Seneſch.ſeu eius locumtenen.reſpectu venirent in curiam, iuxta & ſecundū vltima dicta Admirati iudicis arrementa proceſſuræ.Et latum fuit arreſtum die xj.aut xij.Martij,Anno 1525.Secundò fallit & limitatur dicta regula, ſecundum Doctor.in dicta leg.inuitus.in procuratore conſtituto ad omnes cauſas. Tertiò fallit in tutore & curatore,vt leg.prima.C.vt cauſæ poſt puberta.tutor adſit.& dicta leg.ſi actor.& eſt ratio, quia mandatum eorum eſt generale ad omnes res,& ad omnia loca,ſecundùm Cin.Ioan.Fab.Paul.de Caſt. Iacob.de ſancto Georgio.& Iaſo.in dicta leg. inuitus.niſi reddiderint rationem & reſtituerint inſtrumenta minorum,quia tunc non tenentur proſequi proceſſus inchoatos,leg.negotiorum.§.j.& leg.tutor.& ibi Barto.& Alberi.ff. de appellatio. Quartò fallit in cauſa reſtitutionis in integrum, quam procurator proſequi & defendere tenetur dicta l. qui propria.§.item quæritur.reliqua vide per Doctores ſuprà allegatos.

SVMMÆ.

1 *Archidiacono plures in eadem eccleſia eſſe poſſunt.*
2 *Dignitas eccleſiaſtica quibus ſignis dignoſcatur. & nume.4.7.& 9.*
3 *Dignitatem de iure communi ſonant ſolummodo Archidiaconatus & Archipresbyteratus.*
5 *Archidiaconatus eſt prima dignitas.*
6 *Dignitas aliquando eſt ſine cura adminiſtratione ſpiritualium.*
8 *Dignitas quæ dicatur maior.*
10 *Perſonatus incōpatibilitas eſt ſicut beneficij curati.*
11 *Dignitates plures habere diſpenſatus, non intelligitur in eadem eccleſia.*
12 *Dignitatis & perſonatus differentia.*
13 *Perſonatus quid.*
14 *Archidiaconatus eſt incompatibilis cum beneficio curato.*

Quæſtio CCLXXXVI.

Magiſter Ioann. Terrenii duo habens beneficia curata,ad quæ duntaxat legitimè extiterat diſpenſatus:& tandem in eccleſia collegiata Manſis Agenienſis diœceſis.Condonenſis obtinuit Archidiaconatum, quem cum curiis prædictis annis quinque alia diſpenſatione tenuit:vſque quo prioratus iamdictæ eccleſiæ collegiatæ(qui eſt prima & principalis dignitas) fuit ſibi collatus:ad quem vnà cum prædictis curis per Papā temporum fuit diſpenſatus,vniendo eadem beneficia,nulla facta mentione de tempore quo prædictum tenuit Archidiaconatum. Et nunc obiicitur ſibi per Ioan. Carelmentrant actorem conquerentem, & Ioannem Dulcis reum opponentem,quòd Archidiaconatus prædictus erat,& eſt dignitas,& per conſequens incompatibilis:illo in contrarium reluctante,& maximè quòd non eſt in eccleſia cathedali, ſed collegiata,nullam habens curam animarum:licet præeminentiam poſt priorem in choro & capitulo habeat ſedendi. Quæritur quid iuris.

DECISIO CCLXXXVI.

PRAESVPPONO † quòd in eccleſia cathedral.aut collegiata poſſunt eſſe plures Archidiaconatus & aliæ dignitates,& tamen non erit niſi vnus qui habeat nomen eccleſię,& cęteri ſingularia habebunt nomina, vt capi. quoniam Abbas.& ibi Hoſt.Abba.Sicul.& Conſic. Barba.& Felin.de offi.deleg. & cle.vt hi.de ætāt.& qualita. vt latè dixi in conſil. lxx. incip. & primo quam ad primam quæſtion. vbi vide. & etiam quæ ad eiuſdem Archidiaconatus officium ſpectant.† Hoc habito circa hanc quæ.decidendā,Archidia.in c.j.de conſuetu.lib.vj.quem ibi ſequuntur Ioan.And.Domi.& Philip. Fran.& Card.de Zabarel.in capitu.de multa.verſicul.hoc idem,& ibi Anchara.& Abb.Sicul.verſiculo extra gl.de præbend. &alij.Doctor.infrà allegandi ponunt tria ſigna,per quæ co-

quæ cognoſcitur quem habere eccleſiaſticam dignitatem. Et idem Franc. de Are. in conſil. xxiij. incip. in præſenti conſultatione. non ſequendo ordinem. dicens hanc quęſtio. eſſe claram. Et ſecundum eos primum ſignum eſt, quòd ſi is qui habet officium præeſt adminiſtrationi cùm iuriſdictione, dicitur habere dignitatem in c. volumus. lxxxix. diſt. & c. epiſcopus gubernationem. lxxvij. di. cũ aliis per ipſos alleg. & bo. tex. in capitulo literas. de reſtitu. ſpol. vbi loquitur de Archidiacono eccleſiæ maioris Bituricen. qui habet iuriſdictionem, & concurrit cum Archiepiſcopo in cognitione cauſarum ciuilium & criminalium, vt hoc vidi ibi practicans. † Quia ſecundum Franc. de Aret. in d. conſil. xxiij. verſicul. ſecundo præmitto. nulla nomina officii eccleſiaſtici de iure communi ſonant in dignitatem, niſi archidiaconatus & Archipresbyteratus. allegat Rotam in deciſ. cccclxij. quam non inueni. Sed Felin. in rub. de maio. & obe. allegat Rotam in nouis tit. ie elect. in iiij. Deciſ. ſed eſt cccclj. incipien. fuit dubitatum vtrum præpoſitura. & dixi in tractatu de authoritate magni conſilij & parlamenti regni, in prima magna additio. quod tamen ipſe Fran. intelligit de officiis eccleſiaſticis citra epiſcopum, quia in illis duobus ſolis de iure communi poſt epiſcopum competit præeminentia iuriſdictionis: ſed non loquimur in Archidiacono eccleſiæ collegiatæ, vt infrà dicam. ¶ † Secundum ſignum eſt, quando officium, de quo quæritur, habet nomen quòd de iure communi ſonat in dignitatem: quia vocatur Archidiaconus, & ſic de aliis: licet de more & conſuetudine eccleſiæ nullam habeat adminiſtrationem neque iuriſdictionem. Exemplum ſecundum ipſos Archidiaconatu Parmenſi, qui ſecundum Inn. in d. c. de multa. quaſi nullum officium Archidiaconi facit in eccleſia. Et idem dicit ibi Hoſtien. in verſicul. hoc idem eſſe archidiacono eccleſiæ Ebrudunen. quem primò in quadam inſtituit eccleſia, dum curam illius eccleſię teneret. & idem tenet de Zabarel. in dicto verſicul. idem. in v. quæſtion. & in clemen. vt hi. §. j. in primo not. de ætate & qualitate. & ſingulariter in conſil. xxx. incipiente, in hac dubia quæſt. verſic. item eſt dare talem dignitatem. & idem Feli. in cap. ex literis verſicu. & de illo dicto. de conſtitutio. & dixi in dicto conſil. lxx. & idem Abbas Sicu. in d. c. de multa. ver. ſecunda concluſio. vbi idem dicit eſſe in archidiacono Senenſi. Et ibi ponit ſeptem concluſiones ad cognoſcendum dignitates: quamuis ſecundũ de Zaba. in d. conſi. xxx. videatur mirum, quòd quis tanquam maior ſit in collegio, ſeu principalis, & non habeat iuriſdictionem & curam collegij: ſed optimè ſtare poteſt per ſigna hic deſignata. Vnde ſecundum eum in d. c. de multa. verſicu. hoc idem. in v. q. multum circa hoc debet ponderari nuncupatio. & communis reputatio, vt ſtatim dicam. Quare Inno. ibi dicit, quem ibi ſequuntur Hoſt. Ioann. Andr. de Zabarel. Anchar. in quarta quæſt. & Abbas Sicul. quòd ſi conſtitutus in aliquo beneficio multa miniſteria faciat alicuius dignitatis, & tamen nõ reputetur dignitas, non cadit in pœnam conſtitutionis capi. de multa ſicut ſunt præpoſiti Tyronenſes & Carnotenſes. Et idem in præpoſito eccleſiæ Tarrachonen. licet ſede vacante habeat adminiſtrationem archiepiſcopatus, cuius adminiſtratio non arguit præpoſituram curatam eſſe, ſecundum Old. in conſi. ccxxj. incip. de toto themate. verſic. quarto obiicit pars. vſque ad finem, quem ſequitur Albe. in prima parte ſtatu. q. cxlviij. inci. Eccleſiæ cuiuſdam archiepiſcopalis ſtatuto cauetur, quia poteſt eſſe dignitas tenuis in eccleſia, vt dicit tex. in c. vltim. ibi, dignitatem tenuem, de renun. lib. vj. aliàs autem ex quo reputatur dignitas, eſt incõpatibilis. Quinimo † archidiaconatus eſt prima dignitas habens iuriſdictionẽ, & tenens vicem Epiſcopi, vt in c. j. & c. ad hæc. de offic. archidiaco. & gloſſ. in d. c. de liberatione, de offi. leg. lib. vj. Et ſi de conſuetudine dignitas perpetua archidiaconatus non habeat iuriſdictionem, tamen illud nomen eſt de iure communi dignitatis nomen, vt dictum eſt, ſi cum illo nomine habeat ſedendi prærogatiuas, tam in chòro, quàm in capitulo cum aliquo temporali: quia, † vt dictum eſt, dignitas bene reperitur ſine cura & adminiſtratione ſpiritualium. d. c. j. de conſuetud. & in cap. j. de ætate & qualita. & cap. ſuper eo. & c. cum in illis. in princ. de præben. li. vj. & in cle. j. & cle. ſi plures. de præben in ca. dudũ. in ſecundo. de electionib. & idẽ domini de Rota in Deci. cccexlij. aliàs deciſ xvij. de conceſ. præben. incip. fuit dubitatũ vtrum ſi habẽs gratiam. in nouis. loquentes de Decãnato eccleſiæ collegiatæ, & etiã de archidiacono eiuſdẽ. †† Tertium ſignum eſt, quando de conſuetudine vel conſtitutione eccleſiæ habetur pro dignitate cap. conſuetũdo. xij. diſtin. & c. cùm olim. de conſue. & Bal. in effectu. in conſi. cccxxxv. inci. archidiaco. volum. iij. vbi ponit de archidiacono, qui habet maiorem dignitatem, qui præfertur propoſito. dicens, inter alia dicta ſua ſingularia, quòd quando ſunt duæ dignitates diuerſæ ſpeciei, vt eſt archidiaconatus & præpoſitura, tunc † ſi quæritur, quæ ſit maior dignitas hominis, dicit, q̃ faceret comparationem. Nam maior is dicitur, qui plurimum poteſt. maior enim ab honore & excellentia dicitur cui ſecundùm ſtatum dignitatis, maior debetur, & exhibetur honor in ſedendo, in ſcribendo, & ſimilibus, vt l. j. ff. de arbo. cæden. Itaque gradus excellentiam oſtendit, & conſuetudo nobilem & eximium facit, l. honor. §. j. ff. de muneribus & honoribus. Item illa eſt maior dignitas, quæ pro magno beneficio datur, & quam generaliter homines exiſtimant eſſe maiorem. l. athletas. verſi. Celſus. ff. de his qui notan. infamia. & idem Alexand. in conſi. cxlij. incipiente, viſo proceſſu cauſæ. lib. vj. vbi ponit de archipresbytero & archidiacono eccleſiæ Paduanæ. & idem ponunt Doctor. ſuprà allegati in eccleſia Pictauien. & beatus Anto. in ſua ſumma. tertia parte. titu. xv. capit. j. §. xj. & Ioã. de Selua in tractatu beneficiorum. in prima parte quæſt. ij. verſi. & ſigna tria. & idem dicunt domini de Rota in Deciſio. cccclj. aliàs deci. iiij. tit. de electio. incipiente, fuit dubitatum, vtrum prępoſitura alicuius eccleſiæ collegiatæ. in nouis. † dicentes illam eſſe dignitatem in qua concurrunt tria. Primò, quòd ſit electiua. Secundò, quòd habet adminiſtrationem bonorum temporalium. Tertiò, quòd habeat prærogatiuã in ſtallo chori, & loco ac voce capitulari: concludentes rationibus prędictis decanatum & propoſituram eccleſiæ collegiatæ eſſe dignitates, ſed decanatum eſſe maiorem & principaliorem in dignitate prædictæ eccleſiæ: præſertim propter iuriſdictionem & curam, quam habet in canonicos, & cæteros clericos eiuſdem eccleſiæ. Et in illis duabus deciſionibus loquuntur in eccleſia collegiata, pro quibus eſt textus in capitu. ad aures noſtras. ibi decani, archidiaconi, præcentores & c. de reſcriptis. & ibi Barbatia in ſecundo notabili. & Dominic. de ſancto Geminiano in conſilio centeſimoprimo incipiente, quo ad primum. quod quidem reperitur in conſilio cxxx. incipient. de ver-

bo ad verbum.& aliquid dixi in tractatu.de authoritate magni consilij & parlamentorum regni.in secunda additione magna.& idem beatus Anton. in dicta sua summa.parte iij.titu.xix.c. vj.§. j. & in capitu.sequenti.vij.§.j.vbi in dicto cap.vj.§.primo. dicit secundum Augustl.de Anto. quod si archidiaconus eligitur a collegio vel vniuersitate,& confirmatur per episcopum, tunc habet iurisdictionem ordinariam de iure, vt probatur in c.j. & cap. perlectis.& capit.vltim.xxv.distinctio.Quorum quidem signorum duo vltima in casu nostro habet archidiaconatus dicti Terreni. Primo, quia vltra nomen iuris habet prærogatiam,sedendi tam in choro quam in capit.Secundo habetur & reputatur de consuetudine dignitas,& conferri consueuit vt dignitas,vt probatum fatterge faciebat incompatibilitatem,vt dictis iuribus.† Et posito quod archidiaconatus esset sine iurisdi. & administratione, & quod non esset dignitas,tamen esset personatus,& sic incompatibilis,vt dixit in text.in d.cap. dudum. ver.sed cùm in rure confessus.ibi.quam si non haberet negare non potest, quin personatus existat. Cũ idem de personatibus quod &de beneficiis curã animarum habentibus iudicium sit habendum,&c. Licet aliqui libri habeant tex.aliter loquentem,sed ille est verus tex. secundum glosl. & Doctores ibi, insuper Abbas Sicul.ver.no.ibi,negare non potest. & omnes in d.capit.de multa. §.vltim. & ibi glosl. in verbo,in eadem ecclesia:ita quòd pœna illius ca. & extrauagan.Ioan.xxij.execrabilis.habet locum in isto talem possidente personatum,sicut si curatum hab.ret beneficium. & illam glosl. sequuntur ibi Hostien. Zaba. post Tanc. in dicto versicul. hoc idem in j.& ij.q.& idem Anto.de Butr.& Imol. per text.in dicto c.dudum.non cauillando tex.& etiam Petr.de Anch.in octauo not. & maximè in eadem.

11 Ideo † secundùm Ioan.And & Doct.ibi si quis dispensatus fuerit ad plures dignitates obtinendas non intelligitur de dignitatib.eiusdem ecclesiæ,nisi exprimatur.& illam glo.sequitur Abba. Sicu.ibi, versi.in glosl. le Zabar.in d.consil.xxx. & omnes in ca. adhæc. de præb.& Domi.de sancto Gemi.in d. consi.cj.vers.ad secundum.Quia dignitas officium, & personatus sunt idem & synonyma idem significantia d.c.dudum.c.de multa.& d.cap.ad aures.& ibi Barb.in ij. notab. & Decius in primo. & idem in c. cùm accessissent. de constitutio. & ibi latius Barba.versi.not.ibi, illius personatus. & Decius in primo notabi.& hoc etiam probatur per text. in d. cap.j.de consuetu.lib.vj.& aliis iuribus suprà allegatis.& de Zabar.in d.ca. de multa.versi.hoc idem in v.q & Io.And.ver.dignitates.Collecta.ver.sed quæ est differentia.& Henric.Bohic.versi.si per cap qui ponit, quæ sunt beneficia. quæ de iure simul teneri possunt,& quæ non & idem Imol.ibi,versicu.& ex prædictis habes.& text. pro hoc in d.clemen. vt hi. §.j.& ibi de Zabar.& tex.in dicto cap.ad hæc. & in

12 ca.ex parte.de rese.ibi Bal.† Quamuis secundùm aliquos doctores suprà allegatos sit differentia inter dignitatem & personatum, quia dignitas est quædam præeminentia cum administratione, d. l. honor.Personatus verò,est quidam honor sine administratione,vt l.ad rem publicam.ff.de munerib. & honoribus,& ita dicit Oldra.consilio cl.incipiente, in ecclesia Valentina.versic. secundò attendendum quòd, & pro istis est text. in dicto capitul.dudum. & aliisiuribus suprà alleg.Tamen quicquid sit,quò ad incompatibilitatem sunt idem dignitas, personatus,officium, & cura animarum, vt ibi & dicta extrauaganti.execrabilis.† Quia personatus(vt in- 13
quit Bal.in dicto cap.dudum.versi.item nota.) est quædam excellentia in ecclesia cum administratione annexa gradui, & quod secundùm Magistrum sententiarum persona est :idem quod per sonans: quia comparatione ad alias ecclesiæ personas dicitur,quæ plus sonat.& idem Bal.in dicto capit.cùm accessissent.versicul.ibi.primicerius.vbi dicit quòd in hoc debet attendi consuetudo cleri. Iarge tamen quilibet curatus potest dici persona ecclesiastica, sed impropriè:quia officium personatus potest esse sine cura populi.dicto cap.dudum. & capi. de multa. Vnde recurrimus secundum eum quem sequitur Barba. ad vulgare locorum idioma. Quamobrem dicit textus in dicto capitul. primo de consuetud.libr.vj.ibi, quocunque nomine censeatur,ad denotandum,quòd secundùm diuersas prouincias diuersimodè denominantur. & idem dicit glosl.in re.ij. cancellariæ apostolicæ. in princip. & hoc modo secundum Bald.& Barb.in dicto capitulo cum accessissent,primiceriatus est dignitas, si in cap.& conuentu,in quo præest primicerius,habeat prærogatiuã.Et idem dicit Alex.in consi.lxxvij.incipiente,in causa & lite.versi.& ad istud ostendendum lib. ij. Vnde omnes habentes authoritatem aliquam supra capitulum ecclesiæ collegiatæ,dicuntur habere dignitatem. Ideo dignitas secundum eos dicitur in habendo, & officium dicitur in exequendo.& cura in ecclesia,& cura possessionum.& quot dignitates sunt temporales, & totidem spirituales,vide per Bald.& Barba.in d. c. cùm accessissent.Et circa personatum Barb.alleg.Guli.de Monte Laudu.in dicta extraua.Ioan.xxij.execrabilis.super versi.personatus.& Dominicus.in d.ca.j.de consuetu. † Et sic iste archidiaconatus ecclesiæ Mansi 14
prædicti Agenensis non potest canonicè teneri cũ alio beneficio curato, licet non habeat curã animarum propriè vel impropriè, sed solum nomẽ iuris. Cum communiter talis reputetur & nuncupetur, ac tanquam dignitas conferatur.Et idem Barba. in consi.lviij.versi.capio nunc vltimam dubitationẽ. vol.primo,vbi vult consuetudinẽ non posse disponere, quod personatus qui reputatur dignitas in ecclesia.sit de numero beneficiorum compatibiliũ quin semper sit incompatibile,quod est fortius, & notandum. Vbi verò in ipsa ecclesia collegiata essent prior aut decanus, & duo intitulati qui ministrant populo sacramenta, & exercent curã animarum,vt est Bononiæ in ecclesia sanctæ Mariæ maioris,tunc in istis duobus non habet locum d.cap. de multa.& capitulum,licet canon.de elec. & similia. cùm non sint ibi vt prælati, sed vt perpetuò beneficiati,vt no.in ca.cùm non ignores.de præb.& ibi Host.& tenet Arch.in dict.c.licet cano.& Oldr. in consil.lxij.& Anch.in consil. lix. incip. in publicis. versicu.pro confirmatione.& ita per maiorem partem conclusum fuit. Sed quia iste Terreni collato sibi prioratu prædicto Mansi Agen. obtinuit à Papa dispensationem de vniendo,& admittendo, seu incorpotando beneficia curata prædictis dignitatibus quò ad vitam : & ad istud probandum produxit solam signaturam, quæ nullam faciebat mentionem de tempore quinquennij, quo tenuit tria beneficia incompatibilia sine dispensatione:& sic debebat poni extra processum, & dictus Dulcis manuteneri respectu illius. Et egò solus fui in illa opinione : aut quod saltem recredentia debebat adiudicari prædicto Terreni : quia licet eius dispensatio vnionis nullam facit mentionem de tempore quo

pore quo prædicta duo beneficia tenuit cum archidiaconatu: tamen quòd in expeditione & groſſatione bullarum in vim clauſulæ generalis Papa eum rehabilitaret,& ad longũ illam inſereret &c. pro quibus facit deciſio formalis Felin.in rubrica.de conſtitutio. & rationem dicit eſſe, quòd licet ſupplicatio ſignata habeat fundamentum neceſſarium, tamen ante confectas literas eſt quædam res informis, quæ poſtea eis cõfectis reducitur ad ſuum vſum perfectũ per adiectionem clauſularum. Et hinc eſt ſecundum eum, quòd ante confectas literas nulla diſpenſatio prodeſt,vt in regula cancellariæ Romanæ. quæ incipit,item cùm cõceſſiones: quia multa petuntur,quæ poſtea ex ſtylo limitantur, quando reducitur ſignatura ad formã,vt ibi dicitur. Sed ad hoc reſpondebã, quòd Papa Leo qui conceſſerat mortuus erat, & q̃ licet conſuetum fuerit per modernum Papam expediri facere tales bullas ſub forma, rationi cõgruit vt ea quæ à prædeceſſoribus ſuis conceſſa fuerant, prætextu tamen obitus non fuerant expedita, expediantur,c.ex literis. de reſcrip. & in regula eiuſdem apoſtolicæ cancellariæ viij.in ordine.& ibi gl.Et ſic licet ſine noua conceſſ.aut ſignatura per cancellariam expediantur,tamen in iſto caſu non poterant expediri, ſub dicta,vt rationi congruit, forma: quoniam poſt Leonem cõcedentem interueniret Adrianus,& nũc Clemens ſeptimus: & ſic fuit cõceſſio prædeceſſoris ſui mediati,&c.quare ſub illa forma expediri nõ poterat;vt tenet gloſſ.in d.regula viij.per text.illius regulæ, qui tantum loquitur in ſingulari, ſcilicet per prædeceſſorem noſtrum, & non dicit prædeceſſores, quorum conceſſiones per iam dictam formam expediri non poſſunt, ſed eſt neceſſe habere commiſſionem vel mandatum ſuper hoc à Papa expreſſum.& ita ſecundùm gl. ibi practicatur in cãcellaria.Quinimò ſecundùm gl.ibi, quæ reſpondet motiuo duorum, ſi vnus malitioſus tempore Sixti expediuit vnam bullam, ſed non placuit ſibi in aliquo, & tempore Innocentij expediuit iterum in forma, rationi congruit,vbi erant ea quæ ipſe voluit,quòd nõ valeat.Et minus etiam ſecundum gl.ſi tales binę expeditiones fierent etiam tempore eiuſdem pontificis,quod eſt fortius. Et quam maximè in præiudiciũ partium quib.iam ius quæſitum fuit, hæc declaratio fieri nõ debet.& idem tenuit gl.in regula xxv.ver.& ponas exemplum.& verſ.nã ex hoc videtur.ibi dicit, quod ſupplicatio non concordat cum bulla, quòd poteſt aduerſarius ſupplicare Papæ quòd corrigatur ſecundùm tenorem ſupplicationis, & ſolet concedi commiſſio ad eam ſigillandum perplacet. Quinimo poteſt Iudex qui cognouit de cauſa beneficiali ſecũdùm glo.ibi,in fi.mittere bullam malè formatam ad cancellariam corrigendam. Quia in cauſa beneficiali iudex poteſt ſupplere ex officio ſuo,c.olim de reſcri. & glo.in c.bonæ.in prima,de poſtula.prælato.& hoc ſi iudex vult,ſed non adſtringitur, ſecundum gl.in d. regula xxv.& idem dicitur in regula Inn.iiij. non iudicetur iuxta formam ſupplicationis, ſed literarum expeditarum. ibi,& ſi literæ ipſæ minus bene &c. & nunquam ego adhiberem fidem eiſdem cùm in ſupplicatione ſeu in narratiua illius iam in iudicio producta, nulla facta fuerit mentio de tempore alio defectu,vt in ſimili tenet Anch.in conſ.cccxcviij.incip. prætermitto pro clariori.verſ.ſed videndum eſt.dicens, quòd Papa declarando & habilitãdo quem non præiudicat tertiò: imò talis declaratio eſt iniqua,& contra iura,& in præiudicium iuris alteri iam quæſiti,& tanquam talis debet ab omnib.iudicibus refutari & reiici,l.quotics.& l.reſcripta.C.de precib.impe.offe. canonizatis. xxv. q.j.c.ſi.vt ipſe ibi probat.Item quia non eſt intentionis Papæ tollere ius quæſitum, l.j.§. ſi quis à principe.& §.merito. ff.ne quid in loco publico.& c.ex tuarum.de authorit. & vſu pal. & l.nec auus.C.de emancip.liberorum. & c. quamuis de reſcrip.lib.vj. & ita Papa declarauit per regulam apoſtolicam xvj. quod per quancunque ſignaturam ſeu conceſſionem per ipſum vel de eius mandato factã, nulli tollatur ius quomodolibet quæſitum. & ſignãter dicit gloſſ. ibi Papam hoc non poſſe etiam vbi verba ſunt dubia,& non clara, prout hic de detetione ſeu vſurpatione quinquennali prædicti archidiaconatus,de qua nulla fuit facta mentio,vt dictum eſt in ſignatura. Ideo in præiudicium partium, quibus fuit ius iam quæſitũ ex ſignaturis productis ampliatio & extentio aut reformatio illi fieri non poteſt: vt dicit regula cancellariæ apoſt.xlij. q.& ibi gloſſ.quia tenebatur facere mẽtionem de ſua illicita poſſeſſione:aliàs,impetratio aut diſpenſatio non valet, vt tenent Doct.in c.cùm iamdudum. de præbendis, & in c.ad aures.& in c.eum qui.de præbend.li.vj. & Cald. in conſ.xj.titu.de præbendis.& conſi.xiij.tit.de reſcriptis.etiam ſi motu proprio facta fuiſſet.Ait etiam Nicolaus Milis in repert.in verbo,gratia,incipiente,gratiam. quod licet quis non poſſit allegare defectum ſurreptionis, quando eſt inſerta clauſula motu proprio,c.ſi motu proprio.& c.non poteſt.de præbend. lib.vj.tamen poteſt allegari defectus intentionis Papæ,vt notat Lapus in c.ſi.de offi.delega.lib.vj.& Fel. in d.c.ad aures.& non ſolum eſt facienda mentio de iniuſta detentione,ſed etiam de fructibus perceptis. Nam ex perceptione fructuum fuit factus inhabilis ad beneficia,vt notat Speculator in tit.de legatis. vidẽdum reſtat de diſpenſatione.ver. ſed pone aliquis. & ibi Ioan.And.in addition.& Hoſtienſ. in dicto c. dudum.in verbo,canonicè. & Fel.in c.in noſtra.ver. ſecundum correlarium.de reſcri.in capit.veniens.de accuſationib. & de ſancto Geminiano in c.propter. xix.diſtinctio. Præterea vltima hæc diſpenſatio ſeu incorporatio ac annexio beneficiorum obtenta eſt fraudulenta, cùm ſit vnus modus de tribus aut quatuor incompatibilibus ad fraudandum d.c.de multa. extrauagan.execrabilis.vt dicit glo. in regula cancellariæ apoſtolicæ,xj.in ordine. verſi. vnum tamen dicam.vbi etiam dicit, quòd vnio non habet locum in beneficio vnico, c.ſuper eod. de præbendis lib.vj.alius modus obtinẽdi beneficia plura eſt per adminiſtrationem,& per commendam d.c.dudum. & ca. qui plures.xxj.q.j.dicens: Væ vobis cum iſtis fraudib. Dum enim ſteterimus ante tribunal Chriſti, qui eſt ſcrutator cordium cognitor ſecretorum. &c.capitul. tua.de ſimo.& capit.in ciuitate.de vſuris. & l.ij. ff.de interrogato.act. & ſic ſecundùm dictam gloſſam ſe excuſant Cardinales, qui habent tres eccleſias cathedrales in adminiſtrationem vel commendam, vel vnitas. Ad idem de epiſcop.& aliis beneficiatis. & ita in alia cauſa magiſtri de Saſſere contra magiſtrum Gaſtonem Ydroim fuit concluſum, & latũ areſtum die Aprilis xxiiij.Anno 527.& alibi dixi, relatore domino Goffrido de la Chaſſaigne exiſtente.

SVMMÆ.

1 *Sepulturam differens an fraudem committat in obtinendo beneficio.& nu.7.*

2 *Mortuum ſepeliri impediens, quibus pœnis puniatur.*

3 *Hæres non ſepeliens defunctum, priuatur hæreditate.*

4 *Regum, exequiæ & funus quid.*

5 *Tollatori inhũti cadauer insepultum obsici, an heres obediat.*

6 *Anatomiam facere an sit permissum.*

8 *Renuntiatio in fraudem facta non valet, & quando id præsumatur. & nu. 9.*

10 *Celans testamentum aut aliud instrumentum tenetur crimine falsi.*

12 *Absondens hominem ne à iustitia capiatur, tenetur eodem crimine.*

Quæstio CCXXXVII.

De sepulchro violato ff. habetur hæc quæstio vbi impediés inhumationem defuncti indebitè quomodocunque pœna corporali plectitur. vide tamen quæ habentur ff. de cadaue. punitorum. & ff. eo. de his qui mortem sibi conscierunt.

DECISIO CCLXXXVII.

1 IT in dicto † processu de Terrenij fuit alia quæstio, quoniam ex aduerso obiiciebatur dicto Delet, quòd impetratio per eũ à Papa de dicto prioratu non electiuo obtenta, erat nulla nec debebat sibi in aliquo opitulari, licet præcentiet ordinarium, ex eo quòd defunctum priorem sibi resignauerat, mortuum post reclauerat, & sic sine exenteratione viscerum custodierat diebus octo, in quibus viuere capitulo collatori ordinario de sanitate eius, aut morte petẽti asseruerat. Quia licet præuentiones habeant locum: verum, nisi fraudulenter essent ad ordinarium præuemendum factæ, vt tenet glos. in §. neque enim collationes per præuentionem faciendas. in verbo faciendas cessante fraude. Quoniam fraus & dolus alicui patrocinari non debent. cap. sedis apostolicæ. & c. ex tenore immediate sequenti. & ibi Decius in iij. no. de rescrip. & c. sicut tuis literis. de simo. & c. auaritiæ. ibi, exquisitis fraudibus vsurpare conentur. de elect. lib. vj. & l. nec ex dolo. ff. de dolo. & c. super literis. ibi, suæ peruersitatis pœnam nullum ex literis commodum cõsequetur, de rescript. & vt malitus hominum sit obmandum. l. in fundo. ff. de re. vend. & plus illis hominibus, qui magis atque etiam magis ad malitiam dediti, minùs mali sit quod non inueniant, vt auth. vt hi qui obli. se habere perhi. & in §. meliores. in auth. de nup. Et pro hac Dec. facit text. in argum. in cle. vna, ibi, nisi forte per ipsos aut alios malitiosè factum fuerit. de renuntia. & in l. j. §. pen. C. de lati. liber. tol. vbi dicitur quòd occasio fraudi nunquam est danda. & quod no. Guliel. Cug. & Barto. in l. contra legem. ff. de legi. & Bar. in l. quæro. ff. de actio. empt. & Paul. de Cast. in l. j. §. fi. in fi. eo. tit. quos sequit. Cæpo. Veron. in l. quæritur. §. fin. versi. quæro iuxta materiam. vsq; ad fi. ff. de ædil. edic. qui allegg. no. per Bar. in l. cũ satis. & in l. omnes profugi. C. de agric. & censi. li. xj. quæ multum faciunt ad hanc Dec. quæ causa brevitatis vide. & bonus tex. in l. ij. cum auth. ibi posita. C. de sepulchro violat. †vbi impediens inhumationem defuncti ob eius debita, punitur pœnis ibi cõtentis, maximè debito prætenso priuatur. & authent. vt defuncti seu funera eorum. in princip. colla. v. & Ange. in l. j. §. quoties. ff. de iniuriis, vbi dicit illũ tex. facere contra sequestrantes cadauera mortuorum, etiam prætextu vsurariæ prauitatis. & idem Ioan. de Anan. in c. sicut. in ij. in fi. de ho. †Quinimo secundùm glo. j. in dicta l. finali. de sepulchr. viola. hæres custodiens, & non sepeliens defunctum perdit hæreditatem: ergo beneficium. Pro quo Alberic. ibi alleg. text. in l. si quis sepulchrum. §. Iunus. ff. de relig. & sumpti. funer. & in l. hæc si quis impediat. §. si cui funeris. & §. idem Labeo ait. & §. aliuus autem. ff. eodem titul. Sed hic non incidit in pœnam extrauagantis Bonifa. viij. detestandæ feritatis de sepultu. quoniam non exenteraut intestina, nec in frusta diuisit, vt alibi tumulanda deferret. quod plerunque faciunt parentes defunctorum in acie, vt ad domicilium facilius adducant, vt ibi. Et aliquando ipsimet defuncti per anteà sic ordinauerãt, vt dicit textus in l. alumnę. §. Seia liberta. ibi, peto à vobis, vt siue in prouincia siue in via aliquid mihi humanitus acciderit, corpus meum curetis, & in Campaniam & in monumentũ filiorum reportare &c. ff. de alim. lega. Aufred. in repetitione clementin. j. de officio ordin. tũc. de potestate eccles. casu cxxviij. Sed corpus vnguentis & aromatibus. conditũ octo custodiuit diebus, & celauit mortem, vt ordinarium frustraret collatione illius prioratus, cum a sede apostolica præueniendo. Olim námque comburebantur corpora in rogo, hodie sepeliuntur, vt inquit gl. in l. pro hærede. in verbo, iusta. ff. de acquir. hæredit. & patet. C. & ff. de religio. & sumptib. funerum. & de sepul. viol. per totum. & in aliis vtribus suprà allegatis, & de sepul. extra in antiq. & li. vj. & in l. ij. & ibi gl. vlt. ff. de in ius vocan.

† Est enim rogus strues lignorum ad cremanda cadauera, in qua simulátq; impositæ corpora sunt, & ignis adhibitus cõprehendit pyram, quæ cõgeries dicitur lignorũ ad comburendum. Exequiæ vero sunt celebratio funeris dũ corpus effertur. Tumus dicitur dũ vritur cadauer, seu pompa ipsa exequiarum deducitur. Bustum est postquam cadauer crematum est, quasi bene vstum. gl. in c. conuenior, in verbo, busto. xxiij. q. viij. & ibi Archid. Sepulchrum est vbi corpus mortui siue hominis condita sunt, l. ij. versi. sepulchrum. ff. de relig. & sumpti. fune. Et antequàm quis fuerit ibi sepultus dicitur monumentum, eod. titu. vt in passione Dom. Ioan. xix. Erat in horto monumentum nouum, in quo nondũ quisquam positus fuerat. & hæc probantur magis Matthęi xxvj. & posuit illud in monumento nouo. & ibi: Iube ergo custodiri sepulchrum, quod Græcè dicitur Cenotaphium, quod dicitur locus paratus ad sepeliendum. l. in tantum. §. fi. ff. de rerum diuisio. Monumentum propriè dicitur quicquid ad defuncti memoriam ædificatur, d. l. ij. §. monumentum. & dicitur propriè à moneo, monens homines de morte recordari, vt absíneant a peccato. Vnde Salomon, Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Et reperitur in chronicis, quòd olim quando Imperator erat electus statim præsentabantur sibi lapides marmorei, vt eligeret de quo sibi fieret sepulchrum suum, & statim hebat in memoriam mortis, vt refert Alber. in l. quidam. ff. de condi. instit. vel etiam dicitur sarcophagum. l. libertis. §. fi. ff. de alimen. & cibar. lega. & l. funetis. ff. de relig. & sumpti. fune. & de istis vide text. glos. & Doct. in l. si sepulchrum. C. de reli. Tumulus est congestio terræ super sepulchrum, c. licet. ibi, in eccl. tumulandi. de sepul. lib. vj. & in cap. sacris. eod. titul. in antiq. ibi in cœmeterio ecclesiast. tumulentur. & ibi vide glo. vnde dicitur cœmiterium, vt ibi extumulentur, & dicta extrauaganti, detestandæ. in verbo tumulanda. ibi Ioann. Mona. de sepul. vbi ponit versum. Sed funera semper fuerunt pro cultu Gallorum magnifica & sumptuosa, vt refert Iulius Cæsar in commentatis suis, lib. vj. de bello Gallico. omnia etiam quæ viuis cordi fuisse arbitrabãtur, in ignem inferebant, etiam animalia, ac paulo supra hanc memoriam serui & clientes quos ab his dilectos esse constabat, iustis funerib. confectis vnà cremabantur. Et libitina est sepulchrum nobile seu nobilium: & subgradatum

est

eſt ſepulchrum infantium, & qui nedum x. dies impleuerunt dicitur ſandapila. Sed feretrũ eſt plebeiorum & damnatorum: & pollinctores vel poluitores ſunt inſtituti ad hoc vt funera morientium curent: quaſi pollutorum vectores, curatores & vnctores, vt dicit glo. in l. cuicunque. §. idem ait ſi libitinarius. ff. de inſtitor. actio. Et de priuilegijs ſepulturæ vide Io. And. in rubr. de ſepultu. vbi ample ponit. & ibi eum ſequentur Doct. & Guliel. Benedict. in repetitio. ca. Rayn. nu. 1. de teſtam. per tot. aut quicunque. † Quinimò teſtatori iubenti eueneratj, & corpus cuſtodiri ſuum, aut cremari, vel in mare proici, hæres non debet obtemperare, ſed in memoriam humanę conditionis, ſepulturæ tradere. in d. l. quidam. de condi. inſtitut. & ibi Bartol. Bald. Angel. Imol. & Angel. in l. prætor. §. ſi quis. ff. de ſepulchro violator. & in d. extrauagan. de teſtandæ. de ſepul. tamen corpora bene poſſunt deferri aromatibus condita, ad loca in quib. viuentes elegerint ſepeliri, vt ibi per gl. quę ponit de Iacob & Ioſeph, qui præceperant eorum corpora ad ſepulturam paternam portari xiiij. q. ij. c. Ebron. & c. vnaquæque. ver. item Ioſeph. & in c. j. de ſepul. & Io. Vital. in Spec. mort. in verb. mors, vt dictum eſt. † Et non immeritò dubitauit Bar. in l. ſi. ff. de cada. punitor. an corpora damnatorũ tradi de iure poſſint medicis & chirurgis pro anatomia faciẽda. Et ratio dubitandi potuiſſet eſſe ſecundũ Fran. de Ripa. in tract. de peſte. nu. cxxiij. quia corpora damnatorum dilaniari per fruſta non poſſunt, niſi in quibuſdam caſib. propter atrociſſimum factum, l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. & in l. ij. ff. arbo. fur. cæſa. tamen Cur. in l. imperium. quem refert & ſequitur Lancel. Dec. ver. in eadẽ gl. ff. de iuriſd. omnium iudic. dicit, quod in hoc verſatur publica vtilitas, vt medici pro cõſeruandis corporibus noſtris fiãt peritiores. Et hoc non poteſt imputari ad iniuriam. argu. optimo. in l. quòd reipublicæ. ff. de iniuriis. & idem Franc. de Ripa. vbi ſupra. † Et mirum, quòd hæc quæſtio non reperitur à iure deciſa, nec à doctoribus in ſpecie (cum quotidie accidat) quod ego legerim tac. Et in curia noſtra eſt alius proceſſus ſimilis ratione eccleſiæ parochialis de Almenia, niſi dicamus quod pro deciſa habeatur. Quoniã eſſet viã aperire fruſtrãdi ordinarios, & priuandi collatione beneficiorũ. & poſſet dici quod dicit gl. in cl. j. in verbo, ſepelire in prin. de ſepul. quod iſtud principis declarationẽ plus quã gloſſantis opinionẽ expoſcit: licet aliquando hoc procedat ex bono initio, quia plerunque cuſtodientes defunctorum cadauera, ab ipſis eorum vita durante procuratorium ſæpenumero ad reſignandum obtinent, in vim cuius faciunt diligentias à ſuperiore obtinendi: & quouſq; de expeditione certificati, ſi interim decedat (propter regulam de viginti diebus) cuſtodiunt. † Et pro hac Deciſ. facit quod ſi ſtatutum dicat, quod beneficia vacantia per vxorationẽ conferat archidiaconus, ſed vacantia per renuntiationem cõferet epiſcopus: modò vxorandus renuntiat, quæritur ad quem pertinet collatio. Et dic, quòd ſi renuntiat in fraudẽ, vt cõmuniter fit, tunc pertinet ad archidiaconũ, arg. l. filiæ meæ. & ibi per Doct. ff. ſolut. mat. Sinautem bona fide, tunc quia immediata cauſa vacationis eſt ipſa renuntiatio tituli, & ſpecies vacationis eſt ipſa renuntiatio: quare pertinet ad epiſcopum. non enim debemus attendere cauſam remotam, ſcilicet matrimonium, ſed cauſam immediatã & proximam, qua poſita ponitur effectus, & ea remota remouetur effectus. Ad hoc facit l. ſi mulier. ff. rerum amotarum. & ita dicit Bald. in l. ſi cum dotem. verſicu. Inducuntur. ff. ſoluto matrimo. † Quia renuntiatio facta in fraudem ſeu fraudulenta in præiudicium ordinarij vel Romani pontificis, aut primam vacaturam expectãtis, non valet, vt tenent Bal. & Doct. in d. l. filię mea. & c. ſi. de renuntia. lib. vj. qui text. eſt multum ſingul. pro deciſ. huius quæſt. & ibi Phili. Franc. in ij. notab. iij. & iiij. & verſi. Quinto renuntiatio. Quoniam celare eſt ſecundum gl. ff. ij. in l. j. ff. de ſeruis fugitiuis. quod velis ignorare eum ad quem ea res pertinet alicuius tui emolumenti cauſa. Vnde ſecundum Nico. de Lyra ſuprà Ioſ. b. x. in tertia parte. Deus celare dicitur in corde ſuo, ea quæ pertinent ad hominem, quando non offendit erga eum benefi. exteriora, dimittẽs eum in afflictione magna. Et nihil aliud profecto eſt quam priuare quem iure ſuo. l. ſi concubina. §. res amotas. ff. rerum amotar. Quare ex dolo ſuo reportare nõ debet commodum. † Hoc etiam probatur, quia celãs teſtamentum vel aliud inſtru. tenetur crimine falſi, l. cum qui. l. Paulus. & l. teſta. & ibi Bar. & Alex. in addit. ff. de falſis, & l. ſub prætextu. C. de tranſact. & Barto. in l. ij. §. ſi quis dolo malo. & ibi Ludo. Bolog. in j. interp. ff. de tabu. exhib. & idem in celãte viuum hominem ſeruum, quòd puniatur pœnis contentis in d. l. j. de ſeru. fugit. & in l. iij. §. ſi quiſquam eorum. ff. ad Sill. † Ac idem in celante hominem liberum, ne à noſtris capiatur, quod puniatur eadem pœna l. j. ff. de recept. Et ita tertium celans mortem alicuius beneficiati reſignantis, vt beneficium eius libere ſine aliquo impedimento, ac præuentione valeat impetrare, priuari debet, argumento. l. ſi à te. ibi, ſed ſi ſe ſubtrahat, vt iure dominij eam rem retineat. denuntiationis conſignationiſque remedio contra fraudes poteſtatem tuo conſulere, & quæ not. ibi Bald. & Doct. C. de pactis inter empt. & vend. & fraus ac dolus præſumitur hic ex vi nec. te reſponſionis ipſius Dulcis c. ſi. ctæ. Pro hoc c. vt nomen. vt eccleſ. benefic. Nam cõmittit dolum non ſolum, qui fallendi cauſa obſcure loquitur, ſed etiam qui ſtudioſè diſſimulat l. ea quæ commendandi. §. vlt. ff. de contrahen. empt. quoniam in beneficijs omnis dolus debet abeſſe, c. cum dilectus. de election. igitur debet ſortiri ſuum effectum, collatio ordinarij non obſtante fraudulenta & doloſa præuentione. † Et ita fuit in hoc caſu concluſum. Sed quia idem Dulcis poſt obtinuerat quoddam ius deuolutum, ratione cuius plures domini tenuerunt recredentiam, imò poſſeſſorium fore eidem adiudicandũ, alij verò quòd partes hinc inde producerent intra certum tempus &c. Et ſecundùm hanc prolatum fuit arreſtum die xj. aut xij. menſis Martij. Anno 523. ſuprà mille.

SVMMÆ.

Quæſtio CCLXXXVIII.

1 *Mors alicuius qualiter probetur.*
2 *Probationes in criminalibus exactiſſimæ requirũtur.*

DECISIO CCLXXXVIII.

Ed hic videtur dubium qualiter probabitur mors talis recelati rectoris. Dic, † 1 quòd ſi allegatur ipſum fuiſſe mortuum de tempore recenti, & in loco propinquo, in quo probatio vera haberi poteſt: & tunc ſi agitur de magno præiudicio, vt quia de hæreditate, aut beneficio conſequendo, vt in caſu noſtro, debet apertè & rectè probari, & non per famam & rumorem viciniæ, aut ſætorẽ ſepulti cuſtoditi redolentis, vt tenuit Rogerius, quẽ refert gl. in l. ſi quidem. C. ſolut. matri. per illum text. ibi, qui mori

eum viderit:quia teſtis ſic debet deponere: quamuis Ang.velit ibi.teſtem deponentem cum mori vidiſſe nō probare mortem,ſed ſolum eum in extremis laborantem.Allegat glo.inſti.de lega.idem ſecundum glo.in d.l.ſi quidem.ſi teſtis dicat interfuiſſe eius ſepulturæ.Tamen gloſ,approbatur in his exemplis ab omnibus ibi,& idem Bar.& Ange.in l.ij.§.ſi dubitetur.verſi. Quid autem ſi teſtis. ff.quemadmodum teſtamenta aperiantur.& Ang.in l.ij.§.hæc verba.ff.de negotijs geſtis.& Felin.in c.quoniam frequenter.§. porro.ver.vltimo,vt lite non conteſtata.& Corneus in conſi.x.vol.j. Et quod communiter ſecundū eum cadauera mortuorum maxime tanto tempore non cuſtodiuntur in domo infectorum. Vnde argumen. à communiter accidentibus eſt bonum etiam in materia probationum,ſecundum gl. Bal. in l.neque natales.C.de prob.& per gl. & Do.in l.non hoc.C.vnde cog.Tamen ſi ſepeliretur in loco,in quo velati & recluſi in caſa portantur, ita quod minimè videri vel recognoſci poſſunt, certe ſecundùm Salicetum in d. l.ſi quidem. tunc erit ad coniecturas & communem vulgi opinionem, & rumorem vicinorum recurrendū,vt vidi probatū in cauſa domini Ioſeph de Brante.Et iſtud fuit dictum Bart. in tractatu ſuo,quomodo & qualiter probetur mors.verſi. & pone teſtem. & vertic.ſi quis teſtis. quia in probanda morte ſufficit ratio hæc, quia vicinus, ſecundum Bartol.in l.qui duos.ff.de rebus dub.& Alex.in l.j. & Purp.ibi,num. xcvij.ff.ſi certum petatur.vt dicemus in ſequenti mēbro. Si vero agatur de modico præiudicio,vt de apertura tabularum, quæ aperiendæ non ſunt in mortuo teſtatore, & tunc ad eius mortem probandam ſufficit ſemiplena probatio,tex.cum gl.in d.l.ij.§.ſi dubitetur. ff. quemadmod. teſtamenta aperiantur.& ibi Bartol.Ang.& Doct.in d.l. ſi quidem. ſoluto matrimonio.& idem videtur ſi agatur de muliere iterum nubenda,& ſic de maiori præiudicio:quia licet communiter dicatur maritum in acie & conflictu, vel in peregrinatione mortuum,non credetur: tamen ſufficit vnus teſtis de veritate,vt in authēticis, hodie. & ibi Cynus,Bartolus,ſingulariter Angelus C.de repudiis.ponens exemplum de Penelope, vt haberet notitiam vitæ Vlyſſis, tam eo viuente, quàm mortuo, idem Vlyſſes,vt teſtatur Homerus, tranſmiſit eidem lectum auro & argento ornatum, ſecundùm quod habemus tex.& glo.in l.legata ſupellectili. §.primo. ff.de ſupellect.lega. Atteſtatur etiam Angelus vidiſſe caſum dictæ authenticæ,hodie de facto Peruſij,vt ibi vide,& etiam Alb.& Abbas in c.§.porrò. & ibi Feli. & Card.Alex.in d.c.preſentia.nu.iiij.vbi ponit quinque modos probandi mortem mariti, quos benè ſeruant vxores.†Si verò allegetur ipſum non de recenti tempore mortuum, ſed de longiſſimo, vt de morte Caroli magni,aut ſecundum Cin.de morte Rolandi, aut ſecundum Ang.de morte Regis Vngariæ,vel Regis Vberti.vel ſecundùm Alber.in d.authent. hodie. C.de repu.de morte Iuſtiniani, & tunc per communem famam probatur.& Bal.idem conſ. ccccliij.ver. item ſicut mors.vol.j. & Bar.in l.de minore.§.plurimum.& ibi Hipp. nu. lxxxvj. cum aliis per eum alle. ff.de q.& Alex.conſ.cxvij.ver.Nec ad hoc obſtat.vol. iiij.Et hoc quando teſtes deponunt dici audiuiſſe, & teneri à maiori parte perſonarum loci vel ciuitatis, vt ibi per eum, qui ſequitur hanc diſtinctionem.ver. ſecundo etiam reſponderi poteſt. & Alexand.conſil. clxxxvij.nu.v. vol.vj. & Corneus in conſil.x.quod eſt amplum in hac materia. Tamen mors talium virorum melius probaretur per chronicas, quæ de iure probant,vt notat Barto.in l.j.ff.ſi certum petatur.ibi per Doctores.per Felin.in c.ij.verſi.aliæ ſcripturę.& in ſequenti.ante finem.verſi. & dum ſuprà dictū eſt. de chronicis:de reſcript.Aut etiam per inſcriptiones monumentorum,prout fieri vidi,per l.ad monumētorum.C.de relig. & ſumpt.funer. in c. cùm cauſam de probationibus.& ibi Doct.inſuper Felin.Et idem ſi agatur de morte alicuius, qui in longinquo & remoto loco deceſſit, quod per communem famam probetur, vel cum quis eſt mortuus in mari, tunc mors probari poteſt, etiam per illos, qui non interfuerunt.l.quoties.C.de naufrag.libro xj. & ibi Bart. Lucas de Penna. & etiam per coniecturas, quando inter conſanguineos & amicos habebatur pro mortuo,luctum pro eo facientes & lugentes & veſtes aſſumētes lugubres ſeu luctuoſas.Et hoc poteſt explorari à notis, & his qui veri ſimiliter ſcire poſſunt, vt dicit Barto.in d.l.genero.& Angel. in dicta l.prima. §.ſi dubitetur.& Felinus in dicto §.porrò.verſi.idem ſi vxor.& Corneus conſilio xcvj.volumine iiij.& Angelus in l.quoties.C.de naufra.libro xj. & Alexander in dicto conſilio ſuprà allęg. & latius conſilio clxxij. nu.viij.libr.vj.& conſi.xxvij. libro ſeptimo. quod eſt celebre, dicens, ſufficere probare, quem viuum,ſeu viuere tempore teſtamenti vel certo die prætenſo: & præſumptio iuris eſt pro eo,quia quis præſumitur viuere vſque ad centum annos,l.fi.C.de ſacroſanctis eccleſiis. & ideo aduerſario dicenti cum mortuum incumbit onus probandi mortem plenè,& non per famam: quia fundamentū petitionis à principio fuit mors,cuius probatio eſt difficilis,cùm ſit negatiua& primatiua,ſecundùm Bartol.in d.l.ij.§.ſi dubitetur.& in tractatu ſuo,quo modo & quali.prob.mors.incip. Mortuum hominem dicit. in princi.& idem in tracta.teſtimoniorum.verſi. mortuum hominem dicit. vbi eundem repetit tractatum de verbo ad verbum. & idem Purpu.in l.ij.§.creditum. nu.xliiij. ſi certum petat.& Bonifacius de Vital.in cle.j. de pœniten. & remiſſio.num.xxviij.& lxiij. Et ſi alius in vita ſe fundaret,illam teneretur probare.igitur qui mortem allegat tenetur modo & forma prædictis probare,per l.ſi quidem.poſt princip.quòd reperitur inter conſilia Alber.& Cornei conſil.cxix. & in vol.j.Et ſi dicatur,quod parentes non permittunt intrare, quia etiam tempore peſtis, quo non ſolent infirmi viſitari, & homines funeri ex dicto contagio morboſo intereſſe:tamen ſolēt deputari medici chirurgi,& alij qui curam habent talium infirmorum, & ſepeliendi cadauera mortuorum,per quos mors illorum,& tempus mortis reprobari poſſunt, vt tenet Cor.in d.cōſ. x.& Alex.conſ.iiij. verſi.ſi verò poſſit probari.& ver. plus dicit Bar.lib.ij.& iſtam communem tenent Odofr.Guid.de Suza.Cin.Ioan.Fab.Bar.Ang. & Sal.in d.l.ſi quidem. intelligentes ſic gl.ibi, volentem ſimpliciter mortem per famam probari poſſe. Et idem Spec.& Ioan.Andr.in titu.de noto.cri.§.fama.verſic. quid ſi agenti.Et idem tenuerat gl.in capi. quoniam frequenter. §. ſi autem. in verbo, præſumatur.vt lite non conteſta.quem Docto.legunt cum §.porrò.ſed in caſu illius capituli,non agebatur de maximo præiudicio,ſecundum Abb.ibi verſi.venio ad gl. in verſ. ſi autem.& Felin.ver.vltra dum tangit,& prædictam diſtinctionem ſequutus fuit Alber. in auth.hodie.C. de repudiis.dicens illam vidiſſe communiter ſeruari, dicēs etiam eſſe ſtatutum ſuper morte alicuius, extra diſtrictum Bergami mortui,ſufficere probare per famam: licet ſecundùm eum dominus Gabriel de Oſeletis, in quodam ſubtili tractatu de fama. §. nunc ſupereſt,vt ad portum, verſiculo,an autem ſufficiat fama ad probandum mortem alicuius. hanc quæſtionem

ſt.onem plenè tractet:vbi reprobat prędictam opin. gl.o.Odofred.& ſequacium,dicens prędictam diſtinctionem iure aliquo non ſuleiri, ac concludens ſolam famã non ſufficere,niſi interuenientibus aliquibus aliis indicijs,vel adminiculis,ſcilicet, quia ille de cuius morte probanda agitur,erat antiquus vel infirmus. tunc enim talib. præſumptionibus naturæ, vel qualitatis morbi concurrentib.cum fama.dicit mortem probari,nõ autem per ſolam famam: ad hoc inducit text.in l.i.j.§.ciuſdem. ibi,conſentiens fama,id eſt,cum aliis ſentiens.ſecundum gloſ.ibi.ff.de teſtib. Et forte ſecundum Alberic.cuius opinio.eſſet ſtricto iure vera,licet opinio. Odofred. & aliorum viderit obſeruari.& Bal.& Imo.in d.l.ij.§.ſi dubitetur.&Bal. conſil xxiij. ad euidentiam præmittendum eſt, quod de rebus.verſi.non præſumuntur mortui. & Hippolytus in l.de minore. §. plurimum num. lxxxvj. ff.de quæſtio.cum aliis per eum alleg.Pro qua facit text.in c.vbi periculum.§.in.ibi,de memorati pontificis obitu certitudo claruerit.de electionibus lib.vj Et maxime in beneficiis conferendis, quòd dicantur vacare,quando fama eſt in loco vel eccleſia clericum fore mortuum.clementina vna.§.ſi.de conceſ.præbẽ l. Sed in hoc eſt vnum ſingulare conſilium Bart.quando dubitatur de morte alicuius forte recelati per parentes,& de hoc eſt ibi rumor, quod ordinarius collator, vel alius habens intereſſe poteſt à iudice loci petere, vt ipſe vel alius eius mandato ſe informet de morte & vita illius, & viſitare locum vbi dicitur viuus vel mortuus eſſe:quemadmodum in aliis caſibus in quibus probari debet aliquid non eſſe vel non reperiri,auth.ſi debitor. C.de pign. & l.requirendi.C. de ſeruis fugitiuis. ita Barto. in dicto §. ſi dubitetur. quem ibi ſequitur Imol. & Salic.in d.l.ſi quidem.ſoluto matrimonio.& Alexan.in d.conſi.iiij. verſi.plus ſubdit.Bart.in tract.de teſtibus ſeu tract.teſtimoniorum.dum dicit quia Bart.ibi.& pariter Bar. in d.tractatu,quomodo & qualiter probetur mors.verſic.in prædictis autem punctis. vbi eſt idem de verbo ad verbum,nihil mutato vel addito,& ambo incipiunt, Mortuum hominem dicit: niſi quod in præcedenti ver.vnum hominem dicit, ponit de probatione hominis viui.& idem tenet Bal.in d.§.porrò.& ibi Fel. Ant.de Butr.& Cardin. Alex.in d.c.in præſentia.ver. ſ.ibicit dominus Anton.Quinimo iudex partibus ad mortem vel vitam alicuius per ipſum probandam appunctatis, poteſt ex officio probationes ſine partium citatione recipere,vt voluit Card.Alex.in d.ca. in præſentia.verſi.vnum tenete menti:qui alle.Bald. in d.§.porrò,qui tamen mihi ibi,nec in ver. ſequent. ſi vero.non dicit.Si verò agitur de maximo præiudicio, ſcilicet de morte accuſati de homicidio, qui dicitur aliquem interfeciſſe vltra mare: vt fuit in curia contra Barſat iuniorem, qui accuſabatur hominem in Italia occidiſſe, quòd tunc probationes exactiſſimæ requiruntur:quia in † criminalibus tales probationes requiruntur, l.ſciant. C.de probationi.vt tenet Ange.in d.l.ſiquidem.& Sal.ibi in ver. & prædicta habent locum,niſi criminaliter. per tex.in l.inde Neratius.ff.ad leg.Aquil.& l.j.& ij. ff.de religioſis & ſumpt.funerum.& idem Bar.& Imo.in d.l.ij.§.ſi dubitetur.& Ang.Bald.in l.ſi.§.ſi.ff.de his qui notan.infam.& Alex.in d.conſ.xxvij.lib.vij. & Ant.de Butr.in d.c.præſentia.& ibi Card.Alex.& Iaſo. in repet.l.admonendi.ver.Prędicta procedunt in cauſis ciuilibus. de iureiuran. & ſic videtur mortem alicuius per recelationem probari, hoc eſt, quem mortuum fuiſſe certa die,per d.l.ſi quidem. per famam in vicinia laborantem & vigentem,vt voluit Bar.in d.l.ſi de minore.§.plurimum.ij.quæſt.& ibi Hippolyt. de Marſil.num.lxxvij.ff.de quæſt.& Bar. & Sal.poſt gl.ſing. in l.ſi quidem.ſoluto matrimonio.

SVMMÆ.

1 *Pœna ſi minor delicto ſit alicui inflicta, an poſſit denuo puniri.& nu..o.& 11.*

2 *Iudici non licet mutare in ſententia, quod petitur in libello.*

3 *Adulterium cum inceſtu vno facto, quando committatur.*

4 *Parricidium homicidij ſpecies.*

5 *Punitus criminaliter per iudicem eccleſiaſticum, an poſſit etiam per ſecularem puniri.*

6 *Actum vno modo, alia non poteſt experiri via.*

7 *Iudex poteſt pœnam ex cauſa minuere.*

8 *Confeſſus & abſolutus, an vi illius confeſſionis poſſit aliis conueniri.*

9 *De delicto hominis non debet ſæpius diſceptari.*

Quæſtio CCLXXXIX.

Quæritur an cõdemnatus ſemel per ordinarium ſecularem vel eccleſiaſticum,minori tamen pœna delicto ſecundùm iura conueniente,poſſit iterum condemnari & puniri de eodem crimine per eundem aut alium ſecularem.

DECISIO CCLXXXIX.

LIT † videtur primò quòd ſic, 1
quia iudex nõ impoſuit pœnam delicto conuenientem,& minorare nõ potuit pœnam legalem, l.j.§.calumniatoribus. ff.ad Turpillianum.ibi,Pœnæ verò perſecutio non eius(iudicis) voluntati mandatur: ſed legis authoritati reſeruatur. & ibi ſingulariter Alberic. Præterea iudex iurauit ſeruare leges,l.rem non nouam.C.de iudiciis,ergo.&c.Et ita videmus in ciuilibus, nam † non licet iudici mu- 2
tare in ſententia quod petitum eſt in libello, l.ʼvt fundus. ff.commun. diuid. Et ſimiliter mutare non poteſt pœnam deſcendentem ex delicto, nec etiam minorare, præcipue in iſto caſu, vbi ſocer vxoratus cognouit carnaliter nurum filio nuptam.† & ſic vno 3
facto adulterium cum inceſt.l.ſi adulterium. in prin. ff.de adulter.& ſic de vtroque delicto debebat puniri,vt in d.l.ſi adulterium dicitur. & tenent gloſſ.Bar. Angel.& Alber.in l.Senatus cenſuit. ff. de accuſatio. & in l.nonnunquam.ff.de priuat.delic.cùm ſint ſpecies ſeparatæ & diſtinctæ, ſecundùm Bartol. & Doctor.in d.ct. l. Senatus.ſecus quando duo crimina ex eodem facto reſultant, quæ ſe habent vt genus & ſpecies, vt homicidium quod genus. & † parricidium quod eſt ſpecies homicidij.& non punitur niſi vna lege. Ergo Seneſchallus potuit eum condemnare, prout eum condemnauit, ad mortem, l.qui crimine publico. & ibi per Bald. & Sal. C.de accuſationi.quare dicit gl.quam ſequitur ibi Bald.in l.nullum. C.de teſtibus.quod ſi non eſt impoſita integra pœna,poteſt iterato puniri. Et pro iſta parte eſt bonus tex.in c.Felicis.§.per hoc quoque. de pœnis.lib. vj. vbi Papa poſt multas pœnas capientibus Cardinales impoſitas, non intendit per illas pœnas adimere poteſtatem iudici ſeculari, quo minus poſſit procedere & imponere pœnã legalem. Accedat tex. in cle.j.in fi.de conſanguinitate & affinitate. † Et ſic 5
videtur probare,quòd punitus criminaliter per iudicem eccleſiaſticum,poſſit puniri etiam criminaliter per iudicem ſecularem ex quo crimen eſt mixti fori,

6 vt infrà dicam. ¶ † Sed contrarium eſt verius,quod non poſſit,ex quo tendit ad vindictam,& vno modo actum,alia non poteſt expediri via: ſecus ſi non tendit ad vindictam, ſed ſolum ad intereſſe proprium, vt tenet Bart.in d.l.Senatus.& Cin.Bar. & Sali. in d. 7 l.nullum.quia † iudex poteſt pœnã ex cauſa minuere,l.hodie.& l.præſes.ff.de pœnis. & l.ſi ſeuerior. C. ex quib.can.infam.irrog.& l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.eo.& ita Bald.ſing.in conſ.xxxiiij.incip.Caſus talis,Guido de publica inquiſitus.verſi. Circa ſecundum dubium.vol.ij.cõcludens damnatum non poſſe amplius de iure puniri ſeu moleſtari. & ita quotidie,ſecundùm eum,de facto videmus practicari.arg. l.faccularij.§.ſunt quædam.ff.de extraordin.criminibus. & eſt expreſſum etiam in cauſa læſæ maieſtatis: vt ſi minori pœna quis fuerit punitus,quia relegatus, non punietur vera, l.eorum.ff.de pœnis.& idem tenet Bartholomæus Brixien.in quæſt. veneriali. lxxxj. cum ſeq.Et magis profectò,vbi fuiſſet per ſententiam diffinitiuam abſolutus.& idem Bal.in l.ſi quis in hoc genus.verſicul.Quæro vnum. C. de epiſcopis & cle- 8 ric.Volens plus,† quod ſi quis ſponte confeſſus fuerit maleficium,& iudex eũ abſoluerit de facto, quòd amodo ex illa confeſſione non poterit condemnari, quia non tenetur ſtare confeſſioni, poſtquam iudicatum eſt in contrarium, vt tenet Innoc. ſecundum eum in c.mulieri.de iureiurando. & ita etiam tenuit Iac.de Butr.in additione ad Albertum de Gandino in tractatu crimin. titu. de filiofamilias vtrum poſſit accuſari.ver.adde vnum tamen. vbi alleg.tex.in l.fin. §.quando verò.C.de re milita.lib.xij. & plenè Albe. & Moder.in l.licet.§.poſſumus.per illum tex.ff.nau- 9 tę,caup.ſtabul.† quoniam de delicto eiuſdem hominis non debet ſæpius diſceptari,vt ibi, & d.l.Senatus conſuit.& ibi tenet Alberic.Ang. & Alex. in addit.j. ad Bartol.& idem Barto.in l.cui.§.eiſdem.per illum tex.& glo.ibi.ff.de accuſationi.& pulchrè Alber.in l. ſepulchri violati actio.per illam text. ff. de ſepulchr. viola. & præcipuè vbi fuit punitus. & idem Flor. de ſanct.Pet.in l.ſi detracta.verſi. Et ſic not. ex illa gl.ff. de noxa.actio.ſequendo Specu. in tit.de accuſatio.§. j.Et idem Florianus in l.ſi vulnerato.verſic. Item videtur facere iſte tex.ff.ad leg.Aquil. & Ioan. And.in addit.Specu.ſuper rub.de accuſa.& glo.in c.per hoc. in verb.ſententiam.& ibi Archi. Domini. & Philip. Franc.de hære.lib.vj.& Paris de Puteo in tract. Syndi.tit. de offic.ſyndica.§.officialis finito officio.& in verbo,compoſitio.§.an ſi compoſitio. cum §. ſequ. incipien.An facta compoſitione.& Abb.Sicu.Anan. & Felin.in ca.de his.de accuſat.vbi vide. plenè Barb. in cap.j.verſi.Capio tertium.de offic.ordin. vbi allegat Bal.in l.cunctos populos.C.de ſumma Trinitat. vbi ponit quid de condemnato per epiſcopum, an poſſit iterum puniri per iudicem ſecularem.& ibi tenet Barbat. quòd non, licet videatur tenere contrarium,quod poſſit,in c.poſtulaſti.verſi. Modò aggreditur.de foro compet.& per Gulielm. de Cugn.in l. placet.C.de ſacroſanct.eccleſ.& ample Ioan.Baptiſt. in d.l.cunctos populos.vbi diſputat,& poſtea diſtinguit tres caſus. Et vbi poſſet illo caſu punire per ipſũ iudicem ſecularem,mitius eſſet puniendus,ſecũdum Doctor.ſuprà allegat.& Ioan.And.in addit. ad Specul.titul.de offic.ordin.§.j.in princip. & Ioann.Monach.in c.accuſatus.§.ſanè.de hæretic. libr.vj. & Maſuer.in ſua praxi,titul. de remiſſ. Tamen in contrarium facit tex.in d.c.Felicis.§.per hoc quoque.quòd non obſtante punitione facta per iudicem eccleſiaſticum,iudex ſecularis punire poteſt.quem tex. dicit eſſe notandum Abb.Sicu.in cap.tuæ.verſic. Vnde in propoſito. de procuratoribus, neſciens alium æquè bonum in hac materia,ſequens diſtinctionem Ioannis Andr.in d.cap. Felicis in nouella.vbi refert fuiſſe diſputatum Bononiæ. † Et concluſum,quod aut per 10 diuerſas leges imponuntur diuerſæ pœnæ pro eodẽ delicto omnino ſeparatæ, tunc impoſitio vnius non tollit aliam.text.in l.qui ſepulchra.C.de ſepulc.viol. & in l.iij.ff.de liber.homi.exhiben. & in l.quoties.ff. de actio.& obligation.& d.c.Felicis. Aut pœnæ non ſunt omnino diuerſæ, puta vna lex apponit pœnam centum Florenorum, alia mille, & tunc procedit opinio legiſtarum, quàm ſuprà dixi. Aut pœnæ ſunt omnino ſimilies,puta quia quælibet lex imponit cẽtum Florenorum, tunc non refert quæ pœna imponatur,cùm ſit eadem. de quo per Felin. in d.c.de his in duodecim fallen. Tamen ſecundum cõcluſionem legiſtarum fuit concluſum in Tornella me præſidẽte. Et latum arreſtum in fauorem cuiuſdam Eliæ Carier,die xvj. Iunij. Anno 1523. Aduerte tamen quod conſilium eſt,vt delinquens,qui pluribus venit legibus vel pœnis diuerſis condemnandus habeat iudicem amicum,qui prꝫueniat & puniat mitiori pœna: vel quod accuſetur corã curiæ iudice, qui mitiorem conſueuit pœnam pro delictis imponere. Nam tunc ſic punitus nulla alia poterit inde puniri pœna, d.l. qui de crimine.& ita tenet ibi Ange.in verbo plura. & eum ibi ſequitur Sal.& idem Ang. in d.l. Senatus. verſ.In gl.tertij dicunt.& Cæpo.in cautela xix. incip. Quando quis delinquit.Sed hoc conſilium non poſſet delinquenti patrocinari,ſi ipſe delinquens procuraſſet inquiri vel accuſari corã mitiori iudice. Nam tunc talis præuentio minoris curiæ ſeu iudicis nihil operabitur,vt tenet Ang.in l.ſi ſeruus plurium.§.penult.verſi.ſi quis ante.ff.de legatis primo. & Cæpola in d.cautela.xix. & pro hoc facit in argumentum.§. tria onera tutelæ non affectatę.inſti.de excuſationib. tutorum.cum aliis per glo. ibi,& Ange.& Aret.allegatis. † Quid ſi per iudicem fuit proceſſum contra a- 11 liquem,qui alium vulneraucrat,& fuit punitus:poſtea duobus aut tribus elapſis annis vulneratus vult agere pro iniuria ſibi illata & intereſſe ſuo, quod deſcendit ex lege Cornelia:& videtur quod non poſſit, vt tenet Iacob Butrigar.in l. & ſi non conuitij. C.de iniuriis.quia finitur anno, vt ibi. Contrarium tenuit Martin. cum quo tranſit Accurſius, & Iacob.de Rauen.ibi, & communiter omnes, & Petrus, Iacob.de Aurelhaco in ſua praxi,titu.de actione iniuriarum ex l.Cornelia.ver.Sed pone aliquis.& gl.Ioan.Fab.Angel.Aret.& Ioan.de Plat.in §.ſed lex Corne.inſtit.de iniuriis.& iſtud eſt verius, quia actio iniuriarum deſcendens ex lege Cornelia non finitur anno, cum ſit perpetua:de quo per Bart.Angel.& Alb. de Roſa.in l.ij.§.fin.& l.ſequen.§.ſi autem extraneus.ff.de adult. & ibi Alexan.in addit.& in d.l.Senatus, & d.l.qui de crimine.

SVMMÆ.

1 *Excommunicatione facta collatio cum clauſula abſolutionis quando valeat.& nu.3.& 4.*

2 *Papa abſentem poteſt abſoluere,& reddere beneficij capacem.*

Quæſtio CCXC.

Duo permutauerant inuicem, vnus videlicet magiſter Ioannes de Monaſteriis, ius quod in beneficio litigioſo inter eum,& quendam alium tertium prætendebat,in cuius poſſeſſione per ſententiam manutentus extiterat:& alius ſcilicet prothonotarius de Scandallaco in recompenſam iuris prædicti reſignare promiſit,& dare certum beneficium. Qui tamen in vim iuris ſibi reſignati adeptus eſt poſſeſſionem beneficij,quo gauiſus

gauiſus eſt: aduerſus quem de Scandallaco petentem ſe ſubrogari in locum renũciantis contra illum tertium idem reſignans ſe oppoſuit, dicens ex parte illius de Scandallaco permutationem effectum ſortitam non fore: & ſic repellendum, procedat repulſus per arreſtum curiæ, addita ſubrogati ne: quo peracto, & ipſo de Scandallaco in poſſeſſionem in vim beneficij ſic ſibi reſignati, ac etiam curioſi dam iuris deuoluti, pendente ſupra dicta ſubrogatione proceſſu impetrati exiſtẽte & permanẽtendem de Monaſteriis iterum reſignauit cuidã Gordon, qui per curiam ſubrogatus fuit: & etiam iam dictus de Scandallaco, in vim iuris noui impetrari ad oppoſitionem admiſſus. Et tandem oppoſuit contra dictum Gordon, quòd prædictus de Monaſteriis, à quo ius habuerat tempore collati ſibi beneficij, erat incapax, quia excommunicatus: & tanquam talis duorum annorum ſpatio, palam & publicè extiterat publicatus, & tentus. Et iſtud obiicit poſt mortem iam dicti de Monaſteriis, annis ſeptem, docens de facto de excõmunicatione & aggrauatione, ac abſolutione longo tempore poſt per ipſum de Monaſteriis obtenta. Quæritur primò an collatio beneficij facta tali excommunicato ſit nulla, licet Papa in literis eum generaliter abſoluerit à cenſuris eccleſiaſticis, quibus innodatus extiterat, ad effectum literarum conſequendum. Secundò, an falſificans inſtrumentum collationis perdat cauſam. Tertiò, an per confeſſionem & approbationem multi prædicti de Monaſteriis factam per iam dictum de Scandallaco, videatur ab impugnatione & exceptione excommunicationis repulſus.

DECISIO CCXC.

1 EST quo ad primam quæſtionem dico collationem fuiſſe nullam, quoniam excommunicatus publicus & notarius eſt omnino incapax beneficij actiuè & paſſiuè, vt volunt Doctor. in capit. illa quotidiana de elect. & in capitul. conſtitutus in primo. de appel. & pro hoc text. in capitul. poſtulaſti. & capitu. ſequen. & capitul. ſi celebrat. & ibi per Doctor. inſuper Anan. de cleri. excommuni. miniſtran. & tenet Bertachin. in tract. de epi. in iij. parte. l. j. quæſt. xxxj. & in prima parte. lib. ij. quæſt. iiij. & Guli. Mandago. in tract. de elect. capitu. vj & cap. xx. cum aliis vtrobique per nos in addit. alleg & amplè per Ioann. de Selua. in tracta. ſuo beneficiali in tertia parte. qu.
2 iij. † Sed illa clauſula, te à cenſuris & pœnis, quocis authoritate & à quocunque latis, quibus innodatus exiſtis ad effectum literarum conſequendum, duntaxat abſoluimus, abſolutúmque fore cenſentes. & capitul. quæ eſt apponi ſolita per Papam in impetrationibus beneficiorum, quam poteſt etiã abſenti & non petenti facere, eum reddit capacẽ, vt volunt Doctor. ſignanter Decius in capitul. Apoſtolicæ. verſicul. Vltimò prædicta regu. de exception. qui allegat ita tenere Alberic. in l. à procedente. C. de dilat. vbi Alberi. dicit ita obtinuiſſe à Papa Benedicto xij. eo exiſtente Romæ ambaſſiatore dominorum Mediolanenſium, licet apud maiores peritos Romanæ curiæ dubitaretur. Tamen finaliter (vt ipſe inquit) maiores prudentes in hac opinion. concordabant, tam Cardinal. quàm alij. Quia illa clauſula debet de aliquo operari, l. ſi quãdo. ff. de legat. j. & capitul. ſi Papa. de priuileg. libr.
3 vj. † Et hoc verum, niſi per annum vel vltra extiterit excõmunicatus, per nota. in capit. bonæ. de ætate & qualitate. Aut hæreticus, aut inobediens mandatis Papæ, vt voluit Felin. in dicto capitul. apoſtolicæ. de except. & hoc per regulam apoſtolicam Innocentij viij. quæ circa hos & alios caſus vtiliter ſecundùm eum prouidet per rationem ibi contentam, quæ eſt nu. lxxiiij. quæ tamen non inuenitur in communibus gloſſatis, ſed poſt deciſiones Rotæ, cuius tenor ſequitur: Sanctiſſimus in Chriſto pater, & dominus noſter dominus Innocent. diuina prouidentia Papa viij. Ne perſonarum, de quibus literæ quæ emanabunt, generalem abſolutionem à cenſuris eccleſiaſticis, quibus ligati forent ad effectum literarum earundem, indifferenter concedi, & in literis Apoſtolicis apponi ſolitã, præſertur alicui occaſio cenſuras vilipendendi, & inſordeſcendi in illis, ſtatuit & ordinauit huiuſmodi abſolutionem & clauſulã in literis, quas in futurum cum illa concedi contingeret, non ſuffragari nõ parentibus rei iudicatæ incendiariis, violatoribus eccleſiarum, falſificantibus & falſificari procurantibus literas apoſtolicas, & illis vtentibus, & hæreticorum receptatoribus & fautoribus, & res vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus eccleſiaſticæ libertatis, via, facto, auſu temerario, apoſtolicis mandatis non obtemperantibus, & nuntios vel executores apoſtolicæ ſedis, & eius officiales, eis commiſſa exequentes, impedientibus, qui propter præmiſſa vel aliquod eorum excommunicati iure vel ab homine per quatuor menſes ſcienter excõmunicationis ſententiã huiuſmodi ſuſtinuerint. Et generaliter quibuſcunque aliis, quicenſuris aliquibus etiam, quàm vt præfertur quomodolibet ligari in illis, per annum cõtinuum inſorduerint. Ergo ſi per annum continuum fuerint excommunicati, talis generalis abſolutio eis non proderit. vt ibi, & aduerte, quod illam abſolutionem poterit facere epiſcopus, ſi ſua authoritate quis tempore collationis erat excommunicatus d. c. poſtulaſti. ibi, forſitan cum eis miſericorditer diſpenſatum. ſed per epiſcopum, ſecundùm lecturam quam ſequuntur ibi Abb. Sicul. & Ana. & In. in c. dilectus. de temp. ordi. poſtquam text. non dicit, per quem debeat fieri diſpenſatio prædicta. Et ſi dicatur, quòd dicta clauſula, niſi forſitan cum eis &c. refertur ad proximum dictum, ſcilicet quod illud beneficium excommunicatus retinere non poſſit niſi forſitan, &c. quia ſi poteſt diſpenſari poſt collationem excommunicato factam, vt ibi dicit text. ſic etiam à fortiori in ipſo actu collationis poteſt diſpenſari ad illud acceptandum: quia tales abſoluti in vim & ad effectum litterarum, ſunt tantummodo verbaliter abſoluti, & non realiter, & expedito actu, propter quem abſoluuntur, ſtatim reincidunt, quemadmodum de ambaſſiatoribus excommunicatis, qui abſoluuntur quouſque funguntur apud pontificem legationis officio, ſecundùm Hoſtien. in dic. apoſtolicæ. & in capit. veniens. in ſecundo. & ibi Abb. Sicul. Butr. de teſt. Et idem in teſtibus excõmunicatis, qui abſoluuntur ad actum deponendi, & ita fit in curia metropolitana & primatiali Bituricen. vt pluries vidi in commiſſionibus ad teſtes examinandos datis: quamuis Franc. de Are. in dict. cap. veniens, circa finem teneat contrarium, quòd imò tales cenſentur omnino abſoluti, niſi reducãtur in excommunicationem. Sed opi. Hoſt. Anto. & Abb. ſequuntur Felin. in dict. capit. apoſtolicæ. & in capitul. ad reprimendam. verſi. Reducere non omittas. de offic. ordin. ſicut dicitur ſecundùm eos de abſoluto vel ſuſpenſo ad tempus, vt elapſo tẽpore remaneat excommunicatus vel ſuſpenſus & idem tenet Dec. in d. c. apoſtoli. ver. Et etiã de cõſuetudine Romanæ eccleſiæ, quæ alleg. Oldrad. in conſil. cclxxxviij. incip. Licet in tertio dubio. & Innoc. in dicto capit. bonæ. & latè idem Dec. conſil.

cxlv.incip Quæritur in effectu per totum,signanter.verſicul.Quartò bene facit.Et circa hanc quæſtio.proceſſus fuit partitus in camera inquęſtarum. & etiam in magna camera, & diſpartitus in Tor-
4 nella & ibi ſoluta quæſt. † quòd collatio exiſtenti in excommunicatione per annum continuum, & abſoluto modo & forma prędictis,erat nulla.Quia ſæpè quæritur de iure defuncti, vt ſciatur de iure ſuperſtitis.Et licet appareat beneficium non fuiſſe defuncto debitum, non ſequitur propter hoc ſuperſtiti eſſe debitum,vt dicit Feli. in c. olim ver. Limita prædicta in fine.ibi, adde etiam prædictis. de reſcript.alle.de Ro.in Deciſ. viij.in lit. penden. in nouis,quam nō inueni:quanuis in Deciſ.ccccxj. aliàs Deciſ.x.ti.vt lite pend. verſic. Tum quia non fuit lis &c.aliquid tangant. Accedat tex. in c. ſi hi contra quos.vt lite penden.lib.vj. Tamen multi ex dominis hæſitabant,ex eo quòd illæ excommunicationes non fuerant iudicialiter productæ vita comite prędicti de Monaſteriis,ſeu poſt eius mortem annis ſeptem, quamuis longo tempore litigaſſent.Et ſi eo viuente illas produxiſſent excommunicationes, fortè ipſe abſolutiones produxiſſet. Ideo non fuit protecto ſine dubio, quoniam Gordon ſubrogatus non debet arctari,ad quæ arctaretur eius auctor,ſi viueret,præcipuè de habilitatibus,promotione ad ordines, ac legitimitate ipſius auctoris:quia facilius fuiſſet ipſi authori iſta probare,quàm ſubrogato,ſecundùm Aegi. Bellameram in Deciſ.cxij.

S V M M Æ.

1 *Falſitatem in cauſa committens an perdat eam, & an ipſo iure vel per ſententiam.& nu.2.*

Quæſtio CC XCI.

Quod ad ſecundam quæſtionem an propter aliquas falſitates per producentem circa vnam collationem beneficij factas, perdat cauſam. Et quid de ſubtrahente inſtrumentum.

DECISIO CCXCI.

1 ET † videtur quòd ſic, ſicut falſificans acta,perdit commodum cauſę principalis,l. in fraudem.§. quoties apud fiſcum.ff.de iure fiſci. & ibi glo.hoc tenet in verbo, cadat.dicens,quod qui falſitatem facit in cauſa perdit eā. Et ibi com ſequitur Ludouic. Bologn. in ſecundis interpreta.non ex illo text. qui ſolùm loquitur in eo qui produxit acta,ſed manu notarij ſeu graffarij ad hoc deputati ſignata. Et iſte eſt verus ſenſus ſecundùm eum,& Decium in c.cùm venerabilis.verſ.Præterea tex.in d.§.quoties de except. poſt gl.ibi. Quoniam ſi falſificaſſet acta punietur etiam maiori pœna,vt infrà dicam,& idem Barba.in cōſil.liij. volumin.iij.ſequendo gloſſ. in dict. §. quoties.& in c.ex literis.de in integ.reſtit. tamen ſecūdùm Barto.ibi,tex.illius §.non habet locum in falſificante teſtes vel inſtrumenta, vt perdat cauſam, ſed in corrūpente acta,vt l qui agnitis.ff. de excep. & l.diuus.ff.de re iudic. & idem Alex. in addit. ad Bar.in d.§.quoties.& Barto.in l j.§.ij.in pen.q ff.de falſis,& Bal.in l.qui teſtamento. verſi. Quæro quæ eſt ratio.ff.de excuſa.tuto.quod intelligit Bal.in c.
2 olim.de reſcript.†quod falſificans acta perdat cauſam per ſententiam,& non ipſo iure,per tex. in l.ſi non obrepſerit.ff.de falſis.ſed in hoc contra Bal.tenet Barba.in d.olim.verſi. Not. ibi, perpetuum ſilentium.per text.in d.§. quoties, verſi. à cauſa cadat.quod eſt verbum preſentis temporis,inducens canonem latæ ſententiæ.le.j. C. de ſecundis nupt. ſecus ſi eſſet futuri temporis, quia tunc induceret canonem ferendæ ſententiæ.capitul. ſi diligenti.de foro compet.& l.in criminali. C. de iuriſdict. omnium iudicum.quod videtur verius,tamen erit opus declaratione,vt ex infrà dicendis apparebit. Et ipſum Barto.ſequitur Imol.in conſil. cxix.verſicul.Ad ſecundum.quod falſificans inſtrumentū, per textum.in dicto §.quoties.& in dicto capit. olim.vbi eſt text.ſing. Et hoc ſi aduerſarius de iure ſuo probauerit,vt ibi Feli.verſic. Vltimò guſta vltra omnes ſcribentes. Et hoc verum ſecundùm Imol. in dicto conſilio, niſi in priuilegio clericali per clericum falſificato,quia illo poterit vti, hoc non obſtante.& idem Alexand.in addit.ad Bart.in d.§.quoties circa medium. ſed an hoc dictum ſit verum,pro præſenti nō diſcutio.&iſta opinio.Bar. fuit gloſſ.vltim.in c.cùm venerabilis. de relig. domi.per text.in d.c.olim.Sed Card.de Zabar.in dict. cap.olim in xj.notab.dicit, quòd non ſolùm falſarius priuatur beneficio,ſed grauius etiam punitur: quia ſi ageretur criminaliter ſuper hoc vitio falſitatis,talis clericus deberet deponi, etiam ab ordine,& priuari omnibus beneficiis, & detrudi in monaſterium ad peragendum pœnitentiam, capitul.ſi quis epiſcopus.xo.diſtinctio.Et grauius puniretur,ſi falſificaret literas Papæ,vt cap.ad falſariorum. de crimine falſi. Et iſta Deciſio,ſecundùm Cardi.in d.capit.olim.in xij.notab.eſt vera, quòd qui committit falſum in cauſa,cadit à cauſa: & hoc in cauſa beneficiali.per illum tex.& idem, & latius in d.c.cum venerabilis.de exce.vet. In ſi.gl.vbi refert dubitari vidiſſe,an §. quoties. loquens in fiſco habeat locum in aliis perſonis. Et vidit quoſdam conſuleriſſe,quod ſic,hac ratione, quia quæ dicuntur ibi de fiſco, habent locum in aliis perſonis, quoniam intelliguntur dicta de iure communi, l. j.ff. de pet.hæred. niſi appareat, cp in aliis perſonis contrarium de iure ſit depoſitum. vt not.in d.§. quoties in prin.iſtam partem tenet Abb. Sicu.in d. c.cùm venerabilis. quamuis ſecundùm eum primum videatur æquius,tamē caſus non eſt ſecundū ipſos valde dubius.Sed cōmunis opinio eſt ſecūdū Cardin.quòd cadit à cauſa etiam in aliis cauſis & inſtrumentis falſitatis,per d.§.quoties.& per gl. in c.cùm venerabilis.per illū tex.à cōtrario ſenſu:quia ideo ibi non punitur eccleſia, ne delictum prælati noceat eccleſiæ,vt in regula delictū perſonæ.li. vj. Ergo ſecus in alio.Sed in cauſis beneficialibus dicit hoc eſſe clarum, quod eo ipſo quòd committitur falſum in cauſa, imponitur ſilentium falſario ſuper beneficio,per dictū cap. olim. & ſic requiritur ſententia declaratoria.Et pro eius opin.Barb.in d.c.olim.adduxit glo.in l.j. C. de formul.& in d.§. quoties.dicens iſtā partē eſſe de iure veriorem, ſed nihilominus opin.Bart.eſt magis cōmunis, quam ipſe etiam ſequitur. † quòd committens falſum in cauſa,ſeu acta cauſæ falſificans,perdat cauſam,quę- 3
cunque cauſæ vel perſonæ ſint. Sed falſificans inſtrumentum,vel corrumpens teſtes,nō perdit cauſam,per text.in d.§.quoties.& verum dicit: quæ de ſtyl curiarum Franciæ approbatur.& tenet Anch. conſil.ccclxxxviij.incip.in caſu præmiſſo. verſi.Itē non obſtat prædictis.& verſi.Præterea.& Alberic. in l.qui teſtamentum.verſi.Sed in eo quod dicit.ff. de falſis.& Ang.in l.ſatis apertè:per illum text. C. de falſis.dicens,hanc eſſe regulam quę fallit in pluribus caſibus,vt ibi per eum & Bartol. in l. j.§. ſed

& ſi

& ſi conſtitutio.ff.de conſtit. & Iſern. in ſua peregrin.l.lectur.titul.de falſita.teſtium. vbi vult cùm teneri pœna falſi.qui teſtes vt falſum dicãt inſtruit. l.j.ff.de falſis.& qui vtitur falſis teſtibus non perdit cauſam.niſi in cauſa fiſci.§. quoties. quia pœna priuationis à iure ſuo nunquam imponitur, ſecũdùm Bartol.niſi ſit expreſſum in l. & de hoc communiter allegatur gl.in capitul. fina. de iure patro. quæ alleg.tex.in authentic.de non eligendo ſecundo nuben.§. cùm igitur. in verbo, nec eſt lex tale quid dicens.quem text.ad hoc ponderauit Bald.in authentic.ex teſtamento.C.de ſecund.nupt. & per Feli. & Decium in capitul. j. de reſcript. Et ideo fallit in hærede cancellante vel delente teſtamentum,vt perdat hæreditatem,l.j.§. & cùm hæreditatis.ff.de his quæ in teſtamen.delen.& gl.j.inl.penultim.& ibi Iaſ.poſt Bald.& Salice. licet Petr.de Bella Pertica contra.Item fallit in pluribus caſibus not per Angel.in dicta l. ſatis apertè. de falſis. & Felin.in dicto capitul.ſicut verſicul. quarta declaratio.& in d. cùm venerabilis & Hippol.in d. rub. de probatio.& iſtam partem tenet Ioan. de Selua. in tract.benefici.in iij.parte.quæſt ij.verſicul.tamẽ ad iſta reſpondetur.Et hanc communem opinion. ſequitur Felin.in d.c. cùm venerabilis. verſi. ſicut falſificans teſtes.de except.cum aliis per eum allegat.Et idem ibi Dec verſi. in gloſſ. in verſicul. per vitium.quamuis ſecundùm eum opinio.Abb.ſit de iure verior.Sed iſtam Bartoli opinionem tanquam magis communem tenet Alexand.in l.diuus.verſi. item not.& Ancha.in dicto conſi.cccl xxxviij.incipien.In caſu præmiſſo. verſicu.præterea licet eſſet probatum.& Socin. in conſil. lx.volum.iiij. Vnde in caſu noſtro, & materia beneficiali poſſeſſoria: qua pendente falſificauit collationem. & illa vſus fuit, & clarè probatum fuit: quæ falſitas ſola eſt ſufficiens ad ſibi imponendum perpetuum ſilentium,prout vult.text.in dicto capit.olim dummodo pars aduerſa doceat de titulo ſuo, prout fecit. & idem tenet Cardin.Alexand.in cap.memoriam. xxx.diſtin.

S V M M Æ.

1 *Inſtrumentum occultans,an falſum vel furtum cõmittat.& num.2.4.8.& 9.*

3 *Probationem ad u erſario ſubtrahens, an perdat cauſam.*

5 *Notary inſtrumentum celantis pœna. & numero 7.*

6 *Notarius ſenex iurans ſe non recepiſſe inſtrumentum,quod tamen receperat,an ſit periurus.*

Quæſtio CCXCII.

Si ſunt nonnulli tabelliones celantes malitioſè,aut falſantes inſtrumenta, pro quibus pars aduerſa condemnatur aut patitur detrimentum,qua pœna puniendi.

DECISIO CCXCII.

SED vidi dubitari, quid de occultante ſeu recelante ac ſubtrahente inſtrumẽta aduerſario, quorum appellatione teſtes continentur,c. peruenit.de teſti.cog.&clement.j.de excep.&ibi Barb. qui alleg. vltra text.in l.notionem.§.inſtrumentorum.ff. de verborum ſignificatio.†Et videtur, quòd ſi hoc faciat animo, vt vritas omnino non appareat omnibus,quod non perdat cauſam,ſed pœna falſi teneatur,tex.cùm gl. in l.eum qui.& ibi Ioan.Fabr.Bal.Ang. & Salic. C. de fal.& Bart.in l.j.§.qui rationib.& in l.Paul.& in l.qui teſtamẽ. ff. de fal.& idẽ gl.in l.ſi quis affirmauerit.§.j.ff.de dolo.†Aliàs ſecꝰ ſecũdũ ipſos,ſi ſolũ celauerit,non vt veritas nõ appareat, quia fortè erat latrò qui credens ſubtrahere ſaccum pecuniæ, ſubtraxit ſaccum in quo erat inſtrumẽtum, quod non vult exhibere,vt furtum nõ manifeſtet ſuum, tunc tenetur furti, & non falſi. l. qui tabulas. & l. qui tabularum.ff.de furt.& ſic debet intelligi glo. iij.in l.j.ff.de publi.iudi. quam ibi ſequitur Bart.& Cin.in d l.eum qui. Et prædictam concluſionem tenuit Ange.& Imo.in dict.l.j. & vtrobique Ang. dicit ita practicaſſe.& idem Feli.in cap.accepimus. verſic.& ſubtrahentẽ inſtrumentum.de fide inſtru. remittendo ſe ad Bald.& Salicet.in dict.l.eum qui. †Et quod ſubtrahens probationem aduerſario nõ perdat cauſam, tenuit Bald. in cap. intimauit. per illum tex.poſt glo.fin.de teſtib.& idem in l.prouidendum.C.de poſtu.poſt gl.vltim.ibi,& Odof. & text.iuncta gloſſ.in dict.cap. peruenit. & ibi Anto. de Butr poſt Vin.& idem Peruſin. quem ſequitur Abb.Sicul.in cap.cùm cauſam. ver. ergo dicerem. de teſtib.& Feli.in dict. cap. cùm venerabilis. ver. Fortius dicit Innoc.de except. dicens hanc communem.qui alle.Ancha.ita tenere conſil cccl xxxj. alias eſt cccl xxxviij.in caſu præmiſſo. & Bar. in l. ſi quis obrepſerit.in duabus quæſtionib.ff.de falſis.& idem Iacob.de ſanct.Georg.in l.ſub prætextu.in j. nume.ix.C.de tranſact.& idem Imo. in dict.capit. peruenit.num. iij.& Bar.in le.ij.§. ſi quis dolo.per illum text.ff.de tabul.exhib.quem ibi ſequitur Ludo.Bolo.in ſuis primis interpret. quod intelligit habere locum, etiam ſiue vni celet, ſiue omnibus, dum tamen perpetuò vni celare & abſcondere velit,per illum text.qui melius hoc probat, quàm dictum Bartol.Et hanc partem tenuit Felin.in capit. peruenit.poſt Bald.& Doctor. ibi, de teſtib.ſecus in teſte per vim in domo retento & recelato, ſecundùm Baldum & Felinum ibi. & Felin. in dicto capitul.intimauit verſic. vltimò dicit hic & de Iſern.in ſua peregrina lectu.tit.de celante teſtamẽta.inſuper Socin.in l.qui accuſare.num.iij.de eden. † Si verò quis celaret ſuum ad ſe pertinens inſtrumentum nondum productum, quod nummis ſuis à tabellione redemerat,ab actore petitum exhiberi.Et dic,quod hoc in caſu recuſans in nullam cadit pœnam,vt dicit Bald.in dict.l eum qui argu. l. præſes.C.ad legem Fauiam. de plagi. quia non tenetur de ſuo beneficium facere, non tenetur inſtrumentum ſuum contra ſe producere,l.qui accuſare.vbi idem Bald.Alexan. Socin. Salic. & Purpu. C.de eden.& ca.j.de probat.& Matthæ. de Affli ct. in conſti.Neapol.titul.de malefic.clande.num.xxx. Præterea,& vt inquit Bald. ſi caſus eſſet, quod teneretur contra ſe producere, tamen non producendo,non teneretur de falſo,per text. clarum in l. fin.C.de fide inſtrumen.& gl.in cap.G. perpetuus. in verb.inſtrumentorum. de fide inſtrum. † Hoc fallit ſecundùm eum in tabellione,aut parte celante prothocollum ſuum, & negante inſtrumentum de quo rogatus fuerat.ſe feciſſe,quod teneatur pœna falſi, ſi conuicatur. le. ſi quis decurio. C. de falſis.& idem tenuerat Ioan.And.in addi.Spec.tit. de inſtrumen.edi.§.inſtrumentum. in princ. ſuper verbo, vt dicebat Odof.in ij.quæſt.& idem Bald. in l.qui accuſare. quem ibi Alexand.& Purpur.numero primo & viij.ſequuntur.& idem Bald. & Iac. de ſancto Georgio,in le. prætor ait. §. prætor ait.

numero xix. ff.co.titu.& Paul.de Caſt. in l.non idcirco.C.de teſtamen.& Feder.de Senis conſi. cxiij. incipien.Credo quòd tabellio.& Alex.conſ.lxxiiij. incip.Viſo teſtamento.verſi. fortificantur.vol.j.& Hypolyt.de Marſil.in repeti.rub.C. de proba.ver. limita ibi,fallit in notario.& Matthæ.de Afflict. vbi ſuprà.numer.xxx.& hoc verum.ſecundùm Ioan. And. vbi ſuprà, niſi excuſaretur, quia proceſſiſſet diuturnitas temporis,& notarius eſſet bonæ famę: tunc non tenetur.Et ſequitur Alexand. in l.qui accuſare.in ij.notab.& idem Socin. in v. notab. pro quo allegat text.& Bar.in l.quoties.§.j.ff. de hære. inſti & idem Purpu.numer.vij.pro quo ibi ſequen. adducit,quod dicit Angel.in §.ſi autem.in authentic.de trien.& ſemiſ.†de notario in ſenectute conſtituto,qui iurauit ſe non recepiſſe inſtrumentum, quod tamen verè in ſua receperat iuuentute,vt nõ teneatur de falſo.Quo caſu etiam putat Purpur.talem notarium ſenem eſſe excuſandum, nec eſſe lapſum temporis exigendum, ſicut ab alio notario iuuene,quia in ea ſenili ætate memoria eſt labilis, vt voluit Barba. conſil.lxxxix. vol. iiij, quamuis ſecundum Purp hoc iudicis arbitrio ſit relinquendum: quoniam multi ſunt ſenes quos memoria
7 deſtituit:cum aliis per eum allegat.†Secundò prodiérit concluſio prædicta, vt inquit Purpu. cùm notarius celat omnibus,ſecus ſi ſoli aduerſario, & aliis in publicum exhibet,vt tenet Barto. & Ang. in dict.l.ij.§.ſi quis dolo.de tabul. exhib. Quod dicit Angel.eſſe notandum in practica. & Deci. in c. j.verſicul.ſecundum, de proba. quod intellige, vt dixi ſuprà in præced.quæſt.in j.parte.vnde in cauſa domini Nicolai Lacoart notarij appellati, contra Ioannem Geoffroy à Seneſchallo Xantonen. appellantem,& petentem ſcedam teſtamenti, quondam domini Ioannis Taſſeron, quam idem notarius exhibuerat parti aduerſæ dicti Geoffroy, & in formam publicam & probantem tradiderat, & in iudicio produxerat,& ſuper verificatione illius teſtes numerarios produxerat, teſtificantes teſtamẽtum groſſatum & productum eſſe verum, & continere veritatem:& ſi nũc dicit ſe perdidiſſe, quod non teneatur de falſo. Tum poſito caſu pro conſtanti notarium ſcedam originalem, & etiam inſtrumentum groſſatum perdidiſſe.probando enim amiſſionem & tenorem, conſequitur idem quod conſequutus fuiſſet,ſi illud inſtrumentum produceret,ſecundùm Barto.Bal.& Salicet. in l. ſicut.C. de fide inſtrument. & per Abbat.Sicul.in capitul. cùm olim.de priuileg.& Alexan.in additio.ad Bartol.in l.ij.§.diuus.ff.de iure fiſci.& in l.ſi vnus.C.de teſtament.cum aliis per Hippol.de Marſil. in dict. reperi.rubric.de probatio. verſicul. circa ſecundũ caſum.Et ita fuit concluſum in d.cauſa.Et latum arreſtum.Si verò productum fuerat per partem, & illud occultet,vel laceraurit ſtatim, tunc terminum certum intra quem exhibeat,iudex debet ſibi præfigere,aliàs eidem declarabitur nullam fidem de cætero adhibendam fore, vt tenet Innocen.in d. capitu.G.perpetuus.& Barto.in l.j.§. edenda.ff. de eden.& Guido Pap.Deciſio.ccxlv. Et idem ſi poſt productionem ſtatim,tanquam de falſo redargueretur,laceraurit:quia potuit pœnitere,vt voluit Ancharan.conſil.clxxiij.incipient. Circa primum tamen.in cauſa illorum de ſancta Liberata, contra eorum dominum fuit quidam conſul, qui ſtatim poſt productionem inſtrumenti pro eorum domino facientis lacerauit, condemnatus in certa emenda. Vel etiam præſumendum eſt, quòd dilacerauit inſtrumentum: fortè quòd in ipſo eſſet aliquod falſitatis vitium latens,quod potuiſſet apparere facta diligenti inueſtigatione, vt voluit Felin. in dicto capitul.ſicut verſicu.Quarta declaratio.allegat Socin. in capitul.cùm olim.in primo verſicu. item aduerte.de priuilegiis.Et nota,quòd ſi aduerſarius retinet inſtrumentum, quod credo & dico falſum, poſſum ipſum vi eripere & dilaniare:ſed melius erit ad iudicem referre. tex. in l. iij. quem gloſſ.in hoc multum notat. C. de paganis. quod credit ibi Alberic.eſſe verum,ſi talis vtebatur illo inſtrumento falſo: aliàs non: & ita dicit de facto dixiſſe,contra quendam rectorem, vt ibi. Et iſtud eſt verius,quia ſi non produxerit,non poteſt compelli producere,vt dictum eſt,nec ab eo auelli. Si verò poſtquam de falſo redarguebatur dilacerauit, aut in ignem proiecit,& tunc tenetur de falſo,& etiam perdit cauſam,quia corrumpit acta cauſæ, eo ipſo quod inſtrumentum productum arripuit & combuſſit,per dictum §.quoties. Et idem ſecundũ eum,ſi poſt productionem & proteſtationem aduerſarij illud volentis de falſo redarguere, idem producens declarauerit ſe velle vti, & poſt dilacerauit. Accedat text. in l.ſi falſos codicillos. C. de falſis.Et ipſum ſequitur Feli.in dict.capitul.ſicut in quarta declaratione. & ibi vide de inſtrumentis coram iudice laceratis.†Sed contrarium tenet In- 8
nocent.in dict.capitut.intimauit.de teſtibus.talem ſubtrahentem perdere cauſam. & eum ſequitur Angel.in l.j §.ſi reus.ff.de eo per quem factum eſt. Quod tenuit Cin.in dicta l. prouidendum. per illum text.in fin.quem bis ibi Paul. de Caſtr. commendat mente tenendum reprobando ibi gloſſ. & idem Alberic.& Franciſc.de Aret.ibi, dicens illam gloſ.communiter eſſe per Docto.reprobatam.Ad quod dicit videndum Bart. & Legiſtas in l.ſi de poſſeſſione.C.de probationi.qui tex.præſumit ſubtrahentem inſtrumentum habere malam cauſam, idem Guid.Pap.ibi Butr.in dict.cap. cùm cauſam. verſicul. quæro quid ſi propter impedimentum partis.de teſtib. & in iſtam partem inclinat de Zabarel. in dict. capit. peruenit. & hanc prius ibi tenuerat Hoſtien.Et pro hac parte videtur text. in l.penul.C.de legatis.& idem Ang.in l.ſatis apertè. verſiculo.idem in eo qui operatus eſt. de falſ.vbi dicit aduocatos in hoc eſſe cautos contra illos, qui minantur teſtib. aduerſari.Et Felin.in c.olim. verſiculo,nota,quòd quandoque ſuperior de accuſationi.& in capit. ſicut. verſicul. quarta declaratio. ante fin.de re iudica.& Hippol.in repet. rubr. de probat.verſic.ergo circa hanc ſpeciem. Tamen in fin.dicit illud non eſſe ſine dubio, propter opinio. Doctor. primam partem tenentium. Et ſequitur Andr.Bar.conſilio liij.verſiculo.& idem dicit eſſe. volumin.viij.& Guido Pap.in ſingula. xlix. Quid dicendum? † Et Henricus Bohic.in dict.capi.per- 9
uenit.de teſti.cog.diſtinguit,cuius diſtinctio videtur æqua.Aut quęritur vtrum talis ſit ad plenum conuictus de huiuſmodi ſubtractione callida vel malitioſa,aut non:ſi non tunc non habetur pro cõuicto,nec præſumitur cõtra ipſum.Nam licet præſumptionem probare non oporteat, quoniam ius ipſum inducit: tamen bene factum ipſum ſubtractionis, ex quo reſultat præſumptio, probare oportet.cap.cùm inter R.ſeniorem.de electione. & cap.tertio loco.de probationibus,& capitul. illud. de præſumptioni.Aut eſt conuictus ad plenum, vt videtur in caſu noſtro,vbi ſyndicus deuoti conuẽtus de Cadunio,qui non furto, ſed authoritate iuſtitiæ

ſtitiæ Parlamenti Pariſien. poſt compoſitionem & acquiſitionem iurium partium ſecum ratione loci, & Signoriæ de Badoſolio litigantium, retento & remanente penes ipſam curiam Pariſien. inuentario, recuperauerat petias & inſtrumenta, ac alia acta in eodem inuentario contenta, & ſic ſine vitio. quod quidem actum ſeu acquittum ſiue receptiſſe manu graffarij de Marcillac de repoſitione & reſtitutione inſtrumentorum & petiarum in curia noſtra ſignatum produxit, & ſic ſatisfecit appunctamento curiæ. Vnde ſic concluſum & dictũ fuit. Sed ſi cum vitio, & tũc aut quæritur an ſit præſumptio contra ipſum quòd foueat malam cauſam, & tenet quòd ſic. Et ita intelligit opin. gloſſ. & Inno. in d. cap. peruenit. Aut quæritur an habeatur pro conuicto, & tunc aut ipſe non oſtendit claris & euidentibus documentis innocentiam ſuam & iuſtitiam ſuæ cauſæ, & tunc tenet, quòd ſic. Et ita intelligit opinio. Hoſtienſ. aut oſtẽdit claris & euidẽtibus documentis iuſtitiam cauſæ ſuæ, & tunc credit quòd non habetur pro conuicto, ſed in ſua iuſtitia audiri debet. Et ſic intelligit opinion. Vincẽtij, quod non perdit cauſam pro tali ſubſtractione, tamen debet (vt ait) pro motu iudicis extraordinariè puniri, per tex. in d. c. peruenit. ibi, & experiri. &c. & ibi Abb. iniquum enim eſſet ipſum alia pœna, ſcilicet amiſſionis cauſæ, & ſic duplici pœna puniri, in c. at ſi clerici. de iudiciis. & l. diuus. ff. de offi. præſi. & iſtud (vt inquit) videtur æquius, quicquid dicat Hoſtien. ſed in caſu noſtro nõ ſubtraxit, nec malitioſè detinet: ideo, &c. Quæ etiam ita mihi videtur, per text. in d. l. qui teſtamentum. de falſis. vbi text. æquiparat teſtamentum deleri, vel occultari, dum dicit, Qui teſtamentum amouerit, celauerit, rapuerit, deleuerit, interleuerit, ſubiecerit, &c. & idem dicit tex. in d. l. Paulus. eod. tit. ſecũdùm communem opinio. falſificans inſtrumentum productum non perdit cauſam, vt ſuprà in præceden. quæſt. dictum eſt. Ergo nec occultans & celans, cùm idem ſit. Vnde inter prædictum dominum de Badoſolio, & ſyndicum de Cadunio ſic fuit dictum.

SVMMÆ.

1 *Conſiteri quando quis dicatur titulum aduerſarij.*
2 *Confeſſio aduerſarij, niſi de titulo beneficij doceatur, non ſufficit, niſi in caſibus. & nu. 3. & 4.*

Quæſtio CCXCIII.

Conſiteri inſtrumenta aduerſarij (niſi impedimentum præſtent) an ſit licitum.

DECISIO CCXCIII.

ET antequam veniam ad tertiam quæſtionem præſuppono, † quando quis videatur cõfiteri titulum aduerſarij ſui bonum, ſeu ipſum aduerſarium fuiſſe capacem. Et eſt, quando confitetur ipſum ab eo qui de iure aut conſuetudine habet poteſtatem ponendi inductum in poſſeſſionem, vel per approbationẽ expreſſam acceptando ius ſuum, & eo vtendo, vt volunt Barb. & Felin. in dict. cap. olim. & per Abb. & Doctor. in cap. ex ore. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. & Din. in regula beneficium. in ix. quæſtio. & ibi Ioann. And. & Philip. Franc. & quæ ibi dixi in additio. ad Din. de regu. iur. libr. vj. Et ex infrà dicendis magis apparebit. † Et circa hanc 2
quæſtio. Feli. in d. c. olim. verſi. Dicit etiam Domini. poſt Boatium, & Ioan. And. in c. j. de eo qui mit. in poſſeſſ. lib. vj ponit regulam negatiuam ſequendo ipſos, quod quando agitur de beneficiali titulo, confeſſio aduerſarij non prodeſt agenti, ſed habet probare aliter titulum ſuum beneficialem, dicto capit. olim. in fin. vbi ſola probatio canonicæ inſtitutionis iuuat, aliud non, per cap. dilecto. de præbend. & capit. ex frequentibus. de inſtitut. ſicut dicitur in ſimili de matrimonio carnali, in quo non ſtatur confeſſioni coniugis ſuper eorũ impedimẽto. c. ſuper eo. de eo qui cogno. conſangu. & vide per Felin. in d. c. olim. qui limitat regulam prædictam quinque modis. Et prima omiſſa, ſecundam tertiam & reliquas ad propoſitum noſtrum facientes adducam. † Et in ſecunda limitatione, & ter- 3
tia, dicit regulam prædictam procedere, quando agitur petitorio, & non profectò poſſeſſorio, in quo ad colorandam poſſeſſionem ſpoliati ſufficit confeſſio ſola ſpoliatoris probans illum colorem, puta ſi confitetur eum inductum in poſſeſſionem ab eo qui de iure vel conſuetudine habet poteſtatem ponẽdi. Nam talis confeſſio ſufficit ad effectũ reſtitutionis conſequendæ. alleg. Deciſ. Rotę, titul. de reſtit. ſpol. xvij. & xix. in nouis. olim. cccc viij. & cccc xxj. & iſte numerus vltim. eſt ſecundùm meas. Et idem dicendum eſt in caſu noſtro nouitatis, & ſaiſinæ, ſcilicet retinendæ poſſeſſionis, ſecundùm Federic. in d. c. olim in iij. limitat. Et hic vltra confeſſionem ſeu approbationem tituli ipſius de Monaſteriis, in vim cuius poſſeſſionẽ acceperat, & in locum eius ſubrogari petierat, vt dictum eſt, cõſtabat & apparebat de titulo ipſius, vt ſtatim dicã. † 4
Quartò limitat Felin. regulam volentẽ confeſſionẽ rei nõ prodeſſe actori, verum quando ex toto vult actor inducere probationem tituli ex confeſſione aduerſarij: ſed ſi ex toto non velit cauſare ſuum titulum ex illa cõfeſſione, quinimo probat illum, ex cuius probatione ſua probatio efficitur dubia, tunc cõfeſſio aduerſarij detrahit ſuæ propriæ probationi, & confirmat probationem actoris, quaſi leuãdo obſtaculum, & illo modo tunc prodeſt ipſi actori, vt voluit Dominic. in c. duobus. ibi, ex vltima ſolutione nota. de reſcript. lib. vj. per gl. in ver. ſi nõ appareat. Et iſtud eſt ſecundũ Dominic. & Feli. ſũmẽ notandũ, nec de facili ſimilis gl. reperitur alibi. Et idem tenet Feli. in c. cauſam quæ. ver. fallit ij. de teſtib. cũ aliis per eum alle. & in c. lator. ver. ſi duceretur cõtra. de re iud. & Hipp. de Marſi. in l. vnius. §. in ea cauſa. ff. de q. Et deci. in c. dilect. ver. Ex prędictis. de appell. & Abb. Sicu. in c. in literis. ver. Sed tenendo communem. de reſti. ſpo. & Rot. Deci. xliiij. in antiquo. & Barba. in conſ. x. & conſ. xl. vol. iij. & Deciſ. capel. Tholoſ. q. cccc lxxiij. & gl. pragm. ſanct. tit. de pacific. poſſeſ. in ver. triennio. & aliàs dixi in conſ. liiij. incipi. Viſo proceſſu ideo poſtquã accepit beneficium à dicto de Monaſteriis per eius renuntiationem, & illud tenuit per ſpatium tẽporis, & ſubrogari ſe in locum illius petiit, & ſic eũ capacẽ approbauit, nũc non poteſt ipſum incapacẽ dicere, per regulã, quod approbo, nõ reprobo, l. Pomponius. ff. de neg. geſt. & c. accepimus. de ætate & qualit. cũ aliis ibi alle. & in d. c. ex ore. & c. dilecto. verſi. quorum. ibi, poſt medium approbauit. & ibi, ad oſculum recepiſti. de præben. quia qui à nõ legitimè inſtituto accepit beneficium, non poteſt dicere prælatum fore priuandum, quando deſe-

ctus institutionis prælati dependet ex facto & voluntate: quia scienter recepit. Secus si nō ab eo dependeat, secundum Din. Ioan. And. & Philip. Frāc. in d. regula beneficium. Sed in casu præsenti iam dictus de Scandallaco, qui sciebat prædictum de Monasteriis incapacē: scienter accepit ab eo ius quod habebat in beneficio, prout est præsumendū, cùm ipse postea excommunicationes, post mortē tamen illius, vt dictum est, ad reddendum eius titulum nullum produxit, arg. l. scripturæ. C. de fide instru. & in c. imputari. eo. tit. & no. per Doct. insuper Felin. & Deci. post Abba. Sicu. in d. c. cum venerabilis. de exceptio. vbi Felin. ponit quinque conclusiones, an producens instrumenta præsumatur scire contenta, & illa approbare. Et circa has q. processus fuit vt dixi partitus in camera inquæstarum: quia quidem ex dominis tenebant beneficium esse sequestrandum, & alij recredentiam actori adiudicandam: & idem fuit in magna camera. Et tandem dispartitus in camera Tornellæ, vbi omnes fuerunt opi. quòd sequestraretur, me excepto, qui visis omnibus prædictis tenui non solùm recredentiam actori adiudicari debere, sed profectò definitiuè manuteneri, contra ipsum de Scandallaco. Et latum fuit arestum, die xxvij. Iunij. Anno Domini 1523.

SVMMÆ.

1 *Dilatio à quo, & an cum causæ cognitione & parte citata sit danda. & nu. 3. 6. 7. 10. 11. 12. & 13.*
2 *Prorogatio quid, & quando fiat.*
4 *Dilationem ex officio, an possit dare iudex parte non petente. & nume. 5.*
8 *Prorogatio facilius fit, quàm de nouo concessio.*
9 *Prorogatio impropriè dicitur post terminum.*
14 *Dilationi concedendæ quæ causæ cognitio requiratur. & num. 15.*
16 *Iuramentum de impedimento, an sufficiat ad obtinendum nouam dilationem.*
7 *Compromisso pendente non currit tempus.*
18 *Dilatio non detur ad id solum, in quo fuit quis impeditus.*
19 *Testes intra tempus datum iurantes, an possint postea deponere, & numero 20.*
21 *Dilatio vt iustè concedatur, quæ requiruntur.*

Quæstio CC XCIIII.

Plerunque per alteram partium in curia litigantium porriguntur eidem plures requestæ ad dilationem ad probandum eisdem datam nondum finitam, prorogandam. Quæritur an curia possit hoc fine alterius partis vocatione facere.

DECISIO CCXCIIII.

1 ET istam quæst. ponit Socin. in consil. xlviij. nu. xij. cum seq. volum. iiij. † Et primo videtur secundum eum q̄ sic, arg. l. sed si manente. ff. de precar. & l. si cùm dies. ff. de arbi. & l. iiij. ff. de dam. infec. quib. iurib. etiā probatur † quod prorogatio dicitur fieri, quando nōdum est finitū tēpus, vt per Alc. & Iason. in d. l. iiij. & gl. in l. Labeo ait. §. fi. ff. de arbit. & Lanfran. de Oria. in tracta. suo de arbit. ver. Prorogatio. qu ia nihil aliud est, quam prioris termini extensio, & Soci. consi. xcix. versi. Ex quibus clarè infertur. vol. iij. & Bal. in c. Quintauallis. Sed an finito. de iureiuran. † Tandem Soci. distinguit quòd aut talis prorogatio fuit facta parte non petente, quòd fieri non potuit, l. j. ibi, postulatum, & in verbo poscentur. C. de dilatio. quæ est canonizata. iiij q. iij. §. spatium. Et ita tenent Bal. & Bar. in j. & iij. notab. & Sali. Paul. & Alb. in d. l. j. bonus text. in l. ij. ibi, necessariis, si petantur, dilationibus non negandis, si cer. peta. Et nisi cuim petatur dilatio, iudex non tenetur eam assignare. Faciunt no. in l. j. C. de fust. vt infrà dicam. † Igitur iudex non potest secundùm Soci. ex officio talem dilationem prorogare, nemine petente, prout est casus in d. l. j. & Iacobus Butr. & Bal. in l. in pecuniariis. versic. Iuxta prædicta quæro. ff. de feriis. † Quamuis Bart. in dict. l. iiij. §. hoc autem. in ij. qu. & in d. l. j. de dilatio. teneat quòd iudex possit etiam non petendi concedere dilationem. Et idem Franci. de Areti. in d. l. j. in fin. & Signorol. de Homed. in consil. centesimoquinquagesimosexto. versiculo, Nec obstat si dicatur. & Petr. Rauen. in suo aureo alphabet. in litera D, ver. in rub. C. de dilatio. Tamen ipsi loquuntur de dilationibus ad abbreuiandum litem, & non prorogandum, vt ipsemet Bart. declarat in d. l. j. de dilatio. Et pro hoc facit text. in pragma. sanct. titu. de authoritate sacri conci. §. quem terminum. ibi abbreuiare, sed nullatenus prorogetur, & ibi gl. Barto. nec sequaces loquuntur de secunda dilatione, sed prima: ideo secundùm Socin. stat regulariter dispositio d. l. j. & l. iiij. de dam. infec. Sed in abbreuiatione contrarium tenet Alex. in additi. ij. ad Bal. in d. l. j. quòd in illa requiritur causæ cognitio, potius quàm in ampliatione, per tex. in l. iiij. §. si quis condemnatus. & ibi glo. vlt. de re iudi. Sed ad hoc potest responderi, quod ille text. loquitur in dilatione & termino maiori vel minori à iudice ad soluendum data condemnato, & non profectò in dilatione ad probandum, vt l. j. ij. & fi. C. de vsur. rei iudic. cum nota. in l. ij. de re iudi. & ibi per Bartol. Pau. & Alex. versi. additio dicebat Iacob. de Aret. † vbi communiter tenetur, quòd requiratur causæ cognitio tam in abbreuiatione, quam prorogatione. Vnde stat communis opi. quòd dilatio peti debet, vt infrà dicam. † Aut enim dicta prorogatio per partem petitur altera absente, & non citata, & licet in hoc casu Soci. non arguat ad partem affirmatiuam, quòd iudex hoc possit: sed negatiuè solum, quod non possit, videtur tamen primò, quod iudex prorogare possit, vt tenet Ang. sub dubio fortè in d. l. in pecuniariis. ver. in gl. forsitan autem potest prorogari, dicens istam prorogationem nō esse nouam dilationē, sed concessam prolongare. Et iste modus secundum eum est valde tutus, quando impedimentum nō posset probari, de quo infrà dicam, quod ante finitam dilationem pars compareat, & petat sibi terminum prorogari. Facit capitulo consuluit. & quòd not. ibi Innocen. de offic. deleg. & ipsum Ang. sequitur Pau. de Cast. in dicta l. in pecuniariis. versic. sed vtrum iudex. vbi alleg. Specu. ita tenere in titul. de dilatio. §. nunc videamus. versicul. & hæc sunt in argumen. cum versicu. præcedenti, sed pone iudex. Et verum dicit, quamuis in fine videatur tenere, quod non debet prorogare, nisi subsistente aliqua causa, non tamen tanta quanta requiretur in noua dilatione: † quia facilius inducitur prorogatio, quam totalis de nouo concessio capitulo cùm olim Abbat. de offi. dele. Alex. consil. lxxxiiij. vol. v. Et etiam dicit Specul. quod finitam dilationem iudex non potest prorogare, quia quòd non est, prorogari non potest, l. cum stipulatus sum mihi à Proculo. in princip. de verborum obligatio. quia tunc esset renouel-

2 3 4 5 6 7 8

renouellare commissionem, ac dilationem nouam concedere, vt Imo.& Alex.in d.l.iiij.in primo no-
3 tabil.de damno infecto. † Quod intelligunt propriè, sed impropriè bene dicitur prorogatio post terminum, l. Titio centum.in parua,& ibi Bald. & Imo.ff.de legatis secundo..& reprobato Specu. vt dicam in sequen.quæst. & text.in d.l.iiij. hoc bene probat,dum dicit,renouare vel protelare: quia renouatio fit per diem,& protelatio durante die. Et cum renouatur est noua dilatio,cum protelatur est vna,sed prorogata,secundum Angelum & Cuma. ibi.Et idem in quæst.nostra tenuit Pau.de Castr.& magis amplè in dicta l.j.versiculo,Item iudex bene posset: allegans Bald.pro se in l.j.C. quomodo & quando iudex.Et finaliter Paulus de Castro refert vidisse semel bonam memoriam domini Prodocimi facere magnum festum de isto dicto,qui tamen non allegabat nisi Angelum. Sed ego Paulus,vt ipse inquit,allego Specul.& Bald. quos Ange. non allegauit.Et idem tenet Paul.de Castr.in dict.l.iiij. versiculo, Et aduertendum quòd si dies non erat adhuc elapsus.de damno infecto. idem Iason. in d. l.in pecuniariis.versicul. Quintò notabiliter limita,vbi allegat Cæpol,ita tenere in caute,xxviij.aliàs est.xxix.incip.quia sumus.in cap. vltra tertiam. Et pro ista parte ego allego vltra Lanfran. de Oria. idem tenentem in repet.c.quoniam contra falsam. de probati.versi. Finaliter vnum non omitto. qui allegat glossi.in dict. l.in pecuniariis. quæ nihil dicit.& etiam Ioan.Fab.in l.à præcedente.C.de dilatio.sequendo Spec.in d.§.nunc videamus.versi.Sed pone.& Luc.de Penna.in l.apud eum.in iij. quæst. C. de omni agr.desert.libro xj. qui pro hoc alleg. text.in capitu.significare.de appella..& Feli. in d.c. vltra tertiam.versi.item si ante lapsum terminum. vbi etiam allegat Bal.& Imo.ibi ita tenere,& neuter mihi hoc dicit, & mirum,quod Feli.non allegauerit Specu.Ang.Pau. nec alios Doct.suprà alle-
10 ga.& etiã alleg.Alber.in d.l.iiij. ¶ †Sed cõtrariũ,vt dixit, tenet Socin.in prælleg.cons.xlvij.quod hæc prorogatio fieri nõ debeat sine partis vocatione, & si facta fuerit,nullius erit momẽti. Et istud probatur secundum ipsum,ratione & authoritate.Primò quia talis prorogatio non potest fieri,nisi causa cognita,vt concludit Bar.& Doct.in dict. l.ij.de re iud.ergo si requiritur causæ cognitio,requiritur citatio,l.in causæ.§. causa cognita. ff.de minor. & consequenter ex defectu citationis prorogatio erit nulla,iuxta not.in l.nam ita diuus. ff. de adopti. & l.de vnoquoque.ff.de re iudi.Secundò probatur secundum Socin.authoritate Bald.in dict.l.j. versi. modò quæro.in fi.quomodo & quando iudex.vbi dicit,quòd sicut in danda dilatione requiritur causæ cognitio , ita etiam in ea alteranda. d.l.j.& l.à procedente. de dilat. & sic non facit pro Paul. de Cast.qui eum in d.l.j.pro sua allegauerat ppin.cõfirmanda.Et ita eum redarguit Iason in d.l.in pecuniariis. & istam partem tenet Roma. in consil. ccxxvj.versicu.secundò idem probatur & Alex. in d.l.j. in additio. ij. ad Bal.per tex.in l.hæredes palam.§. si quis post.ff.de test.& in d.l.ij.de re iudica.
11 †Licet Innocen.in c.ij.de dilatio. & Spec. eod. tit. §.fi.ver.vltimò no.velint diminui vel augeri posse dilationem sine causæ cognitione. Sed dictum eorum secundum Ale.potest procedere & esse verũ, quò ad hoc quòd non sit nulla, tamen iniustè facit iudex,vt voluit Barto.in d.l.ij.versicu. item quæro quid si iudex.de re iudi.Sal.in d.l.j.versic. sinautem non dixerit. Vel alio modo secundum Alex. quod ipsi loquuntur in dilationib. arbitrariis. d.l.j.Quare circa hoc ipse in d.l.ij.recitat sex opin.vt ibi per eum , & quãuis simus in dilatione ad probandum data nondum finita proroganda,tamen circa illud videtur generalis conclusio Doctor. esse, quod sicut coarctatio termini iuris non potest fieri sine causæ cognitione,ita nec illius prorogatio:aliàs est nulla,vt tenet Pau.& glossi. pragma. in locis suprà allega.& Imol.Alex.& Modern. in dicto §. si quis condemnatus contra gl.fin.ibi , volentem dilationem prorogari,sed non arctari sine causa. Et supradictam conclusionem tenet Abb. Sicul. in cap. quod ad consultationem.& ibi Felin.versi.quadrimestre.de re iudi.quia secundum Doct.suprà alleg. prorogatio & coarctatio æquiparantur d.l.ij.de re iudica.vel si velimus secundùm Alex.in d.§.si quis condemnatus,saluare gl.ibi tenentem prorogationem fieri posse sine causa,debere intelligi,quando iudex in prorogatione expressit aliquam causam, quæ quamuis non sit iusta, tenet tamẽ prorogatio, si non appelletur.Aliter enim,vt inquit Alexander non potest saluari Deinde conclusio præcedens est verior,secundùm eum in d.l.in pecuniariis.versic. item inquantum Bart.concludit.& idem Abb. Sicu.& Felin.in d.c.quod ad consultationem. Quod sine loquamur in termino iuris ad soluendum per sententiam,aut præceptum iudicis à quo , potest appellari,dato quod non posset prorogari vel coarctari:sed per curiam supremam illud tempus ex aliqua causa ipsam mouẽte solet coarctari vel prorogari , vt suprà dixi in quæstione incipiente, alia quædam quæstio orta fuit , an fructus.Siue etiam loquamur in terminis quæst. nostræ,scilicet in dilatione probatoria proroganda,quæ nõ potest fieri absque partis vocatione : aliàs si fiat per iudicem inferiorem potest appellari.& ista erit secunda cõclusio,quam sequitur Alexan.in d.l. in pecuniariis. ver.item adde quòd licet.ibi , tamen dicebat sing. Ang.allegãs ibi ita tenere Fulgo. & quòd in pũcto iuris opi.est verior:aliàs si opin. Angel. esset vera, d.l.oratione.& in l.in pecuniariis. essent impositæ verbis,& non rebus,contra l.ij.in fin. C.communia de leg.& contra d.l.à procedente.& l.sine pars. eo.titu.& idem Iacob.de sancto Georgio in d.l.in pecuniariis. versicu.aduerte etiam.vbi idem dicit, quod Alexan. quamuis dicat dictum Ang. mente tenendum propter eius authoritatem, quę est maxima,& Bal.in cap.Quintauallis,quem refert & sequitur Lanfran.de Oria. in tractatu suo de arbitr. in d.ver.prorogatio.in vlt.verbis.†Quia in prorogatione quæ fit per iudicem est necessaria citatio: secus in prorogatione quæ fit per arbitrum ex potestate compromissi sibi data. Et hanc partem tenet gl.in l.diem proferre.in princi.ff.de arbitr.vbi licet dies compromissi possit per epistolam vel nuntium prorogari,vt ibi:secus est in dilatione,secundùm gl.quam sequitur Alberi.& Baldus ibi. & idem videtur tenere Innocentius in dicto capitulo vltra tertiam.versiculo, si autem propter pericula viarum.quem ibi sequitur Franciscus de Aret.versic.circa tertium dubium. quando impedimentum non est diutius duraturum , quod assignari potest secunda vel tertia dilatio , vel prima prorogari causa cognita. Et dicit Franciscus ibi , Modernos ita tenere. & idem tenet Lucas de Penna in dicta l.apud eum.in quarta quæstione.C.de omni agro deserto.libro vndecimo.dicens quòd subsistẽte causa , prorogatio debet fieri parte præsente, vel vocata , & non comparente: aliàs secus est in

non contumace,d.l.de vnoquoque. de re iudicata. & in iſtam opinionem inclinare videtur Angelus met.in conſilio clxxvj.incipiẽte, ſuper primo dico. in principio.vbi dicit quod licet de iure communi à principio poſſint inculcari plures dilationes,quarum vna ſumat initium poſt finem alterius.l.nonnunquam.ff. de iudiciis. & not. in l.tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex. & Angelus in d.l quandiu. la grande. verſi.ex qua habes quod iudex,& ibi per Moder.ff.de acqui.hære. vbi Ang. dicit ſic ſeruari in curia Romana,quãdo citat. Statuit enim dies vj.duos pro primo, duos pro ſecundo,duos pro tertio,&peremptorio termino. Et pro hoc tex.in c.conſtitutionem.de ſenten. excommu. li.vj.dixi in repetit.l.cõſentaneum.in iij. & iiij. cõcluſio. C. quomo.& quando iudex.& Pau.de Ca.in d.l.ſiue pars.& Feli.in c.de cauſis. ver.in quarta declaratione.verſi.ſecundo probat.de offi.delega. & dixi in qu.incipien quare datur per curiam, ſi datur vna dilatio,quod ea pendente ſuper eodem, alia non debet dari,niſi detur inchoanda poſt illam finitam : alias interim iudicis officium non conquieſcit,d.l.ſiue pars.& ibi Bar. & Bald. poſt gl.in d.l.quandiu. vel niſi cauſa dilationis finita fuiſſet,l. à filio,§.alumno.& ibi Bart. ff. ad Trebellia. & ita per illum text.tenet Curt.in conſi.xxxvii.verſi. iiij. Et hanc etiam partem tenet Abb.Sicu.in c.ſignificante.verſicu.in gloſſ.præuenire.poſt Baldum ibi, de appellationibus.& idem ibi Philipp.Francus in v.notab.& in verſi.vltimo limita.& etiam Cardin. Alex.ibi vide per ipſos, quando iudex poſſit reuocare dilationem.Et ſupraductam ſententiam tenuit ſingu.Abb.Sicu.in conſil.lxiiij.incipi.caſus in effectu talis.Quodam Senenſi ſtatuto cauetur.verſicu. præterea etiam prorogari.vol.ij , vbi ſequitur Bal. in dict. l. quomodo & quando iudex. reprobando Ang.in dict.l.in pecuniariis. & idem Decius in d. c.ſignificante. in iiij.nota.& in ij.& iiij.cõcluſionibus.† Et iſta opi.approbatur de ſtylo curię,quæ nõ conſueuit dare dilationem vel illam prorogare ſine partis vocatione,vt infrà dicam. & maximè ſecundã dilationem,inſequẽdo iura & cõmunẽ ſententiam Docto.ac ordinationes regias.Et pro iſta cõcluſione facit tex.in d.l.in pecuniariis.ibi,ſed vtrique cauſa cognita. & ibi per omnes Doc. ſuprà allegat.qui tex.loquitur in dilationibus tam in ciuilibus, quam criminalib.concedendis,igitur †Sed quæ cauſæ cognitio,tã in prima, quam in aliis ſucceſſiuis dilationibus requiratur?gl. ibi dicit , quòd in prima dilatione leuis cauſæ cognitio ſufficit,quę conſiſtit in moderando ſpatio temporis , ſecundũ diſtantiam locorum,& ſecundum facilitatem probationis.d.l.oratione.ibi , cauſa cognita. & etiam in fi.idem dicitur.& in d l.j. de dilat. Ita quòd ſecundum Pau.de Caſt.ibi poteſt dari à iudice non ſedente pro tribunali.arg.l. voluit. §. j.ff.de interroga.actio. Quod dictum fuit Bar.in d.l. à procedente.& idem tenet Franciſ.de Aret. in d. cap.vltra tertiam.ver.quæro vtrum. & Iaſon. in dict.l.in pecuniariis.verſic.& dicit Pau.de Caſt.& idem Alex.in conſi.xlj ver.vnde ſuccedit.lib.ij.† In ſecũda verò dilatione & aliis ſucceſſiuis dilationibus requiritur plena cognitio,in qua allegatio & probatio impedimenti requiritur,cum vna tãtum dilatio dari debeat.d.l in pecuniariis. Et idem per ordinationes regias Ludo.xij.art. xxvij. Nec ſufficit allegare impedimentum , niſi probetur.l. excuſare ſe.ff.de excuſa.tuto.item nec etiam profectò probare,ſi non allegetur.Quia petitio nouæ dilationis non debet eſſe incolorata , ſed iuſtificata per cauſam argu.l.ſi adulterium cum inceſtu. ff. de adult.ibi,dum dicit,vtique ſi error allegetur,vt tenet Bar. in d.l. in pecuniariis.& Alex.verſi. item adde quod quando & Iaſon ver.quarto pondera tex.licet Bal. ibi.verſi.iuxta hoc,quia ſecunda dilatio &c. teneat contrarium.Sed præcedens eſt verior & communior,quod talis ſecunda dilatio ſine cauſa vel allegata & non probata eſt nulla. Et hoc probat ample Iaſon,qui limitat iſtud duobus modis,vt ibi,& idem Roma.in conſi.ccccxcij.& tenet Imo.in d.c. vltra tertiam.verſic.& an aliqua cauſæ cognitio. &. Alex.& in conſi.lj.verſicul.ſecundò preſuppono li v.& Iaco.de ſancto Georgio in dict.l.oratione. & in l.in pecuniariis.† Vnde ſecundum Cin.in dict.l. 16
j.tale impedimentum probari poteſt per iuramentum partis.Idem Spec.eodem titulo.§.finali,verſiculo in ſumma.& Sali.in d. l. j.ver. quæro in ciuilibus.Dummodo ſecundum eum perſona de periurio non ſit ſuſpecta.& idem Imo.in d. ca.vltra tertiam,in duobus locis.& in finalibus verbis dicit vidiſſe deferri iuramentum. Et iſtud confirmatur de iure canonico.ca. paſtoralis. de exceptio. & capit. quia propter.§.illud. de electio. & idem tenet Fede.de Senis.in conſil.cxiiij.& Ludo.Bolog. in l. ſi cui.§.j in primis interpretat.ff.de accuſatio.& Bal. in conſ ccevij.inci.ſtatuto cauetur. libro iiij. præcipuè ibi non agitur de grandi præiudicio,vt quia petitur ſecunda vel tertia dilatio, quòd tunc poſſit per ſacramentum probari. Idem ſecundum eum dico,ſi ageretur de magno , & impedimentum eſt difficilis probationis.Et idem tenet Signo. de Homed.in conſilio xix.verſicu. & ſi hoc quæritur. & Abb.Sicul.in d.conſilio lxiiij.& Ioan.And. in additio.Specul.titul.de appellatio. §. nunc breuiter: verſic.quid ergo.& Barto.in extrauagan. ad reprimendum. in verbo ſummariè.ver. quomodo cognoſcemus.& Angel.Aret.in §.ſi minus.verſi.hinc ſumpta occaſione.de action. vel etiam ſeçundùm Alberi.in dict.l.in pecuniariis.verſicu.quæro quomodo probatur impedimentum &c. poteſt probari exactis , ſi appareat quod *faceret in dilatione* quicquid potuerit , ita cp non appareat negligens. Et hoc approbatur per ordinationem prædicti Ludouici regis,artic.xxvij. quæ in praxi ſeruatur. Quia leuauit cõmiſſionem quam preſentauit cõmiſſario,rogando eum quatenus procedere dignaretur,qui ſibi dedit literas annexæ, quas in vulgari vocamus *d'attache*,ac illas tam contra partem,quã contra teſtes exequi fecit.† Vel quod pendente di- 17
latione fuerunt in compromiſſo,quo durante non currit tempus,vt tenent domini de Rota in Deciſio.cccix.aliàs deciſ.ij.de dilatio.incip. fuit dubitatum vtrum curſus illorum.argu. authent. ſi tamen. C.de temp.appella.& clemen.quandiu.de appellationib.&,hoc ſi communis erat dilatio , ſecus ſi vnius tãtum partis,ſecundũ ipſos. Sed dic idem ſiue ſit data vtrique parti ſiue vni tantũ: quia ſemper cenſetur communis dilatio l.petendæ.C. de temp. in integ.reſtitu.peten.† Tamen circa iſtud Iac.But. 18
& Bar.in d.l.in pecuniariis.dicunt,quod pars in eo tantum, in quo fuit impedita in prima dilatione debet reſtaurari per dilationem ſecundam.Exemplum:omnes enim teſtes fecit iurare in prima dilatione,excepto vno ſolo,quem habere nõ potuit, quamuis citatus:certè ſecunda dilatio dabitur ſibi ad illum ſolum teſtem producendum.l.admonẽdi. ff.de iureiuran.ibi,quibus vſurus ſit. & ibi Bart. & Iaſon in lectu.& in d.l.in pecuniarils. verſi. venio

ad ſe-

ad secundam.& Bal.in d.l. admonendi. dicit istud esse verum de iure,sed non seruari de consuetudine.& idem dicit Alberic.de Rosat. in d.l. in pecuniariis.versi.item vidi dubitari. Sed apud nos opinio Bartol. seruatur, vt statim dicam. Et idem Baldus in dicto capitul.vltra tertiam versic.quæro. tenet simpliciter dandam esse dilationem secundã, in eo quod tantùm restat faciendum. & idem ibi Felinus.versic.not.sextò quod impeditus. & Lanfran. de Oria. in dicto capitulo, quoniam contra falsam.versiculo quæro vlterius qualiter. & Angelus Aretinus.in §.si minus.verficul. aduertas tamẽ. institutio.de action.Et idem secundùm Bart.in d. l.in pecuniarijs. in tempore,si doceat se impedimentum in duobus diebus vltimis, quod illi soli diẽs sibi restituti debent,argument.l. diuus. ff.de in integrum restitutione. & idem Paulus de Castro in dicta l.prima versiculo, notandum tamen. Sed in hoc Salicetus tenet contrarium ibi, quæstion. penultima ad quem & eius motiua respondet Alexander in d.l.in pecuniariis. versiculo in gloss. sequendo Bart.vt ibi per eum. qui etiam limitat dictum Bart.& idem Iason.versiculo, eodem modo. secundum Barto.& Anto.de Butr. in dict. capitul. vltra tertium. & in quantum Innocen. ibi voluit, quòd possit dari secunda dilatio,si prima non fuit integra,quia prima debet esse trium mensium, d.l. j.de dilatio.quare si non fuerit integra, tunc de facili iudex potest dare secundam: quod non est verum secundùm Bar.in d.l.in pecuniariis.Nam dilationes sunt arbitrariæ vt per Doctor.suprà allegat. & gloss.pragmat.sanctio.vbi suprà quæ tamen non possunt excedere tempus trium mensium,d.l.j.ibi, non amplius quam tres menses. minus ergo suo potest arbitrio dare.ita dicit de consuetudine seruari in partibus suis. Sed ipsemet Bartolus est sibi in hoc contrarius,quia in d.l.j.sequitur Innocen.& idem Pau. de Cast. ibi. & Fran. de Aret.in tertio notabi.& etiam in d.c.vltra tertiam. in vltimo no. & idem ibi Abb.Sicu.& in d.consil.lviiij. Sed dic, quòd opin.Bart.posita in d.l.in pecuniariis. secundùm Alex.ibi,versi.adde inquantum Bart. est verior,quam Bar.in d.j sequutus fuit. Et illam primã etiam sequuntur Anto.de Butri. & Imo. in d.c.vltra,versi.idem dicere videtur Innocen. & idem Iacob.de sanct.Georg.in d.l.in pecuniariis. nu. xj. & licet Alex ibi,versi.inquantum tamen dixi.velit opi.Innocen.corroborare, finaliter tamen tenet opinio.Bar.Et idem Iason ver.limita secundo.& ista prorogatio solet dari & fieri de octo diebus.& per eundem commissarium in vim primæ commissionis. & prædicta seruantur de stylo curiæ. Vnde si solum restet parti examinari facere vnum aut duos vel tres testes, & petat dilationem ad illos examinari faciendum,curia recipit inquestas saluis obiectibus intra certũ tempus dãdis, parti nihilominus restituendo,intra illud tempus posse illos testes e-
19 xaminari facere. † Sed si testes iurauerint intra dilationem,tunc sine dilatione possunt testes examinari,quia ex quo testes sunt iurati ante terminum, post terminum non videtur aliquid de nouo fieri, sed quod incœptum est continuari, argu.d.l. sed & si manente.ita tenent domini de Rota in Decisio. cccxlv.aliàs decis.iij.de dilatio.& in Decisio.cccclxxxvij.aliàs decis.xxvj.de probatio. in antiq. & vtrobique respondent ad no.Archidia.& Doct.in c. pia.super verbo probauerit.de exceptio.lib.vj. vbi notatur, quod intra tempus ibi præfixum ad probandum excommunicationem non sufficit testes produxisse,nisi intra illud tempus etiam deposuerint. Et Rota in Decisio.ccccxv.aliàs decis.xnij. de probatio.incip.Extra Rotã.in nouis. & idem Ang. in consil.cccxcviij.inci.de primo dicendum est,si tamen pars semel iuramenti præstiti tempore petierit illos examinari facere. & Bart. in l. 2tmi §. Sabini.in fi.ff.de damno infecto.& Spec.in titul.de teste.§.qualiter autem.ver. is quoque cui datus est terminus.& ibi Ioan.And.in ij postil. allegat opinionem,& in prima parua dicit,quod hodie datur terminus ad probandum,&probatum habendum: & tunc non sufficit iurari facere intra terminum. Et idem Ange.& Bal.& Franci.de Aretio,in l.Audidius ff.de acquiren.hæreditate.& Ang.in d.cons. sed iste stylus hodie non seruatur in curiis secularibus Regni, vt dictum est. Quinimo secundùm Bal.in consi. cccviij. incip. statuto cauetur,quod lite contestata,volum.iiij.etiam si fuerit data dilatio ad probandum & probatum habendum,si pars habeat aliquod impedimentum,quod per eius iuramentum probabitur, vt dictum est.& ita seruatur. † Vnde communis est opinio,quod valeat de 20
positio facta, post terminum,si testes iurauerint in termino,vt tenet Bal.in l.si quando C.de testib.& in rub.si ex falsi.instrumen.C.& Anto.de Butr.in c. licet causam. de probatio. & singula. Ludoui.de Roma. in singula. ccclxxj. & ibi dicit ita tenere
21 Ioan.Calderi.in consi.primo,in titul.de testi.† Sed secundum Iac.de Butri.quem sequitur Bal.in d.l.in pecuniariis.quinque vertuntur in illa causæ cognitione,quamuis Ange.ibi dicat quatuor sufficere & idem Pau.de Cast.in d.l.oratione.sequendo Specu. in tit.de dilatio.§.videndum.versi. in summa. Sed in d.l.in pecuniariis.Paulus addit quintum. idem ibi Iacob.de sanct. Georg. num. xxij. & Angel. Aret.in dict.§.si minus.versi.aduertas. Primò,quòd si delatio per alteram partium petatur,dari nõ debet.Et idem Federi.in consi.cclxxxix. & Ludouic. Bologninus in l.Labeo.ff.de iureiurand. in secundis interpretationibus.& Abb.Sicul.in c.secundo. ver item quærit qualiter sunt de dilationib. & Ale.in consi.clxxj.num.iiij.lib.vj. & in consil. ccccxxxvj.incip.verba compromissi. vers. sed ego dico.
libro quarto. † Secundò requiritur, quòd ille qui 22
petit,non sit in euidenti calumnia. Vnde in notarijs non arctatur iudex ad assignãdum dilationem. Et hoc probatur,quia ille qui petit dilationem (vt inquit Bal.)petit eam sub iura cal. l.j. C.de iura.cal. Quare si iudex videt eum calumniari, non debet illud iuramentum admittere.Et de hoc est glo.ordinaria in d. l. in pecuniariis. cum aliis per ipsum 23
allegatis. Tertiò† requiritur,quòd petatur ad probandum articulum, cuius probatio non excludebatur per legem,vt l.in contractibus. §. illo. C. de non numerata pecunia.† Quartò requiritur,q; pe- 24
tatur ad probandum articulum, vel capitulũ quod faciat ad causam. Nam super impertinentibus non datur dilatio: & si data esset per errorẽ,non reciperetur probatio,l.si quis libertatem. §.fi.ff.de petitione hæredi.& l.si duo.§.idem Iulianus.ff.de iureiurando. & articulus secundùm Baldum dicitur impertinens, quando nullo modo tangit causam, nec directè neque indirectè,sine adminiculãdo. Id verò quod aliquod affert adminiculum, non dicitur impertinens, l. ad probationem. C.de probationibus.† Quintò & vltimò requiritur quod dila- 25
tio petatur ad probandum id quod probatum releuet:& incidit in idem cum præcedenti: quia superuacuis probationibus non est vtendum, cùm

non interſit petentis,ex quo eum non releuat.Facit l.ſatis aperte. ſecundùm vnum intellectum. C.de fal.& capitu.cùm contingat de officio delegat.pro quo dicit Baldus in dicta l.in pecuniariis. in ſeptimo notabili. quod in omni dilatione probatoria per iudicem aſſignanda ipſe debet eſſe circunſpectus & diſcretus:ità quod iſtas dilationes det cum quodam grano ſalis,ſcilicet diſcretionis, & iuſtæ ſibi cauſæ aſſignari debent.Et idem Bal. in l.j. & ibi Ludouic.Bologn.in ſecundis interpretationib. ff.ſi quis cau.Et iſtud quintum tenet Paul. de Caſt. in d.l.in pecuniariis.& idem Romanus in d. conſil. ducentelimoviceſimoſexto.verſic.iiij. idem oſtenditur. Et non ſolùm prædicta quinque in actore dilationem petente,ſunt examinanda,ſed profectò etiam ex parte aduerſarij reluctante,circa hoc aliqua vertitur cauſæ cognitio,ſecundùm Salicet. in dicta l.j.verſiculo ego puto.Quoniam poterit ipſe allegare & probare,quod ille minus ſe arctauit.l. ij.§.ſi quis tamen.ff.ſi quis cautio. vel etiam quod ipſe fuit cauſa illius impedimenti,vel aliquid aliud. d.l.§.ſimili modo. Ideo ſine cauſæ cognitione dilatio dari aut prorogari non debet. Sed vbi iudex concederet ſecundam dilationem parte vtraque præſente,& non contradicente,tùc ſecundùm Bal. in dict.l.in pecuniariis.valet etiam, non docto de impedimento quod in prima dilatione paſſus eſt. Et ſequitur Iaſ.ibi,verſi.quod notabiliter limita.& item eſt ſecundùm Barto.ibi, verſi.puto etiam. Si iudex videat ius aduerſarij non eſſe factum deterius,& omnia ſunt ſibi integra,quod poteſt facere ſuam inqueſtam & probationes, ſicut antea poterat,ex iſta cauſa,quæ iuſta cenſetur, concedere poterit,abſque impedimento vel cauſa probanda. Et ibi eum ſequitur Bal.Ang.Ioan. de Imol. Alberic. Alex.& Iacob.de ſancto Geor excepto Iaſone qui in ſeptima col.verſi.tertio.limitat ſingulariter Bar. tenet contrarium,cùm ipſemet Bar. videtur tenere contra ſuam prædictam opinionem in l.mantipiorum.ff.de option.legat.Sed vterque Imol.ſaluat Bartol. quam quidem ſaluationem Iaſon nititur impugnare,vt ibi per eum. Sed opinio Barto. eſt communis,quam ſequitur Ang.Aret. in dicto §.ſi minus.verſi.requiritur & aliud ſecundùm Bartol. Quinimò vult plus Alberic. in d. l. in pecuniariis. quod non ſolùm quarta,quinta,ſexta, ſed etiã cẽteſima dilatio dari poterit,ſi teſtes nõ fuerint producti.Et idem dicit verſicu.ſi verò teſtes nõ ſunt. Et idem Lapus alleg.lxxxxviij. & Anto. de Bat.in dict.c.vltra tertiam.& ibi.Fran.de Aret.in princip. Sed hæc opinio non ſeruatur,ſecundũ ordinationẽ prædictam Regiam, nec profectò ſecundùm ſtylum curiarum Franciæ,ne lites fiant immortales. l. properandum. C.de iudic.& hoc niſi ex æquitate,ſi ageretur de magno caſu & refuſis expenſ. proceſ. retardati.Quare concludendum eſt, vt ſuprà prorogationem ſine partis vocatione fieri non debere.Et ita ſeruat curia noſtra, quæ aliquando propter multitudinem cauſarum & abbreuiationẽ illarum,dat requeſtas dilationis prorogationẽ petentium gratiario ad concordandum, ſi poſſit partes ſuper prorogatione vel dilatione ac etiã ſuper commiſſario pro inqueſtis faciendis deputando. Aliàs partib.ſeu eorũ procuratorib.coram eo non conuenientib.curia audit partes, & ipſis in diligẽtiis factis circa inqueſtam faciendam auditis,prout iuris eſt,ordinat.Et etiam plerunque committere ſolet aliquem ex dominis, qui ſuper tali dilatione nondum finita proroganda prouidere habeat. Aliàs quando aliquem committit ad audiendum ſeu cognoſcendum, & referendum curiæ, non poteſt determinare.Nec reperi aliquem niſi Sali. ita dicentem, in authentic.qui ſemel.verſiculo. vidi tamen dubitari. C. quomodo & quando iudex.& poſtea reperi in repertorio Felin. in titul. de reſcriptis.ad eius lectu. antiq. in verſicul. ſignatura ſimplex.

SVMMÆ.

1 *Computus quid.*
2 *Computorum auditores in variis locis.*
3 *Ratiocinari quid.*
4 *Computũ exemplar vnum debet penes dominũ remanere.*
5 *Inſtrumentum de iure habet executionem paratam.*
6 *Garentigæ inſtrumenta qua ratione habent executionem paratam.*
7 *Depoſitum quando habet executionem paratam. & num.8.*
9 *Executionem paratam habet ſententia,iuramentum,confeſſio,&c. & vt 10.11.13.& 14.*
12 *Teſtamentum quando habeat executionem paratam.*
15 *Scriptura priuata qualem habeat executionem.*
16 *Computus finalis non recognitus,non habet executionem.*
17 *Hypotheca cum perſonali obligatione quando in perſonam, & quando in bona habeat executionem.*
18 *Pacto an fieri poſſit vt priuata ſcriptura ſicut publica credatur.*
19 *Cedulam recognitam ſi non compareat, quid iuris.*

Quæſtio CCXCV.

Computus finalis in dominum & receptorem factus clauſus,& ſignatus,ac per ipſum dominum ſolum in calce ſignatus, an habeat executionem contra bona ſpecialiter nõ obligata paratam,abſque alterius domini approbatione & verificatione prius in iudicio facta.

DECISIO CCXCV.

IT † primo præſuppono, 1
quid ſit computus finalis ſeu calculus quo diſcutitur eius computus. Et de iure ſunt rationes in quibus accepta & data ſeu ſoluta cõtinẽtur,vt l.quamuis.& l.cũ ſeruus& l.antepenul.ibi per Doct.ff.de conditionib. & demonſtrati. & l.ſi ita fuerit.§.q.hæc.ff.de manumiſ.teſtamen. & l. iiij.C. eo.tit.Quas quidem rationes nos receptam vocamus,quæ miſiam continet,& inde receptor appellatur,qui de eis tenetur reddere rationẽ ſeu cõputum,& reliqua ſoluere.& alibi dicuntur introitus, & exitus,id eſt recepta & expenſæ talis anni, vt l. Thais.§.libertus enim.& ibi gl.in ver.ſuerũt.& Bened.de Plumbino.ff.de fideicõ.libert.quibus vtuntur Italici,qui vocant intratam. & idem gloſſ.in l. prima.verb.quod deſcribatur in breuibus.in fine. C. de apochis publi. † Et ſunt nonnulli ſuper his 2
audiendis & calculandis iudices & officiarij deputati,quorum idem eſt officium,licet diuerſis nuncupentur nominibus.Vocantur enim magiſtri rationales, quibus prouinciales vtuntur,prout ego vidi in prouincia Prouinciæ, vbi ſunt quatuor ad hoc

Digitized by Google

hoc cum vno præſide deputati. Et cum eis audiui ex commiſſione regia computũ & rationes cuiuſdam receptoris iurium latarum,& ibi vocãtur magiſtri cameræ:& in curia Romana vocãtur clerici cameræ apoſtolicæ:& in capitib.Seneſchalliarum, ſeu in qualibet Seneſchalliæ ſede vocantur clerici theſaurariꝫ. Et idẽ inMõtepeſſulano,vt refert Iaco. Rebuf.in l.inſtar.tit.j.C.de iure fiſci.Sed hodie ſũt ibi in hac camera cõputorũ,qui dicãtur generales, ad inſtar cameræ cõputorũ Pariſienſis, corã quib. receptores & alij theſaurarij Regij, quotãnis reddũt cõputũ, & reliqua,de quib' loquitur tex.in l.ſi quando.& ibi Luc.de Penna in verbo rationales. C.de bon. vacantib.li.x. & in l. officiales & rationales,& in aliis locis per ipſum de Penna allegatis. Tales enim magiſtri rationales, ſeu generales cõputorum dicuntur à ratione,quia in eis debet ratio intelligendi verſari, & haberi iudicium quo quidque diſcernatur.Et qui habet,vt inquit, cuncta geſta per magiſtratus & officiales regios plena ratione diſcutere,ſicut damna fiſcalia abhorrere tenentur:& ſic pro fiſci commodo nihil agant quod videatur à ratione deuiare iuſtitiæ, vt ibi latius per cũ.†Nam ratiocinari nihil aliud eſt quàm rationabiliter ſubtilitérque diſputare, à certis ad incertorum indaginem niti,vt dicit Lucas de Penna in l. percipit. §. quadrimeſtris. in verbo,ratiociniis.C. de canone largitionalium tit. li.x.ſeu computi per aliquem facti debent continere & ſcribere nominatim,ex qua cauſa,l.apparitores. C. de exactorib. tributorũ,li.x.& etiam ſpecialiter cui dederunt, l. neminem.de ſuſcepto. eo. lib. ac pariter diẽ receptionis & traditionis.l.ij.C.de nauicula.& ibi Bart. & Lucas de Penna.li.xj.Non enim, vt aiunt, videtur perfectè ratio reddi niſi omnia præmiſſa clarè ſcribantur: quia aliter bono modo comprehendi non poteſt,an aliquid ſit fraudis vel machinationis admiſſum:nec videtur reddi ratio quæ non poteſt intelligi,l.argentarius.§.j.ff.de edendo. & Lucas de Penna in l.ordinariorum.in verbo, expenderit.C.de cohorta.libr.xij. & hoc verum ſecundũ Doctor.ſuprà allegniſi in expenſis valde minutis, in quibus ſtatur iuramento ipſius adminiſtratoris. l.ſcimus.§.in computatione.& ibi Iaſon poſt Cor. & Doct.C.de iure deliberandi. & l.ſi quis pro redemptione.C.de donationibus.& l. diuus. ff.ſi cui pluſquam per l.Falcid.cum aliis per nos alleg.ſuprà in quæ.xliij.incipiente,quò ad ſecundam quæſtionem,an ſummæ pecuniarum. & in quodam noſtro conſilio lxv.incipiente, conſummatiſſimo viro.†Et not. vnum, quòd ſemper apud cameram computorum,vel etiam aliud priuatum dominum debet remanere vnus rationum ſeu computorum liber,ſaltem vnum duplum libri rationum per receptorem ſignatum & originale apud illum receptorem remanentem.textus eſt ſingula.in d.l.ſi ita fuerit.§.quæſt.hæc. in fi.ibi , in reliquis accipere debemus.& text.in dict.l.cum ſeruus.ibi, legendas offerre primum,deinde computãdas. Et idem Lucas de Penna in l.ordinatorium,qui vltra iura prædicta allegat textum in l.j.§.officium. ff. de tutelis & rationibus diſtrahendis.& in l.ſi cui.ff.de conditionibus & demonſtrat. † Secundò etiam præſuppono ponẽdo regulam, quod inſtrumenta de iure quantumcunque authentica executionem nõ habent paratam:textus in l.minor xxv.annis cui fideicommiſſum.& ibi Bartol. Bal.Ange.& Albericus. ff.de minoribus.& Angel.quem ibi ſequũtur Paul. de Caſt.& Alex.in l.ait prætor. §. ſi iudex. ff.de re iudicata.ideo, vt inquit Ang.ibi, ſtatuta Italiæ ſimpliciter diſponentia inſtrumenta publica habere executionem paratã ſunt iuri cõtraria, per d.l.minor xxv.annis.†Secus putat in ſtatutis diſponentibus inſtrumenta garentigiæ habere executionem paratam.Nam garentigia ſecundum eum, nihil aliud eſt niſi quoddam præceptum quod fit per notarium de inſtrumento rogatum, parti roganti. vt obſeruet incontinenti in inſtrumento contenta.Et tale præceptum fit in volentem & acceptantẽ authoritatem ſtatutorũ,potẽtiam notario cõcedẽtiũ. Sicut enim præceptum iudicis factum in cõfeſſum habet executionem paratam,l.ſi debitori. ff.de iudi.ita tale notariorum præceptũ. Et idẽ Ang.in l. itij.§.condẽnatum.verſic.& pro hoc dico tibi pro quo videtur text.in c.j.§.ſi inter partes.de leg.Corradi.& Barto. in le.cùm quis.C. de iureiurando.& Pau.de Caſt.in l.fi.C.de edicto diui Adriani tollendo.Sed de conſuetudi. & ſtylo Franciæ fit condemnatio in literis ſeu inſtrumentis contractuũ, quaſi quis iudicialiter ſit condemnatus, vt dicunt Cin.& Ioan.Fab.in l.ſi certum.C.fami.ercif.& Bened.de Barzis.in tractatu ſuo garentigiarum.in j. parte,quæſt.tertia in prin.cum aliis per nos allegatis in §.xxvij.de iuriſdictione omnium iudicum.li. conſuet.Bitur. & Guido Papæ in quæſtion. cxvij. dicit iſtud ſeruari Lugduni , & in aliis locis regni Franciæ, in quibus de ſtylo & conſuetudine talia inſtrumenta publica garentigiata habent vim ſententiæ, & parata executionem. Sed in patria Delphinali dicit non habere locum, quia talia inſtrumẽta publica de ſtylo illius prouinciæ non habent præciſam executionẽ paratam, ſed cũ oppoſitione diei.& ita in hoc regno Franciæ ſit taliter executio cum oppoſitione diei, manu tamen regia realiter & de facto ſaiſita & garnita.†Fallit in inſtrumento publico depoſiti,quia habet executionẽ paratã, ita quod nõ valet aliquo modo impediri.tex.in l.pen. ibi,ilico reddere omnib.modis cõpellatur. & ibi, quã celerrimè,& ibi quã citius. & ibi Bart. Bal. & Pau.de Caſt.C.depoſiti.& ſic ſecunũ Bartolum & Doctores ibi,exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem, non poſſunt opponi aduerſus tale inſtrumentum depoſiti,ſed in ordinario reſeruantur iudicio,quod eſt verum,ſi per inſtrumentum conſtet publicum:aliàs ſecus,vbi opus eſſet probatione per teſtes,vt voluit Ang.in l.ſi depoſita.C. eod. tit.teſtes non poſſunt recipi niſi lite conteſtata. Et tenuit.etiam Bartolus in l.tertia. in quarta quæſt. principali.C.de pignoribus. Limita † hanc fallentiam eſſe veram in depoſito vero,ſecus in depoſito ſeu inſtrumento depoſitionis confeſſionato : quia confeſſus fuit aliquam rem habere depoſitam.Vnde cùm ſit confeſſio extraiudicialis ad obligãdum, non habet executionem paratam , l.certum.§.ſi quis abſente.ff.de confeſ.vt voluit Bal.conſi.clxxxj. volum.iij.& Paulus de Caſtro in dict. l.penultima. depoſiti.Item fallit in areſto vel ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, l. poſt rem.& ibi Paulus & Alexand.ff.de iudic.& l.ſecunda.C.de execu. rei iudicat.Bart.& Bal.& Doctores in dicta l. penultim. Item † fallit quando interuenit iuramentum, l. ſecunda. & ibi Bartol. de iureiurand. vel quando per confeſſionem in iudicio factam res fuit deciſa,l.debitoribus.de iudic.& l. Iulianus. ff. de confeſ. & de prædictis tribus, ſcilicet ſententia,iuramento & confeſſione,eſt textus in dicta l.

poſt rem.& ibi Bartol.Paul.& Alexand.Et circa obligationem factam cum iuramento vidi dubitari, in vim cuius creditor ob defectum ſolutionis faiſiri & ſubhaſtari fecit immobilia debitoris,qui caſſari petiit talem obligationem tanquam nullam, & ſine cauſa factam, offerens probare in prõptu. qua reſciſione pendente creditor petiit ſummam conſignari,& ſibi cautione mediante tradi & deliberari.Et per Seneſchallum Aquitaniæ fuit dictum creditorem non fore admiſſibilem, à cuius ſententia ad curiam appellatum extitit.Quæ per areſtum cõfirmata fuit.primo,quia iam creditorem conſtabat bona debitoris faiſiri & incantari feciſſe: & maior pars dominorum ſuper ſe fundabat. Tum quia exceptio nullitatis cauſæ in obligatione deductæ impedit executionem,l.j.§.parui refert.ff.quod vi aut clam.ita tenet Barto.in l.iiij.§.condemnatum.& ibi eum ſequuntur omnes ſcriben.ff.de re iudica. & in leg.fi.C. ſi ex falſo inſtrument.vbi eſt tex.clarus. & idem Bartol.& Iaſon in leg.j. C.de iuris & facti ignorant. & Benedict. de Barzis in dicto ſuo tracta.garentigiarum.parte iij.quæſtione xix.& Antonius de Cana. in tractat. de execut. inſtrument. quæſtion.v.xj.& lj. & aliàs ſi conſului. vt in conſil. lxvj inchoan an pendente lite creditor.& etiam libro conſuetudinum.i dict.§.xxvij.Et in hoc multum facit officium iudicis per debitorem implere, vt dicit Angelus in leg.finali.ff.de petitione hæreditatis tum quia ſtatutum, aut eſt contra ius commune,vt ſuprà dictum eſt:ergo reſtringendũ,&nõ ampliandum. Tum quia erat minor,qui aduerſus talem obligationem reſtituitur,dicta l. minor xxv. annis cui fideicommiſſum,&c. Et ita fuit dictum, & latum areſtum die xxv. Iunij. Anno 1525. contra dominum de Planis Abbatem. † Item fallit regula,niſi debitor expreſſe conſenſerit velle exequi, & executionem in bonis ſuis fieri,vt tenet Bald. in d. l.minor xxv.annis prout quotidie fit etiam in perſona debitoris,qui ad priſionem & carcerem tenẽdum vna executione inchoata aliam non impedien te ſe obligat,vt dixi in repeti.tit.l.conſentaneũ. C. quomodo & quando iudex.& alibi ſæpè. Item fallit † in dictis & depoſitionibus teſtium in publicam formam & ad perpetuam rei memoriam redactis,vt tradit Angelus in dicta leg. fina. in gloſſa in verbo, depoſitionibus. ad finem.de edicto diui Adriani tollend.pro quo cap.ſignificauit.de teſtibus.Ex quo videtur ſingulariter innuere quod ſtatutum diſponens inſtrumentum publicum habere executionem paratam procedit etiam in illis depoſitionibus taliter ad publicam ſcripturam redactis. † Item fallit ſecundum Angelum ibi in teſtamẽto, quod habeat executionem paratam, & ſola inſpectione quõ ad tutionem regreſſus in poſſeſſionem. Et ſequitur Guilelmus Benedictus in capitul.Raynutius.verſicul. præterea non habent legata. de teſtamentis. Sed quo ad legata & fideicommiſſa,idem voluit Angelus in §.illud.in authentica.de hæredib.& Falcidia.per textum ibi iũcta gloſſa in verbo decreto, dicens inſtrumentum vltimæ voluntatis paratam habere executionem, & cũ ſequitur Iaſon in dicta l.fina.de edicto diui Adriani tollend. dicens hoc non inueniſſe deciſum in ſpecie.Sed Guilelm.Benedict.in repetit.c.Raynutius.dicit in hoc non facere dubium, ſi in teſtamento vel alia vltima voluntate per teſtatorem fuiſſet iuramentum præſtitum, quod ſui natura paratam habeat executionem & vim garentigiæ, vt dictum eſt ſecundum Bar.in d.l.ij.de iureiur. Quare diſtinguit, aut agitur via ordinaria agendo vna trium actionum, perſonali,reali, vel hypothecaria pro legatis & fideicommiſ.competentium, vt l. ſecunda.C.communia de legatis.tunc legata & fideicommiſſa paratam non habent executionem, imò eſt lis cõteſtanda.Alio modo agi poteſt via executiua, ſcilicet per viam monitionis hẽdæ hæredi,vel per viã præcepti de legato ſoluẽdo,& de implẽdis in teſtamẽto cõtẽtis:& tales fieri cõſueuerũt monitiones ſeu præcepta vel iudices locorum: in quo caſu ſi hæres ſe opponat,audiendus eſt,ſi iuſtas allegauerit cauſas ad illa nõ teneri.Et ſi nihil alleget,viſo teſtamẽto non raſo,vitiato,nec cancellato, cõdemnabitur per iudicem,vt ibi per eũ. Et tales legatarij fideicommiſſarij, vel ſubſtituti non poſſunt ſe dicere faiſitos,& eſſe de facto poſſeſſores, iuxta nota.per Doct.in l. filiam fratribus. ff. ad legem Falcid. vt dixi ſuprà q.clvj.exordien.an fideicommiſſarij, & ſubſtituti.vbi teneo contra ipſum Bened.qui tenet fideicommiſſarios& ſubſtitutos eſſe faiſitos. † Item 13
etiam fallit ſecũdũ Iac.But.& Cin.ſi ſcriptura priuata adiuuetur teſtib.in ea deſcriptis, cũ eadem ſit vis teſtium & inſtrumentorum. & l.in exercendis. C.de fide inſtru.& ipſos ſequitur Ang ibi, verſic. ſed ſi per teſtes.& in finalibus verbis. pro quo videtur tex.in l.ſcripturas,cum ſua auth. C. qui potiores in pigno.habean. Ergo oportet quod fuerit agnita,aut per teſtes probata. & hæc fallent. non eſt ſine dubio,vt infrà dicam. † Item fallit in caſu 14
l.ſi ergo.§. dotis. ff.de iure dot. quẽ pro ſingulari ponit Roma.in l.qui iure.ff.de ac.poſſ. per quæ videtur dicendum computum finalem ſignatum per debitorem, & non per notarium regiũ, dico Regium,quia imperialis vel eccleſiaſticus,ſeu apoſtolicus, vel alterius epiſcopi tabellio non poteſt in hoc regno recipere inſtrumẽta obligatoria, vel alia inter laicos etiã volẽtes,vt dixi ſuprà q.ccxlij.in cip.ad tertiã queſtionẽ veniẽdo,vtrũ tabellio:non habere executionẽ, quia eſt tanquã cautio ſeu ſcriptura priuata, non iudicialiter agnita, vt dicit Bal. in conſ.cxxxiij.inchoan.proponitur quod ex cauſa depoſiti.vol.ij.Si enim virtute literarum conceſſarum ſub ſigillo officialis vel alterius curię ſpiritualis nunquã fiat,nec fieri conſueuit executio cõtra obligatum,cum non habeat hypothecam,ſecũdum Bar.in d.conſ.cxxxiij.& tenet Maſue. in ſua praxi,tit.de execu.ver.item virtute literarum conceſſarum.dicens,quod illud importãt literæ de debitis.& Pyrrhus lib.conſue. Aurelianen.tit.de execut.inſtru.c.xiiij. & c. xviij. qui vtrobique allegat Pau.de Caſt.conſi.lxiij.quod non inueni,fortè voluit allegare in conſ.cclx.nu.x.vol.antiq. ſed ibi nõ loquitur de notariis curiæ ſpiritualis: de quo plenè per Felin.in c. poſt ceſſionem.de proba.vbi ponit duas concluſiones,tenẽs ſignanter in ſecunda concluſione,tales literas non facere fidem etiam ſigillatas,niſi in caſibus per eum recollectis: aliàs eſſet executio in vim illarũ facta nulla & abuſiua, prout fuit dictum & declaratum per areſtum latum die xxvj.Ianuarij. Ann.1522.in cauſa cuiuſdam appellantis à Seneſchallo Petragoricen.eius locũ tenente,& ordinatum,quòd tam ſeruiens qui in vim literarum de debitis executus primò fuerat literas officialis, quam locum tenens prædictus qui poſt interloquutus fuerat iam dictas literas officialis exequendas,perſonaliter in Curia comparerẽt. Et idem per aliud areſtum per nos prolatum die x. menſis Maij, Anno 1524.in fauore cuiuſdam appellantis à Seneſchallo etiam Petragoricen. & pariter

pariter aliud arreſtum latum die ix. Februarij. Anno 1525.in fauorem cuiuſdam appellantis à Seneſchallo Xantonien. Sed oportet ſecundùm Maſuerium,creditorem agere via actionis corã iudice laico, & ſententiam inde obtentam facere exequi in forma. Dicens in tit.de dote &matrimo.quod ſi mulieri competat reſtitutio vel dotis promiſſio, de quo conſtet per literas,maritus non auditur procedendo per viã executionis,quia oportet conſtare prius de iure ceſſo. Ideo neceſſe eſt,quod veniat via actionis: niſi oſtendat literas matrimonij, per quas appareat illud in ſpeciali vel generali fuiſſe ſibi in dotem cõſtitutũ. de quo dixi ſuprà quæſt.x. incip. ceſſionarius, & aliquid infrà dicam.ergo à fortiori virtute talis ſcripturæ priuatæ computorum minus poterit à ſaiſina & executione inchoari,& procedi per cridas & ſubhaſtationes:ita quod ſi bona alicuius debitoris in cridis & ſubhaſtationibus poſita,& creditores quorũ literę ſeu inſtrumenta ſunt confecta ſub ſigillo alicuiuscuriæ ſpiritualis ſe in proceſſu oppoſuerint,vel habentes cedulas priuatas agnitas, tamen in vltimo loco collocantur,vt dicit Maſuerius in d.tit.de execut.fol. lxxvij.verſ.& ſi quid eſt reſidui. vocantur creditores. Quia habentes authenticas literas præferuntur habẽtibus cedulas priuatas,vel literas obligatorias epiſcopi.per d.l.ſcripturas, qui potio.in pig.habeantur. Hoc videtur fallere in literis obligatoriis vel ſententiis per Archiepiſcopum Bituricen. latis,& ipſius ſigillo munitis, quæ faciunt in Bituria fidem, & probant in curiisſecularibus,vt fuit dictum per arreſtum, vt refert Gallus,quæſtione incipiente,Literæ ſigillatæ. Tamen non habent in bonis condemnati paratam executionem,vt dictum eſt.Ergo oportet quòd prius & antequam cedulæ priuatæ executionem habeant paratam, & ſic vim publici inſtrumenti, vel quod tanquam opponensquis admittatur quod fuerint per debitorẽ in iudicio ſeculari,aut eius ſucceſſorẽ agnitæ. Niſi tales cedulæ priuatæ fuiſſent trino teſte notatæ:iuxta d.legẽ ſcripturas,vbi gl.ſi.ponit ver.

Cautio priuata, trino teſte notata,

Hoc ius eſt nulla,quod cautio publicè facta.

De quo ibi per Barto.Ang.Bald. & Salic. Tamen de ſtylo non ſeruatur quo ad executionẽ, niſi ſigna fuerint recognita, & ad hoc non præiudicaret tertiis poſſeſſoribus, vt ibi tenet conſil.xij.num.xxxiij.volu. iij. Et ſi eorum ſcripturam vel ſignum negauerint, requiritur quod per teſtes in eiſdẽ nominatos probetur,vel per comparationem literarum, iuxta auth. ſi quis vult caute.C.qui potioresin pignore habeantur.quæ eſt poſt dictas l.ſcripturas. & l. comparationes.& ibi Bald.C.de fide inſtrumentorum.cum not. in l.fin.cum ſua authent. C.ſi certum petatur. & dixi ſuprà in queſt.clxxij.inci.dominus nunc functus preſes de Torretes.& in quæſt.cclxxxj.inci. venditio aut debiti receptio. ver. aduerte quod creditores. Nã de conſuetu. & ſtylo Franciæ oportet literas ſub ſigillo regio aut authen.fuiſſe confectas, vt volunt Doctor. ſuprà alleg.Et prius Petr.De Bellapertica in l.ſi procuratorem.quem ibi refert Alb.ver.quid dicemus.ff. de procurat.& ibi paulo ante refert Petr. dixiſſe,Bononien.reputaſſe non vltramontanos eſſe fatuos,qui vtimur literis & ſigillis loco inſtrumẽtorũ.Sed ſalua pace ipſi Itali errãt: quoniam nos inſtrumenta ſigillata appellamus literas, & ecõtra literas appellamus inſtrumẽta ſigillata.Sed inquantũAlb.dicit de literis epiſcopi non ſeruatur vt ſuprà dictũ eſt. Et vide ibi plenè per Alber.quando credatur literis priuatis per Bal.in rub.C.de fide inſtru.ver.viſo de ſcripturis cõfectis. †Vnde requiritur vt cedulæ priuatæ poſſint exequi,quòd citentur & adiornentur omnes debitores qui prædictas ſcripſerunt cedulas, ſiue ſint laici ſiue clerici etiam epiſcopi, coram iudice ſeculari agnituri eorum cedulas vel nomen, & ſignum in eis appoſitum,quibus agnitis tenentur faiſire & garnire manum regiam. Et in hoc caſu clerici tenentur reſpondere, & tenet Maſuerius in ſuo iudiciorum tractatu.titul.de iudic.fol.xviij. verſicul. item ſciendum eſt quod clericus ſolutus. Et idem ſentit in titul.de remiſſionibus. verſicul. item cum agitur de agnitione cedulæ.Et idem Autred. Deciſ.capi. Thoiolæ.qu. cxxvj.& in clemen.j.in ij.regula.& iij.fallen.& xviij. xix.& xx.Et dixi ſuprà in q.xxij.inci. ſuper cuius quidem arreſti.& Guil.Bened.in ſua repet.in d.c.Raynutius.verſicul.plus ſeruatur in curia. & pro dect. huius quæſtion.eſt text. in dict.l.ſcripturas. cuius principij tenor ſequitur: Scripturas quæ ſæpe ſolent a quibuſdam ſecrete fieri interuenientibus amicis, necne, tranſigendi, vel paciſcendi, ſeu fœnerandi,vel ſocietatis cocundæ gratia, ſeu de aliis quibuſcunque cauſis vel contractibus conficiuntur,quæ ἀπόχρεα Græce appellantur,ſiue tota ſeries earum manu contrahentium, vel notarij, vel cuiuſlibet alterius ſcripta fuerint,ipſorum tamen habeant ſubſcriptiones, ſiue teſtibus adhibitis, ſiue non, licet conditionales ſint, quos vulgo tabellarios appellant, &c. Quæ verba comprehendunt etiam computum finalem,& generaliter omnem contractum ex quacunque cauſa celebratum, ſcriptum vel ſignatum manu contrahentium,vel notarij, non tamen in forma publica, quia tunc ſecus,ſecundùm gloſſ.Barto. Bald.& Salice.ibi, vel ſi conſtaret partes inſcripſiſſe, vel ſubſcripſiſſe per confeſſionem vel probationem in iudicio factam,vt volunt gloſſ.& Doctor. ſuprà alleg.& in l.ſi ex cautione.C.de non numer.pec. & c.ſi cautio.cum ibi notatis per Felin.poſt Docto.de fide inſtru.Præterea liber rationum ſcriptus & factus per receptorem alicuius domini temporalis vel ſpiritualis non probat contra tertium vel ſucceſſorem, l.rationes.& ibi Bald.& Salic.& Paul.de Caſt.quam ipſe Pau.legit ſimul cum l.exemplo.C.de fide inſtr.& l.nuda ratio. & ibi Bart.& Alb.ff.de dona.vt Guid.Pap.conſi.cvj. verſicu. ſimiliter.& in Deci.Delph.q.ccccxlj.niſi ſex interuenientibus,vt ibi per eum & Ioann.de Terrar. in titul.for.oppo.contra inſtrumentum. in gloſſ. vltim.cum aliis ſuprà per nos alleg.qu.v. inchoan. An poſſeſſio & gaudentia fructuum ac redituum probetur per librum rationum. Tum etiam non probatur in fauorem fiſci,vt ibi dixi,per tex. in l.inter chartulas.C.de conueniendis fiſci debitoribus,& in d.l.rationes.niſi quando reperiuntur in archiuis, authent. ad hæc.C.de fide inſtrum. ca. ad audientiam.de præſcript.& tunc libri computorum faciunt fidem contra emphyteutas, debitores, & cenſuarios, niſi conſuetudo loci vellet fidem contra omnes adhibere,ſecundùm Ancha.conſi.xxxix.exordien.primo de iuribus.latè dixi in d.q.cv.non tamen reperi aliquem in iure vel praxi,dicẽtem computum finalem, arreſtum finatum, & ſcriptum manu alicuius domini, executionem paratam ac ſaiſinam habere bonorum,oppoſitione non obſtante debitoris ſcribentis, antequam illud prius agnouerit in iudicio, aut per teſtes negetur,probetur, vt prædictum eſt. Ergo minus habet contra ſucceſſorem vel hæredem executionem paratam,vt in caſu noſtro, de Ioanne Touteuille receptore religioſorum Diſorotorum,conuentus Reolę, qui in vim computi finalis arreſtati per ipſum & gardianum eiuſdem conuentus, & eius manus ſignati, fecit faiſire bona & reditus ipſius conuentus,

nunc inter manus religioſorũm regularis obſeruan-
tiæ exiſtentes, ac ſubhaſtari & cridari ſeu incantari,
non agnito nec conſtito de ſigno & contentis ipſo
computo. Et ſi ſit agnitũ, vel eſſent inſtrumen-
ti etiam publici, non haberẽt executionem, nec ſa-
tisdare debeamus, niſi prius conſtito an ſint hæ-
redes ſiccẽſſares, vt volunt Bald. quem ſequitur Salicet.
in l. per emptorem in q.x. & ſequent. Cumanda. & Soci.
conſ. cxv. num. xj. vol. iij. & Alexan. conſ. xcv. lib. j. &
Hipp. de Mart. Ing. ecl. & dixi ſupra in dicta q. x. in-
cipien. celſi marmis. & conſilio noſtro lxvij. incipi.
Cum vendor. & ita dictum fuit contra regẽ illuſtrem
Nauarræ in fauorem hæredum cuiuſdam receptoris
cuſtri Gelosij. Et licet in caſu noſtro conſtaret cui-
denter ipſos religioſos eſſe ſucceſſores dicti con-
tenti, vnde videbatur executionem fieri poſſe. Et
ita alias fuit dictum per arreſtum curiæ Pariſien. con-
tra priorem ſancti Martini de Campis, literam obli-
gationis priuata cõmunita eorum ſigillis ſigillatam,
poſt mortem primi habere executionem ſuper bo-
nis ſuccẽſſoris parationis, vt patet in Pylo, quarta parte
de meſſ. ſpir. Arreſta. recollectis. y. cl. xxij. Sed hic nõ
erat ſigillum curiæ publica, nec ſignũ recogni-
tionis, quæ non erat eiſdem. Pro quo dicit Bald. in
d. l. quæ exercent mercia. verſic. modo quæro de alia
ſcripturæ &c. Sed quando petitur executio ſententiæ
vel inſtrumenti ſecundum formam ſtatutorum, &
debitum non eſt purum & liquidum, debet dici in
libello dictam inſtrumentum liquidari, & eo liqui-
dato liquidum pronunciari, ſicuti exequi facere, ſe-
cũdum ea quæ ſtatutum ſonat. Quod dictum re-
putat Ang. Aret. in s. curare debet iudex. verſi. ſed tu
aduertas in actu practico. inſtit. de actio. Angularit. &
notandũ in prooi. & per Bar. & Doct. in l. j. ff. de eden.
& in l. proinde. ff. ad l. Aquil. & Bar. Bal. & Moder. in
l. j. ff. de leg. aj. & licet ex forma ſtatutorum poſſit ad
capturam procedi vel tenutã, & poſt dictam captu-
ram fieri liquidationem, vt probat Soci. in conſil. xcj.
nu. viij. vol. quarto. Tamen hic rationes primi com-
puti non erant productæ nec liquidatæ, nec liquidari
poſſent, vt ipſe ac Tourcuille dixit coram nobis iu-
dice & executore Papæ ad bona ipſius conuentus &
aliorum authoritate Papæ & domini noſtri regis ſuo
militare procurator ad vendendum ſeu authorizã-
16 dum eum ipſo deputato. † Et ita ſeruatur de ſtylo cu-
riarũ Franciæ, vt etiam intellexi a viris multum pra-
cticis nunc conſultus, computum finalem non re-
cognitum non habere executionem paratam, quia
ea in pluribus rationes ſunt intricatæ & non liquidẽ, vt
dicit Ang. in d. l. quarto. §. ait prætor. ver. dicar. & dixi
in §. nunc ſequ. de conſuet. retra. & Io. de Plat. in l. ap-
paritures. C. de exa. to. n. tr. bre. lib. x. & Carpol. in cau-
tel. ij. Et pro hac Decisio. eſt tex. in Lomba. qualiter
quiſque ſe defenderit. l. omnibus. vbi, aut manum po-
ſuerint, & manifeſtauerint in ipſa charta, &c. † Et
17 not. vnam regulam, quòd quando debitum eſt pro
vna vice ſoluendum, & in eo meſt hypotheca, tunc
perſonalis obligatio eſt principalis. Et hoc caſu prius
conueniendi ſunt principales debitores, quam per-
ueniatur ad rei detentores. Ideo virtute talis hypo-
thecæ non procedetur ad ſaſinam nec ad cridas &
ſubhaſtationes, niſi excuſſis debitoribus, ſed in alis
hypothecis perpetuo duraturis vbi res eſt obligata
& hypothecæ expreſſæ affecta, tunc ipſa principalis,
& perſonalis obligatio eſt acceſſoria, vt eſt in iſtis, &
procedetur ad cridas & ſubhaſtationes virtute illius
hypothecæ per modum executionis. Et hæc conclu-
ſio probatur, quoniam licet conuentio facta inter
partes non poſſit introducere actionem iudicati, niſi
in materia in qua iura eam inducunt: tamen ſi partes
conueniant quod ſententia arbitri vel arbitratoris
poſſit mandari executioni procedẽdo ad captionem
& venditionem bonorum nulla alia ſententia ſeu ſo-
lemnitate ſubſequuta, nec expectata, tunc talis con-
uentio valere poterit, vt voluit Petr. Iacob. in titu. de
recurſo ad arbitrium boni viri, quæſtio. vltim. & talis
poteſtas ſecundum eum priuato dari poteſt. l. tertia.
de pigno. & inſtitut. quibus modis alie. licet. §. j. & l.
ſi Titius. ff. de ſeruis exportan. pro quo dicto alleg.
text. & gloſſ. in l. ij. C. communia vtriuſque iudicij
† Tamen pacto non poteſt fieri quod credatur ſcri- 18
pturæ priuatæ tanquam publico inſtrumento, vt di-
cit Bald. in l. Imperator. ff. de ſtatu hominum, poſt
Inno. in capitul. cũm P. tabellio. poſt medium. de fi-
de inſtrumen. Et idem Ang. in l. pactum inter hære-
dem. & ibi Iaco. de ſancto Georgio. nu. xv. ff. de pact.
& Barbat. in repet. rubric. de fide inſtrumentorum,
verſic. quarto præmitto. verſicul. ſed tamen valeat. &
Iaſon in l. iuſiurandum quod ex conuentione. verſic.
aduerte tamen, & latiſſime in repet. l. admonendi.
verſi. nunquid autem partes, de iureiuran. cui obſta-
re non videtur gloſſ. in regula, cancellar. apoſtolicæ.
xxv. tenentes cõtrarium, ſcilicet partes poſſe tantum
facere quod detur ſimplici ſignaturæ, ex qua poſſit
penſio peti. & ex illa excequi ſiue excommunicari, ac
ſi bulla eſſet in forma publica expeditę, licet vide-
atur contra tenorem illius regulæ, tamen facit fidem,
vt alibi diximus vt inquit Bald. in l. humanum. quæ-
ſtione vltima. C. de legi. non requiritur litera ſeu bul
la ad eſſectum expeditionis, ſed ad probationem. capitul.
inſtitutionis. xxv. q. ij. Tum quia prædicta regula eſt
hæc ſalis, tum ſignatura prædicta non eſt priuata ſcri-
ptura, ſed cedula originalis beneficij, vel iuris alicui
cõcelſi, ad quam pro expeditione formali, vel etiam
in dubio, ſi quæ ſuper ea expeditione oriretur, re-
curritur. l. contractus. Cod. de fide inſtrumento. & in
authentica. de tabel. Sed talis conuentio vt poſſit exe-
qui non facta ſcripturæ vel ſigni agnitione & recog-
nitione, hic non intercenit: ideo parata non ha-
bet executionem, vt dicit Maſuer. in tit. de contuma-
cia, verſi. item ſi quis. †Volens, quod ſi adiornatus & 19
apprehenſus perſonaliter ſuper cognitione cedulæ
manu ſua ſcriptæ vel ſignatæ. & ad diem non compa-
ruerit, detur actori defectus: virtute cuius munienda
eſt manus regia: quia cedula habetur pro agnita. Se-
cus autem ſi actor dicat cedulam eſſe ſignatam, vel
ſcriptam manu prędeceſſoris ipſius rei: tunc neceſſa-
rius eſt ſecundus defectus: quia nõ conſtat ipſum eſſe
hæredem defuncti. Sed ſi compareat prima die per
ſe vel procuratorem, & petat diem auiſamenti, aut
demum facta petitione ad diem aſſignatam non cõ-
pareat, quod actori dabitur defectus, cuius virtute
cedula habebitur pro agnita & verificata, & conde-
nabitur ad ſoluendum per captionem bonorum.
Sed poſt agnitionem auditur ad proponendum ce-
dulam cancellandam fore, manu tamen Regia muni-
tam, vt ibi per eum in titu. de dila. verſi. item cũ quis.
Et prædicta limita, niſi eſſet conſuetudo, ſtatutum
aut ſtylus diſponens ſcripturam factam propria de-
bitoris manu ad creditoris volũtatem eſſe exequen-
dam, hic non eſſet dubium, ſecundùm Angelum in l.
ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. obligat. vbi
dicit tale ſtatutum eſſe Florentiæ dicens etiam idem
eſſe in cedula ſcripta manu tertij, & ſubſcripta manu
debitoris aſſerentis omnia ſingula ſupraſcripta fore
vera. Et illa approbat, quod etiam locum habeat
dictum ſtatutum, vt idem ibi Imol. & cæteri, & Bar-
bat. in c. ſi quis presbyterorum. numer. iij. & v. de
reb.

reb.eccle. non alienan. quamuis Angel.inet tenear contrarium, in hoc vltimo in terminis dicti ſtatuti Florentini,in l.cùm antiquitas.C.de teſtamen. ex eo quòd ſubſcribens cenſetur totũ ſcripſiſſe per fictionem,vt probat tex.in l.diuus.§.ſcribere. verſi.videri. ff.de fal.de quo per Alexãdrum in d.§.Chryſogonus. & Iaſon poſt Paul.de Caſtr. in l. emptor. §. Lucius. verſicu.quinto adde.ff.de pact.& Barba.in d.c.ſi quis presbyterorum.

SVMMÆ.

Quæſtio CCXCVI.

1 *Annaliũm & quinquennalium literarum differẽtia.& nu.3.*

2 *Cautionem an dare debeat annales literas obtinens.*

4 *Annalium literarum impetratio in quibus debitis locum non habeat.& nu.5. & 6.*

7 *Renẽduarores non debent emere à ruſticis victualia ad vrbem deferentibus.*

DECISIO CCXCVI.

PRINCEPS poteſt concedere debitori dilationem annalem ſeu reſpittum ad annum interim non ſoluendi debitum,l.quoties.C.de precibus imperat.offer. Ac etiam dilationẽ quinquennalem,l.fin.C.qui bo.ced.poſ.† Tamen eſt differentia inter iſtas dilationes in modo procedendi, quia in prima ad annum ſufficit iurare ipſum debitorem impetraſſe pro vrgẽti neceſſitate ſine fraude, & nõ erit opus alia probatione, nec audiri debẽt creditores oppoſitum probare volentes, nec etiam ſecundùm aliquos petentes agnitionem fieri debiti, vel cautionẽ ſibi dari: quia in mora modici temporis non ſit præiudicium,argum.l.ſi debitori.ff.de iudic.& quod differtur,non aufertur,dicta l.quoties.& l.quamuis.ff.de arbit.& cap.ancillam. xxxij. quæſt.ij. & cap.nemo deſperan ius.† Sed Iaſon in d.l.quoties. & in ſecunda limitat.& in l.vniuerſa.co.tit.in primo nota.tenet per illum tex. quod etiam in annali dilatione teneatur dare cautionem. Et idem Iac.de ſancto Georgio in d.l.ſi debitori.num.xj. allegat. Abb. Sicu.in ca.quod ad conſultationem.de re iudi. & iſta eſt communis.Tamen ſeruat ſtylum curiæ, ſi aliquis ſit in contrarium. †Sed in dilatione quinquennali videtur ſecus,quia requiruntur ſuprà dicta fieri prius per debitorem, d.l.vniuerſa. & quod maior creditorum pars conſenſerit,d.l.fi.qui bo.ced. poſſ.Ità tenet Maſuc.in ſua praxi,titulo de obligation.ver.item debitor ad impediendam. Tamen dilationes † prælictæ locum non habent nec extenduntur ad debita priuilegiata,videlicet depoſiti, l.ſi quis vel pecunias. C.depoſiti.& ſuprà proxima.q.dictum eſt.Et ſic per arreſtum dictum per nos prolatum die iij. Maij.Anno 1524. in fauorem cuiuſdam Hiſpani priſonerij à Seneſchallo Aquitaniæ appellantis,contra quendam depoſitarium appellatum ſiue intimatum. †Nec etiam ſecundùm Doct. habent locum dilationes prædictæ ad debitum iuratum,vt voluit Cin.&Salic.in l. fina.C.ſi contra ius vel vtilit.publ.& Alexand. conſi. xxxviij.inchoant. viſa petitione Antonij de Roman. lib.iij.& Gulielm.Bene.in ſua repet.capitul. Raynutius.nume.xix. de teſtamen.& amplè Thom.Ferr.in ſua cautel.lv.vbi amplè hoc probat.Hippol.de Marſil.ſingul.cccccxv.exordien.contingit ſæpius. Sed Iaſon in d.l.final.ſi contra ius vel vtil. public. verſic.v. Facit quod dixi in l. quoties. iſtud duobus modis limitat.& idem in d.l.quoties. verſi. & iſto caſu,vt ibi per eum. Et ſecũdo quando in eiſdem literis eſt duplex clauſula inſerta, &c. & ſignanter quando hæc clauſula motu proprio, quæ in prædictis ſolent de ſtylo poni. Tamen non ſeruatur hoc dictum de iuramẽto,quòd in & ſuper omnibus debitis imponiter, aut promiſſio fidei,quod idem eſt. c.primo.de pact. Ideo vidi magnam altercationem in camera Tornellæ de incarceratione in vim literarum obligatoriarum ſub rigoribus ſigilli Caſtri Lũbreriæ Burdegalæ confectarum facta poſt impetrationem literarum reſpitti,& executionem illarum: an eſſet bona, vel tanquam attentatũ reparari deberet. Et aliqui ex dominis dicebant illã iuridice factam, attento & viſo literarũ rigore:quoniam oportebat ad euitandum carceres conſignare argentum vel aurum,& ipſarum literarum reſpitti executarum, nondum impetrans interinationem poſſet: & ſic executionem nõ impediebant. Alij verò domini attentatũ fuiſſe aiebant, ob authoritatem principis concedentis,qui tum illis clauſulis prædictum conceſſerat reſpittum ſeu dilationem annalem: & ita dicebãt ex ſtylo curiæ Aquitaniæ ſeruari.& pro iſta opi. allegaunt prædictã Deciſi.Iaſ.& tex.in d.l.fin.qui bo.ced.poſ.vbi tex.iuncta gloſſ.videtur velle impetrantem à principe ad miſerabile ceſſionis bonorum remedium admitti petentem,vel quinquennale ſpatium à creditoribus indulgeri, interim poſt ceſſionem non poſſe incarcerari. Idem illud quod dicebat Bald.in l.per diuerſas.q.xv. C. mandati, perſonam debitoris pendentibus exceptionibus debitoris non debere capi, quia nimis præpoſterè eſſet procedere,l.j.C.de re iudi. & quod not.Iac.de Are.in d.l.quoties.quem refert ibi Alber. verſic. quærit etiam Iacob.de Aret.&c.quod ſi princeps conceſſerit alicui dilatoriam,pendente illa dilatione, vſuræ non currunt, per l. non ſolum. in ij. §.ill d.ff.de liber.leg.tamen Alber.in hoc diſtinguit aut vſuræ debentur propter moram tardæ ſolutionis & tunc non currũt: aut propter beneficium conceſſæ dilationis,& tunc currunt,l.item quia conuentiones.§.fi.ff.de pact. quamuis ad hoc poſſet reſpõderi, quòd literæ reſpitti non erant tunc executioni demandatæ. Tamẽ ſic cõcluſum fuit in Tornella,in cauſa cuiuſdam Pet.Feli.à Seneſchallo Aquitanię appellan.ex vna,& Iaquetæ Brunæ appellatæ ſeu intimatæ ex alia. †Tertiò non habẽt dictæ literæ in debito regio,dicta l.lex damnoſa. & ibi Ioann. Fab.Cin.& omnes.Nec etiam in debito minoris,nec profectò in penſionibus locationum domorum, nec in venditione rerum comeſtibilium,cæterorum animalium, vini ac piſcium,&ſimilium in pleno mercato ſeu foro facta.Et maximè ſi abſque termino ſoluendi per venditorem ipſis emptoribus dato, quia ſtatim eis venditione facta debeat ſolui, l.ij.ff.de nund. Et dicuntur epulæ forenſes. l.eos. iuncta gloſſ.j.& ibi Alber.ff.de decur.In quibus priuilegiatis caſibus prædicta dilatio non cadit, ſed ea non obſtante ab eius effectu repelluntur & condemnantur emptores. Sed ſi creditor dederit debitori ad ſoluẽdum terminum, & ad hoc ipſum obligari fecerit, tunc talis creditor priuilegiatus ſe ſeparat, & à ſuo recedit priuilegio, ac ſuum facit debitum commune & ordinarium. ita quod regulatur ſecundum alia communia debita. Tamen in curia noſtra Burdegalen,ſiue cum termino,ſiue abſque,prædicta fuerint vendita,idem ſeruatur, quod non cenſeatur à ſuo priuilegio diſceſſiſſe, & emptor ad ſoluendum pretium annali non ob-

trante dilatione sibi per Regem cõcessa, condemnatur. Ita fuit per plura arresta sunt dictum: & mouetur ratio, quia mercatores tali gauderent respitto & annali dilatione: a cætero vectores mercatores ad ferendum & portandum in ciuitate victualia retraherentur. l. t semper presente pecunia sine termino solutionis prefigendo venderent: quod cederet & redundaret in grande ipsius ciuitatis incolarum & habitantium damnum, & prejudicium non modicum, quod euitari debet, dicta l. quoties. ibi, sine grani alterius præiudicio. per quem Bart. & Doctor. insuper Ioan. in j. not. dicunt rescripta priuilegia principum debere intelligi absq; grani præiudicio alterius partis, l. j. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne quis in loco publico. cum alijs per Ias. allegatis. & pro hoc tex. in terminis. in dd. l. j. cum glossi. j. secundum primum intellectum de nundi. vbi tex. quem Albe. commendat, dicit tales mercatores seu negotiatores rerum comestibilium & aliorum esse in bonis ciuitatibus necessarios. & tales secundum Alberic. posse ad portandum & vehendum victualia in ciuitate compelli. Idem tenet Ias. ibi, & idem Ang. de Clauasio. in loco tamen, si verbo excommunicatio quinto. §. casus viij. vbi ponit de inuadentibus victualia, quæ ad curiam Romanam apportantur. & idem Aufre. in repetitione clementi. primæ, de officio ordinarij. titu. de potestate ecclesiastica. versic. cxxxij. pro quo videtur textus l. j. in verbo, præstat. & ibi hoc per illum text. tenet Luc. de Penna. C. ne rustic. ad villum obsequi. deuocentur. lib. xj. & idem gl. in d. l. secũda, in verbo, distrahitur. licet velit quod distrahere ibi non compellantur, sed sufficere in vrbe ferri ad vendendum. ferri enim est suo corpore baiulare: portari vero est quæ quis iumento secum ducit, l. ferri. ff. de verbo. signi. & appellatione victualium continentur omnia comestibilia, tam pro hominibus quam equis & animalibus. l. verbo. victus. ff. de verb. signifi. & l. legatis alimentis. ff. de alimen. lega. & Bal. consi. cccxvij. incipiante, quidam nomine vicus. vol. ij. sed nõ potest compelli ad ferendum in ciuitate victualia: nisi secũdùm Luc. de Penna tempore guerræ seu belli, vt iudicum iij. Congregauerant frumenta in præparationem pugnæ. & Saluitius in Iugurthino: Quocunque ratũ erat, vsus Regis in loca munita transtulerunt, vt ibi per ipsum de Penna. Et hoc bene seruatur in Frumento, quoniam tempore belli omnia victualia deferri & certo pretio æstimato vendere per commissarios compelluntur. Quod licitum est fieri, secundũ de Penna vbi suprà. & Doctores in capit. secundo de treuga & pace. licet vtilius sit ferri & portari in ciuitate, in qua citius quàm extra ciuitatem inueniant emptores, quibus sua victualia & artificiola vendunt, nec ita conueniẽti foro habent omnia, sicut illi qui sunt in ciuitate, vt dicit glo. vltim. in capitulo primo. xxj. quæstio. j. licet in acie ita citò inueniant qui eos expediant, cum pauca fortè recompẽsatione: sed caueant à pœna iuris, iuxta §. si quis quinque solidos. de pace tenen. Sed nonnulli qui hoc tempore habuerunt huius rei curam & administrationem defroibauerunt & furati sunt in grande incolarum damnum plures pecunias ex ipsis victualibus vẽditis redactas, & aliqui eorum fuerunt per arresta, & non fortè pœnis condecentibus, condemnati. Aliàs regulariter nemo compellitur vendere, l. nec emere. C. de iure deliberandi. & ibi Iason ponit plures casus fallen. quos ex dicta regula elicit, & in tertio casu idem tenet, de quo per Matth. de Afflict. in prælud. feud. numero vij. vsque ad fin. & aduerte quòd de consuetudine generali nemo debet emere in globo à rusticis frumentum, & cætera victualia in ciuitatem deferentibus, maxime mercatores bladorum, vsque quo venerint ad forum seu mercatum publicum, quod vocatur Parisiis, Coissonaria, vt dicit glos. in l. j. §. cura carnis. ff. de officio præfecti vrb. Nec profecto ante meridiem vel aliam horam diei, secundum diuersas locorum consuetudines. & sic dicit glos. in dicta l. ij. in verbo, tradere. seruari Bononiæ in tricolis circa fructus suos (vt inquit glo.) rustici minutatim omnibus vendunt. † Quia victualia portantibus non de- 7
bent obuiare in itinere reuenditores, l. ij. versicul. ea lege. ff. ad l. Iuliam de annona. Et sic per ordinationem Ludouici Regis xj. prohibetur bladum emi in herba, quod est iuri consonum, capitu. in ciuitate. & c. nauiganti. §. ille quoque. de vsur. de quo ibi per Doctor. & Bald. in rub. C. de vsur. in iij. quæst. & in l. cum non frumentum. in fin. eo. tit. quod malè seruatur hic Burdegalæ, quoniam mercatores propolę seu reuenditores anticipant, & in fluminibus Garonę & Dordonæ, vel in aliquo portu illarum naues frumenta & alia victualia deferentes, emunt, & retinent, & per consequens annonam reddunt cariorem: cuius legis de annonæ pœna est honestioribus, negotiationis interdictio & aliquando relegatio, & humilioribus, ad opus publicum damnatio, l. annonam. §. pœna autem. ff. de extraordinariis crimin. & etiam tenentur pœna viginti aureorum, dicta l. secunda, versicul. eadem leg. ad l. Iul. de annona. Et not. quod iudices & officiarij super victualibus & abundantia deputari, possunt (si subest suspitio cãristię propter inundationem aquarum vel aliam sterilitatem) statuere, vt deferentes sint salui & securi in ære & persona, & ab omni subsidio gabellarum & pedagiorum, vt dicunt Bart. Ang. & Paul. in l. j. in princ. quod quisque iuris. quos ibi sequitur Iacob. de sancto Georgio. & ideo non debent domini ciuitatis Burdegalę, vel alij suprà ripperias Garonæ & Dordonæ, domini victualia & alia pedagiorum iura recipientes & leuantes, conqueri de ordinatione curiæ, ob prædictam causam portare volentibus facta.

SVMMÆ.

1 *Clericus coram iudice seculari respondet in criminibus priuilegiatis. & nu. 4. & 5.*
2 *Papa non potest quo ad successionem in Gallia legiimare.*
3 *Abusus quid.*
6 *Saluagardia infractæ cognitio quid exigat, & ad quem spectet.*
7 *Saluagardia generalis quantum tempus duret. & nu. 8.*
9 *Adulterans vxorem an videatur facere iniuriam, & rumpere saluamgardiam.*
10 *Curia an cognoscat de adulterio cõmisso in vxorem ostiarij. & nu. 11.*
12 *Adultera mulieris pœna. & nu. 13. & 16.*
14 *Vir qui à muliere verberari se patitur qualiter punitur.*
15 *Adultera mulier non punitur quando vir non facit ei debitum.*
17 *Nuptiarum consuetudines varię vephandæ.*
18 *Sponsalitas quid.*
19 *Pudicitia triplex.*

Quæstio CCXCVII.

Vxor vnius ex octo ostiatiis curiæ nostræ iuuenis & pulchra passa fuit se pluries ab vno ex clericis sui mariti carnaliter cognosci, prout ipsa in plena curia instante marito confessa extitit. Dubium fuit, an curia cognoscere posset in prima instantia de dicto clerico seruitore, quia erat clericus solutus

præt extra

prætextu infractæ seu ruptæ salvegardiæ generalis, quam habẽt omnes officiarij Regij, dum in principio eorum committimus dicitur, Leur femme & famille, &c.

DECISIO CCXCVII.

ET † videtur dicendum quòd sic. Nam Rex Franciæ Christianissimus cõsueuit, & eius curiæ supremæ, ac cæteri officiarij cognoscere de pluribus casibus & criminibus priuilegiatis per clericos & personas ecclesiasticas commissis, videlicet de saluagardia infracta, & crimine læsæ maiestatis, falsæ monetæ, vel de assecuramento brisato, de manu regia appositæ violata: quorum aliqua recitantur in stylo parlamenti, titulo quorum cognitio ad regem pertinet. & titulo sequenti. & ibi per Aufre. pariter de portu armorum, si in forma guerræ arma moueantur ad minus vsque ad numerum decem, vt quando vnus dominus contra alium, vt sæpe fit in Gasconia & Bearnia, vel si in ciuitate aliqua fiat seditio. & tenet Benedict. in repet. c. Raynutius. prout experti fuimus, tam consiliarius in excelso regio consilio, quàm præses curiæ supremæ Burdegalen. in seditione ciuitatis Agennij, Anno 1520. facta. Et anno 1522. in ciuitate Marmandæ. & anno præsenti xxiij. in ciuitate Reolæ siue de regula: in quibus fuimus per dominum nostrum Regem ad procedendum contra seditiosos commissi. Quarum duarum vltimarum seditionum clerici fuerunt principales authores: & etiam cognoscunt secundùm Benedic. vbi suprà versi. præterea dicunt officiarij. de infractione ordinationum regiarum, inter quæ sunt decreta Basilienſia, & nunc sancta concordata, quia infringere concordata & ordinationes regias nihil aliud est (vt inquit) quàm temerè præsumere, seu interponere super authoritate & iurisdictione regia & regis, sicut cuiuslibet alterius judicis interest suam tueri authoritatem & iurisdictionem, imò cognoscere si sua sit, l. secũda. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Et tales etiam infringentes, licet clericos, pœnali cohibere iudicio, l. j. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. & l. sed si per prætorem. §. fin. ff. ex quibus causis maiores in integr. restitu. Allegat Dominum Laurentium præsidentem in suo tractatu. casus in quibus iudex secularis. versic. sextus & vltimus casus est. & ibi vide per ipsos. † Nã si Papa, vt ait Benedictus, nunc vellet spurios & bastardos in regno legitimare, quo ad succedendum in temporalibus, vel alio modo iurisdictionem temporalem vsurpare vel occupare, aut quouismodo impedire vel turbare, Rex & officiarij sui talẽ interprisiam (cum legitimare in temporalibus soli Regi per) timeat) repellerent authoritate sua, vel etiam aliam actum ecclesiæ iurisdictioni non pertinente expetitum: & ad illum nullum haberent respectum, imò impetrantem, vel ius & authoritatem regiam interuertentem punirent. † Talia enim attentare, vel alia contra authoritatẽ & regias ordinationes & sanctorum patrum decreta, libertates, & priuilegia regni & regnicolarum, vocatur abusus in Francia. Et notorius abusus est, qui propriè committitur in actu qui geritur, cuius vsus nullus est, l. ob quæ vitia. §. idem Pomponius. ff. de ædilit. edicto. vel vbi contra naturã actus fit, l. j. §. sed sciendum. eo. tit. Or secundum eum nulla potest maior esse vsus nullitas, quàm illa quę à non habente potestatem procedit, vt dicunt Innoc. Abb. Sic. & Doct. in c. cùm olim. de causa pos. & proprie. & l. extra territorium. ff. de iurisdictio. omn. iud. & c. fi. de consti. lib. vj. vt ibi per eum. & hanc cõclusionem tenet Masuer. in tit. de iud. versic. item sciendum est, quòd clericus solutus. & in tit. de iniuris. §. j. in fin. & in titu. de remiss. ver. item in saluagardia, & versi. item in causa iniuriarum. & in tit. de securit. & Odofr. in repet. clemen. j. de offi. ordinarij. vbi ponit de saluagardia in xij. fallen. j. regulæ. & latius in decis. capel. Tholo. qu. cccclxxxix. vbi ambo ponunt alios plures casus, de quibus cognoscunt iudices seculares. De quibus aliquid dixi suprà. q. xliij. incip. Super cuius quidem. & in §. xxj. de iurisd. omn. iudic. lib. consuetud. Biturig. Et pro hac parte est textus singularis in l. iij. C. vt nemo priuatus tit. prædus suis. ibi, miles vel clericus. & per Doct. ibi. ¶ † In contrarium videtur quod non possunt in vim saluagardiæ etiam specialis impetratæ & debite notificatæ cognoscere, vt tenet Petrus Iacob. de Aureliaco, tit. de condictione ex leg. instit. de actionũ. §. quadrupli. versi. hodie verò in multis. vsque ad fin. Et idem Guid. Pap. quæstio. lxxvij. versi. sed an iudex temporalis. dicens quod iudices temporales Franciæ cognitionem huius materiæ suscipientes sunt excõmunicati. Et si suprà sint tres Franciæ doctores primam partem tenentes, & similiter hic duo hanc secundam partem tenentes. Et pro opinione istorum vltimorum dominorum, latum fuit Parisi. arestum, vt refert Gallus in tertia q. per quod dictum fuit clericos nõ coniugatos non teneri comparere nec respondere personaliter pro infractione saluægardiæ, sed per procuratorẽ, vt ibi: referens plura aresta super hoc fuisse lata. ¶ † Quid dicendum? dico primam partẽ esse veriorem, regem & sues officiarios posse & solitos esse cognoscere & non solùm de saluagardia speciali infracta, sed de aliis omnibus prædictis casibus priuilegiatis, atque aliis per Doctor. suprà allegatos recollectis, ac punire clericos pœna seu emenda pecuniaria corporali, & pro casu communi remittere eos iudicibus suis puniendos, ac in carcere eiusdem episcopi pro emenda indicta quousque satisfecerint tenendos sub pœna & onere soluendi prædictam emendam, si contrarium fecerint: prout pluries fuit dictum per aresta Paris. & Tholosæ lata, vt in arestis per Rosr. coadunatis in §. cxlj. clij. clxiij. & ccxxxiij. & Galli. in dicta quæstione. iij. & etiam in curia nostra Burdegal. Contra quendam clericum in causa curiæ de valle, qui fuit remissus episcopo Xanton. pro casu communi, vt ibi teneret prisionem pro emenda, vsque ad satisfactionem. Et nos pariter condẽnauimus aliquos clericos Marmandæ & Reolæ, & eos remisimus episcopo Agennen. † Sed an rex & sui officiarij possint cognoscere de saluagardia generali, quæ omnibus suis officiariis in eorum committimus datur, dubium videtur: primo quia de iure & ordinatione Regis Philipp. sexti requiritur, vt quis teneatur de infractione saluægardiæ, ipsam saluamgardiam fuisse publicè & debitè publicatam, vel parti specialiter intimatam, vt patet in ordinatione per Ofre. recollecta. titul. de rescriptis. §. quinto cum duob. sequentibus, nisi in ecclesiis cathedralibus & monasteriis in aliquibus, quę ab antiquo notoriè sunt in gardia regia, vt dicitur. Et tenet Masuerius titul. de possessionibus. versicul. Item requiritur quod dicta insinuatio. aliàs sequeretur securitatem & saluamgardiam esse sine publicatione aut intimatione perpetuam, quod voluit Ioann. Fabr. in l. denuntiamus. Codic. de his qui ad eccles. confu. alleg. l. si postulauerit. §. iussit. & §. ratio. ff. de adulter. & l. ij. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & instit. eodem. §. final. Sed contrarium in hoc tenent Guliel. de Cugn. & Barto. in l. illicitas.

§.ne potentiores.ff.de offic. præsid. dicentes hoc tẽpus nõ esse perpetuum,sed arbitrio iudicis esse moderandum.Et idem Ang.& Imo.in l.iij.ff. de damno infect. & Imol. & Roman.in l.qui bona.§.fin.& §.si
7 quis iuxta.eodem titu. †Quia iudex potest illud tempus arbitrari ad annos decem vsque, vt dicunt Ang. & Imo.in l.penultim.ff.de prætor.stipulatio.& idem in l. ita stipulatus. ff.de verborum obligation. Accedat pro hoc bonus textus in l. fine prætinito tempore.ff.de pœnis. Et istud est verum assecuramento
8 prætito.†Sed in saluagardia generali, de qua loquimur,quam quis prætextu officiarij habent annexam, distinguit Ioan.Fab.aut est data per modum gratiæ, tunc si in ea adicerentur verba gratiam importãtia, eo casu esset perpetua,& non reuocaretur morte cõcedentis,capitu.si super gratia.de officio delegati.libro sexto. Et hoc ex multis percipi potest, quando adiiciuntur verba, quæ non sunt de simplici iustitia, vt si hoc adiiciatur verbum concessum de gratia speciali,vel dicatur in perpetuum,aut similia. Secus in saluagardus simplicis iustitiæ, vt quis conseruetur à vi,potentia & iniuriis manifestis. Et prædicta refert & sequitur glos.pragmati.sanctio.titul. de authoritate generalis concilij. in verbo, reformat Aufred.in dicta quæstione cccclxxxix. prout sunt istæ saluegardiæ, quas princeps concedit suis consiliariis & officiariis,ac stipendiariis ordinariis,quę sunt de simplici iustitia,nullum post annum,nisi fuerint exequutæ, habentes robur & vigorem,vt §.fina.institu.de perpe.& tempor.actio.quamuis cõsiliarij & ostiarij officiando sint in protectione & saluagardia Regis : vt dicit Aufred.in dicta clementina j.fallent.ij.j.regulę. & Masue.in titu.de iniuriis,versicul. Item si seruiens
9 offenditur officiando. † Veruntamen licet clericus prædictus cognoscendo vxorem sui magistri ei officiando nullam fecerit iniuriam, quamuis maiorem facere non posset,l.codicillis.§.matre.ff,de legatis secundo.& l.Caij.ibi,vel tantum delictum est, vt vltimo remittenda non esset. ff. de fideicommissaria libertate.vbi glossa prima dicit:quia iacuit cum vxore eius, & glossa solet allegari, quod paria sunt dicere, quem iacuisse cum vxore domini, vel illam adulterasse:ad hoc allegat Bald.in l.illam.in capitu. primo. versicul.Quæro quid sit idem.quibus modis feudum amittatur.& Petrus de Rauenna in suo iuris compẽdio.versicul.paria sunt & vane.in §.est autem.numer. xij.institu.de hæredibus instit. & Ludouic. Come. in §.fuerat.numer. xliij.institut.de actio.licet videatur text.in contrarium, in l.interdum.ff.de publica. quæ iura Paul.ibi concordat,scilicet hoc esse æstimãdum secundùm qualitatem personarum, quia quidam parum curant si eorum vxores corrumpantur, vt infrà dicam,vt sunt viles homines : quidam econuerso. & sequitur Petr.de Rauenn.in dicto suo iuris compendio. versicul. Quæro aliquis corrupit vxorem. Tamen videtur saluamgardiam & securitatem sibi datam rupisse, sic cognoscendo & cucurbitando vxorem,aut filiam vel sororem assecurati, & siti in saluagardia, vt tenet Ioann. Fab.in l.denuntiamus. nec in hoc eorum consensus eum excusat.l.raptores. C.de rapto.virgin. Et idem Aufre.in dicta quæstione cccclxxxix. ante finem. Et latè Lucas de Penna in l.prima.C.publi.læti.lib.xij.versi.xxiiij. Sed hic ostiarius illam saluamgardiam non habuerat nec leuauerat.
10 †Vnde aliqui ex dominis tenuerunt curiam non posse cognoscere, cum officiando eum ostiarium non offendisset: & signanter ratione dictæ saluægardiæ non impetratæ, per consequens non intimatæ, quod curiæ constitisset. Præterea faciens pacem cum inimico, de non offendendo sub pœna, qui postea adulterauit vel filiam aut sororem eius, non dicitur rumpere pacem,vel pactum, nec in pœnam incidit, vt voluit Bartolus in l.verum. per illum textum. ff. de furtis. Quia non dicitur fecisse animo iniuriandi, nec inimicitiam sopitam restaurandi. Et ipsum sequitur ibi Ang.quando causa libidinis fecit.Et idem Anani.in rubric.de adulter.versi.iuxta prædicta quęro.& Floria.de sancto Petro. post Guidonem de Suza.in l.si quis testamentum. §.interdum. ff.ad legem Aquiliam.& Alexan.consilio cxiij. volumine secundo.& Hippolyt.de Marsil.in repet. rubric. ff.de fideiusso.numero xl. & Roman. consilio cix. & consilio cclv.& Angel.Aret.in tractat.malefic.in glo. *que che me ai adulterato la mia donna.* versi. Quid autem si pax erat.& Barbat.consilio lxiij. numero vj. volumine quarto.†Sed maior pars dominorum tenuit con- 11
trarium, quòd curia prætextu saluægardiæ prædictæ sic infractæ cognoscere poterat.Vnde condemnatus fuit in emenda erga regem 50. librarum Turonen. Et erga ipsum ostiarium in centum libris: pro quibus teneret prisionem ad satisfactionem vsque. Et pro casu communi ordinatum Archiepiscopum dare & creare vicarios duos ex dominis clericos ad procedendum, & ipsum puniendum. † Et quòd ad 12
prætatam eius vxorem,esse in aula palatij per seruiẽtes vapulandam & fustigãdam, ac in conuentu postea sororum beatæ Mariæ Magdalenæ Burdegalen. biennio permansuram, & absque exitu recludẽdam, ac eius dotem & donationem propter nuptias ei factam prætato eius viro applicandam & adiudicandam.Ordinauit eidem nihilominus facultatem interim reconciliandi & reducendi,si sibi(quamuis opus non esset) placuerit, & bonum videretur concedendum,& elapso vero tempore habitum religiosarum accipere teneretur, & vitam toto tempore ducere monachalem.Et latum arestum die septima Decembris, Anno 1523. † Licet verò arestum prædictum sit 13
secundùm ius commune latum, tamen in quibusdam locis Franciæ est consuetudo mulieri adulteræ capillos incidere,& vestes antè & retrò in eius ignominiam scindere, & sic per totam villam ducere, vt dicit glos.in capitul.de benedi.in verbo,& caluatos. xxxij.quæstione prima. & Petrus de Rauenna in suo iuris compendio. Quidam formosus,dicens consuetudinem esse in ciuitate Colonię,quod mulier adultera adducatur ignominiosè per ciuitatem cum candelis in manu ad ecclesiam.Sed alio fit modo,secundùm Gulielm.de monte Laudano in tota Cathalolonia, & in multis aliis partibus. Nam vir per vxorem cucurbitatus, licet hoc inuitus & ignorans patiatur, soluit fisco quadraginta solidos de proprio. Parisiis verò, vt ipse ait, ducitur vir sedens super asinum facie ad caudam versa per totam villam, vxore asinum per capistrum trahente, & præcone ante eos proclamante: Qui sic faciet,sic accipiet. ita dicit in clement. cum ex eo. §. continentes. quem ibi etiam refert & sequitur de Zabarel.versicul.Oppon. in cod. de sententia excommunicationis. & Guliel. Benedict. in repetitio. capitul. Raynutius. in verb. lxij.de testamentis.& Ioannes Montaigne in tractatu de bigamia. quæstione secunda & Sylua nupt.Tamen de illius consuetudinis Parisiens. obseruatione nũquam intellexi,& abiit fortè in dissuetudinem. Et idem dicit Tiraquellus in tractatu de legibus connubia.versi.cum ergo plerunque. †Sed bene vidi quasi 14
vbique, quando maritus ab vxore vapulatur, quod eo in casu ducitur supra asinum per proximum vicinum : qui si hoc facere reluctetur, soluere tenetur

pœnam

pœnam seu emẽdã centum solidorum, aut x. librarum Turonen. prout dicit audiuisse factũ Burdegalę in persona domini Io. de Haut Court regis in eius curia cõsiliarij, qui reculauerat vicinũ maritũ ab vxore vapulatũ supra asinũ ducere: & prędictè soluit emendã decẽ librarũ, prout pluries ab eo in plena curia audiui: & cæteri domini hoc cõfirmabãt. Sed in ciuitate Brixiæ mulier adultera pœna punitur mortis, vt refert de Zabar. consi. lxix. incip. contra
15 Bartolũ de Gobbis. † Tamẽ prædicta limitat Petr. de Rauenna. vbi suprà, nisi vir suum non faceret ergastulum debitum, quod tunc non puniatur vxor adultera. Et si esset iudex, & probatum esset libera ret illam: per textum celebrem in capitulo si tu abstines. vigesima septima quæstione secunda. cuius verba sunt Augustini: At si tu abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicãdi licentiam, & peccatũ illius tuę imputabitur abstinentię. Sed hanc Petr. de Rauen. opinion. prius tenuerat Ioann. Fauentinus: quia qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legẽ Aquiliam. & idem de Zaba. in dic. clemen. cum ex eo. versicu. Oppo. post Guliel. de Mõte Laudu. ibi ne aliis parent locum. Tamen hoc per vxorem fieri non debet, ob non præstitũ naturæ pe virũ debitum, vt tenet gloss. & bene, in dicto capitul. si tum abstines. per text. in capitul. significasti, de diuor. & ibi tenet gloss. Licet enim vir occasionem dederit, in sacramenti fidem debuit seruare castitatem. & sequitur Archid. in d. capi. si tu abstines. qui allegat text. in capitul. si quis coniugatus. ibi, procùl dubo adulterauerit. ea causa & quæstione, dicens ibi Hug. tenuisse. allegans text. in argu. in capit. puto. xxxij. quæstio. v. vbi idem tenet. & pariter glo. & Ioann. Andr. & Abb. Sicu. in dic. ca. significasti. in ij. no. de quo latius ibi per ipsum Sicul. super gloss. & in capitul. discretionem de eo qui cogn. consang. vxor
16 suæ. † Et prædicta decision. curiæ videretur prima facie derogare consuetudini regni Franciæ volenti adulteria non puniri, vt dicit Ioann. Fabr. in §. ex non scripto. instit. de iure natur. gentium & ciuili. & in l. prima. C. quæ sit longa consuetu. & Alexan. consilio clvij. libr. v. Fulg. consilio cxxxvj. exordien. In causa criminationis. versi. & hanc sententiam & interpret. & Bald. consi. xvj. incipien. Punctus, tali statuto cauetur. volumin. v. volens statutũ de adulterio, stupro, vel incestu non posse cognosci vel inquiri, nisi ad requestam certarum personarum in ipso statuto nominatarum valere, prout in regno seruatur, & statim dicam, quia tamen Bald. vbi suprà, vult dicta statut. extendi ad attentatum super dictis criminibus: quia secundùm eũ, si ad instigationem procuratoris, vel syndici villę, nõ possit procedi super adulterio vel stupro consummato, multo minus potest inquiri de eo attentato, vt ibi per eum: quia consuetudo in delictis puniendis vel non puniendis attenditur, vt dominica dicitur in passione Ioann. xxviij. Est autem consuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in pascha. & leg. aut facta. §. euentus. versicul. euenit. ff. de pœn. cum aliis per nos alleg. in §. xxiiij. de iurisdict. omnium iudic. lib. consuetu. Bitur. & similem habent consuetu. decanus & capitulum ecclesiæ maioris Rothom. Qui vnum ex vinctis in die Ascensionis Domini à morte liberãt, vt ibi vidi. Et simile etiam habent priuilegium minister, & fratres de præsentia Perusij, qui possunt extrahere & liberare de carceribus ciuitatis Perusij, quinque captiuos in die veneris sancta, & duos in festo Natiuit. Domini, vt refert Barto. consi. clxvij. incipien. Quod minister de præsentia. Tamen bonũ esset adulteria puniri secundùm Ioann. Berbe. in suo iuris viato. titul. de adulter. & Guliehm. Benedict. in d. c. Raynutius. numero lxiij. vbi cum vide, qui multa adducit. Nam hodie adulterium pro indelicta reputatur, vt dicit Ioan. Fabr. in §. item lex Iulia. instit. de public. iudic. Ideo Valer. refert libr. nono. titul. de luxuria. c. de Volsiniẽsibus, quorũ vrbs erat opulenta, & moribus etiam & legibus ornata, & Hetruriæ caput habebatur. Sed postquam luxuria prolapsa est, in profundum iniuriarũ & turpitudinis decidit, vt seruorum, se insolentissimæ dominationi subiiceret, qui primum admodum pauci senatorium ordinem intrare ausi, & mox vniuersam rempublicam occuparunt. Testamenta ad arbitrium suum scribi iubebant, conuiuia cœtúsque ingenuorũ fieri verabant, filias dominorum in matrimoniũ ducebãt. Posti emò leges sanxerũt, vt stupra sua in viduis pariter, atque nuptiis imponita essent, ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cuius castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis delibasset. Hęc ille. De pluribus aliis locis, in quibus talia etãt permissa adulteria, vide Tiraqu. in tracta. de leg. cõnubia. versic. ancillarũ. Et reges etiam olim in hoc versabantur, vt habetur Reg. j. capi. viij. vbi dicitur hoc erat ius Regis: filios vestros faciet sèruos suos, equites & precursores, agricolas, & fabros armorũ, filias vestras faciet vnguẽtarias & quæstuarias & panificas &c. refert Paris de Puteo in tractat. Syndi. titu. de Regum & Principum excess. capi. excedunt. in princip. quod iura considerantia, ad conuiuia principum mulieres ire prohibuerunt, vt voluit Bald. in l. quod ex liberta. per illum textum. C. de oper. liber. Nam ab omni superioritate ius honestatis videtur exceptum, iuxta l. retractare. C. ne fiscus rem quam vendidit euincat. Et idem Martin. Lauden. in tracta. de princip. §. xvj. sed bene, vt inquit, ad tripudia Reginæ ire tenentur. † Et circa 17
prædicta idem dicit Benedict. vbi suprà esse in partibus Siciliæ, quòd die nuptiarum vltimus qui sponsam cognoscebat, erat ipse sponsus. De quo allegat Diodorum libro sexto, de antiquorum gestis ita dicere. Et ego vidi in curia Bituricens. coram metropolitano processum appellationis, in quo rector seu curatus parochialis prætendebat ex consuetudine primam habere carnalem sponsæ cognitionem, quæ consuetudo fuit annullata, & in emendam cõdemnatus. Et pariter dici audiui, & pro certo teneri, nonnullos Vasconiæ dominos habere facultatem prima nocte nuptiarum suorum subditorum ponendi vnam tibiam nudam ad latus neogamæ cubantis, aut componendi cum ipsis. Et similiter reperi Ambienen. Episcopum pro licentia ad per eum seu oratorem neogamis seu nouiter maritatis cubandum prima, secunda, & tertia noctibus danda, solitum in ciuitate de Bellauilla certum quid exigere, quod alibi solitum reperi fuisse factum, vt narrat Imperator in authentic. vt nulli iudi. §. & hoc peruenit ad nos. ibi, nec nuptias aliquas facere. quod ibi corrigit, & abusiuum declarat. Sicut per arestum curiæ Parisiensis fuit pro dicto Episcopo Ambienensi, cui à cætero inhibitum fuit nihil pro dicta licentia exigere. Et pariter, quòd omnes mortui possent inhumari & spoliri sine eius & suorum congedio, nisi impedimentum staret canonicum: & etiam quòd hæredes ac executores defunctorum non tenerentur obedire ordinationibus per eundem Episcopum, &:

eius ordinarios factis circa executionem bonorum decedentium: quæ prædicta etiam per Imperatorem correcta & prohibita, dicto §. & hoc peruenit ad nos. Et latum fuit arestum prædictum, die decima nona Martij, Anno Domini millesimo quadringentesimo nono. Quod vltimum nota pro his quæ dixi supra, De citio. tricesimanona incipien. Præscriptio centum annorum. Vnde ait Iustinus historicus libro decimo octauo, quòd mors erat Cypriis virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam quæsituras in quæstū ad litus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta veneris soluturas: quamuis pudicitia sit quædam honestas, & honestas sit honoris statum conseruans, vt inquit Impera. in leg. ita nobis cordi pudor est. C. ad legem Iuliam de adulter. Et ibi Sali. & in l. si qua il lustris. C. ad Orfi. & Authentic. quibus modis naturales efficiun. leg. §. final. & Archid. in capit. erit
18 quarta distinctio. † Sed sensualitas eam deprauat & rapit, cum sensualitas carnalis sit appetitus sine regula seu fræno æquitatis, vt not. in capitul. ius autem. prima distinctione. natura autem idem statuit, quæ proprie est status, qui ante peccatum erat, vt notat Archidia. vbi supra. Sed ratio nunquā cōsentit peccato, licet interdum non resistat: vt dicit Archidia. in capitul. sed pensandum. sexta distinctio
19 & interdum sui ipsius oblita sorbetur. † Et duplex est pudicitia, maior scilicet, media, & minor, id est, virginitatis, viduitatis, & matrimonii. cap. firmiter. §. h. de summa trinitate. l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebellia. & huic pudicitię opponitur adulterium: quod quandoque est sceleratius fratricidio, vt dicit Archidi. in capit. an nō. vicesima quarta quæstione tertia. & prædicta refert Bald. in proœ. Decret. versi. not. etiā quòd pudicitia. de ea vide plenissimè per Gulielm. Benedict. in dicto capit. Raynutius. Quare mulieres ab omnibus fugiendæ sunt, vt plenè diuus Hieronymus in tertia parte Epistol. xlj. Epistol. capitulo quarto titul. de castitate. & eodem lib. Epistol. decima quarta cap. xviij. titul. de ordine seruando inter episcopum & sorores. & etiam Epistol. lxxxv. eodem libro quæ est Eusebij de transla. Hierony. & vbi dicitur, quòd nihil est periculosius viro, quam mulier: mulieri, quam vir: vterque palea, & vterque ignis, & diabolus nunquam insufflare cessat, vt inuicem accendantur, & huius prælij nunquam fiet victor nisi fugiēs. Et ad hoc non immerito ait Cato Vticen. Si absque fœmina posset esse mundus, conuersatio nostra non esset absque diis. Vere iste bonus vir, non nisi vera & cognita loquebatur, nec quisquam fœminarum execratur ludibria, nisi certus & expertus ac conscius pœnæ. De quibus fugiendis dicitur in Epistola Valerij ad Ruphi. inter Epistol. diui Hieronymi lxxxix. exordien. Loqui prohiberi, & tacere non possum. & Cæpola in leg. quæritur. ff. de ædilitio edicto. Tandem consuetudo non puniendi adulterium seruatur, vt ipsemet Benedictus refert vt supra, dicens eam seruari in ciuitate Carturcens. quamuis pessima: excusat tamen à pœna forensi fori contentiosi, vt voluit gloss. in capitulo cùm venerabilis, & ibi Abbas Sicul. de consuetudin. Ideo non puniuntur, nisi marito conquerente, quia officiarij Regij, vel alij episcoporum procuratores fiscales non possunt facere aliquam inquisitionem & condemnationem. Et si fecerint, illi impunè paretur. Et ita per arestum latum Parisiis fuit dictum, vt refert Ioannes Gall. in arestis. versic. not. quòd Archidiacon. Parisi. Et hoc ne inter coniuges odium generetur, vt plenè per Fulgosium in prælegato consilio cxxxvj. Sed marito accusante bene possunt, secundùm glossam penultimam in pragma. titul. de concubin. vbi refert plura aresta sic fuisse lata. & idem Ludouic. Bolognin. consilio xxiij. Et reperi duas ordinationes per ipsam regiam curiam fuisse super hoc contra prædictum episcopum Ambien. & eius officiales, & cæteros Regni episcopos factas. Primam tempore diui Philippi Regis, Anno 1336 die Iulij registrata tam in ipsa curia. libr. ordinationum Regiarum. numero 9. Secundam, tempore Caroli contra eundem etiam episcopum, & eius officiarios, Anno 1388. & regni sui octauo. & registratam eodem libro. Et etiam in libro cameræ procuratoris Regij. Sic etiam per curiam nostram latum fuit arestum die xxij. Aprilis, Anno 1524. Et ita in casu nostro conclusum fuit: pro qua conclusione videtur textus in authentica de nuptiis. §. mitiores. ibi, aut ita luxuriosè viuentem, vt inspiciente vxore cum aliis corrumpantur, quòd maximè mulieres nuptas circa cubile stimulatas exasperat, & præcipue istas. Et propter hoc separari potest, & non aliter punitur: quia vxor de eo non potest, delicto accusari. l. prima. C. de adulter. Et pro hoc facit quod singulariter tradit Baldus in l. data opera. ver sic. item notandum est quod si statutum aut consuetudo loci delicti pœnam ordine non imponit capitalem, recessum est à pœna capitali, leg. qui cum vno. §. qui post desertionem, recessum est à pœna capitali. ff. de re militari. & in authentica sed hodie. C. de adulter. Et econtra si statutum pœnam non capitalem mutet in capitalem, recessum est à minori pœna, & crimen factū est capitale. leg. sacularij. §. sunt quædam. & ibi Bar. de extraordin. crimin. & latius per Baldum in dicta l. data opera. & idem secundū hanc consuetudinem concludit Alexand. in consilio clvij. libro quinto. & Paulus de Castro consilio cclxxvij. incipiente, in causa incarceratorum. volumine nouo. & Sylua nup. cum aliis per eum allegat. Et vnum est in hoc notandum vltra consuetudin. prædictam, quod licet pœna etiam mortis, iuxta l. quamuis. C. de adult. marito imponeretur: fallit in viris in dignitate vel nobilitate constitutis, in quibus pœna legis prædictæ non habet locum, sed deportatio seu bannimentum, vt voluit glossa in l. si quis viduam. ff. de quæstionib. & hoc argumento l. eiusdem. §. legis. ff. de sicar. quia de iure Digestorum non erat pœna mortis simplici adultero, vt dicit glos. in l. ij. §. miles. ff. de his qui notan. infamia. & idem in l. Claudius. ff. de his quib. vt indign. & Tiraquel. vbi suprà.

SVMMÆ.

Quæstio CCXCVIII.

1 *Maritus non debet de vxoris adulterio conqueri, sed vindicare, & nume. 2.*

3 *Maritus adulteræ condemnatæ ad fustigationem, an reconciliando liberet eam à pœna. & nu. 4.*

DECISIO CCXCVIII.

ED alia post arestū prædicti prolationem & ante illius executionem orta fuit quæstio: quia maritus porrexit curiæ requestam, qua petebat velle vxori reconciliari, & ei parcere, per quam videtur ipsum fuisse male consultum, patiendo arestum ferri: quia si seruas-

ſeruaſſet quod tradit Paul.de Caſtro in dicto conſilio cclxxvij. incipien. in cauſa incarceratorũ. volumine nouo.verſiculo, item quod fecerunt iuſtum habuerunt excuſationem, &c. Loquendo de talibus iniuriis,quales ſeruitor iſte fecerat,appellãdo pudicitiam dominæ ſuæ,ſectando ipſam,attentando de facto,quod de hoc nõ debet nec ſolet fieri aut proponi querela coram iudice,niſi ſuper viros homines & impotentes, qui de verecundia penes homines & vulgus non curant,cum ſecundum iudicium vulgi ſuum non parua ſequeretur ex hoc verecundia,quod repetentur viles & cornuti, qui propriis manibus de talibus nõ ſe vindicant:ſed expectent per iudicẽ vindicari Sed iudices de talibus non ſolent ius reddere, ſed truffari & cachinnari, ac ridere.† Vnde iuſtam habet occaſionem maritus,ſi ad iudicem non habeat recurſum,ſed propria authoritate diſponat iniuriam repellere & propulſare.Et ſequitur Ludo.Bologn.conſilio ciij. & ſylua nupt. verſiculo, vnde qui accuſando.& Bert. de Car. conſilio cccxlj.numero vndecimo, volumine primo.& Salicet.in l.quamuis.in ſecunda, verſiculo quinto de adulteris.dicens maritos noſtri temporis errare,qui diſſimulando tranſeunt, ne iuſtitia ſuper talibus redundet in eorum ignominiam.& Felinus in capitulo,dilectus. verſiculo ſallit quinto.de calumnijs dicit ſapientes portare cornua in pectore,& factum in fronte,qui hoc probat. & ibi vide. Sed quod iuſtus videatur,videt Tiraqu. in tractatu de legib. connubi. verſiculo cæterum nonnullos.vbi refert plures,ſilentio vxorum adulteria diſſimulaſſe.& blandè correxiſſe.vt ibi.† Sed ſanctius eſt iudicis authoritate quàm propria manu ſe vendicare,cum ſibi de iure permiſſum nõ ſit, etiam inuentum cum vxore in actu venereo occidere,l.nec in ea.cum l.ſequenti.ff.de adulter.& leg. Gracchus.C.eodẽ titulo.& l.j.§.finali.ff.ad l. Cor. de ſic.† Hoc habito videtur dicendum, maritum poſt ſententiam vel areſtum, vt euitet pœnæ condemnationem reuocare & recõciliare vxorem per text.in l.ſi vxor.§.ſed & ſi qua. & ibi tenent Barto. Angel.& Alber.de Roſ.& in l.quæſitum. §. j. ff. de adulter.& l.abolitionem.C.eodem titulo.dum tamen fiat iudicis authoritate,aliàs non vt ibi: & tenet Guid.Pap.in ſuo tractatu. de pœn. iur. in princip.vbi alleg. Din. ita tenere. in leg.reſpiciendum. §.furta de pœniten,pro quo facit text. in capitulo, quemadmodum,§.ſi. cum ibi no. per gloſſ. & Doctor.de iureiurand.& ſing.Fulg. in dicto conſil. cxxvij. & Lud.Bologn.in dicto conſilio xxiij.verſi.ſi mulier.in fi. Et ſic aliàs in eadem curia fuit latum areſtum eodem anno, quo ſuprà in præced.quæſt. 30 mense Julij, aut Auguſti,in cauſa magiſtri Ioan. Bator, notarij accuſantis vxorem, & quendam nobilem eandem in caſtro ſuo intertenentem. Et idem videtur ante ſententiam vel areſtum, quòd maritus poſſit,ſi per reconciliationem euitari poſſit condemnationẽ, d.l.vxor. §.ſed & ſi qua.& d.l. quæſitum.§.j. Ergo eo modo poſt areſtum ſtatim latum, & antè executionem, poterit reconciliando pœnam euitare ſuſtigationis & detruſionis in monaſterium.¶ † In contrarium videtur,quod ipſe hoc facere non poſſit,per tex.in authent.ſed hodie C.de adulte.vbi dicitur hodie adulteram verberatã in monaſterium mitti,quam intra biennium viro recipere licet, & non dicit ante verberationem eidem licitum eſſe recipere: aliàs ſententia vel areſtum eſſet ludibrio & illuſorium, quod eſſe non debet,leg.ſi prætor.ff.de iud. Tum quia, qui de vno caſu dicit,de alio negare videtur.l.cùm prætor. eodem titulo. quamuis enim marito permiſſum ſit pendente accuſatione ad ſententiam vel areſtum vſque pœnitere,tamen poſt ad ſuſtigationis executionem impediendam non eſt permiſſum,nec vxorem ad ſe reuocare, nec reconciliare, niſi caſtigatam.Poterit tamen ante,& poſt intruſionẽ,poſtquã ius intra bienniũ ipſam permittit reuocare,dicta authen.ſed hodie.& tenet Alb.in dicto. in verbo, adulterium. verſicu. an fornicaria. aliàs mulier ſic condemnata & caſtigata cogitur inuita monaſterium intrare.dict. authen.ſed hodie.ſecus ſi actũ ſit ad ſeparationem tori tantũ,& tũc non tenetur intrare monaſterium inuita, ſed tantum cauſa continentiæ obſeruandæ, dicto capitulo gaudemus & capitulo de Benedicto.& tenet Præpoſit.in dicto capitulo ex parte.& pro hac Deciſi. eſt text. in l.caſtitati.C.de adulteriis.ibi damnatam in pœnis legitimis perſeuerare.& idem Alberic. in dict. dictio.vbi ſuprà proximè. Et ita concluſum fuit, quòd ſtatim poſt verberationem recuperare poſſet.

SVMMÆ.

1 *Mulieri ſe ex aliquo prægnantem aſſerenti, an credatur.num.3.& 13.*

2 *Natus domi ex ancilla non præſumitur eſſe domini.*

4 *Matri aſſerenti filium non eſſe mariti, an credatur. numero 5.7.& 8.*

6 *Filius an credere debeat matri dicenti ipſum illegitimum.*

9 *Filium non eſſe mariti ſi quis probare velit,an admittatur.*

10 *Filius alterius duorum parentum, de quo dubitatur,cuius habebit hæreditatem.nu.11.*

Quæſtio CCXCIX.

Mulieri aſſerenti ſe ex operibus alicuius prægnantem, an credi debeat etiam ſi hoc medio affirmet iuramento.

DECISIO CCXCIX.

ET † videtur quòd non, per 1
tex.in l.filium. ff. de his qui ſui vel alien iur. ſunt.qui loquitur in vxore honeſtè veniente: pro qua fauore matrimonij præſumitur, l. ſed ſi miles. §. defuncto. ff. de adulte.Sed in concubina totum videtur contrarium, cum inhoneſtè viuat. & ita tenet ibi Alb.ver.item vidi ſæpè dubitari,dicens ſic de facto tenuiſſe,quòd talis non præſumatur filius,niſi probetur.Et latè Ludo.de Sard.in tractat. de legit.ver.quia natis huiuſmodi liberis tam naturalibus,quàm ſpuriis.in prima quæſtione.& maximè ſi alij habebant ad eam acceſſum. Nam matris aſſeueratio plerunque fallax eſt.Raræ enim aut nullæ mulieres ſunt ex ipſo coitu conceptionem ſentientes.l.j.§.ſi mulier. ff. de lib. agn. gl. diſtin. v.in verb.xl.& Bal.in c.per tuas.verſ.Item not.quod nemo poteſt de prob.dicens diem natiuitatis eſſe certam & conceptionis incertam.Et certum trahit ad ſe incertum, .& rationem diuerſitatis vide ibi.& cum ibi ſequitur Barb.nume.x.& Iacob. de Belloniſo, in quadam quæſtione per eum diſputata, quem refert, & ſequitur Alb. in l. ſeptimo menſe. verſi. Vltimo quæro.ff.de ſtatu homi. & Marius Salo.in l.Gallus.nume.lxxij.ff.de liberis & poſthum.

& ſic ceſſare videtur illa diſputatio doctorum tam iuris vtriuſque quàm Philoſophorum & medicinæ de puerperiis mulieris, quanto tẽpore, an ſeptimo, octauo, nonó, decimo, ac vndecimo menſe, partus edi poſſit, de quo per doctor. inſuper Alber. in dicta leg. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homi. & in authent. de reſtit. & ea quæ parit in xj. menſe. & in l. inteſtato. §. poſt decẽ menſes. ff. de ſuis & legit. hæred. & per Aulum Gell. lib. iij. noctium Atticarum. c. xvj. & latè Marius in dicta l. Gallus. numer. ij. vſque ad nu. lxxij. inoluſiue. Niſi exverſu. ſeq. cognoſcatur, Sex in lacte dies, ter ſunt in ſangine terni: Bis ſeni carnem: ter ſeni membra figurant. quem ponit Gabriel de Oſſeletis in leg. qui in vtero. ff. de ſtatu homi. vt refert ibi Albert. quem vide ad cognoſcendum partum fuiſſe organizatum, & in ventre formatum. Et iſtam partem tenet Bal. in dicta l. filium. verſiculo, Sed pone quidam puer natus eſt:

2 † volens natum pediſequæ alicuius in domo ſua filium non præſumi, niſi probetur ſuam fuiſſe pellicem ſiue concubinam: quia indigna eſt illa præſumptio, arg. illius l. reſpõſio. j. capitu. Michael. de fil. presbyter. Et Barbat. in ſuo elegãti conſil. xxvij. numero vj. volumine j. cum aliis per Hippolyt. conſi. cxvj. numero ix. libr. ij. allega. Et idem tenet Bertrand. de Carpen. conſil. cxlvj. volumine iij incipi. Etiam ſi verum eſſet, adducens plures rationes, quod credi non debeat tali ancillæ, ſic ad ſui exoneracionem deponenti, vt ſe à nutritione & alimentatione ſui partus liberet, l. omnibus. C. de proba. pro quo tex. in l. Lucius Titius. ff. de cõdi. & demonſtra. vbi ex parte patris filiatio eſt incerta, & reſpectu matris ſemper certa, l. qui ſemper certa eſt mater, etiam ſi vulgo conceperit. ff. de in ius vocan. Nam in multorum dominorum prædiis lupanaria exercentur, l. ancillarum. ff. de petiti. hæredit. Propterea tamen non tollitur vxoris honeſtas, ſecundum Alber. in capitulo tolerabilis. xxxij. q. v. Et lupanaria (vt ipſe ait) dicta ſunt à quadam nomine Lupana, quæ fuit maxima meretrix, vt in Martinia. habetur chronica. & iſtæ ribaldæ ancillæ ſemper ſuis dant magiſtris, tanquam magis pro ſe & nato apparentioribus, quamuis ab alio ſeruitore clerico vel ſtabulario coccóue, qui ſibi de oſſi dat, & iure pingui ſæpè ad comedẽdum. Ideo niſi de eo conſtet non præſumitur fuiſſe magiſtri: & tenet Bald. in capitu. j. verſicul. Quid ſi cognouit concubinam. quib. mo. feu. amit. & Barb. in rub. de proba. nume. xvj. ibi, item dicit Bald. & latius in d. capi. per tuas. cod. tit. vtrobique reprobans dictum Abbat. ibi, & aliorum Mod. cum ſequentium, quod ſicut natus ex vxore in domo mariti præſumatur filius ipſius mariti: quamuis conſtet ipſam ab alio cognitam fuiſſe, dic. l. miles. §. defuncto. de adult. vt infrà dicam. Ita etiam natos cõcubina per tex. in d. c. per tuas. Tamen non eſt ſic dicendum in concubina in domo retenta, & ab alio cognita, vt filius ex ea natus dicatur filius domini, quia vt in quit Barb. non eſt eiuſdem fauoris ſtatus concubinarius & matrimonialis, vt ibi latius per eum. Et idem Bald. conſi. cclxv. inci. Factum ponitur in terminis. ver. Circa ſecundum ſciendum. vo. ij. aliàs ſe cundũ eum de facili poſſent mulieres fingere ſe liberos ex aliquo magno & nobili viro habere vt ſuæ celliones coirũ ad illos extraneos & alienos venire poſſint: quam tales naturales contra patris teſtamentum, & ſi nihil ex eo relictũ fuerit, querelare nõ poſſint, l. humanitatis. & authen. licet. C. de natu. libe. & gl. in l. j. in prin. in verbo, naturales, quam ibi ſequũtur Bar. Alb. ff. de bo. poſ. cõtra tab. & Ancha. in c. quia ingredientibus. nu. xxvj. de teſtamen. & Alex. conſi. lxxiij. ver. Præterea vo. ij. & Barba. conſi. lviij. nume. ij. vol. ij. niſi illud quod eis relictum fuerit in teſtamento patris, aut per contractum inter viuos, vt tenet gl. ij in l. qui teſtamentum. ff. de probat. Nec preſumitur in hoc caſu ſecundum aliquos Doc. fraus. idem voluit Spe. tit. de ſucceſ. ab inteſt. ver. Quid ſi inter ſe. & Bal. in l. ſi is qui. & ibi Paul. de Caſt. ff. de vulg. & pup. & Guido Pap. conſi. xvij. nu. ij. ibi, nam licet, ſed illam gl. in d. l. qui teſtamentum. reprobat Ia. de Bellouiſo, quem ibi ſequuntur Bar. Bald. & Sali. & Iac. de ſancto Georgio. nume. v. & viij. per tex. in l. g. j. C. de natur. lib. vbi eo ipſo quod aliquid reperitur apud talem filium de bonis patris præſumitur doloſè factum. & idem Bart. Bald. & Sali. & Imol. in d. l. ſi is qui. & Iaſon verſi. Circa tertiam quæſtio. Bar. quam dicit procedere quatuor interuenientibus, vt ibi, & dixi in quæſtio. exordiente. † Ad ſecundam veniendo quæ- 3
ſtionem an pro filia naturali. ſi enim matri non creditur aſſerenti filium in matrimonio natum eſſe alterius quàm viri, dict. l. filium. vt infrà, parte contraria ſtatim dicam à fortiori minus tali debet credi ancillæ, ne plus in ſe habeat luxuria quàm caſtitas. authen. quib. mo. natur. effic. legit. §. illud. & Alb. in l. quæ in concubinatu. ff. de concubi. ¶ † In contra- 4
rium quod credi ſibi debeat, tenet gl. in dic. c. Michael. de filiis presbyterorum. quando ſicut natus ex vxore in domo mariti præſumitur filius, d. l. filiũ. & ibi Bar. Bal. Alb. & l. ſi vicinis ſcientibus. & ibi Cin. Ang. Alb. & Sal. C. de nup. & Ale. cõſi. lv. vol. j. etiam ſi conſtaret eam cum alio habuiſſe viro copulã, tempore conceptionis non abſente, aut infirmo, vel à copula inhabili. d. l. miles. §. defuncto. ibi, non vtique crimen adulterij quod mulieri obiicitur, infanti præiudicat, cùm poſſit & illa adultera eſſe, & impubes defunctum patrem habuiſſe. & ibi Angelus & Alexander in additionibus ad Bartolum & Ludouicum Bologn. in primis interpretationibus cum aliis per ipſum allegat. & Angel. in dicta lege vij. menſe. de ſtatu homin. & Alexan. conſil. civij. incip. circa primum. in ſecundo dubio. lib. v. & Bal. conſi. xxxix. incip. *Punctus talis* volum. v. & Abb. Sicul. in dicto capitulo per tuas. & ibi Barbat. verſiculo, Et plus. & Felin. in j. notabi. poſt Bald. & Decius verſicul. Et ſubiicit Abb. hic de proba. & Hippolyt. in l. j. §. ad quæſtionem. numero xxxiij. ff. de quæſtion. cum aliis per eum allegat. Et idem Pau. de Caſt. in Liij. de liber. & poſthum. & Bonifacius de Vita. in tracta. maleficiorum. titu. forma accuſa. in notorio facti. numero xiiij. cum ſequen. & Franc. de Are. Alexand. & Iaſon in dicta leg. Gallus. in princip. & Franc. de Crema. ſingul cxxvj. & Barbat. in dicto conſilio xxij. numero 4 volumi. j. & conſilio liij. numero j. volumi. ij. & Curt. conſilio lxxix verſicu. Et bene facit tex. Et ſic filiatio præſumptiuè probatur, vt per Bartol. & Doct. ibi leg. j. C. quorum bonorum. Tamen ſecũdùm eum eſt dare caſum, in quibus poteſt rectè probari etiã filius alicuius, vt ſi vir & vxor fuerint incarcerati, & per annum recluſi, ad quorum cuſtodiam duo fuerunt deputati, qui claues tenebant carceris, quem nemo, niſi ipſi cuſtodes vidiſſent, intrare poterat. Et ſic probant illam negatiuam, q nemo alius intrauit, nec intrare potuiſſet, quin ipſi vidiſſent. Quo caſu directè probant natum ibi eſſe filium illius viri. Et idem & latè Barba. conſilio iij. verſiculo, Facit ſingulariter. volumi. iij. & Ludo.

de Sardis

de Sardis in d.tracta.de legit. parte ij.versicu.Quinto quæritur. quia inter absentes & inhabiles nõ fit generatio,vt voluit Bal. in d.l. filium.ita etiam sic probatur filium natum ex concubina,aut ancilla in domo retenta, vt volunt docto. prædallegati in d.l. filium.& in d.c.Michael.& singula. Abba. Sicul. Barba. & Decius in d.c.per tuas. Et ita per illum tex.tenet Barba.ibi,& in rubri.de probat. numero xvj.& Anchara.consilio cvj. exordien. videtur prima facie dicendum.versiculo super alio dubio.versicu.Accedit iis testimonium matris. Alex. consi. lxxiiij.lib.ij.& Barba.in d.consilio xxvij.numero v. qui allegat Bald.in d.capitulo,per tuas & in capitu. j.quibus mod.feud.amitta.& in rubric. C. de probat. & idem Hippol.in dicto §. ad quæstio. nume. xxxiij. Ioan.Lupus in repet.rubri.extra de donationib.inter vir. & vxorem.ver. Ampliabit prædicta, etiam si probetur concubinam ab alio cognitam, ita si pater aut mater diceret illum non esse filium non staretur eis l.final.§.final.vbi est text. celebris. & ibi Bald. Florianus & Iaco. de sancto Georgio. ff.de probatio.etiam profecto cum iuramento, vt l.iij.§.penult.ibi,sed & an iusiurandum.ff. de iureiuran.& ibi Ang.Paul.de Castr. & Iason. vterque in vltim. not. & illam legem legunt ad §. iurari. & text.in capitulo officij.de pœniten. & remissio. & Abb. Sicul. in dicto capitulo per tuas. de probat. cùm not.in capi.transmissæ.& cap. per tuas. qui fil. sunt legit.& idem Abb.in capitulo primo.versicul. 5 Secũdus casus.de adulte.†Quod ipse limitat in dicto capitulo per tuas.de probationib.in secũdo notabili.& quem sequitur Felin.in primo notabili.vt non procedat in muliere diu sterili, quæ aliquando diuertisset à marito, vel concubinario. & reperiatur prægnans, quòd non præsumatur mariti, aut domini, nisi ipsi approbauerint & tractauerint, ac nominauerint eum tanquam filium, propter quod Barto.in dic.leg.filium .quæstione vltima. 6 † refert Cin. in dicta leg. si vicinis. dixisse in quæstion. cuiusdam reginæ, quæ ex milite habuerat filium, quem pater primogenitum eius filium credebat,post cuius mortem Regina declarauit illum non esse filium Regis,sed militis, & ipsius matris assertionem filius sequens renuntiauit regno: illam non bene feciſſe:qui talis assecuratio matris ei non præiudicabat. Iacob.de Rauen.dicit quod idem fecisset,vt ipse ait in l.filium.sed opin. Cin. & Barto.sequitur Bald. in dicta l. filium. in prima lectura.versic.Sed pone quòd pater aut mater &Angel.Alberi.& Salicetus in dicta l.si vicinis. & Abb. Sicul.in dicto capitul,officij.versicul.In gloss.secunda.de pœniten. & remis. & Barbat.in dicto consilio xxvij. numer.& versicul. Modo si quispiam. & Iaco.de sancto Georg.in l.j.ff.de probationibus.& Barbat. in dicto cap.per tuas. numero viij.& Hippoly.in dicto §.ad quæstio.numer.xxxv. & Franc. Crem. singul. cxxvj. incipien. Mortuo marito. & Bertran.de Consil. cxxj.numer.iij.volu.ij. & in dicta leg. Gallus. versicul. Adde quod alibi decidit Barto.& Signo.de Homed.consi. lv. exordien. Si quæratur,nũquid confessio.& Iaco.de sancto Georgio in dicta l.fina. §. fin.versicu.Not.tamen.versic. Aduertite.at id limitat, nisi mater declarauerit filio.Nã si ex tali dicto matris,filius conscientiã habeat lædam, quod dimittere teneatur bona defuncti.aliàs ædificat sibi ad gehennam, cap. literas.de restitu.spol.allegat Hostien.& Abb.Sicul.ita tenere in c.officij.de pœniten. & remis. Sed si non habet conscientiam læsam,quod tunc non tenetur ad restitutionem. Et idem Abb.Sicul. & Præposit. in cap.veniẽs.quæsti.penultim.de eo qui duxit in matrimoniumquam polluit per adulter. Et fortè hæc limitatio posset procedere,iuncta limitat. Abb. suprà relata in dicto ca.per tuas.si mulier diu sterilis cum viro extiterit. Tamen communis opinio est, quod non debet sibi credi;siue filio,siue alteri dixerit & declarauerit.Et istud videtur verius; attenta iuris præsumptione, etiam si sterilis longo manserit tempore.† Tamen ex aliis quã ex dicto matris informare se debet,&non suam perdere possessionẽ, secundùm Salicet.in d.l.si vicinis & plenè de Neuiza,in sua sylua.versicu. Sextum inconuenien. cum duabus.† Et hoc etiamverum, si in mortis articulo 8 confessa fuit proprio sacerdoti,vt voluit Lapus allega.xlvij.incip. Quidam presbyter. Et sacerdos ex tali reuelatione confessionis ex mulieris licentia per eum facta non tenetur,&ibi vide.Aliud tamen fuit factum iudicium, prout in quadam legitur historia de muliere quadam tres habente filios,quorum vnus erat solũ legitimus,quæ fertur declarasse in mortis articulo marito suo,vnum ex illis esse tantum filium suum,nullum tamen sibi nominando: pater verò inscius,quis eorum esset filius, moriens dedit hæreditatem primogenito. Orta denique est lis inter ipsos fratres quis eorum esset hæres, quod iudex videns,corpus patris à sepulchro iubet extrahi, & cuilibet illorum trium arcum dedit & sagittas,& qui propinquius & rectius iret, & sagittaret ad cor patris, ille esset hæres. Duo primi sagittarunt contra patrem,tertius verò, qui verus erat filius,sagittare noluit, quia commota fuerunt eius viscera,dicens iudici se malle priuare hæreditate,quàmcontra patrem sagittare. Quod videns iudex declarauit illum esse hæredem,dicens: Date illi hereditatem.capi.afferte mihi gladium.de præsumpt.vt refert deuotus frater Ohuerius Maillardus in opere quadragesimali.sermo.xxxiiij. versic. leuate pectora. Tamenistud iudicium sic factum non videtur iuridicum,quia matri non erat credendum,vt dictum est, tum quia pater iam vniuersalẽ hæredem instituens, etiam alios legatarios in matrimonio natos approbauerat:&sic erant in possessione filiationis,vt voluit Baldus in dictõ capit per tuas.versi.sed quid dices?Pater instituit aliquem ex vxore natum tanquam verum filium: postea mutauit testamentum,&eum in modica re instituit,non vt filium,sed tanquam in domo nutritum:nunquid ille possit tanquam præteritus rumpere testamentum:& argumentatur ad vtranque partem. Sed cũ esset quæstio multum ardua de facto tunc pendens noluit decidere,dicens inter alia sufficere ipsum in modico instituisse:per Decis.gloss.singul.in l.iij.§. vtrum.ff.de minorib.dicentis sufficere in quinque imperialibus instituisse. Sed illam decidit Barbat. ibi,quæstion.vltim.volens,quòd si pater nutriuit ipsum, & tanquam verum filium hæredem instituerit vniuersalem,dicetur esse in quasi possessione filiationis.Et ideo oportet intelligere hunc casum, scilicet patrem ab intestato decessisse,filiis declarationem matris scientibus. Ratione cuius post mortem eius orta fuit contentio,quis eorum esset legitimus, & tunc etiam aliud non poterit forte dirimi,cùm non credatur sibi.dicta l.filium.de his qui sui vel alieni iuris sunt.& dicta l.fina. §. final. ff. de probation.& d. c. per tuas. eo.titu.quia liberi sunt (vt dictum est) in quasi possessione. & idem Lancelotus Galliaula in repetition.l. Centurio. numero cclxviij.Et Decius consi.liiij.& latius consi.cclxxij.

9 †Quinimo si in casibus prædictis quis talem vellet probare filium non esse mariti aut concubinarij filium, non debet ad illud probandum admitti: quia est præsumptio iuris & de iure, quòd ille sit filius mariti vel concubinarij, d. l. miles. §. defuncto. sed contra præsumptionem iuris & de iure non admittitur probatio in contrarium, ca. is qui. de spon. l. fi. C. arbit. tutel. ita dicit Hippol. in d. §. ad quæstionē. nu. xxxvj. nisi per confessionem partis, vt voluit gl. in auth. de æqualit. dot. §. illud. & in l. in contractibus. in verbo, nullorum. C. de non numer. pecu. cum aliis ibi per eum. & nu. xij. alle. & ibi dicit ita consuluisse, prout habetur consil xxj. nu. xv. & consil lj. nu. xxxvij. & idem Ludo. de Sardis in d. tract. de legit. parte ij. quæstio. j. & quæstio. vj. Sed in hoc, quod de filio concubinæ dicit, non est iuris, nec de
• iure præsumptio, quin contrarium probari possit,
10 vt dictum est. Vnde Pileus † in quęstione clviij. ponit aliam in soluendo fortiorem, quem refert Alb. in dicta l. si vicinis. quæst. vltim. Duo erant fratres eodem nomine nuncupati, qui duos habebat filios adeo similes, quòd vnus non cognoscebatur ab altero (vt dicitur de diuo Iacobo simili domino Iesu Christo) & quilibet eos, vt filios diligebat, ac filios appellabat, quorum vnus in studio mortuus est, alter rediit, & hæreditatem vtriusque defuncti tanquam filius vendicat. Quæritur an alterius tantùm an neutrius hęreditatem habere debuerat. Dicit quod de rigore, secundùm Ioann. quod neutrius, cum se filium non probet, sed ex æquitate habebit illam, quę sibi magis verisimiliter debebatur. Albe. verò tenet primam, scilicet rigorem, quia vtrunque petendo est sibi cōtrarius, quod non possit vtriusque esse filius, ideo repellendus. l. j. vt ibi gloss. j. versi. dicuntur. C. si seruus extero. Tamen filius fuit vnius & nepos alterius, ideo si fuisset iudex sibi vnam tanquam filio & alteram patrui hæreditatem tanquam nepoti, aut simpliciter adiudicas-
11 set. † Et aliam quæstionem huic similem ponit Pileus lxxix. incipi. Cùm duæ mulieres. quam etiam ponit Bartho. Brixi. in suis quæstion. domini. lvj. quæ eo modo incipit, Cùm duæ mulieres essent in vna domo, vna peperit viuum, alia abortiuum, & hæc quæ abortiuum habuit eum dedit alteri, & sibi abstulit viuum, illa filium petebat, altera suum negabat, lite pendente ambæ decesserunt. Quæritur vtrum nomine pueri hæreditas vtriusque peti possit. Et dicunt Pileus & Brixi. quòd si vna earum erat in quasi possessione illius filij, quod hæreditas illius peteretur. Si neutra erat in quasi possessione, nullius hęreditas peti poterit, quousque constet de filiatione: refert & sequitur Alberi. in rub. C. ad Orfic. & hoc iuxta determinationem gloss. fin. d. c. afferte. versic. sed pone quod vtraque. vbi mouet istam q. quam sequuntur Vincen. Lauren. Hostien. Henri. Bohic. & Abb. Sicul. versi. Glos. omnes sunt claræ. Aliam quæst. similem decidit Iaco. de Bellouiso, prout refert Alberi. in d. rubri. ad Orfic. quam ibi vide causa breuitatis. & per omnes, insuper Martiū Solomo. in d. l. Gallus. in prin. ff. de libe. & posthu. & Luc. de Pen. in l. mulieres. C. de incolis. lib. x. & dixi suprà q. cxlviij. incip. Quæstio alia ex præcedentib. oritur. Et istam partem tenet Pet. de Bellaperti ca. instit. de ingenuis: dicens natum ex milite & ancilla esse filium militis. l. fœminæ. ff. de senatusconsul.
12 §† Quid dicendū? Ex prædictis colligi potest conclusio, q̄ aut eā in domo tenet tanquā concubinā, vel nō. Si eā tenet vt concubinā, licet cōstet eā illo tempore ab aliis fuisse cognitam: tunc standū erit dicto mulieris, & præsumitur eiusdem domini filius, vt decidunt Abbas, Barbat. Decius & Felin. in d. c. per tuas. & Alexand. Ancha. & alij suprà allegati. Et sic decisio. secundùm Alberi. in d. l. filium non est vera: etiam si alibi extra domum eam teneret, cum qua tamen conuersationem assiduè habebat, si non probetur alios ad ipsam accessum habuisse. Secus verò si aliquando accedebat ad eam, quam tamen pro arbitrio suo habere nō poterat: quia erat fortè quantonaria, ad quam in aliquo ciuitatis vico bancam & apothecam aliquibus & non omnibus venientibus tenentem accessum habebat. quæ secundùm Angel. consilio xcj. versiculo, Nunc descendo, dicuntur casalinguæ, quæ sunt viles, ad quas fortè licet non publice neque palam, tamen de facili in occulto habetur accessus, vel dicuntur quantillæ seu puellæ, quæ per ciuitatem ad viros discurrunt, & nati (vt inquit) ex istis mulieribus ad quas per diuersos habetur accessus, sunt propriè vulgo concepti, leg. vulgo. ff. de stat. homi. & §. si aduersus instit. de nup. eo quod patrem certum propter diuersitatem virorum demonstrare non possunt tales carnaliter. Et etiam secundùm eum, si quis tanquam pater illum aduocauerit, & pro suo bastardo eum tenuerit, & sit in quasi possessione filiationis: quia illa quasi possessio nō considerat in filiis spuriis, sed tantum in legitimis vel naturalibus ex concubina, vel alia in domo retenta. Sed istud dictum (vt inquit Decius, vbi suprà) procedere potest inspecto iure ciuili, quòd tales filij nihil penitus habere debent. Secus videtur de æquitate canonica, quæ illis tribuit alimenta, capi. cùm haberet, de eo qui duxit in matrimonium, & isto respectu dicit etiā in filiis spuriis quasi possessionem esse considerandam, vt suprà dictum est, & per Docto. in authen. ex complexu. C. de incestis nupt. & per Barto. & Ang. l. in leg. fin. §. j. in fin. C. de his quæ in frau. credit. Et Bart. consi. cxix. incip. Dominus Dominicus magister. & ibi Landr. in addi. & Alex. consil. lxxiiij. exord. Vno processu causæ. volum. ij. vbi etiam vult, quòd non dicatur in quasi possessione, si declarauerit amore Dei fecisse, & filium eius non esse: quia multi sunt, qui mālunt nutrire quàm campanisari & publicari, quamuis tales dati non sint ex eorum operibus geniti, & ibi vide. Et aliàs non est credendum illi, cùm præsumptio sit contra eam, vt dicit Alexand. in d. consi. clviij. cui pater est populus, pater est sibi nullus: & omnis cui pater est populus, non habet ille patrem, vt ait gloss. in dic. §. si aduersus. de nupt. Tamen si confiteretur tales cognouisse mulieres, licet eas dicat publicas, is bene teneretur interim pendente processu prouisionem facere de alimentis. Et ita pluries per curiam fuit dictum tēpore Carnisprivij, quo tales materiæ solent recreationis & risus gratia plebiscitandæ & litigandæ remitti.

SVMMÆ.

1 *Socius non debentis gabellam, an teneatur in iuribus communibus. & nu. §. 6.*

2 *Clericus & laicus si simul delinquant, an debeant simul remitti ad iudicem ecclesiasticum.*

3 *Feudatary si filius alter fugiat, altero dominum defendente, non perditur feudum.*

4 *Mercator falsò asserens merces esse alterius non soluentis gabellam, an perdat merces.*

Quæstio CCC.

Ciues Baionenses habent priuilegium non soluendi pedagium vel gabellam, quam appellant consuetudinem de eorum mer-

rum mercibus & rebus propriis quas per territorium ciuitatis Aquen. deferunt & portare faciunt. Et econtra Aquen. pariter de eorum mercantis non soluunt in ciuitate Baionen. Modo quadam Baionen. defert per agrum Aquen. vinum & merces aliquas communes, tamen cum alio non priuilegiato. Quæritur an teneatur soluere totam gabellam, vel nihil, ratione suæ immunitatis & priuilegii, aut solum pro parte socium contingente: vel perdat omnes merces propter mendacium ipsius asserentis illas esse suas.

DECISIO CCC.

1 IN † videtur dicendum ipsũ priuilegiatũ esse, & in totũ exemptum à solutione vectigalis siue consuetudinis etiam pro parte socij, arg. l. si communem fundum. ff. quemad. ser. amit. vbi probatur priuilegium alicui cõ petens prodesse eius consorti, vt ibi per Ange. Paul. de Castr. & Floria. in l. fin. C. de fruct. & lit. impen.

2 † Et facit quod dicitur de clerico laico delinquentibus, remitti se coram iudice ecclesiastico petentibus, prout de iure fieri debet, vt plenè per Felin. in capit. placuit. de præscript. cum aliis per nos allegatis in §. x. de iurisdict. omnium iudi.

3 † Pro hoc facit quod dicit Bald. in capi. j. quib. mod. feu. amit. quòd si duo fratres habent feudum à domino, quem vnus ipsorum viriliter in bello defendit, alter verò aufugit, quòd fuga illius excusatur propter virilitatem alterius fratris, adeo quòd nõ perdit feudum. allegat textum in l. si qui duos. ff. de liber. lega. ibi quòd si socij sint, propter eum qui capax esset. Et ille qui capit per consequentiam liberato illo per acceptilationem, &c. quia paria sunt aliquid esse tale per se, vel coniũctum cum alio, l. si autem. §. si flumen. & ibi not. Bal. ff. de aqua pluuia arcen. & accedat quod not. gloss. in l. j. §. dolum. in verbo, deseruiunt. ibi, item de eo quod faciunt mercatores. ff. de dolo.

4 † vbi dicit mercatores, qui asserunt mercantias delatas esse suas, vel eius alterius priuilegiati, vt non teneantur soluere gabellam, aut non deprædentur ab aliquo. Sicut fit quotidie Florentiæ, secũdum Baldum ibi, & est, (vt ait Angelus) in vsu omnium quotidiano: quod propter mendacium non perdant merces, cùm lex talem permittat dolum, vt ibi per Ange. & per Doctor. in l. fin. §. si quis pro fessus. ff. de publica. & quod not. Baldus consi. cccxj incip Proponitur quod Perrinus. volum. iij.

5 ¶ In contrarium videtur, quòd pro omnibus illis rebus communibus, saltem pro parte socij, teneatur integram soluere gabellam seu consuetudinem, argu. l. cos ff. de aquæductu. lib. xj. & ibi Barto. & Doctor. vbi habens priuilegium ducendi aquam debet illã ducere secundũ communem ducendi formã, aliàs perdit non solũ ius suũ, sed etiam punitur: quia fraudandi animo feciſſe videtur. Vnde priuilegium meretur amittere, qui contra formam iuris scripti vel non scripti eo abutuntur. l. Iudæos. C. de Iudæis. Et sic probat ille tex. secundùm Ioann. de Plat. & Rebuf. qui totum vult, totum perdit, iuxta versum quẽ ponit Rebuf. Toto priuatur, qui totum sollicitatur, vt ibi per eum. & facit l. vna. versicul. Sin autem. C. de plus petit. quod inducit ad quæstio. statuti dispo nentis, vt nemo possit extra ciuitatem portare vinum, nisi pro suo vsu, alioquin fisco applicetur, & aliquis cui sufficiebant quatuor dolia pro suo vsu, portauit viginti. ille enim fecit quod totum amittat. Et istam quæst. ponit Bald. post Barto. per eum relatum in l. fi. circa medium. C. de naut. fœno. decidens, visa cõsue. generali, res delatas. per fraudantem gabellam, distrahi debere confiscari, non habita cõsideratione cuius sint res, sed illum deferentem teneri ad interesse domino rerum. & sequitur Rochus de Curte in repetitio. cap. fin. de conductu. & tenet Guido Papæ consil. ccccxxij contra eum tamen tenet Galie. de Cr. g in l. præsidis. ff. si cert. pet. a. nec obstat tex. in d. l. cos. quia loquitur vbi priuilegium est contra ius commune, sed in hac quæstion. priuilegium reducitur ad ius commune, arg. l. si vnus. §. quid si in specie. ff. de pac. nec pariter obstat d. l. fi. de naut. fœno, quia ibi amittit merces licitas, non ex consequentia illicitarum, sed ratione delicti, propter quod omnia bona veniunt publicãda. de quo ibi per Sali. & Bart. in l. cotem. §. dominus. ff. de publica. cum aliis suprà allegatis. quæstio. clxxviij. incipien. An licitum sit mercatoribus.

6 † Et ista est veritas, quòd solùm pro parte socij soluere teneatur, vt sentit Bald. in l. iij. in iiij. nota. & ibi Salice. C. de naut. fœno. dum tamen veritatem, & non in fraudem dicat in transitu, vt ibi, pro quo allego tex. in l. si publicanus. §. j. ibi. Et si quid amplius. ff. de publi. & vectiga. & ibi Ange. not. Et idem Bertach. in tracta. gabel. parte vj. q. xx. & latius ix. parte princip. qu. xxx. tenens quòd potius rem communẽ portans non soluẽdo gabellam pro parte socij inscij nõ facit incidere in commissum, sed solùm partem ipsius fraudantis, vt ibi per eum. & facit quod dixi in d. quæstione clxxviij. exord. An licitum sit mercatoribus. versic. Quare omnia. & versicu. sed si hoc casu. & quæst. ccxiij. inci. Dominus de Stissaco. & nec obstat d. l. si communem fundum. quia loquitur in rebus immobilibus indiuisibilibus. hic verò in rebus mobilibus, quæ diuidi possunt. Et facit quòd dicit Bald. consilio lxj. incip. Statutum ciuitatis Tergesti. versicu. Nam si presbyteri contra prohibitionem statuti, tenetur ipse, licet erant presbyteri. volumine primo, quod conducens vinum presbyter non teneatur: nec talis profectò conductor prætextu priuilegij ecclesiastici releuatur, nec excusatur, si pro suâ nõ soluerit parte. Et pro hac decis. est text. in ar. iuncta glo. in l. j. §. Idem Pomponius. ibi, etenim nobis magis, quàm quorum sunt, debẽt solui. ff. nau. caup. stabu. & gloss. intelligit soluendo contrarium. l. bona fides. ff. deposit. quando habet ius in re. Et sequitur in tex. & ideo si pignori merces accepero, &c. Quod est idẽ in parte quod in toto, l. quę de tota. ff. de rei vẽdi. Pro quo facit quod dicit in simili Abba. Sicul. consil. xxxiij. vol. ij. Et sic suprà conclusum & iudicatum in fauorem Stephani du Charrey, dicti Limpo. Baionen. intimati. Contra Franciscum de Haudebert à Seneschallo Laudarum, seu eius locum tenente appellantem. Et latum arestum die xxvj. Maij, Anno 1531.

SVMMÆ.

1 *Blasphemia quot modis fiat, & nu. 2. & 3.*

4 *Blasphemiæ criminis grauitas tripliciter ostenditur.*

5 *Blasphemorum exempla. & nu. 8.*

6 *Galli gallinacei portentum.*

7 *Monstra varia.*

9 *Blasphemorum pœna canonica, & ciuilis consuetudinaria. & nu. 10. & 15.*

11 *Iurans per membra Dei, an sit blasphemia pœna puniendus. & nu. 14.*

12 *Testium obiectionibus faciendis an detur terminus.*

13 *Blasphemus repellitur à testimonio.*

16 *Blasphemus an testes accusari possit quoties blasphemauit.*

Quæstio CCCI.

Qua pœna blasphematores nominis Dei,& perpetuæ Virginis & genitricis veniant tam de iure,quàm ordinationibus, siue constitutionibus regis plectendi.

DECISIO CCCI.

PRAESVPPONO † quot modis sit blasphemia,id est,maledicentia in Deum,inquàntum Deus.& Luc.de Penna. in leg.omnes iudices. verficulo , Et nota. C. de delator. libr. x.dicit, quòd hoc potest contingere decem modis.Et [illegible] doctrina in verbo, blasphemia. §.ij.dicit duob.fieri modis,corde scilicet,& ore,& vterque illorum modorum diuiditur in sex modos.Primò affirmatur de Deo falsum,vt quòd Deus est iniustus,improuidus.Secundo negatiuè, si negatur verum, vt Deus non est iustus , non est prouidus,non potest hoc vel illud(quod tamen est possibile) facere. Et idem si dicatur, vt plerunque fit per aliquos ribaldos dicentes , in despectum Dei hoc sit factum,acsi diceret,Deum ei prohibere non posse,licet Bal.consi.clviij.aliàs clj incip. Ille , qui dicit,de la ne sia Dio,ad despetto de Dio. volumine v. teneat simpliciter non esse blasphemiam aut maledictionem, sed potius verba iniuriosa & contumeliosa.l.quoties.§.si quis nomen.secundùm intellectum Roge.ff de hæte. instit. & ipsum sequitur Alexan.in addi.ad Barto.in l.apud Labeonem.§ ait prætor.ff.de iniur. Sed primum tenet Socin. consi. cij.exordien. In præsenti. volumine j.dicens Bald. verum non dixisse , ac reperisse Petrum fratrem Bald. contrarium in eodem facto tenuisse contra Baldum,nec Bal.in d.consi probare eius dictum,& verum dicit,& hæc opin.est verior,secundùm tam Theologos quàm Canonistas & Legistas, vt ex infrà dicendis apparebit. Tertiò si appetitus , id est immoderata cupiditas detestetur diuinam maiestatem, vt maledictus sit Deus , vel hoc veniat Deo, quasi si Deus esset creatura subiecta huiusmodi imprecationib.quia hæc imprecatio , dicitur vulgaris blasphèmia,licet proprie sit male dictio,de qua plenè per diuum Anto.in sua summa.ij.partis.titu. viij. capitulo v.§.ij.& quæ in his sit differentia,vide ibi, & Bart.in d.l.apud Labeonem.§. ait prætor.de iniur.& ibi Alexand.in addi.Quartò affirmando, vel etiam negando,siue renegando , vel desauoyando Deũ.vt dicũt isti lusores,le desauouë Dieu:vel detestãdo,modò prædicto in sanctis Dei,in quib.ipse contẽnitur &honoratur.Quintò,si Deo vel sanctis eius attribuatur aliquod verũ,sed tamẽ inhonestũ, & cũ irreuerẽtia magna,sicut faciũt ribaldi iurãtes per culũ Dei,aut per sexum fœmineum virginis & sanctarũ. Sextò & vltimò quãdo attribuitur Deo, vel sanctis eius aliquod verum,tamen irreuerenter, iurando per corpus & sanguinem Christi , per caput vel ventrem Dei,& huiusmodi ex consuetudine vel passione, & in istis duob. vltimis casibus,est prohibitum. Licet enim Dei filius tanquàm homo ista habeat membra , tamen per ista iurare non licet,sicut per creaturas.capitul. si quis per capillum. xxj.quæst.j.& ibi Archidia.& Doctor. qui etiam refert quosdam dicentes blasphemiam esse quando quis iurat per membra Dei,quæ in aliis nominibus reputantur inhonesta,vt dictum est, quia tunc iurare sine peccato mortali non potest,vt ibi,& per Anan post Ioannem de Franc.in cap.ij.ver.in eadem gloss.de maledi.qui etiam quærit,quid si vnus iurat falsum per Deum,& alius per oculum Dei , quis istorum duorum dicatur maius committere peccatum, & cõcludit illum esse qui iurat per oculũ Dei, vt ibi.& infrà dicam,& Bal.in leg. accusationem.l. iij.in prin. C. qui accusa. non possunt.dicit iurantẽ animo indurato per membra pudibunda Christi. incidere in speciem hæresis,vt not.in l.ij.C. ad leg. Iul.maiest.vbi etiam cum vide. & in l.ij. C. de reb. credit.& iureiurand.& l.j.C.si quis imperatori maledixerit.& ipsum sequitur Iason in §. item si quis postulante.instit. de actio. Et ideo quantum scelus committit ille,qui iurat per verba pudibunda beatæ Mariæ, & quanta pœna sit plectendus , non sine mysterio Papa posuit in d.c. ij. de maledicis.verba, & maximè beatam virginem &c. vt ibi per Anan. versi.ex prædictis colligo.† Sed Ang.de Clauasio in 2
sua sũma in eo.verb. §.ij.dicit duas species esse blasphemiæ,secundùm beatum Ambrosium.Prima est, cum Deo attribuitur,quod ei non conuenit.Secunda,cùm ab eo remouetur quod ei conuenit, & addit etiam aliam quam ponit beatus Tho. ij. secundæ q.xj.j. articul. j. cùm creaturæ attribuitur quod conuenit creatori soli,vt ibi,& idem refert Alber. in suo dictionariõ,in verbo,blasphemia.& Corne. consilio clxxxj.volum.j.& Soci.in prælleg.consil. cij.versi.nam ex indiciis.volum.j.Sed beatus † Anto.in dicta sua summa,parte ij.titu.viij.§.ij. decidit 3
ad tres species scilicet quãdo quis blasphemat Dei prouidentiam,dicens Deum non habere prouidentiam de rebus seu actibus humanis,sed omnia euenire & accidere hominib.à fortuna & casu, vt ipse ibi probat: vel secundò quando dicunt Deum non potse hoc vel illud facere , ac si non esset omnipotens,cùm tamen verè ipse sit.Exod.xxv. Omnipotens nomen eius.& Genes. xviij. & latius Socin. in d.consil.cij.omnia enim potest,nisi quæ important defectum & imperfectionem , vel quæ important contradictionem,secundum Thomã in prima parte.& Antonium vbi suprà.§.iij.Tertiò quando blasphemant Dei iustitiam , dicentes Deum iniustum, cum eos multum affligit: quia blasphemant Deum ex tribulationibus reputantes iniustum , vel alio modo , dicuntur officium & artem facere damnatorum,& ibi vide in §.iiij.& in §.seq. de peccato blasphe.in spiritum sanctum. Et text.in ca.qualis.& ibi glos.& Card.Alex.xxv. distin. & Archidia.in c. quid ergo.xxiij.quæst. v.& per Ioan.Montol.in prõpitario.in verbo,blasphemare,versicul.omne peccatum.Et not.quod blasphemia oritur , secundùm beatum Thom.ij.ij.quæsti. clviij.arti. quando quis prorumpit deliberata mente , hoc procedit ex superbia hominis contra deum se erigentis: quia , vt dicit Eccle.x.Initium superbiæ hominis est apostatare à Deo,id est recedere à veneratione eius,quæ est prima superbiæ pars. Et ex hoc oritur blasphemia. Sed si ex commotione animi prorumpit , hoc procedit ex ira.Quare blasphematores publici nominis Dei & virginis ac sanctorum suorum grauius puniri debent,cùm hoc blasphemiæ crimen(vt inquit Nico.de Lyra,Esaiæ. xviij.) nihil odibilius est blasphemia, quæ in cælo ponit os suum , & omne peccatum blasphemiæ comparatum , tamen leuius secundùm Hieronymum ibi,de quo per Lucam de Pennã in d.l.omnes iudices versicul.secundò quæritur.Et dixi suprà quæst.cccj.in fine †Grauitas enim 4
huius blasphemiæ & maledictionis tripliciter ostẽditur,secundùm Ant. in d.sua summa,parte ij.titul. viij.cap.v.§.ij.Primò,quia à sanctis & virtuosis viris nominari propriè nõ audetur. Sed per contrarium

nomi-

nominando benedictionem, vt probatur iij. Reg. xxj quando teſtes falsò accuſauerunt Naboth de blaſphemia ſeu maledictione, dicentes cõtra eum, benedixit Naboth Deo & Regi, id eſt maledixit. Quinimo Iudæi audientes Deum blaſphemare eram qui mali erant, in ſignum horroris & deteſtationis dilacerabant veſtimenta ſua, ſicut dicitur de Caipha, qui ſcidit veſtimẽta ſua, cùm dixit de Chriſto benedicto, blaſphemauit, Mat. xxvj. & plenè colligit Origenes ſuper Matth. iij. Tomi Omelia xxxv. Secundò, quia grauius puniri iubentur, vt ſtatim dicam. Tertio, quia exerceri ſæpè à damnatis reperitur, vt latius ibi per eundem Anto. Nam lex diuina, morte corporali iubet huiuſmodi puniri crimen. Vnde populo Dei per deſertum ad terram promiſſionis ambulante, inuentus fuit vnus Deum propter iurgium maledixiſſe, vt Leuitici habetur xxiiij. vbi dicitur, quòd bis Chriſtus loquens ad Moyſen petentem ab eo declarationem pœnæ blaſphemantis nomen eius, dixit: Educ blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes qui audierunt manus ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum populus vniuerſus, dicẽs homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum, & qui blaſphemauerit nõmen Domini morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, ſiue ille ciuis, ſiue peregrinus fuerit. Et iterum, Qui blaſphemauerit nomen Dei, morte moriatur. Vnde alia Dei reuelatio fuit, vt ait gloſſ. prag. ſanct in proœm. facta Roberto Regi Francorum filio Hugonis Capet in ciuitate Aurelianen. cui Chriſtus reſponſum fecit, quòd pacem in Regno non haberet ſuo, donec blaſphemias & crimina notoria extirpaſſet. Nec mirum: hoc enim procedere videtur ex odio ad Deum, Odium autem Dei eſt maximum peccatorum, & mirum eſt, vt dicit Beatus Antonius, vbi ſuprà proximè, quòd terra tales propter tantum ſcelus non abſorbeat. † Et pro hoc terribile & valde formidandum adducit exemplum diuus Gregor. iiij. dialogorum, de quodam puero quinquenni, qui à parẽtibus ſuis ciuibus Romanis, in delitiis bene nutritus, conſueuerat pro quolibet minimo Deum maledicere. Et ſu peruenience peſte in vrbe, ille puer inter brachia patris eum tenentis interfectus eſt: qui primò cœpit clamare, obſta pater, Mauri homines me capere volunt, faciemque ſuam in ſinu patris abſcondebat, ne illos dæmones videret, qui ſibi in forma Aethiopum apparuerunt, quos tamen pater non videbat: ſicque eſt territus puer, qui Deum blaſphemauit, inter quæ verba vltimum exhalauit ſpiritum, à dæmonis ductus in infernum damnatorum, quorũ officiũ ita citò didicerat. Et licet in tam tenera ætate infantili non ſoleat quis habere vſum rationis, credendum tamen eſt ſecũdùm Thomam in iiij. vt refert beatus Anto. in d. titulo vij. c. v. §. ij. vſum rationis in eo acceleratum fuiſſe, ſicque propter peccatum maledictionis damnationem meruiſſe æternam. & de illo puero dixi lib. conſuetu. Biturig. tit. de conſue. ſtat. iur. perſon. §. x. multíque alij Deum in ludis maledicendo vel aliis actibus à dęmonibus fuere (vt ipſe diuus Anto. refert) arrepti, & terribiliter vexati: & de exemplis illorum prædicatorum, qui malè de beata & perpetua virgine matre Chriſti Benedicta ſenſerũt, vide ſuprà q. §o. incip. An à ſententia qua. Et ſic etiam Dominus punit plurimos Dei potentiam blaſphemantes, vt patet Eſa. xxvij. & iiij. Reg. xix. de Sennacherib, Rege Aſſyriorum, cùm veniſſet in Iudæam, & quæreret capere Hieroſolytham ciuitatem principalem in qua regnabat Ezechias, miſit nũtios Rapſacem, & quoſdam alios qui loquuti ſunt Ezechiæ, & populo ciuitatis, qui erant in muro ciuitatis, vt ſe rebellarent Ezechiæ, & traderent ciuitatem in manibus Sennacherib, inter cætera dicentes, Non dabitur Hieruſalem in manu regis Aſſyriorum. Nunquid eruerunt dij gentium populos, quos ſubuerterunt patres noſtri? & ad populum aiebant: Non terreat te Ezechias dicens, Dominus liberabit nos. Quis enim ex omnibus diis terrarum, qui eruerit terram ſuam de manu mea, vt eruat dominus, ſcilicet Deus veſter Hieruſalem de manu mea? Et ſic blaſphemabant Dei potẽtiam, quaſi non poſſet liberare eos ab illo. Cui reſpondit Ezechias ex parte Dei loquens de Sennacherib, Cui exprobraſti, & quem blaſphemaſti, & ſuper quem vocem exaltaſti tuam? ad ſanctũ Iſrael. Et infrà, ſuperbia tua aſcendit ad aures meas, ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labiis, & reducam te per viam per quam veniſti. Quod factum eſt. Nam in vna nocte occiſa ſunt ab Angelo Domini clxxxv. milla exercitus Sennacherib, & reuerſus in Niniuẽ à ſuis filiis in templo dei ſui occiſus eſt. Petrus etim Damianus, vt refert Vincentius in Speculo hiſtoriali, ponit ſequens exemplum. Duo amici & compatres in Bononiæ partibus cum diſcumberent in conuiuio, allatus eſt gallus cum pulmento: vnus eorum arrepto gladio in fruſta dilecuit, tritúmque piper cum aliquamine perfudit, quo facto alter ait: profectò compater ſic explicuiſti gallum iſtum, vt ſanctus Petrus, ſi vellet reintegrare, non poſſet: cui alter ſubintulit planè, non modo ſi ſanctus Petrus, ſed ſi Chriſtus imperaret, gallus iſte in perpetuum non reſurgeret. Ad hanc vocem repente gallus vinus coopertus plumis exiliuit, alas percuſſit & cecinit, & plumas excuſſit, totúmque liquamen ſuper eos, qui veſcebantur aſperſit. Illico ſacrilegi blaſphemi in aſperſione piperis lepra perfuſi ſunt, quæ plaga lepræ in poſteris eorum hæreditaria remanſit, vſque in finem. Et iſtud etiam refert beatus Anto. in d. ſua ſumma, parte ſecunda. titu. viij. cap. vij. §. iij. † Poſtquam autem loquimur de gallo, refero vnum oſtentum quod refert Plinius decimi lib. naturali. hiſtoriæ. cap. xxj. de gallis, & quomodo caſtrentur. in fin. verſic. Inuenitur in Annan. lib. in Arimin. agro. M. Lepido. Q Catulo Conſulibus in villa Galerij loquutum gallinaceum ſemel fuiſſe: refert pariter quod Pergami omnib. annis ſpectaculum gallorũ publicè editur ceu gladiatorum. Et ſic per pueros in pluribus Franciæ partibus circa carnis priuium quotannis ſolitum fieri: & dominus galli vincentis efficitur Gallorum Rex in menſe Maij, facit per ciuitatem Caluatam & pompoſam monſtram, pluribus pueris ſcholaſticis aſſociatus † Et Sigibertus in ſua refert Chronica, duo ſingularia. Primum, quod in parochia Legimen. porca enixa eſt porcellum habentem faciem hominis. Secundùm, quod natus eſt etiam pullus gallinæ quadrupes. Et tempore Ludouici xij. Francorum regis vacca in Britania minori enixa fuit hominem habentem pedem vnum matris bouinum, & diſputatum fuit ſi baptizari poſſet. de quo vide notata in l. quòd certarum. C. de poſthu. hæredi. inſti. & de Zabarel. in clemen. j. §. ad hæc. q. ij. de ſumma Trinitate. & per Archi. in cap. propriè. de conſecratione, diſtinctione quarta, & de pluribus, quæ cum brutis cognitionem carnalem habuerant. & enixæ partum monſtruoſum, vide Tiraquellum, de legibus connubi. † Et reuertendo ad materiam noſtrã aliud de Nabuchodonoſor exemplum, cum & ipſe

1 2 3 4 5 6 7 8

paganus viso miraculo, scilicet euasione trium iuuenum Ananiæ, Azariç, & Mizahelis, aliàs Sydrach, Misach, & Abdenago de fornace ignis, fecit edictũ per regnum suum, quòd quicunque blasphemarẽt Deum illorum, qui est Deus noster verus, in interitũ irent, & domus eorum vastaretur, vt habetur Danielis tertio. & in c. quando vult Deus. ibi, paulò post Nabuchodonozor. quod recitatur in capit. non inuenitur circa medium. xxiij. quæstione iij. & c. primo. ix. distin. & c. Imperatores. xj. quæstio. iij. Quæ iura probant leges imperatorum pro Dei fauore & veritate latas, esse seruandas, & legibus contra voluntatem Dei prolatis non esse obtemperandum. bona est enim ratio, quæ pro religione facit: quod videtur facere contra nonnullas constitutiones seu ordinationes regias, de quibus infrà dicam, quæ minus quàm leges Imperatorum puniunt. Aliud enim Valerius Maximus refert exemplum, titulo de cultu deorum de Tarquinio rege, qui Marcum Tullium duumuirum, quòd librum secreta ciuilium sacrorum continentem custodiæ suæ commissum corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum in mari abiici iussit, idque supplicij genus multò post parricidiis irrogatum est. Iustissime quidem, quia pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda est. Quamobrem in diui Ludouici Francorum regis chronica per Gaguinum edita comperitur iudicium & punitionem contra Soldanum per suos factam ob hoc, nisi pacta eidem Ludouico custodiret iureiurando commissa, Mahometum abnegabat. & Rex ipse sanctus simile de Deo nostro facere denegauit iusiurandum. Quare Soldanus à suis fuit ob illam negotiationem Mahometi occisus: quæ tamen erat conditionalis, si promissa non adimpleret. † Et lex canonica iniungit publicam pœnitentiam. cap. ij. de maledictionibus. vbi qui maledixerit Deum, aut beatam perpetuámque virginem, vel sanctos, septem debet dominicis diebus stare in foribus ecclesiæ, dum magna celebrabitur missa, ita quòd in vltimo stet sine pallio & calciamentis, & corrigiam habeat ad collum, & quod præcedentibus sextis feriis ieiunet pane & aqua, & non ingrediatur ecclesiam: & quolibet dictorum dierum reficiat tres vel duos: & si non possit, saltem vnum pauperem: & si ad hoc non suppetant eius facultates, id in aliam commutetur pœnam. Et si prædicta sustinere renuerit, sibi ingressus debet interdici ecclesiæ, & in obitu carere sepultura, ac alia puniri pœna: licet in foro pœnitentiæ necesse non sit illam iniungere, sed arbitrariam, sicut pro aliis peccatis: secundùm Gofridum. Et videtur eadem esse pœna, siue quis Deum blasphemat, vel virginem Mariam, vel sanctos Dei, secundùm Anania in d. c. secundo. Quinimo, vt inquit Host. ibi, sunt aliqui deuoti virginis gloriosæ credentes minus eam offendere quàm Deum: de quo se remittit ad notata in capitulo ij. de celebratione missarum. & ibi per eum singulariter. & Socin. consi. cxix. volum. iiij. quod est singula. ad quem spectet, scilicet an ad ecclesiam, aut ad iudicem secularem talis blasphemãtis punitio, de quo infrà dicã. Quare vt inquit Hostiẽ. in sũma eodẽ. de maledic. videtur esse à domino facta gratia, per d. capitulum secundũ de maledic. quoniam pœna antiqui canonis erat grauior in clerico, quàm in laico, d. cap. si quis per capillum. † Sed de iure ciuili blasphemus venit vltimo plectendus supplicio. Authentica, vt non luxurientur contra naturam, neque iurent per capillos, aut aliquid huiusmodi: neque blasphemetur in Deum. §. præterea. quæ est pulchra & notabilis, vt inquit de Anania in d. cap. ij. versi. in ea glos. ibi, collatione vij. posset legi in ecclesia tanquam scriptura sancta. quæ quidem pœna, vt dicit Luc. de Penna in d. l. omnes. licet diuina, Christiana, & gentilium lege statuta fuerit, tamẽ ob defectum religionis & iustitiæ nõ seruatur. imò iniuriã nostram vsque in interitum, vt inquit, acerrimè vendicamus: blasphemiam verò in Deum & purissimam virginem matrem prolatam patientia execranda relinquimus impunitam, contra illud xxiiij. quæst. iiij. capitulo, si is qui. Vnde Hostien. dicit in ilta summa de maledi. Iustinianum sanctũ Imperatorẽ fuisse ibi tã eleganter loquutũ, & voluisse arguere, si Papæ vel Imperatori malediceretur, esse maximã pœnam inductam. c. j. eod. tit. & l. vna. C. si quis Imperatori maledixerit. quanto maiorem & acriorem esse in maledicente Deo infligendã: quia nulla est comparatio serui ad dominũ. Nam quod in religionem diuinam committitur; in omnium fertur iniuriam. l. Manichæos. C. de hæreticis. longè enim grauius est diuinam quàm temporalem offendere maiestatem, c. j. §. item statuimus. de statutis & consuetudinibus. & authentica, gazaros. C. de hæreticis. & cap. vergentis. eod. tit. Nec debemus assimulare eius opprobria quæ natura deleuit, vt ibi per Hostien. qui multum commẽdat Iustinianum. Et idem Ioannes de Anania vbi suprà. quòd Deus superobtulit legem, vt dictum est, ac Imperatori faciendi leges potestatem dedit. authentica, in medio litis. & in authentica, vt hi qui obligatas. quib. violatis aut seruatis Deus existimat, iuxta illud Hieremiæ xxxj. Si cessauerint leges istæ siue statuta ista coram me dicit Dominus: tunc & semen Israel deficiet, vt non sit coram me cunctis diebus. Et Esaiæ xxxv. Quia transgressæ sunt legem, mutarunt ius, maledictio vorabit terram, insanient cultores eius, & remanebunt homines pauci. Custoditio autem legum consummatio est incorruptionis, vt dicitur Sapientiæ vj. Est ergo secundùm de Anania, sciendum quòd per text. dictæ authenticæ, vt non luxurientur contra naturam. prohibetur primo peccatum contra naturam, secundò blasphemia contra Deum, & tertiò iuramentum per membra Dei. Et contra faciens, punitur pœna vltimi supplicij. sicque illa tria delicta quò ad pœnam imponendam & ad enormitatem delicti considerandam æquiparantur. & expressè probatur, iurantem per membra Dei ipsum blasphemare. † Quod facit secundùm Bartol. ibi, ad statutum certam imponens pœnam blasphemanti Deum, quòd locum habebit contra iurantem per membra Dei, vt illa statuti puniatur pœna tanquam Deum blasphemans. Et hoc fuit de mente glossæ primæ in dict. capitu. ij. vt vult ibi Ana. dum ibi alleg. text. in d. c. si quis per capillum xxxij. quæ. j. ibi, vel alio modo blasphemia cõtra Deum vsus fuerit. & idem Angel. & Imol. in his verbis. §. j. ff. de hæredibus instituendis. & singulariter Alexand. consi. ccxxxiij. lib. vj. Licet Calder. consil. ij. versi. sic etiam intellexit. titul. de Iudæis. dicat, quòd pœna capitis quæ imponitur per dict. authen. non imponitur pro blasphemis: imò si bene inspiciatur, solùm imponitur luxuriantibus contra naturã, quia aliàs esset absurdum, vt inquit, dicere iurantes per caput vel capillos Dei tanta puniri pœna, quam videtur sonare illa authentic. Tamen secundùm Alexand. in dict. consil. versicul. posset etiam responderi quod dictum Calderini non videtur absque violentia ad illam literam. Ideo pœna dicta

dicta authen.vt non luxurientur. imponitur ſecundùm Per. Cin.Bald.& Saſic.l.ij.C.de reb.cred.& iuramento.l. quando hoc quis ex conſuetudine facit, dum text. ibi dicit in verſicu.finautem,ibi, permanentes delictis,quia tunc eſt locus pœnæ illius Authentic. Et idem Bald.in l.ij.C.ad legem Iul.maieſtat.& Ana.in d.c.ij.& in hoc caſu ſecundum ipſos vnus vel trinus actus non inducit conſuetudinem, quòniam hoc contingit ex lubrico linguæ,quod de facili fit & committitur. Quare non ita acriter puniri debet,ſed ad torturam poni, vel aliter arbitrio Iudicis puniri. Et idem Angel. Aret. & Iaſon in §. item ſi quis poſtulante.inſtit.de actio. Tamen Paris de Put.in tract.ſyndic.in verb.condemnatio.ca. an poteſtas. verſicul. licet ſint aliqua delicta refert quòd cùm eſſet commiſſarius regni Neapolitani,& tranſiret per ſyluas, in quibus erant paſtores animalia cuſtodientes, & audiuiſſet quendam paſtorem alta voce Deum blaſphemantem,illum capi fecisſe,& examinatis teſtibus qui ſecum aderant,illico linguam incidi ſibi fecit, & in arbore quadam illius nemoris affigi iuſſit,per quæ quis peccat,per ea torqueatur.Sapient. xix. & authentic. omnes peregrini. C.commun.de ſuc.dicens iſtud eſſe crimen in quo non cadit defenſio, nec talis blaſphemans Deum audiri debet,etiam quo ad repulſam & obiectus teſtium,argum.l.ſi famoſi.& leg.in quæſtionib.& quod ibi notat Bart. ff. ad legem Iul.maieſt. tamen in aliis criminibus de ſtylo curiarum Franciæ proceditur etiam extraordinariè: & dantur per delatum obiectus per teſtes in affrontationibus & accariationib⁹,ſiue ex officio iudicis inſtigante,aut ſine inſtigante aliquo proceſſum fuerit, vt probat tex.in authenti.ſi teſtis productus,& vnde ſumitur. C. de teſtibus. aliàs non admittitur, vt atteſtatur Benedict.in ſua repet.capi.Raynu. † Tamen ego ſemper fui in opinione contraria, criminoſum carceribus mancipatum, conditionem aut ſtatum perſonarum teſtium ignorantem,& ob id in promptu obiectus dare non valentem,eſſe recipiendum ad illos poſtea in terminum à iudice præfixum dandos. Aliter enim periculoſum eſſet ipſum delàtum ad quæſtionem vel torturam ponere,vel aliam pœnam capitalem ad depoſitionem teſtium inimicorum & fortè criminoſorum procedere:quia de iure tam ciuili quàm canonico poſt torturam & publicationem teſtium, partes etiam contra dicta teſtiũ admittuntur,d.authent.ſi teſtis productus. l.ſi quis teſtibus vſus fuerit.C.eo.cap.præſentium.eod.titu. Et ita ſeruantur in curiis ſpiritualibus & iudicib. eccleſiaſticis.Sed ſecus eſt in curiis ſecularibus:quia de ſtylo curiarum Franciæ & ordinationibus regiis dantur obiectus ante publicationem teſtium contra perſonas tantùm, & non contra dicta teſtium. Idco opin. de Pute. in curiis ſupremis non ſeruatur, & in iſtis Dei benedicti & perpetuæ virginis matris eius blaſphematoribus, qui recipit eos ad dandum obiectus contra perſonaspoſt affrontamentum & accariationem. Quoniam iudex de ignorantia inquirere debet, ad quam probandam admittuntur teſtes etiam domeſtici & familiares qui finem faciunt,etiam non integræ opinionis exiſtentes,vt tenet Ana.conſi.lxix.inchoant. viſa inquiſitione.ſequens Specu.in titu.de inquiſitio.§.j. ver. ſed nunquid eas vel innocentiam ſuam &c. qui allegat Tancre.hoc primò tenuiſſe. & idem Hippolyt.de Marſil. ſingu.lix. exordien.innocentib.iura fauent.& in l.j. §.ad quæſtionem.num.xxvj. verſic. vltimò,pro nunc limita hunc tex.ff.de quæſtionib. quod videtur contra tex.in l.ij,& l.ſeruos.C. de teſtib. vbi pro eo vel contra eum non admittuntur. & idem in d.l.j.§.ad quæſtionem.ff.de quæſtionib. & l.teſtis idoneus.& l.idonei.& l.teſtes.ff.eod. titu. & text.celebris in l.pridem.C.de quęſtionib.ibi,neque pro his neque aduerſus eos in capitalibus vel pecuniariis quæſtionib.veritatis vim obtinere poſſit.& c.ex literis.de teſtib.licet innocentia probetur ex præſumptionibus.vt tenet Bart.in l. fin.§.fi. in prima quæſtione.ff.de bonis eorum qui ſibi mortem conſciuer.quem ſequitur Hippolyt. de Marſil. conſi.lj.numer.xlviij.vol.j.Sed iſtud intelligit Franciſcus Brunus in tractat. de iudiciis & tortura in j. quæſtione principali.verſi.vlterius generaliter quæro.in teſtibus domeſticis vel familiaribus.honeſtæ & bonæ famæ,vt ſunt domeſtici & familiares epiſcoporum,abbatum,& nobilium,vel præſidentium & conſiliariorum, qui non retinent niſi diſcretos & bonæ opin.Et tenet Bald.in d.l.ij.C.de teſtib. cum aliis per Hippo. allegat. ſingular.v.incipient.regula.& Felin.in dicto capitul.ex literis.verſi. fallit.j. & verſicu.fallit ſecundò,& Hippol.conſi.lxviij. num. xxiij.vol.j.& in ſua praxi.in prin.nu.x.cum ſeq.† Et aduerte, quod blaſphemator repellitur à teſtimonio,nec eſt idoneus teſtis.vt tenet Alc.conſi.clj.li. v.dicens luſores & blaſphematores repelli à teſtimonio.& Dec.conſi.clxxij.incho.in caſa matrimoniali.ver.xiij.opp.& Thom.Grãmat. voto xxij. nu. v. & vj. hoc intellige. ſi ſemel pro hoc fuerit etiam pecuniariter condemnatus.& ſic tenet Nicol. ſuperenti.in additio.ad Iſer.in peregrina lect. nu. ij. ſuper conſti.blaſphemantes.tit. de blaſphemantibus Deum.† Et pro concluſione prædicta contra iurã tes facit q̃ ipſe Ana.in c.j.de clerico percuſſore,dicit,de illo qui habet in conſuetudine percutere, q̃ acriùs puniatur:quia ſecundùm Hoſti.quem ſequitur Io.de Ana.iuſtum eſt creſcente malitia ſeu contumacia,creſcere & pœnã.vt voluit Inn.ca.quoniã. vt lite nõ conteſtata.& ſic in hoc dicto dicit ſe velle ſequi dictum patris iuris. Nam ſi licit ſequi ſententiam diſcretorum,etiam ſi malè dixerint, l.duo fratres.ff.de iure patrona.Propter quod dicit Hoſt. in ſumma.§.fi.ver.quid ſi iurant per caput,per ventrem,corpus,& capillos Dei:ſi hoc faciunt iurando & affirmando factum,ſicut(vt ipſe ait)faciunt Burgundiones,quòd tunc locum nõ habet tex.in d.authent.vt non luxurientur.ſecus ſi hoc faciunt deteſtando vel vituperando,quamuis irati,ſicut Francigenæ,qui iurant per ventrem & per caput,& idem faciunt(ne diſpliceat Hoſtien.)Itali,qui iurant corpus & ſanguinem Chriſti dicendo,Sangue de Dio. † Quandoque ſunt ſtatuta & conſuetudines locorum,quæ ſecundùm Cyn.& Doct.ſuprà alleg.in d. l.ij.pũiunt plerunque blaſphemos in pecunia,in regno Metropolitano, vt in conſtitu. blaſphemantes Deum & virginem glorioſam. titulo de blaſphemãtibus Deum.& ibi Andr.de Iſern. in ſua peregrina lect.quòd quãdoque iubent ſtare in ſcholis palatij ad bellinas vel cathenas,quandoque iniungunt præcipitare, ſeu plũgere in aqua tribus vicibus, vel pluribus ad arbitrium iudicũ. Et talem conſtitutionẽ & ordinationem diuus Philip. Rex auguſtus huius nominis ſecundus fecit,vt refert Gaguin. in chronica eiuſdem.in princ.ordinans ſi quis eius impietatis reus compertus eſſet, in fluuium aut paludem citra mortem dimitteretur. quod ſeruatur Tholoſæ,vt dicit Guliel.Benedi.in ſua repe.capit. Raynu. verſ. ſacro coronamenti abſoluto.de teſta.vſque ad præſentem diem, vbi ter in Garonæ flumen pro-

12 13 14 5

iiciuntur, ſicuti Burdegalæ lenones ſiue macquerellæ in mare ter plunguntur in quadam gabiola poſitæ. Sed per aliorum regum Franciæ ordinationes aliter blaſphematores Dei & virginis Mariæ puniuntur, vt patet ex ordinationibus per Ofr. recollectis.titu.de maleſi.& blaſphemis. c. j. Et primò ex ordinatione Philippi ſexti Valeſij, cuius tenor talis eſt: Volumus & ordinamus, quòd ille vel illa, quæ Deo & beatæ Mariæ virgini maledicere præſumpſerit, aut turpe ſeu vile iuramentum fecerit, pro prima vice ponatur in pilario inibi ab hora prima vſque ad nonam per menſem: ad cuius oculos proiici valeant lutũ & aliæ immunditiæ abſque lapidibus, vel aliis rebus cum lædentibus, deinde verò ad panem, & aquam abſque alio cibo per mẽſem morabitur. Si autem ipſum ſecundò recidere contigerit, vult quòd in die mercati ſolennis rurſus in pilario conſtituatur, ipſiuſque labium ſuperius cum ferro calido taliter ſcindatur, quòd dentes eius appareant: pro tertia vice totum labium inferius, & quarta vice totum bilabium. quòd ſi per miſeriam eius id ſibi quintò contigerit, vult quod in totũ lingua ſibi præſcindatur. quod in tota quaſi Alemania ſeruatur, & præcipuè in mulieribus, vt refert Thom.Ferrarien.cautel. prælleg.xxv. & idẽ ſtatuit diuus Carolus ſeptimus, eodem titul. Excepto quòd pro prima vice ſolum ponitur in carcere per menſem ad panem & aquam, & condemnatur in viginti ſolidis, quorum pars fabricæ eccleſiæ parochialis, & alia pars media domino loci applicabitur. & pro aliis vicibus vt ſuprà. Si verò contrà beatã virginem Mariam vel ſanctos & ſanctas Dei blaſphemiam dixerint, pro prima vice arbitrio iudicis pro quantitate, potentia, & facultate delinquentiũ pecuniariter puniantur, pœnam ipſam, vt dictum eſt, applicando. Et ſi amplius in id reciderint, tanquã blaſphematores Dei & ſanctorum puniantur. Vbi verò alter Deum & virginẽ Mariã iurauerint, ſcilicet iurando mortem, ſanguinem, ventrẽ, caput, plagas, & alia illicita & reprobata iuramenta, in emendam pecuniariam condemnabuntur pro prima vice in duodecim denariis, ſicut ante dictum eſt, applicandis. Pro ſecunda vice in duobus ſolidis Turonen. Pro tertia vice, in quadruplum, videlicet in quatuor ſolidis Turonen. Pro quarta vice in triplum, videlicet in octo ſolidis Turonen. Et ſi quintò reciderint, in priſione ad panem & aquam per tempus à locorum iudicibus arbitrandum, teneantur. Et ſi pœnis ſupradictis caſtigari noluerint, neque malas eorum deſerere voluerint conſuetudines, publicè die mercatiuel ſolenni pilorizentur, vt cæteris tranſeat in exemplum. Et quaſi idẽ per Carolum octauum eo.ti.c.vlti. ſancitũ ac ſtatutũ fuit, excepto quòd in maiori emenda, ſi facultates bonorum ſuppetant, condemnari debet. Sed per aliam Lud.xij. conſtitutionem ſeu ordinationem blaſphematores tam pro prima, ſecunda, tertia, & quarta vicibus. in pecunia ad iudicis arbitrium condemnatur. in ſecunda, tertia, & reliqua duplicantur, triplicantur & quadruplicantur, quæ inter eas diuidũtur partes, vna ſcilicet regi, alia fabricæ parochialis eccleſiæ, & alia denuntiatori adiudicatur. Et pro quinta vice ad carcanum & pilorium die mercati vel alia ſolenni demorentur, ab hora manè octaua vſque ad horam primam poſt meridiem, etiam cum omnibus iniuriis & opprobriis à tranſeuntibus inferendis. Et nihilominus ad iudicis arbitrium mulctabuntur. Et ſi ſoluendo non fuerint ad carcerem cum pane & aqua per tempus ad idem iudicis arbitrium moderandum, habito ad emendam pecuniariam reſpectu ponantur. Et pro ſexta vice labium ſuperius, & pro ſeptima labium inferius cum ferro calido ſcindatur, taliter quòd dentes eorum apparentes ab hominibus videãtur. Et pro octaua vice, quòd lingua in totum ſibi præſcindatur. † Et ſic videtur blaſphemantes cum temporis interuallo toties poſſe accuſari & condemnari, quoties Deum blaſphemant, vt voluit Cæpol. conſil. lxxvij.incho.viſa inquiſitione formata per poteſtatem montis Silicis. Sed ſi vno impetu blaſphemauerint Deum, virginem Mariam & ſanctos eius, an vna puniantur pœna, vel pluribus, vide Alber. in ſecunda parte ſtatutorum. quæ.v.& quæſt.xlj. Tamen per curiam quidam blaſphemator nominatus Philipp. Hazult, dict. Giraude, fuit lingua prius perforata viuus concrematus. Et latum areſtum die xx.Iulij.Anno 1330. Et quidam alius qui ſolum contra virginem Mariam verbum protulerat iniuriosiſſimum, fuit decapitatus, prius ſibi lingua amputata, iuxta theoricam gloſſ.fin.l.omnes. C. de delato. lib.x. quam ibi ſequuntur Barto. Ioan.de Pla.& alij. & Anto. Corſetus in ſingu. pœna. Et latum areſtum anno prædicto vel ſequ. † Sed quando tales offendunt Deum de facto, vt per iactum lapidis, vel ſputum, aut lutum in figuram domini noſtri Ieſu Chriſti, vel puriſſimæ virginis vel alicuius ſancti, & offẽdunt aut percutiunt imaginẽ crucifixi: vt fecit quidam Franciſcus de Sus, qui percuſſit bis aut ter quẽdam crucifixum papyreum, grauiter ſunt puniendi, l.non contrahit. ibi, lapide iactato. cum l.ſequen. & l.famoſi.ff.ad leg.Iul. maieſta. qui licet loquatur in proiiciente ſcienter lapidem contra ſtatuam principis conſecratam, pœna læſæ maieſtatis punitur. Secus ſi à caſu, vt ibi, & leg. ſi cum ſeruo. & ibi Doct.ff.de iniuriis. & idem tex.in l.capitalium. §.ad ſtatuas. verſic. eum quoque qui imaginem Cæſaris. ff.de pœn. dicens cum in vinculis publicis ponendum, tamen multo magis. & fortius ſi dolosè, & in deſpectũ diuinæ maieſtatis de facto irruerint contra imaginem Dei, aut eius matris perpetuæ virginis, prout reperitur factum fuiſſe in eccleſia Burgi dolen. diœc. Bituric. ex quo ictu in manu Dei inter brachia virginis mãtris exiſtentis illato, exiuit ſanguis, cùm longè grauius ſit æternam quam temporalem offendere maieſtatem, vt dictum eſt. Et idẽ Iaco.de ſancto Georg. in l.ſi quis id quod.in ij.lect. nu.xj.ff.de iuriſdi.omniũ iudic. dicens eos dura pœna & acerba puniendos, per text. in d.c.ſi canonici. §.cæterum.de offi.ord. quem tex.ad hoc allegat Alex. in addi.ad Bar. in l.ſacrilegij in ij.ff.ad legẽ Iul. peculatus. † Vnde gloſſ. in d.§. cæterum. in verbo, vltrix. ponit duas pœnas temporales, & duas ſpirituales, quarum prima erit, vt in vincula publica mittantur. d.l.capitalium. §.ad ſtatuas. vel quòd moriãtur. d.l.vna nemini licere ſignũ Saluatoris. vel quod ſpiritualiter puniantur, & niſi pœniteant & ſatisfaciant, loci ſui dignitate & honore priuabuntur. cap. quicunque. xxvj. quæſt.v. vel aliter iudicis arbitrio. l.j.ff.de iur.delib. Et quod mori debeat talis irruens aut in crucem aut imaginem Chriſti, eſt text. in d.l. vna nemini licere ſignum Saluatoris. dum text. dicit, grauiſſima pœna: id eſt morte. leg. vltim. ff. de pœn. & celebris text. in leg. ex ſenatuſconſulto. ff.ad leg.Corne.de ſicar. vbi Ang. dicit eſſe ſing. contra offendentes diuinam maieſtatem, quòd incidunt in leg.Cornel.de ſicar. à fortiori percutiens imaginem Dei, vel ſcindens lignum crucis, prout ipſe dicit ſe vidiſſe Peruſij. & illi frangenti, manum

16

17

18

ſuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe amputatam,& meritò.Poterit enim,vt inquit, grauius puniri,& pœna mortis,vt ibi per eum, & latius in ſua quæſtio. in refulgenti delitiarum palatio. quem ſequitur Ana. in c.ſtatuimus.verſ.quæro iuxta prædicta.qui alleg.Fran.Tigri.ita tenẽtem in d.l. nõ contrahit.per illum textum. & Hippolyt. de Marſil. in d.l.ſenatuſconſulto.& in ſua Praxi criminali. §. & quia.num.xxv.& de Puteo in ſuo tractat. de Ludou. ver.qua pœna puniantur illi luſores. cum aliis per ipſum allega.& de Iſer. in §.gazaros in verbo diffidamus.num.xviij.de ſtatu.& conſuetu. contra liber.eccle.& Doct.Palatios,dictus Lupus in conſ.de hæreſi. quòd reperitur poſt repetit.capit. per veſtras.de donation.inter virum & vxo.& Alexan. conſil.ccxxxiij. lib.vj.num.vj.& pariter Ludo. Contaltus in tractatu de reprobatio.ſenten. Pilati. in primo dubio.& ita ſecundum hanc ſententiam fuit per curiam iudicatum contra prædictum Franciſcũ de Sus,qui ad perdendum primò manum condemnatus fuit:& poſtea caput.Et idem tenet de Anch.conſil.xv.exord. ſpiritualis iudex.vbi conſuluit contra Iudæum,qui per feneſtram proiecerat immunditias, & deturpauerat crucem,quam vnus in proceſſione ferebat. per text. in d.l.vna nemini licere ſignum Saluatoris. & in l.ſi quis in hoc genus:C.de epiſc.& cleri. ibi, ſiue ſacerdotibus.vel in ipſo cultu vel loco aliquo aliqua irrogetur iniuria,prẽſes pœna capitali vindicabit.&idem text.in §.omnibus autem.in auth.de epiſc.& cleri.& per eum alle.volens tamen cognitionem & punitionem ad ſecularem iudicem & non eccleſiaſticũ ſpectare.& idem in rub.extra de iudic. & de hac cognitione eſt bonus text.in c.à nonnullis. & ibi Ana.ver. no.quòd blaſphemãtes Chriſtum.de Iudæis.& idem Anan.in d.c.ſtatuimus,verſi.circa prædicta. & Fel.in c.poſtulaſti.de iudi.& Hippo.de Marſil. in d.l.Senatuſconſulto.verſi.ſed vltra.Ang.& Socin.in d. conſil. cxix. & Pet.de Belluga.in Specul.principium.titu.de præpoſi. graua.§.viſo.& ſignanter num.xvij. vbi ponit de Iudæo,& Sarraceno, qui in opprobrium fidei Chriſtianæ in die Paraſceue Domini agnum ſiue onem crucifixerunt, & crucem conſpuerunt, & pedibus conculcarunt,& in imaginem crucifixi noua fecerunt opprobria, quòd punitio talis delicti ſpectat ad iudicem ſecularem, & non eccleſiaſticum. & ibi, & nu.xvj. Tamen ſic factum non fuit in perſona cuiuſdam,qui in feſto beatæ Mariæ Magdalenæ & exitu percuſſit eſſe imaginẽ Chriſti. & amputauit partem faciei cum crinibus,qui fuit à pœna mortis prętextu ebrietatis,licet non bene probata fuiſſet, excuſitus,& condemnatus ad ictus fuſtium, ſeu fuſtigandum eſſe,& aliter prout in arreſto lato die xxj. Ianarij,Anno.M.D.xxiij.

SVMMÆ.

1. *Patruus præfertur filiis alterius patrui in ſucceſſione conſobrini.*
2. *Patris gradus non attenditur in ſucceſſione tranſuerſalium,ſed ipſiuſmet qui ſucceſſurus eſt.*
3. *Collatio bonorum non habet locum in ſucceſſione collateralium.*

Quæſtio CCCII.

Quatuor fratres vel ſorores ſunt, videlicet Ioannes, Petrus, Martinus,& Gulielmus,quorum duorum relictis liberis deceſſerunt:ſcilicet Martinus vno, & Gulielmus duobus liberis relictis. Et contigit filium Martini ab inteſtato, ſuperſtitibus Ioanne & Petro patruis ſuis,& filiis quondam Gulielmi conſobrinis ſiue cognatis ſuis. Quæritur an auunculi ſiue patrui præferantur filiis Gulielmi eorum nepotibus in ſucceſſione filij Martini eorum nepotis & conſobrini filiorum dicti Gulielmi. Secundò an iſti patrui teneantur conferre ſi quid habent ex donatione ei per defunctum nepotem vel eius patrem, de cuius ſucceſſione agitur, facta.

DECISIO CCCII.

DIco † quòd ad primum dictos auunculos ſiue patruos nepotibus ſuis conſobrinis dicti defuncti in ſucceſſione bonorum eiuſdem eſſe præferendos,per textum clarum in l.auunculo. & ibi Barto. Bald. Salicet. & Cornel. C. commun. de ſucceſ. quam Bartolus dicit ibi ſingularem,& non eſſe correctam: quoniam dicti auunculi ſunt proximiores, quia in tertio gradu,l.iuriſconſultus.§.iij.verſi. auunculus.ff. de gradib.vt inſtit.eodem tit.§.tertio. & conſobrini ſiue cognati qui proprie dicuntur amittini, ſunt in tertio gradu,& dicta l.iuriſcõſultus. §.quarto gradu. & inſtitu. eo.§. quarto gradu.& idem tenet Io.Berberis compatriota in ſuo iuris viatorio.in tit. de ſucceſſio.ab inteſtato, dicens patruum excludere filium amittæ,& econtra amittam filium patrui.per textum in dicta l.auunculo. & idem Bal.conſilio cxxxj.volu. quarto,volens etiam patruum vtrinque coniunctum præferendum auunculo defuncti ex vno latere. Et hanc concluſionem in terminis tenet Ioann. Andr. in additio.Specul.in titul.de ſucceſſio. ab inteſtat.§. primo,in verbo,vocantur.ante finem verſic. ſed fuit alia quæſtio de facto talis A.B.C. erant fratres &c.& hoc per l.ij.C.de ſucceſ.edicto.& idem Anan.conſilio liiij.verſicul.circa ſecundum verò.& Alexan.conſilio clxvj.lib.v. Etiam ſecundùm eum ſi nepotes eſſent coniuncti duplici vinculo eidem conſobrino, de cuius ſucceſſione agitur, inſpecta perſona patris eorum,& patruus vnico tãtum vinculo: vt quia eſſet frater vterinus,& conſanguineus tantùm matris defuncti nepotis.† Quia quãdo(vt inquit)quis vult ſuccedere in linea tranſuerſali alteri quàm fratri ſuo,vel alteri quàm patruo, non attenditur perſona patris, vel matris ſtius,qui non vult ſuccedere,nec quo vinculo coniungatur defuncto, ſcilicet an duplici vel vnico tantùm vinculo: ſed ſolùm attenditur an ille, qui vult ſuccedere ſit in gradu priori: quia qui eſt prior præfertur,vt in authentic.de hæred.ab inteſtato.ſi verò neque fratres,ex qua extracta authent. tres fratres prima & ſecunda.C.de legit.hæredit.Et idem Lud.Bolog.in additio. ad Matthæ. de Matteſ.in tractatu de ſucceſſio.ab inteſtat. parte certia in additio. incipient.non ſunt multi menſes.cum ſequent. vbi ponit quando ſunt auunculus & patruus eo vinculo defuncto nepoti coniuncti:quomodo ſuccedant.Licet aliud videatur, quando filius fratris vellet ſuccedere patruo defuncto:& ſecum concurreret alius patruus. Tunc enim non curatur prioritas gradus, ſed bene attenditur quis eorum cõiungatur duplici vinculo vel non,dicta authenti. de hæredibus qui ab inteſtato.§.ſi igitur defunctus.cum §. ſequenti. de quo per Alex.in dicto conſilio clxvj. qui hoc latius proſequitur.† Quo ad ſecundam quæſtionem dicendum videtur patruum vel auunculum non teneri conferre illud quod donationis titulo per fratrem vel eorundem patruorum nepotẽ,de cuius ſucceſſione agitur, habuerunt,vt tenet glo.vlti.quam faciunt ſing.Ioan. Fab.Pau.de Caſtro & Corne.in l.j.C.de legitim. hæred. quæ vult collationem bonorum tantùm fieri debere quando agitur de ſucceſſione patris vel matris, ſed non quando agitur de ſucceſſione fratris vel ſororis,per illum textum.Quoniam regula circa materiam eſt,collatio bonorum nũquam habet locum

1 2 3

inter alias perſonas, quam inter ſolas deſcendentes, ſuccedere volentes aſcendentibus. Et iſtud etiam habet locum tribus copulatiuè concurrentibus, vt tradunt Bal.Salic.& Paul.de Caſtr. in l.ſi emancipati:& etiam Iaſ.poſt medium.ver.confirmo, & facio vnam neceſſariam regulam &c.C.de colla. Ideo ſoli deſcẽdentes, qui ſuccedunt aſcendentibus, tenentur conferre profectitia tãtum,quia caſtrenſia vel quaſi non conferuntur.l.prima.§.nec caſtrenſe ff.de collat. bono.nec etiam aduentitia,l.fin.C.de collatio.Hinc eſt ſecundũ Bal.Paulum & Iaſo.in d. l.emancipati.quod inter tranſuerſales ſuccedentes tranſuerſalibus non habet locum bonorum collatio:vbi Iaſon exemplificat in tribus vel in quatuor fratribus, quorum vnus moritur,quod alij fratresſuccedentes fratri defuncto ab inteſtato non tenẽtur conferre bona quæ habuerunt ab illo defuncto fratre, per illam gloſ.in d.l.j.& vult etiam fortius Iaſ. quod ſi aſcendentes ſuccedant deſcendẽtibus,vt quia auus paternus & auia, vel mater & pater ſuccedunt filio vel nepoti prædefuncto, inter ipſos non habẽt locum collatio. Quare dotem & donationem habitam à filio vel nepote,&ſic profectam ab eo de cuius ſucceſſione agitur, non tenetur conferre,vt tenuitCin.in d.l.ſi emancipati.in antepenul.quæſt.& ibi Bal.& in l.quoniam nouella.C. de inoffi.teſtam.& in rub. C.de colla.Et iſtam ſentẽtiam vt ait Iaſon,tenet totus mundus, excepto ſolo Ang.qui tenet cõtrarium in l.vt liberis eo.tit. quem reprehendunt Alex.& Iaſo. de quo per ipſum Iaſ.in d.l.ſi emancipati.& ibi idem facit Corne.

SVMMÆ.

1 *Expenſas remiſſionis clerici ad ſuam epiſcopum an ſoluat ipſe clericus vel epiſcopus. & nuner.11.& 12.*

2 *Debitor captus nutritur expenſis creditoris, vel eleemoſynis.*

3 *Ad eccleſiam confugiens debet ab ea tunc ali.*

4 *Expenſas litis aduerſario panperi quando quis miniſtret.*

5 *Commiſſarius ad alteram partium miſſus cuius expenſis mittatur.*

6 *Epiſcopi ad degradandum aliquem à metropelitano vocati,debent ſuis expenſis venire.*

7 *Expenſis actoris debet reo dari libelli copia,& quid de apoſtillis.& nu.8.*

9 *Vaſallus an ſuis expenſis teneatur domino in bello ſeruire.*

10 *Expenſas quas ſoluat dominus loci, & quas criminoſus.*

13 *Clericum qualiter remitti debeat ad ſuum epiſcopũ.*

Quæſtio CCCIII.

Clericus captus per iudicẽ ſecularem fuit per eum ad ſuum epiſcopum cum tuta cuſtodia remiſſus,qui fecit in itinere expenſas. Quæritur an ad illas ſoluendas clericus teneatur, aut epiſcopus.

DECISIO CCCIII.

ET circa hanc quæſtionem referam plura dicta Doctorum, ex quibus finalem eliciam concluſionem. † Et videtur primò quod dictus clericus prædictas ſoluere teneatur expenſas, per ea quæ nota. Bald. quem ſequitur Card.Alex.capi.j.ſi iudex.de pac.tenen. & eius viol. dicens quod ſi priuatus petat remiſſionem fieri ad ſuum iudicem, debet fieri expen.ipſius petentis,per l.cùm ſæpè.quæ eſt fin. C.de erog.mil.an lib.xij.in autem alius iudex ex offic.petat,tunc expen. pub. illius terræ & loci,ad quem fiet remiſſio,argu. l.mulier in opus ſalinarium. ff.de ſapti.Et pro hoc alleg.Cardin.Alexand. Barto.& Fulgoſ.in l.in tantam.§.ſacræ.ff.de rer. diuiſ. voluit tamen allegare in l.ſanctum.eo.tit.vbi Barto. ponit de eo qui dubitat ab alio offendi, quòd poteſt petere à iudice cuſtodes ſuis expen.per gl.in d.l.ſi.de erog.milli.annonæ.& idem Bart.in l.illicitas. §. ne potentiores.verſi. poteſt tamen dici quòd ex cauſa.ff.de offic. præſid.& hoc intelligunt verum Ioann.de Plat.& Iacob.Rebuf.in d.l.ſi.quando quis petit cuſtodesin ſui fauore.Secus ſi fuerit areſtatus priſonerius, tunc ipſe non præſtat expen.cuſtodibus, ſed ille qui facit eum cuſtodire,quas poſtea recuperat à debitore cuſtodito in taxatione expenſarum, quarum condemnatio etiam in criminali fieri poteſt. Et eſt caſus in l.fin.& ibi glo.prima.C.de fruct. & lit.expen.& Bar.in l.j.ff. ad Turp.& l.Circenſium.& ibi Ioann. de Plat. C.de decurio.lib.x. Et ſi ille priſonerius non ſit ſoluendo, tunc præſtari debent de publico.l.lege Cor.ff.ad Sillania.Et pariter debitor aut inquiſitus ſi fuerit abſolutus, recuperat expen. à patre vel iudice,vt volunt Doct.in l.ſancimus.C.de iud.& Lanfran. de Oria.in repe.cap.quoniam contra falſam.in glo.de expenſis. in vlt.q.inci.finaliter quero.de erog.de quo per Bar. & Alexan.in addi.in d.l.j.verſiculo. quæro vtrum.ad Turp.† Licet illam glo.in dicta l.finali. de erog.mil. 2
anno.Bart.allegauerit velle debitorem captum propter debitum debere ali ſuis expen. & non expenſis partis vel iudicis.Imò ſalua pace vult,quod expen.ſui creditoris & capi facientis,illo non exiſtente ſoluendo,vt tenet ibi Odof. qui hoc dicit bene ſeruari. Et Alex.in addi.ad Bart. in l.ſanctum. idem dicit quando debitor non habet vnde ſe alat, tunc ali debeat expen.creditoris: alias ſi creditor eum non alat, iudex poteſt cum relaxare.Et idem dicit Ioann.Fab.in §.ſi.inſtit.de actio. niſi poſſit ali & nutriri ex alimoniis,in l.iudices.de epiſco.audien. & idem Ant.Corſet.in ſing.expen.in ſecunda.& de Plut. in ſyndicatu, in verbo,carcer.capit.an carcerarius:qui allegat text. in c.diffiniri.& in c.fœlicis.xvij.quæſtione vltim.vbi dicitur,† quòd fugientes pro delictis ad eccleſiæ im- 3
munitatem debent ali ab eccleſia &capitul.& in capit.vxor.eadem cauſa & quæſtio. tertia:& idem Bal. in l.ſatis.ff.de in ius vocan. & in l.præſenti.C.qui ad eccleſ.confuge.Et idem ſecundum de Puteo in equo areſtato vel ſequeſtrato, quòd expen. ſequeſtrari facientis nutriri debet, argum. l.ſi in Aſia.§.primo.ff. depoſit.& Barb.in c.cæterum.de reſcriptis. † Et pro 4
iſta parte facit tex.in l.ſi inſtitutò.§.de inofficioſo.ff. de inofficio.teſtamento.& in l.fi.C.de ordi.cogni.& in l.vltima.ff.de Carbo.edicto. & in c.ex parte.de accuſa. vbi quis tenetur aduerſario ſuo adminiſtrare expen.contra ſe,ex inopiæ cauſa.Et idem Ang.conſ. ccxv.verſicu.præterea quis tenetur. & in authen. iuſiurand.quod præſt.ab his.& idem in diuite litigante cum paupere, vt ſibi expenſas miniſtrare teneatur. quod ſeruare non vidi. & idem in fiſco per dicta iura,vt tenet Puteo in ſyndic.in verbo, expen.pro quo dicit Bald.in l.magis puto.§.in primis.verſicul.item quòd ſi inope. ff. de rebus eorum qui ſub tut. quòd fundatur iuſtitia quæ eſt in Francia.tribuens pauperi litem habenti cum Rege nõ habenti vnde faciat expenſas litis & aduocatum:& in Prouincia prouinciæ eſt Regius pauperum aduocatus à Rege ſtipẽdiatus. † Præterea dicit gl.quam Bartol.facit ibi ſingulariter 5
in l.prætor.§.defendi.in verbo, deteriorem. ff. quibus

bus ex cauſis in poſſeſſionem eatur,quòd ſi commiſſarius mitti debeat abſenti ad de calumnia iurãdum, vel depoſitionibus reſpondendum , debet mitti expenſis ipſius abſentis.ſic ſe habet curię metropolitanæ ſtylus.pro quo dicit ibi Bar.quòd ſi peto copiam inſtrumẽti procurationis, debet fieri expenſis domini.& idem tenent Luc.de Penna, & Iacob. Rebuff.& Ioann.de Plat.in d.l.fina.de erogatione militaris annonæ. Tamen ſecundùm Spec. quem Ioann. And.& Bald.ibi in addi.ſequuntur in titul.de iuramento calumniæ.verſicul.penult.& Guido de Suſa.in authen. principales.C.eod.tit.quando mittitur ad perſonam egregiam,iuxta l.ad egregias. ff. de iureiuran. debet mitti expenſis communibus, quia iſte actus concernit vtilitatem communem.Nam finire litem per iuſ iurandum ad commodum tendit vtriuſque:ergo expenſis debent fieri communibus. Et ipſos ſequitur Domini.de ſancto Geminiano in c. præſentium. de teſti.lib.vj.& Alex.in d.l.ad egregias.& ibi etiam Iaſo.qui ita ait,quando committitur cauſa conſilio ſapientis determinanda, fieri debere communibus expen.& idem Speculator in titulo de acceſſo. §. ſalarium,verſiculo,quid ergo ſi alter litigatorum.&c. & Bart.in l.ſi poſtulauerit.ff.de adulteris. & ita vidi ordinatum fuiſſe in ſcacario ſeu Rothomagen. Parlamento,me ibidem in quadam cauſa errorum exiſtẽte,tam ex parte nunc reuerendiſſimi domini Archipræſulis Bituricenſis, Aquitaniæ primatis, domini Antonij Bohier , ad cauſam certi reditus monaſterij ſancti *petentis ex vna:quàm ex parte nobilis Franciſci de la Lieure,prępoſitorum:ad quos decidendos fuimus ſeptem conſiliarij commiſſi& deputati,& ex communibus expenſis ex ordinatione curiæ depoſitis & conſignatis,& fuimus contentati.& idem deciſio.capellæ Tholoſæ cclxxiiij.&Bertachinus in repertorio.in verbo, expenſæ. dicens ſe in iudicando ſequutum fuiſſe Speculatorem , licet contra prædictum Speculatorem concludere videtur text. in capitul.mulieres.ibi de expenſis partis producentis. de iudiciis.lib.vj.ſed ad illum tex.reſpondet Ioan. And. in addi.Speculat.quòd loquatur fauore tantùm producentis,& circa modum probandi.Quare tenentur omnes facere expenſas,quę principaliter tã pro teſte quã pro alia perſona, vt iudice aut cõmiſſario & ſuo adiuncto fiũt,l.quoniam.C.de teſtib.& ita intelligit textum Dominicus in dicto capitulo, mulieres. §. primo,ſi verò ſecundùm Specul. doctor. ſuprà allegat. iudex mittere ad perſonam non egregiam , vel non infirmam,ſed profecto ad abſentem qui voluntariè per procuratorem cauſam agebat ſuam : tunc expen.ipſius abſentis mittendum eſt. Et ſic procedit dictum gl.in d.l.prætor ait.§.defendi. Vnde iudex,vt inquit Alexand. arbitrari debet ſecundum hanc diſtinctionem quis debeat ſoluere expen. cum à lege eius arbitrio committatur,vt per eum in l.generaliter.§.his de præſentibus.poſt Bartol.in iij.nota.C.de rebus credit. quia ſecundùm Bald.ibi,conſiliarij,debent expen.quę in ipſo fient actu mittendi commiſſarium aut tabellionem,quas facit petens vel fieri faciens,d.l.quoniam.& d.l.fina. de erogatione militaris annonæ. & idem Salicet. in d.§.his de præſenti. per quæ decidit Bald. ſemel reſpondiſſe in quadam cauſa cuiuſdam detenti priſonerij appellantis ad regem, & ſe ad curiam regis remitti petentis , quia ŏportebat quòd remitteretur cum cuſtodibus, quorum expenſas ipſe facere tenebatur.Et idem Aufrer. in deciſione capellæ Tholoſæ.& in terminis noſtris tenent Bald.& Salic.poſt Iaco.Butrig. in l. eos ſuper his.C.de appellationi.quòd ſi iudex laic' ceperit clericum,qui accuſabatur de crimine capitali, & clericus petat ſe ad ſuum remitti epiſcopum , tunc iudex eum remittere debet ſub cuſtodia , ſimul cum actis per eum priuſquam iudex ſciret eum eſſe clericum, factis.Et idem ſentit Bal.in l.minimè. C.de appellationibus.& licet de expenſis nihil dicant: tamen intelligendum eſt fieri expen. remiſſione petentis. Et ita voluit Ioan.Fab.in d.l.minimè.ſi ipſe priſonerius habeat vnde facere , alias expenſis iudicis à quo. Omnia enim(vt inquit)onera & ſuffragia iuſtitiæ fieri debent expenſis priſonerij,ſi reperiatur culpabilis,& eſſe ſoluendo.Alias expenſis proſequentis, & vltimò ipſius fiſci,arg.l.lex Corne.§.ſi quis libellum ibi pretium conſtituitur.& ibi Ang.& Alex.in addi.ad Bar. ff.de iniuriis.& Bar.in l.lege Corne.ff.ad Sillanianũ. vt plenè dixi in §.xxix.gl.j.de iuriſdictione omnium iudicum.libro conſuetudinum Bituri. & idem dicit Aufre.in d.quæſtio.centeſima. vbi dicit ità fuiſſe per arreſtum Tholoſæ dictum & pronuntiatum contra epiſcopum Bauren.recuſantem furnire expenſas cuiuſdam priſonerij ab eo ad Archiepiſcopum Tholoſanum appellantis.Et idem dicit in dicta quæſtione cclxxiiij. pro quo dicit Bartol. in l.diuus.& in l.cum ratio.§.ſi plures.ff.de bon.damnatorum, quod expẽſæ pro exercitio officij ſunt faciendę ex multis extraordinariis.Et idem de Put.in ſyndic.in verbo,captura. capitulo,an officialis.vbi ponit quæſtionem quotidianam,quando iudices boues & equos capiunt alicuius ruſtici pro homine ad miſſitiam & patibulum traxinando,quòd poſſunt,l.finali. §.finali. & ibi Guliel.de Cug.Bart.Bald.Paul.de Caſt.Abb.& Sali.ff.de pign.act.& in l.iubemus nullam nauem.C.de ſacroſanct.eccleſi.Et ſi ruſticus dicit ab experto ſiue exẽperientia tales boues de cætero in terram non arare,& terram ex his laboratam non germinare fructum, petens ob cauſam prædictam iudici & reipubli. intereſſe dictorum boum ſic deterioratorum. & decidit quod teneantur , & tenent Doctores ſuprà allegati in d.l.fina.§.fin. Et pro iſta parte facit quod notat Abb.Sicul.in capitul.non poteſt,quem ibi ſequitur Felin.verſi.ad illud quòd archiepiſcopi. de re iu- 6
dica.quod epiſcopi debent venire ſuis expenſis, quãdo archiepiſcopus vocat ipſos ad deponendum & degradandum aliquem , & etiam illud quod dicit Bald.in l.Imperator.ff.de ſtatu.hominum,quòd partus mulieris condemnatæ debet expen. publicis ali, & tradi nutriendus. l. mulier in opus ſalinarium. & quòd pariter notat gloſſ.in clemen.cauſam.in verbo profecto.de elect.volenscopiam inſtrumenti appellationis debere iudici à quo tradi expen.appellantis: quam ibi ſequuntur de Zabarel.Imol. & Abb. Sicul.
†Et facit quod etiam adducit prædicta gl. de libello 7
cuius copia traditur reo expen. ipſius actoris,de quo per Barto.in l.j.ff.de edendo,qui dicit in hoc ſeruandam fore conſuetudinem,& vbi de ea non appareret ſufficere , quòd detur copia reo ad ſcribendum ſiue defendendum. Et idem Deciſion. capellæ Tholoſæ, xcj.&ita ſeruatur de ſtylo curiarum Franciæ in actione reali , in qua actor facit tres petitiones ſiue libellos,quorum vnũ tradit reo,& alium relinquit penes grapharium ſeu graphum , & reliquum ſibi retinet.†Et idem facit quod dicit gloſſa quam ſequun- 8
tur de Zabarel. Imola. & Abba. Sicul. in clementina , quamuis rigor. ſuper verbo oblatos. de appellat.quod datio appellationum debet fieri & dari expen.appellan. Et idem Aufrer. in d. deciſio.xcj.licet rector ſiue curatus teneatur epiſcopo viſitanti miniſtrare expen.paſtus,c.cum ex officij.de præſcr.& hoc de iure canoni.ſecus de iure ciuili,vt tenent Doctor.

in l.obſeruare.& in l.ſolent.§.fi.ff.de offi. proconſul. Et de Puteo in ſyndica. in verb. expen. & dixi ſuprà
9 quæſtio.inci.tertia quæſtio eſt.an charitatiuum. †Et idem ſecundùm Bald.in cap.cum ex officij. in vaſallo eunte cum domino ad exercitum ſeu bellum, cui dominus tenetur expenſas & victus miniſtrare. Tamen videtur tex.in l.quam collaterales.§.ſin verò etiam. Codic. de re militari. libro. xij. quod vaſallus tenetur ſuis expenſis ſequi dominum triginta dierum ſpatio. Et idem in reformatoribus à rege ad aliquam reformãdam ciuitatem datis,quibus ab ipſa ciuitate expenſæ miniſtrandæ ſunt.& idem dicit Bal. ſi aliqui mittantur ad capiendum bannitos. per text. in d.l.mulier in opus.& idem Guliel.de Cug. quem ibi ſequitur Angelus.in l.prima. ff.de iuſtitia & iure. Et idem quod dicit Ant.de But.in ca.propoſuiſti.de conſecra.eccl.vel altaris.quod Epiſcopo reconciliãti eccleſiam pollutam per eum qui eam polluit,expen. victus ſunt miniſtrandæ, & ſi eſt impotens, eccleſiæ ſeruetur conſuetudo:qua deficiente parochiani contribuant, quibus non valentibus, gratis reconciliet. Sed ſecundum Archid.in c. eccleſiis. de conſecra.diſtin.j. Epiſcopus ſuis tenetur ſumptibus reconciliare, cum a Deo hoc eccleſiæ habeat reditus. Et ipſum ſequitur Felin.in c.accedentes. verſ.vltimo.dum tangit de præſcript.allegans pro hoc theoricam Archidia.in c. cauendum.x.qu.tertia dicentis, quod qui aliquid tenetur facere,ſemper ſuis faciet expenſis: niſi contrarium reperiatur expreſſum. & idem ſentit Angel.in authen.de colla.& aliis cap.§.iubemus.dicens expen. quas officialis facit capiendo malefactorem poſſe à communi repetere,& per tex. in d.l.mulier in opus. Et ſic per arreſtum curiæ Pariſ.dictum fuit,ſeruientes non poſſe capere expẽſas ſuper bonis capti, vel perſonaliter adiornati, ſed ab actore ſeu inſtigante qui eos in opere poſuit,vt in quarta parte ſtyli parlamẽti de arreſtis.§.cxlix.Et idem in iudicibus & conſiliariis Parlamentorum regni,qui ab accuſato & inquiſito nihil pro auditione, ſed ab inſtigante recipere
10 debent,vt patet per ordinationes regias. † Et idem deciſ. ca. Tholoſæ. q.xlj.vbi habetur quòd ad hęredẽ occiſi pertinet expen.quę fiunt tã in inquirendo homicidam,quàm ipſo accuſando,ac proceſſum contra ipſum & ſuſpẽſionem furcarum fieri faciendo,vt ibi vide.& Paris de Put.in ſyndica. in verbo, inquiſitio. & in verbo iniuria offic.& in verſi.expenſæ.Aliæ verò expenſæ ſpectãt fiendę ad dominum, cuius eſt iuriſdictio.& hoc bene ſeruat curia noſtra,quę condemnat priſonerium appellãtem in expẽſis aliis, quam iudicis & aliorum officiariorum ipſius domini, qui
11 tenetur ad illas,& nõ priſonerius.† Licet in caſu noſtro Ioan. Fab.teneat contrarium in l.vnica.C.de officio proconſulis & legati.dicens,argumento illius l. iudicem ſecularem remittentem clericum epiſcopo,
12 debere remittere ſuis expenſis. ¶ † Quid dicendum aut concludendum? Videtur mihi dicendum ex dictis Doctorum ſuprà relatorum, clericum remitti petentem, & ſoluendo exiſtentem expenſis ſuis, aut in defectum inſtigantis,vel epiſcopi requirentis, vel fiſci aut alterius iudicis capientis,quoniam quam primum clericus oſtendit iudici laico literas clericatus tenetur eum remittere,vt dicit Bal.in l.ſi qua per calumniã.C.de epiſcopis & clericis.& Cepo.conſ.xj. ver.de prima q.& Guido Pap.q.xxxj. & Bal.& Ludo. Bolog.in ſecundis interpretationibus.in l.j.C.vbi de cauſa ſtatus agi oportet. Aliàs,ſi iudex non traderet vel deliberaret epiſcopo requirenti in caſu quo remitti debet,teneretur poſtea ſuis expẽſis remittere, vt voluit Aufrer. in d.deciſio.cclxxiiij. Et econtra Epiſcopus requiſitus venire quæſitum clericum ſibi remiſſum,tenetur à tempore ſignificationis & ſummationis ad expẽſas per clericum in carcere poſi factas, & in itinere faciendas, & à clerico impetrabit exiſtẽte ſoluendo: & ita concluſum & iudicatum fuit contra officialem epiſcopi Sarralatenſis. & latum arreſtum die xviij.Augu.Anno 1535.Si verò clericus captus per ſuum iudicem ſeu epiſcopum,ab eodem appellauerit,tunc expenſis eiuſdem priſonerij appellãtis, ſi habeat vnde, duci debet, vt voluit Bald.in d.l. generaliter.§.his de præſentibus.& Ioan.Faber in d. l.minimè. & idem puto dicẽdum in aliis priſonerijs, vt volunt Bal.& Doct.in d.l.eos.§.ſuper his.de appellationibus.Alias epiſcopus aut iudex ſiue procurator domini loci debet conduci facere priſonerium ſuo ſuperiori,ad quem appellauit,expenſis ſuis:quas furnire teneretur,ſi alius nõ eſt inſtigans:& in fine ſubſequuta condemnatione repetere, vt volunt Bald.& Card.Alex.in d.§.ſi iudex.de pace tenenda. †Et pro 13
complemento huius quæſtionis eſt aduertendum, quod iudex ſecularis debet honeſtè remittere clericum,& non cum ignominia, ſcilicet cum mitra vel catena in collo, vel cum cornu & tubis ſonantibus: alias diceretur vim committere publicam, vt dicit textus in l.lex Iulia.& ibi Bart.& Ang.ff.ad legem Iuliam de vi publica.& de tali poteſt iniuria puniri, vt voluit Dominicus de ſancto Geminiano in capitu.ſi iudex laicus.§.fina.de ſententia excommunicationis. lib.vj.quia alicui pro delicto inferre verecũdiam, eſt pœna,capit.cum dilect.de accuſa. pudor enim in ſeruis delictis pro pœna habetur,cap.quem pœnitet. verſicu. oportet enim.de pœniten.diſtinct.prima.& idem Petr.de Belluga.in Specu. princip.titu.de propoſi.graua.§.videamus.num.ix. tamen Bal.authen.ſi verò.de bon.autho.iudic. poſſi. dicit talem clericum remittendum eſſe ligatum. Et idem Angel. in auth. de defenſoribus ciuitatum ad finẽ, volens officialem mittere debere malefactorẽ ad proprium iudicem cum catena ligatum, quod dico procedere quando pro cuſtodia heret, & non ad ignominiam remiſſi. remittens enim malefactorem tenetur remittere aſſociatum periculo ſui officij, aliàs & ſua negligentia tenetur pœna trium librarum auri, vt authentica vt nulli iudicum. §. ſi quis verò. Et idem de Puteo in tractatu Syndicatus in verbo remiſſio. quod eſt notandum.

SVMMÆ.

1 *Domini ſeruientes in ſubditos qualiter puniantur. & nu.4.*
2 *Carceri emancipare poteſt vir vxorem,pater filiũ, Abbas,&c.& nu.3.*
5 *Subditi vexati eximi debent à iuriſdictione dominorum.*
6 *Subditi poſſunt de facto reſiſtere dominis.*
7 *Feudum tenens ſi ſubditos malè tractet, poteſt à domino directo primari.*

Quæſtio CCCIIII.

Quidam nobilis habẽs in ſuo caſtro iuriſdictionem,& plures ſubditos,quos dictim pro libito voluntatis incarcerabat,& verberabat: & aliquando pedites & armigeros ad eorum domos mittebat:an veniat ſua priuandus iuriſdictione, vel alia plectendus pœna.

DECISIO CCCIIII.

VIDETVR † primò dominum ob prædictas iniurias & grauamina ſuis ſubditis illata non teneri. Sicut enim licitum eſt domino propria authoritate ſeruum ſuum capere, & plagiis mediocribus caſtigare,idem licet nobilib. de hominibus

nibus ſuis,vt voluit Bal.in auth.ad hoc.per illū tex.C. de latina li.tol. vbi Alex. in addi. adducit in arg.l.j.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iu.& l.j. C.de emen.prop. & dixi in §.j.in gl.ij.de cōſu.iur.ſtat.perſo.lib.conſu. Bar. & ſentit Bar.in l.j.ante ſi. ff.de iure perſ.& Spec. in tit.de accuſa.§.j.ver.item ſecūdum Marti. de Lan. Quoniam ipſi iuriſdictionem habent in ſubditos tenentiarios & emphyteutas,ac pariter vaſſallos ſuos,c. ipertulem.§.ſi.de prohibi.feu.alie.per Fede. quam exercere poteſt contra ipſos,cum etiam negotium& cauſa eum tangat,l.quiſquis. C.de epiſcopis & clericis Spec.in tit.feu.ver.xvj.cum ſeq.& Io.Fab.in l.j.C. ne quis in cauſa ſua ius ſibi dicat. & ſimiliter ſubditos ſibi ſubtrahēntes obedientiam,tam de iure quàm de facto,vt manu etiam armata,ac bello ei indicto,vt voluit Innoc.in c.ex parte in Chriſto. de verb. ſignific.& Bald.in c.tua.ante finem.de cohabit. cleric. &
2 mulie. †Sic enim marito licitum eſt ex cauſa vxorem caſtigare,l.ſi conſtante.§.ſi maritus.& ibi Doct.ff.ſoluto matrimonio.authent. ſed nouo iure. C.de repud. & in c.placuit.xxxij.qu.ij. eam etiam incarcerare,vt tenet Ioan.Fab.§.ſed hoc tempore. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt.& Iaſon in l.ij.verſi. ego addo. C.de iure emph.cum aliis per nos alleg. in l.iiij. gloſſ.j.de
3 conſuet.iur.ſtat.perſo. †Sic etiam patri licitum eſt filium in poteſtate conſtitutum caſtigare & incarcerare,vt per Doctō.in l.j.de emen.propin.& in l.congruentius & in l.ſi filius.C.de patr. poteſtate,& alibi per diſcurſum harum quæſt.Secus in filio emancipato,vt voluit Bald. in l. libertos. C.de obſeq.patrono præſtan.& idem permittitur creditori,l.eleganter.§. plane.ff.de pig.act.& tenet gloſſ. in l.ſed & ſi quemcunque.§.vltim.in fi.ff.ad l.Aquil. Et ſimiliter Abbati monachum. vt no.gloſ.in regula.poteſt quis.de reg. iur.lib.vj.& non ſolum in perſonam poſſunt ponere manum, ſed etiam in bonis, quoniam ipſos taleare poſſunt,vt voluit Bar.in l.j. C.de mulierib. & in quo loco munera.libro x.& maxime in quatuor caſibus, ſecundum Barto.& Alex.ibi in additio.& Maſuer.in ſua praxi,vt. e taleis & excubiis.ſcilicet pro malitia, filia maritanda,pro redemptione ſui domini, & pro voto tranſmarino,vt ibi per eum.de quo ſupra latius diximus.Nam ſubiecti habent locum materiæ, cuius natura eſt eſſe ſubiectum paſſionis. Sed certe domini habētur loco formę,cuius natura eſt actiua in ſubiacentē materiem,ſicut enim dicitur in naturalibus, materia debet eſſe obediens formæ, quia actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito, dicit Philoſophus in ij.de anima. Quia,vt inquit Bald.conſilio cccexxxix.vol.iij. Caueant ſubditi, ne fingāt caſus cōtra dominos ſuos,vbi cauſæ nō ſunt:quia ex hoc magis puniri debent quàm alij non ſubditi,tam per ictū fuſtium,quàm per alias pœnas arbitrarias, tanquam hoſtes & rebelles ſuorum dominorum,l.ſi ſeruus.C. de his qui ad eccleſias confugiunt.& argumento authentic. de quæſtore. §. ſuper hoc.eos(vt ait Baldus) poteſt corrigere tam in domo,quàm in iudicio, l.& ſi certus percuſſor.§.fi.ff.ad Sillamanum. & l.ſerui & filij.ff.de fur.& l.prima. C. de his qui ſtatuas conſig.
4 & d.l.congruentius. ¶In contrarium †videtur,& iſta eſt veritas,nō eſſe domino permiſſum ſæuire in ſuos ſubditos,nec eos incarcerare, quamuis iuriſdictionē in eos habeant omnimodam. Et hoc probatur per dict.in l.libertos.de obſe.patron.præſtan.ibi,neque vincula perpeti &c.Et ita per illum textum tenuit in terminis Amanellus in ſuo ſing.incip.caſus eſt.ideo dicit Ang.in l.ſancimus.C.de pœn.tales nobiles eſſe reprimendos,vt non ſint tantum audaces ad maleficia perpetranda in plebem, & debiles: quia ſemper ſunt hominib.ſuis infeſti, & pleni auaritia, quam de die cogitent,de nocte ſomniant,vt ait Pet. de Anth. in tract.ſuo munerū,ver.quia veri domini: quoniam plerunque ab eis gallinas, capones & anſeres exigūt, ac ſibi parare faciunt prādium vel cœnam: quod iure prohibitum eſt,vt l.cœnaticorum nomine.iuncta gl.j.C.de eroga.mili.annonæ.& ibi Bar.Luc.de Penna,& Iaco.Rebuf. Nihil enim debet exigere,nec eos grauaminibus realibus vel perſonalibus affligere. l. iubemus. & l.fin. C.ad l.Iuliam repetund.& in auth. de manda.prin.§.illud tamen.quinimo ab aliis præſeruare eos debent, vt plenè Lucas de Penna in l.j. col.viij.& ix.C.ne ruſtici advllum nego.deuocentur. lib.xj.& in l.annonas.C.de eroga.mili. anno. lib.xij. & idem Mar.Lauden.in tract.de milite.§.xlij. dicentes Docto.ſuprà alleg.hoc eſſe notandum contra ſtipendiarios pedites & armigeros noſtri temporis, qui(vt inquit Lauden.) comedunt pullam & aucam ſiue auferem lac.boni hominis.glo.in l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de officio præſid. quod auferunt porcellum quem pauper tanquam oculum tenet charū, quod eſt ſecundum Bal.& Ang.ibi,maxima capitalis iniuria auferre illud modicum quod habent: vel angariant ipſos quod facere non poſſunt, vt per Doct. in l.neminem angariatum.C.de ſacroſanct. eccl.pro quo dicit Ioan.Fab.in l.virtutum præmia.de ſtatu.& imagin. milites qui militant ex priuilegio non poſſe imponere collectas hominibus ſuis.Quod dicit facere contra illos,qui collectant ſuos homines pro feſtis ſuis & militia,& tales domini dicūtur tyranne!li,qui pellem populorū excoriant, & ſanguinē emungunt, ac vix precatiuum eis dimittunt ſpiritum, vt inquit Bald.in l.ex hoc iure. ff.de iuſtitia & iure.plangendo iſtos pauperes ruſticos, quibus domini onera imponunt extraordinaria,quoniam ruſtici olim(vt ait)nō tenebantur ſoluere Imperatori, niſi xxvj. denarios pro quolibet capite vel fumante,quia plus non indigebat imperium,vt dicit glo.in l.ager. §.j.ff.de verb. ſignif.& eandem facit exclamationē Bal.b. in repeti. c.Rayn.intitulata Iohanin.ver.xxviij.non habet locum de teſti.& dixi in §.pen.in glo.ſecunda.in fin.& in addit.de conſue.feud.lib.conſuetu.Bituri.in tract. clauium portarum ciuita.verſi.quemadmodum. †Et 5
non immeritò debent ſubditi ſic grauati eximi à iuriſdictione dominorum,vt dicit Ioan.Fab.in l.vnica. per illum text.C.de offic.comitis ſacri palatij. & in l. j.C.ſi quacunque præditus poteſt.& per tex.in l.ſi poſtulauerit.§.iubet.ff.de adulte. & in l.ij.de his qui ſui vel alie.iur.ſunt,& bonus text. in c.j. de forma fideli. probās dominum debere reddere vicem ſubdito, ac iura conſeruare, aliàs mereretur nomen domini amittere,vt dicit Bald.in d.conſi. ccccexxxix.volum.iij.Et quamuis ſecundùm Ioannem Fab. ſubditi non conquerantur,nec quæſtionem de his faciant, iudex tamen ex ſuo debet officio eis prouidere,dicta l.illicitas.§.ne potentiores. verſic. nec innocentibus,& ibi idem Bald.de offi.præſid.& Ioann.Fab.allegat Spec. in titu.de renuntiatio.§.j.verſi.priuata.& idem Ioan. Fab.in §.fina.ante finem.inſtitut. de his qui ſui vel alie.iuris ſunt.dicens quod ſi indiſtinctè grauaret eos, poſſet domino interdici adminiſtratio. & idem Bal. in c.j.verſi.emphyteut.titu.de allodiis, in vſib.feudorum.& Barto. in dicta l.j.quæſt. vlti. de iure perſon. & Guido Pap.quæſt.lxij.& Alber. in l.bene à Zenone.C.de quadri.præſcript. †Et de facto poſſunt ſub- 6
diti reſiſtere dominis,vt tenet Ioann.Fab.in l.omnes iudices.Cod.de appellat. dicens ſubditos debere reſiſtere prælatis & iudicibus, ſi vident eos errare, l. per hanc.C.de aduoc.diuerſo.iudic. accedat l.prohi-

bitum.& ibi Lucas de Pen. & l.defenſionis facultas.C. de iure fiſc.li.x. & erit magna coram Deo eleemoſyna,ſi aliqui iſtos defendant pauperes,vt dicit Bald.in d.§.ne potentiores.quia quod alium facientem prohibere ab officiis habent, id ipſi committere non habent.l.altius.ff.ſi ſeruitus vẽdicetur. Quoniam ipſi domini tenẽtur eorum ſubditos ab aliorum iniuriis tueri & defendere,& nõ ipſos deglutire, vt dicit Bal. in c.j.§.marchio.verſi.extra quæro. qui feudum dare poſſunt. Vnde ſecundum eum debent adhibere diligentiam contra latrones ſtipendiarios deprædantes ſubditos: & ſic eos in domum ipſorum non inducere. Hinc eſt quod dicit Socinus conſilio cclxxij.verſi. illa concluſio.volum.ij. †quod ſi habens caſtrum in feudo malè tractans homines dicti caſtri ſubditos ſuos, dominus ſuperior directus poteſt eum admonere,vt eos debito tractet modo, ſub pœna priuationis feudi,allegans Bald.& Aluarot.ita tenere in c.j.§. quicunque,de pace tenen.volunt allegare in §.publici latrones.& idem Iaco.de ſancto Georgio in auth. qui rem.numer.v.C.de ſacroſanct.eccle.poſt Paul.de Caſtr.& Iaſo.ibi,& idem Curt.iunior in tracta.feud. verſi.quæro igitur in primis, & in conſi. cxxxvij. numero j.ij.iij.& iiij.licet teneat dominum non priuari dominio ſuo.& Iaco.de ſancto Georg. in tract.de homag.in verb.Marchio.& Bal.de Curtili in tractat. nobili.ij.parte.nu.ccx.cum aliis per eum alle.& Guli.Benedict.in ſua repet.c.Raynutius.nu.9 1.& Guido Pap.in d.Deciſio.lxij. & Bald. in prælleg. conſil. ccccxxxix.verſi.item quando feudatarius.Et eſt ratio quòd priuetur tanquam malè ſua vtens ſubſtantia,ac dominio facit ſe indignum,vt dicit Bald.in c.j.qualiter dominus propriet.priuetur.argu. l.Imperator.ff. ad Trebel.c.fin.de accuſa. & vide ibi per Socin.in d. conſi.cclxxij.quod multum facit pro iſta parte: concludens etiam dominum non poſſe cogere ſubditos ad ſuum molendinum de nouo conſtructum. Ideo dicit Inno.in cap.cum ab eccleſiarum. quem ibi ſequitur Bald.in princip.de offi.ordi. quòd ſi princeps ſit ſubditis nimium ſeuerus, & iniurioſus, poteſt accuſari coram Papa, qui eſt ſummi Regis vicarius, q dictum etiam ſequitur Mart.Laud.in tract.de princ. §.xxix.Nam princeps,qui eſt imago diuinæ maieſtatis,non debet in ſuos ſæuire ſubditos,& finitimos,vt ait Albe.in l.decernimus.in prin.C.de ſacroſan.eccl. annectens ibi pulchra verba. Ac plures alios enarrat exceſſus,quos domini ſui faciunt ſubditis, de Put. in Syndi.in titu.de exceſ.imperat. & titu.ſeq.& inſuper in tit.de exceſ.baronum erga ſubditos.vbi in princi. concludit ſecundum Specu.titu.de feud.§.quoniam. verſi.Et nota quod vaſſalli comitum &c. quod vltra prædictos quatuor caſus non poſſunt ſubditos grauare. Aliàs petunt officio iudicis, vt ab illis releuetur oneribus. & idem Bald. in capit. fin.de prohib.feud. alien.per Federic.verſi.pone quod vaſſallus.& Iaſon. in l.placet.in lect.Papien.in verſic. & iuxta de ſacroſanct.eccle.Et vnum eſt quod illa ſubſidia in caſibus prædictis in hoc Franciæ regno ſecundum aliquos non poſſunt abſque conſenſu & permiſſione Regis, qui eſt omnium in ſuo regno ſuperior, imponi. de quo dixi in dict.quæſtion. & in tractat.de ſeditioſ.in ſexta præſuppoſ. Et ita ordinauit & ſtatuit Ludouic. xij.vt ſua apparet ordinatione cxxxix. inchoant.item *Et pource que ſouuent aduient*,&c. vbi imponit ipſis dominis baronibus & nobilibus exigend. vltra iura eiſdem debita, & ad quæ de iure non poſſunt eos compellere,pœnam dupli, & ipſis, ſubditis contrarium facientibus pœnam arbitrandam. Nec obſtat dictum Bald.in dicta authentica: ad hoc etiam quod dictum eſt de patre & marito, debet intelligi cum cauſa magna,& leuiter, non atrociter, cum lenis caſtigatio ſiue correctio ſit eis vt magiſtris tãtum permiſſa,l.item quæritur. §.item Iulianus. ff.loca. Aliàs tenentur actione iniuriarum, locati, & l.Aquiliæ, vt ibi dicitur.& in l.ſed & ſi.§.ſi.ad l.Aqui. Vna tamen intentata, altera tollitur, ſecundum gloſſ. in dicto §. item Iulianus. & pro hac Deciſ. eſt bon. & ibi Io.de Platea,Chriſtofo.Porcus.Io. Fab.& Ang.Aret.in §.j. & ij.inſti.de his qui ſui vel alien.iur. ſunt.vbi non eſt dominis permiſſum ſæuire in proprios ſeruos: aliàs coguntur eos diſtrahere, ne quis ſua re malè vtatur. Et ibi vide per Petrum de Bellapertica, verſic.argumentum.dicentem Flandrenſes conqueri poſſe apud Regem Franciæ de eorum comite non reddente eis ius & iuſtitiam,volens etiam Angelus per textum in §.ſi.verſic. cognoſcere de querelis &c.iudicem poſſe cognoſcere quando ſeruus querelatur vel conqueritur de domino ſuo: quoniam ſicut ſuperiori debent ſubditi eorum iura ſeruare, ita ipſi ſuis inferioribus etiam ſeruis:& hoc ſi vult iure vti, ſecus ſi vult abuti, vt dicit Bal.in l.dominus. §.j. de his qui ſui vel alien. iuris ſunt,ſumens ibi arg.ſequendo Guli. & Cin.ibi, quod propter nimiam crudelitatem poteſt dominis auferri iuriſdictio.Et idem Albe.in d.l.bene à Zenone.C.de quadrien. præſcriptio. & Iacob.Rebuf.in l. ciues.verſi.faciunt argu.& quæſt. C.de incol.lib.x.& dixi ſuprà quæſt.ccxl.inchoan.ad hoc quod quis gaudere poſſit.verſ.& iſto modo.fortius dicit ſan.Thomas & mirabilius in vj.ſenten.argu.pe.quòd licitum & meritorium eſt ſubditis ipſum dominum interficere.refert Felin.in capit.cum nobis.verſicul. non omitto etiam. de præſcript. dicens tamen,quod contra beatum Thomam temuit Augu. de poteſtate eccleſiaſtica.queſtione liiij.articu.ciij.quod videtur mihi iuſtus. Et ita contra ipſum fuit deciſ.in concilio Conſtantien.vt narrat Brixi.in reperto.ſuo,in verbo tyrannus.pro quo dicit Bal.in d.l.ex hoc iure.verſ.ij. quæritur de iuſtitia & iure. quod vaſſalli malè à domino tractati non poſſunt eum expellere, & ſic minus interficere,qui tamen ſuper hoc arguit ad vtranque partem.& idem in j. conſtitu. digeſtorum.& in verſ.quicquid tamen ſit, non tenetur interim eidem domino obedire.Quare debent ſubditi ſi opprimãtur,appellare vel impetrare officium iudicis,vt volũt Doct.ſupra alleg.per tex.in d.l.ſi dominus.§.j. & ibi per Ang.poſt Bal.aut petere ſecuritatem ſeu aſſecuramentum ab ipſo domino d. §. ne potentiores. & ibi per Bar.& Doct.& Pet.de Rip.in tract.de ſecuritate.& Io.Fab.Bart.& Sali.in d.l.denuntiamus.de his qui ad eccleſiam confugiunt. & ita habetur in ſtylo parlamenti parte prima.titul.de aſſecuramẽtis,quod dominus tenetur omnia facere vaſſallo,quæ tenetur vaſſallus domino ſuo. Et in hoc ſolum eſt inter eos differentia,quod vaſſallus per ſacramẽtum & dominus ſine ſacramento,vt dicunt Bal. Aluarot.& Cardi. Alex.cap.j.§.dominos.de forma fidel. & dixi in §.iij. de conſuetud. feud. in gloſſ. prima ante finem. libr. conſuetud.& Bene.in ſua repetitione capitulo. Raymutius.num.xlij.tamen de conſuetu. huius patriæ Aquitaniæ & Baſconiæ domini iurant eos bene tractare, & ab omni iniuria præſeruare, vt vidi de facto ſcripto de quo per Auſre.in d.titul.de aſſecurament. quod tamen aliquando Pariſiis fuit datum aſſecuramentum,aliquando denegatum, & aliquando dubitatum,& poſitum in conſilio,vt refert Gallus in areſtis. quæſtion. xxix. in curia tamen noſtra Burdegalen. compellitur dominus ex cauſa legitima apparente per informationes dare aſſecuramẽtum & ponere

nere eum in saluagardia curiæ. Sed negatorium nō possunt contra dominum intentare, vt dicit Bal. in d. cap. ii. de prohib. feu. alie. per Fede. quoniam vassallus est eius subditus. & de stylo Curiarum Franciæ inter dominum & subditum non cadit nouitas, vt habetur in stylo parlamenti. in prima parte. titulo de causa noui. verficulo. Item si subditus cōqueratur pro quo allegantur plura iura, inter cætera capitu. conquerente. & ibi Abba. Sicu. de restitu. spol. & Aufrer. in decis. capel. Tholo. quæst. xlix. & in dict. verficulo item si subditus conqueratur. & Masuerius in sua praxi, titulo de possessorio volumine iiij. verficu. item ille qui est subditus. sed bene dominus contra subditos denegantes sibi iura soluere, vt ibi, vers. item dominus. Et hoc verum quando inter dominum & subditum tantum: secus si inter diuersos dominos & eorum subditos prætendentes vnus contra alium iurisdictionem aliquorum subditorum, tunc Regij officiarij cognoscent de dicta causa, vt habetur in dicto stylo parte iiij. de arestis. §. xlvij. de consuetu. feu. libro consuetu.

SVMMÆ.

1 *Periurium quid.*
2 *Iurans falsum coram iudice seculari, an possit ab eo puniri. & nu. 4. & 5.*
3 *Iuramentum iudiciale pro veritate habetur, secus in extraiudiciali.*

Quæstio CCCV.

Periurus an possit per iudicem secularem aut alium coram quo in iuramento ab aduersario suo sibi iudicialiter delato deieraut puniri, saltem instante procuratore.

DECISIO CCCV.

1 EX præmitto secundū Bal. periurium esse mendacium iuramento firmatum, in l. cùm quis. quæ est vlt. C. de iureiur. & ibi per Doct. Et circa hanc quæstionem Iac. de Bellouisu in le. ij. C. de reb. credit. & de iureiu. distinguit quando periurus sit puniendus, quem ibi sequuntur Pet. de Bellapertica, Cin. Io. Fab. Guid. Pap. Barto. Alber. Ange. Bal. & Saliceto. Tamen eos
2 in persequutione membrorum illius distinctionis, ne longus videar, non prosequar, sed partem membri quæstio. nostræ solùm capiam, in qua omnes supradicti Doct. tenēt talem sic ad delationem aduersarij per deum iurantem, vel sua sacrosancta Euangelia, ac periurantem non esse puniendum, quia tale iuramētum est litis decisiuum, quod sine causa refutari non potest. & hoc per illum textum. & in l. j. cod. titu. & ibi Bald. post glos. dicit causam non retractari, nec de periurio quæri, le. si. ff. de iureiur. & singulariter Purp. in l. si quis maior. in xvij. notab. C. de transactio. allegans Bal. in l. si cum patro. vltima quæst. tenentem talem periurium non posse puniri per iudicē secularem, licet sic per ecclesiasticum. & idem in l. fi. C. de operis libert. qui ambo allegant Io. And. in nouella ci. fine. de foro compet. & Alexan. in addi. ad Bartol. in l. periurio. ff. de crimine stellio. vbi hoc mihi non dicit. Sed ibi hoc tenet Bart. & Alb. in solutione contrarij, quoniam post præstitum iuramentum litis decisorium nihil aliud quæritur, quam an sit iuratum, l. non erit. §. dato. ff. de iureiuran. & §. item si quis postulante. & ibi idem Angel. Aretinus ver. tu autem per modum doctrinæ instituti. de actio. Et tale etiam iuramentum pro veritate habetur. l. j. & ij. ff. de iureiuran. Secus videtur in aliis sacramentis & iuramentis extraiudicialibus, vt authenti. scenicas non solum. §. j. & dict. l. de periurio. & l. videamus. §. deferre. ff. de in litē iuran. & Roma. sing. cccxxij. inchoan. ego coram magnis dominis. cum seq. & ratio differentiæ seu specialitatis inter iudiciale & extra iudiciale iuramentum est secundum Alber. & Doctor. suprà alleg. quia iudiciale vt plurimum in iudicio defertur super eo quod tangit commodum iurantis: ideo verisimile est, quòd ad suum iurauit commodum, vt sit litium finis. dict. l. j. ff. de iureiuran. Secus in extraiudicialibus iuratur communiter ad commodum alterius, tum alia ratione, quia primò iurans videtur principaliter dare fidē Deo, & Deum fallere. & sic eum solum quem offendit habet vltorem, dict. l. ij. de reb. creditis, & iureiur. in secundo vero casu homini, & ei fidem frangere, dict. l. si quis maior. de transact. Tum hoc iuramentum iudiciale est vera probatio, seu vim habens plenę probationis. dicto §. dato. & §. item si quis postulante. & ibi Angel. verficu. ex quo nota. & Bal. & Pau. de Cast. in l. iij. §. & ibi Alex, & Iason ambo in decimò notabi. & Soci. in v. & vj. nota. ff. de iureiur. cum aliis in quæstion. allega. incip. confessio. & habet etiam tale iuramentum vim sentētiæ, l. sed si possessori. §. fina. cum sua gloss. ff. eod. cum aliis per Angel. Areti. in §. item si quis postul. allega. & in hanc partem inclinat Abbas Sicul. in capitulo fina. verficu. quæro vlterius an post iuramentum. de iureiuran. & Henri. Bohic. in cap. querelam eodem titul. & Guido Pap. consi. lxxxix. nu. j. verfic. circa primum dubium, dicens non posse contra talem ex officio curiæ siue priuato denuntiatore procedi, sequens distinctionem Doctor. in l. ij. factam. Et idem Chassanæus lib. consuetu. Burgund. tit. de retract. §. xxij. in addi. nona vers. sed pone num. xvij. dicens sic fuisse per curiam Parisien. iudicatum die x. Octobr. Anno 1512. ¶ † In con- 3
trarium videtur posse puniri officio iudicis instante procuratore Regio, vt voluit Iason in dict. §. itē si quis postulante. de actio. quem ibi sequitur Lud. Gome. num. xxix. loquente generaliter periurium teneri. & latius Ias. post Bal. in l. si duo patroni. §. fi. post princ. ver. ij. pondera. de iureiur. & Hiero. Cag. in dict. l. si quis maior, num. cxxvj. cum seq. dicens contra talem officio procuratoris Regis posse procedi. Pro quo allegat text. in capitulo ad nostram. in secundo, de iureiuran. & in cap. j. de offici. ordinarij. & Soci. per d. iura ita tenentium in consil. ccxix. vol. j. quæ iura parum, vt intuenti patet, stringunt. Præterea ad hanc etiam partem tenendam dicit fuisse motum, ne maleficia remaneant impunita, l. ita vulneratus. ad legem aqui. & vt malitiis hominum obuietur, l. in fundo. ff. de rei ven. ac occasio & materia tollatur delinquendi. c. ad nostrā. de consuet. & pro hac parte facit text. in dd. cum quis. C. de iureiuran. vbi causa decisa, & eius sententia executioni demandata, prætextu periurij retractatur & punitur. Sed ibi est casus specialis fauore vltimæ volūtatis. rationes autem specialitatis ponunt ibi gloss. & Doctor. & idem tenet Decis. capel. Tholo. quæ. vij. quæ tamen loqui non videtur in casu nostro, & pariter Guido Pap. decisi. clxxviij. sibi contrarius. & solet pro hac parte allegari glo. in d. l. ij. in verbo, vltorem in prima solu-

tione.de reb. creditis,tenens eũ pœna extraordinaria & nõ ordinaria esse puniendũ. Et sic per illã gl. tenet Ioã Monthol. in suo iuris diuini & vtriusq. humani promptuario.in verbo periurus.sed illa gl. mihi magis speculanti non dicit hoc ibi,sed bene in dict.l.ii duo patroni. §.fin.in prima solut. in qua tamen non resident.& idem sentit Barbat.in rubri. de iureiuran.in clemen.versi. quæ autem sit pœna. Et Ioan.de Selua in fin.sui tract.de iureiurando.& prius hanc tenuerat sententiam Iaco.Butrig.in d.l. §.de rebus creditis. & mirum quòd nullus hanc partem tenentium viderit eum. Et idem Bonifac. de Vitalinis in clement.dudum.§.cæterum.nume. xvj. de sepul. dicens quod licet dicatur periurum habere Deum vltorem,tamen crimine etiam stellionatus punietur temporaliter. d. l.fi. de crimine stellio.& sentit Ludoui.Bologñ.consi.xxviij.versi. plus dico.volens periurum posse ex officio iudicis repelli,volentem aliquid in iudicio facere. l.quos prohibet.ff de postlim.& no.in l.vbi pactum. C.de transact.allegat etiam Pet.de Anch. cons. cccxlij. inch.retento ordine dubiorum. vers. præterea in casu nostro exceptio periurij. Et pro hac parte Charondæus vbi suprà aliud arestum fuisse Parisius latum Anno 1531.in mense Octobri, declarans primum habere locum quo ad fiscum tantum,in quo ex acto in per quo iuratum est,non resultat delictũ publicum,sed tantùm priuatum,quod dicit esse in omni casu,vbi est tantum quæstio de restitutione rei petitæ,licet illius denegatio dicatur furtum,tamen ex quo iuratum est non admittitur pars nec fiscus.Sed bene in casu in quo resultaret delictum publicum,ex quo res publica læderetur, vt ibi per eum. ¶ Quid dicendum ? dico primam partem esse magis communem & veriorem , ac iuridicam per rationes & iura in ipsa adducta , vt concludit gl.in l.aduersus.per illum textũ,ibi , ne cuiusquam quæratur de iureiuran.quam ibi sequitur Soci. in primo.not.ff.de exceptio.& idem in §.æquè.instit.eodem,de exceptio.& bonus tex.in l. quod si deferẽte me.ff.de do. Aliàs videretur esse in dictis Doct. quædam repugnantia,& contra iura dicentia periurum solum Deum habere vltorem:& eum extraordinarie esse puniendum,l.vbi repugnãtia. de regu.iur. Sufficit per alterum in hoc vel alio seculo puniri,quia nõ iudicabis bis in idipsum l.fi.ff. nautæ.caup. Et longè melius est incidere in manus Dei viuentis,quam hominum. Quia mitius agitur cum Deo,quàm cum principe, aut eius ministro,l. Celsus.ff.de arb. imputandum enim est deferenti in causa iuramentum , qui in ea aduersarium fecit iudicem;& ab initio suam non probauit intentionem,postquàm testes ad illam probandam habebat ; & non post causam iuramento decisam,de periurio quæri,vt suprà allega. aliàs esset illaqueare & decipere homines quos fecit iudices, & eorum conscientiæ stare voluit.Præsumere enim debebat(vt aiunt Doctor.) ipsum iurare , prout est verisimile,ad sui commodum & vtilitatem. Ideo dicendum est eum non esse admissibilem, nec ad contra eum procuratorem regium instigandum,vt clarè probat Purpura.in d. l. si quis maior.in xvij. not.vt ibi per eum vide , & idem Iser.in capit.j. §. sacramentum.in ij.de consuet. recti feud. & Bal.in d.l.si duo patroni.§.fi.in anti.dect.de iureiur.dicens istam esse veritatem.& idem ibi Pau. de Cast.dicens eum satis in alio seculo fore puniendum.Et idem ibi Alc.& in dict.l.non erit.§.dato.Et hoc nisi in casibus à iure expressis. Et sequitur Chassa.lib. consue.Burgund.in dict.tit.de retra. nu.xvij.vsque ad nu.xx.sed postea nouiter addendo ibi conatur saluare dicta aresta,tamen videtur sub correctione idem in casu suo,de seruiente iurante, obligationẽ sicut rem alienam non fuisse sibi traditam dicendum,quia ante dilationem iuramenti produceret suos testes,sicut post informationem , vt dictum est.Et istam etiam tenet Signo. de Homed. consi. ccxlij.nisi , vt dicit, esset in ciuitate statutum, aut consuetudo talem periurum puniens, vt est in ciuitate Cumarum,vel nisi per confessionem iurantis constaret de eius periurio, quia tunc etiam annullatur sententia vel arestum,vt dicam in seq. qu. Et sic in curia omnibus cameris simul congregatis per maiorem partem dominorum conclusum extitit,& latum super hoc arestum.die xxiij. mensis Decembris. Anno 1532. contra procuratorem Regis in sede Brinæ Senescalliæ Lemouicen.promouentem,&c.

SVMMÆ.

1 *Sententiam pro se latam confitens iniquam, an careat commodo illius. nu.2. & 3.*

4 *Iuramentum iudiciale retractatur ob confessionem partis.*

Quæstio CCCVI.

Confitens arestum aut sententiam pro eo latam,quæ trãsiit in rem iudicatam male & inique fuisse prolatam,vel etiam asserens iuramentum præstitum in iudicio sibi per partem delatum male per eum fuisse iuratum : An commodo & illius effectu,tam in prophanis,quàm in beneficialibus carere debeat.

DECISIO CCCVI.

1 TQuòd ad arestum vel sententiam videtur dicendum commodo illius carere debere,quoniam licet sententia postquam transiit in rẽ iudicatam inducat præsumptionem iuris & de iure,illam ritè & latè fuisse latam. l.res iudicata.ff.de regu.iur.& in l.ingenuum. ff.de statu hominum.& cum inter vos, de re iudi. tamen contra talem iuris præsumptionem admittitur partis confessiò , per quam tollitur illa iuris præsumptio,& ipsa sententia retractatur,vt voluit Inno.in c.quia plerique quem ibi sequitur Abbas Sicul.in vj.q.versi.ver. Tertia conclusio.cum versi. seq.cum aliis per de Bellen.ibi in addi. alle. de immu. eccl. quod dictum magnificat Bal.in rub.C.de irroga. * Et Barbat.in c.Raynaldus.de testamen.& Abb.Sicu.in fraternitate. de frigi. & malefic. in ç.is qui. versi.Secundò quæritur.de spon. & cap. cum contingit.de offi.delega.& Bal.in Margarit. ad Inno. in verba.litera V, versi.Vicens sententiam. & in authen.ad hæc,vers.Item dubitatur. C. de vsur. & Anto.Corse,in singu.in versi. sententia postquam transiuit.& Felin.in cap.inter cæteras.ver. Obstant quatuor primo.de re iud. ¶† In contrarium videtur tex.singu.in l.si seruus plurium. §.j.ff. de lega.j. Et ibi Din.Bar.Bald. & Albe. volentes per illum text. victorem & obtinentem sententiam pro se non posse dicere iniustam fore & improbè latam. pro quibus allegat Alex.ibi.gl.in l.stipulatio ista.§. j.in verborum obli. & alia plura dicta doctorum. 2

¶† Quid

3 §† Quid dicendum? Alexan. in d.l.ſi ſeruus pluriũ. dicit hoc vltimum eſſe & fore intelligendum, vt ex tali confeſſione & allegatione nullum in ſui fauorem ſequatur commodum, quia ad ſui prejudicium recipitur, qui poterit per iudicem compelli ad illud quod ex ſententia conſequutus fuit reſtituendum. ſequendo Hoſtien. iuxta doctrinam Inn. in dict. c. quia plerique. Et idem tenuit Anch. in c. ij. de confeſ. li. vj. Et pro hac deciſ. videtur tex. in l. pe. & ibi Bal. C. de interdicto matrimonio. in l. cũ te tranſegiſſe. ver. Quartò facit. C. de tranſa. & Hip. de Marſil. in l. eos. nu. 23. ff. de fal. & in l. j. §. fi. verſi. Tu iſtis addere potes. ff. de quæſt. Et idem in iuramento à parte parti delato, quod licet contra illud non admittatur probatio in contrarium, l. non erit. §. dato. ff. de iureiuran. Tamen bene admittitur probatio per confeſſionem iurantis, vt voluit Paul. de Caſtro in l. qui iuraſſe. §. j. eod. titul. & Roma. & Modern. l. admonendi. co. titu. & Bellenzi. in addi. Abb. in dict. cap. quia plerique. & non ſolum in prophanis confeſſio confitenti ſententiam pro ſe latam eſſe injuſtam præiudicat, vt dictum eſt, ſed etiam inſpiritualibus & beneficialibus confeſſio præiudicat confitenti, vt ſibi ſilentium ſuper beneficio imponatur perpetuum, vt dixi ſuprà qu. lxxxix. incipiente, moto & pendente proceſſu. & in quæſtione inchoante, Antequam veniam ad tertiam quæſtionem. & tenet gloſſ. in pragmatica. tit. de pacific. poſſeſ. poſt principium. in verbo triennio. quod intellige vt dixi in dicta quæſtion. Et ita concluſum fuit omnibus cameris congregatis, & latum areſtum in fauorem Franciſci de Guillaumes, contra quendam vocatum Raphin. qui confeſſus fuerat areſtum ob cauſam falſam per eum allegatam ac probatam, fuiſſe malè obtẽtum. Sed Petr. de Fabrerio, qui ſecum obtinuerat areſtum, qui ſic confeſſus non fuerat, abſolutus fuit ſine expenſis, & certis cauſis animum plurium dominorum mouentibus. Et fuit latum die xviij. mẽſis Ianuarij, Anno 1532. † Quæ eſt ſingularis limitatio ad quæſtionem præcedentem, inchoans, Periurus an poſſit per iudicem &c. Quod licet iuramentum à parte parti delatum non poſſit, vel non valeat prætextu periurij retractari, vt ibi, fallit in hoc caſu, quando pars quæ iurauit confeſſa fuit ſe periuraſſe.

4

SVMMA.

1 *Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, an prætextu falſitatis vel noui inſtrumenti retractetur. num. 2.*

Quæſtio CCCVII.

Et in prædicto proceſſu fuit etiam pluries antea hæſitatum an areſtum vel ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam prætextu falſorum teſtium aut inſtrumentorum, vel etiam prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum: retractari poſſet abſque errorum propoſitione.

DECISIO CCCVII.

1 ET † videtur, quòd non, tam per ordinationem bonæ memoriæ Ludouici xj. regis Franciæ per quam quis ad annullandum vel retractandum areſtum non admittitur nec ad aliquid ponẽdum vel allegandum, niſi per modum propoſitionis errorum, quam etiam ius commune, l. fin. §. fina. C. de fide inſtrumentorum, vbi ſententiæ præfectorum prætorio prætextu falſitatis, ne in infinitum cauſę retractentur, & ſopita iam negotia per huiuſmodi viam iterum aperiantur, redargui non poſſunt. & iſtud pauci ex dominis tenuerunt. Quia contra illud facit textus in cap. accipimus. de fide inſtrumentorum. & in cap. cum venerabilis. de exceptionibus, & in l. cum quis. & ibi Barto. & Doctor. C. de iuram. & in l. j. ij. iij. & iiij. ſi ex falſ. inſtrumen. & teſtimo. & l. diuus. ff. de re iudi. quod argumentum & contrarietatem ſoluit gloſſ. vtrobique, quando in primo iudicio fuit diſceptatum de falſitate, licet ſuper ea non fuerit pronuntiatum, non poſſet lata ſententia prætextu dictæ falſitatis retractari: quãuis in dict. l. fin. §. fina. de fide inſtru. det aliam ſolutionem, quæ & præcedens (licet cum præcedenti doctores communiter tranſeant) etiam videntur eſſe contra illum textum, dum ibi dicit: eandem autẽ ei copiam præſtamus, donec cauſa apud iudicem ventilatur. Si enim iam pleniſſimum finẽ accepit, & neque per appellationem ſuſpenſa eſt, neque per ſolitam retractationem adhuc lis viuere ſperatur, tunc ſatis durum eſt huiuſmodi querelæ indulgeri &c. facit tex. in l. cauſæ. §. fina. cum leg. ſeq. ff. de minoribus. Nihilominus reliqua pars dominorum & maior iſtam ſecundam tenuerunt partem, ſcilicet areſtum poſſe prætextu falſitatis teſtium & inſtrumentorum retractari. quam tenuit Bal. in l. j. quarta oppoſitione. & quæſt. iij. & vj. C. de condi. indebiti. & Alexand. conſil. xxxix. numer. xx. cum duobus ſeq. volum. vj. & Barto. & Doctor. in dict. l. diuus. de re iudica. & Iaſ. conſi. xxviij. num. ij. incip. Reuerende domine vicarie. vol. j. cùm nihil tam contrarium veritati, quàm error &c. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. Et reſponder ad ſuprà dicta & alia in contrarium adducta, q̃ licet pars cui dilatio fuit ad cõtradicendum data nihil dixerit, & ſic fidẽ inſtrumenti approbauerit, hoc tamẽ intelligitur quantũ ad approbationẽ perſonæ notarij, quod amplius obiicere nõ poterit illum non fuiſſe notarium, vel non fuiſſe in matricula deſcriptum, vt voluit Salice. in d.l. fi. ver. Sed not. quod Bart. de fide inſtru. ſed non profectò quin poſſit ſemper de falſitate aut errore inſtrumenti oſtendere & allegare, per illum textũ, & per totum tit. C. ſi ex falſ. inſtr. Vnde Hoſt. ponit verſum, Si falſa charta ſententia fortè feratur, ipſa retractatur ſi falſa charta probatur. Sed ſi de falſo quoque quæſtio moueatur, Prætextu falſi ſententia non reuocatur. ergo retractatur modo. ſed an prætextu inſtrumenti de nouo reperti poſſit retractari? Et videtur q̃ non, per text. in l. ſub ſpecie. & ibi Doc. C. de re iudi. etiam vbicunque fuerit repertũ, ſecundũ gl. j. ibi, & arg. l. ſub prætextu. C. de tranſactionib. & l. Imperatores. ff. de re iudi. & ibi per Imo. & Doctor. & iſta eſt regu. pro qua facit text. in l. ſi fallo. ff. de conditione ſine cauſa. tamen ſi habuit iuſtam cauſam ignorandi dictum inſtrumentum, poterit implorare beneficium reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, ſi qua iuſta cauſa videtur. de qua in l. j. & in l. ſed & ſi per prætorem. §. hæc clauſula. ff. ex quibus cauſis maiores, vt voluit Cin. poſt Petrum & Iacob. de Rauenna in l. j. C. de condictione indebit. in tertia oppoſitione. cũ quæſtione ſequenti, per notata in l. ſi is ad quem. in fin. ff. de acqui. hære. & in l. ſeruo inuito. §. cũ prætor. ff. ad Trebel. pro hoc eſt valde text. ſing. in l. diui fratres. ff. de pœn. ibi, Et cũ nõ haberet proba-

tionum instrumenta,quæ postea reperit &c.& in l. j.ibi,nec cum pecuniarum sententiam. ff. de quæst. vbi dicitur,quòd non admittitur nisi princeps restituat condemnatum contra veritatem. & sic ex falsa causa cõdẽnatũ restituet,per Doct.in l.admonendi.de iureiurando.& Bar.in l.j. & C.de sententiis aduersus fiscum latis.li.x.& Alex.consi.lxix.vol. iij.& consi.lxxxiiij.li.j.& Pau.de Castr. consil. cccxxv.incipiente.In causa quæ Parmę.licet velit hanc habere locum in reo tantum condemnato, qui postea reperit noua instrumenta,quòd restituatur: secus in actore, quia sibi est imputandum quare mouit litem antequam instrumenta reperiret:cõtra concilium,l.qui accusare volunt.C.de edendo, & sequitur Francis.Curt.iunior in consi. xviij.feudorũ. vbi etiam intelligit prædictam regulam esse veram & specialem causa fiscali, seu reipublicæ, & in causa ecclesiæ vel pupilli, per notata in d.l.Imperatorem,& non priuato:vt voluit expressè gl.in d.l.j. de sent. aduer. fis. latis quod intellige, vt ibi per Bar.qui tenet quod possit etiam restitui propter instrumenta de nouo reperta, allegando & probando in primo iudicio non habuisse facultatem producendi talia instrumenta, licet secus in fisco,ecclesia,minore,& similibus, qui non habent hoc allegare vel probare,sed sufficit dicere instrumenta fuisse de nouo reperta.& idem Pau.de Cast. in præal.consil.cccxxv. Tamen pro actore ita fuit iudicatum per arestum curiæ inter quendam medicum de Bergeraco restitutionem petentem cõtra religiosas sanctæ Claræ Burdegalæ. Latum * Anno 1520.Et postea per plura aresta dictum fuit. Tamen intellige talem restitutum admitti, si solum vratur illis solis probatis instrumentis de nouo repertis,quia alias simul cum instrumentis nouiter repertis non admitteretur,vt est tex.clarus in dict. l. admonendi. ibi, quibus nunc solus vsurus sit:quem ibi Bar.facit singula & omnes Doctor. & Curt. in dict. consil. xviij. versic. iij.principali moueor fundamento.

SVMMÆ.

1 *Beneficium sibi de proximo conferendum, an possit quis resignare.*

2 *Procuratorem nemo constituere potest ad permutandum beneficium, quod nondum est suum.*

3 *Innestitura quando habet vim collationis.*

Quæstio CCCVIII.

Vtrum quis posset resignare beneficium nondum sibi collatum,licet de proximo esset sibi conferendum.

DECISIO CCCVIII.

1 ET †videtur quod non,quia collatio beneficij nõ vacã. facta, nõ valet.tex.inca.j.in verbo,vacabat. & gl.in vers. esset. Et in ver.ex parte. in ver.vacet.& in verbo,si vacaret.Et ibi Philippus Fran. in iiij. not. de concess. præbendę.li.vj. & text. in c. proposuit.versic.licet autem intentionis nostræ, eod. in antiq.& ibi Abb. Sicu.in ij.not.qui ad idem allegat textum, in capit. 100. & in capit. executor. eod. lib. vj. & bonus est textus in cap.vlti.§.sanè & ibi Dominic. Petrus de Anch.& Philip.Franc.eod. titu.lib.vj. volentes ibi per textum duo. Primum scilicet quod literæ beneficiales,& quicunque alij actus præcedentes collationem non tribuunt ius in re,dato quod interuenerit reseruatio,& decreti interpositio Et etiam dato quod intercessisset petitio impetrantis, vt ca. fin.de concessio.præbendæ.Et idem Federic. consil.ccxc.versic. Debetis scire, quod quidem consilium fuit repetitio cap.dilectus.in secundo de prębend. quod ante doctoratum repetierat, & talis habens literas potest illis renuntiare, etiam in manibus laici,vt tenet Rota.decis.ccxc.alias decis.viij. incipien.no.quòd licet habentis beneficium.tit.de renun.in antiq.& Dominicus consi.ccxxvij.cum aliis per eum allegatis, quamuis collatio beneficij possit fieri sub ista conditione, si vacat,ex quo cõditio est de præsenti, dummodo beneficium tunc vacet,licet exequutor, vel ipse conferens aut prouidens hoc ignoret,vt voluit Ioannes Andræas in cap.si tibi absenti. de præbend. lib. vj.& Philipp. Fran.in capit.ij. ver. Quod tamen limita. de elect. lib vj.cum aliis per eum allegat. quod secus est in electione per illum textum. de quo ibi per Archidiaco.Dominic.& Philip.Fran.in ij.not.Secundò, quod per collationem tribuitur ius in re, si tunc beneficium vacabat,secus si non vacabat,d.capitu. j.de concess.præbend.Et si vacabat,quod fuerit per eum cui facta fuit collatio acceptatum, ac per eius procuratorem,alias non tribuitur ius in re, sed ad rem,per illum textum in dicto ca.si tibi absenti.Et idem Federic.vbi suprà. pro quo dicit gloss. in §. sed etiam sic.in verbo, interrogetur.authentic.quomodo oporteat episcopos. quod renuntians iuri suo debet illud scire. † Quoniam quis constituere non potest procuratorem ad permutãdum certũ beneficium,quod non erat tunc suum,vt tenet Rota.decis.ccxlij.alias decis. xvij. de procu.in antiq. pro qua tex.in c.cũ venerabilis.ibi,nec cũ alio, quàm cùm domino,vel cum eo,qui habebatur loco domini, &c. de excep.licet Rota velit sentire contrarium, decis. ccccxxix. alias decis.xxvj.de procurat.in antiq.incipiente, Vtrum possit quis. Tamen in fin. videtur idem tenere, quod videtur verius,vt dixi suprà quæst.ccv. incip. Tractatus de permutandis medio iuramento. cum aliis ibi allegatis.etiam si simpliciter renuntiet certum beneficium sibi conferendum, vt fuit in casu magistri Francisci de Borresole,contra dominum Antonũ Verdier:quia defunctus dominus Petrus de Benqueto cameræ inquæstarum supremæ parlamenti curiæ Tholosæ præsidens, passauit procuratorium ad resignandũ beneficiũ seu prioratum de Fageto, die xvj.Septemb.Ann.1499. Cuius prioratus dicebat se priorem,in fauorem domini Ioannis de Michael.Docto.qui post fuit eidem de Benqueto per summum pontificem mandatum officiali Tholosano commendari,& in commendam dari & concedi die nona Nouemb. eodem anno post procuratorium duobus vel circa mensibus.& in vim dicti procuratorij fuit prædicto de Michaele in mense sequenti decima Decembris collatum prædictũ beneficium, & eius adepta & accepta possessio longè ante commendam eidem de Benqueto factam,quæ facta extitit xviij.Martij,eodem anno,& possessio octaua Aprilis inde sequẽtis. & sic tribus mensibus antè quam ius in re, nec ad rem: quoniam certum est Papam mandantem alicui conferre aut commendare beneficium, & eum postea in possessionem mitti, & antequam sibi cõferatur, aut in commẽdam verbaliter detur, nullum videtur conferre ius:vt tenet Doct.per iura suprà alleg.

& Com-

& Compoſt.Hoſti.Io.Andr.&Abb.Sicu. in c.trãſmiſſam.de electi. † Tamen in hoc conueniunt, ꝙ
3 quando inueſtitura eſſet de beneficio (nulla etiam electione,confirmatione vel collatione pręcedente)facta,tunc talis inueſtitura habet vim collationis,dummodo inueſtiens vtranque habeat poteſtatem,eligendi,confirmandi, vel conferendi,aut commendandi,& inueſtiendi.Et idem Abba.Sicu. in c.ex literis de conſue.& Rota. deciſ. ccccl.j.aliàs deci.xvj.de conceſ.præbend. in nouis,& idem vult in executore vtranque habente poteſtatem prouidendi & inducendi in poſſeſſionem. licet Archi.in c.eum qui.de pręben.li.vj.velit contrarium & Old. conſi.cxliij.in iij.dubio. Sed quando talis inueſtitura ſit poſt confirmationem, tunc cum ſit facti nullum tribuit ius,ſed primum ius exequens.

SVMMÆ.

1 *Reditus an in futurum debeatur, ſi res hypothecata ſit propter arreragia in ſolutum data. & numer.5.*

2 *Hypotheca ſpecialis electione non tollitur generalis.*

3 *Perſonaliter an nihilominus agere poſſit qui pignus accepit.*

4 *Pignus ſi non valeat debitum, non liberatur debitor.*

Quæſtio CCCIX.

Quid ſuper fundo ſuo certum conſtituit reditum, & generaliter ſuper omnibus bonis ſuis: qui in illius ſolutione ceſſauit:ob cuius defectum creditor cui reditus debebantur, fundum nominatim & ſpecialiter affectum ſubhaſtari & cridari incantum publico fecit, necnon certa alia debitoris immobilia,quę ſibi per decretum fuere adiudicata:poſt quorum bonorum adiudicationem & fruitionem, petit in vim generalis hypothecæ reditum ſolui & continuari,ac ob aliorum annorum ceſſationem ſolutionis exequi. Quæritur an poſſit.

DECISIO CCCIX.

1 EST † videtur primò, quòd ſic,per text. in §. ſi vero in perpetuam quiſpiam emphyteuſim,in authentic. de non alienand. aut permut. reb.eccle.collatio.ij. ex qua extracta eſt authen. qui res iam dictas. C. de ſacroſan. eccle.canonizata.in §. quia verò res iam dictas.x. q.ij.vbi text.dicit emphyteutam (re emphyteuticaria etiam ad dominum reuerſa) teneri ad ſolutionem canonis ſeu penſionis pro tempore futuro.
2 † Tum quia per electionem ſpecialis hypothecarię non tollitur generalis,ſi ex ſpeciali nõ ſit ſibi plenè ſatisfactum,l.quamuis.& ibi Ludouic.Bolog.in primis interpreta.poſt Docto.C.de pign.nec pariter per hypothecariam intentatam tollitur perſonalis,l.aduerſus.C.de action.& obliga. & l. hypo-
3 thecis.C.de diſtrac.pigno.† pro quo dicit Ange.in d.l.aduerſus.illam facere pro illo,qui accipit tantũ in bonis debitoris,& ſic incumbens pignori prædiorum,quòd nihilominus poſſit intentare perſonalem,& petere debitorem in carcerem detrudi, ſecundum formam ſtatuti. † Tum ſi pignus nõ va-
4 let debitum,non liberatur debitor illud creditori cedens.l.j.C.de pign.licet Veneti contrariũ ſeruẽt, ſecundum gl.ibi,& in l.ſi pro mutua. C. ſi certum petatur.& in l.creditor.ff.eo.titu. Et hodie omnes ſunt Veneti,nõ capiẽtes pignora minus debito valentia. ¶ † In contrarium videtur debitorẽ teneri ſolùm pro præterito tempore vſque ad ſententiã 5
priuationis rei debentis reditum, & reuerſæ ſeu conſolidatæ ob ceſſationem ſolutionis reditus, & non vltra,vt §.ſcire autẽ emphyteutas.ibi,ver.Inſuper & debitos omnes reditus ſine dilatione exigi. eo.titu.de non alie.aut permut.reb.eccle. vbi gl. in ver.omnes reditus. exponit debitorem teneri ratione præteriti temporis tantum. allegat ſingulariẽ tex.in §.ſi vero quis loquatur.ibi, & quæ debentur ſolo præcedente tempore.& idem gl.ibi, in verbo præcedente.& etiam tex.in. §.ſi verò præter hæc. in authent.de alienatio. & emphyteuſi: & Hippolytus in aliis diuerſis contractibus. Ex quibus iuribus eſt extracta authenti.qui res. C. de ſacroſanct. eccleſi.vbi idem tenet gl.in eo.ver. temporis ſcilicet præteriti,& non futuri, quam ibi ſequitur Alber.in fin.& Pau.de Caſt.verſi.in tex.ibi,totius tẽporis.& Purpu. quæ quidem auth. qui res, eſt canonizata.decima quęſt.ij.§. qui rem. vbi idem dicit gl.niſi in fauorem eccleſiæ. Sed archi. tenet ibi, quod generaliter non teneatur pro futuro tempore,ſed tantum pro præterito,ſecundum Hug.Laur. & Brixien.Azo.in ſumma.C.de ſacroſanct.eccle.§. vltimo.verſ. Vbi autem à principio .Et eundem Archid.ſequuntur ibi Dominicus in fin.& Cardin. Alex.& idem Io.Andr.in capit.potuit.verſicu. ibi, penſionem temporis.de loca.& conduct. quia res & poſſeſſio naturalis ad dominum reuerſa fuit.Pro quo facit tex.in cap.propter ſterilitatem. §.verum. ibi,remiſſa ſibi pro reſiduo temporis penſione eo. titu.vbi inquilino in quatuor caſibus non ſoluenti penſionem,ſi ob hoc expellatur, pro futuro tempore remittenda eſt penſio. Et idem in colono, l. colonus.ff.locati.Et ſic videtur dominũ poſſe primò expellere emphyteutam vel tenentiarium à re debitum debente.Et poſtea penſionem aut debitum præteriti temporis exigere. Et ita per dicta iura tenet ſimpliciter Iacob.de Butrig. in l. ij. C.de iure emphy.prout referunt ibi Cin.& Albe.Et etiã Iacobus de Arenis, quem ibi ſequuntur Cin. & Bart.verſic.Quæro quid ſi elapſo termino,& idem econtra,ſi primò receperit pẽtionem, quòd poſtea poſſit eum expellere,per dictam l.colonus in princip.Et idem Bart.in l.commiſſoriæ. C. de pact. inter empt.& vendit.& Salicet.in dict. lege ſecunda & Anchara.& Anton. de Butrio in dicto capitulo potuit.& ibi Abba. Sicu.verſicul.in eadem gloſſa. Sed contrarium tenet gloſſ. magna ibi, item ſi triennio elapſo,quãuis ſibi contraria, quod debet eſſe contentus, aut deiectione vel penſionis ſolutione:quia actio ſemel extincta reſuſcitari non poteſt.l.Mæuius. §. duorum, aliàs duobus. & ibi expreſsè Din.Barto.Bal.& Alberi.ff.de leg.ij.& eam ſequitur Ang.in d.l.ij.verſic.In eadem gloſſ.dicens eam videri ſatis æquam,& eſſe de rigore iuris veriorem,quia emphyteuta per ceſſationem ſolutionis non cadit tunc à iure ſuo,niſi cũ dominus vult, vt ibi probat per illum textum in verbo, volenti. & in verbo,ſi modo voluerit. & per text. in l.poſt diem.ff.de l.commiſſoria. & idem tenet gloſſ.in l. ij.ff.ſi ager vectig. vel emphyt. peta. Et Alexand. conſil.xcj.verſi.Præterea non eſt verum.& conſil. cv.li.iij.& conſi.cxiij.libro iiij.& idem Guid. Pap. in qu.clxxj.incip.Reperio in quodam conſi. dicens ſecundum hanc partem fuiſſe determinatum, quãuis apoſtillator velit ibi contrarium,ſequendo Bar. Sed primum tenuit gl.pe nul.in d.c.potuit.ibi,item ſi emphyteuta. quam ibi ſequitur Imol. & Specul.

Digitized by Google

eod.titul.in §.nunc aliqua.ver.xxiij.cum sequen.& ibi Ioan.And.in add.ii.sequendo Rofred.in d.l.ij.& Martin.de Lauden.in sua quæstion.viij.& pariter Iason in d.l.ij.versi.inquantum Bar.vt ibi latius per eum.Nec obstat dicta lex colonus, secundum Alber.& Imo quia loquitur in simplici colono, vt per expulsionem non perdat melioriationes, vt ibi: secus fieret emphyteuta,d.l.ij. & iuribus suprà allegat.Praeterea vt ait Alber.ibi,emphyteuta perdit vtile dominium,quod in re emphyteuticaria habet: item,vt inquit Imol.& possessionem etiam naturalem.Sed in casu nostro forte perdidit directum & vtile dominium,cum possessione, quia res erat allodialis & franca.Nec pariter secundum eos, & Imo obstat dictum §.scire.& authentic.qui res.& §.si verò quis locator. quia speciale est in ecclesia,quæ vtrumque petere potest, & rationem specialitatis vide per Imol.ibi suprà. Vnde concludit Ias.contra Bart.quod quando dominus incœpit ab expulsione,quòd non possit petere pensionem praeteriti temporis, nisi dominus tempore expulsionis fuerit expresse protestatus, quia talis protestatio non tacitam reformat ius expellendi, l.si debitor.c.quibus modis pigno. vel hypo. soluitur. Sed etiam reformat pensionem census vel reditus praeteriti. Quamuis Castro Papa in quæstion. c.xxj.sequen. Petr.Pap patruum suum,in quodam suo consil. velit contrarium, talem scilicet protestationem in dictis casibus nihil posse domino prodesse,vt ibi probat.Tamen præcedens opin. est verior,& communior,quam tenet Abb.Sicul.in d. cap.potuit.versi. In eadem gloss. ibi. Sed quòd ad principalem quæstio. vnde siue dominus incipiat ab expulsione,& post velit pensionem,siue à receptione solutionis pensionis, & postea ad priuationem procedat,valet, si cum protestatione primò fiat,per l.si debitor.§.j.Et idem dicit Bartol.esse,si dominus pro tempore recipiat futuro reditum cum protestatione,quòd possit eum postea expellere.Sed in hoc casu contra Bartol. tenet Cin. & Salic.ibi,& Cardina.de Zabarel.Antonius de Batr. & Imol.in dict.capitul. potuit.Dicentes hanc protestationem eo in casu nuare. 6 Quære dominus recipiendo pro tempore futuro tempore in iure expellendi sibi præiudicat, siue protestetur siue non: quia hæc protestatio videtur contraria facto. Et per consequens(vt dicunt) non deberet prodesse, per not.in capitul. cùm M Ferrariensis. de consti. Et ide n Iason in d.l.ij.ver.Item inquantum Barto. in tertio membro.& Alexand.consil.xiiij.versicul. Confirmantur,& addo quod not per gl.vol.ij.vbi allegat gloss.fina.& Bald.in capitul.j.versicul.mensem.quo tempore miles maesti. vbi dicitur, quòd si post annum & mensem intra quem vasallus non perit inuestituram, dominus scienter recipiat præstationem seruitij à vasallo debiti, videtur sibi ingratitudinem remisisse. & idem Signorol. de Homed. consilio liij. Et hæc opinio contra Bartolum seruatur de stylo curiæ nostræ, quoniam post adiudicationem rei domino ob cessationem solutionis reditus factam, non potest fructus præteritos petere, cum eidem res pro ipsis adiudicata fuerit.Et minus pro futuro tempore, cùm rem super quæ reditum habebat,possideat.Per quod est dare responsum ad dictam authen. qui res iam dictas.& § si verò in perpetuam. vnde sumitur, quia loquitur quando contractus ab initio non fuit iure celebratus: secundum gl. ibi,& in dict.§.scire. quam sequuntur ibi Docto.insuper Ludouicus in d.§.si verò.in primis interpre.qui allegat Franc.de Aret.sic tenere in l.si rem.c.e acquir.possessio.Nec pariter obstant l.aduersus. & l.hypothecis.quæ loquuntur in pignore,vel in re immobili specialiter sine constitutione reditus hypothecata: qua electa remanet personalis vel generalis obligatio pro residuo sui debiti,si tamen sufficiens res ad debitum soluendum non fuerit,vt ibi,& dict.l.quamuis de pignoribus,& l.quæ specialiter. C.de distractio.pignor. vel propter alios etiam creditores. Vnde prius debet discuti,si ex speciali satisfactum fuerit, vt ibi dicitur. Sed vbi res esset ad reditum & pensionem quotannis soluendam specialiter obligata, & pariter ob defectum solutionis reditus, vel domino vel creditori adiudicata, non potest in vim specialis pro aliis futuris terminis petere reditum, cum amplius reus rem super qua peti potest, non possideat,sed ipse. Nec pariter videtur in vim generalis obligationis,qua etiam egit & expertus est, & quas ab initio simul cumulauit, quod facere potuit, quemadmodum personalis & hypothecaria cumulari simul possunt, vt §.sed neque in auth.de fideiuss.cū aliis iuris allegat.q. cccxxxiiij. incip. Quātò verò ad quartā quæstionē an in actione personali.Et idem Roma. consil.cccxl.ver.secūdò dubitatur.Et sic nullam habet actionem aut hypothecā, cum extincta obligatione principali seu speciali censentur extincta obligatio hypothecæ generalis, l.si paternam.& ibi Ludoui.Bologn.in secundis interpretat.C.ad Velleia.& in l.cum principalis & ibi Decius. ff. de regul. iur. quia obligatio in eum casum peruenit, a quo incipere non potest. l.penultim.§.fina.ff.de verbo.obligation. exulatis bonis exulatæ sunt obligationes,argumen.l. princeps bona.cum aliis per gl.allegat.Sicut enim rei mutatione extinguitur vsusfructus,l. repeti.§.rei mutatione.ff.quib.mod.vsusfructus admittatur. sic etiā reditus & pensio sumitur. l.j. versicu.ita vt interdum.& ibi per omnes,insuper Iasonem. C. de iur. emphyte.& quod not.Bal. consil.cccxxviij. incipiē. sequitur quòd anno domini an fin. verticul. venio ad vltimum.vol.iij.& pro hac parte & Decius quæstion.nostræ videntur tener.in l. eleganter. ff.de pigno. action. vbi ius potest & censetur esse extinctum,& à contractu prioce recessum, re obligata creditori pro debito data, quæ in re propria non consistit l.neque pignus.de regul. iur.& l.si rem alienam.ff de pign.action.quòd intelligi gl. in dict. l.eleganter.in verbo,finita.ex quo est factus dominus incommutabilis,finitam esse obligationem.Et ibi cum sequitur Bart.in j.& ij.contrario.& Pariter Bal.Alb.& Paul. de Castr. & idem Bart.in l.debitor.& ibi Alex.& Moder. ff. ad Trebel. & Bart. & Socin.in l.ex sextante.§.Latinis. ff. de excep.rei iudic.Et Bald.in l.in rebus.C. de iur. dot. & Decius in dict.l.neque pignus. & Signo. de Homed.consi.xc.& Cornel.consil.ccxxij. vol. iiij.quāuis in casu præsenti datus fuerit terminus more curiæ debitori ad rem hypothecatam recuperandam. Et sic creditor non fuerat factus incommutabilis dominus. Tamen in tali dubio interim non poterat creditor, re apud eum remanente,agere etiam in vim generalis obligationis. Sed si debitor recuperauerit intra dilationem & terminum datū, tūc reuiuiscit vtilis hypothecaria, & non profectò prima extincta,d.l.eleganter. & aliis iurib. suprà alle. Aliàs sequeretur creditorem omnia sui debitoris bona immobilia præsentis,& quę in futurū acquirere posset pro solutione reditꝰ,prętextu generalis obli-

obligationis,in pauco tempore in deſtructionē illius & familiæ habere & conſequi. quod iure fieri non debet,argu.l.magis puto.§.item prætor.ibi,ne plus accipiatur ſub obligatione prædiorū. Et ibi ne propter æs modicū alienū poſſeſſio magna diſtrahatur.ff.de rebus eorū, qui ſub tutela. quia non eſt veriſimile debitorem ab initio ſic intellexiſſe, nec ſe obligaſſe,l.obligatione generali.ff.de pign.Præterea aliud & maius ſequeretur inconueniens, ꝙ prius diſcuſſis immobilibus hypothecæ affectis vel non & per creditorem habitis & poſſeſſis, fieret executio hypothecæ pro futuris terminis ſuper rebus mobilibus:quod iure videtur comprobari, aut ratione.Imò in cōtrarium.quia hypothecaria aduocat poſſeſſionem immobilem tantum,l.ſi cum venditor.in prin.& ibi Bart.Bald. Alb.& Ludo. Bolo. in ſecundis interpret.ff. de euictio. quæ non cadit in immobilib. & reb.mobilibus.l.fi.ff.quorū lega. Vnde ſuper hoc videretur neceſſaria principis declaratio aut ordinatio,quia non obſtantibus prædictis contrarium fuit concluſum per maiorem partem dominorum in cauſa illorum de la Roche ſcatrum patriæ Xantonien. Et latum areſtum,die vij. Iulij,Anno 1531.

SVMMÆ.

1 *Rei ex eodem delicto in plurés ſi condemnentur ſummas,an diuites ſoluant pro aliis non ſoluendo exiſtentibus.& num.3. & 6.*

2 *Officiales circa idem delinquentes tenentur inſolidum.*

4 *Condemnati in dubio cenſentur pro virili. & nume. 5.7.& 8.*

9 *Accuſatione contra plures inſtituta,poteſt ſententia contra vnum ferri,& contra alios ſuſpendi.*

Quæſtio CCCX.

Si plures rei ex vno delicto in diuerſas fuerint condemnati ſummas ſeu pecuniarum emendas, An pro non ſoluendo exiſtente: alij diuites ſoluere teneantur, & ſi ſuas ſoluerint portiones.

DECISIO CCCX.

1 ET† videtur, quòd teneantur pro aliis, per l.ſi multi publicani.ibi,& quod ab alio præſtari non poteſt, ab altero exigetur.ff.de publica.† quem ibi faciunt ſingu. Bartol. Angel.& Imol. contra officiales ſimul circa idem delinquentes, quòd quilibet teneatur inſolidum. Et licet condemnatio pro parte fiat, tamē quod ab vno exigi non poteſt,ab aliis exigitur. Dicens ibi Ange.quem ibi ſequitur Paul. de Caſtr. quòd ſi familia poteſtatis communicato conſilio vnum torqueat iniuſtè,& pro tortura ſit pœna pecuniaria, quilibet tenetur ad pœnam inſolidū. Sed exactio fiet pro parte.Et ſi contingit vnum non eſſe ſoluendo,alij tenebuntur.Ad idem tex.in l.offertur.§.fina.in fin.ibi,ſanè pro non idoneis, qui ſunt idonei conueniuntur.ff.de iure fiſci. & l. tres tutores.ff.de admin.tuto.& in l.ex perſona. C. de proba.& Doc.in l.ij.C.ſi plures vna ſententia fuerint condemnati. & Fulg.conſi. clxxviij. incip. Titius dum ageret.& Franciſ.de Aret.conſil.lxvj. ver. his breuiter.& Bar.in l. ſi in rixa. verſi. quandoque. & Hippol.ibi.numer.viij.ff.ad leg.Cornel. de ſicar.& Bar.in l.ſacrilegij capit.§.j.ad leg.Iul.pecul.&Paul. de Caſtr.conſi.ccxxvj.exordien. Viſis ſupraſcriptis punctis & dubiis.in princ.vol.j.& Soci.conſi.lxx. verſ. circa tertiā dubitationē vol.ij. ¶† In contrariū videtur, ꝙ idonei non teneantur pro aliis non idoneis:quia pœna debet ſequi ſuos authores:Ezechiel xviij.c.& l.ſancimus. C.de pœn. & in regula, non debet quis alterius odio prægrauari, de reg. iur.li.vj.& l.ſi quis ſuo.§.legis autem. C. de inoffi. teſt.&Fel.poſt Inno.in c.grauamē de ſentē.excō.& Hippo.in repet.l.vnicę.C.de rapt.virgi.num.lxxxiij. vbi vide,an valeat ſtatutū pœnam corporalem vni pro alio imponens. Et certum eſt,quod non. Accedat.tex.in c. fi.de iniur.& dā.dat.& quod not. Bar.in tracta.ſuo reprætaliarum. & Bald.in auth.& omnino.C.ne vxor.pro mar.&Bart.in l.ne quid.ff. de incend.rui.& naufra.vbi dicit ciuitatem aut villam teneri de damno aut maleficio clandeſtino, & non quemlibet de villa,ſequendo Din.ibi,pro quo videtur text. in l.ſicut.in princi. & ibi Bar. ff. quod cuiuſque vniuer.nomine.& idem Matth.de Afflic. in conſtit. Neapol.de malefi. clan.nu.xxxj.licet enim ab initio quilibet teneatur inſolidum,ac ſi petitum fuerit, quemlibet inſolidum,cōdemnari:† ſi tamen per ſententiam ſimpliciter extiterint condēnati,quilibet pro parte cēſetur condēnatus, nec ex perſona rei non exiſtentis ſoluēdo alter correus tenebitur,text.cum glo.in l. Paulus reſpondit eos. ff.de re iudic.Quod intelligunt etiam in priuatis delictis,vt alter pro altero non teneatur,vt ibi,& l. g. legatorum.in prin.ff.de lega.ij.dixi ſuprà.in quæſt. cxxviij.incip. Tertiò ad aliā quęſtio.veniendo,quia in prima dictū eſt. Vnde ſi nos loquamur in condēnatis ratione delicti priuati aut publici, quilibet tenetur inſolidū,l.vulgaris.§.fi.ff.de furt.Et vno etiam ſoluente,cæteri non liberantur,l.j.C. de condict. furt.l.ſi plures. ff. arbor. furt. cæſa.l.ſi quis id quod.cum l.ſequen.ff.de iuriſd.omn.iudi.l.itē Mela.§.ſed ſi ſeruum plures.ff.ad legē Aquil.& Bar. in d.l.ſi in rixa.verſi.quandoque.Hoc intelligitur verum,quando æqualiter delinquunt: ſecus ſi inæqualiter:tunc ſecundùm Doct.alle.quilibet punitur ſecundùm qualitatem delicti ſui. Et idem Feli.in ca. ſicut dignum.ver.extra glo.de homicid.Si ergo cæteri vno ſoluente non liberantur, ſoluens erit tantùm liberatus, & cęteri pro eorū parte tenebūtur, arg.à contrario ſenſu,quod eſt in iure validum. l.j. §.huius rei.ff.de offi.eius cui mādata eſt iuriſdictio. & ibi Ale.Iaſon.& Purpur. Et eſt argu.à ſufficienti partium enumeratione,& Iaſo. in l. patre furioſo. primo not.ff.de his qui ſuivel alieni iuris ſunt,cum aliis per Syluam nuptialem alle. verſi. à ſufficienti. Tum quia de delicto non debet circa eundem ſæpius quæri,& punitio fieri.l.ita aliàs idem. §. fin.& l.licet.§. poſſimus.ff. nautæ caup. Pro quo videtur tex.in l.j.C.ſi plures vna ſententia fuerint cōdemnati.† Et hoc niſi in ſententia dictum fuiſſet quemlibet ipſorum inſolidum teneri.& quod ab vno exigi non poſſet,ab alio ſuppleatur.vt dicit tex. in d.l. Paulus.in ſecunda.& ibi Doct.ff.de re iudi.& Bald. conſil.cccl viij.exor.Proponitur quidam locus.ver. ſecundo quæritur.vol.j.&Corn.conſil.lxx.volumi. j.& quod not.Alex.conſil.cxvj.volu.iiij.&Specu.ti. de ſenten.§.ſpecies.quæſt.penúl. & fina. dicens, ꝙ ſi iudex condemnauit ex eodem delicto tres in centum,quòd vnuſquiſque cenſetur pro virili portione condemnatus,d.l.j.ſi plures vna ſententia: niſi adiiciatur, quòd quilibet inſolidum teneatur, vt ibi.Sed in caſu noſtro omnes fuerunt condemnati inſolidum,igitur &c. Tamen Bald.in d.l.j. verſi. Item intellige hanc leg.ſi plures vná ſententia.tenet contra Spec.& ibi vide. Et pro opi. Spe. videtur

tex. cum gl. vltim. in auth. causa quę fit cum monacho. C. de episco. & cleri. vbi iudex secularis cognoscens de causa monachi punitur in decem lib. auri, cum officio suo, id est, officialibus suæ curiæ. vbi glos. dicit in verbo, cum officio, id est, iudex in quinque, & officiales in alijs quinque, arg. l. stipulatio ista. §. cum & l. cum qui ita. ff. de ver. obli. Et illam glo faciunt ibi singul. Iacob. But. Pet. Cin. Sali. iij. notab. Alb. Bal. & Paul. & idem Bal. in l. quoniam iudices. C. de appellatio. quia illi plures censentur vnum corpus secundùm ipsos, & tenet Bertra. consilio clvij nu. vij. vol. j. Et hoc facit dictio cum, quę diuidit in partes sicut copula, & l. illi cum illo. ff. de vsufr. leg. Et illam partem videtur tenere Bar. in l. cancellauerat. in j. not. ff. de his quæ in testamen. delen. volens per illam text. quando plures sunt condemnati vna sententia, & vnus partem soluit suã, illius tantum nomẽ esse cancellandum. Et idẽ asserens in se. ũdo no. etiam si tota condẽnatio fuisset cancellata, quod restringatur ad causã cancellationis soluentium, & non ad causam non soluentium. Et cum sequitur Ange. Are. in suo maleficio. tract. in verbo, landis & soluendis generali camerario. versi. & vt vides plures. Et Cæpol. consi. vij. ver sic. sed dictæ literæ ducales. Item ille non est de casibus, in quibus vnus pro alio teneatur, vt in crimine læsæ maiestatis. leg. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis. & in crimine hæresis, capi. vergentis, de hæretic. & ibi per Abbat. & Felin. in capitu. cum secundùm leges, eod. titu. lib. vj. Et in crimine Sodomiæ. & in authenti. vt non luxurientur contra naturam & Hippolyt. in l. si quis patris. nu. v. ff. ad legem Corneliam. de sicar. & per gl. & Doctor. in d. regula, nõ debet quis alterius odio pregrauari. Nam detestabile est pœnam addere pœnis iam impositis & solutis, vt in simili dicit Hippo. consi. xvj. nu. 48.

6 lib. j ¶ † Quid dicendam? Bald. in d. l. j. si plures vna sententia. illam legem intelligit habere locum in ciuili, quando actum est contra aliquos participes eiusdem obligationis vel damni, vt infrà dicam. Secus si contra obligatos ex maleficio. Nam tunc quilibet videtur insolidum ad meram pœnã condemnatus, dicta l. j. de condiction. furtiua & l. ita vulneratus. §. fi. & l. item Mela. §. sed si seruum plures. ibi,

7 Florianus. ad legem Aquiliam. † Et pro clariori intelligentia circa hoc distinguit Bald. in d. l. j. versic. Quæro quid si plures &c. Aut plures vt in singulari, non vt in vniuerso delinquũt, & videntur insolidũ à lege condemnati, ideo quia est mera rei executio, vnde non soluente cæteri liberantur: si verò est mera pœna descendens ex maleficio, vno punito alij non liberantur. Secus si est ex quasi maleficio, quia tunc alij liberantur, dict. l. si quis id quod. in fine. cum l. adeo. de iurisdictione omnium iudicum. & l. perceptione. ff. de his qui deiec. vel effu. & Bar. in leg. ex maleficiis. §. penult. ff. de actio. & oblig. & pro hac decis. tex. in l. si per alium. §. hoc iudicium. ff. ne quis in ius voc. vi eximat. Et idem dicit Sali. in d. l. j. si plures vna sententia. in iij. quæstio. Sed ne erres, vt errauerunt impressores, illam legit cum l. vlti. C. de vsur. rei iudi. sequens Inno. in cap. constitutus. versi. Gratam. in fin. de religio. domi. Allegat etiam notata in capi. sicut dignum. de homic. & ista fuit prius distinctio Din. in l. semper. §. qui in sepulchro. ff. quòd vi aut clam. quam ibi sequuntur Bartol. & Albe. Et idem Bald. in d. l. j. de condictione furtiua. & ibi Salic. nu. 4. 5. & 7. Sed hic in casu suo est mera pœnæ executio, quam si pro parte soluerit, non censetur respectu aliorum non soluendo existentium liberatus. Et idem Cæpo. consi. xiiij. versic. Secundo alia ratione. ver. Non obstat secundo, dicens quod quando per solutionem illius non liberatur debitor, tunc est mera pœna, per d. l. fi. ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi eximat. vbi hoc probatur, iuncta leg. j. eod. titul. Secus quando per solutionem illius liberatur debitor, per textum in leg. j. §. si plures. cum ibi notatis per gl. & Doct. ff. de eo per quem factum est. Et latius ibi per eum. & idem tenet Angel. Aret. in §. pœnales. versiculo in eadem glossa ibi, nec vnus liberat alium, & latius in tract. malefic. in verbo, Andream auxiliatorem. versicu. Quæro an Caio principali conuicto. & Bar. in l. j. ff. si familia furtum fecisse dica. † Sed Alber. de Gandino in sua crimi. praxi, tit. de pœnis reor. versi. Pone quod plures tenentur ad rem tantùm, aut interesse tãtùm, aut ad pœnam tantũ, aut ad rem & pœnam. Si ad rem tantũ, solutione vnius alij liberantur, d. l. j. §. si plures. de eo per quẽ factum est. Si autem ad pœnam tãtum, vt quia plures furati fuerint rẽ aliquã, tunc restituta remanet actio furti & pœna l. si profure. §. fi. de condict. fur. Et tunc licet vnus soluat rem vel pœnã, cæteri tamen à pœna non liberãtur, d. l. j. decõdict. furt. & d. l. si quis id quod. in fin. cum legib. sequen. Sin autem ad rẽ & pœnã, vt est in acti. leg. Aquiliæ, quę crescit per inficiationẽ, tũc si vnus soluat duplũ in alio quod est simplum cæteri liberantur, in alio vero quod est pœna, cæteri non liberantur, vt patet per iura prædicta in dicta in dicta l. item Mela. §. sed si seruum plures. & ibi bona glos. Sed quando ad interesse tãtum, nihil dicit. Sed dic quòd vno soluente cæteri liberantur, dicta l. j. §. si plures. de eo per quem factum est. Sed iura & opiniones Doctorum suprà allegat. quando plures fuerunt ex delicto vna sententia in centum simpliciter condemnati, quòd intelligantur esse insolidum condemnati, scilicet quilibet in centum. quod est contra opinionem Specu. suprà relatam, & vno sua centum soluente, alij non censentur liberati. quod secus est in aliis obligationibus, vt dictum est, per d. l. primam. si plures vna sententia. Sed clarè non dicunt, licet tacitè quòd is qui semel soluit partem, in qua est condemnatus, sit liberatus, nec quod pro aliis consocijs soluere teneatur summam similem condemnatis in opibus & soluendo nõ existentibus: quando quòd ad emendam contra omnes fisco applicatam & adiudicatam, si per vnum ex condemnatis soluta eidem fuerit, licet parti de iure prius quam fisco solui debeat, l. vna. C. de pœnis fisci. libr. x. & in l. in summa. & l. non possunt. & l. cp placuit. ff. de iure fisci. Tamen soluens nõ liberatur, sed pro aliis pauperibus tenetur, dicta l. offertur. §. final. & dicta l. si multi. & aliis iuribus suprà pro prima parte allega. & ita dicit Albe. in d. l. j. si plures vna sententia. in fine dominum Galeatum tenuisse in sua Margari. de action. inversi. Sed pone quęstionem de facto &c. ac pariter audiuisse in studio Paduano sic fuisse per dominum Hubertum Iustum disputatum. Nisi alij pauperes fraudulenter eorum bona alienauerint: tunc soluere pro illis nõ tenerentur, sed alienata per fiscũ reuocabũtur. l. bona. §. fi. ff. de iure fisci. Et idem videtur in emenda parti adiudicata, vnum pro alio existente soluendo teneri, cùm ante & post sententiam quilibet teneatur insolidum, prout volunt Bald. & Sali. in d. l. j. si plures vna sententia. & Gandin. Angel. Aret. Cæpol. & alij. suprà in locis allega. Alias si non teneretur soluens pro aliis, non diceretur teneri insolidum, quod esset contra

8 iura præ-

iura prædicta. Et ita intelligit Bar. in dicta l. si in rixa. & in d. l. si multi. Et ibi Albe. Pan. de Cast. & Cuma. Aliàs non esset exceptio ab illa l. j. nec differentia inter alios non criminosos, & ex maleficio criminosos. Et idem sentit Corne. in d. consi. cxj. Vnde cauti in eorum conclusionibus debent petere reos vel accusatos & quemlibet ipsorum insolidũ condemnari idem tam in ciuili quàm criminali declarando esse contentum solutione vnius, vt dicit Alber. in leg. si mandato. in vlti. §. Pau. respondit vnum. ff. mandati, & latius in dic. leg. j. si plures vna sententia fuerint condemnati volens aliter sententiam latam contra dictam conclusionem non valere, quia non est conformis petitioni. l. fin. C. de fideicom. libert. Sed si quando ex ciuili causa quis habeat tres aut quatuor debitores in solidũ, videatur recipiendo simpliciter partem vnius, illum ab aliquo tacitè liberasse, vide tex. in l. inter cos. §. j. ff. de fideiusso. & in l. si stipulatus. §. j. ff. de solutionibus. & in l. res. C. de fideiusso. & in l. si creditores. & ibi Alber. Bal. Paul. de Castr. Alexand. Ias. & alij Modern. C. de pactis. & in l. si ex toto. §. j. & ibi Fr. ciscus de Aret. & omnes, ff. de lega. j. vnde Alber. & Docto. in d. l. si creditores. aliud ponunt consil. creditori recipicuti partem debiti ab vno, debere pro cettari. quòd illam recipit saluo iure solidi: curia etiam consueuit ob opiniones euitãdas, etiam quando non est petitum, condemnari delinquentes omnes, & quemlibet insolidum & etiam in actione ciuili descendentes ex delicto, vt in restitutione fructuum alicuius beneficij captorum. Prout fuit dictũ per arestum curiæ in fauorẽ magistri Raymũdi Chat. rectoris Dabzaco, contra magistrum Ioan. de Campaignaco. Et relatum arestũ die xxiij. mensis Decembris, Anno 1529. Et plura alia aresta fuerũt per curiam lata super expensis, vt vnus pro alio cor reo paupere existente teneatur, & signanter in fauorem Gulielmi Georges actoris, executionem certarum expensarum cõtra Ioan. Chamnim, & Margaritam Ancelins coniuges reos petenti, & latum die xxvij. Iunij, Anno 1536. Et aliud arestum cõtra prio
9 rem, fuit die quinta Ianuarij eodẽ anno latũ. † Aduerte ad vnum, quòd quando contra plures instituta est accusatio, sentẽtia fieri potest cõtra vnũ, processu contra alios suspenso. l. nõ idcirco. & ibi Ang. & Iac. de sanct. Georg. nu. v. versicu. Eo modo. ff. de iudiciis. & idem Bart. in leg. de vnoquoque. in prin. & ibi Pau. de Cast. ff. de re iudica. & Soci. consi. lxxix. versic. Secundo confirmatur. vol. ij. & Ang. Aret. in tract. malefic. in verb. dictum Semproniũ. versic. An iudex possit, & in verbo, Andræam. quæ. j. pro quo allego text. in leg. j. C. si reus vel accusa. mort. fuerit. Et sic iste condemnatus soluens eius pœnam vel emendam non tenebitur soluere pro aliis postea condemnatis. quod not. tamen si soluerit potest repetere, vt voluit Bal. in authen. sed omnino. versicul. Extra adde. C. ne vxor pro marito.

SVMMÆ.

1 *Procuratorius duobus eodem die factis alterum ad permutandum, alterum ad resignandum, quod valeat. & nu. 2.*

3 *Testamenta duo si eodem tempore inueniãtur facta, neutrum valet.*

Quæstio CCCXI.

Dominus Petrus de Cameraco Archipresbyteratus de Campaignaco archipresbyter, die vj. August. Anno 1525. duo passauit procuratoria, quorum vnum erat ad illum simpliciter Archipresbyteratum, & aliud causa permutationis resignandum, nec apparebat quod prius. Quæritur, an ambo valeant, quando illa simũl fuerint effectum, aut neutrum.

DECISIO CCCXI.

ET Ioan. And. qui. in capitul. si quis iusto. in prin. in verbo, nominatus. de election. libr. vj. & in addi. Spec. titul. de procuratorib. §. ratione. versi. De hoc quod hic mouet hanc quæstionẽ, tenet quòd neutrum valeat: quia tibi in potestatem est, qui sic indiscretè constituit. Sed hoc fuit originale dictum Oldrad. consi. j. ver. Attentã & sequitur Anch. in d. c. si quis iusto. in vj. nota. & Dominicãn gl. super verbo, nominatus. & Rom. sing. cexliij. incip. Tu habes dicens hanc quæstion. fuisse sic Romæ decisam. & idem tenet Bald. in l. falsus. ver. Scias tamen. C. de fort. Sub dubio tamen forte dicit neutrum valere. Vel ait valere id quod dat minorem bailiam. id est, minorem potestatem aut quantitatem, l. Sempronius Proculo. ff. de leg. ij. Nam si in more ambo procuratoria concordant, valent l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbi. vt ibi per eum, quem ibi refert & sequitur Ilico. de sanct. Georg. no xviij & Ias. in l. fin. versic. Et quid in duobus instrumentis procuratorijs, C. de edic. diui Adri. tollen. & Ale. in l. si quis ante. ver. Vnde Bal. ff. de acq. pos. vbi alleg. Bal. Ang. & Imo. in l. si ita scriptum fuerit, Titius. in ij. ff. de hæred. instit. Et Fel. in c. capitul. versi. de duabus collationib. de rescrip. & in capitu. imputari. de fide instru. vbi ponit regulam neutrum scilicet valere, per iura supra alleg. † Fallit, ni sim vno instrumento 2
daretur minor potestas, quàm in alio per dictum Bald. in d. l. falsus. Fallit secundò, nisi in aliquo illorum instrumentorum esset clausula, non per hoc revocando aliquem alium procuratorem per dictum Ioann. And. in addit. Spec. vbi supra. Et sequitur Ioann Bapt. in addit. Rom. in prælleg. singu. ccxliij. & Dominic. de sancto Gemi. in ca. si duo. versic. Quæro autem si sunt dati duo, de procurat. lib. vj. Quod dictum intelligit verum Alex. in addit. ad Bal. in dic. l. falsus. si ambo procuratoria sonent in qualitate causę neutrum valeat, quia minus in qualitate nõ potest contineri, l. prima. §. si stipulanti. & §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. & glo. in regula, plus semper. de regu. iuris. lib. vj. Secus si in quantitate summę. per nota. in l. j. §. j. ff. de bon. poss. secũdùm tabul. vbi Bar. post Din. & antiq. quos ipse refert, concludit, † quando duo reperiuntur testamẽ 3
ta eodem die & tempore confecta, de quorum prioritate non apparet neutrum propter incertitudinem valere, argum. l. duo sunt. ff. de testa. tuto. Et hæc quæst. de duobus testam. fuit Sabbatina, id est, dubia, vt inquit gloss. in d. l. fin. in versic. missus. in fin. de edict. diui Adria. tol. Et idem tenuerat Cin. post Pet. in l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testa. & Ang. Aret. instit. de ademp. lega. cum aliis per Alb. Alexan. Philip. Decium, & Ias. verb. In vltima parte. in d. l. si. de edict. diui Adri. alleg. & ista est communis opinio secundùm ipsos, & Bazzo. de Carpent. consil. cxxiij. volum. Fallit tamen in pluribus casibus per Ias. & Docto. in d. l. fin. recollectis. Vnde hic in casu nostro videtur procuratorium causa permutationis passatum continere longè minorem potestatem seu bailiam, ac læsionem & fortè nullam, quã passatum causa simplicis resignationis, ex qua nihil cõsequitur, vt intuẽti patet, quia illud omnino perdit sine alterius beneficij

compensatione, quod non fit in permutatione. Et ita concluſum fuit in proceſſu in curia pendente inter magiſtrum Ioan. Cheſneau actorem conquerentem, & quendam Voyſin, ac dominum & magiſtrum de Auberterre, ſubrogatum in locum magiſtri Ioann. Thibault reos opponentes, qui ſe concordauerunt.

SVMMÆ.

1 *Poſſeſſionem beneficij collati intra quod tempus debeat quis adipiſci.*

2 *Tempus ad inſtituendum præſentatum, non eſt præfixum à iure.*

3 *Papa an poſſit ſemeſtre ad adipiſcendam poſſeſſionem datum prorogare.*

Quæſtio CCCXII.

Sed intra quod tempus debeat quis poſſeſſionem beneficii in ſui præſentia collati accipere, vel in abſentia illud acceptare. Et an Papa poſſit ſemeſtre datum per regulam cancellariæ an poſſeſſionem beneficij in curia reſignati capiendam prorogare.

DECISIO CCCXII.

1 BREVITER † dicendum eſt tempus ad poſſeſſionem beneficij per mortem vacantis, & per ordinarium collati, non eſſe à iure præfixum, vt dicit Abb. Sic. in præalle. cap. capitulum. verſi. his præmiſſis. concludens tres caſus. de reſcript. Tamen talis poteſt, vt ipſe ait, per ſuperiorem priuari beneficio, arg. c. ſi quis Abb. xviij. quæſt. ij. & quod not gl. in ca. ea quæ. de offi. Archid. Quod intelligit Abb. verum, niſi alius impetraſſet, & bona fide cum illo collato poſſediſſet ſpatio x. anno. quia tunc præſcriberet contra illum negligentem. quamuis beneficium non acquiratur præſcribenti. pro hoc alleg. gl. in cap. contingit. in verbo, magna. de dolo & contu. quam gloſſ. dicit ſo re vnicam & ſingularem, & alibi non reperiri, remittendo ad ibi per ſe dicta. & ipſum ſequitur Bar. in d. c. capitulum. verſicu. primus caſus. nume. xlix. vnde hodie ſufficit triennium ad ipſum poſſeſſione & proprietate priuandum. c. j. de pacifi. poſſeſ. Et ibi tenet gl. in verbo, triennio. verſi. item nota ex hoc text. poſt triennium. Sed ante triennium non poteſt priuari proprietate, per illum text. Ad idem tex. in regula cancella. apoſto. xxxiij. & ibi idé gl. & Io. de Selua in ſuo trac. benefi. parte iij. quæſtio. xxj. quod intelligo verum alio in poſſeſſionem beneficij exiſtente: quia tunc neceſſarium eſt, quòd in poſſeſſionem beneficij intra annum legitimè inducatur, vt poſſit poſſeſſorium intẽtare. Aliàs eſſet ſpoliare propria authoritate poſſeſſorem quod non licet c. eum qui de præbend. libro vj. Sed nemine poſſidente dicitur plenum in beneficio ius habere, ſine apprehenſione poſſeſſionis. Et tunc in illo adminiſtrare poterit, vt ſingulo. tradit Abb. Sicul. in capitul. tranſmiſſam. de election. quem ſequitur Rochus de Curte, in tract. de iure patrona. in verbo, ius. quæſt. v. Et Pet. Rebu. in repet. cap. poſtulaſti. de cler. exc. miniſtrã. in gl. nu. xxiiij. Sed an talis rector teneatur docere de titulo beneficij, quando ſuper iuribus ſuæ eccleſiæ agit, dicam in ſequen.

2 quæſt. † Sic etiam tempus ad inſtituendum præſentatos non reperitur à iure epiſcopo præfixum, vt not. Ioan. Andr. Hoſtien. & alij in cap. cùm eccleſia. de elect. cum aliis per glo. pragma. ſanctio. §. viſũ eſt in verbo, reſpectiuè. & Io. de Selua. in iij. parte. tracta. benefi. quęſtio. lxiiij. Sed hodie determinatum eſt, quòd qui per reſignationem collati ſibi beneficij intra menſem in partibus, vel in curia Romana intra ſex menſes poſſeſſionem non adipiſcetur, vacare cenſetur per mortem, & non per reſignationem, vt in regula cancellariæ apoſtolicæ xxiiij. & ibi per gl. Et ita fuit per arreſtum Pariſien. iudicatum, vt in quæſtio. Galli. & Blaſius Auriolus in addi. j. ad Gulielm. de monte Laud. in capitu. ſi is cum quo. de filiis presby. lib. vj. remittens ſe ad per eum dicta in lege ſicut. 9. ſuperuacuum. ff. quibus modis pignor. vel hypothec. ſol. Tamen ſi ambo viuant tam reſignãs, quàm is cui facta fuit reſignatio, poterit ſemper capere poſſeſſionẽ alio nõ exiſtẽte poſſeſſore, ſed exiſtẽte intra trienniũ, vt ibi per gl. quæ dicit ſic fuiſſe in Palatio eccleſiæ Romanæ ſententiarum. Et ſic videtur, quòd ſi quis impetrauerit à ſede apoſtolica beneficium per mortem vacans, quòd non teneatur ſeruare regulam prædictã, quæ loquitur impetrante per reſignationem, vt dixi ſupra. quæſtione xxiiij. incipien. Duo litigabant. † Sed 3 vidi dubitatum in cauſa magiſtri Antonij Dyndelle dicit Iony rei, & Antonij de primo actoris conquerentis, an Papa illud ſemeſtre ad adipiſcendam poſſeſſionem poſſet prorogare, aliud dando ſemeſtre à fine alterius computandum. Et videbatur quòd non, propter ordinarios, in præiudicium quorum fieri videtur, cùm ſint certi de vacatione. & incerti de rectore, quòd non poſſunt conferre illud beneficium ſic vacans. Tamen concluſum fuit quòd imò, cùm Papa ſit ſupra ius poſitiuum, capit. propoſuiſti. de conceſ. præben. & magis ſupra regulas ſuæ apoſtolicæ cancellariæ. Pro quo facit in argum. l. ſed & ſi manente. ff. de precar. Et quæ dixi ſuprà in quæſtio. clxviij. incipien. Plerumque per alteram partium. Et iſtud videtur decidere Barb. in addi. ad Bald. in c. j. apud quem vel quos controuerſia debet dici in vſib. feud. in magna poſtil. quærens quoties poterit fieri prorogatio in impetrantibus beneficia. Et dicit quod pluries: & ſic præſupponit Papam poſſe prorogare hunc terminum. Sed ſi abſenti per ordinarium fuerit collatum, non videtur poſſe priuari ante notificationem, & termini ad conſentiendum, & acceptandum præfixionem. c. ſi tibi abſenti. Et ibi glo. in verbo, terminum. de præbend. lib. vj. quæ dicit etiam non eſſe in hoc tempus à iure ſtatutum, licet in electis ſecus, qui poſt præſentationem electionis ad ſuum præſtandũ conſenſum vnum habent menſem, cap. quam ſit. de elect. lib. vj. Et eam ibi ſequitur Domini. & Gulielm. Mandag. in ſuo tract. de elect. c xxxvij. & Steph. Bertran. conſi. ij. numer. xviij. & conſi. cxvj. nu. xvij. volu. j. Tamen ſi talis abſens cui collatum eſt beneficium intra tiennium alio tertio poſſidente non acceptauerit, cenſetur etiam petitorio priuatus, vt dictum eſt, per textum in dicto cap. de pacifi. poſſeſſ. & ita vtroque caſu concluſum fuit in d. cauſa magiſtri Petr. de Cameraco. Et ordinatum per curiam extitit ad docendum de acceptatione beneficij, ſibi in abſentia collati nouiter allegata, vt probatione per curiam viſa poſſet cognoſcere, an intra triennium fuerit acceptata. Et latum arreſtum die menſis Ianuarij, Anno 532. ſuprà mille.

SVMMÆ.

1 *Titulum an poſſeſſionem ſolam docere debeat, qui petit fructus beneficij. & nu. 3.*

2 *Rectores ſimiles ſunt procuratoribus, & de ſuo titulo debent docere, ſi petant fructus.*

Quæſtio

Digitized by Google

Quæstio CCCXIII.

Rector petens fructus & iura sui beneficij an docere debeat de titulo suo, vel sufficiat docere de possessione tantùm.

DECISIO CCCXIII.

1 EST † Bald.consil.clxvij.incipient. Viso isto processu.volum.iiij.tenet quod sic, quia
2 † isti administratores similes sunt procuratoribus, qui le suo habent mandata ante omnia docere, leg. si quis inficiatus. & ibi Bartol. & Cur.ff. depoſit. Et idem Bartol.consil.clxxxv. exordien. Deodauit. pro quo est gloss. singul. in cap. fin. v.q.iij. Socin.consi.xxxij.versi. Probatur. vol.j. Et consil.xlvj.versicul. Prima pars huius conclusionis. eod.volum. Nam nisi doceatur de titulo præsumitur intrusus. regula beneficium, de regul.iur.lib. vj. Nec huic obstat l.cogi. C. de petit. hæred. quæ in reo loquitur, & non in actore, qui tanquam curatus altaris, petit fructus illius. Vnde cogitur dicere titulum suæ petitionis, cùm teneatur, dicere se curatum. Et si dicere, tenetur etiam probare, capitu.ordinarij, de offi.ordin.lib.vj. in hoc enim (vt ait Bald.) nullus habens intellectum alicuius capacitatis potest dubitare † Tamen domini de Rota Decision.iiij. aliàs, decisi. j. de restitu. spolia. in nouis
3 circa hoc tria distinguit membra. Quoniam aut non erat in possessione, aut erat, sed de recenti, aut erat diu & longo tempore in possessione. Primo casu tenetur probare plenè titulum suum: quia nõ habet pro se præsumptionem, & interest etiam illorum, qui conueniuntur. Nam si non esset prælatus eis soluentes non liberarentur. Quoniam quis beneficium non dicitur obtinere, qui solum titulum absque possessione habet, vt dicit Chassanæus consil.xxx. numer. xvj. allegant Guliel. de monte Lauduno in clc. ij. de vita honesta. cleri. in verbo, obtinens. quem tamen non inueni. ideo dicit Bald. consi.cxlix.exordi. Quidam fuit per Papam creatus episcopus.vol.iij. quod beneficia talis episcopi per Papam creati noñ vacant ante possessionem adeptam. capit. cùm in cunctis de electio. Et sic isto casu non sufficeret rectorem probare de titulo absque possessione. Secundo casu etiam tenetur probare titulum, quia præsumptio est contra eum ex tali recenti possessione. Tertiò casu quando fuit diu in possessione, sufficit illam probare & communem reputationẽ, argum.l. Barbarius Philippus. ff. de offi. præt. quia nemo cogitur probare titulum suæ possessionis, d.l.cogi. ad quam tamen respõdet Bald. in prælleg. consil. cxlvij. Et ipsos dominos de Rota refert & sequitur Abb. Sicu. in c. cùm super. in vlti. q. de causa possessionis & proprietatis. Tamen ipse Abb. vult in c. accedens. ver. Aut quasi est in possessione. de accusat. rectore in possessione beneficij existente, & nomine beneficij pro iuribus ipsius agẽte, non posse ei aliquâ exceptionẽ obiici: & ex quo toleratur in beneficio est sibi respondendum de iuribus ipsius. viij.q.iij.c.nõne. sed ipse, quando opponitur contra personam illius, an teneatur docere de titulo, se remittit ad no. per Inn. & Hostien. in c.j. de concess. præbend. lib. vj. vbi in v. quæstio. quẽ Domini. & Philip. Franc. in v. quæstion. sequuntur, quando est in possessione, & pro prælato habetur. Et facit quod ipse Abba. not. in ca. illud de præsumpt. post Hostien. Anto. de Butr. & Imo. volens probare præsumptionẽ tituli in beneficialibus ex longa beneficij possessione: siue agatur possessorio, siue petitorio. de quo ibi per Fel. versi. ibi, Nota primùm tamen in prælato, & rectore pro iuribus ecclesiæ agente, dicentem opin. Bal. esse veriorem, ac de stylo curiarum Franciæ tam secularium, quàm ecclesiasticarum, approbatam: vt de titulo docere teneantur, nisi amisso titulo illam longæuam probaret possessionem, vt dixi in addi.ad Din. in d. regula beneficium. Et circa hanc quæstio. aliquid dixi in §. viij. in glos. ij. Et in addi. de consuetu. iur. stat. person. lib. consuetud. Biturigum. Et in casu nostro erat dubium, qui pendente in curia appellatione rector appellans, qui de suo non docuerat titulo, renuntiauit beneficio, & eius successor põrrexit requestam ad eum in processu causæ subrogandum. Et pro hoc produxit instrumentum possessionis multum recentis. Ad quam curia nullum habuit respectum. de quo vide suprà quæ. viij. in fi. incip. Cessionarius.

SVMMÆ.

1 *Fideiussor in relaxatione à carcere datus, an teneatur de iudicato soluendo.*
2 *Fideiussor de iudicato soluendo, an teneatur ad pœnam ratione contumacia rei.*
3 *Iudicatum solui stipulatio tria capita continet.*
4 *Fideiussor simpliciter datus an intelligatur in omnem causam.*
5 *Fideiussor esse an intelligatur, qui promittit id quod Titius debet, an verò sit vt principalis.*
6 *Qualitas præcedens quando intelligatur repetita.*

Quæstio CCCXIIII.

Iudex per suam sententiam appunctauit partes in certa causa criminali in factis contrarias. Et reum à carceribus liberauit, seu relaxauit, dando cautionem centum librarum Turonen. ac de soluendo id quod iudicatum fuerit Et pariter cum pro rebus ablatis in summa ducentarum librarum Turonen. in eadem cedulis & obligationibus non comprehensis condemnauit. Quæritur, an fideiussor cui iudicialiter narrata fuit sententia prædicta per arestum confirmata, promittens iuxta eorum tenorem soluere, videatur solum fideiussisse, & promisisse pro re & summa nondum iudicata, sed etiam pro summa & quantitate ducentarum librarum; per ipsam sententiam ex eodem delicto adiudicata. Et quid, an fideiussor qui solut principalem vtilem emendam, teneatur ad emendam pro honoraria in defectum & contumaciam condemnati etiam faciendi adiudicatam, signanter si aque emenda non excedit summam in fideiussione contentam.

DECISIO CCCXIIII.

1 EST † quo ad primam quæstion. videtur quòd talis fideiussor non teneatur ad summam per eandem sententiam adiudicatam, sed solùm ad id quod restat super delicto, pro quo fuit reus à carceribus data cautione centum librarum, & de iudicato soluendo liberatus & elargitus: quia in prima clausula, & parte sententiæ dictũ fuit, quòd præstaret illam cautionem. Ideo ad illam, & non profectò sequentem liquidam referri debet, iuxta not. in l. talis scriptura. ff. de legat. j. & in capi. secundo requiris. de appellation. Tum quia promissio iudicatum solui, incertam continet quãtitatem, vt l.ij. §. incertam, ff. de præsto. stipul. ergo ad illam nondum expressam solùm, & non profecto ad ipsam per eandem sententiam declaratam adaptari debet. Et pro hac parte facit l.j. & ibi glo. Bartol. Angel. Alberic. & Iason. ff. de in lit. iuran. † vbi fideiussor de iudicato soluẽdo simpliciter da 2

tus,non tenetur ad aliquam pœnam ratione contumaciæ rei,per quam augetur condemnatio.& idē Angel. Aret.in tractat.maleficior. in gloss. pro quibus Anton.fideiussor,versicul. Quæro an fideiussor. & in gloss. quas si non soluerit. cum aliis per eum alleg.& Ias post Ioann.de Platea.in §.quadrupli.numer. ix. instit. de action. nisi secundùm eum fideiussio fuisset plena,vt quia fideiussisset in omnē casum,per text. in l.quæro. in princip.& §.j.ff.loca. vt ibi per eum,& latius infrà dicam. Et istam partem quatuor ex dominis sequuti fuerunt. ¶ † In cō 3
trarium videtur,quia promissio, seu stipulatio iudicatum solvi tres clausulas in vnum collectas continet,scilicet de re iudicata,de re defendenda,& de dolo malo,l. iudicatū solui.in j.ff iudi.sol.Ideo dicit text.ibi vnum scilicet verbum,vt leg. cùm quærebatur.eo ti.sed in effectu continet tria,vt ibi. Et dum dicit dolo malo,non solùm comprehendit iā dolum commissum,sed futurum ex illo descendentem,l.nouissima.in fin.ff.de legi.eo.tit.vnde per illū tex. dicit Ang.in consil.cevij quod hæc stipulatio solui vel soluere quod idem iudicatum fuerit,cōtinet principaliter id quod verbū sonat. Siue igitur sententia cōtineat dari siue fieri,aut vtrumque,prædicta verba significant,vt fideiussor teneatur,vt ibi. Non enim tantum appellatur fideiussor de soluendo iudicatum,vt vult Ias.de S.Geor.in l.g.si verò.nume iij.ff.qui satisdo.cogan. Quinimo dicta promissio iudicatum solui expeditam habet quantitatem, quia in tātum committitur in quantum iudex pronuntiauerit,vt dicit text. in leg. iudicatum solat.in ij.eod.titu.quod est intelligendum, siue in eadem sententia,siue post.Et non solum ad hoc adaptatur illa clausula in prima parte sententiæ inserta,quòd reus à carceribus elargabitur, dando cautionem centum librarum, quæ refertur ad quantitatem ex delicto faciendam : sed etiam ad declaratam in ipsa sententia, licet ipsa materia sit:quia de ducentis libris Turonen. Cùm dicatur pariter de soluendo rem iudicatam,vt illa de aliquo operetur:quia quādo iudex vel curia ordinat aliquos prisonerios fore elargiendos mediāte cautione certę summę,nō est necesse ponere etiam iudicatum solui , nec pariter contra requiritur,quando doctum fuerit ipsos esse elargiendos,dando cautionem de re iudicata solvenda, ponere aliquam quantitatem:cùm illa cautio omnem contineat quantitatem per iudicem adiudicatam,d.l.iudicatum solui, in ij. Et similiter si fuisset solùm dictum,quòd eligeretur dando fideiussorem de iudicato soluendo. Hoc etiam intelligitur ad quantitatem postea in eadem,vel in alia ferenda sententia declaratam,per iura suprà dicta. & l.Græcè. §.& post hæc.ff.de fideiuss.ibi,si vero acceptus fuerit,etiā totius causæ cessabit exceptio. & l.ij §. fina.ibi,tanti quanti ea res erit,nisi pro certa quantitate accessit.cū l.sequ.ff.qui satisdo.cogan. quia quæ in præfationibus dicuntur in stipulationibus repetita intelliguntur l.Titio.§. j. & vltimo. ff de verbo. oblig. & in stipulationibus fideiussorum,instit. de fideiussor.ibi,quodcunque scriptum sit quasi actum, videtur etiam actum. & per Bartol.Alexand.& alios Modern.in leg si ita stipulatus. §.Chrysogonus.in glo.ten pus,ff.de verbo.obliga. quoniam fideiussor potest tam futuræ quàm præcedenti obligationi adhiberi.l. stipulatus sum à te. §. adhiberi.& ibi Alber. ff. de fideiusso. & instit.eo. §. fideiussor & ibi Ang.Ar.er. & Bald. in consi. cccvj. primò videndum est.volumi.ij.& Bonifa. de Vital.in cle. dudum. in prin.in vltimis verbis de sepul. Aliàs claudicaret, quòd fieri non debet: quia pro parte valeret,& pro parte non.† Tem fideiussor simpliciter acceptus intelligitur ad omnē causam,quæ oriri potest,l.si quis pro eo.§.si nūmos.& ibi Alb.& Paul.de Cast.ff.de fideiuss.& Flor.in l.ait lex.nu.ij. ff.ad l. Aquil. quia bonam debet aspicere fidem & veritatem,& non apicem iuris,l.si fideiussor.§.quædam tamen.ff.mand.& l.quæro. & ibi gl. & Bar.ff.locati.& l.quoties.§.sicut.ff.de admini.tut. aliàs consequeretur res liberationem , & præmiū ex delicto,ex quo patiti debet quod tolerandum nō est.l.siue hęreditatis.ff.de negot.gest. Satis enim cautum videtur,quando dicitur , pro quo Seius fideiussit.Nam eo ipso quod dicit,fideiussit,se obligauit,vt dicit bar.in d.l.si quis pro eo. §. si nūmos. quod dictū commendat Ang.Are.in dicta glo.pro quibus autem fideiussit.ver.& bene no.& pro hoc facit quod addixit Alberic.in ij parte statu. quæst. clxxxvj.qp si Barones caueatur , quòd habitores & fideiussores cuiuscunque certæ quantitatis,& rerū mobilium personaliter detinzantur , & cum quidam mercator demeretur pro multis debitis:Titius fideiussit simpliciter pro eo in omni , quod eū dare, vel facere oporteret:postea mercator fugit,credito res fecerūt fideiussorem capere antequam aliquid probaret de fuga huius: fideiussor petebat se relaxari,allegans de debito certo non apparere:an audiēdus sit?Et videtur quod sic,quia videtur esse fideiussor incertæ rei,vt l.ij.& l.dies incertus. ff. de conditio & demō.& ille dicitur debitor,a quo inuito exigi potest,l.debitor.ff de verborum significa.tamen tenet contrarium per textum in leg.vbi autem non appare.§.q. vero a Titio. de verborum obliga. quia fideiussor semper videtur certum promittere, vt ibi patet : quare habetur respectus ad contractū qui præcessit , & in quo est certum deductum. leg. cum quid.ff.si certum pet.& leg. triticum. de verb. oblig.sicut alias habetur respectus ad pœnam certā,licet principale sit incertū,l.si pœnā.ff. de verb. significatio & idem tenet Albe.in d.quæst.clxxxvj. Quæritur etiam si statuto caueatur.& in quæst.seq. inci.quid si statuto caueatur.Ideo in terminis nostris dicit Bald. consi.cccxxxiiij.ea quæ veniunt per modum.vol.ij quod vere & proprie fideiussor est qui promittit candelā alienam,quam reus soluere tenetur,licet non specificetur in instrumento fideiussionis:nisi relatiue ad instrumentum rei principalis.quod sequitur Iason in d. §. qui verò a Titio.in quarto notabilem dicens se non legisse alibi. Tamen secundùm ipsum videtur talem fideiussorem nominatim quantitatem expressisse.l.ait prætor.§.j.ff.de re iudi.ibi,quasi quantitatem nominauerit , quem text.allegat Alber. in dicto §. qui verò a Titio. in fi.& in d.quæstio.quia si statuto caueatur. Præterea,condemnatio ducentarum librarum pro rebus,vi & violentia,an vapulatione , seu personarum verberatione ablatis & exportatis , descendit ex eodem facto & delicto,& non ex alia profectò causa:quia tunc non teneretur fideiussor iudicatum solui,d.l.cùm quærebatur. §. fin.iudi. solui. & § fideiussores itaque obligari. instit.de fideiusso.& d.l.Græcè.§ illud communc.& l.fi.eo.tit.&tenet Roma.consi.cclxx.ver. secundo. quia fideiu. & Luc.de Penna.in l.quicunque.versic. vltimo nota. C.de feud.pat.lib.xj.& Socin.cōsil.xcj.nu.xiiij.vol. iiij.& Iaco.de sancto Georgio in l. certi condic. §. quoniā.nu.iiij.ff.si cer.pet.& idem Bonifac. de Vita.in tract.maleti.tit.de comparit.accusa.num.7.& Raph.consi.xxxij.nisi secundùm Bart.in d.l. si quis

pro eo.

pro eo.in viij.membro de fideiuſ.interueniſſet iura mentum.Quia licet talis promiſſio fideiuſſoris promittentis in duriorem cauſam,non obliget eum:tamen obligat eum vt principalem,vt ibi per eum.& Alex.conſi.xxx. lib.vij.cùm aliis per ipſum alleg.& idem Philip.conſi.ccxiiij.in l.iiij.volum.ij. per tex. in l.cùm pater.§.filius matrem.ff.de leg.ij. & idem Franc.de Crema.in ſingu.xlj.& Ludo.Alex. & Barba.& Franc.de Aret.in l.j.§.ſi quis ita.ff.de verb.oblig.† Quinimo promittens id quod Titius debet, § licet quo ad verba videatur vt principalis promittere,tamen quo ad effectum habetur pro fideiuſſore, vt voluit Alex in l.vbi autem non apparet.§.qui verò à Titio.quem legit cum §.illud.de verb.oblig.& ita dicit ſenſiſſe gloſſ.in d.l.Titia.§.penultim.ſuper verb.quæ apud.dum dicit,quaſi fideiuſſor. Tum vbi cautio prædicta non extenderetur ad ſummam, per eandem ſententiam declaratam,quòd imò, vt dictum eſt,tamen actor receptionem & dationem fideiuſſoris ſemper reſiſtit,& contradicit eius elargitioni,tam in curia quàm coráSeneſchallo,niſi daret cautionem fideiuſſoriam pro ſumma in dicta ſententia declarata : alàs non fuiſſet niſi mediante cautione prædicta à carceribus liberatus,prout prę ſumendum eſt,&hoc ſentit Barto.in l.neque impuberes.§.j.ff.de in ius vocan. & Roma.ſing.cxlj. & iudex ante receptionem cautionis ſe informauit de facultatibus.& valore bonorum fideiuſſoris, qui depoſuerunt valere mille libras vel circa:quoniam fideiuſſor non præſumitur facultatibus idoneus, niſi probetur.l.ſi verò.§.qui pro rei.ff. qui ſatiſd. coga. & ibi gloſſ.cum aliis per Ale.in conſi.xxxvij.verſic. quod autem non fuerit,lib.ij. alleg. Et cum illa declaratione abſque rei & fideiuſſoris contradictione fideiuſſit,& promiſit ſoluere : iuxta ſententiam per arreſtum confirmatam.Vnde tenetur, poſtquã præſens non contradicit iudici & ſcribæ ſeu graffario ponenti eum apud acta pro fideiuſſore.caſus eſt,& ibi Bart.in l.cum oſtendimus.§.ſi.ff. de fideiuſ. tuto.& ſequitur Bald.conſi.cciiij.duo famuli.vol.j. & conſi.ccccxliij decretum magnifici & illuſtris comitis.vol iiij.quod eſt ſingulare pro hac deciſione. Et idem Benedi.de Plumbi.in leg.manumiſ. vindi. per illum text.dum dicit,quòd verba ſolennia licet non dicantur, tamen vt dicta accipiantur. quem ſequitur Socin.conſilio xciij. præſtantiſſimi & iuſtiſſimi viri.verſicu præterea nonne.vol.j.& Ang. Aret.in tracta.maletic.in gloſſ.pro quibus Ant.nu. xij.& Bald.in l.Caius.in l.ſi.per gloſſ.ibi,ff.de excuſa.tuto.& licet ille text.loquatur in fauorem pupilli,ſecundùm Bal.& Albe ibi,tamen habet etiam locum in omnibus patientibus ſe inſcribi in actis curiæ,vt voluit Bar.in l.j.in princ.ff de verb. oblig. & alij allegati per Augu.in additio.ad Ange.Aret.vbi ſuprà,& per Iaſon.in d.l.j.in princip.verſicul.limita concluſionem. in verbo. oblig.& ad idem text.in l. ſi.verſic.ſinautem.in fin.Ibi, neque enim ſic homo ſimplex,imò magis ſtultus inuenitur, vt in publico inuentario ſcribi contra ſe aliquid patiatur. & ibi gloſſ.in verbo patiatur.Barto.& Docto.C.arbi.tutel.& Geraldus de Petra ſancta in ſingu.xxxvj.in iudicialibus taciturnitas &c.Hippo.de Marſi. in repetit.rubr.C.de probat.verſi.& facit etiam optimè.& in conſi. cvj.num.viij.& con.cxiij.nume.xiij. volu. ij.& in repet.rub.de fideiuſſori.num.cccxlv.Sed cõtra Barto.eſt communis opin. quòd non præſumatur tunc ſtipulatio etiam ob calorem iudicij,quande nihil reſpondit fideiuſſor,& ſentit Guli.de Monte Lauduno.in clemen.j.in verbo,videaris.de procura.Sed in caſu noſtro ipſe expreſſè promiſit,ideo tenetur ex ſtip.expreſſa.l.blanditus.C.de fideiuſ. & leg.fideiuſſores magiſtratuum.ff de fideiuſ. de quo per Doct.in d.l.j.inſuper Barb.verſi.ſecundus articulus eſt vtrum d.l.cum oſtendimus. qui ſequitur Bart. ex quo ſimpliciter facta narratione capitulorum ſententiæ fideiuſſit,ad omnia tenetur cumſuis determinationibus & qualitatibus,& idem Ang in leg. apud Celſum.§.in hac.ff.de doli except.volens quòd quis tenetur acceptare actum cum omnibus qualitatibus ſuis.& idem Abb.Sicul. conſi. lxxv. illud de iure quæritur,viſo quod inſtrumento.volu. ij.Vnde cùm nihil exceperit de contentis in ſententia,videtur omnia ſoluere promiſiſſe propter clauſulam de iudicato ſoluendo ante condemnationẽ inſertam,ad quam debet referri fideiuſſio ſubſecuta,argum.l. iij.§.filius.& ibi Barto.Doctor ff.de liber.& poſthum.& Bart.in d.l.talis ſcriptura. & Doctor. in d. cap.ſecundo requiris.de appel.cum aliis per Abb.in dic. conſi.alleg.& idem tenuerunt Din. & Alb.de Roſa.in d.l.vbi autem non apparet.§.qui verò à Titio.quem §.legunt ibi Alex.& Iaſ.cùm §. illud maximè,quando ex eodem actu,& eodem tẽpore,vt tenet Socin.in conſi.xcj.nu. viij. volumine iij imò ſecundum Angel.in §.& hoc inſuper in authentic vt ſpo. larg ſufficit in hac mentio de oblig. principali in inſtrumento fideiuſſionis. Et ſic eo ipſo quod dicitur in inſtrumẽto fideiuſſionis,quòd principalis eſt obligatus, intelligitur fideiuſſor obligatus ſub eodem termino, & ſub eodem tempore & die.refert & ſequitur Andr. Barba.in conſil. lxxxvj.verſi.ita in propoſito.volu.ij.dicens,† quòd 6 ſi dubitetur an aliqua qualitas adiecta in præcedenti,videtur repetita in alia oratione, & ſumus circa perſonas,tunc aut illa oratio non continet diſpoſitionem per ſe principalem, ſed acceſſoriam, tunc ſi ſequens diſpoſitio tendit ad eundẽ effectum, ſcilicet acceſſoria cum principali,intelligitur facta repetitio:pro quo alleg. Imol. in dicto §. Chryſogonus.verſicul.circa primum.vbi ponit exemplum in obligatione fideiuſſoria.alleg.l.ſi vt proponitur. ff. de fideiuſſ.Præterea, quod accreſcit principali obligationi,etiam accreſcit fideiuſſori,quãdo de eo tenetur,vt dict.l.ſi ab vno.ff.de lega.no.caueat.& ita per illum tex.tenet Rom.in ſing.clxxij.& Hierony. Pau.in lib.prouinciali verſi.fuerat mihi legata res. Potuiſſet enim reus per actorem pro delicto,& rebus vi ablatis recommendari,& detineri facere, nl ſi ſolueret, vel fideiuſſorem pro omni ſumma daret,vt tenet Bar.in l.ij.§.fin.verſi.vlterius quæro.ff. de cuſto.reorum.& in l.j.§.fi.nihil noui appell.pendẽ.cum aliis per Alexand.ibi allega. & Bar. in cõſi.ccxxj.an poſitus in carceribus.& Alexand.in conſil.clix.lib.ij.& plenè Bart.in quæſtion. per eum diſputata.incipien.Lapus fuit captus, quæ eſt ſexta in ordine.ergoà ſortiori ſi prius pro delicto ad inſtantiam actoris erat carceribus mancipatus, potuit detineri,niſi fideiuſſorem daret.Et iſtam quæſtio. videtur decidere Ioan.de Anania.ad Spec.titu.de fideiuſſ.verſicu.item ſciendum.vbi vult quod ſi reus dedit fideiuſſorem pro delicto communi, & ob delictum bona ſunt publicata, & vlterius condemnatus in centum,vt aliquãdo per curias ſupremas fit, quòd ſi maleficium eſſet commiſſum circa rem, vt in fraudandis rationibus, quòd fideiuſſor teneatur ad illa centum, non obſtante publicatione bonorum omnium,aliàs non,ſequendo Vbertum de Bobio,& Albertum Papi.in l.j.C.de fideiuſſo.& ibi idem tenet Alb. ſed vbi non eſſet publicatio bono-

rum,tunc bene teneretur fideiussor.idem Bernard. Land.in addi.ad Ange.Aret.in d.tract.malef.in gl. pro quibus Anton. fideiussit.super versicul. intercessit. Et istam partem quinque ex dominis (me comprehenso cum ipsis)tenuerunt,& sic fuit partitus & postea in camera inquestarum dispartitus,secundùm hac partem, & latum arestum die xj.Maij. Anno 1529.in fauorem Antonij du Moyer apothecarij actoris,contra Ioannem Peschadour in materia cridarum reum.

*SVMMÆ.

Quæstio CCCXV.

1 *Fideiussor de iudicato soluendo,an teneatur res volente facere emendam honorariam ad certam pœnam.*

2 *Fideiussor dē iudicio sisti vel iudicato soluendo, an esse possit consiliarius iudex,aduocatus vel procurator.*

DECISIO CCCXV.

ET † quo ad secundam quæstionem , dic fideiussorem teneri per supradicta ad soluendum emendam honorariā conuersam in pecuniariam obdefectū rei condemnati illā non faciētis:& hoc ex promissione de iudicato soluendo. & ita dictum per arestum latum die xxij.Augu.Anno 1530.contra Ioan.Vignier scutiferum appellantem in fauorem Margaritæ Guyot appellatæ, & actricis in materia cridarum pro emenda centum librarum descendentium ex honorabili emenda. & pariter per aliud arestum latum in fauorem Ioan. Lestelier contra Bertrādum Donzau,fideiussorem domini de Brianne,die vj.aut vij. Septembris,Anno 1532. Tamen si cautio fideiussoria contineat certam summam , vt hic erat de trecentis libris,quòd teneatur ad illam summam duntaxat,vt d.l.ij.§.fin.ibi, tanti quanti ea res erit , nisi pro certa quantitate accesserit cum l.seq.qui fauisd. cogan.Et hoc quando coram eodem iudice & tribunali,secus videtur in causa appellationis, l. cùm apud Sempronium.ff.de iudi.ca.sol.& in leg. non à iudice.§. si quis alio.& ibi Alber.& Iacob.de sanct. Georg.ff.de iud.& in §.si verò aliquis.institut.de satisda. quia tunc non tenetur fideiussor : secundùm opin.Bart.communem,quam Paul.& Ange. in d. l. cùm apud Sempronium.glo.Iac.de Arc.Sali. Alex. & Francis.de Are.Iac.de sanc.Georg.nu. iiij. & Ias. in leg.ij.C.de procurat.& Angel.Aret.in §. sed hodie.versicul.in gloss.ad terminum. institu. de satisda.& Hippoly.in repe.rub.ff.de fide.num.cviij. versicul.quo autem ad secundùm. Tamē Martinus Syleia.qui disputauit hanc quæsti. tenuit contrarium, quando nomen iudicis in cautione non fuit expressum.& sic simpliciter cautum,aliàs non.Et idē Guliel.de Cug.in leg.Iulia.ff.qui satisda.cog.& idem si reus condemnatus appellauit,& iudex ad quem cō firmauit,quia tunc videtur eadem cum prima,& ne sit in sua potestate se & suos fideiussores liberare, l.ne in potestate fideiussorū. ff.de arbi. & sequitur Alber.in d.l.cùm apud Sempronium.& in d.leg. ij. de procura.& Ioan.Fab.in §.alia.institu.de satisda. dicens,credo firmiter,quòd si is text.fuisset gl. non transiuisset sine reprehensione.&hanc opi.Guli.de Cug.sequitur Bald.in d.l.Iulia.versicu.secundò quęritur. dicens hanc esse multum æquam. & eum ibi sequitur Iacob.de sanct.Georgio.numer.xiij. & secundùm hanc partem fuit iudicatum per dominos de Rota,vt refert Paul. de Castr. in d.l. cum apud. & ipse non potuit propter aures surdas dominorū obtund.secundùm opin.Barto. & sic etiam fuit dictum per Seneschallum Agenen. contra quendam nomine Alabat fideiussorem , & per arestum confirmatum latum die ix. Martij , Anno 1535.& pariter in fauorem magistri Bernardi Testaire coniudicem contra Guliel.de sanct. Ioann.qui non idoneos receperat fideiussores obligatos ad soluendum tantùm id quòd per eius curiam ordinatum fuerat, & latum arestum die xiiij.Septembr. Anno 1537. Et ideo sis tu cautus in fideiussore dando , vt poni facias à cætero in actu plegerio ad opiniones Doctorum euitandas,clausulam scilicet, quòd ipse Titius promisit stare , pati,& soluere omnem condemnationem de eo & ex dicto processu proueniē tem , & etiam in omnem causam quotiescunque, qualitercunque & quandocunque,& per quemcunque iudicem fuerit iudicatum per eūdem iudicem, aut aliū qui loco sui successerit , vel etiā per iudicē appellationis tuæ,per leg.cùm apud Sempronīū.ff. iudicatum solui. & d. §. si verò quis. de satisda. Et posset addi secundùm Ange. Aret. vbi suprà alleg. & etiam promisit stare & parere mandatis iudicis, & soluere ac pati omnem condemnationem & pœnam , quam de eo dictus iudex vel alius etiam appellationis , pro dicto maleficio etiam in contumaciam rei non parentis, vel commutationem emendæ criminalis in pecuniariam & ciuilem conuersam.quòd not. † Sed nunquid iudex vel consiliarius alicuius curiæ aduocatus partis vel eius procurator possit esse fideiussor de iudicio sisti , & de iudicato soluendo,prout pluries vidi.& videtur text.quòd sic,secundùm vnam lecturam in l. si quis vxori.§.si fugitiuum.ff.de furt.& ita per illum text. tenet de Put.in syndi.in versicul. fideiussor. versic. an iudex. Sed ille text. illud mihi non probat, nec ad hoc aliquis Doct.qui ibi vel alibi scripsit , quod egolegerim,adducit,veruntamē dicit,quòd de stylo & obseruantia magnæ curiæ Neapolitanæ officiales ipsius curiæ non recipiuntur in fideiussores: nec etiam nobiles eiusdem ciuitatis. Sic etiam seruatur in curia nostra Burdegalensi,quo ad consiliarios tantùm.Pro quo videtur text.in l.curialis. ibi, nec fideiussor.C.locati.& ita per illum text. tenuit gloss.in capitu.quòd quibusdam.de fideiussori.Sed ille text. loquitur in curiali , qui non potest alienarum rerum esse conductor,nec pro conducentibus esset fideiussor. Ideo in iudice videtur istum non posse pro litigante coram eo fideiubere , quia esset suspectus,recusari posset,nec coram alio iudice esse fideiussor. & idē in aduocato vel procuratore,vt est text.in l.si remunerandi.§.fin.ff. manda.vbi dicitur , quòd talis aduocatus soluens ex tali fideiussione non habet actionem mandati,& non est alibi secundùm Bal.in c.ex parte.in vltim.quæst.de postulando,vbi ponit hanc quæstion.ideo non potest esse fideiussor pro clientulo suo. & illum text. in d.l.si remunerandi.§.fin.facit singul. Petr.de Rauenn. in compendio iuris. versicul. fuit semel facta magna contentio,quòd licitum sit pro fideiussione capere pecuniam,& per text.in l.hoc iure.§.j. ff. de donation.& ibi est bona gloss. super verbo, fuerit. pro decisione huius quæstion.licet videatur permissum si partem verbo (& fortè animo)ita bonorum obligatione tueri possunt,per text.in l.mutus.§.qui nō cogitur.& ibi Doct.ff.de procura.& insti. de satisd.§.penult.& fin.& l. exigendi.C.de procurator.

& Hip-

& Hippo.de Marſi.in repetit.rubr.ff.de fideiuſſ. numer.xxxiiij.Sed ipſi nolunt,& bene faciunt,ne perdant id quod ſoluant, ſed nobiles & burgenſes bene recipiuntur in cautiones,& fideiuſſores, vt alibi dixi.

SVMMÆ.

1 *Nixus copula quid.*
2 *Conatus non reputantur pro actu perfecto.*
3 *Coitum habere volens cum animali bruto, ſed impeditus,an puniatur, ac ſi perfeciſſet.& nu.4.*
4 *Iudæam ſi cognoſcat Chriſtianus,aut econtra, an ſit pœna adulterij.*
6 *Sclauam ſtuprans qualiter puniatur.*
7 *Furtum domeſtici vel extranei & ambatum ſimul, qualiter puniatur.*
8 *Viduam corrumpēs qualiter puniatur,& ipſa etiā.*
9 *Mortuus homo an poſſit ſuſpendi.*
10 *Mortuam coitu polluens qualiter puniatur.& nu.13.*
11 *Mortuum ſi clericus percutiat,an fiat irregularis.*
12 *Mortuo qualiter fiat iniuria.*
14 *Mulieres duæ ſe mutuo ſubagitantes,qualiter puniantur.*

Quæſtio CCCXVI.

Si quis volens rem habere cum animali bruto ſuos fecit nixus & conatus,membrum ſuum ponēdo iuxta vas vetitum, tamen non perfecit, nec conſummauit, territus & per aliquem impeditus.quæritur an puniatur ac ſi feciſſet. Et quid de Chriſtiano habente carnalem copulam cum Iudæa,vel de Iudæo cum Chriſtiana. Et quid de cognoſcente mulierem mortuam, & quid de mulieribus ſe inuicem vt viri commiſcentibus.

DECISIO CCCXVI.

1 RAESVPPONO † quod hoc crimen dicitur fieri contra naturam humani generis,c. hoc ipſum.§.j.xxxiij.q.ij. Secundò quid ſit nixus copulæ,& Bal.conſi.cccvj.ſtatuto Placentiæ cauetur. volu. iij.dicit quòd tex.in l.ſi.§. illud.C.de temp.app.exponit ſumma ope nixum voluiſſe.& gl.in reg.ex eo non debet quis fructum cō ſequi,quod nixus eſt impugnare.de reg.iur.libr. vj. exponit verbum nixus cum effectu. Sed Bald. alio modo exponit vbi ſuprà. id eſt fecit quicquid potuit: ita quod per eum non remanſit perueniendo ad actum proximum & immeditatum, vt quia voluit clauſtra aperire pudoris, & per eum non ſtetit. Non enim dicitur ſecundùm eū actus proximus, ſi alius eſt magis proximus.verbi gratia, ſi quis tangit vel leuat veſtimēta eius,vel eam capiat per pannos Et iſtud dicitur naturali ratione demonſtrari: quia proximum dicitur illud quoſuppoſito,alterius ſequitur continuatio,& de facili,argum.l.tria prædia.&l.qui cella.§.in ruſticis.ff.de ſeruit.ruſti.prędi. pro quo allego tex.in c.ſi.ibi,licet ſæpe nixus fuerit carnaliter non cognoſcens.& ibi gloſ.Abb.Sicu.& 2 Cardin. Alexan.de ſpon.† Ideo talis conatus & nixus ſub lege vel ſtatuto pro actu perfecto ſeu conſummato non ponitur.Et idem Bald. conſil. xxvij. punctos ſuper quo vol.ij.niſi in crimine Sodomiæ, quo eſt inhumaniſſimum.l.j.§.fi.ff.de extraordi. crimi.& c.vt clericorum.de vita & honeſta. cleri.& c. clerici.de exceſſi.prælat.& idem Bal.conſi.xxx. vbi idem conſi.repetitur eo.volum.de iſto & aliis atro 3 ciſſimis criminibus infrà dicam.† Hoc habito videtur quòd non:quia de iure & conſue.generali conatus non punitur,niſi ſequatur effectus.leg.j.§.fin. ff. quod quiſque iur.in alt.ſtatu.& Abb.Sicu.in c.j. de eo qui mitti.in poſſeſſ.cauſa rei ſer.& iuribus ſuprà alleg.De conſuetudine atteſtatur Spe.in ti. de accuſa.§.j.quem ſequuntur Ang.Pau.de Caſtr.Ale.Iaſo. & Moder.in d.l.j.§.fi.& Fel.in tract.de conatu.ver. & ideo dicit Bar.& Ioan.Fab.& Sali.in l.is qui cum telo.C.de ſicar.niſi in certis caſibus per ipſos.& magis per Feli.poſitis,& dixi in tract. de ſedit. in ſolu. quæſt.& iſtud probari videtur Leuit.xx.dum dicit, Qui cum iumento & pecore coierit &c. ibi gl. interlinearis ſuper verbo coierit, ſic exponit. id eſt deliberando & perſeuerando.& idem gloſſ. ordinaria ſuper verb. qui cum iumento. ibi, vir ergo vel mulier qui non langore naturæ, ſed deliberatione eius coierit, reus eſt mortis. † ¶ In contrarium vi- 4
detur,quòd puniantur,cùm in atrociſſimis delictis, ac nephandiſſimis actibus voluntas & non exitus ſpectetur,l.diuus ff.ad l.Cor.de ſicar. cum ibi not. per Hippoly.de Marſi.& Gandi.in trac.malefic.tit. de pœn.reo.verſ.ſi autem cogitauit. & hoc quando proceſſum eſt ad aliquem actum ordinarium de præſenti ad ipſum factum:aliàs ſolus tractatus & ſola ordinatio non punitur, etiam in atrociſſimis, vt dicit etiam Bald.in l.non ideo minus.in vj.C.de accuſ.& in terminis probatur xv.q.j. cap. mulier quæ acceſſerat ad omne pecus,& vult aſcendi ab eo,interficietis mulierem, & pecus morte moriatur, &c.& ſic in hoc delicto atrociſſimo non requiritur cōſūmatio ſeu ſeminis emiſſio,dum dicit,& vult aſcendi ab eo,& tenet Bald.in d.con.xxvij.quia in iſtis delictis licitū eſt tranſgredi iura,vt in terminis tenet Hipp.de Marſi.in l.j.verſic.ſed prædicta poſſent.ff.ad leg. Cornel. de ſicar.quoniam ſecundum eum animal brutum omni ratione & ſenſu carens, l.ait prætor.& ibi Alb.ff.ſi quadr.pauper.feciſ.dica. punitur.d.c.mulier. & idem tenet Guid. Pap. in q. ccxxxvj.& Luc.de Penna in l.ij.C.de paſcu.publi.& in l.quoniam.C.de curſu publi. & ſic videtur loqui Hippoly.de Marſi.in iſtis delictis atrocibus non cō ſummatis,vt ipſe etiam no.in repe.leg. vnicæ.C.de rapt.virgi.numer.ccxlv.vbi ponitur in verſicu. modò quæro.& nu.ccxliij.de eo qui iuit cum aliis armatis hominibus ad domum mulieris, vt illam raperet,ſed ipſam non inuenit,& ſic non potuit perficere delictum:tamen puniri debet, ac ſi conſummaſſet,ſequendo gl.inſtit.vi bono.rapto.quametiā ſequitur Anto.Corſet.in ſingu.in verb.vis.pro qua allegat text.in l.ſi quis ex domo.ff. de furtis. ſed ibi aliquid bonorum rapuit,quod nihil hoc in caſu fecit,nec mulierem aut bona cepit. Et vbi mulierem rapuiſſet,ſi carnaliter eam non cognouiſſet,non puniretur, ſecundùm communem & veram opinionem pœna d. l. vnicæ. de raptu virgi. & ipſemet de Marſil.tenet ibi.& latè dixi in conſil. vnus iuuenis. & Pau.de Caſtro in conſi.xxvij.viſa inquiſitione facta.volumin. antiquo.& etiam Leuitic.xxviij.dicitur,Cum omni pecore non coibis,nec maculaberis cum eo.Mulier non ſuccumbet iumento, nec miſcebitur ei.Et melius xx.capi.ſuprà allegat.qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidite. Mulier quæ ſuccubuerit cuilibet iumento,ſimul interficiatur cum eo. Et ſic videtur dubium, quamuis in caſu noſtro criminoſus confeſſus fuit aliquid ſpermatis emiſiſſe, ſed impeditus à quibuſdam ſuperuenientibus non perfecit, & Exod. xxij. dicitur, Qui coierit cum iumento morte moriatur: cuius verba recitantur in capitul. reos. §. qui coierit.xxiiij.quæſtion. v. & facit.

in argumen.tex.in l.final.iuncta gl.vltim. ff. de rerum diuisione.dum dicit,transcendere voluerit, id est quia peruenit ad aliquem actum,vel quia voluntarie transcenderit.Ideo hæc fuit causa eundem puniendi ad mortem. ¶ † Sed nunc videndum est, quid de Christiano cum Iudæa,vel Iudæo cũ Christiana carnalem habente copulam, etiam contemplatione & velamine matrimonij,an puniantur pœna adulterij.Et videtur quod sic.l.ne quis Christianam C de Iudæis.& c.quanto.& ibi Abb. Sicul.& præpositus Mediol.alias Cardi. Alexand. de diuor. & idem Cardina in c.tuis gentium.versicul.no.finaliter.j. distinctio.Abb.in c.tanta. & qui filij sunt legitimi.& tex.in cap.caue Christianæ.xxviij.quæst.j. & capitu.si quis Iudaicè.ea causa.& quæstion.cuius pœna erat de iure codicis capitalis,leg. transigere. C.de transact.& l.quamuis. C. de adulter.quæ hodie non est correcta(secundùm Sali.in d.l. ne quis) in mulere in casu illius l.ergo à fortiori vbi sine tali velamine,vel etiam cum tali coierit,ambo debẽt puniri,quia Iudæi detrudi in monasterium non potest,nec vitam monasticam ducere,nec pariter recomerciari vero, vt dictis iuribus. quamuis vir habeat rem cum muliere ad Dei similitudinem creata.Petr. de Belloga.in Specul. princ.tit.de proposi. gra.numero xxvij.& non cum animali bruto,quod est considerandum, vt infrà dicam. Et hac ratione nec mulier Christiana,quod est fortius, licet inter tales coeuntes non sit proprie adulterium,sicut inter Christianos, secundùm ipsum ; tamen inter infideles non est verum matrimonium, sed ratum.d. cap.quando.versicul.nam & si matrimonium,quia potest dissolui,vt ibi,quia tũc in Christiana muliere non habet locum pœna authen.sed hodie C. de adulter.& not.xxviij.quæstion.j capitul. vltimo. Et ita fuit iudicatum Parisiis contra quendam Ioann. Alardum,qui combustus extitit,per Baillium episcopum Parisien.ex eo quòd ex Iudæa, quam intertenuerat,plures habuerat liberos, quod tamen seruatum non fuerat in personam Gofridi Boussart, qui similiter rem habuerat cum Iudæa,sed propter furtum quod commiserat suspensus fuerat,prout refert Ioan.Gallus in q.clxij.nihilominus secundũ cũ talis comburi debet,qui cum Iudæa(quæ canis iuris interpretatiuè dicitur) rem habuit , non habendo respectum an liberos ex ea habuerit vel non , vt ibi.sed Oldr.de Lau.non est profectò ita rigorosus, qui in facti contingentia existens Auenioni consuluit contrarium,quod capitaliter non veniebat puniendus.l. qui adulterium.cum ibi not.per Doctor. C. de adulter. sed extraordinariè arbitrio iudicis, dum tamen ad hanc commixtionem non interueniat aliud aggrauans delictum,vt raptus vel stuprũ: tunc oporteret ex alterius criminis adiectione grauius puniri,l.j. C. de rapto. virgi. quod non erat in casu suo. Sed hac sua non obstante opin. domini Ray.de Apulea.& Ant.de cruce.qui tunc præerãt in officio iudicaturæ Auenionen. dictum Iudæum in amissione virilium condemnauerunt, & ipse vidit virilia incisa ante palatium, vt ipse refert in consil.vlt.& ipsum sequitur And. Barb.consi.lxiij. vol. iiij.& Dec.in c.j.versi.& aliàs dubitatum fuit.de cõstit.& in c.consuluit.ver. sic etiam Iudæi. de appel. & Ale.in consi.xcix.li. vj. maximè si secundùm eos Christiana erat meretrix, tunc non puniatur morte.& idem Alex.in consil.xij.lib.vij.& Sylua nuptia. fo.lxxiiij.in fin.cum aliis per eum alleg.Et per Hippo.consi.cj.vol.ij.quod est amplum. Et ilta est cõmunis. Tamẽ Hiero.Pau.dicit in li.prouinciali.ver. Referebat dominus meus,quod in Cathalonia infidelis habens rem cum Christiana punitur ad mortem,& etiam ipsa: sed quod Christianus cum infideli muliere copulam habens non punitur ad mortem,cum tamen secundum eũ videretur contrariũ propter periculum partus, qui ad tempus sequitur matrẽ infidelẽ Sed lex suę patriæ considerauit incõtinentiã & infamiam maiorẽ in muliere subiiciẽte se seruo, vel quasi seruo infideli,quàm ecõtra arg.l. vnicæ,de muliere , quæ se iunxer.propr.ser.& l.fin. C.cõmunia de manumis. &c. si Iudæos. de Iudæis. Sed Iac.de Bellouiso.in sua praxi,ti.de leno.in fi. tenet q̃ puniatur pœna adulterij,d.l. ne quis Christianam & l.quoniam.C.de adulte.† Pro opin. Hiero. 6
Pau.facit,quòd eleganter dicit Ang.in l.inter liberos.in prin.ff.de adulte. q̃ cognoscens vel stuprans sclauas.quibus in domibus vtimur,non punitur pœna stupri,quæ imponitur pro stupro in libera muliere cõmisso,sed extra ordinẽ venit puniẽdus.alleb.text.in l.fi.ff.de off.præsi. vbi habetur de ancilla deuirginata, & ipsum ibi sequitur Alex. in addi. ad Bar.& Ana.in c.significauit.ver.& adde no, dictũ, quod dicit esse mẽte tenendũ, quia quotidie occurrit.Ergo iste stuprator sclauę videtur minus puniri, quã voluit Old.qui consuluit eũ puniendum capitaliter:sed non vbi stuprũ vel raptus non interuenerit,vt dictum est.Sed opi.Old. in vtroq; dicto videtur de iure verior,quando in hac cõmixtione inter uenerit violentia,raptus,vel stuprũ.Et idẽ tenuerat Iac.de Ra.secũdùm Ang.& Ale.vbi suprà.sed quod accusatio non erat publica,sed priuata, scilicet domini vel dominæ ancillæ : & sic par erit pœna stuprantis sclauã & liberã.sed ius accusandi non competet cuilibet de populo,vt dixi in consi.inchoan. iuuenis quidã.sed non in stupratę propriã sclauam, secundùm Ang. Ale.& de Anan.per l.fi.de offi.præfidis. Quare videtur bona illa consideratio , quòd vbi non interuenerit raptus ex parte Christiani, q̃ non puniatur pœna mortis:sed Christiana, quæ seruo infideli aut Iudæo se immiscuit , propter rationem Hieron.Pauli adductam. Vnde in casu prædicto Ant.du Mas fuit ad comburendum simul cum ipso animali prius strangulato condemnatus. Et latum arestum apud sanctum Aemilianum.xxiij.Nouembris. Anno 1528. Et aliud simile contra Guiotum Vincenot,appellantem à iudice Montis regalis die vij.Februarij,anno prædicto. Sed secundùm consuetudinem Burdegalensem titu. si familia furtum domino, aut adulterium cum vxore vel sponsa,aut filia,vel nepte fecisse dicatur.§. j. si Christianus seruitor aliquod prædictorum commiserit,perdit sine misericordia caput.terribilis est maximè in furto domestico,quod de iure mitius punitur,l.respiciendum.§.furta domestica. ff. de pœnis. & latè Iac.de Bellouiso in sua praxi,ti.de furt.nu.ix.tamen per consuetudinem debent suspendi , si quinquaginta francos Burdegalenses à domino suo subtraxerint:& si minus,bis per villam fustigari. Pro qua facit tex.in ca. primo.§.si quis quinque solidos valẽs,aut plus fuerit furatus,laqueo suspendatur: si minus , scopis & forcipe excorietur & tundatur vt de pace tenenda,& eius violat.& quod no. Io. Fab. in §.alia deinde.in ver.in gl.no.extraneum,instit.de publi.iud. ibi , item seruitor & familiaris suspenditur pro primo furto,& extraneus non. ¶ † Quid si extraneus iuuet familiarem,videtur q̃ ambo debeant suspendi.per illũ §.& per l.verum.ff.de parri.& pro hoc l.si quis vxori.ff.de furt.vbi Bart. in fin.dicit q̃ quidam principiũ illius l.inducebant ad quæst.quando pro 7

do pro furto imponitur pœna corporalis, puniatur filius subtrahens patri, quoniam habet vnde soluat, scilicet corpus suum, licut habet castrense peculium. Et idem ibi Angel. nisi forte aliud induceret magnitudo delicti, iuxta glo. sing in leg. ij. ff. arbo. furtim cæsa. & Feli. in c. si quis episcopus. ver. no. casum specialem. de hæreti. ideo dicit Odofr. quem referunt Cin. Bal. & alij in l. apud antiquos. C. de fur. quòd famulus hodie furatur vnam rem, & cras aliã, etiã vilem, quòd punietur tanquam de magno furto. & sic limitatur dicta leg. respiciendum. §. furta. quos Barb. sequitur consi. xj. nu. xxj. volum. ij. Et simile est statutum in ciuitate Lucana, vt refert Dec. consi. lxv. & tenet Cæpo. in terminis nostris in cõsi. xxvj. vbi loquitur de statuto Brixię, quod quis puniatur pro modico furto furca: quod est singul. & Fulg. consi. clvij. dicit esse Partanis. & de Ilern. in j. consti. Neapo. numer. xiiij. cum seq. in regno Neapo. excedit vnã vnciã. Et idẽ dicit Matth. de Afflict. in cõsti. Neap. tit. de periuriis, nu. iij. allegãs Luc. de Penna. in gl. sua super. c. regni. incho. cura nobis. Tamen secundùm consil. ccccxxix. incip. considero in proposita consultatione, licet ex dispositione statuti furto pro paruo furto possit furca suspendi, tamen iudex potest moderari pœnam illius statuti citra mortem, vt ibi, & sequitur Bernar. Landri. in addi. ad Angel. Arc. in tract. malefi. in gl. quas si non soluerit. in verbo, debet. & Hipp. de Mar. in leg. j. §. Adrianus. nu. v. ff. ad leg. Corn. de sica. & idem sing. clxxxij. incip. iudex non debet. volens etiam, quòd non solùm pœnam impositam à lege vel statuto ex causa augere vel minuere, sed etiam poterit augere vel minuere pœnam per consuetudinem impositam, alle. glo. vlt. in leg. hodie. ff. de pœnis. & idem Abb. Sicul. in c. de causis. finalibus verbis. de offic. dele. & sentit Bar. in l. Pedius. §. diuus. in fi. ff. de incend. ruina, naufr. dum vult in furto valorẽ rei raptę exprimendum. quod dicit facere pro statutis limitãtibus pœnam actionis furti, secundum valorem rei subtractæ. & Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. & de Puteo in syndica. in verbo, pœna. c. licet vers. si pœna arbitraria. sed in casu cõsuet. nostræ, quamuis quidã seruus ob furtũ maioris summæ quinquaginta francorũ Burdegalen. fuisset per iuratos Burdegalę ciuitatis ad mortẽ condẽnatus. & per Seneschallũ dictũ, eũ fore fustigandũ. tamen per curiam fuit ad galeas cuidã cõmissario traditus perpetuò remigandas, de mense Aprilis. Anno 1533. Contra hanc conclu. vide Bal. in l. data opera. vers. ic. item notandum est. C. de accusatio. & in l. si quis non dicam rapere. vers. iuxta hoc incidenter tãdit ista quæst. C. de episc. & cler. Sed famulus de fornicatione cum filia vel nepte domini sui, etiam spe vel contemplatione matrimonij habita, puniatur secundùm consue. Burdegalen. ac si seruus esset, d. l. vna, de muiier. quæ se propriis iunxer. seruis. Et tamen per illum text. mulier punitur. & per consuet. Burde. non, & pluerunque mulieres sunt instigantes, & requirentes, & dicam in quæst. post immediatẽ seq. pro quo dicit Cin. in d. l. vna. ver. vltimò no. quòd seruus rem habens cum domina, nõ debet remunerari, sed acriter puniri: vt ibi: sed ecõtra ancilla, quæ habet rem cum domino remuneratur. l. fi. C. com mu. de ma. Et sic arg. q̃ amatores debent amasiis suis dõnare, non econtra, & crede experto quod donum magis valet quàm suspiriũ, imò suspirium nihil valet sine dono, ferrum tamen præponitur auro. Nam secũdùm Iuuenalem, Ferrũ est quod amat, quòd quidam exponunt, id est ferreum membrum, propter cuius ferri fortitudinem insignes etiam mulieres seruis vilissimis se exponunt, vt hac lege monstratum. hæc ille. & sequitur sylua nuptia. Pro dicta verò consue. videtur tex. in leg. si quis viduam. ff. de quæstionib. † vbi si quis viduam aut alij nuptam corruperit, in insulam deportandus est. Et tamen non loquitur an ipsa vidua, vel alij nupta similiter debeat deportari, cùm sit in pari delicto. pro hac leg. quamuis cum sua authentic. C. de adulter. Vnde in pœnalibus & odiosis masculinum non comprehendit fœminum, vt l. j. §. quare si ita exhæredatio. ff. de ventre in possess. mitten. cum aliis pro ista parte per Hippo. in dicta l. si quis viduam. allega. Sed contrarium tenet, ibi, ipsam simili pœna esse puniendam, vt ibi per eum causa brevitatis: vbi multum hoc probat per septem. Sed curiæ relinquo iudicandum, licet crimina morte finiantur, l. defuncto. ff. de public. iudic. & capit. quorumque. xxiij. distinctione. & C. si reus, vel accusator mortuus fuerit. † Et sic iudex non debet suspendi facere corpus mortuum, vt tenet Angel. in leg. secunda. C. qui testamen. facere possunt. & in dicta leg. defuncto. & in leg. qui à latronibus. §. si quis. ff. de testament. Tamen est in arbitrio iudicis, vt voluit Baldus in dicta leg. ij. qui testamenta facere possunt. & tam eo transit ibi Rapha. & etiam Corneus. & idem Ludouicus & Imol. in dic. l. defuncto. & Hippo. de Marsi. in l. fina. nu. xl. ff. de quæstionibus. † Quid de cognoscente mulierẽ mortuam virginem, vel viduam pariter, videndum est qua pœna puniatur. Et videtur nullo modo debere puniri, quia homo mortuus nihil valet vltra nisi vt humo detur. not. in l. hæc. ff. de condict. triti. Et homo mortuus suspendi, vel vulnerari, aut iugulari non potest, per no. in præceden. quæstione. & not. cccxliij. cap. Engeltrudam. & Bal. in l. j. versi. quarti dicunt. & ibi Ludouic. Bolog. in primis interpretationibus. C. qui accu. non possunt. & Hippo. in leg. fina. num. xlj. de quæstionibus. facit leg. qui mortui nascuntur. & Lanniculus. §. finali. ff. de verborum significa. quia non est simpliciter homo. leg. si homo mortuus. de verbo. oblig. & mortuo legari non potest. l. voica. §. j. C. de caducis tolliendis. & Hieron. Cagnolus in l. diem functo. numer. cxiiij. de officio assesso. † Quinimo clericus percutiens mortuum, etiam si habebat animum interficiendi eum viuum, non incurrit irregularitatem: vt tenet Archidi. in ca. fin. xv. q. j. refert & sequitur Hippo. de Marsi. in dicta l. fina. numer. xxxj. ff. de quæstionibus, & ibi vide numerum xxxj. vsque ad lij. casus in quibus mora non nocet, sed omnia soluit. Et facit tex. in clement. pastoralis. vers. quondam Imperator. de re iudi. per quem dicunt ibi Doctores, q̃ Doctor mortuus non debet appellari Doctor. & per consequens miles mortuus non debet appellari miles. Et sic de Ducibus, Marchionibus, & similibus: quia Doctor dicitur à docendo, sed postquam est mortuus, non cetet docendi officio, ergo appellari non potest Doctor. Nam, vt inquit gl. j. Si re priueris, nec nomen habere mereris, in cap. admonere. xxxij. qu. ij. ita Barba. in c. in præsentia. nu. vij. de probationi. tamen ibi tenet contrarium. per tex. in c. vno. de reliq. & veneratione sanctorũ. lib. vj. ibi, vers. egregios quoque ipsius Doctores ecclesiæ. vbi appellat Gregorium, Augustinum, Ambrosium, & Hieronymum, Doctores, & tamen mortui sunt. & vide latius per ipsum Barbat. Et an possit mortuus creari miles vel Doctor, vide Abb. & Feli. in d. c. à nobis. ¶ † In contrarium videtur, quia cadaueri fit

iniuria.l.j.§. quoties autē funeri teſtatoris vel cadaueri, vt ibi Alber.& Ang.ff.de iniur.& Corne.in l. ſororem.verſi.ex quibus not.C. de his quib. vt indign.& l.qui ſepulchra.& l.fi.cum ſua authen.C.de ſepulchro viola.& l.iij.§. qui de ſepulchr. ff.eod. & l.j ff.de his quib.vt indign. ibi, libertus priuatur,& glo.in c.ſane profertur.xxiiij.quæſt.ſecunda,verbo, mōſtrans.quæ dicit grauius eſſe peccare in mortuū, quam in viuum,per text. in d.l. qui ſepulchra.& illam gloſſ.facit Bal.ſing.in l.qui crimen.verſi.quando quis accuſat.C.qui accuſare non poſſunt. & Anchara.in capit.j.& ibi de Ana.in j.no.de maledi.ad hoc quòd quis admittatur ad accuſandum memoriam defuncti, debet ſe prius inſcribere ad pœnam talionis,per tex.in cap.ij.quæſt.iij.facit tex.in l.defuncto.& ibi Ioann.de Imo.& Doctor.ff.de publi. iud.vbi volunt iudicem,qui poſt mortem criminoſi ipſum ſuſpendi facit teneri actione iniuriarum. Et idem Cin. Bal.& Salice.& Moder.in l.ij.C. qui teſtamen.face.poſ.dicens ibi Cin. quòd eſt peſſima practica ſuſpendi facere mortuum,per tex.in l.vniuerſi.in fina.C.vbi cauſæ fiſca.& plenè de Puteo in ſyndic.in ver.mortuus.vbi vide.& Hippol.in d.l.fi. num.lv.vſque ad nu.dciij.de quæſtionibus.vbi plures ponit caſus, in quibus mortuus & viuus æquiparantur. Et ſecūdus caſus multum facit pro hac deciſione , quod percutiens clericum mortuum,eſt excommunicatus , ſicut percutiens viuum.Allegat Doct.ita tenere in cap.à nobis.in ſecundo. de ſententia excommunicationis.vbi gl.Abb.Sicul. & Felin.ferè adducunt caſus per Hippolyt.adductos , vt idem Abb.ibi etiam dicit,quod participans corpori mortuo excommunicati, incurrit excommunicationem,per gl.in c.ad hæc. in verbo, ſepelierint.& ibi Abba. & Doctor. de Bellenzinis in additio. de priuilegiis.& ſequitur Feli.in d.c.à nobis.verſicu.& ad iſtam materiam.& idem Roma.in ſingu. lxxii ij.

13 dicam ibi dubia. ¶ † Quid dicendum ? Videtur quòd talis ſit plectendus tanquam violator corporum,iuxta d.l.fi.ibi , ſi corpora ipſa extraxerint,vel oſſa eruerint &c.Et ſi fuerint humilis fortunæ , vltimo ſupplicio : ſi honeſtioris in inſulam deportatur,aut aliàs relegantur , aut in metallum damnantur , cum iſte talis tam fœdiſſimus cōtrectauerit,& de facto attentauerit pudicitiam mortui corporis, l.ſepulchri deteriorem ibi, corporibus non contactis. ff. de ſepultu.viol.& illa pœna habet locum in eum ſecundùm gloſſ.in dict.leg.qui ſepulchra.in fi. quoniam in corpus mortuum facit iniuriam , dum etiam tex.ibi in fin.dicit,& qui corpora ſepulta aut reliquias contrectauerint.& puniuntur etiam in x. lib.ſiue pondo auri,quia per illam pœnam non intelligitur receſſum à pœna d.l.fin. quoniam ſecundùm Iaco.But. quando plures pœnæ ab eadem lege imponuntur,omnes concurrunt in executione, vt eſt in d.l.ſepulchra,vbi Imperator repetit , nihil derogando quò ad antiquam pœnam poſitam in dicta l.fin.& ibi cum ſequuntur Bal.Angel.& Salic.

14 † Sed quid de duabus mulieribus actum venereum facientibus.& ſe corrumpentibus.Et iſtam quæſtionem vidi in curia venire. Et videtur quòd non ſint puniendæ , vt patet ex d. Iuuen.ij.ſatyr. loquendo in perſonam mulierum.

Tædia non lambit Cluniam,nec Flora Catullam.

In contrarium , quod pœna vltimi ſupplicij puniri debeant.l.fœdiſſimam.in princ.C. de adult, ſecundùm vnā lecturam gloſſ.argum.l.cùm vir,eod.titu. quam ſequitur Cin. qui dicit quaſdam mulieres fœdiſſima nequitia tentare , quæ libidinem ſuam exercent in alias mulieres,eáſque inſectantur , vt viri , ſicut de quibuſdam maledictis fertur. Sic enim dicebatur de Franciſca de Leſtaige,& Catharina de la Maniere,ciuitatis Aquenſis de hoc accuſatis.& cum gloſſ.tranſeunt Albe.de Roſa.& Salic.vbi Alber.alleg.text.cum gloſſ.in authent.de non eligen.ſecundo nuben.§.cum igitur.circa fi.colla.j.in verb.luxuriantur.quę dicit luxuriam cōmitti,ſi mulier cum alia fœmina agat per dict.l.fœdiſſimam.& per tex.in authen. vt non luxurientur contra naturam.Sed quia ſupradictæ duæ mulieres repprobauerunt teſtes : fuerunt relaxatæ , & quæ condemnatæ fuerant ad quæſtionem per Seneſchallum Laudarum in ſede Aquenſi.Et latum arreſtum die xviij.Iulij,Anno 1533.

SVMMÆ.

1 *Carceris cuſtos cum muliere carcerata coiens, qualiter puniatur.*

2 *Tutor coiens cum pupilla eſt capite plectendus. & num.4.*

3 *Arbitrariam pœnam an poſsit iudex ad mortem vſque extendere.*

5 *Meretricem carceratam an liceat cognoſcere.& nu. 7.& 9.*

6 *Vaſallus non poteſt occidere dominum adulterantem uxorem ipſius.*

8 *Meretricis coitus etiam violentus eſt impunitus.*

10 *Carceratus cum alia carcerata coiens qualiter puniatur.*

11 *Meretrix rapiens iuuenem fuit combuſta.*

12 *Iudex coiens cum muliere ſuæ iuriſdictionis ſubdita,qualiter puniatur.*

13 *Patri licet magiſtratum cum filia coeuntem occidere,licet marito vilis id non liceret.*

14 *Meretricem carceratam , vel non carceratam,ſi volentem cognoſcat officialis,non tenetur.*

15 *Mulierem carceratam , vel litigantem ſi cognoſcat iudex,vel officialis,an puniatur. & nu.16.*

Quæſtio CCCXVII

Quid de iudice,aut ſenatore,ſiue conſiliario Regio,vel Præſide,aut Cancellario,vel commentarienſe, qui carnaliter cognoſcit mulierem coram eo,vel curia litigantem,aut carceratam:vel aliam ratione iuriſdictionis tantum ſubditam, an puniatur?

DECISIO CCCXVII.

ET † primò tangam quæſtionem de carcerata muliere cognita , quam , vt ait de Puteo, nullus noſtrorum citramontanorum tangit, præter Io. Fab. in §.item lex Iulia,inſti.de public.iudi.qui arg.gl. ibi volētis tutorem ſuam ſtuprantem pupillam eſſe capitali pœna plectendum,l.j.C.ſi quis eam cuius fuit tutor corruperit. dicit idem eſſe quocunque alio , qui aliquam perſonam conſeruare habet , vt eſt cuſtos carceris, cognoſcente mulierem captam & ſibi cōmendatam acriter venit puniendus:imò(vt inquit Fab.) conſuetudinarij eum ſuſpenderent. Et ipſum ſequitur de Puteo in ſyndicat, in verb. adulterium officialis.& Guido Pap.quæſt.cccxlviij. tamen hoc prius dixerat Iacob. de Bellouiſo in trāct.ſuo. crimin.titul. de quæſtionibus. verſiculo idem dicere. per tex.in d.l.j.ſi quis eam cuius tutor. Sed hæc argumentatio , ſiue extenſio de tutore corrumpente pupillam ſuam,ad commentarienſem, vel iudicem cognoſcentem carceratam,facta, non videtur prima facie (ſalua dicerem pace) valere , qua tutor habet

Digitized by Google

habet medio iuramento ſuam conſeruare pupillã. Commentarienſis verò ſine ſacramento, niſi in crimine hæreſis, text. cum gloſſ. in clem.j.in verbo, pro dicto crimine.quam ibi ſequuntur Imo.& Doctor. in fina. per Pet. de Vital.de hæret. Tum quia illa l.j.nõ ſic intelligitur,vt ſtatim dicam, & pro opinione Ioan.Fab.adducit de Puteo.quod officiario in prouincia ſibi commiſſa interdictum eſt cũ ſubdita contrahere matrimonium,leg.ſi quis officium.& l.qui in prouincia.ff.de ritu nupt.& in l.j. C.ſi rector prouinciæ.& l.j.C.ſi quacunque prædi. poteſt.quibus videtur tã de iure canonico,quàm cõ ſuetudine generali derogatũ fuiſſe,vt infrà dicã. Ergò à fortiori nõ licet iudici ſtuprũ raptũ,vel adulterium cõmittere,authentica multo magis. C. de ſacroſan.eccle. Tum(vt ait Ouid.ij.Metamorphoſ.)

Non bene conueniunt,nec in vna ſede morantur
Maieſtas & amor.

Quem refert gl.in l.j.§.illud.C.de Latina libertate tollenda. & magis in ſpecie ſecundùm eum facit text.in auth. nouo iure. C.de cuſtodia reorũ. verſ. nec caſtitati iniurietur.qui tex. infert illicitum eſſe cum carcerata coitum, ſuperioris arbitrio punibi-
2 lem.† Quod tamen,ſi verum ſit,ad mortem vſque extendendum non erit,quicquid voluerit glo.in §. in ſumma.inſti.de iniuriis.vt tenet Ant.de But. & de Zabarel. in cap. de cauſis.de offic. dele.per glo. ſing.in c.inquiſitionis.in prin.de accuſ.& idẽ Rom. in repeti.rub.ff.de arbi.in verb.ſtatutum.vbi alleg. Bal.in conuenticulã.C.de epiſ.& cler. in l. quicunque.C.de ſeruis fugitiuis,per gl. in l.ſi fugitiui. eo. tit.& idẽ Bal.in l.ſi poſt tres.ff.ſi quis cau.& Card. de Zaba. in ca. ex literis.de conſti.& Albe.in l.j.de furib.balne.& in l.j.de effract.& Feli.in d.c. inquiſitionis.in prin.Mouetur vna ratione,quæ (inquit) clara eſt,arguendo ſic:non eſt dare maiorẽ pœnam morte,illud,Terribiliũ vltimum eſt mors,& iudex habens arbitrari non poteſt imponere æqualẽ pœnam pœnæ ſimilis delicti,per gl.in d.c. inquiſitionis.ergo nunquam pœnam imponet mortis : quia eſſet imponere æqualem.quod dicit eſſe no. Fatetur tamen poſſe imponere pœnã corporalẽ,& hoc ſi eſſet ſtatutũ vtẽs verbo,moderari.aliàs primã opinio.gl.credit eſſe veriorẽ,quã limitat tribus modis,vt ibi.& illam etiam ſequitur Bal.& Io. Fab. in d.§.in ſũma. & de Puteo in ſyndica.in verb. pœna. c.an ſi ſtatutũ relinquit pœnas arbitrio iudicis.ibi, tamen alio modo. verſicul. quibus adde. limitat ſi conſuetudine vel alia lege.in ſimili delicto talis imponebatur pœna,vel in ſimilibus † pœnis arbitra-
3 riis,quod tunc poſſet imponere, per leg. ſaccularij §.ſunt quædam.ff.de extraordina.crimi.& pro hoc text.cum glo.in l.hodie.in fi.ff.de pœnis.Sed ceſſante conſuetudine, aut lege , debet iudex vti ſuo arbitrio,in quo non debet eſſe nimis gratioſus , nec etiam vltra modũ ſeuerus,vt not.Ioan.And.in cap. j.de re iudi.& ipſum refert Bald.in dicta l.quicunque.de ſeruis fugitiuis. & iſtud eſt æquius , de quo latius per Felin.in d.c.j.ex literis,de conſtitu.verſicu.tertia declaratio. † Tum tutor non punitur ad
4 mortem,ſed deportatur cum publicatione bonorum:quia durante tutela illam non cognouerat,ſed tutela finita vt patet ibi tam in rubro quàm in nigro: quamuis idem nondum finita tutela , licet de pœna ſit ibi altercatio,an puniatur pœna,quã leges rapori imponunt,quod ibi videtur tenere glo. in prin.quod non facit:quia verſicu.quamuis.ponitur aduerſatiuè,& nõ correctiuè:ad demonſtrandum, ſecundùm Salice.quòd nitius fuit pœnam raptoris non imponere , quia verè non rapuit , ſed ſtuprauit,cuius pœna eſt deportatio cum bonorum publicatione,per illum text.& in §.idem lex Iul.inſtitut. de publicis iudiciis.& iſta eſt verior & cõmunior, ſecundùm Cin.Bal.& Sali.& alibi dixi, vt in conſilio infrà allega.† Et iſtam concluſionem Ioan.Fab. 5
de commentariẽſe , aut iudice carceratam cognoſcente,de qua infrà dicam,an ſit vera ampliat de Puteo,vbi ſuprà locum habere etiam in meretrice in carcerata per ea quæ not.Barto.in l. inauditũ filiũ. ff.de ſica.volens quòd licet bannitus ſit extra protectionem principis,vt poſſit occidi & offendi.Et tamen ſi eſt carceratus,non poteſt ibi offendi & occidi,quoniam carcerati ſunt tunc ſub protectione curiæ:l.ſi.C.de cuſtodia reorum & ibi idem Ange. verſicu.ſequitur in tex.homicidij reus eſt : ſed voluit de Puteo allegare Bar.in l.eiuſdem.§.fi.de ſica. per quæ dicit Din. quẽ refert Irn.in l.in laqueum. ff.de acquiren.rerum dominio.quod occidens bannitum captum à familia poteſtatis puniri debeat per text.in §.arripiat.in authen.vt omnes obe.iudi. prouinci.pro quo Irnerius allegat text.in l.ſi. C.de maleſi.tamen Din. tenet quod non,& quod de facto noluit conſulere,licet pluries conſultus fuerit, & eum ſequitur Cin.in l.Publius. §.j ff.de condi.& demonſt.tamen Iaco. de Are. qui hanc diſputauit quæſtionem, quem refert & ſequitur Gandinus in titu.de bannitis maleſi.verſ.vltimo duas quæſtiones ſubiicio.de qua vide Alb.verſi.itẽ quærit Din. vbi refert plures opiniones,quarũ vna eſt,quod de rigore puniatur,ſed de æquitate nõ,quę præfertur, vt infrà dicam,dicens plus Bar.& de Puteo venientes de neceſſitate ad ciuitatem habere interim à lege ſecuritatem,vt dicimus in legatis,argu.l. ſi. ff. de lega.& l.ij.§.legatis.ff.de iudi.cum aliis per eum allegatis. licet enim meretrix poſſit impune cognoſci,non tamen dum eſt in carcere iudicis detenta:ne fiat iniuria caſtitati carceratorum ratione loci qui eſt publicus,l.j.C.de offi.ciui.iudic.per text. in argu.in l.quod ait lex.ibi,quare non vbicunque. ff.de adult.& per rationem dictę authenticę,ſed nouo iure.Et ad hoc facit ca.j. qualiter dominus proprietate feud.priuetur,vbi eiſdem culpis quibus punitur vaſallus qui cognouit vxorem domini punia tur ipſe dominus concubans cum vxore vaſalli,† li 6
cet vaſallus non poſſit occidere dominum ſuum, aut regem repertum in adulterio cum vxore ſua,vt voluit de Puteo in ſyndicatu in verbo officialis offenſa.verſi.tamen an vaſallus.per tex.in l. ſi adulterium cum inceſtu.§.fi.de adulteriis.tamen bene econtra dominus occidere poteſt vaſallum adulterantem vxorem aut filiam ſuam.Nam doctores ibi æquiparant vaſallos libertis,& idem Lucas de Penna in l.ij.C.in quibus cauſis colo.cenſi.lib.x.& Matth.de Afflict.in deci.Neap.cclxv.nu.xxx.Sed ſi vxor domini erat pellex ſecus,vt infrà dicam , & ipſum de Puteo ſequitur Hippo.Marſil.ſingu.cl.& in leg. j.in prin.nu.3. vſque ad ix.de falſis.& Sylua nuptialis. ¶ † Sed contrari ũtenuit Cin.in d.auth.ſed nouo iure.quæ intelligitur in fœmina honeſtæ vitæ, 7
& non inhoneſtæ vitæ:quoniam ille text.& in leg. quoniam.diſponentes conclaue & thalamum mulierum incarceratarum eſſe debere à conclaui virorum ſeparatum,non videntur locum habere in meretrice,cui nullus pudicæ mulieris honor à lege ſeruatur l.ſenatoris filiam.& l.palam. ff.de ritu nuptia.à vinculis enim ſunt iuris exẽptę,quasvilitas vitæ dignas legum obſeruatione non credidit, l. quæ adulterium.C.de adulteriis.& Guido Papa in quæ,

clvj.& ita tenent Pet.de Bella Pertica, Alb. Ang. & Salic.in dic.leg.quoniam. C. de cuſtod.reorum. & Bar.in l.ſi vxor.ff.de adult.dicentes acceſſum ad iſtas inhoneſtas eſſe impunitum,& haberi pro non delicto propter ipſarum vilitatem,quaſi eſſet delictum commiſceri cum illis ratione loci. Doctores prædicti non dicerent mixtionē ſexuum periculoſam in eadem camera fieri & eſſe permiſſam. Et idem Ang.in l.ſi ea.C.eō.titu.& Ioan. And.in add. Spec.tit.de iniuriis & damno dato dicens Authen. præallegatam non habere in meretrice locum,niſi eſſet vxorata & per vim rapta,quem ſequitur Bal. in l.conſentaneum.& ibi dixi in repeti.C. quomodo & quādo iudex.per tex.in authen.de reſtit.& ea
8 quæ parit.& latius Bart.in l. verū.ff.de furt. † Quia cum talibus meretricibus,coitus etiā violentus eſt impunitus:vt dicit glo.in l.vna,de raptu virginum. etiam ſi ab vno tantum viro fuiſſet præcognita, vt voluit Paul.de Caſtr.conſi.cclxxiij. vol.nouo cum aliis per nos in quodam conſilio inchoāte,iuuenis quidam alleg.quod inferam in fin.harum quæſtionum.& idem gloſſ in d.§.item lex Iulia. quæ dicit
9 niſi ſint meretrices. ¶ †Quid dicendum in iſto puncto. Et videtur opinio de Puteo habere apparentiam aliqualem,ſi illam ſcortam,inuitam cognouerit ratione loci:& ita fuit per curiam iudicatum cō tra cuſtodem,ſeu eius cōmiſſū carcerū ſacri Eligij huius ciuitatis Burdegalæ,& dictum fore virgis intra carcerem vapulandum,eo quod inuitam cognouerat:& latum Arreſtū mēſe Septembri, Anno 1536. Secus ſi ſponte volentem,cum volenti , & ſponte conſentienti non fiat iniuria.l.j.§.vſque adeo.ff.de iniuriis.& l.cum donatio.C. de tranſactionibus. & in regula , ſcienti & conſentienti. & ibi dixi poſt Din.de reg.iur.& de Iſer. in ſua lectura peregrina. conſtitutione Neapolitana inchoante,Omnes noſtri regiminis.Et per hoc confunditur fundamentum de Puteo , & ſequacium factum de dicto Bartoli volentis bannitum carceratum in vim ſtatuti nō poſſe occidi,aut offendi,quia meretrix carcerata voluntariè,quæ patitur(ſicut ſi alibi eſſet)carnaliter ſe cognoſci,non perdit vitam , nec in perſona offenditur,imo rem illi gratam facit , l.ſi vero non remunerandi.§.ſi adoleſcens luxurioſus mandet tibivt pro meretrice fideiubeas.ff.manda.vt ibi gloſſa ponit verſum.

A iuuene cupido credatur reddita virgo.

Ergo ſecus in ſcorto,longè maius delictum eſt occidere,vel velle occidere,quam in carceribus aliquem ponere,l.aut damnum.§. vita & §. ſolent. ff. de pœnis. vt in ſimili dicunt Mart.Lauden.& Cardi.Alex.in c.j.§. ſi. verſi.quid autem ſi vaſallus fratrem ſuum non occidit,ſed poſuit eū in carceribus. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi,quod vaſallus eo caſu feudum non perdat.licet Bald.ibi voluerit contrarium.Ad hoc facit quod dicit Bald. in l.finali ff.de rerum diuiſione. quod licet apponens ſcalas ad muros vel ad feneſtras alicuius mulieris, puniri debeat pœna capitali,lēg. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop.& clericis. tamen ſecus eſt in meretrice,d.l.verum de furtis.& ſequitur Catellianos in memora.in verbo,meretrix. Et ſic locus nō attenditur, cùm domus ſit tutiſſimum refugium. l. plerique.ff.de in ius vocan. igitur. Non enim facta eſt talis mulier(vt inquit de Iſernia in dic. conſtitutione omnes noſtri. nume.j. & ij.) ex tali coitu voluntario deterior:quoniam ſic ante erat , nec ſecundum eum ex hoc poteſt dici infamis:quia ante talis erat,& infamia non datur,nec fit infamis. l. ij.C.vt intra certum tempus. & gloſſ. in dicta l. aut damnum.§.ſeruos.in verbo dubitatio.ff. de pœnis. & ſi eſt lata differentia inter eum qui necat hominem,aut lædit perſonam vel offendit eum inuitum, & eum qui gignit fortem hominem in mundo , tamen cognoſcendo mulierem cuſtoditam ſponte patientem,& fortè prouocantem,cum muliebris ſexus ſit fermè loquax,& ad libidinem prouocans, vt ait Chryſoſtomus ſuper primam epiſtolam Pauli ad Timotheum capit.ſecundo, homelia nona. Andræ. Tiraquel.de leg. connubia , cum aliis per Ioann.de Neuiza.in ſua Sylua nuptiali alleg. verſi. & licet in mulieribus.quia grauius eſt homicidiū, quam adulterium.capitul. ſi quid verius xxx. quæſtio.ij.& l.interdum ff.de Publicanis.Hipp.in rubr. de ſica.nume.iij.licet tex.in l.codicillis.§. matre, ff. de leg.ij,innuat contrarium. & alibi dixi. Quinimo videtur minus delinquere cognoſcendo mulierem volentem , quam ab ea corruptiones eſculentorum & poculentorum pretio forte caro emptorū(crebrò acceptas)capere. In primo enim caſu nihil donat,ſed recipit æqualē & fortè maiorem delectationē quàm vir,vt dicit Ioan.de Platea. inſtitut. de nuptiis.ſecundo notabi. Nam appetit viſum ſicut magnes ferrum , & materia ipſa appetit formam & do Neuiza.vbi ſuprà,quia vt tradit Auicenna libro ix.de animalibus,quem cum Haly.Abbate,in v.theoricæ citat Tiraquellus de leg.connubia.verſicul. nec mirum , extenſiuè duplicata eſt in fœmina concubitus voluptas. Sunt enim petulantiores, id eſt libidinis appetentiores , vt ibi latius per Tiraquellum.Nam vt inquit Hieronymus, inter illecebras voluptates , etiam ferreas mentes libido domat,quæ maiorem in virginibus patitur famem,dum dulcius putant quod neſciunt , vt epiſtola xij. parte iij. tractatu ix. capitul. iiij. de callitate.quem allegat gloſſ.in capitul.viduas.§. ſi virgines,in verbo , vſæ ſunt xxvij.quæſtion.j.& Tiraquellus vbi ſupr.ver.maximè autem ij.verſicul.ſed & illud quoque. citans ad id Empedoclem rationem reddentem,vt magis puellæ recenter ſtupratæ coitus ſunt appetentiores,vt per eundem Tiraquellum.verſicu. ſed vtcunque ſit.& ſimiliter mulieres grauidæ,vt ibi verſicul. maximè. iuxta illud Iuuenal.eadem ſatyra vj.

Tamen vltima cellam
Clauſit,adhuc ardens rigida tentigine vulua.
Et laſſata viris nondum ſatiata receſſit.

Et prouerbiorum xxx.capitul. Tria ſunt inſatiabilia,& quartum quod nunquam dicit,ſufficit. Infernus,os vuluæ, & terra quæ non ſatiatur aqua,ignis verò nunquam dicit ſufficit. Tamen Hieronym. Paul.in libr.prouinc. verſicul. prædictus epiſcopus Ilerden.narrans,retulit illum Ilerden.in capitul.fraternitatis.de frigid.& malefic. vidiſſe tempore ſuo hominem quendam fuiſſe Cathaloniæ, tantum in re Venerea potentem , quòd qualibet die vxorem ſuam x.vicibus cognoſcebat,quæ Reginam Aragoniæ ſecretè conqueſta fuit, vocatóque viro confeſſus eſt ita rem ſe habere. Quare mādauit ei ſub pœna capitis ne amplius quam ſexies in die vxorem ſuam cognoſceret,ne(vt ait)mortis periculum mulier incurreret. Vnde de potentia viri non tantum mirari oportet,quantum de querela vxoris. Licet enim minus audeant fœminæ quàm mares. leg. quiſquis.C.ad legem Iuliam maieſtat.tamen in turpibus obſcœniſque atque Venereis actibus ſunt audaciuſculæ, vt dicit ibi Cin. Alberic. & Salicet.& Luc.de Pēna in l.j.C.de mulier.& in quo loco li-

loco libro x.& Tiraquel.vbi suprà. allegans Matthæ.de Afflict.in dicta constitutione Neapol.si quis rapere. Et Iuuenal.quem etiam Cin.& Alber. citant sat yra vj.

Fortem animũ præstant rebus, quas turpiter audēt.

Et rursum:

Nil est audacius illis

Deprehensis: iram atque animos à crimine sumũt.

Cum facilius hoc faceret mulier præsumptione iuris,quam donaret,l.sed si ego.ff.ad Velleia.quia de suo corpore larga,& in domis parca, imò auarissima.Potius enim corporisquam bonorũ prodiga,vt not.Doct.insuper Bart.in l.is cui bonis.ff.de verb. oblig.† Et idem de homine carcerato, vel alio vxorem vel ancillam custodis, vel aliam incarceratam cognoscente intra domum carceris, dicēdum est,vt ratione tantum loci non teneatur. Vnde sequendo hanc partem de carcerato cognoscente carceratam & imprægnantem,non fuit per curiam Ioann.de Malo becho inquietatus. pro hoc facit quod sentit Bald. in leg. Imperator.in j. & ij. lec. versi.Sed quid si partus sit adulterinus,vel in carcere conceptus.ff. de statu hom.& idem in l. ij. versi. in text.creationem.ff.de excusatio.tutorum.Et non mirum:quia Iudæus cognoscens Christianam meretricē,licet inter eos sit disparitas,nō est morte puniendus,vt suprà dictum est,in quęstione incip.Sed quid videtur de Christiano. † Facit quod dicit Ange.in d.l. vna.de raptu virgi. illam l.locum habere in muliere meretrice rapiente virum, prout narrat vidisse Florentiæ quādam meretricem comburi, eo quòd rapuerat quendam pulchrum iuuenem:secus si volentem.& Barb.in ca. in præsentia. nu.xxxv.de probationib.& de Isern.in sua peregrina lectu. super prima cōstitutione Neapoli.Si quis rapere.nu.iij.& Sylua nupt.ibi.Pantaleo de Crem. & istud videtur communius & verius,vt etiam insa dicam. Quinimò si iudex qui à carcere liberatā cognouerit, aut eā causa libidinis in domo ea cōsentiente recluserit,non videtur teneri.per ea quæ dicit Bar.in d.l.verum.ff.de furtis. retinentem puellam non vt captam,sed reclusā libidinis causa non teneri,nec etiam priuatum committere carcerem, l.iij.§.si quis volentem.ff. de libero homine exhibendo.& l.qui aliquem.C.de murilegulis,lib.xj.& Alex.in addi.ad Barto.in l.j.C.de priuat.carce. Et ipsum sequitur Angel.Are.in dict. tract. malefi. in verbo,qui iudex dictum Caium retineri & carcerari iussit.versi.quid autem si vnus retinet aliquam personam.& Alexan.consi.j.lib.iij.& Sali.in l. j. C. de raptu virginum. & Pet. Rauen.in suo aurco alpha.in verbo,carcer.& Hippol.consil.lxj.nu.iiij.volum.j.& Matthæus de Afflictis in constit.Neapol. de violentia meretricibus illata. numer. xiij. & Ioann.de Neuiza.in Sylua nup.cum aliis per ipsum allegatis. Et hæc de commentariense vel alio etiam iudice meretricem carceratam cognoscente, vt infra in conclusione dicetur. ¶ † Sed aliam mulierem vxoratam,non carceratam, nec coram eo litigantem, sed solum suæ iurisdictioni subditam cognouerit,adulterium committendo, videtur de illo esse puniendus,per ea quę not.Bart.in d.l.quod nit lex. §.illud.& in l. marito.in fin. l. si maritus. §. j. ff. de adulte. † volens Bar.in dict. leg marito per illum text. patrem posse magistratum adulterium committentem cum sua filia occidere : quamuis marito non sit permissum , cum sit vilis persona respectu iudicis. & idem Alber. & Ange. Aret. in tractatu malefic.in verbo , Che me hai adulterato la mia dona.versic.& adde quòd dixi quòd patr. licet.& glo.& Abb. Sicul. in capitul. si verò. in primo.de sentent. excommunica. & Doctor. in l.hos accusare.ff.de accusat.& in l.Gracchus. de adulter. vbi glossi.& Doctor.dicunt,quod licet marito licitum non sit magistratum occidere , tamen negari non potest quin magistratus ipse teneatur lege Iulia de adulteriis,officio depositio d.l. si adulterium. §.fina.eodem titul. Nam, vt inquit text.ex officio suscepto non peccandi licentiam,sed necessitatem bene viuendi se nouerint assecutos, xl. distin.& c. j.& ita per prædicta tenet de Puteo in Syndica. in verbo,adulterium officialis.& latius in tit.de offic. Syndi.cap. iudices.versic. Syndicator officialis. & in verbo,officialis offensa.post principium, dicens hoc sæpe occurrere , scilicet magistratus adulteria committere in terris sibi decretis , ac vidisse pluries de facto officiales de stupris & adulteriis fuisse inquisitos,allegans in verbo,officialis offensa.ante finem, Guhelm. de Cugn. in leg. nulli. C. quorum appella. non recipi. dicentem quosdam magistratus regios tēpore suo in prouincia venisse Tholosana Regia authoritate deputatos ad inquirendum de commissis per officiales regios:Sed de Cugneo ibi non dicit ob quam causam commissarij(nisi generaliter) fuerant commissi, nec ipse nec Paris nihil de pœna dicunt.Sed ad omnia supradicta vnico potest verbo responderi,scilicet non seruari de consuetudine in hoc regno:primò , quòd matrimonium contrahere & bona acquirere possunt magistratus,contra l.non licet.ff.de contrahenda emptione.l principalibus.ff. si certum petatur. Et pariter tutor prohibetur cum pupilla contrahere matrimonium,& tamen non seruatur , & in vtroque tenet Federic.de Senis consi.xxxvj.quod incipit , Casus talis est, maritus vxori suæ .& singu. Matthęde. Afflictis in const.Neapo.de prohibit.curialium commercior.num.j.& ij.Nec etiam adulteri de consuetudine regni puniuntur , vt dixi in §. xxiiij.de iurisdictione omnium iudicum.& in quæstio.incip.Quidam hostiarius.Multi namque Seneschalli,& balliui,ac generales Regis locum tenentes & gubernatores,cæteríque iudices & cōsiliarij punirētur.Et plura arresta super adulterio absoluto ria fuerunt tam Parisiis quàm hîc & alibi lata,vt ibi dixi.¶ † Quare ex prædictis concludi potest, commentariensem,iudicem,consiliarium , vel præsidē cognoscentem meretricem non carceratam , vel carceratam etiam litigantem , non teneri per iura supra allegata,quia si cognoscens custoditā personam meretricio more viuentem , secundum magis communem relatam , non tenetur , minus secundum omnes tenetur cognoscens carnaliter scortum non carcere mancipatum sponte volens,probat tex. in d.§.necessarium.dum dicit,circa castitatem iniuriæ.super quo se fundat de Puteo:quia mulieris meretricis castitati non fit iniuria,vt dictum est.Et ita intelligit Bart.illū text.ibi, versic. quæro de quibus mulieribus loquitur:quia nō loquitur de scortis,vt volunt Doctor.secundùm eum in d. authentic.nouo iure. Et pro hac conclusione facit quod vasallus vel donatarius cognoscens vxorem, aut filiam sororem vel neptem domini , vel donatoris meretricem,non tenetur : quia non facit sibi iniuriam postquam aliis se præbet vt voluit Franc. de Ripa in l.fin.nu. xlix. C. de reuocan. dona. licet Iser.in capi.j.quibus modis feudum amittatur, velit contrarium. quem sequitur Curtius iunior in iiij.parte feud. versicu. iij. quæro. cui respondet de

Ripa & benè,& ibi breuitatis causa vide,& in quodam consi. per nos edito in fine harum quæstionum posito,inchoan.vsq; transactione.versi. sed in
15 secundo verò casu,scilicet quando vidua. † Quinimo videtur non teneri etiam si cognoscat non meretricem carceratam,consentientem tamen & spõte volentem, nec quouismodò de hoc se querentem : quia volenti,vt dictum est, non fit iniuria, iuxta illud Mulier quis te accusat? nemo Domine, neque ego te condemnabo.glo.in l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de muneribus & honoribus. & c.j.de accusatio. Tamen hoc casu poterit recusari ab illa parte,quia duplex est amicitia honesta,scilicet & inhonesta:& vtraque amicitia est causa sufficiens repellendi à testimonio,vt tenet Bal.in l.affectionis gratia.ff.de dona. per text. iuncta gl. in l. Masuerius.ff. de verbo. signi. ergo magis iudicem, cùm minor causa repellat eum quam testem, si de hoc constet. Caueat tamen talis recusans, quod si non probet,iudicis arbitrio condemnabitur,secun
16 dùm ordinationes regias.† Et si contra volũtatem eius cognita fuerit,& de eo fit conquesta, vel fit inducta & seducta pacto de ipsa a carcere relaxanda & absoluenda,vel promissione de sententia pro ea ferenda,passa fuerit se carnaliter cognosci, pariter conquesta:tunc his casibus arbitrio iudicis, vt suprà dictum est,scilicet pœna pecuniaria puniri debet. Et hoc sentit Ioan.Fab.in d §.item lex Iulia, cùm dicit , quod consuetudinarij iurium ignari commentariensem suspendi facerent.sed non dicit quod periti hoc facerent:ideo in pecuniali emenda veniunt puniendi.Facit l.eos. C.de modo multan. dũ ibi dicitur , quia sperabitur quòd amplius non incident, & erroris commissi facilè se emendabunt:quia in pœnis interpretatio benignior est amplectenda.l.interpretatione.ff. de pœnis. nec pariter tenetur de cognitione carnali cum subditâ tantum habita,vt dictum est. Aut iudex aut alij iurisdictionem habentes,carnaliter cognouerunt volentem mulierem litigantem non carceratam,licet honestæ ac bonæ hucusque fuerit vitæ:& adhuc videtur alio non interueniente teneri, vt l.ij.§.initium. ff.de origine iuris. & ibi videtur textus quasi expressus & vnicus in iure ac peregrinus:dum dicitur & secundũ eum,qui in seruitutẽ ab eo suppositus petierat,dixisse,captúmque amore virginis omne fas atque nefas miscuisse : ergo si nefas non immiscuit in habendo mulierem inuitam, parentibus inuitis, vt ibi dicitur,sed aliàs processerit , non tenebitur: quoniam dicitur ibi,iuncto versi.præcedenti. Erant decem viri Romę constituti magistratus,qui nimia dominatione eò rempublicã perduxerãt, vt exercitus à republica secederet. & initium fuisse secessionis dicitur Virginius quidam , qui cum animaduertisset Appium Claudium iureconsultum contra ius quod ipse ex veteri iure in xij. tabulas transtulerat,vindicias filiæ suæ à se abiudicasse , & secundum eum qui in seruitute ab eo suppositus petierat dixisse,captúmque amore virginis omne fas atque nefas miscuisse:indignatus , quòd castitatem filiæ suæ,vitę quoque eius præferendam putaret,arreptocultro de taberna lanionis filiam interfecit, vt morte virginis contumeliam stupri arceret.& quæ sequuntur. Vnde omnis plebis vrbana mox eodem se contulit,quos carcere mancipauit.populíque consensu in carcere magistratus prædicti necati sunt. Et sic non ob illam causam præfatus Appius Clau.& alij nouẽ magistratus.sed ob dominationem ,deprædationem,& corruptionem fuerant incarcerati fauore populi,dum textus dicit omnísque plebs vrbana &c.vel iudicio populi , ad quem secundùm illa tempora iudicium causarum criminalium spectabat,vt dicit textus in dicta l. ij. §. exactis.ibi,néue possent in caput ciuis Roma. de origine iuris.vt latius in §.ij.de iurisdict.omnium iud. libro consuetudin.Sed primum videtur eo in casu habere apparentiam , propter homicidium filiæ motus populus iussit eos necari , licet vanæ voces populi non sint audiendæ.l.decurionum.ff.de pœnis.Et hoc intelligo quando iudex erat solus, & semel fecit. Si verò pluries id commiserit , & fuerit planctus de eo factus , tunc officio priuari debet: sin autem non fuerit solus in iudicando iudex , sed plures ,vt in curiis supremis, & nunc etiam in qualibet Seneschallia , vbi sunt consiliarij , tunc ,si non fuerit relator & semel hoc fecerit , inhibeatur sub pœna priuationis officij amplius tale quid committere : quia solus nihil potest, argu. authen. amplius. C.de fideicom.& l.diem proferre §.si plures. ff.de arbi.& c.j.eo.titu.lib.vj. & hoc videtur probari per text.in d.l.merito.§.fi.iuncta gl.&no.per Bar. Albe.& Ang.Secus in ea volente consentiente , & nullo modo plangente:quia fortè aliàs erat cum alio sic factura,si requisita fuisset. Multæ enim sunt mulieres castæ de copula non rogatæ,quæ donis & baguis,vel alijs muneribus susceptis libenter,& spõte cognosci se patiũtur, quia ex tali requisitione copulę nõ tenetur etiã si ei nõ expediebat,quia liberũ est cuique etiã mulieri apud se explorare, an expediat sibi hoc facere,vt inquit text.in l.ij.in fi.ff.mãdati.Si verò fuerit relator,qui mediãte copula(quã alàs non passa fuisset) promiserit causæ victoriam, quam post mulier perdiderit , & de eodem querimoniam fecerit,aut parẽtes sui ;vt probat ille text. in dicto §.initium.ibi,cũ animaduertisset : vel pars aduersa,quæ succubuit in causa.Et videtur fore priuandum officio, & in emendam erga mulierem cõdemnandum , per text. in dicto §. initium. Et dicitur Parisijs quendam ex consiliarijs fuisse ab officio priuatum : sed de emenda non intellexi. & hoc si probatum fuerit,aut per confessionem consiliarij,vt dictum est,apparuerit,quamuis Ange. in authentic.de lenonibus.§. primo , dicat stante statuto, quod quicunque adulterauerit inuitam , decapitetur:qui verò volentem,banniatur.Et aliquis adulterauit mulierem decipiendo eam cum auri datione,an dicatur inuitam adulterasse, vt decapitetur.Et determinat quod sic,& eum sequitur Ias. de sancto Georgio Præpos. Mediolanen. nunc dictus Card. Alexan.in c.discretionem. versicu. Et ideo in præposito offertur.de eo qui cogno. consanguineam vxoris suæ,dicens idem esse in illa quę decepta credidit se adulterium de permissu viri committere. Ponens exemplum de Barbitonsore qui pulchram habebat vxorem.Et socius ad ipsum habentem præ manibus,quem radebat,accessit festinanter , petẽs sibi de carne salita,quam habebat: quia hospites ad illum improuisũ declinauerãt. cui Barbitonsor dicit:Ascẽde superius ad vxorẽ meam, dic quod det tibi:ascendit ille ad vxorem,quam de mandato mariti,vt dicebat,cognoscere volebat,& quod peteret ab eius marito , & videbis quod erit contentus. Petiit illa , & superius existens cœpit clamare,Heus bone vir,essĩne huius sententiæ de illa re illi dare? respondit maritus (qui de carnibus intelligebat) Ita fiat , ita fiat , da quantum vult. Et sic bona clunes submisit : deinde cum mulier,vnà cum marito esset , ipsum reprehendit,

quod

quod amodo ſimiles nuntios ad ipſam non mitteret.hac enim prima vice illi mortē geſſi,& à cætero nō faciam.fraude comperta maritus exclamare cœpit,*O traditore de la carne ſallata.* Et in hanc vſque diem eſt,vti ait,trium prouerbium: *O traditore de la carne ſallata.*Dicens de hac quęſtio.cogitabis.Et pro ſolutione dicit : Adde dominam Iacobinam noſtrā,virum ſub muliebri nomine mulierum partes tuentem ac carum argutias calliētem:tamen dictum Ange.videtur minus rigoroſum.vnde Ouidius,Promittas facito:quid enim promittere lædit, Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt. & ideo non punietur ſecundùm eum.Et videtur dicendum,ſi iudex ſub colore teſtimonij (vt prætenditur in caſu noſtro) examinandi factum , aut inquirendi contra ipſam de aliquo delicto citari faceret , & prætexto huius eam cognoſceret,vel ob cauſam fugiendæ & euitandæ accuſationis:quia minus audit reſiſtere.l.quiſquis.C.ad legem Iuliam maieſtatis paſſa fuerit carnaliter cognoſci:quia hic eſt immiſcere dolum,& fraudem:ex quibus tenetur,d.§.initium. Secus videtur , in quæſtione quam Lotharius & Azo inter ſe habuerunt , in quadam cauſa cuiuſdam formoſæ & pulchræ dominæ,in qua ipſi erant iudices delegati: ſcilicet de modo citādi illā.Nā dominus Lotharius,vt ipſam ſæpē videret,& ſuos recrearet oculos,qui viſus(vt inquit Philo & Iurecō ſultus,vt infrà dicam, auget potentiam) dicebat ipſam per ipſoſmet iudices,& non per nuntium arctandam fore.Sed Azo dicebat contrarium, ipſam per nuntium citare poſſe : quam gloſſam ſequutus fuit Barto.in leg.ſancimus.quæſtione vltima.C.de iudic.& etiam Iacobus de ſancto Georgio. numero viij. & Iaſon in fine. quia viſus & alloquium ſunt Veneris præambula & antecedentia ipſum ſcelus, ſcilicet apparatus , & ab ipſis argumentum ſceleris inducitur , vt ait Tullius in Topicis,quem gl.allegat in l.quod ait lex.ff.de adul.ponens etiam verſum

Viſus & alloquium,tactus,poſt oſcula factum.

Sed an teneatur actione iniuriarum mulieri de eo conquerenti,videtur quod non , cùm ſuam alleget turpitudinē , l.mercalem te habuiſſe vxorem.C.de condictio.ob turpem cauſam.& ſi aliter quàm per confeſſionem mulieris non appareat, ſibi non creditur,vt voluit Alexand.conſ.clviij.volu.v. & Bauerius in §.legatariis.nu.ix.inſtit.de teſta.& Barb.conſil.xxvij.nu.vj.volu.j.& Bertran.conſi.xxij.vol.j.nouo.cum aliis per nos allega.in q.exordien. Mulieri aſſerenti.& ſingul.Iaſ.conſi.xxiij.inchoan. Accuſator Ioſeph.vol.j.quia eſt (vt aiunt) ſocia criminis, quæ in criminalibus contrà ſocium non facit iudicium.allegat Iaſon. gloſſ. ſingul. in leg.ſi filium. in gloſſ.magna.ad finem.C.de liberali cauſa.cum aliis per eum allegatis. & per nota. in quæſtio. poſt ſequent.incipien.Socius criminis.nec pariter faciunt ſecundum Iaſonem indicium teſtes qui ſolum deponunt de extra iudiciali confeſſione,coram eisper ipſam mulierem facta , quoniam ſi dictum eius non faciat indicium aliquod , quando eſt producta in iudicio , multo minus faciet indicium confeſſio extra iudiciū corā priuatis perſonis facta , vt latius ibi per eū.& Bertrand.in d.con.xxij.nu.iij.cum ſeq.

SVMMÆ.

1 *Inceſtus quando ſit pœna capitalis.*

2 *Pater filiam cognoſcens:aut leno filiæ , qualiter puniatur.*

3 *Filius cognoſcens carnaliter matrem ſuam,quomodo puniatur.*

4 *Nutricem ſuam carnaliter cognoſcens qualiter puniatur.*

5 *Vir cognoſcens conſanguineam vxoris ſuæ ,qualiter ſit puniendus.*

Quæſtio CCCXVIII.

Sed quid de patre cognoſcente propriam filiam,prout vidimus venire in curia,vel de filio cognoſcente matrem , aut nouercam,vel concubinam patris,& quid de alumno cognoſcente nutricem ſuam & de eo qui carnaliter cognouit ſororem,aut aliam conſanguineam vxoris ſuæ per modum fornicationis,aut in figura matrimonij.

DECISIO CCCXVIII.

ET videtur in iſto nephandiſſimo inceſtu primi gradus in linea recta aſcendentis , & deſcendentis commiſſo , pœnam capitis eſſe infligendam,per text. in l.ſi adulterium cum inceſtu.& ibi Bartol. Angel. & Alberic.ff.de adulter. quia pœna inceſtus eſt , per illum textum,capitalis pœna ſecundum gloſſ.j.ibi.& Iac. de Bello.in ſua praxi,tit.de leno. per illum text. & no.in ca.ij. & in c. ex literis de eo qui cog. conſan.ſuæ vxor. Quia ſi patri,filiam & adulterum ſimul inuentos,permiſſum ſit occidere.l.patri. cum tribus ſequen.ff. de adul. ergo ipſe id committens eādem mortis pœnam pati debet,arg. l. altius. ff.ſi ſeruitus vendicet .Quod inquit aliū facientem prohibere ex officio neceſſe habuit , id ipſe committere non debuit,& hic multò magis.† Item ſi pater 2
neceſſitatem peccandi imponat filiæ ſuæ , & ſit leno,vlcra paternampoteſtatem quam perdit,vt leg. ſi lenones patres. C. de epiſ.aud. patitur alias pœnas,quæ imponuntur lenonibus,in auth. de lenonibus,ſecundū Albe.in d. l. ſi lenones, quæ eſt pœna mortis,vt ibi. Quamuis Loth in ſpelunca duas ſuas filias vnam poſt aliam ab eis vino inebriatus, & deceptus,carnaliter cognouerit& impręgnauerit,vbi habetur Gene.xix.Non tamen fuit totaliter excuſatus, prout ibi dicunt diuus Hieronymus, & Nicolaus de Lyra , vt ibi vide in expoſitione literali , & gloſſ.in cap.ſi concupiſcentia.xv.q.j.& cap.ſequen. inebriauerunt.& ibi de Turre cremata. Nam primum impedimentum datur de iure ciuili , ne filia contrahat cum patre,aut filius cum matre,vt habetur Geneſis cap.ij.text.dicit,quam ob rem relinquet homo patrem,& matrē,adhęrebit vxori ſuę, vbi Doct.exponūt,relinquet patrem , ſcilicet,quo ad cohabitationem,non autem quantū ad dilectionem,& capitu.ſexto die.§. legimus.iij. diſtin. v. & ibi Archid.& Cardina. Alex. iij.quæſt. iiij.cap.j.& ij.& ibi glo.j.in ver.per Moyſem.Et idem de filio cognoſcente matrem,vt voluit Iaco.de Bellouiſu,vt ſuprà. Et ſcribit Suetonius & Plutarchus de Cæſare,quod cum quæſtor vlteriorem Hiſpaniam ſortitus veniſſet ad gades, viſa in templo Herculis imagine. & Alexander vehementer doluit quod nihil iam à ſe memoria dignum actum eſſet in ea ætate , qua Alexand.prouincias ſubiugaſſet. Quo exēplo motus, occaſione magnarum rerum affligebatur:proximaverò nocte ſomniauit ſtuprum ſe inferre matri,quod à cōiectoribus interpretatū eſt ipſum orbis terratū futurū dominum.ob quod animo magna concepit.refert Fel.in c.inter cętera,de officio ord.Et ſequitur Ioann. Lupus de Hiſpania in tractat. ſuo de matrimonio & legi. capi. fine ti. Quæ ſunt,quæ impediunt matrimonium,ita quod Papa ſecundū eum nō poteſt diſpenſare,vt ibi,di-

cens quod hoc in homine nõ solùm ratio dicit, sed (vt naturales dicunt, & experientia docet) ex instinctu naturę etiam aliqua animalia irrationabilia hoc obseruare, narrans audiuisse à fide digna persona, quæ asserebat propriis oculis vidisse in prouincia Bæticæ seu Vandaliæ, quòd cùm esset equa vna pulchrior totius prouincię, & nõ reperiretur equus pulcher, vt eam impręgnaret, fecerunt venire equum filium illius equæ pulcherrimum, vt coiret cum matre, qui equus videns equam esse eius matrem, hoc facere recusauit. Et patronus equæ, vt ex ambobus haberet generationem, sic equum fraudauit, quod aliam fecit venire equam coopertam, & cum illa coopertura apud equum stare. Et cum equus videret illam non esse matrem, & se ad coitum incitaret, incontinenti in illo loco mater fuit posita cum simili coopertura, quam equus carnaliter cognouit. Et coitu facto fecerunt vt videret & cognosceret equam quã cognouerat fuisse eius matrem: qui equus tanquam animal rationale valdè turbatus, & inclinato capite cum dentibus in præsentia astantium abscidit sibi genitalia, de quo casu astantes fuerunt admirati valde. Et sic (vt inquit) visum fuit ex instinctu naturæ aliqua animalia se abstinere à multis à quibus non faciunt aliqui homines rationales. Et verum dicit etiam Sylua nuptialis. versic. dicunt ibi. cum aliis per eum allegatis. Sed in casu, qui in curia venit, filia erat quasi demens, & mente carens. Et positus pater ad torturã negauit, licet aliàs coram iudice à quo ipse, & filia confessi fuissent. Et fuerunt elargiti quousque amplior fuisset facta super his inquisitio, sequendo aliud arestum, contra dominum de la Gurande accusatum de simili delicto, cuius filia fuit bene quæstionata, quæ tamen illam passa fuit, & se & patrem saluauit. ¶ † Sed de filio cognoscẽte matrem, 3
quod est contra naturam humanæ societatis, cap. nec ipsum. §. j. xxiij. q. ij. aut concubina, ac nouerca. est causa priuandi hæreditate ex tam graui ingratitudinis iniuria, vt in authentic. vt cùm de appel. cogno. §. causas autem iustas ingratitudinis. ibi, nouercæ fide, aut concubinæ, & gloss. in capit. Quinta uallis. de iureiur. etiam mortuo patre eam in matrimonium habere non potest: quæ loco matris habetur. §. socerum quoque, & nouercam. instit. de nupt. sed hoc intelligit Christophorus Porcus, quod socrus & non nouerca habeatur loco matris, ponens vers.

Tunc cornix albescit, vbi sancta nouerca quieuit.
Pede modo suo parat priuigno venenum.

Et respondet ad illum textum, quod nouerca est loco matris, id est, esse debet, si nõ sit. Vnde Seleucus Rex, qui cum videret Antiochum filium nouercæ Stratonices infando amore inuasum, & hoc à medico Erasistrato deprehensũ, coniugem filio abutendam concessit, referens fortunę, quod in amorem incidisset, pudori imputans, quod dissimulare eum vsque ad mortem paratus esset, vt refert Valerius libr. v. ca. vij. & Lupus in repe. cap. per vestras. versi. Ex istis merito. Quàm multa quámque difficilia, vt inquit Valerius, paterni affectus indulgentia superauit. Tamen eadem pœna puniri debet. d. l. si adulterium cum incest. ibi nouerca. Et quidem tenet Bonifacius de Vitalinis in sua praxi, crimi. titul. de adult. incestu. & Sodomia num. xiij. & Paul. de Grll. Baiodus in tractatu de pœnis omnifariam coitus, quæst. j. & ij. num. ix. & quæst. iij. nu. v. versi. eadem quoque pœna punitur, qui cum nepte, fratre, vel sorore coitum habuerint, vel cũ amita, matertera, socru, commatre, priuigna, cognata, & similibus mulieribus consanguinitate vel affinitate tam naturali, quàm spirituali coniunctis, cum quibus omnibus incestus perpetratur, & eadem incestus pœna punitur, & mares & fœminæ, quamuis diuersimodè. authen. sed hodie. de adulter. & idé in q. v. vbi amplè vide. Et per Barba. consi. xxiij. volu. ij. vbi interpretatur statutum puniens stuprum pœna decem librarum comprehendere incestum habitum etiam cum matre. ¶ † Sed quid de illo qui cognouit nutricẽ suã & illã impręgnauit, sicut aliàs euenit, vt refert diuus Gregorius in dialogo de puero nouennij, qui suam nutricem grauidauit, vt refert gloss. in summa xx. quæ. j. cum aliis per nos alleg. in §. x. de stat. iur. person. in gloss. j. & per Tiraquellum de lege connubia. versic. sed iam nunc. cum. tota seq. pagina & in repet. l. si vnquam. in verb. susceperit liberos, nume. xliij. cum pluribus seq. C. de reuo. dona. quia, vt inquit glo. in l. nutritorib. C. communia de success. pueri Bononienses nutritorem patrem appellant, & nutricem matrem: & sic ferè in tota Gallia, & tales mutatos collectaneos Bononien. fratres appellant, vt dicit gl. in §. iustæ autem manumissionis causæ. instit. qui ex quibus causis manumit. non lic. vbi text. permittit puero nutricem aut educatorem seruum manumittere. Et sic secundùm Ange. Aretinum ibi, æquiparantur pædagogus, magister, nutrix, & alumnus, aliis coniunctis consanguineis. † Et quo ad virum cognoscentem carnaliter sororem, aut aliam consanguineam 4
suę vxoris, ante, vel post contractum matrimoniũ, dic quòd ad adulterium non teneri, vt latè dixi in quæst. ccxcvij. incip. Vxor vnius ex octo hostiariis. & alibi sæpè, & etiam quo ad incestum ratione affinitatis, & non consanguinitatis commissum non teneri, quia licet ex tali coitu illicito oriatur affinitas quo ad matrimonium contrahi impediendum, cap. discretionem, de eo qui cogno. consang. vxoris suæ, & contractum dirimendum. capitu. sponsã. & ibi expressè Abb. Sicul. & Cardin. Ale. de sponsa. &c. vno. eo. ti. lib. vj. & Pau. Grilla. in tract. suo de pœnis omnifariam coitus. quæst. iiij. num. iij. qui allegat tex. cum glo. in versic. Concubitu. xxxv. quæstione tertia capit. de incestis. &c. nec eam. Tamen non ad eum puniendum de incestu, quia talis coitus illicitus non operatur, vt quis possit de incestu puniri. vt singulariter voluit Ancharan. consi. cccxcj. incip. Videtur prima facie dicendum. Et hoc quando pluries cognouit vnam ex sororibus, & cum alia postea contraxit matrimonium, vt tenet gl. in d. l. non facilè. §. sciendum in verb. nemo est. in fin. secus secundùm de Anchara. si post contractum matrimonium cognouerit sororem, aut aliã vsque ad quartum gradum consanguineã, quod tũc teneatur de incestu. l. si adulterium cum in cestu. ff. de adulteriis. & eum sequitur Bernardus Landi in addit. Petr. ad Angel. Aret. in tracta. maleficiorum, in verbo, Che hai adulterata la mia dona. & Hippol. de Marsil. singul. cclviij. exordien. Ex illicito coitu contrahitur affinitas. licet Grillandus, vbi suprà quæst. num. 4. velit incestuosum ex coitu non in figura matrimonij, seu actu fornicario scienter habito pœna capitis esse puniendum, sicut ex proprio incestu. d. l. si adulteriũ. secus si ignorãter. l. qui contra legem. C. de incestis nupt. Şi vero in figura matrimonij scienter, & hunc dicit esse puniendum pœnis de quibus authent. incestas. eod. titul. Etiam si ignoranter, si mulier erat honestæ vitæ, vt ibi dicitur. Si verò (vt inquit) coitus huiusmodi

iuſmodi inceſtus commiſſus fuerit cum duabus meretricibus, aut aliàs impudicis mulieribus: tunc non eſſe puniendum, per textum in l. inter liberas. & l. ſtuprum. vt ibi latius per eundem in x. quæſtio. & in iij. quæſtion. etiam in fin. quod videtur eſſe cõtra Salicet. an leg. quæ adulterium, ante fin. verſicul. Quæro extra. C. de adulteriis. tamen idem Grillan. vbi ſuprà quæſt. ix. num. iiij. Sequitur Salic. quando ſcienter, ſecus ſi ignoranter.

SVMMÆ.

1 *Socius criminis, an poſſit eſſe teſtis. & num. 2.*
3 *Socij confeſſio cum aliqua alia præſumptione ſufficit ad torturam. & num. 4.*
5 *Teſtes duo ſi dicat ſe à parte corruptos ad falſum de ponendum, non faciunt ſatis ad condemnationem cauſa, ſed ad torturam.*
6 *Teſtes corrumpens, etiam ſi eis non vtatur, non releuatur a pœna.*
7 *Mulieri dicenti ſe à Tuio cognitam non creditur.*

Quæſtio CCCXIX.

Socius criminis an poſſit eſſe teſtis etiam in caſibus in quibus de iure poteſt ſcrutari de ſocio, ita quod faciat indicium ſufficiens ad torturam, & duo aut plures plenam probationẽ.

DECISIO CCCXIX.

1 ET videtur quod non, quia regulariter ſocij & participes criminis ad teſtimoniũ ferendum non admittũtur, tam de ferendo, quam impugnando: verbi gratia, ſi ſunt quatuor ſocij in rixa, tres volũt deponere quòd quartus non ſit culpabilis, non creditur eis, vel econtra volunt deponere quòd ipſe fuit culpabilis, non etiam creditur ipſis de confeſſis in alium. ita dicit Bald. in leg. quoniam liberi. in ij. not. per illum text. C. de teſtibus. & in leg. fin. C. de accuſa. & idem Albericus in dicta leg. quoniam liberi. & Cæpol. in conſil. xxij. quidam ruſtici. verſicul. Sed ſocij criminis. & Canoniſtæ in capitul. veniens, in primo de teſtib. & in c. j. de confeſ. & ibi Butric. & Abba. Sicul. text. in c. ſi quis Papa. lxxix. diſtin. & idem Alber. in d. l. fin. de accuſa. qui alleg. ita tenere Gabrielem de Oſeletis. vt infrà dicam. & idem Salicet. in dil. quoniam liberi. & Hippolytus de Marſil. in l. j. §. diuus Antoninus. ff. de quæſtion. ſicut eius ſocius non admittitur ad accuſandũ. l. ſi filium. C. de liberali cauſa. & ibi gloſſ. ſingular. ita nec ad teſtificandum. iuribus ſuprà alleg. & tenet Alexand. conſil. cxxxij. volumin. j. & Fulgo conſil. cxxxvj. & Angel. Aret. in tracta. malefic. in verbo, fama publica. verſicu. quæro an particeps criminis. & ibi Bernard. & Augu. in additione, & Iaſ. conſil. xxij. numer. j. volumin. j. Et hoc verum in delictis, & criminibus in quibus quis ſcrutari non poteſt, ſeu interrogari de ſociis, vt dictis iuribus. Tamen facit ſolus aliqualem præſumptionem non ſufficientem tamen ad torturam, ſecundum Cinnum & Doctor. in d. l. fin. & Abb. Sicu. in d. c. in j. notabili. verſicul. In aliis verò orietur quædam præſumptio de confeſ. & hoc per illũ textum ſecundum inductionem quam ibi facit. de quo infrà dicam. allegans ad hoc gloſſam in ca. interrogatum. ij. q. v. & cap. ſignificaſti. de adulteriis. & not. per Bart. in l. maritus. ff. de quæſti. Sed in caſibus in quibus poteſt de ſociis interrogari, talis confeſſio in hoc facit, ſecundum Petrum de Bellapertica, in d. l. fi. quem referunt Cin. & Angel. ibi, in fine ſufficiens indicium ad torturam. Et idem tenuerat Azo in brocardicis, communia delictorum. Pro quibus tex. iuncta gloſſ. vltim. in capitul. quoniam. de teſtibus, & ibi Decius numer. x. ſed præcedens eſt communior, niſi eſſent alia indicia contra ſocium nominatum, vt tenet Angel. in l. & ſi certus. ff. ad Sillanianum. & idem ibi Roman. & plenè Decius conſil. clxxxix. lætatus ſum plurimum. verſicul. Primò quia eſt particeps, & ſocius delicti. cum ſequenti col. & Bartol. in l. repeti. ff. de quæſtionibus. & Bald. in l. ſeruos domino. C. de teſti. & Roman. conſil. cliij. verſicul. Vltimo non refragatur. & Fulgo. in dicto conſi. cxxxvj. & Bald. conſ. lxxix. regula iuris in principio volum. iij. & Franc. Brunus in tracta. de indi. & torturis. quæſt. iij princip. verſi. Addendo ad ſupra dicta. & Anton. Bauer. in §. legatariis. numer. x. inſtitut. de teſta. † Sed in caſibus quinque, & etiam 2
in pluribus aliis vltra gloſſ. collectis criminibus, vt in crimine læſæ maieſta. l. quiſquis, C. ad legẽ Iul. maieſta. & in d. c. j. de confeſ. Item in crimine ſacrilegij, capitul. in primis. ij. q. j. & §. qui autem. xvij. q. iiij. item in crimine conſpirationis & coniurationis, capitul. fin. de teſtibus cogend. & §. ſi quis cum militibus. in fin. vj. quæſtion. j. item in crimine falſæ monetæ, quia plures in eo miniſterio ſunt neceſſarij. l. j. C. de falſa moneta, vt tenet Angel. Aret. vbi ſuprà, & Bartol. in d. l. repeti. & Brunus vbi ſupra. Item in crimine hæreſis, c. literas. de præſumpt. & in c. in fidei fauorem. de hæreticis. & Bal. in d. conſil. lxxix. item in crimine ſimoniæ, in capitul. j. de teſtibus, lib. vj & hos caſus poſuit Salic. in d. l. quoniã liberi. & in leg. ſi magnum. C. qui accuſa. non poſſ. quos prius poſuerat Speculator titul. de accuſat. §. j. verſicu. idem repellitur qui fuit ſocius. Item etiam in crimine aſſaſſinamenti, vt dicit Bal. in leg. non ideo minus. verſicul. Super quod dicit. C. de accuſ. cum aliis per Ludouicum Bologninum in conſil. viij. verſi. In quo aſſaſſinamenti horrendo delicto, in quibus ſocius ſcrutari poteſt, & confiteri, & declarare eos. Tamen non faciunt indicium ſufficiens ad torturam, ſecundùm Doctor. allegat. & Cin. in d. l. fin. de accuſa. quem ibi ſequitur Angel. quamuis Abb. Sicu. in dicto capit. j. verſicul. Secundo membro, velit contrarium vt dictum eſt. Sed primum tenet Din. in tract. ſuo, de quæſt. quem refert & ſequitur Alexand. in addition. ad Bart. in l. j. §. ſi ſeruus. ff. de quæſt. Et ſecundùm glo. quam ſequuntur Bartol. & Salic. in d. l. fin. & communiter docto. ſuprà, allega. †Requiritur quod ſit vltra cõmiſſionem ſo- 3
cij aliqua præſumptio contra ipſum, propter quam & confeſſionem torqueri poterat: aliàs non: quia vbi vnius ſocij confeſſio admittitur contra alium, ibi admitti debet eius teſtimonium, vt dicit Salicet. in d. l. quoniam liberi. & in d. l. fin. & Anton. de Butr. in dicto capitul. j. de confeſ. & Alexand. conſi. cxxxij. volumin. j. & conſi. lxix. volumin. ij. & conſi. lxxxix. viſo themate ante ſcriptæ inquiſitionis. verſicul. Quinimo ſecundum Salicet. volum. iij. & Specul. vbi ſuprà. & Hippolyt. de Marſil. in d. l. j. §. diuus Antoni. num. 5. & num. viij. & in l. qui filium. num. lxx. de falſis. vbi idem tenet de ſocio falſæ monetæ. Et pro iſta deci. doct. videtur iudicio meo tex. in d. l. j. de confeſ. iuncto. prin. cum ſi. ibi, tamen eos infamia huiuſmodi laborare cognoueris &c. Aliàs propter ſolam confeſſionem criminoſi non diffamari (contra quem non erant indicia) factam contra ſocios, non fit nec eſt ſufficiens indicium, ſecundùm glo. & doctor. in d. l. fi. quam etiam ſic intelligit ibi Nellus de ſancto Gemin. in tractatu ſuo teſtium ca-

in argumen.tex.in l.final.iuncta gl.vltim. ff. de rerum diuisione.dum dicit,transcendere voluerit, id est quia peruenit ad aliquem actum,vel quia voluntarie transcenderit.Ideo hæc fuit causa eundem puniendi ad mortem. ¶ † Sed nunc videndum est, quid de Christiano cum Iudæa,vel Iudæo cũ Christiana carnalem habente copulam, etiam contemplatione & velamine matrimonij,an puniantur pœna adulterij.Et videtur quod sic.l.ne quis Christianam C de Iudæis.& c.quanto.& ibi Abb. Sicul.& præpositus Mediol.aliàs Card. Alexand. de diuor. & idem Cardina in c.ius gentium.versicul.no.finaliter.j. instinctio.Abb.in c.tanta. & qui filij sunt legitimi & tex.in cap.cauc Christianæ.xxviij.quæst.j. & capitu.si quis Iudaicè.ea causa.& quæstion.cuius pœna erat de iure codicis capitalis,leg. transigere. C. de transact.& l.quamuis. C. de adulter.quæ hodie non est correcta(secundùm Sali.in d.l. ne quis) in muliere in casu illius l.ergo à fortiori vbi sine tali velamine,vel etiam cum tali coierit,ambo debẽt puniri,quia Iudęi detrudi in monasterium non possunt,nec vitam monasticam ducere,nec pariter reconciliari vero, vt dictis iuribus. quamuis vir habeat rem cum muliere ad Dei similitudinem creata,Petr. de Bellega.in Specul. princ.tit.de propositi. gra.numero xxvij.& non cum animali bruto,quod est considerandum, vt infrà dicam. Et hac ratione nec mulier Christiana,quod est fortius, licet inter tales coeuntes non sit propriè adulterium,sicut inter Christianos, secundùm ipsum ; tamen inter infideles non est verum matrimonium, sed ratum.d. cap.quando.versicul.nam & si matrimonium,quia potest dissolui,vt ibi,quia tũc in Christiana muliere non habet locum pœna authen.sed hodie. C. de adulter.& not.xxviij.quæstion.j capitul. vltimo. Et ita fuit iudicatum Parisiis contra quendam Ioann. Alardum,qui combustus extitit,per Baillium episcopum Parisien.ex eo quòd ex Iudæa, quam interteneraat,plures habuerat liberos, quod tamen seruatum non fuerat in personam Gofridi Boussart, qui similiter rem habuerat cum Iudæa,sed propter furtum quod commiserat suspensus fuerat,prout refert Ioan.Gallus in q.clxij.nihilominus secundũ cũ talis comburi debet,qui cum Iudęa(quæ canis iuris interpretatiuè dicitur) rem habuit , non habendo respectum an liberos ex ea habuerit vel non , vt ibi.sed Oldr.de Lau.non est profectò ita rigorosus, quia in facti contingentia existens Auenioni consuluit contrarium,quod capitaliter non veniebat puniendus.l. qui adulterium:cum ibi not.per Doctor. C. de adulter. sed extraordinariè arbitrio iudicis, dum tamen ad hanc commixtionem non interueniat aliud aggrauans delictum,vt raptus vel stuprũ: tunc oporteret ex alterius criminis adiectione grauius puniri,l.j. C. de rapto. virgi. quod non erat in casu suo. Sed hac sua non obstante opin. domini Ray.de Apulea.& Ant.de cruce.qui tunc præerãt in officio iudicaturæ Auenionen. dictum Iudæum in amissione virilium condemnauerunt, & ipse vidit virilia incisa ante palatium, vt ipse refert in consil.vlt.& ipsum sequitur And. Barb.consi.lxiij. vol. iiij.& Dec.in c.j.versi.& aliàs dubitatum fuit.de cõstit.& in c.consuluit.ver. sic etiam Iudæi. de appel. & Ale.in consi.xcix.li. vj. maximè si secundùm eos Christiana erat meretrix, tunc non puniatur morte.& idem Alex.in consil.xij.lib.vij.& Sylua nuptia. fo.lxxiij.in fin.cum aliis per eum alleg.Et per Hippo.consi.cj.vol.ij.quod est amplum. Et ista est cõmunis. Tamẽ Hiero.Pau.dicit in li.prouinciali.ver. Referebat dominus meus,quod in Cathalonia infidelis habens rem cum Christiana punitur ad mortem,& etiam ipsa: sed quod Christianus cum infideli muliere copulam habens non punitur ad mortem,cum tamen secundum eũ videretur contrariũ propter periculum partus, qui ad tempus sequitur matrẽ infidelẽ.Sed lex suę patriæ considerauit incõtinentiã & infamiam maiorẽ in muliere subiiciẽte se seruo,vel quasi seruo infideli,quàm ecõtra arg.l. vnicæ,de muliere , quæ se iunxer.propr.ser.& l.fin. C.cõmunia de manumiss. &c. si Iudæos. de Iudæis. Sed Iac.de Bellouisu.in sua praxi,ti.de leno.in fi. tenet q̃ puniatur pœna adulterij,d.l. ne quis Christiana & l.quoniam.C.de adulte.† Pro opin. Hiero. Pau.facit,quòd eleganter dicit Ang.in l.inter liberos.in prin.ff.de adulte. q̃ cognoscens vel stuprans sclauas,quibus in domibus vtimur,non punitur pœna stupri,quæ imponitur pro stupro in libera muliere cõmisso,sed extra ordinẽ venit puniẽdus.alleb.text.in l.fi.ff.de off.præsi. vbi habetur de ancilla deuirginata, & ipsum ibi sequitur Alex. in addi. ad Bar.& Ana.in c.significauit.ver.& adde no, dictũ, quod dicit esse mẽte tenendũ, quia quotidie occurrit.Ergo iste stuprator sclaę videtur minus puniri, quã voluit Old.qui consuluit eũ puniendum capitaliter:sed non vbi struprũ vel raptus non interuenerit,vt dictum est.Sed opi.Old. in vtroq; dicto videtur de iure verior,quando in hac cõmixtione interuenerit violentia,raptus,vel stuprũ.Et idẽ tenuerat Iac.de Ra.secũdùm Ang.& Ale.vbi suprà.sed quod accusatio non erat publica,sed priuata, scilicet domini vel dominæ ancillæ : & sic par erit pœna stuprantis sclauã & liberã.sed ius accusandi non competet cuilibet de pọpulọ,vt dixi in consi.inchoan. iuuenis quidã.sed non in stupratę propriã sclauam, secundum Ang.Ale.& de Anan.per l.fi.de offi.præsidis. Quare videtur bona illa consideratio , quòd vbi non interuenerit raptus ex parte Christiani, q̃ non puniatur pœna mortis:sed Christiana, quæ seruo infideli aut Iudæo se immiscuit , propter rationem Hieron.Pauli adductam. Vnde in casu prædicto Ant.du Mas fuit ad comburendum simul cum ipso animali prius strangulato condemnatus. Et latum arestum apud sanctum Aemilianum.xxiij.Nouembris, Anno 1528. Et aliud simile contra Guiotum Vincenot,appellantem à iudice Montis regalis die vij.Februarij,anno prædicto. Sed secundùm consuetudinem Burdegalensem titu. si familia furtum domino, aut adulterium cum vxore vel sponsa,aut filia,vel nepte fecisse dicatur.§. j. si Christianus seruitor aliquod prædictorum commiserit,perdit sine misericordia caput.terribilis est maximè in furto domestico,quod de iure mitius punitur,l.respiciendum.§.furta domestica. ff. de pœnis. & latè Iac.de Bellouisu in sua praxi,ti.de furt.nu.ix.tamen per consuetudinem debent suspendi , si quinquaginta francos Burdegalenses à domino suo subtraxerint:& si minus,bis per villam fustigari. Pro qua facit tex.in ca. primo.§.si quis quinque solidos valẽs,aut plus fuerit furatus,laqueo suspendatur: si minus , scopis & forcipe excorietur & tundatur vt de pace tenenda,& eius violat.& quod no. Io. Fab. in §.alia deinde.in ver.in gl.no.extraneum,insti,de publi.iud. ibi , item seruitor & familiaris suspenditur pro primo furto,& extraneus non. ¶ † Quid si extraneus iuuet familiarem,videtur q̃ ambo debeant suspendi.per illũ §.& per l.vtrum.ff.de parri.& pro hoc l.si quis vxori.ff.de furt.vbi Bart. in fin.dicit q̃ quidam principiũ illius l.inducebant ad quæst.quando pro

do pro furto imponitur pœna corporalis, puniatur filius subtrahens patri, quoniam habet vnde solvat, scilicet corpus suum, sicut habet castrense peculium. Et idem ibi Angel. nisi forte aliud induceret magnitudo delicti, iuxta glo. sing. in leg. ij. ff. arbo. fortim cæsa. & Feli. in c. si quis episcopus. ver. no. casum specialem. de hæreti. ideo dicit Odofr. quem referunt Cin. Bal. & alij in l. apud antiquos. C. de fur. quòd famulus hodie furatur vnam rem, & cras aliã, etiã vilem, quòd punietur tanquam de magno furto. & sic limitatur dicta leg. respiciendum. §. furta. quos Barb. sequitur consi. xj. nu. xxj. volum. ij. Et simile est statutum in civitate Lucana, vt refert Dec. consi. lxv. & tenet Cæpo. in terminis nostris in cõsi. xxvj. vbi loquitur de statuto Brixię, quod quis puniatur pro modico furto furca: quod est singul. & Fulg. consi. clvij. dicit esse Partanis. & de Hern. in j. consti. Neapo. numer. xiiij. cum seq. in regno Neapo. excedit vnã vnciã. Et idẽ dicit Matth. de Afflict. in cõsti. Neap. tit. de periuriis, nu. iij. allegãs Luc. de Penna. in gl. suæ super. c. regni. incho. cura nobis. ¶ Tamen secundùm consil. ccccxxix. incip. considero in proposita consultatione, licet ex dispositione statuti fur pro paruo furto possit furca suspendi, tamen iudex potest moderari pœnam illius statuti citra mortem, vt ibi, & sequitur Bernar. Landri. in addi. ad Angel. Are. in tract. malefi. in gl. quas si non soluerit. in verbo, debet. & Hipp. de Mar. in leg. j. §. Adrianus. nu. v. ff. ad leg. Corn. de sica. & idem sing. clxxxij. incip. iudex non debet volens etiam, quòd non solùm pœnam impositam à lege vel statuto ex causa augere vel minuere, sed etiam poterit augere vel minuere pœnam per consuetudinem impositam, alle. glo. vlt. in leg. hodie. ff. de pœnis. & idem Abb. Sicul. in c. de caulis. finalibus verbis. de offic. dele. & sentit Bar. in l. Pedius. §. diuus in fi. ff. de incend. ruina, naufr. dum vult in furto valorẽ rei faptę exprimendum. quod dicit facere pro statutis limitãtibus pœnam actionis furti, secundum valorem rei subtractæ. & Bal in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. & de Puteo in syndica. in verbo, pœna. c. licet verli. si pœna arbitraria. sed in casu cõ suet. nostræ, quamuis quidã seruus ob furtũ maioris summæ quinquaginta francorũ Burdegalen. fuisset per iuratos Burdegalę ciuitatis ad mortẽ condẽnatus. & per Senescallũ dictũ, cũ fore fustigandũ. tamen per curiam fuit ad galeas cuidã cõmissario traditus perpetuò remigandas, de mense Aprilis. Anno 1533. Contra hanc conclu. vide Bal. in l. data opera. versic. item notandum est. C. de accusatio. & in l. si quis non dicam rapere. vers. iuxta hoc incidenter cadit ista quæst. C. de episc. & cler. Sed famulus de fornicatione cum filia vel nepte domini sui, etiam spe vel contemplatione matrimonij habita, puniatur secundùm consue. Burdegalen. ac si seruus esset, d. l. vna, de mulier. quæ se propriis iunxer. seruis. Et tamen per illum text. mulier punitur. & per consuet. Burde. non, & plerunque mulieres sunt instigantes, & requirentes, & dicam in quæst. post immediatè seq. pro quo dicit Cin. in d. l. vna. ver. vltimò no. quòd seruus rem habens cum domino, nõ debet remunerari, sed acriter puniri: vt ibi: sed ecõtra ancilla, quæ habet rem cum domino remuneratur. l. fi. C. commu. de ma. Et sic arg. q̃ amatores debent amasiis suis donare, non econtra, & crede experto quod donum magis valet quàm suspiriũ, imò suspirium nihil valet sine dono, ferrum tamen præponitur auro. Nam secũdùm Iuuenalem, Ferrũ est quod amat, quòd quidam exponunt, id est ferreum membrum, propter cuius ferri fortitudinem insignes etiam mulieres seruis vilissimis se exponunt, vt hac lege monstratum. hæc ille. & sequitur sylua nuptia. Pro dicta verò consue. videtur tex. in leg. si quis viduam. ff. de quæstionib. † vbi si quis viduam aut alij nuptam corruperit, in insulam deportandus est. 8
Et tamen non loquitur an ipsa vidua, vel alij nupta similiter debeat deportari, cùm sit in pari delicto. pro hac leg. quamuis cum sua authentic. C. de adulter. Vnde in pœnalibus & odiosis masculinum non comprehendit fœminum, vt l. j. §. quare si ita exhæredatio. ff. de ventre in possess. mitten. cum aliis pro ista parte per Hippo. in dicta l. si quis viduam. allega. Sed contrarium tenet, ibi, ipsam simili pœna esse puniendam, vt ibi per eum causa breuitatis: vbi multum hoc probat per septem. Sed curiæ relinquo iudicandum, licet crimina morte finiantur, l. defuncto. ff. de public. iudic. & capit. quorũmque. xxiij. distinctione. & C. si reus, vel accusator mortuus fuerit. † Et sic iudex non debet 9
suspendi facere corpus mortuum, vt tenet Angel. in leg. secunda. C. qui testamen. facere possunt. & in dicta leg. defuncto. & in leg. qui à latronibus. §. si quis. ff. de testament. Tamen est in arbitrio iudicis, vt voluit Baldus in dicta leg. ij. qui testamenta facere possunt. & cum eo transit ibi Rapha. & etiam Corneus. & idem Ludouicus & Imol. in dic. l. defuncto. & Hippo. de Marsi. in l. fina. nu. xl. ff. de quæstionibus. † Quid de cognoscente mulierẽ mor 10
tuam virginem, vel viduam pariter, videndum est qua pœna puniatur. Et videtur nullo modo debere puniri, quia homo mortuus nihil valet vltra nisi vt humo detur. not. in l. hæc. ff. de condict. triti. Et homo mortuus suspendi, vel vulnerari, aut iugulari non potest, per no. in præceden. quæstione. & not. cccxliiij. cap. Engeltrudam. & Bal. in l. j. vers. quarti dicunt. & ibi Ludouic. Bolog. in primis interpretationibus. C. qui accu. non possunt. & Hippo. in leg. fina. num. xlj. de quæstionibus. facit leg. qui mortui nascuntur. & l. anniculus. §. finali. ff. de verborum significa. quia non est simpliciter homo. leg. si homo mortuus. de verbo. oblig. & mortuo legari non potest. l. vnica. §. j. C. de caducis tollendis. & Hierony. Cagnolus in l. diem functo. numer. cxiiij. de officio assesso. † Quinimo clericus percutiens mortuum, 11
etiam si habebat animum interficiendi cum viuum, non incurrit irregularitatem: vt tenet Archidi. in ca. finã. xxiv. q. j. refert & sequitur Hippo. de Mar. in dicta l. fina. numer. xxxj. ff. de quæstionibus, & ibi vide numerum xxxj. vsque ad liij. casus in quibus mors non nocet, sed omnia soluit. Et facit tex. in clement. pastoralis. vers. quondam Imperator. de re iudi. per quem dicunt ibi Doctores, q̃ Doctor mortuus non debet appellari Doctor. & per consequens miles mortuus non debet appellari miles. Et sic de Ducibus, Marchionibus, & similibus: quia Doctor dicitur à docendo, sed postquam est mortuus, non caret docendi officio, ergo appellari non potest Doctor. Nam, vt inquit gl. j. Si re prioueris, nec nomen habere mereris, in cap. admonere. xxxij. qu. ij. ita Barba. in c. in præsentia. nu. vij. de probationi. tamen ibi tenet contrarium. per tex. in c. vno. de reliq. & veneratione sanctorũ. lib. vj. ibi, vers. egregios quoque ipsius Doctores ecclesiæ. vbi appellat Gregorium, Augustinum, Ambrosium, & Hieronymum, Doctores, & tamen mortui sunt. & vide latius per ipsum Barbat. Et an possit mortuus creari miles vel Doctor, vide Abb. & Feli. in d. c. à nobis. ¶ † In contrarium videtur, quia cadaueri fit 12

iniuria.l.j.§. quoties autē funeri teſtatoris vel cadaueri, vt ibi Alber.& Ang.ff.de iniur.& Corne.in l. ſororem.verſi.ex quibus not.C. de his quib. vt indign.& l.qui ſepulchra.& l.fi.cum ſua authen.C.de ſepulchro viola.& l.iij.§. qui de ſepulchr. ff.eod. & l.j ff.de his quib.vt indign. ibi, libertus priuatur,& glo.in c.ſane profertur.xxiiij.quæſt.ſecunda,verbo, mōſtrari.quæ dicit grauius eſſe peccare in mortuū, quām in viuum,per text. in d.l. qui ſepulchra.& illam gloſſ.facit Bal.ſing.in l.qui crimen.verſi.quando quis accuſat.C.qui accuſare non poſſunt. & Anchara.in capit.j.& ibi de Ana.in j.no.de maledi.ad hoc quòd quis admittatur ad accuſandum memoriam defuncti, debet ſe prius inſcribere ad pœnam talionis,per tex.in cap.ij.quæſt.iiij.facit tex.in l.defuncto.& ibi Ioann.de Imo.& Doctor.ff.de publi. iud.vbi voluit iudicem,qui poſt mortem criminoſi ipſum ſuſpendi facit teneri actione iniuriarum. Et idem Cin. Bal.& Salice.& Moder.in l.ij.C. qui teſtamen.face.poſ.dicens ibi Cin. quòd eſt peſſima practica ſuſpendi facere mortuum,per tex.in l.vniuerſi.in fina.C.vbi cauſæ fiſca.& plenè de Puteo in ſyndic.in ver. mortuus.vbi vide.& Hippol.in d.l.fi. num.lv.vſque ad nu.dciij.de quæſtionibus.vbi plures ponit caſus, in quibus mortuus & viuus æquiparantur. Et ſecūdus caſus multum facit pro hac deciſione , quod percutiens clericum mortuum,eſt excommunicatus , ſicut percutiens viuum.Allegat Doct.ita tenere in cap.à nobis.in ſecundo. de ſententia excommunicationis.vbi gl.Abb.Sicul. & Felin.ferè adducunt caſus per Hippolyt.adductos , vt idem Abb.ibi etiam dicit,quod participans corpori mortuo excommunicati, incurrit excommunicationem,per gl.in c.ad hæc. in verbo, ſepelierint.& ibi Abba. & Doctor. de Bellenzinis in additio. de priuilegiis.& ſequitur Feli.in d.c.à nobis.verſicu.& ad iſtam materiam.& idem Roma.in ſingu. lxxij.

13 dicam ibi dubia. ¶ † Quid dicendum ? Videtur quòd talis ſit plectendus tanquam violator corporum,iuxta d.l.fi.ibi , ſi corpora ipſa extraxerint,vel oſſa crueriut &c.Et ſi fuerint humilis fortunæ , vltimo ſupplicio : ſi honeſtioris in inſulam deportatur,aut aliàs relegantur , aut in metallum damnantur , cum iſte talis tam fœdiſſimus cōtrectauerit,& de facto attentauerit pudicitiam mortui corporis, l.ſepulchri deteriorem ibi, corporibus non contactis. ff. de ſepultu.viol.& illa pœna habet locum in eum ſecundùm gloſſ.in dict. leg.qui ſepulchra.in fi. quoniam in corpus mortuum facit iniuriam , dum etiam tex.ibi in fin.dicit,& qui corpora ſepulta aut reliquias contrectauerint.& punientur etiam in x. lib.ſiue pondo auri,quia per illam pœnam non intelligitur receſſum à pœna d.l.fin. quoniam ſecundùm Iaco.But. quando plures pœnæ ab eadem lege imponuntur,omnes concurrunt in executione, vt eſt in d.l.ſepulchra,vbi Imperator repetit , nihil derogando quò ad antiquam pœnam poſitam in dicta l.fin.& ibi cum ſequuntur Bal.Angel.& Salic.

14 † Sed quid de duabus mulieribus actum venereum facientibus.& ſe corrumpentibus.Et iſtam quæſtionem vidi in curia venire. Et videtur quòd non ſint puniendæ , vt patet ex d. Iuuen.ij.ſatyr. loquendo in perſonam mulierum.

Tædia non lambit Cluniam,nec Flora Catullam.

In contrarium , quod pœna vltimi ſupplicij puniri debeant.l.fœdiſſimam.in princ.C. de adult, ſecundùm vnā lecturam gloſſ.argum.l.cùm vir,eod.titu. quam ſequitur Cin. qui dicit quaſdam mulieres fœdiſſima nequitia tentare , quæ libidinem ſuam exercent in alias mulieres,eāſque inſectantur , vt viri , ſicut de quibuſdam maledictis fertur. Sic enim dicebatur de Franciſca de Leſtaige,& Catharina de la Maniere,ciuitatis Aquenſis de hoc accuſatis.& cum gloſſ.tranſeunt Albe.de Roſa.& Salic.vbi Alber.alleg.text.cum gloſſ.in authent.de non eligen.ſec undò nuben.§.cum igitur.circa fi.colla.j.in verb.luxuriántur.quę dicit luxuriam cōmitti,ſi mulier cum alia fœmina agat.per dict.l.fœdiſſimam.& per tex.in authen. vt non luxurientur contra naturam.Sed quia ſupradictæ duæ mulieres repprobauerunt teſtes : fuerunt relaxatæ , & quæ condemnatæ fuerant ad quæſtionem per Seneſchallum Laudarum in ſede Aquenſi.Et latum arreſtum die xviij.Iulij,Anno 1533.

SVMMÆ.

1 *Carceris cuſtos cum muliere carcerata coiens, qualiter puniatur.*

2 *Tutor coiens cum pupilla eſt capite plectendus. & num.4.*

3 *Arbitrariam pœnam an poſſit iudex ad mortem vſque extendere.*

5 *Meretricem carceratam an liceat cognoſcere.& nu. 7.& 9.*

6 *Vaſallus non poteſt occidere dominum adulterantem vxorem ipſius.*

8 *Meretricis coitus etiam violentus eſt impunitus.*

10 *Carceratus cum alia carcerata coiens qualiter puniatur.*

11 *Meretrix rapiens iuuenem fuit combuſta.*

12 *Iudex coiens cum muliere ſuæ iuriſdictionis ſubdita,qualiter puniatur.*

13 *Patri licet magiſtratum cum filia coeuntem occidere,licet marito vili id non liceret.*

14 *Meretricem carceratam , vel non carceratam,ſi volentem cognoſcat officialis,non tenetur.*

15 *Mulierem carceratam , vel litigantem ſi cognoſcat iudex,vel officialis,an puniatur. & nu.16.*

Quæſtio CCCXVII.

Quid de iudice,aut ſenatore,ſiue conſiliario Regio,vel Præſide,aut Cancellario, vel commentarienſe , qui carnaliter cognoſcit mulierem coram eo,vel curia litigantem,aut carceratam: vel aliam ratione iuriſdictionis tantum ſubditam, an puniatur?

DECISIO CCCXVII.

ET † primò tangam quæſtionem de carcerata muliere cognita , quam, vt ait de Puteo, nullus noſtrorum citramōntanorum tangit, præter Io. Fab. in §.item lex Iulia.inſti.de public.iudi.qui arg.gl. ibi volētis tutorem ſuam ſtuprantem pupillam eſſe capitali pœna plectendum,l.j.C.ſi quis eam cuius fuit tutor corruperit. dicit idem eſſe quocunque alio , qui aliquam perſonam conſeruare habet , vt eſt cuſtos carceris, cognoſcente mulierem captam & ſibi cōmendatam acriter venit puniendus:imò(vt inquit Fab.) conſuetudinarij eum ſuſpenderent. Et ipſum ſequitur de Puteo in ſyndicat. in verb. adulterium officialis.& Guido Pap.quæſt.cccxlviij. tamen hoc prius dixerat Iacob. de Bellouiſu in tract.ſuo. crimin.titul. de quæſtionibus. verſiculo idem dicere. per tex.in d.l.j.ſi quis eam cuius tutor. Sed hæc argumentatio , ſiue extenſio de tutore corrumpente pupillam ſuam,ad commentarienſem, vel iudicem cognoſcentem carceratam,facta, non videtur prima facie (ſalua dicerem pace) valere , qua tutor

1

habet

habet medio iuramento ſuam conſeruare pupillã. Commentarienſis verò ſine ſacramento, niſi in crimine hæreſis, text. cum gloſ. in clem.j.in verbo, pro dicto crimine.quam ibi ſequuntur Imo.& Doctor.in fina. per Pet. de Vital.de hæret.Tum quia illa l.j.nõ ſic intelligitur,vt ſtatim dicam, & pro opinione Ioan.Fab.adducit de Puteo.quod officiario in prouincia ſibi commiſſa interdictum eſt cũ ſubdita contrahere matrimonium,leg.ſi quis officium.& l.qui in prouincia.ff.de ritu nupt.& in l.j. C.ſi rector prouinciæ.& l.j.C.ſi quacunque prædi. poteſt.quibus videtur tã de iure canonico,quàm cõ ſuetudine generali derogatũ fuiſſe,vt infrà dicã.Ergo à fortiori nõ licet iudici ſtuprũ raptũ,vel adulterium cõmittere,authentica multo magis. C. de ſacroſan.eccle. Tum(vt ait Ouid.ij.Metamorphoſ.)

Non bene conueniunt,nec in vna ſede morantur
Maieſtas & amor.

Quem refert gl.in l.j.§.illud.C.de Latina libertate tollenda. & magis in ſpecie ſecundùm eum facit text.in auth. nouo iure. C.de cuſtodia reorũ. verſ. nec caſtitati iniurietur.qui tex. infert illicitum eſſe cum carcerata coitum,ſuperioris arbitrio punibi-
2 lem.† Quod tamen,ſi verum ſit,ad mortem vſque extendendum non erit,quicquid voluerit glo.in §. in ſumma.inſti.de iniuriis.vt tenet Ant.de But. & de Zabarel. in cap. de cauſis de offic. dele. per glo. ſing.in c.inquiſitionis.in prin.de accuſ.& idẽ Rom. in repeti.rub.ff.de arbi.in verb.ſtatutum.vbi alleg. Bal.in conuenticulã.C.de epiſ.& cler. in l. quicunque.C.de ſeruis fugitiuis,per gl. in l. ſi fugitiui. eo. tit.& idẽ Bal.in l.ſi poſt tres.ff.ſi quis cau.& Card. de Zaba. in ca. ex literis.de conſti.& Albe.in l.j.de furib.balne.& in l.j.de effract.& Feli.in d.c. inquiſitionis.in prin.Mouetur vna ratione,quæ (inquit) clara eſt,arguendo ſic:non eſt dare maiorẽ pœnam morte,illud,Terribiliũ vltimum eſt mors,& iudex habens arbitrari non poteſt imponere æqualẽ pœnam pœnæ ſimilis delicti,per gl.in d.c. inquiſitionis.ergo nunquam pœnam imponet mortis : quia eſſet imponere æqualem.quod dicit eſſe no. Fatetur tamen poſſe imponere pœnã corporalẽ,& hoc ſi eſſet ſtatutũ vtẽs verbo,moderari.aliàs primã opinio.gl.credit eſſe veriorẽ,quã limitat tribus modis,vt ibi.& illam etiam ſequitur Bal.& Io. Fab. in d.§.in ſũma. & de Puteo in ſyndica.in verb. pœna. c.an ſi ſtatutũ relinquit pœnas arbitrio iudicis.ibi, tamen alio modo. verſicul. quibus adde. limitat ſi conſuetudine vel alia lege.in ſimili delicto talis im-
3 ponebatur pœna,vel in ſimilibus † pœnis arbitrariis,quod tunc poſſet imponere, per leg. ſaccularij §.ſunt quædam.ff.de extraordina.crimi.& pro hoc text.cum glo.in l.hodie.in fi.ff.de pœnis.Sed ceſſante conſuetudine, aut lege , debet iudex vti ſuo arbitrio,in quo non debet eſſe nimis gratioſus , nec etiam vltra modũ ſeuerus, vt not.Ioan.And.in cap. j.de re iudi.& ipſum refert Bald.in dicta l.quicunque.de ſeruis fugitiuis. & iſtud eſt æquius , de quo latius per Felin.in d.c.j.ex literis,de conſtitu.verſi-
4 cu.tertia declaratio. † Tum tutor non punitur ad mortem,ſed deportatur cum publicatione bonorum:quia durante tutela illam non cognouerat,ſed tutela finita vt patet ibi tam in rubro quàm in nigro: quamuis idem nondum finita tutela , licet de pœna ſit ibi altercatio,an puniatur pœna,quã leges rapt ori imponunt.quod ibi videtur tenere glo. in prin.quod non facit:quia verſicu.quamuis.ponitur aduerſatiuè,& nõ correctiuè:ad demonſtrandum, ſecundùm Salice.quòd mitius fuit pœnam raptoris non imponere , quia verè non rapuit , ſed ſtupra-
5 uit,cuius pœna eſt deportatio cum bonorum publicatione,per illum text.& in §.idem lex Iul.inſtitut. de publicis iudiciis.& iſta eſt verior & cõmunior, ſecundùm Cin.Bal.& Sali.& alibi dixi, vt in conſilio infrà allega.† Et iſtam concluſionem Ioan.Fab de commentariẽſe , aut iudice carceratam cognoſcente,de qua infrà dicam,an ſit vera ampliat de Puteo,vbi ſuprà locum habere etiam in meretrice in carcerata per ea quæ not.Barto.in l. inauditũ ſtiũ. ff.de ſica.volens quod licet bannitus ſit extra protectionem principis,vt poſſit occidi & offendi.Et tamen ſi eſt carceratus,non poteſt ibi offendi & occidi,quoniam carcerati ſunt tunc ſub protectione curiæ:l.fi.C.de cuſtodia reorum & ibi idem Ange. verſicu.ſequitur in tex.homicidij reus eſt : ſed voluit de Puteo allegare Bar.in l.eiuſdem.§.fi.de ſica. per quæ dicit Din. quẽ refert Irn.in l.in laqueum. ff.de acquiren.rerum dominio.quod occidens bannitum captum à familia poteſtatis puniri debeat per text.in §.arripiat.in authen.vt omnes obe.iudi. prouinci.pro quo Irnerius allegat text.in l.fi. C.de maleſi.tamen Din. tenet quod non,& quod de facto noluit conſulere,licet pluries conſultus fuerit, & eum ſequitur Cin.in l.Publius.§.j ff.de condi.& demonſt.tamen Iaco. de Are. qui hanc diſputauit quæſtionem, quem refert & ſequitur Gandinus in titu.de bannitis maleſi.verſ.vltimo duas quæſtiones ſubiicio.de qua vide Alb.verſi.itẽ quærit Din. vbi refert plures opiniones,quarũ vna eſt,quod de rigore puniatur,ſed de æquitate nõ,quę præfertur, vt infrà dicam,dicens plus Bar.& de Puteo venientes de neceſſitate ad ciuitatem habere interim à lege ſecuritatem,vt dicimus in legatis,argu.l. fi. ff. de lega.& l.ij.§.legatis.ff.de iudi.cum aliis per eum allegatis. licet enim meretrix poſſit impune cognoſci,non tamen dum eſt in carcere iudicis detentame fiat iniuria caſtitati carceratorum ratione loci qui eſt publicus,l.j.C.de offi.ciui.iudic.per text. in argu.in l.quod ait lex.ibi,quare non vbicunque. ff.de adult.& per rationem dictę authenticę,ſed nouo iure.Et ad hoc facit ca.j. qualiter dominus proprietate feud.ptiuetur,vbi eiſdem culpis quibus punitur vaſallus qui cognouit vxorem domini punia
6 tur ipſe dominus concubans cum vxore vaſalli,† licet vaſallus non poſſit occidere dominum ſuum, aut regem repertum in adulterio cum vxore ſua,vt voluit de Puteo in ſyndicatu in verbo officialis offenſa.verſi.tamen an vaſallus.per tex.in l. ſi adulterium cum inceſtu.§.fi.de adulteriis.tamen bene econtra dominus occidere poteſt vaſallum adulterantem vxorem aut filiam ſuam.Nam doctores ibi æquiparant vaſallos libertis,& idem Lucas de Penna in l.ij.C.in quibus cauſis colo.cenſi.lib.x.& Matth.de Affli.& in deci.Neap.cclxv.nu.xxx.Sed ſi vxor domini erat pellex ſecus,vt infrà dicam , & ipſum de Puteo ſequitur Hippo.Marſil.ſingu.cl.& in leg. j.in prin.nu.3. vſque ad ix.de falſis.& Sylua nuptialis. ¶ † Sed contrari ũtenuit Cin.in d.auth ſed nouo iure.quæ intelligitur in fœmina honeſtæ vitæ, & non inhoneſtæ vitæ:quoniam ille text.& in leg. quoniam.diſponentes conclaue & thalamum mulierum incarceratarum eſſe debere à conclaui virorum ſeparatum,non videntur locum habere in meretrice,cui nullus pudicæ mulieris honor à lege ſeruatur l.ſenatoris filiam.& l.palam. ff. de ritu nuptia.à vinculis enim ſunt iuris exẽptę,quas vilitas vitæ dignas legum obſeruatione non credidit, l. quæ adulterium. C.de adulteriis.& Guido Papa in quæ,
7

clvj. & ita tenent Pet. de Bella Pertica, Alb. Ang. & Salic. in dic. leg. quoniam. C. de custod. reorum. & Bar. in l. si vxor. ff. de adult. dicentes accessum ad istas inhonestas esse impunitum, & haberi pro non delicto propter ipsarum vilitatem, quasi esset delictum commiscere cum illis ratione loci. Doctores prædicti non dicerent mixtionē sexuum periculosam in eadem camera fieri & esse permissam. Et idem Ang. in l. si ea. C. eó. titu. & Ioan. And. in add. Spec. tit. de iniuriis & damno dato dicens Authen. præallegatam non habere in meretrice locum, nisi esset vxorata & per vim rapta, quem sequitur Bal. in l. consentaneum. & ibi dixi in repeti. C. quomodo & quādo iudex. per tex. in authen. de restit. & ea
8 quæ parit. & latius Bart. in l. verū. ff. de furt. † Quia cum talibus meretricibus, coitus etiā violentus est impunitus: vt dicit glo. in l. vna, de raptu virginum. etiam si ab vno tantum viro fuisset præcognita, vt voluit Paul. de Castr. consi. cclxxiij. vol. nouo cum aliis per nos in quodam consilio inchoāte, iuuenis quidam alleg. quod inferam in fin. harum quæstionum. & idem glosſ in d. §. item lex Iulia. quæ dicit
9 nisi sint meretrices. ¶ † Quid dicendum in isto puncto. Et videtur opinio de Puteo habere apparentiam aliqualem, si illam scortam, inuitam cognouerit ratione loci: & ita fuit per curiam iudicatum cō tra custodem, seu eius cōmissū carcerū sacri Eligij huius ciuitatis Burdegalæ, & dictum fore virgis intra carcerem vapulandum, eo quod inuitam cognouerat: & latum Arestū mēse Septembri, Anno 1536. Secus si sponte volentem, cum volenti, & sponte consentienti non fiat iniuria. l. j. §. vsque adeo. ff. de iniuriis. & l. cum donatio. C. de transactionibus. & in regula, scienti & consentienti. & ibi dixi post Din. de reg. iur. & de Iser. in sua lectura peregrina. constitutione Neapolitana inchoante, Omnes nostri regiminis. Et per hoc confunditur fundamentum de Puteo, & sequacium factum de dicto Bartoli volentis bannitum carceratum in vim statuti nō posse occidi, aut offendi, quia meretrix carcerata voluntariè, quæ patitur (sicut si alibi esset) carnaliter se cognosci, non perdit vitam, nec in persona offenditur, imo rem illi gratam facit, l. si vero non remunerandi. §. si adolescens luxuriosus mandet tibi vt pro meretrice fideiubeas. ff. manda. vt ibi glosſa ponit versum.

A iuuene cupido credatur reddita virgo.

Ergo secus in scorto, longè maius delictum est occidere, vel velle occidere, quam in carceribus aliquem ponere, l. aut damnum. §. vita & §. solent. ff. de pœnis. vt in simili dicunt Mart. Lauden. & Cardi. Alex. in c. j. §. fi. versi. quid autem si vasallus fratrem suum non occidit, sed posuit eū in carceribus. quæ fuit prima causa beneficij amittendi, quod vasallus eo casu feudum non perdat. licet Bald. ibi voluerit contrarium. Ad hoc facit quod dicit Bald. in l. finali ff. de rerum diuisione. quod licet apponens scalas ad muros vel ad fenestras alicuius mulieris, puniri debeat pœna capitali, leg. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & clericis. tamen secus est in meretrice, d. l. verum de furtis. & sequitur Catellianos in memora. in verbo, meretrix. Et sic locus nō attenditur, cùm domus sit tutissimum refugium. l. plerique. ff. de in ius vocan. igitur. Non enim facta est talis mulier (vt inquit de Isernia in dic. constitutione omnes nostri. nume. j. & ij.) ex tali coitu voluntario deterior: quoniam sic ante erat, nec secundum eum ex hoc potest dici infamis: quia ante talis erat, & infamia non datur, nec fit infamis. l. ij. C. vt intra certum tempus. & glosſ. in dicta l. aut damnum. §. seruos. in verbo dubitatio. ff. de pœnis. & si est lata differentia inter eum qui necat hominem, aut lædit personam vel offendit eum inuitum, & eum qui gignit sortem hominem in mundo, tamen cognoscendo mulierem custoditam sponte patientem, & fortè prouocantem, cum muliebris sexus sit fermè loquax, & ad libidinem prouocans, vt ait Chrysostomus super primam epistolam Pauli ad Timotheum capit. secundo, homelia nona. Andræ. Tiraquel. de leg. connubia, cum aliis per Ioann. de Neuiza. in sua Sylua nuptiali alleg. versi. & licet in mulieribus. quia grauius est homicidiū, quam adulterium. capitul. si quid verius xxx. quæstio. ij. & l. interdum ff. de Publicanis. Hipp. in rubr. de sica. nume. iij. licet tex. in l. codicillis. §. matre, ff. de leg. ij. innuat contrarium. & alibi dixi. Quinimo videtur minus delinquere cognoscendo mulierem volentem, quam ab ea corruptiones esculentorum & poculentorum pretio forte caro emptorū (crebrò acceptas) capere. In primo enim casu nihil donat, sed recipit æqualē & fortè maiorem delectationē quàm vir, vt dicit Ioan. de Platea. instit. de nuptiis. secundo notabi. Nam appetit visum sicut magnes ferrum, & materia ipsa appetit formam & do Neuiza. vbi supra, quia vt tradit Auicenna libro ix. de animalibus, quem cum Haly. Abbate, in v. theoricæ citat Tiraquellus de leg. connubia. versicul. nec mirum, extensiuè duplicata est in fœmina concubitus voluptas. Sunt enim petulantiores, id est libidinis appetentiores, vt ibi latius per Tiraquellum. Nam vt inquit Hieronymus, inter illecebras voluptates, etiam ferreas mentes libido domat, quæ maiorem in virginibus patitur famem, dum dulcius putant quod nesciunt, vt epistola xij. parte iij. tractatu ix. capitul. iiij. de castitate. quem allegat glosſ. in capitul. viduas. §. si virgines, in verbo, vsæ sunt xxvij. quæstion. j. & Tiraquellus vbi supr. ver. maximè autem ij. versicul. sed & illud quoque. citans ad id Empedoclem rationem reddentem, vt magis puellæ recenter stupratæ coitus sunt appetentiores, vt per eundem Tiraquellum. versicu. sed vtcunque sit. & similiter mulieres grauidæ, vt ibi versicul. maximè. iuxta illud Iuuenal. eadem satyra vj.

-Tamen vltima cellam
Clausit, adhuc ardens rigida tentigine vulua.
Et lassata viris nondum satiata recessit.

Et prouerbiorum xxx. capitul. Tria sunt insatiabilia, & quartum quod nunquam dicit, sufficit. Infernus, os vuluæ, & terra quæ non satiatur aqua, ignis verò nunquam dicit sufficit. Tamen Hieronym. Paul. in libr. prouinc. versicul. prædictus episcopus Ilerden. narrat, retulit illum Ilerden. in capitul. fraternitatis. de frigid. & malefic. vidisse tempore suo hominem quendam fuisse Cathaloniæ, tantum in re Venerea potentem, quòd qualibet die vxorem suam x. vicibus cognoscebat, quæ Reginam Aragoniæ secretè conquesta fuit, vocatóque viro confessus est ita rem se habere. Quare mādauit ei sub pœna capitis ne amplius quam sexies in die vxorem suam cognosceret, ne (vt ait) mortis periculum mulier incurreret. Vnde de potentia viri non tantum mirari oportet, quantum de querela vxoris. Licet enim minus audeant fœminæ quàm mares. leg. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestat. tamen in turpibus obscœnisque atque Venereis actibus sunt audaciusculæ, vt dicit ibi Cin. Alberic. & Salicet. & Luc. de Penna in l. j. C. de mulier. & in quo

loco li-

loco libro x.& Tiraquel.vbi ſuprà. allegans Matthæ.de Afflict.in dicta conſtitutione Neapol.ſi quis rapere. Et Iuuenal.quem etiam Cin.& Alber. citant ſatyra vj.

Fortem animũ præſtant rebus, quas turpiter audẽt.

Et rurſum:

Nil eſt audacius illis

Deprehenſis: iram atque animos à crimine ſumũt.

Cum facilius hoc faceret mulier præſumptione iuris,quam donaret,l.ſed ſi ego.ff.ad Velleia.quia de ſuo corpore larga,& in domis parca, imò auariſſima.Potius enim corporisquam bonorũ prodiga,vt not.Doct.inſuper Bart.in l.is cui bonis.ff.de verb. oblig.† Et idem de homine carcerato, vel alio vxorem vel ancillam cuſtodis, vel aliam incarceratam cognoſcente intra domum carceris, dicẽdum eſt,vt ratione tantum loci non teneatur. Vnde ſequendo hanc partem de carcerato cognoſcente carceratam & imprægnantem,non fuit per curiam Ioann.de Malo becho inquietatus. pro hoc facit quod ſentit Baſd. in leg. Imperator.in j. & ij. lec. verſi.Sed quid ſi partus ſit adulterinus,vel in carcere conceptus.ff. de ſtatu hom.& idem in l. ij. verſi. in text.creationem.ff.de excuſatio.tutorum.Et non mirum:quia Iudæus cognoſcens Chriſtianam meretricẽ,licet inter eos ſit diſparitas,nõ eſt morte puniendus,vt ſuprà dictum eſt,in quęſtione incip.Sed quid videtur de Chriſtiano. † Facit quod dicit Ange.in d.l. vna.de raptu virgi. illam l.locum habere in muliere meretrice rapiente virum, prout narrat vidiſſe Florentiæ quãdam meretricem comburi, eo quòd rapuerat quendam pulchrum iuuenem:ſecus ſi volentem.& Barb.in ca. in præſentia. nu.xxxv.de probationib.& de Iſern.in ſua peregrina lectu. ſuper prima cõſtitutione Neapoli.Si quis rapere.nu.iij.& Sylua nupt.ibi.Pantaleo de Crem. & iſtud videtur communius & verius,vt etiam inſrà dicam. Quinimò ſi iudex quià carcere liberatã cognouerit, aut eã cauſa libidinis in domo ea cõſentiente recluſerit,non videtur teneri,per ea quæ dicit Bar.in d.l.verum.ff.de furtis. retinentem puellam non vt captam,ſed recluſã libidinis cauſa non teneri,nec etiam priuatum committere carcerem, l.iij.§.ſi quis volentem.ff. de libero homine exhibendo.& l.qui aliquem.C.de murilegulis,lib.xj.& Alex.in addi.ad Barto.in l.j.C.de priuat.carce. Et ipſum ſequitur Angel.Are.in dict. tract. malefi. in verbo,qui iudex dictum Caium retineri & carcerari iuſſit.verſi.quid autem ſi vnus retinet aliquam perſonam.& Alexan.conſi.j.lib.iij.& Sali.in l. j. C. de raptu virginum. & Pet. Rauen.in ſuo aureo alpha.in verbo,carcer.& Hippol.conſil.lxj.nu.iiij.volum.j.& Matthæus de Afflictis in conſtit.Neapol. de violentia meretricibus illata. numer. xiiij. & Ioann.de Neuiza.in Sylua nup.cum aliis per ipſum allegatis. Et hæc de commentarienſe vel alio etiam iudice meretricem carceratam cognoſcente, vt infra in concluſione dicetur. ¶ † Sed aliam mulierem vxoratam,non carceratam, nec coram eo litigantem, ſed ſolum ſuæ iuriſdictioni ſubditam cognouerit,adulterium committendo, videtur de illo eſſe puniendus,per ea quę not.Bart.in d.l.quod ait lex. §.illud.& in l. marito. in fin. l. ſi maritus. §. j. ff. de adulte. † volens Bar.in dict. leg marito per illum text. patrem poſſe magiſtratum adulterium committentem cum ſua filia occidere : quamuis marito non ſit permiſſum , cum ſit vilis perſona reſpectu iudicis. & idem Alber. & Ange. Aret. in tractatu,malefic.in verbo , Che me hai adulterato la mia dona.verſic.& adde quòd dixi quòd patr. licet.& glo.& Abb. Sicul. in capitul. ſi verò. in primo.de ſentent. excommunica. & Doctor. in l.hos accuſare.ff.de accuſat.& in l.Gracchus. de adulter. vbi gloſſ.& Doctor.dicunt,quod licèt marito licitum non ſit magiſtratum occidere , tamen negari non poteſt quin magiſtratus ipſe teneatur lege Iulia de adulteriis,officio depoſito d.l. ſi adulterium. §.fina.eodem titul. Nam, vt inquit text.ex officio ſuſcepto non peccandi licentiam,ſed neceſſitatem bene viuendi ſe nouerint aſſecutos, xl. diſtin.& c. j.& ita per prædicta tenet de Puteo in Syndica. in verbo,adulterium officialis.& latius in tit.de offic. Syndi.cap. iudices.verſic. Syndicator officialis. & in verbo,officialis offenſa.poſt principium, dicens hoc ſæpe occurrere , ſcilicet magiſtratus adulteria committere in terris ſibi decretis , ac vidiſſe pluries de facto officiales de ſtupris & adulteriis fuiſſe inquiſitos,allegans in verbo,officialis offenſa.ante finem, Guilelm. de Cugn. in leg. nulli. C. quorum appella. non recipi. dicentem quoſdam magiſtratus regios tẽpore ſuo in prouincia venille Tholoſana Regia authoritate deputatos ad inquirendum de commiſſis per officiales regios:Sed de Cugneo ibi non dicit ob quam cauſam commiſſarij(niſi generaliter) fuerant commiſſi, nec ipſe nec Paris nihil de pœna dicunt.Sed ad omnia ſupradicta vnico poteſt verbo reſponderi,ſcilicet non ſeruari de conſuetudine in hoc regno:primò , quòd matrimonium contrahere & bona acquirere poſſunt magiſtratus,contra l.non licet.ff.de contrahenda emptione.l principalibus.ff. ſi certum petatur. Et pariter tutor prohibetur cum pupilla contrahere matrimonium,& tamen non ſeruatur , & in vtroque tenet Federic.de Senis conſi.xxxvj.quod incipit , Caſus talis eſt, maritus vxori ſuæ .& ſingu. Matthęd e. Afflictis in conſt. Neapo.de prohibit.curialium commercior.num.j.& ij. Nec etiam adulteri de conſuetudine regni puniuntur , vt dixi in §. xxiiij.de iuriſdictione omnium iudicum.& in quæſtio.incip.Quidam hoſtiarius.Multi namque Seneſchalli,& balliui,ac generales Regis locum tenentes & gubernatores,cæteríque iudices & cõſiliarij punirẽtur.Et plura arreſta ſuper adulterio abſolutoria fuerunt tam Pariſiis quàm hìc & alibi lata,vt ibi dixi.¶ † Quare ex prædictis concludi poteſt, commentarienſem,iudicem,conſiliarium , vel præſidẽ cognoſcentem meretricem non carceratam , vel carceratam etiam litigantem , non teneri per iura ſupra allegata,quia ſi cognoſcens cuſtoditã perſonam meretricio more viuentem, ſecundum magis communem relatam , non teneatur , minus ſecundum omnes tenetur cognoſcens carnaliter ſcortum non carcere mancipatum ſponte volens,probat tex. in d.§.neceſſarium.dum dicit,circa caſtitatem iniuriæ.ſuper quo ſe fundat de Puteo:quia mulieris meretricis caſtitati non fit injuria,vt dictum eſt.Et ita intelligit Bart.illũ text.ibi, verſic. quæro de quibus mulieribus loquitur:quia nõ loquitur de ſcortis,vt volunt Doctor.ſecundùm eum in d. authentic.nouo iure. Et pro hac concluſione facit quod vaſallus vel donatarius cognoſcens vxorem, aut filiam ſororem vel neptem domini , vel donatoris meretricem,non tenetur : quia non facit ſibi iniuriam poſtquam aliis ſe præbet vt voluit Franc. de Ripa in l.fin.nu. xlix. C. de reuocan. dona. licet Iſer.in capi.j.quibus modis feudum amittatur, velit contrarium. quem ſequitur Curtius iunior in iiij.parte feud. verſicu. iij. quæro. cui reſpondet de

Ripa & benè,& ibi breuitatis causa vide,& in quodam consi. per nos edito in fine harum quæstionum posito,inchoan.visa transactione.verli. sed in
15 secundo verò casu,scilicet quando vidua. † Quinimo videtur non teneri etiam si cognoscat non meretricem carceratam,consentientem tamen & spõte volentem, nec quouismodò de hoc se querentem : quia volenti,vt dictum est, non fit iniuria, iuxta illud Mulier quis te accusat? nemo Domine, neque ego te condemnabo.glo.in l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de muneribus & honoribus. & c.j.de accusatio. Tamen hoc casu poterit recusari ab illa parte,quia duplex est amicitia honesta,scilicet & inhonesta:& vtraque amicitia est causa sufficiens repellendi à testimonio,vt tenet Bal.in l.affectionis gratia.ff.de dona. per text. iuncta gl. in l. Masuerius.ff. de verbo. signi. ergo magis iudicem, cùm minor causa repellat eum quam testem, si de hoc constet. Caueat tamen talis recusans, quod si non probet,iudicis arbitrio condemnabitur,secun
16 dùm ordinationes regias.† Et si contra voluntatem eius cognita fuerit,& de eo fit conquesta, vel sit inducta & seducta pacto de ipsa à carcere relaxanda & absoluenda,vel promissione de sententia pro ea ferenda,passa fuerit se carnaliter cognosci, pariter conquesta:tunc his casibus arbitrio iudicis, vt supràdictum est,scilicet pœna pecuniaria puniri debet. Et hoc sentit Ioan.Fab.in d.§.item lex Iulia, cùm dicit , quod consuetudinarij iurium ignari commentariensem suspendi facerent.sed non dicit quod periti hoc facerent:ideo in pecuniali emenda veniunt puniendi.Facit l.eos. C.de modo multan. dũ ibi dicitur , quia sperabitur quòd amplius non incident, & erroris commissi facilè se emendabunt:quia in pœnis interpretatio benignior est amplectenda.l.interpretatione.ff. de pœnis. nec pariter tenetur de cognitione carnali cum subditâ tantum habita,vt dictum est. Aut iudex aut alij iurisdictionem habentes,carnaliter cognouerunt volentem mulierem litigantem non carceratam,licet honestæ ac bonæ hucusque fuerit vitæ:& adhuc videtur alio non interueniente teneri, vt l.ij.§.initium. ff.de origine iuris. & ibi videtur textus quasi expressus & vnicus in iure ac peregrinus:dum dicitur & secundũ eum,qui in seruitutẽ ab eo suppositus pecierat,dixisse,captúmque amore virginis omne fas atque nefas miscuisse : ergo si nefas non immiscuit in habendo mulierem inuitam, parentibus inuitis, vt ibi dicitur,sed aliàs processerit , non tenebitur: quoniam dicitur ibi,iuncto versi.præcedenti. Erant decem viri Romę constituti magistratus,qui nimia dominatione eò rempublicã perduxerãt, vt exercitus à republica secederet. & initium fuisse secessionis dicitur Virginius quidam , qui cum animaduertisset Appium Claudium iureconsultum contra ius quod ipse ex veteri iure in xij. tabulas transtulerat,vindicias filiæ suæ à se abiudicasse , & secundum eum qui in seruitute ab eo suppositus pecierat dixisse,captúmque amore virginis omne fas atque nefas miscuisse:indignatus , quòd castitatem filiæ suæ,vitę quoque eius præferendam putaret,arreptocultro de taberna lanionis filiam interfecit, vt morte virginis contumeliam stupri arceret.& quæ sequuntur. Vnde omnis plebis vrbana mox eodem se contulit,quos carcere mancipauit.populíque consensu in carcere magistratus prædicti necati sunt. Et sic non ob illam causam præfatus Appius Clau.& alij nouẽ magistratus.sed ob dominationem ,deprædationem,& corruptionem fuerant incarcerati fauore populi,dum textus dicit omnísque plebs vrbana &c.vel iudicio populi , ad quem secundùm illa tempora iudicium causarum criminalium spectabat,vt dicit textus in dicta l. ij. §. exactis.ibi,néue possent in caput ciuis Roma. de origine iuris.vt latius in §.ij.de iurisdict.omnium iud. libro consuetudin.Sed primum videtur eo in casu habere apparentiam , propter homicidium filiæ motus populus iussit eos necari, licet vanæ voces populi non sint audiendæ.l.decurionum.ff.de pœnis.Et hoc intelligo quando iudex erat solus, & semel fecit. Si verò pluries id commiserit, & fuerit planctus de eo factus, tunc officio priuari debet: sin autem non fuerit solus in iudicando iudex, sed plures ,vt in curiis supremis, & nunc etiam in qualibet Senescallia , vbi sunt consiliarij , tunc ,si non fuerit relator & semel hoc fecerit , inhibeatur sub pœna priuationis officij amplius tale quid committere : quia solus nihil potest, argu. authen. amplius.C.de fideicom.& l.diem proferre §.si plures. ff.de arbi.& c.j.eo.titu.lib.vj. & hoc videtur probari per tex.in d.l.merito.§.fi.iuncta gl.& no.per Bar. Albe.& Ang.Secus in ea volente consentiente, & nullo modo plangente:quia fortè alias erat cum alio sic factura,si requisita fuisset. Multæ enim sunt mulieres castæ de copula non rogatæ,quæ donis & baguis,vel alijs muneribus susceptis libenter,& spõte cognosci se patiũtur, quia ex tali requisitione copulę nõ tenetur etiã si ei nõ expediebat,quia liberũ est cuique etiã mulieri apud se explorare, an expediat sibi hoc facere,vt inquit text.in l.ij.in fi.ff.mãdati.Si verò fuerit relator,qui mediãte copula(quã alias non passa fuisset) promiserit causæ victoriam, quam post mulier perdiderit, & de eodem querimoniam fecerit,aut parẽtes sui ;vt probat ille text. in dicto §.initium.ibi,cũ animaduertisset : vel pars aduersa,quæ succubuit in causa.Et videtur fore priuandum officio, & in emendam erga mulierem condemnandum , per text. in dicto §. initium. Et dicitur Parisijs quendam ex consiliarijs fuisse ab officio priuatum : sed de emenda non intellexi. & hoc si probatum fuerit,aut per confessionem consiliarij,vt dictum est,apparuerit,quamuis Ange. in authentic.de lenonibus.§. primo , dicat stante statuto, quod quicunque adulteraverit inuitam , decapitetur:qui verò volentem,banniatur.Et aliquis adulterauit mulierem decipiendo eam cum auri datione,an dicatur inuitam adulterasse, vt decapitetur.Et determinat quod sic,& eum sequitur Iaco. de sancto Georgio Præpos. Mediolanen. nunc dictus Card. Alexan.in c.discretionem. versicu. Et ideo in præposito offertur.de eo qui cogno. consanguineam vxoris suæ,dicens idem esse in illa quę decepta credidit se adulterium de permissu viri committere. Ponens exemplum de Barbitonsore qui pulchram habebat vxorem.Et socius ad ipsum habentem præ manibus,quem radebat,accessit festinanter , petẽs sibi de carne salita,quam habebat: quia hospites ad illum improuisũ declinauerãt. cui Barbitonsor dicit:Ascẽde superius ad vxorẽ meam, die quod det tibi:ascendit ille ad vxorem,quam de mandato mariti,vt dicebat,cognoscere volebat,& quod peteret ab eius marito , & videbis quod erit contentus. Petiit illa , & superius existens cœpit clamare,Heus bone vir,estísne huius sententiæ de illa re illi dare?respondit maritus (qui de carnibus intelligebat) Ita fiat , ita fiat , da quantum vult. Et sic bona clunes submisit : deinde cum mulier,vnà cum marito esset , ipsum reprehendit,

quod

quod amodo ſimiles nuntios ad ipſam non mitteret.hac enim prima vice illi morē geſſi,& à cætero nō faciam.fraude comperta maritus exclamare cœpit,*O traduore de la carne ſallata.* Et in hanc vſque diem eſt,vti ait,tritum proverbium: *O traduore de la carne ſallata.*Dicens de hac quęſtio.cogitabis.Et pro ſolutione dicit : Adde dominam Iacobinam noſtrā,virum ſub muliebri nomine mulierum partes tenentem ac earum argutias callētem:tamen dictum Ange.videtur minus rigoroſum.vnde Ouidius,Promittas facito:quid enim promittere lædit, Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt. & ideo non punietur ſecundùm eum.Et videtur dicendum,ſi iudex ſub colore teſtimonij (vt prætenditur in caſu noſtro) examinandi factum , aut inquirendi contra ipſam de aliquo delicto citari faceret , & prætextu huius eam cognoſceret,vel ob cauſam fugiendæ & euitandæ accuſationis:quia minus audit reſiſtere.l.quiſquis.C.ad legem Iuliam maieſtatis paſſa fuerit carnaliter cognoſci:quia hic eſt immiſcere dolum,& fraudem:ex quibus tenetur,d.§.initium. Secus videtur , in quæſtione quam Lotharius & Azo inter ſe habuerunt , in quadam cauſa cuiuſdam formoſæ & pulchræ dominæ,in qua ipſi erant iudices delegati: ſcilicet de modo citādi illā.Nā dominus Lotharius,vt ipſam ſæpè videret,& ſuos recrearet oculos,qui viſus(vt inquit Philo & lurecō ſultus,vt infrà dicam, auget potentiam) dicebat ipſam per ipſoſmet iudices,& non per nuntium arctandam fore.Sed Azo dicebat contrarium, ipſam per nuntium citare poſſe : quam gloſſam ſequutus fuit Barto.in leg.ſancimus.quæſtione vltima.C.de iudic.& etiam Iacobus de ſancto Georgio. numero viij. & Iaſon in fine. quia viſus & alloquium ſunt Veneris præambula & antecedentia ipſum ſcelus, ſcilicet apparatus , & ab ipſis argumentum ſceleris inducitur , vt ait Tullius in Topicis,quem gl.allegat in l.quod ait lex. ff.de adul.ponens etiam verſum

Viſus & alloquium,tactus,poſt oſcula factum.

Sed an teneatur actione iniuriarum mulieri de eo conquerenti,videtur quod non , cùm ſuam alleget turpitudinē , l.mercalem te habuiſſe vxorem.C.de condictio.ob turpem cauſam.& ſi aliter quàm per confeſſionem mulieris non appareat, ſibi non creditur,vt voluit Alexand.conſ.clviij.volu.v. & Bauerius in §.legatariis.nu.ix.inſtit.de teſta.& Barb.conſil.xxvij.nu.vj.volu.j.& Bertran.conſi.xxij.vol.j.nouo.cum aliis per nos allega.in q.exordien. Mulieri aſſerenti.& ſingul.Iaſ.conſi.xxiij.inchoan. Accuſator Ioſeph.vol.j.quia eſt (vt aiunt) ſocia criminis, quæ in criminalibus contrà ſocium non facit iudicium.allegat Iaſon. gloſſ. ſingul. in leg.ſi filium. in gloſſ.magna.ad finem.C.de liberali cauſa.cum aliis per eum allegatis. & per nota. in quæſtio. poſt ſequent.incipien.Socius criminis.nec pariter faciunt ſecundùm Iaſonem indicium teſtes qui ſolum deponunt de extra iudiciali confeſſione,coram eis per ipſam mulierem facta , quoniam ſi dictum eius non faciat indicium aliquod , quando eſt producta in iudicio , multo minus faciet indicium confeſſio extra iudiciū corā priuatis perſonis facta , vt latius ibi per eū.& Bertrand.in d.con.xxij.nu.iij.cum ſeq.

SVMMÆ.

1 *Inceſtus quando ſit pœna capitalis.*

2 *Pater filiam cognoſcens:aut leno filiæ , qualiter puniatur.*

3 *Filius cognoſcens carnaliter matrem ſuam,quomodo puniatur.*

4 *Nutricem ſuam carnaliter cognoſcens qualiter puniatur.*

5 *Vir cognoſcens conſanguineam vxoris ſuæ ,qualiter ſit puniendus.*

Quæſtio CCCXVIII.

Sed quid de patre cognoſcente propriam filiam,prout vidimus venire in curia,vel de filio cognoſcente matrem , aut nouercam,vel concubinam patris,& quid de alumno cognoſcente nutricem ſuam & de eo qui carnaliter cognouit ſororem,aut aliam conſanguineam vxoris ſuæ per modum fornicationis,aut in figura matrimonij.

DECISIO CCCXVIII.

ET videtur in iſto nephan[1] diſſimo inceſtu primi gradus in linea recta aſcendentis , & deſcendentis commiſſo , pœnam capitis eſſe infligendam,per text. in l.ſi adulterium cum inceſtu.& ibi Bartol. Angel. & Alberic.ff.de adulter. quia pœna inceſtus eſt , per illum textum,capitalis pœna ſecundum gloſſ.j.ibi.& Iac. de Bello.in ſua praxi,tit.de leno. per illum text. & no.in ca.ij. & in c. ex literis de eo qui cog. conſan.ſi.x vxor. Quia ſi patri,filiam & adulterum ſimul inuentos,permiſſum ſit occidere.l.patri. cum tribus ſequen.ff. de adul. ergo ipſe id committens eādem mortis pœnam pati debet,arg. l. altius. ff.ſi ſeruitus vendicet .Quod inquit aliū facientem prohibere ex officio neceſſe habuit , id ipſe committere non debuit,& hic multò magis.†Item ſi pater[2] neceſſitatem peccandi imponat filiæ ſuæ , & ſit leno,vltra paternampoteſtatem quam perdit,vt leg. ſi lenones patres. C. de epiſ.aud. patitur alias pœnas,quæ imponuntur lenonibus,in auth. de lenonibus,ſecundū Albe.in d. l. ſi lenones, quæ eſt pœna mortis,vt ibi. Quamuis Loth in ſpelunca duas ſuas filias vnam poſt aliam ab eis vino inebriatus, & deceptus,carnaliter cognouerit& impregnauerit,vbi habetur Gene.xix.Non tamen fuit totaliter excuſatus, prout ibi dicunt diuus Hieronymus, & Nicolaus de Lyra , vt ibi vide in expoſitione literali , & gloſſ.in cap.ſi concupiſcentia.xv.q.j.&cap.ſequen. inebriauerunt.& ibi de Turre cremata. Nam primum impedimentum datur de iure ciuili , ne filia contrahat cum patre,aut filius cum matre,vt habetur Geneſis capi.ij.text.dicit,quam ob rem relinquet homo patrem,& matrē,adhęrebit vxori ſuę, vbi Doct.exponūt,relinquet patrem , ſcilicet,quo ad cohabitationem,non autem quantū ad dilectionem,& capitu.ſexto die.§. legimus.iij. diſtin. v. & ibi Archid.& Cardina. Alex. iij.quæſt. iiij.cap.j.& ij.& ibi glo.j.in ver.per Moyſem.Et idem de filio cognoſcente matrem,vt voluit Iaco.de Bellouiſo,vt ſuprà. Et ſcribit Suetonius & Plutarchus de Cæſare,quod cum quæſtor vlteriorem Hiſpaniam ſortitus veniſſet ad gades, viſa in templo Herculis imagine. & Alexander vehementer doluit quod nihil iam à ſe memoria dignum actum eſſet in ea ætate , qua Alexand.prouincias ſubiugaſſet. Quo exēplo motus, occaſione magnarum rerum afflige batur:proximaverò nocte ſomniauit ſtuprum ſe inferre matri,quod à cōiectoribus interpretatū eſt ipſum orbis terratū futurū dominum.ob quod animo magna concepit.refert Fel.in c.inter cętera,de officio ord.Et ſequitur Ioann. Lupus de Hiſpania in tractat. ſuo de matrimonio & legi. capi. fine ti. Quæ ſunt,quæ impediunt matrimonium,ita quod Papa ſecundū eum nō poteſt diſpenſare,vt ibi,di-

iuſmodi inceſtus commiſſus fuerit cum duabus meretricibus, aut aliàs impudicis mulieribus: tunc non eſſe puniendum, per textum in l. inter liberas. & l. ſtuprum. vt ibi latius per eundem in x. quæſtio. & in ij. quæſtion. etiam in fin. quod videtur eſſe cõtra Salicet. in leg. quæ adulterium. ante fin. verſicul. Quæro extra. C. de adulteriis. tamen idem Grillan. vbi ſuprà quæſt. ix. num. iiij. Sequitur Salic. quando ſcienter, ſecus ſi ignoranter.

SVMMÆ.

1 *Socius criminis, an poſſit eſſe teſtis. & num. 2.*
3 *Socij confeſſio cum aliqua alia præſumptione ſufficit ad torturam. & num. 4.*
5 *Teſtes duo ſi dicit ſe à parte corruptos ad falſum de ponendum, non faciunt ſatis ad condemnationem cauſa, ſed ad torturam.*
6 *Teſtes corrumpens, etiam ſi eis non vtatur, non relaxatur à pœna.*
7 *Mulieri dicenti ſe à Turca cognitam non creditur.*

Quæſtio CCCXIX.

Socius criminis an poſſit eſſe teſtis etiam in caſibus in quibus de iure poteſt ſcrutari de ſocio, ita quod faciat indicium ſufficiens ad torturam, & duo aut plures plenam probationẽ.

DECISIO CCCXIX.

1 ET † videtur quod non, quia regulariter ſocij & participes criminis ad teſtimoniũ ferendum non admittũtur, tam deferendo, quam impugnando: verbi gratia, ſi ſunt quatuor ſocij in rixa, tres volũt deponere quòd quartus non ſit culpabilis, non creditur eis, vel econtra volunt deponere quòd ipſe fuit culpabilis, non etiam creditur ipſis de confeſſis in alium. ita dicit Bald. in leg. quoniam liberi. in ij. not. per illum text. C. de teſtibus. & in leg. fin. C. de accuſa. & idem Albericus in dicta leg. quoniam liberi. & Cæpol. in conſil. xxij. quidam ruſtici. verſicul. Sed ſocij criminis. & Canoniſtæ in capitul. veniens, in primo de teſtib. & in c. j. de confeſ. & ibi Butric. & Abba. Sicul. text. in c. ſi quis Papa. lxxix. diſtin. & idem Alber. in d. l. fin. de accuſa. qui alleg. ita tenere Gabrielem de Oſeletis. vt infrà dicam. & idem Salicet. in dil. quoniam liberi. & Hippolytus de Marſil. in l. j. §. diuus Antoninus. ff. de quæſtion. ſicut eius ſocius non admittitur ad accuſandũ. l. ſi filium. C. de liberali cauſa. & ibi gloſſ. ſingular. ita nec ad teſtificandum. iuribus ſuprà alleg. & tenet Alexand. conſil. cxxxij. volumin. j. & Fulgo. conſil. cxxxvj. & Angel. Aret. in tracta. malefic. in verbo, fama publica. verſicu. quæro an particeps criminis. & ibi Bernard. & Augu. in additione, & Iaſ. conſil. xxij. numer. j. volumin. j. Et hoc verum in delictis, & criminibus in quibus quis ſcrutari non poteſt, ſeu interrogari de ſociis, vt dictis iuribus. Tamen facit ſolus aliqualem præſumptionem non ſufficientem tamen ad torturam, ſecundum Cinum & Doctor. in d. l. fin. & Abb. Sicu. in d. c. in j. notabili. verſicul. In aliis verò oritur quædam præſumptio de confeſ. & hoc per illũ textum ſecundum inductionem quam ibi facit. de qua infrà dicam. allegans ad hoc gloſſam in ca. interrogatum. ij. q. v. & cap. ſignificaſti. de adulteriis. & not. per Bart. in l. maritus. ff. de quæſti. Sed in caſibus in quibus poteſt de ſociis interrogari, talis confeſſio in hoc facit, ſecundum Petrum de Bellapertica, in d. l. fi. quem referunt Cin. & Angel. ibi, in fine ſufficiens indicium ad torturam. Et idem tenuerat Azo in brocardicis, communia delictorum. Pro quibus tex. iuncta gloſſ. vltim. in capitul. quoniam. de teſtibus, & ibi Decius numer. x. ſed præcedens eſt communior, niſi eſſent alia indicia contra ſocium nominatum, vt tenet Angel. in l. & ſi certus. ff. ad Sillania num. & idem ibi Roman. & plenè Decius conſil. clxxxix. lætatus ſum plurimum. verſicul. Primò quia eſt particeps, & ſocius delicti. cum ſequenti col. & Bartol. in l. repeti. ff. de quæſtionibus. & Bald. in l. ſeruos domino. C. de teſti. & Roman. conſil. cliiij. verſicul. Vltimo non refragatur. & Fulgo. in dicto conſi. cxxxvj. & Bald. conſ. lxxix. regula iuris in principio volum. iij. & Franc. Brunus in tracta. de indi. & torturis. quæſt. iij princip. verſi. Addendo ad ſupra dicta. & Anton. Bauer. in §. legatariis. numer. x. inſtitut. de teſta. † Sed in caſibus quinque, & etiam 2
in pluribus aliis vltra gloſſ. collectis criminibus, vt in crimine læſæ maieſta. l. quiſquis, C. ad legẽ Iul. maieſta. & in d. c. j. de confeſ. Item in crimine ſacrilegij, capitul. in primis. ij. q. j. & §. qui autem. xvij. q. iiij. item in crimine conſpirationis & coniurationis, capitul. fin. de teſtibus cogend. & §. ſi quis cum militibus. in fin. vj. quæſtion. j. item in crimine falſæ monetæ, quia plures in eo miniſterio ſunt neceſſarij. l. j. C. de falſa moneta, vt tenet Angel. Aret. vbi ſuprà, & Bartol. in d. l. repeti. & Brunus vbi ſupra. Item in crimine hæreſis, c. literas. de præſumpt. & in c. in fidei fauorem. de hæreticis. & Bal. in d. conſil. lxxix. item in crimine ſimoniæ, in capitul. j. de teſtibus, lib. vj & hos caſus poſuit Salic. in d. l. quoniã liberi. & in leg. ſi magnum. C. qui accuſa. non poſſ. quos prius poſuerat Speculator titul. de accuſat. §. j. verſicu. idem repellitur qui fuit ſocius. Item etiam in crimine aſſaſſinamenti, vt dicit Bal. in leg. non ideo minus. verſicul. Super quod dicit. C. de accuſ. cum aliis per Ludouicum Bologninum in conſil. viij. verſi. In quo aſſaſſinamenti horrendo delicto, in quibus ſocius ſcrutari poteſt, & confiteri, & declarare eos. Tamen non faciunt indicium ſufficiens ad torturam, ſecundùm Doctor. allegat. & Cin. in d. l. fin. de accuſa. quem ibi ſequitur Angel. quamuis Abb. Sicu. in dicto capit. j. verſicul. Secundo membro, velit contrarium vt dictum eſt. Sed primum tenet Din. in tract. ſuo, de quæſt. quem refert & ſequitur Alexand. in addition. ad Bart. in l. j. §. ſi ſeruus. ff. de quæſt. Et ſecundùm glo. quam ſequuntur Bartol. & Salic. in d. l. fin. & communiter docto. ſuprà, allega. † Requiritur quod ſit vltra cõmiſſionem ſo- 3
cij aliqua præſumptio contra ipſum, propter quam & confeſſionem torqueri poterat: aliàs non: quia vbi vnius ſocij confeſſio admittitur contra alium, ibi admitti debet eius teſtimonium, vt dicit Salicet. in d. l. quoniam liberi. & in d. l. fin. & Anton. de Butr. in dicto capitul. j. de confeſ. & Alexand. conſi. cxxxij. volumin. j. & conſi. lxix. volumin. ij. & conſi. lxxxix. viſo themate ante ſcriptæ inquiſitionis. verſicul. Quinimo ſecundum Salicet. volum. iij. & Specul. vbi ſuprà. & Hippolyt. de Marſil. in d. l. j. §. diuus Antoni. num. 5. & num. viij. & in l. qui filium. num. lxx. de falſis. vbi idem tenet de ſocio falſæ monetæ. Et pro iſta deci. doct. videtur iudicio meo tex. in d. l. j. de confeſ. iuncto. prin. cum ſi. ibi, tamen eos infamia huiuſmodi laborare cognoueris &c. Aliàs propter ſolam confeſſionem criminoſi non diffamati (contra quem non erant indicia) factam contra ſocios, non fit nec eſt ſufficiens indicium, ſecundùm glo. & doctor. in d. l. fi. quam etiam ſic intelligit ibi Nellus de ſancto Gemin. in tractatu ſuo teſtium ca-

lio lxj. Quid tres depoſuerunt & confeſſi ſunt in tortura, quod magiſter Ioann. Milis in furto facto in domo de Maleret, & homicidio ancillæ ibi commiſſo, cum eis interfuerat, ratione cuius idem Milis fuit benè & legitime tortus inſequendo concluſionem ſupradictam, & illam ſuſtinuit & negauit, & ſic purgata fuerunt indicia, vt voluit gloſſ. in l. edictum. ff. de quæſtionibus. quæ nihil allegat niſi Tullium, quem ibi ſequitur Alb. de Roſat. dicens quòd totus mundus ita communiter tenet. & idem in rubr. C. eodem tit. verſi. Eſt etiam notandum. Quinimo etiam ſecundùm eum ſi plene probatum eſſet delictum, per torturam tollitur illa probatio tã quam non vera, & latius eſt, qui torquet aliquem contra quem eſt plene probatum. Et ipſum ſequitur Cæpol. in dicto conſilio xxxij. & Angel. Are. in tracta. malefic. in verbo, comparent dicti inquiſiti, & negauerunt totum & Hippo. in ſing. ſuo cclxij. incip. quam potui. & latius in dicta l. edictum. num. iij. quod eſt de mente Bar. ſecundum Ang. & Hippol. in l. vnius. §. j. de quæſti. & idem Hipp. in ſua praxi. crimini. §. nunc videndum. numero xxvj. & non debet iterum torqueri, niſi ſuperueniant noua indicia & maiora argumenta ſecundùm Barto. Alber. & Hippol. in leg. repeti. de quæſtion. & Fran. de Curte in conſilio lx. verſicu. Erplus quia pluries. & Hip. in ſua praxi §. quoniam. numer. ij. tamen nouiſſimè ſuperuenerunt duo teſtes deponentes ipſum Milis fuiſſe cum tribus prædictis in domo Gulielmi Damnaſe, quando deliberatio & conſilium fuit per eos factum eundi volatum dictam ancillam cauſa furandi: quia tales furantes appellantur inuolantes, vt dicit tex. in l. expugnatur. in fin. & ibi glo. ff. de incen. rui. & nauſr. quod eſt ſecundum Angel. ibi, vulgare Florentinorum & Bononien. quod no. contra iſtos inuolantes fures. tam in mari quàm in terra, deponentes etiam actum eſſe, prædictam ancillam ſi clamaret occidere, quam poſt regreſſum ad domum dicebant ſe glorificantes de facto occidiſſe, an ſit plenè probatum. Et videtur quòd non, quia indicia ſuperuenientia, aut probatio non iuſtificant confeſſionem factam metu præcedentis torturæ, vt voluit gloſſ. quam ibi ſequitur Bal. in dicta leg fin. de accuſ. & glo. Bar. & Hippo. in l. maritus. in verbo, à quæſtionibus. ibi, vel melius. ff. de quæſtion. & Cornel. in conſi. cxxxiiij. volumin. iiij. ſed hoc intelligitur, quando quæſtio fuit data ſine præcéden. indiciis: quòd quæſtio aut confeſſio in ea facta non confirmatur per indicia ſuperuenientia, vt per diſcurſum credo dictum eſt. Sed hic erat probatio duorum teſtium contra tres prædictos ſocios, qui in tortura, & poſt declarauerunt ipſum Milis cum ipſis interfuiſſe, & teſtes poſtea interrogati de prædicto Milis, dixerunt ipſum in deliberatione, & regreſſu dicti homicidij ſemper interfuiſſe, & ſic de initio & fine, & ſocij deponebant de medio, quod præſumitur, iuxta gloſſ. in argumen. in capitulo volumus. xvj. qu. iiij. & ſic plena videbatur probatio: tamen ſolum fuit quæſtionatus.

SVMMÆ.

1 *Fortalitium comprehenditur ſub nomine caſtelli.*
2 *Caſtellum quot modis in iure ſumatur.*
3 *Caſtrum quid.*
4 *Caſtrum forte ædificare, an priuato liceat. & nu. 9.*
5 *Caſtrum non poteſt ſtatuta condere, ſed bene collectas facere.*
6 *Aedificare in ſuo quando non liceat. & nu. 14. 15. 16.*
7 *Emens ſolum eo pacto, quod ibi non ædificet, ſi ille iterum vendat, an ille tertius ædificare poſſit.*
8 *Aemulatio quando impediat quem ædificare aut donare. & nu. 10. & 13.*
11 *Aedificare non poteſt frater in re communi.*
12 *Aedificans in re communi cum minore non poteſt repetere expenſas.*
17 *Aedificare in publico permittit princeps vel conſuetudo.*

Quæſtio CCCXX.

Si quis in proprio fundo nobili, in quo tamen nullam habet iuriſdictionem altam, nec baſſam, ædificauerit fortalitiũ cũm barbacanis, archeriis, canonerijs perforatis ſine permiſſu domini ſuperioris iuriſdictionem in eo loco habentis, an poſſit compelli per ipſum dominum illud demolini, & in aliam formam quam fortalitii ædificare.

DECISIO CCCXX.

LIT † præſuppono, an fortalitiũ 1
comprehendatur ſub nomine caſtelli. & dic ſecundùm Corn. conſi. ccvj. vol. iij. quod in iure licet reperiatur poſitum iſtud vocabulum caſtellum vel caſtella, diuerſimodè tamen.
† Nam ponitur pro receptaculo aquarum, l. iij. ff. 2
com. præd. & l. j. §. æquiſſimum. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. & l. fiſtulam. in princip. ff. de ſeruitu. vrba. prædio. & vtrobique per doct. & Cæpol. in tract. de ſeruit. titu. de aquariolo. in fine. & de iſto nihil ad propoſitum. Aliquando ponitur pro caſtro, vt in rubri. C. de fundis limitro. & in l. ij. eod. tit. & ibi glo. Bart. Ioan. de Plat. & Luc. de Penna, & latius de Penna in l. ſicut. de eroga. milit. ann. lib. xij. & videtur tex. in l. in nomine domini. §. interea verò ſi quas ciuitates ſeu caſtella. & ibi Albe. C. de officio præfect. Africæ. & in capi. j. §. illicitas. ibi per ciuitates & caſtella. de pace iuramen. fir. & Barto. in l. hæres. §. vitiis. & ibi moderni. ff. de legat. j. villa autem & caſtrum ſunt nomina deſignãtia vniuerſitatem quandam, vt dicit Bald. in c. j. de capita. qui curiã vendi. Et caſtra in Italia ſecundùm Corn. vbi ſuprà dicuntur caſtella. Non tamen quodlibet ædificium forte, ſeu deputatum ad defenſam (quod appellari ſolet fortalitium, ſecundùm communem vſum loquendi) appellatur caſtrum vel caſtellum. Nec pariter dicendo, quòd ciuitas Senarum tot habet ciuitates, & tot caſtella, numerantur omnia fortalitia, vt ibi per eum. † Tamen ſecundùm Alberic. in dict. 3
§. interea verò. caſtrum ſiue caſtellum dicitur locus caſtramentatus ſiue fortificatus, vt ſe tueri poſſit ab exercitu, vt latius Bar. in rubri. C. de meta. & epide. & ibi Ioan. de Plat. libro xij. & in titul. qui ſint rebelles. in verbo, Lombardiæ. & vtrobique dicit, quòd Caſtrum dicitur caſa alta, ſeu fortis, & munita muris, ſeu vallo cum barbacanis. dict. leg. ij. de fund. limitro. & l. ſecunda. ff. ad l. Iuliam maieſta. Sic enim in Francia fortalitiũ vocatur caſtrum forte, vbi ad quatuor eius buttos, ſeu cugnos habet turres perforatas. Quare hoc habito dicendum eſt, quòd aliqui ædificant in aere, vt ſunt ſcholares malè intenti, vt dicit gloſſ. in leg. vna. C. de ſtudi. liber. vrb. Romæ. lib. xj. Et iſtis & eis ſimilibus ædificatoribus permiſſum eſt ad nutum ædificare caſtra in Hiſpania, quia aer eſt communis, ſicut mare, & littora maris. l. iniuriarum. §. ſunt qui putant. ff. de iniuriis. Et iſta ædificia omnem ventum, quemadmodum patriæ arenoſæ, vel molendina ad ventum mutantur. Et iſti ſunt ſimiles ad furcas condemnatis,

Nam furcæ significant dominium aeris,in qua ſuſpenſi pendent in aere.Et iſta eſt magna ſignificatio meri imperij, quod conſiſtit in quatuor (ſicut ſunt quatuor elementa)ſcilicet in aere , vt dictum eſt in igne , quando quis comburitur propter delictum leg. vniuerſi C. vbi cauſæ fiſcales.& in alijs caſibus legum,per quos imponatur pœna ignis,recollectis per Iaco.de Bellouiſu in ſua praxi crimin. titulo de pœna ignis,& concrementationis.In aqua, vt quando quis ponitur in eculeo , & in aquam ſeu flumen proiicitur,l.j. C. de patri. qui filios occide.In terra, vt cum quis in terra proſternitur & decapitatur. l. iij. C. de epiſco.audien. ita dicit Bald.in conſi.ccl.j. vol.iij. † Aliqui verò ædificant caſtella ſiue caſtra 4
in arca,ſeu terra,ac ſolo & fundo proprio , non tamen limitropho,vt eſt in caſu noſtro : & tunc omnes regulariter ædificare poſſunt in ſolo ſuo fortalitia ſine licentia principis pro tuitione ſui,& rerũ ſuarum.l.per prouincias.C.de ædific.priua.& ibi Salicet.& text.in l.opus nouum.in princi. & ibi gloſſ. Barto.& Albe.poſt Raynu.ff.de oper.publi.text.in l.cum eo.& l. Imperatores.& l. cuius ædificium. ff. de ſeruit.vrba.prædio.& tenet Spec.tit.de relig.do. §.j.verſic.Quid ſi petatur ciuitas.& Doct. in l. manifeſtè.& in l.altius.& ibi Alber. C.de ſeruitu.& aqua.& Soci.conſil. cv. capio primam quæſtionem. in princip. & conſilio.cxlj. in verſicul. His tamen non obſtantibus.volumi. j. & Iacob.Rebuff.in leg. quicunque.C.de fund.limitro.libr.xj. vbi prædicta iura adducit pro baronibus & militibus. habẽtibus tamen iuriſdictionem omnimodam, quòd poſſint ſua propria loca ſine authoritate alicuius incaſtellare,& turres pariter(vt in eis habitent volentes ſe ibi collocare)cõſtituere,& ædificare allegat tex. in l.ex hoc iure.ibi,ædificia collata. ff. de iuſtitia & iure.& ibi idem tenet Bar.verſi.Opp.dicitur hic.& Alex.ibi in additio.& etiam Bal.verſicul.Opp.quinto.& Ange.ibi & Alberi.in princ.& Iaſo.verſic. Ex iſta lege.ad idem text.in c.ius gentium.ibi,ædificatio,munitio.j.diſtinct.& Domi.Card. Alex. diſtinc. & idem Mart.Lauden.in tracta. de caſtella. § ix. & gloſſ.j.& ibi Bart.Bald.& Alb. ff.quod cuiuſque vniuer.nomine.& Bart.in leg.fin.de colleg. illici. & no.in l.j.§.j.ff.de ſuperfi.& in c.ex parte.de foro cõpe.& bon.tex.in capitulo,in cauſis.§. ciuitates muratæ. ibi , extra munitiones facere eis licet. de pace Conſtan.& ibi Bal.Aluaro.& Cardi.Alex. Ange.& Paul.de Caſtr. in d. l. cum eo.& Capol.in tract.de ſerui.vrba.prædio.capi. xxxix.titul.de ſolo ſeu area. in princip. & ver.Caſtella autẽ & fortalitia. & Pet. Iac.in ſua praxi.ti.de foſſatis & muris.& Ioan. Fab. in l.ſi.C.de iuriſdict.omn.iud. dicens , quòd plures homines poſſunt vnam villam cõſtruere, & ſibi eligere Maiorem qui iudicet inter eos,alleg. Inno. in c.cum ab eccleſiarũ de offi.ordi.pro hoc dicto tex. in §.ius gentium.inſtit.de iure nat. ¶ † Sed caſtrum 5
non poteſt concedere ſtatuta,vt no.Bart. in l.omnes populi.de iuſtit.& iur.quamuis collectas impone poſſit,vt tenet Ang.in §.ſi quis igitur.in ſecundò,in fin.in authen.quib.modis natura. efficiuntur ſui. Et non ſolùm licitum eſt de nouo in ſuo ædificare ſolo, ſed etiam reficere muros fortalitii ſine licẽtia ſuperioris,d.l.opus. & d.l.per prouincias.& tenet Bald.in l. ſi vt proponis.la ij.C.de nup.& Iaſ. in dict.leg.ex hoc iure.verſicul.Nunquid autem.& Hip. de Marſil.in ſuo ſingu.cliij.& in vtrobique dicto ita tenui in tracta.de cuſto.clauiũ porta.& Abba.Sicul.in ca.conſuluit.per illum tex.de Iudæis.licet ſit tex.in l.ſacra.§.muros.ff.de rerum diui.In cõtrarium tamen eum intellige in muris ciuitatis ſumptu publico reficiendis, quod priuatus reficere non poteſt:ſecus ſi ſumptu ſuo hoc vellet facere,vt ibi dixi,& plenè Per.Iac.in ſua praxi, titul. de foſſa. & titul.de refect. murorum. † Fallit hæc regula in 6
ſubdito vaſſallo cenſatario,vel emphyteuta non habente iuriſdictionem qui non poteſt in præiudiciũ domini ſuperioris , vlterius ius dictum in eo loco habentis,ſine eius voluntate ædificare caſtrum, vel aliud fortalitium,nec barbacanas,archerias,& canonerias ibi facere. d. l. opus nouum.& ita per illum tex.tenuit ibi Bar.dum tex.dicit , ad æmulationem alterius ciuitatis:quòd dicit eſſe notandum,quia eſt ſet verecundia ei cui eſt ſubditus.Et iſte eſt propriè caſus noſter,quoniam dominus de Puymeres,& de Malamorte incœperat,diu eſt,ædificare fortalitium in dicto loco quod impediuerat dominus vicecomes de Turena ſuperior. & certum ſuper hoc obtinuerat in curia arreſtum , quod fuerat per vnum ex præſidentibus executatum. Quibus non obſtantibus idem dominus de Malamorte volebat perficere,ſed proceſſu ſupra burellum exiſtente, & illum domino Petro de Cyret domino Sanctæ fortis reportante , ſe , vt aliqui aiebant , appunctauerunt , ſed non eſt verum. Et idem tenet Cardinal. Alexand.in dict.capitul.ius gentium,in fine.& magis alnple Ioann.Fab.in d.l.per prouincias,qui pro hoc alleg.Ioan.And.in cap.ſi ciuitas.in nouella, de ſenten.excommuni.li.vj.Bene tamen poteſt domũ baſſam habere ad habitandum, cõpetenter vallatã foſſatis cum curte cincta muro non perforato,ad tutelam & defenſam domus. Pro hoc facit quod dicit Bal.in leg.ſi.verſi.Sed pone quidam nobilis. C. de pact. inter empt. & vendi. quod ſi quis vendat caſtrum reſeruata ſibi vna domo , illic non poteſt de dicta domo facere turrim vel arcem inuito emptore caſtri.& Bar.in l.ratio. §. j. in primo nota.de actio. empt. quia debet tradere liberè & tutè , nec poteſt etiam reſeruare ſibi arcem vel turrim,vt per Alexandrum ibi,poſt Bart.& Iaco.de ſancto Georgio in tract.feudo.in verbo,de caſtro Rubei mõtis. verſic. Quæro etiam quidam vendidit.& Fel. in ca. cum Ioan.Eremita.verſi.An gloſſ.ij.de fide inſtrum. † Et idem videtur ſi in venditione fundi fuerit dic- 7
tum , quod ibi non poſſit ædificari turris , & emptor vendiderit alij,qui vult ædificare,quod poteſt prohiberi , ſi pactum contineat formalem ſeruitutem:ſecus ſi perſonalem obligationẽ,quia tunc ſingularis ſucceſſor prohiberi non poteſt,l.ſi.ff.de cõtrah.emp.ita tenet Bal.in l.ea lege.q.viij.C. de cõdi ob cauſam data.cum alijs per Alex.ibi allegat.Et ſic ſecundùm hanc fallentiam dictum fuit per arreſtum curiæ latum die ij. Maij. Anno M.X.C.IIII. in cauſa nobilis viri Franciſci de Caumont ,domini de Barbigieriis, contra Martialem Roque ſcutiferum , dominum de Ponte Pongente. Et idem, per aliud arreſtum in fauorem Oliueti de Laue ſcutiferi domini de Cuſagnes , contra Gaſtonem Achard,dominum de Terraforti,latum die xvij. Aprilis , Anno 1533. † Fallit ſecundò ſi ad æmulationem 8
ſeu inuidiam alterius ciuitatis,aut domini , vel etiã ſi materiam & occaſionem ſeditionis tale ædificiũ præberet, quia tunc etiam non ſubditus prohiberi poteſt.d.l.opus nouum.& ibi gloſſ.Bar.& Alber.& alij in locis ſuprà alle.& Inn.& Abb.in c.Piſanæ.de reſtitu.ſpol.& idẽ Abb.conſi.lxij.in iiij.dubio. verſ. propterea eſt preſupponendum.volu.ij.& Roman. conſi.lij.in quæſtione magnificorum,in princip. & Bal conſi.lj.in princ.libr.j. quia ſecundùm eum æmula-

Digitized by Google

mulationes ſunt prohibitæ,l.vt vim.ff.de iuſtitia & iure. præſertim illæ ex quibus ſtrages multorum innocentum pendet.§.deinde conueniens.in authẽ tica de manda. princip.& intellige ſi ita ædificium fiat,vt ſit principium & cauſa æmulationis, vt voluit Bald.in conſilio lviij.laudare vos.verſic.præterea iſta ædificia vol.j.& ita conſuluit Bertachi. pro communitate Caſſianorũ cõtra Vrſinos,qui in deſpectum Caſſianorũ ędificare fecerant caſtrũ, quod nuncupauerant de Cacaſſia,vt ipſe dicit in ſuo repertorio.in verbo,caſtellanus.verſi.xiij.licet in dubio quis præſumatur ædificare principaliter propter ſe,& non ad inuidiam alterius,vt not. Bal.in l. item lapilli.verſi,aduerte.& Alexand.conſi.clxxiiij. ver.quærit circa hoc Io.de Imo.vol.ij.per gl. ſingula.in l.fluminum.§.fi.inverb.non teneri me.niſi animo nocendi.ff.de damno infect.& Corneus,conſi. cclxxxij.volum .iiij.ideo eſt neceſſe conſtare, quòd ad inuidiam alterius velit conſtruere , vt quia aliàs minatus fuerat quòd hoc faceret,argũ.no.in l. Fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.ex quib.cauſis in poſſeſ. eatur. vel ſecundùm Roman.in dicto conſil.lij.verſicul.ſecundò principaliter.id videtur ad æmulationẽ fieri,ſi neceſſarium nõ erat ad cuſtodiam caſtri, & defenſionem neceſſariam illius.& idem Cæpol. in dicto tit.de ſeruitu. vrba.capi.xxxiiij.ver. ſed eſt dubium vbi vide.Et iſtud ſecundùm Bald.in dicto conſil. lj.volum.. ij. verſi. ſecundo.ergo ſi quid eſt, quod dici poſſit ad defenſionem vel æmulationem fieri.debet attendi quod principalis eſt l.rogaſti. &
9 l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert. peta. † Quamuis Iac. de Aret.in d. l. per prouincias , voluerit indiſtinctè contrarium. prout refert ibi Alberi. per illum text. qui generaliter loquitur ibi,cunctis volentibus per mittatur murali ambitu fundos proprios ſeu loca ſui dominij cõſtituta vallare &c.quia non reperitur prohibitum:ergo conceſſum,leg. ſtatuas. ff. de acquir.rerum domi.Nec enim refert ſi oriatur ſcandali materia inter eum & vicinos , aut etiam quòd ex hoc poſſit argui velle dominari ruſticis illius loci, vel pariter rebellare ſe velit ciuitati aut domino ſuo, ſicut ſæpè factum eſt.Et idem Ange.in d.l.per prouincias.& per tex.in d.l.altius. & in dicta l.cum eo.etiam quod licet ad æmulationem principis vel ciuitatis non poſſit.tamen quantùm ad æmulationem priuati bene poſſit ædificare in ſuo.& idẽ Floria.in leg.Sabinus.verſicu.fallit Secundùm aliquos. ff.communi diuidun.Tamen præcedens opinio eſt communior , quòd non ſit alicui permiſſum ad inuidiam priuati caſtra in ſuo facere dicta l. opus. & tenet Alberic.in d. l. per prouincias. & idem Paul. de Caſtr.in dicta leg.cum eo. vbi reprehendit Ange.alio etiam fundamento.vt ibi per eum.Et ipſum Paulum ſequitur Alex in d.conſilio cliiij.verſi. hoc probatur primò.& verſic.ſecundò in terminis.vol. ij.reprobans etiam opin.Ange.& idem Iaſ. in d. l. ex hoc iure.ver.limita ſecundùm Bart.& ver.Et per iſta dubitaui ſemper , vbi ambo pro hoc adducunt quod volunt Cin.Ray.Bart.Bal.Alber. & Sali.in d. l. altius. de ſeruit. & aqua. quòd ſi quis velit altius eleuare domum ſuam, & non ad aliquam vtilitatẽ, ſed vt in domo vicini videat vxorem,vel eius filias, aut videat moniales aut religioſos: & poſſit prohiberi.& idem Alex.conſi.ix.num.iij.volu. vj. vbi eſt quaſi de verbo ad verbum cum præcedenti.& vide Deciſ. Neapol. ccxiiij. cum ſequent. & idem tenent Ange.& Paul.de Caſtro in dicta l.cum eo. & etiam Ioan.de Imola in l.ſi in meo fundo.ff.de aqua pluuia arcẽd.& Cæpo.in dicto titulo,de ſeruitu.vtba.prædi.ca. xxxix. verſicul. quintò fallit. quod eſt contra dominum de Liburnia , qui per feneſtram videt Cordigeros de obſeruantia in eorum horto exiſtentes.Licet Alber.velit contrarium in dicta l. altius.in fine.& Hippo.in dicto ſingula.cliiij.quod eſt pro eo.Sed primum communius & verius,ac honeſtius.Secundò adducit Iaſon quod volunt doctores in dict.l.ſi manifeſtè.de ſeruitu.& aqua.& Bart. in l.quominus.in j.quæſtio.ff. de flumin. & Bal. in l.ſi quis ex argentariis.§. ſi initium. ff. de edend. & in cap.cùm eccleſia Vulterana. in iij. quæſtion. de electio.& in capi.cùm omnes.de conſtit.& in rub: ff.de rerum diuiſion. quòd ſi habeo molendinum in flumine priuato aut publico , & tu in parte ſuperiori facias ædificari aliud molendinum, ſi facis principaliter ad æmulationem meam , quòd poſſis prohiberi.& idem Alex.in dicto conſi.clxxiiij.verſi.quartò adduco.† Tertiò adducit Iaſon quod vult 10
Bal.in l.j.in penul.quæſt C.qui teſtamen. face.poſſunt,quòd ſi duo fratres habent caſtrum cõmune, & vnus ad æmulationem alterius vult donare partem ſuã alicui magno principi. quod hoc non poſſit.Ad idem quod not. Barto. in l. cùm allegas. C. ne fiſcus vel res publi.vbi dicit eſſe text.contra ciuitates,quòd ſi duo fratres habentes caſtrum commune,& vnus appellat alium,& frater expulſus vadat ad propinquã ciuitatẽ , vel principem propinquum,& ſibi vendat vel donet & cedat,& talis venditio eſt nulla,quia præſumitur ad æmulationẽ alterius factæ.& ſequitur Paul. de Caſt. ibi, qui dicit ſe ita vidiſſe de facto Florentiæ. Et ego pariter vidi in prouincia Prouinciæ,de domino loci & caſtri de Montnego,qui à iuniore expulſus volebat donare ipſum caſtrum domino noſtro Regi Ludouico duodecimo,qui noluit acceptare. & idẽ tenent ibi Fulgo.Alexan.& Iaſ.quam legem ipſe legit ſuper rubr.& idem Franc.de Aret.& Iacob.de ſancto Georg. in tracta. feudo. in verbo , de caſtro rubei montis.verſiculo,itẽ quæro,ſunt duo fratres.& *Saſſon* libro conſuetudin. Turonen.titulo.*des droits de chaſtellenie*.articu.vj.†.Et pro hoc facit,quod dicit 11
quaſi in terminis noſtris Rom.in d.cõſilio lij.quòd ſi duo fratres habeãt territorium commune , quòd alter non poteſt altero inuito caſtrum ædificare, l. ſed ſi inter te & me. §. ſi in area communi.ff.de ſeruitũ.vrba.prædiorum.& in regula.in re communi. de regulis iuris. cum aliis ibi allega. & pro hoc bonus text. Barto. Bald. Ange.& Alberic.in l ex duobus.ff.de negot.geſt.† vbi frater in re commu 12
ni cum fratre minore annis non poteſt repetere expenſas factas ratione ædificij facti in re communi, nec poterit ſecundùm Romanum.etiam ſi eſſet inter eos diuiſum,ædificare in parte ſua: quod eſt fortius,ſi tale caſtrum conſtrui non erat neceſſariũ, vt ſuprà dictũ eſt.Et idem Floria.in d.l.Sabinus. verſi. fallit ſecundùm aliquos.& verſi.fallit in duobus caſibus.& Cæpol.in dicto tracta.de ſeruitu.vrba.prædi.c.xxxiij.verſi.item nunquid in area communi. & dixi ſuprà in quæſtion. xliiij. & aliquid per Corneum conſil.clxxxiiij.volu.j.Circa quod dic ſecundùm Bal.conſi.cl.vo.iij.tres erãt valuaſores,ſeu ſeu datarij nobiles cuiuſdam caſtri & territorij,qui diuiſerunt inter ſe territorium & homines ſola iuriſdictione remanente pro indiuiſo , quòd ſi duo ex eis volunt facere duo fortalitia,quilibet in territorio ſuorum hominum ,quòd tertius poterit contra dicere,poſtquàm iuriſdictio eſt communis & indiuiſa:quia melior eſt conditio prohibentis , etiam ſi ſua non interſit , d.l.Sabinus. Nam,inquit,licet v-

nus non possit impedire naturalem vsum rei communis, sicut est vti iurisdictione, l. arboribus. §. nauis ff. de vsufr. & d.l. Sabinus. & l. duo. ff. de acquiren. hæredi. tamen nouum opus fieri prohibere potest, quia non pertinet ad veterem vsum. Ex quo secũdum eum apparet, quod licet quis sit rei propriæ moderator, & arbiter, dummodo non faciat contra ius, l. in re mandata. C. mandati, tamen rei communis non est solus moderator, nec arbiter. l. per fundum. ff. de seruitute rusticorum prædiorum. Si vero iurisdictio est diuisa quò ad territorium, tunc licitum est cuilibet ædificare castrum vel fortalitiũ in suo loco proprio, vt not. in l. si duo. §. ij. ff. vti possidetis. Dum tamen faciat pro sui defensione. & non ad alterius fratris æmulationem, vt suprà dictum est. Sic etiam si castrum esset commune, vnus nõ posset illud destruere inuito altero, vt tenet Bar. in l. §. nuntiatio. & ibi Alexan. vers. item tene mẽti. ff. de noui oper. nunciatio. & Dec. consil. ccxxj. vers. Vlterius requiritur. Secus si castrum insolidũ pertineret alicui quia tunc potest illud destruere, vt volunt Bar. & Doct. in d. §. nuntiatio. cum aliis allega. per Decium in dict. consi. num. v. & idem Bonita. de Vital. in clement. dudum. §. ad honorem. in
13 primo notabili. de sepultur. † Vnde circa istam secundam fallen. dicendum est secundùm Bald. in d. consi. lj. distinguentem tria ædificiorum genera. Primo, quod quædã ædificia fiunt ad æmulationem principaliter, & ista sunt prohibita, si cùm intensione ædificantis concurrant aptitudo vel actu nocẽdi. Et sic hæc intelligitur fallentia, nisi in casu, vbi potest fieri ad æmulationem, vt infrà dicam. Secundò fiunt ad extractionem vel habitationẽ principaliter sine alio respectu: & ista sunt de iure permissa, quòd quis potest in suo domum ædificare, d.l. manifestè. & d.l. altius. Sic communiter in hoc regno obseruatur, vbi vnusquisque in vinea sua facit vnam domum, vt sunt Aurelianenses, Massiliẽses, & Burdegalenses, quorum maior pars vnum Burgum dei in sua habet vinea. Tertiò quædam ædificia fiunt etiam ad defensionem, & ista sunt similiter permissa in construendo, & destruendo etiam vallata fossatis aut muro, vt suprà dictum est, posito quòd nullam habeant iurisdictionem, sed amplum solùm dominium, seu patrimonium, in quo faciũt vnam domũ materiam meditariam apud Bituricen. Pictauien. Xantonien. & etiam Burdegalen. appellatam, quã Italici Narbonen. & tota lingua Occitana vocant Mansum. cap. j. §. si quis de manso. si de inuest. feud. controuersia fuerit. & ibi duo ædificandi modi in vnum quasi iungi possent. Ideo dicit Alb. in l. j. §. huius studii. ante finem. versicu. Ex quo colligitur argumentum. ff. de iustitia & iure. quòd si fiat ex mandato alicuius domini castrum vel fortalitium in aliquo loco pro defensione & commodo ciuitatis. quòd duæ prouisiones in hoc mandato comprehensæ videntur, scilicet vna de fiendo, quæ spectat ad vtilitatem communis, alia de fiendo illo loco, quæ spectat ad vtilitatem illius loci principaliter, licet Iacob. Butri. velit ibi contrarium. Et idem tenet Alb. in prima parte stat. q. clv. incipient. Talem etiam quæstio. quærit. Et istud habet locum, secundum Bald. in d. consil. l. j. si in suo quis ædificet, hoc non dubium, quia si in alieno, tunc cederet solo. §. ex diuerso. instit. de ter. diuisione. Sed ipse suũ intelligit territorium dicta leg. in nomine domini. §. interea verò si quas ciuitates. de offic. præfect. Afri. & idem tenet Purpu. in leg. imperium. numero
14 clij. ff. de iurisdi. omni. iu. † Fallit tertiò, quando area mea ad triturandas messes non potest habere ventum, nisi ab vna parte, si in illa parte, vicinus velit ædificare, possum illum prohibere. text. est singularis secundum Cynum, Barto. Bal. & Alber. in l. fina. C. de seruitute. & aqua. & Ange. in d.l. imperatores. de seruit. vrbano. prædior. & Imo. in l. si prius. ff. de noui operis nuntiatione. & Iaſ. in d.l. ex hoc iure. versi. Tertiò limita. & Cæp. in dicto tract. de seruit. vrb. prædio. c. xxxix. versicu. Octauo fallit & Nicolaus de Milis in suo repertorio in verb. seruit. in vlti. † Fallit quartò in hærede qui vult ædificare in 15
præiudicium domus alteri legatæ, text. in leg. binas ædes. & ibi Bartol. & Floria. ff. de seruitu. vrbanor. præd. & idem Iason in l. ex hoc iure. versic. Quarto limita. & Cæpol. vbi suprà c. xxxix. versicul. Tertiò fallit. Et fallit etiam in pluribus aliis casibus not. ibi per Cæpol. quos vide causa breuitatis. † Alij ve- 16
rò volunt ædificare castra in loco limitropho seu fronteria, quæ vltima dicitur pars territorij, vsque ad aquam inclusiuè territorium extẽditur. Et hoc ideo fronteria dicta, quia frontem facit contra aliud territoriũ, secundum Bal. in consiliis suprà allegat. & Luc. de Penna in dicta l. quicunque. de feudo limitro. & Guido Pap. in singul. clxxvj. versi. Fronteria. de qua loquitur l. postliminium. §. post limen. ff. de capti. & non potest etiam in proprio fundo sine expresso principis congedio & licentia, leg. quicunque, imò pœna imponitur capitalis contra facientibus. & ita per illum text. voluit Alberic. in dicta leg. j. versic. Et etiam notandum, quòd cuiusque vniuersitatis. Nec ibi permissum est castra habere, nisi illis quibus antiquitas designauit, vt ibi dicitur. & ibi Iac. Rebuf. limitat hanc fallentiam secundùm Bald. in d. consilio lj. & in d. consilio lviij. versicul. Sed quando venit. nisi fieret ad æmulationẽ & inuidiam vsui aduersarij propulsandam: quia tunc hoc casu ad æmulationem fieri non dicitur, imò hoc est licitum iure naturali & ciuili, vt ff. quod quisque iur. in alium statuerit. in rubro & nigro, & est expressum in l. fin. eo. titul. hoc nos etiam videmus secundùm eum in ædificatione castrorum limitrophorum. Nam Rex Franciæ facit castra in finibus sui territorij ad æmulationem Regis Angliæ, & econuerso: & idem faciunt omnes domini mundi: qua cum iurisdictiones sint distinctæ, & pariter territoria, vniusquisque potest se in suo territorio præmunire & castrametari. Nec obstat vt inquit dicta leg. opus. quia loquitur secundùm antiqua tempora, secundum quæ iurisdictio populi Romani, & Imperatoris erat apud eundem. Hodie verò, vt dictum est territoria sunt diuisa, & iurisdictiones distinctæ, ita quòd vnus dominus in alterum nihil potest, vt notatur in l. apud eum. ff. de manumiſ. & in l. j. §. veteres. ff. de acquiren. possessio. l, nam magistratus. ff. de arbit. & in l. fi. C. de præscri. longi tempo. & patet in pace constãtiæ, vt ibi latius per eum. Et idem dicit Alber. in d.l. j. versicul. Et etiam notandum quòd prædicta regula non seruatur fortè propter vacationem Imperij, & latius in leg. fin. C. de iurisd. omn. iudi. & dixi in §. ij. de cõsuetudine feud. Sed Bald. loquitur in regibus, ducibus, & comitibus, in quorum finibus territoriorũ possunt se castrametari. Sed aliis eorum subditis non est permissum sine licentia eorum, vt dictum est: aliàs princeps poterit solo illa æquari facere, & aratro subiici, vt dixi in d. tract. de custod. clauiũ porta. & idẽ dixit Card. Alex. in d. cap. ius gentiũ. vers. Extra gloss. ibi, item limita. Et aduerte, quòd sicut non licet noua castra facere in inuidiam seu æmulationem

tionem alterius,ita nec vetera reficere & incaſtellare,quando non probant aliàs habitata fuiſſe, vt voluit Innocen.in d.c.Piſanis. qui allegat d. l.quicunque,quod intellige quãdo erat omnino dirupta:quia tunc non eſt reficere , ſed de nouo conſtrucre.l.j. §.ſi quis ædificium,& ibi Bar.Alberi.& Iaſon.ff.de noui oper.nuntia. cum aliis ſuprà in d. q.xliiij.& tenet Alexan.conſili. xliij.celerrima expeditione.volum.j.& Cur. conſ. xxvj.caſus opponitur:quidam habens molendinum. cum aliis per ipſos allegat.Sed videtur ſuper hoc eſſe dubium,ſi aliquis habuerit in communi loco ædificium , in quo nõ poterat ſine excommunitatis, aut principis licẽtia hab re,illud præſcripſit, ſi poſtea dirutum fuerit dicatur præſcripſiſſe ius reædificandi iterum. Vide Pau.de Caſtr.in conſi.xxx.vt plenè attingamus id de quo quæritur.verſi.ſecundò vidẽdum eſt. vol.nouo pro quo facit text.in arg. in di. §.ex diuerſo. ibi , & ideo licet ſi dirupta domus.

17 †Alij verò ædificant in loco publico,& nõ eſt permiſſum , etiam profectò cum generali principis permiſſu in prejudiciũ tertij,vt l.ij.§. ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publico.l.fin.& l.receptum eſt.ff.cõmunia præd.nili hoc expreſsè & nominatim cum clauſula derogatoria à principe concedatur,vt ibi dicit text.& glo.Bar.Alber. in l.ſeruitutes.§.publico. ff. de ſeruitutib. & Corne. conſil. ccvij. vol.iiij.& alius ſuprà allegat. & Luc.de Pen. in l.j.C.de diuer.præ.vrb. li.xj. & Bart. conſ. lxiiij. ſuper puncto quæſtionis vertẽtis.& Spe.ti.de cauſa poſſeſſionis & proprietatis. §. quia verò.verſic. Quid ergo.& Cæpo. in di. tract. de ſer. vrb. prædio.c.xliij.ver. Circa porticum. Nili de conſuetudine ſeruaretur contrarium,quæ valet in locis vbi eſt,vt eſt glo.ſingu.in rub.quæ ſit longa conſuetudo.in fin.pro hoc l.an in totum C.de ædificiis priuatis.& in hoc modus conſuetudinis eſt ſeruãdus, vt not.gloſſ.in dict.l.in totum. cum aliis per Cæp. allega.tamen iſte priuilegium habens poteſt obſcurare lumina vicini. dict. §. ſi quis à principe,& quòd Cæpol.titu.de ſeruit. vrb. præd. capit.xxxix. quòd non contra habentes licentiam à communitate faciendi pontem ſuprà viam publicam.

SVMMÆ.

1 *Teſtibus obiecta an in genere vel ſpecie ſint exprimenda.& nu.2.& 3.*

2 *Teſtes ſi ex aliis appareat non eſſe idoneos , an index repellat,etiam ſi non petatur.*

Quæſtio CCCXXI.

Quæro an obiectum contra teſtem allegatum ſufficiat alicui exprimere in genere, ſcilicet quod eſt periurus, infamis, domeſticus & familiaris ad potum & ollam, vel adulter deprehenſus,vel adultera deprehenſa in adulterio , vel ſpecialiter exprimere teneatur locum & tempus obiecti criminis,vt producens ſuos poſſit ſaluare teſtes. Et quid ſi pars ſuos non proſuerit obiectus contra teſtes , ſi tamen conſtet ex actis eos non eſſe idoneos,iudex poſſit eos tenere pro obiectatis.

DECISIO CCCXXI.

1

T† videtur primò , quòd ſufficiat ſolum in genere dicere, quod quis ſit infamis , periurus , vel adulter. vt tenet Io.And.in capitul.præſentium.§. teſtes. de teſtib.lib. v. Et reſpondet ad illum tex.vbi criminis mandatur fieri ſpecificatio poſt exceptiones propoſitas , & articulos ſuper eiſdem formatos. Ergo probatur quòd exceptio criminis ſine t.li expreſſione admittitur,vt ibi per eũ. Et eũ ibi equũtur Lupus,Anchar.& Domini.& pariter Paul. de Liaza.in clemen.conſtitutionem.in verbo, circunſtantiarum.de electione , dicens per tex.in di. cap.præſentium. quòd ille cui eſt datus terminus ad opponendum crimina vel defectus contra aliquem ſufficit,quòd indeterminate opponant. Et ſi petatur poſtea declaratio , tunc fieri poterit etiam poſt terminum ad illa crimina proponendũ lapſum arg.l.hæredes palam.§.j.ff.de teſt. Et idem tenet Bal.in repe.Paduana.l.edita actio. in x.opp. C.de eden.& pro hac parte videtur tex.in cap.tertio loco.& ibi Bal.ver. Vlterius not.de prob. † In 2
contrarium videtur,& iſtud eſt communius,quòd excipere & proponere tenetur in obiectibus contra teſtes allegatis , non ſolùm quod ſunt periuri, infames,homicidæ & ribaldi , ſed etiam profecto locum, & tempus delicti commiſſi, vel ſententiæ ſuper eo per iudicem competentem latæ, ac alias eiuſdem criminis circunſtantias, vt voluit Innoc. in dict.cap.præſentium.§.teſtes. ſicut quis tenetur illam in acuſatione exprimere. l. libellorum. ff.de accuſat.& in l.in cauſis C.eo. Et ipſum ſequuntur ibi Arch.& Philippus Francus , & Domi. de Rot. deciſ.viij.& ix.de excepr.deciſ.xviij.de teſti.& deciſ.xvij.de procuratoribus,in nouis & Bartol. Alb. & Ang.in l.Prætor edixit. per illum text.ff. de iniur.& Bar.in l.j. ad ſi.verſ.Ad vnum.C.de teſt.per text.in dict.§.teſtes.& idem Bald ibi in ij.quæſt.& etiam Alexan.& Fran.de Aret.ambo.in fin.& ſingu.Roma.conſilio ccxc.in caſu propoſitæ conſultationis poſt principium verſicu. In hoc enim aduertendum.& Alex.conſi.clxxv. verſi.His premiſſis dico volum.ij.& idem Bald.in authentica,ſi dicatur.& ibi Salicetus.verſi. Vnum tamen attende. C.de teſtib.& Iaſ. in di. l.j. verſi. dicit etiam Bart. hic in fin.cum aliis per eum allegatis , de teſta. & Bal.in conſi.lxxxiiij.verba libelli.verſic. Item ille qui protulit ſententiam.†Aduerte tamen quòd li- 3
cet materia obiectiua requirat exactam ſpecificationem,videlicet loci & temporis, & aliarum circunſtantiarum,tamen non requirit expreſſionem diei & horę,dummodo menſis & annus ſpecificẽtur,ſecundùm dominos de Rota in d.deci.xviij.de teſtib.in nouis.dicta l.in cauſis.& ibi gloſſ. in ver. tempus. & in verbo , ſecretarium. vbi colligitur, Accurſium gloſſaſſe ius ciuile,Anno 1227. tempore Federici Imperatoris , niſi dies vel hora eſſent de ſubſtãtia materię in articulis deductę,vt ibi per ipſos.& idem de ſancto Geminiano in tra. de publi.ver.Teſtis non tenetur recordari. qui ponitur poſt omnes tracta. Barto. & ſecundum hanc partem fuit bis dictum per areſtum. Primò contra Franciſ.Malier.ſecundò contra nobilem Grabrielem delart dominum Dubiaco , Anno 1528.Et poſtea contra les Benoiſtz ciuitatis Lemouicen.

†Quo verò ad ſecundam quæſtion.diç ſecundùm 4
Bald.in l.etiam iure ciuili. verſicul. Sed quæro ibi, & dic hic.C.de teſtib. referentem Nicolaum de Materel.quòd quamuis non ſit aliquid exceptum ſeu oppoſitum contra teſtes de domeſticitate aut alio delicto, ſi tamen conſtat ex actis, quòd teſtes interrogati confeſſi ſunt ſe familiares, vel ex delicto punitos fuiſſe , quòd tunc non adhibetur eis fides.Et idem Laurentius Calca.conſ.ſexageſimoquarto numero xvj. & Bartol. & Hyppolit.de

Marsil.in l.maritus,ff.de quæstionibus.Sed videtur textus in contrarium in authentic. si testis productus dicatur seruilis conditionis. & in fine.ibi,procedere quidem testatio &c.C. de testi. & vnde sumitur,quòd nisi obiiciatur vel protestetur de obiiciendo loco &tempore,postea non admittitur per illum textum vbi Albe.dicit in fine. versiculo, Vltimò notãdum,quotidie sic in causis per partes fieri , scilicet protestor quòd testes non admittentur, nisi quòd ius sit mihi saluum contra personas tempore disputatæ causæ pro quo facit glossa in capitulo cum contingat.de offic.delegat. & in cap. præsentium.de testibus , & dixi in quæstio.nihilominus.tamen si protestatum non fuerit, pars contra quam testes fuerunt producti suos poterit proponere obiectus,vt voluit Bal.consilio trecentesimosextodecimo,præsuppositio statuto cauetur.ver. Modo restat videre. volumine quarto. Et ideo siue sit protestatum de obiiciendo,siue non,nec etiam aliqui fuerint dati & propositi obiectus,si appareat tamen ex actis testes non esse idoneos, nullam facient fidem.

SVMMÆ.

1. *Vicinus fundo an quis dicatur si sit via media.*
2. *Vicinus an vicino teneatur aditum ad fundum præstare,& num.3.*
4. *Seruitus non subintelligitur in venditione nisi exprimatur,fallit in casibus. & numero 5.6.7. 8.9.10.*
11. *Agriculturæ laudes.*
12. *Venum areæ meæ non potest vicinus ædificando impedire.*
13. *Iter stipulatus quid comprehendat.*
14. *Vendito palatio an sit vendita capella, & ius patronatus.*

Quæstio CCCXXII.

Vicinus an teneatur constituere viam,& actum fundo aut prædio sui vicini,saltem iusto pretio,si aliunde viam , iter,& accessum habere non possit ad illud.

DECISIO CCCXXII.

1 EXt præsuppono,quis vicinus dicatur fundus: & est qui cohæret ad vnguem,ita quod non sit via in medio, l.iiij. §. hoc iudicium. ff. finium regund.& ibi Bart.& Bald.in tracta. de iure protomiseos , vbi dicit,quòd si statutum velit quod vicinus præferatur in emendo,non habet locum si via publica sit in medio. Sed Cæpol.tenet contrarium in titu.de Ripa. & in titu.de via. quæst.xx.& vide Barto. in l.si tertius.in
2 tertio op.ff de aqua pluuia arcen.†Hoc habito,videtur quòd non,quoniam regulariter nemo cogitur rem suam in totum, vel in parte etiã iusto pretio vendere,l.non enim.ff. rerum amotarum. & l. nec emere. C.de iure deliberan. nisi fauore reipublicæ l.item verberatum.Et ibi Bal.Ange.& Alberic.ff.de rei vendi.& l.Lucius.ff.de euicto. & plenè per Felin.in ca.quæ in ecclesiarum.de constitut. & alibi sæpè dixi. & etiam fauore religionis.l.si quis sepulchrum.ff.de religio. & sumpti. fune.& l. vtimur.in fin.ff.de sepulchro viola. & illud est speciale.ergo ius commune est in contrarium , l.ius singulare.& l.quod verò.ff.de legi.& l.j.in fi.ff.ad municip.& ita in terminis tenuit Bar.in l.ij.versic.aut vult quod aliquid de nouo faciam.ff. solu.matrim. tractando illud iuris brocardum : an quis compellatur ad faciendum quod alteri prodest,& sibi non nocet,vbi hãc dicit decisio.patere.per l.binas ædes. aliàs incipit Maurus.ff.de seruit. vrb. prædio. Et ibi etiam idem tenet in iij.q.& similiter Bal.Ang.Pau. de Cast.Alb.& Flor.vbi dicunt, quod venditor qui vendidit talem fundum,non tenetur tradere & cõstituere seruitutem itineris in parte fundi fuit:etiam si nullo modo ad illum accedi possit, nisi fuerit dictum,l.in vendendo.ff.de cõtrahen.empt. qui textus videtur decidere hanc quæstionem.& idẽ Cor. cons.cliij.vol.ij.& Pau.de Cast.in d.l.j.& Ias.vers. aut vult quòd aliquid. & dominus Claud. deSeyssello.ver.Et hinc sumpta occasione. solut. matr. & etiam tenuit gl.in l.cum eo.ff.de seruitut.vrba.prædio.& in l.via.§.fi.ff.de seruitu. rustico. prædio. & Alber. in l. damnas esto.§.qui duos.ff.de vsufruct. legat.sequendo Oldra.ibi & idem Albert. in dict. l.si quis sepulchrum.dicens hanc partem de stricto iure esse veram. pro qua dicit facere text. in d.l.in vendendo.de contrahẽd.emp.& in l.si quis ex fundo.ff.quemadmodum seruitu.amitta. & in d. l.via. §.fi.vbi probatur , quod fundus potest esse sine via & itinere. Et idem Alber.in l.si venditor.in vltim. quæst.ff.de relig.& sumpt. funer. & Bar. in l.j.ff.de seruitu.& Pau.de Cast.in l.tradendis.§.in interpositis.communia prædi.& gloss. & Bartol. Alberi.& Moder.in l.quod conclaue.ff.de damno infecto.& Cæpol.in tracta.de seruitu.vrba.prædio. c.xxxviij. titul.de seruituti.itineris seu aditus.Et idem Socin. in suis regulis. in verbo , facere, regula cxlij. versi. primò fallit & Cur.iunior in l.ij. numer. xxxiij. de quo latius se remittit ibi , num.lj.ff. de iurisdict.omni.iudic.vt infrà dicam.† Tamen omnes Doctores suprà allegati circa hanc quæstionem distingunt,quòd aut ille à quo petitur seruitus non cõtraxit , nec quasi cum petente , aut verò contraxit , vel quasi contraxit. Primo casu quando non contraxit,nec quasi,tunc petens non est admissibilis ad id ius seruitutis petendum. l. cum debere.ff. de seruitu.vrban.prædior.quia regulariter res quælibet est libera,nisi si seruitus probetur constituta. l.qui luminibus. eodem titulo. & l. latius. & l.ædibus.C. de seruitut. & æqua. Secundo casu, quando verè contraxit , tunc aut super vsufructu aut super proprietate:si super vsufructu,& in isto casu debetur iter seu aditus,posito quòd nihil dictum fuerit, l.j.§.j.ff.si vsusfructus peta.est ratio,quia sine aditu vsusfructus esset inutilis.dicta l. binas ades. versic. non autem.Et siue debeatur vsusfructus ex contractu inter viuos,siue ex vltima voluntate: quoniam hoc reputatur modici præiudicij , ex quo perpetuo non durat,secundùm gloss. & Doctor in d.l.binas ædes.Et iste aditus est vsufructuario iure cuiusdam commoditatis & non seruitutis debitus, quia seruitus seruitutis esse non potest , dict.l.j.§.j.de vsufruct.l.Bald. consili. clxviij. statuto cauetur quod vir.volumi.iij.†Si verò super proprietate rei contractum est,puta quod quis vendidit proprietatem rei,tunc non venit seruitus viæ,itineris, vel aditus, neque alia seruitus , nisi expressè fuerit constituta,dicta l.in vendendo. & le.qui libertatis.§.j.ff.de euict. etiam si sine aditu res vendita omnino inutilis efficeretur,vt ibi , & suprà dictum est. Et rationem differentiæ inter vsumfructum & proprietatem vide per Alberic.in dicta lege binas.& Cæpol.in dicto ca.xxviij.& in isto casu conueniunt omnes doctor. suprà allegat. & Bald. in le.cum talis.&

3

4

talis.& l.per agrum C.de ſeruitu. & aqua. & Spec. in titu.de emption.& vendition.§.j. verſicu. ad euidentiam.† Sed fallit primo in ſeruitute tigni iniuncti, vel oneris ferendi, quæ debetur etiam ſi in venditione dictum non ſit dicta l.binas ædes.& dict.l. quod conclaue.licet Bartolus & Angelus velit ibi in hoc contrarium. Sed præcedens dictum tenent Cæpol.in dicto c.xxxviij.circa quod vide quæ dixi in conſilio.duo habent parietem communem poſito in libro conſuetudinum Bituricum. Pro quo dicit Petrus Iacobi.in ſua praxi,titul.de actionibus in factum ex variis figuris verſiculo, quintò pono. vbi dicit,quòd ſi redemptores ſeu latomi, aut lignarij, qui aptant domum meam, ſi aliàs aptare, & conſtruere,& ædificare non poſſunt, niſi habeant paſſagium per domum vicini,quod vicinus tenetur præſtare paſſagium.† Secundò fallit quando appoſita fuit clauſula.ſi quod vendidit fundum &c. cum omnibus acceſſibus ſeu introitibus & greſſibus ſuis,vſque in vias publicas, tunc eſt ſeruitus itineris debita,vt tenet Bartol. Balb. & cæteri in d.l.binas ædes. & Corne. in dicto conſil. cliiij.cum ſequen.& Cæpol.in dicto capitul.xxxix,& Specu.vbi ſuprà. † Tertiò fallit fauore religionis, dicta l.ſi quis depulchrum.vt ſuprà dictum eſt.Et tenet Bartolus in dicta l.prima.de ſeruitu. lega. † Quartò fallit fauore vltimæ voluntatis, ſiue ſit relicta proprietas ſiue vſufructus ; ſi quia omnia ſine quibus res eſſet inutilis conceſſa videntur. dicta l.binas ædes. & in l. ſi fundum ſub conditione. §.qui fundum.ff.de legatis j.& in l.teſtatrix.in principio.ff.ſi ſeruitus vindi. ſiue etiam debeatur ab hærede ipſi legatario ſiue ab vno legatario alteri etiam legatario,quicquid voluerit gloſſa in l.iij. §. loci.ff.de aliment.legat.& tenet Bartolus in dicta l. prima. de ſeruit.leg.& Cæpol.in dicto capitu.xxviij.verſi. aut quæris.& vide quæ dixi ſuprà in quæſtion. cccxx. incipien.ſi quis in proprio fundo. verſicul. fallit in hærede.Et quod ad vſufructuarium, quòd dominus aut hæres teneatur præſtare iter,tex.eſt in l.j.in fin.ff.de ſeruitu.ruſtico. prædiorum Bal.conſ. xj.ad euidentiam eſt præmittendũ, primò quòd dominus. libro quarto. & poteſt eſſe ratio differentiæ inter contractus & vltimas voluntates,ſecundùm Alber.in dict.l.binas ædes.in fine.licet ſit bona argumentatio de contractibus ad vltimas voluntates.le.ſeruum filij.§. cum qui chirographum. ff. de leg.j. & inſtit. de lege Fuſia Caninia. & ibi Angel. Aret. & econtrà de vltimis voluntatibus ad contractus.l.pactum.ff.de pactis. & le. fina. C.de legatis,quia ille qui contraxit, debuit & potuit ſibi de talibus prouidere : & imputandum eſt ſibi, quare non prouidit:ſecus in vltima voluntate,quia etiam ignoranti queritur, iuribus ſuprà allegatis. & l. à Titio.ff.de furt. Sed contrarium, quòd non ſit differentia inter contractus & vltimas voluntates. Et ſic diſpoſitio dict.le.binas. procedat etiam in venditione & emptione fundi, quod intelligitur iter venditum,licet actus ſit momentaneus, ſicut in fundo legato conceſſum fuiſſet. tenet ſingul. Cur. iunior.in dict.l.ij.num. lj. cum ſequent. reſpõdendo ad dictam l. in vendendo prout reſpondet ibi Sali.& etiam Decius in dict. l.ij. † Quintò fallit in via publica deſtructa l.per agrum. C.de ſeruitu. & aqua.in capitul.j.diſtin.j. vt infrà & in aliis caſibus no.per Socin. in dicta regula clxij. in prima & ſecunda Fallen.tamen hoc caſu acquirit ſeruitutem, licet pluries ob eam itineris ruinam iter fecerit,l.j. §.Iulian.ff.de itinere actúq; priua. † Sextò fallit in ſeruitute aquæ conſtituta,quia iter videtur ad aquæ conſtitutum,l.qui fundum. §. in l.fundi.ff.de contrahen.empt.Sed contrarium quod ſeruitutem teneatur conſtituere, etiam ſi dictum non fuerit in contractu,vt officio iudicis compellatur iuſto vendere pretio, tenuit Guido de Suz. in dict. l.ſi quis ſepulchrum argu.illius l.refert ibi Albe. dum text. ibi dicit,præſes etiam compellere debet iuſto pretio iter præſtare &c. Et hoc quando ſine magno incommodo fieri poteſt,vt ibi dicitur:quia eadem videtur ratio,ſcilicet publica vtilitas,ne fundus incultus remaneat, aut aliàs inutilis, ſicut fauore religionis.Et ſic intelligit illam l.de Iſer. in dict.ca.j. §.ſimiliter.de capita. qui curiam vendidit. & Luc. de Penna.in l.j.C.de bon.vacan.li.x.& idem Iſer.in c.j.ſi quis de manſo.de controuer.inueſtit. quoniã nihil melius,quam agros colere, vt ait Tullius lib.j.Rethoricorum.quem refert glo. in rub. C.de agrico.& cenſitis lib.xj.Sed imò eſt primo officiorum, vbi ſic loquitur : Omnium autem rerum ex quib.aliquid acquiritur, nihil agricultura melius, nihil vberius,nihil libero homine dignius.Et li.de ſenectute ſic ait: Veniam ad voluptates agriculturarum,quibus ego incredibiliter delector,quæ nec vlla impediuntur ſenectute, & mihi ad ſapientis vitam proxime videntur accedere, habẽt enim rationem cum terra quæ nunquam recuſat imperium,nec vnquàm ſine vſura reddit quod accepit, agróque ornato & bene culto nihil poteſt eſſe vberius. Vnde fundus dicitur quaſi opes ferens. l. fundi appellatione.& ibi Alber.ff.de verbor.ſignifica.Et Terentius in Eunucho ait,Ex meo propinquo rure hoc capio commodi, neque agri neque vrbis odium me vnquam percipit. Et vij. Politic. dicitur,Optimus etiam populus eſt, qui terrę cultiuus eſt refert Luc. de Penna in rubri. de agri.& cenſi.Quinimo ſecundum eum ibi agricolę æquiparentur vaſallis.& ita allegat tenere de Iſer.in ca. imperialem.§.penul.de prohib.feu. alie. per Federi.& idem in l.prima.verſic. expedit enim.C.ſi curia.relicta ciuita.lib.x. Nec apud antiquos imputabatur agricultura ciuibus etiam notabilibus, vt dicit Corn.conſil. clv. volumin. quia legitur (vt inquit) quòd Cincinnatus fuit per ſenatum Romanum dictus dictator, & nuntij ad eum miſſi inuenerunt arantem cum bobus. & ſtatim terſo puluere accepit dictaturam, quæ erat maius officium quod haberetur in Roma: & aſſũpto exercitu inimicos populos debellauit intra quindecim dies,& de eis triumphauit, & ſtatim rediit arandum,velut ad intermiſſum opus. Ideo nõ immeritò eſt eis fauendum, maximè in colligendo fructus, l. prima,& ibi Luc.de Penna. verſicul. iuſta ergo ratione,opportuno fauore ſunt agricolę cõfouendi, ab aliis quoque publicis onerib.eximendi,cò quòd perutiles ſunt reipublicę. & quę ſequuntur vſque ad finem, & per totum tit. de agrico. & cenſi.& Authenti.agricultores. C. quę res pigno.obli.poſſ. Et in hanc inclinauit partem Din. in dict. l. damnas.§.qui duos.per tex.in d.l. via. §. ſi lacus perpetuus.& in l.in trahendis.§.final.communia prædiorum.Et etiam dicitur Azo.idem tenuiſſe in d.§.qui duos. vt refert ibi Albe. Pro quo facit text.in l.ſi ſecus.§.cum via. ff. quemadmodum ſeruitus amittat.vbi glo.vltima dicit quod tenetur præſtare aditum ſine pretio,tamen reſpublica tenetur reſarcire damnum & intereſſe,vt ibi per Doctores,& idem Maſuerius in ſua Praxi,tit.de ſeruit.poſt principiũ, quòd eſt intelligendũ ſecũdũ text.ibi,in via publi-

ca deſtructa, ratione cuius vicinus tenetur ſine pretio præſtare viam, leg. j. §. Iulianus. de itinere actúque priuato. Sed in priuata via debet præſtari pretium à priuato eam petente, ſecundùm Pau. de Caſt. & Floren. ibi, & Cæpol. in dicto tractatu de ſeruitu. verba. prædio. cap. xxxiiij. tit. quando & qualiter & quomodo ſeruitus amitta. per tex. in dict. l. ſi quis ſepulchrum. latius Cæpol. ibi, cap. lxxxij. tit. de ſepulchro. verſi. qui non habet viam. & in titu. de ſeruitu. ruſtico. prædio. verſi. ſecundo caſu. verſic. nono fallit. Et iſta pars ſecundùm Alber. in d. l. ſi quis ſepulchrum, eſt multum æqua, licet præcedens deſtricto iure ſit verior, vt dictum eſt. Et iſtam partem tenet Maſuerius in ſua Praxi, titu. de ſeruitu. verſic. item ſi quis petat viam. & hoc ſi non poteſt alibi habere viam, ſecus ſi alibi poteſt habere licet ſit ſibi prolixior, & remotior, vt alibi ibi. & videtur ſing. text. in l. ſi mercedem. §. ſi eum fundum. ff. de actio. empti. & idem Matthæus de Affli&. in deciſ. Neapolita. cclxv. numer. clxxx. & videtur tenere Luc. de Pen. in l. Parhippum. C. de curſu publi. libr. xij. verſic. & not. ex his argum. quòd ſi duo habent communem curtem aut viam, vel alteri ſeruitus debetur per fundum alterius, & vnus emit aliam domum vel prædium iuxta ſuum, ad quod trahit viam viæ ſeu curtis communis, quod poſſit facere, quia nullum fit præiudicium ſocio, quoniam poſtquàm ingreſſus eſt domum an fundum, cui ſeruitus viæ debebatur, per eandem domum vel fundum, poteſt ire ad aliam domum vel fundum, cui ſeruitus non erat debita, l. prima. §. illud Labeo. ff. de aqua quotid. & æſtiua. vt ibi per eum. † Et pro iſta parte in grãdi ratione & æquitate fũdata videtur multum facere text. in l. fina. §. final. C. de ſeruitu. & aqua. vbi ſi non poteſt haberi ventus ad triturandum bladum, niſi ab vna parte, quod vicinus non poteſt illa parte & latere (licet ſua) ædificando tollere & impedire vẽtũm, quamuis nulla debita ſit ſeruitus, ſecundùm Hugo. quem communiter Docto. ibi ſequuntur, vt referunt ibi Alb. & Sali. & hoc ratione fauore vtilitatis publicæ, ne inutilem aream domino & fructuum inutilitatem faciat, vt ibi diciter in text. qui eſt ſingu. vt dixi ſuprà in d. quæſt. cccxx. ſi quis in proprio fundo. verſicu. fallit tertio quando area mea. Et Petr. de Vbal. in tract. de ſocieta. vj. parte q. vj. Cæpol. de ſeruitu. verba. cxxv. ccxxvij. & cxxix. Ergo idem videtur in hoc caſu, eadem ratione & fauore, & maiori, cùm ibi fructus iam ſunt recolle&i, & à ſolo ſeparati, & ad aream vſque aſportati, hic verò non, nec profectò poſſunt ſine aditu & tranſitu ſeminari; nec inde exportari: igitur idem ius eſt ſtatuendum, l. illud. ff. ad leg. Aquil. & ſic tenetur iter facere & præſtare, ſecundùm gloſſ. in l. iiij. §. Cato. in verbo, non fieri. quam communiter ſequuntur Doctor. ibi. ff. de verbo. obliga. † Sed 13 Alciatus ſubtilis Docto ibi nume. xx. ſentit contrarium, quod quando quis ſtipulatur iter fieri, nõ intelligitur de via ſternenda, ſed de ſimplici facto, ſcilicet ire agere licere, vt probat ex Plinij dictis & Titi Liuij. Et idem Zazius ibi in verbo, iter fieri. Nam tunc dicitur iter fieri, quando iter exhibetur, & is qui ierit non impeditur. alleg. l. j. ff. de his qui deiec. & effuder. in principio. dum dicitur in eum locum, quo vulgò iter fiat, id eſt quo vulgò vaditur. & in l. j. §. Iulianus. ibi, per proximi vicini agrum iter fecerit, quamuis frequenter. & §. is cui. ibi iter ad fundum fecit. & idem in §. ſequent. ff. de itine. actúque. & hoc puto verius. Et ſecundùm hanc partem iudicatum fuit per acceſſum curię latũ xx. Iulij, Anno 1529. in fauorem Gulielmi Chulet, à Seneſchallo Aquitaniæ ſeu eius locumtenente appellantis, & interinationem certarum literarum regiarum petentis, contra Ioannem Chaudauoine appellatum ſeu intimatum. † per quæ videtur 14
decidi quæſtio, quod vendito palatio in quo eſt ius patronatus, ad quem non habetur aditus, niſi per palatium, tranſeat ad emptorem ius patronatus, vt tenet Bart. in d. l. ſi mercedem. §. ſi eum fundum, dicens per illum text. quod vendito fundo in quo eſt capella, videtur vendita ipſa capella, niſi additum ex publico. Et ipſum ſequitur Roma. in ſing. lvj. pro quo allegglo. vltim. in l. fundus mihi. & ibi Floria. ff. famil. erciſcund. & idem Abb. Sicul. in diſput. v. incip. Augerio. Tamen Inn. & Ioann. Andr. in cap. ex literis. de iure patr. tenent contrarium, quos ſequitur ibi Abb. Sicul. in vltim q. poſt Anto. de But. ibi verſicul. quærit vlterius Inno. & Ancha. ibi, num. quia ius patronatus habere poteſt & teneri, ac eo vti, etiam ſi non vadat ad eccleſiam præſentando ad eam per ſe pater. aliud verò in iure ſepulchri, quod nihil valet, niſi ſit ad illud acceſſus, ad ſepeliendum funus. d. l. ſi mercedem. §. ſi eũ fundum. Sed præcedens opinio videtur verior, ſi non habet aditum per alium locum. & idem de Zaba. in d. c. ex literis. in xiij. quæſt. & magis ampliè in cap. cum ſeculum. quæſtio. iij. verſic. idem dico in palatio vendito. eod. titul. & reſponder ad Inno. & ſequa. vt ibi. Nam etiam in iure patronatus eſt ius quo non poteſt vti patronus, niſi accedat, ſicut eſt honor proceſſionis ei debitus, de quo in c. nobis eo. titu. & idem de Zabar. conſil. cxxij. quidem habens quoddam feudum. verſic. & quòd ius patronatus.

SVMMÆ.

1 *Vulnus quid.*
2 *Vlceris & vulneris differentia.*
3 *Vulnera in quibus corporis partibus ſunt lethalia.*
4 *Vulnerum conſideratio quando ager moritur vel non moritur.*
5 *Vulneratus ſi poſt pacem moriatur, an cenſeatur de morte eſſe pactum.*
6 *Vulneratus ſiquis lethaliter, non debet ad mortem damnari vulnerans antequam vulneratus moriatur.*
7 *Vulneratus ex vulnere mortali vel ambiguo, ſi decedat, quid iuris. & nu. 8.*
9 *Vulneratus ſi iterum vulneratur & moriatur, ſecundo eſt imputandum.*
10 *Vulneratus ſi ſuperueniente feb re decedat, an ex vulnere præſumatur mortuus.*
11 *Vulneratum quibus coniecturis colligimus ex vulnere mortuum, vel non mortuum, vſque ad finem.*
12 *Venditum animal ſi intra triduum moriatur, an præſumatur morboſum tempore venditionis.*
13 *Medicine laudes, & quot medicos quaque ciuitas habere debeat. & nu. 14.*
14 *Medico vni quando credatur.*
15 *Medices aſſumens curam deſperatam excuſatur: ſecus in aduocato.*

Quæſtio CCCXXIII.

Vulnus mortale quale dicatur, & quando mors ex vulnere vel aliunde probetur ſubſequuta. Et quæ ſunt partes in corpore hominis, in quibus vulnera illata ſunt lethalia vel non. Et an iudicio medicorum in hoc ſit ſtandum.

DECI.

DECISIO CCCXXIIII.

ET hæc materia frequenter accidit, vt inquit Bart. in tracta. ſuo de percuſſio. ex quibus moritur quis ex interuallo, an ex illis mortuus dicatur. vbi ſing. hanc tractat materiam, & magis amplè Bal. conſi. cv. ad euidentiam præmittendum eſt, interdum vulnus. & cxcv. an vulnus fuerit mortale. vol. j. & conſi. cccij. proponitur quòd Titius percuſſit. vol. ij. & in quodam alio ſuo eleganti conſ. poſito in fine ſui commenti ſeu lecturæ inſtit. incip. ad euidentiam præ-
1 mittendum eſt. quod cum quæritur vnde &c. Præſuppono † primò pro deciſ. huius materiæ, quid ſit vulnus: nec vulnus dicitur tumefactio, aut inflatio. probatur in l. ſi ſeruus. §. rupiſſe. ibi, vt ſcinderet alicui corpus vel tumorem fecerit. & ibi Bartol. Bal. & Flor. in j. nota. ff. ad leg. Aquil. & Bartol. in l. lex Cornelia. §. j. & in l. prætor edixerit. §. fin. ff. de iniur. ibi, inter pulſationem & verberationem. & in conſil. cix. in nomine domini, tamen. Contra Titium Feli. in cap. cum illorum de ſent. excom. niſi ſecundum Bartol. in d. l. prætor. §. fin. quando ſciſſuram ab intra fecerit. quamuis non ab extra: vel etiam quando dedit cauſam neceſſariæ ſciſſuræ ab extra per medium faciendæ, vt ibi per eum, & per Bal. in l. ſi prædium. & in l. fin. C. de ædil. actio. cum aliis per Cardina. Alexan. in ca. j. verſi. quid ſi vulnus. quibus mod. feud. amit. alleg. & per me in §. xij. de iuriſd. omn. iud. & Cæpol. conſil. xlj. verſic. item non referam. Et vulnuſculum dicitur modicum vulnus, l. j. §. proinde leuis febricula. & ibi Bal. ff. de ædil. edict. & in d. l. ſi prædium. & Corne. conſil. xxxviij. volumi. j. & Barb. conſil. lxj. verſicul. & quod not. Bal. lib. iij. facit quod dicit Ange. in l. extat. ff. quod met. cauſ. quod pœna ſtatuti loquentis de vulnere non habet locum in vulnuſculo, vel ſaltem erit arbitrarium: quoniam ſtatutum loquens de vulnere, intelligitur de magno, & non profectò de leuiſſima inciſione ſeu graſinatura ſeu ſcorticatura, quæ eſt ſine ſanguine, l. j. §. penulti. ibi, niſi aut ipſi vulnera ipſa fecerunt. ff. ad Sillania. cum aliis per Angel. Areti. allegatis in tractatu maleſici. in verbo, vna alia percuſſione. verſicul. quæro ſtatutum punit vulnus, & per Alex. in conſil. ciij. libro j. & conſilio 100. numer. viij. circa medium, libro vj. & conſilio clxxxvj. numer. j. libro vij. & Hippoly. conſil. lxxj. numer. iiij. cum ſequen. volumin. j. & conſil. lxxx. numer. xv. & conſil. ciij. num. xvj. vol. ij. & in ſua praxi. §. & quia. nume. j. ij. iij. & iiij. & ideo dicit Bal. in dict. c. j. §. quibus mod. feud. amit. quem ibi Card. Alexan. ſequitur. verſicu. quæro vtrum dominus, quòd iſta negatiua, vulnus magnum in loco periculoſo non fuit cauſa mortis, eſt difficilis probationis, adeo quòd
in veritate referentium ſtetur, potius dicentib. affirmatiuam. Et ſequuntur Felin. in c. presbyterum
2 homicid. & Cæpol. conſil. lxij. ver. circa tertium. Quare vulnuſculum non dicitur vulnus. † Eſt tamè differentia inter vulnus & vlcus. quia vulnus, dicitur illatum, & vlcus innatum, vt dicit gl. vl. in l. ob quæ vitia. §. fi. ff. de ædil. edict. per illum text. in ver. aut mediocre vlcus. vbi Cæpol. ponit verſum:

Illatum vulnus, innatum dicitur vlcus.

Sed ſecundum chirurgicos & medicos alia eſt differentia, vt vide Gaido. de Gauliaco in ſua chirur. titu. de vulne. & ſolutio. continuati. c. j. & in tit. de vlceribus in vniuerſa. cap. j. & Galenum in quarto therap. & per Io. de Vigo. in ſua practica, in arte chirurgica, lib. iij. de vulnerib. Tamen verbum ferire ſeu ferita, & vulnus idem ſunt, quia ferire eſt vulgare Tuſcorum, ſecundum Ange. in d. l. extat. quod met. cauſa. Sed an vulnus poſſit eſſe ſine ſanguine, vide Galenum lib. j. de ſpecibus ſalutis, & li. de regi. ſani. & gl. in c. j. de conſecra. eccle. vel alta. & Catal. in ſyndi. q. cxxxv. † Secundò præſuppono, quæ ſunt loca & partes in corpore hominis, in quibus vulnera illata ſunt lethalia ſeu mortalia. Et Bal. in d. conſilio cxcv. ver. ſecundò dixi, quod ſi in cerebro, gula, pectore, inteſtinis, & ſimilibus, tunc ex vulnere in tali loco illato poteſt quis mori. Et de cerebro idem dicit in conſili. prælecto, ad euidentiam præmittendum eſt, & ibi, minor & maior cõcuſſio cerebri mortalis: quia cerebrum eſt princeps, ſeu principale organum ſenſus & intellectus, vt probatur in d. cap. presbyterum. ibi percuſſio in capite. Et idem Ang. in l. ſi quis in metallum. C. de pœn. & ibi ponit quæ ſunt de facie & Bal. in capitu. j. §. ad hæc. de pace iur. firm. & Feli. in cap. ſignificaſti. verſic. not. ibi ratione partis. de homici. & Cuma. conſi. cxxxiij. Viſis denuntiationi. ſer. Antonij. in prin. & Corn. conſi. cclxxiij. volu. j. & Soci. conſil. xxvj. in primo aſpectu. verſicul. ſecundo eadem concluſio. vol. ij. Et de citratice vide Bal. in l. ſi quis in metallum. & ibi idem Alex. in addi. & quæ citra mortem ſunt, hoc pertinet ad medicorum iudicium, ſecundùm Bal. in d. conſi. cxc. vbi ponit de vulnerato cum ſagitta venenata, vt infrà dicam. Sed illa ex quibus quis ſtatim moritur, non requirunt cõſilium medicorum, vt dicit Bald. in dict. conſil. cccij. verſic. conſiderandum eſt, quia tempus non patitur deliberandi conſilium l. j. ff. de exercit. act. Et ille dicitur vulneratus ad mortem, qui ſecundùm regulas medicinæ non poteſt illam euadere, vel cum magna difficultate, vt dicit Cæpol. in dict. conſi. xxiij. verſicu. item ſunt duo alij teſtes. Sinautem in aliis locis & partibus corporis non lethalibus, vt in natica, quæ ſuſtinet magna vulnera, ſicut dicit Bald. in d. conſi. cxc. videmus in hominibus & iumentis, qui ex illis non conſueuerunt mori. Et hæc videntur probari per textum in dict. ca. ſignificaſti. de homici. ibi, non inflixit percuſſionem lethalem: de qua ſi aliorum non fuiſſent vulnera ſubſequuta, percuſſus minimè interiiſſet. Et ibi paulo poſt ſequitur, ſi certa apparuiſſet percuſſio ab eo inflicta tam modica & tam leuis in parte corporis, in qua quis de leui percuſſus non ſolet ad mortem experitorum iudicio medicorum eſſe lethalis &c. vel etiam ſi in brachio, manu, vel digitis percuſſus fuerit, vt voluit Cæpol. in prælleg. conſ. xxvij. ver. circa ſecundum dubium. ibi, item ſunt duo alij. Et maximè quando de talco, & non de puncta facta eſt inciſio, vt ibi verſicul. item quia dicunt veriſimiliora. Pro hoc tex. iuncta glo. in l. j. §. diuus. verſi. percuſſerit. ff. ad l. Cor. de ſica. & Decius cõſ. cccxv. nu. v. ver. principaliter. & nu. vj. aut in pede fuit percuſſus, vt no. Bal. conſi. cv. ad euidentiam præmittendum. vol. j. & infrà dicam in iij. coniectura. & idem Bald. in conſi. prælleg. cccij. vel ſimiliter ſi manu vacua percuſſit in facie vel ore, ſecundùm Cuma. in d. conſ. cxxxiiij. verſic. cum ergo manifeſtum, vbi etiam ponit, ſi ex tali leui percuſſione lapſus fuerit retrorſum: ſi aliàs caducum patiebatur morbum, q̃ præſumatur ex illo aut ebrietate ceci-

dissc, si non statim, sed post sedens cecidit. Et quæ sunt mortalia vulnera necessario vel nō, vide Guid. in d. sua chirug. tit. præalleg de vulneri cum plurib.
4 seq. † Hoc habito, distinguendi sunt quinque casus secundùm Bal. in præallega. consi. ad euidentiam præmitten dum est, quòd cum quę itur. & communiter alios Doct. suprà alle. Quoniam aut constat quod vulneratus ex illo decessit vulnere mortali. Secundo aut etiam non mortali. Tertio aut est dubium. Quarto aut constat q̄ decessit ex superuenienti ictu & vulnere. Quinto aut constat, q̄ vulneratus sua decessit culpa: quia curari noluit, vel neglexit, vel malum ad se curandum adhibuit medicum. c. ad aures de ætate & quali. scilicet scienter, vel per culpam reprehensibilem, de quo infrà dicam. Primo casu tenetur de occiso, secundum Bal. in prædicto consi. ad euidentiam. & Socin. ample d. consi. xxvj. vers. pro cuius conclusionis fundamento. & Cæpo. consi. xlj. etiam si prius de vulnerato contra eum processum fuisset, condēnatur, si mors inde sequuta fuerit. l. si vulnerato seruo. cum l. seq. ibi Floria ff. ad l. Aquil. Nam mors sequuta ex vulneris qualitate trahitur ad diem vulneris, & etiam loci, & voluit etiam Socin. in consi. lv. vers. tertio, quę refert Imol. vol. j. & Ludo. Bolo. in l. si. C. si reus vel actor mor. Et retro occisus videtur, qui lethaliter vulneratus moritur, le. ita vulneratus. & ibi Bal. in prin. & Flor. in l. huic scripturæ. §. si seruus. ad l. Aquil. & l. si is cum. de confes. & bon. text. in l. ait lex. & ibi Flor. in j. nota. ad legem Aquil. quem adducit ad multa alia similia & ibi vide. Et idem Bal. in d. c. j. quib. mod. feud. amitt. Et etiam Cardinalis Alexand. ibi versicul. quid si dominus vulneratus decessit. & Bal. super rubr. C. de proba versic. item per tationē naturalem quando lethaliter fuit vulneratus & Hippo. ibi in repe. versic. capio modo. & Felin. in c. significasti. versic. & ista probant vnum notabile. & tenet Alber. in ij. parte statu. q. liij. & xlvj. licet Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. velit contrarium, & in l. nonnunquam. §. item quę situm. de priuat. delict. quem sequitur Ang. l. Are. in tractat. maleficiorum in verbo, vna alia percussione. versi. quid si vulnera erant mortalia. & versi. quid si quis sit punitus. Tamen Bar. in l. senatus. de accusa. tenet primum, quod puniri nō possit, non obstan. sententia de vulnerato lata. Et idem in l. si rixa. versicul. quid si aliquis percussit. ff. ad legem Corneliam de sicar. & idem in tract. de percussio. in princ. quod sequitur Ang. in addi. ad Ange. Are. ibi proximi in vtroque versicu. & Ioan. An. l. in d.
5 c. significasti. versicu. circa prædicta tamen. † Secus videtur, si pax facta fuerit ex vulnere, & mors postea secura est, quod videtur esse facta de morte, vt voluit Bald. in addi. Spec. titu. de accusatore. versi. pax facta de vulnere. vbi ex hoc dicit inferri, quod fieri potest pax de morte ante mortem. le. diuus. ff. ad Sillantianum. & sequitur Hippoly. de Marsil. in singular. xlvj. Si vero tempore pacis vulnus non esset mortale, tunc si infirmus moriatur, præsumitur secundùm Bald. ibi, ex negligentia mortuus. l. qui occidit. ad l. Aquil. quod incidit ad primā opin. Bart. sed opin. præcedens est verior, siue per pacē siue per sententiā fuerit de vulnere (ex quo postea secuta fuit mors) appunctatum. quia text. est clarus in dict. le. si vulnerato seruo. & tenet Flori. in dict. l. si ita vulneratus. versi. die ergo latius. & ipsemet Bald. in dict. addi. Spec. de accu. versicul. condemnatus. Et hoc quando sine nouo ictu & vulnere decessit, & intra paucos dies, vt infrà dicā, in prima conie&tura: vt probatur iuribus suprà allegatis. ad l. Aquil. & tenet Cæpo. consil. xlj. versic. tertiò veniens ad merita causæ, per text. in cap. ij. de cler. percuss. & in ca. studeat. & cap. si qua fœmina. 50. dist. & ibi per gl. & doct. & idem Signo. de Homed. consi. clxxiij. nisi contrarium probaretur, vt in sequenti casu dicam. & idem glo. in dict. c. presbyterum. & ibi Abb. & Felin. de homi. † Et contra 6
vulnerans statim captus non debet ad mortem cōdemnari, nisi inde secuta fuerit vulnerati mors, licet mortiferē fuerit vulneratus, quia ex alio casu perire potest, & pariter non constabat tunc de homicidio, tex. in d. l. ita vulneratus. & in l. huic scripturæ. §. si seruus. & in l. itē Mela. §. Celsus. & ibi Bal. & Felin. in d. ca. significasti. versi. aduerte tamen, quia limitantur. quare, vt inquit Bald. in dict. si seruus quidam noster miles. l. de Odofred. non bene fecit, dum esset potestas Florentiæ decapitari vulnerantem antequam mortuus fuisset vulneratus. ipse enim debuisset de homicidio puniri, argumen. illius literæ. Et ita fuisset, nisi postea dux venisset Florentiam, qui liberauit eum. Ideo cauti debent esse iudices quod statim ad condemnationem mortis non procedant, nisi mortuo vulnerato, & forte sepulto. facit in argum. ca. bonæ. in ij. de ele. quod electio mortuo episcopo nondùm sepulturæ tradito fieri non debet. Et idem Bar. in d. l. damni. §. Sabini. & ibi etiam Ange. Alb. & Roma. de dam. infect. cum aliis per Ange. Aret. in d. tract. crim. in versi. vna alia percussione. versic. si autem quis, quoniam dum ille viuit nō potest dici mortuus l. qui duos. ff. de manumiss. test. & ita per illum text. tenuit Bal. quem ibi Card. Ale. sequitur in d. c. j. quib. mod. feud. amit. licet secundū Card. videatur tex. in l. proinde. in prin. ad l. Aquil. quòd mortiferè vulneratus æquiparatur mortuo, hoc est intelligendum fictione iuris, quia mors ficta nunquam æquiparatur naturali, nisi in casibus not. per glo. communiter approbatam in cap. susceptum. de rescript. libr. vj. & in l. ea §. insulam. & ibi Docto. ff. de verbo. obliga. de quo latius per Card. Alex. in d. c. j & Lucan de Penn in l. vna. lib. xij. C. publi. lętitiæ. versi. xxvij. & per Alex. consil. xv. vers. sed prędictis non obst. libro primo. tamen Bal. in l. bello. versic. vltimo, cxl. no. ff. de excu. tut. dicit quòd si certum erat omnino moriturum, quòd debet haberi pro mortuo, & quod sententia prius lata potest iustificari, si erat certum apud naturam, & apud iudicem cognitorem causæ. Longè tamen melius facit, si mortem expectet vulnerati, de quo vide Hipp. in sua praxi. §. & quia numer. xxvj. vsque ad num. xxxvij. † Secundò casu, quando certum est 7
vulnus non fuisse lethale, tunc non præsumitur ex illo vulnere decessisse, sed ex negligentia aut imperitia medicorum, & vulnerans tunc non tenetur de occiso, sed de vulnerato tantùm. dict. l. qui occidit. §. fina & d. l. si ex plagis. in prin. & plenè Cæpol. & Soci. in consi. supra alleg. & omnes in dict. capitul. significasti. per illum tex. & infrà aliquid dicam. † Tertio casu quando est dubium an sit 8
mortale vel non, tunc præsumitur secundùm Alb. in l. item Mela. §. Celsus. ad leg. Aquil. ex illo vulnere decessisse. d. l. huic scripturæ. §. si. versi. sed si manumissus. & idem Floria. in d. l. ita vulneratus. & Cæpol. in d. consi. xlj. versicul. tertio veniens. & glo. quam ibi sequuntur Ioann. de Ana. & Feli. in d. ca. presbyterum. nisi de contrario appareat, quòd ex culpa vulnerati vel imperitia medici aut chirurgi, dict. l. si ex plagis. & dict. l. qui occidit §. fina. Et licet Bar.

cet Bar.in d.l.ſi in rixa.in vlti.q.velit quòd non præſumatur ex vulneribus deceſſiſſe, ſi ſurrexerit & ambulauit poſt triduum, de quo infrà dicam in prima coniectura.Sed primum ipſe tenet in conſ.incipien. quæſtio talis eſt, Titius eſt à Sempronio percuſſus.ſic communiter allegatur: tamen illud non reperio,& Signo.de Homed.in d.conſ.clxiiij.quidam Simonellus.& Cæpo.in d.conſi.lxij.verſi.aut ſumus in dubio. & quando ex alia quæ ſuperuenit, quæ cõfundit vulnus, regulariter in dubio contra percuſſorem iudicandum eſt,ſecundùm iura & doctor. ſuprà allega.& Bal.in d.c.j.quib.mod.feud.amit. & Soci.in d.conſil. xvj.verſi.aut ſumus in dubio.& Bart.in d.ſuo tractat. de percuſſo.& quibus moritur quis, verſic. ſed quid.

9 Quarto †caſu,quando ex alio ſuperueniente vulnere & ictu ſibi illato præſumatur,non ex primo deceſſiſſe. Et dic ſecundùm Bald. in d.conſil.ad euidentiam præmittendum quòd in hoc caſu primus vulnerans punitur de vulnerato,& ſecundus de occiſo: quia ex primo vulnere mors ſecuta non fuit.Et idem Bar.in d.tractat.de percuſſio. verſicul. idem eſt ſi mortiferè percuſſus eſt.& text.in d.capitul.ſtudeat.li.diſtinctio. in d.l.idem.Mela.§.Celſus.& ibi Bal.Albe.&Florianus vbi Bald.& Florian. dicunt hunc mirabilem eſſe modum euadendi primum delinquentem à morte, & idem Cæpol.in caute.v.verſic. quidam trahunt.& Franc.de Crema. in ſingul.lv. & Hippo. in l.j.num. lxx.ff.ad leg.Cornel. de ſicar. cum aliis per ipſos allegat. Tamen aduerſus hãc cautelam tam iniqui aduocati conſulentis ſecundum dare ictum, eſt text. in d.l.ita vulneratus.per quem tale cõſilium ſecundùm Bal.& Alex.& Flor. ibi non proderit illi primo vulneranti,quãdo certum eſt primum vulnus eſſe mortale:quia tunc tam ipſe quàm ſecundus exterminans tenentur de occiſo:ſecus ſi dubium eſſet.Et idem Felin.poſt Ana.in d.cap.ſignificaſti.ver. & quando dubitatur.Et ſic iſte primus vulnerans, & ſecundò percuti & vulnerari mandans, tenentur etiam ex mandato, quia ſunt duo delicta, & ſic ambo tenentur l. non ſolum.§.ſi mandato.& ibi Bart. ff.de iniurijs.& l.non ideo minus.C.de accuſati.& pariter aduocatus, qui ſic conſuluit, cuius præmium eſſe debet (ſecundùm Bal.in d.l.ita vulneratus) quòd laqueo ſuſpẽdatur.& idem Fel.in c.de cætero.de homici. & Ambo. Oppizo.in repetitio l.diui.§.filiusfamil.verſicu. facit text.ſing.& notata in l.item Mela.&c. ff.de legat.j.& Iaſon in l.ſi ab hoſtibus.§.j.verſi.adde.ff.ſolut.matri. Et non ſolùm primus vulneratus, quando vulnus eſt mortale,& mandans ſecũdum dare ictum & vulnus, tenetur de occiſo,ſed etiam ſi ipſe idem vno impetu vel diuerſis vicibus pluribus vulneribus aliquem occiderit.tunc enim vna erit actio de occiſo.tex.in l.illud.§.fin.quem Bald.dicit ibi non eſſe alibi. ff.ad legem Aqui.ſed eſt idẽ tex.in l.nonnunquam.§.item ſi quis ſubreptum.verſiculo,& ſi fortè.& ibi glo.in verbo,occiderit.Bart.& Imo.ff.de priuatis delictis. nam vulnus iteratum tardius ſanatur.capi.inanis. de pœn. diſtin.iij.gl.in c.diaconi.xciij.diſt.Tamen hanc concluſionem reprehendit Cæpo.in prædicta cautela v. quia ius fingit quem bis fuiſſe mortuũ, ſcilicet tempore primi vulneris,& tempore ſecundi vulneris. licet hoc natura non patiatur, vt volunt Bald. & Flor. in dicta l.ita vulneratus. per text. in l.j.C.qui accuſa. non poſſunt,& plenè Iaſon in l.ſi is qui pro tempore.verſi.quintò contra doctrinam Barto. ff.de vſuca. qui dicit in primo vulnerante eſſe fictionem, & non in ſecundo, qui vere occidit, vt ibi per eum. & eſſet directo contra text.in d.§. Celſus.ibi, mortifero vulnere percuſſit.Et pariter contra l. huic ſcripturæ.§.ſi ſeruus vulneratus mortiferè. ex quibus iuribus videtur plenè apparere: quòd licet primum vulnus eſſet mortale,ſi alius poſtea in totum examinet,ſeu exterminet, quod primus non teneatur de occiſo, ſed de vulnerato, quamuis vulnus eſſet mortale. & in hanc inclinat Roma.in ſingu.ccxlij.inci. quidam fuit vulneratus mortaliter,dicens quod ſi dominus mortaliter vulnerauerit aliquem, & famulus eius poſtea de facto occiderit,quod nõ debet dominus decapitari. Sed hoc eſt intelligẽdum quando inſcio ipſo domino & non mandante,famulus ſuperueniens intra vel poſt occidit,vt tenet Bald. in l. non ideo minus.ver. ſed iuxta hoc.cum verſi.ſequ.C.de accuſatio.& Hippol.in l.nihil intereſt.num.xvij.ff.ad leg. Corn.de ſica.& latius numer.xx.pro quo allego glo.in c.ſi quatuor homines aut quinque.xxiij.q.vlti. in verbo, volentes, quod ſi me rixante cum aliquo ſuperueniat filius vel frater meus,qui eum interfecit citra voluntatem meam,ego non teneor.illam gloſſ.facit ſingu. Bald.in l.data opera.C.qui accuſa.non poſſ. verſi.ſed pone Titius.in l.j. verſic. quia vnus incipit rixam.C. vnde vi.& Hippo.de Matheſi.in d.l.nihil. nume.xiij. & Bald.in ſua praxi criminum in quæſtionibus circa ſententiam.quæſt.iij. in fin. alias ſi mandato domini occiderit,ambo tenentur,vt dictum eſt.&ſingu.Bartol.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum, quem omnes ibi ſequuntur.ff.de acquiren.hære.de quo per Bal.& Sali.in l.ſeruos.C.ad leg.Iul.de vi publ.& Decium conſil.ccccxxv.num.iiij.in ij.parte.iij.volum.qui tenent per illum tex.ſeruitorem mitius eſſe puniendum.Et dixi in additio.ad Dim.remiſſiuè tamen, in regu.qui per alium facit.de regul.iur.li.vj.& alibi ſæpe. Et ideo dicit Spec.in titu.de lapſ.& diſpen. §.iuxta verſic. quid ſi amici mei interficiũt aliquem mihi iniuriam afferentem me inuito,quòd non teneor.ca.Petrus de accuſa.Quare Cæpo.diſtinguit in d.cautel.v.quia aut primus vulnerauerit mortiferè,nõ tamen certum eſt an ex illo vulnere moriatur vel non, ſed eſt dubium, quia apparebat fortè ratione vulneris vel qualitatis inſtrumẽti vel alterius ſigni,quòd de natura ſua vulnus videbatur mortale.Et tamen hoc clariſſimè non cõſtabat,quòd mori omnimodo debeat: quia quandoque vulneratus etiam mortiferè in loco periculoſo propter bonam naturam,vel cuſtodiam, vel medicos optimos,liberatur, vt eſt in l.j.§.ſi. ff.ad Sillan. ibi,dominus mortiferè vulneratus ſuperuixerit,quia liberatus fuit, vt dicitur ibi. Et iſto modo ſecundùm eum loquitur d.l.huic ſcripturæ.§ fin.vt primus vulnerans non teneatur de occiſo, ſed de vulnerato, ſi ab alio fuerit poſtea in totum exterminatus, d.l. qui occidit.§.ſi.fortius ſi certũ erat vulnus non eſſe mortiferum.d.§.Celſus.qui intelligitur ſecundùm gloſſ. Iaco.But.Bald.Abb.& Flor. etiam ſi nouum non ſuperuenerit vulnus, quia tempus ſuum inſpicitur. & idem Cuma.in d.conſi.cxxiiij. verſi.nec ad rem videtur.verſic. quemadmodum enim qui non lethaliter. & Alexand.in conſil.xv.verſi.fortius dicit. lib.j.& gl. in d.capi.ſi qnatuor homines.ſuper verb.quicunque. & Cin.in quodam ſuo conſi.incip.Alber. & Bartho. fratres.Refert & ſequitur Aug.in addi. & Ang.Aret. in tractat.malefi.in verbo,dicto maleficio ſemper aſtitit.num.v.& ambos refert Hippo.deMarſi.in l.nihil intereſt.num.xviij.ad l.Cornel.de ſica. niſi ſecundùm Albe.in ij.parte ſtatuto.quæſtio.xxxvj.incipien.

† Item quid ſi quis vulnerauerit aliquem non mor- 10
tiferè,& febris ſuperuenerit, quòd debet ſtari dicto medicorum.& ſic dicit ſe obtinuiſſe:ſed Felin.in d.c. presbyterum.ſequitur communem, dicens paria eſſe ex vulnere vel infirmitate ab ipſo cauſata decedere,

ac relationi medicorum, cui ſtandum eſt, l.ſemel.de re mili.lib.xij. Cæterùm idem Ant.de But.in d.ca.j.de cleri.percuſſo.& ibi Abb.in vlti.concln.& pariter Bart. in d.l.ſi in rixa.& ibi Hippo.num.lxiij. & Ang.Aret. in d.to tract.criminum.in verbo,ex interuallo.& idem Guido.in ſuo maleſi. tract.tit.de homici.verſi.quæro etiam.& Decius in d.conſil. cccxv.nu.vij. & canonitæ,inſuper Franc.de Aret.in c.præpoſuiſti.de proba. vt latius dicam infrà in quarta coniectura.& idē Bonifac.de Vitalinis in tract.criminal.tit.de inſultu & percuſſ. nume.xvij.& Horia.in d.l.qui occidit. §.ſi. & Bar.in d. ſuo tract.de percuſſ.& Bald.in l.lecta.quem ibi ſequitur Iaſon.verſic.Bald. hic & tu adde in quantum.ff.ſi cer.peta.& Ioan.Barber.in ſuo viatorio iuris titu.de homicid.verſi.ſuperſtendum.& Hippo.in l.j.§.ſi quis vltrò.num.lxxvij.ff.de quæſt.& Socin.conſ.clxxviij.volum.vj.& ſic Doct.ſupradicti videntur primo cōcludere tempora quibus vulneratus vixit ſpectanda nō eſſe,ſed attentis coniecturis, & expertorum ſententia medicorum, illum ex vulnere vel alia cauſa mortuum fore per iudicem iudicandum, per text.in d.l. huic ſcripturæ.§.ſi ſeruus.& in d.l.ait lex. & Sal. in d. l.vna.de emend.ſeruo.& Guid.Papa in ſing. cccxcj. Ad hoc reſponderi poteſt,quod communis medicorum opin.vult,nullum vulneratum vltra xl. dies poſt vulnus lethaliter illatum viuere poſſe,vt refert Ang. in d.l.vna.de emend.ſeruo.& Augu. in addi.ad Ang. Aret..in d.tract.maleſi.in verb.& ex interuallo.in ij. addit. Et ſic de tempore vitæ vulnerati conſiderandum eſt,ſecundum ſententiam medicorum.& verum dicit, quia ſecundum Guido. de Gauliaco in dicta ſua chirurg. tract.de vulneribus,& ſolut. continuatis. capite primo.terminus vltimus vulnerum ſit xl. dierum. primus intra ſeptem, medius ad nouem, iuxta formam acutorum, vt infrà dicam in quarta coniectura.Secundò opin.gl.in di.l.vna,de emendā.ſeruo. non debere obſeruari,loquitur enim ſecundùm legem Moſaicam. Exod.xxj. capitul. quaſi velint aliud eſſe ſecūdum legem ciuilem imperatoriam.Sed non videtur hæc reſponſio bona Corn. in prælleg.conſ. cxciij.volum.ij. Nam cum lex Cæſarea ſuper hoc nō diſponat,videtur in hoc ſtandum veriſimili veritati, quæ veritas eſt nota ipſi Deo, qui nunquam fallitur, potius quàm hominibus. Nam Papa & Cæſar falli poſſunt,capit.à nobis.de ſentent.excommunni.Nouit tamen Deus,qui illam legem protulit, quòd ſecundùm curſum communem naturæ lethaliter vulneratus communiter non ſolet poſt triduum per ſe ambulare,ideo veriſimiliter ita diſpoſuit.Et licet quandoque aliud occurrat, nihilominus voluit diſponere ſecundum communiter accidentia, quæ ſunt in iſtis naturalibus.vt.l.nam ad ea.ff.de leg.Videtur ergo ſtandum legi Moſaicæ.maximè in his quę procedūt ſecūdū curſum naturæ, cum ipſe Deus ſit natura naturans. l.reſpondendū.cū ff.ſi cert.petat.vt ibi latius per eū,& in conſ.cclxxij.vol.iij.& cōſ.cclxxxij.vol.iiij. quid tenē dū.& Socin.in d.conſ.xxvj.ver. circa primum caſum volum.ij. putat in hoc illam opin. eſſe veram, quod iudex arbitrari habeat (iudicio medicorum habito) tempus intra quod moriens præſumatur ex vulnere (ſi nunquam ex eodem conualuerit, vel negligentia vel culpa vulnerati) mortuus eſſe, ac conſideratis etiam aliis coniecturis infra dicendis. Facit quod not. Spec.in tit.de homic.circa prin.& ibi Ioann. And.in addit.& dicam infrà in quarta coniectura pro ſolutione percuſſoris.Pro quo dicit Bal.in prælle.conſi. cccij.verſic.dixi & dico.quod vbi cum teſtimonio vnius medici concurrit longitudo vitæ per aliquod notabile ſpatium in cura infirmi, vel alia quæ dictū medici inuenit, quod non præſumitur ex illo mori vulnere:quod eſt notandum.† Sed quid,prædicta locū habent in homine,vt præſumatur ex vulnere mortuus,ſi moritur intra triduum vel aliud arbitrarium, vt dictū eſt;an idem in beſtia vendita quæ poſt venditionem intra triduū moritur, vt præſumatur morboſa tempore venditionis, & agi poſſit ad pretium contra venditorem.Et Ioan.Andr.in addit.Spec.de emptio.& venditio.§.ſi ſecūdum.verſi. & nota quod in venditione tenet quod ſic,& ipſum ſequitur Alexand.in addi.ad Bart.in d.l.ſi in rixa.in vltim.addi.& Imo.in l.quis cum aliter.ff.de verbor.obligā.& idem Hippol. de Marſil. in d.l.ſi in rixa. num.lxv.& in ſtatu liber.ff.de quæſt.& Iacob.de ſancto Georgio in l.pacifci.num.iij.de pactis & Franciſc. de Ripa. tracta.de pelle.num.clxxxiij. & nu.clxxxvj.† Secunda coniectura ſecundùm Bald.in prælleg. conſil.ad euidentiam, eſt perſeuerantia vomitus, & febris ab initio,ac aliorum accidentium prognoſticatiuorum & ſignificantium mortem. Nam effectus oſtēdit cauſam,& pariter ſigna quaſi ad oculum cauſam demōſtrant.l.j.ff.de vent.inſpici. vt infrà dicam in v. coniectura.& iſta ſunt opi.Abb.in d.c.ij.de cle.percuſſo. & de febre ex vulnere ſuperuenienti & cauſata,vide bo.tex.in d.c.presbyterum.& ibi Ana.& Feli.cum aliis ſupra alle.in verſi.ſecundo caſu poſt medium. & Cæpol.in d.conſ.lxij.ver. circa quintum.cum ver.ſequen.& Socin.in d.conſi.xxvj.verſi.quarto & vltim. & verſ.confirmatur etiam.vol.ij.& Bal.in d.cōſ.cxcv. & Alex.conſ.incip. & vt oportet. Cuma.in d.conſil. cxxxiij.Sæpe enim occurrit, quod mors etiam ſanis ex improuiſo ſuperuenit:ergo magis lethaliter vulneratis,vt dicit Cor.conſi.cxciij.vo.ij. & aliquid per Signorol.de Homed.conſi.clvj.& Trācredus in cōpendio ſuo tractat.xiij.q.xix.& Gandi.vbi ſupra titu. de homici.† Tertia coniectura eſt, vulneris tanta latitudo vel profunditas,quę cōmuniter nō conſueuit curari,l.vulneris magnitudo. ff. de iniuriis. vt ſupra dictum eſt in præſuppoſitione.& tenet Bal.in conſi. cxcv.verſi.item vulneris magnitudo & Ang. in conſil.cxc.quia locus a communiter accidentibus attendi debet.d.l.vulneris magnitudo, ibi,& non tanquā locus vulneris.& capitul.vltim.de homicid.lib.vj.locus quando vulnus & mors non habent ſe vt cauſa& effectus, ſed ſunt omnino diſcreta: ita quod vulnus non influit in morte,nec mors diſpēdet aliquo modo à vulnere per intrinſecam cauſam, vt quādo quis eſt vulneratus in pede,& mortuus eſt ex apoſtemate ſubaſcellarum: Nam iſtæ duæ cauſæ non ſunt eiuſdē rationis, nec quicquam influit vulnus in apoſtemate:& tunc vulnerans non tenetur de occiſo, quia nō occidit,nec habuit animum occidendi, ſed tantū de vulnerato,ita tenet Bald. in conſi. cv.verſi.ſed interdum vulnus.† Quarta coniectura eſt, qualitas inſtrumenti,quod non conſueuit leuem inferre plagam,d. cap.ſignificaſti.de hom.& ibi Fel.verſi.no.ibi,ratione inſtrumenti.& ver.no.ibi,ratione partis & in d.l. j.§.diu'.ibi.ſed & ſi claua.& ibi gl.in ver. percuſſerit, & ibi Ang.& Hipp.de ſica.& Bal.in d.conſi.cccij. Et maximè ſi in capite vel epate aut ſtomacho,ratione cuius cognoſcitur animus occidendi d. ca. ſignificaſti.& ibi Felin.& Ang.in dict.§. ſed & ſi claua.volēs Felin.etiam in verſi. ſecundo limita. ſecundum Socin.in c.de his de accuſa.referentem quæſtionem facti de eo qui iuit cum haſta ferrata ad aliquem occidendū,quem dū vidiſſet à remotis, vbi non poterat vibrare haſtam,proiecit lapidē,ex cuius percuſſione ille tādē periit:quod quāuis per iactū lapidis animus cognoſcatur non occidendi, l.omne delictum.§ ſi

Digitized by Google

quis commilitonem vulnerauerit, si quidem lapide.ff.de re militari. Tamen is qui lapidem proiecit animum habebat occidendi,ob telum (quòd ab initio gestabat)tenetur de occiso. Dicit tamen quòd si proximus inimico,de positis à se armis caperet lapidem,tunc excusaretur:quia videtur illum deposuisse animum primum cum quo venerat, quod dicit esse notandum.l.t licet secundum Bart. in l.sed & si quę quam.§.ti.ff.ad l.Aquil.ad excusandum magistrũ, q animo miserãdi vel occidendi non percussit, sufficit probare se magistrum, & illum esse discipulum. & sequitur ibi Flor. versic. item pro practica.sic etiam consulunt Bart.eius consil.cxij.visis testibus. Tamen est verum secundum Bald.in d.l.sed & si quenquam. §.fin.nisi qualitas instrumenti cum quo percussit,aliud persuadeat,vt quia cum ferro, d. ca.significasti.' & sequitur Ana.& Felin.in d.presbyterum.ver.in gl. j. & Bal.in l.iudicio.quæ.ij.C.locasti.& idem dixerat Bar.in d.suo trac.ver.quid si est percussus nõ mortifere,sed cum baculo vel parvo lapide,aut clauo: vbi post argumentationem ad vtranque partem cõcludit quod ex factis,aut dictis precedentib.vel sequentib. ac qualitate ictus seu percussionis,quòd semper iudicari debeat de occisione,sed pœna mitigari debet, si non appareat quod animo fecerat occidendi,d.l j.
16 §.diuus.& l.lege v. cum quidam.cod. titul. † Quinta coniectura & testa sunt continuus dolor infirmi, vt quia percussus in nervis, vnde provenit spasmus & mors.& ita vid. Bal.in d.consi.cxcv. versi. an propter vulnus,quia pars corporis in qua est vulnus illatum (de qua maior pars vulneratorum morti consuevit) attendi debet. d.c.significasti. vt suprà dictum est in præfatione.& in iij.coniectura.& idem Bal.in consi. alleg.cv.versicul. interdum vulnus & mors habent se vt causa & effectus mediatus:quia in tali parte corporis fuerit vulneratus, q̃ post multos dies superuenit spasmus,& deinde mors, & tunc de occiso tenetur,quoniam dux sunt causæ,& vna subordinatur alteri,totum attribuitur causæ primæ, vt no. in l.Martius.ff.loca.cum similibus.Sed hoc dictum Bal.limitat Decius in d.consi.ccccxv.numero ix.si vulnus nõ erat mortale, & spasmus non superueniat & moriatur,quod nõ teneatur de homicidio, saltem ex toto: per dictum Bal.in dicto capitu.primo versicul.sexto quæritur,quibus modis feud. amitta. Secus si in facie,vel mento,aut faucibus,secundum Felin.in dict. capit.significasti.versi.considera vltra omnes.& Ang.
17 dicta l.ti quis in metallum.de pœnis. † Nunc sequũtur contrariæ coniecturæ & indicia tendentia ad solutionem seu liberationem percussoris siue vulnerantis,quæ sunt etiam sex ex quibus quandoque vulgus intelligere poterit quodam probabili & communi sẽsu sui,vulnus ex prima qualitate mortale nõ esse,sed culpa superueniente factum fuisse mortale, & sic cessabat punitio de occiso,dict.l. qui occidit. §. ti.& d.l.ti ex plagis.& l.huic scripturæ. §. fina. & ibi
18 Alberic.vt intrà dicam in tertia coniectura: † Prima in hac parte coniectura est, quod si percussus decessit post longum tempus ad quod non consueuerunt mortaliter vulnerati vitam præcisè extendere, dicto capitul.secundo.de cleri.percus. & in hoc debet expertorum iudicium medicorum concurrere, quia non perseuerauit (secundum Abb.ibi) de malo in peius,vt dictum est in alia prima coniectura in contrarium adducta. Et ista debet secundùm illam & sequentem intelligi:& latius in quarta cõiectura dicam.
19 † Secunda coniectura seu indicium est recessio seu quittatio accidentium malorum,vt quia cessant febris,& percussus in operationibus naturalibus nõ impedichatur,nec corpore ob illam percussionem grauabatur.sic enim loquebatur,& ita sane intelligebat,sicut homo non lethaliter percussus. Hæc sunt, inquit Bal.ibi quodam modo signa intallibilis spei salutis,si non sic peruenit noua vulnerati culpa, d.l. Martius.locat.& d.l.damni. §. Sabini.de damno infecto,& ibi Bartol.Alberi.Ang.Imol.& Modern.& Cæpol.in d.consi.lxj.versic. circa octauum. Quare videtur,quòd si visus est recõualescere, si postea recidiuat,non teneatur,si alunde cõstet ex aliqua causa venisse recidiuam,puta ex corruptione humorũ, & idem Bartol. in d. tracta.suo,versicul.item quid si post vulnus sanatũ,vt dixi in tertia cõiectura. Sed vbi recidiua processit immediate ex illa primæua infirmitate,tunc secundum Bart.Bald. & Docto.suprà allega.tenerentur& idem Ioann.Andr.Ancha.& Felin.in dicto capitu.presbyterum. & Abbas in dicto capitul.ij.de cleri.percussor.& hoc si vulneratus fuisset lethaliter, secus si non mortuere, de quo plene per Ana.in dicto capitul. presbyterum. † Tertia coniectura seu indicium quod conuenit cum quinta, est culpa,& mala custodia vulnerati,quia secundum Bal. vbi suprà(& omnes dicunt & populare est)percussus grauiter in capite vel in alia parte corporis, in qua vulnera illata sunt mortalia,si vult curari debet stare in camera,& non exire extra aerem,donec peruenerit ad certam & manifestam salutem,& vulnus consolidatum fuerit.Nec coitum facere,vel aliquid aliud quod salutis regula vetat medicorum, vt bibere vinum,frequentare tabernas. & idem Ludouic. Bologni.in consilio v.verticul. primus. & versicul. aliud. Illud enim est vehemens argumentum mortis,d.l.si ex plagis.in princip. aut domini negligentia. & d.l. qui occidit.§.fina.ibi,negligentia autem periit. & glo.in l.si ab hostibus.§.ti vir.ff.soluto matrimonio. quam Bal.ibi dicit esse auream.in verbo,lucrifacere. & Bald.& Floria.in dicta l.qui occidit.§. fina. & Felinan dicto capi.presbyterum.versic.tertius casus.cũ aliis per eum allegatis. & de ista negligentia vulnerati vide plene Socin.in dict.consi.xxvj. versicu.circa secundum casum.& Hippol.de Marsil.in dicta.l.prima.numer. cv.ff. de sicar. vbi ponit quando noluit medicari a medicis peritis, sed fecit incantari, quod tunc non teneatur vulnerans de occiso. allegat Soci. in dicto consilio xxj. & idem Franc. de sanct.Nazadictus de Ripa.in tracta.de peste. numer. liij.qui allegat text.Augustin.in cap.quoniam. lxxviij. distinct. ibi.Est peccatum habere filios: quia quando eis dolet caput, matres infideles quærunt eis ligaturas & sacrilegas incantationes &c.Nisi secundùm Hippol. fuisset lethaliter vulneratus,cui non prodessent peritissimi medici:quia frustrà expectaretur illud cuius euentus nihil operaretur,l.hæc stipulatio.§. diuus.ff. vt leg.nomine cau. & idem Hippol. in dicta l. nihil. versicul.item vltra prædicta.de sicar. & ad omnia in hac coniectura contenta, vide eum ibi, versiculo, Et etiam dicas esse:quia appellatione medicorum non veniunt incantatores. nec pariter castratores, licet herbularij siue herbulistæ & dentarij sic l. j.§.medicos.& ibi Bartol.ff.de variis & extraordin.cogn.& ibi etiam Alber. Et istos incantatores vocat ibi text. exorcistatores.& Soci.consi.xxvij.versicul. confirmãtur etiam premissis,volumin.ij. & idem Alexand. in dicto consilio xv.versi.& medici.libr.j.Et sic non requiritur quòd tales medici de necessitate sint doctores", secundum Alexandr. ibi, quia seruil vtriusque sexus possunt esse medici,l. prima.§. ne autem quantitas.C.de communi seruo manumisso. & l.fina.C.communia de succe. Imò non debent esse

doctores,

doctores,cùm doctoratus ſit dignitas.l.penult.& l. fina.C.qui milita.non poſſ. & ita ſeruatur in praxi, quòd chirurgici,ſiue barbitonſores experti adhiberi ſolent.& Cæpol.in dicto conſil.xxvij.verſi. item dicit q̃ ſemel.& in ver.primus effectus eſt culpa.vbi ponit quãdo intrauit flumen vel mare quod multũ (vt vidi per experientiã)nocet plagis & vulnerib. & idem Bal.in prælegato conſi.cv.ver.idẽ ſi non. quare Bal.in conſi.crebro.allega.ad audientiã.verſ. tertio caſu,dicit qualitatem negligentiæ infirmi eſſe diſtinguendam.Aut enim eſt negligens circa ſubſtantialia propriæ ſalutis,ac cuſtodiam quam omnes intelligunt,& facere conſueuerunt, & tunc ſua negligentia eſt ſibi imputanda, & non vulneratori, quia ſeipſum necare videtur,non necari. Et idem dicit diuus Auguſtinus homelia quæ in ſancto die Pentecoſtes cantatur, quod ille ſe interimit, qui præcepta medici obſeruare non vult.Et idem præſtant leges negotiis,quod medicamenta morboſis. auth.quibus modis natur.effic.ſui.Bal.conſi. cxxxj. titulus principis.vol.iij.allegãs illud.Si curã medicãtis expectas,oportet vt vulnus detegas.& idẽ Bal.in c.ſuper eod.de cohabit.cler. & mulier. Vnde bona cuſtodia requiritur, per quam ſæpe curari ſolent ea quæ mortalia videntur.d.l.j.§.fin.ad Sillania.& dixi ſuprà in quarto caſu. & econtra mala guardia non mortalia, facit eſſe mortalia, & inducit mortem. leg.quod ſi nolit. §. ſi mancipium.verſicul. culpam omnem. de ædil. edicto. quo caſu lex apertè determinat percuſſorem de homicidio non teneri,dict. leg.qui occidit.§. fin. nec eſt per ſe tale quod cum alio addito eſt tale,leg. j.§. quare ſi alia aqua. ff. de aqua quotid. & æſtiua. Et ex pluribus concurrẽtibus & ſe ad inuicẽ alternãtibus reſultat quoddã neutrũ, ſiue tertia quędã ſpecies.l.imperium.verſ.mixtum. ff.de iuriſdict.omni.iudi.& l.certi condict. quoniã. in verbo,coniuncti.ff.ſi certum petat.Si autem infirmus non id quod maximum, ſed quod minimũ eſt iudicio medicorum de cõtingentibus omiſiſſet, non excuſaret percuſſorem,niſi ſecundùm Bal. ibi eſſent tot minima,quæ fecerunt vnum magnum & notabile nocumentum & alterationem mortiferã. Verbi gratia, tot poſſunt eſſe guttæ vini ſucceſſiuè bibiti quòd mortis occaſionem vulnerato ſupra cerebrum præſtant,licet vna ſola gutta Vini non eſſet tanti effectus, ſicut experientia docet, cui tanquã ipſi naturæ credere debemus, vt dicit Ariſtoteles in proœmio Metaphyſicæ.Non enim qualitas, ſed quantitas nocet,propter quod dicit Ioannes de Platea,d.l.ſemel.de re militari,quod ſi poſt relationem medicorũ referentiũ vulnꝰ nõ eſſe mortale, vulneratus moriatur,quod præſumitur mortuus ex mala cura & mala cuſtodia.Sequitur Hip.in d.l.nihil intereſt.nu.ix.ver.adducit etiam.& in tract.ſuo,criminũ foli.135.verſi.adducit etiam Ioan.de Platea, & Soci. in dicto conſil.xxvj.verſicu.circa ſecundùm.cũ verſicul.ſequent. Vnde ſufficit reo, quòd res ſit dubia facto aduerſarij. Et idem Bal.in prædicto conſi.cxcv.ibi, vel quod ſaltem eſt dubium. aliàs excipiens debet clarè probare exceptionem ſuam.l.ſi non cõuitij.C.de iniuriis,&l.in exceptione.ff.de excep.vel etiam ille qui condemnatur ex præſumptionibus, damnatur mitius ſecundùm ipſum, qui allegat Innoc.in cap.cùm in iuuentute.de præſumptionibus. & de hoc latè dixi ſuprà in quæſtione incipiente, Naturæ enim multa certa ſunt quæ nos latent, vel etiam noluit pati curam, tunc vulnus non mortale ob defectum curæ efficitur mortale,capitul.neceſſe xxix.diſtinct.& plenè Bald.in dicto conſil. cccij.

† Quarta coniectura & vehemens præſumptio eſt, 22
quòd medici ita indicauerunt, quòd erat extra periculum mortis, quibus tanquam expertis in arte ſua credendum eſt, dicta leg. ſemel. & ibi Bartol. Iaco.Rebuff.Ioan.de Plat.& Luc.de Pen. de re militari.& l.prima.§.primo ff.de vent.inſpi.& Bar.Alber.& Doct.in proœmio ff & in dicta l.ſi in rixa.& in d.ſuo tracta.de percuſſio.verſicu.quid ſi percuſſus.& Decius conſ.ccccxv.nu.xj.& de Iſer.in prima conſtitutione Neapoli.num.xj.Iac. de Belloviſu in tract.crimi.ti.de quæſtio.& Cæpol.in d.conſi.xxix. verſi.idem & magiſter Franciſc.& latius verſi. ego tamen ſine dubio.& Bal.in dicto conſil. cv.dicens debere oculata fide vulnus contemplari,argumento.l.prima.§.rectè.ff.vſufructu.quemadmodum caueat.† Quia inquit medicinæ regulis eſt inhæredũ, 23
ſicut Bononienſes adhæſerunt carocio,vt not.gl.in l.omnis diffinitio.ff.de regulis iuris.ars enim medicinæ eſt ars veriſſima,& eius regulæ ab experientia ortæ, vt ait Ariſtoteles in proœmio Metaphiſicæ, & Bal.in dicto conſilio cxcv.verſicul.tertio dixi.& in conſilio cccij.verſicul.in contrarium. volumin. dicens,quòd regulas medicinæ factæ leges non dedignantur imitari.l.ſeptimo menſe.ff.de ſtat.homi. & in authen.de reſtitu.& ea quæ parit.§.vnum.colla.iiij.† Volens vni etiam credi medico, ſi in loco 25
alij non reperiãtur,vt ibi per eum.ver.& ſi dicitur. & hoc per tex.in authẽ. de non alie.§.quod autem. verſicul.vt neque vlla.ibi,aut etiam vno,ſi vnum ſolum ciuitas habeat, vel reperiatur ibi,& in l. quòd ſi nolit.§.ſi mancipium.verſic.culpam, ibi non adhibuerit medicum, vel malum adhibuit. & ſic ibi tenent Bal.Angel.& amplè Cæpol.de ædil.edict.& prius dixerat Bar.in d.l.ſi in rixa.cum aliis allegatis per Hippo.in d.l.nihil.nu.ix.& Corn. conſilio cxciiij.lib.ſecundo.& tex.in l.j.§.fina.in fin.ibi,per verum interpretẽ.ff.de verbo. oblig. & ibi per Doct. & iſte eſt vnus caſus fallentialis,aliàsregulariter duo vel plures requiruntur, d.l.ſemel ibi,medicis & ibi Bar.& Ioannes de Platea,Iacob. Rebuff. & Luc. de Penna.& in d.l.prima.§.primo.ibi,omnes vel duæ. de ventre inſpiciendo.& in l.hac edictali.l.j.§.mobilium verò.ibi arbitros.C.de ſecundis nup.& in dicto c.ſignificaſti.ibi,peritorum iudicio medicorũ. & plenè ibi Felin.verſicul.ſecunda concluſio.& in c.cauſam matrimonij,ibi ſæpè manus fallitur,& oculus obſtetricum.de probationib.& ibi Bal.verſi. item nota.quod cuilibet perito.& de Puteo in ſyndicatu,in verbo,tortura.c.officialis poſuit.verſic.licet lex dicat.Et etiam de Iſer. ſuper prima conſtitutione.num.xix.& Matth.de Afflict.in conſtitu.Neapol.de homicid.puniendis.nume.xxx.† Et quot me 24
dicos debet vnaquæque ciuitas habere, traditur in l.ſi duas.§.j.ff.de excuſ.tut.vbi dicitur,maximæ ciuitates decem habeant medicos,maiores ſeptem, minores verò quinque.Et Franc.de Ripa.in tracta.de peſte.numer.50.tamen ſine medico poteſt eſſe ciuitas,vt refert Hierony.Cagnolus in l.ij.§. poſt originem.nume.cciij.ff.de origine iuris.narrans ex Plinio colligi libro xxx.Romanos annis ſexcentis medicis carere voluiſſe: quibus iterum receptis rem in deterius veniſſe,propterea dicebat Strabo,libro ſexto,quibus plures ſupereſſent medici,eis permultas adeſſe ægritudines.Vnde Socrates(vt Plato ſcribit)vetuit ne medici in ciuitate multiplicarentur. Itẽ prædicta regula fallit,niſi inter plures eſſet medicus peritiſſimus à populo ſalariatus, & ad hoc deputatus,tunc illi ſoli credendũ eſt,vt voluit Bar. in l.j.per illum tex.C.de pondera.& auri illatio. libro

Marsil.in l.maritus.ff.de quæstionibus.Sed videtur textus in contrarium in authentic. si testis productus dicatur seruilis conditionis. & in fine.ibi,procedere quidem testatio &c.C. de testi. & vnde sumitur,quòd nisi obiiciatur vel protestetur de obiiciendo loco &tempore,postea non admittitur per illum textum vbi Albe.dicit in fine. versiculo, Vltimò notãdum,quotidie sic in causis per partes fieri , scilicet protestor quòd testes non admittentur, nisi quòd ius sit mihi saluum contra personas tempore disputatæ causæ pro quo facit glossa in capitulo cum contingat.de offic.delegat. & in cap. præsentium.de testibus , & dixi in quæstio.nihilominus.tamen si protestatum non fuerit, pars contra quam testes fuerunt producti suos poterit proponere obiectus,vt voluit Bal.consilio trecentesimosextodecimo,præsuppositio statuto cauetur.ver. Modo restat videre. volumine quarto. Et ideo siue sit protestatum de obiiciendo,siue non,nec etiam aliqui fuerint dati & propositi obiectus,si appareat tamen ex actis testes non esse idoneos, nullam facient fidem.

SVMMÆ.

1. *Vicinus fundo an quis dicatur si sit via media.*
2. *Vicinus an vicino teneatur aditum ad fundum præstare,& num.3.*
4. *Seruitus non subintelligitur in venditione nisi exprimatur,fallit in casibus. & numero 5.6.7. 8.9.10.*
11. *Agriculturæ laudes.*
12. *Ventum areæ meæ non potest vicinus ædificando impedire.*
13. *Iter stipulatus quid comprehendat.*
14. *Vendito palatio an sit vendita capella, & ius patronatus.*

Quæstio CCCXXII.

Vicinus an teneatur constituere viam,& actum fundo aut prædio sui vicini,saltem iusto pretio,si aliunde viam , iter,& accessum habere non possit ad illud.

DECISIO CCCXXII.

1 ET præsuppono,quis vicinus dicatur fundus: & est qui cohæret ad vnguem,ita quod non sit via in medio, l.iiij. §. hoc iudicium. ff. finium regund.& ibi Bart.& Bald.in tracta. de iure protomiseos , vbi dicit,quòd si statutum velit quod vicinus præferatur in emendo,non habet locum si via publica sit in medio. Sed Cæpol.tenet contrarium in titu.de Ripa. & in titu.de via. quæst.xx.& vide Barto. in l.si tertius.in
2 tertio op.ff de aqua pluuia arcen.†Hoc habito,videtur quòd non,quoniam regulariter nemo cogitur rem suam in totum, vel in parte etiã iusto pretio vendere,l.non enim.ff. rerum amotarum. & l. nec emere. C.de iure deliberan. nisi fauore reipublicæ l.item verberatum.Et ibi Bal.Ange.& Alberic.ff.de rei vendi.& l.Lucius.ff.de euicto. & plenè per Felin.in ca.quæ in ecclesiarum.de constitut. & alibi sæpè dixi. & etiam fauore religionis.l.si quis sepulchrum.ff.de religio. & sumpti. fune.& l. vtimur.in fin.ff.de sepulchro viola. & illud est speciale.ergo ius commune est in contrarium , l.ius singulare.& l.quod verò.ff.de legi.& l.j.in fi.ff.ad municip.& ita in terminis tenuit Bar.in l.ij.versic.aut vult quod aliquid de nouo faciam.ff. solu.matrim. tractando illud iuris brocardum : an quis compellatur ad faciendum quod alteri prodest,& sibi non nocet,vbi hãc dicit decisio.patere.per l.binas ædes. aliàs incipit Maurus.ff.de seruit. vrb. prædio. Et ibi etiam idem tenet in iij.q.& similiter Bal.Ang.Pau. de Cast.Alb.& Flor.vbi dicunt, quod venditor qui vendidit talem fundum,non tenetur tradere & cõstituere seruitutem itineris in parte fundi fuit:etiam si nullo modo ad illum accedi possit, nisi fuerit dictum,l.in vendendo.ff.de cõtrahen.empt. qui textus videtur decidere hanc quæstionem.& idẽ Cor. cons.cliij.vol.ij.& Pau.de Cast.in d.l.j.& Ias.vers. aut vult quòd aliquid. & dominus Claud. deSeyssello.ver.Et hinc sumpta occasione. solut. matr. & etiam tenuit gl.in l.cum eo.ff.de seruitut.vrba.prædio.& in l.via.§.fi.ff.de seruitu. rustico. prædio. & Alber. in l. damnas esto. §.qui duos.ff.de vsufruct. legat.sequendo Oldra.ibi & idem Albert. in dict. l.si quis sepulchrum.dicens hanc partem de stricto iure esse veram. pro qua dicit facere text. in d.l.in vendendo.de contrahẽd.emp. & in l.si quis ex fundo.ff.quemadmodum seruitu.amitta. & in d. l.via. §.fi.vbi probatur , quod fundus potest esse sine via & itinere. Et idem Alber.in l.si venditor.in vltim. quæst.ff.de relig.& sumpt. funer. & Bar. in l.j.ff.de seruitu.& Pau.de Cast.in l.tradendis.§.in interpositis.communia prædi.& gloss. & Bartol. Alberi.& Moder.in l.quod conclaue.ff.de damno infecto.& Cæpol.in tracta.de seruitu.vrba.prædio. c.xxxviij. titul.de seruituti.itineris seu aditus.Et idem Socin. in suis regulis. in verbo , facere, regula cxlij. versi. primò fallit & Cur.iunior in l.ij. numer. xxxiij. de quo latius se remittit ibi , num.lj.ff. de iurisdict.omni.iudic.vt infrà dicam.† Tamen omnes Doctores suprà allegati circa hanc quæstionem distingunt,quòd aut ille à quo petitur seruitus non cõtraxit , nec quasi cum petente , aut verò contraxit , vel quasi contraxit. Primo casu quando non contraxit,nec quasi,tunc petens non est admissibilis ad id ius seruitutis petendum. l. eum debere.ff. de seruitu.vrban.prædior.quia regulariter res quælibet est libera,nisi si seruitus probetur constituta. l.qui luminibus. eodem titulo. & l. latius. & l.ædibus.C. de seruitut. & aqua. Secundo casu, quando verè contraxit , tunc aut super vsufructu aut super proprietate:si super vsufructu,& in isto casu debetur iter seu aditus,posito quòd nihil dictum fuerit, l.j.§.j.ff.si vsusfructus peta.est ratio,quia sine aditu vsusfructus esset inutilis.dicta l. binas ades. versic. non autem.Et siue debeatur vsusfructus ex contractu inter viuos,siue ex vltima voluntate: quoniam hoc reputatur modici præiudicij , ex quo perpetuo non durat,secundùm gloss. & Doctor in d.l.binas ædes.Et iste aditus est vsufructuario iure cuiusdam commoditatis & non seruitutis debitus, quia seruitus seruitutis esse non potest , dict.l.j.§.j.de vsufruct.l.Bald. consili. clxviij. statuto cauetur quod vir.volumi.iij.†Si verò super proprietate rei contractum est,puta quod quis vendidit proprietatem rei,tunc non venit seruitus viæ,itineris, vel aditus, neque alia seruitus , nisi expressè fuerit constituta,dicta l.in vendendo. & le.qui libertatis.§.j.ff.de euict. etiam si sine aditu res vendita omnino inutilis efficeretur,vt ibi , & suprà dictum est. Et rationem differentiæ inter vsumfructum & proprietatem vide per Alberic.in dicta lege binas.& Cæpol.in dicto ca.xxviij.& in isto casu conueniunt omnes doctor. suprà allegat. & Bald. in le.cum talis.&

3

talis.& l.per agrum.C.de ſeruitu. & aqua. & Spec. in titu.de emption.& vendition.§.j. verſicu. ad euidentiam.† Sed fallit primo in ſeruitute tigni iuncti, vel oneris ferendi, quæ debetur etiam ſi in venditione dictum non ſit dicta l.binas ædes.& dict.l. quod conclaue.licet Bartolus & Angelus velit ibi in hoc contrarium. Sed præcedens dictum tenent Cæpol.in dicto c.xxxviij.circa quod vide quæ dixi in conſilio.duo habent parietem communem.poſito in libro conſuetudinum. Bitetigum. Pro quo dicit Petrus Iacobi.in ſua praxi,titul.de actionibus in factum ex variis figuris.verſiculo, quintò pono.vbi dicit,quòd ſi redemptores ſeu latomi, aut lignarij, qui aptant domum meam, ſi aliàs aptare, conſtruere,& ædificare non poſſunt, niſi haberent paſſagium per domum vicini,quod vicinus tenetur præſtare paſſagium.† Secundò fallit quando appoſita fuit clauſula.ſi quod vendidit fundum &c. cum omnibus acceſſibus ſuo introitibus & greſſibus ſuis,vtpote in vias publicas, tunc eſt ſeruitus itineris debita,vt tenet Bartol. Baldꝰ. & cæteri in d.l.binas ædes. & Corne. in dicto conſil. cliiij.cum ſequen.& Cæpol.in dicto capitul.xxxix,& Specu.vbi ſuprà.† Tertiò fallit fauore religionis, dicta l.ſi quis ſepulchrum.vt ſuprà dictum eſt.Et tenet Bartolus in dicta l.prima.de ſeruitu. lega. † Quartò fallit fauore vltimæ voluntatis, ſiue ſit relicta proprietas ſiue vſufructus, quia omnia ſine quibus res eſſet inutilis conceſſa videntur. dicta l.binas ædes. & in l. ſi fundum ſub conditione. §.qui fundum.ff.de legatis j.& in l.teſtatrix.in principio.ff.ſi ſeruitus vindi. ſiue etiam debeatur ab hærede ipſi legatario ſiue ab vno legatario alteri etiam legatario,quicquid voluerit gloſſa in l.iij. §. loci.ff.de alimen.legat.& tenet Bartolus in dicta l. prima. de ſeruit.leg.& Cæpol.in dicto capitu.xxviij.verſi. aut quæris.& vide quæ dixi ſuprà in quæſtion. cccxx. incipien.ſi quis in proprio fundo. verſicul. fallit in hærede.Et quod ad vſufructuarium, quòd dominus aut hæres teneatur præſtare iter,tex.eſt in l.j.in fin.ff.de ſeruitu.ruſtico. prædiorum Bal.conſ. xj.ad euidentiam eſt præmittendũ, primò quòd dominus. libro quarto. & poteſt eſſe ratio differentiæ inter contractus & vltimas voluntates,ſecundùm Alber.in dict.l.binas ædes.in fine.licet ſit bona argumentatio de contractibus ad vltimas voluntates.le.ſeruum filij.§. eum qui chirographum. ff. de leg.j. & inſtit. de lege Fuſia Caninia. & ibi Angel. Aret. & econtrà de vltimis voluntatibus ad contractus.l.pactum.ff.de pactis. & le. fina. C.de legatis,quia ille qui contraxit, debuit & potuit ſibi de talibus prouidere: & imputandum eſt ſibi, quare non prouidit:ſecus in vltima voluntate,quia etiam ignoranti quæritur, iuribus ſuprà allegatis. & l. à Titio.ff.de furt. Sed contrarium, quòd non ſit differentia inter contractus & vltimas voluntates. Et ſic diſpoſitio dict.le.binas. procedat etiam in venditione & emptione fundi, quod intelligitur iter venditum,licet actus ſit momentaneus, ſicut in fundo legato conceſſum fuiſſet. tenet ſingul. Cur. iunior.in dict.l.ij.num. lj. cum ſequent. reſpõdendo ad dictam l. in vendendo prout reſpondet ibi Sali.& etiam Decius in dict. l.ij.† Quintò fallit in via publica deſtructa l.per agrum. C.de ſeruitu. & aqua.in capitul.j.diſtin.j. vt infrà & in aliis caſibus no.per Socin. in dicta regula clxij. in prima & ſecunda Fallen.tamen hoc caſu acquirit ſeruitutem, licet plurics ob eam itineris ruinam iter fecerit,l.j. §.Iulian.ff.de itinere actúq; priua.† Sextò fallit in ſeruitute aquæ conſtituta,quia iter videtur ad aquæ conſtitutum,l.qui fundum. §. in l.fundi.ff.de contrahen.empt.Sed contrarium quod ſeruitutem teneatur conſtituere, etiam ſi dictum non fuerit in contractu,vt officio iudicis compellatur iuſto vendere pretio, tenuit Guido de Suz. in dict. l.ſi quis ſepulchrum argu.illius l.refert ibi Albe. dum text. ibi dicit,præſes etiam compellere debet iuſto pretio iter præſtare &c. Et hoc quando ſine magno incommodo fieri poteſt,vt ibi dicitur:quia eadem videtur ratio,ſcilicet publica vtilitas,ne fundus inultus remaneat, aut aliàs inutilis, ſicut fauore religionis.Et ſic intelligit illam l.de Iſer. in dict.ca.j. §.ſimiliter.de capita. qui curiam vendidit. & Luc. de Penna.in l.j.C.de bon.vacan.li.x.& idem Iſer.in c.j.ſi quis de manſo.de controuer.inueſtit. quoniã nihil melius quam agros colere, vt ait Tullius lib.j.Rethoricorum.quem refert glo. in rub. C.de agrico.& cenſitis lib.xj.Sed imò eſt primo officiorum, vbi ſic loquitur: Omnium autem rerum ex quib.aliquid acquiritur, nihil agricultura melius, nihil vberius,nihil libero homine dignius.Et li.de ſenectute ſic ait:Veniam ad voluptates agriculturarum,quibus ego incredibiliter delector,quæ nec vlla impediuntur ſenectute, & mihi ad ſapientis vitam proxime videntur accedere, habẽt enim rationem cum terra quæ nunquam recuſat imperium,nec vnquàm ſine vſura reddit quod accepit, agróque ornato & bene culto nihil poteſt eſſe vberius. Vnde fundus dicitur quaſi opes ferens. l. fundi appellatione.& ibi Alber.ff.de verbor.ſignifica.Et Terentius in Eunucho ait,Ex meo propinquo rure hoc capio commodi, neque agri neque vrbis odium me vnquam percipit. Et vij. Politic. dicitur,Optimus etiam populus eſt, qui terrę cultiuus eſt refert Luc. de Penna in rubri. de agri.& cenſi.Quinimo ſecundum eum ibi agricolę æquiparentur vaſallis.& ita allegat tenere de Iſer.in ca. imperialem.§.penul.de prohib.feu. alie. per Federi.& idem in l.prima.verſic. expedit enim.C.ſi curia.relicta ciuita.lib.x. Nec apud antiquos imputabatur agricultura ciuibus etiam notabilibus, vt dicit Corn.conſil. clv. volumin. quia legitur (vt inquit) quòd Cincinnatus fuit per ſenatum Romanum dictus dictator, & nuntij ad eum miſſi inuenerunt arantem cum bobus. & ſtatim terſo puluere accepit dictaturam, quæ erat maius officium quod haberetur in Roma: & aſſũpto exercitu inimicos populos debellauit intra quindecim dies,& de eis triumphauit, & ſtatim rediit arandum,velut ad intermiſſum opus. Ideo non immeritò eſt eis fauendum, maximè in colligendo fructus, l. prima,& ibi Luc.de Penna. verſicul. iuſta ergo ratione,opportuno fauore ſunt agricolę cõfouendi, ab aliis quoque publicis onerib.eximendi,cò quòd perutiles ſunt reipublicę. & quę ſequuntur vſque ad finem, & per totum tit. de agrico. & cenſi.& Authenti.agricultores. C. quę res pigno.obli.poſſ. Et in hanc inclinauit partem Din. in dict. l. damnas.§.qui duos.per tex.in d.l. via. §. ſi lacus perpetuus.& in l.in trahendis.§.final.communia prædiorum.Et etiam dicitur Azo.idem tenuiſſe in d.§.qui duos. vt refert ibi Albe. Pro quo facit text.in l.ſi ſecus.§.cum via. ff. quemadmodum ſeruitus amittat.vbi glo.vltima dicit quod tenetur præſtare aditum ſine pretio,tamen reſpublica tenetur reſarcire damnum & intereſſe,vt ibi per Doctores,& idem Maſuerius in ſua Praxi,tit.de ſeruit.poſt principiũ, quòd eſt intelligendũ ſecũdũ text.ibi,in via publi-

ca deſtructa, ratione cuius vicinus tenetur ſine pretio præſtare viam, leg. j. §. Iulianus. de itinere actúque priuato. Sed in priuata vía debet præſtari pretium à priuato eam petente, ſecundùm Pau. de Caſt. & Floren. ibi, & Cæpol. in dicto tractatu de ſeruitu. vrba. prædio. cap. xxxiiij. tit. quando & qualiter & quomodo ſeruitus amitta. per tex. in dict. l. ſi quis ſepulchrum. latius Cæpol. ibi, cap. lxxxij. tit. de ſepulchro. verſi. qui non habet viam. & in titu. de ſeruitu. ruſtico. prædio. verſi. ſecundo caſu. verſic. nono fallit. Et iſta pars ſecundùm Alber. in d. l. ſi quis ſepulchrum. eſt multum æqua, licet præcedens de ſtricto iure ſit verior, vt dictum eſt. Et iſtam partem tenet Maſuerius in ſua Praxi, titu. de ſeruitu. verſic. item ſi quis petat viam. & hoc ſi non poteſt alibi habere viam, ſecus ſi alibi poteſt habere licet ſit ſibi prolixior, & remotior, vt alibi ibi, & videtur ſing. text. in l. ſi mercedem. §. ſi eum fundum. ff. de actio. empti. & idem Matthæus de Affli. & in decis. Neapolita. cclxv. numer. clxxx. & videtur tenere Luc. de Pen. in l. Parhippum. C. de curſu publi. libr. xij. verſic. & not. ex his argum. quòd ſi duo habent communem curtem aut viam, vel alteri ſeruitus debetur per fundum alterius, & vnus eorum habuit vſum viæ ſeu curtis communis, quod poſſit facere, quia nullum fit præiudicium ſocio, quoniam poſtquàm ingreſſus eſt domum an fundum, cui ſeruitus viæ debebatur, per eandem domum vel fundum, poteſt ire ad aliam domum vel fundum, cui ſeruitus non erat debita, l. prima. §. illud Labeo. ff. de aqua quotid. & æſtiua. vt ibi per eum. † Et pro iſta parte in grādi ratione & æquitate fūdata videtur multum facere text. in l. fina. §. final. C. de ſeruitu. & aqua. vbi ſi non poteſt haberi ventus ad triturandum bladum, niſi ab vna parte, quod vicinus non poteſt illa parte & latere (licet ſua) ædificando tollere & impedire vētum, quamuis nulla debita ſit ſeruitus, ſecundùm Hugo. quem communiter Docto. ibi ſequuntur, vt referunt ibi Alb. & Sali. & hoc ratione fauore vtilitatis publicæ, ne inutilem aream domino & fructuum inutilitatem faciat, vt ibi dicitur in text. qui eſt ſingu. vt dixi ſuprà in d. quæſt. cccxx. ſi quis in proprio fundo. verſicu. fallit tertio quando area mea. Et Petr. de Vbal. in tract. de ſocieta. vj. parte q. vj. Cæpol. de ſeruitu. vrba. cxxv. ccxxvij. & cxxix. Ergo idem videtur in hoc caſu, eadem ratione & fauore, & maiori; cùm ibi fructus iam ſunt recolle-
12 cti, & à ſolo ſeparati, & ad aream vſque aſportati, hic verò non, nec profectò poſſunt ſine aditu & tranſitu ſeminari, nec inde exportari: igitur idem ius eſt ſtatuendum, l. illud. ff. ad leg. Aquil. & ſic tenetur iter facere & præſtare, ſecundùm gloſſ. in l. iiij. §. Cato. in verbo, non fieri. quam communiter ſequuntur Doctor. ibi. ff. de verbo. obliga. † Sed
13 Alciatus ſubtilis Docto ibi nume. xx. ſentit contrarium, quod quando quis ſtipulatur iter fieri, nō intelligitur de via ſternenda, ſed de ſimplici facto, ſcilicet ire agere licere, vt probat ex Plinij dictis & Titi Liuij. Et idem Zazius ibi in verbo, iter fieri. Nam tunc dicitur iter fieri, quando iter exhibetur, & is qui ierit non impeditur. alleg. l. j. ff. de his qui deiec. & effuder. in principio. dum dicitur in eum locum, quo vulgò iter fiat, id eſt quo vulgò vaditur. & in l. j. §. Iulianus. ibi, per proximi vicini agrum iter fecerit, quamuis frequenter. & §. is cui. ibi iter ad fundum fecit. & idem in §. ſequent. ff. de itine. actúque. & hoc puto verius. Et ſecundùm hanc partem iudicatum fuit per arreſtum curiæ latū xx. Iulij, Anno 1529. in fauorem Gulielmi Chulet, à Seneſchallo Aquitaniæ ſeu eius locumtenente appellantis, & interinationem certarum literarum regiarum petentis, contra Ioannem Chaudauoine appellatum ſeu intimatum. † per quæ videtur 14
decidi quæſtio, quod vendito palatio in quo eſt ius patronatus, ad quem non habetur aditus, niſi per palatium, tranſeat ad emptorem ius patronatus, vt tenet Bart. in d. l. ſi mercedem. §. ſi eum fundum, dicens per illum text. quod vendito fundo in quo eſt capella, videtur vendita ipſa capella, niſi additum ex publico. Et ipſum ſequitur Roma. in ſin. l. vj. pro quo alleg. glo. vltim. in l. fundus mihi. & ibi Floria. ff. famil. erciſcund. & idem Abb. Sicul. in diſput. v. incip. Augerio. Tamen Inn. & Ioann. Andr. in cap. ex literis. de iure patr. tenent contrarium, quod ſequitur ibi Abb. Sicul. in vltim. q. poſt Anto. de But. ibi verſicul. quærit vlterius Inno. & Ancha. ibi, num. quia ius patronatus habere poteſt & teneri, ac eo vti, etiam ſi non vadat ad eccleſiam præſentando ad eam per ſe pater. aliud verò in iure ſepulchri, quod nihil valet, niſi ſit ad illud acceſſus, ad ſepeliendum funus. d. l. ſi mercedem. §. ſi eū fundum. Sed præcedens opinio videtur verior, ſi non habet aditum per alium locum. & idem de Zaba. in d. c. ex literis. in xiij. quæſt. & magis amplè in cap. cum ſeculum. quæſtio. iij. verſic. idem dico in palatio vendito. eod. titul. & reſponder ad Inno. & ſequa. vt ibi. Nam etiam in iure patronatus eſt ius quo non poteſt vti patronus, niſi accedat, ſicut eſt honor proceſſionis ei debitus, de quo in c. nobis. eo. titu. & idem de Zabar. conſil. cxxij. quidem habens quoddam feudum. verſic. & quòd ius patronatus.

SVMMÆ.

1 *Vulnus quid.*
2 *Vlceris & vulneris differentia.*
3 *Vulnera in quibus corporis partibus ſunt lethalia.*
4 *Vulnerum conſideratio quando ager moritur vel non moritur.*
5 *Vulneratus ſi poſt pacem moriatur, an cenſeatur de morte eſſe paſſum.*
6 *Vulneratus ſiquis lethaliter, non debet ad mortem damnari vulnerans antequam vulneratus moriatur.*
7 *Vulneratus ex vulnere mortali vel ambiguo, ſi decedat, quid iuris. & nu. 8.*
9 *Vulneratus ſi iterum vulneretur & moriatur, ſecundo eſt imputandum.*
10 *Vulneratus ſi ſuperueniente febre decedat, an ex vulnere præſumatur mortuus.*
11 *Vulneratum quibus coniecturis colligimus ex vulnere mortuum, vel non mortuum, vſque ad finem.*
12 *Venditum animal ſi intra triduum moriatur, an præſumatur morboſum tempore venditionis.*
13 *Medicinæ laudes, & quot medicos quaque ciuitas habere debeat. & nu. 14.*
14 *Medico vni quando credatur.*
15 *Medicos aſſumens curam deſperatam excuſatur: ſecus in aduocato.*

Quæſtio CCCXXIII.

Vulnus mortale quale dicatur, & quando mors ex vulnere vel aliunde probetur ſubſequuta. Et quæ ſunt partes in corpore hominis, in quibus vulnera illata ſunt lethalia vel non. Et an iudicio medicorum in hoc ſit ſtandum.

DECI-

DECISIO CCCXXIII.

ET hæc materia frequenter accidit, vt inquit Bart. in tracta. suo de percussio. ex uibus moritur quis ex interuallo, an ex illis mortuus dicatur. vbi sing. hanc tractat materiam, & magis amplè Bal. consi. cv. ad euidentiam præmittendum est, interdum vulnus. & excv. an vulnus fuerit mortale. vol. j. & consi. cccij. proponitur quòd Titius percussit. vol. ij. & in quodam alio suo eleganti consi. posito in fine sui commenti seu lecturæ inſtit. incip. ad euidentiam præ-
1 mittendum est. quòd cum quæritur vnde &c. Præsuppono † primò pro decis. huius materiæ, quid sit vulnus: nec vulnus dicitur tumefactio, aut inflatio. probatur in l. si seruus. §. rupisse. ibi, vt scinderet alicui corpus vel tumorem fecerit. & ibi Bartol. Bal. & Flor. in j. nota. ff. ad leg. Aquil. & Bartol. in l. lex Cornelia. §. j. & in l. prætor edixerit. §. fin. ff. de iniur. ibi, inter pulsationem & verberationem. & in consil. cix. in nomine domini, tamen. Contra Titium. Feli. in cap. cum illorum de sent. excom. nisi secundùm Bartol. in d. l. prætor. §. fin. quando scissuram ab intra fecerit. quamuis non ab extra: vel etiam quando dedit causam necessariæ scissuræ ab extra per medium faciendæ, vt ibi per eum, & per Bal. in l. si prædium. & in l. fin. C. de ædil. actio. cum aliis per Cardina. Alexan. in ca. j. versi. quid si vulnus. quibus mod. feud. amit. alleg. & per me in §. xij. de iurisd. omn. iud. & Cæpol. consil. xlj. versic. item non referam. Et vulnusculum dicitur modicum vulnus, l. j. §. proinde leuis febricula. & ibi Bal. ff. de ædil. edict. & in d. l. si prædium. & Corne. consil. xxxviij. volumj. j. & Barb. consil. lxj. versicul. & quod not. Bal. lib. iij. facit quod dicit Ange. in l. extat. ff. quod met. caus. quod pœna statuti loquentis de vulnere non habet locum in vulnusculo, vel saltem erit arbitrarium: quoniam statutum loquens de vulnere, intelligitur de magno, & non profectò de leuissima incisione seu grasinatura seu scorticatura, quæ est sine sanguine, l. j. §. penulti. ibi, nisi aut ipsi vulnera ipsa fecerunt. ff. ad Sillania. cum aliis per Angel. Areti. allegatis in tractatu malefici. in verbo, vna alia percussione. versicul. quæro statutum punit vulnus, & per Alex. in consil. ciij. libro j. & consilio 100. numer. viij. circa medium, libro vj. & consilio clxxxvj. numer. j. libro vij. & Hippoly. consil. lxxj. numer. iiij. cum sequen. volumin. j. & consil. lxxx. numer. xv. & consil. ciij. num. xvj. vol. ij. & in sua praxi. §. & quia. nume. j. ij. iij. & iiij. & ideo dicit Bal. in dict. c. j. §. quibus mod. feud. amit. quem ibi Card. Alexan. sequitur. versicu. quæro vtrum dominus, quòd ista negatiua, vulnus magnum in loco periculoso non fuit causa mortis, est difficilis probationis, adeo quòd in veritate referentium stetur potius dicentib. affirmatiuam. Et sequuntur Felin. in c. presbyterum
2 homicid. & Cæpol. consil. lxij. ver. circa tertium. Quare vulnusculum non dicitur vulnus. † Est tamè differentia inter vulnus & vlcus. quia vulnus, dicitur illatum, & vlcus innatum, vt dicit gl. vl. in l. ob quæ vitia. §. fi. ff. de ædil. edict. per illum text. in ver. aut mediocre vlcus. vbi Cæpol. ponit versum:

Illatum vulnus, innatum dicitur vlcus.

Sed secundùm chirurgicos & medicos alia est differentia, vt vide Guido. de Gauliaco in sua chirur. titu. de vulne. & solutio. continuati. c. j. & in tit. de vlceribus in vniuersa. cap. j. & Galenum in quarto therap. & per Io. de Vigo. in sua practica, in arte chirurgica, lib. iij. de vulnerib. Tamen verbum ferire seu ferita, & vulnus idem sunt, quia ferire est vulgare Tuscorum, secundum Ange. in d. l. extat. quod met. causa. Sed an vulnus possit esse sine sanguine, vide Galenum lib. j. de speciebus salutis, & li. de regi. sant. & gl. in c. j. de consecra. eccle. vel alta. & Catal. in syndi. q. cxxxv. † Secundo præsuppono, 3
quæ sunt loca & partes in corpore hominis, in quibus vulnera illata sunt lethalia seu mortalia. Et Bal. in d. consilio cxcv. ver. secundò dixi, quod si in cerebro, gula, pectore, intestinis, & similibus, tunc ex vulnere in tali loco illato potest quis mori. Et de cerebro idem dicit in consili. prædicto, ad euidentiam præmittendum est, & ibi, minor & maior cõcussio cerebri mortalis: quia cerebrum est princeps, seu principale organum sensus & intellectus, vt probatur in d. cap. presbyterum. ibi percussio in capite. Et idem Ang. in l. si quis in metallum. C. de pœn. & ibi ponit quæ sunt de facie & Bal. in capitu. j. §. ad hæc. de pace iur. fir. & Feli. in cap. significasti. versic. not. ibi ratione partis. de homici. & Cuma. consi. cxxxiij. Visis denuntiationi. ser. Antonij. in prin. & Corn. consi. cclxxiij. volu. j. & Soci. consil. xxvj. in primo aspectu. versicul. secundo eadem conclusio. vol. ij. Et de citratice vide Bal. in l. si quis in metallum. & ibi idem Alex. in addi. & quæ citra mortem sunt, hoc pertinet ad medicorum iudicium, secundùm Bal. in d. consi. exc. vbi ponit de vulnerato cum sagitta venenata, vt infrà dicam. Sed illa ex quibus quis statim moritur, non requirunt cõsilium medicorum, vt dicit Bald. in dict. consil. cccij. versic. considerandum est, quia tempus non patitur deliberandi consilium l. j. ff. de exercit. act. Et ille dicitur vulneratus ad mortem, qui secundùm regulas medicinæ non potest illam euadere, vel cum magna difficultate, vt dicit Cæpol. in dict. consi. xxiij. versicu. item sunt duo alij testes. Sinautem in aliis locis & partibus corporis non lethalibus, vt in natica, quæ sustinet magna vulnera, sicut dicit Bald. in d. consi. exc. videmus in hominibus & iumentis, qui ex illis non consueuerunt mori. Et hæc videntur probari per textum in dict. ca. significasti. de homici. ibi, non inflixit percussionem lethalem: de qua si aliorum non fuissent vulnera subsequuta, percussus minimè interiisset. Et ibi paulo post sequitur, si certa apparuisset percussio ab eo inflicta tam modica & tam leuis in parte corporis, in qua quis de leui percussus non solet ad mortem experitorum iudicio medicorum esse lethalis &c. vel etiam si in brachio, manu, vel digitis percussus fuerit, vt voluit Cæpol. in prælleg. consi. xxvij. ver. circa secundum dubium. ibi, item sunt duo alij. Et maximè quando de talco, & non de puncta facta est incisio, vt ibi versicul. item quia dicunt verisimiliora. Pro hoc tex. iuncta glo. in l. j. §. diuus. versi. percusserit. ff. ad l. Cor. de sica. & Decius cõsi. cccxv. nu. v. ver. principaliter. & nu. vj. aut in pede fuit percussus, vt no. Bal. consi. cv. ad euidentiam præmittendum. vol. j. & infrà dicam in iij. coniectura. & idem Bald. in consi. prælleg. cccij. vel similiter si manu vacua percussit in facie vel ore, secundùm Cuma. in d. consi. cxxxiiij. versic. cum ergo manifestum, vbi etiam ponit, si ex tali leui percussione lapsus fuerit retrorsum: si aliàs caducum patiebatur morbum, q̃ præsumatur ex illo aut ebrietate ceci-

disse, si non statim, sed post sedens cecidit. Et quæ sunt mortalia vulnera necessario vel nō, vide Guid. in d. sua chirug. tit. præalleg. de vulneri. cum plurib.
4 seq. † Hoc habito, distinguendi sunt quinque casus secundùm Bal. in præallega. consi. ad euidentiam præmittendum est, quòd cùm quęritur. & communiter alios Doct. suprà alle. Quoniam aut constat quod vulneratus ex illo decessit vulnere mortali. Secundo aut etiam non mortali. Tertiò aut est dubium. Quarto aut constat ꝙ decessit ex superuenienti ictu & vulnere. Quintò aut constat, ꝙ vulneratus sua decessit culpa: quia curari noluit, vel neglexit, vel malum ad se curandum adhibuit medicum. c. ad aures de ætate & quali. scilicet scienter, vel per culpam reprehensibilem, de quo infrà dicam. Primo casu tenetur de occiso, secundum Bal. in prædicto consi. ad euidentiam. & Socin. amplè d. consi. xxvj. vers. pro cuius conclusionis fundamento. & Cæpo. consi. lxij. etiam si prius de vulnerato contra eum processum fuisset, condēnatur, si mors inde sequuta fuerit. l. si vulnerato seruo. cum l. seq. ibi Floria. ff. ad l. Aquil. Nam mors sequuta ex vulneris qualitate trahitur ad diem vulneris, & etiam loci, & voluit etiam Socin. in consi. lv. vers. tertio, qui creditur. volu. j. & Ludo. Bolo. in l. si. C. si reus vel accusa. mor. Et retro occisus videtur, qui lethaliter vulneratus moritur, le. ita vulneratus. & ibi Bal. in prin. & Flor. in l. huic script. §. si seruus. ad l. Aquil. & l. si is cum. de confes. & bon. text. in l. ait lex. & ibi Flor. in j. nota. ad legem Aquil. quem adducit ad multa alia similia. & ibi vide. Et idem Bal. in d. c. j. quib. mod. feu. amitta. Et etiam Cardinalis Alexand. ibi versicul. quid si dominus vulneratus decessit. & Bal. super rubr. C. de proba. versic. item per rationē naturalem quando lethaliter fuit vulneratus & Hippo. ibi in repe. versic. capio modo. & Felin. in c. significasti. versic. & ista probant vnum notabile. & tenet Alber. in ij. parte statu. q. liij. & xlvj. licet Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. velit contrarium, & in l. nonnunquam. §. item quęsitum. de priuat. delict. quem sequitur Angel. Are. in tractat. malefic. in verbo, vna alia percussione. versi. quid si vulnera erant mortalia. & versi. quid si quis sit punitus. Tamen Bar. in l. senatus. de accusa. tenet primum, quòd puniri nō possit, non obstan. sententia de vulnerato lata. Et idem in l. si rixa. versicul. quid si aliquis percussit. ff. ad legem Corneliam de sicar. & idem in tract. de percusso. in princi. quod sequitur Ang. in addi. ad Ange. Are. ibi proximi in vtroque versicu. & Ioan. And. in d.
5 c. significasti. versicu. circa prædicta tamen. † Secus videtur, si pax facta fuerit ex vulnere, & mors postea secuta est, quod videtur esse facta de morte, vt voluit Bald. in addi. Spec. titu. de accusatore. versi. pax facta de vulnere. vbi ex hoc dicit inferri, quod fieri potest pax de morte ante mortem. le. diuus. ff. ad Sill. antanum. & sequitur Hippoly. de Marsil. in singular. xlvj. Si verò tempore pacis vulnus non esset mortale, tunc si infirmus moriatur, præsumitur secundùm Bald. ibi, ex negligentia mortuus. l. qui occidit. ad l. Aquil. quod incidit ad primā opin. Bart. sed opin. præcedens est verior, siue per pacē siue per sententiā fuerit de vulnere (ex quo postea secuta fuit mors) appunctatum. quia text. est clarus in dict. le. si vulnerato seruo. & tenet Flori. in dict. l. si ita vulneratus. versi. dic ergo latius. & ipsemet Bald. in dict. addi. Spec. de accu. versicul. condemnatus. Et hoc quando sine nouo ictu & vulnere decessit, & intra paucos dies, vt infrà dicā, in prima coniectura: vt probatur iuribus suprà allegatis. ad l. Aquil. & tenet Cæpo. consil. xlj. versic. tertiò veniens ad merita causæ, per text. in cap. ij. de cler. percus. & in ca. studeat. & cap. si qua fœmina. 50. dist. & ibi per gl. & doct. & idem Signo. de Homed. consi. clxxiiij. nisi contrarium probaretur, vt in sequenti casu dicam. & idem glo. in dict. c. presbyterum. & ibi Abb. & Felin. de homi. † Et contra 6
vulnerans statim captus non debet ad mortem cōdemnari, nisi inde secuta fuerit vulnerati mors, licet mortiferè fuerit vulneratus, quia ex alio casu perire potest, & pariter non constabat tunc de homicidio, tex. in d. l. ita vulneratus. & in l. huic scripturæ. §. si seruus. & in l. itē Mela. §. Cels. & ibi Bal. & Felin. in d. ca. significasti. versi. aduerte tamen, quia limitantur. quare, vt inquit Bald. in dict. si seruus quidam noster miles. l. de Odofred. non bene fecit, dum esset potestas Florentiæ decapitari vulnerantem antequam mortuus fuisset vulneratus. ipse enim debuisset de homicidio puniri, argumen. illius literæ. Et ita fuisset, nisi postea dux venisset Florentiam, qui liberauit eum. Ideo cauti debent esse iudices quod statim aq condemnationem mortis non procedant, nisi mortuo vulnerato, & fortè sepulto. facit in argum. ca. bonæ. in ij. de ele. quod electio mortuo episcopo nondùm sepulturæ tradito fieri non debet. Et idem Bar. in d. l. damni. §. Sabini. & ibi etiam Ange. Alb. & Roma. de dam. infect. cum aliis per Ange. Aret. in d. tract. crim. in versi. vna alia percussione. versic. si autem quis, quoniam dum ille viuit nō potest dici mortuus l. qui duos. ff. de manumis. test. & ita per illum text. tenuit Bal. quem ibi Card. Ale. sequitur in d. c. j. quib. mod. feud. amit. licet secundū Card. videatur tex. in l. proinde. in prin. ad l. Aquil. quòd mortiferè vulneratus æquiparatur mortuo, hoc est intelligendum fictione iuris, quia mors ficta nunquam æquiparatur naturali, nisi in casibus not. per glo. communiter approbatam in cap. susceptum. de rescript. libr. vj. & in l. ea §. insulam. & ibi Docto. ff. de verbo. obliga. de quo latius per Card. Alex. in d. c. j. & Lucan. de Penn. in l. vna. lib. xij. C. publi. lętitiæ. versi. xxvij. & per Alex. consil. xv. vers. sed prę-missis non obst. libro primo. tamen Bal. in l. bello. versic. vltimo, cxl. no. ff. de excu. tut. dicit quòd si certum erat omnino moriturum, quòd debet haberi pro mortuo, & quod sententia prius lata potest iustificari, si erat certum apud naturam, & apud iudicem cognitorem causæ. Longè tamen melius facit, si mortem expectet vulnerati, de quo vide Hipp. in sua praxi. §. & quia numer. xxvj. vsque ad num. xxxvij. † Secundò casu, quando certum est 7
vulnus non fuisse lethale, tunc non præsumitur ex illo vulnere decessisse, sed ex negligentia aut imperitia medicorum; & vulnerans tunc non tenetur de occiso, sed de vulnerato tantùm. dict. l. qui occidit. §. fina. & d. l. si ex plagis. in prin. & plenè Cæpol. & Soci. in consi. suprà alleg. & omnes in dict. capitul. significasti. per illum tex. & infrà aliquid dicam. † Tertiò casu quando est dubium an sit 8
mortale vel non, tunc præsumitur secundùm Alb. in l. item Mela. §. Celsus. ad leg. Aquil. ex illo vulnere decessisse. d. l. huic scripturæ. §. si. versi. sed si manumissus. & idem Floria. in d. l. ita vulneratus. & Cæpol. in d. consi. xlj. versicul. tertio veniens. & glo. quam ibi sequuntur Ioann. de Ana. & Feli. in d. ca. presbyterum. nisi de contrario appareat, quòd ex culpa vulnerati vel imperitia medici aut chirurgi, dict. l. si ex plagis & dict. l. qui occidit §. fina. Et licet Bar.

cet Bar.in d.l.ſi in rixa.in vlti.q.velit quòd non præſumatur ex vulneribus deceſſiſſe, ſi ſurrexerit & ambulauit poſt triduum, de quo infrà dicam in prima coniectura.Sed primum ipſe tenet in conſ.incipien. quæſtio talis eſt, Titius eſt à Sempronio percuſſus.ſic communiter allegatur: tamen illud non reperio,& Signo.de Homed.in d.conſ.clxiiij.quidam Simonellus.& Cæpo.in d.conſi.lxij.verſi.aut ſumus in dubio. & quando ex alia quæ ſuperuenit, quæ cõfundit vulnus, regulariter in dubio contra percuſſorem iudicandum eſt,ſecundum iura & doctor. ſuprà allega.& Bal.in d.c.j.quib.mod.feud.amit. & Soci.in d.conſil. xvj.verſi.aut ſumus in dubio.& Bart.in d.ſuo tractat. de percuſſo.& quibus moritur quis, verſic. ſed quid.

9 Quarto †caſu,quando ex alio ſuperueniente vulnere & ictu ſibi illato præſumatur,non ex primo deceſſiſſe. Et dic ſecundùm Bald. in d.conſil.ad euidentiam præmittendum quòd in hoc caſu primus vulnerans punitur de vulnerato,& ſecundus de occiſo: quia ex primo vulnere mors ſecuta non fuit.Et idem Bar.in d.tractat.de percuſſio. verſicul. idem eſt ſi mortiferè percuſſus eſt.& text.in d.capitul.ſtudeat.li.diſtinctio. in d.l.idem.Mela.§.Celſus.& ibi Bal.Albe.& Florianus vbi Bald.& Florian. dicunt hunc mirabilem eſſe modum euadendi primum delinquentem à morte, & idem Cæpol.in caute.v.verſic. quidam trahunt.& Franc.de Crema. in ſingul.lv. & Hippo. in l.j.num. lxx.ff.ad leg.Cornel. de ſicar. cum aliis per ipſos allegat. Tamen aduerſus hãc cautelam tam iniqui aduocati conſulentis ſecundum dare ictum, eſt text. in d.l.ita vulneratus.per quem tale cõſilium ſecundùm Bal.& Alex.& Flor. ibi non proderit illi primo vulneranti,quãdo certum eſt primum vulnus eſſe mortale:quia tunc tam ipſe quàm ſecundus exterminans tenentur de occiſo:ſecus ſi dubium eſſet.Et idem Felin.poſt Ana.in d.cap.ſignificaſti.ver. & quando dubitatur.Et ſic iſte primus vulnerans, & ſecundò percuti & vulnerari mandans, tenentur etiam ex mandato, quia ſunt duo delicta, & ſic ambo tenentur l. non ſolum.§.ſi mandato.& ibi Bart. ff.de iniũrijs.& l.non ideo minus.C.de accuſati.& pariter aduocatus, qui ſic conſuluit, cuius præmium eſſe debet (ſecundùm Bal.in d.l.ita vulneratus) quòd laqueo ſuſpẽdatur.& idem Fel.in c.de cætero.de homici. & Ambo. Oppizo.in repetitio l.diui.§.filiusfamil.verſicu. facit text.ſing.& notata in l.item Mela.&c. ff.de legat.j.& Iaſon in l.ſi ab hoſtibus.§.j.verſi.addc.ff.ſolut.matri. Et non ſolùm primus vulneratus, quando vulnus eſt mortale,& mandans ſecũdum dare ictum & vulnus, tenetur de occiſo,ſed etiam ſi ipſe idem vno impetu vel diuerſis vicibus pluribus vulneribus aliquem occiderit.tunc enim vna erit actio de occiſo.tex.in l.illud.§.fin.quem Bald.dicit ibi non eſſe alibi. ff.ad legem Aqui.ſed eſt idẽ tex.in l.nonnunquam.§.item ſi quis ſubreptum.verſiculo,& ſi fortè.& ibi glo.in verbo,occiderit.Bart.& Imo.ff.de priuatis delictis. nam vulnus iteratum tardius ſanatur.capi.inanis. de pœn. diſtin.iij.gl.in c.diaconi.xciij.diſt.Tamen hanc concluſionem reprehendit Cæpo.in prædicta cautela v. quia ius fingit quem bis fuiſſe mortuũ, ſcilicet tempore primi vulneris,& tempore ſecundi vulneris. licet hoc natura non patiatur, vt volunt Bald. & Flor. in dicta l.ita vulneratus. per text. in l.j.C.qui accuſa. non poſſunt,& plenè Iaſon in l.ſi is qui pro tempore.verſi.quintò contra doctrinam Barto. ff.de vſuca. qui dicit in primo vulnerante eſſe fictionem, & non in ſecundo, qui vere occidit, vt ibi per eum. & eſſet directo contra text.in d.§. Celſus.ibi, mortifero vulnere percuſſit.Et pariter contra l. huic ſcripturæ.§.ſi ſeruus vulneratus mortiferè. ex quibus iuribus videtur plenè apparere: quòd licet primum vulnus eſſet mortale,ſi alius poſtea in totum examinet,ſeu exterminet, quod primus non teneatur de occiſo, ſed de vulnerato, quamuis vulnus eſſet mortale. & in hanc inclinat Roma.in ſingu.ccxliij.inci. quidam fuit vulneratus mortaliter,dicens quod ſi dominus mortaliter vulnerauerit aliquem, & famulus eius poſtea de facto occiderit,quod nõ debet dominus decapitari. Sed hoc eſt intelligẽdum quando inſcio ipſo domino & non mandante,famulus ſuperueniens intra vel poſt occidit,vt tenet Bald. in l. non ideo minus.ver. ſed iuxta hoc.cum verſi.ſequ.C.de accuſatio.& Hippol.in l.nihil intereſt.num.xvij.ff.ad leg. Corn.de ſica.& latius numer.xx.pro quo allego glo.in c.ſi quatuor homines aut quinque.xxiij.q.vlti. in verbo, volentes, quod ſi me rixante cum aliquo ſuperueniat filius vel frater meus,qui eum interfecit citra voluntatem meam,ego non teneor.illam glo.ſi.facit ſingu. Bald.in l.data opera.C.qui accuſa.non poſſ. verſi.ſed pone Titius.in l.j. verſic. quia vnus incipit rixam.C. vnde vi.& Hippo.de Matheſi.in d.l.nihil. nume.xiij. & Bald.in ſua praxi criminum in quæſtionibus circa ſententiam.quæſt.iij. in fin. aliàs ſi mandato domini occiderit,ambo tenentur,vt dictum eſt.& ſingu.Bartol.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum, quem omnes ibi ſequuntur.ff.de acquiren.hæred.de quo per Bal.& Sali.in l.ſeruos.C.ad leg.Iul.de vi publ.& Decium conſil.ccccxxv.num.iiij.in ij.parte.iij.volum.qui tenent per illum tex.ſeruitorem mitius eſſe puniendum.Et dixi in additio.ad Din.remiſſiuè tamen, in regu.qui per alium facit.de regul.iur.li.vj.& alibi ſæpe. Et ideo dicit Spec.in titu.de lapſ.& diſpen. §.iuxta verſic. quid ſi amici mei interficiũt aliquem mihi iniuriam afferentem me inuito,quòd non teneor.ca.Petrus de accuſa.Quare Cæpo.diſtinguit in d.cautel.v.quia aut primus vulnerauerit mortiferè,nõ tamen certum eſt an ex illo vulnere moriatur vel non, ſed eſt dubium, quia apparebat fortè ratione vulneris vel qualitatis inſtrumẽti vel alterius ſigni,quòd de natura ſua vulnus videbatur mortale.Et tamen hoc clariſſimè non cõſtabat,quòd mori omnimodo debeat: quia quandoque vulneratus etiam mortiferè in loco periculoſo propter bonam naturam,vel cuſtodiam, vel medicos optimos,liberatur, vt eſt in l.j.§.ſi. ff.ad Sillan. ibi,dominus mortiferè vulneratus ſuperuixerit,quia liberatus fuit, vt dicitur ibi. Et iſto modo ſecundùm eum loquitur d.l.huic ſcripturæ.§ fin.vt primus vulnerans non teneatur de occiſo, ſed de vulnerato, ſi ab alio fuerit poſtea in totum exterminatus, d.l. qui occidit.§.ſi.fortius ſi certũ erat vulnus non eſſe mortiferum.d.§.Celſus,qui intelligitur ſecundùm glo.ff. Iaco.But.Bald.Abb.& Flor. etiam ſi nouum non ſuperuenerit vulnus, quia tempus ſuum inſpicitur. & idem Cuma.in d.conſi.cxxiiij. verſi.nec ad rem videtur.verſic. quemadmodum enim qui non lethaliter. & Alexand.in conſil.xv.verſi.fortius dicit. lib.j.& gl. in d.capi.ſi qnatuor homines.ſuper verb.quicunque. & Cin.in quodam ſuo conſi.incip.Alber. & Bartho. fratres.Refert & ſequitur Aug.in addi. & Ang.Aret. in tractat.maleſi.in verbo,dicto maleficio ſemper aſtitit.num.v.& ambos refert Hippo.de Marſi.in l.nihil intereſt.num.xviij.ad l.Cornel.de ſica. niſi ſecundùm Albe.in ij.parte ſtatuto.quæſtio.xxxvj.incipien.

† Item quid ſi quis vulnerauerit aliquem non mor- 10
tiferè,& febris ſuperuenerit, quòd debet ſtari dicto medicorum.& ſic dicit ſe obtinuiſſe:ſed Felin.in d.c. presbyterum.ſequitur communem,dicens paria eſſe ex vulnere vel infirmitate ab ipſo cauſata decedere,

ac relationi medicorum, cui ſtandum eſt, l.ſemel.de re mili.lib.xij.Cæterum idem Ant.de But.in d.ca.j.de clericis percuſſ.& ibi Abb.in vlti.concluſ.& pariter Bart. in d.l.ſi in rixa.& ibi Philippo.num.lxiij. & Ang.Aret. in d.tract.crimin.in verbo,ex interuallo.& idem Gandi.in ſuo maleſi. tract.tit.de homici.verſi.quæro etiam.& Decius in d.conſi. cccxv.nu.vij. & canoniſtæ,inſuper Iran.de Aret.in c.præpoſuiſti.de probat. vt latius dicam infra in quarta coniectura.& idē Bonitac.de Vitalinis in tract.cri.tit.de inſultu & percuſſ. num.xvj.& Horia.in d.l.qui occidit. §.fi. & Bar.in d. ſuo tract.de percuſſ.& Bald.in l.lecta.quem ibi ſequitur Iaſon.verſic.Bald. hic & tu adde in quantum.ff.ſi cert.peta.& Ioan.Berber.in ſuo vario.iuris titu.de homicid.verſi.aduertendum.& Hipp.in l.j.§.ſi quis vltro.num.lxvij.ff.de quæſt.& Socin.conſ.clxxvij.volum.v.& ſic Doct.ſupradicti videntur primo cõcludere tempora quibus vulneratus vixit ſpectanda nõ eſſe,ſed arrentis coniecturis, & expertorum ſententia medicorum, illum ex vulnere vel alia cauſa mortuum fore per iudicem iudicandum, per text.in d.l. hanc ſcripturæ.§.ſi ſeruus.& in d.l.ait lex. & Sal. in d. l.vna.de emend.ſeruo.& Guid.Papa in ſing. cccxcj. Ad hoc reſponderi poteſt,quod communis medicorum opin.vult,nullum vulneratum vltra xl. dies poſt vulnus lethaliter illatum viuere poſſe,vt refert Ang. in d.l.vna.de emend.ſeruo.& Augu. in addi.ad Ang. Aret.in d.tract.maleſi.in verb.& ex interuallo.in ij. addit. Et ſic de tempore vitæ vulnerati conſiderandum eſt,ſecundum ſententiam medicorum.& verum dicit, quia ſecundum Guido. de Gauliaco in dicta ſua chirurg.in tit.de vulneribus,& ſolut. continuatis. capite primo.terminus vltimus vulnerum ſit xl. dierum. primus intra ſeptem, medius ad nouem, iuxta formam acutorum, vt infrà dicam in quarta coniectura.Secundò opin.gl.in d.l.vna,de emendã.ſeruo. non debere obſeruari.loquitur enim ſecundùm legem Moſaicam. Exod.xxj. capitul. quaſi velint aliud eſſe ſecũdum legem ciuilem imperatoriam.Sed non videtur hæc reſponſio bona Corn. in præalleg.conſ. cxciij.volum.ij. Nam cum lex Cæſarea ſuper hoc nõ diſponat,videtur in hoc ſtandum veriſimili veritati, quæ veritas eſt nota ipſi Deo, qui nunquam fallitur, potius quàm hominibus. Nam Papa & Cæſar falli poſſunt,capit.à nobis.de ſentent.excommunni.Nouit tamen Deus,qui illam legem protulit, quòd ſecundùm curſum communem naturæ lethaliter vulneratus communiter non ſolet poſt triduum per ſe ambulare,ideo veriſimiliter ita diſpoſuit.Et licet quandoque aliud occurrat, nihilominus voluit diſponere ſecundum communiter accidentia, quæ ſunt in iſtis inferioribus.Vnum ad ca.ff.de leg. Videtur ergo ſtandum legi Moſaicæ.maxime in his quę procedũt ſecũdũ curſum naturæ, cum ipſe Deus ſit natura naturans. Latius ten tũ.cũ ff.ſi cert.petat.vt ibi latius per eũ,& in eo.cclxxij.vol.iij.&cõl.cclxxxij.vol.iiij. quid tenẽ dũ:& Socin.in d.conſ.xxvj.ver. circa primum caſum volum.ij. putat in hoc illam opin. eſſe veram, quod index arbitrari habeat (iudicio medicorum habito) tempus intra quod moriens præſumatur ex vulnere (ſi nunquam ex eodem conualuerit, vel negligentia vel culpa vulnerati)mortuus eſſe, ac conſideratis etiam aliis coniecturis infrà dicendis. Facit quod not. Spec.in tit.de homic.circa prin.& ibi Ioann. And.in addit.& dicam infrà in quarta coniectura pro ſolutione percuſſoris.Pro quo dicit Bal.in præalle.conſi. cccij.verſic.dixi & dico.quod vbi cum teſtimonio vnius medici concurrit longitudo vitæ per aliquod notabile ſpatium in cura infirmi, vel alia quæ dictũ medici inuenit, quod non præſumitur ex illo mori vulnere:quod eſt notandum.† Sed quid,prædicta locũ habent in homine,vt præſumatur ex vulnere mortuus,ſi moritur intra triduum vel aliud arbitrarium: vt dictũ eſt,an idem in beſtia vendita quæ poſt venditionem intra triduũ moritur, vt præſumatur morboſa tempore venditionis, & agi poſſit ad pretium contra venditorem.Et Ioan. Andr.in addit. Spec.de emptio.& venditio.§.ſi ſciẽdum.verſi. & nota quod in venditione tenet quod ſic,& ipſum ſequitur Alexand.in addi.ad Bart.in d.l.ſi in rixa.in vltim.addi.& Imo.in l.quis cum aliter.ff.de verbor.obligã.& idem Hippol. de Marſil. in d.l.ſi in rixa. num.lxv.& in ſtatu liber.ff.de quæſt.& Iacob.de ſancto Georgio in l.paciſci.num.iiij.de pactis & Franciſc. de Ripa. tracta.de peſte.num.clxxxiij. & nu.clxxxvj.† Secunda conjectura ſecundùm Bald.in præalleg. conſil.ad euidentiam, eſt perſeuerantia vomitus, & febris ab initio,ac aliorum accidentium prognoſticatium & ſignificantium mortem. Nam effectus oſtẽdũt cauſam,& pariter ſigna quaſi ad oculum cauſam demonſtrant.l.j.ff.de vent.inſpici. vt infrà dicam in v. coniectura.& iſta fuit opi.Abb.in d.c.ij.de cle.percuſſo. & de febre ex vulnere ſuperuenienti & cauſata,vide bo.tex.in d.c.presbyterum.& ibi Ana.& Feli.cum aliis ſupra alle.in verſi.ſecundo caſu poſt medium. & Carpol.in d.conſ.lxij.ver.circa quintum.cum ver.ſequen.& Socin.in d.conſi.xxvj.verſi.quarto & vltim. & verſ.confirmatur etiam.vol.ij.& Bal.in d.cõſ.cxcv. & Alex.conſ.incip. & vt oportet. Cuma.in d.conſil. cxxxiij.Sæpe enim occurrit, quod mors etiam ſanis ex improuiſo ſuperuenit:ergo magis lethaliter vulneratis,vt dicit Cor.conſi.cxciij.vo.ij. & aliquid per Signorol.de Homed.conſi.clvj.& Trãcredus in cõpendio ſuo tractat.xiij.q.xix.& Gandi.vbi ſupra titu. de homici.† Tertia coniectura eſt, vulneris tanta latitudo vel profunditas,quę cõmuniter nõ conſueuit curari,l.vulneris magnitudo. ff. de iniuriis. vt ſupra dictum eſt in præſuppoſitione.& tenet Bal.in conſi. cxcv.verſi.item vulneris magnitudo & Ang. in conſil.cxc.quia locus a communiter accidentibus attendi debet.d.l.vulneris magnitudo, ibi,& non tanquã locus vulneris.& capitul.vltim.de homicid.lib.vj.ſecus quando vulnus & mors non habent ſe vt cauſa& effectus, ſed ſunt omnino diſcreta: ita quod vulnus non influit in morte,nec mors diſpẽdet aliquo modo à vulnere per intrinſecam cauſam, vt quãdo quis eſt vulneratus in pede,& mortuus eſt ex apoſtemate ſubaſcellarum: Nam iſtæ duæ cauſæ non ſunt eiuſdẽ rationis, nec quicquam influit vulnus in apoſtemate:& tunc vulnerans non tenetur de occiſo, quia nõ occidit,nec habuit animum occidendi, ſed tantũ de vulnerato,ita tenet Bald. in conſi. cv.verſi.ſed interdum vulnus.† Quarta coniectura eſt, qualitas inſtrumenti,quod non conſueuit leuem inferre plagam,d. cap.ſignificaſti.de hom.& ibi Fel.verſi.no.ibi,ratione inſtrumenti.& ver.no.ibi,ratione partis & in d.l. j.§.diu'.ibi.ſed & ſi claua.& ibi gl.in ver. percuſſerit, & ibi Ang.& Hipp.de ſica.& Bal.in d.conſi.cccij. Et maximè ſi in capite vel epate aut ſtomacho,ratione cuius cognoſcitur animus occidendi d. ca. ſignificaſti.& ibi Felin.& Ang.in dict.§. ſed & ſi claua.volẽs Felin.etiam in verſi. ſecundo limita. ſecundum Socin.in c.de his de accuſa.referentem quæſtionem facti de eo qui iuit cum haſta ferrata ad aliquem occidendũ,quem dũ vidiſſet à remotis, vbi non poterat vibrare haſtam,proiecit lapidẽ,ex cuius percuſſione ille tãdẽ periit:quod quãus per iactũ lapidis animus cognoſcatur non occidendi, l.omne delictum.§ ſi

12

13

14

15

doctores,cùm doctoratus ſit dignitas.l.penult.& l. fina.C.qui milita.non poſſ. & ita ſeruatur in praxi, quòd chirurgici,ſiue barbitonſores experti adhiberi ſolent.& Cæpol.in dicto conſil.xxvij.verſi. item dicit q̃ ſemel.& in ver.primus effectus eſt culpa.vbi ponit quãdo intrauit flumen vel mare quod multũ(vt vidi per experientiã)nocet plagis & vulneribus & idem Bal.in præallegato conſi.cv.ver.idẽ ſi non. quare Bal.in conſi.crebro allega.ad audientiã.verſ. tertio caſu,dicit qualitatem negligentiæ infirmi eſſe diſtinguendam. Aut enim eſt negligens circa ſubſtantialia propriæ ſalutis,ac cuſtodiam quam omnes intelligunt,& facere conſueuerunt, & tunc ſua negligentia eſt ſibi imputanda, & non vulneratori, quia ſeipſum necare videtur,non necari. Et idem dicit diuus Auguſtinus homelia quæ in ſancto die Pentecoſtes cantatur, quod ille ſe interimit, qui præcepta medici obſeruare non vult.Et idem præſtant leges negotiis,quod medicamenta morboſis. auth.quibus modis natur.effic.ſui.Bal.conſi. cxxxj. titulus principis.vol.iij.allegãs illud.Si curã medicãtis expectas,oportet vt vulnus detegas.& idẽ Bal.in c.ſuper eod.de cohabit.cler. & mulier. Vnde bona cuſtodia requiritur, per quam ſæpe curari ſolent ea quæ mortalia videntur.d.l.j.§.fin.ad Sillania.& dixi ſuprà in quarto caſu. & econtra mala guardia non mortalia, facit eſſe mortalia, & inducit mortem. leg.quod ſi nolit. §. ſi mancipium.verſicul. culpam omnem. de ædil. edicto. quo caſu lex apertè determinat percuſſorem de homicidio non teneri,dict. leg.qui occidit.§. fin. nec eſt per ſe tale quod cum alio addito eſt tale,leg. j.§. quare ſi alia aqua. ff. de aqua quoti. & æſtiua. Et ex pluribus concurrẽtibus & ſe ad inuicẽ alternãtibus reſultat quoddã neutrũ, ſiue tertia quędã ſpecies.l.imperium.verſ.mixtum. ff.de iuriſdict.omni.iudi.& l.certi condict. quoniã. in verbo,coniuncti.ff.ſi certum petat.Si autem infirmus non id quod maximum, ſed quod minimũ eſt iudicio medicorum de cõtingentibus omiſiſſet, non excuſaret percuſſorem,niſi ſecundùm Bal. ibi eſſent tot minima,quæ fecerunt vnum magnum & notabile nocumentum & alterationem mortiferã. Verbi gratia, tot poſſunt eſſe guttæ vini ſucceſſiuè bibiti quòd mortis occaſionem vulnerato ſupra cerebrum præſtant,licet vna ſola gutta Vini non eſſet tanti effectus, ſicut experientia docet, cui tanquã ipſi naturæ credere debemus, vt dicit Ariſtoteles in proœmio Metaphyſicæ.Non enim qualitas, ſed quantitas nocet.propter quod dicit Ioannes de Platea,d.l.ſemel.de re militari,quod ſi poſt relationem medicorũ referentiũ vulnꝰ nõ eſſe mortale, vulneratus moriatur,quod præſumitur mortuus ex mala cura & mala cuſtodia.Sequitur Hip.in d.l.nihil intereſt.nu.ix.ver.adducit etiam.& in tract.ſuo,criminũ foli.135.verſi.adducit etiam Ioan.de Platea, & Soci. in dicto conſil.xxvj.verſicu.circa ſecundùm.cũ verſicul.ſequent. Vnde ſufficit reo, quòd res ſit dubia facto aduerſarij. Et idem Bal.in prædicto conſi.cxcv.ibi, vel quod ſaltem eſt dubium. aliàs excipiens debet clarè probare exceptionem ſuam.l.ſi non cõuitij.C.de injuriis,& l.in exceptione.ff.de excep.vel etiam ille qui condemnatur ex præſumptionibus, damnatur mitius ſecundùm ipſum, qui allegat Innoc.in cap.cùm in iuuentute.de præſumptionibus. & de hoc latè dixi ſuprà in quæſtione incipiente, Naturæ enim multa certa ſunt quæ nos latent, vel etiam noluit pati curam, tunc vulnus non mortale ob defectum curæ efficitur mortale,capitul.neceſſe xxix.diſtinct.& plenè Bald.in dicto conſil. cccij.

† Quarta coniectura & vehemens præſumptio eſt, 22
quòd medici ita iudicauerunt, quòd erat extra periculum mortis, quibus tanquam expertis in arte ſua credendum eſt, dicta leg. ſemel. & ibi Bartol. Iaco.Rebuff.Ioan.de Plat.& Luc.de Pen. de re militari.& l.prima.§.primo ff.de vent.inſpi.& Bar.Alber.& Doct.in proœmio ff & in dicta l.ſi in rixa.& in d.ſuo tracta.de percuſſio.verſicu.quid ſi percuſſus.& Decius conſ.ccccxv.nu.xj.& de Iſer.in prima conſtitutione Neapoli.num.xj. Iac. de Bellouiſu in tract.crimi.ti.de quæſtio.& Cæpol.in d.conſi.xxix. verſi.idem & magiſter Franciſc.& latius verſi. ego tamen ſine dubio.& Bal.in dicto conſil. cv.dicens debere oculata fide vulnus contemplari,argumento.l.prima.§.rectè.ff.vſufructu.quemadmodum caueat.† Quia inquit medicinæ regulis eſt inhærẽdũ, 23
ſicut Bononienſes adhæſerunt carocio,vt not.gl.in l.omnis diffinitio. ff.de regulis iuris.ars enim medicinæ eſt ars veriſſima,& eius regulæ ab experientia ortæ, vt ait Ariſtoteles in proœmio Metaphiſicæ, & Bal.in dicto conſilio cxcv.verſicul.tertio dixi.& in conſilio cccij.verſicul.in contrarium. volumin. dicens,quòd regulas medicinæ ſacræ leges non dignantur imitari.l.ſeptimo menſe.ff.de ſtat.homi. & in authen.de reſtitu.& ea quæ parit.§.vnum.colla.iiij.† Volens vni etiam credi medico, ſi in loco 23
alij non reperiãtur,vt ibi per eum.ver.& ſi dicitur & hoc per tex.in authẽ. de non alie.§.quod autem. verſicul.vt neque vlla.ibi,aut etiam vno,ſi vnum ſolum ciuitas habeat, vel reperiatur ibi,& in l. quòd ſi nolit.§.ſi mancipium.verſic.culpam, ibi non adhibuerit medicum, vel malum adhibuit. & ſic ibi tenent Bal.Angel.& amplè Cæpol.de ædil.edict.& prius dixerat Bar.in d.l.ſi in rixa.cum aliis allegatis per Hippo.in d.l.nihil.nu.ix.& Corn. conſilio cxciiij.lib.ſecundo.& tex.in l.j.§.fina.in fin.ibi,per verum interpretẽ.ff.de verbo. oblig. & ibi per Doct. & iſte eſt vnus caſus fallentialis,aliàs regulariter duo vel plures requiruntur, d.l.ſemel ibi,medicis & ibi Bar.& Ioannes de Platea,Iacob. Rebuff. & Luc. de Penna.& in d.l.prima.§.primo.ibi,omnes vel duæ. de ventre inſpiciendo.& in l.hac edictali.l.j.§.mobilium verò.ibi arbitros.C.de ſecundis nup.& in dicto c.ſignificaſti.ibi,peritorum iudicio medicorũ. & plenè ibi Felin.verſicul.ſecunda concluſio.& in c.cauſam matrimonij.ibi ſæpè manus fallitur,& oculus obſtetricum.de probationib.& ibi Bal.verſi. item nota.quod cuilibet perito.& de Puteo in ſyndicatu,in verbo,tortura.c.officialis poſuit.verſic.licet lex dicat.Et etiam de Iſer. ſuper prima conſtitutione.num.xix.& Matth.de Afflict.in conſtitu.Neapol.de homicid.puniendis.nume.xxx.† Et quot me 24
dicos debet vnaquæque ciuitas habere, traditur in l.ſi duas.§.j.ff.de excuſ.tut.vbi dicitur,maximæ ciuitates decem habeant medicos,maiores ſeptem, minores verò quinque.Et Franc.de Ripa.in tracta.de peſte.numer.50.tamen ſine medico poteſt eſſe ciuitas,vt refert Hierony.Cagnolus in l.ij.§. poſt originem.nume.ccviij.ff.de origine iuris.narrans ex Plinio colligi libro xxx.Romanos annis ſexcentis medicis carere voluiſſe: quibus iterum receptis rem in deterius veniſſe,propterea dicebat Strabo,libro ſexto,quibus plures ſupereſſent medici,eis permultas adeſſe ægritudines.Vnde Socrates(vt Plato ſcribit)vetuit ne medici in ciuitate multiplicarentur. Itẽ prædicta regula fallit,niſi inter plures eſſet medicus peritiſſimus à populo ſalariatus, & ad hoc deputatus,tunc illi ſoli credendũ eſt,vt voluit Bar. in l.j.per illum tex.C.de pondera.& auri illatio. libro

x.vel nisi partes essent vno contentæ, per l.j.§.final. de verb.oblig.& ibi Rom.& Barbat.& Felin.in d.ca. significasti.in secunda conclusione. vbi ponit regulã cum istis tribus fallentiis. Alciatus & Galiaula amplè in dicta l.j.in fin.de verbo.obligat. Et not.quod plus creditur duobus medicis dicentibus non esse mortale vulnus,quàm vni contrarium dicenti, dicta l.j.§. j.de ventr.inspi.& ibi hoc notat Barto. in versi.viterius hæc lex facit,in argum. cum alijs per eum alleg. quia magis creditur duobus testibus,allegantibus legitimam causam,vel rationem dicti sui, quam duobus nullam reddentibus rationem, vt notat Bald.in l.presbyteri.C.de episco.& cleri.& Roma.in l.j.ff.de nouo operis nuntiatio.& Bald.in dicto consilio cxcv. ibi,vel quia assignat rationes secũdùm canones medicinæ de suo visu & tactu. Et idem Cumanus in d. consilio cxxxiij.vers.cum ergo.& Floria. in l.qua actione.§.Proculus.cum l.idem iuris. in princi. ad legem Aquiliam. Et quando medici sunt contrarij,in dubio contra percussorem iudicandum est, vt notat Baldus in dicto capit. primo. quibus modis feudum amit.& Hippolyt.de Marsi.in dicta l.j.§.diuus. num. xxj. ac Ilica.pro quo dicit esse casum in dicto cap.significasti.§.fi.& de Puteo in syndicatu. in verbo,tortura.capit. officialis possit. verticulo quid si discordent.quod intelligit Cæpol.in prædicto cons. quando numerus & dignitas medicorum,qui sunt contrarij,esset æqualis,vel quando omnes dicunt ea quę verisimilia essent.Sed quãdo pro vulnerãte essẽt plures digniores melius dicentes ac verisimiliora deponentes, tunc illispotius esset secundũ eum stãdum quàm aliis,vt infrà dicã,& idem dicit Matthæus de Afflictis in decis. Neapol.j.nu.iij. & iiij.& v.fuisse per omnes dominos de consilio conclusum,quòd staretur maiori parti: vel etiam procederet,quando vulnus esset factum in loco periculoso, vel esset maximũ vulnus secundùm Baldum in di. cap.quibus modis feudum. quia alias esset difficilis curationis, quod non sit causa mortis, adeo quod in veritate referentium staretur affirmantibus secundùm eum. Et idem Decius consilio cccclv.numero ij.iij.& iiij.Felin.in dicto c. presbyterum.& Soc.in d.consi.xxvj.versicul.secundo eadem conclusio. & dixi suprà in præsuppositione, vel si tardè adhibuit medicum, quamuis peritum, quòd imputabitur infirmo, vt tenet Anan. in dicto c.significasti.dicens sic vidisse consultum de facto.& idem Felin.ibi, versicul. & ibi dictis adde Anan. Et hoc nisi contrarium fortiter & melius probaretur, vt per Doct. suprà allegat. & ample Corneus consil. cccl.xxxij.volum.iij.& consil.cclxxxij.vol. iij. Tamen non imputaretur, si non esset aliquis in loco medicus, nec tenetur mittere quæsitum existentem extra locum remotum, vt voluit Bartol. in l.idem quæ.in princ.ff.pro socio. & idem Cæpol.in dicta l.quòd si nolit.§.si mancipium.versic. Item quia dixi suprà.& Felin.in d.cap.significasti. versic. vnde pulchrè dicit Barto.quod intelligit Felin.quando locus esset valde remotus per tex.sing.in c.vnico.in fin.ne sede vacan. lib.vj.quem ad hoc not.Fran.de Aret. in d.c.proposuisti.Et signanter si in illo loco esset medicus valde peritus secundùm eum per l.septimo mense.ibi doctus.Hippocrat. de statu hominum. Et quando non adhibuit medicum,vel imperitum adhibuit,quod paria sunt, d.§.si mancipium. tunc mors est vulnerato, aut ei qui adhibere potuit imputanda, vt ibi dicitur in verbo,culpa.& ibi Bald.& Ange.Cæpol.amplè & Corn.cons.cclxxiij.lib.iij.& Bar.Bald. & Mod.in d.l. si ab hostibus.§.si vir soluto matrimonio. & in dicta l.qui occidit.§.fin.& in l.si ex plagis. Aduerte tamen non credi talibus medicis sine iuramento l. hac edictali.§.his illud: & ibi omnes. C.de secundis nupt.& Alb.in proœmi. ff.num.x.cum alijs per nos alleg. in §.xxv.in glo.j.de iurisdict. omnium iudicum.& alibi sæpè. Vnde mediti & chirurgici in iudicãdo & deponendo circa vulnus mortale vel non mortale, non debent esse veloces & subiti, sed bene deliberati & præuisi,secũdùm Guid.de Gauliaco in sua chirurgia. tit.de vulnerib.c.j. quia scriptum est ab Hippocrate, iudiciũ difficile.Ideo inspectis vulneribus,expectãda est,priusquam accedãt ad deponendum,& iudicãdũ, dies septima, eò quia communiter secundùm intra tale tempus consueuerunt apparere accidẽtia & bona & mala,ac de febre,syncopi,alienatione, spasmo, & consimilibus: & interim(vt inquit) considerandæ sunt operationes virtutum per pulsum, per vrinam, per vomitum, ac per alia expulsa. considerandus est appetitus & tolerantia,& aspectus vulnerati, & consimilia. Et secundùm quòd inuenient, iuxta doctrinam Hippocratis & Galeni in prognosticis,comparare habeant robur virtutis & ægritudinis. & de hoc faciant vnum capitulum & clauem totius prognosticationis iudicij moriendorum & saluandorum, cum quo iudicent & deponant. Hæc ille.Et idem fub pœnis dixerat Bald.in rubrica. C.de probatio.versi.scias quòd iudex. dum dicit quòd medicus cognoscit ægritudinem tripliciter, vno modo figuraliter & impropriè per vrinam, vt notatur in l. nauis onustæ. ff. ad l.Rhod.de iact. videt .n. infirmitatẽ sicut homo videt aliquid in speculo per quãdam vmbrã. Secũdo modo videt per tactũ pulsus. Tertio à remotis prognosticãdo. †Et no.quod medicus excusatur qui assumit curam desperatam,non sic in aduocato, vt voluit Felin.in c.pastoralis.versicul. de medico. de iudiciis. quid si ex negligentia vel imperitia medicorum,vide in d.l.qui occidit.& in dicta l.ex plagis.per Flor.& Alber.& Doct.in locis suprà alleg. Sexta cõiectura est vulnerati robusta & fortis natura.quæ bene custodita rarò perit, quia dura textura difficulter soluitur,vt dicit Bald.in d. consil. ad euidentiam. vt sunt mulieres quæ grauiora sustinent vulnera quàm viri,gl.in l.nihil.in verb. tam grauia. ff.de adulter.de quo ibi per Alb.& in l.si inter virum.& l.qui duos.§. si maritus.& ibi per Socinum. ff.de rebus dubiis. Et è contra si erat raræ contexturæ ac simplicis delicatæ complexionis. 25

SVMMÆ.

1 *Fiscus non condemnatur in expensis, nec eas obtinet.*

2 *Prouisio quid.*

3 *Expensas prouisionis nomine iuito adiudicatas, an restituat succumbens, vel computet in sortem, si vincat.*

4 *Prouisio aliqua quando litiganti adiudicetur.*

5 *Expensas ob contumaciam victoris refundit victus.*

6 *Pauperi secum litiganti ministrat Rex Franciæ expensas.*

Quæstio CCCXXIIII.

Et quia plerunque vulnerati petunt prouisionem de alimẽtis ac lite prosequenda, & medicinis sibi fieri, an talis prouisio de aliqua pecuniarum summa super bonis vulnerantis facta vulnerato, vel etiam vxori aut filio de bonis viri, aut patris, si cõtingat prædictos vulneratum, filium, vxorem, aut quemvis alium cui facta fuisset prouisio obtinere in causa cũ expen. deduci & computari debeat de & super principali, aut super expensis adiudicatis, vel si succumbant, teneantur restituere.

DECI-

DECISIO CCCXXIIII.

ET † præſuppono, quòd reſpectu fiſci nullæ debentur expenſæ, quia officium iudicis tam nobile quàm mercenarium fiſco non debet, nec partibus ad commodum burſale ipſarum deſeruire, quia eſt diuerſitas perſonarum. argum. l. filius. de inofficioſo teſtament. & capitulo ſuborta. de iudic. vt tenet Bal. in l. qui crimen. verſi. circa finem. l. quia. C. qui accuſ. non poſ. Et ibi Salice. verſi. quæro ſecundo. quia ſicut non obtinet expenſas, nec pariter condemnatur ſi ſuccumbat, niſi fuiſſet in euidenti calùnia. argum. l. non eſt ignotum. de adminiſtra. tuto. & ibi Ioan. Fab. dicit Mareſchallos, & locumtenentes, ſiue iudices, & procuratores curiarum eſſe in expenſis, damnis & intereſſe proprio nomine cõdemnandos, l. ſeueriter. & ibi Ioann. Fab. inſtitu. de pœna temerè litig. verſicu. ſed quid. dicens, quod iudices ſeculares Regni Franciæ ſoliti ſunt condemnare calumniantes in certas emendas, nec patiuntur alias imponi licet de iure communi alia pœna imponi poſſit, quem ibi ſequitur Angel. Aret. verſicul. ſecundò quærit hic Ioan. Fab. remittendo ad eum dicta in tractat. maleſi. in gloſſ. quas ſi non ſoluerit. Sed bene quò ad partem, quæ obtinet, ſiue ſint expenſæ ratione victoriæ, vel cõtumaciæ, vt dictis iuribus, & l. non ignorat, ibi, pœnam. & l. ſi vel criminali. C. de fruct. & lit. expen. & ſic dicit Angel. in d. l. non ignorat. vidiſſe ſeruari in practica in ciuitate Peruſiij, & ſic in curiis Franciæ obſeruatur. Et idem Cin. & Alber. in d. l. qui crimen. ambo in vltima quæſtion. & cano. in d. calumniam. de pœnis. vbi eſt clarus text. 2 †Secundò præſuppono quod prouiſio dicitur ſecundùm Papiam, quem refert Luc. de Penn. in l. prohibitum. verſiculo prouiſionis. C. de iure fiſci. libro decimo procuratorio, præmeditatio, rimatio, ante viſio. & idem dicit in l. vltra. in fin. ver. prouidebit. C. de decurio. eo. lib. vbi allegat Teren. in Adelphis, Iſtud eſt ſapere, non quod ante pedes eſt modò videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt proſpicere. Accedat text. cum glo. in procemi. inſtitu. §. quorum vtranque partem. in verbo, prouidentia. Et ibi Ioan. de Platea in quarto notabili. & Ioannes Fab. in gloſſ. quo ad arma qui allegat Senecam de virtuti. Si prudẽs eſt tuus animus, tribus temporibus diſpenſetur, præſentia ordina, futura prouide, præterita recordare. 3 † Hoc habito videtur, quod ſicut illa ſumma prouiſionalis, ſi actor poſtea ſuccumbat repeti non poteſt, ita nec computari, aut deduci de ſumma principali, vel de expenſis ſibi per ſententiam adiudicatis. Primum quod non poſſit repeti per accuſatum, ſi inſtigans ſuccumbat, tenet Maſuerius in ſua praxi, titul. de poſſeſſion. dicens, primò recredẽtia adiudicatur illi, qui habet ius magis apparens. Pro hoc facit ſecundùm cum. l. fin. 4 C. de edicto diui Adriani tollend. †Et ſimiliter adiudicatur filio contendenti de ſucceſſione patris, vel vxori habenti filium in vtero ex carboniano edicto, & etiam mulieri in dotis ſuæ repetitione. Item monacho accuſanti abbatem fit prouiſio lite pendente. cap. ex parte. & ibi Innoc. Abba. Sicul. Aretin. Anan. & Felin. de accu. & gloſſ. in l. ſi longius. ff. de iudic. & idem agenti petitione hæreditatis. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. & ibi omnes. ff. de inoffic. teſtament. & capit. j. §. primo. ſi de feudo defunct. conten. fuerit. & l. antiqui libero. ff. ſi pars hære. peta. & gloſſ. Cin. & Doctor. in l. vnica. §. exactio, C. de rei vxor. action. Et communiter in prædictis ſecundùm Maſuerium adiudicatur quarta pars eius, quod deducitur in iudicio, iuxtà prædictam l. antiqui. ibi, quartam partem ſuperſtiti filio aſſignauerunt, &c. Secus cum agitur de ſucceſſione collaterali, in qua non ſit prouiſio actori. Et idem dicitur in grandi Franciæ conſuetudine tit. de prouiſionib. Et ſi ille (vt inquit Maſuerius) cui adiudicatur peracredẽtia, ſuccumbat in cauſa, ipſe tenetur fructus perceptos reſtituere: ſecus in eo cui facta fuit prouiſio. Et ſic dicit ſeruari in parlamento Pariſien. & pro eius dicto allego tex. celebrem in l. j. §. intereſſe. ff. ſi mulier ventr. nomine in poſ. calum. cauſa eſſe dicatur. Et ad hoc illum tex. alleg. glo. fina. in l. de Carbo. edi. & in l. hæres furioſi. §. ſed & ſi quid. ff. de peti. hæredi. licet videatur in contrarium text. in l. cùm autem. §. cùm redhibetur quòd tardius ei hominem reſtituit. ff. de ædilit. edict. Tamen pro iſta opin. videtur text. in l. ſi pigno. actio. vbi Bart. poſt Guli. de Cugn. decidit, †quod ſi is qui obtinuit pro- 5 pter contumaciam expen. ſuccumbat in principali cũ expen. non tenetur reſtituere expen. habitas, per illum tex. & in l. iij. §. penult. quib. modis vſufru. amit. & per l. quod à quocunq; nomine pœnæ. ff. de regul. iur. vbi eſt caſus. & ibi Decius, & idem Cepoin dicta l. cùm autem. §. cùm redhibetur. verſic. not. ſecundo text. cum aliis per ipſum allegatis. Et Alexand. in additio. in d. l. ſi pignore & per Bar. in l. properandum. §. ſin autem reus. Et ibi Iacobus de ſancto Georgio. verſic. Et ſcias quòd ille qui obtinet. & Salicet. in §. ſinautem alterutra. Et ibi Iaſon. verſi. Septimò quæro. C. de iudic. Ergo idem ſi obtineat, dicendum eſt non debere computari, imò à fortiori poſtquam conſtat ius habere, & bonam fouere cauſam. Et magis atque etiam magis in vulnerato & debilitato, ac toto tempore vitæ ſuæ effecto impotente, qui hoc pendente, nec in futurum poterit operari, nec lucrari victum ſuum, cui in condemnatione eſſet faciendæſtimatio iuxta operas quas ipſe tempore vitæ ſuę exercere, & facere poterat. l. ex hac. ff. ſi quadru. pauper. feciſſe dicatur. & Abb. Sicul. in capit. primo. verſicul. Vlterius quæro. Et ibi Modern. de iniuriis. & Ioan. Fab. & Ang. Aretin. in §. item is ex cuius. inſtitut. de obligat. quæ de delict. naſcun. & Bart. conſilio ccj. cum ſeq. ſaltem eſſet facienda, ſecundùm l. hæreditatum. ff. ad l. Falcid. vt dixi in §. j. in glo. j. verſi. Secus dicerem. titu. de conſue. præd. vel iudicis arbitrio, argu. l. j. de iure deliber. vt dicit Albe. in d. l. ex hac. & in l. ſi. ff. de his qui deie. & d. §. item is ex cuius. quòd impenſæ in curatione factæ, ac etiam operæ amiſſæ & amittendæ, ſecundum ætatem ſunt æſtimandæ, & præſtandæ, d. l. ex hac. & ibi Alber. & l. qua actione. & ibi Bald. & d. §. item is ex cuius. & d. l. ſi. de his qui deie. vel effud. Et iſta iura clarè decidunt hanc quæſtionem, dum textus dicit in verſi. Iudex enim computare debet mercedes medicis præſtitas, cæteráque impendia, quæ in curatione facta ſunt: præterea operarum quibus caruit, aut caritarus eſt, ob idque inutilis eſt factus. Quamuis gloſſa ibi dicat eſſe difficile æſtimare operas futuras, quoniam dubium eſt quantum homo viuet. Et quantum vtilis erit ad operandum. Licet Flor. in d. l. fin. de his qui deiece. velit quod eſtimabitur vſque ad centũ annos: quia tantum præſumitur homo viuere, l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſiis. Sed primum verius ſecundùm Ang. & Ioan. de Plat. in d. §. item is ex cuius. iuxta d. l. hæreditatum. ff. ad l. Falcidi. & ibi per Moder. & Maſuer. in ſua praxi. titul. de expenſis & intereſſe. qui allegat Specul. tit. de iniuriis. §. ſequitur. verſic. Quid ſi te domo. ideo in principio lítis reo audito, vel eo contumace,

fit per iudicem, aut curiam prouiſio vulnerato pro medicamentis & alimentis, quæ non computantur in operis præteritis,& in futuris in ſi.per iudicem eſtimatis.l.fin.de his qui deiecerunt. & §.item is.præallega.Et facit tex.in l.magis puto.§.itémq; ſi inops. quem Bal.ibi legit cum §.in primis.ff.de reb.eorum qui ſub tutela. vbi ſecundùm Bald. fundatur iuſtitia
6 Franciæ, † quod ſi pauper habet litem cum rege, & non habet vnde faciat expenſas litis, quod rex adminiſtrat ei aduocatum, vt veritas cauſæ eruatur, vt in ſequen.dicam quæſtio.Et ſic illæ expenſæ non computantur,ſi lucretur,aut ſuccumbat pauper: ſecus videtur ſi aduocatus alius gratis patrocinium ei præſtitiſſet,vt dixi in q.cc.inci. Aduocatus in cauſa.& ita Bar.in tra.de ord.iud.ver.Si vero prouidetur ex iuſta cauſa.alleg. tex.in §.oportet.in auth.de iud.& iur.ſuprà alleg.debent iudices in condemnatione damnorum & intereſſe, rationem animæ defuncti, ac eius hæredum & ſucceſſorum ſeruare, quæ commendat Hipp.in conſi.cxv.nu.xix.Et in fin.cccclxxv.proximis ſuperioribus diebus. Et dixi in quæſtio. Sed an vxor poſſit nomine ſuo. Et ita fuit dictum per arreſtum curię contra Toſſanum Dabilon reum in fauorem Margaritæ de Coupeau,Latum die iij. Auguſti, Anno 1530.

S V M M Æ.

1 *Pauperi reo ſed malefactori, an actor in litem ſumptus det.*

2 *Expenſas in litem quando vnus litigantium alteri initio ſuppeditet.*

Quæſtio CCCXXV.

Sed quid econtra, an actor teneatur dare pecuniam reo ſuo malefactori ob paupertatem non valent cauſam proſequi, & probare defenſionem aut obiectus contra teſtes datos. Et nunquid etiam vulneratus cogatur procedere in cauſa prouiſione ſibi de alimentis facta non ſoluta,quam prius petit ſolui.

DECISIO CCCXXV.

1 IT † videtur, quo ad primam quæſtion. actorem non teneri reo ſuo malefactori dare & tribuere expenſas, aut aliquas pecunias pro ipſius cauſæ proſecutione. Cùm nemo teneatur parare arma contra ſe, l.fruſtra. C. de probatio.& l. qui accuſare volunt. C.de eden. quæ habent locum tam in ciuili quàm in criminali. & l.qui ſententiam C.de pœn.Et pro hoc facit quod voluit Spe.in tit.de inquiſitio.§.fi. verſic. Item pone Abb. quod licet Abbas accuſet monachũ pauperem petentem ab ipſo Abbate expenſas pro aduocatis & alios litiş ſumptus. Et multi ſapientes ab eo conſulti reſponderunt teneri.per c.ex parte.de accu.& c.pen. §.fi. quæ tamen ſecundum eum ad hoc nihil faciunt, quia ibi datur monacho accuſanti Abbatem, & non accuſato.vnde d.M.ſolus ſibi reſpondit, quòd nõ debebat habere expenſas ad defenſionem ſuæ iniquitatis.c.ad noſtram.c.cum ſpeciali.§.porrò.de app. Sed ipſe diſtinguit,niſi extraordinarie proceſſerit: quia tunc tenebitur,vt ibi Doct.in d.c.ex parte.Ergo minus laicus,qui ſe & ſua Deo non dedicauerit, vt faciti monachus:authentic.ingreſſi.Pro hoc facit quod dicit gloſſ.in l.prima.§.ait prætor,in j. ff.de poſtul. exponendo text.dum dicit, ait prætor non habenti aduocatum dabo,quòd non gratis, ſed cum ſalario clientuli, & pro facũdia aduocatr& fori conſuetudine. l.j.§.in honorariis.ff.de variis cogni, ſed ſi clientulus ſit pauper,tunc (vt inquit gloſſ.) de publico ſalariari debet. Sic enim,vt ait,erat olim,& hodie ſeruari videmus. Sed illud erat ſecundum Angel. ibi tempore gloſſatoris. Sed hodie, væ pauperi, quia non habet ſubleuantem,nec inuenit. pro quo text. in c. pauperdum non habet.xj.q.iij.& cum gl.tranſeunt ibi Bart. Bal.Alb.&Gofred.in ſumma.§.j.e.tit.Et pro hac deciſi.eſt tex. cum glo.in l.lege Corne.§.præterea.ff.ad Sillan.dum dicit in fin. ei qui conuicerit deni aurei præmij nominẽ dentur ex bonis damnati.Hoc verũ, vt dicit gl. ſi illius ſufficiant bona, ex publico, & ibi Alb. & Bal.qui dicit eſſe notabile.Nã & alibi res publica redimit malefactorem,vt puniat eum l.mulier. ff.de captiuis.quam faciunt ibi Doct. ſing.Et ſic vidi facere per curiam,quæ expenſis Regis mittit malefactores abſentes quęſitum,vt patet de quodam *Robin* cum fratribus ſuis. Et pariter curia Tholoſana conſueuit ſic facere. Et facit ſingularis etiam text.iuncta gl.in l.magis puto.§.itémq; ſi inops.quem Bal. legit cum §.in primis. ff.de reb. eorũ qui ſub tutel. vbi pupillo inopi datur ex publico aduocatus ſalariãdus. Per quem text.ſecundùm Bal.fundatur iuſtitia Franciæ,quod ſi pauper habeat litẽ cũ rege, & non habet vnde faciat expenſas litis,Rex ei adminiſtrat aduocatum,vt veritas cauſæ eruatur,vt dixi in præced. q. Et in parlamento Prouinciæ, rex habet vnum aduocatum ſtipendiatum pro pauperibus, & ibi vide.& ad hoc text.in capit.j.de poſtul.Et idem dicit Bart.in d. l.lege Corn.in princ.ver. Facit l.iſta in argum.quod ſi ſtatuatur pręmium denuntianti malefactorem,nec dictum vnde & per quem ſoluatur, quod intelligi debet ſecũdùm formam illius legis primò de bonis malefactoris. Secundò de bonis ad cuius vtilitatem ſumitur vindicta. Tertiò de publico. Et ſic cõcluſum fuit pluries in curia,creditorem tenẽtem debitorem pauperem priſonerium, teneri alimenta præſtare, iuxta determinationem glo.& Doct.in l.fin.C.de erog.mili.anno.cum aliis per nos alleg.in quę.exord. Clericus.& alibi ſæpè.Et pariter receptorem emendarum & expletorum curiæ parti pauperi aliquando decem,aliquando quinque libras Turonẽ. pro proſequutione proceſſus. † Et in cauſa cuiuſdam mariti 2
vocati *de Bordes* actoris petentis vxorẽ nominatam *du Pin* dote ob adulterium per eam commiſſum priuari, dictum fuit ipſum ad probandum facta per eam appoſita dare debere ſex libras Turon. aut permittere eis de rebus dotalibus ad dictam ſummam vſque vendere,ſequendo Spec.in dicto tit. de inquiſitio.§.fin.verſi.Quid ſi matrimonium. qui vult maritum teneri ad iſtas expẽſas mulieri ipſum accuſanti præſtandas.& Alberic. in l. ſi inſtituta.§.de inofficioſo.in fin.de inofficioſo teſtamento. Ergo magis mulieri accuſatæ & idem Hoſtien.in ſumma titu.de accuſat. §.quis poſſit.quem ſequitur Felin. in d.c.ex parte.verſi.Adde quod iſte textus habet locum in vxore, cui pendente lite miniſtrabuntur expenſæ. Et latum arreſtum,die xvij.Martij,Anno 1536. Et pariter dictum fuit in fauorem domini Petri *du Mont* à Seneſchallo Lemouicen. in ſede Brinæ appellantis, contra Ioan.Iauillat appellati,erga quem locum tenens condemnauerat prædictum du Mont, actorem dare & miniſtrare expenſas litis. Et cuius iudicium emendando dictum fuit receptorem dominij Regis teneri dare centum ſolidos Turonen. ſi per inquiſitionem, & aliàs debit è conſtaret dictum reum eſſe pauperem. Latum arreſtum die xxvij. Aprilis. Anno 1537.

S V M M Æ.

1 *Accuſans an teneatur in cauſa procedere, prouiſione ſibi adiudicata non ſoluta.& nu.2.*

3 *Contumaciæ emenda non ſoluta, an procedi poſſit in cauſa.*

Quæſtio CCCXXVI.

Ex quo ad ſecundam quæſtionẽ an inſtigans teneatur procedere in cauſa, non obſtante ſolutione prouiſionis non ſibi factæ, quam prius fieri petit.

DECISIO CCCXXVI.

1 EST † videtur, quòd non teneatur procedere, niſi prius ſoluta prouiſione ſibi adiudicata, & per cõſequens eum carcere mancipatum detinere, per text. in l. ſed & ſi per prætorem. §. ait prætor. & ibi gloſſ. in verbo, decreto. ff. ex quib. cau. maio. vbi iudex nõ obtẽperanti eius decreto iuriſdictionem ſuam denegare poteſt in illa vel alia cauſa inter eaſdẽ perſonas, & ibi Alb. in verbo, actio exempta & latius in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. prætor. ff. de iureiuran. vbi ponit poſt Guliel. decem caſus, in quibus iudex poteſt ſuam denegare iuſtitiam. ad hoc bonus tex. in ca. in nomine domini. xxiij. diſtinct. & ibi glo. in verbo, audientia. quę ponit alios caſus denegandi iuſtitiam, aliàs ſentẽtia, aut arreſtum remaneret inexecutum & illuſorium, quod eſſe non debet. l. ſi prætor. ff. de iud. prout in caſu noſtro, ob vulnera ipſius debilitati, & in lecto detenti, & inopis non valentis exequi facere eius ſententiam prouiſionalem. Et vbi poſſet exequi facere, tamen vxor eius, & alij plures creditores condemnati ſe opponere poſſent. Et ita his cognitis iudex ad ſic ordinandũ bona ratione moueri poſſet, ne
2 ob id pereat. † In contrarium videtur ipſum in cauſa compellendum fore proceſſurum, cum illa ſententia paratam habeat ad executionem, quam non obſtãte oppoſitione aut appellatione, exequi facere poteſt, vt patet per conſtitutiones ſeu ordinationes regias Caroli octaui Regis Franciæ ij. ſecundum impreſſionem nouam. Licet enim iudex tempus iudicati nonnunquam coarctet pro cauſę qualitate & quantitate, vel perſonarum obſequio vel contumacia, & maximè in cauſa alimentorum & minorum xxv. annis, vt dicit text. in l. ij. ff. de re iudicata. tamẽ cognitionem, & proceſſuram, ſeu iuſtitiam denegare non poteſt, niſi in caſibus ſuprà remiſſiuè allegatis, de quib. iſtę
3 non eſt. † Et hoc videmus etiam obſeruari in condẽnatis ex defectu & contumacia, qui intra annum purgant contumaciam, & ad ſe defendendum de iure recipiuntur, ſuper qua non obſtante cõdemnatione emendæ non ſolutæ proceditur: quam tamẽ interim actor exequi facere poterit. Et aliàs fuit pluries in curia de hoc dubitatũ, an prius ſoluere, quàm procedere teneretur: vt ſuprà dixi, q. lxv. exord. Sed aliquid in d. proceſſu erat dubium ver. tamen aduertẽdum eſt. Et hoc verum, niſi iudex prius cognouiſſet condemnatum fuiſſe in euidenti calumnia vel fraude & malitia, quia habebat pecunias, aut plura bona mobilia ad ſoluẽdum prouiſionem adiudicatam ſufficientia, quæ cautè abſcondere fecit. Tunc per curiã aliquando ordinatum extitit bona ſummobilia condemnati fore ſubhaſtanda, & in incantum publicum & cridas ponenda, & plus offerenti & vltimo incariatori, non obſtantibus oppoſitionibus, & appellationibus quibuſcunque, deliberãda: quas oppoſitiones vel appellationes idem cõdemnatus tolleret, aut tolli faceret, ac opponentes tacitos ſub certa pœna redderet. Et ſi illorum prętium plus aſcenderet quam ſumma adiudicata, reſiduum redderetur debitori, cuius bona vẽdita fuere, iuxta l. debitoribus. ff. de re iud. Et ſic fuit dictum per arreſtum curiæ, contra magiſtrũ Ioannem *le Saige*. locumtenentem Condominum latum die xx. Septembris, Anno 1536. Aliquando condemnat ipſum ſoluere intra modicum tempus ſub pœna dupli, quam declarat die elapſa incurriſſe: quia in iſtis pauperum cauſis proceditur ſummariè & ſine ſcriptis. authen. niſi breuiores. C. de ſenten. ex breui. recit. & in authen. vnde ſumitur de manda. princip. §. ſi tibi. quare iterum caſu adueniente, cum per iudicem ordinarium ac Seneſchallum Petragoricen. aut eius locumtenentem dictum fuiſſet Simeonem *Viguier*, non fore admiſſibilem ad petendum prouiſionem ſibi prius ſolui, ſed in cauſa procedere debere cum Petro de Guiraudo *de Rabaignac* priſoneriis, pronunciatum fuit bene iudicatum, & malè appellatum. Et permiſſum eidem appellãti poſſe procedere per cridas & ſubhaſtationes bonorum appellatorum ad ſummam vſque ſibi per modum prouiſionis adiudicatum, ad dictum & arbitrium duorũ mercatorum. Et in eo caſu ſi non reperiretur incariator volens bona illa emere, adiudicarentur eidem appellanti. Et latum arreſtum, die vij. Aprilis. Anno, 1537.

SVMMÆ.

1 *Solidus quare dicitur aureus.*

2 *Aurei quot faciant vnciam, & libram.*

3 *Aureorum valor ſi creſcat, an debitoris vel creditoris ſit lucrum. & nu. 4. 8. 9. & 13.*

5 *Vinum mutuò accipiens liberatur, ſi tantundem in bonitate reddat, licet pretium ſit mutatum.*

6 *Monetarum valorem an mutare poſſit ſolus princeps ſine conſenſu populi. & nu. 7.*

10 *Moneta valore mutato, quando ex contractu ſeruetur prior valor.*

11 *Æſtimata res tradita, an faciat venditionem.*

12 *Pecunia promiſſa ſi in totum reprobetur, qualiter æſtimatio ſit ſoluenda.*

Quæſtio CCCXXVII.

Nobilis Gulielmus de Monte alto in cõtractu matrimonij filiæ ſuæ, conuenit dare in dotẽ mille & quingenta ſcuta auri, boni auri & recti ponderis, cugni & legis domini noſtri Franciæ Regis, cum tribus floribus lilij, vno quolibet ſcuto auri computato, & exiſtente valore vigintiſeptem ſolidorum, ſex denariorum monetæ currentis: Quæ quidem mille & quinginta ſcuta boni auri & recti ponderis, cugni & legis prædictorum hodie currentia ſuperius in dotem cõſtituta, promiſit ſoluere ſub hypotheca omnium bonorum ſuorum, terminis pluribus in ipſo contractu contentis: quibus pẽdentibus valor ſcuti auctus & augmentatus fuit: quæritur an ſcuta auri modo & forma præmiſſis, vel eorum æſtimatio tunc facta, aut tẽpore ſolutionis ſolui debeant, id eſt, cuius temporis valor ſeu æſtimatio ſcutorum debeat attendi.

DECISIO CCCXXII.

HÆC quæſtio ſæpè euenit in cõtractibus, maximè matrimoniorum, tam mercatorum quàm aliorum, & magis nobilium (qui pro maioris parte temporis carent pecuniis) in quibus termini ſolutionum dotis, vel alterius pecuniæ ſoluẽdæ vel reſtituẽdę lõgiſſimè apponi ſolent, vt dicit Alb. in l. vna. ver. ſed quæro aliquis. C. de rei vxo. act. † Et pręſuppono id 1
quod tradit Alb. in l. fi. ff. de in ius vocan. quod aureus quandoq; ſolidus appellatur, à ſoliditate, quia ſit de puro auro, quòd nunquam diminuitur, l. j. C. de vete-

nummi.potest.li.xj. licet hodie ex consuetudine vel priuilegio ciuitas Florentina imprimat vultum beati Ioannis,& ciuitas Venetiarum beati & Marci, & ciuitas Mediolani sancti Ambrosij,& libra argenti valet decem aureos,l.j.& ibi de Platea. C.de auri & argenti illati.lib.x. & in l.quotiescunque. C.de fusce.& area.li.x. †Et libra auri de iure valet lxxij.aureos.gl. in §.& iudicare.in verbo,ad trecentos.in auth.de defen.ciu.& gl.in l.fi.& ibi Alex. ff.de in ius voc.& gl. in fi.§.in fi.instit.de pœna teme.lit.& gl.in §.nos autem.in verbo,solidos.infti.de Attil.tutor. per text.in d.l.quotiescunque.de suscept.&archa.li.xij.Bar.hanc materiam solidorum artificialiter computauit, dicēs quod hodie solidus habet octauam partem vnius vnciæ,& secundum eum octo de aureis Florentinis Bononiensibus, Senensibus, Ianuensibus, & similibus quibus vtimur,faciunt vnciam,&xcvj.faciunt libram auri,& eum ibi sequuntur Ioannes de Plat. Iaco.Rebuff.& Luc.de Penna,volentes etiam,quod libra xij. vncijs perficitur:qui i tot constat vncijs,quot mensibus annus & idem Abb.Sicu.in c.conquerente.& ibi Felin.versi.Dum Abb.tangit.de offic.ordin.& Paul. de Cast.in l.fi.C.communun.de leg.Alex.consi. iiij.inci.circa primum.versic.nec ad hoc obstat,volum.j.& Ias.in l.j.§.ex his.versi.& hoc est. ff.ne quis eum qui in ius voc.& Purp.in l.Imperium. num.339. de iurisd. omn.iud.& in tit.C.de in ius voc.in prin. Io.Fab.in d. §.nos autem.dicens in libra auri xij. vncias esse.& in marcha octo.sed certam regulam,seu doctrinam super hoc dari nō posse, propter diuersos valores monetæ auri & argenti,qui in diuersis temporibus,cōtractibus,regnis,& regionibus ponuntur, ascendunt & descendunt pro voto regentium:ideo inquit,cum campsoribus sciri potest cito quantum valent. Sed ad præsens in hoc Franciæ regno libra argenti valet xxx.libras Turonen.Et marcha argenti xv.libras Turonen.Et sic duæ marchæ auri faciunt libram argenti.Et pariter duæ marchæ faciunt libram auri, in qua sunt xvj.vnciæ. Et libra auri valet cxliij.scuta auri.Et lxxij. scuta faciunt marcham auri,qui de iure faciebāt libram auri,vt dictum est.Et in marcha sunt octo vncię,quelibet vncia valens nouem scuta.Quare dominus Franciscus de Banqueto,qui nos adiornare fecit in materia,vt desistat à possessione nostri vicecomitatus de Pomeriis,offerendo bis mille libras auri,pro quibus dicit vicecomitatum prædictum de pomeriis hypothecatum, quæ quidē duo mille librarum plus ascendunt, & longè magis quam vicecomitatus de Pomeriis, & omnia bona dicti de Banqueto, & omnium illorum de Ferrant,siue de malo vicino. Sed quo ad solidum Roffred.in titulo, si quis ius dicenti non obtempe.ver. Sed istud quæritur. narrat quendam fatūm iudicem,qui accipiēs solidum pro duodecim denarijs annullauit quandam donationem, quæ excedebat viginti quinque libras Pisanorum, quæ erat facta sine insinuatione secundùm statuta illius.& ibi vide.sed Bar.in d.l.quoties.intelligit solidū pro aureo capi,quando à lege profertur. Et in partibus Italiæ secundùm consuetudinem illius capitur pro solido minuto, hoc est monetæ minutæ. Et sic etiam in Fracia pro duodecim denarijs Turonen. in quib.& etiam scutis,& solidis flores lilij sculpuntur, & imprimuntur. † Hoc habito, videtur ponderatis supradictæ promissionis verbis,scilicet mille & quingentorum scutorum auri, hodie currentium boni auri. & recti ponderis, cugni & legis domini nostri Franciæ regis cum tribus floribus lilij: quæ quidem verba repetuntur in alio articulo, quòd solutio fieri debet in scutis auri boni, & recti ponderis cum tribus floribus lilij, prout inter partes conuentū fuerat, quod seruari oportet, vt l. semper in stipulationib. ff.de reg.iur. & ibi Dec. aliàs de nihilo operarentur illa verba scuta auri,&c. si soluerentur ad æstimationē expressam,qua tūc valebant. vnde de aliquo operari debent,l.si quando.ff.de lega.j.c. si Papa. de priuilegiis li.vj.Quoniam illa æstimatio siue valoris expressio fuit potius causa demonstrationis, quàm taxationis,facta ad differentiam forte paruorum scutorum:prout in simili.tenet Signo.in cons.lxxiij.versi. viij.& per Pau.de Cast.Alex.& Moder. in l.Stichum qui meus erit.ff.de leg.j.& Bald.& Sal.in l. si quis argentū.§.j.C.de don.& Feli.in c.super literis.ver.Modos autem cognoscendi.de reser. Quare in scutis cugni regis debet fieri solutio, postquam sic dictum est,vt voluit Bar.in l.Paulus.in ij. q.ff.de solutio.quia sicut diminutio cedit ad incōmodum creditoris, ita & augmentum ad eius cedere debet cōmodum:vt in regula iuris,qui sentit onus, quando in vtroq; est eadē ratio.Et profectò ita debet dari bonū scutū nunc, sicut illud quod erat tēpore promissionis, seu eius in pecunia currenti æstimatio,vt no.Bar.in l.si quis stipulatus decem in mille. ff.de solutionibus. in l.j.§.j. de auro & argento lega.volens, quod qui debet certum argenti pōdus ad ligā Perusinam,potest soluere pecuniam argenteam eiusdē ligę.Et ratio secundum eum est,quia quando fit pecunia, de argēto fieri debet,vt sit eiusdē æstimationis in forma cuius est materia.Vnde expensa debet fieri de publico, vt dicitur in l.j.ff.de contrahen.emptione. & Petr. de Belluga. in Spec.princ.tit. de mutatione monetæ. & nu.vij.& Matth.de Affli.in decisio.xc.nu.iiij. Licet Inno. velit contrarium in c.quanto.de iureiurando.&non bene secundum Bar.& idem Bart.in d.l. Paulus.in iij.q.& in l.qui falsam.& ibi Hippo.de Marsi.ff.de falsis.& idem Ioann. de Platea in l.j.C.de veteris nummi potestate.lib.xj.& Ana.in cap. ad falsariorum. de crim. fal.& Curt.in tra.monet.in ver.Secundo ad eiusdem euidentiam.remittēdo se ad per eum dicta d.l: in secunda.§.primo.si cert.petatur.Sed Io.de Pla.in l.j.C. de murilegulis.li.xj. sequitur Inn. cuius opi.seruatur in hoc regno Francię,quæ sunt duo remedia in marcha argenti vltra aualuationem, quæ capiuntur pro expensis tam magistri monetæ, quàm aliorum officiariorum seu monetariorum, & *nihil pro labore* & expensis soluitur de publico.Et idem dicit Imo.in d. l.Paulus.versic. Item adde quod licet.quod hodie de consuetudine de materia detrahitur expensa cudendi.Item Io.de Ferra.in forma libel.in actio.Hypoth. in verbo,releuandū.in fin. Et Ancha.in d.c.quanto. in j.q.intelligit Innocen.cum Bart.vt ibi. Cùm ergo sit eiusdem æstimationis in forma cuius & in materia,nihil profectò nocet: ergo admittitur talis solutio,per textum in d.l.j.§.j.ibi,in ea pecunia eadem æstimatio fuerit & c.de auro & argen.lega.& sic videtur talis solutio fieri non posse in denarijs Turonēsibus,vel Tholosanis,siue duplis in Francia,seu patatiis in lingua Occitana sic appellatis. Tamen de cōsuetudine generali,secundùm Bar.tol. ibi, pro pecunia minuta soluitur aurum & argentum. Et econuerso pro auro & argento, minuta pecunia etiam soluitur,quæ consuetudo est in hoc attēdenda, l.Imperatores.ff.de contrahenda emptione.& gloss.in d. l.si quis argentum.in princip.in verbo,æstimatione. & ibi Bald.Salicet.& Albe.& idem Iaco. Rebuf.in l. vniuersos.de vete.numi.§.potest.& pro hoc bon.text. in l.vna.C.de colla.æris.& ibi Io.de Plat. & in l.ij.§.j. & ibi Bartol. Alexand. Socin. & Francisc.de Aret.si cert.pet. & de Curt.in d.l.cùm quid.seu tractat.moneta.

neta.verſic.Tertiò ſcire debetis.tum verſic.ſequenti quærit Bart. & in l.quod te. nu.xvij.cum plurib.ſeq. co.titul.& idem Bartol.in d.l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille.& Ancha.in clemen. vlt.q. de deciſ.
4 & Bar.in d.l.Paulus.in iiij.q.& ibi Pau.de Caſt. † Et in terminis noſtris de dote in florenis auri promiſſa tenuit Gu.ad.Pap.in q.cccxcij.Et ſic videmus de conſuetudine ſeruari in cõtractib.recobrij,ſiue de retrouendẽdo, quod vẽditor qui tractu temporis redemit rem venditam,tenetur reſtituere pretium in ſpeciebus,ſeu petiis auri & argẽti receptis, licet valor mutatus fuerit.quæ conſuetudo etiam in his attendi debet,d.l.ſemper in ſtipulationibus. & ibi gloſſ.ſingularis, ex quo aurum vel ſcutum non mutatur in bonitate intrinſeca,ſed ſolum in extrinſeca. Vnde tempus ſolutionis cõſiderari debet, & non tempus contractus,& maximè ſi debitor fuerit in mora. Et iſta eſt communis opinio doctorum in d.l.cum quid. & l.quod te,ſi cert.pet.& ita etiam in dote decidit Are. conſil.xj. prouidendum eſt.dicens hanc partem eſſe communem & veram: & ſecundum eum regula eſt in his, quæ in genere debentur, quod in variatione valoris extrinſeci inſpicitur tempus ſolutionis,vt eadẽ res in genere reddi poſſit,non attenta mutatione extrinſeci valoris, ſiue iſta varietas tẽdat ad commodum debitoris,ſiue commodum creditoris, ca.olim. & cap. cum canonicis.de cenſib. & in d.l.cũ quid.& ibi tenet Bart.in fine.Bal.Ang.Alb.& Alex.ver.Item inducitur hæc lex. & idem in d.l. quod te. & Baldus conſilio cxxxvij.ſuper eo quod quæritur.li.j.vbi dicit quòd veritas eſt ita quod inſpicitur tempus ſolutionis.Et inquit in dicta l.cùm quid.verſ. Tertij dicunt, quòd dotes antiquæ ſunt ſoluendæ & reſtituendæ cũ bonitate monetæ.& idem prius Barto.in l.res in dotem.per illum text.quem ibi ſequuntur Sal.& Doct. Moder.inſuper de ſancto Georgio.ff.de iur.dotium. quia ſi dos in aureis, ſeu ſcutis vel florenis auri fuerit conſtituta, in illis debet ſolui, & etiam reſtitui, nec inſpicitur valor extrinſecus auri interim aucti vel diminuti.Et idem Ancha.in dicta clemen.vlti.verſi.Ex prædictis collige.de deci.ſequendo Bald.præceptorẽ ſuum in conſil. cccxxxix.punctus quæſtionis talis eſt. volum.ij.quod fecit in ciuitate Aſculi. in qua conſuluit, quia dati fuerant in dotem duo centum florẽi boni auri iam erant xxx.anni,& tunc temporis valebat florenus tres libras cum dimidia, & nunc in caſu reſtitutionis dotis morte viri valebat florenus quatuor libras,&quindecim ſolidos.dubium erat,an hęredes viri cogerentur reſtituere in florenis ad rationem trium librarum & decem ſolidorum, vt tũc valebant: an verò ſoluere teneantur ad rationem quatuor librarũ, & xv.ſolidorum, vt nunc valebat florenus. Et dicit quòd dos ſolui debet in florenis, quia ipſi florẽi ſunt in obligatione,& eorum bonitas intrinſeca non eſt mutata: ſed extrinſeca ſeu valor, & æſtimatio ipſius tantùm,d.l.cùm quid.Et idem Are. conſi.lxxxiij.diligenter põderatis his quę in puncto. Et in dote idem ſequitur Ludou.Bolog.conſil.xvj.& ample Roma.conſi.cxxiij. circa primum quo quæritur.vbi conſuluit pro Abbate ſacri Antonij Viennẽſis contra monaſterium Montis maioris. Ad idem conſuluit Dominicus de ſancto Geminiano, conſil. cxxxvij.quia aliàs ſuper iſta materia.Et iſtud probant
5 doctores per id quod dicit glo.in d.l.cũ quid.† quod ſi ego mutuaui tibi vinum,quod valebat decem tempore mutui, & tu vis mihi reſtituere nunc quod non valet niſi quinque, quod ego cogor recipere, ſi non fueris in mora,l.vinum. ſi certum petatur. Et idem dicendum in frumento, dum tamen non ſit mutata bonitas intrinſeca, ſcilicet quòd vinum ſit eiuſdem ſaporis. non enim refert ſi plus,vel minus nunc valeat.Ideo Bar.in l.cùm certum.per illum text. ſo, ſed pretium præſentis temporis præſtari debet.ſi de auro & argento legato, dicit, quod ſi ego promiſi tibi dare xl.ducatos. iam ſunt duo anni, modo volo tibi dare,ſecundum æſtimationem præſentem, creditor verò vult ſecundum æſtimationem quam valebat ducatus vel florenus tempore promiſſionis, quod debeo ſoluere ſecundum æſtimationem quam valet nunc,niſi eſſem in mora,vt dictum eſt iuxta formam d.l.vinum.Et ſic Bar.ibi decidit,quod attendatur tẽpus ſolutionis ſicuti, & non profecto tempus promiſſionis. Quare ſi æſtimatio ſcutorum coronæ ſit aucta,potuerunt tam promiſſor,quàm creditor hanc variationem cogitare, cum æſtimabilis & variabilis ſit ſecundum variationẽ & accidentiam temporum. Nam valor prædictorum ſcutorum coronæ fuit duabus à tempore promiſſionis vicibus hucuſq; mutatus & auctus.Nam primo de xxvij.cum dimidio ſolidis Turonenſib.ad xxxv.ſolidos,& ſecundo tempore noſtro per defunctum bonę memoriæ Ludouicum duodecimum regem ad xxxix.ſolidos Turonenſes vſque. Et pariter valor ducati ad xlj. ſolidum cum dimidio,ſcuti ſolis ad xl.ſolidos Turonenſ. † Quod facere potuit ipſe ſolus princeps ſecundùm Io.Fab.in- 6
ſtitut.quibus modis tollitur obligatio. in princ.& in auth.hoc niſi debitor.C.de ſolutionibus.& Corneus conſil. cxxxv. ad euidentiam huius conſultationis,in litera D.vol.tertio.licet Luc.de Pen. in d.rubrica,de veteris numiſm.potę.in fine velit contrarium, quod non poſſit mutare ſine conſenſu populi. Et idem Imo.in d.c.quanto,per illũ text.ibi, irrequiſitò aſſenſu populi.& ibidem Anchar.in ſecundo notab.& Abb. Sicu.in iiij.notabi.& Pet.de Bellug.in Spe.tit.de mutatio.monetę.nu.j.& ita dicit in regno Hiſpanię ſeruari,& monetam eſſe immutabilem. † Sed primum
7 eſt communius quod ſeruatur in hoc regno. & pro huiuſmodi obſeruantia eſt tex. in d.l.ij.& l.fin.& ibi Io.de Platea in prin.verſi.Quis autem. de veteris numiſma.pote.Et hoc tenet Salic.in l.ij.C.de falſa moneta.& Ana.in d.c.ad falſariorum.& bonus text.in l. creditor. ibi quaſi æroſa iuſſu præſidis ſublata eſt. & ibi Paul.de Caſtr.ff. de ſolutio. Et ſic mercatores, & cambſores non poſſunt augere vel minuere valorem aureorum, & ducatorum, vt dicit Angel.in d.l. ij.de veteris numiſm.poteſt. quamuis emantur vltra valorem vno ſolido aut dimidio ab hisqui indigent. Et nõ ſolùm poteſt mutare bonitatem extrinſecam, ſed etiam formam & qualitatem intrinſecam. Et in tali pecuniæ declaratione ſeu reprobatione, ſolitum eſt dari tempus illam declamatam pecuniam & monetam reprobatam exponendi, & ſe de illis de ſaiſiẽdi. Et ſimili ordinatione facta per regem Franciæ,atteſtatur Alb.in l.vxori.§.vxori.ver. Tertio quærit. ff. de leg.iij.& in d.l.cùm quid. ver. Tertia quæſtio. & Domini.de ſancto Geminiano in d.conſi.xxxvij. ſed hoc intellige,dum tamen princeps ad requeſtam fortè nonnullorum ob lucrum non mutauerit valorem, quoniam ipſe teneretur,vt dicit Hoſtien.in ſummã, titulo,de cenſibus §.ex quibus.verſic. Quid ſi moneta & verſic. Et nunquid Rex Franciæ.& de Puteo in tractat. Syndicatu. titulo de cenſibus Imperatoris verſicul. Et quando ſine cauſa. Et dixi in tract.de ſedit.Non enim eſt in caſu preſenti intrinſeca bonitas, ſed extrinſeca quæ mutatur, ideo de ea non eſt curandum, vt dicit Bald.in conſil.cxx. quia obligationes ex conuentione legem accipiunt. volumin. quinto, volens quod ſi obligatio ſit formata in flo-

renis aut ſcutis,neceſſe eſt quod aut floreni ſoluãtur, aut tantandem quod cum æſtimatione florenus per tempora,& pro tempore currente recipiat functionem,ne fiat actoris ſeu creditoris conditio deterior, d.l.Paulus.& d.l.ſi quis argentum.& d.l.authent.hoc niſi debitor.& Purpur.in d.l.cum quid.nu.clxvj. cum aliis per eum alle.& Ant.Rubei.conſi.xvij.Quare nõ immerito, ſi ſecundùm varietatem temporum varietur moneta quæ aſcendat & deſcendat, ita quod ſecundùm eum tempus ſolutionis,vel moræ ſemper inſpici debeat,d.clemen.fin.de deci. & idem Corne. conſi.cclxxix.conſului apud Interamnem quàm velociter.volum.j.& latius conſil.cclxxxvij.in hac conſultatione videtur.eod.volum. vbi loquitur in dote quæ promiſſa fuerat in pecunia, & moneta currenti ſeu vſuali,prout fuit hic,dum dicitur quę quidẽ mille & quingenta ſcuta hodie currentia,cuius bonitas intrinſeca non eſt mutata,debet tempus ſolutionis attendi,per text.& gl.in clemen. vltima. Et cum tunc & nunc etiam currant eadem ſcuta, licet in maiori valore,illa eadem ſolui debent, aut eorum quæ nunc eſt æſtimatio. Tria enim ſunt in pecunia ſeu moneta, ſcilicet materia quo ad valorem,forma quo ad authoritatem, & pondus quo ad vſum.d.l.j.de contrahenda emptio.& in dicta l.j.& ij.de vet.numi.pote,&ibi Ioann. de Plat.verſic. Item ad monetam bonam tria requiruntur. Et idem Luc.de Penn. ibi ſuper rub. & Anchr.in d.capitul.quanto,in prima quæſt.& Albe. in conſi.lvj.quod ſolutio. verſic.pecunia enim habet. volum.ij.& Cuman. conſil.cxxxviij. Et ſupradictam concluſionem tenet Corn.conſi.cix.viſo puncto.volumin.iiij.& conſil.clxxxj. viſis nonnullis actis. volu. ij.& conſi. cccxxj. de pluribus effectualiter quæritur, eod.volum.& Ana.in c.j.verſi. Vtrum autem debeat haberi conſideratio de Iudæis.& Ioann.de Plat.in d. l.ſecunda,vbi eſt bonus textus in vltimo §.de vet.numiſ.poteſt.& iſta eſt vera & communis opin. ſecundùm Alex.Soc. & Iaſ.in d.l. cùm quid.in gl. vlt.& in d.l.quod te.& ibi Aret.& Alb. in d.l.vxoris. §.vxori. & Capra conſi.xxix.verſi. circa vero ſecundum quæſitum.& Iaſ.in l.ij.verſic.tricesimoſexto,quæro,C.de
8 iure emphyteut.† Tamen plures doctores tenuerunt contrarium, quòd ſolutio fieri debeat habito reſpectu ad valorem monetæ vel auri qui erat tempore contractus ſiue illo tempore eſſet fortior aut debilior: vt voluit Azo in ſuis brocardis ſub rubrica an eadem menſura vel moneta debeatur. quem ſequitur Iacob. de Belloui. in l.ſi ita. ff.de auro & argento leg.& Din.in regula, inſpicimus. & in regula,in obſcuris.& ibi dixi in addit.de regul.iur.lib.vj.& Cin.in d.l.vxori.§.primo.de legatis ij. & Ioann. Fab. inſtit. quibus mod.tol.oblig.in princ. & in finalibus dicit, quod curia Franciæ ita obſeruat, quòd ſolui debeat moneta in valore currente tempore contractus, & ide . in d.authentic.hoc niſi debitor. de ſol.& idem Specu.in titu.de oblig.& ſolut.in vltim. quæſt. & ibi Ioann. Andr. præcipue quando debetur aurum vel argentum,vt dicit Bald.in l.duobus.verſi. Item quæro quid ſi aurei hodie ſint maiores.C.communia de leg.& Albe.in l.Rutilia Polla.ff.de contrahen.empt. & Maſuer.in ſua praxi.titu.de ſolut.verſicu.Item debitor.& Oldr.conſil.xiij. & conſil.xxxj.& Domin.de S.Geminn.in d.conſilio cxxxvij. & hoc quando ex obligatione contractus, velcenſus debetur.d.c.olim. & idem Nicol. de Milis in ſuo reperto. in verb. pecuniam.& Alber.in d.l.ij.de iure emphy. & latè But. in d.c.quanto. vbi diſtinguit quinque caſus, de quorum veritate infrà dicam. & idem facit Curt.in dict. l.cùm quid ſeu tracta.monetarum. in iij. & xj.qu.dicens in iij.quæſtio.quod tempus contractus etiam quantum ad bonitatem extrinſecam in omni contractu,ſiue locationis ſiue mutui, ſiue alterius eſt attendendum. Ideo varietà æſtimatione tenebitur debitor ad illam ſolum æſtimationem, quæ tempore contractus currebat:ſequendo Doctor.ſuprà prædictos.& idem Iordanus Buci in tract.ſuo de monetis, qui ponitur poſt comprehenſorium ſeu. domini Io. Raynaudi,& Guid.Pap.in q.cccexciij.† Attamen prę- 9
cedẽs eſt verior & communior,vt infrà dicam,quod ſoluantur aurei & floreni cuiuſcunque æſtimationis tẽpore ſolutionis,ſiue in maiori, ſiue in minori pretio fuerint, vt æqualitas ſeruetur, quia ſi nunc aurei ſiue ſcuta, quæ ſunt in maiori, quàm fuerint valore, ſcilicet xl.ſolidis Turonen. eſſent ſolui intra certum tempus promiſſa:& tempore ſolutionis ad primum valorem xxvij.ſolido.vj.denari.Turo.redacta: & dicat promiſſor,ſe velle ſoluere ſcuta ad valorem, quo tempore promiſſionis valebant, dicet quòd non,& bene. idem ergo econtra. Vnde debet debitor petere eius contrarium, quod non eſſet poſtulaturus, vt dicit Bal.in d.conſi.cxxx.quia obligationes.per text. in l.pen.C.de ſolut. † Et prædictam communem o- 10
pin.limitat Bal.in d.conſ.cccxxxix. niſi tempore contractus, florenus aut ſcutum fuiſſet datum ad rationem librarũ, vel ſolidorum, pro quolibet ſcuto, aut floreno,vt hic videtur factum:quia illa æſtimatio debet reddi & non maior, ſicut in qualibet re data in dotem æſtimata vera æſtimatione. l. æſtimatis. cum l.ſeq.ff.ſolu.mat. & l.cùm dotem.C.de iure dotium. dicens,quod cauti homines futura aſpicientes ſic facere conſueuerunt. Et ideo debet attendi diligenter tenor obligationis.Et ipſum ſequitur Anch.in d.cle. vlt. de decim. qui dicit Bald. hoc habuiſſe à domino Bar.in d.l.Paulus.in q.pen.quia ſic dixerat, etiã quando floreni mutuantur, vel dantur in dotem ad rationẽ libræ:puta,mutuo tibi,vel in dotẽ do centũ libras in florenis.Nam iſta verba ſecundũ eum important, quod ipſos florenos do tibi in ſolutione pro centum libris,ſicut in re in dotẽ data æſtimata: ideo non poſſunt peti,niſi centũ libræ d.l. ſi quis ſtipulatus fuerit decẽ in mille.Et ſic non res, ſed æſtimatio petitur.& ipſum ſequitur Io.de Pe.de Ferra.in tit.de acti.hypothe.in gl.relaxãdum.in pen.q. & eſt gl.pro hac limitatione in l.ſi inter vir.& vxor.in j.gl.q.vlt.C.de iure dot.latè Curt.in tract.monet.q.iij. & xj. Ana. in c.ij. ver. Tertio caſu.de maledi.ſequendo Anch. & in hãc partem inclinat Barb.conſi.xix. & viſo puncto,& viſis conſiliis.vol.iiij.licet plura pro prima parte adducat,dicẽs, quòd ſic quotidie videmus poni in inſtrumentis, quod quis mutuat centum ducatos ad æſtimationem xxxij.ſolid.pro quolibet ducato:quia talis æſtimatio non fit,vt moneta groſſa trãſeat in minutam,ſed vt ſciatur, quantũ valebat tũc ducatus,prout hic poſſet dici.Et per conſequens contrahentes ipſi videntur voluiſſe illud quod natura cõtractus requirebat, d.l.cum quid. Hæc ratio ſalua pace videtur facere pro prima parte,quòd debeantur ſcuta promiſſa non habendo reſpectum ad valorem auctum vel diminutũ,poſtquã in ſua eſſentia remanent. Præterea adduxit no.per Ioan.And.in c.j.de commo. quod magis etiam, vt mihi videtur, facit pro prima parte, videlicet quòd aliquando ad finẽ emptionis fit æſtimatio.& ſi conſtat,facit emptionem,quia ſic dictum eſt, quòd æſtimatio rei dotalis ſolum reddatur. Ad hoc text.in l. plerunque.§.ſi ante. cum ſeq.ff.de iure dot.& d.l.ſi æſtimatis.& l.quoties.C.de iur. dot.Aliquando fit æſtimatio nõ ad illum finem emptionis, ſed vt ſciatur an creſcat,vel decreſcat valor rei. dict.l.

ple-

plerunque.& gloſſ.in l.ex conuentione. in verbo, eſtimatus.C.de pact.& tunc operatur effectum,de quo in l.ſi inter virum & vxorem. C. de iure dotiũ.qui tex.formaliter decidit q. noſtram cõtra limitationem Bal.vbi conuentum erat, q; ſi matrimonium intra quinquennij tẽpora quoquomodo eſſet diſſolutum,ſpecies æſtimatæ dotis datę,pretiis quibus æſtimatæ ſunt reddereẽtur.Decidit Imperator res ipſas debere reſtitui,& non pretia rerum: cum in placito ſpecierum reddendarũ, idcirco pretiorum nomen videatur annexum, ne ſi ſpecies aliqua diminuta fuiſſet, aut perdita, alio
11 pretio,quã quo taxata fuerat,poſceretur. † Et ſic in dubio æſtimatio non faceret emptionẽ, ſecundũ Ioan.Fab.ibi,tamen gl.tenet ibi contrariũ,quã ſequitur Bar.& cõmuniter doc.ibi,& Soci. in cõſ. lvj.in vij.caſu.vo.j.& Iaſ.in d.l. ex conuentione. in j.no.& in j.limitatione.C.de pactis. Et ſic videtur quod hic eodem modo ſcutum ad illum finem æſtimatum,ſcilicet vno & quolibet ſcuto auri computato,& exiſtente in valore xxvij.ſoli.vj.denariorum monetæ currentis.Poſtquam ergo ſcuta ſolui promiſſa non ſunt mutata in ſubſtantia ſeu bonitate eorum intrinſeca, tradi debent, ſiue eorum valor,nunc fuerit factus maior aut vilior: ſecus ſi in totum vel in parte ratione ligæ, aut ponderis fuiſſet ſcutum in bonitate intrinſeca reſpectu eſſentiæ reprobatum,vt infrà dicam:tunc haberetur reſpectus ad illam æſtimationem in principio cõtractus factam,vt dicit text. in dict.l. ſi inter virũ. in fin. Neſi ſpecies aliqua diminuta, &c. Et ita intelligunt ibi Cin.Ioan.Fab.Bar.Bald. Sali. & Alb. Quamuis gl.ibi,in vlti.q.velit,quod licet ſubſtantia dotis remaneat, ſi tamen tempore ſoluti matrimonij, vilior vel pretioſior ſit facta in pretio, quod illud pretium ſolum debeatur, vt dictum eſt:tamen parum deuiat à communi opi. Sed ſecundùm doc.ſupradictos ſufficit rem in ſubſtantia & bonitate intrinſeca non mutatam dare vel reſtituere. Et iſta eſt vera, & communis opi. (vt credo dictum eſt)ſecundùm Alc. Albe. & Soci.in d.l.cùm quid.& Are.& Aret.in d.l. quod te.vbi de Aret.reſpondet ad iura & motiua Ant. de Butr. & pariter Socin.in prælle. conſi. lvj.in ij. & iij.caſibus.volu.j.igitur dictum & limitatio Bart.& Bald. in d.conſilio cccxxxix.& ſequa. non poteſt habere locum in caſu præſenti,quia eſſet contra tex.in d. l.ſi inter virum & vxorem & contra communem ſententiam Doc. de quorum etiam numero ipſi fuerunt primi.Vel certè dici poteſt, q; opi.ipſorũ procedat,quando æſtimatio dotis in re vel pecunia datæ facit emptionem verã,tũc æſtimatio ſolueretur,per iura quæ ipſi allegant. Sed hic appretiatio ſeu æſtimatio non fuit facta, vt faceret emptionem,vt dictum eſt,quia in caſu dotis,reſtituẽdæ fuit dictum, quod eadem ſcuta auri eiuſdem ponderis,& legis reſtituerẽtur patri filię.Et ſic tenet Maſuerius in t.de dote matri. verſi. Item dos debet reſtitui volens q; mulieri vel eius hæredib. debet dos reſtitui in eodem genere & qualitate, & in eadem bonitate, per l. quæ iura. & l.cùm in fundum.§.ſi fundus.ff.de iure dotium. & idem in verſi.Item ſi fuerit conuentum quod profectò nõ fieret ſi æſtimatio ſcutorum tempore contractus facta,vt non ipſa ſcuta in quantitate ſoluerentur. Et ita comperi fuiſſe iudicatum Pariſiis, & latum arreſtum die vltima Decembris,Anno 1532. Quod quidẽ eſt inſertum in grandi conſuet. tit.de excu. literarum.art.vj.Item not. quod quando pecunia. Et reperi (licet longè poſt) in curia noſtra die iij.Auguſti. Anno 1530.Ad commodum dominæ Iſabellæ de Pompadorio, contra Goffridum de Beynaco,de quibus in quæſtion. ſeq. magis diceretur. fuerunt analuati per magiſtros cameræ computorum Vallen.quemlibet aureum ponderis duorum denariorum, & xvj. granorum: ſcutum ſolis,quinque denarios vltra, qua valuatione per curiam viſa,condemnauit dictum de Beynaco ad eſtimationem.Et latum arreſtum, die Anno 1532. Et idem tenuit Ioan.Campezius in tract. de dote. in ij.parte.qu.lxxxij.allegat Bar.in l in his.§. mancipia.ff.ſolut.matri.& idem de ſancto Georgio in d.l.res in dotem de iure dotium. & Fran. Purp.in dict.l.cum quid. numer. 103. Et veniendo ad illos quinque caſus Anto.de Butr. de quibus Socin. in d.l.cùm quid. facit quinque concluſiones. & in præalleg.conſi.facit vij.caſus circa dotem promiſſam reſtituendam, quorum aliqui continentur ſub illis quinque:ideò reliquos vide ibi, quia ſing. ex quibus tota reſoluitur materia mutationis monetæ.† Primus caſus Butri.& Aret.eſt.quando pe- 12
cunia reprobatur in totum & in perpetuum, & tunc omnes tenent (vt) in. in di.l. Paulus. quòd ſit ſoluenda æſtimatio in noua pecunia, l. eleganter. §.qui reprobos.ff.de pigno. acti. & iſta eſt quarta concluſio Socin. quam dicit eſſe veram, ſi pecunia antiqua reperiri non poteſt: ſecus dicit eſſe quando pecunia antiqua reperiretur, quia tunc ſufficit reddere antiquam. cum ipſam reddat in eadem bonitate, licet non eiuſdem æſtimationis, vt tenuerunt Petr.& Cin.in le. in minorum. C. in quibus cauſis.in integ. reſtitu. non eſt neceſſ. & Roman.in d.l.cum quid.& Ioan. And. & Imol.in dict.cap.quanto. Sed hæc limitatio non videtur vera creditore inuito,d.l.Paulus.& d. l.ij.§.j.& ibi omnes,ſi cert.peta.quia magis conſideratur ratione curſus & vſus,quàm ratione materiæ, per text. in dict.cap.olim.& ca. cum canonicis. de cenſi. & idem Domi.in dicto conſil.cxxxvij. & Ioan. met. de Imol.in d.clement.vltim.verſic. Matth. tangit hic, quia iſta pecunia reprobata non habet miſiam &c. † Secundus caſus eſt quando non tollitur 13
in totum,ſed deterioraretur valor ipſius propter diminutionem ligæ vel ponderis:& tunc periculum pertinet ad debitorem, qui tenebitur ſoluere æſtimationem prioris monetæ. & ita loquitur text.in d.l.Paul. aliàs creditorem.& iſta eſt prima concluſio Socin.in qua reſidet, & eſt communis legiſtarum,& Abba.Sicu.& cæterorum canoniſtarum in d.c. quanto. & capitul. olim. Tertius verò,& quartus caſus de Aret. ſeu ij. & iij.cõcluſio Socin.ſunt,quod ſi aurum vel argentum ſit alteratum,& mutatum in valore & æſtimatione, & non in pondere vel liga: & tunc ſiue in perpetuum,ſiue ad tempus fuerit diminutus valor, vel auctus,periculum ſeu detrimẽtum, & etiam commodum ſpectat ad creditorem. Et iſta eſt communis ſententia ſecundum ipſos, quia ſufficit quod in bonitate eadem intrinſeca ſoluatur, & reddatur aurum vel argentum creditori, vel eius æſtimatio ad rationem diminutionis vel augmenti. & iſte eſt propriè caſus noſter.Quintus caſus eſt, quando pecunia mutatur poſt moram, aut variatur, & tunc debitor tenetur ſoluere æſtimationem, quanti plurimi fuerit à tempore moræ, ſecundùm Bartol. in dicta l.cùm quid.quem ſequuntur ibi omnes.& in dicta lege Paulus. Et hęc in debitore quantitatis.

miſerit propter ſcientiã debiti fortè non præſcriberet: tamẽ bene hæredes eius. ita dicit Cor. in d. conſ.xciiij.& Rõ.in cõſ.ccj.ver. iij.principaliter & Ale.conſi.lxiij.vol.iiij.Sed in caſu noſtro hæredes ſciuerunt promiſſionẽ dotis factam per eorũ patrem vt apparet per litteras miſſiuas per eos agnitas & confeſſatas, vt infra dicam, & etiã per pacta ſolutionũ, quæ tempore proceſſus inchoati durabant, per quę probatur mala fides ipſorũ, vt in terminis decidit Ale.in d.conſ.lj.vol.v. Quare promittens & eius hęredes, ac malæ fidei poſſeſſores præſcribere nõ poſſent. ¶ Et prędictis videtur cõcludẽdũ reſpectu viri, cp de iure & cõſuc. generali Franciæ præſcribatur tã actioni de dote promiſſa, quam rei immobili in dotẽ aſſignatæ, xxx.ann. ſpatio, ſiue præſcribẽs ſit bonæ vel malę fidei poſſeſſor, d.l.ſicut.& l.omnes. & l.ſi quis emptionis e. ti. Et de re dotali immobili cõtra maritũ præſcripta, eſt text.in l.ſi fundũ.& ibi Bal.ff.de fund.dota. Sed an ratione actionis hypothecariæ, quã marit' habet in bonis conſtituentis & promittentis dotẽ, ſicut ipſa mulier habet, l.j.§.j.ibi, & ita in huiuſmodi actione, damus ex vtroq; latere hypothecã, ſiue ex parte mariti pro reſtitutione dotis, ſiue ex parte mulieris, pro ipſa dote præſtãda, &c. C.de rei vxor.action.& ibi Ludouic.Bologn.in ſuis primis interpretationib.& in dict. §. fuerat.de actioni.& Petr.de Ferra.in ſua praxi, ti.forma libel.quo vxor agit ad dotẽ.in prin.& Bal.nouel.in trac. de dote. parte viij.ver.xxxvj.erat olim.& etiam in vj.parte,
3 priuil.vij.† Sed tamẽ vir non habet priuilegiũ præ-lationis, quod cæteris præferatur creditorib. ſicut vxor, vt tenet gloſſ.in d.l.j.§.j. de rei vxor.actio.in verbo, ex vtroque. quam ibi ſequuntur Bal.Alb.& Sal. quod de iure præſcribatur xl.an. per promittẽtẽ & eius hæredes, l.cũ notiſſimi. & §.j. de præſcr. xxx.an. Et per tertium x.an. inter præſentes, & xx. inter abſentes, l.j.& ij.C.ſi aduer.cre.& tenet Ab. Sic.d.conſi.xxij.vo.ij.& Pau.de Caſt.in d.cõſ.lxxj. vo.nouo.& Iaſ.in §.item Seruiana.nu.123. inſti.de
4 actio.† Tamen de conſuetudine patriæ conſuetudinariæ, ſec.Maſue.vbi ſuprà præſcribitur hypothe cę xxx.ann. ſine diſtinctione perſonę, per quã præſcribatur.& idẽ in tit.de dote.ver.item ſi dos promiſſa.& Bal.conſ.xj.quidã do.Matth.ver.vlt.ibi,& hæc eſt veritas.vo.iij.& Ang.conſ.ccij.in qu.Ioan. Lanfred.volẽtes, quod ſtatutum aut cõſue. diſponẽs.quod nullis actionib.perſonalib. præſcribatur niſi xxx.ann.ſpatio, locum habet in hypothecaria. Et hæc videtur magis æqua quã præcedens, quãdo per tertium præſcribitur minori tẽpore.d.c.peruenit.de emp.& vẽd.ſed contra promittentẽ & eius hęredes ius cõmune eſt magis fauorabile, vt per Abb.Sicu.cõſ.xiiij.vo.ij.aliàs propter eius patiẽtiã in nõ exigẽdo à patre vel fratrib.vxoris dotẽ, ſiue in pecunia, ſiue in immobili exiſtentẽ, infelix remaneret indotata, cp eſſe nõ debet, l.fin. C.de iure do.& l.j.ff.ſol.mat. Et hæc de viro ſufficiant: reſpectu verò mulieris nunquã actio de dote, aut res dotalis cõſtituta de iure præſcribitur, niſi à tẽpore quo experiri & agere potuit.d.l.in rebus.§.omnis. & Bal.in cõſ.ccxxv.& Pau.de Caſt.conſ.lxxxj.breuiter in caſu præſenti dicẽdum eſt.vol.nouo.Guid. Pap.in ſing.dcliij.cum aliis ſuprà alleg. Et in duobus caſib.ipſa agere poteſt, ſcilicet ſolut. matr.vel marito ad inopiam vrgente, d.l.in rebus.& l. vbi, eod.tit.& l.ſi conſtante.ff.ſoluto matrimo.& Cumanus conſi.xcij.viſo ſubſcripto caſu quamuis hic à tempore obitus Franciſci de Luſtraco mariti Ioannæ de Beinaco vſq; ad proceſſum eſſent xxv. anni defluxi,& ſic nulla præſcriptio reſpectu ipſius Ioannæ de Beynaco vxoris: nec ſibi per hæredes patris obiici vel opponi poterat præſcriptio decurſa contra eius maritum deſidem, & in non petendo dotem negligentem, vt dicam in ſequent. quæſtion. niſi xl. annorum. Sed bene per extraneum poſſidentem etiam ex alienatione rei dotalis de eius conſenſu facta poterit præſcriptio annorum obiici, dicto capitul.peruenit. de empt. & venditio. Et aduerte, quod præſcriptio inchoata contra mulierem tempore contracti matrimonij continuatur tam contra eam, quam eius hæredes & ſucceſſores, d.l.ſi fundum. & ibi Ludouic. Bologni.in primis interpretat. de fundo dota. & gloſſ.j.in l.ea quę.§.final.quam ibi ſequuntur Doctor.C.de tempor.in integ.reſtitut.& text. in l.ſi prædio. in principi. ff. de in diem addic. & idem Paul.de Caſt.conſil. ccix. ad primum reſpondetur, quod præſcriptio. volumin. nouo. & aliquid dicam in ſequenti quæſtion.fallent.vltim. & Paul. de Caſtr.conſil. ccccixvij. in caſu præmiſſo dico indubitanter.volumin.nouo. vbi vult præſcriptionem ſtatutariam abbreuiantem communes præſcriptiones non currere vxori in matrimonio exiſtenti. Et vtinam hic eſſet conſuetudo, aut lex, ſiue ordinatio regia, quod nulla præſcriptio curreret contra inſtrumenta dotalia, vt eſt Peruſij, vt refert Bald.in l.j.verſicul.attende autem.C.de annali except. quòd tamen intelligeretur vſque ad centum annos, vt latè dixi ſuprà in quæſtion. xxxix.incip.præſcriptio centum annorum.verſicu. præterea pro hac parte multum facit. niſi in † ea- §
dem lege & ordinatione eſſet inſerta clauſula, quam ipſemet Bald.in l.ipſis rerum.verſi.ſed nunquid econtra. C. vt in poſſeſſ.legat.vt, quoties præſcriptum fuerit, toties actionem renouamus: quẽadmodum teſtatores & contrahentes aliquando conſueuerunt hanc apponere clauſulam, quòd quoties præſcriptum fuerit toties lego vel promitto. Nam ex deſinentia vnius, alterius proficiſcitur origo.ad hoc text. ſingularis in l. ſicut annos. in princip.aliàs incipit, ſi cui in annos. ff. quibus mod.vſusfruct.amitta.& idem dicit Roman.in repetit.rubric.de arbitriis.verſicul.Sed cautela eſt.& Anan.in capitul.ij. de Iudæ. quod not. vt ſic fieri facias, quando per contrahentes ad conſulendum ſuper paſſatione contractuum vocatus fueris. Et ſimiliter apponi facias iuramentum partis, ratione cuius debitor non poterit de iure obiicere præſcriptionem, textus eſt celebris in le. tam & poſtea.§.ſi is qui temporali.ff.de iureiurando.& ibi tenent Bartol.Bald.Angel.Alber.Roma.Alex. & Iaſon.in ij.not.& Roman.in l.j.verſicul.Et adde duas notabiles cautelas.ff. de vſucapion.& idem Cępol.in cautel.xxxv.& Feli.in capitul. final. verſic. Quarta declaratio. de præſcriptio.& Franc. Balb.in tract.præſcriptio.numer.lxxxix.& Iaſon in §.ſed aliquãdo.in addit.ad Chriſtophorum Porc. inſti.de vſuca.& Hippolyt.de Marſil.in ſuo ſingu. cxlj. hoc tamen vltimum ſcilicet iuramentum fortè non ſeruaretur, in curiis ſupremis Franciæ, quia nulla præſcriptio à cætero obiici poſſet: cum in omnibus ferè contractibus iuramentum ſit pro obſeruatione contentorum ſolitum per partes præſtari. Tum etiam propter conſuetudinem generalem Franciæ deponentem omnes res præſcriptibiles ſpatio xxx. annorum præſcribi poſſe. Ideo apponere facies ſemper primam clauſu-

lam, & in confirmationem illius, & reliquorum iuramentum.

SVMMÆ.

Quæstio CCCXXIX.

1 *Mariti negligentia non exigendo dotem, an noceat vxori.*

2 *Vxor an possit viro imputare negligentiam non exactæ dotis.nn.3.*

DECISIO CCCXXIX.

VIDETVR primò dicendum, †quod negligentiam viri in non exigendo dotem, siue in pecunia vel in alia re mobili aut immobili existentem,à quocunque siue patre,matre,siue extraneo promittam,noceat vxori valenti postea,cum ad libertatem experiendi peruenerit, agere. Vnde recursum suum contra hæredes mariti dirigere debebit ob interesse,ad quod maritus tenebitur, vt tenet Masue.in d.tit.de præscr.ver. Item & res dotalis.per tex.in d l.si fundum.de fund.dot.& idem tit.de dote.ver.Item si dos promissa.Et hoc si sint soluendo,quia si dos consistat in pecunia, tũc sine dubio procedit præscriptio secũdum eum:quoniã dos fuit promissa vxori:& per eã, & ad causam eius marito competit actio ad ipsam exigendã. Quare ad ipsum spectat periculũ,d.l.si fundũ. Et hoc casu præscriptio currit contra virum: si verò cõsistat in re mobili,& idẽ quia tũc ipse tenetur ad æstimationem,cũ res istæ cõmuniter dentur in dotẽ æstimatæ,vt dixi in §.v.in verbo,dotis fructus.q.vl.de cõs.iur.perso.li.cõsue.Bitur. Et idẽ dicendũ est in reb.immobilib.licet secũdũ eũ magis dubium cũ in illis cadat affectio:aliàs,vt inquit,nõ esset æquè prouisum mulieri,nisi recuperaret æstimationẽ à viro vel hæredib.suis:quod videtur iuri cõsonum, plus quã in minore:quia hic versatur sola viri desidia seu negligẽtia. Præterea dicit pro hac parte facere cõsuetudinẽ,per quã vxor est in potestate viri,sine quo experiri nõ põt,vt dictũ est ſ.in præced.q.Et idẽ tenet Pau.de Ca.in l.nupta.§.quoties. ar.illius tex.ff.de sol.mat.quãuis secũdũ eũ aliquid dicãt,quod nõ debet sumi ar.ex illo tex. quoniam resultaret intellectus.l.si extraneus.ff.de iure dot. cõtrarius,& maximè quãdo ab initio cõtractus pater erat soluẽdo,& postea effectus est nõ soluẽdo, & interim maritus neglexit exigere:quo tũc tenetur de tali culpa:aliàs si pater nõ potuisset soluere sine magno incõmodo suo, & maritus tunc nõ exegerit,nõ dicitur esse in culpa. Et idẽ dicit Pau. in l.si marito§.j.e. ti. Et istud dictũ Pau.esset diligenter notãdũ,secũdũ Ale.in d.§.quoties.si verũ esset, ad limitationẽ d.l.si extraneus.& idẽ tenuit Ioan.Cãpezij.in trac.de dote.parte ij.q.lxxvij.†Sed quãquã 2 hęc pars habeat grandem apparentiam, tamen contrarium est verius, quòd regulariter marito eius negligentia sine culpa in non exigendo dotem, vel eius hęredibus imputari per vxorem non possit, vt tenent Ray.Din.& Cuma.in d.§.quoties.quos ibi sequitur Ale.per gl.fin.quam etiã ibi sequũtur Doc.in l.si socer.§.Lucius.in ver. redditurus,fol.matr.& per tex. sing.in d.l.si extraneus.§.sed si pater.vbi probatur periculũ spectare ad mulierem:quia dicit tex. neque enim quisquam iudex ex proprijs aurib.audiet mulierẽ dicentẽ cur patrem(qui de suo dotem promisit)non vrserit ad exsolutionem, multò minus cur ipsam non conuenerit &c.si ipsamet dotẽ promiserit,vt ibi,quoniam mulier secundum Bal.ibi non potest improperare marito de gratia & dilatione, quam fecit patri suo vel sibi:imò hoc debet habere gratum,& potius gratias agere quam improperiũ obiicere. & idem si debitor mulieris qui dotẽ promiserat, ipsam mulierem hæredẽ fecerit:quia perinde est, ac si mulier ipsa dotem promisisset:ideo imputare non poterit viro,l.promittendo.§.vl.ff. de iur. Et idem econtra si ipsa mulier hæredem instituerit eum qui dotẽ promiserat, vel ei ab intestato succesſerat promissor,d. l.nupta. §. quoties.quia in istis casib.nihil viro imputandum,sed sufficit quòd eos ab obligatione liberet,vt ibi.Quoniam maritus potest permittere vxori possidere res dotales, & fructus capere,vt se & seruitores suos pasceret, l.si quis pro vxore.§.vlt.ff.de don.inter vir. & vx. & l.pro onerib.C.de iure dot. & communiter faciũt principes,duces&comites,& fortè minus bene,vt visum fuit de domina comitissa Astroco,cui ab initio dominus de Candalla permisit percipere & leuare fructus comitatus, sed quãdo voluit sibi mediãte arresto auferre,aufugit & fecit sibi guerrã. Et hanc partem tenẽt Bal.& Iac.de S.Geor. in d.l. si extraneus.†Fallit primò vbi maritus sine cõsensu vxoris remisit dotẽ,aut eam quã non receperat 3 confessus fuisset recepisse,quo tunc teneãtur eius hęredes, cum tunc quittantiam de dote videatur, dare,d.l.si quis pro vxore.§.si vxo.de don.int.vir. & vxo.& sic esse in dolo,vt tenent Bar.Pau.de Ca. & Doc.in d.l.mariti.§.j.fol.matr.per tex.in l.pen. §.si vir.eod.tit.& l.debitor & l.sanè. & l.vir ab eo. ff.de iur.dot.Et hoc si promissor dotis erat soluẽdo:secus si ignorans eum non esse soluendo receperit,& tunc non est quod sibi imputetur, quare non exegit,quo exigere non potuit.Nec etiam si pacto remiserit,l.quamuis.§ Marcellus. ff. ad Vellei. & iurib.suprà alleg. Fallit secundò quòd licet non imputetur marito,si nõ conuenerit mulierem, vel eius patrem dotem promittentem:tamen imputabitur ipsi marito,si non conuenerit hæredem patris vxoris suæ,vt tenet Bal.in d l.si extraneus,qui pro hoc alleg.text. celeb.in l.ob æs. §.fina. ibi. & si non petierit.& ibi idem Bal.ff.de pact.dot.& ita tenuit gl.in d.l.si socer.§.Lucius.super versi.redditurus.& Bal.nouel.in tract.de dote.par. viij priuil. xxiiij.& seq. versi.Præterea.& Iaco.de sanct.Geor. in d.l.si extraneus.in fi.ibi tex.ponit quatuor casus secũdũ Bal.ibi in anti.lect.Primus casus est quãdo extraneus promisit dotẽ non animo donandi mulieri,quia fortè erat eius debitor.Secundus,quãdo animo donandi.Tertius, quando pater dotẽ promisit.Quartus,quãdo ipsa mulier dedit dotẽ.Et in primo casu solũ imputatur viro mora, si negligẽtia sua nomẽ factũ est nõ soluẽdo:aliàs non.l.Mæuia.fol.matr. & ibi idẽ tenet Pau. de Cast.& Ioan. Cãpezius in tract.de dot.parte ij.q.lxxix. Nec pariter si mulier fundũ in dotẽ dederit præscribi à tertio inchoatũ,imputabitur viro,si nõ exigat ante completam præscriptionem,quia talis datio nõ impedit nec interrumpit præscriptionis cursum. Et hoc verum si pauciſſimi dies tẽpore donationis supereſſent ad præscribendum,secus vbi supereſſet aliquod notabile tempus, intra quod experiri poterat, d.l.si fundum. de fundo dotali.& ibi Bal.in fin.in aliis autem tribus casibus periculum nullum est in mora marito differenti petere:ideóque ei non imputandum d.l.si extraneus.

SVM-

SVMMA.

1 *Dos confeſſata & non recepta, an habeat priuilegia dotis. num. 2. & 3.*

Quæſtio CCCXXX.

Et ſic ex prædictis videtur, quod dos promiſſa, & à vito confeſſata, licet non vere recepta, non habeat priuilegia dotis, an ſit verum.

DECISIO CCCXXX.

1 VIDETVR † quod ſic, vt ex tit. iuncta glo. in l. aſſiduis. in verbo datæ. C. qui pot. in pigno. habe. quam ibi faciunt ſingul. Doct. ad idem tex. in l. ſi quis poſthac. ibi, dos etiã. C. de bon. proſcrip. & tenet Bal. in l. generaliter. C. de non. nume. pec. & in l. neque. C. de compenſ. & in l. j. in antiq. lectu. qui potio. in pigno. hab. & Auſtr. in q. Tholoſ. ccxvij. dicens hanc obſeruari pro qua videtur etiam text. in c. ex literis. ver. dediſti. & ibi ita tenc. ver. not. ibi, dediſti. de pignori. & ibi idem Card. de Zabarel. & Bal. Angel. & Imo. in d. l. j. ſolut. matri. & Corn. conſi. clxxxiij. vol. iij. & Ang. conſi. clxxx. & Ang. Aret. & Iaſon plenius in §. fuerat. inſtit. de act. & Iaſon in authenti. res quæ ſubiacent, C. commun. de legat. cũ aliis infinitis per ipſos allegatis. Et licet omnes Docto. ſupradicti teneant priuilegium dotis non habere locum in dote ſolum per maritum confeſſata, etiam ſi renuntiatum fuerit exceptioni non numeratæ dotis, vel lapſa ſint tempora illam opponendi exceptionem, iuxta l. fin. cum ſua authẽti.
2 quod locum. C. de dote cauta non numera. † Tamen Bartol. in d. l. aſſiduis tenet contrarium, quod dicit communiter ſeruari, vt idem ſit in dote confeſſata, ſicut in verè data, quando renuntiatum eſt exceptioni non numeratæ dotis, vel lapſum ſit tẽpus opponendi: aliàs non. Et illam exceptionem non ſolum poteſt vir aut eiús hæredes opponere, ſed etiam creditores, vt l. penultim. C. de non numerat. pecuni. & hanc opin. Bartol. ſequuti ſunt Angel. Bald. Alberic. ambo. & Salicet. in vltim. qu. in dict. l. aſſiduis. & Socin. in conſi. lx. verſicul. & in primis. volumin. j. cum aliis per eum alleg. Et ſic ſequitur quòd mulier non habet neceſſe probare numerationem dotis, niſi quando contra ipſam poteſt excipi de dote non numerata, iuxta d. l. fin. cum ſua authen. Et opin. Bart. ſequitur Paulus de Caſt. in l. ſi maritus publico iudicio. in prin. ff. ſol. matri. & Socin. in d. l. j. num. xix. ſolut. matr. vbi ponit quinque cõcluſiones cum pluribus limitationibus multum amplè. & idem tenet Bal. in rub. C. de priuileg. dot. & in l. cum aliquis. C. de iure delibe. & in l. pecuniæ per illum tex. C. de ſol. & Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. ccccij. num. xij. & Alex. in
3 d. l. j. ſol. matri. verſi. in ea ibi. l. aſſiduis. ¶ † Quid dicendum? Ale. ibi concordat has opinio. diſtinguendo, cuius diſtinctio mihi placet, quia aut cõfeſſio dotis emanauit antequàm ipſe maritus ſiue confitendo, ſiue contrahendo realiter ſe obligaret aliis creditoribus: & tunc procedat opin. Bart. Aut confeſſio emanauit poſt ius quæſitum creditorib. & tunc ſi lapſum ſit tempus opponendi exceptionem non numeratę dotiś, & adhuc habet locum opi. Bar. quia imputandum eſt creditorib. ſi non interrumpunt curſum dicti temporis, iuxta formam l. in contractibus. §. in omnibus. & auth. ibi poſitæ. C. de not. nume. pecun. & probatur etiã ſecundùm eum in l. ſi cui. cum gloſſ. in ver. creditores. eo. tit. vbi apparet quòd creditores veri non poſſunt opponere exceptionẽ nõ numeratę dotis, niſi quãdo cõpetit principali debitori, & ſic marito, vt ſuprà dictũ eſt. Ad idem l. ſcriptura. cum gl. in verbo, ſententiæ robur. C. qui pot. in pign. hab. vbi confeſſio dotis in cauſa pignoris nocet aliis creditoribus, ſi talis confeſſio fuit facta in inſtrumento vel ſcriptura priuata à teſtibus ſubſcripta. Fatetur tamen Ale. quod ſi creditores ignorarent eis competere facultatem interrumpendi curſum dicti temporis, & opponendi exceptionem non numeratæ dotis, & ſic lapſum eſſe tempus eis ignorantibus, poſſent in integ. reſtitui. d. l. in contractibus. cum gl. in ver. protinus cum aliis per eũ alleg. Et idem in hoc dicit Alex. in addit. ad Bart. in d. l. aſſiduis. in vltim. poſti. Si iſtud vltimum haberet locum, quòd reſtituerentur ob ignorantiã, quam ſemper allegabunt, nunquam mulieres erũt tutæ. quod poſt mortem virorum non poterunt probare ſolutiones dotis, niſi fortè per confeſſionẽ mariti in inſtrumento, aut teſtamento factam. Ideo creditores moroſi non ſunt releuandi, ſed debent conſulere iuriſperitos, ſicut in ſimili dicit Bal. in l. iuris ignorantiam. C. qui admitti ad bono. poſſeſſ. poſſunt. quòd mulieres & ruſtici, ſicut vadunt ad ſyluam pro lignis, & ad ciuitatem pro indulgentiis, ita debent ire pro conſiliis. Nam hoc non eſt multum difficile. cogita. Si verò non eſſet lapſum tempus, tũc dicit Alex. quod licet maritus renuntiauerit exceptioni non numeratę dotis, tamen videtur quod mulier poſſit repelli per creditores allegantes dotem non fuiſſe numeratam, d. l. aſſiduis. quia renuntiatio mariti non debet obeſſe creditoribus: per l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Tum quia non debet eſſe in poteſtate viri fraudare creditores, l. j. §. ſi culpã. ff. ſi quid in frau. patr. & pro hoc optimè facit text. & ibi expreſsè Bar. in auth. ſed iã neceſſe. C. de donatio. ante nupt. & ibi per Salic. & Doct. Moder. & idem Alex. cõſi. xlv. incipien. habita ſuper his. lib. j. & in conſi. lxiij. lib. iiij. quod quidem repetitur in vj. li. xxxix. ſtantibus his. verſicul. nec obſtat. & idem conſil. cxlij. viſo proceſſu. lib. v. & conſi. cxxiij. num. v. lib. vj. & Cuma. conſil. xxxj. in ſecundo dubio. & Abb. Sicul. conſil. lxxij. volumin. ij. & Bald. conſil. ccclxxxix. dominus Lanfrandus. verſicul. ſed vnum facit me titubare. volu. j. & ſequitur Iaſon conſil. xxxij. placet admodum conſultatio. volumin. iij. Et diſtinctionem Alexand. ſequitur Ioannes Campezij in tractat. de dote parte j quæſtio. xciij. quamuis non alleget ipſum & idem Matthæ. de Matheſi. in ſing. excmj. incip. nota priuilegium. & Ancha. idem tenuit conſi. cccx. nulli dubium quòd dos. & Soci. in ſuis reg. in verbo, dotis cauſa. verſ. limita hoc. vbi ponit nouem limitationes ad gl. in d. l. aſſiduis. & idem Imol. in dict. cap. ex literis. & præſuppoſitus Mediolanen. in cap. j. num. iij. de donatio. inter virum & vxor. & amplè Felin. in c. ſi cautio. ver. j. cõcluſio. & ver. ſecunda concluſio. de fide inſtrum. & Campezij vbi ſuprà proximè. quæſt. lij. cum ij. ſequent. Et ſic fuit concluſum in curia. & pariter in conſil. Neapol. vt refert Matthæ. de Afflictis in Deciſion. ceccij. & ſimiliter in cauſa dominæ de Montirochier, contra de Mombrum, & latum arreſtum die. &c.

SVMMÆ.

1 *Hypothecam in bonis mariti an habeat mulier à tempore contractus matrimony, vel à tempore*

soluta dotis.

2 *Dos soluta licet non sit secutum matrimonium, habet suam hypothecam.*

3 *Dos post contractum matrimonij soluta, an habeat priuilegia dotis.*

Quæstio CCCXXXI.

Et secundum hanc communem opinio. Bar. & veram, saltem æquam, quod dos confessata priuilegia dotis, sicut soluta & pagata, quando præcedit alios creditores, vel lapsa sunt tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, videtur soluta alia quæstio, à quo tempore mulier habet hypothecam tacitam vel expressam in bonis mariti, an à tempore promissionis & contractus matrimonij, an verò à tempore dotis longè post datæ & solutæ vel confessatæ.

DECISIO CCCXXXI.

1 ET videtur, quòd à tempore dotis datæ & solutæ habeat tacitam, vt voluit gloss. in d. l. assiduis. in verbo hypothecam. argu. l. cũ oportet. §. fina. C. de bon. quæ liber. & eam ibi sequuntur simpliciter Bald. & Ludo. Bolo. in primis interpre. & Specu. in titu. de sol. §. ante omnia. ver. sed pone etraxi. & ibi idẽ Balan addi. ver. in obligatione expressa. sed in hypotheca expressa inspicitur tempus obligationis. Sed cõtrarium tenuit Cin. in d. assiduis. arg. met. dictæ l. cum oportet. §. fina. quæ prima facie facit contra gl. Bal. & alios illam inducentes, vbi tacita hypotheca, quæ cõtrahitur in bonis patris pro bonis maternis alienatis trahitur ad retrò ad tempus quo cœpit pater administrare bona filij aducti tia, & expressa hypotheca contrahi potest à tempore promissionis. l. j. ff. qui pot. in pigno. hab. Vnde secundum eum humanius videtur dicendum, quòd à tempore promissionis & matrimonij subsequuti ac consummati inducatur obligatio, d. l. j. qui pot. in pign. hab. vt sic retrò videatur impleta promissio, & bona retrò obligata, quocunque tẽpore dẽtur: quia in ambiguis dotibus est fauendum, l. in ambiguis. ff. de iur. do. & in l. in ambiguis. de reg. iu. & hæc opi. fuit Iac. dç Are. in d. l. assiduis. & etiam Iac. Butrig. versi. item quæro. quos ibi sequuntur Bar. Alb. & Sali. & Soci. consi. cix. pro inuestigatione veritatis. ver. iiij. & vlt. vo. ij. vbi dicit istam esse communem. & Pau. de Ca. consi. ccxcix. in causis & quæstionibus. ver. iiij. posito. volu. antiq. & Anto. Negusantius in tracta. de pigno. ij. parte. quarto membro. nu. lxxvij. Quia secundum Bart. gl. in d. l. assiduis. quæ dicit quòd à tempore dotis datæ, debet subaudiri & suppleri, vel promissę. Et idẽ dicit ibi Ioan. Fab. & hanc partem videtur sequi Bald. consi. xvj. ista causa consistit. post prin. versi. sed posito quòd potuerit. volu. j. vbi tenet † quòd dos soluta licet sequutum non sit matrimonium habet suam hypothecam. & idem voluit in consi. cxcvj. inter Domini. ex vna parte vol. iij. Non enim traditio facit dotem, sed constitutio dotis interueniente matrimonio, l. iij. & l. tali. ff. de iur. dot. & idem Angel. consi. lxxvj. & Bal. nouel. in tract. de dote, parte dicima. versicul. sed tunc surgit notabile dubium, & viij. parte priuileg. xxiij. & idem in vj. parte xv. priuilegio. ver. ex cuius dictis colligitur &c. † dicens, quòd si mulier à principio nupsit sine dote, & post matrimonium contractum dotem constituit, talis dos etiam habebit sua priuilegia, licet cesset causa fauoris matrimonij contrahendi, quia non cessat causa matrimonij conseruandi cũ bona pace & synceritate animi. Alle. Roma. in d. l. j. sol. matri. & Pau. de Cast. in authen. res quæ. C. Commu. delega. & idem Ioan. Lupus doctor Palatios in repe. ca. per vestras de donat. inter vir. & vxor. ver. ex cuius dictis sic etiam fuit conclusum, vbi suprà.

2

3

SVMMA.

1 *Hypotheca tacita de dote restituenda an extinguatur per subsequutam expressam.*

Quæstio CCCXXXII.

Alia ex prædictis soluitur quæstio, si maritus longè post matrimonium contractum obligauit pro restitutione dotis generaliter bona sua, vel specialiter aliqua bona, an vxor tunc habeat tacitam hypothecam vel etiam amiserit.

DECISIO CCCXXXII.

1 ET † Petrus de Bellapertica tenuit, quod eam per hanc nouam obligationem perdidit, per tex. in l. fi. C. de pact. conuen. Sed contrarium tenet gl. ibi in verbo, cõtentam. sequendo Ioan. quem sequitur Cin. iiij. quæst. & ratio est secundum eum, quia pactum non potest constituere ius dotis deterius. l. si vnus. §. quod in specie. ff. de pac. & l. de die. ff. de pac. dota. & idem Bal. in d. l. fin. iiij. not. in antiq. lectu. & pariter Ang. in vers. sed huic decisioni obstat. & etiam Sali. versi. quærit glo. dicens quod omnes ita tenent. & idem dicit in d. l. assiduis. in vij. quæst. concludens, quòd si ante hypothecam tacitã generalem, interueniat expressa & specialis hypotheca alicuius rei, illa nõ præiudicat tacitæ generali in omnibus bonis. Et hoc voluit Ioan. secundum eum in d. l. fin. quia nihil contradicit speciali obligationi generalis accedens. l. ij. C. de pig. Si verò post hypothecam generalem expressam vel tacitam à lege inducendã, mulier sibi prouideat: & idem: quia nihil agit, per rationem doct. quòd pactum non potest cõstituere ius dotis deterius. Si verò ab initio ante obligationem generalem tacitam à l. inducendã de generali expressa in omnib. bonis sibi prouideat tunc secundũ eum generalis expressa impedit tacitam generalẽ nasci. Et ratio quæ eum mouet, est primò, quia expressa generalis est mulier vtilior, vt patet ex prædictis, secundo, quia si non vtilior, saltem æquiualet. & ita (vt inquit) debemus dicere. Fatetur tamen quòd vbi generalis tacita esset maioris vtilitatis, tunc non impediatur per generalẽ expressam, ne pactũ ius dotis deterius cõstituat, vt leges allegat. & Alex. consi. lvij. nu. iij. li. vij. vbi dicit gl. prędictam esse communiter approbatam. & idem Bal. nouel. in tract. de dote. vj. parte, priui. lxviij. & Anto. Negusantius de Fano in tracta. de pig. in ij. parte membro iiij. numer. lxxxij. vsque ad numer. xciiij. Ergo quocunque modo, siue ante, siue post tacitam hypothecam sequatur specialis aut generalis, mulier fauore dotis semper habet suam tacitam hypothecam. Facit l. qui res suas. & ibi Bartol. Alber. & Paulus de Castro. ff. de solut. & Bald. & Salicet. in le. libera quidem Theodora. versicul. quapropter Bart. C. de sentent. & interlocut. omnium iudi. & Bartol. & Doctor. in l. si quis aliam. in prin. ff. de solut. Secus est in aliis bonis paraphernalibus, quia prouisio legis per prouisionem hominis tollitur, l. fi. de pact. conuent. & ideo secundum gloss. in di. l. libera. & in dict. l. si quis aliam. est consilium, vt in secunda obligatione vel transa-

transactione, vel creditor qui accipit rem apponat pactum, quòd si contingat rem datam euinci per hypothecariam vel aliam actionem præcedentem, non intendit à prima seu pristina obligatione discedere, sed quod in suo remaneat vigore. Et illam gl. faciunt singu. primò Bartol. in d. l. si quis aliam. propter fideiussores, vel pignora quæ sunt in prima obligatione, & fortè non sunt in secunda. Item propter antiquiorem hypothecam in tempore, & etiam ob alia multa quæ accidunt, & idem ibi Alberic. & Paul. de Castr. versic. gloss. tamen ponit. & idem Bartol. in dict. lege libera. & Alberic. in fin. & singu. Ange. dicens quòd per hoc pactum primitiua actio tam hypothecaria quàm personalis conseruabitur. Vnde si alij creditores contra creditorem, cui res fuit sibi à debitore in solutum data agerent pignoratitia contra recipientem, tunc potest recipiens excipere, quòd res fuerat sibi ante per ipsum debitorem hypothecata: & sic potior in iure etiam hypothecario: aliàs non: quia cum dominium quæsierit à debitore concedente insolutum, extincta fuit hypothecaria. l. neque pignus. & l. nec ex prætorio. ff. de regul. iur. & idem Salicet. in dict. l. libera. Et pro ista practica facit text. in leg. quocunque modo. in princip. ff. de leg. j. ibi, obligatio legati extinguitur. sed ita si eo modo fuerit eius à quo auelli non possit, & illam legem alleg. Alexan. in Addi. ad Bart. in dict. l. si quis aliam. vbi dicit se ibi dixisse: sed illam profectò non legit, sed saltauit, eam in medio dimittendo. Ideo sis cautus quando facis secundam obligationem seu nouationem voluntariam, vt apponi facias clausulam prædictam, quamuis in necessaria nouatione non sit opus apponere, vt per Doctor. post glo. vltim. in l. j. C. de iudi. & in l. fina. C. de nouat. & per Ang. Arc. in §. præterea ante fin. quibus mod. rol. obliga. Tamen in omnibus contractibus per quos à primo discreditur, bonum est apponere prædictam clausulam: quia per superabundant, non solent vitiare scripturas, l. non solent. & l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur.

SVMMÆ.

1 *Epistola quid.*
Præscriptio interrumpitur agnitione debiti.
Debitum agnoscit quis multis modis.
4 *Epistola missa quando interrumpat præscriptionem.*
5 *Interpellatio extraiudicialis quando interrumpat præscriptionem.*
6 *Literæ missiuæ constituunt quem in mala fide, & interrumpunt præscriptionem.*
7 *Enuntiatiua verba fauere debis inducunt probationem.*
8 *Literæ missiuæ quando faciant fidem.*
9 *Agnitio debiti quando interrumpat præscriptionem.*

Quæstio CCCXXXIII.

Quo ad tertiam quæstionem, an literæ seu epistolæ missiuæ, factæ per generum petentem dotem sibi promissam transmissæ, ac per socerum & eius hæredes ac successores genero, de dotis solutione expectanda, & patientia modicum habenda, interrumpant præscriptionem nondum finitam & completam, aut post completam inducant nouam agnitionem seu confessionem & obligationem dotis.

DECISIO CCCXXXIII.

RAESVPPONO † quod epistola est non executio, quod Latinè dicitur lapsa missa: nec enim nulla interpretatur. Nam ante chartæ, & membranarum vsus in doliis ex ligno odoribus epistolæ scribebantur. Vnde & portitores earum tabularij vocati sunt, secundum Papien. quem refert Bue. de Penna in l. placet. C. de excus. muner. Idem diuus Hierony. in epistol. † Et hoc præmisso, dico nemini esse dubium, quin præscriptionem agnitio debiti interrumpat, l. cum notissimi. §. imo. versi. sed & si quis. C. de præscrip. xxx. anno. & sic impedit perfectionem & consummationem præscriptionis, iuxta mo. in l. naturaliter. per Bar. & Moder. ff. de vsuc. Quæ quidem interruptio est duplex, naturalis, & ciuilis, vt not. gloss. in d. §. sed & si quis. in verbo, innouata. & in c. illed. de præscr. De naturali interruptione, vide in dictis locis, quia de ea hic nihil ad propositum, sed de ciuili, quæ tantum hic fit per agnitionem debiti. & hæc fit pluribus modis, vt d. §. imò. & ibi ample Sali. & Bar. & cæteri in d. l. naturaliter. & Per. de Ferra. in sua Praxi, in form. libel. respon. rei cõuenti. in ver. præscriptionis. & Abb. Sicul. & Felin. in cilled. † Et primò quando de nouo quis promisit vel partem debiti soluit, aut pignus dedit, vel fecit aliquid de certa quãtitate aut summa quam debebat præstitit, quia tunc debitum agnoscere videtur: & hæc præscriptionem inchoatam cõtra personalem aut hypothecariam nondum perfectam interrumpit, c. olim. & ibi Anc. nu. vj. de censi. Et ad hoc quod agnitio debiti interrumpat præscriptionẽ inchoatam, aut post completam nouam producat actionem requiritur quod fiat de certa summa aut quãtitate, vt dicit gl. quam sequuntur Bal. Sal. & Doc. in d. §. imò. super verbo, interrupta. & gl. in l. cum quis §. si quis. pro reo reuerso. in vl. fo. ff. de so. quã etiam sequuntur ibi Bar. Ang. Alb. & Paul. de Cast. q. † non videbatur esse in casu nostro, cum illæ literæ missiuæ non declararent certam summam restantem ex dote promissa. quare videtur per iam dictas literas interruptionem non fuisse factam, nec nouam obligationem seu promissionem dotis vel alterius rei esse factam. Tum quia literæ prædictæ solum videntur petere & inducere denuntiationem simplicem extraiudicialem, per quã non interrumpitur præscriptio etiam longissimi temporis, l. alienam. nuncia glo. ff. pro empto licet loquatur in præscrip. lon. temp. tamen gl. intelligit illum text. etiam in præscriptione longissima, quæ nõ interrumpitur per denuntiationem extraiudicialem, nisi intercedat executor. Et est ratio, quia licet denuntiatio ab initio & ante cœptam præscriptionem constituat & faciat aliquem malæ fidei possessorem, l. si fundum. C. de rei vend. Tamen talis denuntiatio facta post præscriptionem cœptam non constituit quem in mala fide, secundũ Bar. in d. l. alienam. per illum tex. & in d. l. naturaliter. & Bald. & Ang. in l. super longi. ver. dixi secundò. C. de præscr. lon. temp. & Abb. Sicu. in d. c. illud. & ibi Feli. & Iac. de S. Geor. in l. ex hoc nu. 2. ff. de eo per quẽ factũ est. & Ias. in §. pœnales. nu. cxix. cũ seq. inst. de act. & Anch. in d. c. olim. nu. vj. de censib. † Et quamuis prædicta denũtiatio vel protestatio extraiudicialis non interrumpat

præſcriptionem, fallit in caſibus à iure expreſſis, vt not. Inn. & Do. in c. olim cauſam. de cenſi. & Alex. conſ. lxxxix. incip. excellentiſſimi iuriſconſul. ver. nec is obſtat, lib. v. & in d. l. naturaliter. in addi. ad Bart. ſuper verbo, reſtat. quia non reperitur ſecundum eum in iure cautum, quòd interpellatio extrajudicialis interrumpat. allegat Imol. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verborum oblig. & idem dicit Felin. in d. c. illud. & Franc. Bald. in tracta. præſcrip. tertia parte ſextæ partis prin. nu. xxxix. cum ſequen. vel niſi talis denuntiatio fuiſſet facta ſecũdùm formam l. vt perfectius. C. de anna. excep. canonizata. in §. poteſt. xvj. qu. iij. de quo vide Franc.
6 Bald. vbi ſupra nu. xlj. † Et licet hic non fuiſſet per literas miſſiuas expreſſa mentio de aliqua ſumma, tamen erat facta mentio de dote, de qua conſtabat per inſtrumentum dotale: & aliquæ ex eis loquebantur de terminis præteritis, ac pariter de certo proceſſu inter eos ſuper dote pendente coram officiali Sarlaten. quæ literæ inducunt malam fidẽ, ſecundùm Balbum in dicto tracta. præſcrip. loco proximè allega. vers. ij. fallit. qui dicit hoc colligi ex verbis Feli poſt Butrig. & Abbat. Sicul. in dicto cap. illud. vers. tertia declaratio. Quinimo per dictum proceſſum fuiſſet interrupta. l. ſicut. & d. l. cũ
7 notiſſimi. §. j. & § imò. & §. illud. † Quia verba enuntiatiua fauore dotis inducunt probationem, l. ij. C. de dotis promiſſ. & ibi gloſſa & Doctores. & Bartolus cõſilio cxxiij. factum ſic ſe habet. Titius & Seius. & Rom. ſingul. ccccxxxvj. verba enuntiatiua. vbi ambo volunt etiam ſi talia verba inter tertios proferantur, ſaltẽ quod ſemiplenam inducant probationem. Quinimo ſecundùm Bal. in l. cum circa. per illum text. probatur dos per præſumptiones & indicia. Quare literę prędictæ recognitæ probant, & etiam de nouo inducunt debitum, l. Publia. §. h. in fin. & ibi Bar. Bal. Ang. Alb. ff. depoſ. maxime inter nobiles & mercatores, inter quos bona fides debet exuberare. l. Quintus. ff. mandat. tenet Bal. in conſi. ccclxiij. inci. literis reſponſalibus. volum. iiij. etiam ſi non contineant quantitatem per relationem certam ad inſtrumẽtum vel libros communis ciuitatis, ex quibus apparet quantitas. l. hac ſententia. C. de ſent. q. ę ſine cer. quantita proferuntur. & in l. in ſumma. de re
8 iudi. † Quia tales literæ ſaltem faciunt fidem quò ad illos quibus miſſæ ſunt, ſecundum de Zaba. cõſ. cliij. verſi. item quòd dicitis. & maximè inter priuatos. & magis contra illos qui publicè tenent ſtationes ſeu banchas, quia tunc faciunt plenam fidẽ: quia ſicut ſtatur eorum libris, quò ad omnes, arg. eorum quæ not. Bar. in l. ij. §. diuus. ff. de iure fiſci. ſic eorum epiſtolis, quæ cenſentur loco librorum: quia de conſuetudine ipſorum regiſtrantur in li-
9 bris, vt ibi per eum. † Sed poſt perfectam & cõpletam præſcriptionem agnitio talis debiti in genere facta ex obligatione antiqua nihil facit ad interrũpendum, vt tenet gl. in d. §. imo. & in d. §. ſi quis pro reo. quam ſequuntur Din. Bar. Ang. Albe. & Ange. ibi, leuius cum eſt actionem ſeruare, quam extinctam ſuſcitare. l. item ſi vnus. ff. de pact. & Bal. & Ang. in d. §. imo. & ad hoc tex. in l. nemo alieno. §. temporalis permutatio. ff. de reg. iur. quę dicit conſuetudinem præſcriptam per vnicum aut binum actum, non interrumpi ſeu mutari: ſecus ſi ante præſcriptam fuerit ſemel contrauentum. vt ibi per Albe. & Decium cum aliis per eum alleg. tamen eſt tex. in l. item illa. §. quod adiicitur. in fine ibi, quare & ſi poſt tempus obligationis ſe ſoluturum conſtituerit &c. ff. de conſtit. pecun. & ibi Bald. in antiq. lect. & ſic poteſt renuntiari præſcriptioni factæ & futuræ, l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita venierit. ff. de ædili. edict. & ibi Bald. & Cæpol. Et quod nouam inducant epiſtolæ obligationem, eſt bonus text. in l. cùm tabernam. §. idem quæſiit. & ibi. Bartol & Bal. ff. de pignor. quia ſecundùm eos regulariter epiſtolæ miſſiuæ quib. mediantibus inter abſentes contrahitur, valent ſine die & conſulc, ac profectò ſine ſigillo mittẽtis: dum tamen eius ſigno manuali fuerint ſignatę, & nomen & cognomen mittentis continentes, vt voluit Bald. in proœ. ff. licet ſecundũ eum non requiratur inſertio dignitatis, & tamen hodie ponitur dignitas & nomen ſeignoriæ, ſi poſtea fuerint recognitæ ſiue auctoratæ. Et idem Ludo. Bolog. in d. §. idem quæſiit. in ſecundis interpreta. & per Doct. in l. epiſtola. ff. de pactis. & ſing. Felin. in c. ſcripta. verſicu. tangunt etiam hic Docto. cũ plurib. ſequen. de fide inſtru. & Anton. Corſe. in ſing. in verbo, epiſtola. in primo, cum quatuor ſequentibus: & aliàs ſic conſului, vt in conſilio xxj. incip. viſo appellationis proceſſu moto & vrgente inter Petrum de Trapez. Et in hac cauſa allegaui text. celebrem, quod epiſtola obliget mittentem eam & in ea dotem marito futuro ſolui facere promittentem, in l. creditor. §. ad eum qui vxorem ductu-rus erat, literas fecit tales. ff. manda. quem etiam allegat Bal. pro ſingula. in l. j. C. de neg. geſt. & Pau. de Caſt. conſil. ccxiiij. incipien. ego Paul. de Caſt. verſi. præterea etiam volumine antiq. quod videtur eſſe contra id quod voluit Alexand. in conſil. xxxij. li. vj. & facit quod dixi ſuprà in quæ. clxij. incip. ſed quid tu ſcis. & in quæſtion. computus finalis. & pro hoc facit quod dicit Rot. in recollectis per Bernar. de Biſqueto. titu. de conſeſ. Deciſ. j. incipiente. Ego miſi aliquas literas. & ſic patet per text. in d. l. ſi creditor. §. ad eum. quod plures pro dote danda poſſunt conſtitui rei, vel vnus principalis, & alius fideiuſſor. l. profectitia. §. ſi pater non quaſi. & l. cum dotis. ff. de iure dot. & vtrobique per Bal. & Iaco. de ſancto Gergio. Et vnum no. hic, quòd epiſtolæ operantur effectum etiam poſt mortem ſcribentis, vt voluit Cin. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. & Anto. de But. in c. cum dilectus. de ſucceſ. ab inteſta. dummodo fuerint ei cui mittuntur ante mortem ſcribentis præſentatæ. ſecundùm Roma. in l. nuda. ff. de dona. alleg. Inn. in d. c. cùm dilectus. & idem Felin. ſub dubio forte in d. c. ſcripta. verſi. item operatur effectum. & hoc per tex. in l. ſi per epiſtolam. ff. de acqui. hære. & ibi per Doct.

SVMMÆ.

1 *Hypothecaria & perſonalis actio de dote an ſimul poſſint intentari.*

2 *Cumulatio actionum quando impediatur. & numero 3.*

Quæſtio CCCXXXIIII.

Quantum verò ad quartam quæſtionem an in actione perſonali de dote poſſit cumulari, & concurrere hypothecaria, ſeu ſimul intentari poſſint.

DECISIO CCCXXXIIII.

TVidetur quòd ſic, per tex. clarum in authen. de fideiuſ. §. ſed neque. ibi, ſiue perſonalib. iſiue hypothecariis mox, ſiue ambabus

bus vti voluerint &c. colla.j.& ibi Bar.ver.vlt.circa iſtum §. dicit no.text.quòd actio perſonalis & hypothecaria poſſunt ſimul in eodem libello intentari,vt in querela,& petitione hæreditatis, ac in actione ad exhibendum. Et ſic videtur ſecundũ Bart.quòd ibi ſit caſus ſpecialis,vt infrà dicam,& idem in Saluiano interdicto,vt l.j.ff.& C.de Saluia. interdicto.& vtrobique per Bar.& Doct.& idẽ dicit Iac.de Belloui.in d.§.ſed neque.in ij,no. Tamẽ ratio quare cumulatio hic admittitur,eſt quia hypothecaria eſt acceſſoria ad perſonalem,vt in ſeq. q.dicam.& ita tenet Cin.in l.edita actio. C.de edendo. poſt Iac.& Pet.de Bellapertica.quos ſequitur Io.Fab.in §.item Seruiana. verſi.Doct.quęrũt nunquid perſonali.& ibi Iaſo.numer.cj.& Roma. conſ.ccxl.viſo themate mihi propoſito.ver.ſecũdò dubitatur.& Bal.in authen.contra cùm rogatus.C. ad Trebel.& in l.incerti.C.de interdi. & Fulg. in d.l.edita.& Pet.Iac.de Aurelia eo.ti.de hypothe.actio.verſ.vij.eſt notandum. vbi dicit,quod in hoc nullus Doct.diſcrepat.Et idem Frãciſ.Bal. in trac. præſcrip.in quarta parte.iiij.principa. num. xv. cũ ſeq.& idem Gui.Pap.in l.eſt in arbitrio. C.de act.
2 & oblig. ¶† In contrarium videtur, quia iura dicunt quòd quando duæ actiones ſic ſe habent, quòd abſolutoria lata in prima pariat exceptionẽ rei iudicatæ in ſecũda,cumulatio non admittitur. l.ſi mater. §. in eadem. & l.cùm quis. ff. de excep. rei iudi.& l.fundum.& l.fũdi. ff.de excep.Sed actio perſonalis & hypothecaria ſic ſe habent,quòd abſolutoria lata in vna,parit exceptionem rei iudi.in alia l.quòd ſi deficiente. ff. quib mod. pig.vel hypothe.tol.& iſtud contrarium facit Din. in regula,nullus pluribus.de regu. iur. lib.vj. pro quo facit quod dicit Roma. conſi. cccxcij. Circa primum propoſitæ conſultationis, quòd licet in eodem libello poſſint duo iudicia cumulari,quorum vnum ſe habet vt præparatorium ad aliud,cumulando ordine ſucceſſiuo,vt voluit gloſſ. magna. in l.j. ff.de actio.emp. Tamen ſi pendente vno iudicio non eſſet ſpes certa de natiuitate alterius futura,tunc non poſſet:quia ille tunc diceretur agẽs experiri ſine actione, contra l. ſi pupilli. §.videamus.ff.de neg. geſt. & illud conſilium poſuit in l. ij.§.item ſi in factõ.de verb.obl. dicens ſecundùm illud fuiſſe Florentiæ iudicatum,non valere libellum:ago contra te debitorem principalem. Et ſi bonis tuis excuſſis appareat per te mihi ſatisfieri non poſſe, ago contra vos poſſeſſores bonorum debitoris actione hypothecaria: quia exercitum huius hypothecæ non ante naſcitur,quàm finitum fuerit iudicium contra partem primi debitoris. authen.hoc ſi debitor.C. de pigno. & authen. ſed hodie.C.de act & oblig.quæ ſunt idem. & extracte ex dict.§.ſed neque.Et ipſum Roma. ſequitur Bar.in d.l.ij.§.item ſi in facto.ver.ſubdit hic Rom. in iſta ſua imaginatione.cum duob.ſeq.& Felin.in c.ſignificantibus.verſi. & adde quod in eodem libello.de libel.oblat.& communiter Doctor. infrà
3 alle. ¶† Quid dicendũ? Et Dinus in d.regula,nullus pluribus.dicit,quòd ille §. ſed neque, loquitur de cumulatione quæ fit ab ipſo initio, videlicet quando plures actiones ſimul & ſemel proponũtur:ſed in cumulatione de qua loquitur dict.l.edita actio.eſt quando vna actio proponitur poſt aliam,tunc non poteſt.& idem Iac.de Belloui.in d. §.ſed neque ver.arg.& iſto.§. & ipſum Din.etiam videtur ſequi in parte Albe.in d.authen.hoc ſi debitor.verſi.vlti.notandum eſt, quòd in eodẽ libello poſſint ſimul proponi. Sed ſi poſt propoſitam actionem perſonalem velit in eodem iudicio cumulare hypothecariam: tenet etiã quòd ſic niſi in caſibus in quibus lata ſententia in perſonali parit exceptionem rei iudi.in hypothecaria,ſecundũ regulam traditam per Din.in d. reg. nullus.de accumulatione admittend. Sed iſta reſponſio Din. ſecundùm Bar.in d.§.ſed neque. verſi. ſed contra iſtud notabile. non videtur vera: quia ſicut non admittitur cumulatio ex poſtfacto, ſic nec ab initio.d.l.fundum. per quam etiam reſpondet ad rationem Cin.ſuprà in prima parte adductam,quod hypothecaria non ſit acceſſoria ad perſonalem, vbi vna actio pro re & fructibus ſimul proponi non poteſt. Et ſi dicatur,quòd actio quę competit pro fructibus non eſt acceſſoria:ipſe reſpondet quòd eadẽ ratione hypothecaria nõ eſt acceſſoria ad principalem,ſed quælibet actio eſt per ſe.Ideo eſt ſpeciale in d.§.ſed neque.quia grauat actorem, vt prius excutere debeat principalem ſuper actione perſonali,quàm veniat ad fideiuſſorẽ vel extraneum poſſeſſorem:ideo ne nimium actor differat, voluit ibi Imperator exonerare eum in hoc contra regulam cumulationum,vt duæ actiones ſimul poſſint intentari.Et idem dicit Bal. in dict. l.fundum.verſicu.oppono extra gl. & eum ibi ſequitur Socin.in iij.notab.& idem tenuit Barto.in d.l.edita.actio quam pariter ſequitur ibi Soci. ver. circa ſecundum genus cumulationis. & Inſ. Sed Pau. de Caſt.in.l.fundũ.ver.recipiunt autem iſtę leges &c. ſequitur Din.ſecundũ cum dicit veritatem, vt ibi per eum.videmus enim(inquit) ſic quotidie fieri, cum quis petit in eodem libello fundum & fructus perceptos,vt not.ibi gl.penul. & idem dicit Pau. in d.l.edita.& Barba.in conſi lxxij.vol.iiij.& Alex. in l.j.verſi.addatis.ff.de lega.j & amplè Purpur.in d.l.edita.nu. ccix.vſque ad nu.ccxiiij. incluſiuè. & iſta opi. Din.conuenit quaſi cum prima, quando ab initio in eodem proponitur libellu perſonalis cum hypothecaria contra vnum: ſecus ſi contra duos,principalem ſcilicet & fideiuſſorem vel bonorum poſſeſſorem, vt ſuprà dictũ eſt per tex.in d.§.ſed neque. & aliis alle.niſi iſte poſſeſſor detineret rem nomine debitoris,& non nomine proprio:quia tunc effectus iudicij fundatur cum debitore,l.ij.C.vbi in rem act. & l. properandum.§. finautem reus. ibi, vel alij perſonam eius ſolam prætẽdenti.de iudi.ita Bal.in d.auth.ſed hodie.dicens quòd hoc nec alius dicit niſi ipſe.Sed Alex.ibi.in addi.ad ipſum allega. gl.& Ang. in corpore vnde ſumitur d.auth.& pariter gl.idem dicit in effectu in d.§. finautem reus. in verſicu. ſolam.quod not.Sed qualiter debet prius principalis quàm fideiuſſor vel bonorum poſſeſſor conueniri, vide quæ dixi in q.cclxxvij.inci. an ſubſtitutus per contractum,& in q.cccxlix. & per Ant. Neguſanti in tract.de pign.parte viij.membro primo.nu.ix.& in terminis noſtris in actione perſonali, & hypothecaria,quæ pro dote competunt reſtituenda,quod poſſint ſimul cumulari,tenet Are.cõſ.xxxij.ver.ex his ſequitur.& pariter Roma. conſi.cclxv. ad primum quod dicitur.ve.ad tertium.& verſ.de quarto.& in d.conſ.cccxcij.ver.hoc etiam.Idem manifeſtè probat tex.& Bal.& Alb.in l.ſi.C.de actio.& obligat.& Iaco.de ſancto Geor.in d.l. edita actio. nu.86.vſque ad nu.89. incluſiuè. & hoc propter naturalem coniunctionem quam habet hypothecaria cum perſonali.l.nemo ex his.§.quoties.& ibi Ludo.Bolog.in ij.interpre. ff. de reg. iur.quamuis

Alex.in d.l.edita.ver. item inquantum Bald.dicat opin.Bar.posse sustineri:tandem sequitur Bald. in l.fi.de actio.& oblig.in qua resident. & idē in consil.lj.versi.& si in hæreditate dicti Ludouici.vol.v. & idem Ioan.de Auenione,vt refert Aegid. Bellamera.consi.xxix.suppositio tali facto. versic. nec placet sibi & Cornel. consilio cclxvij. vol.iij. & Signo.de Homed.consi. cxciiij. & Guido Pap. in q.cviij.vbi dicit sic fuisse pluries per curiam parlamenti Delphina. iudicatum. Et ita in hac causa conclusum fuit in curia nostra Burdega. & hanc partem tenuit Pet.de Ferra.in for.libel. in actione hypothecaria in versic.ex memoratis causis. versi. rursum quæritur. & Alb. in d. l.edita.versi.circa quartum casum.vbi dicit opin.Dini communiter seruari & idem Socin.in d.c.signantibus.ver.vlti. quæro vtrum excep.de libel.obla.

SVMMÆ.

1 *Cessa personali actione, an censeatur etiam hypothecaria cessa.*

2 *Hypothecaria cessa an censeatur cedi personalis. & numer.3.*

Quæstio CCCXXXV.

Sed aliud dubium fuit ortum, quia hic agebatur per dominam Isabellam de Pompadorio, iure sibi per maritum cesso,an actione personali ex titulo donationis cessa, intelligatur cessa hypothecaria, & omnis alia accessoria actio. Et quid econtra,an hypothecaria cessa,videatur etiam personalis cessa, vel possit sine personali cedi.

DECISIO CCCXXXV.

ET † quòd ad primum dicendum quòd sic, vt est tex. in l.si solutum.cū ibi notatis per Doctor. insuper Bald. & Ludouic.Bologn. in secūdis interpretat. & in l.si à creditore.C.de actio.& obliga.& gloss.sing. quē ibi sequitur Bart.in l.ti pignori.& Floria. ff fami.erciscund.dicentes, qp in hoc non est dubium,qp actione personali cessa videatur hypothecaria etiā cessa.& Bar.& Alex.in addi.in l.in hæredem.&ibi Ludo Bologn.in primis interpreta.ff.manda.licet Bal.velit quòd non in l.fin.versi.& adde. C.de hæredi. vel action. vendi.Sed primum verius, quia hypothecaria est accessoria ad personalem, l.res hypothecæ ff.de pign.vt suprà dictum est in præceden.qu.& tenet Bar.in l.si hęres. ff. ad Treb. & ibi Pau.de Cast.& Bar.& Ale.in addi.in l.fideiussor obligari.ff.de fideiuss.& Ale.in l.si verò.in prin. & ibi Mod.ff.solut.matri.& Anto. Negu.in tract. de pig par.v.membro iij.nu.xxiij. Et hoc verum,si accessoriæ erant tempore actionis principalis in rerum natura:secus si ex post facto superuenissēt, d.l.hæredem.cum sua gloss.in verbo, actiones, in prin. quam ad hoc facit sing. Bald.ibi,& in d.l.si solutum.& idem ibi Bologni. & Bar.in l. post emancipationem.ff.de liber.lega.& in l. si vxor. §. diuus.ff.de adul.& Feli.in ca.li diligenti.ver.decimò fallit.de foro compe. & dixi in §. vj. de testamen.lib.consuet.Bitu.& alibi sæpè, & facit quod dixi s.in præceden.q.in ij.parte allegando Rom.in cons.cccxcij.Ideo hodie secundū Bar.& Bal.in d.l. hæredem.in contractibus in quibus fiunt tales vēditiones.donationes,transportus,& cessiones pronuntur verba multum generalia,scilicet quod cessit omnes actiones,quas habet, vel in futurmu habere poterit.Et ibi idem Sali.& Ludo.Bologn.qui tamē impugnare videtur intellectū illius, vbi per eum. ¶† Sed quo ad secundum, an hypothecaria 2
cessa,videatur etiā cessa personalis actio, vel cedi possit sine personali.Et gl.& Doc.variauerunt. Et primò videtur qp sic, per text. cum sua gl.in d.l.si pignori.& in l.Iul.ff.de leg.ij. & in l. Græcè. §.cū pigno.Tum quia personali sublata præscriptione remanet hypothecaria.l. intelligere. C. de luitio. pign.& l.j.§.cū prędium.in j.ff.de pigno. & l. cùm notissimi.de prescrip.xxx.an. & idem tenet Ludo. Bologn.in d.l.si in solutū.& gl.sing.in l. vsucapio. C.de pignori.& ibi Bal.& idem gl. in d.l.j. §. cum prędium.co.ti. & Bar.in d.l.pignori.ver.quæro de personali & ibi Flor. quando habet ius principale obligationis,vel ius recipiendi solutionē tantum, aliàs non,remittendo se ad Bar.in l.fideiussor obligari.ff.de fideiuss.& idē Spec.in tit.de cessio. actio. §.j.ver.sed quid si cessi hypothecariam. Contrariū tamen tenet gl. in l. fi. C. de hæred. vel act.vend. quam ibi sequuntur Cin.B.l.& Sali.quando fit extraneo,cuius non interest, sequendo Din.qui sic concordauerat prędicta gl.vt refert ibi Cin.se audiuisse ab eo qp hypothecaria non potest cedi extraneo, d.l.fi.ipsi verò principali debitori sic, d.l. vsucapio. & idem Spec. ti. de cessio .actio.§.j.ver. sed quid si cessi hypothecariam. quē sequitur Bal. in sua praxi,de extraor.quæ.q. v. vbi etiam an creditor intētata actione contra debitorē possit ante lit.conte.pœnitere, & intentare hypothecariam. Et concludit quòd non vt ibi: de quo per Doc.in locis suprà alleg.Sed Alb. in d.l.fi. fideiussor obligari,tenet indistinctè gl in d.l.fi. quòd regulariter hypothecaria sine personali cedi non possit: cū etiam regulariter sine ea non noscatur,nec oriatur. alleg.gl.in l.j.ff.de condi.ob turp.cau.& tunc cedēdo hypothecariā,videtur etiam cedere personalē, per notata per gl.in d.l.si debitori. Fallit in casib. ibi per eum recollectis, vel aliis quos secundū eū studiosus lector inuenire posset: aliàs regulariter cedi non potest. ¶† Quid tenendū? Et Doctor.cō 3
muniter cōcludūt, hypothecariam cedi posse debitori:sed extraneo est inter eos maius dubium, vt dictum est. Tamē Bar.in d.l.fideiussor obligari. tenet indistinctè qp hypothecaria cedi potest sine personali,&ab ea separari,siue cessio fiat debitori, siue extraneo:& hoc quando erat bene constituta iurib.suprà in prin.alleg. vt ibi per eum de effectu huiusmodi cessionis: quamuis ipse velit contrariū in d.l.vsuca.& malè,vt dicit Ale.ibi,in addi.ad Bal. & ibi Bar.in d.l.fideiussor.sequūtur ibi Ang.Imo. & Pau.de Cast.nihil addito. & idem Ang. in d.l. vsucapio.& Pau. in d. l.fi. de hære.vel actio.vendi. Et ista videtur maiorem habere apparentiam per text.in l.per diuersas. ver. exceptis. C.de mand. & in l in rebus.§. volumus. C.de iur.dot. Quinimo cessione de dote simpliciter per mulierem facta transfertur hypotheca tacita tanquam pedissequa actionis dotalis,quamuis de hypotheca in cessione nihil dictum fuerit, l. emptor nominis. & l. venditor actionis. ff.de hæred. vel actio. vendi. & Bal.in dict. l.j.versicul.quærunt Doctor.de pulcherrima quæstio. C. de priuileg.dot.& Alexand. in dict.l.si verò.solut.matrimo.& Bald. & Salicet. in dict.l.si in solutum.de actio. & oblig.& Anton. Negusan.in dict.tracta.de pigno.parte ij.membro iiij.numer.xxxiij.

SV M-

SVMMA.

1 *Præscriptio vna, an sufficiat contra annuas præstationes. num. 2. & 4.*

Quæstio CCCXXXVI.

Respectu verò quintæ & vltimæ quæsti. an in annuis præstationibus ex cõtractu vel vltima voluntate debitis sufficiat vna præscriptio, vel tot sint quot præstationes.

DECISIO CCCXXXVI.

1 CIRCA † hanc qu. fuerunt tres opin. Nam Martin. de Fano, doctor antiquus primus tenuit in d.l.cum notissimi. §. in iis. per illũ tex. q̃ debent esse tot præscriptiones quod præstatiõs, siue ex legatis, siue ex contractib. debeãtur. ita q̃ non currit indistincte præscriptio annuæ præstationis, nisi à prin. cuiuslib. t anni: & sic de anno in annum incipiet noua præscriptio. & ipsum sequũtur Iac. de Are. Pet. de Bellap. tic. Cin. & communiter Moder. & idem Cin. in l. competit. in iij. q. c. ti. & Guid. Pap. in q. cccevj. incip. pone, quòd debes mihi x. annua. dicens etiã pro hac parte semper iudicare vidisse in omnibus curiis patriæ Delphi. quia tex. in d. §. in his. partificat hoc casu contractus vltimis voluntatibus, & simul iunguntur annua debita ex vltima voluntate, & inter viuos. Et idem tenet Alb. in d. §. in his. & in d.l. de pupillo. §. in plurib. §. de noui oper. nũtia. & Ant. de But. in repetit. ca. peruenit. de censib. & Guliel. Benedic. in repeti. c. Raynutius. nu. 568. de test. & hosti. in summa de præscript. §. quæ exigantur. versic. quid ergo dicens in annuis. & Spec. ti. de præscript. §. j. ver. quid ergo. & Bar. in l. sicut in annos. ff. quib. mod. vsusfruc. amit. cum aliis per
2 Alexan. in addit. allegat. ¶ † Secunda opin. fuit Bulga. in dict. §. in iis. quòd vna sufficiebat præscriptio proo mnibus futuris præstationibus etiam ex vltima voluntate descendentibus, q̃ à tempore, quo in prima solutione cessatum est, incipit currere. Et idem Rogerius in l. eos. C. de vsuris. & Bal. in d. §. in iis. & etiam Din. in d.l. de pupi. §. si in pluribus. & Masuer. in sua praxi, tit. de præscrip. ver. item per lapsum xxx. anno. dicens generaliter census, & cæteras annuas præstationes aduersus principem, & ecclesiam, ac omnes alios præscribi, per nota. in l. plures apochis. C. de fide instru. & pro ista opin. videtur tex. in c. olim. & ibi Anch. versic. octauo no-
3 ta. de censib. ¶ † Tertia opinio fuit Ioannis antiqui glossatoris, qui concordauit prædictas opi. q̃ in legatis annuis plures præscriptiones requirãtur, cùm sint plura legata, & in his debet intelligi opi. Mart. & ista in hoc est communis. Sed in contractibus, seu stipulationibus, vbi est vna tantùm stipulatio, l. Stichum. §. j. ff. de verbo. obli. sufficit vna præscriptio & in secunda opin. Bal. & Rogerij locum habet, & pariter ista est communis, quam sequutus fuit Azo, qui fuit discipulus Ioannis prædicti, vt refert Gul. de Cugn. in l. licet. num. xj. C. de acq. pos. & ipsum sequitur Acc. in d. §. in iis. & Spec. in ti. de loca. §. nunc aliqua. versicu. xlj. & idem Oldra. & etiam Odofr. Bar. & Ang. in d. §. in iis. & Bar. in d.l. de pupillo. §. si in pluribus. & sing. Barb. in cõs. ix. vol. iij. in primo dubio. & Io. And. & Abb. Sicu. in c. auditis. de præscri. & hoc per tex. in c. de quarta. co. ti. vbi sufficit vna præscriptio xl. ann. ad excludendam ecclesiam cathedralem toto tẽpore à iure petendi quartam decimarum à rectoribus inferiorum ecclesiarum debitã, quãuis illæ essent singulis annis soluendæ: & idem per illum tex. in terminis illius tenet Cuma. in consi. cxlix. in quodam castro. & Alex. in d.l. de pupillo. §. si in plurib. per tex. in l. si vsufructus alternis annis. ff. quib. mod. vsusfructus amittatur, dum ibi in fine dicitur, quia plura sunt legata, arg. à contrario sensu. & qui respondet ad dictum c. de quarta. vt ibi per eum, quæ sequitur Fel. in d.c. auditis ver. vlti. & Ang. in d. l. eos. in secũdo notab. de vsur. & pulchre Corne. consi. xxij. vo. iij. vbi dicit hanc esse communem, allegando etiam tex. in d.c. de quarta. & idem consi. xxij. vol. j. & consi. clxxxj. in ij. vol. ij. & Signorel. de Homed. cõsi. xxxj. in quæst. transmissa per strenuũ. & Pau. de Cast. in d.l. h Stichum. §. j. post prin. ver. secundo esi vtilitas de verb. obl. & Francis. Bal. in tracta. præscript. iiij. parte, quartæ princi. num. xxij. & Ioan. Fab. in d. §. iis. & hoc quando agitur pro arreragiis xxxj. vel plurium annorum, quòd optimo Ioan. obtineat. sed si agatur pro arreragiis xxx. vel xx. annorum tantum, quia de aliis fuit satisfactum, tunc secundum eum habet locum d. §. in iis. quod præscriptio incipit currere a tempore quo debuit solui, nulla differentia facta inter legata & stipulationes, prout nec facit tex. & idem tenet ibi Sall. cùm quadam distinctione, quam sequitur Autor. in Decisio. capellæ Tholosa. quæ cclxiij. ¶ † Quid 4
dicendum? cuius opin. an Martini, vel Bulg. aut Ioan. & Accur. sit verior, & sequenda. Et dic quãuis opinio Ioan. Accur. Bar. & sequa. sit communis, vt dixi in §. iiij. in glos. j. de præscrip. lib. consuet. Biturig. tamen opi. Martin. est de iure verior, quam sequitur Fulg. in d. §. in iis. & in consi. clxiij. circa primum quod quæritur. Ad quem text. dicit non posse responderi, nisi cum magna literæ violentia. & idem Ias. in dicta l. de pupillo. §. si in pluribus. qui dicit text. in prædicto §. in iis. esse tortem. & fuisse propriè editum ad tollendum istud dubium. & verum dicit, vt patet per illum text. cuius verba sunt: hæc in his etiam promissionibus, vel legatis, vel aliis obligationib. & ibi tempora memoratarum præscriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiuslibet anni, vel mensis vel alterius singularis temporis computari manifestum est: qui tex. est clarus iudicio meo. Sed hæc opin. limitatur per Doct. si prà allegatos. nisi cessatum fuisset per centum annos, quia tunc satis dici potest omne ius fuisse sublatum. l. si vsusfructus. ff. de vsufruct. lega. etiam profectò si prædictus reditus fuisset perpetuò relictus, vt ibi per Bar. & in l. Mœuius. §. si. ff. de lega. ij. & plenè per Anan. consi. xxxix. tamen opi. Bulg. & sequacium seruatur. de consuetud. generali. Franciæ, quòd vna præscriptio xxx. annorum sufficit.

SVMMA.

Quæstio CCCXXXVII.

1 *Transactione, an sit sublata prior actio, si res data euincatur, aut ob priuilegia priuationis, hypotheca. &c. & num. 2.*

DECISIO CCCXXXVII.

1 VISA † transactione facta, & inita inter nobilem Annam Rocque, & eius maritum: Et nobiles viros magistros Henricum, & bastardos fratres, &c. Videtur mihi breuiter dicendum, quòd per dictam transactionẽ nihil fuit

innouatum,de contractu matrimonij quò ad doerium seu ad donationem propter nuptias, nec ad arreragia dicti doerij. Licet enim videatur aliqua apparentia per ipsam transactionem recessũ fuisse,& innouatũ quò ad ipsa arreragia dicti doerij, per ea quę dicit Bar.in l.si quis aliam.quem sequitur ibi Paul.de Castr.ff. de solu. vbi volunt quando vnum pro alio soluitur ex causa transactionis actione primæua fauore minuendarum litium l.si pro fundo.C.ne transactionib.tamen non videtur recessum,aut aliquid innouatum,nisi quò ad solutionem faciendam de ipso doerio, vt infra dicam. Quia certum est quod quãdo datur aliqua species pro specie in solutum,vel vna quantitas pro quãtitate,vel quantitas pro specie, nunquã est recessũ a prima obligatione, nec actio prima est perempta,si quantitas.vel species tradita euincatur,vt voluit Bartolus,Baldus, Angelus & Salicetus in l.libera. C. de sentẽ. & interlocuto. omn.iudic.de quo per Bart.& Paul. de Castr. in d.l.si quis aliam. Secus secundum ipsos quando datur species pro pecunia,quia tradens implicuit totum, & non agitur actione primæua, cum sit innouata & perempta,sed vtili ex empto,vel præscriptis verbis,vt impleatur quod in cõtractu deuenit,l.si prædium. C.de euic.& l.eleganter. in prin.ff.de pigno.actio. & potest agi contra illum, vt se reponat in pristinam obligationem,l.si quis accepto. ff. de condi. ob causam. †Hoc fallit in dote, quòd licet species detur pro pecunia: tamẽ primæua obligatio speciei euicta remanet priuilegiata in tẽpore & hypotheca,dotis fauore, vt l.quæ res suas. & ibi Bart. Paul. de Castr.& Ang.ff.de solutionibus. & non est alibi.& idem Bald.Nouel. in tracta.de dote. in viij. parte quæst. xviij. cum sequen. priuilegio.& tenet Bal.& Sali.in dict.l.libera.vbi Salice. allegat. not. in l.si cum dotem.§.si.solut.matr.& idem est, quando inter partes contrahentes actum fuisset, quòd prima obligatio non tolleretur, sed remaneret in suo vigore & efficacia,si & inquantum contingeret rem ab alio euinci:tunc agitur actione primęua,licet fuerit tradita species pro pecunia insolutũ. l.si quis aream.& d.l.si quis aliam rem. in princ.& ibi tenet gloss.Bartol.& Alexan.in addi.& Paul. de Castr.de solu.& gloss.Bart.Bald.Ang.Paul.de Castr. & Sali.in d.l.libera.& Cæpo.in sua cautel.excv.incipien.est magna quæst.& aliis in nouiter impressis est cxlviij.Quam clausulam dicunt Doct. suprà allegat. se plurimũ in facto practicasse, & inseri fecisse propter fideiussores,qui erant in prima obligatione.Et etiam propter hypothecam antiquiorem tempore.prout factum fuit hic. Vnde concurrunt hic duo pactum, & fauor dotis,seu doerij,quod iisdem priuilegiis est munitum, & fulcitum quibus dos, per not.in authen. æqualitas. C. de pactis conuen.super dote, & in auth. dos data. & ibi gloss.& Doctor.C.de donat. inter vir. & vxo.& per Barto & Moder.in l.si æstimatis.ff.soluto matrim. & sic per verba clausulatum in ipso instrumento transactionis insertarum non videtur aliquid de ipso doerio innouatum, quæ non obstant. Et primò quòd de ipso doerio fuit quęstio inter ipsas partes, super quo vna cum dote fuit transactum & accordatum, videlicet quòd dicti fratres tenerentur soluere dictum doerium,terminis & pagamentis quibus dotem soluere tenebantur: insequendo contractum matrimonij, absque tamen innouatione dicti contractus matrimonij quò ad hypothecam&prioritatem temporis doerij & dotis &c. Et sic videtur innouatus primus contractus matrimonij quò ad arreragia,ex quo dictum fuit sine innouatione hypothecæ &c.quia verba debent de aliquo operari,.. si quando. C.de inofficio.testamen.& ad cap. si Papa. de priuileg. lib.vj.respondetur quod verum est, quò ad solutionem faciendam in futurum, sed non quo ad arreragia debita quittanda,& remittenda: quoniam hoc clarè demonstratur ex secunda clausula generali,in qua dicta Anna remittendo & quittando omnia quæ sibi per eius liberos, & pro tempore præterito deberi possunt vique ad tempus transactionis,reseruauit sibi dictum doerium, & noluit ipsum comprehendi in ipsa transactione, & quittantia generali. Quinimo & secundò dictum fuit, quod ipsi fratres tenerẽtur illud sibi soluere,prout per eius vita functum maritum in ipso contractu matrimonij promissum fuerat, & per expressum dictum,quod dictus cõtractus matrimonij remaneret in suo robore quo ad hypothecam,vt suprà. Et sic doerium semper fuit exceptuatum etiã quò ad arreragia:tum quòd de illis non fuerit dictum nec cogitatum:ergo non veniunt. l. si de certa. C. de transactionib.& Bart.in l.Aurelio.§. Caius.ff.de liber.legat.vbi dicit quod transactio & liberatio non porrigitur ad incognita non cogitata, nisi verba contrahentium hoc dictarent,per l.cum Aquiliana.ff.de transactionib.& idem Barto.in l.Aquilia.eodem titu.gloss.in l.de iis.in eodem titu.& videtur casus in l.sub prætextu specierum. & ibi firmant omnes doct.C.de transact.&in l.tres fratres. ff.de transa.Sed partes non dictauerunt, imò contrarium illud excipiẽdo egerunt. Per quod est dare responsum ad secũdum obiectum,quòd ea quæ in principio,&in narratione transactionis expressa & nominata fuerunt,repetita & expressa videntur in quittantia,& remissione postea facta.l. Titia.§.idem Iulianus.ff.de ver.obl.l.item quia. ff.de pact.&in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.de ver. obl.Ergo cum fuerit habitus tractatus, & mentio inter ipsas partes in prin. trãsactionis de ipso doerio soluendo,terminis & solutionibus quibus residuum dotis solui debebat, videntur illæ causæ in absolutione & quittantia repetitæ. Et etiam facit, quòd d.clausula quantiæ debet intelligi, & referri ad præcedentem clausulam facientem mentionem de ipso doerio soluendo in futurum, vt dictum est, & istud est regulare. le. legatorum.§.j.ff.de leg.ij. de quo Bald. in le.quoties. fami.erciscun.& l.Mæuius.§. tamen. & ibi per Doc de leg.ij.nam secundùm Alexan.in consil.xj. versi. non obstant.lib.ij.aliquando refertur ad alia non significata. Et sic videntur arreragia dicti doerij fuisse remissa,quia hæc non obstant,cùm solùm hic referri debeat ad terminos solutionis de ipso doerio cum dote fiendæ, & nihil aliud videtur innouatum. Ex quo dictum doerium fuit expressè in ipsa clausula generali quittantiæ exceptuatum & retentum: vt dicta verba sequentia declarant præcedentia,sicut econtra, l.si seruus plurium. in fi.ff.de leg.ij.& l. hæredes palam. §.sed & si. ff. de test.Et debent adaptari ad ea duntaxat quæ congruè adaptari possunt,l.j.§.Fal.& ibi Bar.ff.ad leg. Falci. & in l. talis scriptura.ff.de leg.ij. quia verba generaliter prolata declarantur, & restringuntur à verbis specialiter prolatis. Casus est in d.l. quoties.& ibi Bal.C.fami. erciscun. vnde non videntur aliquo modo comprehensa, nec remissa dicta arreragia,vt dictis iuribus. Quia dicta regula

non

non procedit: ex quo est dare rationem diuersitatis, quare magis clausula generalis referatur ad vnũ quàm alium. Ita dicit Dorpinic. de sanct. Gemi. per gl. ij. ibi in calli qui. vj. q. v. & Abb. Sicul. in consi. cxcv. inci. viso instrumento quittationis. vbi consuluit, quòd si in instrumento in quo solutur pars dotis, vt est casus noster: ponitur in fine clausulæ de vlterius non peten. Ioannõ intelligitur de non petendo residuo dotis: sed de nõ petẽda illa quantitate, tunc soluta solũ: quia clausula in ti. potita nõ debet referri ad extranea vt dicit Bal. in l. in actionib. in iij. no. per illũ tex. ff. de iis qui not. iniam. & idẽ Cur. in cons. vij. ver. septima præmittitur concluſ. & Fel. in c. causam quę ver. limitas de reſcri. Sed hic excepit dictũ doctrium, vt supra dictum est, de quo nihil fuerat solutum. Igitur.

SVMMÆ.

Quæstio CCCXXXVIII.

1 * *Vidua impudicè viuens, an perdat dotem, & donationem propter nuptias. & nu. 9. 10. & 11.*

2 *Adultera perdit dotem, & etiam paraphernalia, nisi in casu. & nu. 3. 4. 5. & 6.*

7 *Viduæ quãdo possint hæredes obiicere adulterium viuente viro commissum. & nu. 8.*

8 *Vidua impudica desinit esse de domicilio viri.*

DECISIO CCCXXXVIII.

1 QVo † ad secundam quæstionem, vtrum vidua inhoneste & impudicè viuẽs perdat dotẽ, & prædictũ donationẽ propter nuptias.

2 † Quoniam vxor propter adulterium perdit dotẽ & donationem propter nuptias, si maritus eam accusauerit, & sententiam reportauerit quo ad separationem thori. l. consensu. C. de repud. & l. Lucius. & l. cũ mulier. ff. sol. matr. & in auth. vt liceat matri & auiæ. §. quia verò pluries. & c. plerunq;. & ibi gl. de don. inter virum & vxorẽ. & dixi in §. iiij. in gl. pen. de consuetu. Bitur. vbi vult plus gl. in d. c. plerunque. quòd etiam perdat paraphernalia. quam gl. sequitur Roma. in suo singu. cccxiij. & Ias. in d. l. fideicommissum. C. de fideicommissis. Licet Ange. de Clau. in sua summa, in verbo, adulterium. §. iiij. teneat contrarium, de quo Abb. Sicu. in d. c. plerunq;. dubitat. Sed primam tenet Fel. in c. pastoralis. versic. mulier impudica. de iudi. & idem Cur. in suo tract. feud. in iij. parte in secunda principali causa priuationis. & Geraldus de Petra sancta sing. xlviij. scias quod si mulier. & ista est communis

3 opi. quò ad paraphernalia. † Hoc fallit nisi commisisset adulterium de consensu viri, d. l. cum mulier. ff. solu. matr. & l. quoniam. Alex. & ibi Salic. C. de adult. vel nisi ipse vir cum alia muliere etiam adulterium cõmisisset, vt l. viro atq; vxore. ff. solut. matr. gl. & ibi

4 Bar. & Mod. in l. is qui reus. de public. iudic. † vel nisi etiam vir post adulterium ipsam reconciliauerit, & eius mores approbauerit, d. l. Lucius. & d. c. plerunq;. Et ista dicunt Docto. esse bene notanda, quia si vxor moriatur, & hæredes eius petant dotem, maritus potest eis obiicere semper adulterium commissum per defunctam vxorem, l. penultim. & fin. C. de adulte. & omnes in l. rei iudicatæ. §. j. ff. solut. matri. & Roman. in consi. cclxxxvj. quòd sciant replicare illud de consensu suo fecisse, aut ipse similiter cum alia adulteriũ

5 cõmisit, aut ipsam reconciliauit. † Fallit etiam si mulier habeat patrem, tunc pater nõ perdit dotem propter adulterium filiæ, vt tenent Cin. Ioan. Fab. Bal. & Sali. in l. si dotem. contra gl. ibi. C. de iure do. & tenet Din. quem ibi sequuntur Bar. Pan. de Castro, Alex. & Ias. & Mod. in l. ij. §. item si voluntate. fol. n. ar. & collect. in d. c. plerunque. & But. Alex. & Moder. in l. si tinita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infect. & Ang. & Imo. in l. si filius. eod. tit. † Idem esset si mulier habeat liberos ex primo matrimonio, quod dos nec donatio propter nuptias applicabitur secundo viro, vt tenet gl. j. vt ibi faciunt singu. Anto. But. & Abb. Sicul. in c. j. vt lite pend. & Bald. in l. hinc edictali. C. de sec. nup. & Franc. de Crema. in suo singulari xxvj. & de vtroque casu dixi in addition. ad regulam. non debet aliquis alterius odio prægrauari. de reg. iur. libro vj.

7 † Sed tamen quò ad casum nostrum, an hæredes mariti possint accusare viduam, vel ei repetenti dotẽ & donationẽ propter nuptias obiicere de adulterio cõmisso: est distinguendũ, aut volunt de adulterio constante matrimonio commisso, aut de adulterio seu stupro post mortem viri, & durante viduitate perpetrato. Et in primo casu Spe. in tit. de dote post diuort. resti. §. j. verticu. quid si mulier agit. tenet simpliciter quòd hęredes non possunt obiicere, nec allegare sibi adulterium in vita mariti commissum. & ipsum sequitur Bald. in addit. titu. de dona. inter virum & vx. Ioann. And. & Abb. Sicu. in d. c. plerunque. & Bald. in cons. cclxxxij. incip. Petrus de Firmo. lib. j. vbi sequitur Bar. & alios, in d. l. rei iudicatæ tempus. §. j. ff. solu. mat. Licet Signorol. de Homed. consi. 50. incip. q. j. & ij. distinguat sequendo Iacob. de Bellouisu in d. auth. vt liceat matri. §. quia verò. aut maritus ignorauit, aut sciuit, aut dubitauit. & in primo aut vltimo casu tenet, quòd hæredes possunt obiicere adulterium. In secundo verò casu quando sciuit, tenet quòd si maritus eam tractauerit tanquam vxorẽ, quòd nõ possunt obiicere, vt tenet Roman. in d. cons. cclxxxvj. & idem Rom. in d. l. rei iudicatæ. §. j. & Sal. in d. l. si. C. de adul, Sed opin. Spec. & Bart. est vera & communis, quam tenet Bal. Imo. & Raph. Paul. de Castr. & Alex. in d. l. rei iudicatæ. §. j. & Paul. de Cast. in d. l. ij. §. item si voluntate. & ibi idem tenet Ias. ff. sol. matr. & Ang. Are. in tracta. maletic. in gl. Che me hay adulterata la mia dona. in viij. qu. Io. Fab. in d. l. fin. C. de adult. & Paul. de Ca. in cons. cccxcix. aliàs secundum verum numerum cccxcv. quod incipit, hæc mulier non debet excludi. vol. anti. & in cons. cxlviij. aliàs xxij. incip. reuocatur in dubium si mulier. versi. secundo facit. volum. nouo. & Ioan. Campezij in tractatu de dote. in ij. parte. qu. cccxvj. & seq. Et hæc conclusio corroboratur per ea quæ not. Bart. in l. via vsuras. ff. de donat. inter virum & vxorem, quod hæredes non possunt petere vsuras dotis defuncto marito, ob morem sibi in solutione & traditione ipsius dotis factã, debitas: quia maritus moriendo videtur remisisse vsuras. & tenent Ange. & Iason in §. fuerat. instit. de actio. & Franc. de Crema. in sing. v. igitur, &c. & gloss. singu. in l. omnimodo. in verb. non licebit. & ibi Doct. C. de inofficiosa. quę vult arg. illius tex. quod hęredes domini nõ possunt auferre feudum propter feloniam domino commissam, si dominus dum vixit, nihil dixerit, & idem gloss. in c. j. §. super. in verb. non succedit. & ibi Bal. & Cardin. & Alex. de prohib. feud. alie. per Fede. & glo. in c. si. de don. & ibi plenè Bar. versi. not. quod his agendi. & Salicet. in l. fin. C. de reuocan. dona. vbi text. multum facit pro hac Decis. quia donatio licet possit reuocari propter ingratitudinem, tamen hæredes hoc non possunt facere. & idem est tex. in l. fin. eo. ti. ibi per Doct. supra alleg. & Guid. Pap. in Deci. cxxiiij. & Abb. Sicu. in consi. ij. in ix. q. volum. ij. Et

8 † hoc intelligunt Doc. nisi maritus ita repetente decessisset antequam posset vxorem de adulterio accusare: tunc hęres potest obiicere & retinere dotem,

secundum Ioann.And.in addi.Spe.tit.de seu.§.fin.& Cin.in l.j.C.de reuo.don.& Ioan.Camp.vbi supra q. cexxviij. & idem si maritus improbasset delictum vxoris,vel expulisset vxorem,vel conquestus fuisset,licet non accusauerit,secundum Alex.in d.l.rei iud.§. j.qui pro hoc alleg.tex.in l.j.versic. conquestus. ff.ad Syllania.idem Imo.in d.l.cùm mulier. & Io.Campezij.in l.tract.q.cexxvij.& Bald.in cons.lxxxviij.libr.j. vbi hoc limitat habere locum si hæres sit de suis: secus si extraneus,vel singularis successor,quia tunc nō potest obijcere.Et idem tenet Augustin.Arimmen.in addi.ad Ang.in d.tract.maleti. ¶ Sed in secundo casu, scilicet quando vidua commisit adulterium seu stuprum,videtur idem quod perdat dotem, & dotrium:hoc tenet Paul.de Castr.in l.sororem per gl.ibi C.de iis quibus vt indig.quia iniuria ea potest committi vero defuncto sicut viuenti, & in consequentiam consanguineis defuncti,vt no.Bar.in d.l.penul. C.de adulter. & l.de iis quibus vt indig.Et pro hoc Corn.in d.l.sororē in addi.ad leg.tex.in l.quæ sepulchra. ff.de sepul.viol.vbi Sylvanus mortuum, illum offendit.pro quo facit tex.in argum.in l.si quis insulam.ff. de adulter. primo. qui videtur adhuc esse in priori matrimonio, vt l.ult. secundum dicit siue in priore matrimonio,C.de bonis.& ibi omnes.& idē tenent Paul.Sali. & Corn.in d.l.fideicommissum. C.de fideic.& latius Franceus in d.cons.cxlvij.vol.nouo.& Sylua. nup.ver. caueat etiam ipsa vidua. Et idem tenent Aluarot.& Card.Alex.in c.j.§. item si fidelis. quib. modis feud. amit.& in c.ij.de feud. sine culpa non amit. & idem Card.Alex.in d.c.plerunque.& Iac. de sanct. Georg. in tract.feud.in gl.o.dictiq; vasalli.in ix.caus. & in d.l. sororem.de iis quibus vt indig. & Iel.in dic.pastoralis.& Curt.in d.tract.feud.& Gerar.de Petra.in sing. xlviij.& Ias.in d.l.j.solut.matri. & Doct.palatios rubios in rub.de dotat.inter vir.& vxo.ver.idem de dote.ver.& quod plus est.præterea dicunt Salic.& Corne.in d.l. fideicommiss. quod legatis fact s vxori frustra adijcitur illa solita clausula,donec casta & honestè vixerit.idem Sylua nup.vbi s.pra,& istam partem tenet Bertram.de Carpen.consi.xxxij. nu.vj. cum seq. vol.lq.& idem consi.xxxviij.volum.iij. ¶ Sed contrariam tenet Alex.in d.l.sororem, per text.in d.c.ij.de seu.sine culpa non amit. secundum intellectum Bal. ibi,in versi. domino viuente à contrario sensu, quod domino non mortuo faciat iniuriam, secūdum Bal. quam ratione loquentia de priuatione dotis loquuntur in adulterio. & sic in delicto commisso viuente marito.d.l.consensu.& d.c.plerunque.vnde non debent ad alium casum extendi,cùm sint pœnalia. l.si. C.de interdic.& reg.in pœnis.cum ibi no. de reg.iur.lib. vj. & hoc quando non est eadem ratio. l.cùm quidam.ff.de liber.& posthu.& alijs iuribus per Alexan. alleg.& cum sequitur Iaso.in d.l.fideicommissum.sibi contrarius,dicens extensionem Paul. de Castr.esse falsam.per dict.c.ij.de feud. sine culp. non amit. vbi vasallus in casibus in quibus propter offensam priuatur feudo, intelligitur domino viuente. Vnde est quod si adulterauit vxorem domini sui, vel cum ea turpiter lusit, debet priuari feudo: quod intelligi debet si viuente domino hoc fecerit, & ipso conquerente: secus si eo mortuo.Sed ad illud respondet Paul.de Castr.in d.cons.cxlvij.versic.quartò facit per rationem quam adducit in d.l. sororem.& in l.fideicommissum. videlicet quod fit iniuria defuncto, qui potest offendi,vt dictum est, per text.d.l.j.de his quibus vt indign.& in dict.leg.sororem. & ibi Bald. & prosecutio talis iniuriæ vel offensæ pertinet ad eius hæredes,l.j.§.& si fortè.ff.de iniur. Sed Cardin. Alex.in d.c.j.§.item si fidelis. hoc limitat,nisi vidua domini transisset ad secunda vota,vt no.de Iser.in d. c.ij.de seu.sine culpa non amit. vel nisi alias inhoneste viuat dicta vidua,per tex.in l.his solis.& ibi Bal.& Sal.C.de reuo.don.vbi probatur viduā inhoneste viuentem amittere omnia priuilegia primi thori.& cō muniter Doct.suprà alle.Et idem Car.in d.cap.ij.de feu.sine cul.non amit.& Curt.vbi suprà qui non approbat istam vltimam limitationem,vt ibi per eum. ¶ Quid dicendum? Res non procedit sine difficul- 11
tate,secūdùm ipsum Bran.ibi,& verum dicit, & licet opi.Pau.de Cast.sit cōmunis, pro qua facit, quia eadem castitas intra tēpora luctus in muliere desideratur per legē,sicut desideratur cōstante matrimonio, vt in auth.de rest.& ea quæ parit in xj. mense. quod esset ponderandum si intra annum luctus inhonestè vixerit,secundū gl.& An.ibi,& Bar. in d.cons.xxxiij.
Vnde impudica desinit esse de domicilio viri. & te- 12
net Ang.in l.cum quædam puella. & ibi Alex. & Ias. ff.de mu.om.iud.& ita limitat l.filij.§.vidua.ff.ad munici.& dixi in §.vj.in gl.ij.vers.quid si non conuolat. de consu.iur.Status perso.li.consue.Bit.vbi etiam teneo,quòd mater non solum per transitum ad secūda vota perdit tutelam,sed etiam si luxuriosè viuat, per gl.quā sequūtur ibi Cin.Io.Fab.Bar.Bal.Ang. & Sal. in auth.sacramentum.C.quan.mulier.offi.tute.fung. & Doct.in auth.isidem pœnis.C.de sec.nup.&tenet Luc.de Pen.in l.quoties.de priuil. schola. lib.xij. vbi etiam vult,quod perdit executionē testamēti, quādo in eo fuit per maritum executrix commissa,si de cōsuet.possit esse.de qua dixi in §.iij.in gl.j.vlti. q.& in addi.de testa.li.consue.Biturig. Et multa bona dicta pro hac parte facientia adducit Luc.de Pen.vbi suprà & inter alia dictum diui Hier.ad Oceanum de morte Fabiola. Solent quoque viduæ iugo seruitutis excusso agere se liberius, adire balnea, voluptariè per plateas ambulare & vultus circunferre meretricios. Et Pau.j.ad Tim.v.ait: Vidua quæ in delitijs est viuens,mortua est.Nā verum est quòd per adulterium conflat mulierem iniuriam intulisse marito & domui suæ.l.miles.§.si fecer.in fi.ff.de adul.& Alex.cōsi.lxxvij. versi.nec obstat.lib.v.pro hoc accedant no. per Bal.nouel.in tract.de dote.iij.parte,vers.xxxviij. priui.volens,quòd licet pater reconciliauerit matrimonium cum vxore adultera filij sui, citra cōsensum dicti filij, nihilominus potest filius retinere dotem. non obstan.quòd fuerit hæres dicti sui patris reconciliantis,vt hoc per tex.in d.l.Lucius.solut.matr. per quam dicit limitari l.sed si vnus. §.si filio. ff.de iniur. vt non obtineat locum in iniuria violati thori: quia illa adeo adhæret personæ filij, vt illa non possit remittere pater sine filio.Idem tenet Rom. in suo singul.xcij.Alium casum ponunt in l.Papin. in princ.ff. de inof.test.& vide tex.& Bar.in l.qui incestu. §.fi.ff. ad Llul.de vi.pub.& doct. in l.transigere. C.de tran. quod dictum debet intelligi ipso filio semper in separatione thori persistente: alias secus, si filius post reconciliationem patris expressè, vel tacitè consenserit,arg.capituli primi.§.fi.de spon.impu.vt quia cognouerit eius vxorem: tunc videtur approbasse mores,& remisisse iniuriam, dotē, ac donationem propter nup & omnia alia bona, vt d.l.Lucius.& l.cùm mulier.& in d.c.plerunque. & tenent omnes Doct. supra alle. Tamen opi. Alex. & Ias.Dec.dicit in d.c. pastoralis.versi.& adde,de iudic,esse æquiorem. pro qua adducit tex.in l.si vxor.§.j.ff.de adult. licet Sylua nupt.hoc impugnet. & contrariam opin. dicat magis æquiorem.sed opinio.Alexand.& Iason. sequitur Franc.de Ripa in rubric.de iudi.num.xv. & sequitur

Bo.de

Bo. de Curt.in tracta.nobi.parte iij.nume. xciiij.pro qua multum facit communis opin.in primo caſu relata, quam tenuit ipſe Pau. quod hæredes de adulterio in vita mariti commiſſo non poſſunt accuſare, vel excipere, ſiue maritus ſciuerit ſiue ignorauerit. Vnde magis atque etiam magis defunctus per adulterium, ſeu ſtuprum per viduam poſt eius mortem commiſſum ignorare videtur. Et ſic non videtur ratio diuerſitatis in vno caſu magis quàm in alio, imò minor:quia ſecundum Pet.Cin. Cor.in d.l.ſororem. inimicitia non poteſt contrahi cum ignorante. Et iam ſoluta eſt lege viri,ſecundùm Apoſt.j.ad Corin. vij.& l.ij.vt mulieres lege viri viuant. in Lombar. & ca.pen.& fi.de ſecun.nupt. Et ſic non habent locum pœnæ nubenti intra annum de iure ciuili impoſitæ: per quæ videtur opin.Alex.& Iaſ. multum corroborari,cùm vidua dicatur quaſi idua, id eſt diuiſa, ſiue ſeparata, inde accipitur, iduo, iduas, id eſt diuidere, vel ſeparare.& ſic dicitur idus,quod eſt diuiſio. Inde vidua ſine duitate,vt l.ualum. §.viduam. ff. de verb. ſignifi.& Luc.de Pen.in d.l.quoties.Et per quam rationem videtur confundi opin.Paul. de Caſt.volentis viduam adhuc eſſe in priori matrimonio, d.l.fin. de bon.mat.quia intelligi debet quò ad domicilium fauores,& priuilegia viri,vt illa perdat per vitã ſuam impudicam, ſicut per tranſitum ad ſecunda vota, ne plus habeat luxuria quàm caſtitas,vt in d.authen. de reſti.& ea quæ parit.§.fi.de quo per Alex. in d.l.cum quadam puella.& ita videtur intelligere Ang.in cõſ. cclxix.inci.an mulieri. Præterea ponamus quòd vidua ſtatim poſt mortem viri repetit dotem immobilem,vel poſt annum mobilem, & receſſit à domo viri,an hęredes propter ſtuprum poſtea commiſſum poſſint dotem repetere.certè videtur quòd non,per rationes prædictas,prout eſt in præſenti caſu,vbi interuenit trãſactio (poſtquam dicta Anna conuolauit ad ſecunda vota) de dote & doerio ſoluendis. Et ſic videtur remiſiſſe talem iniuriam eis & defuncto durante viduitate factam: quemadmodum maritus reconcilians aut tenens ſcienter vxorem adulteram, vt d.l.Lucius.& c.plerunque.& Lud.Bolog.conſil. xxij. & per alios in locis ſuprà alle. vnde nunc ipſi fratres nomine quo procedunt, non poſſunt ſibi obiicere, attenta tranſactione prædicta. Et eſſet cauſa ſeparationis ſecũdi matrimonij,ſaltem malæ tranſactionis ſibi per ſecundũ maritum fiendæ,propter dotem & doerium non habita,& perdenda ob turpẽ vitam allegatam,iuxta notata per Bar.& Mod.in l.de diuiſione.ff.ſolut.matr.& l.fin.in prin.C.de iure dot.in ver. infelix.& ibi Bal.Et ſi eſſet iuuenis non reperiret virum ſine dote magis,quæ maior in ea requiritur,quã in virgine,vt inquit Bald.conſi.xcviij.volum.ij. Nam vt ait Ouid.Dos eſt ſua forma puellis,vt dixi in §.v. de conſuet.matri.& alibi ſæpè.Et iſtam etiam rationem conſiderauit(vt poſt inueni)Sylua nupt.verſicu. veruntamen quia aliquando. Vnde doctor Palatios in d.repetitione,ait,miſerendum eſſe eis quib.ſæpius ætas iuuenilis,& pulchritudo ſociata diuitiis,& coniugij exacti aſſuetudo, carnis ſtimulum non ſinit deuincere: maximè vbi frequentius ſolet regalis curia verſari, vel vbi copioſa ſcholarium iuuentus ætatis ſuæ flores, literis incumbendo conſumit: vnde magis conſulendum eſt his quibus periculum intenditur,l.j.§.fin.ff.de Carbo. edicto. per quæ videtur reſponſum ad adducta per Syluam nupt. vbi ſuprà. quemadmodum non poſſet filius, ſi pater vulgarem & aliàs malè famatam de lapſu carnis, in vxorẽ accepiſſet,quę poſtmodum ſoluta ſtuprum commiſiſſet, vt tenet Salicet.in d.l.quoniam Alexan.ante fin.verſicul. hinc eſt per tex.in l.ſi vxor.§.ſi quis planè.ff.de adult. mores enim eiuſdem ſpeciei, non diuerſa videntur approbaſſe, ſecundum eum. & idem ſi vxor aut vidua per vim adulterium commiſiſſet, per text. in d.§.ſi quis planè & l.vim paſſam. eod.tit. licet iniuriam ſuam protegendæ pudicitiæ cauſa conſenſim marito non renuntiet:quia hoc lex prohibet vt dicit ibi tex.vt tenent omnes in d.l.etiam rei iudicatæ.§.j. &in aliis locis ſuprà alleg.Vnde in hoc caſu non debent minores reſtitui,cum agatur de lucro captando aduerſus matrem,quæ certat de damno euitando,cui ſuccedere debent: & cum dicta trãſactio ſit facta per ipſos tutores,licet videatur quòd non potuerunt hãc facere remiſſionem,ſicut pater inuito filio,& ipſo in finibus repudiationis manente,vt dictũ eſt,quia non fuit facta iniuria filiis.Cùm propter opi.Doc. diuerſas,ſcilicet an competat hæredib. adulterij ſeu ſtupri viduæ exceptio, quòd ipſa tranſactio ſubſecuta reſcindi prætextu huius non poſſit. Ideo bene fuit iudicatum per d.præpoſitum Bitu.Et ita mihi videtur, correctione alterius melius me ſentiẽtis ſemper ſalua.Adde Bartol.in authen. ſacramentum. C.quando mulier tu.offi.fung.& Abb.Sic.in c.vxoratus.de conuer.coniug.Et ſecundùm opin. Alex.in d.l.ſororem. (quam ſequutus fui)etiam iudicatum extitit per arreſtum ſupremæ curiæ parlamenti Burdegalæ me ibi præſidente pro Agnete Caley, contra tutores liberorum dicti Caley,domino & magiſtro Frãc.de Belcier conſiliario illum proceſſum reportante,& nunc primo præſide exiſten.Anno 1517.& die xxij.Iunij.Et pariter per aliud arreſtum idem dictũ fuit,magiſtrum Joannem Cuiſinier hæredem non fore admiſſibilem ad proponendum ſtuprum per quandam nobilem viduam Catharinam cõmiſſum. Et latum die xxviij. Septembris.Anno 1528.Relatore Magiſtro Gabriele de Alis conſiliario.

SVMMÆ.

1 *Juramentum deferens quando iuret de calumnia.*
2 *Juramentum delatum quando liceat renocare.*
3 *Confeſſionem aduerſarij an liceat pro parte acceptare.*
4 *Juramento delato in totum ſtari debet.*

Quæſtio CCCXXXIX.

Confeſſio per debitorem mediante iuramento ſibi per creditorem iudicialiter delato, vel reſponſione ad articulos ſeu poſitiones per verbum credit, aut aliàs in epiſtola ſiue litera miſſiua facta,qua bonam fidem agnoſcendo confeſſus eſt decem libras,aut decem frumenti ſextariosab ipſo creditore habuiſſe, ſed quod tunc dedit ſibi terminum ad ſoluendum, qui nõdum euenerat,vel appetiauit ad certum valorem bladum, aut quod poſt ſibi ſoluit,aut cum eo computum fecit, ex quo remanſit erga eum quittus, an poſſit & debeat in totum per actorem tam pro ſe quàm contrà ſe,aut in parte pro ſe,& non contra ſe acceptari, maximè ſi iuramentum non fuerit ſuprà tota rei veritate delatum,ſed ſimpliciter.

DECISIO CCCXXXIX.

ET circa hanc quæſtion.Docto. ſunt varij, vt ex infrà dicendis apparebit.†Pro cuius ſolutione præſuppono primo,quòd deferens iuramentum debet prius iurare de calumnia. l. iuſiurandum & ad pecunias.§.qui iuſiurandum. ff. de iureiurand. & l. quæſtionem.C.de fideicommiſ. & gloſſ. & Doctor, in capitul.final.ſuper verbo famoſa.de iureiurand.licet hodie in initio cauſæ generale calumniæ ſacra- 1

mentum præſtetur.l.ij. C. de iuramento calumniæ. Tamen quando defertur iuramentum ante litē conteſtatam eſt neceſſarium ſpeciale iuramentum calumniæ,quoniam generale defertur poſt litem conteſtatam.d.l.ij.Si verò deferatur poſt litem conteſtatā, tunc ſufficit generale iuramentum prius præſtitū.ita dicit Corn.in d.l.quæſtionem.nu.ij. Ideo debet eſſe cautus cui delatum eſt ab initio iuramentum, quòd actorem iurare faciat de calumnia: & idem Petr.de Ferrariis in ſua praxi, tit.forma iurament. quòd præſta.à parte parti.in verbo, dicit. & ad iſtud præſtandum terminus non datur,vt notant Doctor. inſuper Abb.Sicul. in capitul. cùm cauſam de iuramento calumn.& Soci. in ſuis regulis. ccviij. ſed bene ad iuſiurandum præſtādum debet dari reo dilatio ſi petat, dict.l.iuſiurandum. Tamē interim actor poterit pœnitere & reuocare l.non erit. §.final.cùm l.ſequenti. ff.de iureiuran. †Et ideo cautela erit ſecundùm Bart.ibi quem ſequuntur doctores, inſuper Iaſ.in princip.quod incontinenti reus acceptet, ſed dicat quòd vult ſuper eo deliberare. Nam poſt talem acceptationem non poterit deferens reuocare, niſi ex iuſta cauſa, vt ibi per Iaſonem & pēr doctores in l.ſi quis iuſiurandum.C.cod.titul.†Hoc habito gloſſ.j. in l. ſi quidem.C.de except.mouet hanc q.& arguit ad vtrāque partem.& quędam additio noua ſecundùm Bar. & Alberic.ibi: & quam additionem ponit de verbo ad verbum Specul.in titul.de poſi.§.x.verſicu.ſed pone lite conteſtata.& etiam ibi dicit Ioann. Andr. in additio.in verbo extitiſſe. & ſequent. eſſe nouam vſque ad verbum Odofred.& gloſſ. primo probat tribus rationibus reum purè confeſſum, ſi non probat conditionem aut pactum vel ſolutionem allegatam. Et ſic in totum non debet ſtari,niſi probet.Et in cōtrarium probat ſex rationibus reum ſic reſpondentem negaſſe, niſi actor probet purè & ſimpliciter mutuum factum ſine pacto aut conditione. Et tandem diſtinguit,aut reus confitetur promiſſionem de ſoluendo ſub conditione ſimul & ſemel factam, & tunc actor non poteſt de iſta confeſſione rei partem approbare & partem reprobare, dicendo: accipio quòd promiſiſti,& nego quòd ſub conditione: cùm ſit ſub vna verborum conceptione reſponſio vnica, ideo in totum illam debet acceptare: ſicut fuerat in caſu noſtro,quia iurauerat reſtituere bladum ſibi mutuatum in meſſibus,aut decem ſoli. Turon.pro qualibet menſura.Si verò confiteatur promiſiſſe x.ſed illa poſtea ſoluiſſe, vel pactum de non petendo ſibi factum fuiſſe,tunc dicit hanc confeſſionē duos continere articulos, quorum vnum actor poteſt approbare,& alium reprobare,l.perfecta. C.de donationibus quæ ſub modo.& ipſam diſtinct. gloſſ.ſequuntur Odofred.Bartol.Angel. Bald. & Salicet. ibi per text. in l.Publia.§.fin.ff.depoſi. dicentes hanc partem eſſe communem,& pariter Abba. Sicu.in ca.cùm veniſſent.ver.item not.quod licet confeſſio.de inſti.& latius in capit.bonæ memoriæ.in ij.verſ.extra glo.opponitur de poſtu.prælat.& Anton.de But. conſi.lxv. primo aſpectu.verſic. & dico probatum mutuum.& etiam Cæpo.in caute.clxxxiij. inci. ſi debitor ſoluat, & latius in caute. lxxxix. ſi mutuaui tibi centum, reprobans alios contrarium tenentes, †quod ſtari debeat in totum ſacramēto delato,cum iuramentum ſit indiuiſibile: quia ſicut potuiſſet negare totum,& non negauit, præſumitur quod in omnibus dixerit veritatem,vt infrà dicam in ſolutione.Nam ſecundū eam hæc opi.eſt vera per tex.in l.iij.§.j.ff.de iureiur. quando iuramentum quòd eſt indiuiſibile eſt ſuper vna re tantum, & de eodem tempore factum ſecus ſi ſuper diuerſis rebus & factis vel temporibus. Et iuramentū delatum ſuper vno tantum,ſcilicet ſuper mutuo,aliàs etiam,vt inquit,non obſtante, quòd totum negare potuiſſet: quia ad hoc reſpōdetur,quod fortè auſus non fuit mutuum negare, quia dubitauit ne ſibi probaretur cōtrarium, & ſic poſſet apparere ipſum falsò iuraſſe,quoniā fortè confeſſus fuerat mutuum ſibi factum, quamuis bene ſciret ſolutionē debiti eidē creditori facta. Vnde potiusvoluit confiteri mutuum(ſicut erat rei veritas)& dicere ſe reſtituiſſe: quod erat falſum,quàm ſimpliciter negare mutuum. Quare talis ſuper mutuo reſpōſio pōt ſecundū eum diuidi,&pro parte deferentis acceptari.Sit ergo cautus reus non ſic iurare. Et hanc partē tenuit Bal in l. vna.verſi.ſecundo oppono.C.de confeſſ.Et cùm hęc quæſtio fuiſſet de facto vltra montes,& ſic in partib. Gallicanis,fuit ita iudicatum ſeu determinatū: quia quidā petebat à ſcholari certā pecuniam numeratā, ſcholaris verò cōfitebatur ſibi numeratā vt repeteret actori lectiones, & ſic vnū pro ſe, & aliud contra ſe dicit,& ſic diuidi poterat,per text.in d.l.publia.vt refert Iac.de Rauen.ſecundū Cin.Pet.in d.l.vna.in xiij. q.de cōfeſ.Et ſic fuit in caſu noſtro per curiā iudicatū.quod non placet Doct.ſuprà alleg. cùm ſit contra gl.cōmuniter approbatā in d.l.ſiquidem. vt infrà latius dicā.& pro hac parte videtur tex.in l. de ætate.§. ſi quis cū hęres.ff.de inter act.Et ibi Iac.de ſan.Geor. quòd confeſſio alicuius licet probet contra ipſum, non tamen probat pro ipſo.Et ibi idē Signo.de Homed.conſ.ccxxv.cum aliis infinitis per Fel.all.in c.cū dilecti.ver.in gl.fi.de accuſ.&idem tenet Iaſ.in l.manifeſtę turpitudinis.ver.Circa iſta moueo pulchrum dubium.ff.de iureiu. dicens quòd ſi quis iurat actorē ſibi mutuaſſe,ſed quòd reſtituit eidē,quòd actor poſſit in parte acceptare, & in parte non, vt ibi. Et hoc verum niſi ſtatutum, ſtylus, aut conſuetudo vellet q reus teneretur reſpondere poſitioni, vel iurare ſimpliciter affirmando vel negando: aliàs habeatur pro confeſſo. Et reus iurauerit pecuniam non habuiſſe: & ſi appareret eum habuiſſe, dicit ſe expēdiſſe in negotiis actoris,vel ſibi ſoluiſſe:talis reus ſic reſpōdens debet haberi pro confeſſo,vt voluit Bartol. in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.in fine.ff.de verb.obli.quia non ſimpliciter reſpondit.Nam ſimpliciter intelligitur purè & ſine duplicitate,vt ibi & l.coiri. ff. pro ſocio.& l.j. ff.de vulgari & pupilla.& ibi idem Barto. & Paul.de Caſtro,Bal.Imo.Alex.& Soc.in v.not.& Bald.conſil. ccxxxix.Quidam nomine l.vol. ij. & in l.j.C.de ædil. actio.& ſequuntur Imol.Ange.& Roma.Alexand.& Franciſ.de Are.in d.§. ſi quis ſimpliciter. & ſing.Iaſ. verſi.extra gloſſam.qui iſtud corroborat quadruplici fundamento.Et iſta eſt communis opini. & idem Petr.de Ferra.in ſua praxi,tit.for. except.compoſitio, verſi.primò quod publica vox.quæſt.iiij. Bald.& Sal. in l.ab inteſtato.C.de ſuis & legit. & Iaſon in d.l.j.in quarto nota.de vulgh. & pupil. & pro hac opinione allegant Docto. tex.in c.is qui contra electionis formam.de electione.libro vj.& ibi idem tenet Philip. Franciſc.in ij. not. & pariter in c.j.de ſcruti.& Alex. in conſil.xvj.lib.ij.quamuis Paul.de Caſt. & Cuman. in dict. §. ſi quis ſimpliciter. teneant contrarium, quòd illa adiectio eſt ſuperflua & abundans,quæ nocere non habet,argu.l. qui mutuam.ff.mandat. & ita in contingentia facti dicit Pau.ſe conſuluiſſe:& hanc ſuam opinionem multum corroborat And. Alciat. ibi,ver.extra gloſſ.& idem facit And. Barb. ibi,verſi. tertiò ſupereſt.Tamen Signor.de Homed.quem ſequitur ibi Alb.vult etiam in hoc caſu totam reſponſionem eſſe admittendam.& Bal.in d.l.iuſiurandum.

§.non

§.non ſemper.de quo Felin. in c.Nam concupiſcentiam. de conſtitutio. & Decius in regula non poteſt videri improbus,qui ignorat quantũ ſoluere debeat. & ita Hieronym.Chuchalon. in additio. ff.de regul. iuris.& hanc opinion.Barto. communem limitat de Matthæ.in ſuo ſing.xxxvij.& ſimiliter Socin. in dicta l.j.verſi.hanc tamen.de vulg.& pupil.vbi limitat tribus modis.Et prima & tertia limitationes multum faciunt ad deciſionem quæſtionis noſtræ,ſecundùm ſecundam partem. Prima quidem eſt, quam ponit Baldus in l.Gallus.§.primo. verſicu. Nota etiam relatam gloſſam ad textum.ff.de liber.& poſthum. niſi reus reſpondeat ſub conditione, quæ tacitè ineſt ex natura rei,per tex.in l.liberis.in princ.eo.titu. quem ibi ſequuntur Ang.& Imo.& Hippo.in repeti. rubr. de proba.verſi.Pro quibus etiam facit.& Bal.in dict. l.j.C.de ædil.act. vbi ponit exemplum, quod ſi ponatur,quòd actor vendidit, & reus medio iuramẽto reſpondit quod vendidit, ſed pro decem, quia pretium eſt de ſubſtantia actus.Et idem Alex. in l.j.verſicul.ſecundo limita.Franciſ.de Aret.verſicu.ex iis infert Bartol. & idem Iaſon, & pariter Barbat. in dicta l.j. §. ſi quis ſimpliciter. verſicul. tertio vbi excepti. Igitur ſolutio aut liberatio debiti dicetur ſimplex & non duplex reſponſio, & per conſequens in totum acceptanda, d.l. Gallus. §.j. & tenet Laucel. Galiaula.in dicto §.ſi quis ſimpliciter.verſicul.limita modo.remittendo ſe ad per eum dict.in d.l.j.&in d. l.Gallus.§.j.Secus tamen eſt vbi ſtatutum requireret reſponſionem puram & claram, quia tunc reus adiicere non poſſet aliquam conditionem,quę tacitè etiam ineſſet ex coniecturis,vt voluit Baldus in c. quia propter.verſi.vnde ex hoc no.de elect.& Marius Salomon.in d.l.Gallus.§.j.num. 28.& per Alexan.conſ. xij.verſicul. ſecundo corroboratur. cum pluribus ſequentib.vol.ij.vbi vide quando dicatur purè, merè, liberè, & ſimpliciter. Vnde limitatio prædicta eſt multũ attendenda,& per iudices conſideranda, quãdo eſt talis reſponſio facta per ſimplicem perſonam, & idiotam vel ruſticam qui confeſſus eſt mutuum, & ſolutionem factã,aut pactũ,aut accordium, quòd iudex ex hoc poteſt hanc duplicem reſponſionẽ admittere, vbi ſtatutum, aut ſtylus ſimplicem requirit reſponſionem,& tenuit Bal.in d.l.j.C.de ædil.act. & Bar.in d.§.ſi quis ſimpliciter.ver. vel poſſet concordari hoc modo.Ergo multò magis vbi non eſt ſtatutum talem ſimplicem requirens reſponſionem,ſtari debet tali reſponſioni,mutuum factũ & ſolutionem inde ſequutam.Ideo Angel. Aret. in d.§.item ſi quis poſtulante.verſi.in glo.poſtulante.dicit iudicem hoc arbitrari debere ex qualitate perſonarum rei iurãtis, & actoris deferentis,per tex.in d.l. publia.§.ſi.ibi,iudicem æſtimaturum.facit text.in l.iuſiurandum & ad pecunias.§.ſi dequalitate iuramenti fuerit inter partes dubitatum, conceptio eius in arbitrio iudicantis eſt.ff.de iureiuran.& illa opin.eſt per iudices ſeruanda.Vnde Anch. vbi ſuprà.& in c.cupiẽtes.de electio. lib.vj.quem ibi ſequitur Im.Domi. dat alia remedia & conſilia, ſcilicet quod reus non teneatur reſpõdere poſitioni, aut iurare præcisè an actor mutuauerit vel receperit pecuniam, ſed ſufficit iurare ſe non teneri,nec obligatum eſſe,prout dictum eſt:vel ſecundum Imol. ſufficit iurare quod debet,vel quòd nihil debet.Et in hoc æquitas iudicis ſtatuere debet ac ſuadere,vt calumniis & malitiis obuietur hominum, l. in fundo.ff.de rei vendicat.& idem Bal. in d.l.j.de ædil.act. Per text. in d. l. iuſiurandum. Et iſtud fuerat prius dictum Specu.in dicto titu.depoſiti.§.decimo. verſicul.quid ſi debes mihi,volens ſufficere ſimpliciter confiteri,debeo vel non debeo. Aut aliter vt inquit Imol. iurare ſub conditione, quòd ſi fortè mutuaſti mihi,tibi reſtitui: quia ſic iurãdo purè non fatetur intẽtionem actoris, vt poſſit ex illa ſe fundare, ſicut de opponente exceptionem,vt dicta regula exceptionem.de reg.iur.li.vj. Quinimò ſi iudex ſecundum cum vellet arctare reum ad purè ſuper mutuo reſpondendum, poſſit reſpondere: iuro quòd non mutuaſti mihi aliquid per quod tibi ſim obligatus: & tunc verum dicit ad cauillationem aduerſarij euitãdam. Et ſic poſt in curia iudicatum extitit in fauorem domini Iſarny, contra magiſtrum Martialem Belcier actorem,& latum arreſtum die xiiij.Februarij Anno 1531.Sed quid ſi creditor probat mutuum frumenti,ſed non quantitatem,an ſit ei deferendum iuramentũ.Et Cæpol.tenet quòd ſic.in cautel. cclxxiij. inchoan. aliquis mutuauit vni frumentum. allegans Raynu.de Forli.in l.j.ff.de in litem iuran. ita tenere quem etiam refert Philip.Decius conſi.cxlj.volentes ambo,& etiam Bart. in l.admonendi.requirere alias coniecturas,& indicia, ad hoc vt poſſit deferri iuramentum.Et idem Hippoly.de Marſi.ſingu.dclxxxix. nuper interrogatus ſui.Sed de hac q.plenius diximus ſuprà Deciſione ccxliij. ad quam breuitatis cauſa te remitto.

SVMMÆ.

1 *Conſuetudo,quòd lue pendente neutra partium habeat diſtributiones,an valeat.*

2 *Fructus eccleſiæ vacantis eis cedant.*

3 *Diſtributiones quotidianas an reſtituat ſuccũbens, qui cautionem dederat de reſtituendo fructus. & num.4.*

5 *Fructus an reſtituat, qui obtinuit in poſſeſſorio, & ſuccubuit in petitorio.*

Queſtio CCCXL.

Statutum vel conſuetudo generalis eccleſiarum cathedralium & collegiatarum diſponens quòd recepti ad præbendas & canonicas,ſi moueatur eis quæſtio,lis & proceſſus ſuper eiſdem,& præcipuè ſi ſequeſtrum de ipſis verbo factum fuerit ad reſidentiam,quamuis ab initio fuiſſent admiſſi non admittantur, an valeat, ſignanter etiam ſi altera partium litigantium conſentiat,quod pẽdente proceſſu data cautione de reſtituendo gaudeat:& ſuper hoc valeat ſententia lata.

DECISIO CCCXL.

ET † videtur tale ſtatutum aut 1
conſuc. non valere in caſu præſenti propter conſenſumpartis, licet videatur in fraudem eccleſiæ interuenire. nam fruſtratur eccleſia dictis fructibus,quoniã recredentia aut pleno poſſeſſorio adiudicato, nihil ab ipſa eccleſia poſſet recipere, ſed bene ab aduerſario, vel à ſua cautione,& plegio, vel etiam fortè inter ſe diuidunt tales fructus, quos eccleſia interim conſuecuit omnes tam quotidianos,quàm groſſos percipere & leuare,& illos inter pacificos canonicos officio diuino deſeruientes,& intereſſentes diſtribuere, argum. ca.generali.&c. quia ſæpè de elect. lib.vj. & clemen. ſtatutum.eod.tit.quæ loquuntur ſolum in vacatione primarum dignitatum eccleſiarum cathedralium tam regularium,quam ſecularium ac collegiatarum paſtore viduatarum ſeu carentium:† quia tunc debẽt 2
fructus quocũque modo prouenientes in vtilitatem dictarum eccleſiarum expendi facere, & conuertere, vel futuris ſucceſſoribus fideliter per œconomum reſeruari:licet plerunque illa occupent,inter ſe diui-

dant,surripiant,dilapident, & consumant, vt dicit text.in d.c.quia saepe. & idem notam cap.quoniam.qualem text.allius & collud quod vi. quin. Et illud intelligendum erit in partib. Gallicanis, secundum glos.d.capit.saepe.in verbo consuetudinib. Vnde [illegible] privilegium,consuetudo vel [illegible] de apostol.confirmatum,vt ibi dicitur. Et hoc vera alias ecclesiis non habet locum d. c.quia saepe.& ibi glos.ibi in verb.colle.sed ea,praesertim,ut dicit.or.li.lib.vj.quae loquitur generaliter in omnibus & quibuscunque ecclesiis, aliem subiectis, [illegible] institutionem, ordinationem, praelationem vel collationem &c. quod bona oblationis vacationes temporis, et alia dicantur dimissa, debent etiam in vtilitatem ecclesiae expedi, vel statutis succedentib. fideliter restaurari. Ultimum erit, vt in ecclesiis vbi ex antiquissimis temporibus ex priuilegio vel consuetudine immemorabili praescripta fuerit causa rationabili, vt quae in fundatione vel statuto huic eidem competeret dictari in [illegible] gl.in verbo alia casu.& sic [illegible] in suo robore.nec reuocatur per dictum capitulum.vt ibi in fine dicitur. Et sic videtur valere statutum aut consuetudo quod canonici [illegible] & minutos fructus pendentes [illegible] super prabenda alias in quotidianis distributionibus consuetudo, vt non deserentes illas exequiant nihil operarentur, vt. j.de elect.cum [illegible] ibi Philip.Franc.in d.capit. praesentium vbi not.& quae fratres dicerentur.quare magis in casu praesenti valet consuetudo, & non in casu e.quia saepe.vbi etiam Anchar.post Ioann. And.in nouel. Et videtur tale statutum valere concernens exhortari ecclesiae,quia hoc in casu ipsi fructus distribuuntur seruitoribus & ministris ecclesiae, vt dicit text.in d.capitul.praesenti.§.porro.& ibi Dominic.& Philip.Franc. ambo in j.nota.quod facit secundum Franc.quod expensae pro victu & vestimentis [illegible] clericorum ecclesiae, dicuntur in vtilitatem ecclesiae factae.alleg.notata per Bald.in authent.hoc ius porrectum. Cde sacrosanct.eccl.quoniam confirmatis praesentibus dispensare,quòd fructus obtentos tempore vacationis beneficij applicetur alteri vtilitati,quam ecclesiae, vt tenent Dominic. & Philip.Franc per text.in d.capitul. praesentium. de quo in extrauag. Ioann.xxij. saepe.non habet locum in praebendis.vt in certis mistris, cum de ipsis non faciat mentionem,vt volunt Joan.And.Dominic.Anchar. & Philip.Franc.ibi,sed in eis seruari debet. capitul. relatum.in ij.cum sua glos.in verbo,vnus.s.Et ex dict. glo.& dictis Innocent. & Doctor.ibi dicentium duae conclusiones,secundum Philip.Franc.in d. capi praesenti in glos.in verb.quibusquae. Prima, quod si Archidiaconatus ecclesiae cathedralis habet bona distincta,tunc illis succedit, nisi statutum vel consuetudo ecclesiae aliud disponat: secus est si non habet bona distincta, licet ratione dignitatis plus percipiat,quàm alij canonici: tunc enim succedit capitulum,& non futurus Archidiaconus. Et idem secundum eam dicendum est in alijs dignitatibus positis in ecclesiis tam secularibus,quàm regularib. si quaeratur an in alijs bonis seu fructibus succedat successor,vel capitulum,secundùm Inno.& Doc. Secunda conclusio est, quod in canonicis etiam habentib. praebendo distinctas in bonis fructibus, secundùm Inno.ibi,succedit in praebenda,& canonicatu nō succedat,sed capitulum. Cùm canonicatus non dicatur habere successorē. vt per gl.in c. quod sicut. de elect. [illegible] statutum de rescri.lib.vj.Et fortius capitulum secundum Philip. Franc. succedit in bonis defuncti, & fructus interim capit,quando praebendae non sunt distinctae,sed fructus sunt communes, quia distribuuntur inter deseruientes,vt per Doct.in dic.relatum.Et magis haec conclusio procedit,quando collatio praebendarum fit per capitulum: secus si à solo episc.aut praelato,quia tunc succederet episcopo.Sed si ab episcopo & cap.simul tūc fieret diuisio inter eos per no. in c.cùm in officiis de testa. & ita concludit Imol.in d.ea.relatum.& idem Barb.ibi ver.no.hic casum singularem.& latius q.pe. & si.vbi praedictas duas conclusiones sequitur.Sed decisio predicta est vera,quòd capitulum facit fructus suos a tempore vacationis,& vsque ad collationem factam: sed post illam,& possessionem ipsius adeptam, licet processus super eadē praebenda moueatur:tamen possessor interim debet gaudere fructibus,etiam praebenda verbo, & non de facto,nec realiter sequestratur, & non capitulū quousque capitulum fuerit inhibitum ad requestam patris sequestrari facientis de ipsum possessorem ad residentiam non admittendo.& nihil ei tradēdo: & sic debet intelligi eiusdem capit. statutum, quod non faciat residentiam: tamen per hoc non percipient, nec facient fructus suos. sed huc pars aduersa consentit,quòd non obstante sequestro verbo & facto gauderet.ideo quod ad capitulum quod receperat prius possessionē, si semper pendente processu gaudeat residentia,& illae ecclesiae fructibus, certè nihil, nec ad redemptionē partes sint concordes, l.j.§. inde quaeritur.quem De cla. legunt cum §.& post operis,ibi. Quid enim ad ipsum debet prator. & ibi singul. Alber. & Alexan.& late n.8.de nouis operis nunt. Et pro hac decis.accedāt ne.t.per dominum Rota in decis. ccccclij. alias decision.xviij.de restitut.spolia.incipient.mortuo quodam An breuio. in antiq. Et ita conclusum fuit & iudicatum per arestum curiae de tertia Iunij. Anno 1527. ¶ Sed aliud vidi dubium circa distributiones quotidianas, vtrum is cui adiudicata fuit recredentia praebendae missus per iudicem in possessionem illius,data cautione de restituendo fructus, si in fine causae,& plena possessorij succumbat,prout euenit, quod succubuit condemnatus ad restitutionem fructuum, et quaritur an teneatur restituere quotidianas distributiones sibi interessenti in diuinis horis datas,& distributas. Et videtur quòd sic, per text.in extrauag.Bonifaciana.incipiente.declarationes quas in negotio. titul. de decim. §. Et quia non occurrit nobis quòd quotidianae distributiones prouentus ecclesiastici sint de distributionibus quae dantur in horis canonicis praesentibus debere solui decimam, declaramus. &c. Et si videntur esse de corpore praebendae, ergo in aestimatione valoris beneficij quotidianae & distributiones computentur,dicto capitulo final.de referip.libro vj. & ibi Dominic. & Philipp. Franc. & in capitulo primo. §. quod si aliquis.& ibi glos.in verficul.interessendo.de collatio.in pragma. sanct. sed hoc an sit verum,infrà dicam. ¶ In contrarium videtur talem ad restitutionem fructuum condemnatum non teneri ad illas quotidianas distributiones restituendas, quia non sunt de corpore beneficij, sed percipientur ratione seruitij personalis.hoc videtur probari per text.in extrauagant.cùm nonnulli in j. verficul. praeterea cum aliquibus de praebend.& in capitul. licet eodem titul. in antiq. & in capit.final.de refeript.lib.vj.vbi indultum percipiendi fructus suorum beneficiorum in absentia simpliciter concessum, non solet ad tales distributiones quotidianas equae non comprehenduntur sub caeteris fructibus) concedi, licet illa priuilegia & indulta de fructibus percipiendis, si quae concessa vel in su-

1

2

3

4

in futurumconcedenda,ſint nulla.Et ſi abſens ex virtute indulti illas in quibuſcunque rebus conſiſtentes non poterit, nec poſſit percipere, minus etiam ex conſuetudine,iuſtatuto eccleſiæ.c. vno. & ibi Ioan. And.de ſanct.Gemi.& Phili.Franc.de cleric.non reſiden.li.vj.niſi neceſſitatis corporalis, ſiue infirmitatis ratione, aut abſentiæ propter eccleſiæ vtilitatem, vt ibi: licet videatur text.contra hoc vltim.in c.cum non deceat.de ele.li.vj.quòd contrarium ſoluit gl.in d.c.vno.de cler.non reſiden. & ibi vide per Doctor. vel niſi eſſent exules à ciuitate propter partialitates, ob quas non audent morari in eccleſiis vel ciuitatibus eo in caſu lucrantur diſtributiones quotidianas, vt voluit Ioann.And.in nouel.in d.capitul.j.de cleri. non reſiden. in vj. & gloſſ. in titul. de colla. §.excepto hoſtilitatis. in verſicul. impedimenti verſicul. quod notat Ioann. Andræas in pragmati. ſanct. Et iſtam partem tenuit Oldrad. conſilio cxviij. inchoan.ex virtute gratiæ, quam approbant ſex rationibus.& idem Domi.de ſanct.Gemi.conſi.xxxv.inci. ſuper primo dubio.& conſi.cliiij.Ioann.Andr.in rubric.addde Specul.titul.de conteſſ.præbend. & Anch. in clement.vna.de conceſ.præbend.libr.vj. & domi. de Rot.Deciſ.dcclxvj.aliàs deciſion.xxxix.tit.de præbend.exordien. quæritur an quotidianæ diſtributiones.in antiq.&in not. cxxxiiij.incho.quando impetratur certũ beneficium.& Nicol.Milis in reperto.in verb.gratia. quæſtion.vij. in verbo, fructus. verſicul. fructus quos agens.& iſtos ſequitur.Felin.in capitul. ad aures.verſicul.tertiadecima concluſio.de reſcript. quem ibi etiam Franc.de ſancto Nazar.numer.lxxix. cum ſeq. ſequitur: & prædictam ſententiam tenet Auſr.in dec.capel.Tholo.quæſt.cccexciij.dicens cõcluſum fuiſſe, †illum qui pro ſe obtinuit ſententiam
7 in poſſeſſorio, & poſtea ſuccubuit in petitorio, non teneri ad reſtitutionem fructuum per eum vſque ad litis conteſt. in ipſo petitorio factam perceptorum, & hoc per gloſſ.in c.ſignificauerunt.in verbo,recurſum.& ibi Abb.Sicul.verſicul.not.quarto.& per glo. in capitul. cum ſuper, in verbo, reſtituendum. & ibi Abba. Sicul.ij. verſicul. opponitur. & verſicul. ſi verò quæritur.de cauſ.poſſ.& & proprie.& glo.in c. paſtoralis,eo.tit.& ibi Abb.ſuper gl.pen. ſecus videtur ſecundùm de Rot.deciſ.cccev.aliàs deciſ.xviij. de re iudic.in nouis.inchoan.ſi quis in cauſa beneficiali. quòd talis actor obtinens in poſſeſſorio, virtute etiam trium ſententiarum in fructibus & expen.& ſuccumbens in petitorio, prius per eum incepto, condemnari debeat ad beneficium cumfructibus à tempore motæ litis per ipſum perceptis, quæ conſtituit in mora & mala fide.Imputat enim ſibi ſuccumbens in petitorio,quod primo intentauit illud,vt per glo. ſuprà allegatas.in cap.ſignificauerunt. & c. cum ſuper & c.paſtoralis.aliàs nõ veniunt, ſi ſeparatim poſt poſſeſſorium obtentum, petitorium fuerit intentatum,niſi à tempore litis conteſtationis. ſuper ipſo petitorio factæ,vt dictum eſt.

SVMMÆ.

Hæreſim ſuam intra quod tempus liceat abiurare. & nu.2.& 3.

4 *Hæretici pœna non debetur ei qui negat ſe ita dixiſſe.*

Quæſtio CCCXLI.

Inquiſitus de hæreſi, ſi velit abiurare omnem hæreſim, & redire ad vnitatẽ ſanctę matris eccleſiæ catholicæ,intra quod tempus hoc poſſit an ante vel poſt ſententiam.

DECISIO CCCXLI.

ET iſta quæſtio eſt nũc multum in praxi. Proh dolor, propter Lutheranos, de quibus facit mentionem Henric.de Botisin tract.de Synodo. parte iij.numer. cxx. † Et primo videtur, quòd 1
non poſſit, cum poſt conſummatum delictum non ſit locus pœnitentiæ,l.qui ea mente. ff.de furt. cùm notat per gl.Bart.Ang.& Alb.Et pro hoc videtur tex. in l.vna. ibi,ne eos inconſultæ pertinaciæ ſerò pœniteat.C.de conducto.& procurato.prædio. fiſca.lib.xj. & in l.iij. ibi,prædictus verò. C. de apoſtat. ſed ibi loquitur in apoſtatis vel relapſis,in quibus hoc eſt ſpeciale, quò ad pœnam corporalem euitandam, quam euitant: ſed bene quò ad Deum & ſalutem animæ, vt ibi per gl.& in §.ſi.in ver.factis.in authen.de priuilegiis dotium hære.mulie. non præſtan.c.ad abolendam.§.illos.de hęre.& in ca.ſuper eo.& in c.accu.& §.j.eo.li.
¶In contrariũ † videtur quod poſſit redire ad eccle- 2
ſiæ fidei catholicæ,& apoſtolicæ vnitatem,per tex.in dict.l.iij.ibi,lapſis enim & errantibus ſubueniatur.& in d.§.fin.ibi,licebit autem eis melioris ſententię factis, & rectam verámq; amplectentibus fidem &c. de priuil.dotium.& vtrobique per gl. & d.c.ad abolendam.quoniam eccleſia nemini claudit gremium, epiſtola,inter claras.& text.in l.fin. C.eod.de ſumm. tri.ver.nos enim.vbi depoſito errore poſſunt redire. & idem ibi paulò ante, niſi errore damnato ad doctrinam noſtram. Ad idem tex.in l.iiij.ibi delicti enim veniã petẽtibus damus.C.de hæred.†Sed quan- 3
do poſſit redire, in hoc eſt dubium propter diuerſas doctorum opinion.infrà apparebit. Et quòd debeat poſt deprehẽſionem erroris incontinenti, & ſponte redire,tex.in d.capitul. ad abolendam.ibi,niſi continuò.& ibi confeſtim ad fidem cõfugerit.& ibi Abb. Sicul.in verb.item not. ſingul.text. dicit duo requiri ad hoc vt redeuntib. ad fidem dimittatur pœna mortis, ſcilicet quod incontinenti & ſpontè reuertantur ad fidem.Si ergo ex interuallo,non ſpontè, ſed metu pœnæ vel probationum dicant ſe ad fidem redire, non eſſe eis parcendum. quod dicit eſſe notandum. Et quando dicantur ſpõtè redire, remittit ſe ad not. per Archidiacon.in capitul. vt commiſſi.de hæreditat.libro ſexto.& per Ioann. de Lig.in cle.ad noſtrũ. eod.titul.vbi Archid. tenet ipſum poſſe redire etiam poſt tempus gratiæ re integra, licet quidam velint contrarium,dum tamen, vt inquit Archid. non fuerit perſonaliter requiſitus, nec probationes fuerint contra eum receptæ, & ipſum ſequit. ibi Domin.de ſancto Geminiano.in verſicul. nec non. & idem tenuit Hoſtien.in ſumm.eod.tit.§.qualiter deprehendatur.verſicul.aduerte tamen.& Cardin. de Zabarel. in d.cle.ad noſtrum.§.penult. de hære. Tertium etiam ſecundùm Abb.requiritur, vt errorem ſuum publicè abiuret, ad arbitrium epiſcopi loci. Quartum vt ſatisfactionem congruam exhibeat de peccato. Nam poteſt ſibi induci pœnitentia,vel alia pecuniaria pœna. Et idem in prædictis dicit Ioann. de Ana. verſicul.not.ſingul.ſecundùm dominum Abb. Nam hæreticus poteſt puniri pœna pecuniaria, aut bonis priuari,vel honore,aut in exiliũ mitti, capit. ſi vos contra eccleſiam.& ibi gloſſ. vltim.xxiij. quæſtio. v. reſpondet ad capitul.licet.de pœnis. & ibi eſt bona gloſſ.& Doctor.& text.in l.ij.§.fin. ff. de iudi.& in c. quamquam.xxiij.diſtin. & Franc. epiſcopus Squillacen.in tractat.ſuo,de fide.c.xx.qui habetur inter ere-

ęta.nouiter impreſſos. Sed contrarium poſtea tenet in ca.xxviij. nu.ij. quod poſſit ſtatim poſt ſentętiam, & non ex interuallo,niſi cum authoritate Papę,& latius in capit.ſeq.xxix.& quòd poſſit vſque ad ſententiam diffinitiuam,& non poſt,videtur tex. quiſpiam verbum hæreticum, niſi pluries pertinaciter defendendo,& reſiſtendo etiam,articulos fidei cõfiteatur, vel non dixiſſe,& paratus corrigi, ſtatim quod audiuit veritatem, non eſt hæreticus nec inter hæreticos reputabitur.per text.in cap.dicit apoſto.xxiiij.q.iij.& in d.capitu.ſaluberrimum.cum ſeq.j.q.vij. & cap.dicit.ea quæ.& idem Fran.epiſc.Squilla.in tract.fidei qui reperitur inter tract. nouiter impreſſos. volu.iij. verſo.Et pro hac parte videtur tex.clarus in c.excommunicamus. in ij. §. qui autem de prædictis poſtquã fuerint deprehenſi redire noluerint, ad agendam condignam pœnitentiam in perpetuo carcere detrudantur. de hæretic. & in pluribus codicibus ſuis decretalibus eſt ſcriptum redire noluerint. Tamen gloſſ. & Doctor. intelligunt, redire voluerint, licet gloſſ.in c.inter ſolicitudines noſtras.vlt.gloſſ.intelligat d. §. qui autem. loquit in nolentibus redire, qui
2 debent detrudi in carcerem perpetuum. ¶ † Quid dicendum? Et videretur, ſalua tamen in hoc aliis omnibus determinatione ſacroſanctę matris eccleſię, cuius correctioni me ſubmitto, ſecundam partẽ eſſe veriorem,ſcilicet de hęreſi inculpatum confiteri nolentem dixiſſe, non eſſe curiæ ſeculari tradendum, ſed aliter puniendum,cum totum credat cõtrarium, & credens quod ſacroſancta mater creauit eccleſia: & ſic profecto non eſt in ſua contra eum probata hæreſi pertinax,quod requiritur,vt illam defendat, aut in ea perſeueret,& teneat, ca.qui in eccleſia.xxiiij.q. iij. quæ ſunt verba Aug.& idẽ diuus Paul.ad Titum. iij.& tranſlumptiuè in c.dicit Apoſtolus.xxiiij.quæſt. iij.ibi,nulla pertinaci animoſitate defendunt. & glo. idem in verb.pertinaci.& latius Ioan.de Turre Crema.in ij.q. dicens poſt argumentationem ad vtranque partem factam,duo eſſe neceſſaria, primum hæreſis initium reſpiciens,hoc eſt error in ratione circa ea quæ ſunt fidei. Secundum complementum,id eſt pertinacia in voluntate.& idem Archid.in c.hæreſis. eod.cauſ.& q.& idem voluit Bart.in l.iij.§.tutores.ff. de ſuſpect.tut.arg.illius text.iuncta glo.in verb. pertinaciter.quòd ille dicitur pertinax,qui iudici percipienti non obedit,ex hoc inferens Bal. aliquem tanquam hæreticum pertinacem damnari debere, qui inquiſitori aliquid inferenti non credit, ſed iſte credit,& non reſiſtit. & eum ſequitur Ioann. de Ana.in rub.de hær.ver.adde etiam tex.in l.iij.& idem Felin. ſuper d.rubr.& Paul.Grill.in tracta.ſuo,de hęret.q.j. ante ſi.num.xij. & pariter Gundiſſaluus in tractat.de hære.q.ij.nu.ij.cum ſeq.& Abb,Sicul. per Io.And.in rub.de ſum.tri.&fide catho.ver.circa ſecũdùm principaliter examinandum.&hoc per tex.in d.c.damus. in fin.& in d.ca. hæc eſt fides. & ſimiliter ibi per illa iura in ſuo verb.& ſing.Doct.Palatios ruuios in cõſ. ſeu in allegationibus, in materia hæreſis incip. caſus ſuper quo ſcribere cogor, quod vel quas poſuit poſt titul. de donati. §.ij. & §.iij. & iiij.cum aliis per eum ibi alle.vbi in propriis terminis noſtrispro quodam, qui confeſſus fuerat vnam hæreſim contra Deum deploratam, & aliam contra virginem Mariam, de qua tamen conſtabat per duas mulieres,negabat,cõſuluit ipſum non eſſe tanquam hæreticum, ſed alia pœna puniendum,ſed vt latè in §.ij.& idem Cardin. in clem.j.porro. in ix. not. de ſumm. trinit.per text. ibi, quiſquis deinceps aſſerere, defendere ſeu tenere pertinaciter preſumpſerit &c.& ibi gl.in verbo pertinaciter.dicit,quòd pertinax dicitur, qui valde vel imprudenter tenet, & durus,irreuocabilis,indocibilis,& obſtinatus.& idem ibi Abb.Sicul. verſicul.quis dicitur pertinax.& Iſido.lib.etymolo.& beatus Thomas.ij. ij.qu.cxxxviij.artic.ij. & Luc. de Penna in l.ſi quis ad magiſtratum.in verbo,ſi pertinaci animo.C. de decur.lib.x.& idem Gulielm.de monte Lauduno, quem ibi ſequitur Cardin.& Zenzi.in clem.j.§.fi.ibi. ſanè ſi quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præſumat &c. de vſur. cum aliis in ij. parte alleg.Quæ quidem iura domini de Rota & alij ſuprà pro prima parte allegati non viderũt,& ſi viderint,non allegant,nec illis reſpondent, & reſpondere ſalua illorum pace neſcirẽt. Et iſtud tenet Alb. in rubr.de hæreti.num.ij.per text.in d.capit. dicit Apoſtolus.ſequens Archid. in d.cap. nunc autem. xxj. diſtin.vbi Albe.ponit ibi vnum bonum & vtile conſilium pro illis, qui aliquando inculpati fuerunt de hæreſi, quòd proteſtentur maximè ſe fuiſſe & eſſe catholicos, & tenuiſſe & tenere fidem catholicam quam tenet,docet, & prædicat Romana eccleſia, & cum eadem fide vixiſſe & mori velle,& per tex.in d. capitul.damnamus.prope finem.& in capitu.firmiſſimè.de hæreticis. Quòd Hieron.vt ait fecit,vt ſuprà dictum eſt, dicens etiam hanc proteſtationem fuiſſe multum allegatam in fauorem & defenſionem domini Bonifacij Papæ, qui ſimilem fecerat proteſtationem coram cardinalibus,qui in vita & poſt mortem inculpatus fuit per procuratorem Regis Frãcię, exiſtentibus accuſatoribus dominis Gulielmus de Nogareto,& Gulielmo Plaſiano, vt refert ibi Alber. verſic.vtrum propria authoritate. Et idem dicit Alberi.ſe allegaſſe in fauorem domini Galeatij vicecomitis domini Mediolani, qui eandem fecerat proteſtationem.Aduerte quãtum ad Bonifacium Papam, non reperio perſcribentem eius vitam quam ad lõgum inueni in fine,libr.vj. deſcriptam eſſe de hæreſi accuſatum, ſed profecto captum priſonerium per iam dictum de Negareto, cuius vitæ deſcriptio fuit Platinæ de verbo ad verbũ, prout vide in Platina de vitis Pontificum: nec per Guaguinum in chronica Philippi pulchri.Vnde dicit Cardi. Alex.in d.c.nunc autem.Epiſcopum non debere iudici ſeculari tradere,vbi ipſe poteſt punire.

SVMMÆ.

1 *Hæreticus per quot teſtes debeat quis probari.*
2 *Teſtes ſingulares non probant quem eſſe hæreticum.*

Quæſtio CCCXLII.

Sed quot teſtes requirantur ad conuincendum & probandum quem eſſe hæreticum in genere vel ſpecie.

DECISIO CCCXLII.

1 T † videtur quòd tres requirãtur vel plures, per textum in c. excommunicatus. §. adiicimus. ibi,tres vel plures. de hæret. Et ita tenuit Hoſtien. in ſumma eod. titu.§.qualiter.verſi.v.vt autem. quia crimen hæreſis eſt graue. capitul.vt officium. §.verum.in principio. de hæret. lib. vj. & vbi crimen eſt graue, debet procedi cum maiori cautela, viij.quæſtion.vltim.& cap. quieſcamus.xliij. diſtinct.& etiam agitur de ſalute hominis, ut dictos. C.de appe. Et durum videretur hominem bonæ famę per inquiſitores aut epiſcopum de tãtum crimine damnari ad dicta duorum teſtium aut minus, quod duo requirantur. d.c.

vt of-

vt officium. §.verum. ibi duas religioſas & diſcretas perſonas.& ibi Arch.& c.ſi enim in examine teſtium contra hæreticum productorũ requiratur preſentia duorum religioſorum, vt omnia rectè procedant, à fortiori requirũtur duo teſtes omni exceptione maiores ad condemnandũ:quod eſt conſonum iuri naturali & gentium,In ore duorũ vel trium &c. Et ita tenet Ioan.And.in d.§.verum.ponẽs regulam, quod duo conteſtes requirantur, nec ſufficiant ſingulares teſtes, etiam cum fama ad condemnãdum quem de tanto crimine,c.tã literis.& c.veniens. de teſti. Nam debent eſſe in criminibus probationesluce clariores l.ſciant cuncti.C.de probatio.canonizata.ij. q.viij.& tenet doctor palatios dictus Lupus in tracta.ſeu alle. in materia hęre.§.xiij.Io.de Ligna.in d.§. verum.dicens non eſſe diſcedẽdum à regula in ore duorũ vel trium &c.c.in omni.de teſtu.& capit.relatum. de teſtam.& idem Io.And.But.in d.§.admicimus.& ſequitur Imo.Dom.de ſancto Gemi.in d.§.verum.& Philipp.Fran.& Oldra.conſil.ccx.& ſing. Abb.conſ.xlij.

2 vol.j. †probans ſingulares teſtes in hoc caſu nõ probare:& hoc tribus modis,ſcilicet authoritatibus,iuribus,& rationibus.& ego relictis authoritatibus allego iura per eum allegata,ſcilicet text.in capit.nihilominus.iij.q.ix.& in d.capi. tam in literis. & cap.cùm dilecti.alias cum dilectus.in j.clem. & c.bonæ. de elect.verſi.licet cum ſequen.nec(vt inquit)requiritur aliquis text. qui probet contrariam opinionem, ſed ſuit nuda interpretatio quorundam, qui ſæpè deſtruunt textum per ſuas opiniones capitaneas, vt ibi per eum,qui bene hoc probat.& idem Abb.Sicul.in d.c.bonæ.ver.ſecunda regula, quod teſtes ſingulares. Idem Barba.conſi.liiij.num.xiij.vol.j.allegans Bal.in rub.de controuer.inueſti. dicentem mille teſtes ſingulares non probare nec facere ſemiplenam probationem.& idem Bald.in l.iuriſiurandi.C.de teſtib.& in d.cap.tam literis. & tantum probant mille teſtes ſingulares quantum vnus. & ſequitur Curtius in antiq.conſil.lvj.incip.ſuper proceſſu inquiſitionis. & idem Franc.Curtius iunior,conſilio xcij.num.iij.parte ij.tenetGun.Ililaluus in ſuo tract.de hæreti.quæſt. xiij.& Alexand.conſilio lxij.verſicu.& Anto. de But. vol.j.& Alber.in rub.C.de hæretic.verſi.deinde quęro vtrum ex ſuſpitionibus.in fin.dicens duos eſſe neceſſarios teſtes,d.capit. vt officium. & idem Epiſcopus Squilacen.in d.tracta.de fide cap.xxxiiij. & ſequ. Felin.in capit.dicet cauſam . & Iaſon in l.admonendi.ff.de iureiuran. Quamuis Cornel.conſil.xxviij.volum.iiij. velit contrarium, teſtes ſingulares probare, & probus qui in hoc non eſt probus. in capitul. vt commiſſi.in princ.de hæreti.li.vj. allegans Alex.hoc affirmare conſ.lxxj. num.iiij.exord.inſpecto diligẽter.lib.j.quia non eſt ſpeciale in hoc crimine hęreſis: etiam ad probandum quid in genere: quia oportet probare per duos teſtes quem eſſe hæreticum aut vſurarium,vt volunt communiter docto.ſuprà alleg. non diſtinguendo inter actum ſucceſſiuum qui habet perſeuerantiam,& momentaneum,qui fit vnico contractu verborum &eodem momento temporis: vt eſt electio cõtractus matrimonij. Nec hoc probat tex.in l.Arriani.ibi,& cæteri qui ad imam vſq; ſceleru̇ nequitiam peruenerunt.ſuper quo ſe fundauit Iacobus Butr.ibi quem Alex.in d.conſi.lxxij.verſic.nec prædictis habet obſtare allegauit.nec pariter probat text.in l.quicunque.in verſi.idcirco Apollinariſtæ.C. de hæreti.per Iacob.allega. Imò contrarium probatur de iure ciuili,teſtes ſingulares non probare, l. ob carmen.§.fin.& ibi gloſſ.& in l.iuſiurand.C.de teſti. & Alexan.in d.conſi.non permanet in illa opin. Sed contrarium poſtea tenet,& latius in conſil.clxxv.incipiente,inſpecto diligẽter proceſſu cauſæ.lib.ij.improbans.ver.& Ant.de But.Iaco.Butr.in d.l.Arriani. ſequendo ipſum Ant. in d.c. cum oportet.de accuſa. cum aliis per Alex. cauſa breuitatis alle. & idem doctor.Palatios in alle.in materia hæreſis.§.xij.& Iaco. de ſancto Geor.in d.l.ob carmen.§.fin. nu.xviij. qui ſequitur Ant.de But.inde.cum oportet.& Hippo.de Marſi.in ſing.ſuo.cxiij.& Matthæ.de Afflict. in conſtit.Neap.titu.de vſur.n.xxxj. & ſuprà dixi in materia poſſeſſoria in exo.& in prędicta reintegrationis.ver. & in iſtis actibus & idem Fel. in c.licet.verſi.not.vij. de teſtib.& Lanfran.de Oria.in repe.c.quon amcõtra falſam.in verb.teſtium depoſitiones. num.xix.de prob. tamen non faciunt iudicium ſufficiens ſecundùm Doct.ad q.& tenet de Rip.in l.admonendi.nu. ccv.licet vnicus teſtis faciat iudicium.glo.in l.iij.ad l. Iul. maieſt. niſi accuſatus fuiſſet, aliàs bene famatus ſufficiens ad torturam,ſecundùm ordinem beati Ludo.tit.de quæſt.cùm ſimilibus.

SVMMA.

1 *Hæreticus ad eccleſiam rediens, an debeat hæreſes omnes ſuas in ſpecie abiurare, & nu.2.*

3 *Hæreticus damnatus, an & quando poſſit ad eccleſiam redire. & nu.4.*

Quæſtio CCCXLIII.

Quia in præcedenti quæſtione dictum eſt hæreticum poſſe reuerti & redire ad ſanctam eccleſiam catholicam: ſed an teneatur agnoſcere & confiteri in ſpecie & indiuiduo hęreſes,de quibus conuictus extitit,vel ſufficiat in genere, ſi quid dixerit aut prædicauerit, reuocare, & ſe correctioni ſubiicere ſanctæ matris eccleſiæ: ita quod ſi aliter non confiteatur, ſed neget, quamuis conuictus teſtibus,debeat tradi iudici ſeculari.

DECISIO CCCXLIIII.

T † videtur quòd in ſpecie 1
& nominatim confiteri teneatur, per text.in d.c.nunc autem.xxj.diſtin.& ibi glo.& Archid.vbi loquitur de Marcellino pontifice martyrę; confitente ſe à Paganis coactum intraſſe templum eorum, & grana thuris ſuper prunas impoſuiſſe,& ſic confeſſus eſt ſpontè in concilio generali per eum congregato. Quare videtur inculpatum de hæreſi,illam cõfiteri debere, & ſuum agnoſcere reatum: & de hoc pœnitere. Et pro hac parte videtur etiam textus ſing.de pœniten. diſtin.j. §.econtra.cum ſequent. quem ad hoc allegauit Cald. conſi.ij.tit.de hæret.& probat tex.in clem.ad noſtrã. in fi.ibi, niſi adiuratis ſpõtè prædictis erroribus pœnituerint,& ſatisfactionem exhibuerint.eod.tit.& in c.quoties cordis oculus.& in ca.ſaluberrimum. j. qu. vij.vbi text.dicit prius errores ſuos, & ipſos authores erroris à ſe damnatos ſine ambiguitate fateantur.Et idem dicitur in c.ſeq. & melius in c. ſi qui voluerint ad eccleſiam venire.ea cauſa & quæſtion.ibi, ante omnia hanc ab eis confeſſionem per ſcripturam exigi oportet.& in capitul. conuenientibus. ibi gloſſ.in verbo,ſcripto.ea cauſa & quæſtion.cum aliis per dominos de Rota deciſion.dcccxxv.aliàs deciſ.j.de hæretic.incipient. accuſatus de hæreſi. in antiq.quæ habetur de verbo ad verbum in recollectis per Ber. de Biſigneto titul. de hæret. vbi tenent talem de hæreſi accuſatum confiteri nolentem, ſed in ſua negatiua perſiſtentem, quamuis dicat ſe credere quod credit eccleſia, eſſe curię ſeculari tradendum.Et idem Matthæ. de Afflict. in dict.conſtitut. Neapolit.de hære.

num.xxxv.per text.ibi,& in d.capitu. ad abolendam. ibi,nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere, &c.& Decis.consi.clj.verisic.secundum de Marcellino. alias ex solo dicto seu verbo hæretico non cõfessato, poterit condemnari,vt dicit gl.in c.hæc est fides.& in c.cum apud Thessalonicam.xj.q.iij.& idem in c.ego Berengarius.ibi post prin.quæ astruere conatur. ¶† In contrarium videtur tex.in c.hæc est fides.xxiiij. q.j.cuius verba sunt beati Hiero.ad Damasum, Hæc est fides Papa beatissime, quam à catholica didicimus ecclesia,quamque semper tenuimus, in qua si minus periti aut parum caute fortè aliquid positum est, emendari cupimus à te qui Petri sedem & fidem tenes. Si autem hæc nostra confessio apostolatus &c. & ibi glosi.in verbo,emendari,ad idem tex. in capit.maximum.j.quæst.vij.& in capit.damnamus.ante fin.ibi, maxime cum ipse Ioachim &c.de summa trin.& fide cathol.& hãc tenet Isern.in d.authen. Gazaros.in versi.satisfactionem. num.xxxj.ver. vbi verò dicit.in c.excommunicamus.in j.§.damnati.eo.ti.volens damnates de hæresi, relinquendos esse potestatib. secularibus per eos puniendos,quem textum ibi intellegit Inno. Andr.in quadam postilla,nisi velint ad fidem redire.& sic sentit nedũ ante condemnationem debere puniri, sed etiam post condemnationem, quod possint redire ad fidem.& sic evadunt pœnam mortis,quam tenuit glo.in ca.penult.§.si qui autem. in verbo,deprehensi.eo.tit.& idem Ant.in summa parte ij.tit.xviij.c.iiij.§.j.& ij.per tex.in d.c.excommunicamus.& pro hac parte facit text.in d.auth. de priui. donum hæreti.mulier.n.in præfãdo.§.licebit autem eis.collatione viij.& ibi gl.dicit,quod parcitur si volunt pœnitere.& tex.in d.c.vt commissi.& alias iuribus suprà alle.relapsis non parcitur. Semel ergo lapsis,licet condemnatis parcendum est, ex quo vult ad fidem redire.alle.Inno. de Ligna. ita tenere in d. cle.ad nostram,quia relapsis, omnis audientia denegatur.d.ca.ad abolendam.§.illico. & in d.c.super eo. & c.accusatus.eod.lib.vj.non lapsis,vt dictum est.Et cum hæc opinio sit mitior,est(vt inquit Abb.) tenẽda,arguмen.regulę,in pœnis.de reg.iur.† Vel potest dici secundum eum, aut sunt condemnati de hæresi, sed adhuc non sunt traditi curiæ seculari, & tunc habet locum dictus §.damnati.Et quo ad istũ effectum dicuntur incontinenti redire. Aut sunt traditi curiæ seculari,& priuati omni priuilegio per degradationem actualem, tunc propriè non videntur venire sponte, nec incontinenti. & idem tenuit Cardi.Flo. de Alba. in dict. capi.ad abolendam.verisic.oppono secundò,quòd si non sit relapsus potest corrigere errorem suum,& sic pœnitere, donec sit traditus igni, quæ est pœna hæretici:& idem Felin.ibi, versi.nota. pœnitentiam clerici hæretici.cum seq.& idem in ca. pe.eod.titul. & Henric.Boh.c.in d.c.ad abolendam. versi.super eo.& glin tribus ver.aut quęris secundò, an fallit secundum Ioan.& idem Pet.de Ancha.in c.si aduersus.eo.tit.& de Ana.in d. c. excommunicamus. Aut secundùm eum fortè posset dici, aut quis convictus & condemnatus est per iudicem, & tunc potest redire incontinenti per sententiam, & sic intelligit text.in d.capitu.ad abolendam. aut est condemnatus à iure tanquam indubitatus hæreticus,& non potest, & ita propriè loquitur text. in d.§.damnati.quia damnatio, quæ fit à lege, est maioris effectus, quàm illa quæ fit ab homine, iuxta not.in c. si diligenti.de foro competen. ¶ Sed opin.glosi.Ioann.And.Abb. & aliorum sequitur Paul.Grillandus in tracta.suo de hæresibus lib.j.qu.v.num.iij.qui magis ample ipsam quàm alius modernorũ quem legerim,tractat: quamuis Gundissalinus in tractat.suo de hæresib. quæst. xx. velit eos esse vsque ad sententiam tantum recipiendos.Sed pro hac communi facit text. in pondere 50. distinction. cum pluribus seq. quam sequitur Steph. Bertr.consi.cccij.exord.quia post confessionem.vol. ij.& Cald.consi.ij.titu.de hæreti.dicens verba continuo,& confestim posita in d.c. ad abolendam; non esse ita amarè summanda, vt sonant, quia intelligi debent de his contra quos dãnationis sententia lata erat, & qui abiurauerant hæresim, d.c. suprà eod.de hæret.lib.vj. & idem Isern. in §. gazaros. num.14. & 17.& idem in sua peregrina.constitu. Neapoli.tit.de hæresi.numer.iij.& Matthæ.de Afflict.ibi in d.const. numero xxxvj.& xxxviij.& xl.cum sequent. & Ange. de Claua.in sua summa,in verbo,hæreticus. numero xvij.& pro hac decisione accedat text. in euenientib. §. item Petrus iuncta glosi. in verbo, Macharius. j. quæstion.vij.Et Bonifac.de Vitali.in sua praxi, titul. de hære.num.xj.Et corroboratur hæc opinio,per ea quæ voluit Cald.in dicto consil.ij.volens episcopum debere dare accusatis de hæresi dilationem xl. dierum ad reuertendum,& ad id eos admonere, qui allegat textum in d.§. item Petrus. cum pluribus sequentibus.j.quæstio.vij.& in c.non inuenitur. ibi,de votis autem corrigendis.xxiij.quæstione quarta.& in cap.non vos hominum,xxiij.quæstion.v. & de Isern. in d.§.gazaros.numer.xvij. & Matthæ.de Afflictis.in constitution.Neapolitan.numer.lxj.& Iacob. Sponger in malleo maleficarum in secunda parte. quæst. xxxj. imò secundùm eum debet dare annum & plures.Et idem tenet Bonifac.de Vital.in sua praxi,titu. de hæretic.numer.ix. versicul. item si est clericus.& Francisc.Squilacen.in tractat.de hæreti. cap.xxix.numer.ij.

SVMMÆ.

1 *Præscriptionis exceptionem non oppositam, an possit iudex supplere.& nu.4.7.& 8.*

2 *Præscriptionis exceptio impedit litis contestationem.*

3 *Præscriptio an ipso iure tollat actionem.& num.5.*

6 *Præscriptio quando tollat naturalem obligationem.*

9 *Exceptionem contra rescriptum quando probet excipiens.& quando non.*

Quæstio CCCXLIIII.

Iudex an exceptionem præscriptionis per partem non oppositam,nec allegatam admittere & supplere possit.

DECISIO CCCXLIIII.

T † videtur quòd iudex non possit ex officio repellere agentem, contra quem est præscriptum,vt decidit Gui. Pap.in quæstio.ccxxj. Et pro hoc adduxit plures casus, in quib.iudicium valet,nisi per partẽ opponatur.& circa hãc q. dicit ad eum esse recurrẽdum, quia alibi ita plene non reperitur hæc materia per alium tractata. & mirũ quòd non allegauerit gl. in l.sicut.in versi.facultatem quam ibi Bald.& Sal.sequuntur.C.de præscript.xxx.annor. nec alios Doc.j. alleg. qui tenent quòd præscriptio non tollit actionem ipso iure,sed opus est illã opponere,l.obligationum.§.placet.& ibi glo.j.& in versicul. non posse.ff. de

de action.& obligation. Et pro hac concluſione allego textum in capitul.j. niſi de re iudicata tranſacta ſeu finita excipiat litigator.& ibi glo. in verbo,finita ſequitur de præſcriptio.& dom. de ſancto Gemini. Anchar. verſicul. ſed iuxta prædicta.& Philip.Franc. verſic.in eadem gloſſ.de lit.conteſt.libro vj.ad idem text.in capi.ij.ibi.exceptio peremptoria. eodem tit. & ſingul.tex.in l.j.§.accuſationem is intulit qui præſcriptione ſubmoueri poterat,&c.& ibi Bartol.ff.ad Turpillian.& tenet Bal.in l.querela.ante finem verſ.
2 in eadem gloſſa.C.de falſis. † Quoniam præſcriptio eſt vna de exceptionibus quæ impediunt litis conteſtationem, oppoſita tamen, ſecundùm opinionem Hoſtien.quæ eſt communis, ſecundùm ipſos ibi cõtra Ioann.Andræ. & Specul. in titulo de exceptionibus.§.dicto verſicul.ſed ad hoc opponitur. & pro opinio.Hoſtien.ſ. eſt textus clarus in l.fin. & ibi tenet Bartol.ff.pro ſuo.& Bartol.Bald.Angel.Iaſo.& Moderni in l.ſi fratris.C.de tranſaction.& Cin.Bald.Sal. & ſequa.in l.emptor. C.de præſcription. longi temp.& Luc.de Pen.in l.ſi quis.C.de nauicul.lib.xj.&in l.fin.verſicu.ſuper dominus meus.C.de cenſi.& cenſito.eod.lib.& Angel.Aret.in §.æquè.verſicu.viij.eſt etiam.inſtitut.de excep.Et hoc quando incontinenti ex prædictis de eadem apparebat : ſecus ſi requireret alterius indaginem : quia tunc debet poſtea reſeruari,per tex.in d.l.emptor. & ibi Albe.de Roſa.& tenet Philip.Decl.in conſi. xxij.verſic. tertio principaliter.& Iulie.de Cug.in l.eleganter.§.ſi quis poſt tranſactionem.& ibi Alber. verſic. pro declaratione præſentis materiæ.& ibi,quid de exceptione præſcri. & Socin.in iij.not.ff.de condi.indebit. & ibi eſt text. pro deci.noſtra. in verſic. potuit autem is, ſi quidem ante litem conteſtatam tranſegerit,volenti lite conteſtari opponere doli exceptionem,&c. ex quo text. ſecundùm Alb.ibi tractum fuit.c.j. prælleg tum.de lit.conteſta.Sed an præſcriptio & exceptio ſint idem vel diuerſa,vide Paul. de Caſt. & Bar.Socin.ſuper rubri.ff.de excep.& præſcript.& ita videtur Bar.in extraugan.ad reprimendum in verb.videbitur.in vlti. q.qui dicit,quòd licet iudex in his quæ ipſe habet facere,non teneatur ſequi regulas iuris ciuilis:& idem Bald.in rubr.extra de iudi. dicens,quòd conſcientiis iudicum non poteſt dari vna certa forma.l.iij. §.duæ cauſæ. ff. ad Carbon. & l.ob carmen.§.ſi teſtes.ff.de teſtibus.Tamen ſecundùm Bart.in his quæ iam à iure facta ſunt, ita quod ex hoc ius alteri quæſitum ſit, vel ablatum iudex non habet immutare, ſed illud ſequi tenetur.per l.bona fides.ff.depoſiti.,alàs eſſet auferre ius alterius,quod eſſet contra naturalem æquitatem. Cum ergo in propoſito quæſitum ſit ius miniſterij legis ei qui præſcripſit, non eſt per iudicem aut arbitrum,ſi allegatum fuerit,mutabile. Et ipſum ſequitur Felin.in rubri.de præſcri. verſi. ſed aduertè. cum aliis per ipſum alleg. & Franciſc. Balbus in tra-
v ctat. ſuo de præſcript. in prima parte princip. in v.
3 quæſt.nu.xv.cum ſeq. †Et ſic præſcriptio non tollit actionem ipſo iure,ſed ope exceptionis,& tenet Baldus in rubr.ſi aduerſus credito.lib.vij.C.& Feli. ſing. poſt Anchar. in capit. ad aures. de præſcript.vt infrà dicam.& Angel. Aret.in dicto §.æquè.verſicul.octauo eſt. & pro iſta parte videtur text. quod debebat opponi in l.fin.ibi, quod nos corrigentes, eandem exceptionem quæ ex xxx.annis oritur, in huiuſmodi caſu opponi minimè patimur.C.de præſcri.xxx.ann.
4 ¶† In contrarium videtur quòd iudex poſſit ex officio ſine partis allegatione repellere agentem, cõtrà quem eſt præſcriptum,vt tenet Butr.quem refert & ſequitur Abb.Siculus in d.ca.ad aures.in vlti.not.per illum textum. ibi,quia quadragenalis præſcriptio omnem prorſus actionem excludit. vbi Abba. ponit primo, quod † præſcriptio tollit ipſo iure actionem 5
abſque allegatione & propoſitione illius, per illum text.& in dict.l.ſicut.ibi,alterius viuendi non habeat poteſtatem.& in fi.ibi, nulli mouendi vlterius facultatem.quæ iura multum pungunt. & tex.in l.j.§.primo.ibi,neque vlterius cuiuſq; perſonalis actionis vitam lõgiorem eſſe xxx.annis &c.C.de anna.exce. Secundò ponit quòd iudex poteſt repellere illum agẽtem ex officio ſuo, cui obſtat legitima præſcriptio, quia ſine actione nemo experit. Et idem de Penna in d.l.ſi.in verbo,principium,id eſt initium.de cẽſit. libro xj. dicens non eſſe permittendum eum contra quem præſcriptum eſt, poſſeſſorem iudicis affectare, nec ſperare aliquam in his viam apertam, ſed omnis aditus eis excludendus eſt,vt dicit text.in l.fin.verſic. nemo audeat.C.de quadr.præſcript.& pro ſua parte facit gloſſ.in l.fina.§.primo. & ibi Bart.ff.rem ratam haberi.vbi voluit,quod ſi tutus exceptione xxx.annorum ſolatus repetere poteſt,argumen. l.ſi pupillus.ff. de adminiſtratione tutorum. vbi præſcribere finalis eſt ſolacium: an hoc ſit indiſtinctè verum,vide ibi Barto.& Bal.in l.ſi.C.ex quibus cauſis maio.& in aliis locis per Alexan.in d.l.ſicut.allegat. † Et pro iſta parte 6
facit,quod ipſi ibi dicunt, quod per præſcriptionem tollitur naturalis obligatio, ſi eſt conditionalis præſcriptio, vt quia voluit ſolum vſque ad certum tempus obligari,tũc tollitur naturalis, & eſt dicitur ciuilis. l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pac.Si vero eſt præſcriptio legalis, tunc ſi eſt actio temporalis de ſui natura, vt actio reſtitutoria, vel quanto minoris, tunc tollitur ciuilis,&remanet naturalis,l.at qui natura.ff.de negg.geſtis. Si autem actio erat ſui natura perpetua, quæ hodie tollitur per præſcriptionem xxx.annorum vel xl.& iſto etiam tollitur ciuilis, & remanet naturalis, & ſolum tollitur illius effectus,per d.l.ſicut.& Iomnes.eo.tit.Et idem dicunt Butr.Abb.Sicu.& Imol.in d.c.ad aures.& ibi Felin. ¶ †Quid dicendum in hac 7
quæſtione?Et Fel.in d.c.ad aures.quo ad primum dictum Abb. tenet quod præſcriptio non tollat actionem ipſo iure,ſed ope exceptionis,per no.per Bart. in d.l.j.§.accuſationem.ad Turpil.cum aliis per eum allegat.&pro iſta deciſ.allego text.in c.ex literis.ibi, cùm iure cautum ſit,quòd qui obiecerit præſcriptionem longiſſimi temporis.&c.& ibi Doct. de probat.
† Et quo ad ſecundum dictum dicit in ver. ſtantibus 8
ibis.quod dictum Abb. importabit hoc. quod ſicut iudex poteſt repellere illũ, cui nulla competit actio, ita illum cui competit, ſed eſt ei inefficax, per quod ampliat glo.in l.ubi pactum.C.de tranſactio.duobus modis. Et iſtud etiam intelligit tribus modis, vt ibi per eum. & in vltim. ſuo intellectu dicit hoc verum ſi reus hoc petat à iudice : vt voluit Angel.in d.l.vbi pactum.per l.inj.§.hoc autem. ff. de damno infecto. & ſic incidit cum primo dicto.Sed alij contra ſecundùm eum,quia iſtud concernit rectitudinem iudicij videlicet quòd nemo ſine actione experiatur.l.ſi pupilli. §. videamus. ff.de negotiis geſtis. & in talibus iudex ſupplet,ſicut quando reiicit libellum.l.prima. ff.de offic.aſſeſſo. & gloſſ. in c.ſacerdotibus.xj. qu.j. Tamen Ioann.Franciſ.Balbus in d.tracta. de præſcr. in prima parte principali queſtio.viij.tenet primam partem, quòd præſcriptio non tollat actionem ipſo iure, ſed opus ſit illius allegatione: pro quo allegat gloſſ. Baldum & Salicet. comprobantem per plura, & reſpondentem ad contraria, in dict.l.ſicut in vj. oppoſitione.& Bald.in dict. l.prima. ſi aduerſus credit. cum aliis per Alexand. ibi in addition. allegat,

Et iſta eſt communis, quod exceptio præſcriptionis eſt ſemper opponenda per iura pro prima parte allegata: nili dicamus iudicem ex ſe hoc facere poſſe: alias non tenetur, ſi non velit, parte non opponente. l. non quicquid. ff. de iudicijs. alias parte petente tenetur, dicta l. quarta. §. hoc autem. de damno infecto. vt tenent Paulus de Caſtro. Alexander in dicta l. vbi pactum. & Felinus in dicto capitu. ad aures. ver. intellige ſecundo quod prius tenuerat Speculat. in titu. de offic. omnium iudicum. §. impedit. quamuis Bart. in d. l. vbi pactum. teneat expreſſe contrarium, etiam parte non opponente, ex quo iudex reij erit actorem actione carentem, habet de neceſſitate reum abſoluere. & ipſum ſequitur Iaſon, vbi verſ. c. vltimo circa iſtam partem. Et ſignanter quando ex confeſſione vel ex actis appareret de non iure actoris, vt ibi per Iaſ. ver. no. ergo diligenter. & etiam per Franciſc. de Arerio. & Iacob. de ſancto Georg. nu. xj. & xij. cum ſequen. Vnde videretur, quòd ſi creditor diligẽs in rebus ſuis poſt mortem debitoris potentis & diuitis agat contra eius pupillos aut minores ad debitum antis xxx. præſcriptum, quòd iudex poſſit ſi velit ex officio cum reperire. Et iſtud videtur nobis æquum, niſi per potentiam debitoris ad conueniendũ difficilis actus non fuiſſet petere, proteſtari tamen debuit, l. vt perfectius. C. de annali excep. ſicut iudex à quo poſt appellationem deſertam poteſt exequi ſuam ſententiam, l. ſi contra maiorem, & l. quoniam nonnulli. C. de appellatio. & in l. ij. §. illud ibi, vel etiam à iudice ſi ſoius litigat appellatur. & vtrobiq; per Bal. & Sali. C. de temp. appellatio quamuis non ſeruetur in Praxi, quia non poteſt, niſi quouſque inhibitiones ſublatæ fuerint, & cauſſa remiſſa: ita etiã iudex ad quem poteſt parte nõ petente & inuita pronuntiare appellationem deſertam ob defectum debitæ proſecutionis intra tempus iuris ab homine datum & conceſſum. & de vtroque eſt textus in l. iij. de appellatio. & in c. cum ſit Romana. & ibi per Abbat. & Fel. eo. tit. & in cle. ſi appellationem, eo. tit. Et ſecundum primam partem fuit concluſum in curia, quam tenet Rom. in conſ. cccclxvj. ver. quarto nõ eſt dubium. ibi, clarum eſt autem. Pro quo facit quod dicit Soci. in auth. ſi quis in aliquo documento. ver. poſtremò domin. Ioan. de monte Sperello. C. de edend. quod iudex non poteſt ex officio adhiberi fidem exemplo non ſolenniter facto, ſi opponatur à parte, & ibi vide, quia reprehendit dictum de monte Sperello tenentem contrarium. Et per prædicta fuit concluſum in curia in cauſa & materia beneficiali, inter dominum *de primo, actorem conquerentem, & magiſtrum Ant. Diodelle, dit Ioye reum: qui Diodelle impetrauerat rectoriam ſeu curiam de la Gaugine, de qua fuit diſpenſatus tanquam de tertio incompatibili: quia de duobus diſpenſationem prius ſe obtinuiſſe dicebat, de quorũ duorum diſpenſatione non conſtabat, nec per partem niſi in rationib. ſuis obiiciebatur, q̃ non ideo minus debebat præfatus Diodelle obtinere, quoniam ſibi de incapacitate ratione non habitæ diſpenſationis, nec productæ obiiciebatur: quia quis tenetur obiicere incapacitatem & pluralitatem ſine diſpenſatione beneficiorum, vt voluit Abba. Sicu. in c. ij. in ſecundo not. de reſcrip. dicens quod ſi opponitur narrata non eſſe vera, onus probandi incumbit impetranti. alle. Ioan. And. in c. j. de lit. conteſt. li. vj. ita tenere, ſe remittẽdo ad per eũ d. in c. ſi. de præſum. vbi idẽ tenet. & in c. conſtitutus, quem ibi ſequitur Barba. & etiam Feli. de reſcrip. addens Imo. in c. ſuper literis. eo. tit. concludẽtem duos caſus. †Primus autem loquitur in reſcriptis ad lites, & tunc & ſi exceptio reſpicit merita cauſæ, ſiue opponatur in vim dilatoriæ, ſiue peremptoriæ, opponens habet probare, ad hoc text. in l. quando. Cod. de dilat. & iij. c. inducias. §. ei autem dilatio. Et idem ſi opponatur dilatoria nõ afficiens principale negotium, puto excommunicatio impetrantis, vel taciturnitate primi reſcripti, vel quòd de conſenſu partium: quia in iſtis reus in exceptione ſit actor. Secundus caſus eſt in literis ad beneficia, & tunc ſi quis excipit quòd impetrator excipit falſum, habet impetrans probare narrata, quia excipiens negat: ſicut etiam debitor, qui negat pecuniam fuiſſe numeratam. l. iij. C. de non num. pecu. Si verò excipitur, quòd tacuit verum, tunc excipiens habet probare. quia allegat dolum impetrantis. ergo ipſum habet probare. capitu. ij. de renun. lib. vj. & l. quoties. §. qui dolum. ff. de proba. tamen omni caſu volenti probare mos geritur. per c. ſuper hoc. de renuntia. cum aliis per Feli. alleg. & inter alios allega. Calder. conſ. decimo. eodem titulo. de reſcriptis. & Oldrad. de Laude. conſil. cclvj. Clemens epiſcopus. ver. ad ſecundum videtur. vbi latè probat, quòd qui obtinuit diſpenſationem allegando certas cauſas, tenetur eas probare. Et idem Abb. Sicu. in c. quia circa de conſanguin. & affinit. & Domin. in d. c. j. ver. quæro quis habeat. de litis conteſta. li. vj. & ibi Philip. Franc. vltimò vide hic. Et ſic eſt opus illum excipere, & obiicere incapacitatem. 9

SVMMÆ.

1 *Vnio ex falſa cauſa an ſit ipſo iure nulla.*
2 *Vnio per epiſcopum facienda an requirat tractum.*
3 *Vnioni an accedere debeat conſenſus capituli ante vel poſt.*
4 *Vnire an poſſit legatus de latere ſine conſenſu capituli.*
5 *Vnioni an ex diuturnitate temporis præſumatur acceſſiſſe conſenſus capituli, & quis id probet.*
6 *Vnio an diuturnitate temporis videatur facta.*

Quæſtio CCCXLV.

An vnio ex falſa cauſa facta ſit ipſo iure nulla, vel venia annullanda & per iudicem caſſanda. Item an in vnione per epiſcopum facienda requiratur tractatus. Et an conſenſus capituli in ipſa vnione requiratur præfinitus, vel ſtatim poſt ſubſecutus.

DECISIO CCCXLV.

ET † concluſum fuit quòd non erat ipſo iure nulla, ſed opus erat declaratione ſuper nullitate illius per iudicem competentem facienda: vt tenent domini de Rota in deciſio. lix. aliàs deciſ. j. de exceſſ. prælat. incip. vnio facta ex falſa cauſa. in nouis. & etiam in recollectis per de Biſgneto in deciſio. ij. titu. de rebus eccleſ. non alienan. & in antiq. deciſ. ij. inciſ. quòd falſitas cauſę. & dec. viij. dec. xij. & dec. xiij. de reb. eccle. non alie. aliàs eſt deci. clxviij. clxix. ccccxlij. & ccccxcj. in impreſſis iuxta ordinem numerorũ. & idem Guido Pap. in conſ. cxxxiiij. ver. ſecundo prę- 1
mitto. & ita fuit determinatum in concilio Conſtantien. ſeſſione xliij. titul. de vnioni. ibi, retracta-

bimus

bimus iuſtitia mediante &c.& ſic non eſt ipſo iure nulla. Et iſtam partem tenuit Old.in conſi.cclxij. in vltimis verbis,volens etiam quòd ante declaratione m prædictam non poſſit ſuccellor epiſcopus interim conferre,Et ſequuntur Docto.in clemen. ij. de rebus eccleſ. non alienan. quia in vnione requiritur euidens cauſa neceſſitatis vel vtilitatis, c,ex poſtuiſti.de præben.& ibi per Doct. & in cap. ſicut.vnire.de exceſ.prælato.& ſi ſit falſa,venit annullanda,quamuis Cardi.in clc.j.q.ix.de elect.& in iure cleu.en.ij.vi.qu.de offi.ordi.teneat quòd ipſo iure nulla.Et idē Ab.Sic.in d.c.ſicut vnire. in penult.quæſt.ver. idem vnio ſit ex cauſa. & in conſi. cj.incip.in quæſt.quæ vertitur.ver.ne obſt.ſi dicatur.volumin.j.& Cardin.de Zabarel.in conſ.xcvj. cuius initium eſt,videtur quòd vnio præmiſſa. in prin.& idem Card.in conſi.vlti.de reb. eccle. non alienan.Et de ſancto Nazario dictus deRipa.lib.ij. reſpon.c.x.nu. ij. qui allega.Fel.in ca.ſuper literis. de reſcrip.Et iſtas opi.in parte recitat Feli. in cap. poſtulaſti.verſi.poteſt etiam inferri. de reſcrip. & nihil apertè decidit:tamen dicit præcedentē propter opini. Rotæ præualere, ſed cum iſta ſecunda videtur tranſire in c.cauſam.in ij.verſi.& iſta concluſio.de teſtib.& ſequitur opinio Cardi.in d.cōſi.xcvj. tamen videtur ſub correctione quòd ibi Cardi.ver.quibus ſimul iunctis concludo,quòd vnio non tenet,ſubiungit, quòd Papæ aditus eam reuocabit,quatenus de facto proceſſit.Dedit enim Papa quod ſurreptum eſt,id eſt,ex falſis cauſis obtentum,in melius commutare.ca.cùm olim. de re iudic.poteſt enim adiri per ſimplicem querelam. & etiamſi hoc caſu per extraiudicialem appellationem.hæc ille.Et ſic nō concludit,quod ſit ipſo iure nulla.ſed primam tenet Decius in conſ.ccxxxiij. incip.viſo tenore.verſi. ſed dato quòd vnio. quæ
2 videtur verior.† Item alia quæſtio fuit orta, & cōcluſum in ea, quòd in vnione per epiſcopum faciendā non requiritur tractatus, quemadmodum in aliis rerum eccleſiæ alienationibus, licet vnio quodammodo ſit alienatio,dicta clement. ſecunda.de rebus eccleſiæ non alienan. vt tenēt Domini de Rota.in Deci.clxvj.aliàs Deciſ.prima. de rebus eccle.non alienan. incip. nota quòd vbi eſt vnio.in antiq.& in Deciſ.j.titu. de rebus eccleſ. non alienan.in recollect.per Bernar.de Biſgneto,quāuis Abb.Sicul.in conſi.cvj. verſicu. præterea dicta diuiſio volum.ij.velit cōtrarium. & Old.in conſil. cclx. & Decius in dict. conſil. ccxxiij. verſi-
3 cu. ſed dato quod vnio. † Tum etiam fuit dubitatum,an conſenſus capituli in ipſa vnione facienda ſtatim,vel incontinenti poſt, vt aliqui volunt, requiratur.& videtur ſufficere quòd ante, per tex. in dicta clemen.ij.& c.paſtoralis.de donationib.& c.cùm nos.de his quæ fiunt à prælat.Alij volunt q̄ ſufficit,ſi poſtea ex interuallo interueniat,d.c.cùm nos.& c.cura.de iure patro.& vtrobiq; per Doct. Et iſtud tenet Alex. in conſi. ccxix.li.vj. cum aliis per eum allegatis.& Soci.in conſi.xv.ver. demum. ſupponendo.li.primo.& Aegid.Bellamera.in Deciſ.ccccciij.† Secus dicit ibi Aegid. eſſe in legato
4 de latere,qui poteſt vnire etiam alicui dignitati epiſcopali beneficium ſine conſenſu c. & ibi rationem vide diuerſitatis.Et quod legatus poſſit vnire,& ibi de Bellenzi.in addi.in capi. fina. de confirmat.vtil.vel inutil. & ibi Decius verſicu. expeditis notabilibus. & idem de ſancto Nazario.dictus de Ripa in ſecundo libro reſpon. ca. xviij.nu. vj.& ſeq.Io.Baptiſt.in tract.de vnio.arti.vj.cōcluſione j.cum aliis per ipſos allegatis.Tamen per regulam apoſtolicam. xxj. ſolet fieri in vnionibus conceſſio ſeu commiſſio ad partes vocatis quorū intereſt.& idem fuit dictum per concilium Conſtantien.loco ſuprà allegato.Ideo videtur capitulum cuius intereſt, debere vocari in ipſa vnione per legatum,ſicut in vnione per Papam faciēda, ne ſit melioris conditionis aut poteſtatis maioris quàm Papa,quia illa clauſula,vocatis quorum intereſt,hoc importat, vt tenet Cardin.deZaba.in conſi.xcij.incip.ſauendo pupillis.ver.quo præſuppoſito.& Decius in dict. conſil. ccxxiij.cum aliis per eum allega.& idem Ale.in conſ. lxx. cuius initium, in cauſa vertente inter dominum.verſi.tum etiam & fortius.cum ſeq.volu.iij.& Cardi.in cōſi. lxv.incip.pro diſcuſſione puncti. ver. quantū autē ad conſenſum. Sufficit ergo quòd interueniat cōſenſus capituli poſt ex interuallo: & etiam pote ſt fieri vnio non vocato rectore,d.cl.ij. nec non vocata plebe,vt per Card.in d.conſ.lxv. ver. ſupradicto. Nec etiam patrono laico inſcio, cuius conſēſus requiritur,etiam ſi motu proprio fieret vnio per Papam,vt tenet Car.in d.conſ.xcvj. verſi. quò ad cauſam ſecundā.† Tamē aduerte, quòd ex diuturnitate temporis præſumitur in dubio conſenſus capituli interuenille,licet nō conſtet, vt voluit Alex.in d.conſ.ccxix.ver.corroborantur prędicta, per tex.in l.ſi filius.C.de pet.hæred. & l. qui in aliena.in prin.ff.de acqui.hære. cum aliis infinitis. Iaſ.in l.ſciendum.verſi.vij.primò facit. ff. de verb. obli.quæ alle.Alex.in conſi.lxxix.volu.j. incip.circā primum quo,quamuis ipſe expreſsè teneat cōtrarium in conſi.lxx.verſi.& ſic patet. Sed præcedentem tenet Rom.in conſi.cclxxv.& pulchrè, & magis latè Domi. de S. Gemi. in d. conſi.lxxxvij. incip.apparet quædam vnio.verſi.ad ſecundū.& ſignanter vbi defectus conſenſus non fuit ante vnionē oppoſitus,vt tenuit Inno.Aegidius & Hoſt. in c,ea noſcitur. & ibi Io. And. de his quę fiunt à prelat. vbi vide. Et etiam quis teneatur probare conſenſum non interueniſſe,& concludit in verſi. ad tertium quęſitum,q̄ neganti interueniſſe conſenſum.Sed Old.in d.conſ. cclxj. tenet contrariū. q̄ aſſerenti incumbat onus probandi interueniſſe. & idem Aſexan.in d.conſi.lxx.& hoc per regulam generalem l.ei qui dicit.ff.de prob.& idem Philip. Decius in iam d.conſi. ccxxxiij. ver.his prēmiſſis. & in ver.ſed dato.& iſtud videtur communius.Et ſic in ſupradictis caſibus concluſum fuit per maiorem partem dominorum,in cauſa abbatis& cōuentus de Boſco Cauo. actorum ratione vnionis parochialis eccleſię de Fracto Ioue, eorum menſe Abbatiali per epiſcopum Petragoricen. factę. Et latum areſtum,die menſis Iulij,aut Auguſti,Anno 1526.† Quid ſi non conſtat de vnione facta,ſed ſo-
6 lum quod fuerunt tenta tanquam vnita per tantū tempus de cuius initio memoria non exiſtit,quòd vnio nō preſumitur, niſi probetur,dic quòd ſufficit.per tex.in d.gl.j.de exceſ.prela.in verb. ad mēſam.ita diſputando concludit Io. And. in regula, qui contra iura.lib.vj.in mercu. quod dicit Felin. eſſe cordi tenendum in c. cùm contingat verſi.ſi tamen ſimul.de foro compe. & idē domi.de Rot. in deci. clx. & ccv. & in deci. ccclxxv. aliàs deciſ. ix.& x. de reb. eccle. non alien. & dec. iij.de rer. permut.in anti.& ſequitur Abb.Sicu.in d.conſ.cvj. ver.& quanquam de dicta vnione.volu.ij. & Alex. in d.conſil.lxx.verſi.fortius dicit. & per totum lib. iij.& in conſi.cj.volum. vj.quod eſt ſing.& Ioann.

Bap.in tracta.de vnio.artic.vij.& Feli.in c.cùm cõtingat.vers.si tamen simul.de foro compet. Quinimò sufficiunt xl.anni, secundùm Alexan. & doctores suprà allegatos per text.iuncta gl.in c.cùm de beneficio.de præbend. lib. vj. & idem Felin.in c.si diligenti.versi.nona & vltima restrictio.& in c.causam versi.limita dupliciter ibi, bene facit decis.de præscrip.& in c.cùm contingat.ver.si tamen simul cum consuetudine de foro compe. & in c.ex parte.vers.& subdit hic Hosti.de testi.& Cardi. de Zabarel.in consi.cxxxj.inci.videndum primò. ver. ex his quæstio est. dubia. cum versi.ad secundum. & Nico. Milis in suo reper. in verb. vnio potest probari per testes.& Oldr. consil. ccxcvj. inci. de iure domi.Guliel.& Anch.consi.clxij.incip. In qu. ecclesiæ.& Per.de Vbal.in tracta. de vnio. benefi. c.iiij.versi.Sed iuxta prædicta quæritur. & Franc. Bal.in tract.præscrip.j.parte v.partis.q.xix. quæ est nu.cviij. Ex quo enim diu possessa sunt vt vnita, censetur secundùm ipsos præscriptio è vnio probata Et intelligo diu possessa in hoc casu, per xl.annos. Et ita concludum in prioratibus de Grossa & de Albiaco:secus si status non mutatur, vt volunt Old.de Ancha. & alij proximè allegati. & Iaſ. in le.sciendum.ver.quintò facit.ff. de verbo. obligat. vt dicam in ſ quen.quamuis Bonifa.de Vital. in d. cle.ij.§ quid si. nu.xxiij.velit sequendo Hostien. in summa de supplend. negli. prælat. §. quot modis. versic. suppletur,quòd in monachis non obstante quantumcunque temporis cursu possidentibus ecclesias seculares,vt vnitas,non præsumitur vnio, nisi legitimè probetur:saltem quòd in eis sunt instituendi vicarij assignata congrua portione, & quantum ad illam non valet contraria consuetudo.Sed hoc videtur contra text. dict. cap. cùm de beneficio.quod xl.anni sufficiunt ad iudicandum seculare esse regulare:& ad vnionem præsumptiuè factam,vt dictum est.

SVMMÆ.

1 *Gratia ante Papæ mortem non expedita, an valeat.*

2 *Vnio per Papam admissa,non tamen in forma expedita,an valeat.*

Quæstio CCCXLVI.

Sed quæritur an vnio per Papam admissa, non tamen in forma suo tempore expedita, quæ suum sortita non fuit effectum, sed post reuocationem generalem vnionum per Papam successorem in sua coronatione fieri solitam, iuxta etiam regulas Apostolicas fuit,in forma,rationi congruit,leuata absque illius executione & notificatione ordinatio facta,valeat in præiudicium impetrantis tale beneficium vnitum interim vacans per mortem.

DECISIO CCCXLVI.

1 ET primò dico,quòd olim dubitatum fuit an gratia alicui per Papam facta, & ante illius mortem nõ expedita, valeret postea per eum successorem expedito.Parchidia. in proœmi. sexti, in fine,verticulo sed prone quod Papa Bened. &c.arguit pro & cõtra,& tandẽ concludit,quod valet. Et ibi ipsum sequuntur Io.Andreas,Dominic.& Philip. Fran.& idem Alb in l.vica.ver.quid si Papa.C.de mandat.princ. & in l.mãdatũ.ver quod si Papa.C.manda. & Fe.i. in c.cęterum.versi.valet processus.de rescrip. & in c.eã te ver.tẽpus datę.e.ti.& hoc per text.in c.super gratia.de offi.de leg.vj.&in c.literis.de rescript.in anti. Vnde hodie per regulas cãcellarię Apostolicę tũPaul.Sixti tertij,Innocẽtij octaui,quã aliorũ successorum pontificum (quæ sunt in ordine cuiuslibet octaua)sub forma, rationi congruit expediri, stabilitum est.† Et decisio huius quæstionis,videtur clara pro ipso ordinario, qui contulit, ex quo vnio ante vacationem per mortem possidẽtis beneficium vnitum non fuit suum sortita effectum. Et probatur tam per regulas prædictorum Sixti, & Innocent.pontificum,quorum quælibet est xj. in ordine,quàm ius commune,vt in ca.si. de concess. præben. lib.vj. & ibi per Doct.insu per Philip. Franc.& in c.is cui. & ca. sequen. de præben.codẽ lib. vj.vbi reuocatio gratiæ tollit ius quæsitum, ad rem, sed non in re. Sed hic nullum fuit ius in re quæsitum per executionem vel notificationem,& sic non fuit sortita aliquo modo suum effectum.& ideo caret vigore,vt dictis iuribus.Et ita in terminis tenet Guid.Pap in consi.ccxxiiij.versi. Ad tertium quæritum. & ibi vide quando dicatur vnio non sortita effectum.& Peru.in tract.de vnio.ver. Quartò quæritur.& per gl.in dicta regula Apostolica xj.quæ dicit,quòd super hoc emanauit quædã extrauagans Martini v.scilicet quando non est secuta aliqua possessio pacifica beneficij vniti: quod intelligit glo.ibi,quando fletit per illum, cuius fauore fiebat vnio,quo minus haberet possessionẽ, quia tunc in eius odium censetur reuocata, quod hic accidit,igitur &c. & idem Petrus de Vbal. in tract.de vnio.c.ij.ver Demũ quæritur. & Calder. consi.xxix.tit.de prębend.licet enim potuisset capere possessionem sine licen.ordinarij, & non facta insinuatione bullarum, sic per Papam propria fuisset authoritate apprehendendi eidem concessum,vt voluit de sancto Nazario dictus de Ripa. libr.ij. respon. capitulo xvij. aliàs non potest apprehendere possessionem beneficij per Papam vniti sine consensu episcopi, vt tenet Host.& Io. Andr.in c.cum venissent.de restit.spo.Et ratio est, quia Papa per vnionem quam fecit non intendit derogare iuri episcopali c.ex tuarum. de authoritate & vsu pallij: secus est in vnione per episcopũ facta,quoniam episcopus vniẽdo ecclesiam, videtur etiam authoritatem ingrediendi possessionem ecclesiæ vnitæ concedere. Et idem Per.de Vbal.in tract.de vnio.versi. Sed quæritur.Nec vnio hic facta,censetur in præiudicium prag. sanct. facta, cũ fuerit realis,& nõ profectò personalis,vt tenet gl.in tit.de reserua.quãuis sit odiosa,secũdũ Doct.suprà alle.Et idem Domi.de Rota in decis. cclij.aliàs deci.v.de reb.eccl.non alien.incip.Noquòd beneficium ad quod,in antiq. sicut nec etiã reseruatio Papæ aut deuolutio ad eum impedit effectum vnionis per episcopum ex causa legitima factæ,vt tenet gl.in d.prag.ti.de elect.§.j.in verbo, impediri. verl. Aliùs effectus. cum aliis per ipsam allega.& Domini de Rota Decis.xix.aliàs deci.iiij. eodem tit.n.inci.no.quòd reseruatio. in antiq. Ita quòd si Papa illud conferat etiam motu proprio non facta mentione vnionis prædictæ, quòd non valeat.ex quo ius erat alteri quæsitum,cui Papa nõ intendit præiudicare, nisi in literis hoc exprimat, vt tenet Felin.in c.in nostra.in xxvij.correlario.de quo vide ibi,& domini.de Rota in Decis. dclviij. aliàs deci.vj.de rec.eccles.non alien.& Ioan. And. in addi.Spec.titu.de præben.in princ.& do.deRot. in decis.clx.aliàs deci.iij.de rer.permu.in antiq. vbi etiam tenent,quòd beneficium vnitum nõ potest permutari per illum qui tenet beneficium antequam

quam vnio fortiatur effectũ, vt ibi per Ioan.And. & Rot. Et ſic cõcluſum fuit in cauſa dignitatis portęriæ ſancti Pancratij ciuitatis Agennenſis.

SVMMÆ.

1 *Vicarium poteſt epiſcopus reuocare, etiam ſi cum adiectione pœnæ iuraſſet non reuocare.*

2 *Vicarij ſecundi creatione, an conferatur primus reuocatus. & num. 7.*

3 *Procuratorem eundem ſecundò conſtituens videtur à prima procuratione recedere.*

4 *Procurator primus quando cenſeatur reuocatus per conſtitutionem ſecundi.*

5 *Legati ſecundi creatione non videtur primus reuocatus.*

6 *Epiſcopus an cogi poſſit haberi vicarium.*

8 *Vicarius ſi ante notificatam ſibi reuocationem conferat beneficium, an valeat & numer. 10. & 11.*

12 *Beneficiatus quando videatur ſpirituale contrahere matrimonium. 13.*

14 *Reuocatio vicarij qualiter debeat ad notitiam eius venire. & nu. 15. & 17.*

16 *Reſcripti ſecundi notitia veniens ad iudicem primum, quando non impediat.*

18 *Vicarius reuocatus ſi ſciente & patiente epiſcopo conferat, videtur ſibi confirmatus vicariatus.*

Quæſtio CCCXLVII.

Vicarius epiſcopi ſpecialiter ad conferendum beneficia deputatus, an cenſeatur per conſtitutionem & creationem ſecundi vicarij reuocatus, etiam ſi non ſit clauſula generalis omnium aliorum vicariorum reuocatoria: vel etiam ſi inſerta ſit dicta clauſula reuocatoria, poſſit per talem creationem ſecundi, vel reuocationem non notificatam, vel etiam ſi fuerit notificata, ita tamen non obſtan. ſi eidem vicario per procuratorem, qui ſibi tunc mandatum ad denuntiandum ac notificandum creationem ſecundi, aut reuocationem factam (licet re vera eſſet procurator) non oſtendit inſtrumẽtum conſtitutionis ſecundi, vel clauſulam reuocationis, conferre. ita quod valeat.

DECISIO CCCXLVII.

1 IT primò videtur, quòd epiſcopus non ſolùm poteſt expreſsè reuocare eius vicarium ad libitum ſuum: vt dicit Cald. in conſ. ij. de off. vicar. plenè Barb. nu. xxxvij. de offi. delega. & in cap. poſtulaſti. in j. not. eod. titul. Etiam profectò ſi iuraſſet non reuocare cum adiectione pœnæ, licet periurium incurrat, ſecundũ Ioan. And. in ca. ſua. quem ibi ſequitur But. de off. vica. & Frãc. de Paninis in tract. de poteſt. c. ne ſede vac. in ij. par. in q. x. ver. Sed nunquid capitulum. & Franc. de Curte in conſi. lxix. ver. Tertio mouetur. vbi alle. Ale. ita tenere. in conſi. xviij. incip. Capitulis initis. ver. Bene facit. vo. ij. & quòd not. Feli. in c. ex parte decani. verſi. d. c. fi. in ampliatione v.
2 de reſcr. †Sed etiam tacitè poteſt per conſtitutionem & creationem ſecundi vicarij: quemadmodũ quis conſtituendo ſecundũ procuratorẽ ad negotia vel ad iudicia lite non conteſt. reuocare cenſetur primum ignorantem & non certificatũ c. non iniuſtè. de procura. & ibi Ab. ver. Not. in ver. quod fieri. & text. in l. j. ſi quis cum procuratorio. §. fi. ff. c. ti. Et idem eſt ſecundum Alb. ibi ſyndico vniuerſitatis vel collegij, quod videatur reuocatus per cõ ſtitutionem ſecundi, qui æquiparatur procuratori, vt l. item eorum. §. fi. ff. quod cuiuſque vniuerſita. nomine. & tenet Specu. in titu. de ſyndi. ver. Itẽ poteſt reuocari. & idem do. de Rot. in deciſ. clxxj. & clxxv. aliàs deci. xj. & xiiij. de procura. in anti. per tex. in l. ſi pater. & ibi Bened. de Plumbi. ff. de manumiſ. vindi. & in l. ſi quis mihi. §. fi. cum ibi notatis per gl. ff. de acquir. hæred. † Et idem eſt ſi eun- 3
dem ſecundo loco conſtituat procuratorem, quia per ſecundam conſtitutionem videtur recedere à prima, vt eſt tex. iuncta gl. magna in prin. & ibi Bal. in antiq. lec. in l. qui mutuam. §. non ideo. ff. manda. & gl. in d. l. ſi quis cũ procuratorio. §. fi. in ver. duos. quam ſequuntur ibi Bal. Ang. Pau. de Caſt. Alb. & domi. de Rot. in d. deci. clxxv. aliàs 14. de procurat. Et hoc quando ſecundum Ang. Alber. & Pau. in d. §. fina. additur noua forma per vltimam. aliàs ſi tendat ad idem per omnia cum prima conſtitutione, non cenſetur à prima receſſum, ſed poterit vti qua voluerit ſecundùm ipſos. quod no. pro ſtylo curiarum Franciæ, in quibus quotannis à partibus procuratoria renouantur ad coſdẽmet procuratores. Et plerunque per curiam antiqua procuratoria autorizantur in ipſis cauſis nouis in ea introductis. † Et prædicta intellige primò ſe- 4
cundùm Doctor. prædictos, quòd primus cenſeatur reuocatus per creationem ſecundi, quando in eadem cauſa, & contra eandem perſonam, ſecus ſi in diuerſis vel contra diuerſos, vt no. gl. in l. cùm ſemel. ff. de tutel. Secundò intellige niſi in inſtrumento vltimo procurationis ſit inſerta clauſula, quæ communiter hodie per notarios inſeri conſueuit, ſcilicet quod talis conſtituit talem procuratorem citra reùocationem aliorum procuratorum ſuorum: tunc non videtur reuocatus, ſecundũ Bal. Ang. Alber. & Pau. de Caſt. in d. §. fi. & gl. in c. ſi duo. in verſi. ſimul. de procur. ita enim cenſetur procurator primus reuocatus per conſtitutionem ſecundi, etiam ſi ſecundus non acceptauerit mãdatum, vt tenet Bal. in d. §. fi. per illum tex. qui requirit ſolum factum domini, non autem acceptationem procuratoris. Alleg. Specu. ita tenere in ti. de procurat. §. ratione autem formæ. ver. ſed cum dato. & ipſum ſequitur Ang. & Pau. de Caſt. in d. §. fi. & gl. in d. c. ſi duo. in verb. ſimul. quod eſt notãdum. Ergo videtur idem dicendum in vicario primo, qcenſetur reuocatus, quãuis ſecundus non acceptauerit. Et opinio Calder. ſequuti ſunt Feder. de Senis, & Lap. in c. licet de offi. vicarij. lib. vj. quos refert & ſequitur Domini. de ſanct. Gemi. verſic. Quid ſi epiſcopus. & idem facit Phil. Franc. verſi. vltimò limita. & Bar. de Firm. in trac. de epiſcop. in vij. parte lib. iiij. quæſtion. xxj. & Nic. Milis in ſuo reper. in verb. vicarij duo. ¶ † Sed in contrarium, 5
quòd non videatur reuocatus per conſtitutionem ſecundi, facit quod dicit gl. magna in c. in Galliarum. xxv. q. ij. quod per creationem ſecundi legati non videtur primus reuocatus. & idem per illam glo. tenet Albe. in d. l. ſi quis cum procuratorio. §. fi. verſicu. Quid in legatis ſedis apoſtolicæ. ſicut dicitur de tutoribus, quòd per rationem ſecundi tutoris non videtur reuocatus primus. l. ij. C. de teſtam. tutel. niſi in conſtitutione ſecundi expreſsè eſſet reuocatus, vt ibi, & iſta clauſula communiter ſolet apponi in creatione vicariorum nouorum, reuocando omnes, & quoſcunque alios vicarios. Et idem tenet Martinus de Laude. in trac. de lega. maximè princ. in §. x. pro quo eſt tex. in l. j. C. de offic. præfect. vrb. & in capitul. volentes,

de offi leg.& ibi ita tenet ſing.Abb.Sicul.in iij.no. & Rom.in ſingu.lvij.incip. Fuit quæſtio Romæ.Et ad id quod dicitur de procuratore, quòd per conſtitutionem ſecundi primus videtur reuocatus.Reſpondet Abb.Sicu.quòd illud procedit ex eo,quòd plures procuratores ſæpius ſe impediunt per concurſum: quia quandoque vnus affirmat quod alter negat,iuxta no.in c.pen.de elect.lib. vj. meritò ius præſumit,quòd dando ſecũdum,videtur dominus reuocare primũ : ſecus in pluribus ordinariis,cùm habeant poteſtatem inſolidum. Et ſolent ſecundùm eum plures deputari in eodem officio, vt facilius poſſit reipublicæ conſuli,l.vnica. ff. de officio cõſulis.& ibi Bar.Bal.& Albe.& Bal.in conſil. cclxxviij.verſi.Quo ad ſecundum.cũ pluribus.ver. ſequen.vol.iij & Barb.in c.prudentiã. nu.xxviij.de offic.deleg.& ita tenuit Cardin.de Zabar.in d.cap. ſua in v.q.dicens.quod verius eſt, quòd non videa tur reuocatus primus vicarius per donationẽ ſecũdi,per iura ſuprà dicta.Refert & ſequitur And.Bar. 6 in d.c.volentes.ver.No.hic tex.† Quare ſecundùm Abb.Sicu.in c.quoniam.de offi.ordi.epiſcopus po teſt cogi tenere vicarium, quod dictum dicit Feli. ibi,ante fi.alibi non legiſſe. Et idem dixerat Abb. ibi hanc quæſt.non legiſſe.Et iſtud impugnat Feli. quia iura quæ alleg.Abba.loquuntur in œconomo, vt in c.noua.xvj.q.vij.Sed hoc relinquit Feli. cogitandum propter authoritatem Abbatis. Tamen pro opin.Abba.videtur text.in d. ca.quoniam.ibi, conſtituat ſibi vicarium. per quem not. ibi Baldus quòd in qualibet ciuitate debet eſſe vnus epiſcopus, & vnus vicarius.Sed illud eſt verum in caſu d. c.quoniam.Sed opp. Abba.ſequitur gloſſ.pragma. ſanct.tit.de colla.§.ſtatuit.in verb.vicariis.Et videtur quòd vicarius in præſentia epiſcopi poſſit conferre,& ad eum haberi de omnibus recurſus, ſicut in ipſius epiſcopi abſentia.quod tenet Ioann.And. in addi.Spe.tit.de offi.vica.& Domi.in c.eod.titu. lib.vj.de quo per gloſſ.prag.ſanct.in tit.de colleg. 7 verbo,abſentia.vbi diſtinguit. † Vnde concluden do videtur mihi hanc partem eſſe veriorem & cõmunem , quòd per conſtitutionem ſeu creationem ſecundi vicarij non videtur primus reuocatus, & in hanc partem inclinare videtur gloſſ. pragma. ſanct.tit.de colla.in verb.vicario verſi. Item quæ- 8 ritur,ſi plures ſint vicarij. † Sed ex hoc deſcendit dubium non modicum, ſi poſt conſtitutionem ſecundi,aut reuocationem non notificatam,primus conferat beneficium,valeat talis collatio.Et Doc. tenentes primam partẽ , quòd per creationem ſecundi primus vicarius cenſetur ſtatim reuocatus abſque notificatione,apertè concludunt,quòd nõ valeat , poſtquam notificatione opus non eſt,quemadmodũ dicitur in procuratore ad matrimoniũ pro aliquo contrahendum ſpecialiter deputato.l ſi pœnituit.ff.de ritu nup.& c.fi.de procur.li.vj.& Felin.in d.c.ex parte decani.verſi. Fallit primò.Ergo nec in procuratore dato ad contrahendũ ſpirituale matrimoniũ,puta ad eligendũ, vel ad conſentiendum electioni,aut ad confirmandũ electũ, requiritur q̃ reuocatio expreſſa vel tacita fit intimãda procuratori ad impediendum ſpirituale contrahi matrimonium , vt tenẽt etiã Lap.Anch.Domi.& Philip.Fr.in d.c.fi.de procu.dicẽtes tamen ſec⁹ eſſe in matrimonio ſpirituali diſſoluẽdo,vt ſi cõſtituatur ꝓcurator ad renũtrãdũbeneficio , aut illud permutãdũ,ꝙtũc reuocatio , curatoris debet ei intimari. vt cl.j.de renũ.& cle.j.de rer.permu.vt ibi per eos. & idẽ in vtroq; caſu tenet Alb.in l.mãdatũ. ver. & ex iſta diſtinctione.C.mãdati.& Fel.amplè in d. c. ex parte decani.ver.excipiũtur tamẽ ab iſta fallẽtia. pro hoc tex.in l. ſi pecuniã.§. ſi ſeruũ.ibi.Et ſuper hoc eũ certiorauerit.& in ver.itẽ ſi quis.ibi, ſi hoc ei manifeſtum fecit.ff.de condi.ob cauſ. Et quãuis nos loquamur in vicario dato ad conferendũ beneficia.Et ſic in aliis beneficiis ſimplicibus,in quibus verum non cõtrahitur matrimonium ſpirituale,vt eſt quando eccleſia per mortem prælati non remanet viduata,vt per gloſ.in ca.quia propter. in prin.de election.& in c.cupientes.in verbo, regularium.eo.t.li.vj.† Et quando videatur beneficiatus ſpirituale contraxiſſe matrimonium, vide Fel. 9
in c.quoniam.§. porrò. in princ. in lite non conteſtata.& quæ dixi poſt Guli.de Mandag. in additio.de electio.in proœm.io c.j.& in pluribus aliis. † Tamen idem videtur dicendum in ipſis ſimplicibus , vt non teneat collatio, etiam ſi reuocatio vicariatus non fuerit ei intimata, vt tenet ſingulari.Phil.Franc.in d. ca.fi.in fi.ver.quid autem ſit in procuratore dato. vbi alle. ita ſentire Car.de Zabar.in d.clem.j.in v.oppoſi.de renun.dum ibi alle. tex.in c.ſi tibi abſenti.de præben.li.vj. pro quo dicit Philippus facere tex.in ca.dudum. §.nos igitur. eo.ti.Sed ibi loquitur , quando Papa in prouincia ſui legati reſeruauit aliquod beneficium, quòd illud poſtea legatus non poteſt conferre , quoniam manum oppoſuerat Papa,ideo præferri debet. Et legatus in eo amplius ſe intromittere non poteſt. ca.ſtuduiſti. de offi. leg. c. ſi à ſede.de præbend.li. vj.Cùm ſit generalis ordinarius in collatione beneficiorum.ca.j.eo.titu.& lib.Et idem eſt in Epiſcopo & vicario concurrentibus. ſecundùm Cal. in d.conſi.ij.de offi.vicar.& Alber.in d.l. ſæpe.ff.de offi.præſid.& Feli.in d.c.ex parte decani.ver.Quid autem ſi eadẽ die.Et pro iſta opi.facit tex. in dl. ſi pater.de manu.vind. per quem videtur ibi decidere hanc quæſt. Alber. verſi.ibi, nam ſi mutata.vbi no.arg.ex illa litera ,† quòd ſi Papa mittat legatũ ad 11
aliquas partes,deinde reuocauerit eum, & legatus ignorans reuocationem aliqua fecit , quod illa non valent nec tenent quantumque ignorauerit reuocationem eſſe factam , licet non figat pedem,vt infrà dicam.Et iſtam partem inclinare videtur Fel.in d. c.ex parte decani verſi.Amplia tertiò.ſequendo Domi.in d.c.fi.de procur.verſi.Fallit tertio iſta ſecunda regula. Et aliqui ex dominis tenuerunt iſtam partem. † Sed contrarium , quòd valeat collatio 12
facta per primum vicarium etiam reuocatum ante notificationem reuocationis , aut creationis ſecundi factam, inclinant Doct. ſupra alleg.tenentes ſecundam partem.quam tenuit Bal.in l.ſolet. §. ſicut per illum tex.ff.de offi.proconſul.& l.qui alleg.Inn. in c.intimaſti. de appel. & idem tenet Bertach. in tract. de epiſcop. in viij. parte. libro iiij.in quæſtion. xxj. vbi alleg. præceptorem ſuum Ioan.de Pratis in dict.lege ſi quis cum procuratorio.§.fi.ita concludere, ac ſi fuiſſet de facto Paduę determinatum in quæſt.tunc occurrenti, per text. in le.ſi fortè.ff.de offic.præſid. Et idem Roma. in dict. ſingu.lvj. incip. Fuit quæſtio Romæ. vbi etiam dicit hanc quæſtio.fuiſſe Romæ inter dominos Cardinal. diſputatam ,& ſic per dict.l.fortè.determinatum fuiſſe. Et idem gloſſ.prag.ſanct.titul.colla.in verbo,vicario.verſicul. Quid ſi vicarius fuit reuocatus, & pro iſta parte fecit text. in le. j.§.ſi ego.ff. quod iuſſu.& in l.ſi mandaſſem.ff.mand.& in l. ſi tamen.ff.ad Maced.aliàs eſſet decipere & fraudare impetrantes,ac nominatos & graduatos , qui à vicariis

clàm

clàm & ſecretè, fortè reuocatis & ignorantibus reuocationem obtinuiſſent collatione: quaro opus videtur notificatione reuocationis. Et iſta opin. videtur magis, atque etiam magis æqua ac realis quàm
15 præcèdens. † Pro qua facit quòd dicit Cal. in conſil. iiij. de offi. leg. quod tenent geſta per legatum à Papa reuocatum in publico conſiſtorio, ante notitiam. Et in dubio præſumitur reuocatio incognita. & idem Alb. in l. Barbarius Phili. ff. de offic. præto. & in iſta figit pedem: quam dicit de iure canonico probari per cap. audita. de reſtit. ſpol. & per alia de quibus per eum. & Sicul. in dict. ca. cæterum & ibi
14 Fel. in verb. valet proceſſus. † Et quamuis iſtam partem maior ex dominis perſequuta fuerit: aliqui tamen fuerunt in dubio. Primò qualis deberet eſſe iſta intimatio ſeu notificatio creationis vel reuocationis vicario facienda. Secundò, an fieri poterat per nuntium vel amicum ipſius epiſcopi, aut per procuratorem ad hoc expreſsè commiſſum, vt erat in caſu noſtro. Tertiò, an oſtendere tenebatur talis notificator & denuntiator inſtrumentum reuocationis, aut procuratorium ſuum. Et aliqui ex dominis dicebant, quòd ſi per procuratorem fiebat, tenebatur monſtrare, & exhibere mandatum, etiam exhibori non petitum: aliàs ſibi credere tenebatur, per text. celebrem in l. ſi quis inficiatus. in princ. & ibi Bar. Bal. Sali. & Aret. ff. depoſi. vbi ſi quis proteſtetur, aut notificet tanquam procurator, vel tanquam hæres, quòd debet facere fidem de inſtrumento, quomodo eſt procurator vel hæres: aliàs non tenetur ſibi credere, nec conſtituit eum in mora talis denuntiatio, vt ibi, & idem Bal. Ang. & Pau. de Caſt. in l. ſi fundum. C. de rei vendi. dicens Ang. quòd ſi notificatio fiat per partem, tunc ſufficit verbo: ſed ſi procuratorem, requiritur quòd faciat fidem de mandato, per dict. legē ſi quis inficiatus, quod dicit eſſe notandum: quia facit ad multa. & idem Ange. Barb. in di. c. ex parte decani. & Anto. Corſet. in ſingu. procurator. & Feli. in ca. cùm contingat. in vj. conclu. ver. Bene facit. de reſcript. cum aliis per eum ibi allegat. vbi inter alia allegat conſil. Anch. cccl xj. incip. pro declaratione iſtorum trium quæſitorum. aliàs eſt cccl xj. verſic. Circa tertium. licet tamen hic non fiat intimatio vel notificatio reuocationis ad conſtituendum quem in mora, in quam quis non incidit, niſi ſibi monſtretur poteſtas facientis, vt per Cin. Bal. Albe. & Sali. in dict. le. mandatum. & Feli. in dict. cap. ex parte decani. & Alexand. in conſil. lxxvj. volum. vj. ſed tantùm ad prohibendum ne amplius ſe in officio intromittat vicariatus. & idem Bald. & Franc. de Aret. in l. Ariſto. ff. de acquir. hære. aut ſaltem tenebatur procurator, vel nuntius, aut amicus docere de inſtrumento reuocationis, & illius tenorem ſibi legere, per text. in cle. cauſam. de elect. quæ habet locum non ſolum in appellatione interpoſita intimanda appellato per appellantem, vel eius amicum, ſecundum gloſſ. ibi, in §. intimatio. in verb. plena & certa. ſed etiam in omnibus aliis caſibus, in quibus requiritur intimatio facienda, vt dicitur ibi in textu. qui me in principio fecit multum dubitare, niſi fuiſſet vnum circa hoc dictum Feli. quod poſtea inueni, & adhuc non eſt ſine ſcru-
15 pulo. † Sed maior pars dominorum tenuit, quòd ſufficiebat reuocationem vicariatus ad ipſum vicarium per amicum vel procuratorē peruenisſe, licet non docuerit tunc de reuocatione aut procuratorio, per gl. in dict. §. intimatio. & gl. in cap. cupientes. in verbo, notitiam. de elec. lib. vj. quam facit ibi ſingu. Domin. in d. §. j. Vnde poſtea reuoluēdo libros in-
ueni Feli. ita tenentem in dict. c. cæterum. verſi. Valet proceſſus. ibi, & dicit Rom. &c. dicens. ſed caue, quòd in hoc caſu, & in caſu Cald. in d. conſi. iiij, ſufficeret notitia qualiſcunque fuerit, remittens ſe ad
ea, quę ibi dicit in prima extenſione. † Volens, quòd 16
per impetrationem ſecundi reſcripti, cuius notitia peruenit ad iudicem primum aliunde quàm per partem ſecundo impetrantem, non impediat, quin valeat proceſſus: quia iura ponderant literarum receptionem, non autem notitiam. d. ca. audita. & ibi Abb. de reſtitu. ſpol. Quia poſſibile eſt, quòd ſecūdus impetrator fortè non vtetur ſecūdis literis. Ideo ſimplex earum notitia non operatur reuocationē, & ita intelligitur c. ij. in verbo, innotuerit. de offic. delega. Sed vbi ſecundùm eum eſſemus in materia non habente dictam tacitam conditionem, tunc regulariter ſufficit notitia qualiſcunque. vt per Ioan. And. in regula, cum qui certus. ita dicit Cal. in d. conſil. iiij. & Bar. in Litem veniunt. ff. de peti. hære. & plenè Feli. in cap. cùm contingat. verſi. Generaliter autem de reſcrip. vbi ponit circa notitiam vel ſcientiam de aliqua re habendam. viij. concluſiones notab. Sed nos hic ſumus in caſu, & materia tacita habente conditionem, ſcilicet quādo quis facit ſecundū vicariū, an velit primum reuocare vel manere, & ſibi illam intimari facere aut nō ſecūdū opin. Abb. Sicu. in d. c. volentes. de offi. lega. quæ eſt communis, vt ſuprà dictum eſt in primo dubio. Ideo notitia qualiſcunque de creatione ſecundi vicarij, vel reuocatione primi, aliunde habita quàm per notificationem expreſſam, non ſufficeret. † Quare 17
intelligendum eſt notitiam reuocationis peruenisſe per intimationem vicario factam per ipſum epiſcopum, vel eius ſecretarium, qui fortè recipit reuocationem, aut per alium nuntium ſibi amicum, vel per procuratorem, aut per vicarium ſecundum habentem in ſuo vicariatu clauſulam poteſtatis intimandi, aut intimari ei faciendum, vt erat in caſu noſtro. Et hoc ſufficiet abſq; alia inſtrumēti creationis aut reuocationis oſtenſione, aut procuratorij exhibitione: fortè vult etiam primum cum ſecundo vicario monere, & ſuum exercere officium, vt dictū eſt, ideo opus erit reuocationis, aut creationis expreſſa notificatione. † Et aduerte, quòd ſi vicarius 18
conferat beneficia poſt reuocationem ſibi intimatam, ſciente tamen epiſcopo & patiente, quòd videtur renouata ſibi poteſtas, quemadmodum in procuratore reuocato, aliquid faciēte domino ſciēte & patiente. De procuratore tenet gl. magna. & ibi Docto. in l. qui mutuam. §. non ideo. in fin. ff. mand. & Alexand. in conſi. cxxviij. ante ſi. verſi. Quò ad aliud volum. vj. alleg. Roma. ita tenere in conſi. lxxvj. incipien. in cauſa nobilis viri Salomonis. in ſecundo dubio qui allegant in argum. not. per glo. in l. ſemper qui non prohibet. ff. de regu. iur. Et ſic reuocationem procuratoris, aut vicarij dominus nō vult ſortiri ſuum effectum. Et ita concluſum fuit in cauſa beneficij de alta Faya.

SVMMÆ.

1 *Reſignantis conſenſus an etiam requiratur in leuatione bullarum, vt poſſit eius mortem nequeat leuari. nu. 2. & 4.*

3 *Reſignatione per infirmum facta quando incipiat numerari viginti dies, quibus viuere debet.*

5 *Scriptura an ſit ſubſtantialiter requiſita ad gratiam, & collationem beneficij.*

6 *Mandatum in teſtamento, quando non expiret morte mandantis.*

7 *Procurator quando compellatur exequi.*

Quæſtio CCCXLVIII.

Quæritur an ad validitatem reſignationis beneficij in manibus Papæ viuente factæ, & per Papam admiſſæ, ac ſupplicationis eiuſdem ſignatæ, ſit neceſſarius conſenſus ad expeditionem, & leuationem bullarum præſtari per regulas cancellariæ Apoſtolicæ ſolitus: ita quòd ſi reperiatur per procuratorem poſt mortem reſignantis præſtitus, talis reſignatio ſit bona & valida, aut nullius momenti.

DECISIO CCCXLVIII.

1 ET † videtur, quòd poſtquã primò conſenſus partis vel eius procuratoris reſignantis venit in leuatione & expeditione bullarũ expreſsè præſtandus, quòd niſi præſtetur, talis expeditio ſit ipſo iure nulla, vt volunt regulæ Romanorum pontificum de beneficiis reſignatis. Primò Sexti quarti, 50. Secundò Inn. octaui. xliij. Tertiò Ale. vj. Quartò Adrian. vj. in xlvj. dum in eiſdem dicitur Apoſtolicæ literæ nullatenus expediantur, niſi reſignans vel cedés, ſit præſens in curia perſonaliter: & alioquin per procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, expeditioni huiuſmodi in eadem cancellaria expreſsè conſenſerit, & iurauerit, vt moris eſt, &c. Vnde ponderandum ad verbum nullatenus expediantur, quod annullat, ſecundùm gloſſ. in dict. regu. xliij. Inno. actum ipſo iure, vt idem glo. in cle. j. in verbo, nullatenus. de ſequeſtr. poſſ. & fru. cum aliis per ipſam alleg. & alias dixi in tract. meo dictionum mihi ſubtracto. quod idem eſt dicere, ſecundùm Doct. in cle. j. nullatenus fiat, vel omnino, aut penitus, vt in ca. ordinarij. §. in conferendis. in verbo, penitus. de offic. ordin. lib. vj. vel per ſimilia verba, quàm dicere, ſi ſecus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Ad hoc etiam alleg. Domin. in ca. Romana. §. ſententias. in j. quæſtion. cum ſequen. not. Ex quo ſequitur ſecundùm gloſſ. in di. regu. xliij. quòd reſignatio aliter facta, vel ſaltem expeditio, non valet per prædicta. † Vnde ſi reſignans ante præſtitum conſenſum per ſe vel eius procuratorem mortuus fuerit, non videtur poſtea per ipſum procuratorem præſtari poſſe, vt ſtatim dicam. Et ex iſto etiam ſequitur ſecundùm gloſſ. ibi, etiam in camera talis expeditio fieri non poſſet, poſtquàm conſenſus præſtari debuit in Cãcellaria, licet in hoc dubitet, tamen credit quod camera admitteret. Quinimo in reg. Adrian. vltra dicitur, & fortius decidẽs hãc quæſtio. magis ſpecificè, quòd ſi ipſum reſignantem vel cedẽtem pluries ſuper vno, & eodem beneficio in fauorem diuerſarum perſonarum ſucceſſiuè conſentire contigerit: voluit quòd primus conſenſus tenere debeat, & alij poſteriores conſenſus, ac literæ illorum prætextu, etiam ſub priori data expeditæ, pro tempore nullius ſint roboris vel momenti, quod eſt notandum, quòd reſignatio admiſſa non capit vires, niſi à tempore præſtiti conſenſus. Et ſic poteſt reſignans per iſtam regulam interim pœnitere & variare, quod eſt cõtra cle. j. de renun. Et cum iſtis regulis cõcordari videtur ordinatio Ludo. Regis xj. volens, quòd officia à cætero non concedantur aut donentur, niſi vacent per mortem, aut reſignationem ſponte factam de conſenſu reſignantis de quo latè prius conſtare debebit, & vide in ſtylo Parlament. in vij. part. tit. de conceſ. beneficij vel officij, c. vl. ſecundum ordinem per Aufrer. recollectum. Tum etiam in tali conſenſu expeditioni bullarum præſtando, ſecundum regulas prædictas debet procurator iurare, quòd nõ interuenit in ipſa renuntiatione fraus, dolus, vis, metus, neq; aliqua ſimõnia, vt ibi per gl. & dixi in trac. de offi. leg. in Francia. in j. q. Vnde cum aliquid reſtat ad faciendum, nihil actum aut factum eſſe videtur. l. fi. C. de his quib. vt indig. Ergo aliter facta non valent, poſtquam conſenſus & iuramentum in expeditione bullarum præſtandi, ſunt de eſſe & ſubſtantia reſignationis, quæ tamen poſt mortem reſignantis non poſſunt per eius procuratorem præſtari, cùm videatur per mortem conſtituentis reuocatus. §. rectè inſti. manda & l. mandatum. C. eo. tit. & bonus tex. arg. in l. iiij. ff. locat. & ibi Bal. dicit, quòd ſola mors inducit etiam deſinentiam voluntatis. ad idem alleg. tex. in l. qui ad certum. eo. tit. quod intelligit verum, quando mors inſpicitur reſpectu certæ perſonæ, ſecus ſi reſpectu certi officij inſpiciatur mors, quia tunc mors illius, qui aliquid concedit non inducit deſinentiam voluntatis, vt in cap. ſignatioſæ. de reſcript. libro vj. vt infrà dicam. & in Deciſionib. recollectis per Thomam Faſtoli in cauſa iij. & dubio xj. incip. quartum dubium. & Decius cõſili. cviij. Et quòd tempus præſtiti conſenſus debeat attendi, & prius debeat ille conſenſus præſtari, hoc probatur per regulam Inno. viij. de officiis & beneficiis reſignatis per infirmos, quæ non reperitur inter gloſſatas, item amplè loquens ſicut in aliis quæ ſunt inſertæ poſt Deciſio. Rotæ. nouiter in paruo vo. impreſsæ. vbi vult illos viginti dies (quibus poſt reſignationem cedens viuere debet, vt reſignatio ipſa ſuum ſortiatur effectum) à die præſtiti conſenſus per reſignantem, in expeditione literarum ſeu prouiſione beneficij vel officij per huiuſmodi reſignationem vacantis, fore computandos, & non à data ſupplicationis deſuper ſignatæ, & literarum ſuper illa expeditarum. Et idem habetur in regula præfati Adriani. eo. tit. de infirmis eorum beneficia reſignantibus. Tamen de ſtylo curiarum Franciæ, illi xx. dies computantur à die admiſſæ reſignationis, & hoc in fauorem tam ordinariorũ, quam graduatorum & nominatorum. Et iſta vltima additionalis, & noua clauſula in ipſis regulis Inn. & Adriani non venerat in lucem: ideo non ſeruatur: quoniã in d. regula xviij. nulla fit mentio, nec per gl. ibi, & per conſequens pro non appoſita habetur, nec ſeruatur ad præſens in cancellaria Apoſtolica, imò vt patet per extraũgantes Ale. vj. & Leonis x. in fine huius quæſt. inſertas. & iſtam partem tenet Guido. Pap. in conſi. clxxij. incip. Frater Hug. Fornerij. verſ. dico quòd illa regula cancellariæ. volens ibi plus, quod illi xx. dies computentur à tempore reſignationis factæ coram notario & teſtibus, licet non fuerit facta in manibus Papæ, & ipſum ordinarius interim præuenire poterit, per no. per gloſſ. Inno. Io. And. & But. in c. quod in dubiis. de renuntia. quia notarius vt perſona publica recipit renuntiationem illam nomine ſuperioris, & pro ſuperiore, vt l. ij. ff. rem pupil. ſaluam. & l. & cum pro quo. ff. de in ius vocand. & Inno. in capitul. dudum. de conuerſa. coniugat. Et ſic facta narrata fuit Papæ, qui contulit dictum beneficium vt vacans per dictam reſignationem, ſiue alio modo vacauerit, &c. Tum quia antiquis regulis & conſtitutionibus apoſtolicis ſolet fides adhiberi plena, ſecundum Feli. in c. ex

parte

parte.ver.regulæ cancellariæ.& in c.Rodulphus. §. cæterum.de reſcri.Cũ in cauſis etiã extra curiã pendentibus quotidie allegentur. Et fit de eis fides per literas vice cancellarij,& adducũtur vbiq;,vt leges generales.Et de ipſis iudicatur,vt de aliis canonib. Et reſpondet Fel.ad Anch. qui in cõſ. ccxcvij.inci. efficacib.& quaſi &c.& etiam ad Card.in conſ.xcix. inci.dico quòd acceptatio.in fi.volentes cõtrariũ,vt ibi per eum.& opi.Feli.tenet glo. in d. regula xviij. pro qua facit bo.tex.in l.bonorum.§.j.ff.rem ratam habe.& idẽ gl.prag.ſanct.in ti.de reſerua.c.ij.in ver. regulas.& Domi.de S. Gemi.in conſ. xcij. & xciij. Quãuis Bal.in c.ij.de fer.dicat arg.illius,quòd ſtylus Romanę curiæ non imponit neceſſitatem obſeruãtię aliis curiis particularib.quod pro certo dicit eſſe verum,quia aliæ curię nõ habent pro iure communi id quod ſingulariter in curia Roma.ſeruatur,ſecũdũ Bern.ibi,vt l.de quib.in prin. à cõtrario ſenſu.ff. de legi.Sed primum tenet & multum amplè Io.de Nauiza.in ſylua nup.ver.& hãc opi.Et ſic pro iſta parte fuit bis Tholoſæ iudicatum per arreſtũ curiæ parlamenti:primò inter magiſtrum Guid.de Caylario appellatũ ex vna:& magiſtrum Io.Colardi à Seneſchallo Tholoſano appellantẽ,latum die xxij.menſis Auguſti.Ann.1519.Secundo per illud arreſtum latum inter magiſtrum Io. Garum à prædicto Seneſchallo Tholoſano appellantẽ.Et magiſtros Io. Roſſilhes, & Romanum la Roque appellatos, die xx.menſis Feb.Ann.1025. quę quidem in cauſa ſimili pendẽte in curia inter magiſtrum Gerardum Grimoard appellantem à Seneſchallo Bazatenſi & actorẽ conquerentem ratione eccleſię parochialis S. Marti.de Vria ex vna,& nobilem virum magiſtrum Andręã de Bonail appellatum & opponẽtem producta per ipſum opponentẽ,ſuper qua reſtat facere ius. & idẽ in cauſa magiſtri Io.Biſbe. & magiſtri Bertrandi de
4 Cantet. ¶† In contrarium videtur, quòd reſignatio, & expeditio bullarum interueniẽte procuratoris cõſenſu etiam poſt mortem reſignantis valeat. Hoc probatur primò de iure cõmuni, quia ſtatim ꝙ Papa admiſit reſignationẽ per partẽ,aut eius procuratorem factam eſſe,eſt ſine alio adminiculo aut cõſenſu illorum in expeditione bullarum præſtando ius acquiſitũ illi cui collatumfuit beneficium,vt voluit Calder.in c.in noſtra.quẽ ibi ſequitur Sic.in vlt. j.q.de reſcr.& idẽ Abb.in c.noſti.de elect. & Bal.in l.humanum.in fi.C.de legi.& Sicu.in c.cũ venilſent. in ij.no.de reſti.ſpol.& Domin.de S. Gem.in c. dudum per illum tex.de ſepul.li.vj.& per tex. in ꝯ in-
5 ſtitutionis.xxx.q.ij.† nec ſecundum eos requiritur ſcriptura:cum nõ ſit de illis ſpecialib. caſib. qui requirant ſcripturã,no.per gl.in c.j.de cenſib. li. vj. & iſtã partẽ per iura ꝛ.dicta tenet glo.in regula 7.25.& 29.Inn.Quia de eſſe & ſubſtãtia gratię vel collatiõis ſcriptura nõ requiritur,ſed ſolum ad probationẽ factę collationis.tenetRota.in deciſ.ccccxxxij.aliàs deciſ.de reſcri.inci.licet Rom.curia, in no.& latius Io. de Selua,in ſuo trac.benefi.in iij.par.q.xxij.Ergo cõſenſus expeditioni,& iuramentũ pręſtãdũ propter fraudes tantum,quę ſolent in reſignationib. aliquãdo adhiberi,non ſunt de factione & ſubſtantia collationis,vt clarè ſentiunt regulæ apoſtolicæ ſupradictę,quoniam per ſolam ſignaturã actus erat perfectus,ex quo habebat conſenſum cedentis.per procu atorem mandatum ad hoc ſpeciale habentem, qui fieri fecerat ſupplicationem Papæ porrectam. cle.j.de renun.& plenè Feli.in c. ex parte decani.de reſcri.Nam cedentis fuit intentio paſſando,& faciẽdo procuratorẽ ad ſuũ reſignãdũ beneficiũ, & illud expedire in forma faciendũ,nõ ſolũ in vita ſua, ſed profectò etiã poſt eius mortẽ,cũ ipſum ad illũ conſtituerit finẽ,arg.l.ſi verò non remunerandi. §. fi.& quod no.ibi Bal.Alb.& Frã.de Are ff.mãda.& Sali. in l.ſeq.d.§.fi.& iſtud Feli.in rub.de conſti.ver.& iſta verificant vnã &c.vbi alle. Calde. in c.quiſquis. in j.de elect.quẽ ibi ſequitur Domi.dicentem quòd verbũ fiat,quod ponit Papa in ſupplicationib.intelligitur pro tunc,d eſt,de præſenti,& non de futuro, & etiam quod ſecundũ ſtylum curiæ Roma.ad illam diem ſemper conficiuntur literæ, quia ſcriptum eſt Geneſ.j.Fiat lux,& facta eſt lux.& ſic ſcriptum reperitur in formulari inſtrumentorum, & arte notariatus.c.alia ſimilis ad reſignandum parochialem. ibi, ac literarum expeditioni cõſentiendũ, iurandũmq; in animam cõſtituentis,quòd in huiuſmodi reſignatione nõ interuenit fraus,dolus, ſimoniæ labes,ſeu quæuis alia illicita pactio,&c.Et propter iſta hic cõ ſenſus expeditioni bullarũ per partem,aut eius procuratorem præſtandus, fuit inuentus.Et hũ ad perfectionẽ actus iã conſummati,& ſic loquũtur regulæ prædictæ apoſtolicæ,quæ nõ prohibẽt conſenſũ in expeditione bullarũ poſt mortẽ reſignantis : nec iramentũ præſtari poſſe.& ſi præſtẽtur,& fiãt poſt, quòd ſint nulli' momẽti:quia procurator poſt mortem domini poteſt perficere reſignationẽ in vita domini admiſſam,nec circa hoc cenſetur reuocatus. pro hac deci.eſt text. celebris in l. nã & Seruius.§.ſi viuo Titio.ff.de neg.geſt.vbi procurator poſt mortem domini tenetur conſummare omnia per eum cœpta,nõ aũt noua inchoare. Nã inquit tex.quæcũque prioris negotij explicãdi cauſa gerũtur,nihil refert,quo tẽpore cõſũmentur,ſed quo tẽpore inchoẽtur.quẽ tex.cõmẽdãt ibi Bal.& Alb. Ideo initiũ ſeu tẽpus reſignationis in vita cedentis per Papam admiſſę,& non finis conſenſus in expeditione bullarũ præſtiti,ſpectandũ eſt.l.ſi procurator.ff.in prin.& ibi Fran.de Are.in ij.& iij.no.ff.manda.vbi dicit per illum tex.quòd quando in dubio actus,qui ſit,poteſt interpretari,& pertinere ad contractũ præcedentẽ, vel eſſe nouum contractũ, præſumitur potius fieri pro executione contractus præcedentis.Ad idẽ alle. tex.quem prius allegauit ibi gl.j.in l.j.§.idem Pomponius,in j.ff.depoſi.& ibi idem Pa.de Caſ.& Fran. Are.quẽ legunt cũ §.ſi te rogauero.in iiij.& v.no.& ibi idem tenet Bal.in d.§.ſi te rogauero.in antiq.lec. etiam ibi Sali.pro quo dicit Alb. in d. l.ſi verò non remunerandi. §. fin.in fi.quòd ſi ſtatuto cauebatur, quòd teſtamentum , non valeat, niſi regiſtratum foret in regiſtro communis, & aliquis fecerat teſtamentum. & conſtituerat procuratorem ad illud regiſtrari faciendum:dubitatur,an poſt mortem teſtatoris procurator poſſet facere regiſtrari,& ſecũ
6 dũ eum determinatũ fuit,quòd ſic,quia † iſtud mãdatum videtur eſſe collatum etiã poſt mortẽ, quod eſt notãdum pro deci.q.noſtrę. Accedãt nõ perBal. in rub.depoſi.q.vij.& in l.cum dotẽ.ver. Modo extra quæro.C.de iur.dot.†Quinimò talis procurator
7 ad ipſum conſenſum pręſtãdũ cõpelli poſſet. c.quidã.& ibi per Doct. poſt Inn.de renun. ex quo talis cõſenſus nõ eſt niſi executio ad actũ perfectũ,& quo ad illum nõ expirauit mãdatum,cũ ſit declaratio nihil addens rei perfectę, nec diſponẽs aliquid de nouo,ſed factam exequẽs, l.hæredes palã.§.ſi quid. ff. de teſt.c.paſtoralis.§.fi.de appel.& ibi Ab.ver. not. quòd ille qui denuntiat. Præterea ſi Papa poſt ſupplicationem ſignatam & datatam.& bullarum expeditionẽ deceſſiſſet:nihilomin' expeditio pro ſucceſſore facta valeret , per not. in c. ſi ſuper gratia.

de offi.deleg.lib.vj.Et ſucceſſor Padæ conſueuit expediri facere ſub forma rationi congruit,d.reg.viij. &per Arch.Dommi.Anch.& Phili.Frā.in proœ.vj. §.fi.& plene perl Hierony.Pau.in li.prouin.ver. prę ſtantiſſime,vbi ponit plures caſus qui non expirant per mortem Papæ,vt ſ.dixi in q.ante præcedent.inci.ſed quæritur an vnio.Et plerunque contingit cōſenſum expeditioni ipſarū tempore mortis Papę cō cedentis non fore per procuratorē reſignantis præ ſtitum,tamen valet,vt per not. in d.reg. viij.licet in caſu noſtro ante mortem Papæ præſtitus fuiſſet, vt conſtat per bullā narrantem procuratorem cedentis talis renuntiaſſe die,ac expeditioni alia die conſenſiſſe literarum. Vnde ei ſtadū,per no. in c.j. de ſubla.cle.literis.in prag.ſanct. Pro quo facit quod no. Domini de S.Gemi.in conſi. lxxij.verſ.ſed opponitur contra vnam.in allegat lxxij.ver. Et licet fuerint confectæ literæ.Et iſtud voluit Imo.in c.in noſtra.ver.& no.quòd eo ipſo.de procur. dicens quod in literis commiſſionis Papę cōtinetur aliquē fuiſſe procuratorem: preſumitur quod procuratio fuerit tunc præſentata Papæ: quia ſecundum eum de ſtylo curiæ eſt,quod non admittatur quis tanquam procurator, niſi prius oſtenderit mandatum.Sentit Bal. in l.Arrio.ſi.de acqui.hære.quamuis hic de procuratorio appareret. Tum facit tex.in l.Iulianus. ff.qui ſatiſ.cog.vbi habetur ſecundum vnam lect. quòd ſi actus ſit in parte geſtus mandato meo, & in parte citra mandatum meū:quod propter mixtionē mādati,ſeu actus geſti mandato meo,valet, quod alias non teneret.Et ille tex.in d.l.Iulianus.ſecundū Ang. & Iac.de ſanc.Geor.ibi, non reperitur alibi expreſſius,& idem dicit in l.licet.poſt prin.ff.de iudi.quod mandatum ſuperueniens actu nondum conſummato retrotrahitur, quemadmodum ratihabitio. & idem Bertran.conſ.ccexliij. nu.j.vol. j. præterea facit gl.in cle.j.de teſt.vbi dicit,ꝙ quādo actus eſt in parte geſtus,& in parte gerendus,& ſuperueniat cōſtitutio noua,quamuis talis conſtitutio det formā gerendis.c.ſi.de cōſt.nō tamen dabit formā huic actui in parte gerēdo propter mixtionē actus,cū aliis,per dictū Stepha Malereti.in ſuo opere de elec.ver.xiiij. cum ſeq.ver.tamen contra Imo.volentē quē nō poſſe ſine mandato habito reſignare beneficium reſignantis,quamuis certioratus de procuratorio paſſato,vt latius ipſe voluit in l.qui in dñi teſtamēto poſt Bal.ff.de teſta.& per Aret.ꝙ cōtra eū poſſet diſputando ſuſtineri,tamen non eſſet cōtra cōmunē opi. tenere,vt tenet latè Frā.deCur.Iunior.conſ.lxiiij.ſequendo Bal.in l.j.ff. de procu.& Dm. cōſ.xviij.inci. queſtio talis eſt.& Ale.conſ.cxlvj.verſ.prēterea. vt dicit Bal.vol.v.vbi limitat communem opi.tenētium non valere geſta per procuratorem ante præſentatum vel notificatum mandatum,non procedere in beneficialibus,vt ibi.quod no. Et in caſu noſtro fuit,de quo per Alex.in l.multum.ff.de cōdi.& demon.per Felin.in c.ſciſcitatus.ver.Adde etiam in materia.de reſcri.& Hippo.de Marſi. in l. ſi quis ne quæſtio.nu. 64.ff. de queſt. & per Bart.conſi.lxxiij. inchoan.quæritur vtrum procurator. quod conſil. alleg.Franc.deAret.conſ.lxviij.verſic.Præterea dicit Imol.& Rota deciſ.cxlv.alias deciſ.vij.de procu.incip.ſi procurator.in no. & in aliis locis ibi in addi. allegat. qui dicit tamen curiam Rom. contrarium ſeruare ſed communem tenet Bal.& Ang.in l.dummodo.ff.de procu.& Soci.in reg. ccexvij.ver.fallit quia procurator non admittitur. & Pau. de Caſt.in l.ij.verſ.item no.ff.deprocur.& Bertran. conſil.lxv. vo.j.nu.j.cum aliis in quæſt. incip.procurator non dicitur ante mandatum.in prin. Pro iſta parte ita fuit iudicatum per arreſtum curiæ Pariſi. per ipſum Grimoard productum, latum die xxj. Iulij. Anno 1490. Inter Petrū Girard.actorē conquerentē ex vna:& magiſtrum Ludouicum Doreille Regis in eadem curia conſiliarium reum ex alia partibus.Sic etiam per totam curiam Burdegalenſem reiectis ſuſpectis,nemine diſcrepante nec ibi ſolo precedente,concluſum fuit in dict. cauſa prædictorum Grimoard.& de Bonail.Et latum arreſtum die iij.menſis Septemb.Anno 1526.Et pro deciſione huius hęſitationis ſeu ſimilis, duę emanarunt extrauagan. Prima ab Alexandro vj. Secunda à I.conex. quæ declarant valere tales expeditiones renuntiationum cum conſenſu procuratoris poſt mortem reſignantis præſtito factas. Quamuis cancellāria apoſtolica non conſueuerit concedere declarationes ſuper actibus in quib. celebr.Doc.diuerſa opinati ſunt.Et præſertim in ſacramentalibus vel concernentibus peccatum,vt dicit Hiero.Paul. in lib.prouin.omniū eccle.ver.& aduerte.& ver.nec ſolet. qui alle.no.per Doc.Gallica.in c.vir.de ſecund.nup. niſi ſecundum eum per continuatam, & antiquam cōſuetudinem, & interpretationem cancellariæ vna ex illis opinionibus fuiſſet approbata & firmata. l. minimè. ff. de legi.alleg. etiam Domi. de Rota in nouis. de filiis preſbyt.quæ eſt nu.339.inci.ſi illegitimus beneficiū, ver.veruntamen quicquid ſit. Tamen Papa ad tollendum vnam illarum opi.& aliam approbandum declarare & ordinare ac de nouo conſtituere cōſueuit,vt patet per textum,& cle.& extrauagantes. Ideo ad euitandum has & ſimiles varias opi.bonū eſſet quod fieret noua iurium editio & reformatio tam in iure ciuili, quàm canonico, reſecatis argumentis diſputationum, vt dicit Io. de Seiſſello in apoſti.Pet.Iac.ſuper ti.de ſtatu curiæ Ro. vt ipſemet Hierony.Pau.refert in li.prouin.ver.licet tutela impuberis.cum ver.item circa ſeruos: quoniam plura ſunt negotia quàm vocabula,l.natura enim.ff.de prę ſcrip.ver.licet profectò in iure, vt dicit tex.in l.j.§. nulla itaque.& in l.ij.§.contrarium. C. de vete. iure. enu.non ſit dare cōtrarium,ſi quis ſubtili animo diuerſitatis rationes excutiat.& in §.quib.C. de nouo. C.compo.dicitur reſecatis ſimilib.& cōtrariis,prę terquam ſi iuris aliqua diuiſione adiuuentur. tamen tex.digeſtorū tāta ſunt breuitate cōpoſiti, vt cū miniſterio vnūquodq; verbū ſit poſitum,ar.l.j.& ij.ff. quod metus cauſa. Et vbi breuitatis cauſa detractū eſt verbiculū vis,vt dicit Seguranus de Nigris Ianuen.in repeti.l.ſi mandaſſē.ver ſed contra hoc dices.ff.mand.quam ibi aliquis in lect.Bal. poſuit per modum additionis. Quarū quidē extrauagantium tenores ſequuntur,quæ ſunt de verbo ad verbum ſimiles quò ad diſpoſitionem. Ale. &c.Ad futurā rei memoriam,ad Romani pontificis prouidentiā circumſpectam ſpectat dubia, quę occaſione gratiarū per ſedē apoſtolicā cōceſſarū pro tēpore oriūtur,per ſuę declarationis myſterium taliter plana facere: vt ſublatis obſtaculis vniuerſis,& ſemotis quibuſcunq; ambiguitatibus,gratię predictæ ſuum debitū conſequantur effectum.Dudū ſi quidē prioratu Magenu.ff.ordinis ſancti Benedicti Claromontēſ.diœceſ. per liberā reſignationem quondā Oliuerij de Cōbrioles tūc ipſius prioratus prioris, de illo quē tūc obtinebat per dilectum filium Armandū Vayni clericū dictæ diœceſis procuratorē ſuū ad id ab eo ſpecialiter cōſtitutū,in manib.Felicis recordationis Innocentij Papę viij.prędeceſſoris noſtri ſponte factā. & per eundem Inn.prędeceſſorem admiſſam, apud

ſedem

ſede prædictam vac. Idem Inn. prædeceſſor prioratũ prædictũ, qui conuentualis extitit, vt præfertur vacã. & antea depoſitioni apoſtolicæ reſeruatũ, dilecto filio Ludo. Donercis clerico dictę dioeceſ. per eũ vſq; ad quinquenniũ poſtquã illius poſſeſſionem pacificã foret aſſequutus, tenendum, regendũ, & gubernandum apoſtolica authoritate cõdemnauit. Et deinde poſtquã in monachũ monaſterij ſancti Ermouari ordinis Carnotẽ. dioeceſ. à quo dictus prioratus dependet receptus fuiſſet, & habitũ iuxta monaſterij conſuetudinem ſuſcepiſſet, & profeſſionem per monachos emitti ſolitã expreſsè emiſiſſet regularem, ſibi ex tunc cõtulit, & de illo etiam prouidit, illúmq; collatũ & de illo ſibi prouiſum fore decreuit præfato Ludo. concedens. Et ſi dictus Oliuerius tẽpore reſignationis huiuſmodi in aliqua infirmitate cõſtitutus foret, ex qua ipſum xx. die poſt eãdẽ reſignationem decedere contingeret, nihilominus cõmenda, ac collatio & prouiſio prædictę validę & efficaces exiſterent in omnib. & per omnia, perinde ac ſi dictus Oliuerius poſt huiuſmodi reſignationẽ viueret, & prędictos xx. dies ſuperuixiſſet, dictúſque prioratus non per obitum, ſed per reſignationem huiuſmodi vacaſſe cẽſeretur, prout in literis ipſius Inn. prędeceſſoris plenius continetur. Cùm autem, ſicut accepimus, ex eo quòd dictus Oliuerius ante tempus præſtiti per præfatum Armandum procuratorem ſuum in cancellaria apoſtolica in literarum expeditione cõſenſus, fuerit vita defunctus, licet poſt datam dictarum literarum, & admiſſam per d. Inn. prædeceſſorem reſignationem huiuſmodi, virtute ſupplicationis d. Innocen. prædeceſſoris porrectæ. in qua dictum prioratum tunc reſignauit, ipſe Oliuerius adhuc in humanis agens, à nonnullis nimium curioſis, & iuris ignaris aſſeritur reſignationẽ huiuſmodi poſt dicti Oliuerij obitum, & non die datę dictarum literarum factam, & admiſſam cenſeri debere. Nos ad huiuſmodi ambiguitatis tollẽdum dubium debitè prouidere volentes, motu proprio, nõ ad alicuius nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtãtiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, authoritate præfata tenore prędentium declaramus, reſignationem prædictã de die data huiuſmodi factam, & admiſſam fuiſſe, & dictum prioratum tunc per ipſam reſignationem vacaſſe, ac in præmiſſis datam literarum, & non præſtiti conſenſus includi debere, & propterea cõmendam, & prouiſionem prædictas validas, & efficaces fuiſſe & eſſe, ſicque per quoſcunque iudices commiſſarios, & auditores in quacunque inſtantia. Et ſi ad præſens inter prędictum Ludouicũ, & quoſcunque alios lis ſeu moleſtia pendeat indeciſa, ac iudicum & colligãtiũ ſeu moleſtantium nomina, cognomina, qualitates & merita cauſarum huiuſmodi præſentibus haberi volumus, pro expreſſis ſententiari, diffiniri & iudicari debere. Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo noſtrę declarationis, & voluntatis infringere &c. Datum Romę apud ſanct. Petrum. Anno 1494. xj. Calend. Feb. pontificat. noſtri anno 3. Leo &c. ad futuram rei memoriam, & ad Roma. pontificis prouidentiam circumſpectam ſpectat, dubia quæ occaſione gratiarum per ſedem apoſtolicam conceſſarum pro tempore oriuntur, per ſuæ declarationis myſterium taliter plana facere, vt ſublatis obſtaculis vniuerſis, & ſemotis quibuſcunque ambiguitatibus, grátię prędictę ſuum debitum conſequãtur effectũ. Dudum ſiquidem parochialis eccleſia de monaſterio &c. dioeceſ. &c. per liberam reſignationẽ quondam Io. Limelli, dum viuebat ipſius eccleſiæ rectoris, de illa quam tunc obtinebat per dilectum filiũ Barth. de Gaddis clericum Floren. procuratorẽ ſuũ ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutũ, in manib. noſtris ſpõtè factã, & per nos admiſſam apud ſedẽ cãdẽ vacã. Nos de illa ſic vacãte dilecto filio Andręę Limelli clerico d. dioece. pleno iure contulimus, ac de illa ſibi prouidimus ac decreuimus. Et ſi d. Ioan. tempore reſignationis huiuſmodi in aliqua infirmitate conſtitutus foret, ex qua ipſum intra xx. dies per eandem reſignationem decedere contingeret, nihilominus collatio, & prouiſio validæ & efficaces exiſterẽt in omnibus & per omnia, perinde ac ſi d. Io. poſt huiuſmodi reſignationem viueret, & prædictos xx. dies ſuperuixiſſet, & d. eccleſia non per obitũ, ſed per reſignationẽ huiuſmodi vacare cẽſeretur, prout in noſtris. & ſignatura ſub data ab anno incarnationis dominicæ 1517. nonis Auguſti, põtificatus noſtri anno quinto plenius continetur. Cùm autem ſicut accepimus, ex eo quòd dictus Io. ante tempus præſtiti per præfatum procuratorem ſuum in cancellaria apoſtolica in literarum expeditione conſenſus ferat vita functus, licet poſt datam literarum prædictarum, & admiſſam per nos reſignationem huiuſmodi virtute ſupplicationis nobis porrectæ, in qua d. eccleſiã tunc reſignauit, ipſe Io. adhuc in humanis agens, à nonnullis in immenſum curioſis, ac iuris ignaris, aſſeritur reſignationẽ huiuſmodi poſt d. Io. obitum, & non de die datę dictarum literarum factam & admiſſam cenſeri debere: & propterea huiuſmodi eccleſiam non per reſignationẽ, ſed per obitum vacare. Nos ad huiuſmodi ambiguitatis tollendum dubium, debitè prouidere volentes, motu proprio, de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, authoritate præfata tenore præſentiũ declaramus reſignationem prædictam de die datę literarum huiuſmodi factam & admiſſam fuiſſe, ac dictam parochialem eccleſiam tunc per ipſam reſignationem vacaſſe, ac in præmiſſis datam literarum, & non præſtiti conſenſus includi debere. Et propterea dd. eccleſia collationem & prouiſionẽ huiuſmodi per nos factas validas, & efficaces fuiſſe & eſſe, ſic ḃ; per quoſcunque iudices & cõmiſſarios, ac auditores tam in curia Romana quàm extra illã in quacunque inſtantia ſententiari, definiri, & iudicari debere, non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionib. & ordinationib. apoſtolicis, cæteriſque cõtrariis quibuſcunque. Nulli ergo noſtræ declarationis infringere liceat &c. datum Romæ, Anno 1508. Sexto Cal. Maij, Pontificatus noſtri Anno ſexto.

SVMMÆ.

1 *Cautio iuratoria, an ſufficiat carcerato ob mulctam ciuilem. & nu. 5.*

2 *Ci illis dicitur cauſa quando mulcta applicatur parti, etiam ſi ex crimine deſcendat.*

3 *Pœna non poteſt per iudicem remitti, ſed bene mulcta.*

4 *Mulcta ob paupertatem remiſſa non poteſt exigi, ſi ad pinguiorem veniat ille fortunam.*

6 *Emendam fiſco applicandam, quando poſſit index in alium vſum conuertere.*

7 *Pœna corporalis non debet imponi pro modica pecuniaria ei qui ſoluendo non eſt.*

8 *Ceſſio bonorum quando non admittatur.*

9 *Modica res, quando curanda.*

10 *Luere quando non debeat in corpore, qui non habet in ere.*

11 *Carcerari an poſſit clericus, & mulier pro debito.*

Quæstio CCCXLIX.

Quæritur an ciuiliter ex crimine ad emendam condemnatus, ob id carceribus mancipatus, qui idonee cauere propter paupertatem non potest admittatur cum cautione iuratoria tam pro emenda principali quàm expen. signanter mulier & clericus. Et an emenda possit commutari in corporalem.

DECISIO CCCXLIX.

T† primò quòad mulctã, quã nos appellamus emẽdam, vt dicit Ioã. Fab. in l.j. C. de modo mulctarũ. & in §. si cõi seruo. inst. de iniur. videtur quod sic cum titulus qui satisfda. cog. generaliter loquatur de causis ciuilib. †Sed causa dicitur ciuilis etiam si ex crimine descendat, quoniã mulcta applicatur parti, secus si fisco, vt tenet glo. sing. in l. prætor. quã sequũtur ibi Bar. Ang. & Alb. ff. de sepul. viol. & glo. in l.j. & Alb. & Sal. C. eo. tit. & glo. in §. in summa. & ibi Ang. Are. inst. de iniur. & l. aut damna. ff. de pœn. pro quã Bar. & Ang. in d.l. prætor. allegãt tex. in c. cum clericus de pœn. cum aliis per Alex. in addi. ad Bar. in d.l. prætor allegatis. & per Bal. Abb. Sic. And. Barba. Are. Ioh. in rub. de iudi. & ibi. singu. Io. de Imol. Ias. cum seq. & Capol. in consi. xiiij. ver. iij. & Dec. de Bellapertic. Io. Fab. Ang. Aret. & Ias. in §. pœnales. inst. de act. & Io. de Plat. in l. sciant. ver. & nostram gl. C. de his qui ex publ. ration. lib. x. Ergo pro illa mulcta cuilibet adiudicata parti, clericus condemnatus vel mulier cõdemnata admitti debet ad suam cautionem iuratoriam, vt ipsos exeat carceres, quia ob paupertatem remittitur mulcta per iudicem imposita, l. illicitas. §. fi. & ibi, gl. Bar. Ange. & Alb. ff. de offi. prætid. & in l. fi. & ibi Io. Fab. C. de modo mulcta. & in c. cùm olim. in ij. de restit. spoli. & c. cùm tu. de vsur. nam inanis est actio, quam mora debitoris excusat. vt ibi, & in l. nam inanis. ff. de dolo. † Secus est in pœna, quæ non potest remitti, secundum Doct. in dictis locis, vt l. pœnam. C. de pœnis, rationem inter pœnam & mulctam vide ibi per Doc. & in l. aliud. §. inter mulctam. & in l. fi qua pœna. & ibi Bar. & Alb. ff. de ver. signi. Sed est intelligendum in mulcta fisco applicata, quę per iudicem potest ob paupertatem condemnati remitti, vt dictis iuribus: sed non profectò in mulcta parti adiudicata pro suo interesse, vt no. Bal. in l. rescripta. in fi. C. de precib. impera. offer. & glo. & Doct. in l. venia. C. de in ius voc. & And. Barb. in consi. xj. ver. Capio nunc aliud dubium, vol. iiij. & Alb. in l. quicunque. ver. prætereà hic versi. item oppo. quod remitti. C. de seruis fugiti. & Luc. de Pen. in l. prædia. ver. xxvj. sic in remissione pœnarum. C. de loca. prædio. ciui. lib. xj. cum aliis per eum alleg. & dixi s. in q. xlv. incip. Sed aliud dubium erat ex eo quod princeps. Quoniã in mulctis siue emendis plus potest iudex quàm in pœnis, vt ibi vide. & idem Bar. in l.j. inj. & vltim. q. & Moder. ff. si quis ius dicen. non obtemper. & Luc. de Pen. in l.j. C. de iis qui ex publi. ratione. & Io. de Plat. in l.j. vers. & quæ differentia. D. de fisca. vsur. Et promiscuè vtor mulcta, p pœna & econtra, licet inter ipsas sit differentia, quia pœna imponitur, vbicũque à lege cõmuni, vel statuto pro delicto nominato, scilicet pro homicidio, furto, similibus, quæ est ordinaria à iure inflicta, siue sit corporalis siue pecuniaria. Si verò pro alio innominato, vt pro præcepto iudicis, aut defectu, seu cõtumacia, vel simili imponitur, strictè dicitur mulcta extraordinaria ad iudicãtis arbitriũ imposita. secũdũ Bar. & Alb. in d.l. si qua pœna. & alias ſ. alleg. † Ita quod 4
mulcta per iudicẽ ob paupertatẽ remissa, nõ põt aq eo ampliꝰ etiã si ad pinguiorẽ puenerit fortunã, exigi, vt dicit tex. in d.l. illicitas. §. ti. quam ibi gl. Bart. Ang. & Doct. faciunt singu. ſ granter Ludo. Bolog. in secũdis interpretat. ad iden: est tex. in l. sed vnius. §. si ante. & ibi Ang. & Alb. ff. de iniur. Et ita per illa iura tenent Guli. de Cugn. & Bald. in l. fi. ff. de in ius voc. & Bal. in l. acceptam. in xxiij. q. C. de vsur. & Paul. de Cast. & Rom. in l. si quis id quod. & ibi Ias: ver. tertio collige ex eodem tex. ff. de iurisdi. omniũ iud. & Barba. in c. Odoardus. ver. no. quod exceptio. de solu. & Ioh. in c. ad liberandum. vers. sed declara istam regulam. de Iudæis, vbi allegat Rom. in sing. xiiij. incip. Quod non valens soluere. Et idẽ si parte permittente pro emenda sibi adiudicata condemnatus fuit in corpore, quod non tenetur soluere emendam, si venerit ad meliorem fortunam, vt volant Bal. & Doct. ſ. alleg. de Puteo in tractat. Syndi. in verb. pœna. c. licet dicatur. post princ. & Albe. in d.l.j. §. fi. de pœn. & in hoc non videtur dubium. & idem Mart. Lauden. in trac. de fisco. §. lxxxvij. postquam semel est remissa. Et idem secundum Bar. in d.l. illicitas. §. fi. est in banno sicut in mulcta, cum pari passu ambulent, secundũ gl. in d.l.j. §. ex hoc rescripto. in verb. vel mulctis, id est aliquibus bannis. ff. de ventre inspi. † Aduerte etiam ad vnum, quod 5
licet iudex aut curia suprema non possit de iure emendã fisco applicatam in alium conuertere vsum, l. præcipit. §. prouidentibus. & ibi Bar. Io. de Plat. in iij. no. Iac. Reb. af. & Luc. de Pẽ. C. de canone largi. tit. lib. x. & bo. tex. in l. fi. C. de iis quæ ex publica coll. illa. sunt. lib. x. & in l. duos. in fin. C. de suscep. & archa. li. x. tamen potest modicam ex ipsa emẽda pecuniam ad suum placitum conuertere, vt tenet Bar. & Doct. ſ. alle. in d. §. prouidẽtib. per tex. in d. diuus. ver. hanc rationem. vsque ad fi. ff. de bon. dam. & idẽ Io. de Plat. in d.l. fi. de iis quæ ex publi. colla. & Bar. in l. mulctarum. C. de modo mulctarum. & sequitur Capol. in l.j. §. sciendum. ver. Item licet potestas nõ possit. ff. de ædil. edic. & de Puteo. in tracta. syndi. in verb. expensa. c. potestas. idem dicit Bal. in l.ij. C. de cõmuni rerum aliena. versicu. & adde quod not. ff. quod vi aut clam. l. prohibere. §. planè, &c. quod licet per d. §. planè. nullus post principem possit dã re fiscalia, fallit in modicis, d.l. diuus. vbi Bar. dicit in fi. no. tu iudex maleficiorum, qui vis aptare cameram tuam, nec potes habere pecuniam à communi, vel hic à thesaurariis, vel receptoribus generalibus nostris. vel vis soluere aliquibus nuntiis, pro inuestigando aliquo maleficio, dicit quod hoc potest licite facere ex pecuniis, quæ rediguntur ex quibusdam mulctis extraordinariis & paruulis, arg. illius l. in fi. quia sufficit secundum eum quòd vestimenta damnatorum vilia quis non conuertat in sui vtilitatem, sed in vtilitatem officij, sed curia non consueuit hoc facere, sed per manus receptoris. Et vbi aliquid applicat aliquib. religionib. & conuentib. vtriusque sexus ad Deum pro Rege orandum, vel in reputationem ecclesiæ cui facta fuerat iniuria, hoc non facit de emenda eidem Regi applicata, sed de emenda in qua vltra regiam condemnatur in partem. & no. ad id quod dixi de bonis seu vestimentis damnatorum, quod commentarien. consurgerius aut iolierius seu custos carcerum debet ex quadam ordinatione Parisien. facta habere zonam: posito quod de argento non excedente vnã marcam argẽti. Et suam taceam argenteam, si secum habebat, ac

argen-

argentum vſque ad ſummam decem librarum Turonen. Tamen ſi zona argentea, vel argentum quod ſecum deferebat modicum, plus quantumcunque modicum excederet, nihil de his habere debet comentarien. Et cętera bona quæ ſunt inferius zonam vnà cum chlamide, ſunt, & ſpectant tortori, ſeu magiſtro altę iuſtitię, vt habetur in magno Francię cõſuetudinario tit. de pœn. & Guil. Rouille in ſuo iuſtitiæ compen. lib. x. verſ. Et quamuis pro nunc vt ita nunc de Iacobo de Beaune generali Francię in monte Fauconis patibulo ſuſpenſo torquẽ ſeu catenam paruam habuit, quam debebat habere cuſtos carceris, ſi non excedebat dictam ſummam decem librarum. Et videtur ordinatio prædicta fuiſſe extracta ex d.l. diuus. Præterea hæc pars approbatur per ordinationem cxxiij. Ludouic. Regis xij. quæ vult quòd condemnati ad emendam erga partem, & priſionem ſiue carcerem pro eadem tenendum, liberari non poſſint ſine expreſſo partis conſenſu. Ergo à contrario ſenſu, vbi pro emenda partis non ſunt condemnati ad priſionem pro eadem tenendam, non poſſunt incarcerari niſi pro emenda fiſco applicata, vt in ordinatione eiuſdem Ludo. Regis cxxiij. Et ita aliqui ex dominis ſed pauci tenuerunt, & maximè in muliere, quæ hodie ſecundùm iura noua pro debito priuato vel etiam fiſcali incarcerari non poteſt § authentic. hodie. C. de cuſtod. reor. & vnde ſumitur. Quæ quidem volunt, quod ſi pro crimine leui, detentionem tamen perſonæ requirente, non poſſit dare fideiuſſorem, tunc ipſi dabit iuratoriam cautionem de iudicij obſeruatione: ſi verò ſit aliud crimen grauiſſimum quod tunc debet in monaſterium vel aſceſterium mitti: quæ aſceſteriæ dicuntur, quæ aſſiſtunt orationibus & ieiuniis, vulgariter appellatæ, recluſę, vtpote repentitæ comentus beatæ Mariæ Magdalenes, vt authentic. apud quos oporteat cauſas dicere monach. & aſceſteriis. in prin. & ibi gl. in verb. aſceſteriis. & Ang. vel debet mulieribꝰ ſecularibꝰ. honeſtis tradi cuſtodienda. Sed hoc non ſeruatur de ſtylo & conſue. curiarum Franciæ quouſque fuerit de crimine cognitum, tamen in hominum carcere, & camera, & loco à viris ſepãrato ponitur. Et pro iſta parte accedat tex. in c. ij. cum ibi not. per Doct. in iudi. lib. vj. † Quare pro emenda priuati, maximè modica, & præcipuè mulier pauper non valens ſoluere, aut fideiuſſorem dare, detineri non debet, ſed admitti cum cautione iuratoria. d. auth. hodie. & ibi voluit Ioan. Fab. & Bal. in d.l. quicunq; ver. ſed quid ſi aduerſarius. de ſeruis fugit. quòd quis nõ eſt in carcere pro modico tenendus. l. diuus Veſpaſianus. §. fi. ff. de iure patron. & idem Bal. & Pau. de Ca. in d.l. fi. de in ius voc. † Ratione cuius dicit Bal. in d.l. quicunq;. p ſt pr. ver. Item facit ad quæſtionẽ, in fi. quod pro minima pecuniaria pœna ei qui ſoluendo non eſt pœna corporalis imponi non põt. per tex. in d.l. illicitas. §. fi. & ibi eum ſequitur Alex. in addi. ad Bar. ver. primo caſu. abſurdum enim eſſet, vt inquit Bal. in d.l. quicunque punire in corpore eum qui parum tranſgreſſus eſt, qui nec etiã vituperari vel flagellari debet. l. ij. §. fi. ff. de iis qui ſunt ſui vel alieni iur. & l. quamuis. ff. de cond. & demonſt. qui tex. in d. §. fi. dicit, quod diuus Adrianus Vmbritiam quandã matronam in quinquennium relegauit, quòd ex leuiſſimis cauſis ancillas atrociſſimè tractaſſet: ergo ſi nõ atrociſſimè, non ſic, ſecundũ Bal. & Ang. & ibi, fuiſſet punita, vt j. pro alia parte contraria dicam. Tum ſi pro emenda detineretur in carceribus, hoc eſſet in perpetuum, cùm non habeat vnde ſoluere, quod fieri non debet. l. incredibile. C. de pœnis, ad quod iudex habet aduiſare, & cauere ne ſic detentus moriatur in carceribus. etiam ſi pars vellet cum manere in eiſdem, potius quàm luere, vt j. dicam. Secus ſi haberet vnde, ſecundum Bal. & Pau. de Ca. in d. l. fi. & Bal. in d.l. quicunque igitur. In contrarium videtur facere diuerſitas rationis, quia licet pro ciuili cauſa nõ poſſit pœna corporalis vel carceris in defectum ſolutionis imponi, cùm detineri in carcere ſit pœna corpus detenti, niſi facta excuſſione bonorum, vt dicit gl. iure vnica. in l. ij. §. tutores qui repertorium. in verbo, vinculis. quam ibi faciunt ſing. Bar. & Alb. ff. de ſuſpect. tuto. & Bald. in d.l. fi. de in ius vocã. & in tract. ſuo de carcer. in v. quę. tertię prin. aliàs ille tract. fuit domini Francis de Perufio filij domini Bal. vt dicit And. Bar. in c. olim. nu. alj. de reſcr. & ille tract. ponitur in trac. Bar. Et ample tenet Bar. in l. ſacrilegiis. §. cum eo. alias Labeo. ff. ad l. Iuliam. Pecul. Bal. Imo. Roma. & l. Moder. in l. ſi filiofamiliàs. in ij. ff. ſol. mat. Ange. Aret. & Iaſ. in §. cum quoque inſtitut. de action. & Abb. Sicul. in c. quo ad conſultationem. de re iudica. & ibi Feli. verſicu. non deuenitur ad capturam. cum aliis per eum alleg. & dixi in reperit. l. conſentaneum in v. & vj. concluſ. C. quomodo & quando iudi. & in §. xiij. de iuriſdict. omn. iud. lib. conſuetud. Bitur. à qua quidem carceris detentione liberatur cedendo bonis, quia tunc non habet diſpoſitionẽ d. ca. Odoard. ſecundum Sicul. in fin. & in cap. finem litibus. de dol. & contu. & Deciſ. capel. Thol. q. cccclxvj. vbi loquuntur in monacho & ſi per annum induruerit cenſurus, poteſt brachium ſeculare ad ipſum carceribus mancipandum implorare. iuxta ca. j. de ordi. vt l. j. & ibi Cin. Bald. & Salicet. C. qui bo. ced. poſſ. niſi eſſet conſuetudo, quod nunquam quis pro debito ciuili incarceretur, vt eſt in hoc Regno Franciæ, niſi ex hoc ſit expreſsè ſic obligatus, aut condemnatus, vt dicit Ioann. Fab. in d.l. j. cum quoque. verſicul. item quæritur. dixi ſuprà &c. & valet talis obligatio poſt quam iurauit, vt tenet Ioann. Fab. in §. fin. in fine inſtitutio. de iure perſona. & Guido Pap. in quæſtio. Delph. lxj. Et ita Pariſius fuit iudicatum, vt patet in deciſ. Gallı. in quæſtio. cxj. & fuit conſuetudo villæ Turonen. in hoc approbata. † Vnde tunc ſecundum Ioann. Fab. in dict. §. cum quoque. verſic. quid dices. non admittitur ceſſio pro ciuili, niſi creditor inſtaret, & peteret eum detrudi, vel excommunicari per iudicem eccleſiaſticum, vt infrà dicam. quod intellige facta prius bonorum excuſſione, vt ſuprà dictum eſt: creditur ſeruienti referenti ſuper hoc ſe inquiſitionem cum vicinis feciſſe ſuis, & nihil reperiſſe, vt voluit Iacob. Butr. licet Bartol. contra l. ſtipulatio. §. habet de noui ope. nunt. tamen Butr. opi. ſeruatur de ſtylo curiarum Franciæ, vt latè dixi ſuprà in quæſt. incip. an ſubſtitutus per contractum matrimonij. Et ipſa inquiſitione facta per curiam permittitur procedere per captionem, & incarcerationem, vel excommunicationem etiam ſi per cenſuras eccleſiaſticas condemnatus ſit presbiter. c. Odoard. de ſol. ca. peruenit. de fideiuſſo. aut etiam ſi ſit mulier pro debito ſimpliciter, cum non poſſint carcerari, iuxta illud vulgare Caſſiodori, Reddat debitum pœnis quod non poteſt compenſare pecuniis. Alb. in di. auth. hodie de cuſt. reorum. Et mulier poteſt cedere bonis. l. pe. C. qui bo. cede. poſſ. Et hoc niſi intra menſem à tempore ſignificationis ordinationis & promiſſionis curię ſibi factę computãdum ſoluerint, ſi velit tamẽ cedere bonis potuerunt, vt dictũ eſt. Quãuis Alb. in

rub. qui bo. ced. poſſ. in j. q. dicat communem eſſe opi. in cõtrarium, quod pro pecuniariis quis poteſt incarcerari, dicens de facto ita ſeruari: & idem Alb. in l. ob æs. C. de actio. & obl. quod tamen hic non ſeruatur, niſi modo prædicto, quod de iure videtur verius quod ſecus videtur, vbi agitur ciuiliter pro emenda ex crimine deſcendente, pro qua quis bonis cedere non poteſt, ſiue clericus ſiue laicus. dictis iuris. & aliis infra allegandis. capitul. epiſcopus. §. libertus. xij. quæſtio. & tenet Rot. Dec. lxxxiij. aliàs deciſ. xxij. nota quod ibi monachus. de reſtitut. ſpoli. in antiq. & tamẽ laicus qui non habet in ære luere debet in corpore. d. l. quicũque. in prin. per illum tex. & di. l. fi. & ibi Bal. & Paul. de Caſt. de in ius voc. vbi Bal. dicit hanc regulam eſſe veram, vbicunque quis conuenitur ratione maleficij, vel doli: & non, vt infra dicam, ex ſimplici debito, quod non deſcendit ex maleficio, vel quaſi, l. nemo carcerem. & ibi Bar. Ang. Io. de Plat. & Iac. Rebuf. C. de exactio. trib. li. x. & Ang. in d. l. fi. quis id quod. & ibi Iaſ. ver. tertio põdera tex. de iurid. omn. iud. & Bar. in l. j. §. fi. ff. de pœnis. & Albe. in ij. parte ſtatu. q. ccxvj. & tex. in c. j. §. homicidium. in fi. ver. qui verò ad prædictam pœnam. de pace tenen. & iura firma. & Doct. ſ. alle. in d. l. j. qui bonis cede poſ. & Io. Fab. in d. §. eũ quoque. verſicu. quid ſi ex delicto. volens quod ſi quis agat mutuarium, & concludat ad pecuniam, quod ſi reus condemnatus velit cedere bonis, quod non admittatur, ſed quod pœna pecuniaria debet conuerti in corporalem per prædicta. & idem Ioan. de Plat. ibi, & Bal. q. ij. Ang. Are. ver. quæro an non tantùm. & eos ſequitur Iaſ. ver. iiij. ſub prædicta regula. & Io. Fab. in d. l. j. qui bono. cede. poſſ. & idem tenent Inn. & Barba. in d. c. Odoardus. & c. finem lit. de dolo & contuma. vbi videntur velle, idem eſſe in clerico, quod pœna pecuniaria poſſit conuerti in corporalem actore volente, vt infrà dicam, pro qua quidem regula facit tex. in l. ſed ex parte. §. quanquam. & ibi Bal. in antiq. lectu. quem ipſe in prin. l. & alij. cum §. interdum legit. ff. quod cum eo qui in alie. & tex. in l. ſi rerum amota. ff. de re iud. ſic etiam tenet Bald. in tract. ſuo iudica. c. vtrum beneficium ceſſionis. & Bar. in d. l. illicitas. §. fi. in diſtinctione quam facit, quę tamen fuit Petri de Bellapertica inſtit. ex quibus cauſis manumitt. non poſſ. ver. vnde dicunt. & Feli. in d. c. ad deliberandum. in iij. no. per illum tex. Iudæis. Quinimò ſi talis cõdemnatus poſſit totam ſoluere ſummam in qua extitit condemnatus, excepto denario, adhuc videtur habere locum regula prædicta, ſecundum Bald. in l. cum ſit. C. de ſepul. viola. quem ſequitur Alex. in d. l. ſi quis id quod. & Fel. in d. c. ad deliberandam. verſi. item not. quòd ſi talis ſoluens. pro hoc facit quod no. gl. & Bal. in l. res bona fide. ff. de contrahen. emp. & quod no. etiam in l. quæ hæredi. ff. de condi. & demonſtra. quod ſi debens ſoluere gabellam totam, excepto vno denario ſoluerit, quòd nihil fecit cũ ſimi. aliis per And. Barba. adductis in procæ. cle. vbi vide, quando de modico ſit curandum. Et hæc videtur de iure ciuili eſſe veritas ſecundũ Bar. & Doct. in l. iiij. §. Cato. in ſtipulationes nõ diuidũtur. ff. de ver. obli. & idem tenet Fran. Purpu. in l. imperium. nu. 335. ff. de iuriſdi. omn. iud. & Iaſon. in auth. qui rem. verſ. venio ad primam q. C. de ſacroſan. eccl. & Ale. in l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. in fi. ff. ſi quis caut. & Ludo. Gomeſius in d. §. pœnales. nu. xviiij. de actio. vbi dicit iſtam cõmunem, & ibi hoc probat. Et quamuis dura non debet omitti. Tamen iſtud dictum Bal. videtur eſſe de directo contra illud quod ipſe dicit in d. l. quicunque. ver. item facit ad quæſtionẽ, quòd pro mĩnima pœna nõ debet quis in carceribus detineri, vt † in prima parte dictũ eſt. Et illud videtur verius & æquius ſecũdũ Ia. in d. l. ſi quis id quod. ver. ij. collige regulã. & in d. §. pœnales. nu. 50. quod pro vno minimo tãtum reſtante nõ poſſit detineri. & pro iſta parte videtur tex. & ibi gl. in c. ſuam. de pœn. vbi de æquitate qui ſoluit maiorem partem pecuniæ liberatur à pœna totali. & Iaſ. in l. ij. verſi. & cum prædicta concluſione. C. de iure emphy. & de Puteo in ſyndi. verbo, pœna. licet dicatur quod qui ſequẽdo in d. l. quicunque. & iſta videtur maiorem habere apparentiã, per ea etiam quæ in tertia limitatione dicam. & facit quod dicit Bal. in auth ſed iam neceſſe. C. de do. ante nup. quod ſi ſtatutũ velit, quod debitor poſſit capi propria authoritate, vel aliàs ſit mentio de debitore, quod non habet locum in debitore modicę & paruæ quantitatis, per gl. ibi, & idẽ Flo. in l. alienationes. in fi. ff. famil. erci. & Cæpo. in d. §. ſciendum. ver. item ſtatutũ. cũ aliis per eũ alle. vbi recurre ad prædictũ Brocardũ quod de modico nõ eſt curãdũ, l. ſi debitori ff. de iudi. & l. ſcio. ff. de in integ. reſti. & ibi Alb. & per Iaſ. in auth. quã rẽ. ver. venio ad primã quæſt. C. de ſac. ſanct. ecc. & Ant. Corſe. in tract. de minimis. in j. regu. & facit quod decidit Iaſ. in rub. ff. ſol. ma. ver. vltra ſcribentes. de ſtatuto excludente mulierem dotatam non habere locum in muliere dotata in vno quaterno, vt ibi licet teneat contrariũ in c. proponente. per illum tex. cũ gl. in arg. de reſcr. ver. item no. quod mulier dicitur dotata, quia non reperies alibi ita ample per alium quã Cæpo. in c. j. ver. no. xj. vſque ad xij. no. Tamẽ cõmunis opi. Alex. Aret. & omniũ Moder. eſt in l. iiij. §. Cato. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de ver. obl. & Inn. Abb. Sicu. in d. c. ſuam. & in c. cùm dilecti. de arbi. q. in obligationib. tam dandi, quã faciendi, dum tamẽ factum ſit diuiſũ, pœna adiecta debeatur pro ea parte, qua non fuit ſolutũ vel fuit contrauentũ, aliàs in totũ, d. c. cũ dilectus. vbi vide per Doc. ſ. alle. inſuper Andr. Ala. in d. §. Cato. nu. 146. cũ ſeq. cui videtur dubia. vbi ponit regu. cũ plurib. fallẽ. & in j. fal. inclinat in hanc partẽ, dũ dicit pœnã nõ cõmitti qñ quaſi totũ principale debitum eſt ſolutũ, ſecundũ Sicu. in d. c. ſuã. & verũ dicit, quia bis dicit, ſed nos nõ ſumus in pœna vltra ſortẽ principalẽ promiſſa, ſed in pœna pro delicto impoſita, quam pro parte maiori ſoluit, an poſſit excarcerari. Et Gomeſ. in d. §. pœnales. nu. xviij. tenet cõ nõ, dicẽs iſtã eſſe cõmunẽ, & quãuis dura non debet in iudicando omitti. & reſpondet ad Doc. tenentes contrarium. Sed dico, nõ debet detineri, ſi modicũ reſtat ad ſoluẽdũ: quia ſoluit ad duos aureos vſq;, vel aliã maiorẽ arbitrio iudicãtiũ arbitrãdã, iuxta no. in l. ſi oleũ. ff. de dol. mal. & in l. ſi ſuperſtite. §. ſanè. C. eo. nec pro tã modica ſũma debet detineri, nec corporaliter puniri, ſed cautionẽ præſtare de ſoluendo, ſi ad pinguiorẽ peruenerit fortunam, vt j. dicã. Et iſtã reg. qui nõ habet in ære luat in corpore, limitat Feli. in d. c. deliberandã. tribus modis. Primò vt dixi quod locũ habeat quãdo pœna deſcendit ex delicto, & non ex debito, & contractu ſimplici. per d. Bal. in d. l. fi. de in ius voc. & in l. ij. §. & ſi prætatum. C. de iur. deli. & idẽ de S. Geo. in d. l. fi. qui alleg. gl. c. j. xv. q. vj. Seũcdò ſi is cui mulcta ſeu emenda fuit applicata voluerit eum in corpore luere, aliàs ſi nolit, ſed potius eũ expectare vſquequo fuerit effectus ſoluendo, tunc debet remanere in carceribus, ſecundũ Bal. in l. quòd ſi minor. §. ſi ſeruus. quẽ legit cũ prin. l. ff. de mi. quoniã inuita parte aliud pro alio ſolui nõ põt, vt ibi. & l. ij. ſi cer-

pet. &

Rom.in l.Pomponius.§.si iussu.ff.de acq.poss.& Alc. in cons.j.vol.v.intantũ, quòd si præscriptio inchoata fuerit per supra dicta interrupta fuisset,vt no.Abb.& Fel.in c.illud.de præscri. Quia non potuerunt vicini piscatores dictorũ Mariolorũ præscribere, cũ essent malę fidei & clandestini occupatores,l.clausula possidere.& ibi Doct.ff.de acqui.pos. iuncto c.ij.de reg. iur.in vj.& sine ti.vt l.fi.C.de rei vendi.& Pau.de Ca. in d.cõs.cv.Et si piscati fuerint videntib. meditariis, hoc fuit de facto,& per vim & violentiam , vt deponunt testes reorum,aut petita licentia à dictis meditariis , vt deponunt omnes testes ipsorum actorum. Tum etiam non licet in priuato fluminum lacu , vel stagno piscari,vt l.iniuriarũ.in fi.& ibi Bar.& Ange. ff.de iniuriis.& gl.in l.litus publicum.in fi.ff.de verb. sig.& Ioan.Fab.& Ang.Aret.in d.§.flumina. nec aucupari vel venari in garenis,& maxime in dictis Maroliis, vbi sunt herones & anseres syluestres , quæ est venatio & aucupatio regia & seignorialis,quę pertinent domino loci,vt no.Card.Alex.in c.ius naturale. prima distinctione. & in c.j.§.si quis de manso. post Bal.de controu.inuestiturę.Et ita mihi videtur.

SVMMÆ.

1 *Donatio an censeatur facta causa mortis, quãdo de morte fit mentio.& nu.11.12.& 13.*

2 *Donatio causa mortis,quando sit reuocabilis.& nu. 6.*

3 *Donatio absenti facta,quam vim habeat.*

4 *Donatio præsenti in testamento facta, an sit reuocabilis.& nu.5.*

7 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum an valeat,& quid fauore matrimony. & nu.8.9. 10.& 14.*

15 *Pœnitentia quando non habeat locum in contractu innominato.*

Quæstio CCCLIII.

Mulier contraxit matrimonium , & in contractu donauit omnia bona sua,quæ tempore obitus sui supercssent filiis fratris spõsę,& illis,aut etiam filiabus deficientibus eidem fratri: qui frater stipulatus est dictam donationẽ quam quidem donationem dicta donatrix iurauit in eodem contractu tenere, obseruare,& in aliquo non contrauenire. Et post etiam in alio contractu illam rauficando & approbando non contrauenire. Deinde mortuo viro dicta mulier conuolauit ad secũda vota , in contractu dedit & donauit secundo viro vsumfructum omnium bonorum suorum,quæ eandem ab humanis decessit relicto viro,qui petit vsumfructum,quæritur quid iuris?

DECISIO CCCLIII.

1 PRÆMITTO †aliqua pro decisione thematisfacientia.. & primo quòd donatio censetur facta causa mortis cum de eadem fuit facta mentio. l.Seia. ff. de donatione causa mortis. & l. Seia. ff. de dote prælegata.& l.apud Celsum. §.Iulia. ff. de doli exception. & l.quæ dotis. & ibi plenè Barto. Bald.& Lancelot. Decius,& cæteri moderni, ff.soluto matrimonio.& Ioannes Fabr.Barto.Bald.& Salicet. in l.ij. C. de iur. don.& in l.donationibus. C. ad legem Falcidiam.& Roman.in consilio centesimo vigesimonono. & Alexand.in consilio decimoquarto. ff. si certum petatur.†Et potest reuocari 2 talis donatio, vt dictis iur. 2 & l.non videtur.ff.de donatione causa mortis.singu. Sicut.in cons.xl.in j.quæstion.volum.ij.& Roman.in consilio xxij.& in cons.ecccxiij.& Alexand.in cons. lxxxj.vol.j.vbi dicit,quod donatio facta per hæc verba, quod donator voluit omnia bona sua totaliter & integraliter post mortem suam peruenire ad hospitale , quod dicta donatio est causa mortis donatio, quæ potest reuocari per iura supra allc.& Bart.in l.si alienam.§.j.ff.de do.cau.mor.vbi dicit, quod si donatio causa mortis,vt non reuocetur nisi donatario præmoriente,fuerit facta in contractu inter viuos, quod non potest reuocari , secundum glo.in l.Senatus.§.j. vers.Et sic donari potest,& non aliter recedatur,quã si prior ille qui accepit,decesserit &c.ff.de don.caus. mort.Secus si in vltima voluntate, tunc potest reuocari,vt tenet gl.in d.l,si alienã.§.j.versi.sed an tunc.& sic concordat illas gl.& idem Pau.de Castr.in consil. lxxxiiij. inc. In ista donatione.vol.nouo. & Roman.in cons.ccxcv. ¶†Secundo præmitto,quod licet dispo- 3 sitio seu donatio non solum inter viuos,facta absenti etiã nemine stipulante valeat,vt Labsenti. & ibi Bar. ff.de do.& c.si tibi absenti. de præb. lib.vj. sed etiam do.cau.mort.nuda. & sine iuramento , iuxta id quod legitur & no.in l.inter mortis.ff.de don.cay.mort.& in l.cum pater.§.Mæuia. ff.de leg.ij.& per Bart.in l.j. §.& in l.tam is.§.j.ff.de do.cau.mort.& quod no.in l. fin.C.de pact.& tenet Alex.in cons.clxviij.vo.v.cum tamen postea consentiat donatarius,vt dictis iuribus & l.si ego.cum ibi not.per gl.ff.de neg.gest. & plenè Pau.de Ca.in consi.clxij.inci.In casu præsenti.vol.nouo.Et in dubio præsumitur præsentia donatarij,licet non fuerit aliquid dictum de præsentia ipsius , vt tenet glo.in versi.inter præsentes.& ibi Bar. & gl.in l. optimam.in versicu. seruus.& in versi.ipso die.& ibi Lac.de Butr. C.de contrah.& commit.stipul.& tenet sing.Imo.in cons.vij.versic. Circa secundũ.licet circa hoc Bal.teneat contrarium in l.si quando. per illum text.C.de statu.& imagin.& respondet ad d.l.j.optimam. quod ibi per scripturã apparebat partes fuisse præsentes:sed vbi non apparet,non præsumitur præsentia,nisi probetur.tamen secundum Roma.consil. clxxj.versi. Aliquando verò,& tertio &c. talis donatio facta absente donatario & nemine stipulante in testamento,valet in vim fideicommissi, quæ semper potest reuocari , quemadmodum quælibet vltima voluntas.casus est l.ita propriè.summatus per Bar.in l.si donatio.C.de do.l.cum pater.§.donationis, & in l.miles ad sororem.in prin.& ibi Bart. ff. de leg.ij.& in d.l.j.de don.cau.mor, & idem tenet Lud.in d.cõs. ccccexiij. & ibi etiam tenet donationem causa mortis nudo pacto perfici per gl.in d.l.cùm pater.y. Męuia.de leg.ij.&idem Ang.in cons.clxxix.& Ioan.Fab. in d.l.ij.de iur. dotium. † Si verò sit facta præsente 4 parte. vel alio recipiente pro eo, tunc licet prima fronte videatur dicendum contractum in testamento fieri non posse ex eo , quod in ipso actu testandi non cadit intermixtio actus extranei. l.cum antiquitus.de testa.& cõtractus est quid remotum & extraneum à testamenti factione. l. verba gesserunt. ff.de verb.sig.nihilominus secundum Rom.communis omnium sententia sequitur gl. tenentem contrarium in l.hæredes palam.in fi.& ibi Franc.de Are.de testa. per l.assignare.ff.de assigna.lib.& tex.in l.ex sentẽtia. ff.de testa.tute.† Et talis donatio non reuocatur , ex 5 sententia Barto.in l.cum quis decedens. §.codicillis. de leg.iij.Bal.in l.rationes.C.de prob.&in l.creditores.C.de fideicom.& Cin.post Petr.in l.generaliter. C.ne non num. pecun. terminantium confessionem in testamento factam,ex qua ius parti quæsitum est, irreuocabilem esse,dummodo pars cui ius quæritur, aut alius pro ea recipiens interuenerit: & aliis rationibus per eum adductis. Et sic debet intelligi Bar.in d.l.si alienam.§.j.de don. caus.mor. Et talis donatio causa mortis incipit existere , cum ad eum statutum mortis peruenerit , quod infall ibiliter incipiat certum

Digitized by Google

tum esse cum venerit,&in actu moriendi existens sine liberis. Nec in hoc sperat̃ tẽpus, quod erit post mortem.Et hęc probantur in l.omnib.§.cũ quidem. ff.de leg.j.& l.peculium.§.Titio.ff.de leg.ij.& quãdo dies leg.cedit.l.vlt.vbi dicit not. etiam, quod incipit hic existentia cõditionis actus moriendi, licet vsque tunc dies protrahatur.ff.de cond.iusti.l.vlti. & singu.
6 Old.in consi.cxxxix.versi.quintũ.†His præsuppositis venio ad decisionem dubij in themate quæsiti.Et reperio Imo.in addi.ad Bart. in l.vbi ita donatur.ff.de don.caus.mor.mouentẽ hãc q.vbi primo dicit, quòd non obstant.verbis, promisit non contrauenire &c.
b quod nihilominus b &c.quod nihilominus remanet donatio causa mortis, & intelliguntur d. verba, nisi per pœnitentiã reuocetur. & intelligi debet d.gl.in l.si alienã.§.j.suprà alle.& ibi hoc tenet Ray. de Forli.licet Iac.de Are.secundũ Bar.ibi, impugnauerit illã gl.vt dixi,& Alex.allegat.Ang. ita tenere in consil. inc.Domin.Antonia, quod est cclviij. vbi dicit quod donatio omnium bonorum facta per matrẽ filio, vt post mortẽ suam vires assumeret,non obsta.clausula promisit & iurauit tenere &c.in ti.instrumẽti donationis posita,est causa mortis donatio,&pòt reuocari per iura supra alle.Et Ale.etiã alle.Io.de Imo.dicẽt se ita obtinuisse de facto.Pro quib. facit secundum eum.nã donatio cau.mor.ęquiparatur vltimę voluntati & legatis,vt insti.de do.in prin. & ibi Ang.Are. & l.Marcellus.§.Paul.ff.e.tit.& l.ij.ff.de dote præleg. quia licet verba apponantur in vlti. voluntate, semper tamen intelliguntur, nisi pœnituerit,l.si quis.in prin.ff.de le.ij.cũ similib.Ergovidetur ꝙ d.donatrix potuit,nõ obstãte d. clausula in ipsa donatione cõtẽta reuocare,& disponere ad suã voluntatẽ.†Præterea
7 pro hac parte facit,ꝙnõ valeat,cũ sit donatio omniũ bonorũ præsentiũ & futurorũ,vt volũt Bar. & Doc. in l.stipulatio hoc modo cõcepta.ff.de ver.ob.&Cin. Bar.Bal.& Mod.in l.fi.C.de pac.& Bar.in l.cũ duob. §.idẽ respõdit.ff.pro socio.& Pau.de Ca.in consl.liiij. vol.antiq.& Bal.in auth.sed cũ testato.C.ad l.Fal.quã do nihil sibi reseruauit,ex quo posset testari &disponere:sed hic nihil sibi retinuit,& sic aufert liberã testa.factionẽ, & inducit votũ captandæ mortis. Vnde nõ cõfirmatur iuramento,cũ sit cõtra bonos mores, secũdũ Doc.supra alle.quia non est obligatoriũ &c. vt in regula non est obligatoriũ. & ibi post Din.dixi
8 in addit.de reg.iur. †Imo vbi d.donatio omniũ bonorũ præsentiũ & futurorũ esset reciproca,etiã inter cõiuges,prout fuerat donatio facta inter ipsosconiuges,nõ valet etiã cũ iuramẽto,secũdũ Abb.Sic.in cõs. xlviij.vo.j.vbi etiã dicit,ꝙ donatio nõ teneretur, vbi reseruatũ fuisset,quòd superstes teneretur facere elee mosynas pro anima defuncti. & idẽ in cõs.cij.eo.vo.
9 iij. †Licet cõtrariũ teneat Rom.in cõs.xxvj.inci.Pro decis.corum,&c.maximè retẽta certa summa,de qua possint donatores testari. Imò vult plus, quòd talis donatio mutua inter aliquos,sit donatio inter viuos, cum effectus post mortem est collatus, per text. in l.ij.§.si pecuniam.ff.de donat. & in dict.l.ij.C.de iur. dot. & ibi gl.in versic.Donandi. & l.cum maritus.§. fi.ff.de pact.dota.& idẽ tenet in consil.clxxj. nẽ licet sit donatio inter viuos facta & firmata iuramento, possit reuocari,per ea quę tradit Bar.quẽ ibi sequuntur Mod.in l.qui Romæ.§.Flauius Hermes.ff.de ver. obl.vbi dicit ad propositum,quòd si aliquis donat alicui rem, cum pacto quòd post certum tempus restituatur ecclesiæ, quòd poterit reuocari donatio in præiudicium ecclesiæ, per l.iij. ff.de seruis export. & ibi etiam tangit Barto.& per l.j.C.si mancip.ita fuerit alienatum. vbi hanc quæstio.ponit.& est ratio secundum Io.de Imo.in d.§.Flauius.quia respectu donatoris,& donatarij ex isto pacto appositio, iuxta cõtractum donationis,resultat cõtractus innominatus, do vt des. Nam sicut si aliquid esset dandum resultaret iste contractus,vt l.legẽ. & l.cum res. C.de don. ita si aliquid dandũ tertio ex pacto donantis. ita tradit Bar.in l.naturaliter.in prin.ff.de præscr.ver.sed in contractibus innominatis est locus pœnitẽtiæ,etiam quando aliquid est donandũ vel faciẽdũ in fauorem tertij,vt l.si pecuniam. §.si seruum. ff. de condict. ob cau.& ibi per gl.Ergo &hic donatrix poterit pœnitere:& pro hac parte faciunt ea quæ supra dixi in prima præsuppositione. ¶ †In cõtrariũ,ꝙ valeat talis do 10
natio, ex quo apparet quod voluit donare inter viuos,quod patet,quia fauore matrimonij inter eos cõtrahendi,& sic ob causam, aliàs matrimonium inter ipsos factũ nõ fuisset. quod sentit Old.cons.v. incip. Titius dedit duob.&c.secus esset si matrimoniũ iam fuisset contractũ,& donatio fuisset facta per hęc verba,ratione & causa matrimonij inter vos cõtracti.& idẽ Alex.in cõs.xiiij.ver.Et primò.li.j. quia tũc causa matrimonij expressa in donatione, videtur in dubio causa impulsiua,& nõ finalis.l.Titio cẽtũ. in pr.ff.de cond.& dem.& l.ij.§.fi.de don.Sed in casu nostro est
11 causa finalis,vt dictũ est. † Tũ quia promisit & iurauit d.donationẽ attẽdere & obseruare,&nullo vnquã tẽpore cõtra facere vel venire. Et sic eam non reuocare,quod est cõtra naturã donationis causa mortis, vt iurib.proximè alle. Et sic pactũ cõtrarium naturæ suæ facit eam transire in donationẽ inter viuos, l.vbi ita donatur d.Senatus.§.j.in fi.& ibi gl.in verbo, donator.ff.de dona.caus.mor.& l.cũ precario.ff.de precario.& d.l.si alienam.§.j.versi. potest sic.& ibi gl.& Bart.in verbo,nullo casu.ff.de donationib.& Paul.de Castr.in consil.lxij.quod repetitur consl.lxvj.versicu. quantum verò ad secundum.vol.nouo. & Alex.in d. consi.xiiij.vers.quinimo fortius lib.j.& Roman.in d. consi.cccccxiij.& idem Ang. in cons. clxxix.versic.ex hoc sequitur. vbi dicit quod licet sit facta mentio mortis,ex quo in contractum stipulationis transiuit, & partes eam irreuocabilem esse voluerunt, erit cõtractus donationis ob causam inter viuos, ex quo irreuocabilis est,licet sortiatur effectum post mortem donantis, dict.l.vbi donatur. Et idem tenet illustris Doct.Fran.de Aret.in cons.lxxiij.in j.dubio. quia vltra iuramentum,de non reuocãdo, interuenit stipulatio donatarij, vel notarij. Et sic secundum eum videtur duplex actus, per quos videtur fuisse vera donatio inter viuos.allegat d.l.cùm maritus. §.fin.ff.de pact.dota.secundũ intellectũ, quẽ illi legi tradit Bar. in l.quę dotis.ff.sol.matr.Licet Imo.ibi impugnet opin.Bar.Sed ad suam rationem resp.Franc.in d.cons. quia stipulatio quæ fit ab illo cui quæritur ius, nõ est executio prioris pacti,sed confirmatio quædam,quę de iure antiquo operabatur, vt vbi ex pacto donatoris non erat quęsita actio, tertio per stipulationem acquireretur: nec est nouum istud, & quò ad faciendũ præsumi aliquid fortius, actus geminatus plus operatur quàm actus simplex, & etiam quò ad actum magis validũ,l.si mulier.C.ad Velleia.& l.cũ scimus, & ꝙ traditur ibi per Bar.C.de agri.& cens.lib.xj.Tũ ibi principaliter quis fuit vocatus ad illam stipulationem,& non accessoriè,vt quia fauore contrahentium & filiorũ,vt patet per contractum, ex eo quod dictũ fuit,ꝙ bona quæ superessent post mortẽ dictæ donatricis ad ipsos liberos masculos primò, & ad filias,& nullis existẽtib. ad ipsum fratrem mariti purè peruenirent,non pòt reuocari,vt tenet Abb.in cons. xlviij.ver.item tertiò. vol.ij. Secus est in casu mutuæ

donationis factæ inter coniuges, tunc alter venit in consequentiam, vt ibi per eum. Et istam partem tenet in terminis Cal. in cons. vij. tit. de dona. vbi dicit, quod si quis donauerit bona quæ habebat tempore donationis, & quæ postea reperiêtur tempore mortis ipsius, quod talis donatio valet, quia de bonis post ea acquisitis potest disponere, d. l. si esset. ff. de aur. & arg. leg. Tum licet quis non possit se ligare per vltimam voluntatem, vt certum hæredem habeat, vt d. l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. potest tamen per stipulationem bona sua irreuocabiliter alteri donare: quia tunc transit in contractum qui est irreuocabilis, vt no. gl. in verbo, accommodauerit. in l. fi. C. de pact. quam ibi sequuntur Bar. Bald. & communiter Doct. insuper Alex. & Dec. regul. quod semel placuit. de regul. iur. lib. vj. & text. in l. vna. C. vt actio. ab hærede. & contra hered. & instit. de inut. stipul. §. post mortem. & singula. Angel. in sua disputat. quę incipit, in refulgenti palatio. vbi tenet etiã quod donatio omnium bonorum præsentium & futurorum valet, nec dicitur de successione futura, quia nõ promittitur vt fiat a successio, quæ non potest deberi, nisi aut ex testamento aut ab intestato. Hæc autem bona debentur ex obligatione statim effectum habente quantum ad obligationem, licet differatur quantum ad exactionem. Pro hoc est arg. ff. ad Trebel. l. mulier. §. vlt. Præterea cum verba donationis trahantur solum ad bona quæ contrahentium erant tempore contractus de verborum proprietate, non est dubium successionem non inducere, & hereditatem proprie non complecti, quæ & fieri & augeri potest ex vtriusque quærendis. ff. de separat. bonor. l. si creditores. in fi. & l. si defunctus. C. arbit. tute. ita tenet Old. in cons. cxxxix. inci. ad habendum aliqualem notitiam. & Alexand. in cons. lxxxiij. versic. & omissis

12 non necessariis. lib. ij. †Præterea quando in donatione est facta mentio mortis per modum dilationis, tunc non effetur donatio causa mortis, sed inter vivos, secundum Bart. in d. l. ij. C. de iure dot. vbi alleg. ita velle Dec. in d. l. Seia. §. fi. & potest intelligi causa dilationis factam esse mentionem mortis, quando in verbis importantibus executionem donationis, facta est mentio mortis, & non in verbis importantibus substantiam donationis. Nã tunc mentio mortis non facit præsumi illam donationem esse causa mortis. ita voluit Bal. in addi. Spec. in titul. de instru. edit. versi. si quis donauit. dicens esse de mente Spec. ibi in §. porrò. Ita fuit proposito nostro, donatrix omnia bona mobilia & immobilia, quæ sui obitus tẽpore supererent, donauit liberis fratris mariti. Idem tenet Alex. in d. cons. xiiij. versi. insuper verò. li. j. Item quia videtur hic esse donatio facta cum substitutione directa, quia primò filiis masculis, & in defectum ad filias, deinde ad patrem, iuxta not. per Dec. in l. si cui mortis. ff. de do. cau. mort. & l. vt hæredib. & ibi per Bar. ff. de leg. ij. & in l. j. C. de do. cau. mort. & Paul. de Ca. in cons. cccl xxij. in j. dubio. vol. antiq. Item etiam quando in donatione causa mortis facta est mentio hæredũ, videlicet quia donauit eidem & hæredibus, & successoribus magis ad donationem inter vivos, quã ad donationem causa mortis dicitur facta, cùm donatio inter vivos transmittatur ad hæredes, sed donatio causa mortis nõ, si prius decederet donatarius quàm donator. Ita voluit Bald. in d. l. ij. de iure dot. & Alex. in d. cons. xiiij. vers. postremò. li. j. & Aret. in d. consil. lxxxiij. vers. tertiò moueor. Præterea in contractibus magis spectatur mens contrahentium, quàm verba. l. in conditionib. ff. de cond. & demonst. quę quidem mens elicitur ex coniecturis, ita vt euidens dicatur mens, de qua per coniecturas constat, vt singulariter innuit tex. in l. valet. ff. de leg. j. Sed si diligenter contrahentium mẽtes coniecturare velimus, ob nullam aliã causam dicemus fuisse factã donationẽ bonorũ, nisi vt dicta bona remanerẽt liberis fratri mariti, aut ipsi fratri. Ita not. Sicul. in cons. xiiij. vol. j. vbi reddit rationem, quia viduæ non reperirent maritum, cum eadem dote, nisi donationem facerẽt, vt ibi per eum. Nec obstat quod dicitur in ipsa donatione, quod donauit bona mobilia & immobilia, quæ tempore eĩ' decessus habebit: per quod videtur, quod interim possit alienare & donare. quia illa verba faciunt valere donationem, & quòd intelligatur de bonis præsentibus & præcedentib. d. l. si ita, ff. de aur. & arg. leg. Ita tenet Cal. in cons. ij. tit. de don. & Rom. in cons. xcv. & Alex. in cons. xxviij. ver. non obst. li. ij. Item etiam eo casu quo reuocari posset, si postea donatrix declarauerit se velle in eadẽ donatione & volũtate permanere, ex tali recenti voluntate remanet firma donatio, secundum Paul. de Cast. in cons. cccl xxvij. versi. item dico. vol. antiq. arg. ff. de leg. ij. l. j. §. si filius. & de bono. posses. secundum tab. l. qui ex liberis. §. tessam. cto. Sed hæc donatrix post dictam donationem successiu temporis confirmauit & corroborauit illam medio iuramento. igitur, &c. & in terminis tenet Io. Fabr. in l. j. C. si mancipata vene. ne prosti. ¶† Quid 13
dicendum? mentis Alex. in d. l. vbi ita donatur, dubitat, & se remittit ad Bal. in l. cum quis. ff. de condi. ob cau. & ad Paul. de Cast. in cons. cccxxij. incip. super primo quæsito. in prin. volum. j. vbi Bald. & Paul. tenent, quod est donatio inter viuos, per d. l. vbi ita donatur, etiam si fuerit facta in testamento, si præsente parte, aut alio pro ea recipiente, vt supra dixi in præsuppo. & idem tenet Bald. in consil. ccxciiij. incip. primò videndum est. eodem volumin. & Alexand. tenet hanc partem in dict. consil. xiiij. Sed reperio Aufrer. in decis. capitul. Tholos. q. cccclij. & in sequ. plenè disputantem hanc q. ad vtramque partem, & tamen hanc sequitur, pro qua dicit plura arresta fuisse Tholosæ prolata: & respondet ad adducta pro prima parte. & latius Aretin. in d. §. Flauius. & in d. cons. lxxiiij. versicul. venio ad tertium. †Nec etiam obst. quod est do- 14
natio omnium bonorũ præsentium & futurorum, c
quia secundum aliquos dicta donatio valet, secundum gloss. in pragmat. sanct. in titul. de sublatione. cler. literis. §. j. in versicul. quicunque. licet multi teneant contrarium in locis suprà allegat. vel si talis donatio valet, hoc erit quò ad præsentia, non quò ad futura, sicut in donatione vltra quingentos aureos facta sine insinuatione. l. sancimus. l. si quis argẽtum. §. fin. C. de don. & in hoc cõueniunt omnes, excepto Bald. in dict. l. fin. de pact. & primum tenet Angel. in consil. cvj. in princip. & in consil. clxxix. quia donatio omnium bonorum præsentium bene valet, secundum eum in dicto consilio clxxix. per gloss. in dicta l. final. Cod. de pact. & l. hæreditas. Cod. de pact. conuen. & idem concludit Bellamera in consilio xvij. Vel possumus dicere quòd fuit hæc donatio collata post mortem, vt suprà dictum est, quæ valet: vt tenet gloss. in dicta l. final. quam ibi sequuntur omnes, & in dicta l. stipulatio hoc modo concepta, per text. in l. vna. Cod. vt actio. ab hæredibus. & contra hæred. quia tunc tacitè videtur facta reseruatio vsusfructus, secundùm doctor. ibi & Paul. de Castr. in consil. xcix. aliàs lxxvj. volum. nouo. incipien. notandum est. Item ad aliàs rationes præcipuè ad rationem Ioann. de Imol. suprà adductam, quæ non videtur sufficiens, secundum Aret. in d. cons. lxxxiiij. quia secũdum hoc sequeretur, quòd quando ex relatione

pact.

pacti ad cõtractum nominatũ resultat contractus innominatus,esset locus pœnitẽtię,quatenus cõtractus est innominatus,id est respectu pacti appositi iuxta contractum. Sed hoc est falsum, & contra text.in l. quæsitum.ff.de seru.export.secundum verum intellectum.quem expresse sequitur & approbat Bart. in l. Aristo.ff.de don. Ergo ista ratio non videtur procedere.sed hoc non obst. potest delendi ista ratio,per tex.sing.quem ibi ponderat Bart.ad hoc in d.l.Arist. & in l.in.ff.de condict. ob caus. dato. vbi ponit hanc doctrinã.Dicit enim in locis prædictis, quòd quãdo contractus innominatus resultat ex cohærentia contractus nominati per relationem ad contractum nominatum,tunc regulariter, vt dictum est,non solùm est locus pœnitentiæ in eo quod deuenit in contractu nominato,vt d.l.Arist.sed etiam in eo quod facit contractũ innominatum,vel quatenus contractus est innominatus. Hoc tamen fallit in donatione fauore exercentis liberalitatem,vt probatur in d.l. Arist.secundum eum. & ex hoc apparet in contractu donationis esse locum pœnitẽtiæ, quatenus ex ea resultat contractus innominatus,etiam inuito donatario. Et propterea Aret.in cons.supra alle. reprehendit Bald. in l.cum socero. C. de iure dot. dum voluit quòd ad hoc vt donatio possit reuocari casu Bart. requiratur consensus vtriusque, quasi non possit esse locus pœnitentiæ, vt ipse declarat in contractu innominato inducto ex cohærentia contractus innominati.quod est falsum in donatione, vt dictum est. Illud autẽ est concedentium sine dubio,quòd ipso donatario consentiente donatio potest reuocari in præiudiciũ tertij,cui ex pacto donatoris fuerat ius quæsitum,vt probatur in d.l.iij.de seruis exportãd.& in l.j. si mancip. ita fuerit in quib.legib.patet,q̃ ille cui fecit pactum, vt seruus venditus vel donatus manumitteretur post tempus: potest pœnitendo auferre sibi beneficium iuris,vt non sit liber ex constitutione lapso tempore quo debuit manumitti: non tamen in contractu vẽditionis venditor pœnitendo posset inducere vt restituatur pretium emptori, & aduocare seruum ad se per condictionẽ ob causam, & sic impediret q̃ emptor ille non manumitteret si vellet,vt d.l.quæsitum. & hunc intellectum ad istas leges dat gloss.in d.l.j.si mancipi.ita fuerit alie.in j. solu.quem approbat Bar. expresse in d.l.Arist.licet aliter dixerit gl.in d.l.iij.de seru.export.Ex his patet in effectu illud quod dictũ est,quod in præiudicium tertij cui erat ius quæsitum ex pacto,possit totaliter ius istud reuocari cõsentiẽte donatario, quinimo etiam si donatarius nõ consentiret. Sed in casu nostro non est contractus innominatus inductus ex cohærentia contractus nominati, tum nihil venit per donatarium dandum, restituendũ,aut faciẽdum:sed pure extitit facta donatio, cuius effectus differtur post mortem donatricis,vt dictum est: quia donatio in stipulatũ deducta est contractus nominatus.casus est in l.j.in fin.ff.de pact.per quem idem tenet Ang.in cons.clxxix.Præterea vbi opi.Bar. haberet locum,tamen non posset expresse reuocare, vt singulariter dicit Bal.in d.l.cum à socero. in fi.vbi dicit,quòd doctrina Bar. non habet locum, quando vltra pactum appositum à donatore, ille in cuius fauorem pactum apponitur,fuisset stipulatus, aut notarius pro eodem: quia cùm ex promissione sua tunc sibi sit ius quæsitum, non potest facto donatoris auferri,l.fi.ff.de pact.& l.j.& per totum. C.res inter alios acta.& l.sæpe. ff.de re iud. & ita tenet Aret.in d. cons.supra alle.Et pro ista deci.adducit casum singularem adhuc secũdum eum non allegatum ad hoc in terminis in d.l.cum maritus. §.fin.ff.de pact.do.quia salua pace tãti Doctoris illum tex.ad hoc alle.Roma. in d.cons.xxvj.vbi est propriè casus,quòd mulier donãdo dotem marito,fuerat pacta ipsam dotem reddi fratri suo post mortẽ suam,& ille frater dotem fuerat stipulatus,quæritur vtrum illa mulier donatrix faciẽdo testamentum possit legare in præiudicium fratris cui donauerat dotem post mortem suam,& sic in effectu reuocare donationẽ. Et respõdetur quòd non, etiam si maritus qui debebat dotem restituere volũtati vxoris cõsentiret,vt ibi clare patet.& idem tenet ibi Bal.Secundò pro ista conclusione adducit tex.solennẽ,quem ibi ad hoc põderat Bal.in l.si constante. in ver.exceptis.C.de don.ante nup.per quẽ tex. dicit ibi Bal. q̃ ius quæsitum mihi re vel spe ex tuo facto, non tamen ex tua dispositione,sed ex dispositione legis,nõ põt aliquo modo mihi per te auferri. Tertiò, pro hoc etiam adducit quod optimè ponit Bald.in l. petendæ.C.de in integ.restit.vbi dicit, quod quando iudex assignauit dilationem reo,illi dilationi nõ potest reus renuntiare in præiudicium actoris, quia est ius quæsitum actori,nõ solum ex facto rei, sed etiam ex facto iudicis.Ratio decidẽdi optime facit ad propositum nostrum, quoniam in casu nostro acquisitũ fuit ius donatori, non solùm ex facto donatoris, sed etiã ex facto pròprio, id est, ex stipulatione iuris donatarij aut notarij. Vnde apparet ex præmissis veritas huius conclusionis, quòd quando pars aut notarius pro ipsa parte recipit facta eidem nullo modo poterit reuocari,nec obstant d.Bar.in contrarium allegata, quia non loquuntur quando pars aut notarius recepit,& stipulatus est pro ipsa parte absente, cui donatio facta fuit.Et idem tenet Ang. Bellamera in alle.consil.xvij. versi. Et caue quia notarius vel iudex potest stipulari pro posthumis ad auantagium à matre vel extraneo, non autem à patre, vt ibi per eum. Et idem in consi.xxxix.versi.circa primum.Et ita dico & censeo, correctione alterius melius me sentientis semper salua.

ADDITIONES.

a Et potest reuocari, Adde & limita hoc procedere,nisi donans sine hærede decedat:quia tunc talis donatio per pœnitẽtiam non reuocatur,vt not. Ang.in l.qui Romæ.§.Flauius.q̃ ibi sequitur Alex.ff.de ver.obli.& Hipp.de Marsi. in suo sing. lxiij.Quid si testator dicat:dono Titio fundum præsenti & recipienti,an sit donatio inter viuos, & sic irreuocabilis, vel sit legatum Io.Fab.in §.j.instit.de lega. tenet quod est legatum. & Ang. Aret.tenet ibi.quod est do.inter viuos.

b Promisit non contrauenire.Adde Tho.Ferrarien. in causa xxx.qui tenet quod nõ potest reuocari propter illa verba promisit non contrauenire. idem etiam quando donatio causa mortis fuit facta alicui & hæredibus suis.

c Donatio omnium bonorum. Adde Matthæ. de Marsil.in suo sing.c.xxxvij. vbi tenet quod valet, quia in eadem intelliguntur exceptæ plures res,vt sunt libri,testes,& suppellectilia: sicut in obligatione omnium bonorum præsentium & futurorum excipiuntur.l.obligatione generali.cum l.seq.ff.de pig. de quibus poterit donator testari.

SVMMÆ.

1 *Substitutio an per sacerdotium euanescat, siue per monachatum.nu.5.6.& 12.*

2 *Clericus dans se & sua ecclesiæ, an differat ab ingresso monasterium.*

4 *Monasterium an excludat substitutũ. & n.3.& 7.*

8 *Monachi in Gallia non succedunt.*

9 *Prædicatores mendicantes an succedant.*

10 *Franciscani an excludant substitutum.*

11 *Substitutioni fit locus eo ipso quod quis efficitur monachus.*

13 *Substitutionis spes quando transmittitur.*

Quæstio CCCLIIII.

Pater suum instituit filium hæredẽ vniuersalem, & sub conditione si decederet sine liberis ex suo corpore & legitimo matrimonio procreatis, substituit sibi sororẽ suam. Euenit mor-

tuo patre & filio expoſt facto presbytero, quòd ſoror relictis liberis ab humanis deceſſit, qui petunt in vim ſubſtitutionis matri eorum factæ, hæreditatem & bona inſtituti ab inteſtato mortui alienata ſibi reſtitui. an ſint admiſſibiles, cùm mortua fuiſſet eorum mater ante haeredem, prius tamē factum ſacerdotem, & ſic caduca: vel ſtatim quòd in ſacris fuit conſtitutus & effectus presbyter, locus fuerit ſubſtitutioni, non expectata morte naturali.

DECISIO CCCLIIII.

OR poſſum dicere, vt in ſimili q. dicit Barbat. conſil. xx. volu. j. Surge Deus, cauſam tuam adiuua. quod prius dixerat Bal. in tract. ſchiſmatis, quem poſuit poſt tit. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. C. † Et videntur primò non eſſe admiſſibiles, cum ſubſtitutio per ſacerdotium poſt ſuſceptum euanuerit, & effecta eſt pro non ſcripta, quia eccleſia habetur loco filij, vt auth. de ſanctiſ. epiſc. §. ſed & hoc præſenti. ibi, tit. clerici aut diaconi. & verſi. hoc autem ſolatio. & cleric. &c. Et ita videtur tenere ibi gl. quam ſequitur Iaſ. de Bellouiſu. credens illum §. locum habere tam in eo qui ingreditur monaſterium, quam in eo qui ingreditur eccleſiam ſecularem, eo tamen animo, vt vſq; ad vitam ſuam ibi permaneat, per tex. ibi in d. verſic. hoc autem ſolatio. & in verſic. in perſonis enim. Sed hoc caſu quando ſecularem ingreditur eccleſiam, & in piis locis expēdat vel relinquat omnia bona ſua, vt ibi per eum. Et pro iſta parte magis ſtrinxit text. in l. ſi quis ita. alias ſi ita quis. §. final. ff. de legat. ſecundo. vbi dicitur ſufficere habere filios ciuiles, vt ſubſtitutio expiret, non naturales, vt ibi tenet Din. quem ſequitur ibi Angel. verſic. item quæro, quid ſi grauatus. & Alber. in auth. niſi rogati. C. ad Trebellia. quæ extracta eſt à d. §. ſed & hoc præſenti. † Dicens idem in clerico, qui ſe & ſua dedit eccleſiæ, ſicut in ingreſſo monaſterij, quia ſubeſt eadem ratio. Quare conditio habetur pro remiſſa, vel non appoſita, ſcilicet fauore religionis & eccleſiæ, ne hæres ſic inſtitutus metu reſtituendi fideicōmiſſum retrahatur à clericatu vel ingreſſu monaſterij. allegat text. in auth. de monachis & monaſteriis. §. ſi quis ſub conditione. in nouellis. Ad idem allegat dictum §. ſi quis ſub conditione. in authen. ſi qua mulier. in j. q. C. de ſanct. eccl. † Aliàs per ſimplex ſacerdotium non perditur ius ſubſtitutionis, vt clarè dicit Cornel. in authen. niſi rogati. & Butr. Anchar. in c. in præſentia tam in lect. quàm in repet. de probat. & idem ibi Imo. & collectarius. nu. iij. & Sicul. & gl. in d. authen. niſi rogati. in verb. locum venerabilem. & Bar. in d. §. ſed & hoc præſenti. ſe remittendo ad not. per eum d. authent. niſi rogati. & ibi Petr. de Bellapert. & Cin. idem tenent & pariter Ioann. Fab. verſi. item quis efficitur ſacerdos vnius capellæ. & idem Salic. num. 7. quia capella & ſolum ſacerdotium non habentur loco filij ciuilis. Ideo nō facit deficere ſubſtitutionem vel fideicommiſſum, niſi vt dictum eſt, intraret eccleſiam ſecularem animo non exeundi, & illi ſe dedicaret, vel illa expenderet in pias cauſas. Et in hoc conueniunt omnes doctor. & gloſſ. etiam vlt. in d. c. in præſentia, & ibi Abb. Sicul. verſicul. quæro vlterius, & verſicul. vltim. gloſſ. hic quærit. & Fel. verſi. in eadem gloſ. ibi exiguntur. Vnde hoc caſu tantum fauorem meretur vita clericalis ſicut vita monachalis, quando ipſa clericalis eſt perpetuò habitura, tam in perſona quàm in bonis. Et pro hac deciſ. eſt gl. ſing. in c. vt lex continentiæ. in verb. profeſſi. xxvij. q. j. & gl. in auth. ingreſſi. quam ibi ſequitur Salic. C. de ſacr. ſanct. eccle. aliàs ſecus. vt §. presbyteros. in authent. de ſanct. epiſc. & idem Iac. de Aret. in l. fideicommiſſum. ff. de condit. & demon. & Capra. conſil. xx. incip. punctus, quidam Franciſc. de Burgo. verſi. circa quod. verſ. & hoc niſi aliud reperiatur. & Ang. conſi. lxxx. inc. Ioan. ſuum condidit teſtam. verſ. ſecundo oſtenditur. cum ſeq. † Vnde videtur etiam in iſto caſu viſa ſubſtitutione ſub conditione facta ſi ſine liberis ex ſuo corpore natis etiam ſi intraſſet monaſterium quod habetur loco filij, d. §. ſed & hoc præſenti. vel loco hæredis. d. c. in præſentia. eſſe locū ſubſtitutionis: quis tūc monaſterium non excludit ſubſtitutum, vt voluit Iac. de Bellouiſu. in d. §. ſed & hoc præſenti. in ſua diſput. incip. Titius teſtamentū condidit. quem ibi ſequitur Ang. & Bal. in d. authen. niſi rogati. verſi. & per hoc ſoluitur q. dicens bis hanc opi. eſſe multum æquam. & idem conſ. lxiij. inchoan. in q. quæ vertitur inter ſcholam S. Mariæ. verſic. fallit fauore monaſterij, & vitæ contemplatiuæ. vol. v. Dicens hanc opinionem vſu eſſe approbatam, & durante vita monachi monaſterium poſſidet bona, l. Statius Florus. §. Cornelio. ff. de iure fiſci. ſed monacho mortuo reſtituit quatenus venit in reſtitutione, vt ibi vide. Et iſtam q. etiam diſputauit Martinus Silcya. qui ita tenuit, quem ſeq. Iac. Butr. & Sal. in d. authen. niſi rogati. in vlt. q. & Bal. in l. Deo nobis. in pr. verſi. pone enim. C. de epiſ. & cler. & in l. ſi quis. poſt humos. ff. de libe. & poſthum. & in l. Lucius Titius. & ibi Imol. & in dict. l. ſi quis ita. §. fin. de leg. ij. vbi Bal. dicit iſtam eſſe communem obſeruantiam, quæ vſu (vt inquit) conſueuit approbari, vt ipſe voluit in dicto conſilio lxxiij. & idem Hoſtien. in dicto capitul. in præſentia. & Imol. in d. l. ſi ita quis. §. fin. & idem tenuit Abba. antiquus in dict. capitul. Raynu. verſicul. quæro fortius. de teſtamentis, dicens hanc quæſtion. fuiſſe de ciuitate regia Bononiam miſſam, & dominum Iac. Balduyn tenuiſſe partem, ſ. monaſterium, nihil petere poſſe. quem ſequutus fuit eius diſcipulus in ſumma. & in c. Raynald. de teſtam. Et in iſta q. refert tunc Bagarotum tenuiſſe contrarium, monaſterium excludere ſubſtitutum. Et eum ſequitur Bald. in ſua Margar. ad Inno. verbo, ſubſtitutio. & Bernard. Landri. in addit. Abb. in d. c. in præſentia. vide Bal. in dict. authent. niſi rogati. & Ioann. And. in dict. capit. Raynut. & Cuman. in dict. l. ſi ita quis. §. fin. & *idem* Richard. Malumb. doc. Crem. qui pariter iſtam q. Paduæ diſputauit. & Din. in dict. l. ſi ita quis. §. fin. quos ibi ſequitur Paul. de Caſtr. in vtraque lectura. & Angel. in ſua diſput. inchoant. nobilis quidam genere. & in d. authent. niſi rogati ſibi contrarius poſt Cin. ibi, & ibi idem Paul. de Caſt. & Ioann. Fab. & Bartol. conſil. j. incipien. Parmenſis quidam filium inſtituit. Quod quidem inſeruit de verbo ad verbum in dict. l. ſi ita quis. §. final. & ipſum ſequitur Sicul. poſt Anton. de Butrig. in dict. capitul. in præſentia. verſicul. quid ſi teſtator dedit ſubſtitutum. & idem ibi Areti. & omnes inſuper Socin. in l. prima. numero primo & ſecundo. & Bald. in dict. capitul. in præſentia. verſicul. ſed quid ſi teſtator. † Dicens hoc verum eſſe, niſi teſtator dixerit, ſi deceſſerit ſine liberis, non ſecundum iuris interpretationem, ſed ex ſuo proprio corpore natis, quia tunc monaſterium non habetur loco filij. & idem dicit Cuman. in dict. l. ſi ita quis. §. final. & ſingul. Alexand. conſilio cxxj. exordien. viſo themate ſupraſcripto. libr. ſecund. quod reperitur de verbo ad verbum, lib. iij. conſilio xxxv. incip. ſuper contentis in d. themate, & in conſilio cxl. lib. ij. & Alber. in d. authent. ſi qua mulier. de ſacr. ſanct. eccleſ. & idem Felin. in d. c. in præſentia. verſi. & idem gloſ. infer-

1 4 2 3 5

infertur.& Lapus allegatione cxix.aliàs cxxix.exordien.primò quæritur.& idem Cal.conſ.xx.nu.iij. & Barbat.in d.conſi.xx.vol. in j.& Bertran.conſ.cxxij. exord.thema conſultationis tale eſt dudum.vol.ij. nouiter impreſſorum. Et Pyrrhus in ſua diſput.j.de fictione.ſecunda eſt priuatiua ibi, finge mortuum, qui eſt in monaſterio. ¶ † Quid dicendum in hoc tam difficili dubio? Et Anch.in c.Raynaldus. ver. ſecundo quæro.dicit poſt opiniones recitatas. quicquid tenecas placet. & idem Ful. conſil. liij.& Barb.conſil.xiij.nu mer.vj.& dict. conſil.xx.numer. iiij.in fin.verſic.nec obſtat.volum.v. & idem Corn. in dict.authent.niſi rogati.verſicul. ex quibus patet, quod res eſt dubia:dicens tamen poſſe inhęrere vni vel alteri opinioni,prout ſibi placuerit. Tamen primæ inhæret,vt ibi per eum, cui etiam inhæreo, ſalua dectione ſanctæ matris eccleſiæ, cui me totaliter ſubmitto.&, idem dicendum in clerico ingrediente eccleſiam ſecularem,& ibi,vel alias pus locis bona ſua edicante & exponente, vt dictum eſt.& hoc in caſu noſtro quando facta fuit ſubſtitutio ſi ſine liberis ex ſuo corpore,& de ſuo legitimo matrimonio procreatis decederet,quia illa cõditio tacitè non ineſt.Et in hanc partem inclinat Barba. in d.c.in præſentia.nu.76.cui dic.in ſt.de qua ibi vide.† Et ſignanter ſi talis ingrediens filius teſtatoris mortuus fuit ſubſtitutus,quia tunc monaſterium loco filij nõ habetur,vt volunt Bald. in d. authent. niſi rogati. & Alexand.conſil.cclxiij.lib.ij.& plene Iaſ. conſ. ccxij. volum.ij.cum aliis per eum alle. & Petr.de Ferrar. in ſua practica.tit.de libe. quo agitur ex ſubſtitut.in verſ. ex ſuo corpore. & legit. matr.procreatis. quæſtio.i.quem vide in fin.quod aut & idem Bertran.conſil.cclxxi.num.j.ij. & iij. † Tamen in præſenti Francię regno non eſt circa has opiniones inſiſtendum, cum de genere ipſius conſuetudine monachi & religioſi cuiuſcunque ordinis fuerint, non ſuccedant ab inteſtato ſuis parentib. vt refert Maſuer.in ſua practica.tit.de ſucceſſionib. & vltimis voluntatib.verſicul. item per conſuet. regni ſtilus.ſecundum quem latum areſtum Pariſ. contra quendam religioſum ordinis Cluniacen. vt patet in ſtylo parlamenti,tiij.per te de areſtis.§.lvj.& dixi in §. fin.de teſtamento.verſicul.item not. lib.conſuetud. Bitur.& alias conſului,& vide latè conſil. x. inchoant.quæſtio. talis quidam volens ingredi religionem.Et in tract.noſtro de ſtatu & vita herem.tarum.in fin. Et ideo debitus ingredientis videtur hodie in hoc regno ſuperſtua.Et idem refert Benedict.in repe.dict.c.Raym.num. 220. etiam religionem minorum & aliorum mendicantium intrantium,vt tenent Bar.Bal.& doc.in l.cum pater.§.hæreditatem. ff. de leg. ij.& Ale.conſ.viij.incho. circa primum dubium.li.ij.& Iaſon in authenti.nouiſſima.verſicul.extra gloſſ.quæri. Bart.C. de inoff. teſt. & in authen.ingreſſi.& Capra. conſ.lxxviij.in prin. & Cast conſil.lvj.exordien. ſuper quo ordine noſtro.verſic.I. tranſitum faciamus ad ſecundum. & Ioann.de Garonis poſt Bald. in l.hac edictali.in prin.verſ.in tex.ibi,filio vel filiæ.C. de ſecun.nupt. l.an in talibus religioſis habent locum d. l. hac edictal.& idem volunt Do.ſt.in dict.authen.ſi qua mulier.& Felin.d.c.in præſentia. verſi. ſeptimo quæro.ponens duas concluſiones.Licet Ang. velit contrarium in prælle.conſi.lxxx.niſi eſſet bigamus, vt ibi.Quoniam,vt inquit Maſuerius,& alij vbi ſ.per ingreſſũ religionis nõ fit tacita dedicatio bonorũ, quę à ſucceſſione parentũ ante ingreſſũ habuer ant, vel acquiſierãt,& ſic ſeruatur ius antiquũ.l.ſi quis

6

7

8

presbyter.C. de epiſco. & cler. Et ſic etiam habet locum in feudo quo quis per ingreſſum religionis priuatur.cap.qui clericus.ſi de feudo fuerit controuer.& capitu.j.de benefic.fœmi. & capitul.j.de mil. vaſal. qui arma bellica depoſuit. & vtrobique per Aluar.Bal.& Cardin. Alex. & Iaſon prælud.feud.& Cæpol.conſi.cxxvj.cuiuſum.& A exand. conſi.x.li. v.& Felin.in dict.c. in præſenna poſt omnes verſicul. quinto quæro. vbi ponit regulam cum tribus falſien.& idem Barba.in rubr. de feud. Sed de clerico ſimplici vide quæ dixi in dicto §. ſi. de reſtali.conſue.Bitur.& Marth.de Afflict.in decſ.Neapo. ccxx.& Brunus conſ.xvj. † Tamen Alb.in d.auth. ingreſſi.numer.v.in fin. dicit ſe audiuiſſe à patrib. prædicatoribus ſuper hoc habere reſcriptum apoſtolicum,referens Archidiacon. dixiſſe vidiſſe bullam illius reſcripti Clementis quarti, vbi erat talis concluſio: Nos itaque veſtris ſupplicationibus benignus annuentes,authoritate apoſtolica declaramus, quod vos in temporalibus bonis in quibus ſuccederetis in ſeculo exiſtentes, licite poſſitis ſuccedere, & bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere, ac libere vendere bona ipſa, & pretium eorum in vtilitatem veſtram conuertere, & idem Alexan.in conſil.lxxxvij.inchoan.comitte domine vicarie.vernec dicatur quod tranſat.lib.v. Tamen adhuc non obſtante hoc indulto non ſuccedunt ab inteſtato, quam per ſucceſſionem perdunt cum bonis ante habitis.& de iſtis prædictis vide Feli.in di.c.in præſentia.in fin.in j.& ij.conclu.& idem dicit Ioan.de Garonis d.l. hac edictal. in prin. verſi. in tex.ibi,filio vel filiq. † Sed in tractib.S.Franciſci conuentualib.dicit ſe vidiſſe & legiſſe corũ priuilegium a Papa Sixto more magnum vt catumacis conceſſum,quod cõcentus eorum habeant loco filij ad excludendum ſubſtitutum, quæ tamen non ſeruatur,vt dictum eſt. Et poſtea Lubens.tit.de fratrib.Prædicatorib.Auguſtinentib. Carmelitis,& ſimilib.† Ideo cõcludendo dicemus locum eſſe ſubſtitutionem vel fideicõmiſſo, aut ſucceſſioni parentũ proximorum de iure ſuccedere debentiũ,ſtatim hęrede religioſo facto profeſſo:nec mors ipſorum expectabitur, vt dicit Maſuer.vbi ſ. & Bald.in d.c.in præſentia.verſi.ſed quid ſi monaſterium. & ibi Felb.q.viij.in j.cõcluſi.& Bal.in l.cum acutiſſimi. C.de fideicom.& Soci.in l.cum auus. ff. de condit.& demonſtr.& idem tenet Bertrand. de Carpen. conſil. ccexxxv.nu.ij.volum.iij. † Sed in hęrede facto ſimplici ſacerdote,adhuc non cuanefcit ſubſtitutio,ſecundum communem. Ideo ſubſtituitus aut ſubſtituta decedens ante presbyterum iam factum perdit ius & ſpem ſubſtitutionis,quam ad ſuos non tranſmittit liberos.tex. & ibi Alb. in l. ſubſtitutio quæ nondum competit, extra bona noſtra eſt.ff. de acqrer.dom.ſiue ſit fideicommiſſaria,per text. ſingu.in d.l. cum pater. §. hereditatem filius, & ibi gl.Bart. Bal.& Alb. de leg.j.vbi ante conditionem omnino non purificatam non tranſmittitur. & idem tex.in l.cauſę.in ij.§.Pomponius quoque. & ibi Bar.Bald. & Albe.ff. de minor. † De directa autem ſubſtitutione ante non tranſmittenda, eſt tex.in l.ſi plurib. in fi.ff. de ſuis & legitim. heredib.& pariter de ſpe ſubſtitutionis pupillaris non tranſmittenda,eſt tex. in l.ſi plures in princ.& ibi Bart.& Doc.in l.qui habebat.ff.de vulga.& pupi.ſi.bſtit. nec etiam ſpes reciprocæ ſubſtitutionis tranſmittitur, l. qui plures hæredes.cum ſeq.& l.Lucius. §. ſi.& ibi per Iaſ.eo. tit.Et in omnibus prædictis caſibus tenent Signorol.de Homed. conſi.lxxiij. Alexand.conſil. xxxvj.

9

10

11

12

13

Digitized by Google

verſi.confirmantur prędicta.lib.iij. Etiam ſecundū ipſum ſi ſubſtituti eſſent de liberis, vt hic erat,firmat gl.in l.vna, in verbo, relictis.Ç.de his qui ante apert. tabul. & Aret. conſi.j.conſil. clvj. & Rom. conſil.cccclxxx. & Ludo. Bolog.in l.qui patri. ff.de acqui.hære.in primis interpr.Et Curt.ſenior conſil. lxxxj.verſicul. & iſta eſt communis ſententia in omni caſu.& Dec.in dict.conſi. cccxxvj. numer. iij. Nam certum eſt,ſi ſubſtitutus vel ſubſtituta poſt ſacerdotium vel ſacros ordines per hæredem ſuſceptos egiſſet contra eum ad reſtitutionem bonorum,dicens conditionem liberorum non procreandorum ex matrimonio legitimo euenille & expiraſſe, prout res vera ſunt,quia non poſſet habere liberos naturales & legitimos niſi conceptos in fornicatione. Tamen duo aduerſus ſubſtitutum poſſent per hæredem factum ſacerdotem obiici. Primo ſcilicet quòd ante mortem ipſam competit ſibi actio, quoniam hæreditas non tranſmittitur. l. quoniam.C.de iure deliberan.Secundo, quia ipſam contingere poſſe ante eum prout euenit præmori,& ſic interim deficere poterit ſubſtitutio, vt dicit teſt. in dicta.j. Statius Florus. §. Cornelio Felici.de iure fiſc.& in dicta.j.eum pater. §. hæredi. filius. & in dicta.l.in cauſa. §. Pomponius quoque.& alius ſcribit.ſupra allegat. quia ſubſtitutio prædicta fuit facta ſub duabus conditionib.ſi decederet ſine liberis in matrimonio procreatis. Et licet ante mortem ſubſtituti prima euenerit, quia non poteſt habere liberos, non tamen ſecunda, quæ erat mors illius, quod prius requirebatur antequam dicatur impleta.l. ſi hæredi plures.ff.de condit. inſtit. Ergo non potuit per mortem ſubſtituti ad liberos tranſmitti ante mortem hæredis, iuxta ſuprà allegatis, quamuis Alexand.velit contrarium conſi. 100. lib. iij.incho.viſa parte teſtamenti, volens quod ſi pater inſtituat filium:& ſi fiat presbyter,ſubſtituit ſibi alium quod ſtatim eo facto presbytero non expectata eius morte erit locus ſubſtitutioni. alleg.text. in l.nulla.in princ.ff.ad Trebel. qui caſus ſunt diuerſi, nec ſecundum omnes in dict.authent.niſi rogati.& in authen.ingreſſi. & in dict. capitul.in præſentia.talis coniunctio facta, ſi intret religionem: vel fiat ſacerdos, venit tanquam impeditiua vitæ contemplatiuæ reſpuenda & reiicienda, & pro non adiecta habenda: igitur &c.pro quo dicit Bald.in quodam ſuo conſil.incip. Martin. Ioan. de Floren.poſito inter conſil. Ange. lxviij. verſicul. nec obſtat quòd ſi agnati vigore ſtatuti excludant fœminas cauſa conſeruationis familiæ & agnationis multiplicandæ,de quo per eundem in l. Certum. C.vnde cogna.Et plenè Barba. in rub. de ſucceſſ. ab inteſt. modo reperitur,quòd agnatus ſuccedere volens nō habet gentalia, ſeu aliter impotens coeundi, vel fortè monachus,aut poſtea ſacerdos factus,qui matrimonium contrahere non poteſt, decidit ipſum interim poſſe ſuccedere, & fœminas per eum interim excludi: & mouetur ratione, quia ſtatutum conſiderauit illud quod regulariter euenire ſolet. Et per conſequens talis agnatus ſuccedet. & ſequitur Sebaſtian. Sapia. in l. precibus. numer. 164.de impu. & aliis ſubſtit. & Barba. in dict. capitul.in præſentia.numer. 74. aliam addens rationem, quia poteſt dici, teſtatorem conſideraſſe frequentiam contrahendi matrimonium carnale: quoniam frequentius laici inclinat ſe ad matrimonium contrahendum.Ergo in caſu noſtro ante mortem naturalē hæredis facti ſacerdotis ſubſtitutus vel ſubſtituta non potuit ſpem ſubſtitutionis ad ſuos tranſmittere liberos,& quòd dictum eſt,monaſterium haberi loco filij,ſecundum magis communem Doct.ſententiam in locis ꝯ. alle. hoc eſt per quandam fictionem ad excludendum ſubſtitutum.dict. §.ſed & hoc præſenti. quæ tamen locum non habent in eo qui ſecularis ſacerdos factus eſt,qui propter hoc nō fingitur habere filium, licet fuerit canonicus eccleſiæ cathedralis aut collegiatę,niſi ſe & ſua illi dedicaſſet. Ideo non excludit ſubſtitutum, tametſi decedat ante inſtitutum presbyterum factum, vel etiā non factum,ſed alias ad matrimonium contrahendum impotentem,non tranſmittit.Secus videtur ſi ex mente teſtatoris apparere poſſet de contrario,naturales tantum excludere ſubſtitutum: vt quia teſtator inſtituit filium, & ei ſubſtituit Titium ſi ſine liberis decederet, & filius ſuus iam erat ſacerdos,qui non poterat habere filium ſine peccato: quia iſto caſu ſubſtitutio habetur pro non ſcripta,& inualida, vel quod videtur eccleſia inſtituta,vt voluit Bart. in l.in hæredib.§.j.ff.ad Trebel. & eum ibi ſequitur Ang. & Imo.in d.l.ſi quis poſthumos.in prin. ff.de liber. & poſthu.licet Ang. ibi teneat contrarium. Sed primum tenet Barb.in d.c.in præſentia.nu.96.& Bald. in c.naturales.de controuer.inueſtit. dicens, quod ſi quis inſtituat ſacerdotem & eius hæredes, intelligitur,id eſt,agnatos: quia ſacerdos non poteſt habere deſcendentes.& ſequitur Soc. conſi. xij. num.j.volum.iij.& Sebaſtia.Sapia.in d.l.precib. num.166. ex quo colligit quatuor not. Primo, quod ſi teſtator dicat, ſubſtituo Titium, ſi filius deceſſerit ſine liberis:ſi filius reliquit filium qui intrauit religionem fratrum minorum,nō excluditur ſubſtitutus.ita Bar. in l.ſi.quādo & quib.quarta pars debeatur.li.x.C.& ibi Ang.Secūdo,q; ſi teſtator dicat, ſubſtituo ſi filiꝰ efficiatur ſacerdos, perinde eſt ac ſi diſſiſſet, ſi deceſſerit ſine liberis.Alex.in d.conſ.100.lib.iij. Tertiò, quōdſi teſtator dicat,ſi nullus deceſſerit ſine liberis, debet exponi,ſi aliquis deceſſerit ſine liberis. Barto. conſ.lvj. incho.Anacellus. Quartò,q;illa verba ſine hæredib.exponūtur,i.e.ſine deſcēdente.Bal.in c.j.de natu.ſucceſſ.feu.Et ſuper iſta quæſt.fuerūt in camera inquiſitarū partiti,& in magna camera diſpartiti,& concluſum ſubſtitutū ſpē poſſe tranſmittere in ſuos. Et latum arreſtum die iij.Iulij, Anno,1524. Pro quo facit quod dicit Ant de But.conſi.lxxix.inch.ad quę ſita ex themate prēmiſſo,& Anch.conſi. ccclin.j.in c.viſis diligenter themate contentis in eo.vbi ambo conſiliauerunt pro eodem facto. Et idem Anchar.conſil.cccxcij. exordien.Viſis diligenter variis conſiliis.volentes quod ſi quis fuerit ſubſtitutus ſi maſculus non naſceretur, & vxore prægnante interim decedat,quod tranſmittit ſpem ſubſtitutionis, quia iſta conditio poteſt antequam partus ſ;naſcatur haberi pro impleta,ſi ex vehemēti coniectura fœtus fœmineus ſit in vtero,quia erat in ſeptimo menſe. & hoc ſciri poteſt ſecundum peritiam ipſius mulieris, ac medicorum & matronarum. & ſequitur Guilelm.Benedict.in repet.c. Rayn. nume.lxiiij.de teſtamen.oporteret ergo iudicium medicorum,& matronarum prius ante mortem ſubſtituti fuiſſe factum,& habitum.Et ferè medici conueniūt poſſe ſcire an conceperit maſculum, aut fœminam,tam Rha.ſ,ipſe Auicē.Solinus,quàm Filarius,& Gubertus,quos refert Nicolaus ſermone quinto tit. de ſignis matricis naturalium. cap.iij. verſi.ſigna autem conceptionis maſculi vel fœmellæ ſunt.& magiſter Gabriel de Teraga.in tex.Auicē.in verbo, pręgnās. in ij.allegans Auicennam in xxj.tertij.c.xij. & idem de Teraga.in v.particula apho.Galeni. verſi.mulieri.in

ri.in vlt.tamen respectu mulieris videtur difficile, quia nescit vtrum masculum, vel fœminam pariat, vt dicit gl.distin.v.vt in pr.in verb.xl. in finali.verbis.nec pariter sentit conceptionem partus,vt dixi suprà quæstion.exord.mulieri asserenti. Nam iudicium sic cognoscendi in vtero masculum vel fœmellam non est solidum,cùm Galenus in suo primo aphorismo dicat,vita breui, ars verò longa,tẽpus acutum,experimentum fallax, iudicium difficile. Et canon cant, sæpè medicus fallitur, & oculus obstetricum.c.causam matrimonij. de prob. & ibi Bal.vers.no.principaliter tria:cogita,circa hoc. Et si hæc quæstio nostra peruenisset ad cameram tornellæ,omnes fuissent contrariæ opinionis, scilicet, spem non potuisse transmitti ante mortem hæredis, vt intellexi murmurantes de partagio sic finito.

SVMMÆ.

1 *Affreramenta quid,& vbi in vsu.*

2 *Donatio omnium bonorum inter fratres reciproca quando valeat.& nu.3.*

4 *Donatio mutua maximè inter coniuges an possit reuocari.*

Quæstio CCCLXV.

An pactum, seu donatio mutua siue reciproca inter fratres facta, quò ad bona alterius præmoriemis in alium, & suos peruenientia,& transeuntia, valeat, si in contractu matrimonij fuerit facta.

DECISIO CCCLXV.

1 FAT † quia ista pacta, quę in pluribus locis affreramenta vocantur sunt in Gallia in frequenti vsu,vt dicit Berber.in suo iuris viatorio tit. de societa. versi.&quia s. in exordio huius tit.& Decisi. cons.cccxv. ver. sed videdũ ibi, & primò tale pactum. & Pet. de Ferra.in forma libelli, in causa societatis, in verbo societatem.vers.quid autem dicendum.Et pro isto videtur tex.in l.verum.ibi,cùm societas ius quodammodo fraternitatis in se habeat. & ibi gl. in verbo,fraternitatis.& Bal.Sali.& Albe. cum aliis per Alber.alleg.ff.pro socio. Et verum dicunt,maximè in patria Engolimen.Pictauien. & Xantonic.

2 † Vnde breuiter dicendum videtur,quòd si talis donatio fuerit omnium bonorum præsentium tãtum, & non futurorum facta,valet nõ solũ inter milites, l. licet. C.de pact.& Fulg.in l.nec apud.C.de hęred. instituend.sed etiam inter alios nobiles,& illustres viros exercitio armorum deditos,vt voluit Roman. cons.xlnj.inchoan.ad primum & pariter inter alios dominos,& principes alicuius terræ fratres,licet nõ sint de ordine militari,vt voluit Alex.post Bald. in l.Centurio.versi. Tertiò iuxta expositionem huius literæ ff.de vulg.& pup. Quamuis Alex.ibi loquatur de principib.superiorem non recognoscentibus: tamen Decius cons.ccccxvj.nu.iij.& iiij.tenet quòd habeat locum inter alios nobiles & principes etiã recognoscentes, vt ibi latius per eum.& idem Ias. cons.v.vol.iij.vt infrà dicam.Quinimo etiam talia possint fieri pacta inter omnes ignobiles,& rusticos,quando per stipulationem causa donationis inter viuos sunt facta quod irreuocabiliter etiam valeant,vt si promitto tibi omnia bona mea post mortem meam,& tu mihi etiam omnia bona tua, si ego,vel tu,sine liberis decedam'. Ista obligatio enim fundata est in persona promittẽtis,licet debeat sortiri effectum in persona hæredum,vt si aliquis associetur in tertia,vel quarta parte omnium bonorum alicuius,cuius filiam in vxorem accepit deferendo & portando certam pecuniæ summam. Secus si societas fiat per hæc verba,promitto te socium fratrẽ, vel alium instituere hæredem, vel eisdem hæreditatem relinquere,aut dimittere, & tunc talis promissio,etiam si esset iuramento vallata, est ipso iure nulla, quia interposita super futura successione, quę non valet,l.fin.& l.pactum quod dotali instrumento.C. de pact. & ita voluit Bart.in l.stipulatio hoc modo concepta.quem ibi sequuntur Doct. ff. de verb.obli.& in cons.ccxij.inchoante: promitto tibi,& tu mihi Et sequitur Petr.de Ferrar. in forma libel.in d. tit.causa societatis. in verbo, societatem. ver.quid autem dicendum.& Francisc.Curt.iunior. cons.lxxxj.num.j.& idem Guido Pap.cons. cxv.nu. iiij.& Oldr. cxxix. exordien. ad habendam aliqualem notitiam,& Ioann. Andr. in addit. Specul.tit. de instru.edit.§.porrò.in vltima dictione,ibi fuit etiam alia quæstio de facto:duo fratres habentes bona paterna,& acquisita, contractum talem inter se fecerunt: quia eorum quisque donauit alteri omnia bona,vt superuiuens vel eius liberi haberent omnia illa bona decedentis,sine liberis,&c. Et idem Ang. in l.sancimus.versicu.sed hic videndum occurrit. C. de donatio.& in l.hereditarium.ff.de bo.autho.iud. poss.& consil.cxcvij. Alber. in d.l.fina. versicul.sed quæro pulchram quæst.versi.item quæro fratres. & Alex.in d.l.licet inter priuatos. & ibi Iacob.de sancto Geor.num.viij.cum plurib.seq.& Ias.versic.secundo habens.& Lancel.Dec.vers.septimo.de pact. & Sali.in d.l.fin.versi. iuxta hoc quæro. de pact. & Iason in l.si pater puellæ.versi. secundo per istam l. post Ci.Bal.& Sali.C.de inoff. testa. & in d.l.stipulatio hoc modo concepta.versi.tertiò consului vltra montes.& verum dicit,vt habetur in d. consi.v.volu.iij.vbi consuluit pro nobilibus de Allegrio fratribus.& idem Alex.consi.lxxxiij. versi.venio ad secundum lib.ij.& consi.xxviij.li.iij. & Roma. consi. xxviij.& in l.Aquilius Regulus. post Imo. ibi.ff. de dona.& Bert.cons.cclxvij.inchoan. si pactum quod num.ij.& iij.& consi.cxxj. nu. iij. volum.nouo. vbi loquitur de mutua donatione facta inter coniuges. Et idem consil.ccxxxiij. volum.j. dicens valere talẽ donationem etiam inter Iudæos factam.& consilio clxiij.num.j.eodem volum. & Masuer.in sua praxi, titu.de socie.ver.item licet institutio testamentaria. Iaso.in d.l.fi,versi.quarto limita.versi. & dum gl.de pact.Et Guid.Pap.consi.xxxj.in j.dubio.& Guli.Benedic.in repet.c.Raynu.nu.cxcix.cum seq.de test. & Dec.consi.cccxv.cõcludens cũ aliis Doc.suprà alleg. valere talẽ donationẽ & societatẽ,quando ad vnum castrum,vel aliam rem immobilem, vel etiam omnium præsentium,& non futurorum bonorum. Aliàs secus,secundùm Guid.Pap.q. cclxvij. † Tamen 3
communiter tenetur talem donationem, societatem & fraternitatem reciprocam, valere inter fratres ratione conseruationis agnationis factam,& etiam inter alios initam,tam in contractu matrimonij, quàm aliàs, per quam quis alteri donat omnia bona, si sine liberis decedat & aliquid sibi pro iure testandi retinuit. quod etiam sequitur Sign.de Homed.cons. clxxxiij. inchoante, pactum sic se habet, nobilis vir miles. vers. venio ad quartum. Et pro hac Decis.facit quod dixi in §.j.cum acqui.lib. consue.Bituri.de consuet.matri. vbi ita tenui, quod dixi suprà.quęst.incip. vtrum valeat pactum in contractu matrimonij nobilium. quicquid volue-

4 rit Abb.Sicul.consi.xlviij.vol.ij. †Sed an hæc mutua donatio maximè inter coniuges facta possit reuocari.Et vide Doct. supra alle.qui tenèt quòd non,d.l.si pater puellæ.licet Paul.de Cast.in l.in pupillo.versic. in tex.ibi,locupletior. ff.de solu.videatur sentire contrarium,quando sit inter vir.&vxor.Sed primum tenet in d.l.si pater puellæ. in fin. licet secundum eum tutius sit, si in ipsa donatione coniugum mutua dicatur,quòd sit donatio inter viuos, & non possit reuocari,iuxta l.vbi ita donatur. ff. de dona.caus.mort. Et tunc statim erit valida, & nõ indigebit confirmatione:& per consequens non interueniente traditione poterunt bona peti post mortem alterius. & ita loquitur declarando Cin.ibi, nec pariter indiget insinuatione,vt voluit.Sed Cæpo.in caute.cxij.inci.dona.inter vir. & vxo.dicit hoc vltimum de traditione non esse verum. Imò quod non valebit talis donatio,nec etiam morte cõfirmetur, nisi fuerit per morientem confirmata superuiuenti. Et de vtroque dicit esse clarum in l.cùm hic status. §. si ambo. ff. de don.inter virum & vxor. ibi, cùm simul decesserint. & in vers.proinde rectissimè dicetur vtrasque donationes valere, si fortè inuicem donationibus factis simul decesserint.Ergo à contrario sensu, si alter superuixisset, donationem forsitan voluisset non valere.Et idem de verbo ad ũ verbdicit Soc. reg. ciiij.in j.fallent.nulla de Cępol. facta mentione.Cui Cæpo. & §.si ambo.respõdet Iaſ.in d.l.si pater puellæ. vers. sed istud vltimũ.quòd d.§.si ambo. loquitur quando donationes non erant inter viuos factæ sub ista mutua conditione si alter præmoriatur, prout loquitur l.prædicta.si pater puellę.Et Do.ibi,sed simplici donatione mutua.Quæ respõsio videtur sufficiens,cum tales donationes semper fiant sub conditione quòd bona prę̃morientis veniant ad superuiuentẽ, & cum iuramento, vnde valeat altero ipsorum tãtum decedente.Et sic concluſum fuit tam in præsenti quàm præcedenti.

SVMMÆ.

1 *Prolis vocabulum quid importet.*
2 *Substitutio pupillo facta,si absque prole decedat,an post pubertatem valeat.*

Quæstio CCCLVI.

An substitutio pupillo facta si decederet absque prole, licet in pupillari nec post pubertatem ad mortem vsque nullos habuerit liberos, valeat, vt sit locus substitutioni, etiam si talis substitutio sit in contractu facta.

DECISIO CCCLVI.

1 †† præsuppono quod per illa verba, absq; prole, comprehenduntur filij, & nepotes, ac vlteriores descendentes, non tamen collaterales, ac si dictum fuisset, absque liberis decesserit,vt probatur in l.humanitatis. ibi,nec alia proles descẽdentium eis fit. & ibi Doct.de impub.& aliis subst.& tex. in c.cùm inhibitio.§.si quis verò.ibi, pari modo proles legitima censeatur,si ambo parentes, &c. de clandest. desponsa.&idem tex.in c.nuper.ibi decesserit postmodum sine prole.de don.inter vir. & vxor. & in l.officiales,ibi concedant liberi, aut si proles defuerit.C. de epis.& cl.& in l.librorum. ibi, etenim idcirco filios filiásve cõcipimus atque edimus, vt ex prole eorum carúmve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.ff.de verb.significic.& in c.j. proles enim fœminini sexus,de gradibus succes.in vsib. feu. & ibi Bal.& Card.in Alc.dicentes,quòd proles dicitur omnis descendens.& Dec.consi.ccccxcvj.num.v. & in c.Raynut. §. porrò dictus prolem non habens. de testam.cum alijs alle.per Cæpol.Veronen.consil. lxij.num.1.2.& 7.volum.ciuilium.& Alber.in suo diction.in verbo,proles.& latius Curt.iunior,consil.v. feud.versicul. quod autem.vbi ponit duobus modis hoc nomen proles posse accipi. & Soci. in cons. xcv. numer.16.& 37.volum.iiij.Et idem dicitur de verbo progenie,vt authen.sed & si quis.in prin. ibi, moriatur absque progenie.C.de secund.nup.& idem de soboles,vt d.ca.cum inhibitio.§.si quis verò.in princ.& in c.Raynu. ibi, soboles quam gestabat in vtero, de test.vnde ista verba proles,soboles,progenies,stirps, & posteritas sunt synonyma,& eis synonymè lex vtitur.de quibusomnibus in l.cum quis.circa med.versi.cùm enim affectio.C.de natur. lib. cum aliis per ipsum de Curte in dict.consi.v.alle. tamen posteritas extenditur ad masculum tantùm,vt voluit Albe.in l. non solũ.ff.de in integ.restit.per tex.in l.iiij.ff.de iure immunit.& rationem ibi vide per eum. Hoc habito videtur talem substitutionem valere omni tempore, quia aliquando pupillus potest habere liberos,& etiam valere potest post pubertatem, vt per ea quæ Bar.quem sequitur Imo.& cæteri, insuper Iaſ.in l.in pupillari.ff.de vulg.& pup.& latius Iaſ.post Bart.in l. Centurio.eo.tit. qui etiam sequitur formalem Deci. Paul.de Cast.in cons.xliij.aliàs xliiij. inchoan. substitutio prædicta facta Anto.versi. nunc est videndum. volum.nouo.licet.Cuman.in hac q.voluerit contrarium.consi.cxxv. exord. proponitur quod Bartholomæus testator,& Bald.consil.lviij.versic.nunc igitur. volum.ij.& Corn.consi.lxj.volum.ij.sed ibi loquitur in alijs substitutionibus, quia communis opin. est, quòd ante pubertatem sit directa, post verò fideicõmissaria: imo videtur quòd omni tempore sit fideicommissaria, l.credendum. §.si verò maritus.ff.qui petant tuto.sed ibi videtur loqui quando verba fidei commissi erant expressa, quo casu non est dubium, quin fideicommissaria possit fieri pupillo, vt *infrà* dicam. Sed quòd sit fideicommissaria tantummodo post pubertatem,quia illa verba sine liberis videntur referri ad tempus quo quis potest suscipere liberos. Et sic ad tempus pubertatis. Ergo ante pubertatem nulla erit substitutió,sed ad hoc Sebastia. Sapia. in d. l.precib.num.lx.dat duas solutiones:prima,quòd illa verba, sine liberis, possunt referri ad tempus pubertatis, quia est possibile quòd eo tempore quis procreet liberos, vt dictum est. Sed istam impugnat Sapia.vt ibi per eum. Secunda solutio, quòd quandoq; dictio, Sine, denotat simplicem abnegationem,non autem priuationem,l.iubemus.in fi. iuncta glo.C.de emancip.lib.& sic illa verba sine liberis, possunt verificari in pupillo, qui semper caret liberis.Tamen istud,vt inquit,licet possit procedere ex significatione verbi sine, tamen ex mẽte testatoris videtur quod denotet semper priuationem,quia censetur cogitare de tempore quo quis suscipit liberos. l. Pater Seueri nam. ff.de cond. & demon.vt *infrà* dicam: sed quod vtrumque sit, dicit communem opin, falsam.vt ibi probat.Sed retẽta hac communi opi. quòd prędicta verba possint referri etiam ad tempus pupillaris ætatis, tamen limitatur secundum eum duobus modis.Primò,vt non procedat quando est facta mentio pupillaris ætatis,vt puta si decesserit in pupillari ætate,vel

te,vel ſine liberis:aliàs nihil operaretur.allegãt Paul. de Caſt.in l.conſi.xliij. Et pro prima parte ex text. iuncta ſua gl.in verbo,abſque deductione,& in cap. ſi pater de teſta.lib.vj.quia hæc conditio, ſi decedat ſine liberis,etiam ſi non ponatur , tacitè ineſt ipſi pupillari ſubſtitutioni,d.l.generaliter.§.cum autem. C.de inſtit.& ſubſtit.ſub condi.fact.l. cùm acutiſſimi.C.de fideicom.& l.cùm auus.ff.de condi. & demon.& ideo expreſſio illius non tollit, nec corruere facit eam,vt voluit Corne. & Doct. ſuprà alleg. licet pupillus generare non poſſit liberos, vt volũt Bar.& Ias.in d.l.in pupillari.& in d.l.Cent.& dixi lib.conſue.Bitur.ti.de conſue.iur.& ſtat.perſo.§. x.& tunc ſubſtitutio pupilla.cuaneſcit natiuitate filij,etiam ſi non eſt appoſita conditio prædicta, vt volunt Bar.Imo.& alij ſuprà alle.in dict. l.in pupillari.per tex.in l.ex facto.eo.tit.à fortiori,ſi eſt adiecta conditio,per quam demonſtratur aperta teſtatoris voluntas,non voluiſſe filiis præiudicare:taliter quòd ſi conditio prædicta deficeret, non attenditur defectus conditionis,ſecundùm Paul.in d.conſi. lxiiij.imò, vt inquit,duæ ſubſtitutiones,pupillaris ſcilicet,& fideicommiſſaria poſt pubertatem in tẽpore quo liberos habere poterit,continentur:&hoc per d.l.credendum.§.ſi verò maritus. ff.qui petant tutores.vbi eſt tex.pro hac quæſtio.celebr.iuncta gl. ſed ibi,idem Albe. dicit talem ſubſtitutionem eſſe omni tempore fideicom.& illum tex.facere pro gl. in plurib.in verbo,fideicommiſſi. verſi.ſi verò ſubſtituat.quæ tenet talem conditionem trahi poſt pubertatem & fideicommiſſariam. quòd videtur contra in d.c.ſi per verba communia, aut alia obliqua, tunc valebit iure fideicommiſſi,ſecundùm gl.ibi in verbo,verbis.quam Bal.ſequitur in repetit.& idem Philipp.Fran.in d.c.ſi pater.in viij.not.verſi.quartò quæritur quid ſi teſtator.Et ita tenui in d.§.iij.& iiij. de teſt.verſi.quæro.& verſi.ſed vnum in hac materia.cum aliis ibi alle. Et iſta quæſtio fuit partita in duabus cameris inquæſtarum , & magnæ, & nunc reſtat decidenda in tornella in qua eramus duo præſidentes , vbi ſic fuit concluſum per omnes.

Finis Deciſionum Nicolai Boerij.



CONSILIA DOMINI NICOLAI BOERII I. V. D.

CELEBERRIMI, ET PRÆSIDIS CLARISSIMI IN SACRO BVRDEGALEN. SENATV SEV REGIO PARLAMENTO.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

a COnsuetudo a est in loco de Lurcy, quòd superstes cõiux, liberis stantibus, non potest donare, nec disponere de proprietate bonorum etiam propriorum, in præiudicium filiorum. Item est alia consuetudo ibi, quod Nobilis perdens ob delictum, sententia mediante, corpus, perdit bona, & applicantur fisco: modo quidam Nobilis filius fuit condemnatus ad mortem, à quâ condemnatione appellauit: & pendẽte in suprema Parlamenti Parisiorum curia appellatione, mater eiusdem donauit omnia bona sua cuidam Nobili viro, domino Ducrotet, sub conditione, quod ipse donatarius teneretur prosequi appellationem dicti sui filij. Et si dictus filius euitaret mortem, & absolutus fuisset, quod teneretur restituere eius filio dicta bona. Qua donatione sic facta, & pẽdente dicta appellationis causa mater decessit: post cuius decessum præfata curia pronuntiauit malè appellatum, & bene iudicatum. Modò quæritur, Vtrum dicta donatio per matrem facta, visa prima consuetudine, valeat. Et si non valeat, an filius fuerit capax succedendi ratione appellationis. Et per consequens ratione alterius consuetudinis fiscus ei succedat.

ADDITIONES.

a Consuetudo. Adde Signorel. de Homodeis in consi. cxix. quod est singulare ad istam quæstio. & B. nedic. de plumbino. in l. prima. versic. quandoque instituitur. C. de hæred. instit. Bald. in moder. insuper Iaso. in l. Lex Cornelia. ff. de vulga. & pupil. Andr. Sicu. in rub. de test. & Bened. de plumbin. & Albertic. post Dyn. in l. is, qui suis §. si ab ignoto. ff. de manum. vbi ponunt de donatione facta filio reuocanda in casum delicti, & confiscationis bonorum. & ipsum de Plumbi. in l. seruus hac lege. eodem titulo. & Corn. in consilio cclxxviij. vol. iiij & istud cõsilium reperies in §. xj. de iurisd. li. consuetud. Biturig. vbi ipsum inserui.

SVMMÆ.

1 *Pater vel mater non potest omnia bona donare, filio vel filia superstite, alioqui illa donatio tãquàm inofficiosa reuocatur.*

2 *Donatio ad mortem, pendente appellatione, an libera sit, & integra testamenti factio activa atque passiua. & nu. 6.*

3 *Damnatus ex furto, vel crimine famoso, non est infamis appellatione pendente: & vnde infamia nascatur.*

4 *Consuetudo, qua vetat matrem alienare in filiorum præiudicium, seruanda est.*

5 *Friderici imperatoris constitutio super bonis coniugum, quando sunt filij.*

7 *Reo mortuo in crimine læsæ maiestatis, appellatione pendente, filius efficitur sibi suus hæres ipso iure: secuta condemnatione, desinit esse hæres suus.*

8 *Filius si fuerit bannitus vivo patre, & eius bona proscripta, deinde pater moriatur intestatus, bona illa paterna non deuoluuntur fisco, quæ filium contingebant, nisi bannitus & proscriptus fuisset. Et ad quos illa bona perueniant. numero 11.*

9 *In bonorum proscriptione & publicatione, nec substitutio futura, nec bona futura, sed tantum præsentia veniunt. num. 11. & 13.*

10 *Bonorum publicatio, quæ fit propter crimen capitale, non protenditur ad bona quæsita post sententiam.*

12 *Institutio filij, qui postmodum deportatur, irrita est.*

14 *Regula, Si vinco vincentem te, à maiori te vincam.*

15 *Fiscus si filio succedat ob eius delictum, an possit dicere testamentum patris nullum, ex persona filij.*

16 *Filius condemnatus ad mortem, nec patri, nec matri succedere potest.*

17 *Filius hæreditatem non aditam ad fiscum transmittere nequit.*

18 *Donatio facta sub conditione, non valet ante conditionis euentum.*

19 *Mater potest spectantia ad filium donare, vel vẽdere pro eius ipsius filij redemptione.*

20 *Alienare seu vendere rem domini potest etiam nõ dominus, sine etiam eius mandato, causa libertatis: & factũ cogitur dominꝰ ratũ habere.*

21 *Iura loquentia de redemptione captiuorum, habere locum in captiuis pro maleficio.*

22 *Statutum vel consuetudo dicens, quòd minor non possit contrahere, nisi seruata certa solennitate an habeat locum, cùm minor contrahit, vt se liberet à captiuitate.*

23 *Interpretatio omnis contra fiscum adhibenda est, & in dubiis contra eum pronuntiandum.*

CONSILIVM I.

VIDETVR dicendum in hac ardua & difficili quæstione, in qua plura sunt argumẽp. pro vtraq; parte non parum difficilia. Primò, quod non potuit donare stante prima consuetudine, quæ est iuri consona: quia de iure pater vel †

1 vel † mater omnia bona non poteſt donare, ſuperſtite filio vel filia: imò reuocatur tanquam inofficioſa, vt l.j.& ij.& l.ſi totas.C.de inoffic. dona. Et filius cenſetur eſſe qua dominus in vita patris, vel matris, vt l.in ſuis.& ibi Bartol. & Doct. ff.de liber.& poſth. Et etiam ius habere in illis, vt in l.j.§.impuberi.ff.de colla.bon.& not.Bartol.& doctor.in l.poſt emancipationem. ff. de lib. leg. & Bal. in l.iij.C.de iuris. & fact. ignor. & Ange. Aret.in §.ſi quis in fraudem.Inſtitu.de action.Et licet dictus filius fuiſſet iam condemnatus tempore dictæ donationis factæ, tamen pendente appellatione, per quam ſententia & eius executio ſuſpenditur: vt l.j.§.ſi.ff.de Turp. videtur capax: & etiam per eandem appel. retinet & ſtatum ciuis Romani: vt tenet Bal.in rub.C.de appel. & in di. c.veniens.& Anto.Corſeti.in ſuis ſing. in litera appellatio.& eſt tex.in l.quia latronibus.§. fin. & l.ſi quis poſt. ff. de teſtam. vbi † damnatus ad
2 a mortem, [a] pendente appellatione, habet teſtamenti factionem actiuam & paſſiuam, vnde poteſt ſuccedere matri, ergo non valet d.donatio. facit text.in d.l.ſi quis filio.§.his qui. de iniuſto teſtamento.& in l.furti.§.j.ff.de his qui not.inf. vbi
3 damnatus ex furto, vel † crimine famoſo, non eſt infamis appellatione pendente. imò text. glo. Bar.& doct.ibi dicunt quòd infamia non oritur ex prima ſententia confirmata, ſed ex confirmante.& idem not.Ang.Are.Inſtit.quibus modis teſta.infirmãtur.§.ſed ſi quis priore. Et Cin.Bartol. Bal.Angel.Sali.Io.Fab.& moderni.in l.eos.in pr. C.de appel.& Bald. in auth.ſi quis litigantium. C.de epiſc.audien.& inf.no.Io. And.in c.licet de ſententia excommuni.li. vj.item facit text.in l. inter ſocerum.§.ſi.ff.de pact. dot.vbi eſt expreſſum ex generali confiſcatione, conditionalia iura in fiſcum transferri: ergo iſta ſucceſſio materna, quæ d.filio delata eſt, debet applicari ipſi fiſco. I-
b tem d.conſuetudo [b] † prohibet fieri matri ſuper-
4 ſtiti alienationem in præiudicium filiorum, quæ ſeruanda eſt: vt tenet Bal. in terminis in l.velles nécne.C.de reuoc.dona.& Pau.de Caſtr. in conſ. ccccxxxvij. ſecundum num. antiq. ſed ſecundum verum eſt ccccxxxij. incip. pro declaratione eius volu.antiq.& Cal.in conſil.xx.tit.de conſt.& Ancha.in conſi.xlij.incip.prima facie.Fel.in c.j. ver. & ideo dicit Cald. de conſt. & Abb. in conſilio lxiij.volu.j.vbi recitat, quòd Fridericus Imperator fecit conſtitutionem in † ciuitate Maſſanenſi
5 Regni Siciliæ, videlicet, quòd viri & vxoris bona omnia, à quacunque parte proueniant, natis filiis confundantur, & vnum corpus efficiantur, &c. quod conſil.facit pro §.j.de conſue. matrim. & doerij. In contrarium facit, & iſta eſt veritas, quòd dicta donatio facta per matrem, valeat: & quod vires ex ſententia confirmante capiat, vt ſuprà dixi in §.vj.in gloſſ.ſi.de iuriſd. Nam dicta conſue-
6 tudine † præſuppoſita, quòd Nobilis perdens corpus ex ſententia, perdat bona, eſt etiam pendente appellatione incapax, & perdit teſtamenti factionem: per no.per glo.in d.l.qui à latronib.§. ſi.de teſta.vbi dicit gloſſ. quòd in caſibus, in quibus bona debent fiſco applicari, vt in crimine læſæ maie.& repetundarum, & aliis caſibus no.in l.ex iudiciorum.ff.de accuſ. pendente appellatione non poteſt teſtari licet Bar.ibi reprehendat illam gloſſ.per text.in §.contrarium. Inſtit.de hæred. quæ ab inteſtat. deferuntur. vbi dicit text. quod † mortuo reo in crimine læſæ maieſtatis accuſatione pendente, filius efficitur ſibi hæres 7
ſuus ipſo iure, ſed ſecuta condemnatione deſinit eſſe ſuus hæres. Et hoc ſequitur Imo. in d.l.qui à latronibus.§.ſi.quod teſtamẽtum interim valeat, ſed reſcinditur ſecuta condemnatione: & idem tenet Paul.de Caſt.ibi, Sed in caſu noſtro, ſiue eſſet capax, appellatione pendente, ſecundum Bar. & ſeq. vel incapax ſecundum gl. Ex quo bona veniunt confiſcanda, vbi corpus perditur, delata filio condemnato pendente appellatione, ſecuta confirmatione primæ ſententiæ per iudicem, ad quem habentur, ac ſi non eſſent, ſeu fuiſſent delata ipſi fiſco, & per conſequens remanent donatario. Et prædictam ſententiam ſequitur de Aret. in d.l.qui à latronibus.§. ſi. & in propriis terminis huius q. decidunt Guil.de Gug.& Bart.per illum tex.in l.ſi qua pœn. ff. de iis qui ſunt ſui vel
7 alieni iur. quòd ſi filius † viuente patre fuerit bannitus, & eius bona confiſcata, deinde pater moriatur inteſtatus, non poteſt venire fiſcus ad bona paterna, ad quæ veniſſet filius, ſi bannitus & confiſcatus non fuiſſet: quia fiſcus loco filij hoc caſu non habetur, cùm in ipſum non tranſeant iura
c conditionalia [c] imò per confiſcationem abſorbẽtur & extinguũtur: vt l. quotiens, in fi. ff.de noua. & ibi gl.& Imo. & gloſſ.Bar. in l.non ad ea.ff.de condit.& demonſtr. & tenet Bald. ſequen. Bartol.in l.j.& ibi Sali.in vij.quæſt.Co.de hær.inſtit. & Bal.ſing.per illam gl.in l.iij.C.de leg.Falcid. & tenet Roman.in conſ.ccdvij, Nec etiam venit † 9
ſubſtitutio futura in publicatione bonorum: vt eſt caſus in l.ex facto.§.fi.& ibi Bal.& docto.ff.de vulga & pupil.ſubſtit. Nec etiam [d] veniunt bona d
futura, ſed tantùm præſentiæ vt in l.ſi tibi mandauero.§.is cuius.ff.mandati.& ibi Bald.allegat tex. rotundum iudicio meo, & in hac materia meliorem de corpore iuris.in le.eius. §.j.ff. de teſta. vbi text.inquit, bona quoque, quæ nunc habuit cùm damnaretur, publicabuntur. Et ſic
† publicatio bonorum quæ fit ex crimine capi- 10
tali, non extenditur ad bona quæſita poſt ſententiam, ſed tantùm ad ea quæ habebat condemnatur tempore ſententiæ primæ, ex qua oritur actio, vt dict.l.furti.§.j.& hoc tenet Cy.& ibi ſingularitet Aret.in j.not.& Ang.Aret. in ſuo tract.malefi.in gloſſ.& eius bona publicamus.& Bart.in l. j. ff. de bon. dam. De quo videtur text. pro hac deciſione, in lege ſi in metallum.ff.de his quę pro non ſcri.hab.& Cy.& Bal.in l.ſi quis poſthac. C. de bon.dam.& Bald.in l.fi.C.quæ res obl.poſſ.in fi.& Bald.notabiliter.qui ponit hanc q. formaliter melius, quàm quis alius, maximè in l.iij.C.de priu.fiſci.& Bart.in l.lata.C.de appel.& facit quæ no.Angel.Aret.Inſtit.de hær.qualit. & different. §.in extraneis.& Io.Pet.de Fer. in ſuo vlti. libello, in gloſſ.ſi.Pau.de Caſt.in conſi.lvj.in antiq. & Alex.in conſ.lxxv.verſi.inquantum autem lib.j.& in conſi.xv.eodem lib.& in conſil.lxxxviij.vol.iij. Ergo † ius quod habebat filius in bonis ma- 11
tris, ipſa matre viuente, ratione ſuæ legitimæ erat conditionale, ſi præmoreretur filio, integro ſtatu filij permanente: quæ conditio tempore primæ ſententiæ latæ & confiſcationis pendebat. Et ſic non tranſmittit
e [e] ad fiſcum: ſed ipſo de medio ſublato, velut mortuo, fit locus ſequenti in gradu, vel aliis venientibus ab inteſtato: vt eſt caſus in

d.l.ſi qua pœna. quam Bar. ſic induxit. Et facit tex.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff. de libe.& 12 poſthum. Vbi inſtitutio facta de † filio,qui poſtea deportatur,ad naritum deducitur:& ab inteſtato ſuccedit nepos,qui tenet locum ſuitatis. Sicut 13 ergo mortuo patre vel matre filij † confiſcati, veniunt ſequentes in gradu, vel alij venientes ab inteſtato,qui non habent expreſſam voluntatem defuncti,ſed tacitam excluſo fiſco,& etiam excluſo filio condemnato & confiſcato : ſecundum Guil.& Bar.in d.l.ſi qua pœna per text.in l.ſi nedem.§.ſi deport.ff.de bon.lib.ita & alij voluntatẽ expreſſam habentes ab ipſis parentib. & multò fortiùs ſiue per actum vltimæ voluntatis,ſiue inter viuos, cùm debeant eſſe melioris conditionis:vt in lege Titia Seio ff. de leg. ij.& l. ſi filius. verſicul.præſertim.de vulg.& pupil. Et ſic donatarius & alij quicunque cauſam habentes, præferantur venientibus ab inteſtato, ergo fiſco.vnde 14 habet locum † regula, ſi vinco vincentẽ te,à fortiori vincam te : vt lege,de acceſſionibus.ff. de diuer.præſcrip.vnde dicit Bald.ſingula.in dict.l. 15 ſi qua pœna. quod ſi † filio præterito ſuccedat fiſcus propter delictum, quod fiſcus non poteſt ex perſona filij dicere teſtamentum patris nullum.Et idem tenet Franciſc.de Crem. in ſuo ſingula.xij.& lxxxix.& Ludouic. Bologn. in ſuis interpretationibus ſecundis,in l.ſi.Cod.famil.erciſcun.dicens ibi fortius per gloſſ.ibi,in verbo, pares quam ibi facit etiam Bald .ſingul. quòd filius 61 †cõdemnatus ad mortem, non poteſt ſuccedere patri,nec matri, prout ibi vide. Et in propriis terminis huius quæſtionis ita conſuluit Pau.de Caſt.in conſilio ccxiij.incipiente,omiſſo ordine ſuprà ſcriptorum.in nouis. Alexand.in dict. conſilio lxxv.libro j.& Albericꝰ.in tertia parte ſtatutorum.quæſt.xxiij. Item † dictus filius [f] non ad- 17 iuit hæreditatem quod requiritur:vt not.glo.Bar. & docto.in l.cum milles. ff. ex quibus cauſis maio.& milit.de hæred.qualit. & differen.§.ſui.& l. in ſuis.ff.de libe.& poſthu. Igitur illam non potuit tranſmittere ad fiſcum. Item dicta donatio fuit facta ſub conditione,quòd dictus donatarius teneretur proſequi deliberationem & elargitionem filij datę donatricis, vſque ad ſummam ducentarum librarum Turonen. & caſu quo liberaretur,dicta donatio eſſet nullius momenti & efficaciæ,quæ ſic facta valeret vt ex tex.celebris.& ibi not.Bald.in authen.ſi capti.C.de epiſc.audien.Et 19 poſito quòd pleno † iure bona donata per dictã matrem,ſpectarent & pertinerent ad dictum filium,quod illa bona potuit donare vel vendere pro redemptione filij, text. eſt ſingularis.& ibi not.Bart.& Bald.in vltimo not.in dict.auth.ſi capti.alleg.text.etiam in l.ſi pater. in ſi.ff.de donat. 23 imo ille qui † non eſt dominus,poteſt alienare ſeu donare rem domini,etiam ſine mandato,pro redimendo cum de captiuitate , & dominus cogitur habere ratum.text.eſt celebris in §. fin.in authen.vt cùm de appel.cog.col. viij. & ibi glo. in verbo , deberis.quæ computat hoc pro vno mirabile ex quinque mirabilibus,quæ ex illo tex. elicit.Et iſtud tenet Bar.de Bellenzi. in addi. Abbas in c.j.ptiſtil.magna.in fi.prope fi. de appel. & in ſimili facti contingentia conſulit Pau. de Caſt. in conſilio cccxxij,incip. in confirmationem, & in conſilio cccxxxviij.ſed ſecundùm verum nu. eſt cccxxxiij. incipien. viſo cuncto. vol.antiq. 24 Et iura † loquentia de redemptione captiuorum intelliguntur & habent locum in captiuis pro maleficio : vt eſt gloſſ. ſingu.ibi & Ludouic. Bologn.in ſuis ſecundis interpreta. in capitul.ſacrorum.xij.quæſtione ſecunda. Vnde † ſtatutum 22 vel conſuetudo,dicens:quod minor nõ poſſit cõtrahere niſi ſeruata certa ſolennitate , non habet locum , cùm minor contrahit vt ſe liberet,à captiuitate,vt tenet Ro.in conſ.cccxvj.Item † omnis 25 mala interpretatio cont. a fiſcum eſt facienda , & in dubiis contra eum eſt pronuntiandum:vt lege non puto.& ibid.Alexand.in addit.ad Bart.de iure fiſci Et Ang.Aret.in §.fin.Inſtitut.quibus modis teſt.infir.&c.

ADDITIONES.

a Vbi damnatus ad mortem. Adde Alb. in authen.bona damnatorum.in vlt.q.C.de bon.damnat.

b Idem dicta conſuetudo. Adde nota.per glo.Bar.Ang.& veruntque Imol.in l.ſi ita quis.§.ea.l.ff.de verb. obl.& Cy. Bald.& Sali.in ea.leg.C.de condict.ob cau.Et Imo.Ab.& Bar.in c.Ray.de teſta.& Bar. Soz.in conſil. xliij.volu.j. & quæ dixi in §.iij.de teſtam. Et an ſtante ſtatuto vel conſuetu. quod mulier habens filios non poſſunt diſponere vltra quartam , poſſit exiſtente filia tempore mortis, ad pias cauſas diſponere : vide Soz.in conſilio cxvi. incipien. non poteſt. volumine primo. & Petrus de Anchar. in conſilio xxv.

c Iura conditionalia.Adde Bart.in conſi.clxvi.verſi. ſuper iij.& Bar.in ea.Ray.de teſta.& Rom.in ſuo ſing. clxix. & Fel.in c.præſentis.de prob.& bon.teſt in l.Paulo Callimacho.§.j ff.de leg.iij.& quæ not.Albe. in l. diſputatio.ff.de acquir.rer.do.

d Nec etiam. Adde ad hoc Soci.in conſil. lxxv. verſi.ſed circa prædicta ibi,nam regu.lib.j.& in conſil.cclxxv. ver. præterea etiam reſpondeo.vol.ij.

e Et ſic non tranſmittit. Adde an & quando bona feudalia ob delictum confiſcantur hæredi.Bo.in c.quibuſdam. de pœnis. Bar.& omnes,in l.ſi finita.§. de vectigalibus. ff. de dã.infec.&Sozi.in cõſ.ver.poſtremo nõ omitto.Boerij.

f Item dictus filius.Adde Sar.in conſil. clvij.& Angel.in conſil.cccvij.incip.dominus Greg. & quæ dixi in §.pe.de teſt.lib.conſuetud.Bitu.

SVMMÆ.

1 *Filij ducrum vel trium fratrum,inter ſe ſuccedẽtes defuncto eorum patruo ab inteſtato, an ſtirpes, vel potius in capita ſuccedant.& pu.ſeq. Et quid ſi non ſuperſint fratres,neque filij fratrum nu.3.*

4 *Patris ſui perſonam quilibet repræſentat.*

5 *Filij fratrum vbi inter ſe ſuccedũt in feudis,ſuccedunt in ſtirpes.*

6 *Teſtator in dubio præſumitur velle ſequi legis voluntatem,ordinem & diſpoſitionem.*

CONSILIVM II.

AN filij † duorum [a] aut trium fratrum inter ſe ſuccedẽtes defuncto eorum patruo ab inteſtato in ſtirpes vel in capita ſuccedant? Et dicẽdũ eſt quòd in ſtirpes,&nõ in capita, vt tenet gloſſ. quam ibi ſequuntur Cy. Bar.& Ang. in auth.ceſſante.C.de leg.hęre.& Bar.in conſ. clxxiij. incip. ſuper hæreditate dominę Nolę.& gl.Bar.& Ang. in l.j.§.ſi.ff.ſi pars hęre.pet.& Bal.in §.ho.Inſt.de leg.agna.ſucceſ.licet gl.ibi teneat cõtrariũ: quam ibi Chriſtoph.Porcus,& Io.Fab. reprobãt. tenẽdo primã opi.& tenet idẽ Io.Fab.in §. ſui de hære.quæ ab inte.deferun.& gl.Bar.& Ang. in auth. de hære.quæ ab inte. deferunt.§.reliquum.& Bal. conſ.cccxcviij.in ij.qu.vol.j.& Card.Alex.in cap. ij.§.& quia.qui feud.dare poſ. & Bald. in cap.j.de ſucceſ.feud.& in capitulo ij. de gradi. ſuccedendi

1 2

in feud.

Digitized by Google

in feud.& in cap.j.de natu.succeſſ.feud.& ita And. vulgo Barhatia conſiculus in addi. & ample Bartol.& ibi Alexand.in addi.in l.poſt ſanguineos.§. agnati.ff.de ſuis & leg.hæred.& idem tenet Alexand.in conſilio xxix.in prin.volumine v. & Dy. in trac.ſuo de ſucceſſ.ab inteſta. Matth. de Mat.in ſuo eleg.trac.de ſucceſſ.ab inteſtat. in iij. princip. artic.verſicul.ſecundò dubitatur. & verſicu.quando ſuccedunt.& ibi dicit hanc eſſe communem opin.& idem ib Ludouic. Bologn.in add. dicens ita ſe conſuluiſſe. Limita hanc communem opinio.vt filij fratrum ſuccedant cum patruis in ſtirpes & non in capita,niſi is de cuius ſucceſſione agitur,diſpoſuerit contrarium, quod ſuccedant in capita,vt voluit Alexa.conſ.xxix.ver.Quo ad tertium dubium.verſicul.v.cum diſtinctione per eũ facta.Et quod Bald.& Salicet. in d.authentic.ceſſante.† tenentes contrarium,quòd ſuccedat in capita.ſequendo opi.Azo.& non bene, reſpondent ad motiuum doc.ſ.cum gloſſ.tenentium. & opi. gloſſ.in dict.authentic.ceſſante.tenet Signorel.de Homed.in conſilio xij. quod incip. in caſu.& in conſil.xciiij.incip.factum ſic proponitur.& Cardin.in clem.ij.de iure patron. & licet Angel. Aret.in §.cum filius.Inſtit.de hæred. quę ab inteſt. videatur ſequi Bald.tamen finaliter dicit,quòd vbi caſus de facto occurreret, non diſcederet ab opin.glo.Bart.& ſequacium.Et pro huius quæſtionis deciſione eſt text. in d. §. reliquum in ver.ſi verò neque fratres,&c. vbi quando non ſuperſunt † fratres neque filij fratrum, alij agnati & cognati ſuccedunt in capita. Ergo fratrum filij ſuccedunt in ſtirpes.Nam certum de fratribus,& idem de nepotibus ſuccedentibus cum patruis. Ergo idem dicendum, quando ſuccedunt etiam ſoli filij † fratrum,vt admittantur in ſtirpes,& eò maximè,cùm quilibet repreſentet perſonam patris ſui.& idem tenent Ioann.And. & Bal. in addit.ſpecul.tit.de ſucceſſ.ab inteſt.Et etiam † habet locum [b] in feudis, quando fratrum filij inter ſe ſuccedunt,vt ſuccedant in ſtirpes, ſecundum doctor. ſuprà alleg. ſignanter Bald.in d.authentic. ceſſante.licet Dy.in l.ſi libertus præterito, §.fin. quem ibi ſequitur Alb.ff.de bon.lib.velit contrarium. Et idem eſt, ſi filij [c] fratrum ſuccedant ex teſtamento, vocati argu.§.j. & ſi ex diſparibus. Inſt.no. vulg.ſubſtit. Pro quo facit text. in l.cum ita legatur.§.de fideicommiſſ. iuncta ſua gloſſ.& ibi doctor.ff.de legat.ij.& tenet Imo. in l. interdum.ff.de hæredibus inſtitu.& Alexand. in conſilio lv.volumin.iiij.verſicu.confirmantur. verſicul.in patrimonio autem ſuccedit multum amplesquod non fuit Alexand. quia teſtator † videtur velle id quod lex diſponit, & ſuccedentes habere ſecundum ordinem legis, ſi verba reſtringentur:vt l.Gallus.§.j.cum ibi dict. glot.ff.de lib. & poſthumis,& not.Bartol. in l. hæredes mei. §. cùm ita.circa finem. ff. ad Trebel.& Bal.in lege precibus tuis.C.de impubr. & aliis ſubſtitut. Et ita cenſeo, alterius rectius ſententia conſilium ſemper ſaluo.

ADDITIONES.

a An filij duorum. Adde Guid. Papæ in quæſt. cxxxiij. qui idem tenet dicens ita fuiſſe iudicatum. & Corn.in auth. ne.ceſſante. hic allegat. vbi dicit opinio. Accurſij eſſe communem.& idem Gulielm. Benedict. in repetit. capitul.Raynutius. numero 683.verſicul. ſi verò vltrà.de teſta.& Ioanni Berbetius,in ſuo iuris viatorio. tit.de ſucceſſ. ab inteſtat.verſicul.tertius ordo.& Ful.in conſilio xij.. Ad id de quo quæritur & Bald.in conſil.clxi.incipien. primò dicam.volumin.j.& in conſi.ccclviij.nepotes.volumi. iiij, & Paul. de Caſtr. in conſil.cxcij.incip.videtur dicendum quòd admittantur in ſtirpes. volumin.antiq.quod non eſt illud,quod Alexan. alle.ſed potius eſt Barbo. in conſi. lv. hic alleg. Et illud conſilium Pau. non eſt perfectum, ſed finis deficit.Et tandem repeti illud conſilium per Barb. alleg.eodem volum.anti.lxxxij.Id quod ſuprà concluſum eſt per ſuprаſcriptum eximium conſultorem dominum Anto.&c.vbi dicit,quòd doct. communiter tenent opin. Accurſij,& idem Cuttius in tract.feud.in tertia parte,verſicul.Quartò circa iſtam materiam. dicens quod ab ipſis opi.iudicando nullatenus eſt diſcedẽdũ..vbi reſpondet ad motiua Azo.& ſequa.vt Ias.Butr.in authenti. poſt fratres.C.de legi.hæred.& Albe.in d.authentic. ceſſante,poſt Bald.& Salicet.hic alleg. & eandem opin. Accurſi ſequitur Cardi.de Zabar.in clementin.plures. verſicul. Notanter dicit gloſſa de iure patronatus quæ communiter ſecundùm eum approbatur.& eum ſequitur Rochus in tractat.de iur.pat.in verb.ipſe vel is à quo cauſam habuit. quæſt.ſecundo. & ſentit Sozin. in conſilio ix. vol.iii.& ita reperi quendam doct. in quodam ſuo tract. de ſuc.ab inteſt.qui incip. Ex quo materia ſucceſſionum in vit.parte verſi.nunc ad ſecundam quæſt. quam tractandam portaui in curia.& eſt de primis impreſſis. & idem Iaſon in authent.nouiſſima ver.vltra Bart. quæritur. & ſing.Brun in conſi xxiij in cauſa præmiſſo.in j.& ij.dubio. & in conſil. lxxv.& Bar.conſi.cccxxv.num.3. volu.iij. & Iaſ.de ſancto Geor.in tract.feud.in verb.præſentes & recipientes. verſi. ſed vl.erius dubitatur. & Mar. Lauden.in capit.j.de grad. ſucceſ.& Ioann.Bap.in capitul.j.verſicul. decima ſeptima concordia.de feud.cogn Et Nico.de Vbal. in tract ſuo de ſucce.ab inteſt.iij.parte. quæſtio.j.Sed ſecundum opi. Accurſij communem iudicatum fuit per curiam, & latum Arreſtum. in quibus locis tenent doct. idem eſſe in feudis de quo vide Alber.Brunum, in conſil.lxx vſque ad conſil. lxxv.incluſiuè quanuis Vdalric Zazius in ſuis nouis intellectibus.quæſt. Si tribus fratribus extantibus,teneat opin. Azo.per text.in authent.de hæred. quæ ab inteſta. defer.§. ſed & ipſis.& §.ſi autem cum fratribus.verſicul. quandoquidem fratris, & ſororis.

Et etiam habet locum. Adde Iaſon.conſi.lxxxiij. volumine j.numero 3. b

Et idem eſt,ſi filij. Adde Pau. de Caſtr. in conſi ccclxij. incip.Quæritur ad quam vel quas.vol.nouo.& vide rationes in præfatione caſus illius.& Iatonem in l. ſi auia frater.verſi Item adde quòd per ea.C.de ſuc. dict & deciſio. Neap. cccix.vbi idem tenet,prout hic concludit. c

SVMMÆ.

1 *Conſilij thema,& caſus poſitio.*

2 *Bona fides alienum commodum æque atque ſuum procurat.*

3 *Filia cum matre ineũte ſocietatem,ſuo patre defuncto,ſi quid mater acquirat, an id cedat matri vel potius filiæ,vel cõmunitati & ſocietati bonorum. Et an hæredes dictæ filiæ teneantur pro parte dimidia debitorum communium per ipſam matrem ſolutorum. nu.5.& ſequenti.*

4 *Mater quæ filiæ ſuccedit in omnibus mobilibus, vigore cuiuſdam conſuetudinis,an ſuccedat etiam in reditib.communib.(cùm ipſa vnà ſocietatem inierint patre mortuo)ſi ne plũcto de retinendo per dictam filiam pro ſua parte relictis an verò hæredes dictæ filiæ, qui ſucceſſerunt in hæreditagijs & bonis immobilibus. & nu.10.*

7 *Reditus vnius,non perpetui,ſed duraturi vſque ad modicum tempus, habentur inter bona mobilia,& nu.15.*

8 *Inter dictum,quod datur ad immobilia non extenditur ad reditus modico tempore duraturos.Et quid in perpetuis.nu.9.*

11 *Conſuetudo ſi dicter,quòd proximior poſſit retinere rem alienatam, oblato pretio, pretiũ ipſum computandum. & referendum inter bona immobilia,& illud competat illi, quem contingunt ibi mobilia.*

12 *Consuetudo si fuerit, quòd mortua vxore mobilia spectent ad virum, immobilia ad hæredes vxoris, & aliqua pecunia vxoris erat destinata emptioni prædiorum, illa pecunia nihilominus debebitur marito. Et quid, si illa pecunia fuerit iam deposita in manibus alicuius.numer.13. Et quid, si illud opus erat valde remotum ab eo, ad quod erat res destinata.num.18.*

14 *Consuetudo Bituricen. quòd mortuo filio vel filia sine liberis, pater vel mater superstes succedat in bonis mobilibus solum iuri refragatur.*

16 *Mutuum palliatum.*

17 *Pacta de retrouendendo, hodie etiam approbata & licita sunt.*

19 *Rex adfixus adibus legari non posse, sed tamen res destinatas ad illud.*

20 *Vidua quæ consequitur mobilia, non habet ius ad immobilia.*

21 *Consuetudo patriæ attendenda.*

22 *Consuetudo, quod pater & mater succedant filio vel filiæ decedentis in bonis mobilibus, an etiam vendicet sibi locum in reditibus & acquisitis redemptionis.*

23 *Partes si conuenerint cum pacto legis commissoriæ, quòd si soluatur pretium certa die, res sit inempta: & contingat pretium solui die statuta, emptor desinit ipso iure esse dominus, & dominium redit ad venditorem. Et quid de pacto adiectionis in diem.nu. 24. Et quid in pacto de retrouendendo.num.25.*

26 *Pactum de retrouendendo, quid operetur.*

CONSILIVM III.

IAQVELINA du Molin, domicella vidua defuncti Ioannis Pichõnet grenatarij Biturigum, se tenuit cum vnica cõmuni † eius & dilecti defuncti impubere filia in bonis omnibus communem. Contingit quòd durante dicta communitate dicta vidua mater acquisiuit aliqua de bonis suis propriis, & nomine suo, necnon plura debita facta per dictum defunctum persoluit. Verùm præditus defunctus aliquos reditus & hæreditagia cum pacto de retrouendendo emerat & acquisierat, modò dicta filia decessit nullis ex corpore suo procreatis liberis: quæritur de tribus. Primò, an acquisita per ipsam matrem suo nomine proprio, de eius pecuniis, sint eiusdem in totum, vel in parte. Dicendum est quod sint ipsius in totum, vt l. Titium, vel Mæuium. §. altero. & quæ notat ibi Bart. & Baldus. ff. de administra. tutor. & tenet Baldus in consilio ducentesimo septuagesimoquinto. incipiente, in ista materia. volumine secundo. nisi aliquam filiæ vel communem pecuniam habuisset: quia tunc tenetur ad interesse, [a] cùm in emptione prædiorum & reddituum, inquit Baldus, conuertere debuit, & ita diligens esse in facto communitatis debuit, sicut in propriis: & si [2] habuit bonum forum pro se, ipsa † debuerat idem procurare de filia seu communitate, cuius pecuniam habebat. hæc est bona fides, vt diligentiam faciat alteri, & commodum, quod sibi fieri vult. Vnde acquisita essent communicanda, maximè quo ad restitutionem mẽdietatis pretij acquisitorum, cum filia esset impubes, cuius dicta mater administrationem & tutelam habebat; vt l. curator. C. arbi. tutel. & l. ij. C. quando ex facto tuto. & tenent Cy. Bart. Bald. & Salicet. in l. si patruus. Co. communia vtriusque iudic. & lege j. & lege multum. & l. penult. & ibi doctor. C. si quis alteri vel sibi. & tenet Alexand. in consilio xxxvij. lib. v. & l. si ex ea pecunia. & le. si proponis. & ibi Bald. C. de rei vend. & Angel. in consilio cclxxxv. Sed in casu nostro prætata mater nullas habebat communes pecunias, sed eaſdẽ causa acquisitionis prędictæ fiendæ à patruo dictæ suæ filiæ mutuò cum decenti pignori accepit, & etiam maiores ad alia in ipsa communitate peragenda, vt infrà dicetur in ij. dubio, de quibus adhuc tenetur alteri, à quo, pro satisfaciendo dicto patruo, similem mutuò accepit pecuniam, eadem pignora obligando. Igitur nihil iuris haberet dicta filia, si viueret: ergo nec eius hæredes: vt volunt iura & doctor. suprà alleg. sed vbi non constaret ipsam matrem pecuniam mutuò accepisse, non potest ex aduerso alleg. vel obiici quòd dict. pecunia, quæ prædicta fuere acquisita nomine prædicto per dict. matrem, tunt communis, nisi expressè probetur per hæredes filiæ: quia † præsumatur acquisita ex propria pecunia ementis, & non ex communi vt l. si defunctus. C. arbi. tutel. & not. Bart. in d. l. si patruus. & Salic. in dict. l. penultim. C. si quis alteri vel sibi. & Dy. in regu. ratum. in fin. & quæ ibi dixi. Et præcipuè patet, cum reditus bonorum communium dictarum matris & filiæ prius non sufficiebant ad victum ipsarum, secundum necessitates communes, quod est maxima præsumptio, vt tenet Alexand. in dicto consilio ccxxxviij. & Ludouic. Bolo. in suis primis interpre. in d. l. multum. ¶ Quò ad secundum † dubium, an hæredes dict. filiæ teneantur pro parte dimidia debitorum communium per ipsam matrem solutorum, & etiam adhuc soluendorum. Dicendum est, quòd hæredes d. filiæ tenẽtur pro parte dictam defunctam filiam, cui successerunt, contingente, soluere eidem matri debita communia per eandem soluta, si debite & legitime ostendat illa de bonis suis aliis, quam ex reditib. bonorum paraphernalium soluisse: quia ipsa ex consuetudine tenetur communicare, licet de iure secus: vt volunt doct. in d. l. si patruus. Et pro hac decisione est tex. in l. omne æs alienum. & l. iure societatis. & vtrobique per Bald. ff. pro socio. & idem Bal. in d. l. si patruus. ver. & no. quod materia. & Bald. in tract. suo de duobus frat. & speculat. de iudi. §. sequitur. versi. sed quid si duo. Et præcipuè cùm d. debita essent † necessaria & fauorabilia: quia pro obsequis & funeralibus ac medicamentis dicti defuncti patris filiæ: pro quibus soluendis d. mater mutuò accepit summam lxiij. librarum turonen. à d. patruo. Sed quo ad alia debita, veluti medicamẽtorũ factorum per d. matrẽ pro d. defuncta eius filia, tenentur hæredes eiusdem defunctę filię absque dubio integraliter persoluere eidem matri, si filia soluerit, cùm statim d. filia mortua, & ipsa mater mobilia lucretur omnia ratione consuetud. franca & libera ab solutione debitorũ, nisi in subsidium. Igitur quia animo donandi illa nõ soluit, sed expressè pro ipsius filiæ funeralibus, ab hęredib. eiusdem pecunias petierit, &

[3] [4] [5]

tierit.& ſic non poteſt habere locum l. Neſennius. cum ibi not.per Bar.& Bald.ff.de negotiis geſtis.& l.alimenta.C.eodem titul.Venio ad tertium,an prę-
6 lata † mater, quæ ſolum in vim præfatæ conſuetudinis iam dictę ſuæ filię ſuccedit in omnibus mobilibus,ſuccedat etiam in reditibus communibus, qui ſunt cum facultate recobrij , ſiue pacto de retrouendendo per dict.filiam, pro ſua parte relictis, an verò hæredes dictæ filiæ qui ſucceſſerunt in hæreditariis .& bonis immobilibus. Et dicendum eſt, quòd præfata mater ſuccedit in parte dicto. reditium dictæ ſuæ defunctæ filiæ ſpectantium, aliam portionem iure communionis ſeu ſocietatis
7 per eadem electæ , ipſa habeat,quia reditus † annui , non perpetui,ſed ad modicum tempus durarûri , vtpote ad quatuor aut quinque annos vſque computantur , & connumerantur inter bona
b mobilia : b vt decidit Bald. in le.hac edictali. §. luis illud. verſicul.annorum. C. de ſecundis nuptiis. Pro quo allega.text.in le. fin. ff. quorum bonorum.
8 vbi interdictum quod † datur ad immobilia , non datur ad prædictos reditus tali modico tempore ſi turos. & idem tenet in le. ſi certis annis. Cod.de pact.& Fed.de Senis , in conſil. xij. alias cxxij. & Bal.in cap.j.§.j.ver.quærit dominus Federic. de cognit.feud. & Alexand. in addit. ad Bart.in l. mouentium.ff.de verborum ſignificat. & Cardin. Alexand.in dict.capitul.j. verſicul. in annuis præſtationibus.& titul.de cognitione feud.Secus † eſſet,
9 ſi eſſent perpetui.& ita intelligitur cle. exiui de paradiſo.§.cumque annui reditus.de verborum ſignific.& quæ not.Bald.in l.iubemus. *La grande.* & in auth.ingreſſi.& in l.priuilegia.C. de ſacroſanct. eccle.Et prędictam deciſ. tenet pulchrè Alexand. Imo.in l.ſciendum. verſic. extra gloſſ. quærit hic.ff. qui ſatisdare coguntur. Pro quo alleg. text.in cle.j. de reb.eccleſiæ non alie. verſicul. verum præmiſſa. locationes vel etiam redituum aut fructuum venditiones ad tempus modicum faciendas. Ergo in di-
10 ctis reditib. † & aliis bonis redemptiuis, quando redempti fuerint,nihil prætendere poſſunt hæredes dictæ filiæ,nec dicti defuncti, licet interim quouſque fuerint redempti,debeant dictis iurib.vnà cum dicta vidua,quælibet pro media parte, & dicta vidua pro media parte,& omnes hæredes pro alia dimidia vti & frui. Et iſtud decidunt Cyn.Bald. Alexand.& Corneus.in le. ea. demum.Cod.de colla.
11 quòd ſi † ex conſuetudine proximior poſſit retrahere rem alienatam oblato pretio, de qua in c. conſtitutus.de in integ.reſtit.quę eſt hic Bituris.infra xiij.dies , quòd dictum pretium connumeratur inter bona mobilia , & is, qui bona mobilia lucrari debet , illud habere debet. Et optimè faciunt ea quæ not. Bald. Angel.Peruſini fratres , in le.cętera. §. ſed ſi parauerit. ff. de leg. Et quòd ſi
12 † conſuetudo eſt , quod mortua vxore mobilia ſpectent ad virum , & immobilia ad hæredes vxoris,& aliqua pecunia vxoris erat parata & deputata ad emptionem prædiorum , nihilominus debebitur marito quia deſtinatio non attenditur,
c ' nec habetur pro facta. Et ita etiam tranſeunt ibidem Imo:Rapha. & Alexand. per illum text. & Felin.Sandeus , in capitul. cùm adeo. de reſcript. & Angel.de claua. in ſua ſumma , verſicul. alienatio.§.ſexto.& Alberic.in ſecunda parte ſtatutorum quæſtione ducenteſima quinta. volentes quòd ſi
13 dicti † pecunia non ſolùm eſſet parata , ſed etiam profecto in manibus alicuius depoſita pro emptione prædiorum,quòd ſit mobilis, non obſtante l.iij. §.quid ergo.ff.de contra.iud. tute.ad quam reſpõdent nobiliter.doct.ſ.alleg.& in caſu noſtro vult conſuetudo † Biturica, quòd mortuo filio vel 14
filia ſine liberis , pater vel mater ſuperſtes ſuccedat in bonis mobilibus ſolum , quæ non eſt iuri conſona:cum deberet ordine turbato in omnibus ſuccedere bonis:vt authentic. defuncto. Co. ad Tertul.Et iure ſuccurſum eſt patri,& matri,vt filia amiſſa ſolatij loco ſuccederet, ne & filiæ amiſſæ & ſucceſſionis priuationem ſentiret : vt leiure ſuccurſum eſt. ff. de iure donation. Igitur † dicta pecunia dictorum tedituum , qui 15
non ſunt perpetui , ſed ad modicum tempus , vt ſuprà dictum eſt , duraturi , erat ſolum & cenſetur mobilis : ſecus de parata & deſtinata ad emptionem redituum perpetuorum. Et fortè dici poteſt quoddam † mutuum 16
palliatum , ſi pretium non eſſet iuſtum: vt not. docto. in l.ij.Cod. de pact.inter empto.maximè per Alberic. & in capitu.ad noſtram.de empt.& vend.& c.illo vos.de pign. & vtrobique per Sicul.& Barb. & ample per Cæpoll.in ſuo elegãti tract.de emptio. & vendi. & de pact.de retrouendendo ſimulatis. † tamen dicta pacta de re- 17
trouendendo,ſunt hodie approbata & licita, per extraua. Martini Quinti. incipi. Regimini.& etiam per aliam extrauag. Calixti tertij, etiam incipien. Regimini. in titul. de emptio. & vendit. Idcirco non poteſt ſic verificari , nec profectò haberi pro facto , ſaltem incommutabiliter,quò ad venditorem , cùm habeat facultatem redimendi , dictio,reditus. Vnde dicunt Bart. & Alexand.in dict.§.ſi parauerit , quòd vbi eſt † o- 18
pus valde remotum ab eo, ad quod erat deſtinata res , talis deſtinatio nihil operatur. Et ratio iuriſconſulti in dict.§. ſi parauerit. volentis non poſſe legari † res adfixas ædib.ſed bene res deſti- 19
natas ad illud : quia res adfixæ ædib. ſunt ibi incommutabiliter & perpetuò, quod non eſt ſic in rebus deſtinatis. Igitur idem eſt in reditibus, quandocunque per vèditores infrà tempus quod habent redimendi fuerint redempti.Et per prædicta & notata in dict.§.ſi parauerit. dico , quod dicta † vidua , quæ lucratur mobilia,non poteſt 20
ſedilia cum clauis domui adfixa,nec feneſtras,nec vitra feneſtrarum admouere : nec illa lucratur: quia ſunt ibi perpetuò , & not.Din. in reg.non firmatur.& ibi dixi in add. ſecus eſſet in alio poſſeſſore,vt d.l.domum.cum ibi nota. per doct. C. de rei vend.& in. le.fundo. ff.eod.tit.quia talia ſic adfixa,ſunt pars domus.facit l.quæ religioſis.cum l.ſeq.ff.de rei vend.text.& ibi Angel. in authent. de non alienan.Et ad noſtram materiam reuertendo facit vſus & mos huius ciuitatis † & patriæ 21
Bituricæ,quòd tales reditus & acquiſitiones ſunt mobiles:quod attendi debet,ſecundum Io.Andr. in addi.Spec.ti.de fruc.& intereſſe.§.ij.Quamobrem dicta † conſuetudo, quæ vult patrem & ma- 22
trem filio vel filiæ decedenti , in bonis mobilibus debere ſuccedere, vendicat ſibi locum in dictis reditib. & acquiſitis redemptiuis, cum etiam habeat locum in actionib.& debitis,in quib.ſuccedit pater vel mater , licet non ſint , ſecundum communem opi.Bar. & ſequa.in l. mouentium. ff.de ver.ſignifi.mobilia, neque immobilia , ſed tertium genus de per ſe,vt l.à diuo pio.§. in venditione.ff.de re iudic.& no.Ab.in c.nulli.de reb. eccleſ.non alie. & Spec. in dict. tit. de fructu & intereſſe. Ad prædicta bene facit l.ſi quis hac.

in prin.ff.de rei vend.& l.fi.de leg. commiſ.& l.cõmiſſoriæ.C.de pact.inter empt. & vend. vbi habe-
33 tur quod † ſi dictum ſit a partibus, cum pacto legis commiſſoriæ, quod niſi ſoluatur pretium certa die, res ſit inépta,& contigit pretium ſolui die ſtatuta, emptor ipſo iure deſinit eſſe dominus, & dominium ipſo iure redit apud venditorem.& tenet glo. Bart. & Ludou.Bolog.in primis interpre. l. j.ff.de dona.& gloſſ.& ibi Bart.& Bald.in l. ab emptione.
24 ff.de pact.per text.in l. j. & ij. C. de pact. inter emptor.& venditor. Et idem in pacto † adiectionis in diem, vt dictis iuribus. ergo idem in pacto de retrouendendo adiecto in fauorem venditoris, ſicut in pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem,debet eſſe eadem ratio,& iuris diſpoſitio, vt l.illud.ff. ad legem Aquil. & c. inter corporalia. de
25 tranſlatio.epiſcopi. Pro † quo facit, quia ſi ratio, propter quam hoc operantur prædicta,ſcilicet quòd transferatur dominium ipſo iure abſque retraditione,contra legem traditionib.C.de pact.& l. ſi ager. ff.de re. vend.eſt illa quam reddit Bart & Ang.in d. l.j.a.l ſi.ff.de do.ſcilicet propter frequentiam d.pac. propter quam lex ſpecialiter eius conceſſit hoc priuilegium, non minus ſtatui debet in pacto de retrouendendo,quod fortaſſe videtur eſſe ſaltem hodiernis temporibus non minori frequentia,& vſu, quàm ſit pactum legis commiſſoriæ & adiectionis in die,vt tenet Cæpol.in ſuo trac. & text.in d.extrauag. Mar. & Calilli. Et pro hoc videtur tex.in l.ſi cum venderet.ff.de pigno.act.vbi creditor,cui à debitore res pignori data fuerat, debitore non ſolvente vendidit rem illam pacto appoſito quòd ſi debitor pretium emptori redderet, liceret ipſi debitori rem accipere: & tex.ibi dicit,quod cum tali
26 pacto poteſt debitor pretium offerens, rem venditam recipere:& ſic dominium in eum ipſo iure transfertur: vnde in terminis Paul.de Caſtr. ibi dicit, † quod licet pactum de retrouendendo non ſit pactum legis commiſſoriæ:vt not.gloſſ. relata ad text. in l.ij. de pactis inter empt.& vendi. tamen tale pactum
d d de retrouendendo operatur,vt reddito pretio dominium ipſum vtile transferatur, & directum ipſo iure, ſicut per pactum legis commiſſoriæ & adiectionis in diem:vt in iuribus ſuprà alleg igitur,&c. Item
27 † ex tali acquiſitione facta cum pacto de retrouendendo non debentur laudemia, ſeu accordamenta:quia res non tranſit in emptorem inconmutabiliter, ſicut nec debetur ex pacto legis commiſſoriæ,& adiectionis in diem:vt tenet Pet.Iacob. tit.de actione in rem,quæ pro re emphyteuti. quæ cecidit in commiſ. compe. & deciſio parlamenti Delphi.q.xlviij.& Gulielm.de Cug.Bal. & Albe. & ibi Iaſ. in dict. l. ab emptione. ff. de pac.& Iaſ.de Mayno,in l.ſi.q.xx. & quæſt. xxj.C.de iure emphyteo.quia pactum fuit ab initio appoſitum e reſolutiuum: vnde fingitur non contractum, nullum inquæritur emptori, ſecundùm Gulielmum & Bald. ibi text.in dict.l.ij.C. de pact. inter empto.aliàs deberentur duo accordamenta ſiue laudemia ex venditione & ex reſolutione venditionis; cùm nihil debeatur:vt tenent omnes doct. ſuprà proximè alleg.& tenet Iaſ.in l.Barbarius Philippus.ff.de officio Prætoris. & ita mihi videtur ſalua correctione Boerij.

ADDITIONES.

2 Quia tunc tenetur ad intereſſ. Adde Roman. in ſuo ſingu. clxviij.incip. iure,hodierno. Et quando vidua præſumatur acquiſiuiſſe de bonis defuncti mariti, vide Albet. in l.etiam.C.de dona. inter virum & vxorem. & Ang. in conſil. xiij.& Franc.de Crema.in ſingu. vj.vbi concludunt quod ſi incontinenti poſt mortem mariti, acquiſiuit,ei òd præſumitur ex bonis mariti: quia ex his, quæ incontinenti fiunt præſumptio colligitur.l.ſi ventri. §. in bonis. ff. de pœnil. cædi.

b Inter bona mobilia. Adde Ana. in ca. in ciuitate de iur.

c Non attenditur. Adde Soz.in conſil.xv.& Roma.in ſuo ſing.cuj. incip. tu habes &c. & ibi Bapt. in a.lat & Barto.in Rob.de reb.ecc.non alie.chart.xiij.nu.192.& in cap. infinuatione nu.5.de feu.

d Tale pactum. Adde Alexand. in conſil. x incipien.vid tur fortaſſe prima conſideratione dicendum. volum. j vbi tenet contrarium.& in caſu in quo ipſe conſuluit, concluſio eius ſalua pace non habet apparentiam, quòd non poſſim agere contra emptorem ſecundum, qui fecit mihi vt prius ſimile pactum, imò virtute illius pacti agitem dict.l.ij.de pact.inter emptor. & tenet Aret. in conſilio vj.

e Quia pactum fuit ab initio adpoſitum. Adde Paul. Alexand.& Aret.in l.Pompo.§ j cum ſeq. ff.de acquir.poſſeſſio vbi idem tenent & Ang. Aret. in § ſi.inſt.quibus modis tolli obl.aliàs ſequeretur,quòd eſſent duæ emptiones. & ſic duæ gabellæ. Quòd non eſt verum all g. Sali in l.j.C. de reſcin vend.licet Iaco.de ſancto Georg.in tracta. de roydis ſeu operis verſi per prædicta infertur,alleg.no.per Bald.& Ang. in l. ab emptione. quam hic allego in contrarium. & dixit in §.xviij.verſicu ſed an ex venditione. de conſue. feud. dixi in quæſtion. Burdegalen. 134. inchoante, Et per ſupra dicta videtur ſoluta alia quæ.Tum quia deberentur duo laudemia.

SVMMÆ.

1 *Crimẽ vel commiſſum improperans, verum quidem, tamen animo iniurianda, ſed quod intereſt Reipubl.ſcire,an teneatur iniuriarum actione.*

2 *Iniuriarum actio in quem competat.*

3 *Animus quomodo & quotuplici ratione probetur.*

4 *Subiecta talia,qualia prædicata.*

5 *Maleficium diſtinguitur voluntate & propoſito.*

6 *Iniurioſa verba, quæ ſint, & quodnam dicatur verbum iniurioſum. & numero 9. 12. 14. 15.17.*

7 *Libellus iniuria,quomodo ferè formandus.*

8 *Statutum puniens quodlibet verbum iniurioſum, quomodo ſit accipiendum.*

10 *Iniurioſum verbum, tu mentiris, & quid ſi ſubiungatur ſit, ſalua honore, &c. an inde competat actio iniuriarum. numer. 24. 25.27. 29.32.*

11 *Bartolus,lucerna iuris.*

13 *Conſuetudine prava nitentes, non excuſandi.*

16 *Animum,non res euentum ſpectandum in maleficijs, & affectum puniendum, non ſecuto etiam affectu.*

18 *Commiſſum factum incerta perſona, an puniendum.*

19 *Iniuriarum actione an teneatur committans,in iudicio, vel extra iudicium,& quid ſi dicat verum.nu.20.*

21 *Iniuriarum actione an teneatur opponens contra teſtes in ſe productos, quòd ſunt infames, criminoſi & improbi etiam ſi id non probet. Et quid proteſtandum opponenti.num. 23.34.diſtinguendum.num.35.37.*

22 *Hoſtem euertere, & vincere licet, etiam inſidijs.*

26 *Ma-*

26 *Maleficij & malitiæ princeps est, is à quo maleficium initium duxit.*

28 *Delinquens non excusatur, etiam si fuerit prouocatus.*

30 *Delictorum compẽsatio inter personas & animalia quomodo fiat, remissiuè.*

31 *Compensatio an habeat locum in actione iniuriarum.*

33 *Iniuriosum & inhumanum est defectus nostros detegi.*

36 *Ab iniuriarum actione non eximit ipsa veritas commissa.*

38 *Delictum obijciens in iudicio, grauius punitur, quàm extra iudicium.*

39 *Iniuriarum actione agi potest criminaliter, ac etiam ciuiliter.*

40 *Contra clericum agi non potest ad emendam honorabilem.*

41 *Emendam vtilem & honorabilem prætẽdentibus quid agendum.*

42 *In iniurijs mulctandis qua ratione vti debeat iudex, & quid illi potissimum spectandum.*
Et quomodo procedendum contra iudicem inquisitẽtem vel eius officiales, qui quem iniustè carceri manciparunt. nu. 43.

44 *Fama excusat à dolo præsumptione.*

45 *Fama iustam causam credulitatis inducit.*

46 *Infamans quem de certo commisso, quod Reipublicæ interest palam esse & parere, non tenetur.*

47 *Iudicandum est legibus, non exemplis.*

48 *Peccata palàm esse & nota, Reipublicæ interest.*

49 *Crimen obijciens contra testes, & illud non probans, an teneatur.*

50 *Crimina seu delicta quæ sint, quæ Reipub. interest palàm & nota esse. & nu. 52.*

51 *Infamis non admittitur ad testimonium, nec etiam periurus.*

53 *Pestilenti morbo laborantes ciuitate expelli posse.*

54 *Mulierem inhonestam à vicinis expelli posse.*

55 *Mulieri quæ nõ palàm & passim prostituta est, sed paucis sui facit copiam, iniuriarum actio non competit aduersus eum qui eam meretricem vocauit.*

56 *Meretrices publicæ, ac etiam Iudæi cogi possunt habere distinctum cùm habitum, tum signum ab alijs mulieribus honestis & Christianis.*

57 *Meretrix quæ dicatur.*

58 *Mulier luxuriosa, dupliciter dicitur.*

59 *In muliere grauior est carnis stimulus atq; vehementior quàm in viro. Et grauius etiam est in ea libidinis peccatum, quam in hoc, & numer. 60.*

61 *Excommunicatus, est turpis persona.*

62 *Excommunicatus nõ potest agere pro alia iniuria sibi illata durante excommunicatione.*

63 *Maleficiorum receptatores latère, Reipublicæ interest.*

64 *Vsurarius manifestus, à communione cùm viuorum, tum mortuorum est separatus. Et ideo eum notum esse, Reipub. interest.*

CONSILIVM IIII.

1 SI quis animo iniuriandi impropetauerit cõuitium, † vel crimen verum, quod interest Reipubl. scire, an teneatur actione iniuriarũ. Pro cuius decisione est præsupponendum & præmittendũ primo, quòd † actio iniuriarum non datur nisi contra illum qui 2
habuit animum iniuriandi, a vt l. si non conuitij. su- a
pra & ibi Cin. Ioann. Fab. & docto. C. de iniur. & l. apud Labeonem. §. conuitij. ff. eo. tit. & Corn. cons. clxxij. volum. ij. & Socz. consilio centesimo sexagesimooctauo, verticul. tertio, volumine prim. o. Prebatur † autem animus præsumptione verbi vel facti: quia talis præsumitur, qualem verba demonstrant, aut facta, vt l. quod Labeo. ff. de supel. lega. & l. deprehendenda tu magis es. C. de instit. & substit. c. significasti. de hom. & l. iij. ad leg. Cor. de fic. C. talia sunt † subiecta, qualia prædicata demonstrant; 4
vt l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. & l. qui interrogatus. §. j. & ibi Bald. ff. de interroga. act. & † voluntas & propositum distinguunt maleficia, vt l. qui 5
iniuriæ. ff. de iur. & ecum voluntate: & ibi hoc. de senten. excom. Secundò præmittendum † est, quæ 6
sunt verba iniuriosa, & quòd verbum dicatur iniuriosum b & secundum Bart. in dict. l. apud Labeo- b
nem. §. ait prætor. quem ibi seq. Angel. verba iniuriosa sunt, vna oratio significatiua: vt ibi est casus, & in l. j. §. verbis. eo. tit. & etiam si illa oratio idem significans pluries repetatur, vt ff. de test. l. vnum quod no. Quia in libellis † & petitionibus si. let ap- 7
poni, & dict. verba iniuriosa pluries reiterauit, & c. quod tamen non est, nisi vna iniuria. Pro quo est glo. & ibi Bar. in l. si quando. in j. & ib. Io. de Pla. in fi. & Luc. de Penna. C. de bonis vacan. li. x. & Anto. Corse. in suo sing. in litera, statutum. ver. statuto cauetur, quòd pro quolibet verbo iniurioso quod † inducunt ad statutum puniens quodlibet verbum 8
iniuriosum, quod intelligatur pro qualibet oratione. sed si sunt diuersæ orationes significantes diuersa, tunc dicũtur plura verba iniuriosa, seu plures iniuriæ: vel etiam, si esset vna oratio cõtinens plura tendentia ad diuersos effectus, vt l. Titia. ff. de ver. oblig. idem secundum Bar. in d. §. ait prætor. si proferatur vnum nomen tãtum significatiuum, vt nomen meretrix, vel latro: quia debet intelligi verbũ, Tu es: vt l. j. ff. de hęre. inst. Et verbum dicitur † in- c
iuriosum; quando tibi impropero, siue in genere, 9
siue in specie aliquod maleficium, vel delictũ per te commissum: vt l. j. ff. de obsequi. patron. præsian. Idem dicit Bar. si enim improperatur aliqua iniuria in persona tui, vel tuorum commissa, vt l. si inimicitię. ff. de his quib. vt indignis. Et † similiter ver- 10
bũ Tu mentiris; est iniuriosum secundum ipsum, quod intelligo vt infrà dicã. de quo latius per Bar. & ibi Alexan. in addit. ij. iij. & iiij. & pulchre Bar. in consi. cviij. qui fuit † lucerna iuris, secundum Ang. 11
in cõs. xv. de quo præceptore excla. & gaudet idem Ang. in repe. l. j. C. de iud. dicens se sub illius vmbra quiescere, & solet in eò esse substantia veritatis, iudicando & consulendo: secundum Roma. in cons. ccccxlix. & Cor. in suo cons. v. seu. Et reuertẽdo ad 12
materiam, de qua per Ang. Are. in suo tract. maleficiis. in gl. in verb. verba cõtumeliosa & iniuriosa. & Alexan. in consi. xliiij. & quæ dixi in addit. ad Din. in regula, ratihabitionem. de regul. iuris, lib. vj. & Bal. in consil. viij. lib. j. vbi dicit quem vocare homicidam vel cucurbitam, esse atrocem iniuriam. Et etiam dicitur † iniuria, *Le charivari*, quod fit contra secun- 13
dò nubentes seu viduam accipientes; secundùm Ioann. Fab. in §. in iniuria. in princ. instit. eod. titul. nec excusat facientes consuetudo, cùm sit contra bonos mores. Pro quo est textus singul. in authentica habita. verticul. nec ob alterius. C. ne filius pro parte. & idem tenet decisi. Capol. Tholo. quæstio. cxl. & Lucas de penna in l. cyrat. verticul. vj. quæri-

Digitized by Google

tur de castren.pecu.libro xij.vbi dicit quòd sibilando,† & percutiendo bancas,& alias clamando contra transeuntes,est iniuria. licet tamen videatur gl. in contrarium in ca. semus xlvj. distinctione quæ dicit,quod propter subsannationem vel percussionem non cessabit doctor a docendo. d & idem Alex.in addi.Bar.in l.j.C.de studi.libe.vrb.Roma.libro vndecimo. tamen contra doctorem † non fit ob derisionem,sed contra transeuntes sic:vel dicere, e *Cecu*, in gallico,vel in lingua Occitana,congeul,secundum Ioann.Fab.in §.patitur.eod.titu.& de aliis pluribus ponunt Bar.Baldus,Paulus de Castro, Alex.& Iason in l.uj.ff.de liberis & posthum. & Cynus Ang.& Salycetus.in d.l.si non conuitij.& Bart.& omnes scribentes insuper Alex. in l.turpia. ff.de leg.j.& Angel.Aret.institt. de iniur. & de Bellen.in addi. Abb. Sic.in cap.fin.eodem titul. & Io. de Platea institu.eod.& in §.primo. Et pariter † si admenauit cum cultello , vel baculone, aut manu, quod tenetur,licet non percusserit.text.& ibi Bart. & Ang.in l.apud Labeonem. §. si quis plures.ff.de iniur.& Angelus, Aret.in tracta.maleficior. in verbo, f admenauit.Et idem si quis dicat † alteri,ego non fui condemnatus de falso vel de crimine furti , vel in progenie mea non sunt meretrices , & similia verba,quod tenetur actione iniuriarum,secundum Lucam de Penna,in l.errat.versicul. postquam autem.C.de castren.pecu.lib.xij. vel si dicat non sum ego ille,qui furtum feci,secundum Paridem de puteo in tract.syndic.in verbo notorium.versic. adde quia non solum.& pro hoc allego text. & quæ no. ibi Bart.in l.item apud Labeonem.§.cui non fine. ff.de iniur.vbi † dicitur, quòd si conuitium non fit certæ personę,non punitur:tamen secundùm Bartol. si apparet quòd diceret de aliquo , licet eum non exprimeret,vel si diceret de aliquo, & intelligeret de alio, & hoc apparet, punitur. & ibi idem tenet Ang.& Alb.in prima parte statu. q.ccix.non enim curandum in quo quis loquatur,sed in quem intentio dirigatur:vt dicit Iurisc. in l. cum pater.§. donationis. ff.de leg.ij.quod not.Aliud vltimo loco est præsupponendum , de quo in fine dicemus. Idcirco his pro constanti præhabitis , hanc q. plenissimè repetio disputatam per Ioan.in addi. Spe. titu.eod.in prin.qui recitat sex varias opin.& idem facit Sicul.in c.cum te.ver.vltim. hic reuoco. de re iudic.quas similiter pluribus additis per ordinem referam. Et prima fuit Accursij in l. eum qui nocentem. in prin. per illum tex.ff.eod.tit.secundum † ipsos tenet simpliciter conuiciantem non teneri actione iniuriarum, siue in iudicio, siue extra iudicium fiat.& idem tenet instit. Secunda opin. fuit quòd si quis animo iniuriandi † dicat verum,quod teneatur:alias secus vt c.fi.de iniur.Tertia fuit opi. Ioann.Teutonici glossatoris.ij. q.j.si peccauerit.in glo.ij.quod aut fit in iudicio& tunc non teneatur. & sic secundum eum,intelligitur dict.l.eum qui.vt quia † contra testes cõtra me productos oppono, quòd sunt infames ,criminosi,& ribaldi,esto quod non probaui,non teneor actione iniuriarum: quia g executio iuris g non habet injuriam : vt ff. eodem d.l.iniuriarum.§.j.nam licitum † est hostem etiam per insidias euertere.xxiij.q.ij.c.domus.& nemini facit iniuriam , qui suo iure vtitur. ff.de regul.iur.l. nullus.ita tenent Cul.de Cug.Bart.Bald.Ang.Sali. & Paul.de Castr. in l.fin. ff. quod quisque iur. quia nõ opposui animo iniuriandi, sed ad defensionem iuris mei.& tenet Paul.de Cast.in d.l.ij. de libe.& posthu. Tamen secundum ipsos † tutius erit cum protestatione opponere, quòd non opponit animo infamandi , vt solet communiter in scripturis & rationibus aduocatorum dici citra iniuriam loquendo sed secundũ Abb.in d.c.cum te.& Alex. & Ias.in d.§.fi.cp quisq; iur. illa protestatio parum releuat,cũ sit contraria actui , vt c.cum M.Ferrari. & ibi doc.insuper Felin.in materia protestationis,de constit.& per Bar.& omnes scribent.in l.non solũ. §.morte.ff.de noui oper.nun. Quia † secundum ipsos,si dicant,tu mẽtiris,est grauis iniuria : vt supra dixi,secundum Bar.in d.§.ait prætor. licet subiungant,saluo honore,vel salua pace, vel salua reuerẽtia,de quo est tex.& ibi Bartol. & doct.in l.si liber. C.de condi.ob causam.& in c.j.de vasal.qui contumax est,& de his,saluo & saluis ponit Barba. in Io. in c.Raynaldus.ver.no.ibi saluo.de testa.& Anton. Corset.in suo singu.saluo iure.& Feli.in c.excommunicatus de hæreti.qui ita tenet.& Zozi.in d.cõst. cxviij.ver.vlt.hæc opi.quia † talis protestatio nihil releuat,quib tenetur actione iniuriarum , & infrà dicam,& tenent Dyn.Bart.Ang.& Paul.de Cast.in l.si extraneus.in prin.de acquir.hæred.& Anton.de Butr.in d.c.cum te.& Card. Alex. in caeque quorumlibet.ix.distinct.nisi diceret,tu mentiris,ad repulsam, seu repellendum iniuri. in sibi illatã, quia tunc non tenetur,secundũ doc.supra alleg.& Bald. cons.xlvj.li.inj.quia inquit Aristoteles, non incipit, qui ita aliquid facit: sed qui ad iram prouocat, vt probatur ff.de iud.in l.tribus.& l.vna.C.si quis imperat.maledi.ille enim est † princeps culpæ à quo incipit malitia,vt C.de seruis fug.l.cumque & Bal. in d.cons.viij.in prin.vol.j.& idem tenent Bar.Angel.Paul.de Cast.in l.quæ omnia. ff.de procur. per tex.in l.qui cum maior.§.si libertus. ibi ignoscendum est enim ei,si voluit se vlcisci prouocat°. ff.de bo.li.cum similib.& Alex.in d.l.si extraneus.& Lucas de Penna in l.errat.l.j.de cast.pecu.li.ij. vbi hoc sing.probat.& † verum,nisi verba iniuriosa essent vera,& ista postea comperiantur: quia tunc ex illo verbo iniurioso,tu mentiris,potest agi actione iniuriarum,secundum Alex.in d.l.inj.versi.sed quid,si dixero,& Bar.in d.§.ait prator.& Paul.de Castr.in d.l.quę omnia.Quia † prouocatus delinquens non excusatur regulariter,secundum Sicul.in ca. dilecti & ibi Felin.ver.fi.prouocatus de excc.& Abb.in c. j.de iniuriis.& in c.veniens per illum text. de iureiur.ibi alternatim conuitia inferendo. licet Luc.de Penna vbi supra ver.v.quæritur.teneat contrarium. & Spec.tit.de accu.ver.quid si te vocaui latronem. in fi.Sed alia est communis,vt tenet Per.Inc. tit.de actio.iniur.præto. & ita obseruatur in practica : de quo plenissime per Fel.in d.c.dilecti.vbi ponit regulam cum tribus declarationibus. Prima h † declaratio est,quòd prouocatus dicens iniuriam. f.tu mentiris,vel aliam,tenetur vt dictum est:licet non ita grauetur & puniatur.Et hæc restringitur tribus modis. Primò,nisi dicens, tu mentiris , dicat verum , vt supra dictum est. Secundo , quod mihi dicenti,mentiris , non potes replicare quod mẽtior,secundum Pau.de Ca.in d.l.fi.quod quisq; iur. quia non fit retorcutio retorcutionis. Tertia restrictio est,quòd dicatur cũ protestatione,tu mentiris, saluo honore:vt supra dictũ est:quæ tamẽ nõ valet, nisi verum dicat.Alias i duas declarationes de compensatione †delictorũ inter personas & animalia, remitto ad per ipsum videndas,& late per Paul.de Cast.& doc.mode.in l.viro. & Bal.& doc.in l.cum mulier.ff.solu.mat.& Maria Sozi.in c.j. de iniur.Et conclusio in istis duab. est,quòd † in actione iniuriarum

Digitized by Google

riarum non habet locum compensatio: vt in dictis locis. Vide Luc.de pen.in d.l.errat.versi.iiij.quæritur. Aut dicta verba iniuriosa extra iudicium improperantur,& non licet: vt c.si peccauerit. Quarta fuit
32 opi. quorundam † dicentium, aut illud conuitium proueniebat ex culpa eius, cui dicitur, vt puta, fur, latro, vsurarius, proditor, hæreticus, periurus, meretrix, ribaldus, falsarius, & tunc proferens non tenetur actione iniuriarum.& sic log. secundum ipsos. d.l.eũ qui. aut prouenit sine culp', vt quia vocauit bastardum, claudum, & cæcũ, tenetur. & c.nasci.de adulteriis.& ibi Cardin.Alex.ibi.dictum. & l.legem. C.de natur. liber.& illam sequitur Host.in summa de iureiur. §.contra quos. & Azo in summa de infami.Bal.in l.consti. C.in iij.oppositi. & Io.Fab.in
33 §.j.institut.de iniur.& in l.iij.C.eod.tit.Quinta † fuit opin.Dini.dicentis,q aut de conuitio vero poterat iniuriatus accusari,& non tenetur,& sic loquitur d. l.eum qui.& l.iij.C.eod.tit.Aut non poterat accusari,& tenetur,licet dicat verum.nam inhumanum & iniuriosum est defectus nostros detegi,vt li.ij.C. quando & quib.quarta pars.lib.x. Sexta opin. fuit Pet.&Cin.in d.l.si non conuitij.in viij.quæst.& ista est amplior.Aut quis tale conuitium obiecit,quod detegi expedit Reipubl.scire: aut non expedit Reipubl. notum esse. Primo casu,siue possit accusari, siue proueniat ex culpa iniuriati,vt quia homicida, siue non,vt leprosus,non tenetur,si verum dicat:vt d.l.eum qui.& l.quod reipublicæ.eod.tit. Secundo casu,quando non interest, quia vacauit cum mancum vel claudum, tunc tenetur, licet dicat verum, vt d.l.ij.quando & quibus quarta pars.Et istam tenet Bar.in d.l.eum qui.& Pet.& Iac.titul. de actio. iniur.prætor. vbi hoc singulariter probat.Septima
34 †opinio fuit Io.And.in c.si.de iniu. quem sequitur Sicu.in d.c.cùm te dicente primo secundùm glo.in d.c.si peccauerit.ij. qu.j. Aut fuit in iudicio,& illud probatur: & tunc non est dubium q non tenetur: vt in d.l. eum qui. & intelligunt, siue agendo,siue excipiendo illud obiiciatur:quia iuris executio,&c.
35 licet Albertus de Gandino †in suo trac.malef. fuit de filio fami.& vtrum possit accusari.versic.sed hic formo. q. teneat quod non tenetur: etiam si non probet,præterquam in patre & patrono.Secundo casu,quando fit extra iudicium,aut fit per libellum famosum,& indistinctè tenetur,etiam si verum dixerit:& in hoc conueniunt omnes glo. & doct.aut sine libello famoso, & tunc aut cum causa, aut sine causa. Primo casu sine causa correctionis dicatur, etiam publicè non tenetur,c.si gens.&ibi idem tenet Card.Alex.lvj.distinct. Si verò causa improperauerit conuitium in rixa & animo iniuriandi, & tenetur,etiam si sit verũ, & amplissimè istud probant.Et idem tenet Anton. de Butr.in d.c.cùm te. & Roma.in consi.xcvj. quorum episcopo.fuit primò dictum Oldrad. de Laude. in consil.liij. incip. consueuit dubitari.de quo nullam faciunt mentionem,excepto Lud.Ponta.qui dicit se latiori modo exordiri præsentem qu. quàm faciat dominus Oldrad.quod salua sua pace contrarium intuenti patet.& idem tenet Feli.in d.c.cùm te. ponendo re-
35 gulam,cum iij.fallen.Regula † est secũdum ipsum quod veritas conuitij non eximit quem ab actione iniuriarum:vt l.iij.C.si rector prouinciæ. ibi,dicta, si veræ sint voces, &c. Fallit primò,si ex causa correctionis. Fallit secundò, si dicatur, vt à proximis auferatur nocumentum corporale: quia leprosus. Fallit tertiò, si vt auferatur nocumentum speciale: quia est excommunicatus, vel ne fortè ordinetur, vel ne contrahat matrimonium. Fallit quartò,si in iudicio dicatur,quòd in idem reincidit. Et sequitur hanc opin.Ludo.Bolog.in addit.Anan.in d.consil. xliij.& dec.Capel.Tholo.q.cxxvij. ¶Quid dicendum? Tene opi.Pet.Cin.& Barto.quam sequuntur Bald.& Ang.Aret.institit.eod.tit. dicentes hanc esse veritatem,& sequuntur Host.& Sic.in d.c.si.de iniur.& Perus.& Alexan.in d.l.iij.de liber.& posthu. vbi Alex.dicit hanc esse communem opin.& tenet Nico.de Neapo.institut.& ibi Bartol. & Ioann.de Plat.in §.j.& Alber.in d.l.si non conuitij.& Luc.de Penn.in d.l.errat.in ix.quæst.& seq.de castren.pen. lib.xij.& hoc secundùm eum,quando crimen quod interest Reipubl.sciri,probatur: aliàs tenetur.& in hoc conueniunt omnes docto.& idem tenet Paris de Puteo de Neap.in suo tract. de stud.in litera,iniuria.c.ij.Quamobrem † pro clara doctorum con- 37
cordantia est dicendum: Aut quis in iudicio obiicit aliquod crimen accusando,vt per totum de accusa. Vel excipiendo, vt quia vul: repellere actorem ab agendo, quia erat seruus, infamis,vel leno,vel excommunicatus,vel aliud turpe,vt per totum, k qui k
accu. non possunt. Aut obiicit ad officium publicum, vel aliam dignitatem consequendam repellendum: vt c.j.de ele.& ibi docto.lib.vj.& tunc aut probat, & non tenetur. & in hoc conueniunt omnes glo.& doctor. Aut non probat & tenetur,licet teneant contrarium: vt supra dictum est, maximè quando excipiendo proponitur.sed ista opi.est cõmunis,quam sequitur Anch.in consi.cxxv. & cõs. seq.vbi dicit,quòd grauius punitur, qui in iudicio
† obiicit delictum, quàm extra iudicium,etiam si 38
cum protestatione dixerit, sine animo iniuriandi dixisse.ff.eo.tit.& ita tenet Sozi. in d.consi.xviij.ver. sed iis non obstan.Angel.in consi.xcv.& potest agi, secundum eum, ciuiliter & criminaliter, sicut de omni alio delicto: quia criminaliter actione † in- 39
iuriarum potest agi:vt l.lex.Cor.§.si.eo.titu.vbi est text. Et ciuiliter ¡ etiam, vt l.prætor. §.posse.& l. l
constitutionibus. ff.de iniur.& ar. l.qui nomine.ff. de falsis. qui dicit pro omni delicto, pro quo † po- 40
test agi criminaliter posse agi ciuiliter, præterquam contra clericum, contra quem non potest agi ad emẽdam honorabilem.in c.capite quadragesimæ.& c.clerico.Et ibi gl.& Card.Alexan.l. dist.& in c.j.& c.quæsitum.& ibi gl.Sicu.& de Bellenzi.in j.addi.de pœn.& remis.& ita de consuetu. communi obseruantiæ curiæ Bituricæ obseruatur. Quod facit † pro his,qui agunt ad binas emendas, 41
scilicet vtilem,& honorabilem,prout magnam altercationem super hoc fieri vidi hîc Bituris inter defunctum magistratũ Ioannem tum aduocatum, & in actione iniuriarum realium actorẽ, & dictas emendas petentem contra quosdam bubulcos sacræ capellæ Palatij Bituris reos. de quo ponit glos. Bal. Aluarot.& Card.Alex.in c.j.§.iniuria.de pact. iura.fir.& Roman.in cons.xcvij.& Alig.in d.consi. xcv.vbi etiam reperies quomodo fit æstimatio iniuriarum.& Ioan.Fab.in §.sed & lex.& ibi Ioan.de Pla.& Ang.insti,eod.vbi Ioann.Fab.dicit,quòd iudex bonus non m debet † habere respectum ad æ- m
stimationem,quàm faciunt Aluernigenę,seu illi de 42
Monte ferando, in Aluernia, quia plus diligerent perdidisse oculum,quàm Florenum.& ibi per Bar. in l.iniuriarum.& ibi Ludo.Bolog. in secundis interpre.ff.eod.tit.& Ioan.Fab. Cins. & Doct.in d.l.si non conuitij.& decisio.Capellæ Tholo. quæstion. cxlv.& Pet.Iacob.Ritu. de actio.iniur.ex l.Cornel. Et prædicta intellige, quod potest agi contra par-

Digitized by Google

43 tem,quæ non probauitſecus †contra iudicem inquirentem, vel eius officiales & ſeruientes, qui de mandato eiuſdem aliquem iniuſtè incarcerauerũt: vt d.l.iniuriarum. §.is qui iure publico vtili.& §.ſi quis quod decreto Prætoris.& vbi Bart. & Ang. & Cæpo.in cautela.liij.& deci.Gratio.Delp.cccxxiiij. niſi officialis excederet fines mandati ſecundum doct.ſupra alleg.& deci.Gratio.Delphin.q.ccxciij. & Capel.Tho.cxl. vbi ponit quid de iudice, qui aliquem ex dolo iniuſte excommunicauit. & in qu. cccxvij.& quæ dixi in addit. poſt Dyn. in regula, quòd qui mandato de regul.iur.lib.vj.Et intellige, quod licet ſi non probet teneatur, eſt verum, niſi de tali delicto & crimine fuiſſet rumor vel vox vel fama publica,& probaſſet rumorem,vel famam publicam: quorum ratione ad prædicta dicenda & facienda motus fuiſſet: tunc non tenetur. Text.eſt celebris.& ibi Barto.Bald.Imo.& Alex.in addit.ad Bart.in l.ſi.ff.de hæred.inſtit.vbi Bar.dicit ſe multos
44 à mitra liberaſſe. fama enim †excuſat à præſumptione doli:vt lege miles.§.mulier.ff.de adult. Igitur habet excuſare à pœna:vt ibi.& l.ſecunda. quis ordo in poſſeſſio.bon.ſerue. Nam rumor ſeu fama
45 inducit †iuſtam cauſam crudelitatis:vt not.gloſ.in c.cùm contingat de reſcriptis: & in c.inquiſitioni. & vtrobique per Sicul.& Felin.de ſent.excommu. Et idem eſt ſecundum Bar.ſi dicat hoc feciſſe,quia ita audiuit à perſonis fide dignis: vt l. Actilicinus. ff.de falſis.Vel etiam,ſecundum Bartol. & doct.ſupra alleg.Si audiuit ab amicis,& conſanguineis: vt l.tutorem.ff.de his quib.& indignis & Soz.in dict. conſi.cxviij.verſic.nec obſtat.Et tenent Bart.Bald. Paul.de Caſtr. in l.cum quidam. §.quod dicitur.& ibi Alex.ff.de acquir. hær. ¶Sin autem extra iudi-
46 cium,ſine †cauſa quis infamauerit aliquem de certo comitio,quod intereſt reipublicæ ſciri, & illud probat,non tenetur, ſecũdum veram communem opin.doct.quam ſecutus ſum,&ſequor contra plures aduocatos, dicentes quòd veritas delicti & intereſſe Reipub. tendit, & ſolum operatur ad diminutionem emendæ,& non in totum. & ita viderũt iudicare,nihil allegantes:licet plures doct. teneant
47 iſtam opin.vt ſupra dictum eſt.Contra †quos quidem aduocatos facit, quòd dicit Alber. in l.j. ff.de conſtit.princ. vbi refert Iacob.Bar.dicentem quod aduocati Curiæ Romanæ quando deficiunt eis iura,dicunt, ego ſic vidi interloqui per Papam in ſimili caſu. Et idem dicit fieri in curia Regis Franciæ dicendo,ſic interlocutus eſt Rex.& idem refert Felin.in c.in cauſis.conſi.iij.verſ.& adde iſtis,de re iudi. non enim exemplis, ſed legibus iudicandum eſt,l.ffemo,C.de ſent.& interlocutor.omni. Nam
48 †certum eſt expedire Reipub. peccata nocentum nota fieri: vt d.l.eum qui.aliàs illius l.text.eſſet radiandus,nec poteſt pati intellectus, ad quos doct. ipſam allegant,Nam ille text.eſt rotundus, & clarus,cuius verba ſunt hæc:Eum qui nocentem infamauit,non eſſe bonum & æquum,ob eam rem cõdemnari: peccata enim nocentium nota eſſe & oportere & expedire: aliàs delicta remanerent impunita,niſi derogerentur, quod eſſe non debet, vt l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil. & l.ſi longius. §.ſi filiuſfa.ff.de iudi.& Bald.in conſil.iij.& l.j. & iſta eſt communis opin.vt ſuprà dictum eſt, à qua non eſt
49 diſcedendum:per Anch.in Abb.& Feli. in c.canonum ſtatuta.de conſtit.igitur. ¶Si verò † non probat,tenetur,de quo per Angel. in l.qui crimen. C. qui accu.non poſ. Si verò contra teſtes obiiciat crimen,& non probet, de iure communi tenetur,ſecundum doct.ſupra alleg.& Sali. in d.l.ſi non conuitij.in fine.& Ang.Aret. in d. ſuo tractatu maleſi. in glo.verba contumelioſa.in pen.q.& Bellenzi.in addit. Abba.in c.fin. circa medium.tamen de conſuetudine generali Regni Franciæ non tenetur, licet non probauerit. Pro qua facit opin. Guliel.de Cugn.Barto.Bald. & ſeq.in d.l.fin.ff.quod quiſque iur. ¶Nunc ſolum reſtat † videre,quæ ſint delicta 50
& maleficia,quę Reip.intereſt nota eſſe.Et dic crimen infamiæ,quia † infamis vel periurus non ad- 51
mittitur ad teſtimonium, vt l.iij. §.lege.ff.de teſt. vel ſpurius ſiue baſticus, ne admittatur ad dignitates,quarum non eſt capax:ſecundum Bartol.in d.l. eum qui.& iſtud eſt verum. licet Bartol.Bald.Paul. de Caſt.Alex.& Iaſon in d.l.iij.de libe.& poſthum. dicant per illum tex.quòd quem vocare baſtardum eſt iniuria,vt c.naſci.ſupra alleg. Item † hæreticus, 52
leproſus,& omnes qui inficiunt ciuitatem,intereſt Reipub. notos eſſe, vt à ciuitate expellantur: vt l. nullus.& ibi Gul.Bal.& Paul.de Caſt.C.de ſumma trini.& ideo ſecundùm Alex.in addi.Bal.ibi:& peſtilenti †morbo affectus poteſt expelli de ciuitate. 53
& alleg.Rom.tenere.in l.caſus.C.de teſtamen. Et idem dicit Paul.de Caſtr.in d.l.nullus. ſi aliqua inhoneſta mulier veniat ad habitandum † in vicinia, 54
quod poſſunt alij vicini illam expellere: non tamen extra ciuitatem.vt l.ancillarum.ff.de peti. hæred.& tenet Lud.Bolog.poſt glo.in l.non aliter.in ſecundis interpreta. ff. de vſu & habit. & Lucas de Penna in l.ſi qua.C.de ſpecta.lib.xj.verſi.adnotare. tamen vocans aliquam mulierem † meretricem 55
quæ non ſit omnino publica,ſed paucis ſe exhibet, quia concubina,vel aliàs fuit,& modò non eſt:quia contraxit matrimonium, quod nõ teneatur actione iniuriarum:vt tenet Luc.de Pen. vbi ſuprà.verſ. vij.quæritur.Idem ſi eſt publica: quia †meretrices 56
publicæ ac Iudæi debent & poſſunt cogi habere diſtinctum habitum,& ſignum ab aliis mulieribus, vel Chriſtianis.text.eſt in l. minimè. & ibi Baldus, Salicet.& Paul.de Caſt. Cod.de epiſcop.audi.& de Iudæis eſt text.in nonnullis.& ibi Abb. & Felin.de Iudæ.& c. Et in lingua Occitana portant meretrices in brachio ligam ſeu guilletam,vt agnoſcantur. & pro hoc eſt text.in d.l.apud Labeonem.§.ſi quis virgines.& ibi Bart.& Angel.de iniur.Et †quæ di- 57
catur meretrix,eſt tex.in d.l.palam. ff.de ritu nupt. & Luc.de Penna in d.l.ſi qua. verſicul. Item not.& mulier †dicitur luxurioſa dupliciter, ſcilicet reſpe- 58
ctu libidinis propriæ & impropriæ: reſpectu luxurioſitatis,& prodigalitatis: vt not.in l.mulieri.ff.de cura. furio. & aliquo modo ſanè poteſt dici indiſcretè,cùm ſit prodiga famæ,& perſonæ ſuæ,& bonorum ſuorum: & tali debet dari curator vt ibi: non tamen in vtroque luxurioſo: quia in muliere magis ardet ſtimulus † carnis, & magis atq; etiam 59
magis opprobrioſum. ° eſt amicis,& toti generi, ſi 60
mulier polluatur,quàm vir.Item quia ſexus mulicbris magis fragilis eſt, & debilior, quàm maſculinus:vt no.Specu.tit.de actore.§.primo.verſic.Item opponitur contrà actorem. & Sicul. in capitul.paſtoralis.& ibi Barba.& Felin.de iudic. licet Baldus in l.a lege.C.de condi.ob cauſam,cenſeat contrarium.de quo vide Barba.in l.is cui bonis.verſic. Et etiam not.de verborum obligatio.& intelligo tam in meretrice †ſoluta,quàm nupta,ſecundum And. 60
Barba.ibi.& Felin.in dict.capitul. paſtoralis. Item etiam leno,vt §.fin.in auth.de lenoni.& l.lenones. C.de epiſcop.audi.Item excommunicati †propter 61
nociuentum ſpirituale, quia participantes cum

eiſdem

eiſdem incurrunt ſententiam excommunicationis minorem. de quo per Abb. in cap. ſacris. quod metus cauſa. Et eſt turpis perſona per locum à remotione, quia remouetur a conſortio catholico & honeſto, vt d. l. ſi qua. C. de ſpecta. & Bald. in c. interdicimus. verſicul. ſed nunquid. & ibi omnes docto. inſuper Felin. de iudic. Nam excommunicatus non
62 poteſt † agere pro alia iniuria ſibi illata durante excommunicatione, ſecundum Abb. Sicul. in capit. veritatis. de dolo & contuma. ergo neè ratione excommunicationis iuſtè ſibi propoſitæ. Item †receptatores malefactorum, ſine quibus latere nemo
64 diu poteſt, vt l. j. in pr. ff. de except. Item † vſurarius manifeſtus, qui à communione viuorum & etiam mortuorum eſt ſeparatus, vt ca. quia in omnibus. & ibi Inn. & Abb. Sicu. de vſur. & c. quanquam. eo. tit. lib. vj. & ſic de ſimilibus caſibus fur, latro, &c. Et ita mihi videtur, correctione alterius rectius me ſentientis ſemper ſalua.

ADDITIONES.

a Iniuriaudi. Adde Andr. Barba. in conſi. xv. volum. iiij. & iſtud conſil. reperies poſt lib. conſuetu. Biturigum in ordine primum.

b Ad le quid diffamare aliquem, Sozin. in conſil. xlv. verſi. nam diffamare. vol. j.

c Et verbum. Adde Sozin. in conſil. cxviij. hic alleg. quod eſt ſing. & eſt iniuria præcludere ianuam domus, ne ibi morans poſſit ire quo velit etiam inferre vim. l. vim facit. ff. quod vi aut clam. & tenet Lucas de Penna, in l. j. in fin. c. de cohort. lib. xij.

d Non cedabit doctor. Adde Parid. de Puteo, in ſindic. in verbo, ſcholaris, vbi ponit de ſcholaribus vnius ſcholæ perturbantibus ſcholares alterius ſcholæ.

e Vel dicere Cocu. Adde quòd multi iniuriæ cauſa fatigant alios, & maximè nobiles mulieres, vt dicit tex. in auth. de ſuis de his qui ad appe. ingredi. §. illud quoque adiicimus.

f Et idem ſi quis. Ad le Ang. in l. veſtem. ff. de iniuriis. vbi no. illum tex. contra illos, qui dicunt contra notoriè condemnatos, me tædet de tali ſententia condemnatoria contra te lata, quia hoc modo re improperant, prout ipſe vidi aliquos facere, quid de illo, qui in contemptum alicuius vtitur veſte illius? dic quod tenetur actione iniuriarum. text. cum glo. in verbo monachi. in auth. de ſanct. epi. §. fin. & in §. j. & ibi Io. Fab. & Ang. Are. inſtit. de iniur. & an iniuria illata alicui, cèſſeatur facta aliis de familia, vide text. in l. j. & ibi Ange. ff. de iniur. & in §. patitur. inſtit. eo. & Bar. in l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. in fin. & ibi Mod. ff. de verb. obl. & Sozin. in conſil. cxxviij. ver. præterea inimicitiæ. vol. ij. & gl. in l. ſi quis homicidij. in verbo, non putauerit. in fin. vt ibi doct. C. de accu. & decii. Grationopo. q. cccclvij. Et an facta officiatio regis, cenſeatur facta legi, ſecundum Luc. de Penna. in l. j. C. de cohart. lib. xij. de quo vide quæ dixi in tract. de ſedi. in vj. præſuppoſitione, & alias in ſolutione. q.

g Executio iuris. Adde Ludou. Rom. in conſ. ccviij. incip. hæc impetratio banni, qui ibi ponit quando quis bannum impetrat per publica loca mittendum propter ceſſationem & fugam debitoris, vel aliàs per partem vel iudicem proponit in loco publico, quod ſit iniuria.

h Prima. Adde Bart. Sozi. in conſ. clviij. cod. iiij. verſic. nec aliquid operatur. lib. ij.

i Aliàs. Adde Dyn. & quæ ibi dixi in pen. addi. in regula: in pari cauſa, vel relicto. de reg. iur. lib. vj. & Spec. in titul. de teſte.

k Turpe. Adde Sozi. in conſil. cxlvj. verſic. iij. quia conſtat lib. j.

l Ciuiliter. Adde quod quando concluditur ad certam emendam, aut alia ex officio moderanda, prout fit in cõcluſionibus libellorum, in actione iniuriarum, quod iudex non poteſt augere emendam petitam, ſed bene diminuere, quia moderationis verbum diminutionem ſapit. ca. fin. de verb. ſignifi. & cle. j. verſi. moderationem. de iure patron.

m Iudex bonus. Adde gl. in l. illicitas. §. illicitas. ff. de offi. præſid. quę dicit, quod homo clarum porcellum, vt oculum habet, ex quo ſecundum Ang. ibi ſumitur prouerbium: tanto lede caro el ville noleuache, quanto el marcheſe la marcha. Et circa æſtimationem iniuriarum, vide Sozin. in conſ. cxlv. verſi. inj. vol. j. iiij. ij.

n Meretricem. Adde an meretricium, tam de iure Canonico, quàm ciuili ſit tollerandum, & quæ propriè dicatur meretrix. Item qua pœna ad meretricem accedens, puniendus ſit: glo. & doct. in c. inter opera charitatis, de ſpons. Bart. & Alexan. in addit. l. ſi adulte. Et Alex. in conſ. clvij. lib. v.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Duo habent parietem communem, quorum vnus vult inuito altero, & contradicente ſocio demoliri, vt ſupra eundem parietem poſtea de nouo ædificare queat: an poſſit? Et ſi vltra partem communis parietis de facto ædificauerit, demoliri teneatur?

SVMMÆ.

1 *Parietem communem ſi duo ſocij habeant: quæri an alter velit altero inuito & contradicente demoliri, vt de nouo aliquid ſuperædificet, an id poſſit. & num. 16. 17. diſt. nu. 20. 21. 24. 26.*

2 *Paries varie communis dicitur.*

3 *Paries quando dicatur communis pro diuiſo. Et quatupliciter. num. 5. 11. 13. 15.*

6 *Paries ſeu murus quod ſit communiter vicinis, vel proprius vnius tantum, vnde colligatur.*

7 *Operatum magiſtri in Francia, & quanta ſit eorum authoritas.*

8 *Signatum cognoſcitur per ſignum.*

9 *Murus quando dicatur communis pro indiuiſo.*

10 *Murum ædificare volenti quid cauendum.*

12 *Sigilla, quid.*

14 *In communi quicquam immittere, prohibitum eſſe.*

18 *In communi quæ & quibus de cauſis iure liceat ædificare.*

19 *Vnus ex pluribus ſociis habentibus ſimul iuriſdictionem, eam non poteſt exercere ſine aliis.*

21 *Proprium, iure naturali eſt libertas, cùm alteri non ſeruiat.*

23 *Conceſſo vno, videtur & conceſſum id ad ipſum conſequens.*

25 *Ædificium ſuper pariete, cedit pariети inferiori.*

27 *Socius poteſt cooperire murum communem, ſi damnum ſocio non adferat.*

28 *Socius ſi ædificauerit ſupra communem parietem pro indiuiſo, non conſentiente ſocio, vel ſupra communem murum pro diuiſo, tamen vltra partem ſuam occupauerit de parte vicini, quid iuris.*

CONSILIVM V.

PRo † ſolutione præfatæ 1
q. & thematis, difficilis & intricati, eſt præſupponendum illud, quod dicit Bart. in l. inter quos & Alex. de Roz. & Imol. ff. de damn. infect. † quod paries [a] eſt 2
communis pro indiuiſo, [a]
dicitur dupliciter. Vno modo ex ſocietate expreſſa, videlicet quãdo duo conteratitium parietem inter ſe ædificant ad onera vtriuſque ſuſtinenda, vt l. cum duobus. aliàs incipit, ſi inter fratres. §. idem Mela. ff. pro ſoc. & Specul. titul. de iudi. §. generalia. verſicu. quòd ſi duo communiter murum ædificent, iſto modo hîc ædificant Biturices. Alio modo dicitur paries communis pro indiuiſo, ex ſocietate incidenti, & tacita, Verbi gratia: Titius imponit ſignum in pariete, & vltra dimidiam muri, ego etiam impono, & Ti-

Digitized by Google

tius vtitur muro quâtum sibi expedit,& ego etiam vtor:ex hoc,secundum Bar.& doc.supra alleg.contrahitur societas tacita in pariete, vt ↓ in parietis communis. ff.de dam.infec.& istud sentit gloss. in l.si ædes.& Flor. de Sancto Petr.ff.commun.diuid.

3 Quandoque paries † est communis pro diuiso, & in muro seu pariete inter Titium & me, & nihil per Titiũ & me est immissum,vel si est immissum, nullus perforat parietem vltra dimidiam, quæ est in parte sua, & tunc ille paries est communis pro diuiso,arg.l.arbor.in princ.ff.commu. diui.& l.binas.in ij.§.de serui.vrba.prædio.& l.pro regione.ff. de acqui.rer.dom.& l.penultim.ff.pro soc.& idem not.Pau.de Cast.in consi.cccxxxiij.inci.incipiendo à secũdo quæsito.&c. in nouis.Cæpo.suo eleganti tract.de serui.tit.de pariete & muro.cxl. & hoc per l.quod dictum §.si extribus.ff.de seruit.vrba.præd. vbi dicit esse mirandum de huiusmodi vltima forma loquendi Bart. † quia nihil diuisum potest esse commune. Sed secundum Cæpolam dici potest, quòd ita reputatur, ex quo termini non sunt positi, vt l. inter eos. ff.de acquirendo rerum domin.

5 †Nam paries seu murus dicitur communis pro diuiso,etiam duobus modis,secundum Cæpo.Primo modo, quòd nulla pars sit, in qua sit communis, quia terminj non sunt positi,vt d.l.inter eos de acquirend.rerum dom. Alio modo potest accipi pro diuiso,hoc est determinante: & vique ad talem lapidem vel foueam, vt est text. in l.si pars fundum. secundum vnam lecturam gl. ff.de acquir.possess.& ita not.Bart.in suo tract.de insula.in vltima figura.

6 Secundo est præsupponendum † qualiter cognoscatur, an murus sit communis inter vicinos, vel proprius vnius tantum: ideò secundum Cæpolam pluribus modis cognoscitur. Primò ex positione tignorum, vt supra dictum est. Item per fenestras perforantes totum murum. nam tunc iudicare debemus totum illius esse, à cuius parte est illa fenestra, siue balconus: quiã regulariter non potuisset fieri in muro alieno,nec etiam in communi:vt no. in l.quidam Hiberus.ff.de serui.vrba. præd. nisi vicinus similiter à latere suo haberet alias fenestras penetrantes ab alia parte: quia tũc diceretur communis esse pro indiuiso,sicut est,secundum Bartolum Ang. Pau.de Cast.& Cæpo.Et faciliter intelligi poterit, ex qua parte incipiat esse dicta fenestra, recipiendo arcum siue voltam eius & lateres, qui super eis apponuntur,& etiam veteres: prout aliàs in contingentia fecti vidit Cæp.iudicare. Item cognosci poterit per peritos in arte, puta murarios

7 & † lapicidas, qui in Francia operarum magistri appellantur,quibus erit credendum:vt in authent. de non alienan. §.quòd autem.& nota. Ang.Aret. in §.præterea alluuionem.insti.de re.diuisione. Et expresse Bal.in terminis,in consi.cl.lib.iij. Item agnoscitur per fenestras,quæ fiunt sæpenumerò per

b magistros murarios,seu latomos, b & ab vtraque parte muri,quæ tamen non penetrant totum murum,vt in præsenti casu.Nam illæ fenestræ fiunt solùm ad significandũ cuius sit murus, & quomodo,

8 & non propter aliud:quia per † signum cognoscitur signatum,l.j. §.si intelligatur. ff.de ædil. edic.& l.stigma. & ibi per Bar. Io.de Plat.& Luc.de Penn.

9 de fab.lib.x.Si enim illæ fenestræ † sunt ab vtraque parte,vltra medietatem muri,à latere cuiusque,iudicabitur murus communis pro indiuiso: sed vsq; ad dimidiam muri pro diuiso. Sed si sunt ab vna parte tantum, & perforantur vltra dimidiam, vel in totum, & alia signa in contrarium non apparent,iudicabitur esse illius,à cuius parte est illa fenestra: per ea quæ dicta sunt supra. Vnde cautus †debet esse volẽs ædificare murũ, vt à parte sua faciat fieri illas fenestras penetrãtes vsq; ad medietatẽ muri.Item cognosci poterit,† si ab vtroq; latere 11
muri, vel ab vno tantum sunt anuli ferrei lapidib. infixi:in quibus equi & mulæ ad frenum ligari solent:& isti anuli,appellantur † sigilla.text.cum sua 12
glos.in verb.sigil.in l.cætera.§.hoc Senatusconsf.ff. de leg.j. & ibi Angel. dicit, quòd tales anuli fiunt ad ornamentum ciuitatis.Item †cognosci poterit, 13
si lapides corbini apud Gallos sic vocati, vel cornua boum sunt in pariete, in quibus sustentatur aliquando tignum, vel solarium. Aliquando vites, seu pergula vineæ, sicut in viridariis vbique terrarum reperiuntur. Item per candelabra, quæ in ianuis dominorum & nobilium fieri solẽt. Item per signa in signo sculpta, vel depicta, quæ vulgariter arma appellantur: quia per talia insignia communiter probatur rem esse illius, cuius sunt insignia: vt l.qui liberalitate. §.fi. & ibi Bart.in l.fin.de ope. publ.ff.& per Bart.in tract. de insigniis & armis.& per totum. C.de his, qui potentio. nomine.& vt nemo priuatus tit.& ibi Ias. Vel per documenta & literas.secundum Bal.in consi.cciij.lib.iij. Et generaliter (causa breuitatis)per alia signa in muro posita cognosci poterit, & probari an murus sit proprius vel communis Nam cùm nõ sit †permissum 14
quicquã in alio immittere, l. quemadmodum.§.si proiectum. ff.ad legem Aquil.& l.qui vitem.§.ad ianuam.quod vi aut clam. nec in communi.vt l.Sabinus.& ibi Flor.ff.communi.diuid. sequitur quòd si reperiatur aliquid,oportet dicere illum murum aut esse meum in totum, aut esse communem, pro indiuiso,vel me habere ius seruitutis.Et † intelligi 15
debent prædicta secundum Cæpo.non solũ quãdo dicta signa reperiuntur in muro infixa,sed etiam si essent extracta,& foramina remansissent, nondum clausa seu obturata:per ea, quæ habentur in l. hęc autem iura.& ibi Bar.Pau.de Ca. & seq. ff.de seruit. vrb.præd.His habitis † pro constanti,videtur pri- 16
mo sic dicendum quod socius inuito socio parietem communem demoliri non possit, vt super eo refecto possit ædificare,vt est tex. in l.quidã Hiberus.& vtrobiq; per Bar.& Doctor. insuper Angel. ff.de seruit. vrb. præd. quia non est solus dominus, vt dicit text.in d.l.parietem.& alia ratione,quia in re communi potior est causa prohibentis: vt d. l. Sabinus.& in regula,in re communi. & ibi Din.& quæ in addi.Ibi dixi de regulis iuris.lib.vj.In †con- 17
trarium videtur quòd possit demoliri communem murum,& ipsum reficere,vt d.§.Item Mela. & l.si adeo.& ibi Flor.ff.comm.diui.concordat prædicta iura post gloss.in locis supra alleg. quòd aut socius vult ædificare in muro communi, ad eum vsum, ad quem res parata & destinata est, & tunc potest inuito altero,& sic intelliguntur d.l. ædes. & l. Item Mela. aut ad vsum, ad quem res parata non est,& tunc si interest prohibentis ædificare,melior est conditio prohibẽtis,vt d.l.Sabinus. & l.quidam Hiberus.& regula in re communi. & tenent Bald. Ioann.Fab.& Angel.Aretin.in §.religiosum.instit. de rerum diui.& Bar.& Doctor.in l.si ædibus.ff.de damno infect.& in d.l.inter quos.eo.titul.& gloss. in dict.l.si ædes. & latius in d.l. Sabinus. in §. item Mela.& in l.iiij.C.de ædil.priua.& Pau. de Cast.in d.consi.cccxxxiij.& Sicu.in consi.lxxxiij.ver.ij.probatur.l.probatur.l.ij.& Bald. in d.consil.cl.& Sin.in consil.ccxv. lib.j. vbi etiam † dicit,quòd tria sunt. 18

propter

propter quæ permittitur ędificare in pariete commun: scilicet pactum, patientia, & rei natura: & tenet Bar. in l. si stipulatus fuero. ff. de verb. oblig. vbi dic, quòd si tu & ego habemus domum, & tu ducebas socium tuum, & ego prohibui ingressum, quo tamen non obstante ingressus fuit, non punieris: quia non potes ibi habitare, nisi possis ducere amicum: quia res est destinata ad hunc vsum habitandi. ergo vnius tãtum sufficit consensus: & latiùs dixi in addi. ad Dyn. in d. reg. in re communi. Aut enim non interest prohibentis, vt depingere vel insculpere, vel scalas iuxta communem parietem apponere, & potest fieri ipso inuito: vt d. l. quidam Liberus. §. parietem. & l. fistula. §. iij. & ita tenet Io. Berberius, in suo vtriusque iuris viatorio. tit. communi diui. vers. quæritur, an vno sociorum. & Ioan. And. & Phi. Franc. in d. c. in regula. in re communi & Chri. Porc. in d. §. religiosum. & Io. Pet. de Ferr. in forma libel. pro hæred. vel re sing. in verb. & in
19 futurum. Et pro †hoc facit quod not. Abb. Sicul. in c. prudentiam. & ibi Fel. de of. dele. quod vnus de pluribus socis habentibus simul iurisdictionẽ, non potest iurisdictionẽ exercere sine aliis: vnde potest relaxare maletam seu emendam in præiudicium aliorum, arg. l. hæres mei. §. pe. ff. ad Treb. & cum ibi no. per Doc. & idem Bal. in d. cons. cl. Sed aliter,
20 secundum Cæpol. est † distinguendum, aut murus est cõmunis pro indiuiso, aut pro diuiso, videlicet quod vnusquisque vicinorum versus se intelligitur habere medietatem parietis sui pro indiuiso, iuxta ea quæ supra in eadẽ tali. dicta sunt. Et hoc casu, quando paries est communis pro diuiso, & tunc nõ propriè est communis, secundum Angel. in d. §. ex tribus. tamen quatenus se extendit illa dimidia versus vnum, ille poterit altius tollere & ædificare, super ponere & tigna immittere inuito socio, & non vltra dimidiam parietis communis pro diuiso. Ille est casus in d. §. ex tribus. secundum vnum intelle-
ctũ gl. j. Et est ratio, quia tunc non dicitur releuare
c murum communem, c sed proprium: nec dicitur super communi ædificare, sed super proprio tantùm. quod nemim est prohibitum, d. l. altius. & l. in ædibus. ita tenet And. in d. §. ex tribus. quod dicit esse valde quotidianum. Et hoc intelligit ibi Ang. & Cæpo. vbi supra verũ esse, vbi paries est ita grossus, quod vnusquisque vicinorum & sociorum ædificare poterit super sua dimidia, non tangendo aliam partem: vt d. l. in parietis communis. & ibi Bart. Bald. & Doctor. & idem tenent Ang. Paul. de Castr. & Flor. in d. l. quidam Liberus. & Cæpol. in
21 d. tract. titu. de camino. vbi dicunt † per illum text. quòd si paries est ita grossus, quòd non potest recipere detrimentum, non prohibetur alter ex sociis facere caminum & gnem iuxta parietem communem. & idem tenent in d. l. parietem. & etiam Pet. Iac. in tit. de act. in fac. ex variis figuris. Sed si paries esset ita subtilis & tenuis, quod esset impossibile ędificare super dimidia, & non tangendo aliam partem socij, quia paries est ligaminis, quo vtuntur Bononienses & Paduani: vel si esset paries cercorum laterum aqua gypso, quo vtuntur Tusci & linguæ Occitanæ, & Parisien. tunc dicit And. quod non videt quod ibi possit esse communio pro diuiso. de qua loquitur d. §. si ex tribus. Tum quia partes huiusmodi non possunt ad oculum demonstrari propter subtilitatem parietis. Tum quia partes considerate per se, vnicuiq; sociorum essent inutiles: vnde non poterit ædificare, nisi in suo solo: iuxta parietem communem, dummodo non noceat pariети communi. vt d. l. quidã Liberus. quia cum † proprium alteri non seruiat, iure naturali liberum est: & d. l. altius. & ibi Bald. C. de serui. & aqua. & idem tenet Paul. de Cast. in d. cons. cccxxxiij. ver. quantum ad illud. & Bal. in d. cons. ccxv. Imo secundum Bald. ibi tunc permittitur facere pilastros & alia sustentacula: quia cum †vnum conceditur, videtur & id 23
concedi, quod sequitur ad illud, l. seruientes quæ in superficie. §. si domo. ff. de serui. vrb. præd. Secundo † casu quando paries est communis pro in- 24
diuiso, & vnus sociorum vult altiùs tollere murum communem, & super eo ædificare inuito altero. Et tunc aut vult, quod superædificatum est, sit suum proprium, & non potest. Casus est in d. l. quidam Liberus. Ibi neque parietem quidem suum, secundum vnam expositionem gl. quæ exponit, per parietem communem, id est super parietem cõmunem: & ibi hoc no. Bar. Bal. Ang. & Flor. & Angel. in d. l. inter quos. & Bald. in d. consil. ccvij. Et apertè probatur in l. si inter te, & me. §. fin. de serui. vrb. prædio. & in l. super tuum. ff. de acquir. rerum dominio. & in l. ij. & in l. si in vera. C. de rei vend. vbi †habetur quod ædificium super pariete, cedit pa- 25
rieti inferiori. Aut vult altius tollere communem murum, †& super eo ædificare, ita quòd superædi- 26
ficatum sit commune, sicut prima pars muri inferioris erat communis, tunc potest: vt est casus in d. §. ex tribus. secundum vnam lect. glos. & ita tenent Bar. Ang. & Flo. in d. l. in parietis communis. quod intelligit Cæp. quando paries inferior potest sustinere superædificatum, alias non: ar. l. cuius ędificiũ. ff. de seruit. vrb. præd. Vel si nolit ab initio facere bona fundamenta ad vtriusque socij onera sustinẽda, potest repelli. Item etiam intelligit esse verum, quando non noceret suo, nec sua interesset: vt probatur in d. l. quidam Liberus. §. parietem. & l. fistulas. & per totum co. ti. quę leges debet ita intelligi, vt no. gl. j. in prin. in d. l. Sabinus. & ista est veritas, quæ obseruatur in practica: tamen de iure † socius 27
potest cooperire murum communem, si non facit damnum socio: per d. §. parietẽ. & l. fistulas. cum ibi no. Sed quando duo vicini habent areas contiguas, vel hortos, vel vnus habet domũ, & alius hortum, & faciunt in medio parietem propter clausuram solum, & alter vicinus vult ædificare ex latere suo super communi, quo ædificato seu ædificio facto, deterior videtur fieri area vel hortus cõuicini, vtpote quia à latere remaneat adeò sol & vẽtus liber ad hortum vicini, tum in tali pariete communi vnus socius altero inuito ædificare nõ potest. Nam ad vsum ædificandi institutus nõn fuit, sed ad vsum clausulæ: vt supra dictum est. & ita consuluit Ful. in quodam suo cons. quod incipit, duo vicini habent, &c. & idem tenet Cæp. vt supra de pariete & muro c. xl. Quo ad secundum quæritur, †si socius ædifica- 28
uerit supra cõmunem parietem pro indiuiso, consentiente socio, vel supra communem murum, pro diuiso tamen vltra partem suam occupauerit de parte vicini, tũc primo casu est dicendũ secundum Bart. in l. bona fide. §. si quis iuxta. ff. de damn. infe. quòd aut socius consensit expressè ędificanti, & tũc non potest agere ad demolitionem, neq; ad interesse: vt d. l. Sabinus, & quo ad sui commodum præiudicat sibi, sed non reipubl. quando ædificium est contra publicam vtilitatem. & idem socius poterit petere, non obstante consensu, demolitionem fieri, prosequendo publicum interesse: vt not. in l. iurisgentium. §. si pacisc. ff. de pact. Aut tacitè, quia eo præsente ædificium fuit factum, & non con-

tradixit, & tunc agit ad demolitionem,& non ad intereſſe,vt d.l.Sabinus.ij.reſpon.Aut non conſenſit expreſsè, nec tacitè, ſed contradixit ædificanti, vel non contradixit: quia erat abſens, & tunc agit ad demolitionem,& ad intereſſe,vt d.l.Sabinus. in fi.Et ita tranſeunt Io.& Alex.de Imo.in d.§.ſi quis iuxta.& Cæpol.vbi ſupra. Et ita cenſeo, ſalua alterius melius ſentientis correctione.

ADDITIONES.

a Paries. Adde,ſi domus ſit diuiſa per ſolaria, & corruat, an ille qui habet partem inferiorẽ teneatur reficere, ad hoc vt habens partem ſuperiorem poſſit ab inde ſuprà reficere: an verò manſerit liberum,& perierit omne ius habentis partẽ ſuperiorem:vide Bar.& Soz.in conſ.cxxxviij.cũ ſeq vo.ij.

b Latomos. Adde,ſi quis ſeruitutem habeat per pariam, vel clauſtrum,an habeat aditum perpetuò,liberè ire, uanſire,redire cum perſonis & equis,ac alijs quibuſcunque rebus cuiuſcunque cõditionis,& ibi morari per notabile ſpatium, & etiam poſſit reponere onera ac dechargia tecurius, & in terram proiecere & ibi retinere per ſpatium temporis,& an poterit ibi vinum vendere:vide Soziu.in conſ.cxij.volum.j. quod eſt ſingulare in materia ſeruitutum.

c Communem Quando domus aliqua diuiſa eſt per ſolaria, an ille qui habet partem, poſſit prohibere ne dominus partis inferioris immittat fumum. text. in l.ſicut.§.Ariſt & ibi Doct.ff.de ſerui.& ven.& Cæp.in ſuo tract. ſeruit.& Soz. in conſ cxxxix.lib.j.

SVMMÆ.

1 *Merx dicitur committi viro ex parte mulieris eius pro dote promiſſa lapſo biennio,à die contracti matrimonij.nu.7. Et quando dicatur contractum matrimonium ad finem prædictum. & n.u. ſeq.*

2 *Vxorem traduci ad domum vxoris,ſignum eſt maximæ triſtitiæ.*

4 *Matrimonium poteſt conſtare ſine aliqua vxoris reductione ad domum viri.*

5 *Sponſus non poteſt petere intereſſe dotis promiſſæ, & non ſolutæ.*

6 *Mulierem locupletari cum aliena iactura, iniquum eſt.*

8 *Intereſſe dotis promiſſæ,& non ſolutæ,an etiam hodie locum habeat. Et quomodo ad ipſum eſtimandum.nu.ſeq.& 11.12.Et num illud debeatur iudicis officio.nu.14.*

10 *Dos eſt proprium patrimonium viri cõſtante matrimonio.*

13 *Conuentio talis patris cum genero, quòd promittit illi certam ſummam pecuniæ pro dote infra certum tempus ſoluendam, & interim promittat dare certos denarios pro libra,quotãnis,an valeat.*

15 *Dos ſiue fuerit promiſſa cum pacto, ſiue ſine pacto aliquid ſoluendi,vſq; ad ſolutionem dotis,poteſt peti intereſſe.*

16 *Dies non ſolum expreſſa conſtituit quem in mora, ſed etiam tacita.*

CONSILIVM VE

VIſo inſtrumento contractus matrimonij, vnum puto in materia præſupponendum eſſe quod tradit Roman. in ſuo ſing. in ver. dos.in quinto. mihi prima fronte notandum, ſcilicet quod mora †dicitur cõmitti viro ex parte mulieris ei' pro dote promiſſa lapſo biennio à die contracti matrimonij:per l.ſi.§.j. C.de iure do. Sed pulchrũ eſt ſcire quando † dicatur contractum eſſe matrimonium ad finem prædictum. Et in hoc breuiter concludit Lud.vbi ſupra quod quandò vxor eſt tradu&a ad domum viri, & ipſe ſuſtinet onera matrimo.aliàs autem nõ,per illum tex.in d.§.j. quem ad hoc propoſitum ipſe reputat vnicum.Sed eſt aduertendum quod ipſe vult allegare text.in d.l.fin. §.ſi. qui incipit,præterea ſancimus,& c.vnde ſecundum Lu.Bol.ibi. † in primis interpr.alle tex.recte ponderatus,& ſubtiliter,non conſiderat traductionem vxoris ad domum mariti, nec etiam ſupportationem onerum : ſed ſolùm dicit,& vtitur his verbis: Et tempore matr. bonorum tranſactum ſit. quare ſi vxor ipſa non eſſet etiam traducta ad domũ viri, ſed ſi vir eſſet traduct' ad domum vxoris: quod eſt ſigni. maximæ triſtitiæ,ſecũdum Fran.de Crem. in ſuo ſin.lxvj.idem eſſet dicendum:quia odio matrimonij. Et per conſequens hoc eſt in cõſideratione, quo ad illum tex.& nõ traductio ad domum. Nam poteſt eſſe matrimonium †ſine aliqua traductione ad domum mariti: vt l.hæc conditio. ver.rondum nubilis in domum viri ducta,& c. Et ibi doct.ff.de condi.& demon.quia illa traductio non eſt in conſideratione,ſed conſum.matto matrimonij in ætate perfecta.Et hoc tenet pulchrè & diffuse Alex.de Imo.in conſi.clij.inci. an & per quæ verba contrahatur matr.verſi.nec obſtat.& in conſi.clij.ibi immediatè ſeq.& conſi. cliij. Ibidem maximè vol.v. & illuſtriſ.doctor Fran.de Are.in conſ.cxlij. incip. ex facto proponitur.& Alexan.in conſ.cxlj.inci.an mulieri paſſę moram.li.v.Vnde videtur †circa hãc q.propter doct.opin.dubium, eſſe primo ſecũdum Bal.in conſi.lxxviij.inci. vtrum marinus. lib.iij. dicendum,quod ſponſus non poteſt petere intereſſe dotis promiſſæ,& nõ ſolutæ: quia actio de dote eſt ſtricti iuris,niſi quando competit mulieri. a Et idcò ſimiles acceſſiones non veniunt, niſi à tempore litis conteſt.& iſta opi.recitatur per glo. in l.de diuiſione.ff.ſol.matr.Et pariter contraria opi.quę eſt verior. Nam cùm vir ſuſtineat onera matrimonij, implet contractum ex parte ſua. Ergo ſibi æqua lance debet impleri, ſaltem recompenſando ſibi onera matrimonij, ar. l. curabit. C.de acti.empt. quia non eſt æquum quòd † mulier locupletetur cũm aliena iactura:ſicut econtrà,ſi non ſuſtineat onera matri.non debet habere fructus,vt l.pater. Et ibi Bar.ff.de exce.dol.Et ſic †videtur caſus, q̃ poſt biennium quilibet etiam extraneus teneatur, vt in d.l.ſi.§.præterea. de iure do. quia biennium ſuccedit loco litis conte.ſecundum do. Ray. de Forliuio ibi.Et taxat ibi tex.quid ſit,ob defectum ſolutionis dotis,ſoluendũ:tamen Bal.in d.cõſ.lxxviij.non credit,q̃ illi taxationi † hodie ſit locus. quæ erat poſt biennii pro quolibet centenario xxxiij. ſed ſolum quòd alimenta debẽt præſtari iuxta morẽ regionis, vel iuxta correſpondentiam onerũ matrimonij. & ita tenet Iac. de Rauc.Pet.de Bellapert.Bar.Pau.de Caſt.Alex.Iaſ.& Soz.in d.l.de diui.& iſta opin. eſt multum æqua,quando petuntur vt intereſſe, arg.l. nummis.ff.de in litẽ iuran. Et ideo cõcludendum. †Doc.ſupra alle.q̃ iuxta menſurã arbi.boni viri cõſideratis oneribus matrimonij,& quantitate dotis,& his quæ in regione frequentantur, ipſum intereſſe (quod alimẽta,ſecũdũ Bal.in d.cõſ.lxxviij. vocam') peti poteſt quia cõſtãte matrimonio †dos eſt proprium patrimonium viri, l.doce ancillã. C.de rei. ven.ideo viro debentur alimẽta eius, id eſt, vnde ſe & vxorem ac liberos alat,l.vbi adhuc. ver.ita tamẽ. C.de iure do.&l.curator.ff.de ventr.in poſ.mitten.

Et

Et pro hoc eſt text. in c. ſalubriter. de vſu. & in l. ſi maritus. & ibi Flo. ff. fami. erciſ. & idem tenet Bar. in l. inſulam. §. vſuras. & ibi Raph. & Alexan. ff. ſolu. matr. & Bar. in l. at qui naturam. §. non tantum. ff. de neg. geſt. & Bal. in d. l. fi. §. præterea. verſi. ad hoc dubium. de iure do. in noua lec. vbi dicit; quòd in
11 aliquibus locis ſunt ſtatuta † & cõſuetudines quòd præſtentur decem pro centenario, quæ eſt decima pars centeſimæ: & iſtud eſt ſatis probabile: quia ſecundum vſum bonæ mercantiæ tale lucrum adfertur, c. per veſtras. & ibi Doc. de do. inter vir. & vxo. & de dote poſt dino. teſti. & idem Bal. in d. §. præterea. in antiq. lec. ver. tertij dicunt. & Soz. in repe.
12 l. iij. §. item ſi Reip. ff. ad l. Falci. & tale lucrum † decem pro centenario toleratur, & permittitur in regno Franciæ ex ordinationibus Regiis, tamen cõmuniter conſuetum eſt dari ſex pro centenario: & iſtud eſt iuſtus & verus valor: & in terminis huius quæſtio. conſuluit Bart. in conſ. cccl xxvj. in antiq. & gloſſ. & doctor. in conquæſt. & c. conſului. & ibi Iaud. de Rom. in repet. de vſu. & Anchar. in conſ. cl. quod eſt fin. & Alex. in conſi. xxvij. vol. iiij. & Ab. Sicu. poſt Io. An. & Cal. in d. c. ſalubriter. verſi. circa intellectum. c. quæritur de notabili & ſatis dubia
13 quæſtione. vbi dicit, † quod ſi pater puellæ promiſerit certam pecuniæ ſummam pro dote genero ſuo intra certum tempus ſe ſoluturum, & interim promiſerit dare certos denarios pro libra quotannis vſque ad ſolutionem dotis, quia valet talis conuentio, ſi maritus ſolitus ſit mercari, vel ponere pecuniam apud mercatorem, cùm ipſe maritus non capiat pro mutuo, nec pro dilatione data, ſed quia ſuſtinet onera matrimonij, & ſic potius capit vt intereſſe: nec videtur ſecundum eum eſſe contra bonum charitatis. & idem Io. de Imo. in d. §. vſuras. Ang. Are. in §. fuerat. ver. & quia iſta eſt bonę fidei.
14 cum ſc. Inſtit. de act. & dictum † intereſſe debetur officio iudicis. & idem tenet Ange. de Claua, in ſua ſumma, in litera, vſur. ſupra j. ver. xxv. & Bal. in auth. & qui ver. quæro mulier. C. de bonis auto. iur. poſ. & dixi in li. conſue. Bi. tit. de ſtat. perſo. in §. v. in gl. ij. & Sign. de Homo. in conſ. cclvj. & Sicu. & Fel. in c. cum venerabilis. de exce. & Alex. in d. conſ. cxlvj.
15 lib. v. Quamobrem ſiue dos fuerit † promiſſa cum pacto, vel ſine pacto, de aliquid ſoluendo vſque ad ſolutionem dotis, poteſt peti intereſſe. vnde dictus Gillet. Poirier non ſolùm poteſt petere xxv. libras Turon. in ipſo cõtractu matrimonij promiſſa pro alimẽtis, licet de alimẽtis in d. cõtractu nihil dictũ ſit: ſecundum Imo. & ſeq. in d. §. vſur. & Ang. Aret. in §. fuerat. ſed etiã intereſſe ſimile, quod paſſus eſt
16 poſt annũ, & terminũ aſſignationis dotis lapſum. Nec † obſt. quòd ipſe Poirier non petiit, nec interpellauit ſocerum, aut eius hæredes: quia dies non
c ſolum expreſſa conſtituit quem in mora, ut l. magnam. C. de contrahen. & commi. ſtipul. ſed etiam tacita, vt eſt tex. celebris, & ibi Bal. in l. vna. §. actio. ver. in tex. ibi, vſuras. C. de rei vx. act. Et ideo intereſſe venit vi morę ex dicti lapſu. Et ita mihi videtur, correctione alterius cuiuſlibet melius ſentientis ſemper ſalua. In cuius rei teſtimonium nomen & ſignum meum adpoſui.

ADDITIONES.

a Mulieri. Adde, quid ſi maritus petiit vſuras dotis ſibi debitas: qui paſſus fuit maximam moram, an poſtea ipſo mortuo, poſſint eius hæredes petere vſuras dotis, vide Bart. in l. vir vſuras. ff. de don. inter vir. & vxor. & Franc. de Crem. in ſuo ſing. v. qui tenet quod non.

b Videtur. Adde Soz. in conſi. clxxvij. vol. j. quod eſt ſing. Bal. nouel. in tract. de dot. in ij. parte.

c Mora. Adde Soz. in conſ. cvij. verſi. ſit ergo concluſum ij.

SVMMA.

1 *Negotia plura quando dicantur connexa. & numero 3.*
2 *Adulterium & lenocinium, dicuntur comitia connexa.*
4 *Negotia dependentia inuicem quæ dicantur.*
5 *Negotia diuerſa & ſeparata, quæ dicantur.*
6 *Iuramentum ſeruandum in omnibus, & per omnia in negotiis connexis.*

CONSILIVM VII.

SVPPOSITO ſtatuto ciuitatis Mediolani, vt ſtetur ſacramento eius cui defertur in omnibus, & per omnia tam ſuper forma ſacramenti, quàm quibuſlibet aliis dependentibus, vel facientibus ad negotium, de quo quæritur. Pro † cuius euidentia ſciendum eſt, quòd negotia dicuntur connexa, quando ſunt negotia idem debitum tangentia: quorum vnum tendit ad obligationem, alterum ad eiuſdem debiti liberationem: vt ſi dico te debere mihi decem, & tu reſpondes te debere; ſed tibi eſt factum pactum de non petendo: vt notat. per Bartol. in l. Aurelius. §. eum qui. ff. de li. leg. Item, plura dicuntur negotia connexa, quando plura ſunt negotia, quorum vnum procedit ab altero. Hinc † eſt, quòd crimen adulterij & lenocinij dicuntur connexa, quia vnum procedit ab altero, vt notat Bartol. in l. is qui reus. ff. de pub. iur. & in l. ij. §. ſi pub. ff. de adulter. Item † plura dicuntur negotia connexa, quando plura ſunt negotia, quorum vnum venit ad qualificationem alterius, vt notat Barto. in dict. §. eum qui facit. l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex quibus cauſis in poſſ. ea. & & quod not. in l. diuus. §. j. de iudic. Item plura dicuntur negotia connexa, quando ſunt plura negotia: quorum vnum ineſt alteri, contrahentium voluntate: vt ſi promitto tibi cum hoc pacto incontinenti adpoſito, vt pro me vadas Rom. vt notat Bartol. in dict. paragraph. eum qui. facit l. iuriſgentium. §. quoniam imo. ff. de pact. & l. lecta. verſ. dicebat. ff. ſi certum petat. Item negotia dicuntur connexa, quando ſunt plura negotia ad vnum effectum tendentia: & l. illud. in fin. ff. ad legem Aquiliam & quod not. gloſſ. in l. cùm filius. paragrapho primo. ff. de verborum obligation. faciunt no. in l. nonnunquam plura. Codic. de priua. delict. Ita dicuntur † dependentia inuicem, quando vnum negotium habet aliquam acceſſorietatem alteri neg. Item negotia dicuntur vnum tangens aliud, quando vnum negotium in aliquo de ſupradictis modis tangit aliud, vel ratione acceſſorietatis, vel ratione qualificationis, vel aliis modis, de quibus ſupra dixi. Negotia † verò diuerſa & ſeparata dicuntur, quando ſunt facta diuerſis temporibus, ex diuerſis cauſis, & ad diuerſos effectus, & vnum non tendit ad qualificationem, nec ad alterius peremptionem. Item quando vnum nullam habet dependentiam ſeu acceſſorietatem ab alio. Item vnum non ineſt alteri. Iſta dicuntur diuerſa & ſeparata, nullo modo vnum alterum tangentia, vt not. Bar. in d. §. eum qui. faciunt no. in l. ſi quidem. C. de exce. & in l. etiam. ff. de minor. His præmiſſis pro euidentia † condeſcendamus ad qu. Ego peto

à te, asserens me tibi tradidisse decem petias pannorum ad tingendum eas: ideo peto eas mihi restitui.defero tibi iuramentum:tu iuras me tibi tradidisse,sed me fecisse pactum de non petendo, vel liberasse te per acceptilationem. in omnib. & per omnia seruandum est iuramentum: cùm dicatur, iura super negotio principali, & super connexo & negotium tangente de quo agitur. Eodem modo, si iurasti me tibi tradidisse,vt supra,sed me tibi debere centum ex tinctura dictorum pannorum: quia cum secundum debitum procedat à traditione prima,& ex causa primæ traditionis, ista dicuntur negotia connexa, & ideo seruandum esset iuramentum in omnibus & per omnia:cùm dicatur esse iuramentum super negotio principali, & connexo & dependente ab eo, & ipsum negotium tangẽte. Sed si tu iures me tradidisse tibi,vt supra,sed me debere cc.ex alia causa mutui,vel ex tinctura aliorum pannorum,cùm ista negotia sint separata & diuersa diuersis causis, contracta ad diuersos effectus, & vnum nullo modo tangit aliud aliquo de supradictis modis, ex eo quod tu iurasti me tibi tradidisse x.petias, &c. seruandum est iuramentum, vt tu tenearis ad restitutionem : cum factum super negotio,de quo agitur: in eo quòd iuras me tibi debere cc. ex causa mutui, vel ex tinctura aliorum pannorum, non est seruandum iuramẽtum sic factum super negotio de quo agitur,nec connexo,nec dependente,nec in aliquo modo tangente negotium, de quo agitur.Et ita ego dico & consulo Signore. de Homod.iuris vtriusque Doct. & in testimonium, &c.Et vt supra dico,& consulo ego Rapha.de Fulgosis. I. V. D.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Quæstionis casus est,Iudex seu Suffraganus officialis cõdemnauit aliquem in expen. contra stylum Curiæ suę à qua fuit appellatum ad nos officialem metropol. & coram nobis proposuit,quod male fuit in expen. condemnatus,attẽto stylo Curiæ iudicis a quo, quem coram nobis probauit: licet ipsum coram iudice à quo non proposuerit nec allegauerit,an debeat obtinere expensas originalis & appellationis processuum.

SVMMÆ.

1 *Stylus,Consuetudo,Mos & communis obseruantia,an eadem,& pro eodem ponantur.*
2 *Stylus,quid.*
3 *Consuetudo quid.*
4 *Consuetudinem aut stylum non introduci per sententias & acta iudiciaria arbitri.*
5 *Arbitria licet sint redacta ad instar iudiciorum,tamen extincto arbitragio & compromisso, sopitus est stylus,& consuetudo.*
6 *Consuetudo an, & à quibus mulieribus possit induci.*
7 *Consuetudo & stylus, quid inuicem differant, & nu.12.20.*
8 *Stylus factum magis sonat,quàm consuetudo.*
9 *Palatij apostolici ius,venit ex facto.*
10 *Stylus principis idem operatur, quod consuetudo vniuersalis populi.*
11 *Stylus redactus in scriptis,Statuti vim habet.*
12 *Consuetudo nominatim articulanda & probanda est.*
14 *Stylus Curiæ Rom. est volubilis, & mutatur ad mutationem Pontificum, auditorum & aduocatorum.*
15 *Statutum vel lex quotiescunque disponit in aliquo casu,exprimendo aliquam qualitatem,tum agens & utens tali Statuto vel lege,ad probationem illius qualitatis astringitur.*
16 *Consuetudo licet sit ius, tamen quia non scriptum debet probari.*
17 *Stylus potest allegari in decisionibus causarum, si ius non reperiatur.*
18 *Consuetudo probari debet per turbam, in Frãcia, & in foro seculari.*
19 *Iudices & magistratus deputati ad ius reddendum,non possunt derogare legi, vel condere statutum contra ius commune.*

CONSILIVM VIII.

MIHI dicendum,secundum Io.Fab.in §.ex non scripto. & Angel.Aret.ibi.Instit.de iur.nat.gen.& ciuil.& Ang. de Perusio ibi,in repet.quæ reperitur inlect.Bald.quod †stylus,consuetudo,mos & communis obseruantia, idem sunt, & vnum pro reliquo ponitur,vt inquit Io.Fab.sæpe poni video c. qui graui.de fal.& idem Ant.de But.in c.fi.ver.dic ergo quòd latè.de consu.vbi dicit, quòd stylus †est ius nõ scriptum,ab vno iudice sæpius circa sententias &acta iudiciaria introductum siue stylatum,secundum Petr.de Bellapertic.& Cyn.in l.ij.q.iiij.C. quæ sit long.consuet.& idem Ioann.Fab.Angel.de Peru.& Aret.in d.§.ex non scripto.& Barto.in l.de quibus. ff.da.leg. sicut est consuetudo † quæ tacita voluntate & vsu plurium inducitur : quia populi vel maioris partis ciusdẽ. Et in hoc differunt,quoniam stylus ex actibus iudiciariis solum introducitur,secundum Bartol.in dicta l.de quibus Doctor. supra alleg. Et consuetudo tam ex actibus iudiciariis, quàm extraiudiciariis interueniente populi consensu : & sic est vsus communis, & stylus est vsus vnius hominis : secus videtur in arbitro,per cuius sententias † & acta iudiciaria non introducitur consuetudo aut stylus: vt volunt Innocent.& Ioan. And.in c.Abbate.de verb.signifi. & Bald.in capitu. j.de feud.cog.& Gulielm.de Cug. in dict.l. de quibus.&Lud.de Rom.in sing.xlij.contrarium tamen voluit Bald.sibi contrarius in repetit.dict.l.de quibus.& Anton.de Butr. dict.c.fin.& Ias.in dict.l.de quibus.tamen prima videtur mihi verior:quia †licet redacta sint arbitria ad instar iudiciorum, l.j.ff. de arbit.& ibi plene Lud.de Rom.super rub.& Angel. Aretin. & Ias. in §.omnium autem actionum. Instit.de actio. tamẽ extincto & expirato arbitragio & compromisso, erit sine dubio sopitus stylus & consuetudo introducta per ipsos:quia alius arbiter poterit alium diuersum stylum &modum faciendi introducere, aut partes compromittentes dabunt ei normam seu formam procedendi, quæ erit attendenda.c.cùm dilecta.de reseri. l.non distinguemus.§.de offi.ff.de arbi.& idem in mulieribus quæ †non possunt introducere consuet.vt voluit Bart. in l.j.per illum tex.ff.de leg.Lud.de Roman.in sing.xliij.quod intelligo nisi esset Comitissa aut Ducissa,quæ habent iurisdictionem, c.dilecti.de arbi. & glos.in l.fin.C.eod.tit.& in auth.de iudi.§.sedebunt.de qua dixi in §.vij.de consu.feu.tunc possent habere stylum & ritum, secundum Io. And.in d.c. fi.q.vlt.quem ibi sequitur Ant.de But.in §.visa materia.stylus est in scribendo tantum.d.ca.quàm grauí.& c.penul.de confir.vtil.vel inutil.quæ sunt iura formalia, & clara, quòd in scribendo dicitur stylus

1 2 3 4 5 6

Curiæ.

Curiæ.de quo ibi per ipſos, & eſt de mente Doct. ſupra alleg.& tenet Bal.in l.j.C.de ſacr. ſan. eccleſ. & in rub.de reſcri.ſi.1o.de Ana.in d.c.quàm graui. & pulchre Fel.in c.ij. ſeq.verſ.ſtylus Curiæ.de reſc. & Philip.Decius in conſ.xj.ver.ſecundo reſpondetur.Sed Sal.in d.l.ij. quæ ſit long.conſuetu.dicit ſequendo Pet.& Cyn. ibi quòd nulla lex loquitur de ſtylo,ſed de more iudiciorum : vt l.ſed ſi poſſeſſor. in ſi.ff.de rei vend. & l.circa.in fi. de prob. & l.Labeo.in prin.de ſtatu hom.& l.j. §.in honorariis.ff. de variis & extraor.cog.vnde dicit quod modicam
7 differentiam videt † inter conſu.& ſtylum, de quo per ipſum,& Ang.Aret.vbi ſupra,ſed videtur text. in l.ſi quando.ibi : & diligens ſtylus ſigillatim omnia adſcribat,&c.C.de bo.vacan. lib.x. quod exponit Lucas de Penna,id eſt, graphium, quo ſcribitur,vel eſt,ſecundum eum,conſuetudo in ſcribēdo.d.c.quàm grauiter dicit Bal.in l.fin.C.quæ ſit long.conſu.quod collegia & curiæ poſſunt habere propriam conſuetudinem: & talis conſuetudo ſeu practica cōfirmata alicuius Curiæ,puta Præſidialis & epiſcopalis,appellatur ritus ſeu ſtylus, & Cyn.in d.l.ij.Et in Curia Rom. dicitur, ita eſt de ſtylo Curiæ,id eſt,de obſeruantia præſcripta ipſius Curiæ, quæ obſeruantia habetur pro forma, & ab ea non eſt recedendum,ſecundū Bal.in d.l.ſi. Et hoc bene obſeruant aduocati Iurium ignari,ſecundum Alb. de Roſ.in l.j.ff.de conſti.prin.quando eis deficiunt iura, ſolent dicere, ita fuit per Regem aut Papam
8 in tali cauſa obſeruatum & iudicatum. Et † ſic ſtylus & conſuetudo ſunt facti : & magis ſecundum Pet.& Cyn.in d. l.ij. ſonat ſtylus in factum, quam conſuetudo.& idem dicunt Io. And.Anto. de But. & Collecta.in d.c.fin.de conſuet. & do.de Rota,in
9 dec.dccx.in antiq.vbi dicūt quod ſtylus palatij † Apoſtolici eſt ius quod non venit ex facto:& probatur in d.c.ex literis de conſtit.& de Zabar.in conſi. xxx.ver.ca.propter.Sed ſecundūBar.in d.l.de quib.
10 ſtylus †principis idem operatur quod conſuetudo vniuerſalis populi.Et idē dicit Alex.in conſi.xxxix. in ſi.vol.iij.& deci.capellæ Tholo.q.cxv. Sed ſi ſty-
11 lus eſſet † redactus in ſcriptis, vt eſt noſter ſtylus Bituricen. ſicut etiam ſtylus de Brolio in Curia ſeculari,tunc eſſet ſtatutum, ſecundum Ang.Aret.in dict.§.ex non ſcripto.Sed mihi videtur quod non, quemadmodum conſuetudo propter memoriam in ſcriptis redacta, non deſinit eſſe vel appellari conſuetudo:vt volunt omnes in l.de quibus.& l.ij.
12 quæ ſit longa conſue.& in c.ſi de conſue.Sed † ſiue ſit ſtatutum ſiue ſtylus, tamen nulla eſt differentia inter ipſum & conſuetudinem,vt voluit Alexan.in conſ.cx.ver.& primo vbi conſue.volumin.iij.quare debet proponi tam agendo,quàm defendendo, vel officium iudicis implorando,ſecundum Barto. Ioan.Lab.& doct. ſupra alleg. Et ſaltem ſecundum Cyn.quem ſequitur Ang.de Peruſio in d.§. ex non ſcripto.debet allegari in genere factum immediatum in concluſione quę ſit in libello,ex quo poſſit
13 reſultare conſuetudo ſiue ſtylus. Sed prima † eſt communis, & in practica ſeruatur,ſecūdum Ioan. Fab.& Aretin. quod nominatim eſt articulanda & probanda. Idcirco non ſufficeret dicere, ita ſeruat Curia Romana,niſi obſeruantia ſit à Papa per modum declarationis vel conſtitutionis approbata: vt voluit Alber.de Roſ.in ſuo dictionario, in litera Curia.in fin.& Felin.in d.cap.ij.& in c.Rodulphus. verſi.vbi diſci.de reſcr. qua ſecundum Alb. & Fel.
14 ſtylus curiæ eſt † volubilis & mutatur ad mutationem pontificum, auditorum.& aduocatorum; qui facilè ſunt in mutandis inſtitutis prædeceſſorum: vt no.Ioan.And.c.j.de elect.lib.vj. in nouel.& dixi in d. trac. de authoritate magni conſilij, & parlamentorum regni,in ij.parte.pro parlamentis.in j. addi.& hanc opin.ſequi videtur Ang.in l.vel negare.ff.quemadmod.teſta.aperi. vbi dicit quod quotieſcunque ſtatutum vel lex diſponit † in aliquo 15
caſu exprimendo aliquam qualitatem, tunc agens ſeu fundans ſe ex tali ſtatuto, debet articulare & probare qualitatem illius legis vel ſtatuti,vt ibi: vide etiam Hipol.in ſingul.clxxxvij. Et ideo tenetur pars reſpondere poſitioni tactæ de conſuet. ſecundum Bar.in d.l.de quibus.ver.quæro,an conſue. ſit ius. & Bald in l.ij. §. ſed quod obſeruari.C.de iura. cal.in l.j.quæ ſit long.conſue.ver.ibi cauſa cognita.
vbi etiam no.quod licet † conſuetudo ſit ius,tamen 16
hoc ius non ſcriptum debet probari vt ibi.& idem Ang.Aret.vbi ſupra dixi in tract. de aut.magni cōſilij,& parla.regni.in ij.parte. in j.addit. in fin.quia
ſecundum Ab.Sicul. in c. ex literis.de conſtit.† ſty- 17
lus in deciſionibus cauſarum poteſt allegari, ſi ius non reperitur, & alibi hoc affirmat, prout vnum dictum Bar.quod dicit ſe pluries practicaſſe,quando aliquis allegat aliquid fuiſſe factum & obſeruatum,& tamen fore ſtylum curiæ,quòd iudex poteſt a ſeipſo interrogare tabelliones, & alios circunſtantes practicos,qui veriſimiliter ſcire poſſunt an
talis ſit ſtylus & conſuetudo, & ſi ita fuerit a in cu- a
ria obſeruatum.Ita eleganter tradit Bar.in l.iij.per illum tex.in fi.& ibi Alex.in addi.ff.de teſti. & Bal. in l.j.in fi.C.vt quæ deſunt aduoc. Et talem theōricam Barto. debetis ſeruare,& releuare partes ab onere probandi ſtylum & modum vtendi Curię veſtræ,& ſic parcere ſumptibus & expenſis. c. finem litib.de do.& contu.Sed in Francia † & in forō ſe- 18
culari debet probari conſuetudo per turbam, ſecundum Io.Fab.in d.§.ex non ſcripto.& dixi in §. ij.de conſue.mat. Tamen aduertendum eſt ad vnū, quod facit ſingulare Alex. in conſ.xxxvj. in fi.verſi. Nec obſt.id,quod deponunt.vol.ij.quòd ſtylus poteſt produci ad declarandum ius, ſed non ad derogandum. Exemplum, Lege cautum eſt, quòd in cauſis iudicialibus non producatur libellus in ſcriptis,niſi in cauſis ſummariis & breuioribus.Et non reperitur expreſsè determinatum quæ ſint cauſæ breuiores niſi ſecundum quod iudex arbitratus fuerit : modo in curia iudicis eſt ſtylus quòd in cauſis xx. ſolidorum non detur libellus in ſcriptis : certè hic ſtylus curiæ eſt in poſterum ſeruandus : quia non eſt contra legem, ſed tendit ad declarandum. Secus vbi eſſet contra legem : quia magiſtratus & iudices † deputati ad ius reddēdum,non habēt po- 19
teſtatem derogandi legi, ſeu condendi ſtatutum contra ius commune.vt l.formam.C.de offic.præfat. præ.Et non poſſunt inducere per ſtylū aliquid contra ius commune:vt volunt Petr. Cyn.in dict.l. ij.quæ ſit long.conſuetud. & latiùs Alexan. in dict. conſil.xxxvj.& Philip. Decius in d.conſil.xj.Et ſic
in hoc videtur differentia † inter conſuetudinem 20
& ſtylum : quia conſuetudo poteſt eſſe contraria iuri communi. d.l. de quibus. & §.ex non ſcripto. & dict.c.fin.de conſuet.& c.ij.eo.lib.vj.quod intellige,vt ibi per docto. cum conſuetudo debeat eſſe rationabilis,& præſcripta. de quo per Abb. Sic. in
dict.c.fin. Ideò † concludo,quòd ex eo quòd dictus 21
appellans non allegauit nec propoſuit ſtylum in ſpecie vel in genere coram iudice à quo, ſed ſolum coram vobis, ad quem probandum ipſum admiſiſtis : & ſic ex nouis allegatis & probatis ob-

tinet appellans, non debet appellatus condemnari in expens. sed excusatur à condemnatione vsque ad productionem vel publicationem testium. no. glo. in reg. ignorantia. & ibi dixi post Dyn. in addit. de regul. iur. lib. vj. & Cyn. Bal. Bar. & Sal. in l. generaliter. §. j. C. de reb. cred. & Bar. in l. properandum. §. fin autem reus. C. de iudi. & Alex. & Mod. in l. final. ff. de re iudi. & Ang. Are. in §. j. vers. quæro vnus. instit. de pœna temere litig. & Innoc. & Bald. Petr. de Ancha. in d. c. finem litib. & ibi Abb. vers. ij. membro. de do. & contu. & ita tenetur & practicatur secundum ipsos, & verum dicunt, & ita pluries vidi in curia vestra practicari. pro qua est tex. ibi Bar. & doct. in l. si quis insiciatus. ff. depositi. & Bart. & docto. in l. destitisse. ff. de iud. ex eisdem actis obtinet, quia tunc deberet habere appellans omnes expensas vtriusque processus: vt volunt communiter doctor. in locis supra alleg. nisi quando est dubium iuris propter interesse doc. opin. in illo casu appellans debet excusari: vt voluit Ab. Sicul. d. c. finem litibus. ver. limita verum & Feli. in c. pastoralis. circa fin. de iudi. & Matth. de Mat. in sing. lxxxij. cum seq. in fin. Et ita mihi videtur, salua in prædictis correctione vestra.

ADDITIO.

1 Et si ita fuerit. Adde text. & ibi Benedict. de Plumb. in l. Labeo. de statu hb.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Dominus Ioannes de Castro nouo, de la Berthono, Baro Iodi prædicti, habuit in vxorem Mariam de Culan, filiam dominæ Annę de Beaulieu. Ex quibus procreati sunt septem liberi, videlicet Iacobus Guido, & Ioannes de Castro nouo, & quatuor filiæ, quarum tres fuerunt vxoratæ, & maritatę, & alia fuit ingressa religionem. Euenit, quod dicta Maria de Culãt mater, primo, & postea præfata Anna de Beaulieu auia decesserũt ab intestato relictis suprà septem liberis dictorum Ioan. & Mariæ coniugum, & ipsius auiæ successionem & bona tam mobilia, quàm immobilia præfatus Ioan. de Castro nouo pater cepit: ratione cuius filiæ suę se manuteneri fecerunt. Tandem idem Io. pater veniens ad mortem suum vltimum condidit testamentum, in quo iure institutionis reliquit dicto Ioanni filio suo pro omni successione paterna & materna, & auita omnia hæreditagia, terras & signorias eidem defunctę auię suæ spectantes & pertinentes, sitas in Ducatibus Bituricen. Burgundien. si, Borbonien. si, & Marchia. Et casu quo non fuisset idem Ioan. contentus, eidẽ relinquebat omnes terras & hæreditagia per ipsum patrẽ acquisita, cum facultate petẽdi, & habendi suam partem & portionem successionis d. auiæ suæ sibi solũ iure naturæ debitam. Et in cæteris bonis suum vniuersalem fecit hæredem dictum Iacobum primogenitum, vt latiùs continetur in ipso testamento. Et post mortem eorum patris dictę filię fuerunt manutentæ in successione auiæ, quælibet pro septima parte. Quæritur primò, an valeat testamentum? Et si valeat, an præfatus Iacobus hæres vniuersalis teneatur acquitare eũdem Ioannem fratrem suum erga sorores, pro earum partibus? Secundò si præfatus Ioannes redemerit & soluerit præfatis suis sororibus de consensu & voluntate Iacobi fratris sui, vtrum possit repetere ab eodẽ Iacobo? Tertiò an fructus & prouentus recepti ex dictis hæreditagiis per ipsum Iacobũ à morte patris, teneatur eos idem Ioanni restituere?

SVMMÆ.

1 *Pater si filio suo iure restitutionis relinquat pro sua legitima, aliqua bona pro parte aliena, & spectantia filiabus suis: num censeatur legatarius. dist. nu. 2.*

3 *Legatario competit actio ex testamento, si ab alio quàm hærede redemerit rem suam. Et si ab hærede, competit actio ex empto, ad repetendum pretium.*

4 *Bona quo ad successionem, regulari & iudicari debent secundum statuta & consuetudines loci originis, & non vbi sunt, vel quis moritur. Et quid in oneribus. nu. 5.*

CONSILIVM IX.

Vo ad primum & tertiũ, breuiter omissis argumen. dico, quòd valuerit & valet testamentum: quia licet pater eidem Ioanni filio suo pro legitima reliquerit iure † institutionis bona pro parte aliena, & spectantia filiabus suis, censetur legatarius. l. quoties. C. de hæred. instit. Nihilominus valet, siue scienter, siue ignoranter legauerit. Nam si ignorãter, quòd non: & tunc æstimationem non videtur legasse, cum legatum factum sit coniunctæ personæ. C. de leg. l. cum alienam. in fi. Sed non est magis coniuncta persona, quã filius: ergo valet testamentum & relictum in eo. Et istud tenet Abb. Sicul. in cons. xlv. in prin. lib. ij. Aut † pater scienter a eidem reliquit vt hic fecit, & tunc ipsum etiam in æstimatione dictorum bonorũ virorum videtur instituisse. §. cæterum. in auth. vt cũ de appel. cog. Ita in terminis tenuit Gul. de Cugn. in l. scimus. §. cum autem. C. de inoffic. testa. quem ibi sequitur Bal. in prin. vers. Extra quærit. & Iaso. in d. l. cum alienam. vers. v. limita. Clarè ergo patet, quòd dictus Iacobus tenetur redimere à sororibus partes & portiones earum, aut soluere æstimationem dictorum hæreditagiorum sibi legatorum. Facit quod no. Lud. de Ro. in cons. ccxxxv. vers. vltimo videndum: & Alex. in cons. ix. vers. præterea etiam posito. lib. ij. & pro hoc bonus tex. in §. non solum. & ibi Ioan. Fab. & Ang. Aret. instit. de leg. Et si ipse legatarius redemerit, tenetur prædictus Iacobus hæres remburſare seu recompensare eundem Ioannem de summis denariorum per eum prædictis suis sororibus solutis pro earum portionibus in dictis hęreditagiis eidem Ioanni relictis contingentibus. Text. est, & ibi tenet Bar. quẽ ibi sequuntur Bald. & Moder. in l. planè. in j. §. quod si rem. ff. de lega. j. vbi tex. & gl. dicunt, † quòd competit legatario actio ex testamẽto, si ab alio, quàm hærede redemerit rẽ sibi legatã. Et si ab hærede, competit actio ex empto ad repetendum pretium. & l. huiusmodi. §. quæ seruum. ff. de lega. j. & l. cui res. ff. de actio. empt. & j. si res aliena. & ibi Ang. instit. de leg. Ita singulariter tenet Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in xij. q. ff. de verb. oblig. licet hoc vltimo casu, quando legatarius emit sciente ab hærede, sit dubium, an possit repetere: quia Dyn. ibi tenet, quòd non. sed Bart. tenet contrarium. per text. in l. fin. §. emptor. C. commun. de leg. De quo plenè per Alex. in d. §. duo fratres. ver. in ea. ibi: item patet: quia hic non emit ab hærede vniuersali, sed ab aliis, scilicet sororibus, quæ non tenebantur dare vel restituere eidem Ioanni prædicta hæreditagia. Quo ad tertium, dico quòd dictus Iacob. quo ad partes & portiones existentes in Campania eidem Ioanni pertinentes, visa consuetudine eiusdem tenetur restituere eosdem fructus, & ipsum Ioannem † remburſare à mortẽ testatoris, cùm res legata transeat mortuo testatore ad legatarium, l. à Titio. ff. de fortis Igitur, &c. & per Bart. in l. j. ff. de legat. j. Respectu verò fructuum hæreditagiorum in Ducatu Bituricensi existentium, non tenetur, attenta consuetudine: licet † bona debeant iudicari & regulari quo ad successionem, secundum statuta, & consuetudines loci originis, & non vbi sunt, vel vbi quis moritur, secundum Alb. de Ros. in ij. parte statutorum. q. cxxxvj. Quod pro nunc non examino, sed remitto

remitto ad notata per Bart. Bal. Sal. Alberic. Paul. & Iaſon. in l. cunctos populos. C. de ſumma trini. & quæ dixi remiſſiue. in §. j. gloſſ. j. & in j. addit. de conſue. teſta. Sed in oneribus, vt aliis & aliis ſubtilitatibus, ſi † quis habeat in duobus locis, videlicet hic Bituris bona, & etiam Aurelianis, vel Pariſiis, quod non tenetur ſoluere hic pro illis bonis quæ Aurelianis vel Pariſiis habet: vt tenet Alberic. vbi ſupra, quæſt. cxxxv. de quo per Paul. de Caſt. in conſil. viij. volumine antiq.

ADDITIO.

a Aut pater ſciens &c. Adde Abbat. Si in capitul. cùm eſſes. in ij. q. de teſta. in repet. vbi tenet, quod de iur. cano. ſiue ignoranter, ſiue ſciens non debeatur æſtimatio: per text. in capitul. filius eodem titul. de quo per Bar. in capitul. paſtoralis. de donat. & vterque conſiul. in d. c. filius. & Ludo. de Ro. in ſingu. dcxxxvij. incipien. Lex dicit, &c. vbi ponit limitationem: vt ibi.

SVMMÆ.

1 *Verba hæc: Et quoſcunque ſucceſſores deſcendentes à corona Franciæ, num comprehendant etiam fœminas.*

2 *Regnum per ſucceſſionem tranſit vſque ad infinitum.*

3 *Fœminas de iure communi ſuccedere & admitti ad omnia bona immobilia, Regna, Ducatus, Comitatus, Feuda, & alias iuriſdictiones, ſecundum conſuetudines diuerſorum locorum.*

4 *Maſculinum concipit fœmininum.*

5 *Filiæ non ſuccedunt in regno Franciæ: quod non obſeruatum in Philippo.*

6 *Ludouicus xij. Francorum Rex, num debuerit admitti ad ſucceſſionem Carolo, excluſis ſororibus.*

7 *Teſtatoris mens in primis obſeruanda & amplectenda eſt.*

8 *Teſtator ſi ſubſtituat filio ſuo, ſi ſine filiis maſculis decedat, & filius ille habeat filias, an illæ excludant ſubſtitutum.*

9 *Teſtatoris mens in dubio talis præſumitur qualis eſt diſpoſitio legis ſtatuti vel conſuetudinis patriæ & regni. & nu. ſeq. & 15.*

11 *Emphyteoſim accipiẽs proſe & filys ſuis, an in dubio complectatur fœminas.*

12 *Patriæ & eius inſtitutis & decretis parendum ac ſeruiendum.*

13 *Teſtari quiſque in dubio præſumitur ſecundum patriæ ſtatuta & conſuetudines.*

14 *Talis quiſque præſumitur, qualis patria eſt.*

16 *Actum aliquem faciens, præſumitur ſe ſubiicere ſtatuto de illo actu agenti.*

17 *Franciæ regnum competit proximioris in gradu ad ipſum regnum iure hereditario, obtinendum. vbi Rex ſine liberis decedit.*

CONSILIVM X.

1 VIſo themate nobis tranſmiſſo, videtur mihi in hac arduiſſima quæſt. primò † dicendum filias Franciæ venire ad ſucceſſionem defuncti Comitis Prouinciæ propter verba teſtamenti poſita in ipſa inſtitutione, videlicet, Et quoſcunque ſucceſſores deſcendentes à corona Franciæ. Nam hæc verba videtur importare quòd omnes ſucceſſores deſcendentes de reali progenie, & ſanguine regio, veniant ad ſucceſſionem dicti teſtatoris: ſed dictæ fœminæ ſunt & fuerunt filiæ quondam Ludo.[a] Regis xj. & Caroli proximè defuncti ſorores. 2
Cum † tráſeant per ſucceſſionem etiam vſque in infinitum, & vſque ad centeſimum gradum & vltra, vt infrà dicam, ergo æqualiter debent venire ad ſucceſſionem dicti teſtatoris: vt auth. de ſucceſſ. ab inteſt. per totum. & Inſtit. de hæred. quæ ab inte. deferuntur. §. j. cùm fœminæ de † iure communi 3
ſuccedant in omnibus bonis immobilibus ſeu hæreditagiis: & etiam in Regnis, Ducatibus, Comitatibus, & aliis iuriſdictionibus ac feudis, ſecundum conſuetudines diuerſorum locorum: vt no. domini Imo. Pet. de Anch. & Phi. Franc. in cap. grandi de ſuppl. ne. prę. & Bal. & Car. Alex. in capitulo primo §. hoc autem. qui feud. dare poſſunt. & Inn. & Abb. in capitulo dilecti. de argu. & in ca. ſignificauit. de reſcr. & gloſſ. in prag. ſanct. in proœmio, in verbo, conſanguineis. Præterea, teſtator inſtituendo † poſt 4
obitum dicti Ludouici Regis Delphinum filium ſuum, & omnes deſcendentes à corona, non videtur excluſiſſe filias fœminas, licet de ipſis aliquam non fecit mentionem, cùm ſint de deſcendentib. & maſculinum concipiat fœmininum: vt l. j. & ibi Bar. & Alex. in addi. de verborum ſignificat. in c. j. de ele. libro ſexto, & ibi Arch. Quinimò volunt doctor. in capit. nouit. de iu. quod Rex Philippus, de quo ibi fit mentio fuit Rex Franciæ per vxorem, quam ſuſcepit de ſemine Caroli magni: ſed ſecundum conſuetudinem non, licet non ſuccedant in † regno Franciæ, [b] vt no. in l. j. ff. de ſena. in quo 5
nihil quærebant: tamen poſſunt ſuccedere in aliis b
bonis, in quibus defunctus Carol. piiſſimus fuerat inſtitutus per ipſum comitem & Ducem Andegauenſem. In contrarium videtur † Chriſtaniſſimum Lu. xij. mod. Regem debere venire ad ſucceſſionem, & non ſorores defuncti Caroli Regis ex diſpoſitione teſtamentaria: nam ante omnia 6
amplectenda † eſt mens teſtatoris teſtantis. text. 7
eſt pulchrior de iure. in l. ſi quis filium. C. de liber. præte. in ver. ibi: manifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtatoris. nuſquam interpretatio verborum tamen valet, vt melior ſenſu exiſtat. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demon. c. vltima voluntas. xiij. q. i j. cum ſimi. Et ad hoc puto videndum elegantiſſimum conſilium Frede. de Sen. quod in ordine meo eſt xiij. vbi quod mens attendatur, allegat iura Canonica, Ciuilia, & Diuina. Et Lud. Ro. conſi. xxx. & c. ſi. de præb. & c. propoſito animi permanente. xxxiij. q. v. l. cum mulier. ff. ſol. mat. Sed voluntas teſtatoris fuit vocare filios maſculos, & excludere filias, patet intuenti, quod teſtator inſtituit quòndam Ludouicum regem & poſt eius obitum filium ſuum Carolum tunc Delphinum, & non fecit mentionem de ſororibus domini Delphini iã longo tempore ante Delphinum natis. Pro quo facit tex. celebris: & quòd no. dominus Car. Flo. & Pet. de Ancha. & inſuper And. vulgo Barb. in ſua eleganti repe. Ioannina in c. Raynaldus. verſi. ſi abſque filiis maſculis. de teſta. vbi ſi teſtator † ſubſtituat filio ſuo ſi ſine filiis maſculis decedat, quòd ſi habeat talis filius, filias non excludunt ſubſtitutum: quia exprimendo maſculos, videtur excludere fœminas. Item pater propter verba poſita in inſtitutione, & conſequenter omnes, & quoſcunque ſucceſſores ſuos deſcendentes à corona Franciæ: 8

quæ verba si bene & perfectè intuentur, important & sonant quòd ad filios vel eorum successores masculos, & proximiores venientes ad coronam seu ad Regnum Franciæ pertineat successio dicti testatoris, scilicet Prouincia, & alia dominia.

9 Item † mens testatoris præsumitur esse talis, qualis est dispositio legis, statuti vel consuetudinis patriæ & regni, vt l. nemo. cum ibi no. ff. de leg. j. præsumatur enim in dubio voluisse secundum illam consuetudinem sui regni disponere. Ad hoc allegat Barb. in dict. capitul. Raynaldus: solemne dictũ Ancha. in suis reportatis, in lege, tres fratres. ff. de

10 pact. vbi dicit, quod si statutum disponit, † quòd filij masculi excludant fœminas in successione parentum, modò testator illius municipij simpliciter sibi instituit hæredes vniuersales suos filios, concludit quod non videtur instituisse filias: eò quia testator videtur disposuisse ita, vt disponit statutum municipij. Et sic videtur exclusisse fœminas, cum in successione parentum stante prædicto, diuersa est conditio & natura masculorum & fœminarum. Et ista doctrina fuit Dyn. in facto ita consulentis. Cuius consilium commemorat Bartol. in lege hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. & ibi Angel. Ioann. de Imol. & Roma. cuius incognita fuit doctrina Ancha. in dict. lege tres fratres. & idem tenuit idem Anchar. in eleganti consilio ccc. inj. Item facit secundum Barba. quod voluit

11 Ioann. de Imol. in capit. potuit. in finalibus verbis de loca. & conduct. vbi refert se † consuluisse apud Lucam de quodam qui acceperat emphyteosim pro se & filiis suis, fuit dubitatum vtrum comprehendantur fœminæ. & consuluit quod non: & allegauit stupendum dictum. Archid. in capitul. si quis suadente. xvj. quæstione iiij. sed in vero non fuit dictum Archidiac. sed fuit dictum Guidonis du Suza. à quo discipulus eius relatum habuit, qui fuit Archid. tamen hoc temperat ibi Ioann. de Imol. nisi statutum aut consuetudo loci aliter disponeret quia videretur quòd accipiens emphyteosim isto modo habuit considerationem ad statutũ seu ad consuetudinem loci. Et vltra prædictos allegat Barb. rationẽ naturalẽ, & iudicio suo mirabilem

12 hoc modo. Naturale † est, vt patriæ parcamus, & per consequens statutis & ordinationibus eiusdem patriæ. text. in l. veluti. ff. de institut. & iurisdi. cum not. in l. neminem. Co. ex quibus caulis infamia irrog. Ergo sequitur, quod in dubio quis

13 † videtur velle testari secundum illud quod disponit patria sua. Facit lex quod si nolit. §. si mancipium. ff. de ædilitio edict. quod dictum dicit forè Bartol. peregrinum in tractatu de Guelphis. &

14 Gebellinis. vbi dicit quòd quilibet præsumitur † esse talis, qualis est patria sua, quia de iure naturali quilibet tenetur obedire patriæ suæ, dicta lege veluti. Et pro hoc facit pulchrum dictum Bald. in lege precibus. Cod. de impuberum

15 & aliis substit. vbi dicit, quòd testator præsumitur cogitare & velle † illud quod ius disponit, & per consequens præsumitur cogitare, & velle quod statutum sui municipij disponit. Text. est melior de iure in l. si duo. ff. de acquir. hær. Per quem text.

16 dicit ibi Bald quòd faciens aliquem actum, videtur † subiicere se statuto loquenti de illo actu. Sed de consuetudine Regni Franciæ est, quòd fœmina non succedit in regno: quæ semper in istis regnis & dignitatibus est seruanda, text. est no. in capit. fina. de alien. feu. & no. Alexand. in addi. ad Bart. in authentic. post fratres. Cod. de legit. hæred. De quo dixi in §. secundo, in gloss. j. de testa. & in §. ij. in gloss. ij. de consuetud. feud. & Ancha. in cons. cccxxxiv. Igitur per prædicta patet, quòd duæ sorores defuncti Caroli Regis non possunt aliquod ius prætendere, viso tenore testamenti. Item iste modernus Rex est factus secundum naturalem ordinationem successionis regni: quia de stirpe Regia: secus si factus esset ex accidenti, vel electione, vel alias, cùm supereresset aliquis de illa stirpe Regia: ergo successiones habere debet, pro no. per Gul. de Cug. in l. senator. C. de dignita. libro xij. & not. per gloss. in proœm. prag. sanct. su-

17 per verbo: primogenitus. Item † successio regni Franciæ decedente Rege, non existentibus liberis, spectat & pertinet proximiori in gradu ad ipsum regnum iure hæreditario obtinendum, secundum gloss. in pract. sanct. in proœmio super verbo consanguineis. Vnde secundum gloss. ibi si moreretur tota domus Regia, & restaret vnus de antiquo sanguine. & esset alius proximior, esto quod esset in millesimo gradu, iure sanguinis & perpetuæ consuetudinis, succederet in Regno Frãciæ. Vnde dicit Bar. quem sequitur Iac. de Aluo. in capitulo primo de succes. Marchi. vnum notatu dignum, quod aliàs obseruatum fuit, quòd si nemo de sanguine Regio reperiatur, vnus de familia seu domo sua succedet in regno, licet sit pauper. & Cæpola. in cautel. cxxxij. Sed Rex modernus de corona Franciæ descendit: igitur, &c.

ADDITIONES.

Ludouici. Iste Ludouicus imperator filius Caroli magni, habuit filium Lotharium, qui fuit etiam imperator, de quo vide quæ dixi in proœm. legum Longobardorum. Et an ea quæ princeps acquirit, videantur intuitu dignitatis acquisita. vide Ioan And. Domi. & Phi. Franc. in c. abbate sane. §. sed ad hæc pars de re iudi. lib. vj. a

In regno Franciæ. Adde quæ dixi in §. de consue. Bitu. & Gul. de Monte ferr. in v. parte commenti sui super prag. fo. 26. vbi dicit, quod stirps Caroli magni masculina vltra centum & decem annos durauerat in Ludouico huius nominis tertio Romanorum imperatore sine liberis masculo. b

Comprehendantur fœminæ. Adde Bal. in l. quoties. C. de fun. & legi. & Sali. in l. iij. C. de iure emphy. & Francisc. de Crem. in sing. lxx. & Bar. in consi. incl. quæstio ista habet duo dubia. & in consi. incl. Dominos amate. c

SVMMÆ.

1 *Possessio per quot, & quæ probetur, & numero sequen.*

3 *Testes, quod talis possederit decennio & citra, non probant.*

4 *Testis dictum debet necessario concludere.*

5 *In testimonijs de tempore detrahendum est tempus, quo fuit facta citatio, litis contest. & processus vsque ad tempus latæ testimonij.*

6 *Donatio propter nuptias, quæ per instrumentum probatur, non præsumitur simulata, sed vera.*

7 *Res non instrumentis geritur, sed probatur eius dominium.*

8 *Contractus vbi filius vel simulatus præsumitur, in specie id debet exprimi.*

9 *Notario creditur super instrumento per eum confecto.*

10 *Ad dominij translationem non requiritur missio in possessionem vacuam.*

11 *Donatio propter nuptias, & dos data viro pariscuntur.*

12 *Pos-*

Digitized by Google

12 *Poſſeſſionis traditio, probatur per inſtrumentum acquiſitionis. Eo per quæ verba poſſeſſio tranſeat.*

13 *Ad poſſeſſionem totam capiendam, an ſufficiat partem & portionem illius capere & attingere.*

14 *Intellectus ad l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus modis pig. vel hyp. contrah.*

15 *Probationes certæ dubys & incertis præferuntur.*

CONSILIVM XI.

VIſis proceſſu agitato coram domino officiali Cartucen. iudice, à quo & ſchedula pro parte Gulielmi Michel appellati contra do. Ioann. Viquerij, presbyterum à dicto domino officiali Cartucen. appellantem, coram domino officiali Bituricen. iudice, ad quem producti, videtur malè perperam & iniquè fuiſſe iudicatum, & per eum bene & iuſtè appellatum: vt clarè conſtat per inqueſtam ipſius appellantis: nec vllum intereſſe poteſt dictus appellatus prætendere, ac petere, cum dictus appellans ſuo iure vſus fuerit: vt l. nullus. ff. de reg. iur. Et ſic verus dominus terræ quæſtionatæ, & in poſſeſſione arandi, cultiuandi, & 1 † fructus percipiendi: vt patet per inqueſtam dicti appellantis: per quæ poſſeſſio probatur, vt no. Bal. in l. iudicia. C. de rei vend. & Alex. Imo. in l. ij. C. de acquirend. poſſ. maximè per Carolum Alaus, teſtem, qui aliàs fuit Borderius, & tenuit poſſeſſiones & terras dicti appellantis, & ſic 2 † præſumitur ſcire iura, & facultates præfati appellantis: vt l. ege j. §. ſi quis in villa. cum ibi not. ff. ad Silla. & in l. malè agitur. C. de præſcr. xx. vel xl. anno. quare malè literas monitorias à dicto officiali Cartucen. impetrauit, & iuſtè dictus appellans ſe oppoſuit. Nec probat dictus appellatus dominium nec 3 † poſſeſſionem, quia omnes teſtes deponunt quod ipſe poſſedit x. annis, & citra nam ſecundum do. Ant. de But. in capitu. penult. de dila. 4 tales teſtes non probant: † quia vbi aliquid eſt determinate probandum, dictio, citra, & plus, & ſimiles generales, & incertæ dictiones nihil operantur: nam dictum teſtis debet concludere neceſſario: vt cap. in præſentia de probat. Et idem tenet Bar. in l. cùm furti. in fin. ff. de in litem iuran. de quo per gl. & doc. in l. ab hoſtibus. §. ſed quid ſimpliciter. ff. ex quibus cauſis maio. in integ. reſti. Et cum prædicta opinione videtur tranſire Abb. Sicil. in d. capitul. penult. cùm depoſitiones teſtium non comprehendant totum illud tempus decem annorum, poteſt verificari in momento, quia tempus præcedens vſque ad tempus lati teſtimonij, vi- 5 detur includi. Nam debet † detrahi tempus quo fuit facta citatio, & li. conte. & proceſſus vſque ad tempus lati teſtimonij, ſecundum Abb. vbi ſuprà de quo not. Ioann. And. & ibi doct. in cap. licet de prob. & Bald. in l. falſus procurator. C. de furt. Item per donationem rei quæſtionatæ, quam fecit dictus appellatus eius filio in contractu matrimonij, & quam ipſe dicit eſſe nullius efficaciæ, & ſimulatam, ſatis probatur dictam rem ſeu eius dominium non pertinere dicto appellato. 6 † Nec præſumitur ſimulata, imò verò donatio propter nuptias, quæ probatur per inſtrumentum: cui ſtatur, donec probetur contrarium, vt lege cum precibus. & ibi gloſſ. & Alexand. & lege ſi ſcriptum. Cod. de probat. & in authentic. de fin. §. ſi verò moriantur. & in capitul. cum Ioann. de fin. inſtitut. cùm † res per inſtrumenta non geratur, ſed per inſtrumenta probetur: vt lege cum 7 res. Cod. de probat. Et dominium probatur per inſtrumentum, lege proprietatis. eodem. Et ex quo filius appellati matrimonium contraxit, non præſumitur ſimulatus, quia vt no. Barth. Cæpo. Vero. in tract. de empt. & vend. & loca. & de pacto de retrou. ſimulatè. licet contractus ſit vel præſumatur fictus, ſeu ſimulatus, † non ſufficit dicere, i- 8 ſte contractus eſt ſimulatus, ſed in ſpecie exprimere debet: vt eleganter ponit Bart. in ſuo conſil. lxiij. incip. Pet. Nicol. & in l. pacta nouiſſima. & ibi Bald. & doct. inſuper Alexand. Cod. de pactis. & in l. iij. Cod. de poſtulat. & in lege ſi ex pretio. Cod. ſi certum petatur. & Bald. conſil. incipien. vendidit & tradidit. quod eſt poſitum poſt lect. inſtitut. & Cæpola in cautela ccc viij. & Ang. Aret. inſtit. qui mo. ius pat. poteſt. ſol. §. præterea. & de except. in rub. in princip. verſicul. poſſquam doct. in capitul. ad noſtram de emptio. & venditio. & Latius in capitul. illio vos. de pign. & Alexand. in conſilio cxij. volumine iiij. quia † notarius, qui inſtru- 9 mentum donationis ſuſcepit, deponit particulariter ita eſſe, cui ſolet credi ſuper inſtrumento per eum recepto: vt l. ſi quis decurio. & ibi gloſſ. vlt. & doctor. C. de fal. Nam ſibi creditur ſine teſtib. vt lege in donationibus. & gloſſ. ibi & doct. cum lege ſequen. Cod. de donat. & ſic clarè probatur dictum appellatum nullum habere ius in dictæ tertiæ quæ- 10 ſtionatæ petia. Nec obſt. quòd dominium nõ † acquiratur niſi per traditionem, vt lege nunquam nuda. ff. de acqui. re. do. & l. traditionibus. C. de pact. cum ſi. Nam ad tranſlationem dominij non requiritur miſſio in poſſeſſionem vacuum: vt lege ſi fundum. ff. de fundo dot. & ibi gloſſ. & lege j. §. fin. cum l. ſequen. ff. de act. empt. & tenet gloſſ. ſingul. Et ibi Bart. Bald. & Salicet. in dict. lege cùm res. de proba. & gloſſ. & doct. in l. ij. C. de acquir. poſſ. & lege prędia. & ibi Bart. & Albe. de Roza. ff. 11 eodem tit. Item hic † fuit facta donatio propter nuptias, cuius dominium ſine traditione tranſit, ſicut dos data viro, cùm parificentur: vt authent. donationem. C. de iure dotium. & authentic. æqualitas. C. de pact. conuent. tam ſuper dote, quàm ſuper dona propter nuptias. Et quod ſine poſſeſſione tranſeat dominium dotis, text. in lege. ſi ego. §. dotis cauſa. ff. de iure dotium. tenet Ang. Aret. inſti. de rer. diuiſ. §. per traditionẽ. Ergo in donatione propter nuptias. Itẽ † per inſtrumẽtũ acquiſitionis 12 probatur traditio poſſeſſionis, in quo eſt verbũ, dedit, & donauit, per quæ tranſit poſſeſſ. inſtitut. de action. §. ſi itaque. & ibi gloſſ. Angel. Aret. & pulchrè Laſ. de May. in j. not. verſicul. in eadem gloſſ. ibi, & ita eſt vis. Quod ſecus eſt in verbo, tradidit ſeu tradit, per dict. l. prædia. licet gloſſ. per illum text. in dict. l. ij. Cod. de acqui. poſſ. teneat oppoſitum. Nec ob. † etiam, quòd donatio fuit facta an- 13 no domini 1470. & ipſe appellatus erat in poſſeſſione anno 92. quia permittente filio, vel forte ab ipſo locati, vel alio titulo & modo tenebat, cùm filius ſit in poſſeſſione cæterarum rerum ſibi dotarum per dictum appellatum: quia ſufficit ad

totam poſſeſſionem capiendam, partem aut portionem illius tantùm accipere, vt dict. iuribus. & l. iij. §. in princip. ff. de acqui. poſſ. & ſic non præſumitur ſimulata, cũ mutata fuerit poſſeſſionis cauſ. ſecundum Bald. in l. j. C. de donat. ante nup. vt l. fin. C. de remiſſione pigno. quæ corrigit de æquitate l. ſicut. §. ſuperuacuam. ff. qui mo. pign. & l. atqui. Cod. diſtra. pigno. & quod not. Bartol. in lege poſt
14 contractum. ff. de do. Item ille † §. ſuperuacuum. Intelligitur quoties poſt contractum, qui vergit in
* præiudicium tertiæ perſonæ, ille, qui dicitur alienaſſe, inuenitur poſſidere, vt tenet pulchrè Bald. conſilio ccccij. incip. ſuper primo punct. o. libr. iiij. & Alexand. in conſilio xxviij. verſicul. non obſt. & cum ſequent. volumine v. quod eſt ſingulare Bart. & doct. in d. §. ſuperuacuum. & Bartol. in di. le. poſt contractum. & Alexand. in conſilio lvij. verſicul. ij. præſuppono. eodem vol. v. ſed hic non ſit præiudicium tertio: quare ſimulatio non præſumitur, nec ſufficiunt probationes coniecturales. Facit quod not. ff. de pact. l. iure gentium § quod ferè. quia cer-
15 tæ † probationes præualent probationibus dubiis, & incertis. Cod. de edi. di. Adr. l. fin. & no. Bal. conſilio xviij. incip. punctus. vol. ij. igitur debet dici per d. officialem malè iudicatum, & bene appellatum, cum expenſis vtriuſque proceſſus.

SVMMÆ.

1 *Contractus iniuſtus & vſurarius, reſcindendus eſt.*

2 *Debitoris quærentis pecuniam fragilitas ferè facit, vt feratur quocunque vult creditor.*

3 *Pretij paruitas, ſuprà dimidiam iuſti pretij, & pactum de retrouendendo, faciunt vt contractus præſumatur ſimulatus, pignoratitius, & vſurarius. & nu. ſeq.*

5 *Contractus mutui, vbi precedit contractum venditionis cum pacto de retrouendendo, vſura ſuſpicionem inducit.*

7 *Contractus furtiuus ſimulatus, & vſurarius, qui probetur.*

8 *Pactum de retrouendendo cum iniuſtitia pretij valde leuis, an ſufficiat ad probandum ſimulationem contractus.*

9 *Contractus ſimulatus, an poſſit per teſtes probari.*

CONSILIVM XII.

De contractu fœneratitio.

VIsis literis & proceſſu ſuper eiſdem agitato pro parte Ioãnis Chapellæ, reis coram dõmino officiali †
1 Bituricen. exhibitis, & contra Ioannem Pain actorem abſolui petentem produ-
ctis, debet idem actor abſolui cum expenſis[a]. Quo-
a niam indebitè & iniuſtè fuit virtute dictarum literarum excommunicatus, & dictæ literæ obligatoriæ ac literæ cuiuſdam vẽditionis per ipſum abſolui petentem, dicto reo factæ, necnõ literæ de retrouendendo, & etiam cuiuſdam cenſæ per ipſum reum actori paſſatæ, & quibus deſcendunt ac dependent prædictæ literæ obligatoriæ productæ, debent dici & pronunciari vſurariæ, inciuiles, iniuſtę, ac nullius roboris, & firmitatis ſubſtinereaut aliàs ipſum actorem vltra dimidiam veri & iuſti pretij fuiſſe in venditione per eum facta deceptum, rationibus ſequentibus. Et ad hoc clare demonſtrandum, eſt verum, quòd cùm actor indigeret pecuniis, ſe dixerit cum eius matre erga & verſus reum, rogando ipſum vt ſibi mutuaret & mutuò concederet xj. lib. turon. quibus tunc temporis actor ipſe indigebat. Et idem reo obligarot certa hæreditagia ſua, valentia xl. libras, & plus. Qui quidem reus dixit eidem actori, quòd non faceret eo modo, niſi ſibi actor illa hæreditagia venderet pro dict. ſumma xj. librarum turon. & eidem actori daret in cenſam omnia dicta hæreditagia & etiam facultatem vſque ad certum terminum recuperandi eadem more fœneratorum, vt no. Cy. & Bartol. & in leg. penultim. C. plus valere quod agi. quod videns actor maluit ſic facere, vt illam ſummam xj. lib. turon. haberet: quoniam vt dicit Bartol. in leg. ſi ex cautione. in fin. C. de non nume. pec. tanta eſt † fragilitas debitoris quæ 2
rentis pecuniam, quòd facit inſtrumentum crediti qualiter vult: & de facto vendidit eidem res eo modo, quo voluit videlicet vnam petiam prati continentis duas iornatas hominis: in quo ſolent duæ bonæ quadrigatæ fœni ſingulis annis recolligi & percipi. Quod pratum valet xx. libr. turo. & tantundem communiter reperiretur, ſi vendere exponeretur, & plus. Item vendidit vnam aliam terræ petiam, vulgariter appellatam, Champierre, continentem tres ſextaratas terræ, quæ valent alias xx. lib. turonen. & hoc pro pretio dictæ ſummæ vndecim librarum turon. anni ſunt iam xv. aut xvj. lapſi. Qua venditione ſic per ipſum actorem eidem reo facta, dictus reus dedit illa in cenſam, & ſub cenſa annua vndecim cartonum frumenti menſuræ loci Montiſmerauldi, cum facultate & pacto de retrouendendo eidẽ actori dicta hæreditagia per ipſum reum empta vſque ad certũ tẽpus nunc elapſum, vt continetur in dictis literis venditionis & cenſæ: quas petiit exhiberi per ipſum reum, & quibus exhibitis clarè apparebit de dolo, fraude, & palliatione contractus vſurarij per ipſum reũ commiſſi: & de deceptione iuſti & veri pretij rei venditæ. Et † profecto intuenti patet, quia interue- 3
nit in dicta venditione paruitas pretij: videlicet xj. librarum turonen. & res venditę valebant communiter xl. libras, & plus. & ſic longè minus iuſto & vero pretio fuit facta venditio cum pacto de retrouendendo, quæ duo, ſ. paruitas ſiue enormitas pretij, & pactum de retrouendendo faciunt præſumere contractum ſimulatum ſiue pignoratitium, & vſurarium, vt eſt text. ſingul. & ibi hoc tenet omnis antiquorum & Mod. doctrina. in cap. ad noſtram de empt. & vend. & in capitul. illo vos. de pig. & hæc duo tantum ſufficere velle ille text. videtur. Et de hoc eſt gloſſ. ord. in capitul. conqueſtus. de vſu. quæ ſic intellexit dicto capitul. ad noſtram. Dicens quòd ſi venditio eſt facta minus
† iuſto pretio, & factum pactum de retrouendendo, 4
quod præſumitur pignus. & hoc tenet Inno. in dict. capitul. ad noſtram. & Arch. xiij. quæſt. iij. in capitul. plerique. & Albe. in leg. emptione pignoris cauſa facta. C. plus vale. quod agitur. Et ibi dicit, quod ita de facto obtinuit coram magnis peritis. & Imol. in dict. capitul. ad noſtram. dicens circa hoc eſſe communem opin. maximè, vbi † con- 5
tractus mutui præcedit contractum venditionis, cùm pacto de retrouendendo, ſemper præſumitur vſurarius, ſecundum Ci. Bald. Paul. de Caſtr. & Sa-

licin

hic.in leg.emptione.C.plus valere quod agitur. & tenet in luo ſingul.ccclxv.incip.quæro an pactum. vt in præſenti caſu actum fuit. Tamen quarto (& eſt notandum in hac materia) ipſe reus dedit in cenſum dicta hæreditagia pro xj. cartonibus frumenti menſuræ dicti loci,& quilibet cartonus frumenti valet tres bucellos menſuræ Bituri. qui ſunt xxxiij.bucelli quos quindecim aut xvj. annis ipſe reus lèuauit,& percepit à dicto actore, & intãtum, quòd actor ſoluit vno ſemel pro dicta cenſa xj. cartonum ix.lib.& v.ſolid.turo. vt patet per quandam obligationem cancellatam iudicialiter productam.Et ſic tam in pretio rei venditæ, quàm in cenſa fuit læſio & grãdis deceptio per ipſum reum commiſſa.Et quòd eſt præſumptio magna, & euidens contra reum emptorem in cenſam dantem eidem actori prædicta hæreditagia: vt dicunt doctor.in dictis iuribus,& ſingulariter Cæpo. Vero. in ſuo eleganti & copioſo tractatu de contractibus emptionum & locationum cum pacto de retrouendendo ſimulatis.Nam quilibet bucellus frumenti ſingulis annis valet duos ſol.vj.denar.turon. pro minori, & ſic dicti xj. cartoni valent in pecuniam iiij. libr.ij.ſolid.vj.denar.turonen. ad faciendum bonum forum,de quibus iiij. libris ij. ſoli.vj. denar.turon.ſeu xj.carto. frumenti reperiuntur lx. libræ turon. & bene communi æſtimatione illam ſummam valent,& ſic in xv.aut xvj.annis pro dicta cenſa percepit ipſe lxiiij. libras ſi rectè calculatur. quod relinquit arbitrio iudicantis calculandum.
6 Præterea, quia vox † communis & fama publica ac rumor ſunt & vagantur, quòd ipſe reus eſt in dicto loco Montiſmerauldi malè famatus de ſimilibus contractibus,& de aliis in alio loco genere celebrandis, & conſuetus tales facere contra-
7 ctus:& ſic ſunt tres † præſumptiones ad probandum dictum contractum fictitium, ſimulatum & vſurarium,ſecundum doct.vbi ſuprà.& Ci.in dict. lege emptione.in iiij.queſtion. & ibi Bal.verſi. ſed Odofr.aliter figurat caſum.C.plus valere. & idem Bal.in cap.j.de feu.dato in vicem leg. commiſ. & Pau.de Caſ.in conſi.lxvij.& Ro.in conſi. cccxxiij. verſicul.iiij.aduertendum, quòd quamuis, &c. & Alexan.conſilio cxix.verſicul. poſſet.& in conſilio ſeq.in prin.libr. iiij. & in conſilio xxviij. verſicul. nec prædictis. cum ſequen. volumine v. & Bald. conſilio cccclxxxvj.ver.ſuper tertio puncto.li.iij.& ſing.in conſilio.lxviij.libro primo. & Bar.in conſilio lxv.incipien.factum tale Pet. Nic. vbi omnes. nemine contrarium dicente,ita tenent, quando vl-
8 tra raritatem ſeu paruitatem † pretij intercuerunt pactum de retrouendendo, & conſuetudo emptoris tales contractus exercentis. Licet nonnulli voluerint dictum pactum de retrouendendo cum iniuſtitia pretij valde tenuis, ſufficere ad oſtendendam ſimulationem, &c. vt dictum eſt.Sed iſta eſt vera & communis, quando de ſimulatione conſtat tam per literas quàm per teſtes. Licet Cy.in l. j.C.plus vale.quod ag.& in l. optimam.in iiij.op-
9 poſ.C.de cont. & commit. ſtipu.teneat † quod ſimulatio non poſſit probari per teſtes. & idem Ancha.in conſilio ccxvij. incipien. in Chriſti nomine ad corroborationem prædictorum. Sed cõmunis opinio eſt in contrarium, vt iuribus ſuprà allegatis.ſed hic apertè conſtat de paruitate pretij, & de pacto incontinenti appoſito. Ideo oportet probare conſue.emptoris:&illa probata,debet obtinere.& ita mihi videtur.

ADDITIONES.

Cum expenſis. Adde Pau.de Caſt in conſil. cclxxix inci. 2
preſens dubium videtur determinari.volum. antiq. vbi ponit an reditus ad certum tempus vel incertum, poſſit vendi. De quo per Inn.Ioan. And.de Ana. in cap. in ciuitate. de vſur.& d.Anchar.in conſi.xxx.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Factum tale eſt. Eccleſia domum quandam cuidam mulieri pro certa penſione locauit annua, vſque ad eius mortem. vel eius nutum & voluntatem: veniens ad mortem prædicta mulier,hæredem reliquit, qui manuteneri in poſſeſſione ſe fecit,qui poſſeſſionem non apprehendit hæreditatis, dicens poſſe in re locata ſuccedere. quæritur,an poſſeſſio rei locatæ tranſeat ad hæredem, vel eius morte finiatur locatio.

SVMMÆ.

1 *Poſſeſſio rei locatæ, num ad hæredem tranſeat.*

2 *Vſusfructus alicuius rei, ſi locetur vel vendatur ad tempus, contractus tranſit ad hæredem, ſi conductor decedat intra conductionis tempus.*

3 *Vſusfructuarius omnium bonorum, cum poteſtate alienandi ex ſententia,de illis diſponere non poteſt in præiudicium hæredum.*

4 *Qui non poſſidet, temerè intentat ſe manuteneri in poſſeſſione.*

5 *Rem ſiquis donauerit retento vſufructu, eius hæres tamen non poteſt dicere ſe poſſeſſionem adeptum.*

6 *Poſſeſſio rei locatæ, quando durante tempore conductionis, tranſit ad hæredem conductoris, ipſe hæres nomine locatoris poſſidet.*

7 *Poſſeſſio hæreditatis non acquiritur ſine apprehenſione.*

8 *Conſuetudo,quod mortuus ſaiſiat viuum proximũ, capacem ad ſuccedendum, quomodo ſit accipienda.*

9 *Ius amplius quis tranſmittere non poteſt, quàm habeat.*

10 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*

11 *Conductionis & locationis pactum ſeruandum eſt.*

12 *Vſusfructuarius quamuis rem naturaliter poſſideat eo tamen mortuo naturalis poſſeſſio expirat.*

13 *Conductor & ſi ſciret dominus rei conductæ, nullam tamen poſſet domini queſtionem obiicere.*

14 *Vſusfructuarius, qui eſt in quaſi poſſeſſione non poteſt inde extrahi ſine iudicis authoritate.*

15 *Dominus quantumcunque quis ſit,non debet propria authoritate rem occupare.*

16 *Conductor vel alius quinis poſſeſſor, ſiue iuſtè ſiue iniuſtè poſſidens,non eſt à poſſeſſione eiiciendus ſine iudicis authoritate.limit.*

17 *Colonum vel inquilinum non ſoluentem licet propria authoritate eiicere.*

18 *Verba hæc,Vſque ad mortem, aut ad eius voluntatem, ſimul iuncta, idem ſignificant. Et diſpoſitio obligatoria poteſt conferri in voluntatem debitoris per hæc verba: cùm debitor voluerit.vel, Donec ipſe voluerit.*

1) *Locatio morte conductoris finitur, nisi sit actum, quòd transeat ad hæredem. Et quando etiam illa ipsa soluatur morte locatoris num. sequent.*

2o *Personæ industria in dubio videtur electa.*

CONSILIVM XIII.

PRo † huius quæstionis solutione, videtur dicendum, quòd licet possessio rei locatæ transeat ad hæredem, per text.in l.viam veritatis. C.loca. & in l. sed addes. §.ex conducto. ff. eodem tit. Hoc verum, si adhuc locatio & tempus locationis durat, per text.instit.loca. §. fi. vel si mortuo conductore intra tempora conductionis hæres eius eodem iure in conductione succedit, &c. & istud tenet ibi Angel. Are. dicens quòd quando vsq; ad tempus quoddam, non videtur quin talis contractus transeat ad hæredem, si infra dictum tempus conductionis conductor decedat. facit quod not. in lege arboribus §. vsusfructuarius.ff.de vsufruct.quinimo etiam si dicta mulier esset sibi stipulata vt frui dicta domo, quòd non transit ad hæredem, nisi expressè de eo esset dictum.vt nota.Bar.in l.stipulatio ista.§.si quis ita. & ibi Alexand.& Moder. ff. de verborum obligat. Adde etiam not.duos casus, in quibus possessio non transit in hæredem,nec sibi competit interdictum retinendæ vel recuperandæ, si fuerit spoliatus, scilicet in hæredē conductoris.& hæredē vsufructuarij. Et vltra hic alleg. de hærede vsufru. vide bonū tex.in l.uj.§.vti frui. & §.seq.ff. de vi & vi.ar.& ibi glo. in ver.præteritū.& tex. in l.si plures.§.delectum.eodem titu. quod not.nam vid. de facto in sacro maiori consilio processum inter hæredes defunctæ dominæ Isabellæ Dalebreto relictæ domini Comitis de Candala, cui dominæ per contractum matrimonij pro suo doario fuerat datum castrum de Trena, cum pacto & conditione, quod post eius mortem dictum castrum reuerteretur ad filios prædicti domini Comitis ex primo matrimonio, qui per vim ipsum castrum mortua dicta domina recuperauerant. Aliqui ex dominis dicebant hæredes dictæ dominæ reintegrandos, & dicebant quod ipsa domina non erat simplex vsufructuaria, sed proprietariæ per decisi. Guido.Papæ.q.quæstione cccc.xxv.& Bar.in l.libertis.in prin.ff.de alimen. & cibaria.leg.& Roma.in suo sing.cccc.lix.inci.tu habes.text.in l. species.tamen maior pars dominorum tenuit contrarium: & ego cum ipsis, per iura hic allegata & notanter per Bart.in di.lege libertis.qui distinguit,vt ibi per eū. pro quo facit,quę not.Bart.in l. cùm in testamento.ff.de auro.& argen. leg. & Hippol. in suo sing. xxj.& Ias.in l.cum hi.§.si vni.ff.de transac.& Tho. Ferra. in sua ij. caute. ex quo facta est mentio de vita & morte ipsius vsufructuarij: quia hic dictus dominus certa castra in proprietatem dederat, & alia ad vitam eius,hoc expresso, quòd post mortem eiusdem reuerteretur ad filios primi matrimonij.&sic clare constabat de voluntate testatoris. idem sentit Phi.Cor.in consil. xiij. volumine tij. volens singulariter quòd vsufructuaria omnium † bonorum cum potestate alienandi, prout sibi placuerit,quod non possit bona disponere in præiudicium hæredum,& idem tenet Ang.in l.miles. in princip. ff. de testa.mil.etiam in vim consuet. generalis Franciæ, aut statuti volentis mortuum succedere suum proximum ab intestato successorum: vt voluit sing.Ie ann.de 1mo.consilio xvj. viso casu transmisso.Quia † si quis donauerit rem, retento vsufructu, hæres eius non potest se dicere in vim talis consuet.fatitum, & pariter dictum fuit per arrestum curiæ in fauorem Ioan. Iac. de Durofortis filij & hæredis. dicta Cathatinæ de Fluxo, contra dominam viduam defuncti Francisci de Durofortis legitimam filij sui,& dict. Francisci administratricem.Faciunt no.per Bald. & Lud. de Rom. in l. vsufructu.ff.solu.matri. Tum quia quando possessio † rei locatæ durante tempore conductionis transit ad hæredem conductoris,ipse hæres nomine locatoris possidet: vt est text.clarus in l.cum in plures.§.hæredem.ff.loca. Ergo non poterit hęres possidere,cum eius prædecessor non possidebat, nisi nomine ipsius locatoris: vt l.non solum secundum secundam lecturam.ff. locati. à fortiori nec successor,per dict.§.hæredem. Et pro decisione illius quæstionis, est text.in l. si domina proprietatis.Cod.de vsufruc.secundum secundam lect. veriorem: quam ibi sequuntur Bart.Bald.Ang.& Salicet.dicentes, quod eius morte penit vsusfructus eius, qui etiam conduxit sub certa pensione annua. Pro hoc etiam est test.in l.necessario. §.fi. ff.de pe.hæ.rei vend. Et idem dicit Angel.si vsusfructus esset emptus vel legatus, vt l. corruptionem,& ibi per eum. Cane vsufruc. & instit. eodem §.finitur.cum ibi not.per Ang.Aret. Item, prædictus † hæres non apprehendit hæreditatis possessionem, nec per constituitur.nam sine eius apprehensione non acquirit possessionem,vt l.cum miles. ff.ex quibus [illegible] & licet vniuersus.§. per colonum. ff.de acquir.en.poss. & l. pro hærede.in princip. & quod non [illegible] & in lege gener. & ibi Bart. & Alexan. [illegible] acquirendi.haere. ergo si † non possideat, male intentat se manutenere in possessione. Facit [illegible] Cod. acquir.poss.& l.si nulla.eo. [illegible] nomine locatorum possideat, vt lege [illegible] eodem titu.licet per consuetud.mortuus † succedat verum proximum capacem ad succedendum: tamen intelligatur in his, quæ ad eius tunc tempore obitus fuisset dominij vel quasi pertinebant sed mortuo conductore extincta fuit locatio,cum plus † iuris non potuerit transmittere, quam habuerit. l. nihil aliud.ff.de regu.iur. Item contractus † legem ex conuentione accipiunt,vt l. j.§.si conuenerat.§.depositi.sed conuentum est, quòd vsque ad eius mortem,cum annua pensione, domo vteretur ac frueretur.ideo eius morte finitur,vt d.l.si domina proprietatis. sed † pactum quidem conductionis & locationis oportet seruari,vt l.lēgem & l.circa. Cod. loca. & l. si merces. §.conductor.ff.eo.ti.agitur,& c. Item quamvis † vsusfructuarius ᵇ naturaliter rem possideat, per no. in l.naturaliter.ff.de acq. poss. eo tamen mortuo perditur naturalis possessio, vt in l.si de cod.§. si forte. & ibi Bar.ff.de acquir.poss. nisi quando locatio est facta ad longum tempus, vel in perpetuum: tunc enim transfertur naturalis possessio, vt not.gloss.in l.si quis ante.ff.de acquir.poss. & in l.uj.§. econtrario. eodem tit.& in l.si vt certo. §. si duobus vehiculum.ff.commo.& probatur in l. fetendum in princip.verticul.sed etiam. ff. qui satisd. cog. & ibi per Bald.

1 2 3 4 5 a 6 7 8 9 10 11 12 b

Bal.& Mod.& tenet Alex.in conſ.j.in fi.vol.iij. Itē
13 poſito,& non † conceſſo, quod ipſe conductor eſſet dominus rei conductæ,nullam poſſet quæſtionem dominij obiicere:vt eſt text.in l. ſi quis conductionis,& ibi pulchrè Bartolus, Baldus, Angelus,& Salicet.C.locati.& l.ad probationem ſecundum vnum intellectum glo.eo quia poſſeſſionem rei conductæ debet reſtituere: vt dicit text.& ibi Bar.& Alex.in addi.in l. commodare. ff. commo. Per quod eſt dare reſponſum ad dictum I.ann.
14 And.in cap.licet epiſcopus.de præb.lib. vj. vbi dicit quòd † vſufructuarius qui eſt in quaſi poſſeſſione,non debet extrahi ſine iudicis authoritate, l.fi. C.de rei vend.& Alex.in conſil.v.in ſi. & in conſi. xliij.ver. Sed præmiſſis non obſtan. volu. iiij.vbi hoc dicit verum, quotieſcunque locator agit ex ipſa locatione finita:ſed ſi ageret actione in rem, & nullo modo ſe fundaret actor in locatione, tunc poteſt referre quæſtionem dominij: vt not.gloſſ. Cy.Bal.in d.l.ſi quis conductionis. Et etiam ad aliud quod allegari poteſt, quòd quantumcunque
15 quis † dominus ſit,non debet ſua authoritate occupare rem ſuam:vt l.ſi quis in tantum.C.vn.de vi. & l.extat.ff.quod met.cau.& l.negantes.Co.de act. & obl.cum ſimilibus,vt idem tenet Io. And. in d.
16 c.licet.quia † conductor nec alius quiuis poſſeſſor iuſtè vel iniuſtè poſſidens,non debet à poſſeſſione extrahi ſine iudicis authoritate:vt d.l.fin. C. de rei vend.facit l.ſiue poſſidetis.Co. de probat.& nota. Bart.in l.creditor.C.de pign.tamen Colonum vel
17 inquilinum † non ſoluentem licitum eſt propria authoritate expellere:vt not.ibi Bar. & in l. ædem. C.locati.& Alex.in conſi.centeſimoſexto,verticul. circa primum fundamentum.vol.iij. & in conſilio cxxx.cum ij.ſeq.vol.iiij.& firmat Inn.& alij in cap. propter ſterilitatem.de loca.& gl.mag.in princ. & ibi Iaſ.in l.ij.C.de iure emphy. Quia verum,durãte vſufructu aut locationis tempore, niſi in caſibus no.in l.ædem,quam.& ibi per doc.C.loca.& Alex. in d.conſil.cvj.vol.iij.ſed eo mortuo ius eſt extinc-
18 tum:vt dictum eſt:quia illa † verba,vſque ad mortem aut ad eius voluntatem,ſimul coniuncta idem ſignificant:quia dicere ad nutum, vel voluntatem, eſt idem dicere,vſque ad eius mortem.Nam poteſt diſpoſitio obligatoria conferri in voluntatem debitoris per hæc verba: ſcilicet, cum ipſe debitor voluerit,ſeu,donec ipſe voluerit: vt l. centeſimis. §.fin.ff.de verb.obl.iunctis no.per Bart.ibi in verſic.quæro.quid ſi non apponitur dictio, Cùm, ſed aliud aduerbium temporis,&c. quæ tamen voluntas ceſſat & expirat per mortem, l.iiij. ff. loca. & declarat Bart.in d.l.centeſimis.§.ſi. verſicul.vltrò formo hic vnam quæſt.&c.& ibi Alex. ſed cla-
19 rum eſt quod † morte finita fuit locatio, cùm non ſit actum,quòd non tranſeat ad hæredem: &
20 in dubio † videtur [c] electa induſtria perſonæ, vt
c nota.gloſſ. & doctor.in lege inter artifices. ff.de ſol.& not.Bald.& alij in l.continuus actus. §. ſi inſulam. & in §. ſi ab eod.& ibi gloſſ. & Bart.ff de verborum obl. & ita in terminis tenet Alex.in di. conſi.cvj.in prin.ver.tertium eſt & vltimum. Igi-
21 tur † ex præmiſſis patet,quod mortuo conductore finitur locatio & conductio, quando ad nutum & voluntatem eſt facta ipſius locatoris, non tantùm ipſius conductoris morte, vt dictum eſt, ſed morte ipſius locatoris, vt lege locatio.ff. loca.& poteſt ſibi obiici regula, dolo facit qui petit quòd reſtituere oportet eundem, de reg.iur.libr.vj. quæ regula habet locum in adipiſcenda, & recuperanda poſſeſſione, ſecundum Dyn.ibi & dixi in addi.ad ipſum.ita credo prædicta eſſe vera, quamuis conductor ſuperuiuat: ſaluæ melius ſentientis correctione.

ADDITIONES.

Penſione annua. Adde quando locatio & ſolutio penſionis probent & poſſeſſionem dominium,plenè Felin. in cap. inter dilectos.ver.in tex.ibi non ſufficiebat.de fide inſtrum. & Pau.de Caſt in conſi. a

Quamuis vſusfructuarius. Adde quòd licet vſusfructuarius rem naturaliter poſſideat,d.l.naturaliter.tamen ius vſusfructus quaſi poſſidet ciuiliter & naturaliter, adeò quod dicitur quaſi poſſeſſor iuris,ſecundum gloſſ. quam facit Bart. ſing.in l.ſi plures.§.detectum. de vi & vi ar. & in l. ait prætor.§ item ſi.ff.ex quib.cau. maio.& Anto. Corſe. in ſingu. vſufructus. b

Et in dubio. Adde Phil.Com.in conſ. clxxvj. volumin. iij.in litera c.vbi dicit,quod proximiores in vim conſue.vel ſtatuti eos faiſientis,non ſunt admiſſibiles aduerſus hæredes vſufructuarij,quando eſt dubium quo iure poſſidebant. c

SVMMÆ.

1 *Compenſatio vt habeat locum, quæ requirantur.*
2 *Compenſatio eſt imaginaria ſolutio.*
3 *Compenſatio non habet locum de vno genere, ad aliud genus, nedum de ſpecie ad quantitatem.*
4 *Compenſatio non poteſt fieri vno genere pecuniæ ad alsam pecuniam diuerſa materiæ.*
5 *Confeſſus habetur pro condemnato.*
6 *Compenſatio an poſſit allegari in ſententia executione.*
7 *Excommunicatus licet poſſit excipere, compenſare tamen non poteſt.*
8 *Compenſationem allegare non poteſt periurus.*
9 *Iuramentum compellit præciſe ad factum, ita vt ſolutio intereſſe non tollat periurium.*
10 *Statutum prohibens opponi contra inſtrumentum omnem exceptionem, an comprehendat compenſationem.*

CONSILIVM XIIII.

Iſo proceſſu nobilis ac venerabilis viri magiſtri Claudij de Meſuilſymon eccleſiæ Bitur.canonici rei ex vna, contra nobilem virum dominum Carolum du Meſuilſymon dominum de Beauieu eius fratrem, actorem ex alia: videtur dicendum præfatum,actorem non fore admiſſibilem ad allegandum compenſationem, & impediendum quantitatem pecuniarum depoſitarum ipſi reo deliberandam, iuribus & rationibus ſequentibus. Tum † primò, quia antequam compenſatio poſſit opponi,& habere locum,eſt neceſ- 1
ſe,quod in illis rebus,in quibus opponitur compenſatio,recipiat functionem in ſuo genere, non in alijs, arg.l.ij.in pr.& §.mutui.ff.ſi cer.pet. Et eſt ratio,[a] quia † compenſatio eſt imaginaria ſolutio, a
& per conſequens nõ poteſt allegari compenſatio, ſicut nec ſolutio fieri inuito creditore: vt d.le.ij.§. 2
mutui.& l.Paulus.& ibi Bar.ff.de ſol.tenet gl.& Io. Fab.inſtit.de acti.§. in bonæ fidei. Nam nedum † de ſpecie ad quantitatem habet locum compenſatio, ſed nec etiam de vno genere ad aliud

genus:& ſic nec de vino ad oleum, nec de frumento ad pecuniam,ſecundum Cin.Bald.& Salic. in l. fin.C.de compenſ.Quinimò dicunt Cin.& Salicet.
4 ibi,quod nec de vno genere pecuniæ † ad aliam pecuniam diuerſæ materiæ poteſt fieri compenſatio. Secùs ſi eſſent eiuſdem materiæ. & ita etiam tenet Ang.Are.& Iaſ. de May. in dict.§.in bonæ fidei.Sed per actorem allegatur compenſatio ſpeciei,ſcilicet de vino, & de equo, ad pecuniam, & quantitatem liquidam. igitur per prædicta non poteſt allegari & opponi compenſatio. Nec ob. quod poteſt allegari in contrarium, quòd ſpecies eſſet deducta ad quantitatem & æſtimationem, & quod de ea ſit iudicandum,ſicut de mera quantitate,vt l.ſi domus.§.qui confitetur.cum ibi no. ff.de leg.j.& l.nomen.§.j.eodem tit. & glo.in l.ob negotium.ff.de compenſ.quia verum non eſt quando debitum habet executionem paratam, ſicut patet in duob.inſtrumentis productis per ipſum, ſcilicet in inſtrumento partagij,& inſtrumento obligationis,ibi, quod actor velt gagiari, & compelli per bonorum ſuorum captionem,venditionem,&c. Item dictus
5 † actor compenſare volens, confeſſus eſt debitum,quia contra literas nihil allegat,virtute quarum erat in excommunicatione detentus: & eſſet neceſſe quòd ſpecies deducta ad æſtimationem liquidaretur,& ad ipſam liquidandam daretur tempus,quod datur condemnatis & confeſſis, ſecundum Bar.notabiliter,& Alexand.de Imo. ibi in addit. in l.aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iur.fiſc.Quem ſequitur Abb. Sicu. in capitul.ij. de depoſi.ſed confeſſus habetur pro condemnato, vt l.j.ij.& iij.ff.de conte.& l.vna.Cod.eodem tit.ergo nullum tempus debet dari ipſi actori ad liquidandum,ſecundum Barto. in dict.§.qui compenſationem.vel de æquitate,ſequendo opin. Abb.in d.capitul.ij.quòd darentur x.dies ad liquidandum: quæ tamen liquidatio re vera non poterit fieri intra illos x.dies:quia venditio vini & equi non poterit probari ita citò:vnde compenſatio non venit ad-
6 mittenda.quamuis † enim compenſatio poſſit in executione ſententiæ allegari,l.ij.& ibi Bal. & Sali. C.de compen.& Alexan.in conſil.xcv. in fi. volumin.iij & gloſſ.doc.in capitul. cùm Ioann.de fid. inſtru.gloſſ. pen. & Abb.in cap.ſuborta.& ibi Fel. fin.vor.exceptio compenſationis. de re iudic. vbi Fel.in verſi.adde Imo. dicit idem in ſententia excommunicationis quòd poſſit opponi, ſecundum Ioann.de Imo.in dict.capitul.cùm Ioann. & Anton.in dict.capitul. ij.depoſiti tamen Bartol.tenet contrarium in l. amplius. in fin. ff. rem rat.habe.
7 quod licet excommunicatus poſſit † excipere, l.j. de exceptio.libr.vj.capitul. decernimus. de iud. tamen non poteſt compenſare.allegat.notat.gloſſ.& doctor.in capitul.cùm inter de except.& Alexand. in conſilio xij.in princip. volumine ij.& etiam intelligitur,quando de ſpecie ad ſpeciem, vel quantitate ad quantitatem, & de debito liquidato, vel quod intrà tempus iuris liquidetur: vt dictum eſt. Item alia ratione,quæ me ad hic dicendum magis vrget:quia actor iurauit ſoluere quantitatem peti-
8 tam,vt conſtat in dictis † inſtrumentis: ergo tanquam periurus non eſt admiſſibilis actor præfatus ad allegandum compenſationem. text. eſt rotundus, apertus & clarus: & ibi Cano.omnes tenent in capitul.ad noſtram.in princip.de iureiur. & Abbas in capitul.dilectus.de ordi.cog. quia iuramentum compellit præcisè † ad factum, ita quod non
9 cuadit periurium ſoluendo intereſſe:vt eſt ſing.glo. interlinearis in l.ij pecuniam. in verb. neceſſe habeas.ffde condict.ob cau.Ita tenet Iaſo.in dict.§. in bonæ fidei in dict. l.amplius. in penult.poſtil. licet ibi Bart. cum ſeq.& Alexand.in addi.ad Bar. & male ſecundum doct.teneat contrarium.Et idem tenet Alexand.in dict. conſilio xcj.ver.ij. principaliter.volum.ij. vbi reſpondet ad motiua Bart. vt ibi vide,licet contrarium teneat in conſilio xij.ver. non obſtat ſextum arg.lib. ij,ſequendo Bart.Ful.& Ang in dict.l.amplius Abb.in d.capitul.ad noſtrã. Ioann.Fab.in d.§.in bonæ fidei. & hoc ſenſit Ang. 10
in conſilio cxxx.volens quod ſi ſtatutum † prohibeat opponi contra inſtrumentum omnem exceptionem,quod non intelligatur de compenſatione,niſi ſtatutum requireret aliquo caſu veram ſolutionem,ſecundum Bald in l.iij.in fin.C.de compen.& Feli.in dict.cap.ſuborta. ver.& hinc eſt. & licet hæc opin.ſuſtineri poſſit propter autheritatem tam illuſtrium virorum,tamen deberet intelligi,ſcilicet de liquidato debito, vel infrà tempus ſupradictum liquidãdum, & de ſpecie ad ſpeciem, b
&c. Tamen ſemper vidi b aliam opin.ſeruari in curia officialatus Bituricen,& reſeruari actio.præfato actori.Ita dico, & cenſeo ego Nicolaus Boerius in V.I.Licen.ſal.a melius ſentiẽtis correctione.Et ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

ADDITIONES.

Et eſt ratio. Adde tex.& ibi Bened. de Plumb. in l. ſi pe- a
culium.§.quod ſi hæred.ff. de ſtatu lib.

Tamen ſemper vidi. Adde Bened.de Plum.in d.l.ſi pecu- b
lium. §. quod ſi hæredi. ſuprà allegat. qui tenet hanc contra Bartol.

SVMMÆ.

1 *Teſtes ab aduerſario inductos reprobare iure licet,& eorum perſonas,dicta & incapacitates oppugnare. Et quando, quamque diu id liceat,nunc ſequent.*

3 *Iudex teſtes repellere poteſt, non probatis obiectibus,parte etiam id non petente.*

4 *Iudex de conditione teſtis inquirere tenetur.*

5 *Iudex debet ex officio homines infames repellere,etiamſi partes eos admittant: & numer. ſequent.*

8 *Teſtis falſus reiiciendus,& idem iudicium de notario aliorum ſigna falſificante, & qua pœna vterque plectendus.num.11.*

9 *Falſi crimen, cuius pœna eſt manus amputatio,eſt deportatio, cum bonorum præſcriptione.*

10 *Pœna exigentis pecuniã ſine mandato.*

CONSILIVM XV.

VIsis proceſſu & ſaluationib.teſtium pro parte Ioãnæ relictæ Ioannis Baratron,actricis, contra Ioan. le long. reum, dictus reus abſolui debet à petitione actricis cum expẽſis. Tum † primò,inquantum actrix a
petit aduerari obiectus contra teſtes eius datos, non eſt admiſſibilis, cùm ab aduerſario inductos reprobare teſtes poſſimus, in l.ſi quis teſtibus. & authent.ſi teſtis dicatur.Cod. de teſt.& vtrobique per Bar.& in §.ſi verò.in authent.eod. & ibi Ang. in iiij.qu.ij.in caſi teſtes.§.pe.Et opponere contra perſo-

perſonas,dicta,& eorum incapacitates, in capitul. præterea.de teſti. cogn.verſicul.huiuſmodi.& ibi per Inn.& melius in capitul.præſentium. &c.licet. in iij.de teſtib.cum ſimil. & per Abba. in dict.capitul.præſentium. necnon etiam crimina tempore obiectionis ſpecificare poteſt, & debet ſecundum Inn.ibi & Abba. verticul. & aduerte,quia à principio.& Bal.in dict.authentic. ſi dicatur teſtis. in fi.& idem Bal.in lege iij.ff. eod. vbi refert & ſequitur Inno.vbi ſuprà. Quandoque † etiam poteſt non ſolùm poſt publicationem teſtium facta proteſtatione in productione teſtium. per dict. capitul. præſentium. ſed protectò poſt ſententiam, quando per iudicem opponere impeditus fuit: vt text.in capitul. cum eo. & de re iudi. ſecundum intellect.gloſſ.quod dictum reputat ſingulare Bart. de Bellenz. in dict. capitul. præſentium. in addi. Abb.in ij.poſtil.Facit quod not.Bald.poſt Cyn.in l.C.qui re.non poſſ.& Bald. in l.j.C.de quæſt. Ex prædictis ergo † patet quòd aduerare non tenetur, quia ad defenſionem quicquid oppoſint contra ipſos teſtes,hoc fecit ad ipſos repellendos, quia cauſam ſuam agit,iiij.quæſtion. vlt.in capitul. omnibus.& ſe defendit excipiendo capitul. dilecti. de excep.Cùm aliquos inhabiles, & alios,qui actui non fuerunt præſentes ad teſtimonium ferendum produxerit ipſa actrix, vt plene deductum eſt in obiectibus per ipſum reum datis: quos profectò iudex ex officio ſuo eos etiam parte non petente ipſis probatis obiectibus repellere tenetur.ita exquiſitè dicit Inno.in capit.intimauit. de teſt.quem doc.ibi communiter ſequuntur.licet aliud voluerit ibi ſolennis doctor Ioann. de Lig. & Petr. de Ancha.in capitul.ſuper eodem de teſti. Sed illud dictum Inno.ſequutus eſt Lud. de Ro. in repe. rubr. de arbi.vbi etiam dicit quòd ipſe iudex de conditione teſtis † & perſonæ inquirere tenetur:& dicit eſſe gl.ſing.in l.j.§.ſi præſes.ſuper verb. de nominibus.ff.de magiſt.conue.de quo Ange.poſt Nicol.de Neap.& Bald.in l.quos prohibet Prætor. ff.de poſtul.vbi magnificauit illam glo. & eſt etiam ſimilis gloſſ. pluribus abſcondita, in capitul.quærendum.ij.quæſt.vij.in j.gloſſ. & quod ibi voluit Archi.& pulchrè not. And. Bart.in ſua ſolenni repe. capitul.teſtimonium. de teſti. vbi dicit aliam eſſe gloſſ.in l.iij.in princi.quæ incipit,inimicitiæ. ff. de teſtib.& alleg.aliam glo.in authent.de teſti.§. ſancimus. quæ dicit, † quod ſi homines vel loci ſint infames,quod iudex debet eos remouere, etiam ſi partes conſentiant.Et hoc innuit ille text. in verſi. præcipuè.Et hoc tenet ibi Bar.in j. quæſt. & Spec. in tit.de teſte.§.j.in fin.& alleg. etiam aliam gloſſ. licet hoc non dicat clarè,ſecundum eum in l.age cũ Geminiano.C.de tranſact. de quo latiùs per Barb. in d.repe.age.&c.tamen ſecundum gloſſ.Ioann. de deo. in li.iudicium parte iij. † quemcunque vitioſum reperies,potes de iuris rigore repellere, ar. ij.quæſtion.j.in primis. & iiij. quæſtion.v.per totum,vj.quæſtio.j.infames. ij. quæſt.j. prohibentur. capitul.ex parte.de teſtib. & capi. ſuper eod.& ij. quæſtio.vij.capitul teſtes. & capitul. ipſi. & etiam tenuit plenè Ant. Corn. in ſuis ſingu.in litera teſtes.in j.cum ſimilibus infinitis: quia iudex † ſcire magis poteſt quanta ſit ipſis teſtibus adhibenda fides.l.iij.§.j.ff.de teſtib.Sed ex aduerſo teſtes producti debent reiici.Inſuper † Iacobus Biot, qui eſt diuerſorum criminum notis notatus , prout aliàs in obiectibus.Et vltra dicit,quòd dictus Biot multiarie falſificauit ſignum aliorum notariorum, idcò repellendus, per ea quæ no.Inn.in ij.de fid. inſtru.& tex.& ibi Bart.in l.ad teſtium.§. ſignum. ff. de teſta.Spec.in tit.de proba. §. iij. ver.illo etiam, &c.nam falſificauit ſignum cuiuſdam notarij curiæ do.Archidiaconi Bituricen. & illius occaſione multas pecunias extorquebat , & ſic duo crimina ſatis atque ſatis nefanda commiſit : quia crimen † falſi eſt deportatio, cum publicatione bonorum,vt l.j.§.h.ff.de fal.cuius pœna eſt manus amputatio.capitul.j.§.ſcriba,& ibi Bald. Alua. & Car. Alex.de proh.alie.per Fre.in l. iubemus. §. pen.in. fin.C.de ſacroſanct. eccle. & etiam crimen concuſſionis.nam dicebat ſe habere à dicto notario domini Archidiaconi literas ſigillatas, cum non haberet,nec profectò mandatum aliquod exigebat † pecunias , cuius pœna eſt arbitraria: ſecundum gloſſamin lege j. & ij.ff. de concuſſi. & perſonaliter poteſt puniri,ſecundùm gloſſ.ibi, quam ſing.reputat Ang.Aret. inſtit. de act.§. quadrupli. ver.vnum tamen no.in fin. not. in l. quod cuitandi.ver.tyrocinium.C.de condi.ob tur. cau.Item edicto de calumniatoribus.ff. de calum. l.j.§.j.& ibi † ita dicit glo.quam ibi ſequitur Bart. & doct. & alias ibi enumerat pœnas.& gloſſ.etiam in fin. d.l. ij.de concuſ.Imò tenetur furti , vt not. doct.in lege etiam. Cod. de furt. Ad quas pœnas non tenditur reus,ſed ad ipſum repellendum à teſtimonio, quibus vtilis non eſt hæſitandum. Et ita mihi videtur.

SVMMÆ.

1 *Beneficia plura quàm duo curam animarum habentia,an poſſit quis obtinere,cum diſpenſatione,vel ſine diſpenſatione. Et idem iudicium de cæteris dignitatibus, perſonalibus officijs & prioratibus. & ſub numero 4. 5. & 15.*

2 *Ioan. de Lig. epiſc. ſuper pluralitate beneficiorum.*

3 *Beneficia incompatibilia quæ dicantur.*

4 *Beneficij appellatione continetur penſio.*

6 *Beneficia duo ſimplicia de iure an liceat habere in diuerſis eccleſijs.*

7 *Canonicatus hodie reſidentiam non requirit.*

8 *Beneficia ſiue cura poteſt quis plura obtinere.*

9 *Conſuetudo hodie recepta, quòd quis in eadem eccleſia poſſit habere nedum duo ſimplicia beneficia, ſed & dignitatem & canonicatum.*

10 *Reſidere quem in pluribus locis impoßibile eſt.*

11 *Prebendas plures obtinere,quid inordinatum eſt & confuſum.*

12 *Maritus non poteſt vna vxore aliam ducere. Et valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale.*

13 *Honores duos qui capere non poteſt,item nec duo officia colere & exercere.& nu.ſeq.*

16 *Beneficia plura,etiam ſimplicia obtinens, quorum alterum ſufficit,peccat mortaliter. Et an valeat ad hæc diſpenſatio.*

17 *Papa an poſſit literatis conferre plura beneficia etiam incompatibilia.& nu.20.23.& 27.*

18 *Diſpenſatio non eſt facienda propter bonum priuatum,& quid in primis ſpectandum ſit diſpẽſantis.nu.ſeq.*

21 *Prebenda quibus ferè conferantur.*

22 *Studiorum eſt tantus fauor, vt quicquid illorum*

nomine expensum est, Reipublicæ & Ecclesiæ nomine expensum feratur.

24 *Dispensatio ad plura beneficia obtinenda, facta ob causam primatam, dispensata est.*

25 *Papa an possit dispensare, suprà & contra ius positum, pro sententia & arbitrio.*

26 *Papa tenetur pascere oues suas, & agere œconomum & bonum dispensatorem.*

28 *Beneficia incompatibilia obtinens, de dispensatione sua docere tenetur.*

29 *Incompatibilitas an possit opponi pendente processu incompatibilitatem habente, & allegato ac iurato, quod aduersarius quatuor aut quinque beneficia incompatibilia obtinebat sine Papæ dispensatione.*

30 *Ius superueniens in eadem instantia, pendente indicio venit.*

31 *Ius superueniens actori, potest allegari in actione vniuersali, siue agatur actione vniuersali, siue reali. Et quid de actione personali. numer. sequent.*

CONSILIVM XVI.

1 AD quæst. qua quæritur, vtrum † quis possit pluralitatem beneficiorum ecclesiasticorum curam animarum habentium, aut plures quàm duas, tres vel plures dignitates, personatus, officia, seu prioratus obtinere sine dispensatione vniendi? dico hanc profectò esse satis atque satis diffusè per glo. & doc. examinatam. nam de ea tractatur in pluribus locis, vt per glo. & doc. in ca. sanctorum. lxx. distinct. c. j. xxj. q. j. in c. dudum. in fi. de elec. & ibi Inno. & in cap. iamdudum. de præb. vbi Moder. ponunt Refred. in titu. de præb. Specu. in tit. de leg. §. videndum. & illud autem. & Ioan. de Imo. in c. fin. de cleri. non residen. & docto. in cler. gratiæ. de referi. Ioan. And. & alij in cap. gratia. eo. tit. in vj. & Gul. de Laud. in extrauag. Ioan. xxij. execrabilis. hen. & aliquid per Abb. Sicu. in capitul. de multa. de præbend. Et eleganter prædictus Abb. in sua grandi. repe. §. qui verò. c. extirpandæ. eodem tit. Et Ioann. Lig. fecit vnum celebrem † tract. de pluralitate beneficiorum, & glo. & doct. in capitul. literas. de concess. præb. & Ang. de Cla. in sua summa. in litera, beneficium. Et gl. in prag. sanct. in titu. de colla. super verb. pluralitate, quæ recitat quasi formalia dicta Abb. Sicul. in d. capit. de multa. & capitul. extirpandæ. §. qui verò. Pro solutione præfatæ quæst. est primò præsupponendum, quid dicatur beneficium incompatibile, seu beneficia incompatibilia, quæ obtineri non possunt sine dispensatione Papæ. Secundò quid appellatione beneficij contineatur. Et quò ad primum dico, quòd sunt duæ dignitates, vel duo personatus, aut duę ecclesiæ parochiales curam animarum habentes: duæ præbendæ sufficientes, seu duo beneficia simplicia residentiam requirentia: dico officia, & prioratus diuersi, ita quòd per assecutionem secundi vnius istorum incompatibilium, vacet primum, si pacificam habuerit possessionem. c. licet. de præb. libr. vj. & pulchrè Pau. de Cast. in consilio cclxv. incipien. in primo articulo. volum. ij. & ita prædicta iura gl. & doct. sing. & in prædictis locis manifestè & apertè testatur. Quò ad secundum, remitto ad videndum Felin. post Abba. in capitul. postulastu. in fin. glo. ij. de referip. vbi ponit tres conclusiones, cum pluribus fallen. Et ibi, quid de pensione & præstimoniis, Abb. Sicul. in consi. xlvij. in princ. lib. ij. & in ij. de referip. vbi reprehēdit And. Barb. qui solus tenuit, quod appellatione beneficij † pensio contineatur, cùm de ipsa quis teneatur facere mentionem: vt ibi per Fel. Hoc habito constanti, venio ad quæsitum, an plures dignitates, prioratus, licet contineantur sub dignitate, vt no. in c. quia propter. de elect. curas etiam plures vel alia beneficia residentiam de iure communi, statuto vel consuetudine ecclesiæ requirentia, quis sine, vel cum dispensatione obtinere possit. Et videtur de iure cōmuni, quòd quis duo beneficia titulata, quorum vnum sit sufficiens ad sui status sustentationem, habere & tenere non possit. Et primò, in episcopatibus & archiepiscopatibus patet in c. cum in cunctis. de elect. in c. sicut vnire. de excess. prælat. & de transla. episc. per totum. De aliis autem dignitatibus inferioribus & curatis beneficiis, patet in dict. capit. multa. & in clem. j. de offic. vica. de regularibus beneficiis. patet de præben. capitul. cum singula. in vj. & in clem. j. de supplen. neg. prælato. de secularibus, & non simplicibus, vt curatis ecclesiis & hoc est clarum quod quis non potest duobus præfici. capitul. cum ignores. de præbend. & tenet Alexand. in consilio lxx. in princip. volumine iij. & Abbas Sicul. in consilio xxxviij. libr. ij. nisi vna esset alteri vnita. cap. super eo de præb. libr. vj. in simplicibus † verò, & tūc in vna & eadē ecclesia *nō potest quis habere titulos duos vniformes & difformes: patet in d. c. de multa. & melius in dict. c. literas. de concess. præb. & capitul. j. de consuet. in vj. de quo statim dicam. In diuersis verò ecclesiis habere † simplicia duo beneficia, etiam non licet de iure. nam quilibet titulus requirit residentiam personalem. & capitul. j. de celebr. miss. capitul. quia nonnulli. & capit. tuæ. & quasi per totum. de cleri. non residen. & dict. §. quoniam verò. cap. extirpande. de præben. & ibi Abb. in iij. quæst. qui hoc probat per quinque rationes. & idem Abb. Sicu. in ca. conquerente. de cleric. non residen. & in consilio xcvj. versicul. ad secundum dubium. vol. ij. vbi hoc limitat, nisi canonicatus ecclesiæ non † requirat residentiam: sicut hodie communis consuetudo est per totam Italiam, & totum mundum, quæ est de iure approbata. text. cum gloss. in capitul. cùm omnes. de constit. cum aliis iuribus per ipsum allegat. Nam de iure communi, secundum eum potest quis habere plura beneficia † sine cura ex quo residentiam non requirunt. dicto capitul. gratia. & dict. clemen. gratiæ. & Innoc. in dict. capitul. cùm iamdudum. Et præcipuè quando vnum beneficium non est per se sufficiens ad canonicum commodè sustentandum: ideò potest salua conscientia recipere secūdum. Et †hodie habet generalis consuetudo, vt etiam in eadem ecclesia quis possit habere ne dum duo simplicia beneficia, sed dignitatem & canoniam: quæ quidem consuetudo valet, text. cum glo. in versicul. nisi vnicum. in capit. j. libr. vj. secus si vnum requireret residentiam, vt dictum est, tamen eo in casu potest, secundum eum episcopus dispensare, vt voluit Freder. in cons. xcv. alias cxx. per d. c. j. de consue. libr. vj. vnde † impossibile est quem residere in plurib. locis. tex. sunt expressi generaliter loquentes in d. capitul. sanctorum. & dict. capitul. j. xxj. quæstio. j. singulę

2 3 4 5 a 6 7 8 9 10

singula namque beneficia sunt profecto singulis committenda personis: vt dict. capitul. cùm singula. & vix sufficit vnus vni beneficio deseruire. & dicto capitulo, quia nonnulli. Et hac ratione sanctus Thomas in vj. quolibeto, quæstione vij. dicit, quòd habere plures præbendas, absolutè, † est quid de se inordinatum. Item diminuitur cultus diuinus, quod vnus loco plurium constituatur, quia plerunque est inæqualitas, cum vnus habet multa beneficia, & alius vix potest habere vnum. Et prædicta probantur, secundum glossi. in capitul. dudum. nam † maritus viuente vxore non potest aliam recipere, vt dict. lege cum qui duas. Cod. de adult. & §. affinitatis. & §. socrum Institut. de nupt. quia bona est argumentatio de matrimonio carnali [b] ad spirituale, capitul. ij. de transla. epi. not. doct. in capitul. tuæ. de spon. ig. tur, &c. Item probatur † in officiis & honoribus secularibus. In honoribus patet: quia duo honores simul quis capere nō potest, vt in l. l. bertus. §. cùm simul & ibi Bartol. ff. ad municip. & not. Ioann. de Imol. in lege qui duos. ff. de legat. j. & Ioann. de Plat. in lege j. C. quemadmodum ciui. libr. x. in le. in. C. de assess. & l. si quisquis. C. de postulan. & legibus quidem. & ibi Bartol. Cod. qui milita. non pos. libr. xij. In officiis patet: † quia duo officia non potest quis habere: & si acceptaret secundum, careret secundo officio, & salario primi priuaretur. Casus est sing. & ibi Bart. in l. si. de comita. & in l. comperimus. de præpo. sacro script. lib. xij. sed Ioan. And. in capitul. super eodem de præben. in vj. & do. Cardin. in dict. capitul. cum iamdudum dicunt, † quòd de consuetudine quis potest plura beneficia simplicia non requirentia residentiam continuam, de consuetudine vel statuto ecclesiæ citra dispensationem obtinere: & etiam excusat dicta consuetudo, quod ad ecclesiam militantem, & quò ad Deum: dummodo ille qui pluralis est in talibus beneficiis sit dignus, & literatus iuxta qualitatem beneficij, quod intelligitur nisi esset nimia pluralitas. tamen glossi. in dict. capitul. dudum, vult quod peccat † mortaliter tenens plura beneficia etiam simplicia, quorum alterum per se sufficit. & ipsam sequitur Abbas Sic. in dict. §. qui verò in iij. quæstio. j. pluribus rationibus motus. & idem in dict. capitul. dudum. nec excusat consuetudo, quando vnum per se sufficit. tamen doct. videtur innuere in hoc valere consuetudinem, si solum circa potentiam retinendi plura beneficia simplicia, sine nimia multitudine, dicta consuetudo disponeret: alias secus. vnde dicit Abb. in cap. cum ecclesiasticæ. de except. quòd in casibus prædictis non valeret dispensatio, quò ad Deum, & in foro conscientiæ, nisi fuisset facta ex iusta & rationabili causa gl. est celebris in c. non est. de voto. & c. quanto. de iureiu. vt est in d. c. de multa. in fi. & Abba. ibi post Ioan. And. in j. contrario, dicit † expressè Papam circa sublimes & literatas personas dispensare posse super pluralitate & incōpatibilitate beneficiorū. sed tex. in d. extraua. execrabilis. prohibet indistinctè fieri dispensationes: & iam factas cassat, & ipso iure annullat: vt dispensati vnum tantum ex dignitatibus, personatibus, prioratibus, officiis ecclesiasticis vel beneficiis, quibus imminet animarum cura, etiam prætextu dispensationis sufficientis eisdem indultæ retineant: alioqui sunt ipso iure obtētis & obtinendis priuati beneficiis. ¶ Quid dicendum? Ioann. in dict. capitul. de multa. & ibi Abba. Sicu. dicunt allegando sanctum Tho. in j. secundæ quæstion. xcviij. ar. iiij. quòd † dispensatio non debet fieri propter bonum priuatum: imò ille qui dispensat, debet habere intuitum rationis boni vniuersi, & causæ propter quam dispensat, quæ est triplex, vtilitas, & necessitas ecclesiæ, ac euidens prærogatiua personarum. Vnde si dispensans habet ista præ oculis, †, non dicitur facere contra bonum publicum. si enim dispensatur cum sublimibus personis, seu literatis habetur consideratio ad bonum publicum. nam persona. literata † prodest ecclesiæ vniuersali, capitul. cùm ex eodem, de elect. libro sexto, & cum maximo labore insistit in exercitio scientiæ. Vnde debet recompensari labor. Pro quo facit quod dicit Abbas. in capitul causam. de iudic. quod communiter † præbendæ conferuntur ciuibus optimi status & conditionis, & qui multum honorentur, secūdum eum: quia cùm tales communiter vel studio, vel laudabilibus vel honoratis curis sint dediti, nedum vna præbenda, sed vix multa beneficia sibi sufficiunt. Et † quicquid exponunt causa studij, dicitur expositum in vtilitatem ecclesiæ, secundum doctos. in dicto capitul. cum ex eodem, de elect. in vj. & Felin. in capitul. cum M. Ferrarien. in fin. de constit. Præterea dicit Host. in † c. graue. de præben. quòd vbi clerici reperiantur indigni tanta indignitate, quòd sine peccato non potest ei prouideri, melius est paucis dignis, vel vni tantum digno multas ecclesias conferre: secus si non est tanta indignitas: quia construenda est domus ex lapidibus, qui occurrunt. & ipsum sequuntur ibi doctor. & Felin. in capitul. si quando. in fin. cum sequent. de rescrip. Vnde Abbas in dicto capitul. de multa. concludendo dicit dispensationem non † debere fieri ob causam priuatam, sed publicam: aliàs non dicitur dispensatio, sed dissipatio, cùm dispensatio secundum ipsum, ibi sit iuris communis relaxatio facta cum causæ cognitione, ab eo ergo habet potestatem dispensandi de quo habetur j. q. vij. capitul. requiritis. §. nisi rigor. & idem de Zab. in consilio xxxv. versic. ad secundum. Et posset replicari de capitul. proposuisti. de concessione præb. & de capitul. ij. de transla. episc. & quę no. Inno. in c. cùm ad monasterium. de statu reg. vbi † dicitur Papam posse dispensare supra & contra ius positiuū, ex sola voluntate, vt no. Bartol. in l. j. ff. de constitut. princip. & plene Fel. in dict. c. ad audientiam. in fi. versicul. nihilominus attende bene. Ergo Papa faciendo mentionem de dicta extrauagan. execrabilis poterit dispensare, vt quis possit plures dignitates, personatus, curas, & officia obtinere. Quod Abbas Sicul. in dict. c. de multa dicit procedere, quò ad ecclesiam militantem, quia † nulli licet de suo iudicio iudicare: secus tamen putat, quò ad Deum: nam non debet relaxare sine causa ius fundatum super bono publico, cum teneatur ex officio pascere oues suas, & facere sicut bonus dispensator, Lucæ x. cap. sed Cardin. Alex. in cap. per venerabilem. qui filij sunt legi. tenet contrarium per cap. cum nostris. de concessio. præbend. in versi. ex indulgentia speciali, vel alia iusta causa & per alia pulchra: de quibus per eum. & idem Felin. in dict. capit. ad audientiam. in princip. ver. Et puto hoc procedere. etiam quò ad Deum, apud quem erit tutus taliter dispensatus per Papam, etiam sine causa, & ibi accedant not. per Felin. in ca. ij. cum sequen. de sponsal. & in c. si. versi. secunda conclusio. de simon. & in dict. cap. si quando. post medium. versi & potissima ratio est de rescrip. Ex quibus † est conclu-

dendum, secundum communem opin. doctân locis suprà alleg. quod quis possit obtinere plura beneficia cum dispensatione Papæ, etiam sine causa, dum tamen derogetur extrauaganti, execrabiliter. Ioann. xxij. licet non sit in corpore iuris clausa, tamen seruatur pro Decretali, & constitutione, licet securius & tutius sit, quod ex causa legitima fiat talis dispensatio. Vnde † oportebat obtinentem beneficia plura incompatibilia docere de dispensatione sua, aliàs impetrantes illa, obtinebunt recta via, sine obstaculo. Sed nunc insurgit aliud dubium † vtrum incompatibilitas pendente processu incompatibilitatem habente, possit opponi & allegari, ac iurare, quod processu pendente fuit sibi dictum, quod aduersarius quatuor aut quinque incompatibilia beneficia obtinebat sine dispensatione Papæ: vnde postquam peruenit ad eius notitiam ipse impetrauit à Romano Pontifi. quam impetrationem nunc allegat. Facit text. sing. in capitoralis. & ibi omnes scribentes, maxime Abba. post gloss. de except. & text. celebris, in capitul. vt circa. §. alioquin. de electio. in vj. & cler. constitutionem. §. cæterum. eodem titu. quia in eadem instantia † ius superueniens, pendente iudicio venit. Et istud ponunt Dyn. Bald. Et latius Bald. in l. non potest. ff. de iudic. & Bald. & Ang. Aret. Institut. de act. in fin. princip. & Bart. in l. si quis rem. §. fin. ff. de pign. act. & in l. an eadem. §. actiones. ff. de excepti. rei iudic. & per Bart. & ibi Ludo. de Rom. in l. si Titius. ff. de verb. oblig. & per Bart. in l. j. C. de alien. iud. mutan. cau. fac. & per Bart. in l. per diuersas, in septima & octaua quæst. Cod. manda. & per Angel. de Peru. in lege si quis vi. §. differentia. ff. de acquirend. possess. & per Ioann. de Imol. not. in l. si filius qui patri. ff. de vul. & pupil. substit. vbi dicunt, quòd siue † agatur actione verbali, siue reali, vt hic, quòd ius superueniens actori, potest allegari in actione verbali. Patet, vt le. iij. ff. de petit. hæredit. in reali, vel quasi. Patet in l. fin autem. §. possidere. ff. de rei vendic. & lege ligni. ff. ad exhibendum. vnde superuenit in casu nostro notitia incompatibilitatis sine dispensatione Igitur, &c. Et idem † dicunt doct. in actione personali quòd ius superuenit ex causa de præterito: vt est casus in dicta le. si quis rem. §. fina. & ibi Bartol. ff. de pignor. actione.

ADDITIONES.

a In vna & eadem ecclesia. Adde quæ dixi in cons. xxxj. vbi amplè vide.

b Matrimonio carnali. Adde quę dixi in consilio quingentesimoquarto.

SVMMÆ.

1 *Ius ex facto oritur.*
2 *Veritas conquisita, magis splendescit & elucet.*
3 *Christus solidum & firmum est cuiusque operis fundamentum.*
4 *Auus maternus an possit alimenta præstita nepti repetere, quasi fuerint donata animo repetendi. & num. 12.*
5 *Et quid de alimentis vel sumptibus præstitis filio à matre. numero sequent. distin. numero 8. 9. & 10.*
6 *Matris appellatio, quos comprehendat.*
7 *Patris appellatio extenditur ad omnes ascendentes.*
11 *Mater etiam Iudæa vel hæretica, num teneatur liberos alere perinde ac dotare.*
13 *Alimenta præstanda esse ex fructibus, non ex proprietate.*
14 *Filia quod parui oneris est patri, nisi ille aut vita excesserit, vel paupertate & inopia laboret.*
15 *Alimentandi nepotes vel neptes onus, num ad auum maternum potius iure spectet, quàm ad matrem; quæ ad secundas nuptias conuolauit.*

CONSILIVM XVII.

VIso facto, ex † quo oritur ius, vt l. actionum. §. ex facto. ff. de actio. & oblig. & l. ii quis ex plagis. §. in diuo. ff. ad leg. Aquil. Quoniam † Veritas exquisita magis splẽdescit in lucem. xxxv. quæstio. ix. graue. Et integrum sit iudiciũ, quod plurimorum sententiis confirmatur atque corroboratur: vt in capitul. qui recedit. §. verum. de pœniten. distinct. iiij. nullúmque † opus bonum fieri potest, vbi Christus fundamentum non est. j. quæst. j. cùm Paulus. Ideò videtur primò sic dicendũ, q̃ auus maternus possit ipsa † alimenta nepti præstita repetere, nec videtur animo donandi fecisse, & illa præstitisse: per text. in l. Nesennius. ff. de neg. gest. vbi auia quædam gessit negotia sui nepotis, & ipsum nutriuit, hæredes antè conuenti actione negotiorum gestorum ab hæredibus nepotis repetebant alimenta præstita nepoti. Replicabatur ex aduerso, auiam iure pietatis de suo præstitisse. Vnde si mater aluisset, non posset alimenta, quæ pietate cogente de suo præstitisset repetere, vt determinant ibi iurisconsulti. quòd ipsa auia repetere pòtest alimenta nepoti præstita. Sic in hoc casu auus, qui gessit negotia dictæ Sciæ defunctæ: dum in themate dicitur, quòd reuenutum dictarum filiarum tunc valebat circa octo vel decem libras turonenses duntaxat, igitur, &c. Et hanc partem tenet Bald. in consil. cccxxxj. incipien. quædam vidua. versicul. idem quæritur. libr. ij. In contrarium facit l. j. & lege alimenta. C. de neg. gest. vbi non potest alimenta † vel sumptus, quos mater filio præstitit, repetere. Idem est in auia, secundum gloss. & Bartol. in dict. lege alimenta. & in l. Nesennius. & Bar. in suo trac. de alimentis. Idem dicit esse in auo. vt l. ij. §. non solùm. ff. de excusatio. tuto. nam † matris appellatio extenditur ad omnes ascendentes, secundum Innocen. in cap. si verè. de sent. excom. & Bald. in sua margari. in litera, matris appellatio. & idem Ang. de Cla. in sua summa, in litera alimenta. in ij. quæstio. & est bonus text. & ibi gl. in §. illud quoque. vt liceat matri & auiæ. sicut patris † appellatio extenditur ad omnes ascendentes, vt tenet singulariter Card. Alex. post Card. Flor. in c. cùm haberet. in finalibus verbis suis. de eo qui duxit in matrimo. quam pol. pro adulte. ¶ Quid dicendum? Bartolus in dicta l. Nesennius. & l. alimenta. & ibi Angelus, & pulchrè Salic. concordant ista iura distinguendo quòd mater † expendit quandoq; necessitate præcisa, vt quia filius est infra triennium, & tunc nihil repetit, vt l. nec filium. de pat. potesta. de isto non loquuntur, nisi in casibus, in quibus mater non tenetur

alere

alere filium, etiam infra triennium, quos ponit Azo, in summâ. Codic. de pat. in fil. & Bald. in dicta l. alimenta. & in dicta l. filium. Quandoque ex necessitate causatiua, vt in petendo tutores, & de isto nihil ad propositum, de quo in l. j. & ij. per Bar. Bald. & Salic. C. de neg. gest. Quandoque expendit, & alimentat filium ex voluntate, & tunc aut onus alimentandi filium spectat ad alium, puta ad patrem, & tunc mater potest repetere ab ipso patre, quia mater gessit eius negotium vtiliter: vt dicta l. Nesennius. ibi finge patrem peregre abisse: vt l. si quis à liberis. §. si mater. ff. de libe. agnosc. nisi mo-
9 dica fuisset impensa: quam † tunc repetet à patre, secundum Petr. de Bellaper. & Cyn. & Alexand. in d. l. alimenta. sed ab ipso filio non potest repetere etiam si fuisset protestata, quia alius erat facturus: vt l. ij. C. de neg. gest. & tenet gloss. in d. l. alimenta.
10 †Si verò onus alimentandi spectabat ad ipsum filium, tunc si mater alia negotia ipsius filij gerebat, in dubio videtur expendisse de bonis filij: vt dicta l. Nesennius. in fi. Si verò negotia filij non gerebat, in dubio videtur facere animo donandi, & non repetendi: vt d. l. alimenta. in princ. nisi fuerit protestata, vt dicta l. Nesennius. Et idem Abb. Sic. & doctor. in capitul. vno. de infant. langui. Sed sunt alij casus in quibus mater non repetit, & cum protestatione, vt in filia vulgò concepta: dicta l. si quis
11 à liberis. §. j. Item si † mater est Iudæa, vel hæretica, quia tenetur alere, sicut dotare, l. mater. cum sua gloss. & ibi Cyn. & doctor. de iure dotium. Idem, si culpa matris diuortium fuerit factum; quia tunc filius debet ali apud patrem expensis matris, secundum gloss. cum qua transeunt ibi communiter doctor. excepto Salicet. in dicta l. alimenta. & idem gloss. in authentic. si pater. Codic. de repud. licet opin. Salicet. in puncto iuris secundum Alexand. in dict. l. alimenta, sit verior. Sed licet ista distinctio doctor. loquatur in matre: tamen idem
12 † est dicendum in auo materno, qui non poterit repetere: quia ad matrem eius filiam spectabat onus alimentandi, quia neptis erat duorum auorum, quando fuit eidem tradita, & sic infra triennium. vnde ab ipsa matre debet repetere, & non ab eius nepte, vel eius hærede, etiam si fuisset protestatus, secundum gloss. in dicta l. alimenta. Item iste auus videtur expēdisse & aluisse suam neptem de bonis ipsius neptis, cùm bona neptis suæ gerebat, vt dicta l. Nesennius, & si plus expenderit, quàm à reditibus bonorum ipsius neptis perceperit, sibi est imputandum, vt l. iij. ff. vbi pupil. educa. deb. & l. mediterraneæ: de anno. & trib. & ibi Bartol. & Ioann. de Plat. libr. decimo & capitul. cùm
13 nuper. & c. sopitæ. de cens. Nam alimenta † debent prædari ex fructibus, non ex proprietate, hoc est, quòd non debet vendi proprietas bonorum pro dictis alimentis, l. imperator. & not. doc. ff. ad Trebellian. & l. qui bonis. & ibi Angel. ff. de cession. bonor. & dict. l. ius alimentorum. Alexand. in consil. c. in fine. volumin. primo, quia non gessit bona ipsius neptis, credetur animo donandi fecisse, & mutuat pietatis. & dicta leg. alimenta. cum sua gloss. maximè si non fuit protestatus, nec in libro suarum rationum aliquid expendisse se scripserit pro dicta sua nepte, vt dicta l. Nesennius. Et est præsumptio iuris quòd paterno affectu eam nutrierit, cùm eidem multo tempore seruiuit postquàm peruenit ad ætatem: vt l. si patruo. & ibi Bartol. & Alexand. Codic. de neg. gest. Et sic non potest repetere, per iura supra alleg. & ita Bald. in consil. clxiij. incip. opinio domini Bartol. lib. ij. Et pro ista † opi. allego text. celebrem decisum huius q. in l. non quemadmodum. & ibi singulariter. Bartol. ff. de lib. ag. vbi text. inquit circa medium. Nam manifestum est id, quod filia parit, non auo, scilicet materno, secundum gloss. sed patri suo esse oneri, nisi pater aut non sit superstes, aut egens sit, d. l. si quis à liberis. §. mater. & sic auus maternus tenetur alere neptem, vel nepotem, vbi maritus suę filiæ est mortuus: vt in casu nostro, & ibi: pater est pauper, ergo non repetit. Et etiam dicit ibi Barto. per illum text. quòd auus maternus debet potiùs alere nepotes, vel neptes, quàm hæredes mariti fi- 15
liæ, & sic magis quàm mater quę conuolauit ad secundas nuptias, cùm apud vitricum non debent alij filij, vt no. gloss. & doct. in l. j. C. vbi pupil. educ. & in l. fin. C. de contrar. iudic. tute. Et ita per dicta iura consulo ego Nicolaus Boer. Iuris vtriusque Licen. & saniori cōsilio semper saluo, dico dictum auum maternum non posse alimenta nepti præstita ab hæredibus neptis repetere, & ipsos hæredes neptis ab impetitione ipsius aui, vnà cum expensis fore absoluendos: & in huius rei testimonium me subscripsi, & sigillo meo signaui.

SVMMÆ.

1 *In obligatione generali veniunt omnia bona præsentia ac futura, etiam nulla facta mentione de futuris. nu. seq.*

3 *In actione hypothecaria intentata per singularem successorem, habentem causam à debitore, sufficit in obligatione generali probare rem contentiosam fuisse in bonis debitoris etiam post obligationem contractam.*

4 *Res non solum acquisita iure dominij vel quasi, cadit in obligatione, sed etiam à debitore possessa.*

5 *In bonis nostris, qua veniant computanda.*

6 *Pertinere, verbum qua comprehendat.*

7 *Dolus authoris nocet eum alleganti.*

8 *Dominium non acquiritur sine traditione.*

9 *Donator vel venditor quotiescunque est in possessione, etiam post donationem vel venditionem, contractus præsumitur simulatus.*

10 *Probatio facta per personas à iure prohibitas, nem inuat.*

11 *Ad dominij & possessionis probationem, qua requirantur.*

12 *Ad dominij translationem num pretium requiratur.*

13 *Testes deponentes de venditione, non tamen de certo pretio, non probant.*

CONSILIVM XVIII.

VIsis meritis causæ pendentis coram domino Locumtenen. Bituricen. inter honestum virum Iaquelinum de Molison, & eius aduersarium opponentem reum, debet idem actor obtinere cum expensis, non obstantibus ex aduerso propositis. Et primò, quòd debitoris vinum, à quo dictus reus illud emit contentiosum, erat suum, quòd necnon omnia cætera bona præsentia, & futura eidem actori fuerunt obligata: vt patet per instrumentum obligationis productum, l. ante omnia, ff. de prob. quia in generali obligatione † bonorum veniūt præsentia 1

& futura quæcunque: vt l.fin. & ibi Cyn. Barto. Bal. & Salic. C. quæ res pignori ob ig. possunt. Et quod not. Bar. & Alex. in addit. in l. in ita. ff. de auro. & argen. leg. etiam † si simpliciter bona debitoris essent obligata, non facta mentione de futuris, vt d. l. finali. §. fin. Sed vinum quæstionatum pertinet debitori, & repertum est in domo & bonis suis, vt 3 patet, per inquestam actoris. Item, quia † in actione hypothecaria intentata per singularem successorem habentē causam à debitore sufficit in obligatione generali probare vinum vel rem contentiosam fuisse in bonis debitoris, etiam post obligationem contractā. Iste est casus magistralis huius processus decisiuus, & ibi Bar. in l. & quæ nondum sunt. §. ff. de pignori. & istud pulchre tenent Cyn. Bart. Bal. & Sal. in l. cum res. C. si alie. res pign. dat. sit. & Bart. & singulariter Alex. in addit. in l. rem alienam. ff. de pign. actio. & Ioan. Lab. Ang. Are. ver. tertio casu, & ibi pulchre Iason Instit. de actio. §. item Seruiana. & Bald. consi. xxxvj. inci. factum sic se habere videtur. l. b. iij. & Spec. in tit. de oblig. & solu. §. j. versic. sed quid debet creditor probare in hypothecaria. & ibi Ioann. And. in addi. agitur, &c. 4 Item, quia † res non solum acquisita iure dominij, vel quasi cadit in obligatione, vt supra dictum est, sed etiam à debitore possessa, secūdū doc. vbi supra quæ ab omnibus potest recuperari, vt l. pignoris. 5 C. de pig. Nam † in bonis nostris computari sciendum est non solùm quæ dominij nostri sunt, sed etiam, quæ bona fide possidemus: vt l. bonorum. §. in bonis. ff. de verb. signif. vt l. rem. & ibi post Bart. Sozin. ff. de acquiren. rer. domi. & Iason in §. sed istæ. Instit. de actioni. Nam sufficienter probauit vinum pertinere debitori, post etiam obligationem 6 quod verbum, Pertinere, † comprehendit etiam possessa: vt l. verbum illud, pertinere. ff. de verb. signifi. quare indebitè reus se opposuit aduersus executionem ad instantiam dicti actoris factam in 7 bonis dicti debitoris. Item nō obstant primò † per dictum reum allegata, quod emit dictum vinum à debitore actoris, & vti illa causa & adminiculo sui authoris, & sic arguitur dolus authoris sui, qui sibi debet nocere: vt l. apud Celsum. §. de authoris. & §. authoris autem dolus. ff. de doli mali & metus except. Secus est si non audiuisse ese adminiculo authoris, secùndum Bal. in l. de rebus. in fin. C. de dona. ante nupt. & Ioan. Fab. in d. §. item Seruiana. & ibi Ias. quod dictum fuit originale Specu. in d. titu. de oblig. & solu. §. j. in versi. sed pone centum mutauit. & hoc est propriè illud, quod vult Bart. in dd. 8 rem alienam. Præterea dicta † venditio facta per debitorem eidem opponenti, præsumitur facta in fraudem dicti authoris sui creditoris, quia dictus debitor reperitur in possessione vini, vt dictum est, vt probatur per inquestam. Sed dominium nō acquiritur, nec transfertur sola voluntate, vel consensu partium, nisi sequantur traditio & possessio, vt l. nunquam nuda. ff. de acquir. rerum domi. & l. traditionibus. C. de pactis. & bonus text. in l. si ager. ff. de rei vend. etiam si interueniisset instrumentum vēditionis, in quo etiam dicatur, vendidit, & l. tradidit, vt est text. not. & ibi Bart. & Alexan. in l. prædia. ff. de acquirend. possess. & nota. pulchrè Bald. & Angel. Aretin. Instit. de rerum diuis. §. per traditionem. & Paul. de Cast. in consi. cxxxij. in antiq. sed 9 quotiescunque donator † vel venditor est in possessione etiam post donationem vel venditionem, contractus præsumitur simulatus: vt l. sicut. §. superuacuam. ff. quibus modis pignus vel hypothec. & per Bar. in l. post contractum. ff. de do. cum not. per glo. Bartol. Bald. & Salicet. in l. fin. Cod. de reuision. pignor. maxime vbi talis venditio vergit in præiudicium tertiæ personę, vt not. sing. Bar. & doct. supra alleg. & Bald. in consi. cccciij. incip. super primo libro inj. & in hoc est consuetudo generalis, *Donner & Retenir*, &c. quæ ibi dixi. Item non obstat † probare per ipsum reum dedisse vasa 10 in quibus vinum de quo agitur, repositum extitit prout visus fuit probare per testes de Cāpo de flore per patrem, fratrem dicti debitoris, & per cæteras personas à iure ferre testimonium prohibitas, quæ probatio non releuat, l. parentes. & ibi omnes doct. C. de testi. & l. idonei. & l. testis idoneus. ff. eo. tit. quæ omnes sunt canonizatæ. iij. q. iij. in ca. aliàs daretur materia, & maxima aperiretur fraus hominiad malum inueniendū de dicto contractu. Item, & vbi † essent idonei testes, quòd non, cùm habēat 11 commodum in eorum depositione, per hoc tamē nec etiam per receptionem vnius vasi seu tonelli cum dimidio vini quæstionati probaretur dominium aut possessio dicti vini: quia non sequitur, cùm possibile sit, quòd habuerit dictū vinum pro locatione quinq; vasorum. Tum etiam & peremptorie pretium † non interuenit, quòd interuenire 12 debet, vt l. ij. §. j. & l. in venditionibus. ff. de contra. empt. & instit. eod. §. pretium. & §. item pretium. de cuius conuentione vel numeratione, aut de fide de eo habita apparet, quod requirebatur: vt d. iuribus. & §. traditæ. cum ibi not. Instit. de rerum diui. quia † licet testes deponant venditionem fuisse fa- 13 ctam, tamen non deponunt de certo pretio, quare non valet depositio: vt tenet Alex. in consi. xxviij. versi. ad hoc vol. ij. & Rom. in cons. xcj. tertiò vidēdum. & sing. in cons. cccv. versi. secundò idem probatur. Et talis venditio præsumitur simulata, vt ponit eleganter Barto. in cons. lx. incipien. Petrus Nicolæ. & in l. pacta nouissima. & ibi Bald. & doct. signanter Alex. C. de pact. & in l. iij. C. de postulan. & in l. si ex pretio. C. si cer. pet. bonus est text. & ibi gloss. & Bart. in l. emptor. ff. de aqua pluuia arcend. nam nuda † & imaginaria venditio pro non facta 14 est habenda: & ideò nec alienatio eius rei intelligitur, vt l. nuda. & ibi gloss. ff. de contraheñ. empt. & not. Bald. in consi. incipiente, A. vendidit, quod est positum post eius lect. Instit. & Cæpola in cautela cccviij. & latius in tracta. suo de empt. & venditio. & loca. de pacto de retrouend. & Ang. Aret. Instit. quibus modis patr. potestas soluitur. §. præterea, & in rub. de exceptio. in prin. versi. postquàm. & docto. in cap. ad nostram de contrahend. empt. & latius in c. illo vos. de pig. Et ita mihi videtur, correctione alterius melius me sentientis semper salua.

SVMMÆ.

1 *Hæres testatoris ad debita & onera hæreditatis sibi delata & contingentis astringitur, non tamen præscriptas sibi fines transgredi tenetur. & nu. seq.*

3 *Vsusfructus, qui relinquitur in testamento, licet ipso iure acquiratur, tamen per hæredem debet induci vsufructuarius in possessionem rerum, quarum vsusfructus relictus est, aut per vnum ex cohæredibus, cum vsusfructus sit diuidendus.*

4 *Vsufructuarius tenetur præstare hæredibus de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, quàm vtatur vsufructu. Nec testator potest remittere hanc cautionem nu. seq.*

7 Vsu-

7 *Qui non detinent vel poſſident, non poſſunt conuenirj, cùm de iure cum de conſuetudine.*

CONSILIVM XIX.

Isa petitione Ioannis Bonet & Annæ Chambonne coniugum, contra Ioannem Ferry, & Petrum Buchart reos, facta coram domino Balliuo Bituricen. ſeu eius Locumtenente, non eſt admiſſibilis, rationibus ſequentibus. Et primò, quia dicti † actores ſe debebant dirigere, & conuenire facere hæredes defuncti Guilelmi Noncier, dit Boulet, mariti quòdam prædictæ Annæ actricis, ad ipſos actores patiendum vti frui vſufructu per dictũ defunctum eidem actrici conſtituto: vt legitur & no. in l. corruptionem. C. de vſufruct. & l. ij. §. j. & ibi Bart. & Alex. de Imo. ff. de verb. obliga. & l. ſi mihi. & ibi Bart. ff. de vſufruct. lega. quia alius non tenetur, niſi hæres teſtatoris, l. ſi ſeruus. §. qui margaritam. in fin. li. Bartol. ff. de lega. j. Ad hoc l. final. §. & ſi præfatam. C. de iure deliberan. niſi fuiſſent ſpecialiter grauati ab ipſo teſtatore ad onus huiuſmodi, ſi pro tali onere ſubeundo aliquid eis reliquiſſet, l. Labeo. C. de fideicommiſſ. l. planè. in ij. ff. de lega. j. Sed non reperitur, quòd à dicto Mercier teſtatore fuerit onus ſoluendi aut dandi ſpecialiter eiſdem iniunctum hæredibus, vt patet ex tenore 2 ſiue narratione dictæ petitionis. Igitur debẽt † abſolui, vt pulchrè tenet Alex. in conſ. lxxij. volum. v. 3 Item, quia † licet vſusfructus qui relinquitur in teſtamento, acquiratur ipſo iure, vt l. ſi partem. §. j. ff. quemadmod. ſeruit. amitta. & no. glo. in d. l. corruptionem. in verb. alterantibus. Codi. de vſufruct. & Bart. in l. ſi vſusfru. mihi. ff. de vſufr. leg. tamen per hæredes debet induci vſusfructuarius in poſſeſſionem rerum, quarum vſusfructus relictus eſt, aut per vnum ex hęredibus, cùm vſusfructus ſit indiuiduus. l. v. §. reo. ff. de vſufructu. & in §. fi. vſusfructus. ff. ad legem Falci. Vel inducatur per aliquem ex executoribus dicti teſtamenti. Ita dicit Alexand. in conſil. lvj. in fine. volumine iij. Item alia ratione, quia 4 † vſusfructuarius priùs tenetur hæredib. cauere de vtendo & fruendo arbitratu boni viri, quàm vtatur vſufructu: vt l. j. & per totum. ff. de vſufructua. quemadmod. cane. & l. vſufructu. C. eod. Quam actores, aut dicta Anna non obtulerunt dare, prout volunt iura & doct. in dictis iuribus. Et etiam in vxore relicta vſufructuaria: vt l. j. & omnes. C. de vſufruct. & in authen. hoc locum. C. ſi ſecundo nub. & Paul. de Monte pico, in repe. l. Titia. §. Titia. ff. de legat. ij. maxime quando conuolauit ad ſecunda vota, vt in præſenti caſu: vt no. in auth. cui relictum. 5 C. de indicta viduitate. Nec † teſtator poteſt hanc cautionem remittere, d. l. j. ff. de vſufruct. & l. ſcire. C. vt in poſſeſſ. leg. ne detur vſufructuario materia delinquendi, cùm ſit inducta in fauorem hæredis: vt ibi not. & in dicta l. j. vſusfruct. quemadmod. cauca. & in c. fin. de pigno. & ſingulariter Alexand. in conſil. lviij. verſic. non obſtat. lib. iij. Prætercà dicta 6 † vidua præſtita cautione, debebat ſe dirigere erga hęredes, aut poſſeſſores hęreditagiorum, ſuper quibus eidem per dictum defunctum Mercier vſusfructus conſtitutus fuerat, & eiſdem poſſeſſoribus intimare conſtitutionem dicti vſusfructus, & inhiberi facere de nihil aliis tradendo, præterquam eidem actrici, & l. vlti. §. frui. in prin. ff. ſi vſufruct. peta. & quod minimè fecit, niſi à tempore inchoati proceſſus: vt l. certum. C. de rei vendica. Per quæ apparet, quòd dicti rei ſemper habuerunt iuſtam ignorantiæ cauſam iuris per ipſam Annam prætenſi, & durante tempore, quo tenuerunt in cenſam & firmam annuam hæreditagia dicti defuncti ipſi ſoluerunt dictis hæredibus, quibus tenebantur ſoluere: vt C. de hæredita. action. per totum. Prætereà præfati † rei non ſunt ampliùs occupatores, 7 nec detentores in vim cenſæ, aut aliàs hęreditagiorum dicti defuncti Mercier, & longe ante inchoatum proceſſum, qui ſoluerant integram cenſam dictis hæredibus, & remanſerunt quitti & liberati à dicta cenſa. Or qui non poſſident, nec detinent, nec poſſunt conueniri tam de iure, vt authent. ſed hodie nouo iure. & ibi Cyn. Bald. & ſequac. C. de actio. & obliga. & authen. hoc ſi debitor poſſideat. & ibi doctor. C. de pign. & moſchis. ff. de iure fiſci, quàm etiam de conſuetudine notorię hic Bituric. obſeruata. Ita pariter nihil debent, aut debebant ante præſentem proceſſum inchoatum occaſione cenſæ prædictæ hæredibus dicti defuncti Mercier. Et poſito, & non conceſſo, quòd eſſent debitores, non poſſent conueniri, niſi vltimo loco, & diſcuſſis priùs hæredibus, & poſſeſſoribus dictorum hæreditagiorum: vt l. penul. & fin. C. quando fiſcus vel priuatus. & l. iij. C. de hæredi. actio. l. à diuo Pio. §. ſuper rebus. & Bartol. & Alexand. ff. de re iudica. Item non obſt. dicere nec allegare, quòd dicti rei tenuerunt, & poſſederunt ante initium præſentis proceſſus, & cauſæ hæreditagia dicti defuncti: quia hoc potius facit pro ipſis defenſoribus: & verum dicunt, & ſic oportebat, quod tempore inchoati proceſſus detentores hæreditagiorum fuiſſent, vt dictum eſt. Igitur concludo, vt ſuprà, ſaluo ſaniori ſemper conſilio.

SVMMÆ.

1 *Papa an poſſit diſpenſare cũ Principe, circa matrimonium iam conſummatum diſſoluendum, & cum alia contrahẽdum. maximè ſi ex vxore ſua non poſſit liberos habere, qui poſſint ſuccedere Regno & corone. & nu. 6. 7. diſt. nu. 21.*

3 *Conſummatio quæ conſiſtit in facto, non poteſt haberi pro non facta.*

4 *Papa poteſt diſpenſare cum illo, qui contraxit ſecundo matrimonium de præſenti, ſecuta copula, licet per verba de præſenti cum alio priùs cõtraxerit, & matrimonium nõ eſt conſummatum.*

5 *Dinortium an habeat locum de iure Canonico.*

8 *Maritus an poſſit religionem intrare, ſine ſua vxore. Et quid ſi vxor ſit ſenex & ſterilis.*

9 *Innocentij Papæ reſponſum ad Principem quærentem & flagitantem matrimonij ſolutionem.*

10 *Papa non eſt ſupra ius Diuinum.*

11 *Matrimonium ſemel conſummatum, ſemper durat indiſſolubile.*

12 *Matrimonium, quid.*

13 *Matrimonium non poteſt monialis contrahere, etiam cum Papæ conſenſu, aliàs diceretur meretrix. 14.*

15 *Ex monachatu an poſſit eſſe regreſſus ad matrimonium.*

16 *Cognatio ſpiritualis impedit contractum matrimonij, & iam contractum diſſoluit.*

17 *Papa poteſtatis plenitudinem habet. Et quid inde manet & profluat. num. ſeq. & 20.*

19 *Principum placita legis vigorem habent.*

22 *Vxorem dimittere, non eſt contra primæ legis naturæ præcepta.*

23 *Papa in quibus possit dispensare.24.*
25 *Diuortium à quo primum inductum.*
26 *Martini v. Papa dispensatio cum eo, qui germanam suam in vxorem duxerat.*
27 *Papa dispensando in gradu prohibito, videtur absoluere ab excommunicatione, quam incurrūt contrahentes nuptias prohibitas.*
28 *Papa an possit dispensare, vt vxorem patris defuncti nepos possit accipere in vxorem.*
29 *Papa dispensando potest approbare matrimonium nullum ex defectu inducto à canone.*
30 *Papa potest facere de monacho non monachum.*
31 *Papa potest dispensare cum religiosa professo, super voto continentiæ.*
33 *Papa potest voto castitatis dispensatiuè sublato concedere, vt quis matrimonium contrahat ex causa. Et an id liceat in clericis. nu. seq.*
35 *De clerico potest fieri non clericus Apostolica authoritate.*
36 *Papa si dispensauerit cum Diacono, ratione nobilissimæ Dominæ, an compellatur illam ducere.*
37 *Matrimonium metu contractum, an consistat.*
38 *Metu gestum, an ratum habendum.*
39 *Dispositio qualificata vbi requiritur ad actus substantiam, non satisfit iuri, si non interueniat actus qualificatus.*
40 *Qualitas informat & qualificat subiectum, cui inhæret.*
41 *Actus eligendi, voluntatem & libertatem desiderat.*
42 *Matrimonium debet esse liberum.*
43 *Matrimonium metu contractum, an teneat vel reuocetur, actione quod metus causa, & num. 50. 51. 52.*
44 *Matrimonium non contrahitur inter coniunctos.*
45 *Debet, verbis natura.*
46 *Metus impedit sobolis procreationem.*
49 *Matrimonium quorsum sit institutum.*

CONSILIVM XX.

1 VTRVM Papa † possit dispensare cum aliquo Principe circa matrimonium iam cōsummatum dissoluendum, & cum alia contrahendum, maximè, si ex sua vxore nō possit liberos habere, qui possint succedere regno & coronæ? Et videtur primò, quòd non possit † dispensare de
2 iure Diuino. nam Christus dicit: Quos Deus coniunxit, homo non separet. Genes. ij. & Matthæi xix. & Lucæ xvj. & c. scribit nobis. xxvij. qu. ij. hoc. & c. quos Deus coniunxit. xxxiij. q. ij. & c. inter corporalia de transla. episc. Item ait dominus, Quicunq; dimiserit vxorem nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur, vt Matthæi v. & Lucæ xvj. & c. pen. de diuortijs. & xxxij. q. j. c. dicit Dominus. Item dicitur Genes. ij. Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. quæ verba habentur Matthæi xxvj. & Marci x. & tex. in c. gaudemus. de diuor. & hoc in terminis expressè tenet glo. vlt. quam ibi communiter sequuntur doct. in cap. ex publico. de conuersi. coniug. Secus si non est consummatum per copulam carnalem, secundum glo. Inno. & Host. ibi, dicentes. Papam non posse dispensare circa matrimonium consummatum, maximè inter fideles: inter verò infideles bene dispensat Papa, vt ca. quanto. & ibi Abb. Sicul. de diuor. & Cardi. Alex. & ratio quare Papa non potest dispensare, quia cōsummatio † quæ consistit in facto, non potest haberi 3
pro non facta: xxxij. q. v. c. si Paulus. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & idem tenet gloss. in d. c. inter corporalia. super verb. fortius. Et idem Host. & Abb. Sic. in c. fi. de spons. duo. vbi † Papa potest dispen- 4
sare cum illo, qui contraxit secundò matrimonium de præsenti, secuta copula, licet per verba de præsenti cum alia primò contraxerit, & matrimonium non est consummatum. Et tenet Arch. in c. quapropter xxvij. q. ij. & idem Bald. & ibi Alex. de Imo. in addit. in l. ti. C. de epis. & cle. & Bal. in l. j. C. de spon. verti. tertiò oppo. & Io. de Imo. Bart. Soz. in l. si cui fuerit. ff. de condi. & demon. & idem tenet Bal. in l. ij. C. de sect. n. nup. & notabiliter in l. j. C. si nup. ex reser. petan. & illud sentit glo. & Bar. in l. j. in prin. ff. de dote præleg. vbi dicit quòd diuortium † non habet locum de iure canonico, vt not. 5
etiam gl. de iure ciuili in l. rei. in. ff. rerum amot. Item probatur per tex. celebrem. in c. ex parte. in ij. de conuer. coniug. vbi etiam vult circa matrimonium non consummatum, quòd nisi reperiretur interpretatio ecclesiæ, posset dici illud indissolubile. vnde dicit Abb. Sic. in d. c. ex publico, per illum tex. quòd † nisi in casu expresso, scilicet per ingres- 6
sum religionis, nō possit Papa illud matrimonium dissoluere, & tenet expresse Lapus in allega. lxxvj. Item non obstat si opponatur per regem, quòd vxorem † habet sterilem, à qua petit separari causa 7
procreandæ sobolis, & successoris habendi in regno, quia secundum Bald. in c. lator. de re iudi. non potest Papa super hoc dispensare. & no. etiam Bar. de Bellenzi. in addi. Ab. in d. ca. ex publicæ. Pro hoc dicto Bal. gl. interlinearis, iuncto text. in c. cum sis. super ver. sterilis, de conuer. coniu. vbi dicitur † maritum non posse intrare religionem, nisi cum 8
vxore, nisi vxor quę remanet in hoc seculo, sit senex & sterilis. Secus dicit gloss. quando est iuuenis, licet sterilis, quoniam iuuenes mulieres, & steriles multæ sunt, quæ continere non possunt, nec volunt, ideo Petr. de Per. quem refert Abb. in d. c. ex publico. dicit quod quidā † Princeps petit ab Inn. Papa, vt 9
dissolueret matrimonium non consummatum per eum contractum. Papa respondit *se non posse dispensare*: cui per principem fuit alleg. gl. d. c. ex publico & Papa maledixit illam glossam. sed dicit Petrus se non recordari, an Papa dispensauerit, vel nō, quia matrimonium confirmatum vel non cōsummatum est de iure Diuino, secundum Host. & Ab. Sic. in d. c. ex publico. sed Papa † non est supra ius 10
Diuinum, per nota. in c. proposuit. de concess. præben. & c. quanto. de transla. episc. & c. literas de restit. spo. & in l. j. ff. de constit. princip. & in l. fi. C. si contra ius vel vtilita. public. quia potius diceretur errare, quàm legem condere. xxv. quæst. j. sunt quidam. licet matrimonium approbatum ab ecclesia, sit de iure positiuo: tenendo gl. in d. c. ex publico. Vnde Christus, cuius Papa est vicarius in terris, non venit soluere legem, sed adimplere, Matth. v. xj. q. j. magnum. & plenitudo potestatis. nam quæ in executione bonitatis, non autem prauitatis consistit, aliàs mutato vocabulo, non plenitudo potestatis, sed tempestatis diceretur. Præterea dicit † text. in dicto c. quanto de diuor. quod matrimo- 11
nium consummatum semper durat, nec potest dissolui aliquo casu. & ibi Abb. dicit, quòd per illum tex. posset argui quòd ecclesia non potest dispensare. Hoc patet per diffinitionem matrimonij, quia

† di-

12 † dicimus quòd est maris atque fœminæ coniunctio, individuam vitæ consuetudinē retinens. xxvij. q.ij.§.ff. de ritu nup. & Inst. de pat. potest. in prin. Et hoc tenent ibi Christo. Porc. in g. indiuiduam. & Ang. Are. ver. addas tamen. Et istam partem tenent Ioann. de Ana. in consi. xcj. volens quod mo-
13 rialis non possit † etiam cū licentia Papæ contrahere matrimonium, per text. in ca. ad nostram. de
14 statu. monach. Et dicetur meretrix, † & sic qui eam acceperit debet decapitari de iure ciuili, l. ij. quisquis dicem rapere. C. de epis. & cle. quę est canonizata. xxvj. q.ij. si quis. licet de mansuetudine canonum leuius puniatur. c. si quis episcopus. xxvij. q. j. cum aliis per Ludouic. Boleg. in d. consilio Io. de Ana. in ad. li. allegatis, & idem tenet Ioan. And. in d. c. ex publico. in fi. tamen in regula actus legitimi. de reg. iur. lib. vj. in mercuria. reliquit sub dubio. vbi ponit quæstionem de quodā rege, qui vnicum filium
15 habebat † monachum, qui petebat à Papa, an cum illo, vt matrimonium cōtraheret, posset dispēsare, aut simpliciter, aut ad tempus: & arguit ad ambas partes, & decisionem remittit ad Papam: de cuius potestate quæritur. Item Rex Franciæ modernus leuauit quendam filium de sacro fonte quondam reginę, cum qua intendit contrahere matrimoniū.
16 vnde † inter leuantem seu tenentem, & matrem baptizati contrahitur cognatio spiritualis, quæ cognatio spiritualis impedit matrimonium cōtrahi, & etiam cōtractum: vt ca. Martinus. & c. veniens. de cog. spiritua. & cap. j. eodem titul. in vj. ¶ In contra-
17 rium videtur quod † Papa possit dispēsare, & quod Rex ipse facere possit cum dicta Regina matrimonium contrahere. Nec obstant superius allegata. nam Papa habet plenitudinem potestatis. ij. q. v. decreto. Nam secundum Aristotelem ij. Metaphy-
18 sicæ: vbi est † plenitudo potestatis, inde pendet & perfluit virtus sequentium, & ideò plenitudinem potestatis reliquit Christus vicario suo Petro, & successoribus. cap. ita dominus. 19. dist. & c. omnes. & ibi Car. Alex. 23. dist. quia Papa gerit vicē in terris non puri hominis, sed veri Dei: in c. inter corporalia. de transl. episc. & c. pro humani. de homic. li. vj. Item in us quæ vult, est pro ratione voluntas, vt Instit. de iure natur. §. sed quod Principi placuit,
19 iuxta illud: Sic Volo, sic † iubeo, sit pro ratione voluntas: vt l. cæterum. ff. de vsu. & habita. Nec est, qui ei dicat, cur ita facis. de pœn. dist. iij. §. ex persona. & de iustitia potest facere iustitiam: vt c. debitus
20 honor. de appellat. & dispensat. † contra Apostolū. xxxvij. dist. lector. Et etiam contra canones Apostolorum. lxxxvij. dist. presbyter. Item contra vetus testamentum in decimis non dandis: vt c. ex parte. cum sequen. & c. a nobis. de deci. Et tenet Alex. in cons. cvij. versi. illud idem. volumine ij. Item, in voto vt per gl. & doct. in cap. non est de voto. & in aliis casibus nota. & collectis per Host. & Felin. in ca. quæ in ecclesiarum. de constit. faciunt ea quæ no. doct. in d. c. inter corporalia. & dict. c. proposui. Petr. de Ancha. in repet. cap. canonum statuta. de constitu. tractando eleganter de potestate Papæ
21 circa matrimonia, † distinguit: quia aut loquimur in matrimonio contrahendo & initiando, aut in matrimonio initiato per verba de præsenti non consummato: aut in matrimonio consummato. Et in primis duobus casibus non est dubium quod Papa potest, sed nō in vltimo: scilicet in matrimonio iam consummato dicit Papam non posse dispensare. Item beatus Thom. prout refert dē Bellenzi. in addit. Abb. in dict. capitul. ex publico. dicit in iiij. senten. dist. xxiiij. quæst. ij. articul. ij. vltra medium, quod dimissio † vxoris, non est contra pri- 22
ma præcepta legis naturæ: ideo dicit quod primo modo sub dispensatione cadere posse videtur. Et huius sententiæ esse videntur Scotus in tertio dist. xxxvij. & Alex. de Ales in tertia parte, & Henric. in v. quolibeto. Et Franc. de Maronis in ij. sent. prout refert Ange. de Clauasio in summa in litera, Papa. dicentes quod quando occurrit casus particularis, in quo deficeret ratio legis, † propter causas specia- 23
les impedientes obseruationem præceptorum legis ex applicatione ipsorum ad diuersas materias, & tunc Papa potest dispensare. Et diuus Augustin. in libro confessionum ponit exemplum, quod sicut medicina est alias immutabilis: tamen medicus aliquando mutat languentibus. & tamen ratio præ-
cepti artis est immutabilis. vnde licet Papa † non 24
possit dispensare vniuersaliter in præceptis secundæ tabulæ, quia communiter & in pluribus inest eis ratio legis: tamen in casu occurrenti particulari dispensat Papa, vt dictum est. Sed hic est casus fin. vt Rex habeat liberos, qui in regno succedat. Quia diuortium fuit primitus introductum † à quodam 25
Spurio Carbilio, quia fecit diuortium causa sterilitatis. quod fuit post annos xx. & quingentos ab vrbe condita, vt refert Valerius Maxim. lib. j. de instit. anti. Et Ægid. de Roma. de Reg. Princip. & Bald. in l. diuortio. ff. de negot. gest. Accedunt not. in l. consensu. C. de repud. & ff. de diuor. per totam. aliter, vt dicit Richar. in iij. dist. xxxvij. quod non videretur Deus fuisse bonus pater familias. nisi dimisisset pastorem super gregem suum, qui posset consulere omnibus occurrentibus, & necessario expediendis. Vnde refert Beat. Anton. Flor. in sua summa. in iij. parte. titul. j. c. xj. §. quod Papa Martinus v. † habita 26
consultatione cum multis doctissimis viris tam in Theologia, quam in iure cano. dispensauit cum quodam, qui acceperat germanam suam in vxorem, propter multa mala & scandala quæ euenissent, si eam dimisisset, quæ euitari nō poterant, nisi sic dispensaretur. Et ipsum refert & sequitur Ang. de Clau. vt supra. & idem consuluit Ro. eius consil. cccvij. vbi etiam vult, † quod Papa dispensando 27
in gradu prohibito, videtur absoluere ab excōmunicatione, quam scienter contrahentes prohibitas nuptias incurrerent, per Clementi. j. de consanguinita. & affinita. vt ibi per eum. quod est singul. Et hanc partem tenet Petr. de Ancha. consil. ccxxxix. incip. parum dubitationis, &c. & in consi. cccliij. incipien. reuocatur in dubium, &c. vbi pro filio Regis Angliæ laboriosè consuluit, quod Papa ex causa † possit dispensare, vt vxorem patris defuncti ne- 28
pos, id est, filius fratris accideret in vxorem. & idem Hostien. in summa, qui cleric. vel voluentes. §. quis nocens. versic. videtur igitur quod summus pontifex, & capit. & Felyn. in dict. capitul. quæ in ecclesiarum. versicul. Et hinc est, quod in matrimonio, &c. Imo vult fortius Petr. de Ancharan. in consil. cccclx. incipien. viso & diligenter inspecto, quòd
† Papa dispensando potest approbare matrimo- 29
nium nullum ex defectu inducto à canone. quod prosequitur Felin. in dicto capitul. quę in ecclesiarum. Nam Papa ex maxima causa potest præcipere religioso, vt matrimonium contrahat: licet hoc non possit præcipere eo stante monacho, c. cum ad monasterium. in fin. de statu mona. † tamen po-
test facere de monacho nō monachum, secundum 30
Felin. in capitul. si quando. versicul. intellige. de rescrip. vt voluit Innocent. in ca. presbyter. in fin. j. gl.

de sacra.non reiterand. quòd Papa potest facere, quod quis non sit monachus,cum ipse constituerit ordinem monachorum: & in monachatu non imprimit characterem de quo latius disputat Ioann. Andr.in regula,quod semel. in mercu. & Felyn.in dicto capitul.si quando. dicens quod sic debet intelligi opinio beati Thomę,secunda secundę quęstionis lxxxviij.articul.vltimo.volentis Papam non
31 posse dispensare cum religioso professo † super voto continentiæ:per dict. capitul. cum ad monasterium.licet secundum eum,beatus Thomas contrarium dixerit in iij. sententia, distinct. xxxvij. quæstio.j.articul.iij.circa med.um.& hæc communior secundum Felyn. licet aliqui sequantur aliam opinionem beati Thomæ positam secunda secundæ,proxime relatam. Cum præcedenti communi opinio. transit Ioann.Andr.in dicta Regula, quod semel.& Petr.de Anchar.in consilio cccxxxix.incipien.pro maiori intelligentia,&
32 c.referens †quod quidam Remigius monachus, & sacerdos de sanguine Regio Aragonum,cum dispensatione Apostolica duxit vxorem, cum defecissent alij masculi, ex qua suscepit Petronillam, quæ successit in regno, nupta Raymund. Comiti, & Marchioni,ex quibus ortæ sunt octo generationes illius domus Aragonæ. Et idem tenet Ioann. de Imol.in dicto capitul.cum ad monasterium. & Bald. in l. rescripta,verticul.item dispensat.Codic.de preci.imper. offe. & in l. si tibi filius. in fin.& in l.si paterfamilias.§.fin.ff.de adopt. & Iaf.in repet. l.si arrogator. eodem titul.& Ioann. de Imol. in l. in substitutione.post med.ff.de vulga. & pupil. & Abb. Sicul.in dict.capitul.cum ad monasterium. vbi dicit ita tenere omnes Canonistas ibi.Et idem Pet. de Monte in sua monarchia. verticul. quarta conclusion.& plures alij,quos refert Felin.in dict.capitu.si quan-
33 do.Et potissima ratio est secundum eum, †quia licet propter repugnantiam non possit facere, quod professus stante professione non contineat, tamen potest voto castitatis dispensatiue sublato licentiare eum, vt contrahat matrimonium ex causa. Ex quo secundum eum sequitur fortius, quod sicut ex
34 voluntate Papæ & ecclesiæ clerici in sacris † obligantur ad castitatem: ita ex sola voluntate potest Papa statuere,quòd licite contrahant:& sentit Abba.Sicul.in capitul.cum olim.de cleri.coniuga. Ergo si ex sola voluntate potest cum omnibus ita statuere,fortius cum vno etiam sine causa dispensare, & successiue cum pluribus singularibus,nisi secundum eum,dicamus quòd cum coniugij prohibitio fuerit ex magna causa facta,vt notat Ioann.And.in capitulo primo de voto. Etiam relaxatio debeat esse cum causa.allegat.Nicol.Milis in suo repertorio,in verbo,dispensatio ad fin. & Bald. in capitul. j.in fin.de vassa.qui bellica arma deposuit, qui dicit,quod professio non est sacramentum ecclesiæ: vnde posset per Papam tolli. Et † quòd de clerico
35 possit fieri non clericus, patet in c. degradatio.de pœnis. in vj. Sed quod requiratur vrgens causa, communiter tenetur secundum Felin.dicit ita seruari in curia Romana, attento quòd Calistus Papa tertius: recusauit dispensare super coniugio diacon. qui solum allegabat se legi carnis non posse resistere,quamuis pro eo intercederet Æneas tunc Cardinalis Senen.qui postea successit Calisto, dictus,Pius secundus,vt in suis Epistolis,in Cardinalatu compositis, scribit expectandum esse ab amico alterius Apostolatum,qui minor sit. Tamen Ludouic.de Roma.in singulari cccccxcviij.incipien. an subdiaconus, &c. tenet quòd possit, volens, quod ſ Papa dispensauerit contemplatione vnius † nobilissimæ dominæ cum diacono, quod ipse 36
compellatur eandem ducere, per text. in l. matrimonij.ff.de ritu nuptiarum.Prętereà primum matrimonium contractum cum domina Ioanna filia Franciæ fuerat,& est nullum: †quia metu dest. nati 37
bonæ memoriæ Ludouici vndecimi, qui solitus erat minas executioni demandare: ideo,&c. l.si per impressionem. Codic. quod metus causa. & tenet Ange.in consilio ccxxv.& in consi. ccclxxviij.quod est singul.de Principibus,& potentioribus,qui inducunt verum metum.&idem Abbas Sicu.in consil.iij.volumin.ij. vbi dicit, quòd sola potentia inducit metum.& Cardin.de Zabarel. in consil. nono.Et ideò spiritus Sanctus posuit in ore prætoris, †Quod metu gestum est,ratum nō habebo: vt per 38
totum.ff.& Codic. quod metus causa. vt dicit magister Raymundus de Petra forti, quem refert & sequitur Bald. in Rubrica de controuers. inuestit. Et quod matrimonium sit ipso iure nullum, inconuincibili ratione probatur. Vbicunq; ad † substantiam actus requiritur dispositio qualificata, 39
non est satisfactum iuri, si interueniat actus non qualificatus. Ita est gloss. quæ reputatur singularis in c.significasti.xxxiij. quæstione v. Qualitas enim †informat,& qualificat subiectum,cui inhæret, vt 40
voluit gloss.reputata singularis,in c. postulatum.de electio.lib.vj.Sed in contractu matrimonij requiritur voluntas libera, & sic requiritur voluntas, & libertas.Si ergo adest voluntas,& non est libertas, sequitur,quod non est satisfactum iuris dispositioni.Assumptum probatur in simili in c.vbi periculum.§.cæterum.de elect.lib.vj.vbi requiritur † vo- 41
luntas, & libertas in actu eligendi. Si ergo adsit voluntas, & non libertas, non potest dici electio: quia non verificatur in voluntate, & libertate, l.si hæredi plures.ff.de condi.institu.Probatur in simili in authentic.sacramenta puberum. Codic. si aduersus vendit. Et vnde sumitur,probatur in propriis terminis in c.cum locum de sponsalibus. Vbi dicitur, quod † non sufficit purus consensus ad 42
matrimonium contrahendum, sed debet esse cum plena libertate & securitate. Et gloss.communiter tenent hanc partem, quòd matrimonium sit ipso iure nullum,dummodo interueniat metus, qui cadatin constantem virum. licet dominus Cardinal. de Zabarel. in capitul. Abbas quòd metus causa. teneat quod de mero iure tenet matrimonium †metu contractum, sed rescindatur actione, quòd 43
metus causa mouetur per regulam generalem, quod quæ metu fiunt, valent ipso iure,sed rescinduntur actione quod metus causa. Tamen communis opinio est,quòd ipso iure sit nullum, & tenet Calderic.in consil.cviij. verticul. quarto, & c. tam in matrimonio carnali, quam spirituali. probatur hoc in capitul. significauit. de eo, qui duxit in matrimon. vbi tenuit secundum matrimonium non obstante primo per metum contracto, nulla etiam petita rescissione prioris matrimonij. Hoc dicit text.in capitul. veniens. in ij. de sponsa.vbi probatur matrimonium esse ipso iure nullum. ibi enim nulla fuit petita rescissio per actionem,quod metus causa,sed simpliciter. Papa respondet quid iuris. Et istam partem tenent doctor.in capitul. veniens in j.de sponsa.quòd matrimonium sit ipso iure nullum, ita quòd non opus est petere rescis-

sionem,

sionem,actione,quod metus causa.Et idem in d.c. Abb.& in c.inter cætera.xxij. q.iiij. & gloss. in l.si mulier.§.si dos.ff.quod metus causa. Et in l.si patre cogente. ff.de ritu nup. Vbi est textus formalis,
44 quod †matrimonium inter inuitos non contrahitur.Et in dict.cap.cum locum.qui dicit, quòd matrimonium debet plena libertate gaudere. Nam
45 verbum,Debet,† de sui natura importat necessitatem,vt glos.in l.sæpe audiui. ff.de officio præsidis. & glos.in clementina, attendentes. de statu regu. & Bald.in l.si creditores.Cod.de pign. Et facit ratio vna.nam in matrimonio requiruntur tria:
46 †bona scilicet fides,proles,& sacramentum. capit. final. de conditione appos. & c. omne bonum. xxvij.quæstione secunda. quæ omnia metus intercedens habet excludere:matrimonium † est sacra-
47 mentum quod significat vnionem inter Christum & Ecclesiam:vt c.vt debitum. de biga. Vnde sicut Christus voluntariè assumpsit carnem humanam, ita &matrimonium illam vnionem designans,debet esse voluntarium,vt signum correspondeat signato:institut.de donat. §.aliud. Secundò metus
48 impedit † procreationem sobolis, quæ est secundum bonum matrimonij, quando coniuges propter displicentiam non intendunt procreationi prolis. Tertio est contra bonum fidei. Nam fides est vnum ex bonis matrimonij: vt nullum commit tatur adulterium, sed propter metum seu inuitas nuptias,de facili coniuges labuntur in adulterium: quia quod quis non diligit,facilè contemnit, in c.
49 præsens clericus.xx.quæstio.iij.Tum quia est †contra secundam institutionem matrimonij.fuit enim institutum,vt euitetur fornicatio:iuxta illud Pauli, j.adCorinthios vij.quòd qui non potest abstinere, nubat in domino, sed si inuitæ nuptiæ valerent, non sequeretur ille effectus, imò contrarius. Idcò
50 † iura introduxerunt, vt matrimonium metu contractum esset ipso iure nullum.Nec est admiratione dignum, cum ipsa dos metu constituta, sit ipso iure nulla:vt probatur in d.§.si dos. licet Bartol.ibi reddat rationem minus sufficientem,intelligendo,quod si interueniret stipulatio, valeret dos metu constituta. Sed hoc est hodie inutile,cum ius fingat semper stipulationem interuenire,l.vnicam.in princip.Codic.de rei vxoriæ acti. Tum dict.§.dos. loquitur indistinctè,& tenet Calderi. in consilio cix.Et sic stat firma conclusio & indubitata, quòd matrimonium metu contractum,sit ipso iure nullum:vt plene per Abb.Sicul.& Cardin.Alexand.in dict.capitul. cum locum. & tenet Bald. in dict.l.si patre cogente.& Alexand.de Imo.in consilio xcix. & in consil.vltim.lib.iij. vbi in consil.vltim. ponit de matrimonio metu contracto per quendam iu-
a uenem[a] nocte in domo cuiusdam mulieris in lecto cum ea inuentum, quòd non valeat, & de eodem etiam consuluit Alexand. de Neuo, in consil. xlvij.posito inter consi.Alex.de Imo.vol. iiij. & ibi consi.sequenti xlviij.reperitur.idem cons.suprà allega.Et in terminis consil. prædictorum consuluit Alexand. inter alias tamen personas, in consil.clvj. volum.v.& Cardina.de Zabarel.in capitul.final.& Cardin.Alexand.in iiij.notabi.& Abb.Sicu.in primo notab. de condit. adposit. & tenet Alexand.in consi.cxlvj.in fin.versicul.accedit ad confirmationem,volumine quinto. Et maximè, si contrahens
51 † per metum protestatus fuerit: vt voluit Bald.in tractatu schismatũ posito in titulo, si quis aliquem testari prohibuerit.Cod.versicu. sed contrarium.& Angel.in consil.cccl.xxvij.dicens, quòd si quis propter timorem ausus non fuerit protestari, non valet quod met. causa gestum est. & hanc summam amplè sequitur Felin. in capitulo causam. post Innoc.& alios.de offic. delegati. Et non solùm † ti- 52
mor, & metus mortis cruciatus corporis inducit nullitatem ipso iure,vt volunt iura & doctores supra in locis allega. & omnes in l. interposita.C.de transactio.& Cardinalis Alexand. in capitulo, quid autem..quadragesima quinta distinctio. Sed etiam timor suorum, vt notat Cardinalis Alexandri. in capitulo communis filius. vigesimatertia distinctio.vbi dicit,referendo Bellameram ibi,quòd excusati fuerunt Cardinales qui mortuo Gregorio vndecimo, propter timorem familiarum suorum Romanorum,ne illi iniuria afficerentur, noluerũt intrare castrum Sancti Angeli pro eligendo Italico,cum electus fuit Vrbanus sextus.. Et hanc conclusionem tenet dom.Oldradus de Laude in consilio trigesimoquinto.Et ita mihi videtur.

ADDITIO.

a Per quendam iuuenem. Adde Thom. Ferra. in sua cautela.vij.

SVMMÆ.

1 *Suspensus ab ordine sacerdotali, an sit suspensus à beneficio & horis dicendis.*
2 *Locum habere in choro,& vocem in electione,non dependet ab ordine, sed à dignitate, beneficij ratione.*
3 *Clericum notorie concubinarium an nõ sit suspensus quo ad se,directa suspensione, sed quo ad subtractos tantum.& nu.seq.*
5 *Suspensus ab officio,potest eligere.*
6 *Excommunicatus dicitur suspensus, & privatur eligendi potestate.*
7 *Vocem dare in electione, an dependeat ab officio ordinis.& nu.9.*
8 *Suspensio ab officio, privat exercitio diuinorum officiorum.*
10 *Vocem capituli non perdit, officij subdiaconalis executione privatus.*
11 *Suspenso ab officio & beneficio per contumaciam, an non prouidendum de necessariis, quò citius ab illa contumacia deflectat.*
12 *Suspensus ab officio sine ordine ecclesiastico,suspensus est à potestate eligendi.*
13 *Vocem dare in Capitulo, dependet ab ordine. limi.nu.16.*
14 *Suspensio ab ordine,afficit personam clerici.*
15 *Officium & ordo clerici,nec re nec loco circumscribuntur,vel coarctantur.*
17 *Suspensionis species.*
18 *Beneficium confertur propter officium.*
19 *Suspensus ab officio,quando etiam sit suspensus à beneficio.*
20 *Suspensus quando quis est ab officio & beneficio, ad quem deuoluantur interim beneficij prouentus.Et à quo ille repet.nu.seq.remiss.*

CONSILIVM XXI.

VENIENDO ad quæstionem, qua quæritur, an suspensus †ab ordine, siue of- 1
ficio sacerdotali,sit suspensus à beneficio,& horis dicendis? Et glo.in c.presbyterum. vigesimaoctaua distin. mouet hanc quæstionem,vbi dicit, quòd suspẽsus ab officio, non est suspensus cantandi psalmos, & antiphonas cum aliis, sed non cantabit missam,

nec dabit benedictionem: per illum textum.& ibi hoc tenet Archidiacon. Et quòd etiam habet stallum in choro, & vocem in capitulo. Quia habere
2 locum †in choro, vel vocem in electione,non dependet ab ordine,sed à dignitate intuitu beneficij: licet glo.in capitul.cùm dilectus.de consuetudine. dicat contrarium, quod eligere, competit ratione officij,& non beneficij. Ioannes Andræas ibi allegat glossam in dicto capitul. presbyterum. pro contraria nec aliter saluat.do.Anto. ibi dicit,quod gloss.in dict.capitul.presbyterum.potest saluari se-
3 cùndum opinionem, quæ habet quod clericus †notorie concubinarius,non est suspensus quo ad se directa suspensione, sed quo ad subiectos tantùm. Vnde secundùm istam opinionem taliter suspensus non est priuatus potestate eligendi.& isto modo potest saluari glos.in dict.capitul.presbyterum. Sed profecto ista saluatio non est bona, secundùm Cardin.Alexand.ibi. quia gloss.ibi videtur tenuisse
4 opin.quod talis sit †suspensus directa suspensione, etiam quoad se, vt tenet gloss. in c.nullus.xxxj.distinct.Archidiaco.in c.quia sæpe. de elect.in sexto. tenet idem, quod gloss. in dict. capitul. presbyte-
5 rum. quod † suspensus ab officio, potest eligere. Et ad iura, quæ videntur dicere contrarium. ipse respondet, quod loquuntur de excommunicatis, vel interdictis à iure vel ab homine. Secus autem de suspensis ab officio: quasi velit intelligere illa
6 iura de excommunicatis: quia † excommunicatus dicitur suspensus,& priuatur potestate eligendi ex suspensione,quæ prouenit ab excommunicatione, secundum Archidiac.ibi. Et quod dicit gloss.in d.
7 capitul. cùm dilectus. quòd dare † vocem,dependet ab officio ordinis, cum reuerentia non videtur bene dictum: quia si illud esset verum, quòd penderet ab officio ordinis, sequeretur quod ille, qui non haberet ordinem, non esset capax huius potestatis eligendi. quod est falsum: quia religiosi laici non habẽtes ordinem, sunt capaces huius potestatis & iuris,saltem ex consuetudine, vt not.Inno.in cap.ij.de instit.& gloss.in c. ex eo.de elect.in sexto. & in c.indemnitatibus. eodem titul. Et sic apparet, quòd non est ex potestate ordinis, dare vocem in electione,sequitur quòd poterit eligere, licet sit suspensus ab officio,ex quo retinet beneficium:vt voluit gloss.in dict.capitul. presbyterum.
8 Item, suspensio ab officio, priuat suspensum † ab exercitio diuinorum officiorum: vt dicit text. in capitul.j.de senten.excomm.lib.vj.Dare vocem in electione,non est exercere aliquod officiorum diuinorum: cùm non sit actus attributus alicui ordini ecclesiastico:vt patet xxv.distin.c.perlectis.Ergo poterit eligere.Ioan. Cal.videtur saluare glo.in dicto capitul. presbyterum. vt procedat in suspenso simpliciter. Sed ista saluatio licet bene congruat illi c.presbyterum. tamen non tollit gloss.contrariam, quæ vult quòd eligere dependeat ab officio ordinis, ergo si sit suspensus ab officio tãtùm,non potest eligere. Sed Gemi.dicit esse tenẽdum quòd potestas dandi vocem,non dependet ab ordine: & ab officio suspensus, non est suspensus à potestate dandi vocem in electione. Nec obstat clemen. vt hi.de ætate & qualita. Nam licet illa Clementina
9 bene velit, quod requiratur † illa qualitas ordinis ad hoc,vt quis habeat vocem, vt ille facilius inducatur ad ordinandum, non sequitur tamen quòd potestas dandi vocem ab ordine dependeat. Et ex
10 isto infertur, quòd licet † quis sit priuatus executione officij subdiaconalis,vt non possit in illo administrare:tamen non priuatur voce capituli,quãdo suspensio non aufert sibi beneficium.Et ad hoc velut allegare glo.in dicto capitulo presbyterum. imo si quis esset suspensus † a beneficio,& officio 11
per contumaciam, nõ est rei prouidendum de necessariis,ad hoc vt citius a contumacia cesset:vt no tat gloss.in capitulo,quia sæpe. & ibi docto.de electio.libro sexto.& in clemen.vt hi. in verbo,dimidia.de ætate & qualitate. Abb. Sicul.in ca.pastoralis.§.final.de appellationibus. & ibi Cardin. Alex. qui allegat glos.in §.audeat.l.distinct.Sed dictum Gemin. communiter reprobatur per Cardinal. ibi: licet Imol.non firmet pedes: communis opinio & ipsa nuda veritas est, contra Gemin. in hac sua conclusione, quod imo † suspensus ab officio, 12
siue ordine ecclesiastico, est suspensus à potestate eligendi. Et iura sunt aperta, vt in dicto capitulo cùm dilectus.& ca.cùm inter.ij.de elect.& capitul. quia diuersitatem.de concessione prębend.& in capitul.final.de cleric.excommuni.ministrant. vt tenet gloss.& ibi Ioann. Andr. in dicto capitul. cùm dilectus.& maxime Abba. Sicul. Nam † potestas 13
dandi vocem in capitulo, dependet ab ordine, vt dicta clemen. vt hi. sed adepto titulo ordinis,qualiscunque sit impressus character spiritualis personæ clerici, de quo not. Cardinal.Alexand. in cap. presbyteri.distinct. lxviij. beneficium postea adeptum per ipsum clericum, videtur propter ipsum officium & ordinem:vt d.clemen. vt hi. & c.final. de rescript.libro sexto. Et ideò licet eligere sit fructus beneficij, vt vult gloss.in c.ij. de restitu.in integrum. tamen videtur beneficium & fructus eius habere dependentiam ab ordine:cuius respectu est assignatum.Ideo dicit Imo.in d.clemen.vt hi,quòd
† sicut ordo afficit personam clerici, ita suspensio 14
ab ordine afficit personam eiusdem clerici, & sic reddit inhabilem ad omnia, quæ sunt accessoria ordini,& sic ad beneficium,& prouenientia ex beneficio,vel etiam vt dicit Zabarel.ibi, officium & ordo † clerici, respiciunt claues, id est potestatem 15
ipsius clerici,nec loco,nec re circumscribuntur vel coarctantur: argumen. cap.j. de treu.& pace.ideò afficiunt personam,& persona attenditur,& sic per suspensionem ab ordine vel officio clericali, adiecta erit persona clerici circa actum electionis,& alium quemcunque actum dependentem principaliter, vel secundario,ab ipso ordine.Et sic suspẽsio ab officio trahitur ad beneficium,& hoc voluerunt Cardinal.& Imo. in dicta clemen. vt hi. Sed
† Cardina. Alexan.in dicto capitulo presbyterum, 16
pro solutione contrariorum distinguit, aut loquimur in collegiis, vel personis, quæ nullum ordinem habent ecclesiasticum,puta monialibus, conuersis,& similibus. Et tunc potestas eligendi non dependet ab ordine, cùm tales ordinem non habeant,& in eis non procedit quæstio, an suspensus ordine possit eligere. Aut loquimur in collegiis ecclesiarum,vel personis habentibus ordinem: Et tunc aut suspensio est perpetua, & tunc suspensus ab officio,est suspẽsus à beneficio. Nam † talis sus- 17
pensio habet vim priuationis. Et idem est quod depositio: vt not. Archid. in capit.ij.lxxxiij.distin. Cum ergo beneficium † detur propter officium 18
quod fuit in ecclesia,vt ca.fin.de rescrip. libro sexto. Et ipse perpetuo sit remotus ab officio, patet per consequens quòd sit suspensus à beneficio.& ita intelligitur glo.in clemen. cupientes.de pœnis. Si autem suspentio fiat ad tempus, & tunc aut loquimur de beneficio,quod est datũ intereſſentibus

horis

horis canonicis, ſicut quotidianę diſtributiones,& 19 tunc planum eſt, quòd ſuſpenſus ab officio † etiam eſt ſuſpenſus à tali beneficio: quia non dantur niſi intereſſentibus horis diuinis, vt ca.j.de cleric. non reſiden.libr. ſexto. Aut loquimur de tali beneficio, vt præbenda,& ſimili, & tunc ſi aliquid non exprimatur in ſententia hominis, vel iuris, tunc ſuſpenſus ab officio, non eſt ſuſpenſus à beneficio. Ad quod facit capit.fi.ſi de tempor.ordina. Si vero ſuſpenſio facta eſt ſimpliciter, tunc dicit Abb. Sicu.in ca.à crapula.de vita & honeſtate clericorum, quod ex vi vocabuli ſuſpenſus ab officio, non eſt ſuſpenſus à beneficio, nec à poteſtate eligendi. Gloſſ. eſt communiter approbata in c.cùm Vintonien.de e- 20 lect. Sed † quando quis eſt ſuſpenſus ab officio & beneficio, cui debent interim applicari fructus beneficij? Gloſſa in clement. ij. de vita & honeſtate clerico. ſuper verbo, ſuſpenſus. dicit quòd ſi ſint diſtributiones quotidianæ, accreſcunt aliis: ſi autem ſint fructus beneficij, accipit capitulum eccleſiæ,& in eius vtilitatem debent conuerti. & ita ſequitur 21 Cardin. Alexan.in c.præter hæc.xxxij.diſtin. Sed † à quo repetet, ponit Old.conſ.lv.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Et ſoit le cas eſtoit, que leſdits arbitres dans ladite feſte de Paſques n'ayent decide dudit arbitrage, ou entre nous ne ſoyons appointez, Ie Anthoine Aymat deſſus nommé, promets audit Galinot, & ſi m'en oblige luy rendre ledit Albier priſonnier dans les priſons dudit Tulle, entre les mains du Baillif du Roy, en l'eſtat qu'il eſt a preſent, s'il n'eſt mort dans la quinzaine de ladite feſte de Paſques, ſi par ledit Galinot en ſuis requis. Et là au cas que ie ne rendrois, voudrois ou pourrois rendre ledit Albier priſonnier en la maniere que dit eſt, dés à preſent, ie à mõ propre priué nom promets payer audit Galinot la ſomme de cent eſcus d'or, pour ſes intereſts & dommages, apres ladite feſte de Paſques, à ſa ſeule & ſimple requeſte. Et à ce nous obligeons nous & nos biens, &c.

SVMMÆ.

1 *Promittens quem repræſentare ad certum tempus & præfinitum, ſi impeditus non præſtet, an admittatur ad mora purgationem.*

2 *Dies interpellat pro homine: & quomodo ſit accipiendum.& nu.7.*

3 *Interpellatio ſecunda, mora purgationem impedit.*

4 *Mora purgatio nunquam admittitur, vbi præfixa eſt dies certa,& pœna certa, ad aliquid faciẽdum. Et quid ſi dies ſit variabilis ad nutum creditoris.nu.ſeq.*

6 *In mora non conſtituitur is, qui repræſentare aliũ tenetur intra certum tempus, & illo lapſo non fuit per iudicem de repræſentando interpellatus.*

8 *Fideiuſſor, qui promiſit alium repræſentare, non tenetur, niſi fuerit interpellatus.*

9 *Tempus vbi eſt præfinitum, ante illud agi non poteſt.*

10 *Tempus adiectum cauſa finiendæ obligationis, non interpellat, nec conſtituit in mora.*

CONSILIVM XXII.

VIsa clauſula promiſſionis, videtur dicẽdum, quod Aimar tenetur ad ſummam promiſſam, ex quo 1 † ipſum Albier non præſentauit 2 infra quindecimam Paſchę, prout promiſerat, licet potuiſſet poſt dictum feſtum Paſchæ aut eius quindecimam repræſentando infra ſimile tempus purgare moram, & ſic ſe à tali pœna liberare, vt l.ſancimus.C.de fideiuſſo. vbi videtur iuncta ſua gloſſ. Sed ipſe promiſſor ſummatus extitit per dictum Galinot, vt præſentaret, licet † per appoſitionem diei & hominis 2 fuiſſet ſatis interpellatus, l.traiectitiæ, in prin.ff.de act.& obl.& l.magnam.C.de contrahenda & commit.ſtipulat. Sed ductus Galinot labi permiſit ſimile tempus, computando à tempore obligationis ad feſtum Paſchæ, vſque quo præſentare debebat, & à ſummatione & requiſitione per ipſum Galinot facta, vſque ad initium proceſſus coram officiali Claromontem. pro dicta ſumma centum aureorum inchoati: infra quod adhuc non purgauit moram: & ſic incidit in pœnam, vt d.l.ſancimus. ſaltem vſque ad litis conteſta. debebat purgare: vt l.ſi inſulam.& ibi Bart.Bald.Ang.Alex.& Iac.ff.de verbor. obligationibus & iſta † eſt alia iudicialis, 3 & ſecunda interpellatio,& ſic geminata mora,quę impediret nunc purgationem moræ: vt volunt omnes in d.l.ſi inſulam. Quia † vbi eſt dies certa,& 4 pœna certa ad aliquid faciendum, nunquàm admittitur purgatio moræ: vt concludunt Bartol.& omnes doctor.in dict.l.ſi inſulam.ergo tenetur ad pœnam. Et idem etiam, vbi dies eſt prorogabilis ad nutum & voluntatem creditoris: vt quia promiſit dare, vel ſoluere ad feſtum Paſchę, ſub pœna, & abinde in antea ad omnem petitionem creditoris: quia ſicut dies certa, & nullo modo variabilis † ex forma ſtipulationis interpellat pro homine, 5 & impedit purgationem moræ, quando eſt pœna, vt dictum eſt, ita etiam inde à principio certa, ſed variabilis in tempus prol.xius ad nutum creditoris, vt eſt text.ſingul.iuncta ſua gl.j.& ij.& ibi Bart. & omnes, inſuper Iaſon in l. cùm ſtipulatus ſum mihi à Proculo.ff.de verbor. obliga. & idem in dicta l.ſi inſulam.verſiculo, Item circa prædicta.& in l.ſi ex legati cauſa.verſic. Secundo notabiliter ampliá.eodem titul. Quod ad deciſionem plurium ſimilium quæſtionum adduxit Iaſon in d.l.cùm ſtipulatus ſum mihi à Proculo. In contrarium videtur dictum Aimar non fuiſſe in mora præſentandi per lapſum dicti temporis, ex quo non fuit ſibi præceptum,& iuſſum per iudicem, vel partem, quòd illum Albier repræſentaret, prout conuentum & accordatum fuerat inter ipſos Aimar & Calinot. Nam ſecundum iuris diſpoſitionem, vbi † quis tenetur alium repræſentare infra certum tempus, & 6 illo lapſo non fuit per iudicem de repræſentando interpellatus, non conſtituitur in mora. Ita eleganter decidit Paul.de Caſtro in conſilio cj. incipien. videtur quòd dictus Ioannes Paulus,&c. poſt princip. volumin. nouorum. quem Iaſon in d. l. ſi ex legati cauſa.verſic.vltimò limita.refert & ſequitur: & dicit eſſe nouam limitationem Pauli ad iura dicentia † diem interpellare pro homine, quia non interpellat, nec conſtituit in mora circa præparatoria iudicij: vt d.l.ſancimus. & ibi omnes, niſi iudex vel pars interpellet, ſecundum ipſos, & idem tenet Felin.in c.ſi autem.verſicul. & caue, quia per hoc, de reſcript. vbi plures adducit text. ad hoc ſingulares.& idem conſuluit Signorol. de Homodeis conſil.cxviij. Sed dicta noua limitatio non fuit Paul.de Caſtro, ſed Ioann. Fabri. in dicta l.ſancimus. vbi tenet, quòd nunquam † fideiuſſor qui promiſit alium repræſentare, tenetur, niſi fuerit 8 interpellatus. Ergo ſi interpellari, & ſummari debuit, vbi nihil dictum fuit, nec conuentum, vt ſupra dictum eſt à fortiori, vbi dictum & cõuentum

Digitized by Google

est,quòd interpellari debeat:quæ interpellatio fieri debuit tempore & loco congruis,& conuentis. l.mora.&ibi glo.magna.ff.de vsuris.Et sic non fuit in mora non requisitus, prout conuentum erat, ibi:*si par ledit Galinot ie suis requis.*Et dictum tempus infra quindecimam Paschæ, si requisitus fuerim,&c. fuerit appositum, gratia finiendæ obligationis,prout apertè apparet ex dictis verbis, & etiam ex verbis:*Et là au cas, que ie ne voudrois rendre ledit prisonnier en la maniere que dit,&c.* Et ibi: *Promets payer audit Galinot la somme de cent escus d'or apres ladite feste de Pasques, &c.* qui est sensus, quòd dictus Aimar promisit præsentare infra quintamdecimam, diem Paschæ, & ab ista die quandocunque voluerit dictus Galinot: sed vltra dictam diem quintamdecimam,non tenetur.& sic consummatus infra dictum tempus,prout conuentum est,liberatus est saltem ope exceptionis:vt pulchrè quasi in terminis huius quæst. tenet Paulus de Castro in dicto consilio cj.in secunda quæst. vnde non posset dici secundum eum, quòd tempus fue-
9 rit appositum † gratia differendæ præsentationis, aut solutionis: quia tunc ante lapsum ipsius non posset compelli ad præsentandum, cùm ante lapsum talis temporis malè agatur, l.j.in fine. quando dies vsufruct. lega.ced. Sed hic poterat statim, quandoque placuisset dicto Galinot infra dictam quindecimam compelli ad præsentandum. necesse ergo est dicere,secundum ipsum Paulũ de Castr. quòd fuerit appositum gratia finiendæ obligationis: quia voluit teneri ad præsentandum vsque ad dictam quindecimam Paschæ,& non vltrà:& infra illud tempus voluit teneri quandocunque eidem Galinot placebit requirere ipsum Aimar promis-
10 sorem.Quod quidem tempus causa † finiendæ obligationis adiectum, non interpellat nec constituit in mora,vt est text.valde not.in l.empto. §.casibus.ff.de actio.empt.tenet Bart. & sequaces in d. l.si insulam.& Iason in dict. l.si ex legati causa.vers. Secundò limita.Per quæ patet responsio ad omnia suprà in contrarium allegata: qui non fuit requisitus infra dictum tempus,prout conuentum fuerat: etiam si conuentum non fuisset, vt dictum est. Et ita mihi videtur,salua pace alterius melius me sentientis.

ADDITIO.

a Non præsentauit. Adde Alexand. in consilio clix. versic. sed posito.& in consilio cvj.versicul. adducitur. volum.ij.& Barth.Soz.in consi.cxcix.versi.Nec obstat ratio domin. Alexand.volum.ij.& Benedict.de Plumb.in l.Thais §.intra certa tempora.& quæ dixi in addi.ff.de fideicommiss. libert. & Ange.in l.quod si nolit.§.si quid ita.ff.de cdi.edict.vbi dicit, quòd qui tenetur præsentare toties quoties opus erit, quòd tenetur illud præsentare vsque ad sententiam, etiam si ab ea fuerit appellatum l.Græcè. §.post litem. ff.de fideiuss. & idem Barb.in consl.lvj.vol.iij.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Le Doyen & Chapitre de Mont Termoyen ont acquis douze escus d'or de rente du Seigneur Chambon, pour le pris de deux cens escus, icelle rente payable à deux termes par moitié:c'est assauoir Noel & Sainct Iean. Item depuis ladite acquisition faite lesdits chapitre luy donnerent grace de reemere de dix ans,en leur payant le sort principal,& les arrerages. Item dix mois apres ladite acquisition ledit Seigneur de Chambon leur bailla le sort principal qu'ils reçurẽt sans les arrerages. Item depuis pour auoir les arrerages, ils ont mis en procés, & demandé iceux arrerages pro rata temporis. Quæritur,si ledit Seigneur de Chambon y est tenu pro rata temporis, ou seulement pour vn des termes qui estoit escheu.

SVMMÆ.

1 *Venditio si facta est in diem, & melior conditio fuerit allata, fructus perceptos restituere tenetur emptor venditori,& etiam pendentes. Iumi. nu.seq.*

3 *Vsufructuaria mortua ante tempus,pensiones inferri debebant,heredes vsufructuaria integram pensionem percipiens.*

4 *Venditor si reemerit censumvel reditum per duos aut tres menses ante terminum, tenetur soluere totum censum illius termini, nisi consuetudo sit in contrarium,quod nihil soluatur.*

5 *Pensio quando diuidatur pro rata temporis. & num.6.*

7 *Clericus etsi fructubeneficiorum faciat suos,si decedat in medio anni: tamen percipere debent heredes sui pro rata anni pensionem,quæ soluebatur singulis pro possessionibus locatis.*

8 *Beneficiati fructus suos non faciunt, nisi quò ad vitam.*

9 *Emptor de pretio retardato rei sibi tradita,tenetur ad vsuras dicti pretij,loco interesse.*

10 *Fisci fauore,emptor tenetur stare colono.*

11 *Si quis emerit fructus certorum molendinorum, & eis non possit vti,nisi quindecim diebus oppressis aliquorum potentum vi & iniuria, an teneatur nihilominus ad mercedem totius anni.*

12 *Pro pretio soluto licet non possit agi ex vendito ad rem,tamẽ si emptor soluerit aliam partem, num possit petere fructus pro rata eius pretij, quod iam soluerat.*

13 *Filiusfamilias in potestate constitutus, si sub conditione stipulatus fuerit,& postea mancipatus, deinde conditio extiterit, patri non filio, actio competit. Et quid sta.*

14 *Statuto stante,quòd bona banniti destruantur, si colonus coluit & seminauit prædium,& fructus sunt pendentes tempore banni,destruentur,non obstante iure coloni.*

15 *Emptor lucratur fructus & pensionem medij temporis ante euentum contractus.*

16 *Maritus si erat obligatus restituere fundum vxori, soluta æstimatione, tamen si soluatur pars pretij,pro illa parte mulier fructus lucratur, licet adhuc conuentio non sit perfecta.*

CONSILIVM XXIII.

VIDETVR primò quòd † ad arreragia seu fructus medij temporis dictus dominus de Chambon ipsis dominis de capitulo beatæ Mariæ medij monasterij,nõ teneatur.probatur per l. item quod dictum est. §.fin.& l.Imperator. de in diem adiec.vbi si est facta venditio in diem,& melior conditio fuerit allata, emptor fructus perceptos tenetur restituere venditori,& etiam fructus pendentes. Idem tenet Ioann.And.& Abb.in c.illo vos.de pig. ¶Sed contrarium mihi videtur per text.in l.fi.in prin. §.Papinianus.qui est fin. & ibi Bartol. ff. de iure fisc.vbi pendentes cedũt emptori,& si fuerit pensio,transit etiam. Vnde distinguendum est,quòd † fructus 2
a sunt percepti, aut pendentes: si percepti, tunc a
aut fit pactum de resoluenda venditione, si alius emptor attulerit meliorem conditionem, & tunc existente conditione tenetur emptor restituere fructus.Ratio,quia conditio fuit apposita in fauorem venditoris.Ita dicit Ioann.And.in dict.illo vos. de

pig.

pign. siue sit priuatus, vt dict. l. Imperator. siue fiscus: vt dict. l. fin. & hoc tenet glos. ibi super verbo, Intra tempus. & glos. in l. tempora. & ibi Io. de Platea, in fin. C. de fid. instru. & iure hastæ fisca. lib. x. Si verò venditio fiat purè post fructus perceptos ante euentum pensionis: & tunc dicebat do. Dyn. per illum textum in dict. l. fin. §. fin. de iure fisc. quod tota pensio debebatur emptori. & ita tenet Pet. de Ancha. in consi. cxcvij. incip. subtiliter & plenè allegatum est, &c. & pro hoc text. in l. diuortio. & ibi per omnes mod. ff. solut. matrimon. & l. defuncta. de vsufruct. & ibi Alberic. de Roz. vbi 3 †mortua vsufructuaria ante tempus quo pensiones inferri debebant, quòd hæredes vsufructuarij integram percipiant pensionem. & facit tex. & ibi Angel. Aretin. & Ioann. Fab. in §. is ad quem. instit. de rerum diuis. idem tenet decis. parlamen. Gratianopo. Delphina. quæstion. cclxxj. vbi vult quòd si venditor redemerit censum, vel reditum per duos 4 aut tres † menses ante terminum, quod tenetur soluere totum censum illius termini, nisi consuetudo sit in contrarium quod nihil soluatur, vt est in patria Delphinali. Sed Bartol. in dict. l. fin. §. fin. tenet quod non potest emptor recipere nisi pro rata temporis, per tex. & glos. ibi in verbo, et cedere. & in l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de act. empt. j. respon. vbi dicitur secundum eum, quod pensio † diuiditur pro rata temporis, per illum textum. Ergo 5 tenetur dictus dominus prædictis dominis de capitulo pro rata, tenendo opinionem Barto. & pro hoc est tex. rotundus huius quæstion. decisiuus in l. cùm venderem. ff. loca. vbi pensio diuiditur pro 6 rata temporis. Et ita communiter † fieri cõsuetum est, & apponi in istis contractibus redemptionis siue de retrouendendo, quòd possit redimere soluendo in speciebus datis sortem principalem cum arreragijs pro rata temporis debitis. Item facit, quod 7 dato quod clericus fructus † beneficiorum faciat suos, si decedat in medio anni, tamen percipere debent hæredes sui pro rata anni pensionem, quæ soluebatur pro singulis possessionibus locatis. tenet Barth. de Bellenzi. in addi. Abb. in c. fin. de pecul. cleri. in prima postilla per d. l. defuncta. de vsufruct. & in d. l. diuortio. solu. matri. & pro hoc dicto alleg. Ang. Aretin. in d. §. is ad quem. in fin. glos. & doct. in c. præsenti. de offi. lega. in vj. Et si istud esset verum, esset multum singulare: quia beneficiati 8 non † faciunt fructus suos, nisi quo ad vitam. & d. c. fin. de pecu. cleri. & singulariter Abb. ibi, sed relinquo, quia non est præsentis speculationis. licet multum faciant. igitur, &c. Si vero sint fructus pendentes. & tunc distinguit Bart. Aut sunt naturales, aut industriales. Si naturales, tunc cedunt emptori, vt d. §. fructibus. & ibi Bar. & Alexand. & l. final. §. fructus. ff. de his, quæ in fraud. credi. quia pars fundi sunt, vt l. fructus. ff. de rei vendi. & idem tenet Angel. Aret. instit. de actio. §. actionum. versicu. & quod dixi. Et est ratio, secundum eum, quia econtra emptor de 9 † pretio retardato rei sibi traditæ tenetur ad vsuras dicti pretij loco interesse, vt not. glos. & ibi doct. in l. curabit. C. de ac. empt. & gl. in d. l. Iulian. §. idem Papinia. & ibi Alex. post Barto. & not. Bart. in l. atqui natura. §. non tantùm sortem. ff. de negot. gest. quod etiam de iure canonico procedit, vt not. glo. & doct. in c. conquestus. de vsuris. & Ange. Aret. vbi suprà. & latius in §. venditæ. de rerum diuis. Ergo si emptor teneatur ad interesse, tene- 10 batur prefatus de Chambon, cùm hic vice emptoris fungatur. Fallit † in fisco, cui' fauore emptor tenetur stare colono: vt d. l. fin. §. fin. de iure fisci. Aut sunt industriales, vt in seruo, naue, & domo, & scortibus, vel. si nauis. ff. de rei vendi. tunc pro præterito tempore debent esse venditoris, vt d. l. Iulianus. §. si fructibus. cum ibi notatis in d. l. fi. §. fin. de iure fisci. & sic per prædicta satis patet, quod non tenetur, nisi pro rata temporis. Istud tenet pulchrè Bal. in simili in consi. cccclxxxv. incip. viso instrumento emptoris fructuum certorum molendinorum, libro quarto. vbi erat quæstio de quodam' qui emerat fructus † certorum molendinorum, qui em- 11 ptor non potuit vti dictis molendinis propter potentiam superiorum, nisi xxviij. diebus: quæritur vtrum teneatur ad mercedem totius anni? Et decidit Bal. ibi, quod non, nisi pro rata temporis, id est, pro xxviij. diebus, & non vltra allegat text. ff. locati. l. si fundus. in fin. ergo habebat hic locum diuisio temporis pro rata etiam, per illum textum, in d. l. fin. §. final. de fundo dota. tenuit Barto. & ibi Alexand. & in dicta l. Iulian. §. offerri. de act empt. dicens † quod soluto pretio pro parte, licet non pos- 12 sit agi ex vendito ad rem, vt d. §. offerri. tamen si emptor soluerit aliam partem, possit petere fructus pro rata eius pretij, quod iam soluerat, per d. l. fi. §. fin. & ibi idem Bartol. de fundo dot. quia sicut pro rata pretij non solvti lucratur etiam, si venditio perfecta non fuerit: ergo pro rata temporis, etiam si dies pensionis non venerit, solui debet. Pro quo facit bonus text. in l. si filiusfa. de verb. obligatio. & l. filiusfa. ff. de regul. iur. vbi dicitur, quod † si 13 filiusfa. in potestate constitutus sub conditione stipulatus fuerit, & postea emancipatus, deinde extiterit conditio, patri non filio actio competit: ratio, quia in stipulationibus & contractibus id tempus spectatur, quo contrahimus: & sic in hoc casu licet non venerit tempus soluendę pensionis, & ius transierit ad ipsum dominũ de Chambon, tamen pẽsio erat quæsita pro rata tẽporis dictis dominis beatæ Mariæ medij monasterij canonicis. Et istud tenet Spe. in ti. de loc. §. j. ver. sed pone, locaui tibi, &c. vbi dicit, quidam locauit fundum ad medium, cõductor seminauit dictum fundum, quem postea locator vendidit cuidam Sempronio, qui vult expellere de fundo dictum conductorem, & omnes fructus colligere, & eũ retinere nititur, donec collegerit medietatem fructuum. Et arguit pro econtrà. Similiter dicit, quòd fructus non sunt coloni priusquàm percipiantur à fundo: ergo percipit medietatem, cùm venerit tempus percipiendi fructus. igitur in casu isto licet non venisset tempus pensionis, tempore quo reuenditio fuit facta, tamen habent ius pro rata, vt tempore dictæ pensionis possint petere. Et istud videtur tenere Ioann. Andr. in addit. Specul. in dict. j. titul. de loca. vbi inquit, quòd si vigore † statuti iubentis bona banni- 14 ti destrui, colonus coluit & seminauit prædium, & fructus sunt pendentes tempore banni, destruentur, non obstante iure coloni, cùm adhuc sint domini banniti fundi, & fructus sit pars fundi: vt l. fructus. ff. de rei vendi. sed tenebitur dominus colono, cuius culpa damnum istud sustinuit: sic hic per reuenditionem fuerunt priuati eorum iure iam acquisito dicti domini medij monasterij: quare tenetur dictus de Chambon prætatis dominis pro rata temporis, non solum ratione conuentionis & promissionis arreragiorum, sed etiam de iure. Item facit l. quæ operas. ff. locati. & quod not. Barto. in repeti. l. j. §. diuus. ff. de variis. & quod no. doct. in Lyna. de

& futura quæcunque: vt l.fin. & ibi Cyn.Barto.Bal. & Salic.C.quæ res pignori ob.ig.possunt.Et quod not.Bar.& Alex.in addit.in l.si ita.ff.de auro.& argen. leg. etiam † si simpliciter bona debitoris essent obligata,non facta mentione de futuris,vt d.l. finali.§.fin.Sed vinum quæstionatum pertinet debitori, & repertum est in domo & bonis suis, vt patet,per inquestam actoris.Item,quia † in actione hypothecaria intentata per singularem successorem habentē causam à debitore sufficit in obligatione generali probare vinum vel rem contentiosam fuisse in bonis debitoris,etiam post obligationem contractā. Iste est casus magistralis huius processus decisiuus,& ibi Bar.in l. & quæ nondum sunt.§.ff.de pignori.& istud pulchre tenent Cyn. Bart.Bal.& Sal.in l.cùm res.C.si alie. res pign.dat. sit.& Bart.& singulariter Alex.in addit. in l.rem alienam.ff.de pign.actio.& Ioan.Fab.Ang.Are.ver. tertio casu,& ibi pulchre Iason Instit. de actio.§.item Seruiana.& Bald.consi.xxxvj.inci.factum sic se habere videtur.lib.iij.& Spec.in tit.de oblig. & solu. §.j. vers. sed quid debet creditor probare in hypothecaria.& ibi Ioann.And.in addi. agitur,&c. Item,quia † res non solum acquisita iure dominij, vel quasi cadit in obligatione, vt supra dictum est, sed etiam a debitore possessa,secūdū doc.vbi supra quæ ab omnibus potest recuperari, vt l. pignoris. C. de pig.Nam † in bonis nostris computari sciendum est non solùm quæ dominij nostri sunt, sed etiam,quæ bona fide possidemus: vt l.bonorum.§. in bonis.ff.de verb.signif.vt l.rem. & ibi post Bart. Sozin.ff.de acquiren.rer. domi.& Iason in §. sed iste.Instit.de actioni.Nam sufficienter probauit vinum pertinere debitori, post etiam obligationem quod verbum, Pertinere, † comprehendit etiam possessa:vt l.verbum illud, pertinere. ff.de verb.signifi.quare indebite reus se opposuit aduersus executionem ad instantiam dicti actoris factam in bonis dicti debitoris.Item nō obstant primò † per dictum reum allegata, quòd emit dictum vinum à debitore actoris, & vti illa causa & adminiculo sui authoris,& sic arguitur dolus authoris sui, qui sibi debet nocere:vt l.apud Celsum.§.de authoris.& §. authoris autem dolus. ff. de doli mali & metus except. Secus est si non audiuisse ese adminiculo authoris,secundum Bal.in l.de rebus.in fin. C.de dona.ante nupt.& Ioan.Fab.in d.§. item Seruiana. & ibi Iaſ.quod dictum fuit originale Specu. in d.titu. de oblig.& solu.§.j.in versi. sed pone centum mutauit.& hoc est propriè illud,quod vult Bart.in dd. rem alienam. Præterea dicta † venditio facta per debitorem eidem opponenti, præsumitur facta in fraudem dicti authoris sui creditoris, quia dictus debitor reperitur in possessione vini,vt dictum est, vt probatur per inquestam. Sed dominium nō acquiritur,nec transfertur sola voluntate,vel consensu partium,nisi sequantur traditio & possessio, vt l. nunquam nuda. ff.de acquir. rerum domi. & l.traditionibus. C.de pactis. & bonus text. in l.si ager. ff.de rei vend.etiam si interuenisset instrumentum vēditionis, in quo etiam dicatur, vendidit,& l.traditum,vt est text.not.& ibi Bart.& Alexan.in l.prædia. ff. de acquirend. possess.& nota.pulchrè Bald. & Angel.Aretin.Instit.de rerum diuis. §.per traditionem.& Paul.de Cast.in consi.cxxxij.in antiq.sed quotiescunque donator † vel venditor est in possessione etiam post donationem vel venditionem, contractus præsumitur simulatus: vt l. sicut. §. superuacuam.ff.quibus modis pignus vel hypothec. & per Bar.in l.post contractum.ff.de do.cum not. per glo.Bartol. Bald. & Salicet.in l.fin.Cod.de remittion. pignor. maxime vbi talis venditio vergit in præiudicium tertiæ personę,vt not.sing.Bar. &doct.supra alleg.& Bald.in cons.ccccij.incip.super primo libro inj. & in hoc est consuetudo generalis,*Donner & Retenir*,& c.quæ ibi dixi. Item non obstat † probare per ipsum reum dedisse vasa in quibus vinum de quo agitur, repositum extitit prout visus fuit probare per testes de Cāpo de flore per patrem,fratrem dicti debitoris,& per cæteras personas à iure ferre testimonium prohibitas, quæ probatio non releuat,l.parentes.& ibi omnes doct.C.de testi.& l.idonei.& l.testis idoneus.ff.eo. tit.quæ omnes sunt canonizatæ.iiij.q.iij. in ca.aliàs daretur materia,& maxima aperiretur fraus homini ad malum inueniendū de dicto contractu.Item, & vbi † essent idonei testes,quòd non,cùm habēat commodum in eorum depositione, per hoc tamē nec etiam per receptionem vnius vasi seu tonelli cum dimidio vini quæstionati probaretur dominium aut possessio dicti vini: quia non sequitur, cùm possibile sit, quòd habuerit dictū vinum pro locatione quinq; vasorum. Tum etiam & peremptorie pretium † non interuenit,quòd interuenire debet,vt l.ij.§.j.& l. in venditionibus. ff.de contra. empt.& instit.eod.§.pretium. & §. item pretium. de cuius conuentione vel numeratione,aut de fide de eo habita ăpparet,quod requirebatur:vt d.iuribus.& §.traditæ.cum ibi not.Instit. de rerum diui. quia † licet testes deponant venditionem fuisse facta,tamen non deponunt de certo pretio, quare non valet depositio: vt tenet Alex.in consi.xxviij. versi.ad hoc vol.ij.& Rom.in cons.xcj.tertiò vidē dum.& sing.in cons.cccv.versi.secundò idem probatur.Et talis venditio præsumitur simulata,vt ponit eleganter Barto.in cons.lx.incipien.Petrus Nicolæ.& in l.pacta nouissima.& ibi Bald.& doct.signanter Alex.C.de pact. & in l.iij. C. de postulan. & in l.si ex pretio.C.si cer.pet. bonus est text.& ibi gloss.& Bart.in l.emptor.ff.de aqua pluuia arcend. nam nuda † & imaginaria venditio pro non facta est habenda:& ideò nec alienatio eius rei intelligitur,vt l.nuda. & ibi gloss. ff.de contrahen.empt.& not.Bald.in consi.incipiente,A. vendidit,quod est positum post eius lect. Instit. & Cæpola in cautela cccviij. & latius in tracta.suo de empt. & venditio. & loca.de pacto de retrouend.& Ang.Aret.Instit. quibus modis patr. potestas soluitur.§.præterea,& in rub.de exceptio. in prin. versi.postquàm.& docto.in cap.ad nostram de contrahend. empt. & latius in c.illo vos.de pig. Et ita mihi videtur,correctione alterius melius me sentientis semper salua.

SVMMÆ.

1 *Hæres testatoris ad debita & onera hæreditatis sibi delata & contingentia astringitur, non tamen præscriptos sibi fines transgredi tenetur. & nu.seq.*

3 *Vsufructus, qui relinquitur in testamento, licet ipso iure acquiratur, tamen per hæredem debet induci vsufructuarius in possessionem rerum, quarum vsufructus relictus est, aut per vnum ex cohæredibus, cùm vsufructus sit diuidua.*

4 *Vsufructuarius tenetur præcauere hæredibus de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, quàm vtatur vsufructu. Nec testator potest remittere hanc cautionem nu.seq.*

7 *Vsu-*

Digitized by Google

7 *Qui non detinent vel poſſident, non poſſunt conueniri, cùm de iure ſum de conſuetudine.*

CONSILIVM XIX.

VIsa petitione Ioannis Bonet & Annæ Chambonne coniugum, contra Ioannem Ferry, & Petrum Buchart reos, facta coram domino Balliuo Bituricen. ſeu eius Locumtenente, non eſt admiſſibilis, rationibus ſequentibus. Et primò, quia dicti † actores ſe debebant dirigere, & conuenire facere hæredes defuncti Gulielmi Noncier, dit Boulet, mariti quòdam prædictæ Annæ actricis, ad ipſos actores patiendum vti frui vſufructu per dictũ defunctum eidem actrici conſtituto: vt legitur & no. in l. corruptionem. C. de vſufruct. & l. ij. §. j. & ibi Bart. & Alex. de Imo. ff. de verb. obliga. & l. ſi mihi. & ibi Bart. ff. de vſufruct. lega. quia alius non tenetur, niſi hæres teſtatoris, l. ſi ſeruus. §. qui margaritam. in fin. Bartol. ff. de lega. j. Ad hoc l. final. §. & ſi præfatam. C. de iure deliberan. niſi fuiſſent ſpecialiter grauati ab ipſo teſtatore ad onus huiuſmodi, ſi pro tali onere ſubeundo aliquid eis reliquiſſet, l. Labeo. C. de fideicommiſſ. l. planè. in ij. ff. de lega. j. Sed non reperitur, quòd à dicto Mercier teſtatore fuerit onus ſoluendi aut dandi ſpecialiter eiſdem iniunctum hæredibus, vt patet ex tenore ſiue narratione dictæ petitionis. Igitur debẽt † abſolui, vt pulchrè tenet Alex. in conſ. lxxij. volum. v. Item, quia † licet vſusfructus qui relinquitur in teſtamento, acquiratur ipſo iure, vt l. ſi partem. §. j. ff. quemadmod. ſeruit. amitta. & no. glo. in d. l. corruptionem. in verb. alterantibus. Codi. de vſufruct. & Bart. in l. ſi vſusfru. mihi. ff. de vſufr. leg. tamen per hæredes debet induci vſusfructuarius in poſſeſſionem rerum, quarum vſusfructus relictus eſt, aut per vnum ex hęredibus, cùm vſusfructus ſit indiuiduus. l. v. §. reo. ff. de vſufructu. & in §. fi. vſusfructus. ff. ad legem Falci. Vel inducatur per aliquem ex executoribus dicti teſtamenti. Ita dicit Alexand. in conſil. lvj. in fine. volumine ij. Item alia ratione, quia † vſusfructuarius priùs tenetur hæredib. cauere de vtendo & fruendo arbitratu boni viri, quàm vtatur vſufructu: vt l. j. & per totum. ff. de vſufructua. quemadmod. caue. & l. vſufructu. C. eod. Quam actores, aut dicta Anna non obtulerunt dare, prout volunt iura & doct. in dictis iuribus. Et etiam in vxore relicta vſufructuaria: vt l. j. & omnes. C. de vſufruct. & in authen. hoc locum. C. ſi ſecundo nub. & Paul. de Monte pico, in repe. l. Titia. §. Titia. ff. de legat. ij. maximè quando conuolauit ad ſecunda vota, vt in præſenti caſu: vt no. in auth. cui relictum. C. de indicta viduitate. Nec † teſtator poteſt hanc cautionem remittere, d. l. j. ff. de vſufruct. & l. ſcire. C. vt in poſſeſſ. leg. ne detur vſufructuario materia delinquendi, cùm ſit inducta in fauorem hæredis: vt ibi not. & in dicta l. j. vſusfruct. quemadmod. caueat. & in c. fin. de pigno. & ſingulariter Alexand. in conſil. lviij. verſic. non obſtat. lib. iij. Prætereà dicta † vidua præſtita cautione, debebat ſe dirigere erga hęredes, aut poſſeſſores hęreditagiorum, ſuper quibus eidem per dictum defunctum Mercier vſusfructus conſtitutus fuerat, & eiſdem poſſeſſoribus intimare conſtitutionem dicti vſusfructus, & inhiberi facere de nihil aliis tradendo, præterquam eidem actrici, & l. vlti. §. frui. in prin. ff. ſi vſufruct. peta. & quod minimè fecit, niſi à tempore inchoati proceſſus: vt l. certum. C. de rei vèndica. Per quæ apparet, quòd dicti rei ſemper habuerunt iuſtam ignorantiæ cauſam iuris per ipſam Annam prætenſi, & durante tempore, quo tenuerunt in cenſam & tirnam annuam hæreditagia dicti defuncti ipſi ſoluerunt dictis hæredibus, quibus tenebantur ſoluere: vt C. de hæredita. action. per totum. Prætereà præfati † rei non ſunt amplius occupatores, nec detentores in vim cenſæ, aut aliàs hęreditagiorum dicti defuncti Mercier, & longè antè inchoatum proceſſum, qui ſoluerant integram cenſam dictis hæredibus, & remanſerunt quitti & liberati à dicta cenſa. Or qui non poſſident, nec detinent, nec poſſunt conueniri tam de iure, vt authent. ſed hodie nouo iure. & ibi Cyn. Bald. & ſequac. C. de actio. & obliga. & authen. hoc ſi debitor poſſideat. & ibi doctor. C. de pign. & moſchis. ff. de iure fiſci, quàm etiam de conſuetudine notorie hic Biturig. obſeruata. Et pariter nihil debent, aut debebant ante præſentem proceſſum inchoatum occaſione cenſæ prædictæ hæredibus dicti defuncti Mercier. Et poſito, & non conceſſo, quòd eſſent debitores, non poſſent conueniri, niſi vltimo loco, & diſcuſſis priùs hæredibus, & poſſeſſoribus dictorum hæreditagiorum: vt l. penul. & fin. C. quando fiſcus vel priuatus. & l. iij. C. de hæredi. actio. l. à diuo Pio. §. ſuper rebus. & Bartol. & Alexand. ff. de re iudica. Item non obſt. dicere nec allegare, quòd dicti rei tenuerunt, & poſſiederunt ante initium præſentis proceſſus, & cauſæ hæreditagia dicti defuncti: quia hoc potius facit pro ipſis defenſoribus: & verum dicunt, & ſic oportebat, quod tempore inchoati proceſſus detentores hæreditagiorum fuiſſent, vt dictum eſt. Igitur concludo, vt ſuprà, ſaluo ſaniori ſemper conſilio.

1 2 3 4 5 6 7

SVMMÆ.

1 *Papa an poſſit diſpenſare cũ Principe, circa matrimonium iam conſummatum diſſoluendum, & cum alia contrahẽdum: maximè ſi ex vxore ſua non poſſit liberos habere, qui poſſint ſuccedere Regno & coronæ. & nu. 6. 7. diſt. nu. 21.*

3 *Conſummatio quæ conſiſtit in facto, non poteſt haberi pro non facta.*

4 *Papa poteſt diſpenſare cum illo, qui contraxit ſecundo matrimonium de præſenti, ſecuta copula, licet per verba de præſenti cum alio primò cõtraxeris, & matrimonium nõ eſt conſummatum.*

5 *Diuortium an habeat locum de iure Canonico.*

8 *Maritus an poſſit religionem intrare, ſine ſua vxore. Et quid ſi vxor ſit ſenex & ſterilis.*

9 *Innocentij Papæ reſponſum ad Principem quærentem & flagitantem matrimonij ſolutionem.*

10 *Papa non eſt ſupra ius Diuinum.*

11 *Matrimonium ſemel conſummatum, ſemper durat indiſſolubile.*

12 *Matrimonium, quid.*

13 *Matrimonium non poteſt monialis contrahere, etiam cum Papæ conſenſu, aliàs diceretur meretrix. 14.*

15 *Ex monachatu an poſſit eſſe regreſſus ad matrimonium.*

16 *Cognatio ſpiritualis impedit contractum matrimonij, & iam contractum diſſoluit.*

17 *Papa poteſtatis plenitudinem habet. Et quid inde manet & profluat. num. ſeq. & 20.*

19 *Principum placita legis vigorem habent.*

22 *Vxorem dimittere, non eſt contra prima legis naturæ præcepta.*

25 *Papa in quibus poſſit diſpenſare.24.*
25 *Diuortium à quo priuatum inductum.*
26 *Matrimoniū. Papa diſpēſatio cum eo, qui germanam ſuam in uxorem duxerat.*
27 *Papa diſpenſando in gradu prohibito, videtur abſoluere ab excommunicatione, quam incurrūt contrahentes nuptias prohibitas.*
28 *Papa an poſſit diſpenſare, vt uxorem patris defuncti nepos poſſit accipere in uxorem.*
29 *Papa diſpēſando poteſt approbare matrimonium nullum ex defectu inducto à canone.*
30 *Papa poteſt facere de monacho non monachum.*
31 *Papa poteſt diſpenſare cum religioſo profeſſo, ſuper voto continentiæ.*
33 *Papa poteſt voto caſtitatis diſpenſatiuè ſublato concedere, vt quis matrimonium contrahat ex cauſa. Et an id liceat in clericis. nu. ſeq.*
35 *De clerico poteſt fieri non clericus Apoſtolica authoritate.*
36 *Papa ſi diſpenſauerit cum Diacono, ratione nobiliſſimæ Dominæ, an compellatur illam ducere.*
37 *Matrimonium metu contractum, an conſiſtat.*
38 *Metu geſtum an ratum habendum.*
39 *Conſenſus qualificata vbi requiritur ad actus ſub aliqua, non ſatisfit iuri, ſi non inueniatur actus qualificatus.*
40 *Qualitas informat & qualificat ſubiectum, cui inhæret.*
41 *Actus eligendi, voluntatem & libertatem deſiderat.*
42 *Matrimonium debet eſſe liberum.*
43 *Matrimonium metu contractum, an teneat vel reſcindatur, allione quod metus cauſa, & num. 50.51.52.*
44 *Matrimonium non contrahitur inter coniunctos.*
45 *Debet, verbis natura.*
48 *Metus impedit ſobolis procreationem.*
49 *Matrimonium quorſum ſit inſtitutum.*

CONSILIVM XX.

1 VTRVM Papa † poſſit diſpenſare cum aliquo Principe circa matrimonium iam cōſummatum diſſoluendum, & cum alia contrahendum, maximè, ſi ex ſua vxore nō poſſit liberos habere, qui poſſint ſuccedere regno & coronæ? Et videtur primò, quod non poſſit † diſpenſare de
2 iure Diuino. nam Chriſtus dicit: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Geneſ. ij. & Matthæi xix. & Lucæ xvj. & c. ſcribit nobis. xxvij. qu. ij. hoc. & c. quos Deus coniunxit. xxxiij. q. ij. & c. inter corporalia. de tranſla. epiſc. Item ait dominus, Quicunq; dimiſerit vxorem niſi ob cauſam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur, vt Matthæi v. & Lucæ xvj. & c. pen. de diuortiis. & xxxij. q. j. c. dicit Dominus. Item dicitur Geneſ. ij. Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. quæ verba habentur Matthæi xxv. & Marci x. & tex. in c. gaudemus. de diuor. & hoc in terminis expreſsè tenet glo. vlt. quam ibi communiter ſequuntur doct. in cap. ex publico. de conuerſi. coniug. Secus ſi non eſt conſummatum per copulam carnalem, ſecundum glo. Inno. & Hoſt. ibi, dicentes. Papam non poſſe diſpenſare circa matrimonium conſummatum, maximè inter fideles: inter verò infideles bene diſpenſat Papa, vt ca. quanto. & ibi Abb. Sicul. de diuor. & Cardi. Alex. & ratio quare Papa non poteſt diſpenſare, quia cōſummatio † quæ conſiſtit in facto, non poteſt haberi 3
pro non facta: xxxij. q. v. c. ſi Paulus. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & idem tenet gloſſ. in d. c. inter corporalia. ſuper verb. fortius. Et idem Hoſt. & Abb. Sic. in c. fi. de ſponſ. duo. vbi † Papa poteſt diſpen- 4
ſare cum illo, qui contraxit ſecundo matrimonium de præſenti, ſecuta copula, licet per verba de præſenti cum alia primo contraxerit, & matrimonium non eſt conſummatum. Et tenet Arch. in c. quapropter xxvij. q. ij. & idem Bald. & ibi Alex. de Imo. in addit. in l. ij. C. de epiſc. & cle. & Bal. in l. j. C. de ſpon. verſi. tertio oppo. & Io. de Imo. Bart. Soz. in l. ſi cui fuerit. ff. de condi. & demon. & idem tenet Bal. in l. ij. C. de ſect. n. nup. & notabiliter in l. j. C. ſi nup. ex reſcr. petan. & iſtud ſentit glo. & Bar. in l. j. in prin. ff. de dote præleg. vbi dicit quòd diuortium † non habet locum de iure canonico, vt not. 5
etiam gl. de iure ciuili in l. rem. m. ff. rerum amot. Item probatur per tex. celebrem. in c. ex parte. in ij. de conuer. coniug. vbi etiam vult circa matrimonium non conſummatum, quod niſi reperiretur interpretatio eccleſiæ, poſſet dici illud indiſſolubile. vnde dicit Abb. Sic. in d. c. ex publico, per illum tex. quod † niſi in caſu expreſſo, ſc. licet per ingreſ- 6
ſum religionis, nō poſſit Papa illud matrimonium diſſoluere, & tenet expreſsè Lapus in allega. lxxvj. Item non obſtat ſi opponatur per regem, quod vxorem † habet ſterilem, à qua petit ſeparari cauſa 7
procreandæ ſobolis, & ſucceſſoris habendi in regno, quia ſecundum Bald. in c. ator. de re iudi. non poteſt Papa ſuper hoc diſpenſare. & no. etiam Bar. de Bellenzi. in addi. Ab. ind. ca. ex publicæ. Pro hoc dicto Bal. gl. interlineariſ, iuncto text. in c. cum ſis. ſuper ver. ſterilis, de conuer. coniu. vbi dicitur † mulierem non poſſe intrare religionem, niſi cum 8
vxore, niſi vxor quę remanet in hoc ſeculo, ſit ſenex & ſterilis. Secus dicit gloſſ. quando eſt iuuenis, licet ſterilis, quoniam iuuenes mulieres, & ſteriles multæ ſunt, quæ continere non poſſunt, nec volunt, ideo Petr. de Per. quem refert Abb. in d. c. ex publico. dicit quòd quidā † Princeps petiit ab Inn. Papa, vt 9
diſſolueret matrimonium non conſummatum per eum contractum. Papa reſpondit ſe non poſſe diſpenſare: cui per principem fuit alleg. gl. d. c. ex publico & Papa maledixit illam gloſſam. ſed dicit Petrus ſe non recordari, an Papa diſpenſauerit, vel nō, quia matrimonium confirmatum vel non cōſummatum eſt de iure Diuino, ſecundum Hoſt. & Ab. Sic. in d. c. ex publico. ſed Papa † non eſt ſupra ius 10
Diuinum, per nota. in c. propoſuit. de conceſ. præben. & c. quanto. de tranſla. epiſc. & c. literas de reſtit. ſpo. & in l. j. ff. de conſtit. princip. & in l. fi. C. ſi contra ius vel vtilita. public. quia potius diceretur errare, quàm legem condere. xxv. quæſt. j. ſunt quidam. licet matrimonium approbatum ab eccleſia, ſit de iure poſitiuo: tenendo gl. in d. c. ex publico. Vnde Chriſtus, cuius Papa eſt vicarius in terris, non venit ſoluere legem, ſed adimplere, Matth. v. xj. q. j. magnum. & plenitudo poteſtatis. nam quæ in executione bonitatis, non autem prauitatis conſiſtit, aliàs mutato vocabulo, non plenitudo poteſtatis, ſed tempeſtatis diceretur. Præterea dicit † text. in dicto c. quanto de diuor. quod matrimo-
nium conſummatum ſemper durat, nec poteſt diſ- 11
ſolui aliquo caſu. & ibi Abb. dicit, quod per illum tex. poſſet argui quòd eccleſia non poteſt diſpenſare. Hoc patet per diffinitionem matrimonij, quia

† di-

12 † dicimus quòd eſt maris atque fœminæ coniunctio, individuam vitæ conſuetudinẽ retinens. xxvij. q.ij.§.j.ff.de ritu nup.& Inſt.de pat.poteſt.in prin. Et hoc tenent ibi Chriſtio.Pore.in g .individuam. & Ang.Are.ver.addas tamẽ. Et iſtam partem tẽnent Ioann. de Ana.in conſi.xcj. volens quòd mo-
13 nialis non poſſit † etiam cũ licentia Papæ contrahere matrimonium, per text.in ca.ad noſtram.dẽ
14 ſtatu.monach. Et dicetur meretrix,† & ſic quĩ eam acceperit debet decapitari de iure cruth,l.ſi quisnõ dicam rapere.C.de epiſc.& cle.quę eſt canonizatã. xxxvj. q.ij.ſi quis. licet de manuetudinẽ canonum leuius puniatur.c.ſi quis epiſcopus. xxvij.q j. cum aliis per Ludouic.Bologn.in d.conſilio Io.de Ana.in addi.allegatis,& idem tenet Ioan.And.in d.c.ex publico.in fin.tamen in regula actus legitimi.de reg. iur.lib.vj.in mercuria.relinquit ſub dubio. vbi ponit quæſtionem de quodã rege, qui vnicum filium
15 habebat † monachum,qui petebat à Papa, an cum illo,vt matrimonium cõtraneret, poſſet diſpẽſare, aut ſimpliciter,aut ad tempus: & arguit ad ambas partes,& deciſionem remittit ad Papam: de cuius poteſtate quæritur. Item Rex Franciæ modernus leuauit quendam filium de ſacro fonte quondam reginę,cum qua intendit contrahere matrimoniũ.
16 vnde † inter leuantem ſeu tenentem, & matrem bapt.zati contrahitur cognatio ſpiritualis,quæ cognatio ſpiritualis impedit matrimoniũ cõtrahi, & dirimit cõtractum:vt ca.Martinus. & c.veniens.de cog.ſpiritua.& cap.j.eodem titul.in vj. ¶ In contra-
17 rium videtur quod † Papa poſſit diſpẽſare,& quod Rex ipſe facile poſſit cum dicta Regina matrimonium contrahere. Nec obſtant ſuperius allegata. nam Papa habet plenitudinem poteſtatis. ij. q.v. decreto.Nam ſecundum Ariſtotelem ij.Metaphy-
18 ſicæ: vbi eſt † plenitudo poteſtatis,inde pendet & perfluit virtus ſequentium, & ideò plenitudinem poteſtatis relinquit Chriſtus vicario ſuo Petro, & ſucceſſoribus.cap.ita dominus.19.diſt. & c.omnes. & ibi Car.Alex.23.diſt. quia Papa gerit vicẽ in terris non puri hominis, ſed veri Dei: in c.inter corporalia.de tranſ.epiſc. & c.pro humani. de homic. li.vj.Item in iis quæ vult, eſt pro ratione voluntas, vt Inſtit.de iure natur.§.ſed quod Principi placuit,
19 iuxta illud:Sic Volo,ſic † iubeo,ſit pro ratione voluntas:vt l.cæterum.ff.de vſu.& habita.Nec eſt,qui ei dicat,cur ita facis.de pœn.diſt.iij.§.ex perſona.& de iniuſtitia poteſt facere iuſtitiam: vt c. debitus
20 honor.de appellat.& diſpenſat. †contra Apoſtolũ. xxxvij. diſt.lector. Et etiam contra canones Apoſtolorum.lxxxvij.diſt.presbyter. Item contra vetus teſtamentum in decimis non dandis:vt c.ex parte. cum ſequen.& c.a nobis. de deci. Et tenet Alex.in conſ.cvij.verſi.illud idem.volumine ij.Item,in voto vt per gi.& doct.in cap.non eſt de voto.& in aliis caſibus nota. & collectis per Hoſt. & Felin. in ca. quæ in eccleſiarum. de conſtit. faciunt ea quæ no.doct.in d.c.inter corporalia.& dict.c.propoſui. Petr.de Anchar.in repet.cap.canonum ſtatuta. de conſtitu. tractando eleganter de poteſtate Papæ
21 circa matrimonia, † diſtinguit: quia aut loquimur in matrimonio contrahendo & initiando, aut in matrimonio initiato per verba de præſenti non conſummato: aut in matrimonio conſummato. Et in primis duobus caſibus non eſt dubium quòd Papa poteſt,ſed nõ in vltimo: ſcilicet in matrimonio iam conſummato dicit Papam non poſſe diſpenſare. Item beatus Thom. prout refert dẽ Bellenzi.in addit.Abb.in dict.capitul. ex publico.dicit in iiij.ſenten.diſt.xxiiij.quæſt.ij.articul.iij. vltra pie-
dium, quod dimiſſio † vxoris, non eſt contra pri- 22
ma præcepta legis naturæ: ideo dicit quod primo modo ſub diſpenſatione cadere poſſe videtur. Et huius ſententiæ eſſe videntur Scotus in tertio diſt. xxxvij.& Alexander Alis in tertia parte, & Henric. in v.quolibeto.Et Franc.de Maronis in ij.ſent. prout refert Ange. de Claua.in ſumma.in litera,Papa.dicentes quod quando occurrit caſus particularis, in
quo deficeret ratio legis, † propter cauſas ſpecia- 23
les impedientes obſeruationem præceptorum legis ex applicatione ipſorum ad diuerſas materias, & tunc Papa poteſt diſpenſare. Et diuus Auguſt.in libro confeſſionum ponit exemplum, quod ſicut medicina eſt alias immutabilis: tamen medicus a-
liquando mutat languentibus.& tamen ratio præ- 24
cepti artis eſt immutabilis. vnde licet Papa † non poſſit diſpenſare vniuerſaliter in præceptis ſecundæ tabulæ, quia communiter & in pluribus ineſt eis ratio legis: tamen in caſu occurrenti particulari diſpenſat Papa,vt dictum eſt. Sed hic eſt caſus fin. vt Rex habeat liberos,qui in regno ſuccedat. Quia diuortium fuit primitus introductum † à quodam 25
Spurio Carbilio,quia fecit diuortium cauſa ſterilitatis.quod fuit poſt annos xx. & quingentos ab vrbe condita,vt refert Valerius Maxim. lib.j.de inſtit. anti. Et Aegid.de Roma.de Reg.Princip.& Baid.in l.diuortio, ff.de negot.geſt. Accedant notata in l.conſenſu.C.de repud. & ff. de diuor. per totum.aliter, vt dicit Richar.in iij.diſt.xxxviij.quod non videretur Deus fuiſſe bonus paterfam. niſi dimiſiſſet paſtorem ſuper gregem ſuum, qui poſſet conſulere omnibus occurrentibus,& neceſſario expediendis. Vnde refert Beat.Anton.Flor.in ſua ſumma.in iij. parte.titul.j.c.xj.§.quod Papa Martinus v. † habita 26
conſultatione cum multis doctiſſimis viris tam in Theologia, quam in iure cano. diſpenſauit cum quodam, qui acceperat germanam ſuam in vxorem, propter multa mala & ſcandala quæ euenirent,ſi eam dimiſiſſet, quæ euitari nõ poterant,niſi ſic diſpenſaretur. Et ipſum refert & ſequitur Ang. de Claua.vt ſuprà.& idem conſuluit Ro. eius conſil.cccvij.vbi etiam vult, † quòd Papa diſpenſando 27
in gradu prohibito, videtur abſoluere ab excõmunicatione, quam ſcienter contrahentes prohibitas nuptias incurrerent,per Clement.j.de conſanguinita.& affinita. vt ibi per eum.quod eſt ſingul. Et hanc partem tenet Petr.de Ancha. conſil. ccxxxix. incip.parum dubitationis,&c.& in conſi.ccclxxiij. inci.reuocatur in dubium, &c. vbi pro filio Regis Angliæ laboriosè conſuluit, quòd Papa ex cauſa
† poſſit diſpenſare, vt vxorem patris defuncti ne- 28
pos,id eſt,filius fratris acciperet in vxorem.& idem Hoſtien.in ſumma,qui cleric.vel voluentes.§.quis nocens.verſic. videtur igitur quòd ſummus pontifex,& capit. & Felyn.in dict. capitul. quæ in eccleſiarum. verſicul. Et hunc eſt,quod in matrimonio, &c. Imo vult fortius Petr. de Ancharan.in conſil. cccclx. incipien. viſo & diligenter inſpecto, quòd
† Papa diſpenſando poteſt approbare matrimo- 29
nium nullum ex defectu inducto à canone. quod proſequitur Felin. in dicto capitul.quę in eccleſiarum.Nam Papa ex maxima cauſa poteſt præcipere religioſo, vt matrimonium contrahat: licet hoc non poſſit præcipere eo ſtante monacho, c. cùm
ad monaſterium.in fin.de ſtatu mona.† tamen po- 30
teſt facere de monacho nõ monachum,ſecundùm Felin.in capitul.ſi quando.verſicul.intellige.de reſcrip.vt volut Innocent.in ca.presbyter.in fin.j.gl.

de sacra.non reiterand. quòd Papa potest facere, quòd quis non sit monachus,cùm ipse constituerit ordinem monachorum: & in monachatu non imprimit characterem de quo latius disputat Ioann. Andr.in regula,quod semel. in mercu. & Felyn.in dicto capitul.si quando. dicens quod sic debet intelligi opinio beati Thomę,secunda secundę quęstionis lxxxviij.articul.vltimo.volentis Papam non 31 posse dispensare cum religioso professio † super voto continentiæ:per dict. capitul. cum ad monasterium.licet secundum eum,beatus Thomas contrarium dixerit in iij. sententia, distinct. xxxvij. quæstio.j.articul.ij.circa med.um.& hanc communiorem secundum Felyn. licet aliqui sequantur aliam opinionem beati Thomæ positam secunda secundæ,proxime relatam. Cum præcedenti communi opinio. transit Ioann.Andr.in dicta Regula, quod semel.& Petr.de Anchar.in consilio cccxxxix.incipien.pro maiori intelligentia,& c.referens †quod 32 quidam Remigius monachus, & sacerdos de sanguine Regio Aragonum,cum dispensatione Apostolica duxit vxorem, cum defecissent alij masculi, ex qua suscepit Petronillam, quæ successit in regno, nupta Raymund. Comiti, & Marchioni,ex quibus ortæ sunt octo generationes illius domus Aragonię. Et idem tenet Ioann. de Imol.in dicto capitul.cum ad monasterium. & Bald. in l. rescripta,verticul.item dispensat.Codic.de preci.imper. offe. & in l. si tibi filius. in fin.& in l.si paterfamilias.§.fin.ff.de adopt. & Iaf.in repet. l.si arrogator. eodem titul.& Ioann. de Imol. in l. in substitutione.post med.ff.de vulga. & pupil. & Abb. Sicul.in dict.capitul.cum ad monasterium. vbi dicit ita tenere omnes Canonistas ibi.Et idem Pet. de Monte in sua monarchia. verticul. quarta conclusion.& plures alij,quos refert Felin.in dict.capitu.si quando. 33 Et potissima ratio est secundum eum, †quia licet propter repugnantiam non possit facere, quod professius stante professione non contineat, tamen potest voto castitatis dispensatiuè sublato licentiare eum, vt contrahat matrimonium ex causa. Ex quo secundum eum sequitur fortius, quod sicut ex voluntate Papæ & ecclesiæ clerici in sacris † obligantur ad castitatem: ita ex sola voluntate potest 34 Papa statuere,quod licite contrahant:& sentit Abba.Sicul.in capitul.cum olim.de cleri.coniuga. Ergo si ex sola voluntate potest cum omnibus ita statuere,fortius cum vno etiam sine causa dispensare, & successiue cùm pluribus singularibus,nisi secundùm eum,dicamus quòd cum coniugij prohibitio fuerit ex magna causa facta,vt notat Ioann.And.in capitulo primo de voto. Etiam relaxatio debeat esse cum causa.allegat.Nicol.Milis in suo repertorio,in verbo,dispensatio ad fin. & Bald. in capitul. j.in fin.de vassa.qui bellica arma deposuit, qui dicit,quod professio non est sacramentum ecclesiæ: vnde posset per Papam tolli. Et † quòd de clerico 35 possit fieri non clericus, patet in c. degradatio.de pœnis. in vj. Sed quod requiratur vrgens causa, communiter tenetur secundùm Felin.dicit ita seruari in curia Romana, attento quòd Calistus Papa tertius: recusauit dispensare super coniugio diacon. qui solùm allegabat se legi carnis non posse resistere,quamuis pro eo intercederet Æneas tunc Cardinalis Senen.qui postea successit Calisto, dictus,Pius secundus,vt in suis Epistolis,in Cardinalatu compositis, scribit expectandum esse ab amico alterius Apostolatum,qui minor sit. Tamen Ludouic.de Roma.in singulari cccccxcviij.incipien. an subdiaconus, &c. tenet quòd possit, volens, quod si Papa dispensauerit contemplatione vnius † nobilissimæ dominæ cum diacono, quòd ipse 36 compellatur eandem ducere, per text. in l. matrimonij.ff.de ritu nuptiarum.Præterea primum matrimonium contractum cum domina Ioanna filia Franciæ fuerat,& est nullum: †quia metu def.ncti 37 bonæ memoriæ Ludouici vndecimi, qui iussus erat minas executioni demandare: ideo,&c. l.si per imprecationem. Codic. quod metus causa. & tenet Angelus consilio cccxv.& in consi. ccclxxviij.quod est singul.de Principibus,& potentioribus,qui inducunt verum metum.&idem Abbas Sicu.in consil.ij.volumin.ij. vbi dicit, quòd sola potentia inducit metum.& Cardin.de Zabarel. in consil. nono.Et ideo spiritus Sanctus posuit in ore prætoris, †Quod metu gestum est,ratum nō habebo: vt per 38 totum.ff.& Codic. quod metus causa. vt dicit magister Raymundus de Petra forti, quem refert & sequitur Bald. in Rubrica de controuers. inuestit. Et quod matrimonium sit ipso iure nullum, inconuincibili ratione probatur. Vbicunq; ad † sub- 39 stantiam actus requiritur dispositio qualificata, non est satisfactum iuri, si interueniat actus non qualificatus.Ita est gloss. quæ reputatur singularis in c.significasti.xxxiij. quæstione v. Qualitas enim †informat,& qualificat subiectum,cui inhæret, vt 40 voluit gloss.reputata singularis,in c. p.Ianuum.de electio.lib.vj.Sed in contractu matrimonij requiritur voluntas libera, & sic requiritur voluntas, & libertas.Si ergo adest voluntas,& non est libertas, sequitur,quod non est satisfactum iuris dispositioni.Assumptum probatur in simili in c.vbi periculum.§.cæterum.de elect.lib.vj.vbi requiritur † vo- 41 luntas, & libertas in actu eligendi. Si ergo adsit voluntas, & non libertas, non potest dici electio: quia non verificatur in voluntate, & libertate, l.si haredi plures.ff.de condi.institu.Probatur in simili in authentic.sacramenta puberum. Codic. si aduersus vendit. Et vnde sumitur,probatur in propriis terminis in c.cum locum de sponsalibus. Vbi dicitur, quod † non sufficit purus consensus ad 42 matrimonium contrahendum, sed debet esse cum plena libertate & securitate. Et gloss.communiter tenent hanc partem, quòd matrimonium sit ipso iure nullum,dummodo interueniat metus, qui cadatum constantem virum. licet dominus Cardinal. de Zabarel. in capitul. Abbas quòd metus causa. teneat quod de mero iure tenet matrimonium †metu contractum, sed rescindatur actione, quòd 43 metus causa mouetur per regulam generalem, quod quæ metu fiunt, valent ipso iure,sed rescinduntur actione quod metus causa. Tamen communis opinio est,quòd ipso iure sit nullum, & tenet Calderic.in consil.cviij. verticul. quarto, & c. tam in matrimonio carnali, quam spirituali. probatur hoc in capitul. significauit. de eo, qui duxit in matrimon. vbi tenuit secundum matrimonium non obstante primo per metum contracto, nulla etiam petita rescissione prioris matrimonij. Hoc decidit text.in capitul. veniens. in ij. de sponsa.vbi probatur matrimonium esse ipso iure nullum. ibi enim nulla fuit petita rescissio per actionem,quod metus causa,sed simpliciter. Papa respondet quid iuris. Et istam partem tenent doctor.in capitul. veniens in j.de sponsa.quòd matrimonium sit ipso iure nullum, ita quòd non opus est petere rescissionem.

Digitized by Google

sionem,actione,quod metus causa.Et idem in d.c. Abb.& in c.inter cætera.xxij. q.iiij. & gloss. in l.si mulier.§.si dos.ff.quod metus causa. Et in l.si patre cogente. ff.de ritu nup. Vbi est textus formalis,
44 quod †matrimonium inter inuitos non contrahitur.Et in dict.cap.cum locum.qui dicit, quòd matrimonium debet plena libertate gaudere. Nam
45 verbum,Debet,† de sui natura importat necessitatem,vt gloss.in l.sæpe audiui. ff.de officio præsidis. & gloss.in clementina, attendentes. de statu regu. & Bald.in l.si creditores.Cod.de pign. Et facit ratio vna vna.nam in matrimonio requiruntur tria:
46 †bona scilicet fides,proles,& sacramentum. capit. final. de conditione appos it. & c. omne bonum. xxvij.quæstione secunda. quæ omnia metus intercedens habet excludere:matrimonium † est sacra-
47 mentum quod significat vnionem inter Christum & Ecclesiam:vt c.vt debitum. de biga. Vnde sicut Christus voluntariè assumpsit carnem humanam, ita &matrimonium illam vnionem designans,debet esse voluntarium,vt signum correspondeat signato:institut.de donat. §.aliud. Secundò metus
48 impedit † procreationem sobolis, quæ est secundum bonum matrimonij, quando coniuges propter displicentiam non intendunt procreationi prolis. Tertiò est contra bonum fidei. Nam fides est vnum ex bonis matrimonij: vt nullum committatur adulterium, sed propter metum seu inuitas nuptias,de facili coniuges labuntur in adulterium: quia quod quis non diligit,facilè contemnit, in c.
49 præsens clericus.xx.quæstio.iij.Tum quia est †contra secundam institutionem matrimonij.fuit enim institutum,vt euitetur fornicatio:iuxta illud Pauli, j.adCorinthios vij.quòd qui non potest abstinere, nubat in domino, sed si inuitæ nuptiæ valerent, non sequeretur ille effectus, imò contrarius. Idcò
50 † iura introduxerunt, vt matrimonium metu contractum esset ipso iure nullum.Nec est admiratione dignum, cum ipsa dos metu constituta, sit ipso iure nulla:vt probatur in d.§.si dos. licet Bartol.ibi reddat rationem minus sufficientem,intelligendo,quod si interueniret stipulatio, valeret dos metu constituta. Sed hoc est hodie inutile,cum ius fingat semper stipulationem interuenire,l.vnicam.in princip.Codic.de rei vxoriæ acti. Tum dict.§.dos. loquitur indistinctè,& tenet Calderic. in consilio cix.Et sic stat firma conclusio & indubitata, quòd matrimonium metu contractum,sit ipso iure nullum:vt plene per Abb.Sicul.& Cardin.Alexand.in dict.capitul. cum locum. & tenet Bald. in dict.l.si patre cogente.& Alexand.de Imo.in consilio xcix. & in consil.vltim.lib.iij. vbi in consil.vltim. ponit de matrimonio metu contracto per quendam in-
a uenem* nocte in domo cuiusdam mulieris in lecto cum ea inuentum, quòd non valeat, & de eodem etiam consuluit Alexand. de Neuo, in consil. xlvij.posito inter consi.Alex.de Imo.vol. iiij. & ibi consi.sequenti xlviij.reperitur.idem consi.suprà allega.Et in terminis consil. prædictorum consuluit Alexan.d. inter alias tamen personas, in consil.clvj. volum.v.& Cardina.de Zabarel.in capitul.final.& Cardin.Alexand.in iiij.notabi.& Abb.Sicu.in primo notab. de condit. adposit. & tenet Alexand.in consil.cxlvj.in fin.verticul.accedit ad confirmationem,volumine quinto. Et maximè, si contrahens
51 † per metum protestatus fuerit: vt voluit Bald.in tractatu schismatũ posito in titulo, si quis aliquem testari prohibuerit.Cod.versicu. sed contrarium.& Angel.in consil.cccl.xxvij.dicens, quòd si quis propter timorem ausus non fuerit protestari, non valet quod met. causa gestum est. & hanc summam amplè sequitur Felin. in capitulo causam. post Innoc.& alios.de offic. delegati. Et non solùm † ti- 52
mor, & metus mortis cruciatus corporis inducit nullitatem ipso iure,vt volunt iura & doctores supra in locis allega. & omnes in l. interposita.C.de transactio.& Cardinalis Alexand. in capitulo, quid autem.quadragesima quinta distinctio. Sed etiam timor suorum, vt notat Cardinalis Alexandri. in capitulo communis filius. vigesimatertia distinctio.vbi dicit,referendo Bellameram ibi,quòd excusati fuerunt Cardinales qui mortuo Gregorio vndecimo, propter timorem familiarum suorum Romanorum,ne illi iniuria afficerentur, noluerũt intrare castrum Sancti Angeli pro eligendo Italico,cum electus fuit Vrbanus sextus. Et hanc conclusionem tenet dom.Oldradus de Laude in consilio trigesimoquinto.Et ita mihi videtur.

ADDITIO.

a Per quendam iuuenem. Adde Thom. Ferra. in sua cautela.vij.

SVMMÆ.

1 *Suspensus ab ordine sacerdotali, an sit suspensus à beneficio & horis dicendis.*
2 *Locum habere in choro,& vocem in electione,non dependet ab ordine, sed à dignitate, beneficij tntuit.*
3 *Clericus notorie concubinarius an nõ sit suspensus quo ad se,directa suspensione, sed quo ad subiectos tantum.& nu.seq.*
5 *Suspensus ab officio,potest eligere.*
6 *Excommunicatus dicitur suspensus, & priuatur eligendi potestate.*
7 *Vocem dare in electione, an dependeat ab officio ordinis.& nu.9.*
8 *Suspensio ab officio, priuat exercitio diuinorum, officiorum.*
10 *Vocem capituli non perdit, officij subdiaconalis executione priuatus.*
11 *Suspenso ab officio & beneficio per contumaciam, an non prouidendum de necessariis, quò citius ab illa contumacia deflectat.*
12 *Suspensus ab officio siue ordine ecclesiastico,suspẽsus est à potestate eligendi.*
13 *Vocem dare in Capitulo, dependet ab ordine. limi.nu.16.*
14 *Suspensio ab ordine,afficit personam clerici.*
15 *Officium & ordo clerici,nec re nec loco circumscribuntur,vel coarctantur.*
17 *Suspensionis species.*
18 *Beneficium confertur propter officium.*
19 *Suspensus ab officio,quando etiam sit suspensus à beneficio.*
20 *Suspensus quando quis est ab officio & beneficio, ad quem deuoluantur interim beneficij prouentus.Et à quo ille repet.nu.seq.remiss.*

CONSILIVM XXI.

ENIENDO ad quæstionem, qua quæritur, an suspensus †ab ordine, siue of- 1
ficio sacerdotali,sit suspensus à beneficio,& horis dicendis? Et glo.in c.presbyterum. vigesimaoctaua distin. mouet hanc quæstionem,vbi dicit, quòd suspẽsus ab officio, non est suspensus cantandi psalmos, & antiphonas cum aliis, sed non cantabit missam,

nec dabit benedictionem: per illum textum.& ibi hoc tenet Archidiacon. Et quòd etiam habet ſtallum in choro, & vocem in capitulo. Quia habere
2 locum †in choro, vel vocem in electione,non dependet ab ordine,ſed à dignitate intuitu beneficij: licet glo.in capitul.cùm dilectus.de conſuetudine. dicat contrarium, quod eligere, competit ratione officij,& non beneficij. Ioannes Andræas ibi allegat gloſſam in dicto capitul. presbyterum. pro contraria nec aliter ſaluat.do.Anto. ibi dicit,quod gloſſ.in dict.capitul.presbyterum.poteſt ſaluari ſe-
3 cúdum opinionem, quæ habet quòd clèricus †notorie concubinarius,non eſt ſuſpenſus quo ad ſe directa ſuſpenſione, ſed quo ad ſubiectos tantùm. Vnde ſecundùm iſtam opinionem taliter ſuſpenſus non eſt priuatus poteſtate eligendi.& iſto modo poteſt ſaluari glo.in dict.capitul.presbyterum. Sed profectò iſta ſaluatio non eſt bona, ſecundùm Cardin.Alexand.ibi. quia gloſſ.ibi videtur tenuiſſe
4 opin.quod talis ſit †ſuſpenſus directa ſuſpenſione, etiam quo ad ſe, vt tenet gloſſ. in c.nullus.xxxj.diſtinct.Archidiacon.in c.quia ſæpe. de elect.in ſexto. tenet idem, quod gloſſ. in dict. capitul. presbyte-
5 rum. quod † ſuſpenſus ab officio, poteſt eligere. Et ad iura, quæ videntur dicere contrarium. ipſe reſpondet, quod loquuntur de excommunicatis, vel interdictis à iure vel ab homine. Secus autem de ſuſpenſis ab officio: quaſi velit intelligere illa
6 iura de excommunicatis: quia † excommunicatus dicitur ſuſpenſus,& priuatus poteſtate eligendi ex ſuſpenſione,quia procedit ab excommunicatione, ſecundum Archidiac.ibi. Et quod dicit gloſſ.in d. capitul. cum dilectus. quòd dare † vocem,dependet ab officio ordinis, cum reuerentia non videtur bene dictum: quia ſi illud eſſet verum, quod dependeret ab officio ordinis, ſequeretur quod ille, qui non haberet ordinem, non eſſet capax huius poteſtatis eligendi. quod eſt falſum: quia religioſi licet non habeãt ordinem, ſunt capaces huius poteſtatis & iuris,ſalteꝝ ex conſuetudine, vt not. Inno.in cap.ij.de inſtit.& gloſſ.in c. ex eo.de elect.in ſexto. & in c.indemnitatibus. eodem tit. Et ſic apparet, quòd non eſt ex poteſtate ordinis, dare vocem in electione,ſequitur quod poterit eligere, licet ſit ſuſpenſus ab officio,ex quo retinet beneficium,vt volunt gloſſ.in dict.capitul. presbyterum.
8 Item, ſuſpenſio ab officio, priuat ſuſpenſum † ab exercitio diuinorum officiorum: vt dicit text. in capitul.j.de ſenten.excommun.lib.vj.Dare vocem in electione,non eſt exercere aliquod officiorum diuinorum: cum non ſit actus attributus alicui ordini eccleſiaſtico:vt patet xxv.diſtin.c.perlectus.Ergo poterit eligere.Ioan. Cal.videtur ſaluare glo.in dicto capitul. presbyterum. vt procedat in ſuſpenſo ſimpliciter. Sed ita ſaluatio licet bene congruat illi c.presbyterum. tamen non tollit gloſſ.contrariam, quæ vult: quòd eligere dependeat ab officio ordinis, ergo ſi ſit ſuſpenſus ab officio tacitum non poteſt eligere. Sed Gemi.dicit eſſe tenẽdum quod poteſtas dandi vocem,non dependet ab ordine: & ab officio ſuſpenſus, non eſt ſuſpenſus à poteſtate dandi vocem in electione. Nec obſtat clemen. vt hi.de ætate & qualita. Nam licet illa Clementina
9 bene velit, quod requiratur † illa qualitas ordinis ad hoc,vt quis habeat vocem, vt ille facilius inducatur ad ordinandum, non ſequitur tamen quod poteſtas dandi vocem ab ordine dependeat. Et ex
10 iſto infertur, quòd licet † quis ſit priuatus executione officij ſubdiaconalis,vt non poſſit in illo adminiſtrare:tamen non priuatur voce capituli,quãdo ſuſpenſio non aufert ſibi beneficium.Et ad hoc volunt allegare glo.in dict.capitulo presbyterum. imo ſi quis eſſet ſuſpenſus † a beneficio,& officio 11
per contumaciam, nõ eſt rei prouidendum de neceſſariis,ad hoc vt eius à contumacia ceſſetvt notat gloſſ.in capitulo,quia ſæpe. & ibi docto.de electio.libro ſexto.& in clemen.vt hi. in verbo,dimidia.de ætate & qualitate. Abb. Sicul.in ca.paſtoralis.§.final.de appellationibus. & ibi Cardin. Alex. qui allegat gloſſ.in §.ſtudeat.l.diſtinct.Sed dictum Gemin. communiter reprobatur per Cardinal. ibi: licet Imol.non frangat pedes: communis opinio & ipſa mera veritas eſt, contra Gemin. in hac ſua concluſione, quod imo † ſuſpenſus ab officio, 12
ſiue ordine eccleſiaſtico, eſt ſuſpenſus à poteſtate eligendi. Et iura ſunt aperta, vt in dicto capitulo cùm dilectus.& ca.cum inter.ij.de elect.& capitul. quia diuerſitatem.de conceſſione prębend.& in capitul.final.de cleric.excommuni.miniſtrant. vt tenet gloſſ.& ibi Ioann. Andr. in dicto capitul. cùm dilectus.& maximè Abba. Sicul. Nam † poteſtas 13
dandi vocem in capitulo, dependet ab ordine, vt dicta clemen. vt hi. ſed adepto titulo ordinis,qualiſcunque ſit impreſſus character ſpiritualis perſonæ clerici, de quo not. Cardinal.Alexand. in cap. presbyteri.diſtinct. lxvij. beneficium poſtea adeptum per ipſum clericum, videtur propter ipſum officium & ordinem:vt d.clemen. vt hi. & c.final. de reſcript.libro ſexto. Et ideò licet eligere ſit fructus beneficij, vt vult gloſſ.in c.ij. de reſtitu.in integrum. tamen videtur beneficium & fructus eius habere dependentiam ab ordine:cuius reſpectu eſt aſſignatum.Ideo dicit Imo.in d.clemen.vt hi,quòd
† ſicut ordo afficit perſonam clerici, ita ſuſpenſio 14
ab ordine afficit perſonam eiuſdem clerici, & ſic reddit inhabilem ad omnia, quæ ſunt acceſſoria ordini,& ſic ad beneficium,& prouenientia ex beneficio,vel etiam vt dicit Zabarel.ibi, officium & ordo † clerici, reſpiciunt claues, id eſt poteſtatem 15
ipſius clerici,nec loco,nec re circumſcribuntur vel coarctantur: argumen. cap.j. de treu.& pace.ideò afficiunt perſonam,& perſona attenditur,& ſic per ſuſpenſionem ab ordine vel officio clericali, adlecta erit perſona clerici circa actum electionis,& alium quemcunque actum dependentem principaliter, vel ſecundario,ab ipſo ordine.Et ſic ſuſpẽſio ab officio trahitur ad beneficium,& hoc voluerunt Cardinal.& Imo. in dicta clemen. vt hi. Sed † Cardina. Alexan.in dicto capitulo presbyterum, 16
pro ſolutione contrariorum diſtinguit, aut loquimur in collegiis, vel perſonis, quæ nullum ordinem habent eccleſiaſticum,puta monialibus, conuerſis.& ſimilibus. Et tunc poteſtas eligendi non dependet ab ordine, cùm tales ordinem non habeant,& in eis non procedit quæſtio, an ſuſpenſus ordine poſſit eligere. Aut loquimur in collegiis eccleſiarum,vel perſonis habentibus ordinem: Et tunc aut ſuſpenſio eſt perpetua, & tunc ſuſpenſus ab officio,eſt ſuſpẽſus à beneficio. Nam † talis ſuſ- 17
penſio habet vim priuationis. Et idem eſt quod depoſitio: vt not. Archid. in capit.ij.lxxxiij.diſtin. Cum ergo beneficium † detur propter officium 18
quod ſanctum eſt in eccleſia,vt ca.fin.de reſcrip. libro ſexto. Et ipſe perpetuo ſit remotus ab officio, patet per conſequens quòd ſit ſuſpenſus à beneficio.& ita intelligitur glo.in clemen. cupientes.de pœnis. Si autem ſuſpenſio fiat ad tempus, & tunc aut loquimur de beneficio,quod eſt datũ intereſſentibus

horis

horis canonicis,ſicut quotidianę diſtributiones,& tunc planum eſt,quòd ſuſpenſus ab officio † etiam 19
eſt ſuſpenſus à tali beneficio: quia non dantur niſi intereſſentibus horis diuinis, vt ca.j.de cleric. non reſiden.libr. ſexto. Aut loquimur de tali beneficio, vt præbenda,& ſimili, & tunc ſi aliquid non exprimatur in ſententia hominis,vel iuris, tunc ſuſpenſus ab officio, non eſt ſuſpenſus à beneficio. Ad quod facit capit.ſi.ſi de tempor.ordina.Si vero ſuſpenſio facta eſt ſimpliciter, tunc dicit Abb.Sicu.in ca.à crapula.de vita & honeſtate clericorum,quòd ex vi vocabuli ſuſpenſus ab officio, non eſt ſuſpenſus à beneficio,nec à poteſtate eligendi. Gloſſ. eſt communiter approbata in c.cùm Vintonien.de elect. Sed † quando quis eſt ſuſpenſus ab officio & 20
beneficio,cui debent interim applicari fructus beneficij? Gloſſa in clement. ij. de vita & honeſtate clerico.ſuper verbo,ſuſpenſus. dicit quòd ſi ſint diſtributiones quotidianæ, accreſcunt aliis: ſi autem ſint fructus beneficij,accipit capitulum eccleſiæ,& in eius vtilitatem debent conuerti. & ita ſequitur Cardin. Alexan.in c.præter hæc.xxxij.diſtin.Sed † à 21
quo repetet,ponit Old.conſ.lv.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Et ſi le cas eſtoit, que leſdits arbitres dans ladite feſte de Paſques n'ayent decide dudit arbitrage, ou entre nous ne ſoyons appointez, le Anthoine Aymat deſſus nomme, promets audit Galinot, & ſi m'en oblige luy rendre ledit Albier priſonnier dans les priſons dudit Tulle, entre les mains du Baillif du Roy, en l'eſtat qu'il eſt a preſent, s'il n'eſt mort dans la quinzaine de ladite feſte de Paſques,ſi par ledit Galinot en ſuis requis. Et là au cas que ie ne rendrois, voudrois ou pourrois rendre ledit Albier priſonnier en la maniere que dit eſt,dés à preſent,ie à mõ propre priué nom promets payer audit Galinot la ſomme de cent eſcus d'or, pour ſes intereſts & dommages, apres ladite feſte de Paſques,à ſa ſeule & ſimple requeſte. Et à ce nous obligeons nous & nos biens,&c.

SVMMÆ.

1 *Promittens quem repræſentare ad certum tempus & præfinitum, ſi impeditus non præſtet, an admittatur ad mora purgationem.*

2 *Dies interpellat pro homine: & quomodo ſit accipiendum.& nu.7.*

3 *Interpellatio ſecunda, moræ purgationem impedit.*

4 *Moræ purgatio nunquam admittitur, vbi præfixa eſt dies certa,& pœna certa ad aliquid faciẽdum. Et quid ſi dies ſit variabilis ad nutum creditoris.nu.ſeq.*

6 *In mora non conſtituitur is, qui repræſentare aliũ tenetur intra certum tempus, & illo lapſo non fuit per iudicem de repræſentando interpellatus.*

8 *Fideiuſſor, qui promiſit alium repræſentare, non tenetur,niſi fuerit interpellatus.*

9 *Tempus vbi eſt præfinitum,ante illud agi non poteſt.*

10 *Tempus adiectum cauſa finiendæ obligationis, non interpellat, nec conſtituit in mora.*

CONSILIVM XXII.

VIsa clauſula promiſſionis, videtur dicẽdum, quod Aimar tenetur ad ſummam promiſſam, ex quo † ipſum Albier non præſentauit 1
[a] infra quindecimam Paſchę,prout promiſerat, licet potuiſſet poſt dictum feſtum Paſchæ aut eius quindecimam repræ- 2

ſentando infra ſimile tempus purgare moram, & ſic ſe à tali pœna liberare, vt l.ſancimus.C.de fideiuſſo.vbi videtur iuncta ſua gloſſ. Sed ipſe promiſſor ſummatus extitit per dictum Galinot, vt præſentaret, licet † per appoſitionem diei & hominis 2
fuiſſet ſatis interpellatus, l.traiectitiæ, in prin.ff.de act.& obl.& l.magnam.C.de contrahenda & commit.ſtipulat.Sed dictus Galinot labi permiſit ſimile tempus, computando à tempore obligationis ad feſtum Paſchæ, vſque quo præſentare debebat, & à ſummatione & requiſitione per ipſum Galinot facta, vſque ad initium proceſſus coram officiali Claromontem. pro dicta ſumma centum aureorum inchoati: infra quod adhuc non purgauit moram: & ſic incidit in pœnam, vt d.l.ſancimus. ſaltem vſque ad litis conteſta. debebat purgare: vt l.ſi inſulam.& ibi Bart.Bald.Ang.Alex.& Iac.ff.de verbor. obligationibus & iſta † eſt alia iudicialis, 3
& ſecunda interpellatio,& ſic geminata mora,quę impediret nunc purgationem moræ: vt volunt omnes in d.l.ſi inſulam. Quia † vbi eſt dies certa,& 4
pœna certa ad aliquid faciendum, nunquàm admittitur purgatio moræ: vt concludunt Bartol.& omnes doctor.in dict.l.ſi inſulam.ergo tenetur ad pœnam. Et idem etiam, vbi dies eſt prorogabilis ad nutum & voluntatem creditoris: vt quia promiſit dare,vel ſoluere ad feſtum Paſchę,ſub pœna, & abinde in antea ad omnem petitionem creditoris: quia ſicut dies certa, & nullo modo variabilis † ex forma ſtipulationis interpellat pro homine, 5
& impedit purgationem moræ,quando eſt pœna, vt dictum eſt,ita etiam inde à principio certa, ſed variabilis in tempus prol.xius ad nutum creditoris,vt eſt text.ſingul.iuncta ſua gl.j.& ij.& ibi Bart. & omnes, inſuper Iaſon in l. cùm ſtipulatus ſum mihi à Proculo.ff.de verbor. obliga. & idem in dicta l.ſi inſulam.verſiculo,Item circa prædicta.& in l.ſi ex legati cauſa.verſic. Secundo notabiliter ampliã.eodem titul. Quod ad deciſionem plurium ſimilium quæſtionum adduxit Iaſon in d.l.cùm ſtipulatus ſum mihi à Proculo.In contrarium videtur dictum Aimar non fuiſſe in mora præſentandi per lapſum dicti temporis,ex quo non fuit ſibi præceptum,& iuſſum per iudicem, vel partem, quòd illum Albier repræſentaret, prout conuentum & accordatum fuerat inter ipſos Aimar & Calinot. Nam ſecundum iuris diſpoſitionem,vbi † quis tenetur alium repræſentare infra certum tempus, & 6
illo lapſo non fuit per iudicem de repræſentando interpellatus,non conſtituitur in mora.Ita elegan-ter decidit Paul.de Caſtro in conſilio cj. incipien. videtur quòd dictus Ioannes Paulus,&c.poſt princip. volumin.nouorum. quem Iaſon in d. l. ſi ex legati cauſa.verſic.vltimò limita.refert & ſequitur & dicit eſſe nouam limitationem Pauli ad iura dicentia † diem interpellare prò homine, quia non interpellat, nec conſtituit in mora circa præpara- 7
toria iudicij:vt d.l.ſancimus. & ibi omnes, niſi iudex vel pars interpellet, ſecundum ipſos, & idem tenet Felin.in c.ſi autem.verſicul. & caue,quia per hoc, de reſcript. vbi plures adducit text. ad hoc ſingulares.& idem conſuluit Signorol. de Homodeis conſil.cxviij. Sed dicta noua limitatio non fuit Paul.de Caſtro, ſed Ioann. Fabri. in dicta l.ſancimus. vbi tenet, quòd nunquam † fideiuſſor qui promiſit alium repræſentare, tenetur, niſi fuerit 8
interpellatus. Ergo ſi interpellari, & ſummari debuit,vbi nihil dictum fuit,nec conuentum,vt ſupra dictum eſt:à fortiori, vbi dictum & cõuentum

est, quòd interpellari debeat: quæ interpellatio fieri debuit tempore & loco congruis, & conuentis. l. mora. & ibi glo. magna. ff. de vsuris. Et sic non fuit in mora non requisitus, prout conuentum erat, ibi: *si par ledit Galinot ie suis requis.* Et dictum tempus infra quindecimam Paschæ, si requisitus fuerim, &c. fuerit appositum, gratia finiendæ obligationis, prout apertè apparet ex dictis verbis, & etiam ex verbis: *Et là au cas, que ie ne voudrois rendre ledit prisonnier en la maniere que dit, &c.* Et ibi: *Promets payer audit Galinot la somme de cent escus d'or apres ladite feste de Pasques, &c.* qui est sensus, quòd dictus Aimar promisit præsentare infra quintamdecimam, diem Paschæ, & ab ista die quandocunque voluerit dictus Galinot: sed vltra dictam diem quintamdecimam, non tenetur. & sic consummatus infra dictum tempus, prout conuentum est, liberatus est saltem ope exceptionis: vt pulchrè quasi in terminis huius quæst. tenet Paulus de Castro in dicto consilio cj. in secunda quæst. vnde non posset dici secundum eum, quòd tempus fue-
9 rit appositum † gratia differendæ præsentationis, aut solutionis: quia tunc ante lapsum ipsius non posset compelli ad præsentandum, cùm ante lapsum talis temporis malè agatur, l. j. in fine. quando dies vsufruct. lega. ced. Sed hic poterat statim, quandoque placuisset dicto Galinot infra dictam quindecimam compelli ad præsentandum. necesse ergo est dicere, secundum ipsum Paulũ de Castr. quòd fuerit appositum gratia finiendæ obligationis: quia voluit teneri ad præsentandum vsque ad dictam quindecimam Paschæ, & non vltrà: & infra illud tempus voluit teneri quandocunque eidem Galinot placebit requirere ipsum Aimar promis-
10 sorem. Quod quidem tempus causa † finiendæ obligationis adiectum, non interpellat nec constituit in mora, vt est text. valde not. in l. empto. §. casibus. ff. de actio. empt. tenet Bart. & sequaces in d. l. si insulam. & Iason in dict. l. si ex legati causa. versi. Secundò limita. Per quæ patet responsio ad omnia suprà in contrarium allegata: qui non fuit requisitus infra dictum tempus, prout conuentum fuerat: etiam si conuentum non fuisset, vt dictum est. Et ita mihi videtur, salua pace alterius melius me sentientis.

SVMMÆ.

1 *Venditio si facta est in diem, & melior conditio fuerit allata, fructus perceptos restituere tenetur emptor venditori, & etiam pendentes. lumi. nu. seq.*

3 *Usufructuaria mortua ante tempus, pensiones inferri debebant, haeredes usufructuariæ integram pensionem percipient.*

4 *Venditor si recemerit censum vel reditum per duos aut tres menses ante terminum, tenetur soluere totum censum illius termini, nisi consuetudo sit in contrarium, quod nihil soluatur.*

5 *Pensio quando diuidatur pro rata temporis. & num. 6.*

7 *Clericus etsi fructus beneficiorum faciat suos, si decedat in medio anni: tamen percipere debent haeredes sui pro rata anni pensionem, quæ soluebatur singulis pro possessionibus locatis.*

8 *Beneficiati fructus suos non faciunt, nisi quò ad vitam.*

9 *Emptor de pretio retardato rei sibi traditæ, tenetur ad vsuras dicti pretij, loco interesse.*

10 *Fisci fauore, emptor tenetur stare colono.*

11 *Si quis emerit fructus certorum molendinorum, & eis non possit vti, nisi quindecim diebus oppressus aliquorum potentum vi & iniuria, an teneatur nihilominus ad mercedem totius anni.*

12 *Pro pretio soluto licet non possit agi ex vendito ad rem, tamẽ si emptor soluerit aliam partem, num possit petere fructus pro rata eius pretij, quod iam soluerat.*

13 *Filiusfamiliàs in potestate constitutus, si sub conditione stipulatus fuerit, & postea mancipatus, deinde conditio extiterit, patri non filio, actio competit. Et quid ita.*

14 *Statuo stante, quòd bona banniti desfruantur, si colonus coluit & seminauit prædium, & fructus sunt pendentes tempore banni, desfruentur, non obstante iure coloni.*

15 *Emptor lucratur fructus & pensionem medij temporis ante euentum contractus.*

16 *Maritus si erat obligatus restituere fundum vxori, soluta æstimatione, tamen si soluatur pars pretij, pro illa parte mulier fructus lucratur, licet adhuc conuentio non sit perfecta.*

ADDITIO.

a Non præsentauit. Adde Alexand. in consilio clix. versic. sed posito. & in consilio cvj. versicul. adducitur. volum. ij. & Barth. Soz. in consi. cxcix. versi. Nec obstat ratio domin. Alexand. volum. ij. & Benedict. de Plumb. in l. Thais §. intra certa tempora. & quæ dixi in addi. ff. de fideicommiss. libert. & Ange. in l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædi. edict. vbi dicit, quòd qui tenetur præsentare toties quoties opus erit, quòd tenetur illud præsentare vsque ad sententiam, etiam si ab ea fuerit appellatum l. Græcè. §. post litem. ff. de fideiuss. & idem Barth. in consi. lvj. vol. iij.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Le Doyen & Chapitre de Mont Termoyen ont acquis douze escus d'or de rente du Seigneur Chambon, pour le pris de deux cens escus, icelle rente payable à deux termes par moitié: c'est asçauoir Noel & Sainct Iean. Item depuis ladite acquisition faite lesdits chapitre luy donnerent grace de reemere de dix ans, en leur payant le sort principal, & les arrerages. Item dix mois apres, ladite acquisition ledit Seigneur de Chambon leur bailla le sort principal qu'ils receut sans les arrerages. Item depuis pour auoir les arrerages, ils ont mis en procés, & demandé iceux arrerages pro rata temporis. Quæritur, si ledit Seigneur de Chambon y est tenu pro rata temporis, ou seulement pour vn des termes qui estoit escheu.

CONSILIVM XXIII.

IDETVR primò quòd † ad ar- 1
reragia seu fructus medij temporis dictus dominus de Chambon ipsis dominis de capitulo beatæ Mariæ medij monasterij, nõ teneatur. probatur per l. item quod dictum est. §. fin. & l. Imperator. de in diem adiec. vbi si est facta venditio in diem, & melior conditio fuerit allata, emptor fructus perceptos tenetur restituere venditori, & etiam fructus pendentes. Idem tenet Ioann. And. & Abb. in c. illo vos. de pig. ¶ Sed contrarium mihi videtur per text. in l. fi. in prin. §. Papinianus. qui est fin. & ibi Bartol. ff. de iure fisc. vbi pendentes cedũt emptori, & si fuerit pensio, transit etiam. Vnde distinguendum est, quòd † fructus 2
a sunt percepti, aut pendentes: si percepti, tunc 2
aut fit pactum de resoluenda venditione, si alius emptor attulerit meliorem conditionem, & tunc existente conditione tenetur emptor restituere fructus. Ratio, quia conditio fuit apposita in fauorem venditoris. Ita dicit Ioann. And. in dict. illo vos. de

pig.

Digitized by Google

pign.siue sit priuatus, vt dict.l.Imperator. siue fiscus:vt dict.l.fin.& hoc tenet glos. ibi super verbo, Intra tempus. & glos.in l.tempora. & ibi Io. de Platea,in fin.C.de fid.instru. & iure hastæ fisca. lib. x. Si verò venditio fiat purè post fructus perceptos ante euentum pensionis: & tunc dicebat do. Dyn. per illum textum in dict. l.fin. §.fin.de iure fisc.quod tota pensio debebatur emptori.& ita tenet Pet.de Ancha.in consi.cxcij.incip.subtiliter & plenè allegatum est,&c. & pro hoc text.in l.diuortio.& ibi per omnes mod.ff.solut. matrimon. & l. defuncta. de vsufruct. & ibi Alberic. de Roz. vbi
3 †mortua vsufructuaria ante tempusquo pensiones inferri debebant, quòd hæredes vsufructuarij integram percipiant pensionem.& facit tex.& ibi Angel.Aretin.& Ioann. Fab. in §.is ad quem.instituit. de rerum diuis.idem tenet decis.parlamen.Gratianopo.Delphina. quæstion. cclxxj. vbi vult quòd si venditor reemerit censum, vel reditum per duos
4 aut tres † menses ante terminum, quod tenetur soluere :totum censum illius termini,nisi consuetudo sit in contrarium quod nihil soluatur, vt est in patria Delphinali.Sed Bartol.in dict.l.fin.§.fin.tenet quod non potest emptor recipere nisi pro rata temporis,per tex.& glos.ibi in verbo, ei cedere. & in l.Iulianus. §.si fructibus. ff. de act. empt.j.respon.vbi dicitur secundum eum,quòd pensio †
5 diuiditur pro rata temporis,per illum textum. Ergo tenetur dictus dominus prædictis dominis de capitulo pro rata, tenendo opinionem Barto.& pro hoc est tex.rotundus huius quæstion. decisiuus in l.cùm venderem.ff.loca. vbi pensio diuiditur pro
6 rata temporis.Et ita communiter † fieri cõsuetum est, & apponi in istis contractibus redemptionis siue de retrouendendo,quòd possit reemere soluendo in speciebus datis sortem principalem cum arreragiis pro rata temporis debitis.Item facit,quod
7 dato quod clericus fructus † beneficiorum faciat suos,si decedat in medio anni,tamen percipere debent hæredes sui pro rata anni pensionem, quæ soluebatur pro singulis possessionibus locatis. tenet Barth.de Bellenzi.in addi. Abb.in c.fin. de pecul.cleri.in prima postilla per d.l.defuncta. de vsufruct.& in d.l.diuortio.solu.matri.& pro hoc dicto alleg.Ang.Aretin.in d.§.is ad quem.in fin.glos.& doct.in c.præsenti.de offi.lega.in vj. Et si istud esset verum,esset multum singulare: quia beneficiati
8 non † faciunt fructus suos, nisi quo ad vitam. & d. c.fin.de pecu.cleri.& singulariter Abb. ibi, sed relinquo, quia non est præsentis speculationis. licet multum faciant.igitur,&c.Si vero sint fructus pendentes.& tunc distinguit Bart. Aut sunt naturales, aut industriales.Si naturales,tunc cedunt emptori, vt d.§.fructibus.& ibi Bar. & Alexand. & l.final.§. fructus.ff.de iis,quæ in fraud.credi. quia pars fundi sunt,vt l.fructus. ff.de rei vendi. & idem tenet Angel.Aret.instit.de actio.§.actionum.versicu.& quod dixi.Et est ratio,secundum eum, quia econtra em-
9 ptor de † pretio retardato rei sibi traditæ tenetur ad vsuras dicti pretij loco interesse, vt not.glos.& ibi doct. in l.curabit.C.de ac.empt. & gl.in d.l.Iulian.§.idem Papinia.& ibi Alex. post Barto.& not. Bart.in l.atqui natura. §. non tantum sortem.ff.de negotio.gest.quod etiam de iure canonico procedit, vt not.glo.& doct.in c.conquestus.de vsuris.& Ange.Aret.vbi suprà.& latius in §.venditæ. de rerum diuis. Ergo si emptor teneatur ad interesse, tene-
10 batur prefatus de Chambon,cum hic vice emptoris fungatur.Fallit †in fisco,cui' fauore emptor tenetur stare colono:vt d.l.fin.§.fin.de iure fisci.Aut sunt industriales,vt in seruo,naue, & domo,& scortibus,vel.si nauis. ff.de rei vendi. tunc pro præterito tempore debent esse venditoris, vt d.l.Iulianus. §.si fructibus. cum ibi notatis in d.l.fi.§.fin.de iure fisci.& sic per prædicta satis patet, quod non tenetur,nisi pro rata temporis.Istud tenet pulchrè Bal. in simili in consi.cccclxxxv.incip.viso instrumento emptoris fructuum certorum molendinorum, libro quarto. vbi erat quæstio de quodam' qui emerat fructus † certorum molendinorum, qui em- 11
ptor non potuit vti dictis molendinis propter potentiam superiorum,nisi xxviij.diebus:quæritur vtrum teneatur ad mercedem totius anni? Et decidit Bal.ibi,quod non,nisi pro rata temporis,id est, pro xxviij.diebus,& non vltra allegat text. ff. locati.l.si fundus. in fin. ergo habebat hic locum diuisio temporis pro rata etiam, per illum textum, in d.l.fin.§.final.de fundo dota.tenuit Barto.& ibi Alexand.& in dicta l.Iulian.§.offerri.de act empt.dicens †quod soluto pretio pro parte,licet non pos- 12
sit agi ex vendito ad rem, vt d.§. offerri. tamen si emptor soluerit aliam partem, possit petere fructus pro rata eius pretij,quod iam soluerat,per d.l. si.§.fin. & ibi idem Bartol.de fundo dot.quia sicut pro rata pretij non soluti lucratur etiam, si venditio perfecta non fuerit:ergo pro rata temporis,etiam si dies pensionis non venerit,solui debet. Pro quo facit bonus text.in l.si filiusfa.de verb.obligatio.& l.filiusfa.ff.de regul.iur.vbi dicitur,quod † si 13
filiusfa.in potestate constitutus sub conditione stipulatus fuerit,& postea emancipatus, deinde extiterit conditio,patri non filio actio competit: ratio,quia in stipulationibus & contractibus id tempus spectatur, quo contrahimus: & sic in hoc casu licet non venerit tempus soluendię pensionis,& ius transierit ad ipsum dominũ de Chambon, tamen pẽsio erat quæsita pro rata tẽporis dictis dominis beatæ Mariæ medij monasterij canonicis. Et istud tenet Spe.in ti.de loc.§.j.ver.sed pone, locaui tibi, &c.vbi dicit, quidam locauit fundum ad medium, cõductor seminauit dictum fundum, quem postea locator vendidit cuidam Sempronio, qui vult expellere de fundo dictum conductorem, & omnes fructus colligere,& eũ retinere nititur, donec collegerit medietatem fructuum.Et arguit pro econtrà. Similiter dicit, quòd fructus non sunt coloni priusquàm percipiantur à fundo: ergo percipit medietatem,cùm venerit tempus percipiendi fructus. igitur in casu isto licet non venisset tempus pensionis, tempore quo reuenditio fuit facta, tamen habent ius pro rata,vt tempore dictæ pensionis possint petere. Et istud videtur tenere Ioann. Andr.in addit.Specul.in dict.j.titul.de loca.vbi inquit,quòd si vigore † statuti iubentis bona banni- 14
ti destrui,colonus coluit & seminauit prædium, & fructus sunt pendentes tempore banni, destruentur, non obstante iure coloni, cùm adhuc sint domini banniti fundi, & fructus sit pars fundi: vt l. fructus. ff. de rei vendi. sed tenebitur dominus colono, cuius culpa damnum istud sustinuit: sic hic per reuenditionem fuerunt priuati eorum iure iam acquisito dicti domini medij monasterij: quare tenetur dictus de Chambon præfatis dominis pro rata temporis, non solum ratione conuentionis & promissionis arreragiorum, sed etiam de iure. Item facit l. quæ operas. ff. locati. & quod not.Barto.in repeti. l.j.§.diuus.ff.de variis.& quod no. doct.in l.vna.de

Digitized by Google

15 ſuffrag.C. Et quod emptor † lucretur fructus & penſionem medij temporis ante euentum contractus,tenet Bald.in l.ij.in fin.C. de pact.inter empt. & vendi. quem refert & ſequitur Bartho. Cæpola. in ſuo tract. de contractibus emptionum & locationum, cum pacto de retrouendendo ſimulatis. verſi.duodecima præſumptio. Et tenet Abb.Sicul. in c.ad noſtram.ver.primus.de empt.& vẽdi.quod emptor lucratus fructus,donec retrouendantur. & tex.in dict.l.ij.de pact.inter empto. & alleg.text.&
16 Archi.in c.plerique.xiiij.q.iij. Et pro † deciſione huius quæſtionis mirabilis eſt tex.in l.ſi. §.fin.ff.de fundo dot. vbi maritus erat obligatus reſtituere fundum vxori ſoluta æſtimatione (quæ obligatio nihil aliud eſt, niſi promiſſio de reſtituendo, ſeu quodammodo pactum de retrouen.) & tamen ſi ſoluatur pars pretij, pro illa parte mulier fructus lucratur: licet adhuc contentio non eſſet perfecta: quia non fuit ſoluta integra æſtimatio. & maximè vrget,iuncta declaratione Bal.ad illam l.quam ponit in l.ſi traditio.in xj.q.C. de act.empt. vbi dicit, quòd dict. l.fin. §.fin. nulla alia ratione debentur fructus pro parte pretij ſoluti,niſi ex æquitate,propter partem pretij ſoluti: vt ibi latius per eum hoc probatur,& tenet Bartin. Sozin.in l.ſi ante nuptias, ver.& pro iſta opin.ff.ſol.ma. & Alex.in conſ.cxix. vol.iij.

ADDITIO.

a Non teneatur. Adde quæ dixi in q. incip. motus fuit curia ſupremæ Burdegalen.proceſſus.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Dominus de Molin Porchier,in territorio ſuo,in quo habet iuriſdictionem altam & baſſam,fecit vnum ſtagnum,& in eo fecit vnam altam cluſam,ſiue calceam, ratione cuius ſtagnum ſe extẽdit extra iuriſdictionem per vnam leucam, & inundat agros & prata exiſtentia extra ſuum territorium: aduerſus quem dominus De la Fogecolle vnus ex vicinis,cuius prata fuere in magna quantitate inũdata,querimoniam impetrauit, & ſe manuteneri fecit in ſuis poſſeſſionibus de non poſſe facere dictam calceam, & de illam demoliendo ad primum ſuum ſtatum, vſque, &c. Ex aduerſo præfatus dominus de Molino Porcatio ſe defendit, allegans tam ex indulto & priuilegio principis,quàm ex generali conſuetudine ſibi fuiſſe conceſſum, & permiſſum ſtagnum in territorio ſuo facere,recompenſando ipſos nobiles & alios,cauſis in eodem priuilegio contentis.Quæritur quid iuris.

SVMMÆ.

1 *Stagnum ſtruere & habere quibus liceat. Et quid ſi damnum aliud dederit vicinorum agris, num dominus ad ſarcire teneatur.& num.20.*
2 *Stagni & lacus differentia.*
3 *Alluuionis ius,an habeat locum in ſtagno & lacu.*
4 *Torrentia,quæ dicantur.*
5 *Locus inundatus aqua ſtagni,vel lacus, remanet eius cuius primum fuerat.*
6 *Stagna publica duobus modis accipi.*
7 *Stagnum, quid differat à viuario. & numer. ſequent.*
9 *Stagnum quid differat à foſſa.*
10 *Stagnum quid à caſtello differat.*
11 *Stagnum in territorio proprio facere authoritate priuilegij & conſuetudinis,num cui liceat.*
12 *Priuilegium & conſuetudo parificantur & aquiparantur.*
13 *Flumina publica ad quos pertineant.*
14 *Rhodanus eſt in regia Galliarum iuriſdictione.*
15 *Flumen quando eſt in cõfinio duorum territoriorũ, vel ciuitatum, præſumitur eſſe cuiuſlibet vſque ad medium fluminis. Et quid ſi flumen fuit poſſeſſum per alteram ciuitatem, vel dominum. ibid.num.16.*
17 *Flumina,montes & valles, quæ diſtinguunt territoria, ſunt fines æterni, in quibus ſemel verum ſemper eſt verum.*
18 *In aquis tria ſunt conſideranda.*
19 *In flumine nauigabili poteſt quis facere fortaliciũ, vt vel vtrique hoſtium impetum, vel ad ſui defenſionem.*
20 *Rex Francia facit caſtra in confinibus ſui territorij, ad æmulationem Regis Angliæ, & econtra.*
22 *Barones & domini, quænam habeant in ſuis caſtris,tam ex forma priuilegiorum, quàm etiam ex vetuſta conſuetudine.*
23 *Princeps poteſt pro pacis bono & nomine, dare bona alicuius.*
24 *Stagnum conſtruere, an & qua conditione liceat ex conſuetudine Delphinali.*
25 *Stagnum facere in ſuo territorio licet aliquando permittat Principis priuilegium, vel conſuetudo,vel ſtatutum municipale:id tamen accipiẽdum eſt cum præiudicium & damnum vicinorum. & num.27.*
26 *In territorio ſuo omnia cuiq; licẽt,modò cum cuiuſquam iniuriam & damnum.*
28 *Stagna & lacus ſuos terminos retinent.*
29 *Nili aggeres, aut aliorum fluminum rumpere non licet,nec item altius tollere.*
31 *Ex priuilegio conceſſum, non eſt tanti momenti, quanis inductum ex conuentione.*
33 *Ius ducendi, aquam acquiſitam per aliquos non vtentes ſpatio xxx.annorum perdunt.*
34 *In fundo ſuo ſi quis aliquod opus faciat, propter quod aqua pluuialis nocere poteſt fundo vicini, datur contra eum actio aqua pluuialis arcendæ.*
35 *Alluuionis ius non habet locum in agris militum & nobilium:item nec in ſtagnis eorum, numer. ſeq.*
37 *Principis indultum de ſtagno erigendo & faciendo,regulandum eſt ſecundum ius commune.*
38 *Vtilitas publica priuata præfertur.*

CONSILIVM XXIIII.

ANTE quàm deſcendam ad deciſionem, puto eſſe præſupponẽdum quid ſit ſtagnum.Et eſt,quodtemporalem † habet aquam ibidem ſtagnantem, quæ plerunque hyemecolligitur.ª l.j.§.ſtagnum.ff.vt in flu. publi. nauiga. lice. & differt à lacu,qui † habet aquam perpetuam: vt l.j. §.lacus.& in alio conueniunt, quia areſcunt & creſcunt, & tamen terminos ſuos retinent, & in eis non †habet locum ius alluuionis.l.lacus & ſtagna. ff.de acquir.rer.dom. Et ſic cenſentur priuata,quæ non attribuunt aliquid iuris, ſi inundent vicinorum agros, quemadmodum flumina priuata, quæ in hyeme currunt, & in æſtate non, & vocantur †torrentia ſecundum Rofred.Beneuenta. in libel. ſuper interdicto,ne quid in flum.public. & Bart.in tract.ſuo Tiberiadis,in verbo,flumina.vbi in fi.circa hoc diſtinguit ſic,q; quando lacus & ſtagna ſunt priuata,

1 2 3 4 5

5 priuata,tunc non † eſt dubium, quòd per alluuionem non vni detrahit,nec alij addit, ſed locus ille, qui inundatus eſt aqua ſtagni vel lacus, ita inundatus remanet eius, cuius primùm fuerat: d.l. lacus.& l.vicinus.§.ſi.de aqua plu. arcen. & lege littus publicum in fin.ff.de verborum ſignific.Quæ-
6 dam ſunt lacus † & ſtagna publica,& hoc duobus modis. Quandoque ſunt publica Reipublicæ,vbi nullus piſcatur,niſi cui Reſpublica promiſerit, vt in lacu Peruſino,tunc idem ac ſi eſſent priuata: vt ff.de contrahen.empt.l.ſed Celſus. vel lacus Sabatann.angularius,vt dixit text.in l.Rutila Polla.ff.de contrahen.empt.eſt text.ſing. & ibi gloſſ. in dict. l.littus publicum.Quædam ſunt publica, vt in vſu publico,quia per eum quilibet tranſit,& in eo quilibet piſcatur ad placitum.& idem tenet Spe.in tit. de cauſa poſſ.& proprie.§.iij.verſicul.octauum eſt. vt liceat in flumine,&c. Tunc addunt & detrahunt per alluuionem ſicut flumina publica.ff. de verborum ſignific.littus.& dict. l.j. vt in flumine publi-
7 co. Et † differt ſtagnum à viuario, quæ ſunt vno modo piſcinæ, in quibus includuntur piſces. lege tertio §:Item feras beſtias. ff.de acquiren. poſſeſſ.
8 vbi fit mentio de piſcibus exeuntibus † ſtagnum, quòd non ſint amplius in poſſeſſione domini ſtagni.& de viuario dixi in §.v. de conſuetud.
9 prædiorum. Item † differt à foſſa, quæ eſt opus manu factum: vt dict. lege j.§.foſſa vt in flumine
10 publico.Item ,etiam † à caſtello,quod receptaculum appellatur,lege j.§. hoc interdictum. de aqua pluu.arcenda. & l.j.§.ait prætor.de aqua ex caſtello ducenda. Et his præſuppoſitis, videtur pri-
11 mò,quòd prælatus dominus † de Molino Porcario potuit facere dictum ſtagnum in ſuo territo-
12 rio authoritate priuilegij,& † conſuetudinis. cùm priuilegium & conſuetudo parificentur & æquiparentur,capitul.ſuper quibuſdam. §.prætereà. de verborum ſignific.& tenet Bald. in ſuo breui conſilio xlix. incipi.in facto Abbatis ſanctæ Chriſtianæ.vlumine'ij. vnde vbi eſt opus manu factum, permittente principe, non poteſt quis compelli ad deſtructionem:licet aqua pluuialis noceat vicino:nec etiam quando dicti operis manu facti memoria non exiſtit,licet authoritas publica,vel prin cipis non interceſſerit.iſti duo caſus probantur in l.ij.§.Caſſius autem.& ibi Bald.Ange. & Modern. ff.de aqua pluuia.licet hic non ſit vetuſtas operis: tamen eſt priuilegium & conſuetudo: vt dict. lege j.§.denique.& ibi Bartol.& doctor. de aqua pluu.
•13 arcen. Nam † flumina quæ publica ſunt, pertinent & ſpectant illis dominis, vel ciuitatibus ex priuilegio & conſuetu.merum & miſtum imperium habentibus,quemadmodum reliquum territorium,vt tenet Bald.conſilio lvij. in princip.incipienti,ad euidentiam libr. Vnde ſecundum eum flumen Texini,quod eſt in territorio Papienſi, eſt ipſorum Papienſium,& poſſunt ſuper ipſo conde-
14 re ſtatuta: & idem † tenet Guido Papa in quæſtion.ccccclxxvij. vbi facit mentionem de Rhodano ambiente Regnum Franciæ, quòd licet dux Sabaudiæ,Delphinus, Papa, Comes Prouinciæ, quorum territorio adhæret, prætendant partem,
15 quia quando flumen † eſt in confinio duarum ciuitatum,ſeu duorum territoriorũ, præſumitur eſſe cuiuſlibet vſque ad medium fluminis, l.arbor.ff. communi diuid. & ideò in iis, quæ continentur vſque ad medium fluminis,præſumptio eſt pro vtraque ciuitate quo ad iuriſdictionem, vt not.Bart. in tract.Tiberia.tit.de alluuione.in verb. acquiritur nobis.verſicul.Item videndum eſt. & Bald. in capitul.ex literis.de proba.& Iaco.de Sanct.Georgio in ſuo tractatu feudo.in gloſſ. ibi:fluminibus. & Philip.Corne.conſilio cclxxxvij.verſic.iij.conſiderat.in litera eodem volumin.ij. & conſ. ccccxij. libro primo.Et Franciſc.de Curte. in conſilio lvj. incip.ſuper eo,quod ab ordine:tamen Rex Franciæ ſolus habet in eodem omnem iuriſdictionem, & eſt in poſſeſſione: & eius officiarij Lugdunenſes tutantur & defendunt iuriſdictionem in toto Rhodano:vt ibi per eum.Et tenet Petr.Iac.in tit. ſuper iuriſdict.verſicul.libel.verſicul. nunc quæritur ad
quem pertineat. Nam ex quo † per alteram ciui- 16
tatem vel dominium tantùm fluit flumen poſſeſſum,acquiſiuit ipſe iuriſdictionem, & diſtrictum in eodem,vt volunt doct.ſuprà alleg.Et dicitur ſecundum Bartol.vbi ſuprà,in tractatu de aluco quis poſſidere vel quaſi, ipſum flumen quando in eodem habet imperium & iuriſdictionem. & idem Iac.vt ſuprà, & verum dicit Guido Papa de Rhodano fluuio,quia ita fuit iudicatum contra Papam, ratione pontis Auenionis, & etiam per aliud arreſtum Tholoſæ, die octaua Martij,anno domini milleſimo cccexciij.per quod inſulæ omnes in ipſo Rhodano exiſtentes fuerunt Regi do. Carolo in totum adiudicatæ. & areſtum fuit productum in duobus cauſis inſularum vertentibus inter Nicolaum Lallemant emphyteutam Regium actorem, & habitantes loci de Taraſcone Comitatus Prouinciæ,& tandem per ſacrum magnum conſilium ita iudicatum: ideò ſi Rhodanus inuaderet ciuitatem Auenionẽſem,eſſet domini noſtri quãdo paulatim illam inuaderet,& impetu & vi fluminis circundaret vt ſingul.in ſimili conſuluit Philip. Corne.in dicto conſilio cclxxxvij.Quia † montes,flu- 17
mina & valles, quæ diſtingunt territoria,ſunt fines æterni,in quibus ſemel verum, ſemper eſt verum: vt dicit Bald.in capitul. cùm cauſam. quem ibi ſequitur Felin. verſicul. Et not.ſecundum Bald. de proba. alleg.text.in l. qui bona. §.ſi quis ſtipulaturus.ff.de damno infecto. Præterea aquæ ſtagni oriũtur in ſolo dicti domini,& protẽduntur in ſolũ dicti nobilis actoris, ſiue oriãtur ex fonte,ſiue ſint aquæ pluuiæ:ſecundum Baldum, in dicto conſilio lvij.& ſic ſtagnum (vt ſuprà dixi) ſunt dicti domini,qui tranſducere poteſt aquas alibi: & quocunque vult eas diuertere, dum tamen hoc faciat, vt ſibi proficiat,l.j.§.idem aiunt aquam. & l. ſi in meo fundo.ff.de aqua pluu.arcen.& l.Proculus. de damno infecto.etiam ſi prata vicini ſiccitatem aquæ patiantur,ſecundum Bald.in dict.conſilio lvij. Ergo pari ratione idem ſi prata inundentur, per d. iura.Et in † aquis tria ſint conſideranda,lex ſeu pa- 18
ctum,vel priuilegium natura loci, & vetuſtas. l.ij. in princip.ff.de aqua pluu.arcen. & Bald. in conſilio lj.ante fin.volumine j.vbi vult fortius, † quod 19
quis poteſt facere fortalitium in flumine nauigabili cauſa vitandæ hoſtilitatis, vel ad repercuſſionem hoſtium: quia nihil eſt illaudabile in via defenſionis,vt l.vim.ff.de inſti. & iure.l. ſi ex plagis. §.tabernarius. ff. ad leg.Aquil. Nam ſi ſecundum eum,ſanguinis effuſio eſt permiſſa ex cauſa defenſionis.c.ſignificaſti. cum ibi no.per doct. de homicid.& bella ſunt permiſſa ex eadem cauſa, l. ex hoc iur.gen.ff.de inſti. & iure. cum aliis per eum alleg. Ergo multò fortius ædificium, ad tutelam corporis,& repulſionem hoſtium, qui tempore

Digitized by Google

indulti eidem domino per do. Carolum vj.tunc Bituricenſ.Regem nuncupatum,conceſſi, occupabant locum ſacrum Cæſaris diſtantem à territorio de Molino Porcario vj. aut vij. Leucis. Quare in vim dicti priuilegij & conſuetudinis generalis †patriæ Borbonien.præfatus dominus ob cauſam prędictam in eodem priuilegio contentam, dictum ſtagnum facere potuit, quod etiam de iure communi erat ſibi permiſſum:per l. lacus. & ſtagna. & l.j.ff.ſtagnum.ſuprà alleg. Et idem tenet Bald.in conſilio lviij. volumine j. vbi dicit, quòd Rex † Franciæ facit caſtra in finibus ſui territorij ad æmulationem regis Angliæ, & econuersò: & idem faciunt etiam omnes domini mundi:quia cùm diſtinctæ ſunt iuriſdictiones & territoria, vnuſquiſque poteſt ſe in ſuo territorio prærnunire & caſtrametari: b vt plenè per Abb.in conſilio lxij.in iij.dubio.volumine ij. Igitur cùm ſtagna ſint priuatorum, vnuſquiſque poteſt in ſuo illa facere & conſtruere,ſicut molendinum in flumine priuato: vt tenet Bald.in l.j.ff.de rer.diuiſ.& Salic.in l. manifeſte.C.de ſeruit & aqua. & plenè Alexand. in conſilio cxciij. incipien. conſideratis verbis inſtrumenti.lib.j. Vnde ſecundum Luc.de Pen.in l.quicunque.verſicul.ſi eſſet. de fund.limitro.† lib. xj.Barones & domini tam ex forma priuilegiorum,quàm etiam ex vetuſta conſue. habent in caſtris eorum nonulla præcipua domanialia,puta iuriſdictiones,aquas,& decurſus aquarum, montes, viuaria,paſcua,tortalitia,& in partibus Apuliæ clibana,&c.de quo aliàs dixi in quæſtion. de cuſtodia clauium portarum ciuitatum. per quæ videtur intentionem ipſius domini de Molino Porcario fuiſſe legitimè fundatam. Tum † etiam princeps poteſt pro bono Reipubl.dare bona alicuius, lege,Item verberatum.§.j.ff.de rei vend. ſaltem aliquali recompenſatione facta, ſecundum Angel. & ibi Felin.in c. quę in eccleſiarum. de conſtit.& dixi in addit.in Dyn.in reg.ſine culpa.de reg.iur. Sed dictum ſtagnum tendit ad commodum Rerp. duplici modo. Primò ad fortificationem loci, & hoſtium repulſionem: vt dictum eſt. Secundò, propter piſcium multitudinem, &c. & iſtud in terminis tenet Guid.Papæ in quæſtion.xcj.vbi dicit,quòd ex generali conſuet. † Delphinali, quis poteſt conſtruere ſtagnum piſcium liberè & impunè propria authoritate, dum modo faciat calciata in fundo ſuo,& ſoluendo damna, & intereſſe circumuicinis,quorum prata,terræ, poſſeſſiones, & directa dominia perduntur,& ſubmerguntur ex abundantia aquæ ſtagni.igitur, &c. ¶ In † contrarium videtur,quod licet permiſſum ſit alicui ex priuilegio principis,vel conſuetudine, aut ſtatuto municipali facere in ſuo territorio ſtagnum: non tamẽ in præiudiciũ & damnũ vicinorum, l.j.§.idẽ ait ſi aqua.ff. de aqua plu.ar.& l.ſi quis.C.de aquæductu.li. xj. & aliis iuribus ſuprà alleg.vbi dicitur, quòd licet quilibet † poſſit in ſuo facere quicquid velit:hoc ſemper intelligendum eſt, dum tamen non noceat vicino. Et dicitur nocere,ſecundum Paul.de Caſtr.ibi quando aufert vicino illud quod haberet ab ipſo faciente,vel eius fundo.l.fluminum.§.ff.de dam.infect.Et priuilegium principis debet ſic intelligi, l. j. §. meritò. & §.ſi quis à principe.ff. ne quid in loco publico. aliàs eiſdem vicinis ob inundationem aquarum maximum cõtingeret damnum,& prætextu illius poſſet vſurpare bona aliorum, & locupletari cum aliena iactura,l.nam hoc natura.ff.de condi.indebi.vt infrà dicam.Et ſic intelliguntur iura ſuprà pro parte dicti domini de Molino Porcario allegata: quia ſi princeps concedit alicui priuilegium † faciendi molendinum, intelligitur ſine iniuria alterius:ſecundum Bald.in capitul.j.§.ſi quis de manſo. verſicul. Item ſi princeps. de controuerſi. inueſtit. eſt bonus text.in dict.l.ſi quis.& ibi not. Iac. Rebuff. in fin.de aquæ ductu. Et ſignanter quoniam ipſe dominus de Molino Porcario aliquo temporis ſpatio cluſam ſiue calceam dicti ſtagni eleuatam, ad certam menſuram vſque non potuit altius tollere & eleuare, ex quo ſtagnum eſt omnino priuatum, in quo non habet locum ius alluuionis, ſcilicet quòd vni detrahat vel alij addat, ſed loca inuaſa aqua ſtagni,remanet illius cuius primò fuerant.Et aqua cederet ei,ſi vellet, cùm vas ſtagni ſit ipſius ſolum:vt tenet Bald.in rubr.& in l.nemo.ff. de rer.diui. Quia ſtagna & lacus retinent † ſuos terminos,vt dict.l.lacus.& iurib.ſuprà alleg.in præfatione.& l.vicinus.§.lacus.& ibi ſing.Alberi. Et illos non poſſunt tantùm extendere, quos habuerunt à prima conſtitutione:vt dicit Alber.in dict.l. lacus.per illum text.allegat. Oldra.ita ibi tenere, quod eſt peremptorium in hac materia. Et idem Bald.in dict.capitul.j.§.ſi quis de manſo. verſicul. quia de ſtagno non eſt dubium,& c.de controuerſ. inueſtit.allegat celebrem text.in l.Rutilia Polla.ff. de contra.empt.Ad idem facit text.in l. damni. in j.§.ſi is qui.& quæ not.ibi gloſſ. in verbo augeri. & in verſicul.promiſſionis. & vtrobique per Alberic.& doct.ff.de damno infecto.& dict. lege vicinus.§.fina.de aqua pluu.arcen.& tenet Phil.Corne.in dicto conſilio cclxxxvij.in litera g.volumine iij.Et facit illud de mari: Conſtituiſti terminos eius,vt Iob xxxviij. Quia † quemadmodum non licet aggeres Nili, nec aliorum fluminum rumpere,l.vna. Cod. de agger. Nili non rumpen.Et ratio, ne illis ruptis multa patria inundetur, atque ſubmergatur:ſecundum Cyn.& Angel.ibi. Ita nec altius tollere, vt regurgent atque influant, & per conſequens inundent campos, & agros vicinorum, vt ibi tenet Angel. pro hoc text. in l.ij.§.idem Labeo ſcribit, ſi quis in ſuo. & ibi gloſſ.& Alber.de Roſa.ff.ne quid in loco publi.Sed dictus de Molino Porcario altius eleuauit calceam dicti ſtagni vltra & præter terminos ſibi conſtitutos, tam ex eius conſtitutione,ſeu erectione primæua, quàm tranſactione poſtea inter ipſum dominum de Molino Porcario, & nonnullos ſuos vicinos de non leuando,& altius tollendo calceam prædicti ſtagni inita & paſſata,ratione cuius inundantur agri vicinorum.Et ſic duobus medis eidem licitum non fuit altius tollere calceam ſtagni. Et primo attenta primæua conſtitutione & erectione illius dict.legis lacus. Tum viſa tranſactione ſic inter ipſum & ſuos vicinos inita: l.j.§.hæc actio.§.illud huic.& §.ſi.& l.in ſũma.§.j.& l.ſi.ff.de aqua pl. arc.Nam ſecundum Andræam Barba. in addi. ad Bald.in dict.§.ſi quis de manſo.verſicul.extra not. valet pactum factum inter aliquos ſuper aquis etiam publicis ad molendina defluentibus, vel ſuper alio aquarum fluctu.ff. communia prædio. lege venditor.quia nihil tam † naturale,quàm quod conuentum eſt,ſeruare:lege j.ff.de pact. Et per illam tranſactionem apparet quòd ipſe de Molino Porcario perdidit priuilegium ſuum erigendi ſtagnum & illius calceam eleuandi:quia illi remuntiauit

20 21 b 22 23 24 25 26 27 28 29 30

tiauit per contrarium actum voluntariè & expreſsè geſtum,l.voluntariè.& ibi plenè Cyn. & docto. C.de excuſ.tuto. & Abb. Sicu. & Felin. in capitul. cùm acceſſiſſent.de conſti.& Albe.in rub. & in l. j. §.denique ver.Item collige.ff.de aqua pluu. arcen.

31 quia illud quod † conceditur ex priuilegio, non eſt tanti effectus,quanti eſt illud, quod ex conuentione inducitur.& ideò facilius tollitur, vt voluit Alb.de Roſa.poſt Old.in l. cùm verò. in princip. per illum text.in verſicul. ingenui naſcantur. ff. de fideic. libert. & per text.in authentic. de non alie. §.quia verò veriſimile. & gloſſ.in le.j. §.j.ad fin. magnæ gloſſ.fin.ff.quib.mod. pign. vel hypothe. ſoluitur.& eſt arg.expreſſum in lege eius militis. §.j.ff.de teſt.mil.Item,pariter eodem priuilegio nõ vtendo ab initio.l.j.C.de nundi.& l.ſic.& l.li communem.§.j.ff.quemadmodum ſer. amit. & Albe. in dict.Rub.de aqua pluu.& Bald. in ſua Margari.in verbo,ſtatutum priuilegium,&c.quia quilibet rei ſuæ † eſt diſſinitor & arbiter,& variare poteſt,l.in re mandata.ff.manda.Et nec legem,neque hominem offendit,ar.ff.de acti. empt.l. ſi ſterilis. §.fin.Nam priuilegium,ſecundum eum, potius eſt facultatis,quàm neceſſitatis:& vti,& non vti, eſt in libera poteſtate priuilegiati: arg.lege ſi iudex.ff. de minoribus: quia ipſe de Molino Porcario, non vſus fuit xxx.anno.ſpatio,& plus, ideò illud amiſit: vt tenet Pau.de Caſtr.in conſilio ccccxj. incip. viſa ſupraſcripta facta narratione.in ſecundo dubio.volu.nouorum,vbi dicit,quòd † ius ducendi aquam, acquiſitum,per aliquos non vtentes ſpatio xxx. anno.perditur,l.ſicut.Cod.de præſcri.xxx. annorum. licet,ſecundum Bartol.in dict.l. j. de nundi.decem anni ad perdendum priuilegium ſufficiant, vt tenet Fel. in capitul. cùm acceſſiſſent. verſicul.non eſt ſic.de conſtitut. quando eſt ſimplex conceſſio: ſecus ſi dictum eſſet in conceſſione,quòd poſſit erigere & facere ſtagnum aut molendinum ad libitum voluntatis ſuæ, tunc hoc caſu non perdit facultatem, licet vſus non fuerit per multos annos. Et ita vidit in ardua q. ſed hîc fuit ſimplex promiſſio, &c. Igitur tenetur demoliri facere dictam calceam ad terminos dicti ſtagni, primos,quos ante eleuationem nouam habebat: vt tenet Specul.in tit.de cau.poſſeſſ.& propriet. §. iij. verſicul.verùm ſi faciat, &c. vbi dicit,quòd ſi quis

34 † faciat in fundo ſuo aliquod opus, propter quod aqua pluuialis nocere poteſt fundo vicini, quod datur contra ipſum actio aquæ pluu. arcen. per quam ſuis expenſis opus illud teneatur deſtruere,& damnum contingens emendare. Si verò poſſideat opus ab alio factum, tenetur præſtare patientiam, dict. lege j. §.idem ait.& lege ij.§.item Varus.& per totum, de aqua pluu.arcen. quia factum de facto reuocatur de facto.ideò dicit Bald. in l. verum. §. quod ſi minor. ff. de mino. quòd reponitur de facto, ſicut de facto extitit factum.& eſt gloſſ.in lege cùm minor. ff. de cuict.

35 Præterea hoc eſt prohibitum † militibus & nobilibus,quòd in eorum agris non habeat locum ius alluuionis,lege in agris. ff. de acquiren. rer. do. & gloſſ.in §.præterea, quod per alluuionem. in verbo,intelligi.inſtit.de rer.diuiſ.Et eſt ratio, ſecundum Ioann.Fab.& Angel.Aret.ibi.Ne detur occaſio militibus aliorum bona occupandi, qui ſatis ad hoc proni ſunt.lege conuenire.ff.de pact. dotal.&

35 non ſolùm ius alluuionis † non habet locum in agris militum, ſed nec etiam in ſtagnis ipſorum priuatis, ſecus in publicis, dict.l.lacus.vt ſuprà dictum eſt in præſuppoſitione.igitur, &c. Tum

37 † quia conceſſio ſeu permiſſio principis ſibi ad dictum ſtagnum erigendum & faciendum data, debet regulari ſecundum ius commune,hoc eſt,de conſenſu & voluntate omnium,& ſingulorum dominorum habentium agros contiguos & vicinos, cum agatur de perditione & diminutione ſuorum bonorum.text.in l.in condecendo.cum ll. duabus ſequentib. & ibi gloſſ. & omnes ſcrib.ff.de aqua pluu.arcen.vnde ipſis inuitus,& in præiudicium & damnum ipſorum, non potuit idem de Molino Porcario facere dictum ſtagnum, cùm prata & agri inundati ſint maioris vtilitatis Reipubl. quàm ſtagnum prædictum:vt plenè probatum eſt. Ideò

38 vtilitas † publica præfertur priuatæ,l.vtilitas. Cõ. de priuile.libr.x.& l.actione.§.non ſemper.ff.pro ſoc.Et ita tenet Guido Papa in dict.quæſtion.xcj. quia vltra ſatisfactionem damni & intereſſe vicinorum, requiritur etiam ſecundum eum, quod ex conſtructione talis ſtagni afferatur maius commodum conſtrui faciendi, & Reipubl.quam ſit incommoditas vicinorum: quorum proprietates ex inundatione aquæ ſubmerguntur. Ideo omnibus conſideratis, concludo dictum ſtagnum vſque ad ſuos primos terminos inſequendo tranſactionem, fore demoliendum: ſalua alterius melius me ſentientis correctione,&c.

ADDITIONES.

Hyeme colligitur. Adde quæ dixi ſuprà in conſ.xv. & in a §.vnde conſue.feud.lib.conſuet.Biturig.

Caſtrametati. Adde, an ædificans in flumine publico, b poſſit à vicinis vel aliis ab ædificio probari. Pau. de Caſt.in conſilio ccexl.vol.no.Et tenet quòd non.

SVMMÆ.

1 *Petitio legitima qua dicatur.*

2 *Probatio plena ſit per inſtrumentum publicum.*

3 *Obligatio quo caſu per confeſſionem extra iudicium factam naſcitur.*

4 *Obligatio aliis modis inducitur, aliis ſit probatio.*

5 *Obligationem non inducunt ſcripta publica, ſed eam probant.*

6 *Confeſſioni facta extra iudicium, ſtandum eſt in præiudicium confitentis.*

7 *Libellus variè proponitur in depoſito.*

8 *Depoſitum per confeſſionem non contrahitur, ſed probatur eſſe contractum.*

9 *Confeſſio non cadit in alium contractum, quàm contractum literarum.*

10 *Confeſſione probatur numeratio.*

11 *Depoſitum probatur per verba enuntiatiua confeſſionis, quando confeſſus non diſponit, ſed diſpoſitum inuenit.*

12 *Diſpoſitum non contrahitur niſi vno modo, mutuum autem tribus modis.*

13 *Actus generalis probatur per actum ſimilem confeſſionis.*

14 *Obligatio & actio oriũtur ex confeſſione, qua quis confitetur ſe habere à me centum.*

15 *Depoſiti contractus adeò eſt fauorabilis, quòd meretur executionem, ſicut confeſſio, vel ſententia.*

16 *Depoſiti cauſa agens contra te, & ad probandum depoſitum producens ſtipulationem factam ex cauſa depoſiti, debet obtinere.*

17 *Depoſitum ciuile quando proponitur in libello, & probatur, etiam per inſtrumentum, debet rem abſolui, cùm non ſit ex tali confeſſione nata obligatio, ex qua deriuetur.*

18 *Epiſtola tranſmiſſa tertio amico contra ſcribentem, ſe debere Titio centum ex cauſa mutui, vel venditionis, aut alias, & ſe excuſantem, quòd non poterat ſoluere, an credatur.*

19 *Agens confeſſione facta per teſtatorem in teſtamẽto contra hæredem teſtatoris, & producens teſtamentum, debet obtinere.*

20 *Agens ex mutuo naturali, aſſerendo ſe numeraſſe pecuniam, non probat per ſimplicem rei confeſſionem de recepto.*

21 *In libello deducens vnam cauſam, & poſtea probans, non de ea ſed de alia cauſa, non obtinebit. Et quid ſi in libello proponat cauſam mutui, & probat numerationem, non cauſam mutui factam, num reus ſit abſoluendus. numer ſequent.*

23 *Petens decem ſimpliciter ex mutuo, vincit, etiam ſi probet de ſola confeſſione.*

24 *Mutuum verbum verificatur in ciuili, & inducitur de confeſſione.*

25 *Notarius ſi in inſtrumento ſcripſit, quòd Titius mutuauit Sempronio decem aureos, in præſentia illius notarij & teſtium infra deſcriptorũ, & teſtes in inſtrumento deſcripta aſſerunt quod nulla pecunia interuenit, ſed confeſſio de recepto, illi tunc non contradicunt notario vel inſtrumento. Secus ſi dicitur, quod numerauit ex cauſa mutui centum, & numer. ſequent.*

27 *Agens ex mutuo, & probans de confeſſione mutui per teſtes, an obtineat.*

28 *Actor ſi in libello cumulauit confeſſionem & numerationem, & per vnum teſtem probat confeſſionem, & per alium numerationem, illi non probant, tanquam ſingulares.*

29 *Teſtis, ad cuius ſupplementum defertur iuramẽtum debet eſſe omni exceptione maior.*

30 *Epiſtolæ quibus mediantibus contrahitur inter abſentes, valent ſine die & conſule etiam ſine ſigillo mittentis.*

CONSILIVM XXV.

Iſo appellationis proceſſu moto & vertente inter Petrum de Trapez ab officiali Claromoten. appellantem, Et honeſtam mulierem Taconete appellatam coram Metropolita. Biturien. pendente, in quo idem appellans probauit per vnum teſtem de numeratione depoſitionis ſummæ quingentarum petiarum auri eidem appellatæ traditæ, & per alios teſtes ſingulares, vid. ſicet fratrem ſuum, & alios de cuili, id eſt de confeſſione ipſius appellatæ, quæ confeſſa fuit habuiſſe & recepiſſe in depoſitum dictam ſummam ab ipſo appellante. Iſtam quæſt. Nic. de Mata diſputauit, vt refert Io. And. in addit. in Specu. in tit. de teſt. e. §. j. verticul. Sed pone, egi contra te, &c. Et ipſius pro ſequitur ibi Ioann. And. primo quòd rector dicit ſe cum confeſſum ſe ab eo recepiſſe centum libras in depoſitum, ad quarum reſtitutionem petit eum fieri condemnari. Et produxit inſtrumentum de tali confeſſione, quo cauetur quod confeſſus fuit recepiſſe ab actore centum in depoſitum, & promiſit illud depoſitum reſtituere ad ipſius voluntatem quotieſcunque fuerit an ſequi poſſet condemnatio. Et pro actore inducit quod legitima † eſt petitio, quæ continet rem certam, ſcilicet 1
ſummam centum librarum, & cauſam legitimam, l. depoſiti, quæ cauſa parit actionẽ. ff. de pact. l. iuriſgen. in pr. & ff. & C. depoſiti. per totũ. vt ſit plena †probatio, quia per inſtrumẽtum publicum, cui 2
ſtatur, l. cum precibus. l. in exercendis. C. de fide inſtru. & centum ſic certum eſt condemnari debere, l. vna. C. de probib. ſequeſt. ¶ In contrarium quòd non debeat condemnari, quia huiuſmodi petitio non continet cauſam talem, quæ pariat actionem, l. licet pactum. ff. de procur. quia in eadem non ſit recepiſſe depoſitum, ſed quòd confeſſus eſt in ſe recepiſſe ex tali enim confeſſione extra iudicium facta, licet cum cauſa, non naſcitur obligatio, & ſic debet ſequi abſolutio. Item eſt vnus caſus, in quo per confeſſionem extra iudicium † tantum naſcitur obligatio, ſ. ex literarum 3
obligatione, ſeruata forma tradita inſti. de literarum oblig. & illud ex cauſa mutui: ergo ſecus in aliis. ff. de iud. l. cum prætor. Item, nec tunc ex confeſſione naſcitur, niſi pecunia numerata fuerit, vel ſtipulatio interuenerit: vt ibi patet in text. Conſtat enim, quod alij ſunt modi, quibus inducitur obligatio, & alij, quibus ſit obligationis probatio, inter quos eſt confeſſio. C. de non nume. pecu. l. generaliter. & l. in contractibus. & de proba. l. cum de indebito. §. fina. & arbi. tutel. lege fina. ideò dicit gl. non dicunt quòd confeſſio obliget, ſed dicunt quod confeſſio præiudicat. hic † & ſcripta pu- 5
blica nullum obligant, ſed obligationem probant. Hæc pign. l. contrahitur. & hanc partem tenuit Nic. de Viatis. per l. Publiã. §. fin. ff. depoſit. ſequendo Azo. in ſumma de confeſſ. & de non numerata pecu. & idem Io. And. vbi ſuprà, per quam dicit de facto fuiſſe notificatum, in quæſtion. quia quærebatur Titium emiſiſſe procuratorem ad exigendum a debitoribus ſuis, & ad quitandum: agit poſtea Titius contra vnum ex debitoribus, qui produxit inſtrumentum, quomodo ille procurator confeſſus fuit ſibi ſolutum, & illud quittauit, &c. & inducebat pro ſe l. pecuniæ. C. de ſolu. & c. iudicatum fuit contra eum: quia procurator quitare non potuit, niſi de ſoluto, & exacto: per illud autem inſtrumentum non probatur ſolutio, ſed confeſſio, per ſuprà dicta. Et dict. l. pecuniæ. & l. cùm de indebito. c. fin. loquuntur in domino, contra quem bene ſufficeret inſtrumentum, per illas ll. & bo. tex. in l. ſi ſine. ff. rem rat. habe. & idem Fred. de Senis in conſilio liij. cum ſeq. & Bart. in l. ij. §. ff. ff. ſi cer. petat. & in l. ſi debitorem. ff. de noua. tamen in hac vltima quæſtion. Ioann. Bald. in conſilio ccxxxix. libro j. tenet quod ſi dominus habet ratum dictam quitantiam, poteſt agere contra procuratorem, vel eius hæredes: quia † ſtandum eſt tali confeſſioni in 6
præiudicium confitentis, & habetur pro veritate. ff. de admini. tuto. l. Lucius. §. tutelę. quia aut re vera habuit, & non eſt æquum, vt non reddat, l. ſi me &

Titium.

Titium.ff.si certum petat. Aut non habuit, & sic confitendo fuit in culpa,quæ venit in actione negotiorum gestorum.l.Pomponius.ff.de neg. gest. cum aliis per eum alleg.licet Bald.in dict.l. j. §. fi. teneat,quod talis confessio noceat domino. & idem Ang.& Imo.in dict.l. si debitorem.si apposita sit in procuratorio, clausula ad confitendum ne reddatur manis & superflua. tamen primam tenet illustr.doctor Francisc.de Aret. in consilio inj. vbi dicit ipsam esse communem. Sed in præsenti casu appellans probauit numerationem, & veram depositionem per vnum testem tantùm & de ciuili, id est confessione particulariter, & singulariter per fratrem suum & alios in abundantia appellantis facta. ¶ Quid dicendum ? Ego in hac quæstion.depositi & etiam mutui reperio
7 diuersas doctorum opiniones. Ideò † pro concordantia dico de depositio primò quòd aliquando in libello proponitur verum siue naturale depositum, & in consequentiam ciuile, id est confessio vel stipulatio simul : aliquando naturaliter tantùm : aliquando confessio tantùm. In primo verò casu & secundo, tunc vt probatur vtrunque, & non habet dubium. Aut probatur tantum confessio, & in casu Bald.in consilio ccxxvj. libr.iij. incipien. actum fuit depositi. tenet quòd actor debet obtinere, & reus condemnari,
8 quia † depositum per confessionem non contrahitur,sed probatur esse contractum. dict.l. Publia. §. fina. & maximè, vbi non interuenit scriptura. Et confessio non cadit in aliquem
9 contractum mundi, nisi † in contractum literarum : vt dictum est. Et allegat.not.per Gul.de Gug. in lege qui pecuniam. ff.si certum petat.& Cyn.in lege si non singuli. Cod. eodem titul. Sed hæc confessio non fuit intentata, vt actio, sed vt probatio, lege si ex pluribus. ff. de solut. Vnde sequitur, quod probata confessione, per eam
10 probatur numeratio vera : quia per ciuilem † actum probatur naturalis actus, id est per confessionem quæ de iure ciuili, probatur numeratio, quæ est de iure gentium. Nec est nouum, quod
11 per verba enuntiatiua † confessionis, probetur veritas depositi, quando confessio non disponit, sed dispositum inuenit : aliàs enim confessio potest aliquid in esse deducere, quod nunquam fuit. lege ex hac scriptura.ff. de donatio.Ex his duobus intentatis,scilicet numeratione,& confessione, resultat confessio vt probans : numeratio,vt probata,& sic debet sequi condemnatio ex numeratione, lege certi condictio. §.quoniam. & l. lecta.
12 ff.si certum petat. † quia depositum non contrahitur nisi vno modo. s.re. Mutuum autem tribus modis,scilicet re, quando interuenit numeratio chirographo, quando interuenit stipulatio, vt suprà dictum est.Vnde in depositio vnus est contractus,vna obligatio, ex quo probatio de necessitate sequitur condemnatio. capitul.cum dilectus. de succes.ab intest. Et ita concludit Bald. ibi in consilio cxxxij. libr. ij. vbi dicit, quòd per a-
13 ctum † ciuilem confessionis, probatur naturalis actus, vt iuribus suprà allegat. & lege j. Cod. de fal.causa.adi.licet in consilio clxxxviij. versicul. quartus articulus est, &c.incipient. præsuppositio statuto.libr.iij.teneat contrarium : quia secundum Lud. Bologn. in dict. lege Publia. §. fin.in primis interpretat. ex tali confessione, qua quis confi-
14 tetur † se habere à Titio centum, oritur vtrunque,scilicet obligatio & actio:per illum text.in verb.quod ad solam pecuniæ quantitatem attinet, &c.Reprehendendo omnes doctor. qui communiter per illum text. dicunt ex tali confessione nō induci obligationem, sed probationem tantùm: quia imò nascitur obligatio, & oritur actio ex ea: sed Alexan. ibi in addi.mag.ad Bart.tenet contrarium etiam quando in tali confessione interuenerit stipulatio de reddendo & restituendo, vt ibi per eum : & idem in consilio xxxv.lib.j. tamen opin. Lud. Bolog. habet apparentiam propter dictionem solam.ibi,in text. positam. quæ excludit omnia alia, vt ibi per eum.& ita seruatur in curiis, quando proposita fuit confessio in libello,vt j. dicam in ij.casu.Item contractus † depositi est in tā- 15
tùm fauorabilis, quòd meretur executionem, sicut sententia vel confessio facta in iudicio, vel iuramentum conuentionale vel iudiciale, l.post rē.ff. de re iud.vel laudum emologatum,l.cùm antea. C. de arbi.Et de depositio probatur in lege pen. Cod. depo.vbi Bart.hoc tenet. quòd intelligit Matth. Mat. in suo no. ver. verùm,quando depositum est quodammodo notorium, vt quando de eo appareat publicum instrumentum:vt ibi. Sed prima verior est,de gloss.in capitul.quotiens.j.q.vij. & Fel. in d.ca.si cauti.versic.fallit secundo. In secundo verò casu, quando ponitur in libello causa depositi tantum,& probatur confessio vel stipulatio, & Bald.in l.generaliter.in ix.q.quam ibi sequitur Sal. in xvij.quæst.Co. de non nu.pec.tenet quòd actor debet obtinere, secundum Nic.de Matt. vbi & idem Paul.de Cast.in l.ij.§.fin.ff.si certum peta.non tamen per rationem Bald. vt ibi Alexand.in dict. §.Chrysogonus.tenet contrarium, & quòd idem est in depositio, sicut in mutuo:quia illud quod dicitur in d.l.certi cōdictio.§.si nummos.de stipulatione interueniente iuxta mutuum, habet locum in stipulatione interueniente iuxta depositum,& iuxta omnem alium contractum,qui re celebratur : vt voluit Bart.in l.singularia. ff. si certum petat. & in hoc,reprehendit Bald. & Sal. in d.l.generaliter.de non nu.pec.volentes † quòd si quis egit contra te 16
ex causa depositi,& ad probādum depositum produxit stipulationem factam ex causa depositi, quòd debet obtinere.quod verum non est, secundum Alexand. quia esset mutare libellum post litis contestat. & probare quod deductum non est : vt infrà de mutuo dicam:& hæc videtur mihi verior.Quo ad tertium casum, quando † propo- 17
nitur in libello ciuile depositum, id est confessio, & probatur etiam per instrumentum, tunc secundum Nicol. de Mat. & Ioan.And. suprà relatos, reus debet absolui., cùm non sit ex tali confessione nata obligatio,ex qua deriuetur actio.Sed contra istam opinio. facit opin. Lud. Bologn. de qua suprà in j.membro, quam sequor. pro qua facit text.in l.desiderium.Cod.depositi. vbi instrumentum passatum inter te & me, in quo continetur, quòd mutauisti Titio centum,quæ apud te deposueram,probat depositum inter te & me. & idem do.de Rot. decis.xviij. titu.de prob. in antiq.licet arguant ad vtramque partem, an † credatur epi- 18
stolæ transmissæ tertio amico contra scribentem se debere Titio centum ex causa mutui, vel venditionis,aut aliàs,& se excusantem quòd non poterat soluere.& tenet quòd vtraque potest sustineri, & magis videtur æqua quòd non probet: quam sequitur Cyn.in dict. l.generaliter. in iiij. quæstion.

Digitized by Google

Et pro ista parte facit quod notat ibi Bald. in v. quidam ad agens ex † confessione facta per testatorem in testamento contra hæredem testatoris inducens testamentum, debet obtinere secundum Petr.ibi, saltem de æquitate canonica. & ita tenet Bald.in l.j.Cod.de confess.& in l. j. versicul. quæritur quid testator.Cod.de fal.cau.dicet. & per Bartol.in l.cùm quis.§.codicillis.ff.de leg. iij. Tamen ad cautelam dum opin. debet actor esse cautus, vt proponat vtrumque, & obtinebit probando per instrumentum de confessione, vt dictum est. & ita sentit Azo. Nicol. Mat.vt refert Ioann. And.vbi supra allegat.d.Lucius Titius.in j.ff.depositi.& lege, ne fatuaris.ff.de rat.hab. Sed in mutuo, aut vtrumque præponitur, & Bal.in consilio clxx.incipien. ex thematis. secundo. volumine iij. tenet quod si actor probare mutuum cuile, id est confessionem: & dicit quod in hoc debet esse cautus actor, vt doceat vtrumque. Aut tantùm numerato dicitur, & tunc secundum eam non sufficit probare confessionem allegat Bart. ita tenet in d.l.j.Chrysogonus. & in lege certi condictione.§. si nummos.ff.si certum petat. nisi lapsum fuerit biennium, tunc quasi ex confessione, quando non est litera probata per testes, & temporis transcursu præsumitur numerato facta, secundum Bal.in dict.l.si ex causa.ne.in x. quæstion. & Ias. in dict.§. si nummos.versicul.limita aliud vltimum, &c.& Bart.in d.l.j.§. si quis ita.ver.item ponitur alia q.ff. de verborum obl.sed Bald.in dict.consilio cxxj.in fin.tenet contrarium, quod actor debet obtinere sed primam tanquam veriorem & communem tenet idem Bald.in dict.consil. clxx.vij. & cxxvj.suprà alleg.secundo Spec. in tit. de testi.§.j.versicul.sed pone ego contra te,&c. & Ang. Ang.in consilio clv.in ij.dub. Nam † ex quo agit ex mutuo naturali, asserendo se numerasse pecuniam, non probat per simplicem confessionem rei de recepto.Et idem Ang.in l.certi condictio. §.quoniam.& in dict.§.Chrysogonus.& ibi Ioan. de Imo.& Alexand. ample nisi,secundum eum, in libello agens ex numeratione, se referret ad certum instrumentum, in quo contineretur numeratio,& stipulatio,seu promissio de reddendo, & restituendo,quod tenetur secundum Bart.& doct.in dict.l.edita actio.de eden.prius exhibere antequam reus teneatur deliberare:quia tunc satis videtur deduxisse stipulationem in ipso libello,postquam illa tontinetur in instrumento,ad quod se retulit: aliàs ex causa numerationis solum proposita probando confessionem,vel stipulationem,quæ post litem contestat.probari non potest:quia etiet mutare libellum,quod licet non potest.dict. l.edita actio.Pro hoc facit, † secundum eum, quia si deduco in libello vnam causam,& postea probo, nõ de illa,sed de alia causa,nõ obtinebo,d.habebat. ff.de institut.actio.& Bart.in l.j.in princip.ff.de eden.& pulchrè per Felin.in capitul. examinata. de iud.& dixi in addi.ad Dyn. in regul. nullus pluribus.in vlt.addit.de reg.iur.lib.vj.Et idem est, si in † libello proponat causam mutui, & probat numerationẽ,& non causam mutui factã, quod reus debet absolui per tex.in d.l.habebat.&c.abbate ibi.licet secundum Io.Fab.in l.incendium.C.si cert.pet.in dubio præsumatur mutuata pecunia, si fuerit numerata alicui,aliàs præsumitur secundũ eum depositum:per not.in l.Lucius.ff.deposit. & idem Bart.in l.cùm quid.ff.si cer.pet.tamen ex quo proponit specialiter vnam causam in libello, debet illam probare,per iura suprà alleg.& ita fuit iudicatum in curia Biturig.Et idem dico,vbi probaretur mutuum,sed non quantitas:quia nesciunt vel non recordantur quantum, nisi ex aliquibus coniecturis posset apparere de quantitate, vt quia probatur per duos testes,quod Titius petiit à Scio x. ex mutuo. Et per alios duos facta numeratio: sed isti dicunt se non recordari de quantitate: tunc ex talibus duobus testibus poterit deferri iuramẽtum in defectum semiplenæ probationis, per capitul.ex literis.de iureiur.ita tenet Bart.in l.admonendi.versicul.quarto quid si testis deficiat. & ipsum sequuntur And.de But.in capit. fi. de iureiur.& Alex.in d.in consilio ccxj.versicul. comprobantur prædicta.li.ij.& Matth.de Mat.in sing.xiij. & idem tenet Alexand.in addi. ad Bart. in dict.l. Publia.§.fin.in princ.mag.postul.& Barb. in dict. §.si quis ita. versicul.nisi libellus fundasset. Secus est,si † simpliciter petat quis mutuũ,dicendo:Peto x.ex mutuo: quia tunc vincit etiam, si probat de confessione, vt tenet Ang.consilio xlix.quia verbum,† Mutuum,verificatur in ciuili, & inducitur ex confessione.d.l.ex causone.& generaliter.& Insti.de literarum obl.& idem Alex.in dict.§. Chrysogonus.versicul.de.si quis agens, &c. & idem Iason in d.§.si nummos.ver.item attende.insequẽdo Barto. ibi, & in d.l.j.§. si quis ita.& ibi hoc tenet Barb.post Bal.vbi dicit opi.Bar. Bal.& sequacium esse veriorem,vbi per eum,qui eũprobat sing.& Alex.in præall.consilio xxxv.volu. j. vnde secundum eum,bene faciunt not. per gloss. & Bart.in l. prædia.ff.de acquir.poss.clarius per Pau.de Castr. ibi,qui iuxta quæst. ibi formatam per Bart.in versi. item facit ad illud,quod sit.vbi dicit, quòd si notarius † in instrumento scripsit quòd Titius mutauit Sempronio x.aureos in præsentia illius notarij & testium in instrumento descriptorum, testes descripti in instrũmento attestantur, quòd certè nulla pecunia interuenit, sed confessio de recepto:& certè tunc testes non contradicunt notario,nec instrumento,quia illa verba possunt verificari in actu ficto:vt dict.l.prædia.secundum vnam lect.& verificabuntur in mutuo ciuili: & hoc casu saluari posset secundum Pau. opin. Iac. But. ibi relata per Bartol. quod si in instrumento dicitur, † quòd numerauit ex causa mutui centum,tunc testes deponentes, quod nulla interuenit pecunia, dicuntur contradicere instrumento: tunc procedit opin.Angel.& aliorum in dict. lege prædia. qui tenebant contra Bartol. idem etiam probatur recte intuenti,ex nota.per Bald.in rubric.extrà de fide instrumen.in versicul. dubitatur tamen hic, quomodo notarius, &c.dum vult,quòd licet non possit excusari notarius, quando in instrumento asseruit pecuniam fuisse numeratam, si testes dicant,quod nulla numeratio fuit facta:tamen secus, quando in instrumento notarius non attestatur numerationem,sed mutuum:quia pluribus modis fit mutuum.Et ita est etiam de mente Bartol. in l. singularia. ff. si certum. per hoc etiam probat ex not.per Bartol.& alios in l.certi condictio.§.nummos.eodem titul.vt suprà dictum est.& dict.l. si ita stipulatus.§. Chrysogonus. de verborum oblig.quia intelliguntur de mutuo ciuili, cui natura cooperatur, quod est quando interuenit confessio,non numeratio:vt not.in dict.lege ij. in fin. ff.si certum pet.& ita etiam declarat Pau.de Castr. in dict.§.Chrysogonus.post alios ibi: & expressè Bal.in d.l.ij.& ibi vbi dicit,q̃ illud quod dicit Spec.

in tit.

in titul. de teſte. §. primo. verſicul. ſed pone, egi,
27 &c. † volens, quòd ſi ago ex mutuo, & probo de confeſſione mutui per teſtes, quòd non obtineo, procedit, quando in libello fecit mentionem de numeratione, ſecus ſi ſimpliciter de mutuo, per mo. in d. l. ij. §. fin. Et ita etiam loquitur Ludouic. de Rom. in dicta l. prædia. vbi declarat Specul. per no. per Bartol. in dicto §. ſi nummos. & ita in effectu intelligit dictum Specul. Ioann. de Imol. in dicto §. Chryſogonus. in vij. & viij. & Angel. in d. conſilio xlix. incip. in q. vertente inter dom. Nicol. & Alexand. in conſil. cccxxiij. incipien. viſa in ſcriptura. volumin. ij. & ſic idem eſt in depoſito, ſicut in mutuo, per ſuprà dicta. Vnde viſa probatione, per quam dictus appellans probauit numerationem per vnum teſtem, & per alios ſingulares confeſſionem, & etiam per nonnullas epiſtolas miſsiuas, debet obtinere: vt voluit Abbas Sicul. in dicto cap. cùm dilectus. verſicul. nota ibi vehementer. de ſucceſſ. ab inteſt. & debent iſtæ duæ ſemiplenæ probationes iungi, vt plenè probent. Et idem Anton. de But. in cap. licet ex quadam. & ibi Felin. verſicul. vltimò eſt ſciendum. de teſtibus. vbi plura doctorum elegantia dicta adduxit. & Paul. de Caſtr. conſilio cccl xxx. incipien. iudex eſt miniſter Dei. volum. ant. Sed idem Abb. contrarium voluit in cap. cùm cauſam. de probat. quem ſequitur Alexand. in conſilio vndecimo, libro quarto, & præal. conſilio trigeſimoquinto. & ſingul. Bald. in
28 dicta l. ſi ex cautione. in ij. quæſt. dicens, quòd ſi factor cumulauit in libello confeſſionem, & numerationem, & per vnum teſtem probat confeſſionem, & per alium numerationem, non probet, tanquam ſingulares: per dict. capitul. cùm dilectus. Et Bartol. Sozin. conſilio octuageſimonono, poſt princip. volumine primo, & idem Ludouic. de Roman. ſingul. ccv. cum ſequen. Sed idem Bald. in rubric. de controuer. inueſtit. poſt princip. dicit, quòd iſti teſtes probant ſimiplenè: ideò poteſt deferri iuramentum. & idem Bald. & Salicet. in authentic. rogati. Cod. de reſt. quod ſequitur Felin. in dicto capitul. cum cauſam. verſicul. gloſſ. fin. in d. capitul. licet ex quadam. in j. limit. & iſta opin. videtur multum æqua. Quam etiam ſequitur Franciſc. de Aret. in dicto cap. cum cauſam. vbi dicit non habere locum in alio contractu quàm mutui, in quo dicit iſtos teſtes eſſe ſin. ſed Felin. dicit ibi, quòd non videt rationem differentiæ: & ideò tam in mutuo, quàm depoſito faciunt ſemiplenam probationem. & Barto. in dicto §. ſi quis ita ver. item dico illam, quod Bald. &c. & ita in conſulendo ſemper ſequutus ſum, quando illi teſtes ſunt integri: quia teſtis, ad cuius ſupplementum de-
29 fertur † iuramentum, debet eſſe omni exceptione maior, argumen. l. optimam, in fin. Cod. de contrahenda & committenda ſtipulatione. tenet Bartol. in dicta l. admonendi. quem omnes ibi ſequuntur. & de Zabar. conſilio centeſimoſeptimo ante finem. & Paul. de Caſtr. in dicto conſilio trecenteſimooctuageſimo. Sed teſtes hîc non ſunt omni exceptione maiores, vt probatum eſt, ideò fuit bene iudicatum, etiam non habendo reſpectum ad ſolutionem, & quittantiam per ipſam appellatam probatam, ſed eis iunctis, clarus eſt proceſſus. Nec probant dictæ epi-
b ſtolæ, b quia licet † epiſtolæ, quibus mediantibus
30 contrahitur inter abſentes, valeant ſine die & conſule, & etiam ſine ſigillo mittentis, l. cùm tabernam, §. primo, & ibi Bartol. & Bald. & Ludouic. Bol. in ſuis intepr. ff. de pign. & dicta l. Publia. §. fin. tamen hîc non ſunt ſignatæ nomine mittentis, nec conſtat quòd per ipſum, vel per alium, nec ad quem mittebantur: licet eius factor ſiue inſtitutor dicat ipſas ſcripſiſſe: tamen dicit eaſdem non eſſe directas eidem appellanti; ſed cuidam eiuſdem appellantis nepoti: quia in eiſdem loquebatur nepoti, & non verificatur in appellatione, qui per hoc non eſt nec efficitur nepos. l. non epiſtolis. cum l. ſequen. cum ibi notat. per doctores. Cod. de probationibus. & l. epiſtola. in princip. ff. de pact. Cùm non aperitur per proceſſum, quòd dictæ literæ fuerint appellanti præſentatæ, quod requirebatur, vt voluit Bartol. in dicta l. cùm tabernam. §. primo, & in d. l. quidam decedens. §. codicillis. & Abb. Sicul. in cap. fin. de confeſſ. & Felin. in dicto cap. ſi cautio. verſic. fallit vj. Tum quia ſunt amatoriæ, & propter turpitudinem emiſſæ: ideò non valet text. ad literam ponens ſecurim ad radicem, in l. §. finali. ff. de action. & obligation. cuius text. verba ſunt hæc: Seia cùm ſalarium conſtituere vellet, ita epiſtolam emiſit: *Lucio Titio ſalutem: Si in eodem animo, in eadem affectione circa me es, quo ſemper fuiſti, ex contenti acceptis literis meis, diſtractare tua omni. Hoc tibi, quandiu viuam, præſtabo annos decem: ſcio enim quòd valde me bene amas.* Quæro cùm & rem ſuam diſtraxerit Lucius Titius, & ad eandem profectus ſit: & ex eo cum ea ſit, an ei ex his epiſtolis ſalarium annuum debeatur? Reſpondit ex perſonis cauſiſque eum, cuius notio ſit, æſtimaturum an actio danda ſit. Vbi gloſſ. in verb. ex perſonis dicit, præſumendum ſecundum qualitatem perſonarum, an turpis poſsit ibi eſſe ſuſpicio, vt quia meretrix: & cauſa luxuriæ, & non tenetur: ſi autem quia gerebat negotia ſua, tenetur: ſed hic clarè per ipſas literas conſtat, quòd luxuriæ & non negotiationis cauſa fuerunt emiſſæ. Igitur non probant, & ſunt nullius momenti. Ita tenet Alber. de Roza. in dicta l. non epiſtolis. Igitur, &c.

ADDITIO.

Quod dicit Spec. Adde Ioan. Fab. Ang. Aret. Iaſ. in §. ſequés Inſtit. de actio. a

Nec probant epiſtolæ. Adde plenè Fel. in c. ſcripta. verſ. tangunt etiam hic doc. de fide inſtr. & Ant. Corſeti in ſingul. epiſtola. in j. cum iij. ſeq. b

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Papa cum quodam ætatis xij. annorum minore diſpenſauit, vt eo temporis defectu non obſtante beneficium curatum poſſet conſequi & obtinere: modò minor adueniente xviij. non fuit ad ſubdiaconatus ordinem promotus, ſed expectauit ad annum xxv. vſque. Quæritur an ſit dicto beneficio priuatus.

SVMMÆ.

1 *Diſpenſatus ratione ſtudij, de non promouendo ad ſacros ordines, etiam presbyteratus, tenetur ſe promoueri facere ad ſubdiaconatus ordinem.*

2 *Scholaris, qui in aliqua ciuitate cauſa ſtudij ſtetit, videtur ibi domicilium contraxiſſe.*

3 *Clerici ſemel in ſacris, non poſſunt retrocedere, & ſtatum clericalem dimittere.*

4 *Lex quando ponit caſum ſpecialem, ſi adſignat rationem generalem, generaliter intelligenda eſt in omni caſu, in quo poteſt eadem ratio reddi.*

5 *Omnino, dictionis natura.*
6 *A subdiaconatus ordine qua ætas excuset.*
7 *Dispensationes sunt stricti iuris.*
8 *Beneficiatus an & quando subdiaconatus ordinem suscipere teneatur, alioqui beneficio priuandus.*
9 *Præpositura qui per septennium tenuit, sine aliqua dispensatione aut promotione ad sacros ordines, an sit priuandus, cum non fuerit monitus.*
10 *Dispensationes simpliciter & stricte accipienda sunt.*
11 *Priuatus non conuentuales, curam animarum habentes, si collati fuerint minoribus habentibus xx. annos, tales minores non tenentur promoueri ad sacerdotium, nec ad alium ordinem, nisi in xxv.*
12 *Propter dispensationem ordinarij quidam non tenentur promoueri ad sacros ordines.*
13 *Gratia accipienda est, vt non sit inutilis.*
14 *Dispensatum vbi est super beneficiorum pluralitate, censetur etiam dispensatum super residentia.*
15 *Dispensatum si fuerit cum minore, vt possit habere ecclesiam curatam, videtur etiam dispensatum, vt non teneatur se promouere ad sacerdotium intra annum.*
16 *Papa si dispensat cum minore xiiij. annorum, vt possit obtinere beneficium curatum, & deinde concedat alicui abbati, vt possit persona idonea prouidere an dicto minori possit prouidere.*
17 *Minores omnes simpliciter super ætate dispensati, intra quod tempus promouendi sint ad subdiaconatum.*
18 *Causa limitata limitatum producit effectum.*
19 *Monachus potest abesse a monasterio causa studiorum.*
20 *In dispensationibus cessat argumentum de maiori ad minus, affirmatiue.*
21 *Legis ratio vbicunque cessat, cessat & ipsa lex nisi remaneret causa finalis.*
22 *Processus intra quantum tempus sit in beneficialibus intentandus.*

CONSILIVM XXVI.

VIDETVR quòd fuerit priuatus, ex defectu promotionis ad d. subdiaconatus ordinem aduenientе ætate xviij. In qua poterat suscipere ipsum, clem. generalem. de ætat. & qualit.
1 Nam dispensatus ratione † studij de non promouendo ad sacros ordines, etiam presbyteratus, tenetur se promoueri facere ad d. subdiaconatus ordinem: per text. in cap. cùm ex eo. de elect. libro sexto. Et licet loquatur in dispensatione facta per ordinarium, idem est in dispensatione facta per Papam scholari fauore studij, vel loci: vt commoranti Romæ fauore Curiæ de non promouendo, quòd teneatur aduenientе dicta ætate xviij. vel si illam habebat, infrà annum à tempore datæ dispensationis subdiaconatus, ordinem consequi, vt in regul. cancellariæ Apostolicæ. liiij. ergo arg. à contrario sensu dicti cap. cùm ex eo. dispensatus simpliciter non ob aliquem fauorem, tenetur ipsum ordinem subdiaconatus suscipere, cùm non debeat esse melioris conditionis, quàm priuilegiatus & dispensatus fauore studij, vel loci. Accedant not. in leg. ij. C. de incolis. libro x. vbi scholaris qui † per decem annos causa studij in aliqua ciuitate permansit, videtur domicilium contraxisse. Idem in alio, qui per simile tempus non causa studij permansit: vt l. iij. eodem titul. Tum propter rationem singularem & generalem, quam reddit text. in dicto capitul. cum ex eo. Ne tales dispensati de Christi patrimonio sublimati, à statu retrocedere valeant clericali: quia percipient fructus per septennium, & postea dimisso beneficio ex illius fructibus eleuati ad secularem conuolabunt statum. Vnde † si fuerint in sacris, non possunt impugnati retrocedere, & dimittere statum clericalem, secundùm gloss. ibi per cap. vnum de voto. libro sexto, quia quando † lex ponit casum specialem, 4
si assignat rationem generalem, generaliter intelligenda est in omni casu, in quo potest eadem ratio reddi, vt per Bartol. in l. regula. 9. si quis ff. de iuris & facti ignor. non debemus ergo attendere in quo casu loquitur dicto cap. cum ex eo. sed rationem ibi generalem. Et hæc sententia probatur clarè in dicto capit. cum ex eo. dum dixit, omnino astringi volumus, &c. Quod verbum exponit ibi Ioann. Andræ. in nouel. quem sequuntur Dominicus & Philipp. Franc. in iij. notab. id est, non obstante aliqua dispensatione: quia secundum Philipp. Franc. verbum, † Omnino, excludit dispensationem, licet non ex- 5
cludat impedimentum: quia si talis dispensatus fuisset iustè impeditus, vt non potuerit infra annum promoueri ad subdiaconatum, excusatur, vt dicto cap. cum ex eo. in fin. Tum alia ratione, quia defectus ætatis eum † non excusat à susceptione ordi- 6
nis subdiaconatus: licet bene à susceptione diaconatus & presbyteratus ordinum excusaret: dicta clemen generalem. & not. lxxvij. distinct. cap. episcopus. versicul. presbyterum. Ergo prætextu dictæ dispensationis non potest se excusare, & protegere, quin teneatur se in sacris ponere in xvij. anno, nec protelare ad annum xxv. vsque, quia dispensationes sunt stricti † iuris, & tantum valent, quantum so- 7
nant, cap. cùm dilecto. de consanguin. & affinitat. & capitul. is qui in fin. de filiis presbytero. libro sexto. & per consequens astringendæ. Accedant notata in cap. postulasti. de rescriptis. & sunt odiosæ, vt pueri promoueantur ad beneficia curata, cap. indecorum. de ætate & qualit. & cap. super inordinata. de præbend. debet ergo stricte interpretari: vt prætextu illius, aduenientе dicta ætate non possit se excusare à promotione ordinis subdiaconatus, & debet restringi, quantum potest gratia odiosa, dum tamen aliquid operetur: vt colligitur ex cap. is cui de præbend. libro sexto. sed hic operatur, quod aliàs curatum obtinere non posset; sine promotione ad sacerdotium. cap. licet canon. de election. libro sexto. Si tamen in dicta ætate xviij. ad subdiaconatum fuerit promotus. ¶ In contrarium videtur, quòd 2
† non fuerit priuatus ob defectum ordinis subdia- 8
conatus in ea ætate non suscepti, per text. in dicto capitul. cùm ex eo. qui vult dispensatus fauore studij teneatur infra annum à tempore sibi commissi regiminis: licet regula prædicta cancellariæ dicat à tempore datæ dispensationis, vt dictum est. Et sic necesse est secundùm Ioan. Andr. dominos Philipp. Franc. & Francum, in tertio notabi. in principio. quòd infra dictum tempus, quo fine dispensatione fieri debebat sacerdos, fiat subdiaconatus & loquitur in eo, qui est in decimooctauo, quem,

quem ad ipſum ſubdiaconatus ordinem ſuſcipiendum ætas non excuſaret. Sed caſus noſter loquitur in minore duodecim annorum, qui non poteſt ad ſubdiaconatum promoueri infra annum, à tempore adeptæ poſſeſsionis beneficij, vel à tempore datæ diſpenſationis. Nec profecto infra quinquennium: quia fuit ſublatum impedimentum quo ad ſuſceptionem beneficij curati, ſecundùm Archid. Ioann. Andr. Dom. & ſequaces, in dicto cap. cùm ex eo. Et ſic dici non poteſt quòd vacat. Per quæ patet, quòd in illa ætate duodecim annorum non poſsit epiſcopus etiam fauore ſtudij diſpenſare, cùm in eadem ætate ſubdiaconatum ſuſcipere non poſſet, vt dictum eſt, vt per Inn. in cap. indecorum. & c. præterea. de ætate & qualit. & Spec. in tit. de diſpenſ. §. nunc de epiſcopatus diſpenſatione, &c. verſicul. iij. poteſt diſpenſare cum clerico, &c. & gloſſ. & ibi doct. in cap. licet canon. de elect. & cap. ſi ex eo. de reſcrip. & cap. cùm in illis. de præb. lib. 6. & ſingulariter Ludo. de Rom. in conſil. cccxxv. verſic. quo ad tertium. quod eſt ſingulare, vel quando eccleſia parochialis eſſet collegiata: quia licet nõ promoueatur infra annum ſine diſpenſatione, non cenſetur priuatus, ſecundùm Luc. in d. conſil. verſicu. quo ad ſecundum, &c. De hoc eſt tex. in capitu. ſtatutum. de elect. lib. vj. Et tenet Andræ. Barba. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. in princip. verſic. vnde dico. de verborum obligatio. hoc tenet Bald. in conſ. ccccxl. incipien. Quidam in minoribus conſtitutus. volum. iij. vbi conſuluit in fortioribus terminis ille, qui tenuit Præpoſituram, per ſeptennium ſine † aliqua diſpenſatione, nec promotione ad ordines ſacros non venit priuandus, ſi non fuit monitus: quia requiritur monitio hominis. alle. not. in dict. capitu. cùm ex eo. & huic dicto accedant no. in cap. cum noſtris. de conceſſ. præben. ſed hic eſt diſpenſatus, vt non obſtante defectu ætatis poſsit tenere beneficium curatum ſine aliqua promotione: igitur. Præterea, di- 10
ſpenſatio cum † non adſtringit adueniente dicta ætate xviij. ad ſubdiaconatum recipiendum, cùm in eadem diſpenſatione nihil dicatur, ſed ſimpliciter ſecum fuerit diſpenſatum: vt defectu ætatis eius, quæ erat xij. anno. non obſtante, liberè recipere, accipere, ac retinere licitè valeat. Et hanc tenet Archid. in d. cap. cùm ex eod. verſic. quod dicetur in quæſtione facti, vbi mouet hanc q. de verbo ad verbum: quem ſequuntur Ioan. Domin. Pet. de Anchar. & Philipp. Franc. ibi dicentes hoc probari per clemen. ne in a- 11
gro. §. cæterum. de ſta. mon. vbi ſi † prioratus conuentuales curam animarum habentes collati fuerint minoribus habentibus xx. annos, quò tales minores non tenentur promoueri ad ſacerdotium, nec ad alium ordinem, niſi in xxv. & ibi hoc tenet do. Zabarel. in §. qui autem in ij. q. vbi dicit, quòd quidam 12
non tenetur promoueri propter † diſpenſationem ordinarij, d. cap. cùm ex eo. Quidam propter diſpenſationem Papæ, vel Legati de latere, capit. auctoritate. de priui. libro vj. & maximè ſi cura animarum per alium exerceatur, vt per vicarium perpetuum, de quo per deciſ. capellæ Tholo. q. ccccxxj. Et licet Cle. ne in agro. loquatur in monachis, qui non ſunt diſpenſati: idem tamen volunt doct. ẽ. allegati eſſe conſtitutum in aliis diſpenſatis. Et dicendo contrarium, ſequeretur, quod dicta gratia ſeu diſpenſatio eſſet inutilis impetranti & eluſoria: quia nullam eccleſiam conſequi non poſſet, tãquàm inhabilis ad connexum onus ordinis: aut ſi conſequeretur, perderet illam: quia non recipit ordinem 13
† infra annum. Et hoc dicere, ſecundum ipſos eſſet reddere gratiam inutilem, & ipſa gratia nihil operaretur: contra l. quoties. ff. de regulis iuris. & de priuileg. cap. ſi Papa. & iſtam partem ſequitur Petr. de Ancharan. in conſil. cccl xiij. ante fin. & Abb. Sicu. in cap. quia tantùm. de præbend. vbi † dicit, quòd ex 14
quo eſt diſpenſatum cum aliquo ſuper pluralitate beneficiorum, videtur eſſe diſpenſatum ſuper reſidens. Et ex hoc infert, quòd ſi diſpenſatur cum minore, vt poſsit † habere eccleſiam curatam, vi- 15
detur diſpenſatum, vt non teneatur ſe facere promoueri ad ſacerdotium infra annum, iuxta l. licet canon. & cap. commiſſa. de electio. libro vj. Et idem Felin. in dicto capitu. poſtulaſti. verſicul. limita tertiò. ibi: Similiter dicit Abb. &c. idem Petr. de Ancharan. in conſilio cccciiij. incip. tria dubia in cauſa. vbi dicit quod ſi Papa diſpenſat † cum minore xij. 16
annorum, vt poſsit obtinere beneficium curatum, & deinde concedat alicui Abbati, vt de certa vicaria poſsit perſonæ idoneæ prouidere, an poſsit prouidere dicto minori, qui de iure communi non eſt idoneus? Et quid ſi is minor, vigore dictæ diſpenſationis obtinuit beneficium curatum, an poſsit illo dimiſſo aliud obtinere? Qui tenet in prædictis caſibus, quod ſic. Nec obſtat d. c. cùm ex eo. quia loquitur in caſu particulari, & non generaliter, videlicet quòd minores omnes † ſimpliciter ſuper ætate 17
diſpenſati teneantur in dicta ætate xviij. annorum ad ſubdiaconatum ſe facere promoueri infra annum: ſed ſolùm in diſpenſatis fauore ſtudij, & ſic non facit ius commune in aliis, qui ratione ſtudij diſpenſati ſunt. Et ideò ceſſat ratio data in dicto cap. cùm ex eo. cùm ſolùm prorogat ſuum effectum in caſu ſuo: quia † cauſa limitata limitatum operatur 18
effectum. & hoc videtur ſentire Paul. de Leaza. in dicta clemen. ne in agro. §. ſanè. & Zabarel. in iiij. nobili, volentes, quòd cauſa ſtudiorum poteſt monachus † abeſſe à monaſterio. Et ob hoc poſſet ha- 19
bere locum epiſcopi diſpenſatio, de qua in dicto capitul. cùm ex eo. quoniam ſi Papa voluiſſet, quòd adueniente ætate annorum xviij. teneretur ad ſubdiaconatum promoueri, hoc expreſsiſſet, prout aliàs vidi: & in diſpenſationibus † ceſſat argumen. 20
de maiori ad minus affirmando: vt not. Innocen. in capitu. vltimo. de tranſlat. epiſcop. & per Hoſtien. & Felyn. in dicto capit. poſtulaſti. & ſic ratio dicto capitu. cùm ex eo. non poteſt habere locum, cùm ratio obtineat vim legis, aut decretalis. ſecundùm Archid. in cap. vſus. † xj. diſtinctio. Et vbicunque 21
ceſſat ratio legis, ceſſat ipſa lex, niſi remaneret cauſa finalis: vt not. gloſſ. in cap. cupientes. poſt princip. in ver. periculoſis. & ibi doct. inſuper Ludouic. Bolog. in ſecundis interpretationibus. de electio. libro ſexto. & iſtam communem opinion. limitat Petr. de Ancharan. in dicto conſilio ccclxiij. quam dicit procedere quando inhabilitas cauſatur à iure communi, ſecus ſi à conſuetudine, vel ſtatuto. capit. primo. de conſtitution. libro ſexto, vt eſt in præbenda ſacerdotis ex fundatione; vt ibi vide, qui ſequitur Archidiac. in cap. ei cui. de præbend. libro vj. contra Ioann. Andr. ibi, & præterea iſte diſpenſatus tenuit & poſſedit huiuſmodi beneficium per ſeptem annos & plus. Oppoſito, quòd eſſet priuatus, quod non, vt dictum eſt, tamen impetrans eius beneficium, non poteſt in vim ſuæ impetrationis illud obtinere: quia contra formam & regulam cancellariæ Apoſtolicæ ipſe impetrauit beneficium dicti diſpenſati, abſque in eius impetratione exprimendo nomen, gradum, & nobilitatem poſſeſſoris, & quod aliquot annis ipſe illud poſſederit, nec cau-

22 ſam ſpecificam,& determinatam quare † aliquid eidem non competebat in dicto beneficio. Et debet proceſſum inchoare infra ſex menſes,&c.aliàs impetratio, & inde ſecuta ſunt nulla: & punitur in quinquaginta ducatis,& tenetur ad intereſſe ipſius,vt habetur in regula cancel. xxxij. Et ita mihi videtur, correctione alterius melius me ſentientis ſemper ſalua.

ADDITIO.

2 Io contrarium videtur. Adde do. Ioan. de Selua in ſuo tract. beneficij in iij. parte. q. lij. vbi iſtam vltimam partem ſequitur tanquam in iure veriorem,& ſecundùm hanc iudicatum fuit in curia,& vide infrà. q.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Proceſſus duo in materia decimali inter Priorem & canonicos eccl ſiæ S. Siluani de Leproſo actores, & religioſos Abbatem,& conuentum de Landeſio ordinis Ciſterſien. cum ſuis conſortibus reos coram nobis Officiali curiæ Bituricen. fuerunt inchoati,& ad ius clauſi,& erga nos ad diffiniendum poſiti. Modò præfati actores poſt concluſionem & renuntiationem ſic factas produxerunt in altero proceſſuum aliquas literas,inſtrumenta, & priuilegia, ad quæ producendum fuerunt per nos admiſſi : eoſdem in expenſis retardati proceſſus condemnando,quas decreuimus per taxatorem Curiæ taxandas. Poſtmodum in dicta proceſſura à tempore nouæ productionis fiunt ex parte reorum quatuor viagia,& nonnullas iuris rationes contra nouiter producta dederunt , & alias fecerunt expenſas : quæ omnia fuerunt taxata vna cum expenſis iam factis ab illo ſtatu,& termino cauſæ producendi ad ſententiam vſque,in vim ſtili volentis nullum admitti ad proponendum, aut producendum poſt dilationes,& terminos proponendi,& producendi,niſi refuſis expenſis retardati proceſſus,& quouſque proceſſus fuerit in illo ſtatu , in quo erat tempore nouæ propoſitionis aut productionis. Nunc præfati actores reclamauerunt in parte dicta viagia,& expenſas inde factas. Quæritur quæ expenſæ & viagia de iure taxari debeant,& veniant in huiuſmodi condemnatione expenſarum.

SVMMÆ.

1 *Expenſas totales an quis poſſit conſequi,aut particulares ſuper vno articulo factas.*
2 *Expenſarum condemnatio,variè fit,& numero ſequenti.*
4 *Expenſas ſoluere debet,qui petit reuocari concluſionem,& renũtiationem in cauſa factam propter productionem fiendam.*
5 *Expenſæ refundendæ ſunt in iure ciuili.ſi quis velit admitti ad allegandum vel producendum,poſt cõcluſionem. Et quid in criminali. Et quæ expenſæ præſtandæ ſint,num.7.*
6 *Iuribus defenſiuis renuntiari non poteſt.*
8 *Expenſæ quomodo ſint taxandæ,& vnde colligẽdæ.*
9 *De expenſarum augmento idem iudicandum,quod de ipſis expenſis.*
10 *Expenſa,quæ contingit ratione contumaciæ,quando ſint taxandæ.*
11 *Nuntiorum ſalaria quomodo taxanda : quomodo item iterationem expenſæ.nu.17.*
12 *Expenſas refundere tenetur is,qui aliquid temerè egit ante ſentẽtiam , nec eas recuperat vincendo in negotio principali.*
13 *Expenſarum condemnatio poteſt eſſe incerta.*
14 *Iudex ſemper habet poteſtatem cognoſcendi & determinandi , quando ea quæ ſunt de futuro, habent dependentiam à iure de præſenti.*
15 *Iudex vbi per pronuntiationem in aliquo articulo cauſæ,non deſinit eſſe iudex,tunc quo ad expẽſas circa illum articulum factas poterit ſupplere vſque ad finem litis.*
16 *Iudex poteſt condemnare ad decimas tam præſentes quàm futuras.*
18 *Inſtrumentorum productio,maximè recens repertorum,poteſt fieri vſque ad calculũ ſententiæ.*
19 *Eccleſia & pupillus poſt concluſionem in cauſa poſſunt producere inſtrumẽta de nouo reperta.*
20 *Expenſa futura taxari non poſſunt.& nu.ſeq.*
22 *Iudex poteſt condemnare ad damna, conſiderata quantitate rei petitæ,vel modi ſtuerus intellectu.*
23 *Contumax prorogat proceſſum in comparendo.*
24 *Verba indefinita in quacunque materia prolata, ad præſentia referenda ſunt.*
25 *Ad expenſas futuras & non petitas condemnari quiſquam non poteſt.*
26 *Sententia an ferri poſſit ſuper futuris expenſis, etiam conditionalis.*
27 *Expenſæ non debentur,niſi quis in eis condemnatus ſit.*
28 *Statuto vel ſtylo ſtante, quòd in quacunque cauſa tam ciuili, quàm criminali victus victori debeat in legitimis expenſis condemnari , non comprehenduntur expenſæ non adiudicatæ.*

CONSILIVM XXVII.

VIſo prædicto reclamationis proceſſu per vos ſpectabilem virum dominũ magiſtrum Guilielmum de Cameraco, canonicum & Cancellarium eccleſię maioris Bituricen.&officialem curiæ metropolitanæ Bituricen. mihi tranſmiſſo: Præſuppono primò, antequam veniam deciſionem dicti proceſſus & dubiorum, illud quod tradunt Ci. Bart. Paul. de Caſtr. & communiter doct. in l. ſancimus. C. de iudic. quòd † qui poteſt conſequi expenſas totales,aut particulares ſuper vno articulo factas. 1
Primo caſu expectatur finis litis, l. properandum, §. ſinautem alterutra. C. de iudic. Secundo caſu, videtur quòd terminus illius capituli expectari debeat, vt in quolibet emergenti , vel incidenti , in quibus victus victori condemnandus eſt in expenſis:& idem Specu. in titu. de expenſ. §. ſi ante. verſic. ſed nunquid deficiens. licet ſecundum eum aliqui teneant cõtrarium,& verum dicit,vt tenent Inno. Ioan. And. Anton. de Butr. & Abb. Sicul. in c. finem litibus. per illum tex. de dolo & contu. Sed ſecũdum Bal.& doct. in d. l. ſancimus. aliquando † fit condemnatio expenſarum ratione retardati proceſſus quando comparuit quis , ſed per ambages litem protraxit , & vltra modum diſtulit : vt quia propoſuit aliquam exceptionem dilatoriam , per quam differtur iudicium, & quam tamen non probauit , ex hoc condemnandus eſt in expenſis, per tex. rotundum in l. non ignoret, C. de fruct. & lit. expenſ. & ibi per omnes. & tenent Cy.& Bart. in d. l. ſancimus.& in l. j. ff. de alien. iud. mutan. cauſ. fact. & Abb. in d.c. finem. verſicu. vlterius,& quinto,&c.& plus volunt,quòd teneatur etiam ad damna , prout ibi per ipſos. Aliquando † quis condemnatur cauſa temerariæ litigationis, l. cùm quem temerè. ff. de iudic. Aliquando ratione contumaciæ: quia contumax facit retardare proceſſum,de quibus per Bal. in d. l. ſancimus. in prima q. & Paul. & doct. in d. l. non ignoret.& per Lanfr. de Oria. in repet. c. quoniam contra falſam. de prob. & Specu. in tit. de expen. §. ſi ante. verſic. hoc autem. & §. fin. ver. in ſumma.& doct. in ſuper Abb. verſic. venio ad ſeptimam partem. in d.c. finem. & Signorol. de Homod. in conſi. xxxvj. verſic. octauò præmitto, 2 3

quòd

quòd expenſæ in lite veniunt ratione retardati proceſſus, &c. Hoc præſuppoſito videtur, q̃ fuerit bene
4 taxatum, quia qui petit † reuocari concluſionem & renuntiationem in caſu factam propter productionem fiendam, debet ſoluere expenſas, ſecundũ dum. de Rota. deciſ. x. tit. de iudic. in antiq. licet ſecundum Rotam ibi, in deciſione viij. quis ad producendum admitti non debeat, niſi iudex prius viderit, an illa noua productio faciat ad cauſam. Et ſi faciat, réuocare debet concluſionem, aliàs non: de quo per Abba. & Feli. in cap. cùm dilectus. de fide inſtrumẽ. & glo. & doct. in l. exercendis litibus. C. eod. tit.
5 quod intelligendum eſt † in ciuili, vbi quis non admittitur vel recipitur ad allegandum vel producendum poſt concluſionem, niſi refuſis expenſis. Secus
6 in criminali: quia † iuribus defenſiuis renuntiari nõ poteſt, vt eſt gl. ordinaria in l. pactum inter. ff. de pact. Et tenet amplè Ludo. de Rom. in conſi. clxxvj. & Abb. Sicul. in d. c. cum dilectus. & ibi Felin. verſic. modò iſtum tex. & verſi. ſequen. ad quem in hoc eſt recurrendum. Item fallit in ſupremis Curiis, vbi poſt concluſionem admittitur noua productio:
7 vt infrà dicam. Tum illæ expenſæ ſunt præſtandæ † non ſolum quæ propter cauſam factæ ſunt, d. c. finẽ litibus. & capit. cùm dilecti. in fin. de foro competen. & d. l. properandum. §. ſinautem ex geſtis. videlicet in aduocatis, & teſtibus, & actis iudicialibus, ac etiam in eundo, ſtando, & redeundo & cæteris: vt d. l. ſancimus. & capit. j. de ſequeſtra poſſeſ. & ibi Abb. verſi. qualiter. & capit. cùm pro ſua. de procur. & capitu. in noſtra. de iureiuran. & in authen. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. hæc autem. verſi. pauca verò. & d. l. non ignoret. & l. finali. & ibi docto. inſuper Ludo. Bolog. in primis interpretationibus. C. de fruct. & lit. expenſ. Sed etiam ille, quas propter litem ſuſtinuit, & incurrit illa prorogatione: vt d. l. non ignoret. & ibi Paul. & in d. l. ſancimus. ver. in tex. ibi niſi priùs. & Bald. in d. l. properandum. §. ſi autem ex geſtis. & ibi Ludo. Bolog. in ſecundis interpretationibus dum tamen ſint iuſtæ & moderatæ expenſæ, inſpecta prolixitate temporis & negotij qualitate, ſecundum iura doct. ſ. alleg. & Bart. & Pau. in d. l. non ignoret. & tenet Fred. de Senis in conſi. cxix. & Alex. in conſi. xxxvij. in fin, verſi. item poteſt taxare. volu. ij. Et etiam, quòd ſint neceſſariæ, ſecundum Inno. in cap. cùm veniſſent. in verſi. in lite. &c. quem ibi ſequuntur docto. de eo qui mitti. in poſſeſ. cauſa rei ſeruan. in d. cap. finem litibus. ſed glo. ibi dicit, etiam vtiles venire. & idem tenent Ioan. And. & Abb. Sicu. ibi verſi. vlterius ad quintam par-
8 tem gl. &c. † Et debent taxari mediocriter, ſeu eſſe mediocres, & non delicatæ, ſecundum gloſſ. & Inno. ibi per l. ſi ſeruos. in fin. de pig. actio. Et ſequitur Spec. in d. tit. de expen. §. fin. verſi. & not. quòd expenſæ iudiciales. cùm verſi. ſeq. & Lanfran. in d. capit. quoniam contra falſam. verſi. quæro vlterius quæ ſunt illa expenſæ. &c. & Ang. in l. terminato. verſicu. & adde quod cõtumaxita tamen quòd nihil in præiudicium victoris obtinentis expenſas taxari de iis quæ iuſtè expendit, ommittatur; quoniam ſi aliquid inueniretur vltra taxationem iudicis vel taxatoris nõ eſſe taxatũ, ipſe victor petere poteſt. Text. eſt quẽ faciũt ibi ſingularem Bald. & Ludo. Bolog. in ſecundis interpreta. in authent. quod fieri. C. de dila. Item prædicta viagia fuerunt neceſſariò facta propter ipſam nouam productionem, quæ retardauit, & diſtulit diffinitionem proceſſus: aliàs non fuiſſent facta. Nam oportebat dicere contra dictam productionem, & inſtruere aduocatum, & conſilium ſuum, quæ expenſæ, & alia damna veniũt, vt iuribus ſ. alleg. quia expenſæ ſolitæ & conſuetæ veniunt reficiendæ, vt dicit text. in d. l. properandũ. §. ſin autem alterutra. & l. iiij. §. fin. & quod no. ibi Bart. in l. ſeq. ff. de teſti. & tenet Alexand. in d. conſil. xxxvij. verſic. Et hoc videtur æquiſsimum. volum. ij. ideò actores tenentur ad expenſas factas vltra ſolitum, ex quo contigerũt propter nouam productionem: quia † idem debet ſeruari & iudicari de argu- 9
mento expenſarum, quod de ipſis expẽſis conſuetis, ſecundùm Ioan. de Imol. in conſil. xxxiiij. in fin. arg. l. inter ſocerum, §. cùm inter. ff. de pact. dota. Vnde ſecundùm Calde. in conſ. cxlvj. titu. de dolo & con-
tum. expenſa quæ debetur ratione † contumaciæ, 10
debet taxari vno vel duobus groſsis, plus minus, ſecundùm quod datum fuit nuntio: quia ſolùm expenſæ factæ propter ipſam citationem veniunt, per d. c. cùm dilecti. & iuribus ſuprà allega. Et ideò dicit Ioan. Fab. in §. tripli. verſicu. circa hunc §. de action.
quod † de conſuetudine, ſalaria nũtiorum non cre- 11
ſcunt propter maiorem quantitatem, ſed ſecundùm longitudinem itineris, vel laborum. plus enim habebit executor pro eundo extra villam, quàm ſi faceret in villa. Et ideò ille §. tripli. non habet locum de conſuetudine in illis. vnde ſecundùm eum, tota die videmus quòd notarij & aduocati hodie maiora ſalaria recipiunt pro magna cauſa, quàm pro parua. Quare dicit Bald. in dict. l. non ignoret col. in pen.
quòd ſi quis commiſit aliquam † temeritatem ante 12
ſententiam, quòd tenetur reſcindere expenſas, nec eas recuperat vincendo in negotio principali: quia eſt pœna, l. quòd à quocunque. ff. de reg. iur. Præterea, condemnatio † expenſarum poteſt eſſe incerta, 13
videlicet condemnamus talem ad expenſas, quas fecerit vel probauerit ſe feciſſe: vt tenet Inno. Ioann. Andr. Anton. & Abb. Sicu. in dicto capit. ad finem. per tex. in dicta literminato. & idem tenent ibi Bar. Bald. Ang. & Paul. de Caſt. Et maximè viſo ſtylo Curiæ Bituricen. in ſcriptis redacto, & communi taxandi vſancia in eadem curia ſuper taxandis expenſis retardati proceſſus obſeruata, quòd ſolitę expenſę futurę ob nouam productionem aut propoſitionem poſt concluſionum deductam & factam, taxantur ſecundùm Inno. in dicto capitu. cum dilecti: vt infra dicam. Quia quando † ea quæ ſunt de futuro, ha- 14
bent dependentiam à iure de præſenti, ſemper iudex poteſtatem habet de his cognoſcendi, & determinandi, l. j. C. de ſenten. quæ ſine cert. quan. & l. j. C. de fideicommi. & tenet Ludo. de Roma. in conſ. ccclxij. incipient. quo ad primum articulum. vbi dicit, quòd iudex per pronuntiationem in aliquo arti-
culo † cauſæ non deſinit eſſe iudex: tunc quo ad ex- 15
penſas circa illum articulum factas poterit ſupplere vſque ad finem litis. allega. Archid. in capit. pia. verſic. condemnatus. de except. lib. 6. Et Bart. in l. iij. §. ſi rem. ff. de leg. iij. & Bartho. Sozin. in regu. cxxxvij. in iiij. fallen. Et facit quòd ipſe no. in conſilio cxxxvj. vbi in ſimili concludit, quòd iudex † poteſt con- 16
demnare tam ad decimas præſentes quàm futuras, cùm futuræ habeant dependentiam tam ex præterito, quàm de præſenti. Ergo bene fuit taxatum. In contrarium videtur quòd fuerit malè taxatum, &
bene reclamatum quantum † ad viagia, & cæteras 17
expenſas poſt dictam condemnationem & reſeruationem taxationis ipſarum factas. Tum primò,
quia productio inſtrumentorum † præcipuè de no- 18
uo repertorum poteſt fieri vſque ad calculum ſen-

tentiæ, ſecundum communem ſententiam doct. in d. capit. cùm dilectus. & ibi Felin. verſicu. iij. & in c. quoniam contra falſam. ver. gl. in verb. productiones. & Ludo. de Rom. de conſil. clxxvj. & caſus eſt in l. diui. ff. de pœn. præcipuè in hoc caſu, quæ eſt eccleſia, ſecundùm Ludo. de Rom. in l. admonendi. ff.
19 de iureiu. vbi dicit, quod † eccleſia & pupillus poſt concluſionem in cauſa, poſſunt producere inſtrumentum de nouo reperta. Et tenet Felin. in d. c. cùm dilectus. ver. quinto limitat, &c. etiam data negligẽtia eccleſiæ, vel pupilli, in perquirendis ipſis inſtrumentis, vt ſit differentia inter iſtas perſonas & alias.
20 Tum quia † dicta condemnatio & reſeruatio taxationis expenſarum vbi fieri debebat intelligi debebat de præteritis & iam factis ab illo termino & ſtatu cauſæ vſque ad renuntiationem, & concluſionem ipſius incluſiuè, & non profectò de futuris nondum factis, quia futuras expenſas officialis ſeu taxator curiæ Bitur. taxare non poteſt, vt voluit Inn. in d. capit. cùm veniſſent. in princip. quem Sequitur Specul. in titu. de expen. §. fin. verſicu. item ſcias, quòd iudex, &c. & Ang. in dicta l. terminato. & Lanfran. in dicto capitu. quoniam cõtra falſam. verſic. attende etiam, quòd iudex, & c. hoc intuenti demonſtratur: quia ſi præfati condemnati ſtatim & incontinenti facta prædicta expenſarum condemnatione, vel die ſeq. ipſas obtuliſſent expenſas & petiiſſent vt taxarentur, quòd taxator non potuiſſet taxare dicta viagia, excepto primo, cum in eorundem reorum præſentia productio noua fuiſſet facta. Et illud pro media parte, cùm fuiſſent duo proceſſus: quorum expeditionem & diffinitionem præfati rei ſimul proſequebantur. Nec etiam alia inde facta & geſta in ipſa cauſa: cùm re vera facta non fuiſſent tẽpore latæ ſententiæ: quia tempore taxationis declarationis expenſarum dicitur nihil decidi, nec certè decidi poſſet, cùm facta condemnatione euanuerit officium iudicis, ſed totum dicitur decidi, ſecundùm tempus ſententiæ: vt d. l. terminato. ita tenet Signo. de Hom. in conſilio ccxxix. verſ. præterea ideò. & taxatio eſt quædam executio, vt notat Bal. in d. l. ſancimus. in penden. q. per not. in d. l. ſi cùm exceptio. §. hæc autem actio. ff. quod met. cau. in illa q. in taxatione poſſit appellari, &c. Nec etiam po-
21 teſt intelligi † de futuris fiendis, cum tituli ſententia hoc non dicat, nec exprimat aliquid in ſpecie vel in genere, & in verbo & clauſula in expen. retardari proceſſus cõdẽnamus, taxatione nobis & curię noſtrę reſeruata, &c. fiendę & futurę expenſæ cõprehẽdi non poſſunt. Text. eſt in d. l. non ignoret vbi prę-
22 ter ſumptus † iudex conſiderata quantitate rei petitæ vel medij itineris interuallo, poterit condemnare ad damna: & ſic reſpicit proteſtationem præteritam, quæ eſt hîc modici temporis à termino & ſtatu ſeu dilatione, vltrà quàm in qua poterat producere vſque ad concluſionem cauſæ, quæ eſt vnius ſtatus qui fuit reuocatus, ad cuius expenſas tantùm tenebantur actores, ſecundùm Rot. in d. c. decr. x. Nam
23 & contumax † retardat proceſſum in non comparendos ſecundùm Bald. in d. l. ſancimus. & in j. & iiij. q. vt ẽ. in præſuppoſitione dictum eſt. Et tamen non tenetur niſi ad expenſas contumaciæ, & non ad futuras proceſſus, ſecũdùm Cald. in d. conſilio cxlvj.
24 & doct. ſupra alle. Tum † verba indefinita in dubio in quacunque materia apponantur, ad præſentia referẽda ſunt. ff. de auro & arg. leg. l. ſi ita. & de verb. obli. l. ſtipulatus. §. cum ſtipulatus. & tenet Lu. de Ro.
25 in conſi. cxxxvj. Prætereà, expenſæ futuræ † fiendæ non fuerunt petitæ. Igitur ad ipſas non poterant condemnari, l. iiij. §. hoc autem. ff. de dam. infec. & tenet Guliel. de Cug. in d. l. ſancimus. in vltim. q. de quo plenè diſputat Alexand. in dicta l. properandum. §. ſinautem. alias iudex ſe intromitteret de tractu futuri temporis. cõtra l. j. de vſur. & c. Romana. §. caueant. de ſenten. excommu. lib. vj. & per Ang. in l. j. C. de iud. Et vbi † ſententia ſuper futuris ex- 26
penſis ferri poſſet, etiam conditionalis, tenendo opin. Inno. in d. c. cùm dilecti. in iij. lec. tamen iudex in ſententia hoc expreſſè debuiſſet exprimere, videlicet, condemno te in expenſis factis & fiẽdis, aut fiendis tantùm: vel condemnare ipſum in expen. ſi non probauerit exceptionem propoſitam poſt intentionem actoris fundatam in odium ipſius tardè proponentis: licet in hoc vltimo caſu, ſecundum communem opinionem, & veram, debet iudex expectare lapſum termini probatorij, & poſtea condemnare: vel melius in fine proceſſus vnà cum principali. Et hæc vltima ſeruatur in praxi: aliàs futuræ expenſę non comprehenduntur: vt ſing. tenet Cæpol. Veronen. in conſilio. xij. vbi dicit quòd expenſæ taxari non debet, niſi præcedat earum condẽnatio: quia
† expenſæ non debentur, niſi quis in eis condemna- 27
tus ſit, vt probatur in l. fi. C. quando prouo. non eſt neceſſ. nec de iure poteſt ex interuallo lata ſententia in principali in expenſis condemnari: d. l. terminato. niſi eadẽ die, l. Paulus. in j. & ibi Ludo. Bolog. in ſecundis interpret. ff. de re iud. Quinimò vult plus Cæpola, † quòd ſi ſtatutum vel ſtylus velit, q̃ in 28
quacũque cauſa tã ciuili, quàm criminali victus victori debeat in expẽſis legitimis condẽnari, q̃ expẽſę nõ adiudicatę nõ veniũt: quia nõ ſufficit q̃ feratur ſentẽtia ſuper crimine aut ciuili, ſed requiritur q̃ etiã feratur ſentẽtia ſuper expenſis, cùm illud ſtatutũ nõ velit q̃ cõdẽnatus in principali, habeatur pro cõdẽnato in expenſis, licet Bar. in d. l. iij. in fi. ff. de leg. iij. teneat contrariũ. quẽ reprehẽdit Matth. de Mat. in ſuo not. incip. Nota q̃ Bart. tenet, & c. quia dictũ ſtatutũ videtur dirigere verba ad iudicẽ, dũ dicit cõdẽnatur à iudice, & ideò nõ poteſt naſci cõdictio ex dicto ſtatuto per regulã quã ponit Bart. met. in l. j. ff. de cõdi. ex leg. Itẽ prędictũ ſtatutũ loquitur penitus per cadẽ verba, per quæ ius cõmune: ergo nullũ vinculũ addit: ſed videtur eſſe recitatoriũ iuris cõis. l. 1ª autẽ ciuile. contrario ſenſu. ff. de iuſti. & iure. & not. glo. & docto. in capitu. j. de cõſtit. libro vj. Et ſic † 29
debet intelligi, q̃ officio iudicis mercenario fiat cõdẽnatio expenſarũ, dict. l. terminato. Sic in hoc caſu ſtylus Curiæ Bituricen. videtur recitatorium iuris cõmunis, dict. l. non ignoret. ſi condemnatio expenſarũ retardati proceſſus fuerit ad iã facta & fiendas prolata. de quo per Iaſon. in l. actionũ. & Sozin. in regu. cxl. in ij. fallẽt. Ergo cùm hîc non fuerit aliqua cõdemnatio futurarũ expenſarũ, nõ poſſunt venire. Et ſi venirẽt ex cõditione, & vi ſtyli, tũc per viã actionis & nõ officio iudicis, cùm ſit expiratũ. Et idẽ tenet Abb. Sicul. in d. c. j. de ſequeſt. poſſ. & proprie.

S V M M Æ.

1 *Mulieres etiam contra propria commoda laborant, & mineres conſilij imbecillitate.*

2 *Patruus ſi neptem ex fratre præmortuo, in matrimonium collocauerit, & ſibi dederit quingentos aureos in dotem, & hæreditati paterna quæ magna erat, renuntiare curauit, cum iuramento, an ſit excludenda.*

3 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*

4 *Dolus re ipſa arguitur ex minori ætate, ſexus fragilitate, & facti qualitate.*

5 *Epiſcopus diſpenſat ſuper iuramento, quando læſio eſt in*

eſt in exceſſiua & maxima quantitate, in qua præſumitur dolus & fraus.

6 *Inreconſulti dantes conſilium parentibus & rationem prouendi liberos legitima, ſine iuſta ingratitudinis cauſa, peccant.*

7 *Temporis decurſi lapſus filiæ nõ poteſt obiici, poſtquam ipſa fuit effecta xxv. annorum, per quẽ lapſum videtur ratificaſſe renuntiationes. Et quia iſtæ remiſſiones ſapiunt donationem, ſuccurritur renuntianti, & num. ſeq.*

9 *Renuntiationes, quas faciunt ſorores fratribus, de hæreditate paterna, & materna: item quas faciunt minores tutoribus & curatoribus de adminiſtratione tutelæ, valeant cum iuramento. Et an illæ poſſint deinde petere legitimam, ſeu ſupplementum legitimæ, num. 11.*

10 *Iuramentum facit minorem cenſeri maiorem.*

12 *Pacta de non ſuccedendo, facta à ſororibus poſt mortem patris, de cuius ſucceſſione agitur, an valeant. Et quid ſi illæ renuntiationes ſint geminatæ. nu. ſeq.*

14 *Actus & innatus, & perſeueratio multum faciunt ad validitatem eius, quod agitur.*

15 *Geminatio actus prohibiti, an det robur actui.*

16 *Vinculum duplex potentius eſt & fortius ſimplici.*

17 *Iuramentum non habet vim ſecundi conſenſus.*

18 *Ad dotem integram, qua, & quot ſint ſpectanda.*

19 *Filia quando mortuo patre renuntiat hæreditati, pro modico eſt læſio enormiſſima, & iuramentum non valet, & eſt locus relaxationi iuramenti: ſecus ſi competenter fuerit dotata, vel certiorata.*

20 *Iuramentum primum ſeruandum eſt, vbi plura præſtita ſunt tendentia ad diuerſos effectus.*

21 *Iuramentum habet vim expreſſi.*

22 *Ab opinione communi in dubio non eſt recedendũ.*

CONSILIVM XXVIII.

VIsis binis renuntiationibus & quittantiis ex interuallo temporis per Franciſcam & aliam Catharinam de la Vergue ſorores ciuitatis Agenenſ. de ſucceſſione bonorum quondam eorum patris, ac legitima eiſdem in dictis bonis & ſucceſſione ſororis defunctorum competenti, factis & paſſatis ad commodum & vtilitatem fratrum: videtur quòd poſſunt aduerſus ipſos fratres occaſione ſucceſſionum patris & ſororis defunctæ habere regreſſum, & ſupplementum legitimæ petere in eiſdem bonis, aut etiam in bonis, & ſucceſſione dictorum fratrum, ſi contingat aliquem eorum ab humanis ſine liberis decedere, cauſis & rationibus ſequen-
1 tibus. †Primò quòd ipſæ mulieres, quæ contra propria laborant commoda, l. iiij. C. de ſpon. & minores, in qua ætate fragile eſt conſilium. l. j. ff. de min. fuerunt deceptæ vltra dimidiam iuſti pretij, ratione cuius maiores xxv. annis admitterentur, iuxta l. ij. C. de reſcind. vendi. & ita voluit Pet. de Anchar. in cap. canonum ſtatuta. in xj. quæſtio. de conſtit. & in cap. quanuis pactum. de pac. libro vj. & in conſilio xxix. incip. pro clariori deciſione. in quibus locis voluit
2 quòd ſi patruus neptem †ex fratre præmortuo, in matrimonio collocauerit, & ſibi dederit quingentos aureos in dotẽ, & hæreditati paternæ quæ hæreditas erat magna, renuntiare fecerit cum iuramento: licet enim per auth. ſacramẽta pub. reputetur maior. & per d. c. quãuis debere excludi tamen poſſet hoc nõ
3 obſtante petere abſolutionẽ à iuramẽto: quia †iuramentũ nõ debet eſſe vinculũ iniquitatis. nã ipſa fuit dolo decepta re ipſa, qui reſcindit contractum, ſicut dolus ex propoſito: vt eſt tex. clarus, & ibi omnes in l. ſi quis cum aliter. ff. de ver. obl. ſaltem patruus decepit re ipſa dando dotẽ, & renuntiare faciendo, & ſic dolum commiſit. Ergo debet abſolui iuramẽto: & hoc verum intelligit, ſi enormiter ſit læſa vltra dimidiã iuſti pretij, iuxta d. l. ij. de reſcin. vend. niſi tali læſioni renuntiatũ fuiſſet: tunc non poteſt abſolutio peti à iuramento, ſaluo niſi eſſet enormiſſima læſio: quia tũc etiam admitteretur. Et ſic ex minori ætate, †ſexus fragilitate, & facti qualitate arguitur dolus re 4
ipſa. & ita tenuit Ant. de But. in c. cũ cõtingat. de iureiu. vbi dicit ita ſe cõſuluiſſe in caſu cuiuſdã puellę, quæ renũtiauerat cuidã ſucceſſione in manib. cuiuſdã affinis, cuius cõſilium eſt nu. xlv. inci. Domina Orabilis. Et iſtam opi. tenet Pau. de Caſt. in cõſ. ccciij. inci. notandũ eſt. vol. nouorũ. vbi in propriis terminis noſtris cõſuluit: vbi tenet, q̃ nõ obſtantib. binis renuntiationibus, prima facta patri, & alia facta patruo poſt mortẽ patris, q̃ filia poſſit petere ſupplementũ legitimæ, ac etiã bona materna: quia ſi prima renũtiatio nõ tenuit, nec ſecũda, l. doli mali. §. diuerſum. ff. de nouat. & ſuper iuramẽto debet diſpenſari
†per epiſcopũ, quãdo eſt læſio in exceſſiua & maxi- 5
ma quãtitate, in qua præſumuntur dolus & fraus, vt not. Bar. in l. ſi ſocietatẽ. §. arbitrorũ. ff. pro ſoc. per l. oẽs. §. Lucius. ff. quę in frau. cre. Nã ſecundũ Pau. Iuriſperiti cõſulentes patri † vel matri, & dãtes ſibi viã 6
qualiter poſſunt priuare filiã aũt filium legitima ſine iuſta cauſa ingratitudinis, mortaliter peccãt, vt no. in l. j. C. de inof. dona. & not. Bar. in l. hæreditariũ. ff. de bo. aut. iud. poſ. Quãtò magis pater aut mater, & refert Ant. de But. dixiſſe hæredẽ debere animã defuncti liberare à peccato, ſi bona hæreditaria ſufficiant, etiã in foro ſeculari: licet ius ciuile contrariũ ſtatuat: in c. fi. de ſepul. Iſte autẽ hęres auxit peccatũ faciẽdo illã reiterare renuntiationẽ. vnde ratione peccati tã ſui, quàm defuncti poteſt in curia ſeculari arctari ad reddendũ debitũ huic filię poſt relaxationẽ iuramẽti, quæ eſt neceſſaria quantũ ad vinculũ, quod in eo contrahitur de iure diuino & canonico. c. ſi verò. de
iureiur. Quinimò, ſecundũ †Pau. nõ poteſt obiici fi- 7
liæ lapſus tẽporis decurſi, poſtquam ipſa fuit effecta maior xxv. annis, per quẽ videatur ratificaſſe dictas renũtiationes: vt l. fi. C. ſi maior factus, &c. Quia iſtæ remiſſiones ſapiũt †donationẽ, ſuccurritur renũtiã- 8
ti, vt no. in l. j. & ij. C. ſi aduer. dona. Ideò requiritur lapſus longi tẽporis decẽ annorũ inter præſentes, & xx. inter abſentes, vt d. l. fi. quod tẽpus hic nõ interuenit, imò requireretur tẽpus xxx. annorũ. Et idẽ conſuluit Pau. in cõſ. cccclviij. incip. ad primũ puto. verſ. ſed eſt videndũ, an huic noceat iuramentũ. eod. vol. nouo. Alex. in cõſ. lxxix. inci. viſo pũcto, & inſtrumẽtis. vol. ij. & in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, in iiij. fallẽ. de ver. obli. vbi dicit q̃ iſta opi. eſt æqua & ſubtilis, nec obſtat ſecundũ cũ, d. auth. ſacramẽta puberũ. & tex. in d. c. cũ cõtingat. & in d. c. quãuis. quoniã ipſa deceptio eſt facta re ipſa, & idẽ Barbaria in cõſ. lx. quãdo eſt enormiſſima læſio, quæ nõ venit in renuntiatione. & idẽ Gaſpard. de Calde. in conſ. viij. ti. de iureiur. & Abb. Sicu. in c. pen. de emp. & vend. & And. Barb. in cõſ. liij. vol. ij. & Pet. de Anch. in regula, acceſſoriũ. de reg. iur. lib. vj. & Georgius. nata. in reper. d. c. quãuis pactũ. verſ. ſextò limita. Et iſtam partẽ aliàs cõſulẽdo ſequutus ſum * in ſimili caſu id- 4
eò quia vbi tres renũtiationes generales factæ fuerãt non ſolũ re ipſa, ſed etiã dolo ex propoſito fratrum. Et ſimiliter quia ibi non erant aliæ particulares re-

nuntiationes, quæ ſunt in caſu præſenti, de quibus infra dicetur. Quare in hoc caſu contrarium teneo,
9 cum Bal. in d. auth. ſacramenta. in fi. per † quem dicit refutationes ſeu renuntiationes, quas faciunt ſorores fratribus, de hæreditate paterna & maternaitē, quas faciunt minores tutoribus & curatoribus de adminiſtratione tutelæ, ſunt validæ cū iuramēto. Nec poteſt peti relaxatio à tali iuramento, q̄ poteſt ſeruari abſq; interitu ſalutis ęternę. d. c. quāuis. Quia
10 † iuramentū facit minorem cēſeri maiorē d. c. quāvis. Et tenent omnes in l. ſciendum. ff. de verb. obl. & hanc partem tenet Ab. Sin. in d. c. cùm cōtingat. & Imol. in tertio membro principali, vbi dicunt, quòd licet re ipſo fuerint deceptæ, non poteſt peti relaxatio iuramenti. Et ipſos ſequitur ſingul. Alexand. in conſil. cxxv. volum. primo, vbi reprehendit Petr. de Anchar. & Anton. de Butri. reſpondēdo rationibus ipſorum propter verbum poſitum in dicto capitu. authentic. ſacramenta puberum. ibi inuiolabiliter. & per tex. in dicto capitu, quanuis in verbo, omnino. Vnde Abb. Sicu. dicit ſe ſemper ita tenuiſſe legendo & conſuluendo. Quia ſi contrarium decernimus, quòd contra alia iuramenta poſſet peti abſolutio, certè iſta iura ſeruient nobis de vento. & idem Ab. Sicul. in conſilio viij. incipi. Laurentia mulier. volum. ſecundo. & Pau. de Caſt. in conſilio ccxxxij. volum. ij. inci. viſa facti narratione. in d. auth. ſacramenta puberum. & ibi ſingulariter Iaſon, vbi dicit, quòd in practica obſeruatur opi. Marti communiter per Citramōtan. & glo. approbata, & ſi quis vellet ab ea diſcedere, durū eſſet. Et ita conſulunt Ioan. Imo. in conſilio j. vbi reſpondet ad omnia iura & dicta doctorum, quæ adduci poſſunt in oppoſitum.
11 & dictus Zaba. in conſilio lxiiij. in princip. Tum †
b hoc probatur [b]: quia clarum eſt, quòd ipſæ filiæ mediante dote & portione eis per fratres data & conſtituta, & in qua ſe tenuerunt, & vocauerunt ſe contentas, renuntiando ſpecialiter & nominatim legitimæ eiſdem iure naturæ debitæ, & etiam Trebellianicæ, ac Falcidiæ, &c. vt patet per dictas quittantias, ideò non poſſunt ſe dicere deceptas, & petere legitimam ſeu ſupplementum ipſius, text. eſt vulgaris & clarus. in l. ſi quando. §. & generaliter. & ibi omnes. Inſuper Bald. & Sali. & Iaſon. verſicul. iij. per iſtum text. C. de inoffic. teſtamen. & Paulus de Caſtro in d. conſilio ccciij. verſiculo, hic in iſtis inſtrumentis renuntiationum, &c. & Felin. in capitulo, tranſlatio. ante finem. de conſtitut. & Alexander in conſilio clxxx. in princi. & per totum. cum ſeq. conſilio clxxj. volum. v. & ſingulariter Oldra. in conſilio clxxxij. verſiculo, nunc autem de ſecunda dicamus, &c. dicens, quòd ex eo, quòd dixerunt ſe contentas, & pagatas de parte & legitima bonorū omnium, ſe ipſas alienas reddiderunt ab vlteriori, & maiori legitima petenda. allega. bonum tex. in l. qui volebat. de hæredi. inſtitu. & in authenti. vt cùm de appel. cogno. §. hos autem diſpoſuimus. igitur, &c.
12 Tum † ſecundo, quia iſtæ renuntiationes & pacta de non ſuccedendo, ſunt facta poſt mortem patris, de cuius ſucceſsione agitur: quia tūc nō agitur de hæreditate deferenda, ſed iam delata: quæ hoc caſu valent, l. de fideicommi. C. de tranſact. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obliga. Ita tenet Georgius in d. capitul. quanuis pactum. verſiculo, quartò fallit, &c. pro quo allego tex. in dicta l. ſi quando. §. illud etiam quod eſt bene notandū: quod intelligo prout
13 infra dicetur. Tum † etiam, quia dictæ renuntiationes & quittantiæ ſunt geminatę & factæ ex interuallo temporis, de & cum licentia & conſenſu virorum ipſarum, quæ geminatio facit, vbi aliàs prima eſſet nullius momenti, valere, argumen. notatorum in l. ſi mulier. cum ſua authentic. ſi qua mulier. & ibi Bald. & doct. C. ad Velleian. & l. in contractibus. §. j. & ibi per omnes. C. de non nume. pec. & gloſſ. in c. cùm contingat. in verſicul. debent. de iureiurand. & gl. & ibi Barto. in l. triticum. ff. de verborum oblig. quia duæ confeſsiones † plus operantur, quàm vna. 14
actus enim geminatus, & perſeueratio multùm arguunt ad validitatem eius, quod agitur: quemadmodum confeſsio facta in figura iudicij, vt voluit Bart. in l. cùm ſcimus. in fine. & ibi Ioan. de Plat. Lucas de Pen. & Iac. Rebuf. C. de agrico. & cenſi. lib. xj. & Anton. Corſeti in tract. de verb. gemina. verſicu. ſecunda geminata confeſsio. Et ideò videtur facta cum grandi & matura deliberatione, attento temporis interuallo: per text. in capitul. & ſi Chriſtus. de iureiuran. Vnde dicit Bald. in dicta authentic. ſi qua mulier. quod † licet geminatio actus non det robur a- 15
ctui: per text. ibi, multoties, verum. niſi poſt biennū vel aliud interuallum temporis interuenerit geminatio. gloſſa & doct. in ca. ex literis. in verbo, admonita. de diuor. & ita in terminis tenet Philip. Decius in conſi. clxxxj. verſicul. ſecundum eſt. Nam ſi iſtæ mulieres fuiſſent maiores xxv. annis, & iuraſſent non contrauenire, non poſſunt ratione deceptionis vltra dimidiam iuſti pretij reſcindere contractum: vt tenet gloſſ. in dict. l. ij. C. de reſcinden. vendit. & gloſ. in cap. cùm cauſa. de emptio. & venditio. quas doct. vtrobique ſequuntur. & Tholo. Parpalia. in ſua repetitione l. ſi quis maior. verſicu. in alia tamen materia notetis, &c. C. de tranſaction. Ergo duplex vinculum † potentius & fortius eſt vno. cap. j. de treu- 16
ga. & pace. & Inſti. de tutel. in princip. Ideò primum operatur, & facit eas maiores: & ſecundum iuramentum facit, & operatur, quòd non poſſunt contrauenire approbando & ratificando primā quittantiam & renuntiationem factam. capitu. quoties. & ibi hoc tenet Collecta in vltima quæſti. de pactis, inſequendo Archid. in dicto cap. quanuis pactum. & idem Anton. Corſe. vbi ſ. verſic. xxvj. vbi dicit, quòd † iu- 17
ramentum habet vim ſecundi conſenſus. allegat gl. & Abb. in cap. cùm contingat. in gloſſ. ij. in fine. de iureiurand. vt infrà dicam. nam poſito, quòd primum iuramentum non teneret, tamen ſecundum valet. cap. tua nos. in primo. de iureiurand. imò plus volunt illæ gloſſ. quas ſequitur Bart. in d. authen. ſacramenta puberum. & ibi Iaſon. quòd ſi minor [c] iu- c
rauerit non contrauenire tam ratione minoris pretij, quàm etiam minoris ætatis, prout fecerunt dictæ ſorores, non poſſet aliquid petere. Et tenet pulchrè Bald. in d. l. ij. in ix. quæſt. de reſcin. vendit. igitur, &c. ſed hic eſt vnum, quòd licet ita non iuraſſent: tamen attento quòd iuramentum facit eas maiores, & expreſsè legitimæ renuntiauerunt, non poſſunt venire contrà, per text. in dicto §, & generaliter, & Philippus Franc. in dicto cap. quanuis, in iiij. limitatione. Et maximè, quia iſtæ renuntiationes fuerunt factæ longè poſt contractum, & conſummatum matrimonium de licentia & cōſenſu maritorum, qui habuerunt & receperunt integram dotem quod ſufficit, vt voluit Pau. de Caſt. & Anto. in locis ſ. allegatis. Secus, ſi non habuiſſent dotem, vt voluit Pet. de Anchar. in dicto conſi. xxxix. & in dicto cap. quanuis. & Sali. in l. pactum. C. de pact. & Pau. de Caſtr. dicit in conſ. ccccij. incip. viſis & ponderatis omnibus, &c. vol. nouorum. quòd licet † filia dotata non habeat 18

fortè

fortè integram legitimam, ſi habet dotem integrã, inſpecta quantitate bonorum & dignitate perſonarum, & loci conſuetudine, & numero liberorum, conqueri non debet. l. quæro. ff. de iure do. & authentic. res quæ. C. commu. de leg. & vnde ſumitur. §. quamobrem. Sed iſtæ ſorores fuerunt debitè dotatæ, viſis bonis, quæ erant tempore mortis eorum patris, quo caſu valet pactum, etiam ſine iuramento, nec poterunt agere ad ſupplementũ: vt voluit Angel. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. quem ſequitur Imol. in dicto capitulo quanuis pactũ. Sed in hoc Baldus in l. pactũ quod dotali. tenet quòd requiratur iuramentũ. & hæc eſt communis: ſecundum Philipp. Francum in d. c quanuis. in iij. limitatione, & iiij. Sed hæ ſorores iurauerunt. Et ideo poteſt dici, quòd nõ interuenerit deceptio, aut dolus re ipſa: & per conſequens ceſſat d. l. ſi quis cùm aliter. quia poſt mortem patris primogenitus contraxit matrimonium cum filia Deſtrades, ex qua habuit dotem, ex qua ſatisfecit dictis ſuis ſororibus. Et eſt bonus & diligens mercator. Vnde doct. contrarium tenentes, loqui videntur, & concludere in
19 hoc, quòd quando † filia mortuo patre renuntiat hæredi pro modico, eſt deceptio enormiſſima, & iuramentum non valet, & eſt locus relaxationi iuramenti. Secus, ſi competenter fuerit dotata: vt ẽ. dictum, quòd valeat tunc. Et tenet Federic. de Senis in conſi. cxciiij. & Ioan. de Imo. in dicto ca. quanuis. & ibi Georg. Nat. verſi. contra. & Alexan. in d. ſtipulatio. hoc modo concepta. ſic eſt intelligendum dictũ Georgij Nat. ẽ. pro hac parte in ij. ratione adductũ.
20 Tum † etiam, quia dictæ renuntiationes fuerunt factæ propoſito bino deliberato & voluntario iuramento ipſarum præſtito, & non coacto, & quod tẽdit ad eundem effectum: vnde non poſſunt aliquid petere: per nota. in d. c. quanuis. & in c. licet mulieres. de iureiurand. eo. lib. & in d. cap. cùm contingat. eod. tit. ſecus ſi ad diuerſa tenderet: quia tunc primũ iuramentum eſt ſeruandum, ſecundum gloſſ. in d. capitu. licet. & fuerunt prædictæ mulieres certioratæ, prout præſumitur, cum competenti temporis ſpatio, & renuntiauerunt mediante iuramento ſpecialiter & nominatim legitimæ, & eius ſupplemento, vt dictum eſt: quanuis etiam iuramentum habet vim expreſſi: vt voluit gloſſ. quæ reputatur ſing. in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de legz. ij. & Bald. in l. i. in ij. q. C. commoda. & Iaſ. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. & in d. §. generaliter. & probatur in c. ex reſcripto. de iureiur. & dixi in tract. de offic. & pot. leg. in Franc. in j. q. & tenet And. Barb. in conſi. lij. in fi. & in conſi. lv. in prin. verſi. præterea
21 faciat. vol. ij. præcipuè † vbi non eſt defectus ſubſtantię & conſenſus, ſed ſolennitatis omiſſæ: vt in caſu præſenti. Nam vbi eſſet defectus ſubſtantiæ & conſenſus, tunc non habet vim expreſſi, ſecundum
d Alex. & Iaſ. in d. §. quæſitum.[d] & Franciſc. de Aret. in l. qui ſuperſtitis. verſiculo. adde quòd quia hic. ff. de pet. hæredi. ſed hîc renuntiauerunt ex certa ſciẽtia, & nullo iuris vel facti errore ductæ ad ſupplementum legitimæ, &c. vt dicitur in dictis quittãtiis. Per quæ verba tollitur omnis erroris præſumptio, vt d. l. ſed ſi quis. §. fin. & ibi nõ. Bar. & Bald. & pulchre Alex. in conſilio quadrageſimoſecundo incip. ſuper præmiſſo themate. volumine primo, vbi in terminis conſuluit. & pleniſſimè ipſe reſpondet ad Pet. Ancha. & cum ſequentes ſupra allegã. & in dicto conſilio centeſimo viceſimoprimo. vnde etiam ſi fuiſſent deceptæ vltra dimidiam iuſti pretij, atten-
22 ta † generali renuntiatione ſic deliberatè facta, iurãmẽto vallata, non veniunt audiendæ: vt ibi per eum in dictis conſiliis. vbi hanc opinio. dicit eſſe communem. à qua non eſt diſcedendum, c. canonum ſtatuta. de conſtitu. Et ita mihi videtur correctione alterius meliùs me ſentientis ſemper ſalua.

ADDITIONES.

a Aliàs conſuluendo ſequutus ſum. A de videndum conſi. liij & in q.

b Tum hoc probatur. Adde quòd ita fuit per arreſtum Curiæ dictum propter has renuntiationes. & alias hic contentas pro domino ſanctæ Eulaliæ, contra dictum de ſanct Chemas, die xv. menſis Iulij. anno 1517. & etiam per aliud arreſtum latum in fauorem nobilis Guidonis de Coutault. domini dẽ S. Geneſio contra Ioannam eius ſororem, vxorem domini de Roque, die xiiij. Augu. anno domini 1519.

c Iurauerit non contrauenire. Adde Ant. de But. in dicto c. cùm contingat. qui tenet quod ſi eſt enormiſſime læſus, quòd non obſtante tali claulula de non contraueniendo, &c. poterit petere abſolutionem à iuramento quod extendit Abb. Sic. ibi in princi. in maiore ſic iurante: & ibi vide. & Ang. Aret. in §. extranei. Inſt. de hære. qualita. & diffe. & per Cæp. in conſi. xli. & Bartol. in conſi. xc. incip. dilecto domino.

d In dicto §. quæſitum. Vbi idem tenuit etiam in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. quia iuramentum non ſe extendit, niſi quatenus eſt conſenſum. & idem Abb. Sic. in dicto cap. cùm contingat. in princip. per tex. in leg. fin. C. de non nu. pec. & in leg. finali. ff. qui ſanid. cog. & in leg. ſi libertus iurauerit. ff. de oper liberto. & idem Franciſcus de Aret. in l. prima. §. ſi quis ita de verborum obligat. tex. cum glo. in c. pen. & c. veniens, & c. ad noſtram. in ij. de iureiuran. & Iaſ. in l. ſi duobus. §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiuran. & Barth. Sozin. in cõſi. cxxxij. Et non obſtat gl. in d. c. cùm contingat. ſupra allegã. quia loquitur quando ad validitatem actus requiritur geminatus cõſenſus, vt authent. ſane à me. ſufficit vnicus cum iuramento: vt no. ibi Abb. ideo ad legitimam ſeu ſupplementum illius, talis renuntiatio non ſe extendit: cùm ſpecifica & nominata legitimæ renuntiatio requiratur. d. §. & generaliter. aliam rationem præter prædictam adducit Barb. in d. conſi. lv. videlicet quòd vbi lex requirit per formam actum ſpecificari, tũc iuramentum non ſupplet illam formam: quia text. d. l. ſi quãdo. §. & generaliter. diſponit pro forma. quod ſpecialiter fiat mentio de legitima. Sequuntur quòd non ſufficit renuntiatio iurata. & Georg. Nata. in repet. d. c. quãuis pactum in prin. verſicu. tu adde ad hoc bene facere, &c. volens etiam quòd ſi pater inſſerit filiam eſſe contentam & tacitam, quòd poſſit petere ſupplementum legitimæ, per text. in authent. vt cùm de app. cogn. cæterũ. Ib. etiam ſi certis rebus eſſe fuerint iuſſi contenti. Alleg. Lud. de Rom. conſi. cccclxxviij. incip. hæc mater iſtarum ſpuri. rum. & idem tenet Cardi. de Zaba. in conſi. lx. in fina. & cõſi. xcvij. & Lud. de Rom. in conſi. cclxvij. incip. non eſt dubium. & iſta eſt vera & communis opin. quicquid dixerit Philip. Franc. in d. c. quanuis pactum. quam tenuit Gul. de Gug. Bald. Ang. & omnes Mod. in l. de his. ff. de tranſact. & in d. §. & generaliter tex. eſt ibi clarus.

SVMMÆ.

1 *Beneficium ſi quis permutas in manibus Romani Pontificis & conſentit penſionem ſuper altero beneficio non permutato, an valeat talis penſionis conſtitutio, ita quòd eiuſdem conſtituentis ſucceſſores teneantur ad ſolutionem penſionis, poſtquam Papa voluit, quod ad ſucceſſores tranſiret.*

2 *Penſionis conceſſio & creatio, non valet niſi de conſenſu illius qui dictam penſionem perſoluere habebat.*

3 *Canonum precepta relaxantur interdum concordiæ & pacis cauſa.*

4 *Papa ampliſſimam habet poteſtatem in beneficialibus. & numero 6.*

5 *Penſio quibus de cauſis & nominibus conſtituatur.*

7 *Abbates, ac etiam inferiores prælati; & rectores eccleſiarum, poſſunt conſtituere, quòd aliqui ordinentur in titulum ſuarum eccleſiarum, in quibus tales ordinati habebant portionem ex fructibus illius eccleſiæ competentem ad vita*

illorum ſuſtentionem.

8 *Beneficiorum primi anni vacantium fructus poſſunt applicari alicui ſingulari perſonæ, ex conſuetudine, priuilegio vel ſtatuto & nu. ſeq.*

10 *Penſio conſtituta ex honeſta & fauorabili cauſa tenet.*

11 *Senectutis fauere, & de alimentis prouidere, pium eſt.*

12 *Papa ſi diſpenſet ſuper prohibitis à iure poſitiuo. & appareat aliqua rationabilis cauſa, ſola eius voluntas pro cauſa accipienda eſt.*

CONSILIVM XXIX.

EX proceſſu agitato inter dominum Stephanum Peronin, & magiſtrum Nico. du Puy, reſultat talis quæſtio, 1 an ſi quis permutat beneficium † in manibus Rom. Pontificis,& conſentiat penſionem ſuper altero beneficio non compermutato,an valeat talis pẽſionis conſtitutio,ita quòd eiuſdem conſtituentis ſucceſſores teneantur ad ſolutionem penſionis: poſtquam Papa voluit quòd ad ſucceſſores tranſiret. Dico breuiter omiſsis argumentis, quod ſic, viſo & attento expreſſo conſenſu talis permutantis:qui potuit conſentire conſtitutioni penſionis ſuper alio beneficio non compermutato ſoluendæ. Tex. eſt clarus & mente tenendus in c. niſi eſſent viri prouidi.ibi de reditibus capituli,& c.& ibi gl.in verbo,iuſsione.& Abb.Sicul.de præb. vbi ſolùm erat quæſtio de quodam prioratu: & tamen conſtituta fuit penſio xl.lib.turonn. ſuper fructibus prioratus, & alia penſio xx.li.ſuper fructibus capituli cõſentientis. Et niſi capitulũ conſenſiſſet q̃ ſuper fructibus eidem capitulo ſpectantibus imponeretur,Papa non impoſuiſſet,quia menſa & fructus capitulares erant diſtincti & ſeparati à menſa & fructibus ipſius prioratus.ideò eius conſenſus requirebatur,vt tenet Feli.in c.ad audiẽtiam. ver. videmus. de reſcript. qui dicit,quòd ſuper hoc eſt regula can-
2 cellariæ, videlicet xliij.quæ dicit † quòd conceſsio & creatio penſionis, non valet, niſi de conſenſu illius, qui dictam penſionem perſoluere habebit. & dixi in tractatu de offic.& poteſta.legati in Francia. in ij.quæſtio.charta vlti.verſi.& tales reſignationes. licet Gulielmus de Monſer.in iij.parte ſui commẽti. ſuper prag. ſanct. verſi. Nec iſto caſu, & c.velit quòd non requiratur conſenſus capituli, vel con-
3 uentus in penſione ſituanda:cùm propter †concordiam & bonum pacis relaxentur præcepta canonica,d.c.niſi eſſent.& c.cura.de iure pat. maximè quia in tali caſu principaliter intereſt ipſius epiſcopi, vel Abbatis,pẽſionem ſoluentis: licet ſecundario ipſius capituli, per ea quæ not.glo,in c.quanuis.de pact.li. vj. vnde ſecundum eum, non attendit intereſſe vel contradictio.vt ibi per eum:& latè Lud.de Rom.in conſi.ccclxix. Sed primum verius,& ſecurius,quando menſa capitularis, ſuper qua aſsignatur penſio, eſt diſcreta,& ſeparata à menſa epiſcopali,vel abbatiali:ſecus vbi non eſt:vt infrà dicam.pro hoc text.in cap. quia ex eo, & ibi Philipp. Franc. in princip.
4 de pact. li. ſexto. † Tum quia Papa in beneficialibus habet poteſtatem ampliſsimam, c. cuncta per mundum.& c. per principalem.ix.q.vlti.adeò quòd de fructibus beneficiorum diſponere poteſt ad libitum,vt latè ponit Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. vnde diſponit aliquando,quod fructibus beneficiorum debeantur etiam non habenti in eis titulum, abſque etiam conſenſu beneficia tenentiũ, & in præiudicium ſucceſſorum: vt c. ſi propter. de reſcript.in vj.& in c.ſibi tibi cõceſſo.de præben.eo. lib.& vtrobiq; per doct.& in extrauag.Ioã.xxij. ſuſcepti regiminis. tit.de elect.Et tenet Felin.in d.c.ad audientiã.in iij.concluſione.de reſcript. Et hoc non ſolum in fauorem eccleſiæ poteſt conſtitui penſio, ſed etiam profectò propter nobilitatem, vel aliam prærogatiuam perſonæ, ſecundum gloſſ.in d.c.ſi tibi conceſſo.in verbo,debitis.quã ibi ſequuntur Archi.& Philip.Franc.Igitur potuit Papa de concenſu 5
renuntiantis prõpter ſenectutem conſtituere † pẽſionem, etiam quo ad ſucceſſores,vt dictum eſt,eſt bo.text. in c. per tuas. in iij. & ibi Ioan. And. Sicul. 6
Ioan.de Ana.& Maria Sozi.de ſimo. vbi nõ †tãtùm abbates, ſed etiam inferiores prælati,& rectores eccleſiarum poſſunt conſentire, quod aliquando ordinentur in titulum ſuarum eccleſiarum, in quibus tales ordinati habeant portionem ex fructibus illius eccleſiæ competentem ad vitæ ſuſtentationem illorum.Et hoc verum,ſecundum doct.3.alleg. ibi quãdo beneficium ſufficit ad prouidendum vtrique, per d. c. conquerente. de cler. non reſi. quæ portio ſeu penſio non videtur tranſire ad ſucceſſorem, qui non fuit in culpa, niſi hoc expreſſè dictum fuerit in penſionis conſtitutione, quæ per Papam poteſt fieri: vt ſuprà dictum eſt.Nam † etiam ex conſuet.aut 7
priuilegio vel ſtatuto poſſunt alicui ſingulari perſonæ fructus beneficiorum primi anni vacantium pertinere, per d.capitu.ſi propter tua debita.& dict. 8
extrauag. ſucceſſ. Per † prædicta conſuli in q.de facto : quia cùm fuiſſet notalis ſuper prioratu montis Lucij Bitur.diœceſis,& alter litigãtium ceſsiſſet iuri in eodẽ prętenſo mediante penſione dcxx.librarũ turonem.ſuper reditibus & fructibus ipſius prioratus ſoluenda per priorem,quia vita comite,ſoluerat, & modernus prior, & religioſi eiuſdem prioratus allegarent non teneri ad ſolutionem prædictæ penſionis : quia eorum religioſorum in conſtitutione penſionis non interuenerat conſenſus: quòd dictus prior mõdernus tenebatur, licet conſenſu religioſorum non fuerat conſtituta penſio, ſed ſuper fructibus prioratus ſimpliciter, qui erant ſuppetentes, & remãentes:vnde poſſent religioſi viuere,quod requiritur,ſecũdum Abb. in d.c.conquerente.de cler. non reſid. argu. c.vacante.& c.cùm cauſam de præbend.& Felin.in d.c.ad audientiam.in ij.concluſione.verſi.Et intellige.de reſcript.Tum quia † penſio 9
hîc non fuit conſtituta in fraudem, ſed ex cauſa rationabili & honeſta, ſcilicet ſenectutis † renuntian- 10
tis, cui pium eſt prouidere de alimentis, ſecundum Felinũ in d.c.ad audientiam,verſicu.iſta procedunt indubitanter, & c.Dicens etiam, quòd † ſi non ap- 11
pareat aliqua rationabilis cauſa, & diſpenſat ſuper prohibitis à iure poſitiuo, ſufficit ſua voluntas pro cauſa:vt decidit Inno.in c.cùm ad monaſterium.circa medium.in verſiculo non tamen eſt hoc verum.de ſtatu monachor.Et ita videtur mihi.

SVMMÆ.

1 *Ad venditionem reſcindendam ratione deceptionis partis dimidiæ iuſti pretij, quid ſit probandum.*

2 *Teſtis ſi dicat rem tanti valere ſecundũ ſuã opinionem probet,ſi nitatur publica æſtimatione.*

3 *Teſtes ſingulares non probant.*

4 *Pretia rerum non priuata affectione,ſed communi æſtimatione cenſenda ſunt.*

5 *Teſtes adhibitis ad deponendum de pretio, quid deponere debeant. Et qualiter item venditor agens nu.6.*

7 *Teſtis cauſam ſuæ depoſitionis reddere debet.*

8 *Reo magis fauetur quàm actori.*

9 *Peritis*

Digitized by Google

9 *Peritis in aliqua arte in primis eſt credendum.*
10 *Dolus vel deceptio non infertur nolenti ac ſciẽti.*
11 *Minor, mulier, & ruſticus, ſi iurarint non contrauenire ratione minoris ætatis, vel alia quacunque cauſa per verba æquipollentia, an iuuentur remedio l. 2. de reſcinden. vend.*
12 *Iuramentum præſtare deliberate quis in dubio præſumitur.*
13 *Renuntiatio generalis quomodo ſit accipienda.*
14 *Contrahentes vel renuntiantes cauere debent à verbis generalibus.*

CONSILIVM XXX.

VIſa facti narratione, videtur dictum Saultereau reum debere abſolui à petitione actorum ſimul cum expenſis. Nam ſi venditor agat ad reſcindendam † venditionem ratione decepti- 1
onis partis dimidiæ iuſti pretij, oportet ipſum probare tempore venditionis rem communiter tãtùm valere: vt volunt Ioan. Fab. Cyn. Bartolus, Bal. Ang. & Salic. in l. ij. C. de reſcind. vendi. per text. in l. ſi voluntate. eodem titulo, & ibi Bartol. & doctor. quia requiritur quod ſit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, ſcilicet communis, l. pretia rerum. §. fina. & ibi Bartol. & omnes Moder. ff. ad legem Falcidiã. & tex. glo. & Bart. & Iaco. Rebu. in l. fin. C. de prædiis nauicula. libro vndecimo. vbi voluit Bartol. quod ſi teſtis dicat † rem tantum valere ſecundum ſuam opin. quod probat ſi ſe referat ad com- 2
munem æſtimationem: * de re enim, vt inquit ipſe, quæ non eſt expoſita venalis, non poteſt fieri æſtimatio, niſi pro opinione, quę fit ſecundum communem æſtimationem aliarum rerum, quæ ſunt eiuſdem fructus, & in eodem loco, & quæ eandem qualitatem habent, d. l. pretia rerum. §. fin. & tenet Bart. Sozi. in conſi. viij. voluini, primo. & Anto. Corſe. in litera. Teſtis. incip. an teſtis probet. Vnde ſecundũ glo. in d. l. ij. de reſcinden. vendi. nõ valet depoſitio, 3
& dictum † teſtis, ſi in cauſa & ratione ſcientiæ interrogatus, diceret quod res ſeu domus valebat tãtum tempore venditionis, quoniam ipſe tantum dediſſet: quia ſecundum Bart: ibi. verſi. vidimus. ſi eſſent xx. teſtes ita deponentes, non probarent, cùm ſint ſingulares in eorum dictis, & nõ habent conteſtem, & ſecundum eorum particularem affectionem 4
† videntur deponere, cum pretia rerum, non affectione, ſed communi æſtimatione fieri debeant, d. l. pretia. niſi ſecundum eum, dicerent, Et ego tantũ dediſſem pro communi æſtimatione: nam tũc bene probarent: quia teſtificantur circa idem, in quo ſunt æqualiter periti, & in cõmuni æſtimatione videntur eſſe conteſtes. & Bart. & doct. in l. ſi quis cùm aliter. ff. de verb. oblig. Sed nullus teſtium actoris deponit de cõmuni æſtimatione, nec propoſitum fuit, quod erat neceſſe, ſecundum Bart. & doct. §. in locis alleg. 5
quia ſecundum ipſos venditor † agens debet articulare generaliter, videlicet quòd talis domus, fundus, vel alia res communi æſtimatione tantum valebat, aut valet: & communiter tantum venderetur cuilibet habenti notam conditionẽ: vt tenet ſing. Barth. Sozin. in d. conſi. viij. incip. viſis & diligenter inſpectis, ver. quinimò ſingulariter. lib. j. vbi conſuluit in terminis noſtris. Et idẽ tenet Ang. Aret. in §. ſi quis agens, poſt princip. verſi. vel ſecundò, de act. volens, quod nõ debet referre ad particularem, ſed ad communẽ æſtimationem emptionis, & venditionis: ideò 6
teſtes † debẽt deponere, quòd communiter valebat, tantũ, & non ſufficit, ſi dicant, quod ipſe tantũ daret vel emeret pro tãto pretio, ſecundũ gl. & Bar. in d. l. ij. licet Nico. de Matth. quẽ refert & ſequitur Bald. ibi teneat contrariũ. & Lucas de Penna, in d. l. fi. de prædiis nauicula. ſed gl. & Bar. ſequuntur Pau. de Caſt. & Alex. & Ioan. Imo. in d. l. pretia rerũ. §. fi. & Ang. Aret. in d. §. ſi quis agens. & Ant. de Burt. in c. cùm cauſa. verſi. ad ſecundum. & ibi Imo. de emp. & vendi. & Abb. Sicu. in c. cùm cauſam. verſiculo vltimo quærit gloſſa. de teſtibus. Vnde iſta eſt communis cõcluſio doctor. q̃ cùm † æſtimatio rerũ nõ cõ- 7
prehẽdatur ſenſu corporeo, ſed iudicio intellectus, oportet q̃ teſtis reddat cauſam ſui teſtimonij, etiã ſi non interrogatur, aliàs non valebit dictum ſuũ, d. c. cùm cauſam. de teſtib. Et hoc voluit Bald. in l. fi. nali circa finem. C. de iure domin. impetra. quia nõ ſequitur, q̃ tãtùm dediſſet ipſe, & alij teſtes, & eis poterat vẽdi: ergo tantũ valet cõmuni æſtimatione. Nã poſſunt decipi in pretio. Et idem Abbas in d. c. cùm cauſam. de teſtib. per dictã l. ij. de reſcind. vend. & c. cùm dilecti. de emptio. & vẽdi. Oportet ergo q̃ teſtes reddãt cauſam concludentẽ cõmunem æſtimationẽ. c. in præſentia. de probat. quãdo maximè teſtes, vt ſunt teſtes actorũ, nõ habent peritiã ſeu cognitionẽ domus, ſeu notã conditionem ipſius, vt tenent doctores ſuprà allegati, & Felin. in ſing. in d. c. cùm cauſam. & Ant. Corſet. in ſing. in litera. Teſtis. Præterea reus, † probauit contrariũ per teſtes peri- 8
tos, & notã habentes conditionẽ domus, q̃ ipſa cũ onere cẽſus, & attentis reparationibus factis, & fiẽdis fuit iuſto pretio empta. vnde reus tãquã fauorabilior abſolui debet, vt volũt docto. ĩ. allega. † quia 9
magis credẽdũ eſt peritis in aliqua arte, quàm aliis, vt l. ſemel. C. de re milita. lib. xij. & §. prꝛterea de rerũ diuiſio. q̃ eſt vnũ peremptorium ad obtinendũ. Prætereà eſt aliud, quia dicti vẽditores fuerũt ſcientes, & ex certa ſciẽtia bene prouidi, & cõſulti vẽdiderũt, & nõ per errorẽ: nec illud deduxerũt, vel allegarũt: quæ omnia patẽt per inſtrumentũ vẽditionis, & libellũ ſeu petitionẽ ipſorũ actorũ. Sed remediũ d. l. ij. de reſcin. vend. nõ habet locũ in eo, qui fuit ſciẽs qualitatem rei venditæ, vt not. Petr. de Bellapertica, Cyn. Bar. Bal. & cõmuniter omnes ibi per text. in l. j. C. ſi maior. fact. fuer. & Alex. in conſ. xlij. libro primo, & Lud. de Rom. in conſi. cccclxxv. incip. quo ad primũ cõſultationis articulũ. Et And. Barba. in conſilio xlj. ver. Et ſi quiſpiam dicere, volũ. j. & Pau. de Caſtr. in conſi. cccIxxxv. vol. nouo. quia † volenti & 10
&ſciẽti nõ infertur dolus nec deceptio, l. cùm donationis. C. de trãſactio. l. j. in fi. & ibi Bald. ff. de actione empti. & regula, ſciẽti de regulis iuris. lib. vj. præcipuè quãdo interuenit iuramentũ de nõ reuocãdo, & veniẽdo cõtra ipſam venditionẽ: vt tenẽt doctor. in locis ſuprà allegat & Barb. in conſil. lxx. verſ. §. libro tertio. & pulchrè Alexand. in conſil. cxxv. verſicu. non obſtat. volumine primo, vbi poſuit etiã, q̃ ſi obtẽta eſſet abſolutio à iuramẽto, non cõpetit reſciſsio. & idẽ in conſi lo cẽteſimo viceſimoſeptimo. per totũ, volumine ſecundo, volẽs etiã in dicto cõſilio cxxv. q̃ etiã † minor, mulier, & ruſticus, qui iu- 11
raſſent nõ cõtrauenire, ratione minoris ætatis, vel alia quacũq; cauſa, aut per alia verba æquipollẽtia, q̃ excludãtur à beneficio d. l. ij. ſecundum Bart. & alios ibi per eũ alleg. Ergo eodẽ modo in propoſito, cùm dicti actores iurauerint nõ ſimpliciter, ſed in forma ſatis apta: vt ex verbis prædictis in inſtrumẽto cõtẽtis, patet: ideò debent excludi à remedio prædicto, iũcto q̃ ipſi renũtiauerũt omnibus actionibus, deceptionibus & reſtitutioni in integrũ, ac omnibus beneficiis ſibi cõpetentibus tã à iure ſcripto, quàm nõ

ſcripto.ſic beneficio d. l.ij.renũtiaſſe videntur:vt tenet Bald.in d.l.ij.in v.quæſt.de cuius beneficio certiorari nõ debuerũt, ſecundum Alexan.in d.conſil. cxxvij. ante fi.quia vbi alias fuiſſet neceſſaria certio-
12 ratio:tamen propter † virtutem iuramenti,ad quod præſumitur quis deliberatus accedere,nõ requiritur alia certioratio:ideò ſecũdũ eum, minor excluditur à beneficio reſtitutionis in integrũ, & mulier à beneficio ſenatuſconſulti Velleia. vt dictũ eſt.& volũt Bart.Ang.&Moder.in l.ſciendũ.ff.de verb.oblig.& in d.l.ij. & in auth.ſacramẽta puberũ. C.ſi aduerſus vendit.cũ aliis per eum alleg. Et etiam ſingulariter,
13 in conſi.xlij.volu.j.dicens,† quòd talis generalis renuntiatio extendatur & trahatur ad omnia, l.pluribus. ff. de excepti.& Salicet.in l.age cũ Gemmiano. C.de trãſact.& Bart.& Sali.in l.ſi de certa re.eod.titu.Bene facit notata Per Bald.in l.pactũ, ℘ dotali. C.de pact.vbi ſubdit, ℘ cauere debẽt contrahentes
14 vel renuntiantes † à verbis generalibus, ne ex effuſo ſermone in periculum incidant,l.ſi.C. de dotis promiſſ.cum alijs per Alexan.in d.conſilio xlij.alleg.Et idem amplè in terminis Andræas Barba.in conſilio viceſimoprimo.verſi.modò oportet videre,&c.volumine quarto:quoniã remedio d.l.ij.expreſſè &tacitè renũtiari videtur,ſecundũ Bart.Bal.Sali.& omnes ibi. & ideò ſiue expreſſè ſiue tacitè renuntietur, ſatisfactum eſt illi l.ij.& omnes pro hoc allegãt tex. in l.cùm quæritur. §. venditor. ff. de ædil. edict.ſed Barb.in dicto cõſilio viceſimo primo,&xlj. & Ludo.de Roma. vbi ſuprà.allegat text.in l.domum.ad fin.ff. de contrahen.emp.vbi ſi domus erat combuſta, & emptor ſciebat illam eſſe combuſtam, & nihilominus emittit domum tenetur ſoluere integrũ pretium, tanquam ſi domus eſſet integra, & ſibi eſt imputandũ ex quo ſciebat:vt plenè ibi per eũ. Vnde cõcludo in hoc caſu,qui eſt clarus, nec debebat dominus præpoſitus procedere ad inquiſitionẽ obiectuum:quia ſine illis viſis inſtrumento vẽditionis,& factis per actores probationib' re' debebat &debet abſolui,&ipſi actores reiici,& condẽnari in expẽſis.

ADDITIONES.

a Æſtimationem. Adde ad dicta hic,quòd æſtimatio vel valor rei nunquam debent inſpici, niſi facta in loco publici, vt voluit Bartol. in l. ſeptem per illum text. quem ibi ſequuntur Ioan. de Pla.Iacob.Rebuf.& Lucas de Pẽna.D. de eroga.mil. anno.lib.xij.& Anto.Corſet.in ſing.venditio.in ij.

SVMMÆ.

1 *Eccleſiarum duarum parochialium rector, quas cum diſpenſatione obtinet, an poſſit obtinere vicariam ſeu capellaniam inſtitutam & fundatam in altera ipſarum parochialium, ſine diſpenſatione,& incidat in pœnam iuris.*

2 *Canonicus an poſſit tenere in eadem eccleſia canonicam, & præpoſituram capellæ, tanquam incompatibilia.*

3 *Beneficia plura habent ex diſpenſatione ſufficienti, ſi conferatur vnum aliud tale,& diſpenſatio non eſt ſufficiens, & ante collationem vltimi dimiſerit vnum,an incidat in pœnam.*

4 *Capellania vt dicatur curata, quæ requirantur. & num.6.*

5 *Pœna quæ ſit c.de multa.de prebend.& c.execrabilis.Et eorum intellectus.*

7 *Diſpenſatio non fit,niſi exprimatur.*

8 *Epiſcopus poteſt diſpenſare, quòd quis in eadem eccleſia, & ſub eodem tecto, obtineat duo beneficia curata.limit.nu.11.13.15.*

9 *Prebendas duas in vna eccleſia habere quis non poteſt prætextu dignitatis decandatus,ſine diſpenſatione ſedis apoſtolicæ. Et quid de eadem cauſa nu.ſeq.*

12 *Rector eccleſiæ poteſt tenere altare.*

14 *In eccleſia gratiam aliquam habent, an poſſit acceptare beneficium in cœmeterio, ambitu, vel capellis contiguis,illius eccleſiæ.*

CONSILIVM XXXI.

QVAERITVR, an rector ſiue curatus duarum eccleſiarum,†patrochialiũ, quas cum diſpenſatione obtinebat, poſſit obtinere vicariam ſeu capellaniam inſtitutam,& fundatam in altera ipſarum parochialium, ſine diſpẽſatione,& incidat in pœnam iuris? Videtur quòd non incurrat aliquam iuris pœnam, ſed ſolùm quòd non tenuerit vltima collatio de vicaria ſibi facta: vt dicit textus in cap. ordinarij. §.finali.in fi.& ibi gloſſ.vlti.de offic. ordi. libro ſexto.In contrarium videtur,quòd vacẽt duo prima habita, per cle. ſi plures.de præhend. & ita in terminis tenet Sign. de Homodeis in conſilio cxij.vbi no.vult, † quod canonicus nõ poſſit tenere 2
in eadem eccleſia canoniam & præpoſiturã capellæ tanquã incompatibilia,& quod vocat primũ, vt ibi, etiã ſi primũ ſit melius,ex quo ipſo facto declarauit voluntatẽ ſuam.vnde videtur fortius hodie,quòd ex quo infra mẽſem vnũ ex dictis ſuis beneficiis nõ renũtiauerit,quòd vacent prima beneficia,& etiã vltimũ,per extrauagan.Ioã.xxij.execrabilis. ¶ Quid dicendũ? Glo.in dicta clemẽtina,ſi plures.in verbo.vacare.dicit,quã ibi ſequitur domi.Zabarel.℘ ſi habẽti plura beneficia † ex diſpẽſatione ſufficiẽti,cõferatur aliud tale, ſi diſpenſatio non eſt ſufficiẽs,& ante collationem vltimi dimiſerit vnum quòd non incidit in aliquam pœnam: ſi verò non dimiſit,quòd nõ tenet collatio vltimi,& per acceptationẽ illius,priora beneficia non vacant: imò illa retinet:tamen debet eſſe cautus, quòd poſſeſſionem illius vltimi non apprehendat.Si verò apprehenderit illius poſſeſſionem, tunc vacant priora: per tex.in d.cle.ſi plures. Sed in caſu præſenti dico,quod ille nõ amittat priora nec vltimũ, licet illius poſſeſſionem adeptus fuerit:prout in terminis noſtris cõſuluit Lapus. allega. xxxvj. & melius in allega. cxvj. & ſequen. & Calde. conſi.xxvij.titu.de prehend.& Federic.conſi.cxx.& glo. ſentit in c. gratia. in verbo de iure.in fin. de reſcrip.lib.vj.quia illa capellania nõ eſt curata, cùm † 4
non habeat plebẽ,nec parochiam, nec iuriſdictionẽ ſeu poteſtatem ligandi,& ſoluendi, c.dubium.de elect. Nec etiam requirit perſonalem reſidentiam de iure. conſuetudine, vel ſtatuto. Pœna † enim c.de 5
multa. de præhend. & c. execrabilis. loquuntur in duabus curatis,vel dignitatibus aut perſonatibus. idem facit text.in d.clemen.ſi plures in aliis verò incompatibilibus remanent iura antiqua,quæ dabant optionẽ,c.referẽte.& c. præterea. præhend. & iſtud ſequitur Inno.in c.ſi.& ibi Abb.Sicul.de cleric.non reſiden. dicentes,quòd eo caſu neceſſaria eſt monitio, & hominis priuatio:licet ipſe Inno.tenuerit cõtrariũ,in c.tuæ.eodẽ titul.& hanc partem tenet glo. in §. ordinarij in verbo reſidentia. titul.de collatio. in pragmat. ſanctio.& ſing.Petrus de Ancha.in cõſil.lix.incip.in publicis relationibus. vnde in tali capellania ſufficit, quòd diuina † officia per aliũ ido- 6
neum celebrentur, & per epiſcopum videtur ſecum diſpenſatum conferendo, vel inſtituendo,ſecundũ ipſos:& tenet Ioan.And.quem ſequitur Ab. Sicul. in c.literas. de conceſſ. præbend.licet Abb.ibi † di- 7
cat, quòd diſpenſatio non fiat niſi exprimatur,iuxta no.in c.ij.de ſchiſmat.Nam epiſcopus † poteſt a di- 8
ſpenſare, quòd quis in eadem eccleſia,& ſub eodem 9
tecto

recto obtineat duo beneficia difformia. Idem dicendum, si est consuetu. vel statutum, scilicet quòd dignitatem, & canonicatum habeat: prout est, quasi vniuersalis. Secus si vniformia, vt duos canonicatus. Tex. est cum gl. in c. j. & ibi Pet. de Ancha. & Philip. Franc. de consuet. & in cle. fi. de præb. & sequa. in d. c. gratia. & in d. literas. & ita consuluerunt Bal. & Fr. de Zabarel. in cons. quod reperitur inter consilia de
9 Zabarel. liij. vbi tenent † quod prætextu dignitatis decanatus, sine dispensatione sedis Apostolicæ, quis non potest habere duas præbendas in vna ecclesia: imò potius esset permissum habere in eadē ecclesia duo beneficia, quorum neutrum liget, vt d. cle. fi. &
10 ibi gl. fi. de præb. Sed an duas † præbendas quis possit habere in eadem causa: ponit Ioan. And. Abb. Sicu. & Fel. in c. cùm olim. de re iudic. & Lud. de Roma. in cons. cccxxviij. vbi consuluit pro decano Bituricen. qui habet duas præbendas. Sed Dominic. in
11 d. cap. primo de consuetu. tenet † quòd in duobus altaribus episcopus non dispenset: & tamen in c. cùm
12 in ecclesia. de præben. lib. vj. tenet, quòd rector † potest tenere altare, sequendo Lapum, quod verius est. Ergo si scienter conferat curato vel canonico vicariam seu capellaniam ad altare, quod non requirit residentiam, & cui potest per alium deseruire, nisi ex priuilegio vel statuto, siue modo in sumptione appositio requirat, dispensasse videtur: vt tenet Calder. in c. super inordinata. de præbend. & Lapus in d. alleg. cxvj. Respondet etiam ad alia argumen. per ipsum
13 adducta. Quia multò † melius in tali capella posset sine præiudicio ecclesiæ in qua sita est, deseruire, quàm si esset apud aliam ecclesiam. Et idem tenet Abbas Sicul. in cons. xcvj. ver. ad ij. dubium. lib. j. dicens hanc esse generalem consuet. quam dicit valere, per tex. in d. capitulo primo de consuet. lib. vj. vt istud de se patet, & tenent Domini de Rota, decisio. cxcvij. in nouis. vbi dicunt, quòd habens gratiam in
14 certa ecclesia, † potest acceptare beneficium situm in cœmeterio, ambitu vel capellis contiguis illius ecclesiæ, volentes quod licet capellanus vel rector illius capellæ habeat aliquod ministerium facere in ecclesia maiori, puta interesse diuinis, vel in festiuitatibus celebrare, vel similia: tamen considerabitur potius corpus beneficij. & locus, vbi est situm, quàm seruitium siue ministerium, quod alibi facere tenetur. argumen. l. cùm quædam. ff. de fundo instrumẽto legat. vt patet. Et ita tenuit dominus Oldranus, in consilio clxv. in illa quæstio. habenti parochialem
15 † ecclesiam virtute & authoritate Apostolicarum literarum in forma concessarum pro pauperibus clericis cum clausula, quod idem clericus, prout requirit onus beneficij, de quo sibi prouisum fuerit, se faciat statutis temporibus ad ordines promoueri, & personaliter resideat in eodem. alioqui ipsa gratia & eius effectus nullius penitus sint momenti. & quòd conferatur sibi aliud beneficium simplex, requirens residentiam, ex consuet. priuilegio, vel statuto, &c. & tenet quòd non vacat primum, non obstante clausula, alioqui vt ibi. & Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de cleric. non residen. §. primo. vbi de verbo ad verbum ponit verba Oldrani. Et ideò debet moneri per episcopum, vt eligat alterum quod maluerit, dicto capitulo referente: vel debet potius cum eodem dispensare, dicto ca. j. de consuetud. libro vj. & tenet Frederic. cons. ccv. & ccvj.

ADDITIO.

a Nam episcopus potest. Adde quæ dixi supra consilio sextodecimo.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Dudum viuere solebat in humanis Ioannes de Nogez, filius quondam Andreæ de Nogez, & Catharinæ de Bouius. mortuus est dictus Ioannes de Nogez nullis descendentibus ex eo nec ascendentibus eidem superstitibus, sed solis collateralibus, videlicet Gerardo & Leonardo de Bouius eius auunculis ex vna parte, & Petro, & Martiali & Nausetæ eius amitinis, & amitina ex alia parte. Nunc est quæstio de successione bonorum dicti quondam Ioannis de Nogez. an videlicet dictus Gerardus & Leonardus de Bouius auunculi prædicti fratres scilicet quondam Catharinæ de Bouius vtrinque coniuncti matri dicti quòdam Ioannis de Nogez, sint priores in gradu agnationis, vel cognationis dicto quondam Ioanni de Nogez. an d. Petrus, Martialis, & Nausetæ, de quo sint amitinus & amitina dicti quondam Ioan. de Nogez ex vno latere tantùm, videlicet ex parte Ioannæ de Nogez, eorum matris & sororis dicti quondam Andreæ de Nogez, & ex parte patris, videlicet quondam Ramoneti de Nogez, & ex alia matre, videlicet Leonardæ de Nouelle, sint iure repræsentationis eorum matris in eodem gradu cum dictis de Bouius auunculis. Et posito, quòd dicti de Bouius auunculi sint priores in gradu cognationis, an excludant à successione dicti quondam Ioannis de Nogez prædictos amitinos & amitinam agnatos, in spe tamen, vel an prædicti amitini & amitina prædicto iure repræsentationis eorum matris faciant partem cum dictis auũculis, & quam vel eo excludant iure agnationis, non habita differentia, vnde bona processerunt, vel an facienda sit differentia.

SVMMÆ.

1 *Ad successionem quinam æqualiter admittantur, & num. 4.*

2 *Filius fratrum aut sororum concedi, vt in priorum parentum loco succedant, & sic in secundo gradu esse reputentur, quando vna cum fratribus defuncta personæ vocantur, aut etiam hodie cum ascendentibus.*

3 *Argumentum à contrario sensu validum esse in iure.*

5 *Si quis decesserit non existentibus descendentibus & ascendentibus, & sine fratribus, & filiis fratrum, propinquior in gradu seu propinquiores, aliis exclusis, succedunt in capita, & non in stirpes.*

6 *Auunculus & nepos succedentes defuncta persona, ambo sunt in tertio gradu.*

7 *Gradu proximior, potior est in successione.*

CONSILIVM XXXII.

VIDETVR quòd de iure communi † æqualiter vocentur ad successionem dicti Ioan. defuncti, tam filij sororis, quàm auunculi: vt tenet Lud. de Roma. in cons. cxcvj. incip. præmissa cõsulentium decisio, &c. vbi refert plures ita cõsuluisse, quorum opinionem confirmat, per text. in auth. de hære. quæ ab intest. §. huiusmodi verò priuilegiũ. & seq. in fi. vbi expressè dicitur tunc demum his fratrum aut † sororum filiis hoc beneficium concedi, 2
scilicet, vt in priorum parentum loco succedãt, & sic in secundo gradu esse reputentur, quando vnà cum fratrib. defunctæ personæ vocantur, aut etiã hodie cum ascendentibus, vt in auth. vt fratrum filij. tam in rubro, quàm in nigro. circa prin. Ergo à cõtrario † sensu, quod est argumentum in iure validum, l. j. §. 3
si huius rei. cùm ipsi fratrum aut sororũ filij ad successionem defunctæ personę cum fratribus eiusdem non vocentur, non reputantur esse in secundo gradu, sed in tertio. Ergo auunculus defunctæ personę, qui est purus in tertio gradu, & sic in pari gradu pariter cũ nepote defunctæ, ad successionẽ vocabitur, ex regula §. si autẽ plurimi eiusdem gradus. in auth. de hær. quæ ab intest. Et ita concludit iuris æquitati consonum fore. ¶ In contrarium † quòd successio 4

omnium bonorũ præfati Ioannis de Nogez ab inteſtato defuncti pertinere & ſpectare debet prædictis Bouius auunculis, per text.clarum. in auth.poſt fratres fratrúmq; filios. C.de legi.hær.& vnde ſumitur de hære.quæ ab inteſt.deferuntur.§.ſi verò neq;. & §.reliquum.coll.ix.& vtrobique per doct.inſuper
5 Ang.in iiij.no. vbi dicũt,quòd †ſi quis deceſſerit nõ exiſtentibus deſcendentibus & aſcendentibus,&ſine fratribus,& filiis fratrum,quòd propinquior in gradu ſeu propinquiores,aliis excluſis,ſuccedũt in capita, & non in ſtirpes: ſed dicti Bouius auunculi ſunt proximiores,quia in tertio gradu,vt §.iij.inſt.de gradi.quàm præfati Petrus & Martialis, ac Nauſeta, liberi Ioannæ de Nogez, ſororis præfati quondã Ioãnis ab inteſtato mortui, de cuius ſucceſsione agitur, ſunt in quarto gradu, vt §.iiij.inſt.eo.&hoc reſpectu defuncti conſobrini. Ergo ſuccedere debent in bonis omnibus dicti defuncti.Et ratio eſt,quia dicti Petrus, Martialis & Nauſeta nõ repræſentant perſonã eorum matris:quia vbi nõ agitur de ſucceſsione fratris eiuſdémque patrui, vel amitæ, vel auunculi,filij nunquam repræſentant perſonã patris, vel matris.vt volunt Cy.Bar. Pau.de Caſt.& Moder. in auth.poſt fratres fratrúmque filios. Accedat pro hoc text.in l. auunculo.C.cõmunia de ſucceſ.Et iſtud tenet Ang. Are.inſt.de hære. quæ ab inteſt. §.cùm filius. in iiij. not.Et Signo.de Homodeis.in conſ.cj.in pr.dicens iſtud eſſe planum de iure communi, q̃ poſt fratres fratrúmque filios in gradu proximiores pręferantur per iura ſ̃.allegata, per quæ ſatis patet eſſe reſpõſum ad adducta per Lud.de Ro.in d.ſuo conſ.cxcvj.quia
6 †nepos & auũculus ſuccedentes defunctæ perſonæ, ſunt ambo in tertio gradu. licet enim nepos ſuccedat patruo:tamen non repræſentat perſonam patris, cùm non ſuccedat cũ fratribus defuncti patrui: vt ipſe tenet,& Matt.de Mathoſtel. in tract.ſuo de ſucceſ.ab inteſt.in tertio principali articulo, & ibi Ludo. Bolog. in addi. & idem ſi patruus & auunculus concurrant in ſucceſsione in pari gradu, ſecundum Pau.de Caſt.in auth.poſt fratres ex vtroq; nõ habita diſtinctione,vnde bona prouenerint. licet ex tex.ſecundum lecturam Bar.in l.quod ſcitis. §.ſin autẽ.C. de bonis quæ lib. quia ibi agitur de ſucceſsione lucrorum dotalium.ſecundũ Bal.ibi & in auth.defuncto.C.ad ſenatuſc. Tertu. vt parẽtes ſint promptiores in dando,& ideò ſuccedũt nepoti:ſecundũ quod prouenerunt ex linea aut paterna ad filium, & tunc pater ſolus excluſa matre, aut materna, & tunc ſola mater. Sed in cæteris bonis vndecunque quæſitis pariter ſuccedunt:quia in auth.defuncto,&vnde ſumitur,non fit aliqua diſtinctio rerum,ſed ſolummodo graduum:ideò æqualiter, vel ſecũdum gradũ ſuccedunt. ſed hic non ſumus in ſucceſsione deſcendentium,vel aſcendẽtium, ſed collateralium, in qua ſtat
7 regula generalis,quòd qui proximior† eſt in gradu, potior ſit in ſucceſsione, vt ſ̃. dictum eſt. ideò concludo dictos Bouius auunculos ſuccedere debere defuncto Ioan. nepoti, præfatis Petro & aliis conſobrinis excluſis.In cuius rei teſtimonium me ſubſcripſi & ſignaui, correctione alterius melius me ſentientis ſemper ſalua.N.Boerij.

SVMMÆ.

1 *Beneficium patronatum non poteſt ordinarius conferre,niſi ad præſentationem patroni.*
2 *Beneficij patronati collatio, facta alicui ſine præſentatione patroni,eſt ipſo iure nulla.*
3 *Verba præſentis tẽporis,ipſo iure accipienda ſunt.*
4 *Occupatur dicitur ille,qui beneficium patronatum obtinet aliter,quàm ad præſentationẽ patroni.*
5 *Legatus Pontificis non poteſt conferre beneficium, cuius patronus eſt laicus.*
6 *Inſtitutio facta ad præſentationem illius, qui erat in poſſeſsione iuris patronatus,eſt valida.*
7 *Beneficij patronati collatio facta aliter quàm ad præſentationem patroni,eſt ipſo iure nulla.etiã ſi prior ſit tempore,numero 8. Et an ſecunda collatio teneat,prima non caſſata.nu.9.*
10 *Cancellaria regula de veriſimili notitia.*
11 *Epiſcopus non poteſt beneficium ſemel collatum, denuò conferre.*
12 *Epiſcopus beneficia vacantia in ſua diœceſi præſumitur ſcire.Et ſcientia colligitur & præſumitur ex loci vicinitate.*
13 *In beneficio ius acquiritur tempore inſtitutionis, non ante.*
14 *Tempus, quo aliquis conſtituit procuratorem ad impetrandum, non conſideratur, ſed tempus quo aliquis impetrat.*
15 *Gratia per præſentationem non confertur, ſed eſt gradus ad illam obtinendam.*
16 *Beneficij collatio ſecunda tenet, vbi prima eſt nulla ipſo iure,maximè vbi id notoriè conſtat.Et quare ſecunda illa non valeat ante,quàm prima ſit caſſata,& numero ſequenti.*
18 *Inter beneficium & beneficiatũ contrahitur quaſi matrimonium.*
19 *Factum vnius,non debet alteri nocere,*
20 *Beneficium ſi quis nullùs contulerit, non impeditur denuò conferre.*
21 *In beneficio eodem plures ius habere non poſſunt.*
22 *Beneficium ſemel validè collatum, non poteſt amplius conferri.*
23 *In beneficio ſi plures ius prætendant, attenditur prioritas data, etiam ſi prætendant ius à diuerſis.*
24 *Diſpenſatus an poſsit tenere duo beneficia incompatibilia.*
25 *Beneficiorum incompatibilium vacatio contingit, quando illorum eſt pacifica poſſeſsio.*
26 *Qui præſentare ſe debet,an poſsit mittere mandatũ.*
27 *Clauſula, Dummodo non ſit alteri ius quæſitũ,tollit acceptationem impetrantis ſine ſpectantis.*
28 *Præſentatio patroni laici vel clerici, habet vim electionis.*

CONSILIVM XXXIIII.

VACAVIT Eccleſia parochialis de Moruille,per mortem veri & pacifici rectoris, &c.prout in facto continetur.†Nũc quę- 1
ritur, quis iſtorum prior ſit prior in iure? Ad hoc breuiter dico, quod collatio facta per Epiſcopum de Baſaten. pleno iure, quamuis ſit prior in data,eſt ipſo iure nulla.Nam pro conſtanti ponitur, iſtud beneficium eſſe patronatum, & ſpectare ad præſentationem illuſtriſsimi regis Francorum, & ſic non potuit ipſe ordinarius conferre, niſi ad præſentationem patroni. Nam † collatio beneficij pa- 2
tronati facta alicui ſine præſentatione patroni, eſt ipſo iure nulla:vt eſt text.fortis in c.decernimus.xvj. q.vij.nam tex.ibi dixit,quòd ſi ſpretis fundatoribus, Epiſcopus aliquid ordinauerit, ſuam ordinationem nouerit eſſe irritam: & ſic loquitur per verba præſentis temporis. quæ verba † denotant actum eſſe 3
ipſo iure nullum:cùm talia verba intelligantur ipſo iure:vt dicit gloſſ.in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.& ibi Saly.& gloſſ.in l.criminali. C.de iuriſd.omnium iudicum. & in l. j. C. de pœn. iudi. qui malè iudica.& in

Digitized by Google

ca.& in l.iubemus.§.ſanè.C.de ſac.ſanct.eccle.Ergo apparet probare illum tex.collationem factam alteri,quàm ad præſentationẽ patroni,eſſe ipſo iure nullam.Secundò facit †c.ex inſinuatione. de iure pat.vbi tex.vocat occupatorem illum,qui beneficium patronatum obtinet aliter, quàm ad præſentationem patroni:quod non eſſet,ſi haberet verum titulum:vt in c.ex frequentib.in c.cùm venilleñt. de inſtit.in c. cùm ex iniuncto.de hær.in c.j.de re iud.lib.vj. Tertiò facit c.cùm dilectus.de iure pat. & ibi gl.& Pan. gl.& Pan.in c.dilectus.de offi.leg.vbi †legatus ſummi pontificis non poteſt conferre beneficium cuius patronus eſt laicus. Ergo à fortiori nec ordinarius, qui eſt minor:vt in c.ſane.de offi.dele.& in c.paſtoralis.de offi.ord.Quartò,facit c.conſultationibus.de iure patro.vbi † inſtitutio facta ad præſentationem illius,qui erat in poſſeſſione iuris patronatus, eſt valida:ergo altero eorum deficiente eſt nulla:quia vbi plura copulatiuè requiruntur, non ſufficit vnum illorum,vt ſequatur diſpoſitio:vt in l.ſi heredi plures. ff.de cond.inſt. Et quòd collatio † facta de beneficio patronato aliter, quàm ad præſentationem patroni,ſit ipſo iure nulla,tenent Inno. Hoſt.Io.And. & Panor.in d.c.ex inſinuatione. & Pan.in c.illud.de iure pat.Inn.Pau.Imo.& Fel.in c.cùm Bertoldus.de re iud.per illum tex.& idem tenet Ioan.And.in c.ij. de offic.vicar.lib.vj.Ex quibus †rationibus clarè patet,dictam collationem quanuis priorem in tempore,fuiſſe ipſo iure nullam. Iſto viſo,videndum eſt de inſtitutione facta per eundem epiſcopum Baſaten. vel eius vicarium ad præſentationem regis Franciæ veri patroni,vtrũ illa ſit valida:&videtur quòd non, quia ponitur in facto,quòd per ſex mẽſes ante mortem dicti Rectoris ipſe obtinuit præſentationem à Rege,&ſic fuit ſollicitus de beneficio viuentis,quod eſt contra bonos mores,in l.ij.§.adeò.ff.de vul.& pupil.ſubſt.& eſt à iure reprobatum in c.j.& ij.de conceſſ. præben. & qui illud fecerit,reddit ſe indignum illo beneficio, vt dicit Panor. in c poſt electionem. illo tit.de conceſſ.præben.nam venit deponendus,in c.in primis.ij.q.j.& in c.non furem. & in c.cum.vij. q.j.& ſic videtur quòd ratione illius improbitatis & præcipitationis inſtitutio facta etiam ad præſentationem patroni,non valuit.Secundò †facit,quia collatio ſecunda, prima non caſſata, non tenet, in c.inter.& ibi Panor.expreſſe.de exceſſ.præla.gl.& Imo. in d.c.poſt electi. de conceſ.præb. ſicut nec electio ſecunda,prima non caſſata,vt in c.conſideramus. & in c.bonę.de elect.Ergo viſo,quòd iſtam inſtitutionem præceſſit alia collatio, & illa non fuit caſſata, videtur dicendum,eam nõ valere. Tertiò facit,quia †ponitur in facto, quòd frater ipſius inſtituti obtinuit præſentationem à rege poſt mortem rectoris, eo tempore,quo mortem eius ignorauit, nec exfluxerat tantum temporis, quòd ad notitiam patroni, propter diſtantiam locorum,potuiſſet mors patroni peruenille.Ergo videtur ſibi obſtare xviij.regula cãcellariæ, quæ eſt regula de veriſimili. Quartò facit, quia † epiſcopus Baſaten.viſo quòd ſemel beneficiũ contulit, eſt functus officio ſuo: ergo amplius conferre non poteſt:vt d.l.iudex.& in c.in literis & in c. venerabilis.de offi.deleg. ¶In oppoſitum tamen videtur mihi dicendum:nam eo tempore quo epiſcopus contulit iſtam rectoriam, verè vacabat beneficium,&epiſcopus ſciebat mortem per vacationem, cùm omnis epiſcopus præſumatur illud ſcire: vt dicit Fel.in c.j.de excep.&nõ erat tanta diſtantia,quin potuiſſet ſcire mortem rectoris. Et ita etiam præſumitur ex vicinitate loci,in c.quanto. in c. quoſdam. de præſump.in l.ſi vicinis.C.de nup.& illud tempus eſt conſiderandum,non autem illud, quo frater eius adeptus eſt poteſtatem præſentandi à Rege, cùm tempore inſtitutionis † dicatur acquiri ius in beneficio, & non ante: vt dicit Pan. in c.quod autem.de iure patro. Pan. in c.quanto. de iud. & idẽ Panor.in rub.illo tit.& in c.ij. & in c.nobis. de iure patr. non autem per præſentationem. in c.quod autem. in c. nullus.eo.tit.Imò ſi veritatẽ conſideramus, eo tempore quo fuit facta præſentatio ipſi epiſcopo, & inſtitutio,vterque ſcilicet tam præſentans, quàm epiſcopus ſciuit mortem defuncti: licet ignorauerit frater eo tempore, quo obtinuit facultatem præſentandi à Rege:quod tempus non eſt conſiderandum,ſed tempus inſtitutionis,vt patet per prædicta. Secundò †facit,quia non inſpicitur tempus, quo aliquis conſtituit procuratorem ad impetrandum, ſed tempus quo aliquis impetrat, vt in c.eam.de reſcr. in c.ſi eo tempore.illo tit.li.vj.& in c.eum. in c.ſi poſtquàm. cum ſimil.de præb.lib.vj.Sic in caſu noſtro non debet inſpici tẽpus,quo aliquis fuit conſtitutus ad præſentandum per Regem: ſed tempus quo fuit vera & realis præſentatio facta à Rege,ſeu per alium eius nomine, & ſubſecuta inſtitutio, ſed eo tẽpore fuit cognita mors rectoris, & veriſimile potuit cognoſci. Ergo ſequitur q̃ iſti inſtitutioni ſecundo loco factæ non obſtat regula de veriſimili.*Et per iſta patet ſolutio ad ea,quæ ſunt deducta in contrarium in tertia oppoſitione.Quoniam imò regula de veriſimili nõ obſtaret,ſi eo tempore,quo fuit facta præſentatio vera, non fuiſſet cognita mors rectoris, vel veriſimile nõ potuiſſet cognoſci,dummodo fuiſſet cognita,vel veriſimile potuiſſet cognoſci eo tẽpore, quo fuit facta inſtitutio,vt patet ex prædictis. Itẽ alia †ratio nõ obſtat,cùm loquitur de tempore, quo ſit gratia, vt patet ex eius inſpectione:quod non eſt tempus,quo conſtituitur aliquis procurator ad præſentandum: nec tempus præſentationis, cùm per præſentationẽ non conferatur gratia,ſed eſt ſolum inchoamentum ad obtinendum gratiam.Et dicit Pan.in c.q̃ autem. & in c.nobis,de iure pater.& in cap.quantò.de iudi. Tertiò,alia †principali ratione, quia ſecũda collatio tenet:quando prima eſt ipſo iure nulla:& præcipuè, quando illud notoriè conſtat vt tenent Hoſt.Pan.in c.inter.de exceſ.præla.Pan.in c.auditis.de elec.Imo. in c.poſt electionem.de conceſ.præb.Sed prima fuit ipſo iure nulla: & illud notoriè conſtat, vt patet per prædicta. Ergo dicendum eſt ſecundam eſſe validã, & per iſtud poteſt reſponderi ad ea, quæ ſunt adducta in ſecunda ratione in oppoſitum. Nam illa ratio procedit,quando prima valuit,& fuit admiſſa,vel notoriè conſtabat q̃ erat nulla, non autẽ quãdo prima fuit ipſo iure nulla,& ita notoriè cõſtabat. Nam non præſtat impedimentũ,quod de iure nõ ſortitur effectũ,vt in c.nõ præſtat.de re.iur.li.vj. Itẽ †ratio,quare quãdo prima collatio tenuit,quòd nõ valet ſecunda, niſi prima caſſata eſt, quia tũc eſt quaſi contractum matrimoniũ:vt colligitur ex doctrina Pan.in c.conſideramus.de elect.iunctis iis,quę dicit in c.accedẽs. de præb.vbi dicit quòd inter † beneficiatũ,& ſuum beneficium contrahitur matrimoniũ. Sed iſta ratio ceſſat in caſu noſtro, quia prima collatio ipſo iure nõ tenuit. ergo debet ceſſare deciſio in l.quod autẽ. ff. de pac.Et ſic ex prædictis rationib.luce clarius patet inſtitutionẽ eſſe validã.Et etiã facit tex.in c.laici. de iure patr.Nec obſtant in cõtrariũ adducta.Et primò nõ obſtãt illa,quæ ſunt adducta in prima oppoſ. Nã in c.j.de cõceſ.præb.quis occupauerat beneficiũ viuẽtis, quod reddit eũ indignum ad obtinendũ il-

lud beneficiũ:vt in iuribus allegatis. Sed in caſu noſtro ſolummodo in vita ipſius beneficiati quis obtinuit promiſsionem de eum in futurum præſentando,quæ promiſsio licet in collatoribus non valet, vt teneatur virtute illius promiſsionis conferre,vt in c. ex tenore.de conceſ. præb. tenet tamen in patrono, in tantùm quòd tenetur illum præſentare,beneficio poſtea vacante,cui promiſit,vt dicit Ioan.de Imo.in c.fi. de conceſſ. præb. & Rochus in tractatu de iure pat.ſuper expoſitione ſecundi verbi, verſi.xj.quæri-
19 tur.Et ſic patet,quòd viſo†quòd iſte vigilauit ad cõ modum ſuum,&non eſt à iure prohibitum,non debet ſibi nocere,vt in l.pupillus.ff.de his,quæ in fraudem creditorum facta ſunt. Et ſic illa ratio non obſtat. Et præcipuè, cùm iſta impetratio fuit facta per fratrem, cuius factum nõ debet alteri fratri nocere,
20 in l.ſi quis ſuo.C.de inoff.teſt.Nec obſtat†quarta ratio adducta in oppoſitũ.Nam ſi aliquis contulit beneficium nulliter,non impeditur de nouo conferre, ne beneficia diutius vacent,arg.c.ij.de conceſ.præb. c.nihil.de elect.Et ita tenet Imo.in c.j.de re iudic.& Fel. in d.c.in literis. & ſic in caſu noſtro, viſo quòd prima collatio fuit nulla,non impeditur ipſe epiſcopus facere aliam inſtitutionem validam ad præſentationem patroni, vt patet ſatis ex prædictis: & eſt tex.in c.ex inſinuatione.de iure patro. Et ſic viſo, ꝙ
21 ſecunda†inſtitutio fuit valida,ſequitur quòd prouiſio facta per ſummum pontificem, & collatio facta per archiepiſcopum Burdegalen. iure deuoluto fuit nulla, cùm plures non poſsint habere ius in eodem
22 beneficio:& beneficium,quod ſemel validè † collatum eſt,non poteſt amplius conferri, in l.ſi in certo loco.§.ſi duobus vehiculum.ff.commodati.in l.hæreditatem.ff.de caſtren.peculio. Item in pluribus.
23 †prætendentibus ius in beneficio, attenditur datæ etiam ſi prætendunt ius à diuerſis, in cap. ſi à ſede apoſtolica.de præben. lib. vj. Sed iſte, qui habuerat inſtitutionem ab ipſo, eſt longè prior in data illis, qui obtinuerunt prouiſionem à ſummo Pontifice, & collationem ab archiepiſcopo Burdegalen. ergo
24 debet illis præferri. Circa ſecundum dubium†non inſiſto. Nam iſte inſtitutus fuit diſpenſatus ad duo incompatibilia:& ideò illa poſsidet pacificè & quietè, nec per illum obſtat quominus poſsideat: & ſic per tertium eſt acceptatum primo non vacante. Nã
25 tunc demum ratione † incompatibilitatis contingit vacatio: quando illorum incompatibilium eſt pacifica poſſeſsio, vt in c.licet, & ibi Dominic. & Phil. Franc.de præben.lib.vj.

SVBSCRIPTIO DOMINI BOERII AD SVPERIVS CONSILIVM.

Ego ſubſignatus, prius diuino implorato auxilio, puto iuris eſſe prout ſuprà concluſum,& conſultum fuit per ſuprà dictos dominos, per quos ſatis ad ſaturitatem dictum eſt, adeò vt reſponſum appareat, vt l.fundi Trebatiani. ff. de vſufr.leg. Nihilominus neceſſarium eſſe duxi de præſenti conſultatione aliqua dicere non plene tacta, quæ dubium afferre vi-
26 dentur:quia licet præſentatio † debeat fieri de clerico præſente ei cui ſpectat præſentatio: vt not.Abb. Sicul.in c.ea noſcitur in ij.no.de iis quæ fiunt à prælat.per gl.in cle.dudum. in verbo, præſentari. de ſepult. quam approbant, & communiter ſequuntur doct.Et idem no.Abb.in c.cùm parati.de appel.vbi dicit quòd ille qui ſe debet præſentare, non poteſt mittere nuntium niſi præſentatus ſit notus epiſcopo. Et per præſentationem nullum quæratur ius præſentato, vt plenè per Felyn. poſt alios in d.cap. cùm Bartold. & in tract. ſuo qualiter literæ apoſtolicæ noceant patr.eccleſiarum,quem poſuit poſt tit. vt lite non conteſt.& Rochus in tract.de iure patro. in iiij. quæſt. & voluerunt domini ſuprà conſulentes.Et ſic videtur, quòd prouiſio Romani Pontificis poſt præſentationem factam per Regem præuenit inſtitutionem factam per epiſcopum Baſaren. & ſit de iure valida, poſtquàm nullum fuit quæſitum ius præſentato ante inſtitutionem.Cùm ſecundùm pragma.ſeu conſilium Baſilien. præuentiones ſint permiſſæ:vt cap.j.§.nec tamen.de colla.& etiam ſecundùm communem concluſionem docto. in d.c.cùm Bertold.inſuper Fel.& in d.tract.ſuo an Papa poſsit etiam conferre & præuenire patronum laicum etiã Regem,Ducem vel Comitem: dum tamen expreſſam de patronatu laicali & præcipuè Regali vel Ducali faciat mentionem:licet non de eccleſiaſtico: tamen attento quod Rex patronus iam præſentauerat iure ſuo patronatus vtendo ante præuentionem papæ,non valuit præuentio papæ:niſi ſpecialiter derogauerit illi præſentationi. Ita tenet Ægidius in
concluſio. cxlvij. vbi † dicit quòd clauſula, Dum- 27
modo non ſit alterius quæſitum. tollit acceptationem impetrantis ſiue ſpectantis,dicens quòd ita ſeruat Romana Curia Papa ſciente & tacitè approbante. Vnde experitur qui habet ius ad rem alio modo quæſitum, ſecundum eum: vt puta, per electionem, aut patroni clerici, vel laici præſentationem,& alleg.Felin. Domi. de Rota in deciſ.xvj. tit. de præbend. in nouis. & idem Felyn. in cap. in noſtra. corollario xxviij. & in capitul. cauſam quæ. de reſcript. Nam præſentatio † patroni laici vel cle- 28
rici habet vim electionis. text. in cap. querelam.de elect.Innocent.cap.cùm autem.de iure patronat. & electo à patrono conſentire volente alius præfici non poteſt. cap.cùm inter canonicos. de elect. ideò ſi Papa ſciuiſſet ſic taliter præſentatum per Regem patronum,non contuliſſet, ſaltem ita de facili. Nec eſt enim præſumendum Papam voluiſſe ius illi præſentato tollere quod habuit ad petendum inſtitutionem: vt cap.ſuper eo. de officio delega.& cap. ex parte.in j.eodem titulo.vbi not. quòd reſeruatio papalis non vitiat electionem præcedentem, etiam ſi electus non conſenſerat.faciunt no.per Dominic. & alios in cap.ſi tibi abſenti.de præbend.libro vj.& Abb.Sicul.in c.accedens.eod.tit.de præbend. Et ita mihi videtur.

ADDITIO.

Regula de verisimili. Adde Ioan. de Sylua. in tra.beneficia a
li.in iij.parte.quæſt xlvi.vbi tenet quòd non ſolùm habet locum in papa & de legato,ſed etiam in ordinario.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Dominus Petrus de Pigui,in decretis bacchalarius ciuitatis Agenen. per ſuum teſtamentum inſtituit hæredes ſuos dominum Ioannem Gaſtz preſbyterum, & Salmum Floctas filium Gulielmi Floctas nepotes ſuos, & caſu quo vnus ipſorum decederet quandocunque ab inteſtato, ſubſtituit primò decedenti ſuperuiuentem:&ſi ambo decederent quandocunque ab inteſtato, ſubſtituit illis propinquiorem ipſius teſtatoris in gradu parentelæ exiſtentem. modò dictus Floctas filius familias veniens ad mortem fecit donationem cauſa mortis duobus ſuis filiis de conſenſu patris ſui: quæritur, an dictus Floctas filius familias dicatur inteſtatus, ita quòd ſit locus ſubſtitutioni,vel non.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Verba illa: Si quis ab inteſtato deceſſerit, prolata à conſuetudine ſtatuto vel homine, an comprehendant filiumfamil. vel pupillum, qui non poſſunt teſtari, ſi à ſtatuto vel conſuetudine ſunt prohibiti. & nu. ſeq.*

Inteſtatus, & inteſtabilis quid differant.

4 *Donatio mortis cauſa, eſt vltima voluntas, & inter vltimas voluntates computatur.*

5 *Cæcus non poteſt teſtari ſine ſolennitate poſita in l. hac conſultiſſima. C. qui teſtamen. face. poſſ. Donare tamen ſine illa poteſt.*

6 *Donatio cauſa mortis, nuda voluntate poteſt reuocari.*

7 *Vltimus eſt, quem nullus ſequitur.*

8 *Teſtamentum, verb. quid ſignificet.*

9 *Argumentum à ſimili, valet, quando non agitur de legum & iurium correctione.*

10 *Statuta quomodo ſint intelligenda.*

11 *Statuto ſtante, quòd vſurarius non poſſit teſtari niſi præſtita cautione, poteſt tamen donare cauſa mortis. Et idem iudicium de deportato.*

12 *Donatio cauſa mortis proprius vltimæ voluntati accedit, quàm contractui.*

CONSILIVM XXXIIII.

Dico breuiter quòd doctores faciunt vim, quando prædicta verba, Si quis ab inteſtato † deceſſerit, proferuntur à conſue. ſeu ſtatuto, aut ab homine, an comprehendatur pupillus & filiusfa. qui non poſſunt teſtari, ſi à ſtatuto, vel
1 à conſuetudi. ſunt prohibiti. [a] Et ſunt multum in hoc
a contrariæ opin. doct. nam Bart. in l. j. ff. de ſuis & legit. tenet quòd non comprehendantur ex propria ſignificatione vocabuli, ſed ex communi vſu loquendi. Sed contrarium tenuit Bal. in pluribus locis, præcipuè in c. j. de ſucceſ. feud. & Ioan. de Imo. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. Et plures ſequuntur Bald. & Imo. maximè Alex. in l. generaliter. C. de inſt. & ſubſtit. vbi dicit communem eſſe contra Bar. Sed Iaſ. in d. l. centurio. dicit contrarium. & ſeruari opin. Bart. de conſuet. & verũ dicit, prout latè dixi in §. iij. verſi. ſed quæro de q. multum ſingulari. de teſt. lib. cõſue. Biturig. Si verò † ab homine verba prædicta proferantur, vt in præſenti caſu, & tunc ſecundum Bal. in
2 d. c. j. de ſucceſ. feud. verſ. modò quæro. eſt diſtinguẽ clũ: quia aut proferuntur à vulgaribus idiotis, & tunc verba ſunt intelligenda groſſo modo: vt no. Cy. in l. ſi cùm ante. C. de dona. ante nup. & Bal. in c. quanto. ante fi. de iudi. & dixi in §. xxvj. & in addi. vlt. de iuriſd. omn. iud. li. conſuet. Biturig. Quandoque verò verba à iuriſperitis proferuntur, & tunc nõ ad omnẽ vſum loquendi iuriſperitorum pro interpretatione vocabuli recurrendum eſt, ſed debet inſpici qualiter loquuntur iuriſperiti, non qualiter idiotæ. facit gl. in l. quòd ſi nepotes & ibi Bar. & Bald. ff. de teſt. tut. Et
3 non eſt dubium, quòd † iuriſperiti faciunt hanc differentiam inter inteſtatum & inteſtabilem: ergo talis iuris interpretatio vocabuli admittenda eſt. Et ſic tenet, vt non comprehendat pupillos & inteſtabiles. Sed hìc teſtator erat iuriſperitus, qui dictum Floctas nepotẽ ſuum ſciebat filium in patris ſui poteſtate conſtitutum, & ſic inteſtabilem, & non poſſe teſtari, & tamen eidem ſubſtituit quandocunque ab inteſtato decederet dictum Ioan. Gaſtz presbyterũ, qui legitimos non poterat habere liberos. vnde videtur, pro nõ ſcripta, de quo per Bar. & doct. in l. hæredibus, §. j. ff. ad Treb. & And. Barb. in c. in præſentia. nu. 96. de prob. & re vera eſſet locus ſubſtitutioni, & admitteretur ſubſtitutus, niſi dictus Floctas mortis cauſa donationem feciſſet, quam ſolã de iure communi poterat facere, patre permittẽte, l. tamis. §. j. ff. de don. cau. mort. c. cùm tibi. de teſt. & c. licet. de ſepult. lib. vj. niſi in caſtrenſi vel quaſi, de quibus poteſt teſtari, l. pen. & fin. C. qui teſt. fac. poſſ. prout iſte Floctas, qui erat practicus, poterat facere, quia
4 † mortis cauſa donatio, eſt vltima voluntas, & inter vltimas voluntates computatur: vt tenet gl. in d. l. tã is. §. per tex. in l. fi. §. fi. C. de codi c. licet Bar. & communiter doct. in l. ij. ff. de leg. ij. dicat eſſe verũ, quo ad effectum, non quo ad ordinationem, aut confirmationẽ, in quibus magis accedit contractui, quàm vltimæ voluntati: vt tenet Alouiſius de Peruſio: in conſ. poſito inter conſ. Bal. vol. iiij. nu. 380. Et Marcus Angebelli. in conſ. ſeq. eo. vol. vbi etiam tenent, q̃ cęcus, qui † non poteſt teſtari ſine ſolennitate, quę
5 ponitur in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. face. poſſ. donare poteſt cauſa mortis ſine illa ſolennitate. text. d. l. fi. in fin. de dona. cauſa mortis, loquitur generaliter, q̃ omnes effectus ſortiatur donatio cauſa mortis quos vltimæ habent libertates, neque ex quacunque parte abſimilis eis intelligatur, qui tex. eſt clarus. Et hanc tenet Ang. Aret. inſt. eo. in pr. vbi dicit, q̃ Imperator per tex. in d. l. fi. tollit omnem antiquam iuris & doctorum altercationem, quòd in omnibus æquiparetur vltimæ voluntati, ex quo confertur poſt mortem, prout cæteræ vltimæ voluntates, quæ videntur eo reſpectu dici vltimæ voluntates, quę conferuntur in tempus, in quo non rediit arbitrium, vt l. j. C. de ſacroſ. eccle. Et ſunt ambulatoriæ vſque ad mortem, quæ continuò poſſunt reuocari, l. ſi quis in prin. ff. de leg. iij. & §. poſteriore. inſt. quibus modis teſta. infir. quæ † quidem militant etiã in donatione
6 cauſa mortis, quæ poteſt nuda volũtate donantis reuocari, l. nõ omnis. §. ſi pupillus, ff. ſi cer. peta. & l. qui mortis. & l. Senatus. §. donatio. in fi. ff. de donat. cauſa mortis: & ita tenet Phil. Cor. in conſ. ccxxxvij. vol. iiij. maximè ſecundum eũ, ſi volumus verbis, vt Hebræi, penitus inhærere, donatio cauſa mortis voluntas eſt. Vnde ſi circa eam nulla alia volũtas ſequàtur, vltima remanet: quia vltimus eſt, quẽ † nullus ſequi-
7 tur, l. proximus. in fi. ff. de verb. ſig. Et vtranq; opin. tenendo, non videtur inteſtatus deceſiſſe, vt voluit Bal. in cõſ. clxvj. ver. ſecũdo modo, vol. j. Si enim accipiamus verbũ, teſtamentũ, † ſignificat vltimã mẽ-
8 tis teſtationem, & etiam codicillos, donationẽ cauſa mortis factã, vel epiſtolam, vel etiam ſine ſcriptura relictum: vt no, in l. j. ff. de teſta. impropriè, & largè loquendo cùm donatio cauſa mortis & teſtamentũ, & codicilli, diuerſis nominibus vocentur, in l. ſi idẽ. C. de codici. l. quia iſta argumẽtatio à ſimili, eſt † bo-
9 na, quando non agitur de legũ & iurium correctione, vt tenet Bald. in d. conſ. clxvj. ver. ſed contra hoc oppo. allegat no. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. volens Bal. in d proximo conſi. q̃ ſit † ſtatutum
10 diceret, q̃ nemo poteſt teſtari ſine præſentia propinquorum, quòd poſſit cauſa mortis donare, cùm ſtatutũ hoc nõ dicat, nec nos dicere ergo debemus. Et etiã, q̃ vſurarius qui nõ † poteſt teſtari, niſi præſtita
11 cautione, iuxta c. quanquã. de vſur. li. vj. poſſit donare cauſa mortis. Et idẽ dicit in deportato, qui nõ poteſt teſtari, vt no, in l. j. C. de hære. inſt. Et econtrà, ſi ſtatutũ prohiberet alienationẽ † mortis cauſa, prohi-
12 bere videtur teſtamentũ vel codicillos, cùm ſit prohibita alienatio per donationem cauſa mortis fieri, quæ accidit magis vltimæ volũtati, quàm cõtractui: vt ſuprà dictum eſt. licet Bal. in conſ. cj. volum. j. te-

neat contrarium ſequendo communem opin. quòd
13 donatio cauſa † mortis accedit plus contractui quàm vltimæ volũtati. vnde dicit Bar. in l.j.ff.de iure codicil. quòd ſi filius fami. fecerit teſtamentum de conſenſu patris, cum clauſula, Si non valeat iure teſtaméti, valeat iure codicillorũ, vel alterius vltimę voluntatis, &c. quòd tale teſtamentum valebit iure donationis cauſa mortis. Et idem Bal. in l.fi. C. de iure codicil. & omnes, inſuper Iaſon in l. ſeniũ. C. qui teſt. face. poſſunt. & amplè Philip. Corneus, in d. cõſi. ccxxxvij. quod eſt ſingul. & Iaſon poſt Bal. in l. eã quam. ver. duode. caſum. C. de fideicom. Ergo à fortiori in hoc caſu, in quo filiofam. expreſſè permittitur facere donationem cauſa mortis, de conſenſu, patris, d.l.tam is. §.j. ideò concludo dictum Floctas, ab inteſtato non deceſiſſe, cùm cauſa mortis donationem omnium ſuorum bonorum liberis ſuis fecerit, ad quos potius, quàm ab ſubſtitutum (qui eſt presbyter., & in quo genus parentelæ & agnationis periit) teſtator bona ſua venire voluit, &c.

ADDITIONES.

a Prohibiti. Adde quòd prohibitus teſtari, cenſetur prohibitus donare cauſa mortis, l.j.§. j. ff.j de tut. & ratio diſtrahen. prętterquam in filioũ. qui poteſt cum conſenſu patris donare, vt l. tam is. hic alleg. & ita tenet Bar. Soz. in cõſi. clxxij. incip. multum abundè. ver. confirmantur. vol. ij. Et in aduentitiis ſecundum eum non poteſt teſtari, etiam in quibus patri non quæritur vſusfructus ſine eius patris conſenſu. Et hanc dicit eſſe veram & communem opin. Sed an requiratur, quòd conſenſus patris præcedat donationem cauſa mortis per filium, dic quòd ſic: vt tenet Bal. in l.ſi vxor. C. de codi. inſert. & in l. quæcunque. ver. ſic quæritur. C. de bo. quæ li. & omnes in l. qui bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hær. & tenet Franciſ. de Crema. in ſing. lxix. tamé ſi perſeueret in eadem voluntate, valet, vt voluit Bar. in d.l.tam is. & Pau. de Caſt. in conſi. ccccxxxvij. incip. quantum ad primum. vol. nouo.

SVMMÆ.

1 *Matrimonium verum, quæ conſtituant. Et quibus ex verbis, & vnde colligatur matrimonium de præſenti. nu. 2. 3. 4.*

CONSILIVM XXXV.

VIſa facti narratione, videtur dicendum ſponſalia per verba de præſenti fuiſſe inter Gulielmum Chandeau & Annetam de Broulio contracta, & ſic verum etiam inter eos contractum matrimonium, cauſis & rationibus ſequentibus. Et primò, quia inter dictum Gu-
1 lielmum † & parentes dictæ Annetæ præceſſit tractatus de matrimonio cõtrahendo, & poſtea ſubſequuta fuerunt verba concenſum matrimonij denotãtia. vnde eſt verum matrimonium, vt tenet glo. quam doct. faciunt ibi ſingularem. in c.fi. de coniugio ſeruorum. & gl. in c.fi. inter virum deſpõſalibus. & Ioan. Andræ. Abb. Sicul. & Innoc. in repert. in c. tuæ. eo. tit. quia licet in valentibus loqui, ſint neceſſaria verba ad matrimonium contrahendum, vt d. c. tuæ. & c. cùm apud eo. tit. & not. glo. in l. cùm notiſſimi. C. de prælcrip. xxx. anno. Hoc tamẽ intelligũt doctores in locis ſuprà allegatis eſſe verũ, quãdo nõ præcedit tractatus de matrimonio contrahendo: ſed vbi tractatus præceſſit, tunc ſufficit quòd ſequatur aliquod ſignum aut factum, conſenſum denotans, & exprimens. Et ad hoc eſt deciſio Andr. Barba. con-
2 ſil. vj. vol. j. volentis, quòd ſi † quis vadit ad mulierẽ aliquam, aliam mulierem in ſua ſocietate habẽtem, quæ viſo dicto homine eidem dominæ dicit, Non cõfidas de hoc homine, quia omnes ſunt ribaldi. Et domina dicit, Si eſſet imperator, nõ habebit niſi ea, quæ ſunt honoris. Et vir reſpõdeat illi perſonæ, quæ dicit, Noli confidere, quòd ipſe non petit niſi honeſta: quòd ſi ſtatim ſequatur copula, verum matrimonium eſt ſubſequutum. Tum ſecundò, quia hîc verba de præſenti fuerunt inter ipſos ſubſequuta, & prolata, videlicet, Volo te habere in vxorem, & filia reſpõdit, Volo te habere in virum: vnde illa verba, volo te habere in vxorem, denotant executionem actus, ex quibus inducitur diſpoſitio de præſenti: vt tenet Hoſtien. quem ſequuntur ibi Ioan. Andr. Anton. de Bruti. & Abb. Sicul. in c. ex lite. deſponſa. & iſta erat voluntas ipſorum contrahentium de contrahendo ſponſalia ſeu matrimonium de præſenti: qui poſt dicta verba ſe inuicem oſculati fuerũt: ideò verum matrimonium. Tum † tertiò, quia poſt prę- 3
dicta ſic pacta dictus Chandeau vocauit ipſam Annetam ſuam vxorem, pluribus & diuerſis vicibus, & fratres & ſorores dictæ Annetæ, etiam vocabant, deditque eidem Annetę bacgas & iocalia, & alia peregit, & fecit, vt in facto continetur, quæ denotant matrimonium, per not. per gloſſ. & docto. in c.j. de ſpon. lib. vj. cùm ſimilibus. Tum † quartò, quia ipſe 4
poſtea iurauit eidem Annetæ in præſentia matris, & aliorum parentum, nunquam aliam mulierem in vxorem habiturum, niſi ipſam Annetam. Vnde eſt verum matrimonium de præſenti: vt tenet Spec. & Ioan. And. in addi. in tit. de ſponſa. §.j. in prin. ver. quid ſi ita. & Abb. Sicul in c. ex. parte ante fi. ver. & per hoc poteſt decidi quæſtio, & c. de ſponſa. vbi tenet ꝙ ſiue dixerit nũquàm habebo aliã niſi ipſam, ſiue dixerit promitto nũquã aliam habere in vxorem niſi ipſam Annetam, quòd ſit matrimonium de prę-ſenti. & idem Iaſ. in l. actione. verſic. Item ad prædictam doctr. C. de tranſ. & Ludoui. Gomeſius. inſtit. de action. in pri. num. 6. licet Alexand. in conſi. cij. verſi. non obſtat. & in ſeq. cliiij. verſi. tamen ſi alia verba. & in conſi. clvj. verſi. Nec obſtat. vol. v. velit quòd per hæc verba, accipiam te in vxorem, vel nũquam accipiam aliam in vxorem niſi te, quòd non ſit matrimonium de præſenti: tamen præcedens eſt communior. Et idem videtur ſi quis dixerit accipiã te in vxorem, & de cætero ita te tenebo, quòd ſint ſponſalia de futuro, & non de præſenti: vt tenet Archi. in c. vltim. xxvij. quæſt. vlti. & Hoſti. in d. c. ex parte. & Lud. de Ro. in ſing. cccxl. ſed circa hoc Abb. d.c. ex parte diſtinguit, vt ibi per eam, & Cardi. Alexand.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Factum eſt tale: Quondam vixit in humanis nobilis Margarita de la Viguerie, quæ fuit coniuncta in matrimonium cũ Bernardo de Guotis, ex quo matrimonio certos procreauit liberos, vſque ad numerum quatuor.

Item, Et ſecundo loco fuit coniuncta cum nobili Ægidio de la Balma: ex quo matrimonio fuere procreati Ioanes, Arnaldus, Naudina, & Catharina de la Balma.

Item, ſit vita durante dicta de la Vigaria dimiſit bona ipſis, & medietatem eorum tradidit liberis primi matrimonij, & alteram medietatem ſibi reſeruauit.

Item, Et veniens ad mortem ſuum condidit teſtamentum, in quo hæredem inſtituit nobilem Ægidium de la Balma eius virum, in media parte omnium bonorum ſibi reſeruatorũ, & Ioanẽ & Arnaldũ eius filios in altera media parte: voluit tamen quòd dicta medietas poſt exceſſum dicti Ægidij perueniat ad dictos Ioannem & Arnaldum de la Balma eius filios. Et ſi contingeret vnum ex dictis filiis quandocunque decedere ſine liberis, ex eorum legitimo matrimonio procreatis, eidem ſubſtituit ſic decedenti & inſtituit alterum eorundem hæredem ſuperuiuentem. Et ſi ambo decedant ſine libero, vel liberis ex eorum matrimonio procreato. ſeu procreatis quandocunque, eiſdem ſubſtituti, & inſtituit dictum Ægidium de la Balma eius virum: ſaluo quòd poſt eius deceſſum perueniſt, & pertineãt pleno iure Naudinæ & Catharinæ de la Balma filiabus ſuis, quas quidẽ Naudinã & Catharinã ſubſtituit dictis Arnaldo & Ioanni de la Balma in caſu prædicto, & ſibi inſtituit hæredes vniuerſales & generales in dictis bonis, & hæreditate ſuis: Saluo quòd ipſe Aegidius potuit teſtari pro anima ſua ſuper dictis bonis.

Item

Item,& in illa voluntate deceſſit,dictis filiis & filiabus dicti ſecundi matrimonij hæredibus inſtitutis, ac pariter dicto Ægidio ſuperuiuente.

Item,& viuente dicto Ægidio Ioannes de la Balma eius filius deceſſit ſine liberis & abſque factione alicuius teſtaméti.

Item, pariter deceſſit dicta Naudina abſque liberis & abſque aliquali teſtamento.

Item pariter deceſſit dicta Catharina ſiue teſtamento eidem ſuperuiuente Franceſia de Portis eius filia vnica, naturali & legitima.

Item, & ipſe Ægidius veniens ad mortem, ſuum condidit teſtamentum, & hæredem ſuum vniuerſalem inſtituit magiſtrum Arnaldum de la Balma eius filium,vnà cum chargiis & oneribus in teſtamento inſertis,nullam faciendo mentionem de dicta Franceſia de Portis eius nepte filiáque quondam Catharinæ de la Balma eius filiæ.

Ité, & ex poſt dictus magiſter Arnaldus de la Balma deceſſit,& (vt fertur) certum teſtamentum condidit ſub iis verbis, fecit hæredem ſuum vniuerſalem,& generalem inſtituit,& ordinauit, ac eius ore proprio nominauit poſthumum ſeu poſthumam ſuæ vxoris Catharinæ de Corteta, caſu quo idé poſthumus ſeu poſthuma veniat ad lucem. Cui quidem poſthumo ſeu poſthumæ hæredi vniuerſali inſtituꝫ dictus teſtator omnia bona ſua, & hæreditatem ſuam deuenire, & peruenire voluit iure hæreditariæ inſtitutionis vniuerſalis.

Et ſi dictus poſthumus ſeu poſthuma hæres vniuerſalis inſtitutus ſeu inſtituta decedat ſine libero vel liberis ex ſuo proprio corpore,& de legitimo matrimonio procreato, ſeu procreatis, ſibi ſic deceden. ſubſtituit, & idem teſtator inſtituit Ioannem de Guotis filium Marci de Guotis,hæredem vniuerſalem hæredit. & bonorum ſuorum. Cum tali conditione, quòd ipſe de Guotis accipiet in vxorem Bertrandam de Corteta,filiam Martialis de Corteta,Iurium doctoris.Et caſu quo idem de Guotis nollet dictam Bertrandam, accipere in vxorem, teſtator fecit hæredem ſuum vniuerſalem in omnibus bonis ſuis ad faciendum,&c.

Item, & in eodem teſtamento legauit Franceſiæ de Portis filias quondam Catharinæ de la Balma eius ſororis ducentas libras Turonen.ſimpliciter abſque inſtitutione aliquali.

Item, & ad præſens vxor dicti teſtatoris non eſt prægnans, neque habet minúſque habebit poſthumum eius medio.

Ad præſens quæritur,quale ius poterit dicta Franceſia petere in dictis bonis ratione inſertorum & enarratorum in præceden.& qualem poterit petere portionem.

Item,quo iure ſit illi prouidendum,ſi aliquod ius ſibi competat, attento maximè quia eſt infrà annum computando à tempore mortis dicti Arnaldi de la Balma.

SVMMÆ.

1 *Subſtitutionis ius, ſeu ſpes an poſſit ad hæredem tranſmitti.*

2 *Obligationes conditionales tranſeunt ad hæredes.*

3 *Subſtitutio tacita comprehenditur ſub fidei commiſſaria.*

4 *Subſtitutio tacita pupillaris non valet ſine hæreditatis aditione.*

5 *Subſtitutio vulgaris tacita comprehenſa ſub fidei commiſſariæ an requirat hæreditatis aditionem.*

CONSILIVM XXXVI.

ET mihi videtur, viſo & conſiderato facto,& contentis in eo, circa quæſita, eſſe breuiter argumentis omiſsis dicendum.Et primò,circa primum,† quòd dicta Franceſia de Portis nihil petere, nec aliquod ius prætendere poteſt in bonis defuncti Ægidij de la Balma,vi & virtute inſtitutionis & ſubſtitutionis [a] per vita defunctam Margaritã de la Viguerie auiam eiuſdem Franceſiæ factæ obuentis: nec etiam profectò in bonis & ſucceſsione quondam Io. de Balma auunculi, & Naudinæ de la Balma, materteræ ipſius Franceſiæ, obſtante dicta ſubſtitutione: Verumtamen, ſi dictus defunctus Ægidius auus aliunde habebit bona, quàm ex dictis inſtitutione & ſubſtitutione,poterit dicta Franceſia ex ſua perſona habere, & petere medietatem illorũ bonorum,cùm fuerit præterita ab ipſo auo, eius matre de medio, viuo auo, & tempore conditi teſtamenti ſublata,per not.in l.omnino do.& l.ſi quis filium.C.de inof.teſtamen.& in l.ſi is qui.ff.eod.tit.& in l.ſi quis filio exhæredato.in prin. ff.de iniuſto rupto teſtam.& vtrobique per omnes.Nec Catharina mater ipſius Franceſiæ potuit in vim ſubſtitutionis per dictam defunctam Margaritam factæ aliquod ius vel potius ſpem ſubſtitutionis ad ipſam Franceſiam filiam ſuam tranſmittere, ſiue eſſet ſubſtitutio pupillaris,vt l.ſed ſi plures.in princ. & ibi Bart.& omnes Moder.& text.in l.qui habebat.ff.de vulgar.& pupil.ſubſtitut.vel etiam reciproca,l.qui plures hæredes.cum l.ſeq.& l.Lucius.§.finał.ff.eod.titu.& ibi per Iaſon,ſiue eſſet vulgaris,l.ſi ex pluribus.in fin.ff. de ſuis & legit.& in l.toties. ff.de acquir. hæred.ſiue fideicommiſſaria,vt l.vnica.§.ſin autem.C.de cadu. tollen. & in omnibus caſibus ſupra dictis tenet Signor. de Homodeis. in conſ. lxxiij. & Alexand. in conſ.xxxvj.verſi.cõfirmantur prædicta.lib.iij.etiam ſecundùm ipſum, ſi ſubſtituti hæredes eſſent de liberis,vt hîc eſt, & firmat gl.in l.vnica.in verbo relictis. C.dè his,qui ante apertas tabul. & tenet Franc. de Aret.in conſ.1.& in conſ.clvj. & Ludo.de Rom. in conſ.cccclxxx.qui alleg.text.in l,cauſa.in ij.§.Põponius.ff.de minorib.licet Bar.& Bald.in d.l.vnica. §.ſinautem. C.de cadu.toll. videantur tenere. quòd ius ſubſtitutionis tranſmittitur ad hæredem: quia †obligationes conditionales tranſeunt ad hæredes. 2
Idem Ioan.de Imol.& Alexan.in l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pup.& hoc per tex.in l.qui patri. ff.de acq.hære.ſed ipſos reprehendit Iud. Bolog.in d.l.qui patri. iſti primis interpret.quod ille text. non loquitur de iure ſubſtitutionis tranſmittendo: ſed de hæreditate tranſmittenda.& ita ſentit Bar. ibi dũ vult ſequendo gloſ.& Dyn. in d.l.qui patri quòd ius venit ibi ex iure accreſcendi, & non iure ſubſtitutionis ſimplicis: quia ſubſtitutus erat etiam inſtitutus cum pupillo, & ratione illius iuris accreſcẽndi iuncto cum pupillari ſubſtitutione tranſmittitur. & idem tenet ibi Ang.vel ſecundum Bal.quem ſequitur Pau.de Caſt.ibi, hoc eſt propter aditionem hæreditatis paternæ, ex qua quis eſt obligatus ad recipiendam pupillarem: aliàs non tranſmittitur ad hæredem. Sed hîc Catharina erat ſolùm ſubſtituta in caſu mortis vltimi fratris inſtituti ſine liberis decedentis:ideò illud ſubſtitutionis ius non potuit tranſmittere ad dictam Franciſcam eius filiam, facit.text. in l.quidam teſtamento, ff. de vulga. & pupil. & ibi Bart. dicit per illum tex. quòd ſi teſtator duobus filiis inſtitutis,dixerit,& ſi ſine liberis deceſſerint,tota hæreditas mea perueniat ad talem, quòd non habet locum ſubſtitutio vno ex illis moriente. & idem Bal.in l.pen.C.de impuber.& alius ſubſtit,per illum textum ſemper: quia requiritur exiſtentia conditionis in perſona omnium,d.l.hæredes mei.& q cõcurrat mors ipſorũ,& nõ vnius ſolius, & pulchrè Barb. in conſ.lxvij.verſ.præterea facit.li.iij.ſed in cõſ.lxxj. verſ,reſtat nunc videre.eod.lib.niſi de voluntate teſtatoris contraria aliud appareret.& idé in cõſ.lxxxj. primum verſi.facit etiam quod voluit. eod.lib.iij.vt tenet Ant.de Butr,in conſ.xxxij. & Calder. in conſ. iiij.tit.de teſtam.quod conſilium repetitur xlij. eod. tit.& Ioan.de Imol.& doct.in l.hæredes mei.§.cùm ita.de quo per Sozin. ff.ad Theb. & Franc.de Aret. in d.conſ.j.& in d.conſ.clvj.& Abba.Sicu.in conſil. lviij.lib.ij.Et Ang.in conſ.lxxx.circa fi.Sed vbi dicta Margarita dixiſſet, quòd poſt mortẽ Ægidij de Balma eius mariti bona venirent ad eiuſdem mariti hęredes, tũc tranſiret ius ſubſtitutionis ad hęredẽ:quia facta eſt mentio hæredis extranei alterius,& illo ca-

ſu heredes in infinitum comprehenduntur.l.in animalibus. C. de legat. item ſecus ſi ſub conditione, quiſquis mihi hæres erit,& c.vt d.l.qui liberis.§. hęc verba. & d.l.ſed ſi plures.in prin.ideò debent inſpici verba ſubſtitutionis : tamen pro iſta opin. quòd non trãſmittatur,cõſuluit in terminis Pet. de Anch. in cõſi. cccxc. inci.quia Eliſabeth & Anna ſorores, &c. & Guido Papæ in conſi. xxv.& Alex.in d.conſi. xxxvj.Et circa ſecundum dico etiam,quòd prædicta Franceſia non poteſt teſtamentũ defuncti Arnauldi
3 de Balma,†dicere nul um:quia ſubſtitutio facta per ipſum Arnauldum teſtatorem in caſum natiuitatis poſthumi vel poſthumæ, & mortis ipſorum,ſi ſine liberis, aut libero ex proprio corpore & matrimonio legitimo decederet, extenditur à iure ad caſum natiuitatis non ſecutæ, & ſic caſum vulgaris tacitæ comprehenſæ ſub fideicommiſſaria : vt l.ſi quis vẽtri.ff.de vẽtre inſpicien.& l.ab exhæredato. §.fi.ff.de leg. j. & voluit Raph. Fulg.in conſi.xlvj.& Ioan.de Ana. in conſi. lxvj.incip. vilis his.& Ludo.Bolog.in conſi.ix.ver.probatur. licet Bart. in d.l.ſi quis vẽtri. dicat hoc eſſe verũ,quando haberet cohæredem in-
4 ſtitutum :quia ſine hæreditatis aditione † non valet tacita vulgaris:vt l.quid ſi filius.ff.de cap. remittẽdo ſe ad l.lex Cornelia. ff. de vulg. & pup. ſubſtitut.vbi in caſu præſenti tenet. quòd vulgaris tacita cõprehenſa † ſub fideicommiſſaria non requirit aditionẽ
5 hæreditatis,& ab illa tacita vulgari poteſt teſtamentũ aſſumere vires:quia licet fideicõmiſſaria requirat aditionem, tamen tacita vulgaris comprehenſa ſub fideicommiſſaria, non requirit aditionem.& ibi alleg.text.in d.l.penult.vbi dicit eſſe caſum,& reſpondet ad l. apud Iulia.§.idem Iulianus.ff.ad Trebel.vbi idem tenet.Et iſtã quæſt.mouet Bald.in l. ſi. verſi.quęro quidam credens vxorem eſſe prægnantem, &c. C. de inſtit. & ſubſtitut. ſub contradit.fact.qui ita tenet per text.in d.l.qui ventri.& in d.l.ab exhæredato.§.fina.Igitur,&c.

ADDITIO.

Subſtitutionis. Adde,an ius ſeu ſpes ſubſtitutionis poſſit ad hæredem trãſmitti,vide Anto.de But.in cõſi. lxxix. vbi ponit caſum ſingula. Si quis fuerit ſubſtitutus, ſi hæres ſine liberis maſculis deceſſerit,& hæres vxore prægnante,& etiam ſubſtitutus deceſſerunt & poſtea nata eſt filia : an tranſmittatur hoc ius ſubſtitutionis ad hæredem ſubſtituti : & concludit quòd ſic : quod tamen mihi videtur non eſſe ſine dubio.& ſuper dicto facto cõſuluit Pet. de Ang.in conſi.ccclxj.qui idẽ tenet,& idem in conſi.cccxci.

SVMMÆ.

1 *Donatio prima prævalet ſecundæ.*
2 *Dominium & poſſeſſio vbi tranſfertur ex primo titulo,non habet locum l.quoties C.de rei vendicatione.*
3 *Donationis legitima forma, per quam impeditur tranſlatio domini in ſecundum.& num.ſeq.*
5 *Emptor ſingularis tenetur ſtare locationi, quando res locata,eſt conductori locata &c.*
6 *Donatio facta in fraudem primæ,non valet.*
7 *Donationes duæ quando fiunt per perſonam eccleſiaſticam ſemper prima valet, etiam ſi ſecundo res fuiſſet tradita.*

CONSILIVM XXXVII.

VIſo facto prænarrato, videtur mihi præfatum Bertrandum Trogam, aliàs Armaignac, debere obtinere,& habere medietatem ómnium bonorum mobilium & immobilium Gulielmo Chandeau obuentorum, & ſibi Trogam per leundem Chandeau donatorum : quoniam clarum
1 eſt,quod prima †donatio facta per defunctum Gilbertum Gorrandi presbyterum, eidem retento vſufructu,fuit valida de iure,tandem per vltimum teſtamentum dicti defuncti Gorrandi donatoris confirmata, & ideò ſecunda donatio facta Sanxio de Goudailhio eſt nullius momenti & efficaciæ : quia per primam donationem factam eidem Chandęau fuit tranſlatum dominium,&poſſeſsio rerum donatarum,cùm donator ipſe ſibi retinuerit vſumfructũ. l. quiſquis.& l. ſi quis argentum.§.ſed ſi quidem. C. de donatio. dixi in §. j. de dona.lib conſu.ergo non potuit donare, & transferre dominium,aut poſſeſſionem, etiam ſi realiter tradidiſſet res & bona donata. Nec † l.quoties C.de rei vendicat.habet locũ. 2
ex quo transfertur ex primo ſolo titulo dominium & poſſeſsio : vt volunt doct.in d.l.quotiens. inſuper Iaſ.in iij. principali limitatione : vbi ponit in duobus, quibus fuit diuerſis temporibus hypothecata eadem res.nam cùm ex ſola conuentione ſine traditione transferatur ius in pignore hypothecæ, vt l.j. ff.de pig.acti.ideò ille præfertur,cui prius res hypothecata fuit, non cui prius tradita eſt:vt regula,qui prior eſt tempore,de reg. iur lib. vj. & quæ ibi dixi poſt Dyn. Et mirum,quod ad limitationem illius l. quotiẽs non allegauerit d.l.quiſquis.& §.ſed ſi quodam. Tum quia dictus † donator promiſit per ſo- 3
lennem ſtipulationem,non reuocare,caſſare,vel annullare quouis modo,iure,ratione,ſeu cauſa,& contra illam non venire, dicere,proponere,ſeu allegare in iudicio,vel extra iudicium,aliquo tẽpore in futurum. Pro qua donatione rata,grata,firma ſtabili,& irreuocabili habenda,& aliis omnibus & ſingulis in donatione contentis,obſeruandis,tenendis,& complendis, obligauit & firmiter hypothecauit omnia prædicta bona ſua, mobilia, & immobilia eidẽ donatario donata, &c. cum aliis renuntiationibus in eadem donatione ſpecificatis. † Nam per tale pa- 4
ctum cum hypotheca impeditur tranſlatio dominij in ſecũdũ,&primus cẽſetur habere ius in re,vt tenet Iaſon.in d.l.quoties.in xj.limit.per text.in l.ſi creditor.§.fi.ff.de diſtra.pign.ſecundum veram lect.Piſanam, quæ eſt negatiua.& hoc probat per tex.in d.l. quoties, ibi de iure diſtrahitur à contrario ſenſu.nã tunc nõ iure venditur ſecundo, propter pactum cũ hypotheca.Itẽ hoc probat per no. per Bar. & doct. in l. emptorem. C. loca.quod † emptor ſingulari. 5
tenetur ſtare locationi, quando res locata eſt cõductoris obligata,&c.Præterea,iſta † ſecunda donatio- 6
fuit facta in fraudem primæ, nam ipſe Goudail,qui ab ipſo defuncto donatore beneficium pingue extorſerat, bene ſciebat primam donationem fuiſſe per dictum defunctum dicto Chandeau nepoti ſuo factam,& vt ipſe dictum nepotem ſpirituali & temporali priuaret,ſibi fieri dictam ſecundam donationem procurauit, & ſic participauit de fraude : ideo ratione fraudis non valet dicta ſecunda donatio, vt voluit Bal. in rub. C. de reuoca. his, quæ in fraud. cred. & Salic. Alb.de Roſa.& Iaſ.in d.l.quotiens.in ix.limi.Tum etiam quia † quando duæ donationes 7
fiũt per perſonam eccleſiaſticam, ſemper prima valet,etiam ſi ſecundo fuiſſet res tradita, vt tenẽt Hoſtiẽ.& Ioan.And.in c.continebatur.de his, quæ fiũt à præl. ſine conſen. cap.licet Iaſ.in dicta l.quotiens. in vij. limit.teneat contrariam opin. quæ eſt communis ſuo ad hoc. Nam poſito,quod donatio facta dicto Chandeau, & ſic ambo habeant ſimilem titulum : ipſe tamen Chandeau præfertur, cui priùs fuit donata: vt voluit Iaſ.in dicta l.quoties.in xiiij.limit. per not. in l.in operis.ff.locati.Igitur dictus Chandeau potuit de rebus & bonis ſic donatis donationẽ

facere

Digitized by Google

facere, prout facit dicto Armaignac, quæ est facta ob causam, scilicet quòd ipse Armaignac teneretur prosequi dicta bona eidem Chandeau per eius auúculum donata suis propriis expensis: quod facere obtulit. vnde dictus Goudail in vim donationis sibi factæ per dictum defunctum nõ habet aliquod ius, nec etiã prætextu alterius donationis sibi per ipsum Chandeau secundo loco factæ, cùm aduersus ipsam donationem ipse Chandeau tanquàm seductione ipsius Goudail factam, fuerit per literas regias releuatus, & non aduersus donationem factam ei Armaignac. De qua non conqueritur per ipsas literas releuaminis, cùm non sit simplex donatio, sed ob causam, quam semper obtulit ad implere dictus de Armaignac. Et ita mihi videtur.

SVMMÆ.

1 *Filia naturalis & legitima hæres est patris pro parte & portione eam contingente.*

2 *Bonorum diuisiom non præscribitur minori spatio xxx. annorum, nec etiam iuri agendi ad supplementum legitimæ.*

3 *Donatio inofficiosa reuocanda est.*

4 *Renuntiationes seu quittantiæ quas sorores faciũt fratribus cum authoritate curatoris, quatenus sapiunt donationem sunt nullæ ipso iure.*

5 *Filia, etiam si renuntiauerit bonis paternis & maternis, nũ possit petere legitimæ supplementũ.*

6 *Filia an teneatur seruare iuramentum præstitum fratribus super renuntiatione omnium bonorum tum paternorum, tum maternorum, & maximè vbi subest dolus præsumptus.*

7 *Iuramentum habet vim expressi.*

8 *Iuramentum debet habere tres comites.*

9 *Puria sunt esse dolum re ipsa, vel ex proposito adhibitum.*

10 *Causæ duæ lucrativæ in eiusdem personã & in eadem specie, quæ verè possunt ad oculum demonstrari, non possunt concurrere eodem tempore.*

11 *Dos dicitur onerosa respectu mariti.*

12 *Maritus non modo censetur grauatus dotis onere, sed etiam filij inde manentes.*

13 *Legatarius quoties instituitur in re certa, redimit rem sibi legatam, tenetur hæres vniuersalis soluere æstimationem.*

14 *Iudicis est officium suum impertiri, etiam non imploratum, vbi quis deceptus est supra dimidiam iusti pretij.*

CONSILIVM XXXVIII.

VIso processu moto & pendente inter hæredes quõdam Margaritæ Pignede actores ex vna: & Petrum Pignede, & alios in eodem processu nominatos reos & defendentes, debent ipsis actoribus conclusiones capitæ non obstantibus ex aduerso propositis & allegatis, adiudicari cum expensis processus, causis & rationibus sequentibus.

1 Tam primò, † quia d. defuncta Margarita erat filia naturalis, & legitima quondam Gulielmi Pignede eius patris vt constat per processum, & etiã rei fatentur in eorũ scripturis. Ergo hæres pro parte & portione eam contingente: vt in authen. de triente & semisse. colla. iij. & l. j. C. si cer. peta. Et ideo debet venire ad diuisionem & partagium omnium bonorum, per dictum defunctum Gulielmum eius patrem relictorum, conferendo aut computando dotem sibi constitutam; vt in authen. ex testamento. C. de collationib. Et si constaret dictum patrem quondam Margaritam in dote sibi constituta hæredem instituisse, prout expressè fatentur rei, potest agere ad supplemẽtum legitimæ, l. omnimodo. l. quæ nupe. l. si quis filium. l. scimus. §. j. & ibi omnes doctores. C. de in officio. testa. Nec obst. eisdem actoribus præscriptio per ipsos reos † allegata, quoniam 2
diuisioni bonorum non præscribitur minori spatio triginta annorum, vt l. j. §. ad hæc. & ibi communiter doctores ita tenent. C. de annali exceptione. & in l. fi. C. communi diuidun. Nec etiam iuri agendi ad supplementum legitimæ, nisi dicto tempore & spatio triginta annorum, secundum Bal. Salice. Floren. & communiter Modernos, insuper Iason in d. l. si quis filium, de inofficio. testamen. licet Bartol. ibi teneat contrarium. & in consi. xiiij. incip. an ius agẽdi ad supplementum, &c. quod quinquennio præscribatur, quemadmodum querela, in cuius locum est ius agendi ad supplementũ subrogatum: & ipsum sequitur Ludouic. de Roma. l. certi condictio. in princip. ff. si certum peta. & Guido Papæ in consil. clxx. tamen secundũ doctores ius agendi ad supplementum descendit ex constitutione, & agitur condictione ex l. omnimodo. C. de inoffi. testamen. & ibi idem tenet Angel. & sic ex actione personali, quę durat triginta annis, vt dicta l. j. §. ad hæc. & l. ij. C. de constitu. pecu. Et ista est communis secundum Alex. in consilio cxxviij. lib. j. & in consil. viij. post princip. versi. vltima dubitatio est libro iij, & singulariter Bern. Laud. in additio. ad Bart. in d. cõsil. xiiij, à qua in iudicando non est discedendum. & idem tenet Bald. in consi. cxxvj. versi. super alio puncto, volu. iiij. & tenet Angel. in l. Papinianus. §. condictioni. ff. de inofficios. testamen. Tum † secundò, nõ 3
obstat quittãtia per dictam defunctam Margaritam eisdem reis passata: quia dicta quittantia est solùm de dote recepta. Ideò non extenditur ad succesionẽ paternam & maternam, l. si quando. §. & generaliter. & ibi omnes. C. de inofficio. testa. Et si dicatur, quod in dicta quittantia dicitur, quod quittauit paterna, & materna cum dote &c. respondetur, quòd illa verba importãt repugnantiam, viso pede literæ: quia quittauit dotem, & succesionem paternam, & maternã, nihil sibi dato aut promisso, & sic sine causa quæ non valet, per not. doct. iusuper Feli. in ca. si cautio de fide instrumẽtorum. & ibi censeretur donatio, tanquam inofficiosa esset reuocanda: vt voluit pulchrè Baldus in cõsi. lxxv. lib. iiij. Et hoc expressè tenet Bald. in l. j. C. si aduersus donationem, dicẽs,
† quod renuntiationes siue quittãtię quas faciũt puellę 4
fratribus cum authoritate curatoris, quatenus sapiũt donationem, sunt nullæ ipso iure, vt plenè Barbatia in consilio lx. versi. capio aliud dubium, &c. volu. iij. Præterea, vbi † dicta quittantia esset vera, & eidem 5
defunctæ per fratres suos dicta tertæ petia fuisset realiter data, de qua se tenuisset contentam, & promisisset plus nõ petere: Nihilominus hoc nõ obstãte potest petere supplementum legitimæ: vt tenet Baldus in l. de his. ff. de transactionibus. vbi refert Guliel. de Cug. ita tenuisse, per tex. in d. l. si quãdo. §. & generaliter. in versi. specialiter, &c. & ibi Bald. Pau. & Iason idem tenent, & Barbatia in sua repetitione intitulata: Ioannina. capitu. Raynaldus. ante finem, vrsicu. item adduci potest, &c. nisi, secundũ doctores suprà allegat. specialiter renuntiauerit supplemento legitimę. & idem Benedictus de Benedictis in cõsil. xxix. versi. circa tertiũ. Et Barbat. in cõsi. xvj. versic. tertio præsuppono. &c. volu. iij. vbi allegat Ang. in consi. incipien. Domina Catharina volẽs, quòd cùm quędam puella iurasset in manibus patrui non petere de hæreditate paterna vltrà quàm habuisset à pa-

truo, à quo patruo multo minus habuerat, quàm eſſet hæreditas paterna, quòd nihilominus petere poterit hæreditatẽ paternã: quia dolo videtur inducta ad ſic iurandũ. Idẽ etiam conſuluit Calderin. ſecũdũ
6 eum tit. de iureiur. quòd propter † dolum præſumptũ nõ tenetur iuramentũ ſeruare puella. Alleg. etiã Petr. de Anchar. in repet. c. canonum ſtatuta. in xj. quæſt. de conſtit. & idẽ conſuluit Barb. in cõſil. lxx. verſi. vj. faciat, quòd voluit, & c. eo. vol. & licet Bal.
7 l. j. C. cõmoda. dicit q̃ † iuramentũ habeat vim expreſsi: quẽ ſequitur Iaſ. in d. l. ſi quãdo. §. & generaliter, & in l. ſed ſi quis. §. quæſitũ. ff. ſi quis caut. & Alex. in cõſi. lxj. in ſi. vol. iij. tamẽ iuramẽtũ non debet eſſe iniquitatis vinculũ. cap. quanto. de iureiur. cũ ſimil. Et
8 † debet cõtinere tres comites, veritatẽ, iudiciũ, & iuſtitiã. c. & ſi Chriſt⁹. eo. tit. & authẽ. q̃ eis.
9 C. de nupt. Et quia paria † ſunt. eſſe dolum re, vel ex propoſito adhibitũ. l. ſi quis cũ aliter. ff. de verbo. oblig. & in caſu iſto ſatis videtur dol⁹ re ipſa, propter grauẽ læſionẽ ipſius defunctæ & ex tã graui læſione ſuccurritur maioribꝰ, l. ij. C. de reſcind. vẽd. Et apertè appareat: ſecꝰ, ſi ſupplemẽto legitimæ renũtiaſſet: vt dictũ eſt. Tũ quia die quo fuit paſſata eadẽ quittãtia, dicta defuncta Margarita emerat, & titulo emptionis habuerat ab ipſis reis, ſeu ab eorũ tutoribꝰ, & adminiſtrationibꝰ petiã terræ ſitã in tertiorio de la Croux, quã petiã terræ prætendũt ipſi rei per ipſã quittantiã eandẽ defunctã Margaritã nomine dotis, & inj dotẽ habuiſſe: de cuius cõſtitutione nõ cõſtat. Ideò verè cõpati nõ poteſt, quod ipſa defuncta ſecũ ſequuta fuerit ipſam terræ petiã ex duabus cauſis ſiue titulis oneroſis, ſcilicet ex dote, l. pro oneribus. C. de
10 iur dotium. & l. ex promiſsione. ff. de actio. & oblig. Et ex emptione: quia etiã † duæ cauſæ lucratiuæ in eiuſdẽ perſona, & in eadẽ ſpecie, quę verè poſſunt ad oculũ demõſtrari, nõ poſſunt cõcurrere eodẽ tẽpore: vt §. ſi res aliena. & ibi Ang. Aret. Inſtit de leg. &
11 l. Meuius. §. duobus. & ibi ſingulariter Bar. ff. de legib. vbi Bart. in iij. quæſtio. dicit, q̃ † reſpectu mariti dos dicitur oneroſa. Pro quo alleg. tex. in gloſſ. in l. cùm pater. §. pater filiæ. ff. de lega. 2. reſpectu mulieris, ſoluto ſine liberis matrimonio, cẽſetur donatio, & ſic lucratiua. Et eſt tex. in l. fina. §. ſi ſocero. & ibi not. Bart. ff. de eis quæ in fraudẽ credito. & Ange. Aret. in dicto §. ſi res aliena, q̃ verũ eſt in dubio.
12 Sed ſi ſunt liberi reſpectu ipſorum, eſt etiã oneroſa: quia nõ tãtùm marit⁹ dicitur † habere dotẽ ex cauſa oneroſa, ſed etiã eius filij nati ex dicto matrimonio: vt tenet Bar. in l. ſi cõſtante in princip. verſi. nũquid poſsit nomine eorũ, vel eorũ matris, &c. ff. ſolut. matrimonio. & Ang. Aret. in dicto §. ſi res aliena. verſi. & eſt aduertendũ. Et vbi mater actorũ in ipſa terrę petia, quã ex aduerſo prætẽdit in dotẽ fuiſſe ſibi datam hæres inſtituta fuerit, & ſic ex cauſa lucratiua (q̃ neutrum probatur) tenentur dare de iure ſupplementũ legitimæ, per iura ſuprà allegata, cum fructibus, vt tenet Benedictus de Benedictis in cõſil. vij. in tertio dubio: quia eſt præſumptio vehemẽtiſſima, q̃ dicta quittãtia ſit falſa, cùm nõ ſit verisimile q̃ facta per dictã Margaritã emptione de dicta terræ petia, confeſſa fuerit prius illã habuiſſe ex cauſa dotis eodẽ die: quoniã ſi in dotẽ habuiſſet, & poſteà in eadem per patrem inſtituta hæres fuiſſet, non emiſſet: aut econtrà, ſi prius emiſſet, nõ confeſſa fuiſſet in dotẽ recepiſſe. Et in omnẽ euẽtũ, vbi prædicta nõ haberent locũ, tenerentur rei dare & ſoluere æ-
13 ſtimationẽ prædictæ terræ petię per ipſam defunctã poſteà emptæ: quoties enim † legatarius etiam inſtitutus in re certa redimit rẽ ſibi legatã, tenetur hęres vniuerſalis ſoluere æſtimationem: vt voluit Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. verſicu. duodecimo quęro. ff. de verb. ob. ig. Etiam ſi ſcienter ab eodem, à quo eſt ſibi relicta, emerit. Et pro hoc eſt bonus tex. in d. l. cùm pater. §. pater filiæ. quia ſi pater legat, vel donat filiæ res, quas dederat in dotẽ ipſi filiæ, q̃ debetur æſtimatio ipſarũ: q̃ eſt ſingularis caſus, & nouus ſecundũ Bart. ibi. Sed † vt dictum eſt, iſta ſe in- 14
uicem non poſſunt compati, poſito q̃ eſſent vera, q̃ pro re modica ſucceſsionem tã pinguẽ dicta defuncta dimiſiſſet, & pro qua pretiũ ſoluiſſet: & fuiſſet in hoc plurimum decepta plus quàm bis vltra dimidiã iuſta pretij, in quo debet iudex officiũ ſuum nobile impartiri, etiam non imploratũ, l. iij. §. hoc ampli⁹. ff. de dam. infec. iuxta notata in d. l. ij. C. de reſcindẽda venditio. maximè in hoc caſu, vbi agitur de ſucceſsione parentũ & portione, & legitima liberorũ, quæ eſt eis de iure naturali debita, iure ciuili approbata: vt authẽt. de tri. & ſemiſ. & dixi poſt Dyn. in regula indultũ. de reg. iur. lib. vj. Igitur cõcludo, vt ſuprà, correctiõe alteriꝰ melioris me ſentientis ſẽper ſalua.

SVMMÆ.

1 *Ætas minor conſilij imbecillitate ferè laborat.*
2 *Sexus muliebris cõtra propria laborat cõmoda.*
3 *Reſtitutio etiam competit, vbi maiores xxv. annorum grauiter decepti ſunt, atque adeò ſupra dimidiam iuſti pretij.*
4 *Iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum & nu. ſeq.*
6 *Dolus re ipſa arguitur, ex minori ætate, ſexus fragilitate, & facti qualitate.*
7 *Epiſcopus ſemper diſpenſare debet ſuper iuramento quando læſio eſt in exceſsiua & maxima quantitate, in qua præſumitur dolus & fraus.*
8 *Hæres quantopere obligetur defuncto.*
9 *Ad ratificandas renuntiationes quæ ætas requiratur.*
10 *Læſio enormiſsima non admittitur in renuntiationibus.*
11 *Dolus præſumitur in renuntiatione facta per filiam metu patris.*
12 *In renuntiationibus dolus non cenſetur remiſſus.*
13 *Teſtibus duobus deponẽtibus de metu magis creditur, quàm mille deponentibus de ſpontanea voluntate.*
14 *Voluntas ex facto intelligitur.*
15 *Teſtibus affirmantibus maior fides adhibetur quàm negantibus.*

CONSILIVM XXXIX.

VIDETVR mihi viſo proceſſu moto & pendente coram domino Locumtenẽte domini Baillini Bituricen. inter honeſtam mulierem Catharinã Niquet, viduã defuncti magiſtri Bonifacij Bordini actricem: & prudẽtes viros Petrum Niquet ſenioreꝫ & alterũ Petrũ iunioreꝫ fratres, reos, q̃ præfata actrix non obſtãtibus quittãtiis, renũtiationibꝰ & ratificationibꝰ & aliis per iã dictos reos deductis & allegatis obtinere debet in petitis ſimul cũ expẽſis. Tũ primò, quia † actrix erat minor, in qua ętate 1
fragile eſt cõſiliũ: vt l. j. ff. de minoribꝰ. & multis captionibꝰ expoſitum: vt ibi. Itẽ cõcurrit ſexus † muliebris, qui contra propria laborat cõmoda. l. iiij. C. 2
de ſpõſal. Tũ quia fuit decepta † enormiter vltra dimidiã iuſti pretij: ratione cuius maiores xxv. annorũ reſtituerẽtur: iuxta l. ij. C. de reſcin. vend. & cap. cùm dilecti. de emptio. & vendi. ita pulchrè tenet Petr. de Anch. in cap. canonũ ſtatuta. in xj. quæſt. conſtit. Et 3
in cap. licet de iureiur. & cap. quãuis pactũ, de pactis.

Digitized by Google

4 lib. vj.& in conſ. xxxix. in quib. locis voluit, †q; ſi patruus neptē ex fratre præmortuo in matrimonio collocauerit,& ſibi dederit quingētos aureos in dotem, & renuntiare hæreditati patris fecerit cū iuramēto quę hæreditas erat magna:quanuis per authē. ſacramēta puerū. reputetur maior,& per d.c.quāuis.deberet excludi:quod tamē poſsit iuramento nō obſtante petere reſciſsionem renuntiationis, quia iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, c. inter cætera. xxij. q.ij.& debet habere tres comites,veritatem, iudicium,& iuſtitiam.c.animaduertendum. xxij. quæſtio. ij. gl. eſt in authen.quod eis. C. de nupt. ſed cùm interuenit deceptio vltra dimidiam ceſſat, iuſtitia,cùm ſit euidens iniquitas.Nā ipſa fuit dolo decepta re ipſa, quæ reſcindit contractum,ſicut dolus ex propoſito : vt eſt text.clarus, & ibi omnes in l. ſi quis cùm aliter. ff.de verb.oblig.vt infrà dicam, ſaltem talis patruus ſecundum ipſum decepit neptem re ipſa, dando dotem, & ipſam renuntiare faciendo, & ſic dolum cōmiſit: ergo debet admitti. Et hoc verum intelligit,ſi enormiter
2 fuerit læſa [a] vltra dimidiam iuſti pretij, iuxta d.l.ij. de reſcind. ven.niſi tali læſione renuntiatum fuiſſet: nam tunc nō poteſt abſolutio peti à iuramento. Sed hic talis renuntiatio vbi interueniſſet, & eſſet enormiſsima læſio,prout hic apparet per depoſitionem teſtium, adhuc etiam ſecundum de Anch.ac:mitteretur ad reſcindendum talem contractum renun-
5 tiationis : quia ſicut facilis fuit ad renuntiandum,ita etiam ad iurandum. l. ſi mulier. C. ad Velleia. & l. doli mali. §.diuerſum.ff.de noua.& ſic ex minori ætate, ſexus fragilitate, & facti † qualitate, arguitur
6 dolus re ipſa. Et ita tenuit Ant.de But.in cap.cùm contingat de iureiur. vbi dicit ita ſe conſuluiſſe in caſu cuiuſdam puellæ, quæ renuntiauerat cuidam ſucceſsioni in manibus cuiuſdam affinis,cuius conſilium eſt numero xlv.incip,Domina Orabilis.& iſtā opinionem ſequutus eſt Franc.de Aret.in l.ſi ſuperſtite. per illum tex. quem facit ad hoc ſing.in ver.ſanè, ſi læſa immodicè eſt. C. de dolo malo. Paul. de Caſt.in conſ.cccij.incip.notādum eſt.vol. nouorū. vbi in propriis terminis noſtris conſuluit, & tenet quod non obſtantibus binis renuntiationibus, prima facta patri, & alia patruo poſt mortem patris quod fortius erat,filia poſsit petere ſuam legitimam ſeu ſupplementum illius, cui renuntiatum non fuit nominatim,& ſpecialiter per ipſam actricem,prout requiritur, l. ſi quando. §.& generaliter ibi omnes. C.de inoffic.teſtamen.& amplè Barb.in cōſil.xxiiij. volum. j. ac etiam petere poteſt, ſecundum Paul. bona materna. & Oldrad.in conſilio ccxcvij.quia ſi prima renuntiatio non tenuit, nec ſecunda. dicta l.doli.§.diuerſum. & ſecundum Paul. ſuper iuramē-
7 to eſt ſemper † diſpenſandum. per epiſcopum,quādo eſt læſio in exceſsiua&maxima quātitate,in quaſi præſumitur dolus & fraus : vt not.Bart.in l, ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. per l, omnes. §. Lucius.ff.quæ in fraudem creditorum.Nam,ſecundum Pau. Iuriſperiti conſulentes patri vel matri & dantes ſibi viam qualiter poſsint priuare filiam, aut filium legitima ſine iuſta cauſa ingratitudinis mortaliter peccant, vt not. in l. j. C. de inoffic. dona.& Barto. in l.hæreditarium.ff.de bon. autho.iudi.poſ. Quantò magis pater aut mater, qui æqualiter debent diligere liberos. Et refert Anton.de Butr.di-
8 xiſſe hæredem † debere animam defuncti liberare à peccato,ſi bona hæreditaria ſufficiant,etiam in foro ſeculari : licet ius ciuile contrarium ſtatuat : vt in capit.fina.de ſepulturis. iſte autem hæres auxit peccatum, faciendo illam reiterare renuntiationem. Vnde ratione peccati tam ſui quàm defuncti patris poteſt in curia ſeculari arceri ad reddendum debitū huic filiæ poſt relatam actionem iuramenti, quæ fuit neceſsaria quantum ad vinculum, quod in eo contrahitur de iure Diuino, vel Canonico. c.ſi verò.de iureiur.prout eandem diſpenſationem debitè obtinuit actrix. Quinimò † ſecundum Paulum non 9
poteſt obiici filiæ lapſus temporis decurſi : poſtquā ipſa fuit effecta maior xxv.annis,per quam videatur ratificaſſe dictas renuntiationes,vt l.fina. C.ſi maior factus,&c.quia iſtæ remiſsiones ſapiunt donationē: vt plenè not.Bal.& Moder. in l.j.& ij.C.ſi aduerſus donationem, ideò ſecundum Paul.requiritur lapſus non ſolùm longi temporis decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes,vt d. l,final.imò requiritur tempus triginta annorum, per notata in dicta l. ij. de reſcinden. vendit. & per docto. in l. ſi quis filium.C. de inofficio.teſtamen.cùm deſcendat ex conſtitutione,vt ibi,& idem conſuluit Pau.conſi. ccccliiij. incip.ad primum puto.verſi.ſed eſt videndum an huic noceat iuramentum, eodem volu. nouo. & Alexan. in conſ.lxxix.incipien.viſo puncto & inſtrumentis. vol. ij. & in d. l.ſtipulatio hoc modo concepta. in tertia limitatione. de verborum obligatio. vbi dicit quòd iſta opinio eſt æqua & ſuſtentabilis. Nec obſtat,ſecundum † eum dicta authen. 10
ſacramenta puberum. & tex. in dicto capitul. cùm contingat. & in dicto capitul. quanuis.quia illa iura non loquuntur, quando reperitur deceptio facta re ipſa, vt ſingulariter And. Sicul. vulgò Barbatia, in conſi. lx. volum. iij. quando eſt enormiſsima læſio, quæ non venit in renuntiatione. & idem Gaſpard. de Chald. in conſi.viij.tit de iureiurand.& Abb.Sicul.in capitu.penult.de emptio.& venditio.& And. Barbat. in conſilio liij. volumine ij. & amplè Petr. de Anch.in regula, acceſſorium. de regul.iur.libro ſexto. & Georgius Nata.in repetit.dicto capit.quāuis pactum.verſicul. ſexto limita.& Paulus de Caſt. in conſilio cvj.incipien.ſi non intereſſet iuramentū. volumi.nouo. Tum etiam † alio capite, & perem- 11
ptoriè fuit ipſa actrix, non ſolùm dolo reipſa,ſed etiam dolo ex propoſito deliberato per reos inducta ad dictas renuntiationes faciendas, maximè renuntiationem factam in teſtamento patris:quia quando rei miſerunt dictam actricem tempore quo pater faciebat teſtamentum quæſitum,quæ tamen renuebat venire,hæſitans illud quod ſibi accidit,ſibi mandauerunt per ancillam & alios nuntios inſtructos per ipſos reos ad eandem actricem inducendum, & intelligi ſibi dandum,quod pater ſuus volebat reappellare, & vocare ad ſucceſsionem, & ipſam,ſicut reos fratres ſuos inſtituere hæredem : ſed quando fuit in domo patris fecerūt illam metriculoſam patris reuerentia renuntiare, quę tali reuerentia tenta, non fuiſſet auſa contradicere:vt apparet per proceſſum. vnde iſte eſt verus dolus, i. dolum ex inſidiis perſpicuis. C.de dolo. ideò eſt nullius momenti, l. iij, §.j. in fi,ff.de mino. & d.l.ſi quis cùm aliter.text. in terminis. in dicto capitu. quanuis pactum ibi, ſi tamen iuramento, non vi, nec dolo præſtito,&c.& in d.authent. ſacramenta puberum. ibi.per vim autem, vel iuſtum metum,&c.& ita tenet Bald.in terminis in conſi.cxlix.incip.viſa ſtatuto,&c.volum.ij. vbi tenet pluribus rationibus binas renuntiationes factas per filiam patri ſuo ex dolo dante cauſam cōtractui, nō valere,& eſſe nullius momenti,& efficaciæ. per quòd eſt dare reſpon. ad id, quod rei allegant, quod ipſa actrix renuntiauit exceptionibus † 12

Digitized by Google

iuris,&c.quia per hoc nõ cenſetur renuntiaſſe exceptioni doli:nec dolus de præſenti intelligitur remiſſus, l. ſi vnus. §. illud. & ibi doct. ff.de pact.& idem tenet Bal.in conſilio cccxxxvj.verſi.& licet ſit renũtiatum.eo.volum.ij.& per omnes in l.actione.C.de tranſactio. & ſingulariter Angel. in conſilio ccclij. incip. præmitto.tum quia iſtæ renuntiationes ſæpe cum parua cognitione apponuntur, & potius de quadam conſuetudine: ideò non ſunt nimis latè interpretandæ & extendendæ, vt dicit d. Zabarel. in conſi.cxx.in fin. Et iſtud eſt clarum & peremptoriũ in hac materia. Nam reuerentia & timor paternus ſolus eſſet ſufficiens ad reſcindendum dictas renuntiationes factas per ipſam actricem humiliẽ, quàm plurimum eius patri obedientem:de quibus conſtat per proceſſum ita determinatum, per not. in cap. præſens clericus. xx. quæſtione. & iij. per Bar. in l. prima.§.quę onerandę.ff.quarum rerum actio non. & per Innocen. & omnes inſuper Felin. in capitu. cauſam matrimonij. de offi. delega. maximè, quia pater eiuſdem actricis erat auſterus & multum rebellis actrici,vt deponunt teſtes actricis,quibus magis eſt dandum, quàm teſtibus reorum,quia † magis creditur duobus teſtibus deponentibus de metu, quàm mille deponentibus de ſpontanea voluntate. dictum eſt ſingulare Innocen. in capitu. ſuper hoc. de renun.Quod dictum ſequitur Bal.in tracta. ſchiſma. quem poſuit in tit. C.ſi quis aliquem teſta. prohib.cum aliis allegat. per Iaſon. in §.quadrupli. verſicul. vltimo pro nunc inſtit.de actio.Nam clarè apparet quòd actrix præfata habebat eius patrem in grandi reuerentia,& timore:pro quo faciebat quicquid ſibi imperabat. Sed poſt mortem eius deſadiuouit & reuocauit prædictas renuntiationes metu & amore paternali ac dolo fratrum extortas : cùm † ex facto detur intelligi voluntas,l.reprehendenda. C. de inſtitu. & ſubſtitu.quia nunquam voluit ſummam ex dote ſibi debitam & reſtantem,nec pariter ſummam in teſtamento patris relictam & legatam recipere. igitur,&c.vnde omnibus iunctis proceſſus eſt clarus, pro intentione actricis,cùm euidenter & manifeſtiſsimè conſtet de enormiſsima læſione:igitur, &c. Tum etiam quia teſtes actricis deponunt de vera & maiori ſumma & valore bonorum dicti defuncti patris partium, ſcilicet de xv. xx. xxv.milibus lib.turonen. quæ valebant communiter bona ipſius defuncti reddentes alias bonas rationes, quia viderunt & frequentauerunt, palpauerunt,& ſciuerunt,Et teſtes † eorum de minori ſumma,&valore, ſcilicet quòd non tantum valebant, & ſic de negatiua. vnde magis creditur affirmantibus quàm negantibus, l. diem proferre.§.ſi plures.ff.de arbitr.& in capit.primo de præſcript. libro ſexto. & ita tenet Bal.in dicta l.ſecunda.verſicu.ſed pono,quòd teſtes quidam deponunt,&c.de reſcind.vend.Et ideò non certificata de valore dictorum bonorum, non potuit renuntiare, quare non tenuit renuntiatio,vt tenet Franc.de Aret.in conſilio xcij.in princip. verſicul. ex quo non docetur quòd ſciret. idem tenuit Bald. in conſi. 4. & in conſ. cxxxij. libro tertio. Et ſic non videtur renuntiaſſe iuri,quod ignorabat, l.matri. ff. de inofficio.teſtamen.& tenet ſing.Paul. de Caſt. in conſilio cccix.alias ccccliij.incip.viſo facto & dubiis. vol.antiq. Et ideò concludo,vt ſuprà, cõrrectione alterius melius me ſentientis ſemper ſalua.

ADDITIONES.

a Si enormiter fuerit læſa. Adde quando enormis læſio ſic intelligitur præſumi dolum, & propter hoc filia debeat abſolui à iuramẽto, vide Felin. in capit. in præſentia.in princip.in verſicul.ſecundo infert. de proba. qui tenet quod ſic. & quod ita communiter tenetur.alleg. Bartol. in l. fin. in fin. ff. de præt. ſtipul.cum aliis, &c.Et not.quod iſta Catharina Niquet ita obtinuit contra fratres ſuos. Et eius legitima, viſis teſtium depoſitionis, per arreſtum curiæ Pariſienſis, ad duas mille libras turonen.taxata fuit.

b Diſpenſandum per epiſcopum. Adde an iudex ſecularis ſit competens ad cogendum partem ad abſoluendum, vide Frederic. de Senis in conſil.clv. qui tenet quod ſic: quem ſequitur Ludo.de Rom.in ſingularibus ccccxciij.& Felin.in c.cùm ſit ver.limita tertio.de foro compe. vbi dicit non inuenire dictum conſil. Frederic. & videtur inclinare in contrarium. de quo per ipſum ibi. & in c. j. de iureiur. vbi alleg. Frederic.in conſi. cclxxij. incip. In nomine domini amen, factum tale eſt ſtatuto ciuitatis. & Iaſon in authen. ſacramenta puberum.

SVMMÆ.

1 *Matrimonium requirit verba in valentibus loqui.*

2 *Matrimonium eſt quid ſpirituale, & connumeratur inter ſacramenta.*

3 *Ad matrimonium quæ requirantur.*

4 *Matrimonium clandeſtinum non caret ſiniſtra ſuſpitione.*

5 *Matrimonium contractum coram duobus vel tribus teſtibus dicitur occulte contractum.*

6 *Rapſmata iniuriosa.*

7 *Sponſus primò,deinde ſponſa interrogari & iurare debet.*

8 *Sponſalia quantum tempus deſiderent vſque ad nuptias.*

9 *Verba an ſint de ſubſtantia matrimonij. & nn. 11. 18.20.& 28.*

10 *Cauſa matrimonialis,ardua eſt & grauis.*

12 *Iuri Canonico ſtãdum eſt in cauſa matrimoniali.*

13 *Vox vnius,vox nullius.*

14 *Teſtes ſingulares non prob ant.*

15 *Confeſsio extraiudicialis ad obligandum, non valet.*

16 *In matrimonio contrahendo, atque etiam diſſoluendo,requiruntur teſtes circumſpelli,& omni exceptione maiores. Et quot vbi requirantur. nn.17.*

19 *Sufficit, verb.natura.*

21 *Matrimony cõſenſum ſufficit etiam apparere per ſigna.*

22 *Sponſalia licet non poſsint contrahi ex altera parte tantùm, tamen ille qui fidem dedit, tenetur illam ducere, ſi voluerit ſin noluerit,non eſt compellendus.*

23 *Legata & fideicommiſſa poſſunt nutu relinqui,etiam à valentibus loqui*

24 *Ex equipollentibus quid fiat,non refert.*

25 *Verba requiruntur quo ad probationem matrimonij non ad eſſentiam vel ſubſtantiam eius.*

26 *Matrimony contrahendi vbi tractatus aliquis præceſſit conſenſum probare ſigno vel nutu ſufficit ſine vlla verborum expreſsione.*

27 *Edictum de contrahendo matrimonio eſt prohibitorium.*

29 *Anuli geſtatio,inducit præſumptionem matrimonij. Et qua ratione admittitur pro probatione perfecta.vbi ex facto reſultat præſumptio plenè probans.*

30 *Matrimonium ſi fuerit à principio per verba contractum, licet nulliter, vtpote quia defecit conſenſus adulterius coniugum,ignorantis conditionem alterius tale matrimonium ratificatur ex nouo conſenſu, non ſolum interueniente verbo,ſed & facto.*

Digitized by Google

31 *Actus quando eſt nullus ex omiſſione alicuius ſolennitatis, licet aliqua fuerit ſeruata, ſolennitas etiam ſeruata repetenda eſt, ad hoc vt actus de nouo fieri poſsit.*

32 *In matrimonio contrahendo circa ſubſtantiam non attenditur conſuetudo locorum, ſed ſolum circa accidentia.*

33 *Opinioni cõmuni in dubio ſtandum eſt: & etiã illi quæ melioribus rationibus mouetur. & nu. ſeq.*

35 *Voluntas ex facto magis intelligitur, quàm ex verbo.* (ambulo.

36 *Contractus ſequens declaratur ex contractu præ-*

37 *Dicta in præcedẽtibus, videntur repetita in cõſequentibus, etiam ſi ſequentia ex interuallo, & præcedentia ſunt præparatoria ſequentium.*

38 *Matrimonium inducitur per carnalem copulam, ſi præceſſerint ſponſalia de futuro.*

39 *In matrimonij contractu licet mulier ab initio non conſenſerit, ſed poſt lapſis aliquot diebus, matrimonium dicitur contractum.*

40 *Contrahentium aliter ſi vtatur verbis dubiis animo decipiendi, & poſtmodum cognoſcit mulierem carnaliter, iudicatur in fauorem matrimonij, in foro iudiciali.*

41 *Dolo ſuo non debet quiſquam iuuari.*

42 *Matrimonium cenſetur, ſequuta copula carnali, quiſcunque verbis quis vtatur in contrahẽdo, quantumcunque adhibeat dolum.*

43 *Matrimonij componitur ex ſubſtãtia & forma.*

44 *Eccleſia non iudicat de occultis, quo ad forum cõtentioſum, ſed illa diuino relinquit iudicio.*

45 *Proteſtatio ſi fuerit facta per ſponſum de futuro, quòd ſi cognoſcat carnaliter ſponſam, non intendit cum ea contrahere matrimonium, talis proteſtatio inducit ad delinquendum, & ad coitum fornicarium.*

46 *Mulier vxor potius præſumitur quàm cõcubina.*

47 *Matrimonium clandeſtinum, an valeat.*

48 *Quod nõ eſt veriſimile, falſitatis quædã imago eſt.*

46 *Inquiſitio continens rem abſurdam, non veriſimilem, non eſt admittenda.*

50 *Articuli loquentes de aliqua materia, de qua non eſt veriſimile, non ſunt admittendi.*

51 *Voces, ſunt ſigna eorum, quæ ſunt in anima paſſionem nata.*

52 *Matrimonium, quid.*

53 *Maſculus vnus nec plures fœminas, nec econtrà debet ducere.*

54 *Verba, volo te habere in vxorẽ, vel, placet mihi te habere in vxorẽ, ſapiũt cõſenſũ de præſenti.*

55 *Verba, accipiam te in vxorem, ſi vis mihi conſentire, ſapiunt ſponſalia de futuro, & non de præſenti. Et an ex his verbis poſsit quis cogi ad illam ducendam. num. ſeq.*

58 *Mulier an poſsit eſſe teſtis in cauſa matrimonij.*

59 *Edictũ de teſtibus, cum ſit prohibitorium certarum perſonarum, cenſetur eſſe permiſſorium omnium aliarum.*

60 *Ad matrimonium contractum impediendum vbicunque agitur tum vnus teſtis facit plenam probationem. limita. numero 62.*

61 *Teſtimonio vnius quot & quibus caſibus credatur.*

63 *Contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, lõgè tolerabilius eſt, quàm coniunctos legitimè, contra ſtatuta Domini ſeparare.*

64 *Cauſa matrimonialis, dicitur grauis & ardua.*

65 *Pro matrimonio num valeat teſtimonium vnius, concurrentibus præſumptionibus firmiſſimis.*

66 *Teſtis vnus idoneus plenè probat in cauſis breuioribus & ſummariis.*

67 *In iudiciis poſſeſſionis probatio per vnũ teſtẽ vel famã videtur habere vim plenæ probationis.*

68 *Iuramentum neceſſarium poteſt deferri.*

69 *Probatio ſemiplena vbi adeſt, iuramentum deferre debet.*

70 *Confeſsio pro matrimonio contrahendo valet.*

71 *Mariti dicto aſſerentis matrimonium carnali copula conſummatum ſtatur ſi cum eo concurrat aliqua præſumptio.*

72 *Confeſsio quenam facta parte abſente, plenam probationem faciat.*

73 *Confeſsio aduerſarij non prodeſt agenti, quando agitur de titulo beneficiali, ſed habet probare titulum ſuum beneficialem.* (carnale.

74 *Argumentum valet de matrimonio ſpirituali ad*

75 *Matrimonium ſpirituale, & carnale quid differãt.*

76 *Si quis deprehendatur cum aliqua, & affirmet ſe eam accepiſſe in vxorem, an pro veritate habeatur eius dictum.*

77 *Fama an & quando probet.*

78 *Filius tacens, dum pater in adoptionem dat, præſumitur conſentire.*

79 *Contractus geſtus per filium, vt non poſsit infringi exceptione Senatuſconſulti Macedoniani, taciturnitas patris recipiẽtis literas, præſumptionem conſenſus inducit.*

80 *Filia non contradicens patri in ſponſalibus conhendis, præſumitur conſentire.*

81 *Præſumptiones multæ ſimul iunctæ, plenam probationem faciunt.*

82 *In probationem materia, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.*

83 *Probationes nõ ſunt coarctandæ, ſed ampliandæ.*

84 *Probatio plena reſultat ex pluribus coniecturis & præſumptionibus etiam in criminali.*

85 *Probatio euidens, quæ dicatur.*

86 *Matrimonium probare poteſt ex quibus conſtituris ſimul iunctis.*

87 *Probationes per vnũ teſtẽ de veritate, & alĩũ de fama vel confeſsione, debẽt iungi, etiã in præiudiciũ ſecundi matrimonij legitimè cõtracti.*

88 *Matrimonio contrahendo iura faciunt.*

89 *Matrimonio adeo fauetur vt eius nomine opinio vnius præferatur opinioni communi.*

90 *Teſtes ſingulares non probant.*

91 *Confeſsiones diuerſis temporibus geminatæ & ſubſecutæ, & promiſsiones matrimoniales, ſi ſimul iunctæ, plenè probant.*

92 *Teſtes ſi ſuper vna ſpecie iuriſdictionis deponant ſingulariter de pluribus actibus, etiã ſeparatis denotatib. exercitiũ iuriſdictionis, plenè probãt.*

93 *Teſtes ſingulares admittũtur & ſufficiũt ad probãdam celebrationem miſſæ: vel copulã viſam ſucceſsiuè per foramen.*

94 *Teſtis cum fama, facit plenam fidem ad probationem confinium.*

95 *Teſtes ſingulares, tendentes ad diuerſum finem matrimonij non probant.*

96 *Sanctus vt quis probetur, qua requirantur.*

97 *Probationem cumulatio admittitur in facilè probabilibus.*

98 *Teſtes vbi non poſſunt haberi integri, tum admittuntur non idonei, in ſubſidium.*

99 *Mater licet regulariter nõ poſsit eſſe teſtis pro filia, hoc tamẽ non-abet locũ in cauſa matrimoniali.*

100 *Probatio illa, quæ eſt minus ſufficiens, habenda eſt tanquam ſufficiens, ſi fiat quàm commodè fieri poteſt, ne lex aſtringat ad impoſsibile.*

101 *Probationes collectæ ex cõiecturis ſeu præſumptionibus, ſufficiunt in his quæ noctu & clam fiunt.*

102 *Torturam illatam per officialem in camera, ſufficit probare indiciis ſeu præſumptionibus.*
103 *Matrimonia & ſponſalia viduarum nocte celebranda ſunt, non die.*
104 *Matrimonia recalefacta.*
105 *Probationes, quæ tendunt ad eundem finem, ſimul iunctæ, faciunt fidem.*
106 *Matrimonium præſumptum iuris & de iure appellatur, contra quod non admittitur probatio in contrarium.*
107 *Teſtes ſingulares, ad diuerſa tẽdentes, reijciẽdi.*
108 *Approbatum & receptum ſemel, non poteſt inde reprobari & reiici.*
109 *Teſtes ſeſe iuuant mutuò, ita vt alter ſuppleat quod in altero deficit.*
110 *Infamia ſua quis non debet eſſe iudex.*
111 *Teſtibus de abſurdo & non veriſimilis deponentibus non eſt credendum.*
112 *Probatio debet eſſe veriſimilis.*
113 *Teſtis vt probet, conſtare debet, quòd fuerit tempore quo depoſuit.*
114 *Exceptio quòd teſtis fuerit infamis, vel domeſticus, an concludat.*
115 *Procurator poteſt eſſe teſtis, ſi non erat procurator tempore depoſitionis.*
116 *Depoſitionis iurata ſtandum eſſe. & nuth. ſeq.*
118 *Præſumptio pro teſte, elicitur ex binis depoſitionibus, quod verum dixerit.*
119 *Teſtis ſi dicat ſe depoſuiſſe falſum, corruptum pecunia, an ſua confeſsio præiudicet parti.*
120 *Tabellionis & eius ſcriptura an credatur contra teſtem, ac contrà teſti contra tabellionem.*
121 *In cauſa grauis & ponderoſa teſtes duo adhibendi in examinatione cuiuſlibet teſtis vt poſsint conuinci de falſo, ſi poſtea probaretur veritas in contrarium.*
122 *Teſtes ſi de loco ad locũ, & ſupra locũ producũtur, ſũt à producẽte parte ſumptus miniſtrãdi.*
123 *Teſtis debet habere integras expenſas, nec debẽt deduci, quas feciſſet domi.*
124 *Teſti pecunia dari directè poteſt, vt ferat auxilium parti in aliqua cauſa.*
125 *Fœminæ ſunt ab omnibus tam priuatis, quàm communibus officiis remotæ.*
126 *Teſtes, prece, pecunia vel gratia corruptos, allegans incumbit onus probandi.*
127 *Teſtes in contractu matrimonij debẽt eſſe rogati.*
128 *Copula facit, vt matrimoniũ cenſeatur ratificatũ.*
129 *Verba, accipio te in vxorem, ſi es virgo, vel de futuro inuenero te virginem, tunc ſi hæc proferens eã cognoſcat, antequã viſitare fecerit per matronas, matrimoniũ ánne ſit conſummatũ, & cẽſeatur receſſum à conditionis appoſitione.*
130 *Teſtes ſingulares non admittendi.*
131 *Teſtes probatorios & reprobatorios reprobatoriorum licet reprobare.*
132 *Via vna prohibitũ, nõ debet per aliã cõcedi: quãdo tẽdit directè & immediatè ad eundẽ finẽ.*
133 *Teſtiũ reprobatio an habeat locum in cauſis ſummariis.*
134 *Infinitas fugienda & enitanda eſt.*

CONSILIVM XL.

VIſo proceſſu moto & pendente ac vertẽte inter nobilem Annam de Gannay, in cauſa matrimoniali actricem [a], & appellantem ex vna, Et nobilem virum Guichardum de Thou, reum appellatum ex alia: videtur bene fuiſſe iudicatum per magiſtros Iaco. de Brollio, & Edmũdum Gentilem in hac parte iudices per venerabilem Officialem Bituricen. commiſſos, ipſum reũ abſoluendo à petitione dictæ actricis. Tum primò, † quia iura volunt in matrimonio contrahendo debere interuenire verba in valentibus loqui, vt not. in c. tuæ. & in c. cùm apud. & ibi Inno. de ſponſa. & eſt gloſ. magiſt. & in iure ciuili vnica, in l. cùm notiſſimi. C. de præſcript. xxx. anno. & Luc. de Pen. in l. prima. C. de vetera. libro duodecimo. Cùm matrimonium ſit res ſpiritualis, & † connumeretur inter ſacramenta: vt dicitur in c. vt debi um. de big. & in c. veniens. de tranſact. Et tenet Ang. Aret. Inſtit. de nupt. in princ. & in §. illud eod. tit voluit glo. in iiij. quæſt. iij. §. item ad fin. & in §. ſi debitum. & capit. de his. & ibi in quæſt. ix. & Spec. in tit. de teſtib. 3. j. verſicu. item quod non fuit in caſu fallen. & ſingulariter Barba. in conſilio xlv. lib. j. & tex in capit. noſtrates. xxx. quæſtione v. Et ad ipſum contrahendum † requiritur, quòd mulier petatur in vxorem ab iis, qui ſupra eam habent dominationem, & à quibus cuſtoditur, vt à parentibus, vel propinquioribus deſponſetur, & dotetur: & ſuo tempore ſacerdotaliter benedicatur. Ita decidit text. formalis in c. aliter xxx. q. v. hoc voluit glo. in l. in concubinatu. per illum text. ff. de concubi. Et ita communiter fieri conſuetum eſt, ſecundum Bald. in l. vnica. verſi. item not. quòd ille, qui aliquam vxorem. C. de rapt. virg. & Domin. de S. Gemin. in conſi. lxj. incip. ſuper præmiſſo dubio. & Pau. de Caſt. in conſi. xlv. ex quo argumentatur à communiter accidentibus, l. j. C. de arbitr. Nam † ſecundum Paul. contra clandeſtina matrimonia præſumitur. de clandeſti. deſpon. per totum. & idem Ang. in conſilio x. vbi dicit quòd † matrimonium [b] coram duobus vel tribus teſtibus dicitur occultè contractum, cùm fieri conſueuerit palam & in grãdi multitudine. Idem dicit in doctoratu, & militia, & omnibus actibus triumphantibus: quia niſi triumphaliter facta ſint, licet pluribus pateant, tamen non ſunt actus manifeſti, ſed occulti. l. vnica, cõiuncta glo. ſua. C. de quæſt. lib. xij. hinc eſt quod dicit gl. in l. ſi. C. de emancipa. libe. in verbo, Rapiſmata. quòd in ſponſalibus † mulierum adſiſtẽtes, & illic præſentes, ſolent ſe pugnis inuicem percutere, & verberare, & ab illa pulſatione ſe ſubſtrahunt, & rapiunt quàm citiùs poſſunt quod vocatur iniurioſa rapiſmata, quæ fit ſecundum Ange. ibi, ad oſtendendum lætitiam, & bene ſeruatur hic in Francia. Et ideò dicit gl. in l. ij. quam ib i Bal. & doct. faciunt celebrem. ff. de adopt. quòd † ſponſus primò, deinde ſponſa interrogari, & iurare debent. Et hoc, quia vir eſt dignior, ſed non eſt vis ſecundum Bal. quis primo interrogetur: quia non eſt ordo ſubſtantialis: ſed hoc fuit in aliquibus partibus introductum propter verecũdiam mulierũ. & idem dicit Ang. Aret. in §. j. Inſti. de adopt. & ſtatim poſt † ſpõſalia non debet marito tradi. ſed expectari ad minus per duos menſes, & ratio eſt, ne vilem habeat matitus datam, quam ſuſpirauerit ſponſus dilatam, vt dicit tex. in c. inſtitutum. in prin. xxvij. quæſtio. ij. vel ſecundum glo. ibi gratior eſt fructus, quem ſpes, producit in æuum. & idem Ludo. de Roma. in ſingu. xxxiij. Sed cùm iſta non interuenerit in huiuſmodi prætenſo matrimonio, ſequitur quòd non poteſt dici matrimonium, quod caret verbis & conſenſu ac præcedentibus ſolennitatibus præambulis: ſecundum † Innocen. in dicto capitulo tuæ. verba ſunt de ſubſtantia matrimonij, quo ad eccleſiam militãtem, & ideò

a
b
1
2
3
4
5
6
7
8
9

& ideò ſtatuit eccleſia,ſecundum eum, ne tantùm ſacramentum eſſet incertum:aliàs ſequi poſſet abſurdum, quod ſi vir videns mulierem, conſentiat in eam in corde ſuo, & idem faceret mulier: quod inter eos eſſet matrimonium. quod non. Et ipſum ſequitur Ioann. Fab.inſtitut.de patria poteſta.§.nuptiæ.& idem ibi Angel.Aret.facit quod dicit Bart. in leg.j.ff.de magiſt.conue. quod vbi
10 cauſa eſt † ardua,tunc requiruntur verba: ſed cauſa matrimonialis eſt huiuſmodi,vt tenet gloſſ. reputata ſingul.in capit. mulieri, de iureiurand. Et Hoſtien in capit.accedentibus.de exceſſ.prælato.& Anto.Corſe.in ſuo ſingul.matrimonium. in iij. &
11 infrà dicam.Cum † ergo non interuenerint in caſu præſenti verba ad contrahendum huiuſmodi matrimonium copula nihil facit,l.nuptias non concubitus.& ibi Bar.ff.de ritu.Et ideo dicit gloſſ. in §.ſed hæc ſolennia.Inſtit.de verb.oblig.quod quan
12 do conficitur † ſtipulatio,debent interuenire verba apta & congrua ad illum actum. vnde non ſufficit dicere,Promittis mihi decem:& quis reſpondeat,bene,non valet. Et idem tenet Bald. in conſilio xxvij.cum ſequen. & cccxcv. lib. j. vbi dicit iſtud eſſe de iure canonico,a quo non eſt in cauſa matrimoniali diſcedendum. & idem tenet in l. ad recognoſcendum.C.de ingenuis manumiſſ.& Alexand.in conſil. cxliij. lib. ij.quia ipſa actrix ita fatetur quod non poteſt dici matrimonium inter eos fuiſſe contractum per iura ſuprà allegat. & tenet P.au.de Caſtr. in conſil.ij.in princip.volum. ij. quia ſecundum ipſum contrahere vel non contrahere,eſt facti,& in facto conſiſtit,leg.conſilio.§.fi. ff.de curato.furio. Ideò probari debet quod probatum non videtur. Nec obſtat depoſitio Vrſi-
13 næ tunc ancillæ actricis. Tum quia eſt † vnica: & vox vnius,vox nullius. leg. iuriſiurandi.C.de teſti. & capit.licet.eo.titul. Tum quia eſt reprobata, ideo eius depoſitioni & dicto non eſt ſtandum, ca. licet dilectus.de teſtib. Nec pariter depoſitiones
14 aliorum teſtium † dicentium ſe ab eodem reo audiuiſſe confiteri promiſiſſe eidem actrici accipere in vxorem, & eam carnaliter poſtea cognouiſſe:quia dicti teſtes ſunt ſingulares,& non con teſtes.Ideo non probant,capit. licet cauſam.ibi ſingulares,& ibi gloſſ.Bald.Abb.& Felin.ver.not.vij. de probationi.& glo.in cap.quorundam.xxiij.diſt. & ibi Cardin. Alex.capit. cum dilectus. ad finem. de acc. & c.cùm dilecti.& cap. bonæ. in j. de electio.& leg.ob carmen. in fin. ff. de proba. Tum
15 † quia eſt confeſſio extraiudicialis ad obligandum, quæ non valet,leg.certum.§.ſi quis.ff.de confeſ. &
16 ſunt reprobati:quia in † matrimonio contrahendo & diſſoluendo requiritur quòd interueniant teſtes circunſpecti & omni exceptione maiores, vt in c. j.de conſangui.& affinit.& text.in ca. inſuper. ver. per teſtes fama & conuerſatione præclaros,&c.qui ma. accu. poſſ.Felin.in rubri.de ſponſal.verſicu.iij. in cauſa.& idem voluit lex ciuilis, in leg. nullum. ff.de repu. vbi requirit adhiberi ſeptem teſtes puberes.& glo.ibi ſing.dicit,quod debent eſſe rogati, & hoc voluit glo.iij.quæſt.iij.§.ité.ad fi. & in §.ſi debitum.& c.de his.& ibi Ludo. Bolog. in primis inter pret.iij.q.ix.& Spec.in titul.de teſtu.§.j.ver.ité quod non fuit in tertio caſu fallen.& ſing.Barb. in conſi.xlv.lib.j.& tex.in c.noſtrates xxx.quæſt.v. in ver.cuneatis.& per illũ tex.ita tenet Ludo.de Rom.
17 in ſing.decxij.ſed de iure † canonico tũ ad conũgendum matrimoniũ,quàm etiã ad diſiungendũ ſufficiũt duo teſtes maſculi,veletiã fœminę.c.per eo.de teſti.&c.Et an per inſtrum.probetur matrimoniũ quòd fuerit,vel non fuerit,vel etiam ad repetitionem dotis, vide Bald. in auth. ſi quis in aliquo documento.C. de edend. & in leg. ab executione. C. quorum appellatio.non recipien.& in rub. de priuilegiis dot. & Ludouic.de Rom. in ſing. cccxlviij. incipien. nunquid per inſtrumentum. & ibi Baptiſt. in addit. & per Canoniſtas in capit. illud de præſum. ¶ In contrarium videtur quòd male fuit iudicatum. Et primò: quia eſto † quòd non 18
probentur verba ad ſponſalia & matrimonium contrahendum inter eos habita, quod ſic vt infrà clarè demonſtrabo,quæ non ſunt de neceſſitate requiſita.text.eſt formalis in dic.capit.cùm apud.vbi dicitur quòd ſolus conſenſus ad contrahendum matrimonium ſufficit:ex quo ſequitur quòd non requiruntur verba conſenſum partium exprimentia. Nam de natura verbi,† Sufficit, eſt quod importet 19
illud quod de neceſſitate requiritur ad contrahendum actum.hoc decidit gloſſ.in capit. ſtatutum in prin.in verb.ſufficit.de reſcrip.lib.vj.quam reputat ſing.Abb.Sicu.in capitulo primo de poſtu.prælat. Anton.Corſe.in ſing.in litera,Sufficit. Et hoc voluit idem Abb.in dic. capit. cùm apud.& Hoſt.in dic.cap.tuæ.vbi † dicit quod verba non ſunt de ſub 20
ſtantia matrimonij, etiam quo ad eccleſiam militantem,ſed ſatis eſt qualitercunque appareat de conſenſu.& Ioannes Andræas ibi dicit, quòd aut præceſſit tractatus de matrimonio contrahendo, & non requiruntur verba, aliàs ſunt neceſſaria.Et pro dicto ſuo allega.gloſſ.celebrem in capi. finali, in gloſſ.vltim. de coniug.ſeruo.& ibi idem tenuit Vincen.& idem tenet Io.Andr.capit.ex literis.in j.de ſpon.& Hoſt.in capit.ex parte.eo.titul. & Archid.in capit.ſi rector.xliij.diſt.in.Anto.de Butr.in dic.capitul.tuæ.quem ibi ſequitur Imo.in repe.ſua ſing. qui reſpondet ad omnia argum. ſuprà dicta. & alia,quæ poſſunt fieri.Et pro hoc adducit text.in dic.capit.final.de coniug.ſeruo. ibi:nec facto, nec verbo conſentit in eundem.& ſic videtur ſufficere quod ſolo conſenſu conſenſerit.§. Nuptias. & ibi Iac.de Bellou.in authen.de nup.colla. iij. & in authen.maximis.ibi reliqui omnes ſolo affectu.& ibi Bal.& ſequaces.C.de nup.& in authen.vnde ſumitur,vt liceat matri & auię.§.quia vero.Sed hic appa ret de tract.matrimonij inter actricem & reũ:vt patet per confeſſionem rei,qui confeſſus eſt, quòd ipſa actrix locuta fuit eidẽ de matrimonio inter ipſos contrahendo. Et hoc etiam probatur per Petrum la Maille,ab vtraque parte productum, & etiam per dictam Vrſinam Bernarde,qui deponunt quòd ipſe reus dixit eidem actrici, quare ſteterat abſque contrahendo matrimonium à tempore deceſſus mariti ſui: ſibi dicendo quòd mirabatur ex eo quòd non ſe maritabant, & quòd oportebat vt ſe maritaret.Cui actrix reſpondit,quòd apoſt.non fuerat in loco de Cenſero,quòd parentes miſerant eam quæſitum pro ipſa maritanda: & reus tunc replicuit quòd credebat eam non receſſuram à dicto loco ſacri Cæſaris quin foret vxorata, vt deponit dictus Petrus,& ipſa Vrſina dixit quod bis locutus fuit actrici de matrimonio inter ipſos contrahendo:& in ſecunda vice reus ſibi dixit, q̃ illã acciperet,ſi ipſa vellet:modò iſtis verbis prolatis,& dictis inter ipſos actricem & reũ in præſentia dicto rũ teſtiũ:ſequuta fuit copula carnalis inter ipſos,& alia,de quibus inferius dicetur:& ſic apparet † de cõ 21
ſenſu matrimonij,quòd ſufficit etiã per ſigna,ſecũdũ gl. quã approbãt Hoſt.& Abb.in d.c.cùm apud.vbi

Abb.refert Moder.communiter ſentire cum Hoſt. & illam dicit ſemper,tanquam veriorem,tenuiſſe. & idem dicit in conſil.xlviij.verticul.Et facit quod nota.lib.j.per nota.in dict.cap.tuæ.& c.cùm apud. & ſimilis eſt gloſſ.in capit.ſi inter virum.de ſpon. vbi idem tenet in fin. Et pulchrè Alexand.in leg. de pupillo. §. meminiſſe. in fin. ff. de noui oper. nun.vbi dicit iſtam opinio. eſſe magis veram. & in conſil. cxlvj. verticulo, præterea per teſtes. in fin.volumin. v.& tenet Ioan.Fab. & Angel. Aret. dic.§.nuptiæ.& Iaſon in addit.ad Chriſt. Porcum. & ſingulariter Ioan.Lupi.in tract.de mat. & legit. quæ ætas requiritur ad mat. & Beatus Anto. Archiepiſcopus Florenti.in tract. de ſponſa. vbi dicit,quod licet † ſponſalia non poſſint contrahi ex altera parte tantum, vt ſi quis capiat manum mulieris,& dicat ei,Do tibi fidem de accipiendo te in vxorem,& illa nihil reſpondeat,nec aliquo modo ſe oſtendat acceptare, non ſunt ſponſalia. Ille tamen, qui taliter dedit fidem, tenetur eam ducere,ſi illa voluerit:ſin noluerit,non eſt compellenda.Et hoc verum,niſi oſtenderit alio modo mulierem illud acceptare. Vnde ſecundum eum, ſi ante fidem ſic datam tractabatur de ſponſalibus ſeu matrimonio inter eos: & ipſa requiſita ſponte manum dederit ad fidem recipiendam, erunt tunc ſponſalia contracta:vt infrà dicam, quæ omnia hic interuenerunt.igitur, &c. Et idem tenet, ſingul. glo.Zeuzi.in extraua.Io.xxij.execrabilis. in verbo, verbaliter.titulo,de præbend.& pleniſſimè Andræas Barba.in conſilio vj.lib.j.dicens hoc probari per textum in dicto capitulo tuæ.ibi enim conſultoria fuit facta in genere,& Papa reſpondendo probat verba non eſſe de ſubſtantia : adducendo exemplum in muto. ſi enim quo ad validitatem matrimonij voluiſſet æquiparare mutum, & loqui valentem, inepte adduxiſſet exemplum de muto. Et in hoc vide Philippum Decium in conſilio cxij. in principio, vbi idem tenet quòd verba ſunt de ſubſtantia,per capitulum licet.& ibi Abb.de ſpon.duorum.Et licet poſtmodum dixerit verba eſſe neceſſaria,habuit reſpectum: quia communiter loqui volentes exprimunt conſenſum per verba.Et ad hoc adduxit ſimile de legato † & fidei commiſſo,quæ poſſunt relinqui nutu, etiam à valentibus loqui : vt probant iura ſuprà allegata per gloſſam in dicto capitulo tuæ, Item non refert † quid ex æquipollentibus fiat:vt cap.licet ex quadam. de teſtibus. Et iſtud probat Barbatia ratione inconuincibili,hoc modo,videlicet,matrimonium eſt de iure diuino, capitulo vno.de voto. libro vj. Sed de iure diuino non diſtinguitur inter mutum & loqui valentem.Nam certum eſt,quod mutus poteſt contrahere matrimonium ſine verbis, d.capi. tuæ.dummodo exprimat conſenſum ſuum ſignis,vt habetur in dicto capitulo cum apud. vbi Papa reſpondit non ſtatuendo de nouo,ſed ſecundum ius antiquum.Ergo fortiùs poterit hoc valēs loqui:quia cum ſit meliùs ſenſatus, meliùs poterit ſuum oſtendere ſignis,authen.multo magis.C. de ſacroſanctis eccleſiis.Item,ſi ponderentur iura loquentia in hac materia,non reperietur textus, qui præcisè verba requirat.Res eſt clara. Quibus non obſtat dictum capit.tuæ.quia ibi Papa reſpondet ad conſultationem, ſic & non poſuit ius de nouo: vt not.gloſſ.in capitulo conſultationi. de tempor. ordin.Et per hoc tollitur motiuum Innoc. dicentis quod eccleſia hoc ſtatuit : nam iſtud ſtatutum nullibi habetur,ſecundum Barba. Ad idem facit capitulum ex parte. de reſtit. ſpolia. Et hanc opinionem ſentit gloſſ.elegans in capit.ſufficiat.xxvij. quæſtione ij.vbi gloſſ.exponit text.illum,dum dicit quo ad eccleſiam,id eſt, quo ad probationem. probatio verò conſenſus non reſtringitur ad verba,leg.nutu.ff.de lega.iij. Et hæc fuerunt rationes domini Abb.Sicu.in dic.capit.tuæ.qui per text. in dic.capit.ſufficiat. dicit in capitul. cùm locum. de ſponſal.in ſecundo nota.quòd ad ſubſtantiam vinculi matrimonialis aliæ ſolennitates non requiruntur,præter conſenſum.& idem in dict. capitul. ex literis.de ſponſa.& idem tenet Felin. in capitul. j. verticul.nota ſeptimo, de ſponſali. & ſingulariter Ludouic.Bolog.in ſuis primis interpretationibus. in dicto capitul. ſufficiat. quia verba requiruntur † ad probationem matrimonij,non autem quo ad eſſentiam, vel ſubſtantiam eius, cùm conſenſus alio modo quàm verbis poſſit probari : vt dictum eſt. Quod autem matrimonium debeat plenè probari,vbi probari debet,vide per gloſſ.& docto res,inſuper Ludoui.Bolog.in l.j.§.ſi ea. ff. de ventre in poſſeſſ.mitten.Et idem Ludo. Bologn.in d. l.cùm notiſſimi. eodem libro interpret. & dominus Zabar. in conſil. xiiij. & Ioann. Calderin. in conſi.v.de ſponſalib.in fin.vbi dicit quod † quando præceſſit tractatus de matrimonio contrahendo,ſufficit probare conſenſum ſigno vel nutu, ſine aliqua expreſſione verborum. allegat. Gaſparem,Caler. genitorem ſuum ita tenere, in dicto capit.ſi inter.qui allega.gloſſ. in dicto capit. final. de coniugio ſeruo.alias ſecundum ipſum, vbi tractatus non præceſſit,eſt vera opinio Innocen. & ſequacium ſuprà allegatorum. & tenet ſingulariter Lap.in allega.lvij.& illuſtris doct. Franc. de Aret.in conſilio xiij.in primo dubio. vbi hoc probat mirabiliter, ample.& dicit hanc communiorem eſſe & veram opinionem. Et primo dicit, quod ſummus Pontifex. in capitul. cùm apud. in verticul.à quo,dicit † quod multi admittuntur ad contrahendum matrimonium : quia edictum de contrahendo matrimonium eſt prohibitorium, vt quilibet cenſeatur permiſſus, qui non eſt prohibitus : quaſi ex virtute regulæ generalis, & non alicuius particularis rationis :ſed iſtud conceditur muto, hoc eſt falſum, ſi regulariter in matrimonio requirerentur verba : vt l. j. §.ſi quis ita. & ibi not.ff.de verborum obliga.tunc enim non admitteretur mutus ex generali permiſſione,ſed ex particulari ratione facta de ipſo, contra regulas iuris communis.Ergo datur intelligi † manifeſtè,quòd in matrimonio non requiruntur verba : & hoc eſt quòd verè dicit text.in dict. capitul. cùm apud in verſ.ſequenti.in matrimonio ſufficit ſolus conſenſus,&c. quæ verba non reſtringuntur ad mutum:licet quæſtio ibi de muto proponatur : vt ſuprà dictum eſt.Secundò, probat per text. in capitul.j.in fin.de ſpon.duo.& quòd ibi no. vbi Auguſti.dicit,quòd matrimonium probatur per verba de præſenti, licet non fuerit ſtricta manus,ex quo datur intelligi quod actus ſtringendi manum poteſt ſignificare conſenſum in matrimonio : ergo admittitur alia probatio, quam probatio per verba. Sicut † enim geſtatio anuli inducit præſumptionem pro matrimonio, vt capitul. illud.& ibi not.de præſumptionibus. Et qua ratione admittitur factum pro probatione imperfecta: eadem ratione admittitur pro probatione perfecta, vbi ex facto reſultat præſumptio plene probans. Præterea & tertiò ſi matrimonium fuerit

† à prin-

30 † à principio per verba contractum, licet nulliter, puta quia defecit conſenſus alterius coniugum ignorantis conditionem alterius: tale matrimonium ratificatur ex nouo conſenſu, non ſolùm interueniente verbo, ſed etiam facto. ita probat text. in capitul. propoſuit. & in capitul. final. de coniugio ſeruorum. & dicitur tale matrimonium conſiſtere ex nouo conſenſu, non aliquo modo ex veteri, vt communiter tradunt doctores reprehendendo Innocent. in capitul. primo, de eo qui duxit in matrimonium quam polluit. Cùm igitur priot conſenſus habeatur pro nullo, & ſolum attendatur nouus conſenſus, videtur quòd verba prius prolata non ſunt illa, quæ inducant, quod matrimonium ſequens poſſit contrahi ſine verbis: vt dicit glo. in dicto capitu. finali. & communiter doctores. Sed illud fit ex natura contractus matrimonij, qui poteſt contrahi ſine verbis à principio. quod probat ipſe de Are. quia in primo matrimonio verba interuenerunt ſine conſenſu. ſequitur quòd deficit ſolennitas ſubſtantialis conſenſus, ſolennitas verborum fuit nulla, & nulliter adhibita ex defectu alterius ſolennitatis requi-

31 ſitæ: ſed regula eſt, quod † quando actus eſt nullus ex omiſſione alicuius ſolennitatis licet aliqua fuerit ſeruata, etiãm ſollennitas ſeruata eſt repetenda, ad hoc vt actus de nouo fieri poſſit, vt declarat Ioann. Andræas in addition. Speculat. in titulo, de locat. §. ſequitur. verſiculo, porrò. Et bene facit text. in capitul. auditis, cum ibi notatis. de electionibus. Ergo ſi verba requirerentur ad contrahendum matrimonium pro ſolennitate, videtur quòd verba prius expreſſa nulliter non ſufficerent, &c. vt ibi per eum: & idem tenet Cardin. Alexand. in capit. ſicut viri. xl. diſt. & latius in dict. capit. ſi rector. xlij. diſtin. & Angel. de Clauſio in ſua ſumma, in litera matrimonium ſecundo. §. iiij. vbi dicit Theologos in quarto, diſtin. xxvij. ita communiter tenere & idem Ioannes de Imol. in dicta leg. prima. §. ſi quis ita. & ibi Baldus. in nouel. & Barbatia, verſiculo, dicit Imo. ff. de verborum obligatio. vbi dicit ita communiter fieri. & Angelus in conſilio trigeſimonono. in principio per text. in authentic. de trien. & ſemi. §. in illo verſiculo. ſed nec vſque. vbi ſufficit indubitatus conſortum affectus. & ita dicit eſſe de jure Canonico per dictum capitu. ſufficiat. & cap. tuæ. nec ſecundum eum valeret conſuetudo ſuper hoc con-

32 traria: quia in matrimonio contrahendo † circa ſubſtantiam non attenditur conſuetudo locorum, ſed ſolum circa accidentalia: vt in capitu. j. de ſponſalib. & ibi Ioann. Andræas. & Abb. & Felin. &

33 dixi in §. iiij. de conſuetudin. matrimo. Cùm † ergo hoc teneant glo. Hoſtienſ. Archidiacon. vterque Calderin. Ioannes And. Lapus, Antonius de Butrio, Angel. Imo. Abbas, Felinus & Franciſcus de Aretio, & Cardinalis Alexand. & Andræas Barbat. in dicto conſil. vj. & in conſil. xxvj. volum. iiij. & communiter Moderniores ſequuntur, ſecundum iſtam partem erit iudicatum. leg. j. ff. de officio quæſtor. in verſicul. crebrior apud veteres opinio. & leg. j. ff. de Senatorib. & cap. cùm

34 in canonicis. decimanona diſtinctione. Et † illi opinioni eſt ſtandum, quæ mouetur melioribus rationibus, & ſubtilioribus motiuis. capitul. capellanus. de tertis. ſed iſta opinio adiuuatur melioribus & ſubtilioribus rationibus, & motiuis: vt ſuprà dictum eſt, maximè quæ facit matrimonio: vt infrà plenè dicam. Item facit, vt dicit Ioann. Andr. qui voluit, quòd ſi præcederet tractatus, & verba de matrimonio contrahendo, tunc ſufficit, quod conſenſus declaretur ſignis, aut facto in valentibus loqui: in caſu noſtro præſenti ita formaliter accidit, vt dictum eſt: quia plus † facto 35
datur intelligi voluntas, quàm verb. not. gloſſ. in leg. de quibus, ff. de legib. l. reprehendenda. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutio. ſub conditione factis. gloſſa. in leg. apud Celſum. in principio. ff. de dolo exceptione. & viceſimaſecunda quæſtio. quinta. capit. cauete. capit. dilectus. de appellationibus. Circa quod aduertat dominus officialis Primatiæ iudex, ad quem: quia probatur per teſtes, & etiam per confeſſionem ipſius rei, qualiter reus venit ad cameram, & habuit verba de matrimonio cum dicta actrice, vt dicunt ſupradicti teſtes: & pariter ipſa cum eodem, vt ipſemet reus fatetur & ſic præambulus tractatus matrimonij futuri habuit exordium & originem ab ipſo reo, & poſt dictum tractatum, & verba de matrimonio contrahendo cognouit eam carnaliter, pluribus & diuerſis vicibus tam in loco de Saucero, quam hic Bituris. Ex iſtis patet, & clarum eſt, quod fuit contractum & conſummatum
matrimonium: vnde † contractus ſequens de- 36
claratur ex tractatu præambulo: vt plenè voluit Angel. in leg. pacta nouiſſima. & ibi Iaſon. C. de pact. allegans ad hoc Innocentium in capitul. innotuit. de arbitris. Idem voluit in lege ſi quis cùm aliter. ff. de verborum obligatione. & probatur per gloſſam, in lege prima. ff. de iudiciis. Nam per præfationes probatur intentio contrahentium. leg. Titia. §. idem reſpondit. ff. de verborum obligationibus, & Angelus in leg. finali. ff. de hæredibus inſtituendis. Alexander in conſilio ſeptimo. volumine ſecundo, Barbatia in capitul. in præſentia. de probationibus, & Iaſon in leg. cùm hi. in principio. ff. de tranſactionibus. vbi plenè. Et facit quod pulchrè volunt Bald. & Saly. in leg. per retentionem. C. de vſuris. vbi dicunt, quod dicta in præcedentibus, videntur † repetita in ſequentibus, etiam 37
ſi ſequentia fiant ex interuallo, & præcedentia ſunt præparatoria ſequentium, vt volunt omnes Moderniores, inſuper Iaſon in dicta leg. ſi quis cùm aliter. Cùm ergo in caſu noſtro illa verba ſic prolata fuerint præparatoria ad matrimonium ſequens, ſequitur quod illa copula carnalis ſecuta inter ipſos, interuenit reſpectu tractatus præambuli matrimonij. Et ſic iſto caſu vendicat ſibi locum opinio Ioannis Andræ. volentis debere declarari fuiſſe matrimonium, ſi interuenerit tractatus de matrimonio contrahendo: & ſic ceſſat omnis dubitatio. Et hoc tenet Alexand. in dicto conſilio cxlv. Et per conſequens ſumus in caſu capitis qui. & capitul. veniens. de ſponſalibus. vbi licet † per carnalem co- 38
pulam duntaxat non inducatur matrimonium: ſecus ſi præceſſerunt ſponſalia de futuro: tunc enim oritur præſumptio iuris, & de iure, vt non poſſit probari contrarium, vt ibi habetur. Et ita dicendum eſt ſecundum doctores ſuprà allegatos, & Barbat. vbi ſuprà quando præceſſit tractatus de contrahendo matrimonium, & mulier obtulit perſonam ſuam, & paſſa eſt ſe cognoſci intuitu matrimonij. Et ſic ſecundùm Barbatiam non interuenit mera copula carnalis, prout prætendit reus. Et tenet Alexand. in conſil. cxlix. verſicul. vel poſito. volum. v. per

quòd eſt dare reſponſum ad Achillem rei, quod licet ab initio ſine tractatu vel promiſſionibus reus cognouerit carnaliter actricem, tamen poſteà interuenit tractatus de contrahendo matrimonium, & copula ſubſecuta, vt ipſe reus fatetur, & etiam teſtes deponunt: vt ſuprà dictum eſt: quòd in idem reincidit, vt eſt text. ad literam in dicto capitulo veniens. de ſponſalibus. Nam in
39 contractu † matrimonij licet mulier ab initio non conſenſerit, ſed elapſis aliquibus diebus conſenſerit viro, quod matrimonium dicitur contractum, quia partes poſſunt conſentire diuerſo tempore ſecundum Hoſtienſem, Ioannem Andr. & doctores in cap. dilectus. & capit. ex literis. in ij. deſponſalibus. & Abba. Sicu. in capit. cùm inter canonicos. verſiculo, & faciunt, prædicta. de electionibus. quia ſi is, qui primo conſenſerit, perduret in ſuo conſenſu, non habet officere, quòd alterius conſenſus diuerſo tempore interueniat. Nam dicitur conſentire, id eſt ſimul ſentire, quia perſeuerando in primo conſenſu videtur conſentire tempore conſenſus ab alia parte præſtiti: vt ibi per Abbat. Et ſic clarè dicta teſtium conueniunt, & concordant cum dicto & allegatione partium. quod fieri debet inquantum poteſt, ſecundum Paulum de Caſtro, in conſilio viceſimo ſexto. verſicul. nec obſtat. volumine primo. Præterea facit textus aureus in hac materia, ſecundum communem lecturam, & veram, in cap. nos. de ſponſal. vbi eſt caſus, quod ſi
40 alter contrahentium vtitur † verbis dubiis animo decipiendi, & poſtmodum cognoſcit mulierem carnaliter, quòd iudicatur in fauorem matrimonij in foro iudiciali. Pro certo ille text. apponit gladium ad radicem huius proceſſus. Vnde poſito, quod illa verba prolata ab ipſo reo eidem actrici de matrimonio contrahendo videlicet, oportet vos maritari, & miror quòd tandiu in viduitate permanſiſtis, & credo quod ante quam diſcedatis à loco de Saucero, eritis maritati, eſſent dubia, ipſa actrice volente matrimonium contrahere, vt ipſe reus confeſſus eſt in iudicio: quæ poſteà obtulit ſuam perſonam intuitu matrimonij, nihilominus ſecuta copula carnali, poſito quod ipſe reus non habuerit animum contrahendi, ſed decipiendi ipſam actricem, eccleſia iudicat pro matrimonio. non enim debet
41 † quis ex ſuo dolo iuuari, vt capitulum ex tenore literarum. & cap. ſedes. de reſcriptis. Et indubitanter text. in dicto cap. tua nos. decidit iſtam quæſtionem in fauorem matrimonij: quia quibuſcumque verbis
42 † quis vtitur in contrahendo, quantumcumque adhibeat dolum, cenſetur matrimonium, ſecuta copula carnali. Et facit quod voluit Abb. Sic. & in cap. ex literis eod. Vnde nos dicimus, quòd matrimonium com-
43 ponitur † ex ſubſtantia & forma: vt voluit gloſſa, in dicto capitulo tua. Subſtantia capitur pro conſenſu, & forma pro verbis, vel ſigno æquipollenti verbis, vt tenet ibi Abb. Sicul. ante finem, & Philippus Decius in conſilio clxij. quod eſt ſingulare ad deciſionem huius quæſtionis, in qua ferè in ſimili conſuluit. Cùm ergo in præſenti caſu interuenerit conſenſus, & verba, & etiam ſigna iudicantia conſenſum: ergo ſequitur quod cenſetur matrimonium verum, & canonicum in foro iudiciali, & ſic ſcripta eſt iſta quæſtio, per dictum capitul. tua. & iura ſuprà allegat. Ita ſinguläriter conſuluit Mariancs Socinus in conſilio viceſimo octauo per text. in illo capitul. tua nos. & quanuis, ſecundum eum, ille text. dicat, fortè tamen non ponitur dubitatiuè, ſed aſſertiuè, ſecundum Innocentium, Ioann. Andræ. Godfr. Antonium, & Abba. Sicu. ibi eſt ergo ſecundum Socin. communis opinio, quòd prædictum matrimonium tenet ſine dubitatione, quo ad forum contentioſum. Nec mirum: quia eccleſia quo ad dictum † forum non 44
iudicat de occultis, ſed illa diuino relinquit iudicio xxxij. diſtinctio. erubeſcant. Quinimò ſi proteſtatus fuiſſet coram aliquibus, ſi contingeret ſe contrahere per verba de præſenti cum aliqua, quòd intentio ſua erat non contrahere, quod ſi poſtea contrahat, non repetita dicta proteſtatione, valet matrimonium: vt tenet gloſſa j. Quam ſequuntur doctores ibi in dicto capitulo, tua nos. & Paulus de Caſtr. in conſilio quadrageſimoquinto, volumine primo, & idem Franciſc. de Aret. in conſilio centeſimo quadrageſimo ſecundo, verſicul. tertia concluſio eſt iſta, &c. vbi
dicit, quòd ſi proteſtatio fuerit † facta per ſponſum de futuro, quod ſi cognoſcat carnaliter ſponſam, non intendit cum ea contrahere matrimonium, quòd talis proteſtatio inducit ad delinquendum. & ad coitum fornicarium. vnde ſi ſponſa conſentiat, nihil releuat. allegat Angel. de Butr. & alios in dicto capitulo, tua. & ca. is qui de ſpon. & Ioann. Andr. in dicto capitulo, veniens. in ſecundo. de ſponſa. niſi ſe inuicem quittaſſent, ſecundum eum. per quod ſoluitur, id quod nititur allegare reus, quod promiſit ſi actricem imprægnaret, &c. vt infrà dicam. Et ita in terminis huius proceſſus conſuluit Barbatia in dicto conſilio ſexto, vbi conſuluit pro quadam domina, qua exiſtente in lecto venit quidam nobilis cum ſeruitoribus, & ſe poſuit in lecto cum eadem, & vna ancillarum eius ei dixit: Prouideatis vobis, quia iſte eſt vnus ribaldus. tunc domina dixit hæc verba ancillæ: Sicut ipſe hîc iacet, ſiue ſit Rex, ſiue Imperator, ſiue liber, ſiue Comes, non debet habere facultatem meæ perſonæ, niſi quantum eſt eſt honoris & probitatis. Quo per ipſum nobilem audito, direxit verba ad ancillam, dicens: Credis quod ſim ita fatuus, quod petam res non honeſtas à domina tua? qui poſt prædicta verba pernoctauit, & cognouit ipſam dominam carnaliter. concludit quod eſt verum matrimonium vt ibi eleganter per ipſum: quia dicta verba denotant conſenſum matrimonij. Sed in præſenti caſu fuit tractatus de contrahendo matrimonium ex parte vtriuſque, vt dictum eſt. Et pro hoc facit, quod habetur in dict. leg. in concubinatu. de
concubin. vbi præſumitur quòd † mulier ſit vxor potius, quàm concubina. & gloſſa in verbo, 46
habere dicit, quod præſumitur eo ipſo, quod non probatur contrarium. & idem Cardin. Alexand. in capit. diaconus. xxvij. diſtinctione per quod eſt dare reſponſum ad id, quod in prima parte dictum eſt, quod iure canonico requiritur ſolennitas, &c. quia ſolus conſenſus ſufficit qualitercunque declaratus. & ideò oporteret dare expreſſam diſpoſitionem iuris canonici, quòd iſta non ſit vxor. Et allegatur ad hoc, ſecundum Barbatiam, in dicto conſilio vj. gloſſa in dict. leg. & in concubinatu. & text. & gloſſ. in dic. ca. aliter. Tum quia dic. ca. aliter. loquitur de matrimonio ſolenniter & publicè contracto in facie eccleſiæ. ſed hîc eſt matrimonium † clandeſtinum, non celebratum in 47
facie, ec-

Digitized by Google

facie eccleſiæ,ſecundum dictum capit. aliter.& capitu.cum inhibitio.de clandeſt.deſpon.Facit quod voluit Bartol.in leg.ij.C.de his qui ex plurib.ratio. libro decimo. & iſto caſu clandeſtinitas non maculat neque vitiat matrimonium,capitul.ij.de clandeſtin.deſponſa.& Ioannes.& Lupin. de Hiſpania in tracta.de matrimonio. titu.quod dicatur matrimonium clandeſtinum.qui alleg.Hoſtien.in ſumma de clandeſtin. deſpon. §. quot modis.& idem tenet Franciſc.de Aret.conſi.xiij.verſiculo, venio ad quintum.Per quæ apparet manifeſtè quod ipſe reus & actrix animo contrahendi matrimonium ad inuicem copulauerunt. Ex eo etiam, quia non eſt veriſimile quod rem ita turpem actrix prædicta feciſſet. ibi, & Bituris præſente ancilla in eadem camera exiſtente,& audiente ipſos commiſceri, vt reus ipſe fatetur,& ancilla teſtificatur, & aliis rei ſeruitoribus ita intelligentibus, qui reo deferebant exiſtenti in lecto cum actrice albam camiſiam: quia huiuſmodi actus veneréi conſueuerunt fieri clàm & occultè, maximè cum domina nobili,& ſuperba, & de genere nata, & honeſtè viuente. Facit quod habetur in leg. j. C. de colluſion.detegen.& leg.capite quinto.ff.de adultera. & in capitul. literis.de præſumptio. Vnde illud
48 non † eſt veriſimile, eſt quædam falſitatis imago: vt dicit Bald.in leg.j. C. de ſeruis fugitiuis. vbi alleg. Auerroin. & idem voluit Bald. in rubric. de proba.C.& in tractatu ſchiſmatis,quem poſuit in rubric.C.ſi quis aliquem teſtat. prohib. & ideò dicit in dicta leg.j. de ſeruis fugitiuis,quòd de fa-
49 cto fuit caſſata quædam inquiſitio, in qua † dicebatur, quod famulus mandauerat domino facere maleficium:quia tanquam continens rem non veriſimilem,non debuit admitti. Facit capitul.ſuper hoc.de renuntiatione,& leg.non eſt veriſimile. ff. quod metus cauſa.& idem dicit Barbatia, conſilio vij.lib.ij.Et domini de Rota in deciſion.xxiij.titul.
50 de teſtibus. vbi dicunt, quod † articuli loquentes de aliqua materia,de qua non eſt veriſimile, non admittuntur. Ex quo enim reus ipſe poſt dictum tractatum, & verba de contrahendo matrimonium præambula,cognouit carnaliter actricem intellexit pro copulâ maritali,& intuitu matrimonij
51 inter eos ineundi. Nam voces ſunt † ſigna earum, quæ ſunt in anima paſſionum notæ: vt dicit philoſophus in j. [illegible],& leg. Labeo.§.idem Tubero.§.de ſupellect.lega.Nec obſtat,quòd quiſpiam dicere poſſet,quòd ſi fuiſſent decem viri præſentes,qui dixiſſent actrici prædicta verba,quæ reus idem dixit, & econtrà actrix eiſdem ſimiliter loquuta fuiſſet de contrahendo matrimonium, & cum ipſa actrice, ſequeretur quòd omnes illi decem fuiſſent mariti ſuiquia, ſecundum Barbat.in dicto conſilio vj.in fin.hoc non obſtante,quoniam
5 ſcriptum eſt, † quòd matrimonium eſt maris & fœminæ coniunctio, vt inſtitution. de patria poteſtate.in princip.& leg.j.de ritu.nuptia.& leg.aduerſus.C.de crimine expilatæ hæreditatis.& xxvij. quæſtione prima.§.j. & ideò dicitur maris & fœminæ in ſingulari,& non marium & fœminarum
53 in plurali: quia † vnus maſculus plures fœminas, nec econtrà,ducere debet. capitulo, gaudemus.§. quia verò. de diuortiis. modò ita dicendum eſt in caſu noſtro, quòd primus, qui habuiſſet rem cum eadem fuiſſet maritus: cæteri verò feciſſent adulterium,& non fuiſſent mariti: & per conſequens non obſtat obiectio. ex quo enim illa verba fuerunt apta ad matrimonium de futuro, quòd tranſiuerint in verum matrimonium per copulam carnalem incontinenti ſubſequutam. Quinimo videntur interuenille † verba & ſponſalia de præſenti,dicendo: Volo te habere in vxorem, vel pla- 54
cet mihi te habere in vxorem,vt deponit dicta Vrſina: quia talia verba ſapiunt conſenſum de præſenti:vt voluit Hoſtien. in dicto capitulo, ex parte. ſed ſecundum Ioannem Andræam in dicto capitulo,ex literis.verſiculo,Petrus deſa.&c.ſolum ſapiunt ſponſalia de futuro.& idem Alexander in conſilio centeſimo quinquageſimo tertio.in principio,vbi dicit,quòd † hæc verba:Accipiam te in v- 55
xorem,ſi vis mihi conſentire, ſapiunt ſponſalia de futuro,& non de præſenti:per capitul. iurauit. de probation. Cum aliis ſimilibus per eum allegatis, & idem verſiculo, neque etiam dici poteſt. in fine cum ſequenti verſiculo,volumine quinto. Sed poſt dictum tractatum & dicta ſponſalia præambula,cognouit eam carnaliter, igitur. Præterea licet prædicta ſolùm † ſufficerent ad ipſum reum 56
ad accipiendum actricem vxorem,abſque alia ampliori & pinguiori probatione faciendâ,condemnandum:& præfati iudices non aduertentes ad præ dicta, nec ad probationes alias ipſius actricis de quibus ſtatim dicetur, proferendo talem ſententiam iniquam,murmurantes inuiſtè fecerunt multos contra actricem de incontinentia. Et ſi aduertiſſent, & oculos aperuiſſent, ſublatum † fuiſſet 57
ſcandalum,quod inde poſſet ſequi,quod omnibus modis eſt cauendum, nihil de præſcriptio. quia periculum animarum euitari debet, ad quem finem tendit omnis canonum diſpoſitio: vt dicit gloſſ.quæ reputatur ſingul.in capitul. cùm contingat.de iureiurando.vt text.in capitul.vt animarum periculis.de conſtitutio.libro ſexto.quia, ſecundum Imolam. in dicto capitulo tuæ. in matrimonio ſacratiſſimo periculoſum eſt præcipitare ſententiam. Vnde prefata actrix etiam ſecundo probauit per dictam Vrſinam promiſſionem aliam et per reum factam etiam per verba de præſenti accipiendo illam in vxorem,& ſponſam ſuam, cum iureiurando,& dando corpus & animam diabolo, vt patet per depoſitionem ipſius Vrſinæ. Cuius teſtimonium in cauſa matrimoniali eſt validum: dicto capitulo, ſuper eod. vt dixi ſuprà pro parte contraria: quia † mulier regulariter admittitur in 58
teſtem.ff.de teſtib.leg.ex eo. Ergo ſequitur, quod teſtificari poteſt mulier in cauſa matrimonij, quia cum edictum de † teſtibus,ſit prohibitorium certa 59
rum perſonarum,cenſetur eſſe permiſſorium omnium aliarum:vt voluit gloſſ.in capitulo,inſinuante.& in capitulo cùm R.canonicus. de officio delegati.& in capitulo primo,de teſtibus.& quod voluit gloſſ.in ſimili in leg.qui accuſare.ff. de accuſationibus,in quibusquilibet admittitur,& per conſequens cùm mulier non reperiatur expreſſè prohibita, cenſetur permiſſum teſtificari in cauſâ matrimoniali.& iſtud expreſſè voluit Hoſtien. in dicto capitulo ſuper eod. quem ibi omnes ſequuntur. Quinimo plus probatur in dicto capitulo ſuper eod.in ſecundo reſponſo.& quod voluit Abbas Sicul. & Ludouicus Bologni. in primis interpretationibus,quod vbicunque † agitur ad impe- 60
diendum matrimonium contrahendum. tunc vnus teſtis facit plenam probationem. facit capitul. præterea. in ſecund. & ibi Abbas Siculus,de ſponſa.& tenet Specul.in titul.de teſtat.§.reſtat.verſicu.

hoc fallit.vbi ponit triginta caſus, in quibus credi-
61 tur teſtimonio † vnius,& in trigeſimotertio po-
nit iſtum caſum.& idem Antonius de Butrio in ca
pitulo veniens. de teſtibus. & Roman. in ſuo
ſingulari,incipiente,dictum vnius. & hoc quando
allegatur impedimentum ſanguinis,& naturæ, pu-
ta quod mulier ſit in tertio gradu conſanguinitatis,bene probatur etiam per matremvel conſangui
neos,melius quàm per alios , vt dictis iuribus &
plenè Felin.in capitulo, quoties. de teſtibus. Sed
vbi allegatur impedimentum proueniens culpa i-
62 pſius mariti, quia cognouerat † antea conſanguineam ſuæ vxoris, & tunc requiritur quod tale impedimentum probetur per teſtes omni exceptione maiores ,& non per domeſticos.capitulo,in literis.de teſtibus.ita eleganter dicit Iaſon in leg. ſi
quis ex argentariis §.cogentur.de edendo. quia to-
63 lerabilius eſt † contra ſtatuta hominum dimittere copulatos , quàm coniunctos legitimè contra ſtatuta Domini ſeparare. dicto capitulo , licet ex quadam.& iſto reſpectu, ſecundùm eum , cau-
54 ſa † matrimonialis dicitur grauis & ardua , & etiam cauſa ciuilis magna æquiparatur criminali. capitul.primo.de reſtitutione ſpoliatorum.in ſexto.& leg.propter litem. §. primo. ff. de excuſatione tutorum. Baldus in leg.parentes. C. de teſtibus. & Barbatia. in capitulo. teſtimonium. de teſtibus. & Hippolytus de Marſiliis , in ſingul. centeſimonono. & idem Maria. Socinus in dicto conſilio decimoſeptimo ,verſiculo, quinimo vult, &c. Et Alexander in conſilio centeſimo quinquageſimoſecundo,verſiculo, conſtat autem. volumine quinto & gloſſa in capitulo, mulieri. de iure-
iurando. Ergo multo fortius pro matrimonio
65 † valebit teſtimonium vnius , concurrentibus præſumptionibus fortiſſimis : vt in caſu noſtro concurrunt cum eodem teſte confeſſio rei pluries geminata , quæ ſunt probationes & præſumptiones vehementiſſimæ,à iure approbatæ & validæ,& per conſequens poterit probari matrimonium ex iſtis , cùm agatur de fauore ipſius matrimonij, vt teneat & validetur. ita tenet Alexander in dicto conſilio cclvj.verſiculo , præterea , in cauſa.& verſicul.præterea,teſtes deponentes.& in conſilio cen teſimoquadrageſimonono. verſiculo , nec obſtat. & in conſilio centeſimoquinquageſimoſexto. verſiculo , nec prædictis. eodem libro quinto. & Barbatia,in dicto conſilio ſexto , in fine. verſiculo,præterea,&c. Nec obſtat,quòd ſit obiectata , vt infrà dicam , reſpondendo obiectibus per reum contra illam & alios teſtes actricis datis : ſed fortius volo demonſtrare , quod vnus teſtis in hac matrimonij cauſa faciat plenam fidem iunctis aliis
66 præſumptionibus : quia † in cauſis breuioribus & ſummariis probatio per vnum teſtem idoneum, intelligitur plena probatio eſſe. & ſic non eſt neceſſarium deueniri ad iuramentum : & ſimiliter fama videtur habere vim plenæ probationis , leg. vbi. C. de iure dotium. ita dicit Matthæus Matt. in ſuo primo nota. dicens hanc regulam eſſe de mente Bartol. in leg. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtionibus.& Antonij de Butrio in capitulo , veniens.in primo,de teſtibus. & in capitulo primo. de appellatio. Sed cauſa matrimonialis eſt huiuſmodi,in qua ſummariè & de plano,ſine ſtrepitu iudicij,& figura,proceditur. clementi diſpendioſam , & ibi gloſſa , & Doctores , de iudiciis,igitur,&c. Et idem ſecundum Matte. in ſecundo nota. ſeruatur in iudiciis peſſeſſoriis , quòd † probatio per vnum teſtem vel famam videtur 67
habere vim plenæ probationis. & hoc ſenſit Bartolus in leg.prima.C.quorum bonorum. & in leg. ſecunda. §.finali. C. vbi in rem actio. Et ſic iis attentis videtur non obſtare gloſſa in dicto capitulo mulieri. de iurciurando. & in leg.tertia. ff. eodem titulo, & gloſſa in capitulo , tam literis.in verſicul. probata. de teſtibus. quæ volunt quòd
non deferatur iuramentum † ſuppletiuum. Nam 68
contra gloſſam tenent ibi Ioannes Andræ. Philippus de Peruſio. & Hoſtien. & in capitulo final. eodem titulo,quòd poteſt deferri iuramentum neceſſarium.& idem Archidia.in capitulo , viduas.in primo.xxvij.quæſtione prima.qui allegat Hoſtien. ita tenere in ſumma. §. ſuper quibus.& Azo. in ſumma,titulo de rebus creditis, & iurciurando. §. Item in cauſa monachationis.Sed Abbas Sicu.in dicto capitulo , mulieri.dicit hoc per text.in capitulo final.eodem , fortè relinquendum diſcretioni iudicis , vt deferat , vel non deferat , conſideratis omnibus qualitatibus cauſæ,& perſonarum. & Bal dus in conſilio cclxxxviij.& conſilio ſequenti. volumine ſecundo,& deciſio Capellæ Tholoſ. quæſtion.clxx.Sed vbi eſt pluſquam c ſemiplena proba c
tio,quia habet duos teſtes , quorum vnus † non 69
eſt integer, tunc , ſecundum Abbat. debet deferri iuramentum actrici,& idem tenent Paulus de Caſtro,Alexander & Iaſon in dicta leg.tertia.& omnes in leg.admonendi.eodem titulo. & leg. bonæ fidei.C.eo.idem eſt,quando habet bonum teſtem, & copula ſubſecuta fuit.Sed in caſu præſenti, vltra probationem tractatus & copulæ ſecutæ , quæ eſt plena probatio , per quam ſolam debebat reus condemnari , habet actrix vnum teſtem de veritate , & plures teſtes de confeſſione rei , de qua infrà dicetur:quæ in hoc caſu ſimul iunctæ faciunt plenam probationem , cùm teſtes ſint integri, prout infrà demonſtrabitur: aliàs poſſet, vbi non eſſent integri , deferri iuramentum ſuppletiuum, ſecundum omnes,quod hic non requiritur , attenta alia plena probatione. Vel poſſumus intelligere , quòd non deferatur iuramentum in cauſa matrimoniali ſuppletiuum , quando agitur de inualiditate alterius legitimi matrimonij. Ita tenet Alexander in præallegat. conſilio cliij. libro quinto. & Bartol. poſt Iacob. Butri. in dicta lege tertia.& Paulus de Caſtro , in dicto conſilio quadrageſimoquinto.in fine,volumine primo , prout hic non agitur,&c. Tum etiam ,& tertio probauit, quòd reus confeſſus eſt promiſiſſe accipere actricem in vxorem , & poſtea eam carnaliter cognouiſſet , vt conſtat per Stephanum Thomam, Antonium Briſſet, Ioannem Ferrand, Gilletum Poyrier, & Margaritam viduam defuncti Ioannis Roux,ac alios teſtes actricis. Quæ confeſſio d pro d
† matrimonio contrahendo valet : vt voluit 70
gloſſ.quam ſequuntur ibi Doctores inſuper Abb. Sicul.in capitul.ſuper eod.de eo qui cognouit conſanguineam.& doct.in ca.lator.de re iudicata, quia non vergit in periculum animæ , imò pro ſalute animæ: ideò valet vt voluit Felin. in dicta rubrica deſponſa. verſiculo vndecimo. Licet confeſſio facta,&c. Et facit text.in capitulo , continebatur.de deſpon.impub.& in capitul. ſi quis acceperit. xxx- 71
iij. quæſtione prima,vbi dicto † mariti aſſerentis matrimonium carnali copula conſummatum , ſi cum eo concurrat aliqua præſumptio , ſtatur , & ideò hic eius confeſſio conuenit,& concurrit cum confeſſione actricis , & dicto teſtium. vnde va-

let

let,vt capitulo primo,& ibi doctores de clandesti. desponsa.& capitul.attestationes. de desponsa impuber. & tenet Ludouicus de Roman. in consilio ccccevj.versicul.quo ad secundum, &c. Nam, secundum Alexand. in consil. clij. versicul.non obstat,volumin.v. talis † confessio facta etiam parte absente facit semiplenam probationem, & idem Alexand. consilio civ. eodem libro. & Antonius de Butr.in capit.si cautio.de fide instrumentorum quia non ex toto fundat actrix intentionem suam ex confessionibus rei, sed ex aliis suprà dictis & infra dicendis,quæ valet: vt pulchrè in terminis voluit Barbatia,in consilio x. & consilio xl. volumine tertio.Pro quo adduxit gloss. valde singularem in capitul.duobus.de rescriptis,libro sexto in versiculo, si non appareat. vbi ex vltima solutione dicit ibi Dominicus per illam glossam, nota limitationem ad id,quod dicitur in capitulo primo de eo,qui mittitur in possessionem.lib. vj. Et in decision.capell.Tholos.quæstion.ccccl xxiij. quæ idem tenet.& Felin. in capitul. causam quæ. el primo,versiculo, fallit secundò multum singulariter.& capitul.de testibus,& gloss.in pragmatica sanctione.titul. de pacificat. possession. in verbo: triennio,versiculo,similiter licet confessio. & Felin.in capitul.lator. de re iudicata. & Hippolytus de Marsiliis.in leg.vnius. §. in eadem causa.ff. de quæstio. & Philippus Decius. in capitulo dilecto. versicul.ex prædictis.de appel. & Abba. Sicul. in capitul.literis.versicul.sed tenendo idem. de restitutione spoliatorum,quòd † quando agitur de titulo beneficiali, confessio aduersarij non prodest agenti,sed habet probare titulum suum beneficialem: quia istud est verum, quando ex toto vult actor inducere probationem tituli ex confessione aduersarij. Sed quando ex toto non habet probare titulum beneficij, ex illius aduersarij confessione, sed aliter, ipse probat titulum suum, cuius probatio efficitur dubia, propter probationem aduersarij, tunc confessio aduersarij detrahit suæ propriæ probationi,& confirmat probationem actoris, & sic prodest tunc confessio aduersarij ad titulum ipsius actoris probandum. Quod dicit esse summè notandum: & idem volunt domini de Rota in decision.xliiij.titul.de testibus. antiquit. Modò in proposito probauit vltra tractatum & verba de matrimonio contrahendo & copulam carnalem, subsecutam promissionem & matrimonium per verba de præsenti, copula carnali iteratò consummatum: vt patet per dictam Vrsinam: aliàs clonabat se diabolo hosti versuto, qui suo loco & tempore coram clementissimo iudice Deo immortali intentabit actionem ex illa promissione vt dicit Barba. in terminis, in dicto consilio xxvj. volumin.iiij.Sed hoc secundum ipsum relinquendum est decisioni sacrosanctæ ecclesiæ, & postea interuenit confessio pluries geminata ipsius rei, quæ probationem facit, etiam si sine causa fuerit facta postquam est geminata,vt volunt doctor. in dicto capitul. si cautio. insuper Felin. versicul.fallit nonò,& versicu.fallit vltimò.& tales confessiones habent vim confessionis iudicialis: per text.& gloss.Barbati.& doctor. in leg. cùm scimus ad fin. de agric.& censi.lib.xj. & tenet Ioann.de Ana. in consil.lv.versicul.hoc etiam probatur,&c. & facit text.in capitul. & si Christus. de iureiurando. vbi sermo duplicatus est magis deliberatus.Et sic validant & confirmant,& simul iunguntur: plenè per ipsum Barba. in dicto consilio. Et hoc per notain capitul.cùm dilectus.de succes. ab intesta. vt in illis locis,quòd licet illa glossa,& theorica Dominici loquatur in beneficio & sic in matrimonio spirituali, & non in matrimonio carnali: quia idem est in matrimonio carnali, † cùm bona sit argumentatio de matrimonio spirituali ad carnale. capitul.inter corporalia.de transla. præla. Ergo hac ratione viderentur, quòd verba ad matrimonium carnale contrahendum sint necessaria,cùm matrimonium spirituale contrahatur per verba. capitul. quia propter. de elec. Sed ad hoc respondent doctores in dicto capitul.tuæ.quia licet † quo ad aliqua sit comparatio: non tamen quo ad omnia. Nam multæ sunt differentiæ inter matrimonium spirituale,& carnale, vt ibi per Ioann. Andræ. & Ioan.de Imol.Igitur, &c. Præterea facit quod voluit Bald. in dicta leg. de collu.detegen. vbi dicit † quod si quis comprehenditur cum aliqua, & affirmat se eam accepisse in vxorem, quod habetur pro veritate dictum suum. & dicit hoc voluisse gloss.sed non allegat,vbi sit.Sed gloss.de hoc est in leg.penultim. C.de fideiussor. quam gloss. idem Bald. reputat singularem,in dicta leg.C. de seruis fugit.& in leg.vnica.C.de confess.& in capitul.j. §. furtum.de pace iura.firma.& dixi in §.xvj.in gloss. ij.in fin.de iurisdiction.omnium iudicum.lib.consuetud.& ideò in dicta leg. j. de colluss.deteg. dicit idem Bald.quòd illa gloss. est vera, si qualitas personarum & alia indicia patiantur: alias secus.& ad hoc allegat illum textum. Et pro illo dicto allegat Barba.in dict.consil.vj.gloss.in capitul.aliter. xxx.quæstion.v.& idem Alexand. consilio j.& pro hoc.volumin.iij.& ego allego leg.viduæ.circa medium ibi.vt si pares sint genere ac moribus, &c.C. de nupt.Et ita fecit hic reus,qui confessus est,& declarauit eidem actrici,quòd si inueniretur per matrem eiusdem actricis, quòd sibi aperto ore diceret, quòd ipsa actrix erat eius vxor:& econtra actrix diceret,quòd reus erat eius vir: prout pòst idem reus ita declarauit, vt deponit magister Stephanus Thomas.Per quæ apparet verba, Tu es vxor mea,& tu vir meus,quod est consensus de præsenti, quandò incontinenti per virum & fœminam proferuntur: vt tenet Anton. de Butr. quem sequuntur ibi doctor. in dicto capitul.si inter. de spon.& idem Alexander in consil.cliij.versicul.& posito,quòd tunc, &c. volumin. v. Sed hîc etiam concurrunt qualitas & conditio personarum,vt matrimonium verisimiliter contraxerint,& etiam traditio vnius imaginis beatæ Mariæ virginis, quam reus dedit actrici.Item probauit,quòd ipsam actricem tenebat reus pro sua coniuge,& vxore,vt deponunt dicti la Maille,& Vrsina, qui dicunt quòd dictus reus post prædicta,quadam die dixit, loquendo eidem actrici,Oportet,quòd Vrsina moretur hic nobiscum, & nos dabimus eius marito ducentas libras stanni, interrogando ipsam actricem nónne ita volebat.quę respondit,quòd sic: per quæ probatur matrimonium fuisse inter eos contractum.capitulo, illud.de præsump.Et bonus text. in capitul.j.§. idem quoque. ibi: nisi per copulam subsecutam, vel aliquem modum alium, &c. de spon. libr. vj. vbi text. æquiparat perfectionem & consummationem matrimonij per aliquem alium modum,sicut per copulam. & ibi gloss. exponit alium modum:vt quia simul cohabitauerunt, vel se coniuges nominabant.igitur, &c. Vlterius etiam probatum est per dictum la Maille, quòd quando reus actricem voluit ducere ad vineas, ipsa actrix

73 74 75 76

remueret ire, reus sibi dixit, Vos bene scitis illud quod promisi vobis, quibus auditis actrix ascendit equum retro ipsum reum. vnde per hoc videtur in j. consensu & promissionibus perseuerare, & de no uo facere, postquam interuenit. & fuit copula subsequuta. igitur. Item fama videtur probare,
77 † quòd communiter dicebatur in dict. loco de Saucero, quòd dictus reus recesserat: vt non posset apprehendi, nec citari. igitur hoc in casu videtur sine dubio contraxisse matrimonium tot ad inuicem concurrentibus. Probauit denique prætata actrix, quòd dictus reus agnouit promissionem, & copulam secutam in præsentia nuntij actricis deferentis nomine actricis literas missiuas, remonstratiuas promissionum matrimonialium. Et posito quòd nihil agnouisse, sed tacuisset, consentire, & approbare præsumitur: vt pulchrè voluit Alexand. in dic. consil. cxlvj. facit leg. in adoptionibus. ff. de adopt.
78 vbi † filius tacens, dum pater in adoptionem dat, præsumitur consentire. Facit leg. sed & Iulia. §. quanquam. & bonus tex. in leg. filiusfamiliàs. ff. ad Macedon. vbi ad validandum † contractum gestum per
79 filium, adeò vt infringi non possit exceptione Macedoniani, taciturnitas patris recipientis literas, præsumptionem consensus inducit: & idem Cæpola Veronensis in cautel. xxiiij. facit leg. sed quæ
80 patris. ff. de spon. vbi filia † non contradicens patri in sponsalibus contrahendis, præsumitur consentire, & dicto capitul. j. de despon. impuberum. lib. vj. & Abbas Sicul. in dict. consil. xlviij. in primo dubio lib. j. & Cald. in consil. j. titul. de sponsa. vbi ponit de filia, quæ interrogata à patre volente eam maritare, dixit, Faciatis quicquid vultis. quòd per hoc consentire videtur. capitul. honorantur. xxxij. quæstion. ij. & idem Bald. in consil. xxvij. lib. j. secus est in alio consanguineo contrahente pro aliqua muliere, secundùm Baldum, in consil. xxviij. eodem libro. quia est opus quòd consentiat. Et ita tenet Barba. in dicto consil. vj. versicul. stat modò
81 difficultas, &c. Vnde † tot probationes & præsumptiones insimul coniunctæ faciunt plenam probationem, & sufficientem. Ita decidit glo. in l. ij. §. primo. ff. de excusatio. tuto. quem Cald. ad hoc reputat singula. in rubr. C. de proba. & in rubric. eodem titul. in decretalib. & idem voluit gloss. in capitul. illud præsumpt. & in capitul. cùm Bartol. de re iudic. in capitul. cum dilect. de successione ab intesta. & in capitul. accedens. vt lite non contest. & in leg. instrumen. C. de prob. & in leg. tertio. §. eiusdem. ff. de testib. quæ omnes gloss. volunt quòd in
82 materia probationum, quæ non prosunt † singula, multa iuuant. & ideò dicit Bald. super rubric. de controuersi. inuestit. quòd iudex ex diuersis animi motibus & variis suggestionibus partium, testium, & instrumentorum deuenit ad vnum finalem conceptum animi, non indigentem alio adminiculo: quandoque tamen indigentem alio adminiculo, videlicet, iuramento. & idem dixi in capitul. cùm causam. de proba. & probatur in capitulo, cùm ad sedem. de restitut. spoli. & plura pro hoc adducit iura Barbatia in dict. consilio sexto. & singul. in consilio lx. volumin. iij. & in consilio,
85 xxvj. lib. iiij. Quia † probationes non sunt angustandæ, sed potiùs ampliandæ. leg. quoniam. ad finem. C. de hæretic. vt dicit Ioan. Imola. in consil. xxxv. volumin. vj. versicul. ad secundum videtur,
84 &c. Nam † etiam in crimine ex pluribus coniecturis & præsumptionibus resultat plena probatio, licet debeant esse luce meridiana clariores, secundùm Ioann. de Anan. in consilio xlix. & ibi Ludouic. Bologn. in addit. quia illa dicitur euidens 85
probatio, † quæ resultat per coniecturas, vt dicit text. in leg. si quis locuples. ff. de manu. testament. & leg. si creditor. C. de pignor. actio. & in leg. si tutor. C. de periculo tuto. & tenet Bart. in l. licet. ff. de lega. j. de quo pulchrè per Alexand. in consil. xv. versic. ij. quia. & seq. volum. j. accedat l. inditia. C. de rei vendi. & gloss. & doct. in capit. tertio loco. de probat. & Abb. Sicul. in consil. cxiij. volum. ij. & Ludo. Bolog. in secundis interpret. in l. cùm probatio. ff. de proba. Stat ergo puraveritas ex iuribus præfatis, 86
quòd matrimonium † potest probari ex pluribus præsumptionibus insimul coniunctis. & singulariter Bartholom. Socin. in consil. cclxx. versicul. Ista conclusio. volum. ij. vbi dicit, quòd si est tantùm quæstio inter maritum & vxorem, sufficit probare per vnum testem, tamam, vel confessionem coniugum, quando non est in præiudicium tertij. Et idem Bald. in consil. xlviij. volum. ij. & Maria. Socin. in consil. xvij. libro primo, & Alexand. de Imo. in dict. consilio cxlij. ver. ij. cum seqven. lib. ij. & idem illust. Francisc. de Are. in dict. consil. xiij. versicul. de confessione est aduertendum. vbi concludit, † quod probationes per vnum testem de veritate, & alium de fama, vel confessione, de- 87
bent iungi, etiam in præiudicium secundi matrimonij legitimè contracti, & etiam in consil. lxxxij. versicul. venio igitur ad secundum. & idem Barba. in consil. xl. libro tertio. sed hic licet non agatur de præiudicio alterius matrimonij, est tamen duplex probatio, vt dictum est, quarum vna sufficeret ad annullandum aliud sequens matrimonium, quantumcunque legitimè contractum. & idem voluit Alberic. in dicta leg. instrumenta. vt infrà dicam. Præterea, † iura adeò præstant fauo- 88
rem matrimonio contrahendo, vt voluit singulariter Hostien. in capitulo secundo de cogno. spirituali. vbi dicit, quòd vbicunque docto. & magistri per suas regulas separant matrimonium, nec dat casum expressum in iure pro ipsa separatione, si reperiatur vnus doctor sustinens contractum matrimonij, tunc illius opi. est sustinenda. Ex quo
dicto datur † singularis theorica, quod licet com- 89
munis opinio sit præferenda, & secundùm eam sit iudicandum & consulendum, dic. leg. j. ff. de offic. quæstio. versicul. crebrior apud veteres opinio. & leg. athletæ. §. primo. ff. de his, qui not. infamia. & c. j. de constitu. & ibi per omnes: nihilominus quo ad sustinendum matrimonium opinio vnius
e præfertur communi opinioni, fauore ipsius ma- e
trimonij, secundum Hostien. de quo dicto singulariter exclamat Abb. Sicul. in dicto capitulo secundo, & in capitul. final. de re iudica. per quem text. probatur illud dictum. vbi dicitur quòd stante diuersitate sententiarum, statur sententiæ fauenti matrimonio. Ergo sequitur quòd licet ex vna parte plures teneant vnam opinionem, & vnus teneat contrariam opinionem, quæ faueat matrimonio, vt sit contractum, standum erit illius opinioni. Et pro hac parte adducit Barbatia, in dicto consilio sexto, plura notabi. doctorum iurium & doctorum. & idem tenet Felinus in rubrica de sponsa, versiculo nono, in causa matrimoniali, &c. Nec obstat ex aduerso dicere † quòd omnes testes actricis 90
sunt singulares, & non contestes: quia sub correctione, quo ad ipsum tractatum matrimonij conueniunt prædicti Petrus la Maillo, & Vrsina, quo-

sina, quorum dicta corroborantur & confortantur per confessionem rei, vt suprà dictum est, quod suf-
91 ficiebat ad obtinendum. Et quo † ad promissiones matrimoniales, & confessiones diuersis temporibus geminatas, & subsecutas factas per reum, de quibus loquuntur & deponunt testes actricis, sunt semiplenæ probationes, quæ de iure iungi debent, & simul iunctæ faciunt aliam plenam probationem: vt dictum est, & tenet Fely. in d.c. licet causam. de prob.
92 vbi dicit, quòd si super vna specie † iurisdictionis testes deponant singulariter de pluribus actibus, etiã separatis, denotantibus exercitium iurisdictionis, quòd plenè probant, per ea quæ no. Imol. post alios, in cap. cùm oporteat. de accusa. & Innocent. in cap. qualiter. in ij. eodem titu. & Bald. in cap. fin. de consuetudin. Et probantur secundùm ipsum, ex notat. in simili. per gloss. in cap. nihilominus. iij. quæst. ix. vbi dicit, quod ad probandum celebrationem mis-
93 sæ, † vel copulam visam successiuè per foramen, sufficiunt testes singulares. Et idem est, si volo probare decimam, & vnus testis dicit quòd vidit rectorem petere decimam frumenti, alius decimam ordei, alius decimam filiginis, &c. quia illę probationes imperfectæ tendunt ad vnum & eundem finem, per idem vel simile medium concludendum. Ex quibus resultat vna plena probatio, siue sit eiusdem generis, vt in duobus testibus: siue diuersi, vt vnius testis cum fama, vt tenet Bart. in l. admonendi. ff. de iureiurando. Baldus in consi. cccij. lib. iij. & pulchrè Felin. in capitulo cùm causam. cum seq. de prob. vbi ad pro-
94 bandum † confines, testis cum fama, facit plenam probationem. & tenet Barb. in cons. vj. lib. secundo. & adducit Felin. pro hoc singula. tex. in l. Arriani. in verbo ad vnam. C. de hæretic. & in capit. pen. in verbo, caudas ad inuicem colligatas. de hæretic. & in l. j. ad finem. ibi: nec diuersitatem factorum. ff. quemadmodum testamen. aperi. & bon. text. in l. qui sententiam. ibi, in vnum conspirantes concordantésque rei finem, &c. C. de pœnis. & tex. in cap. audientiam. de præscrip. & tenet Bartol. in l. j. §. idem Cornelio. ff. de quæstio. sed hic probationes tendunt ad vnum
95 matrimonij, vt satis † dictum est. Igitur secus est, si tales probationes tenderent ad diuersum finem, vt infrà dicetur: quia tunc secundum Felin. in d. cap. cùm causam. non sunt commissibiles ad integrandum vnam probationem. & sic intelliguntur glo. in dicto cap. quorum debet. & c. licet causam: & alia iura suprà in alia parte contraria allega. & tenet singul. magis amplè Andr. Barba. in præallega. consil. vij. & Alexand. in cons. xix. verficu. subsequenter. libro j. & in aliis locis per me allegat. in §. ix. in gloss. iij. in vltima quæstione. de iurisdictio. omnium iudicum.
96 quia si volo probare † aliquem sanctum, non sufficit quòd aliqui deponant de vno miraculo, & alij de alio. cap. venerabili. de testibus, & Archidiaconus in capit. nouit. xxv. quæstione v. & Abbas. Sicul. in cõs. xlij. volu. primo. & plenè Alexander in cons. clxxv. volum. ij. Et in hanc sententiam conueniunt omnes
97 doctores, & maximè † in difficilè probabilibus, quòd admittatur talis cumulatio probationum, secundum Ludouic. de Roma. in consilio septimo. & sequenti. difficile est probare promissiones factas tempore, quo reus fecit eidem actrici, & secubuit cum eadem tunc existente in lecto, nisi per ipsam tunc ancillam, quæ sola in eadem camera erat, l. quoties. C. de naufrag. libro vndecimo. & l. consensu. §. super plagis. C. de repudiis. vbi in subsidium,

† quotiescunque non possunt haberi testes integri, 98
seu habiles. admittuntur testes non idonei, ne veritas occultetur, siue causa sit criminalis ex crimine, vel ciuilis ex contractu, vel quasi. Et probatur in l. diuus. ff. de quæstio. iuncta authentica. si dicatur. C. de testibus. in capit. forus. de verborum significatio. & in capit. veniens. in j. & ibi gloss. de testibus, & in capit. cùm I, & A. de re iudicata. etiam sine tortura, vt tenet Bartol. in l. ex libero. ff. de quæstionibus. & Antonius de Butrio in capit. cùm super. & capit. cùm à nobis, de testibus. & Matthæus de Mathesillan. in suo notabili incipiente: Quod in subsidium, &c. & Alexander in additioni. ad Bartol. in dicta l. ex libero. & Antonius de Butrio in consilio vigesimoquinto. versiculo. non obstant iura. & Ioannes de Imola. in consilio trigesimoquinto. versicul. ad secundum, quod est peremptorium in hac materia fauorabili, & pia, vt l. cùm is qui Pamphilum. §. si in ea. ibi, pietatis causa. ff. de condictione indebit. quia, vt † dictum est, licet mater regulariter non possit 99
esse testis pro filia. l. parentes. C. de testibus. fallit in causa matrimoniali. dicto capitu. sicut ex literis. de sponsalibus. & idem tenet Ioann. de Anania: & ibi Bolognin. in additio. in consilio quinquagesimosecundo. & Calderin. in consilio secundo. titulo de testibus. quia illa † probatio, quæ aliàs est minus suffi- 100
ciens, reputari debet sufficiens, si fiat taliter, qualiter fieri potest, ne lex obliget ad impossibile. Cùm non possit imputari actrici, cur alios non adhibuerit testes, per quos posset probare suam intentionem, vt voluit Abbas Sicul. quem sequitur ibi Felinus, & doctores suprà proximè allegati, & Alexander in consilio centesimoseptuagesimosexto, volumine secundo. & in consilio sexagesimoquarto. versiculo fortificantur. cum sequen. volum. primo. & in consilio centesimoquinquagesimoprimo, versicul. repelluntur etiam. volumine quinto. Adde Hippolytum de Marsil. in suo singulari lxxiij. incipiente, plures sunt, &c. & Antonius Corset. in singul. mors. quando de natura talis facti verisimiliter alij testes non possunt haberi, habet locum quod dictum est. Secus si possent haberi, licet casu aliter non interfuerint: quia hic cùm esset hora tarda, & actrix in hospitio & lecto suo non poterat ratione temporis & facti alios adhibere testes, quia ad probationem † eorum, quæ de nocte & clàm fiunt, probationes 101
factæ per præsumptiones seu coniecturas sufficiunt: & in talibus leges & iura contenta sunt leuioribus probationibus, quam in iis, quæ palam & in aperto fiunt: vt notat Bartol. in l. si quis ex argentariis. §. penultim. ff. de edend. & Specul. in titul. de furtis. versicul. penultim. & Bartol. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. in vij. quæstio. ff. de noui operis nuntiatione. & Fredericus de Senis in consilio centesimovigesimonono incipiente: nulli dubium. & Hostiensis in capitulo finali. quod metus causa causa. & singulariter Alexander in consilio ducentesimovndecimo, libro secundo. & in consilio centesimoquinquagesimosexto. volumine quinto. vbi etiam adducit notata per Baldum in l. si quis in hoc genus. Cod. de episcopis & clericis. vbi dicit, quòd tortu-
ram illaram † per officialem † in camera sufficiet f
probare per indicia & præsumptiones: quia bene 102
non possunt probari de visu. bene facit secundum eum l. iij. cum ibi notatis per Baldum. C. de episcopali audientia. & idem dicit Angelus in l. lege Iulia. ff. ad legem Iuliam de vi pub. volens plus in lege

finali. Cod. de emancipatione libe. quòd ſponſalia
103 †& matrimonia viduarum debent fieri de nocte,& non de die, ad differentiam virginum, quæ debent deſponſari de die,& conuocatis amicis, qui ſe inuicem percutiunt, vt ſuprà in prima parte dixi, & ita dicit ſeruari Perufij.&verum dicit,quòd etiam vbique terrarum viduæ deſponſantur ante auroram, & Solis ortum:vt dixi in §.primo.in additio.incipiente,vbi etiam de conſuetud. matrimonio. libro con-
104 ſuetudinum Biturg.Et hęc viduarum †matrimonia vocantur in vulgari nuptiæ ſeu matrimonia recalefacta,*Nopces rechauffees*. Ideò promiſsio, & copula tunc inde ſequuta non poteſt probari, niſi per eos, qui domi ſunt, dicto §.ſuper plagis. & ibi Baldus, & pulchrè Marianus Sozinus in dicto conſilio decimoſeptimo. volumine primo. vbi dicit ita ſe tenere in dicto conſilio ex literis. & Franciſcus de Aret. in dicto conſilio decimotertio.verſicul. venio nunc ad quintum. vnde fuit cauta actrix procurare ex abundanti cautela dictam matrimonij promiſsionem à reo ſibi fieri:licèt non fuiſſet neceſſarium,vt dictum
105 eſt. Ideò cùm iſtæ probationes tendant † in ſubſtantia ad eundem finem,iungi debent,& faciunt vnam plenam probationem, vt plenè voluit Felinus in præallegato capitul. licet ex quadam. verſicul. modò aduerte. & ideò teſtes reſpectu finis non dicuntur ſingulares,ſecundum Baldum in l.j. in octaua quæſtione.C.de teſtibus. cum ſimilibus allegatis per Felinum in dicto capitulo licet ex quadam.
106 quod hìc eſt ponderandum: quia† non ſolùm vna coniectura ſiue præſumptio allegatur contra reum, ſed etiam plures & plures, ex quibus poteſt dici, quòd omnino reſultat plena probatio matrimonij. Et ſic euidenter & clariſsimè patet intentionem actricis duobus mediis fuiſſe probatam, ſcilicet primò per tractatum matrimonij, & copulam ſubſequutam.& iſtud eſt clarum,quod appellatur matrimonium præſumptum iuris & de iure,contra quod non admittitur probatio in contrarium:vt dicto capit.veniens.& cap.is qui,de ſponſalib. Tum ſecundò,per promiſsiones rei cum copula inde ſecuta, & præſumptiones & confeſsiones inde per ipſum reũ factas, & geminatas, quod alterum ipſorum ad obtinèndum in cauſa, ſufficiebat, vt ſuprà dictum eſt. Ergo à fortiori ſimul iuncta non obſtantibus obiectibus contra perſonas, & dicta teſtium actricis al-
107 legatis. Tum†primò quia omnes tot quot ſunt teſtes rei reprobatorij,ſi bene inſpiciantur ſunt ſingulares, quorum depoſitiones tendunt ad diuerſum finem, ſcilicet ad probandum diuerſos, & particulares obiectus, in quibus requiritur, quòd ſint conteſtes: ideò dictis & depoſitionibus eorum non eſt ſtandum, per iura ſupra proximè in prima parte allegata, & tenet Abbas Sicul. in conſilio decimoſexto in fine,libro primo. Tum ſecundo & ſpecialiter reſpondendo, non obſtant allegata quoad primum teſtem ſcilicet Petrum la Maille: quia nihil validum
108 contra eum probatur:vt infrà dicam. Tum † quia fuit ab vtraque parte productus,& ſic approbatus,l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib.& quod approbo, non reprobo,l.Pomponius.ff.de negotiis geſtis.Nec pariter obſtant propoſiti obiectus contra prædictam Vrſinam: quia dictum ſuum in hoc, quod deponit de tractatu, & verbis matrimonij contrahendi cum eadem actrice per ipſum reum probatis, & etiam quo ad id, quod deponit, quod reus eidem actrici loquebatur tanquam vxori, corroboratur, & iuua-
tur dicto & depoſitione dicti la Maille primi teſtis, poſito, & non conceſſo, quòd ipſa eſſet inhabilis, quia dictum & depoſitio habilis † ſupplet imperfe-109
ctionem alterius,vt not.Baldus in l.ſi quis ex argentariis. §.Quid enim. & ibi Alexand. & plenè Iaſon. de edend.cum aliis infinitis iuribus per me allegatis, in dicto §.nono.de iuriſdictione omnium iudicum. Et maximè cùm deponant de & ſuper veriſimili, in quo caſu magis valet ipſorum depoſitio: vt tenet Bartholomæus Sozin. in conſilio ducenteſimovige-
ſimooctauo, verſicul. accedat. quod libro ſecundo. Nec etiam obſtat dicere, quòd erat lubrica, diffa-
mata † de lapſu carnis: quia licet hoc eſſet verum, 110
tamen in hac cauſa matrimoniali debet admitti. Tum quia teſtes hoc non probant, & ſunt ſingulares:vt dixi,quia non eſt niſi Franciſcus de Marius ab vtraque parte productus, qui vituperium detegit ſuum ab alio non detectum, quod facere non debebat, l. non aliàs. & ibi Bartol. ff. de iureiurando. ideò conteſtes requiruntur de viſu conuenienti: quod viderunt ſucceſsiuè per foramen, ſecundum gloſſ. in dicto capitul. nihilominus. vel de auditu propriæ copulæ,& miſtionis,& non de auditu auditus:in capit.præterea.& ibi Felin. verſiculo,& dicas, quod vbi agitur, &c. de teſtibus. & vbi probarent, †tanquam de non veriſimili deponentibus non eſt 111
ſtandum, iuribus ſuprà allegatis j. & ſingulariter Cæpola Veronenſis, in conſilio trigeſimoprimo.& doctores in cap. quia veriſimile. de præſumptionibus,& dicit Bald. in l.fin.in fine, C. de edend.quòd probatio debet eſſe veriſimilis, aliàs † ei ſtandum 112
non eſt. & Alexand. in conſilio centeſimoquinquageſimotertio.verſicul.eſt etiam ſuſpectum.volumine quinto.& Abbas Sicul. & ſequaces in dict. capit. licet cauſam.de probationibus.& in capit.in noſtro de teſtibus. & Antonius Corſet. in ſuo ſingulari. in litera, teſtis, vij. cum ſequenti. Sed teſtes rei reprobatorij deponunt, quòd tempore eo quo init moratum cum ipſa actrice, erat ætatis quindecim annorum, & decimoſeptimo fuit examinata. vnde non eſt veriſimile, quòd in ea ætate fuiſſet lubrica: quia talem paſsim acceſſum ad eam in domo actricis commorantem actrix ipſa paſſa non fuiſſet: nec profectò eius parentes, fratres, & ſorores apud quos ipſa Vrſina à iuuenili eius ætate vſque ad eius depoſitionem famulata fuit & nutrita, paſsi fuiſſent: igi-
tur,&c. Tum & peremptorie, quia non † pro- g
batur, quòd fuiſſet tempore quo depoſuit, quod 113
requirebatur. capitul. teſtimonium. & ibi doctores, de teſtibus. Ideò pulchrè dicit Angelus in conſilio primo. Quòd ſi opponitur, quod † te- 114
ſtis eſt domeſticus, vel familiaris, non concludit exceptio, niſi dicatur quòd tempore teſtificationis erat domeſticus producentis. & idem tenet Barbatia in dicto conſilio ſexto. volumine primo. Et textus in §.ſi vero.in authentic.de teſtibus. & ibi Ludouicus Bologninus in ſecundis interpretationibus. & Ludouicus de Roma. in conſilio centeſimooctuageſimoſexto. vbi dicit quòd † procurator 115
poteſt eſſe teſtis, ſi non erat procurator tempore depoſitionis, & idem Alexander in conſilio octuageſimooctauo,volumine primo. Præterea non obſtat, quòd aliqui teſtium reprobatoriorum rei nituntur deponere dictam Vrſinam ante eius depoſitionem declaraſſe nihil ſcire de promiſsionibus per reum eidem actrici factis de eadem in vxorem accipiendo: quia poſito quod ita eſſet, iurata

tamen

116 tamen coram iudice contrarium † depoſuit. vnde ſtatur depoſitioni iuratæ, ſecundum Baldum in leg. nullum. C. de teſtibus, in conſilio cccclxv. volum. ij. & in leg. geſta. C. de re iudicata. & in capit. j. §. ſi autem. quid ſi inueſtitura dicens ibi eſſe caſum contra Bartolum volentem contrarium in leg. eos. ff. de fal. Adde etiam Philippum Corneum in conſil. cccxvij. & in quarto dubio. libro iiij. qui tenet contra Bartolum & Thomam Ferratium in ſua cautela xiij. vbi Angelus & Ludouicus Bologn. in primis interpretationibus, tenent contra Bartolum: allegant gloſſam final. in capitulo, cùm caſam. quæ. de teſtibus. quod ſi teſtis dicat vnum in iudicio inualido, & aliud in valido, valet illud, quod dicit in valido, vt tenet Barbatia in terminis in dict. conſil. xl. verſiculo, & ad illud quod lib. iij. & Felin. in capitul. cùm in tua ſecunda concluſione, verſicul. fallit iſta concluſio. & in quarta concluſione dicit iſtam partem eſſe com-

117 muniorem, & veriorem, † contra Bartolum & ſequaces: & præcipuè quando primum dictum extra iudiciale non fuit iuratum: aliàs ſi fuiſſet iuratum, procederet opinio Bartol. Ita eleganter intelligit Abb. Sicul. in capitul. per tuas. clemen. de teſtib. & in conſil. liij. lib. j. & Felin. in dict. capit. cùm in tua. ante finem, quia potuit ex interuallo reminiſci, & informari: licet ab initio interrogata tacuerit veritatem, & dixerit ſe nihil ſcire: vt voluit Franc. de Aret. in l. quicquid adſtringendæ. in princ. de verb. obligat. Allegat not. per gloſſ. & doct. in capit. accuſatus. §. licet vbi idem tenet Ludouic. Bologn. in primis interpret. de hæretic. lib. vj. & pulchrè Ludouic. de Rom. in conſil. cccccv. & ſingul. Cæpol. Veronen. in conſil. lxj. & Barthol. Socin. in conſil. cclij. verſicul. ſecundò etiam clarè. volum. ij. & Franc. de Aret. in conſil. lxxxj. & Angel. in conſilio ccxxxij. verſicul. ſatis enim detur hîc. & Cardin. Alexand. in capit. verſicul. not. ex ſexta parte. ti de inueſt. inter dom. & vaſal. lis oriatur & Anto. Coriet. in tract. de verb. geminatis, verſicul. lxij. Tum quia ipſa Vrſina fuit repetita, & bis examinata, & perſeuerauit in depoſitione, negotij principalis, & ſubſtantialis, ideò magis valet. cap. dudum. & ibi gloſſa. in verbo, ſubitantia. de conuerſio. coniug. Ex quibus binis depoſitionibus elicitur † præſumptio pro teſte, quòd verum dixerit,

118 propter iuramentum. Per quod eſt dare reſponſum ad id quod teſtes rei deponunt, quod Antonius Briſſet confeſſus eſt poſt depoſitionem ſuam, ſe recepiſſe duo ſcuta, &c. quia hoc ſecundum dictum non nocet actrici, nec eneruat effectum primi. text. eſt in capitu. ſicut nobis. de teſtib. & tenet Bartol. leg. eos prætallega. & Felin. in dicto capitul. cùm in tua. in iij. concluſione. vbi dicit etiam habere locum, ſi teſtis hoc dixiſſet in articulo mortis. Allegat Bald. in dict. authentic. ſi dicatur de teſtibus. & in leg. generaliter. in vltimo nota. poſt Bartol. C.

119 de non num. pecunia. quia quamuis teſtis dicat † ſe poſuiſſe falſum in tali cauſa corruptum pecunia, talis confeſſio non præiudicat patri, vt voluit doct. ſuprà allega. & Bartol. Ludouic. de Rom. in leg. ſi quis in graui. in princip. ff. ad Silan. & Ludouic. in d. conſil. cccccv. verſicu. aliquando verò. & Barbatia in conſilio xxx. ante, verſicul. nec obſtat. volum. j. nam confeſſio iudicis dicentis corruptum pecunia, tuliſſe ſententiam, non reddit ſententiam nullam: vt tenet Angel. in conſilio cccix. & idem dicitur in confeſſione arbitri. Et de teſte, & iudice ponit Franc. de Curte. in conſilio lxx. circa primum prima facie in princip. & corroborantur prædicta per ea, quæ not. Specu. in titul. de teſte. §. j. verſicul. ſed pone, ecce iudex. & in titul. de inſtrumen. edit. §. reſtat. verſicul. ſed quid ſi vnus ex teſtibus. & Anton. de Butr. in cap. ad audientiam. de præſcript. & in capitul. comparati. de appell. Angelus & Imol. in leg. j. §. ſi quis negat. ff. quemadmo. teſtamen. aperian. & Felin. in leg. ſi quis decurio. C. de fal. & Abbas Sicul. in capitu. cauſam. in primo. in fin. de teſtibus, & in dicto capit. ad audientiam. & Ludouic. de Rom. in l. j. ff. de verb. obliga. Et Alexand. in conſil. lxx. volum. j. & Bald. in tracta. ſuo de teſtibus. titul. qualiter exceptiones opponantur teſtib. in fine quem poſuit in leg. conuenticula. C. de epiſc. & cleric. & Alexand. in conſil. cxxiij. numero 6. & 9. volumine vj. vbi poſt † plura concludunt, quòd ſi vnus ex 120 teſtibus à tabellione receptus accuſatur falſum dixiſſe, teſtis verò dicat quòd notarius aliter ſcripſit dictum ipſius, quàm teſtis depoſuerit, cui magis credatur: quo ad cauſam criminalem falſitatis, concluditur per omnes in hoc quòd non creditur tabellioni, nec eius ſcripturæ contra teſtem, nec etiam teſti contra tabellionem. de quo Felin. in capit. cum dilecti. de accuſation. & ſic remanet depoſitio. & idem voluit Alexander in conſil. lxxiij. verſicul. fortificantur. volumine primo, & Bald. in conſil. xxix. & in conſil. cclix. iudex, volumin. j. & idem tenet quòd ſtatur † ſcripturæ no- 121 tarij: tamen cautela vt & in graui & ponderoſa cauſa, aſſumantur duo teſtes, in examinatione cuiuſlibet teſtis, & poſſint conuinci de falſo, ſi probaretur poſtèà veritas in contrarium, & ipſi negarent ſe depoſuiſſe, quod reperitur ſcriptum. Ita dicit Abbas Sicul. in capitul. cum ſicut. & in capitul. cùm cauſam. de teſtibus, & capitul. quia propter. verſiculo, ſed aduerte. de electionib. allegatio. Pro hoc text. in capitul. vt officium. §. verum. de hæretic. libro vj. Et ita per ordinationes regias in inqueſtis faciendis ordinatum eſt conuocari adiunctum per iudicem, aut alium commiſſarium, vnà cum clerico aut graffario. Igitur talis confeſſio teſtis non præiudicat actrici, & ideò ſi actrix tradiderit aliquas pecunias, aut res præfatis Thomæ & Briſſet, hoc eſt intelligendum eſſe datum pro expenſis & ſumptibus ipſorum teſtium, quia teſtibus, † qui de loco ad locum, & ſupra lo- 122 cum producuntur, ſunt à parte producente ſumptus miniſtrandi. leg. qui liberi. & ibi Bald. & Salicet. C. de teſtibus. & Bald. in leg. liberti libertæque. in vj. quæſtione. C. de operibus liberto. & Alexand. in leg. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condictione indebiti. & gloſſ. in capitul. ſtatutum. §. inſuper. & ibi doctores præcipuè Ludouicus Bologn. in primis interpretationibus. de reſcriptis. libr. vj. vbi † tenet 123 quod teſtis h debet habere integras expenſas, nec debent deduci quas feciſſet domin. Secus eſt in parte vi ctrice, vt per omnes in lege properandum. §. ſin autem. & leg. ſancimus. C. de iudiciis. imò directè poteſt dari pecunia teſti, vt ferat † auxilium parti in 124 aliqua cauſa, tunc admittitur & valet teſtimonium eius: vt tenet Ludouicus de Roman. in ſuo ſingul. ccccxix. incip. Si do iudici pecuniam, &c. dicens eſſe dictum Speculato. mirabile, in titul. de teſte. §. j. verſicul. quid ſi recepit pecuniam, &c. vbi Specul. refert Hoſtienſem præceptorem ſuum ita tenere. Quomodo enim poteſt dici, quòd falſum corrupti depoſuerint, cùm conſtet de verbis & tractatu matrimonij

Digitized by Google

contrahendi, & de promissionibus, & etiam de confessionibus rei per alios testes actricis, cum quibus præfati Thomas & Brisset conueniunt &
125 concordant: certè non videtur, &c. Nec † pariter dicere prodest, quod dicta Vrsina sollicitauit processum: quia sub correctione vanum est allegare pedissequam, quæ sequebatur dominam suam prosequentem processum suum, vel quæ de mandato eiusdem dominæ ibat ad domum sui notarij, solicitasse: quia est contra ius commune, quod præsumitur contra allegantem: cùm fœminæ sint ab omnibus tam priuatis, quàm communibus officiis remotæ. leg. fœminæ & ibi Alber. de Rosa. ff. de regulis iuris. Et sub correctione iudicum nunquam visum est mulierem solicitatricem fieri processuum aliorum. & vbi de facto reperiretur mulierem vel virũ solicitasse, oporteret ad hoc vt solicitatores repellantur à testimonio, quod fuerint salariati ad illud faciendum secundum dominos de
126 Rota. decisione xl. & dicenti salariatum fuisse, † incumbet onus probandi, secundum ipsos, & ita tenet Alexand. in consilio lxxviij. libro primo. & Ludouic. de Roma. in consil. cccxx. incipiente, proposita quæstione. & Felin. in cap. cùm a nobis. de testib. Nec si inter obstat, quod testes debent † esse
127 in contractu matrimonij rogati: vt suprà in prima parte dictum est. Quia sub correctione non requiritur, vt expressè tenet Anton. de But. in dicto capitul. ex parte. de sponsa. & illustris doctor Franc. de Aret. in dicto consilio, versicul. sed quæritur consequenter. & tertio, vbi respondet ad iura suprà in contrarium allegata. & idem Barbatia in consil. xl. versicul. vij. opponebatur. lib. iij. Tum etiam non
128 obstat dicere per reum, quòd testes † aliqui ipsius actricis deponunt se audiuisse dici ab eodem reo, quod promiserat accipere actricem in vxorem, si grauida & imprægnata foret, &c. quia illa est vera confessio rei, per quam vult cooperire & colorare promissiones per eum factas eidem actrici. Et posito quod talis promissio fuisset facta sub dicta conditione, quod non est verum, tamen tanquam turpis debet reiici. Et nihilominus valet matrimonium, capit. j. & final. & ibi doctores de conditio. appos. tum propter copulam subsequutam, videtur ratificatum matrimonium, & recessum à dicta conditione. capi. per tuas eod. titul. & etiam tali protestationi actrix non consensit expressè quòd requirebatur, secundum Inno. Host. Abba. Sicu. & Cardi. Alexan. in dict. capitu. final. de condi. appos. vt suprà dictum. Idem tenet Franc. de Aret. in dic. consil. lxxxij. versi. super tertio. vbi dicit quòd si quis
129 dicat: Accipio † te in vxorem, si es virgo, vel de futuro si inuenero te esse virginem, tunc si eam cognoscat anto quam visitare fecerit per matronas, iuxta capit. proposuisti. & c. causam matrimonij. de probationibus, quod matrimonium est consummatum, & recessum à conditionis appositione: vt dictis iuribus, & aliis per eum allegatis. Tum tertiò, non
130 obstat obiicere † contra magistrum Stephanum Thomam, & ipsum Brisset, quòd ipsi declarauerunt quòd nocerent reo, & c. quia testes sunt singulares: tum dicta eorum iuuantur depositionibus aliorum testium de confessione rei deponentium. Tum quia dicendo, quòd per depositionem eorum nocerent reo, veritatem dixerunt: quia ipsi bene sciebant veritatem negotij, & quod reus confessus fuerat eis, quod promiserat actrici: nam reus fatetur in confessione iudiciali dictum Thomam fuisse præsentem illa nocte, quia reus cubuit cum dicta actrice, & erat familiaris eiusdem rei. Tum etiam omnes testes actricis remanent boni & integri, & non obiectati per testes fide dignos, & omni exceptione maiores: sed per obiectatos & reprobatos: vt patet per inquestam actricis & testes suos reprobatorios reprobatoriorum, non obstante quarta inquesta reprobatoria & saluatoria rei: quæ de iure communi fieri non potuit, & est ipso iure nulla, & fides testibus in eadem contentis non est adhibenda, & venit & debet à processu reiici. Tex-
131 tus est in cap. licet dilectus. de testibus. vbi † dicitur, quòd testes probatorios & reprobatorios reprobatoriorum licet reprobare, sed non reprobatores reprobatoriorum. Et idem habetur in capitul. ij. §. final. & ibi omnes doctores de testibus. libr. vj. Et vtinam in hoc in curiis supremis & secularibus seruaretur ius commune. Causam & rationem non dico nunc: sed vnusquisque cogitet. Et habet locum illa triplex productio testium, secundum gloss. Ioann. Andr. Abbatem, Antonium & Felinum in dict. capit. licet. siue actor & reus fecerint primam probatoriam productionem simul: quo casu seruatur æqualitas: siue etiam solus actor: vt si primò actor probauerit, & reus solùm reprobatorios produxerit, & actor illos reprobatorios reprobauerit, & sic triplicando non quadruplicabit
132 reus, etiam saluando istos testes: quia † quod vna via est prohibitum, non debet per aliam concedi, quando tendit directè & immediatè ad eundem finem. vt lege quæritur. de bonis liber. & voluit Signorel. de Homedeis in consilio lxxix. versicul. item non obstat. & Bald. in leg. cùm mulier versiculo, in contrarium. ff. soluto matrimonio. Nec est inæqualitas secundum doctores suprà allegatos: quia ex illis tribus productionibus duæ competebant actrici, & debet reo imputari quare non fecit inquestam in principali. Tum quia † si ipse reus
133 solus in exceptione testes produxisset, idem fieret de actrice impugnante testes illius exceptionis. Et in causis summarijs an habeat locum reprobatio testium vide Abbatem antiq. Hostiensem, Ioannem Andræam, Abbatem Siculum, & Felinum, in capit. veniens. de testibus. & Ludouicum de Rom. in singularibus cccxxv. & tenent quòd non. & ita seruatur in praxi. † Præterea secundum doctores
134 suprà allegatos infinitas est cuitanda: capitul. ij. de rescriptis. libr. vj. & leg. j. in fine. ff. de testibus. de quo plenè per Felinum in dicto capitulo, licet. Ergo non potuit ipse reus dictam quartam productionem testium facere: & est sibi imputandum quare in principali non fecit inquestam: quia si fecisset, æqualis fuisset cum actrice. Et hæc conclusio habet locum non solùm in reprobatione quo ad personas testium reprobatoriorum, sed etiam quo ad dicta ipsorum secundum communem & veram opinionem: vt notant Ioannes Andræas, Abbas, & Felin. in dict. capit. licet dilectus. Et sic remanent testes probatorij actricis integri, cùm testes reprobatorij rei sint reprobati: vt patet per inquestam actricis reprobatoriam. Ad quod est bene aduertendum. Ex illis remanet illa conclusio & consultatio clara in fauorem matrimonij, vt matrimonium sit verè contractum inter ipsos reum, & actricem. Et ideò concludo malè, perperam & iniquè per iam dictos iudices, à quibus fuisse iudicatum & sententiatum, & per domin. Officialem Primariæ, & ab eius sententia.

tentia.dici debere bene, & iustè fuisse per iam dictam actricem prouocatum,& appellatum & corrigendo iudicium & sententiam prædictorum iudicū condemnare reum ad ipsam actricem ,in vxorē legitimam accipiendum,simul cum expensis vtriusque processus,&c.Et mihi videtur correctione alterius melius me sentientis , semper salua. In cuius rei testimonium me subscripsi & signaui. N.Boerij.

ADDITIONES.

a Actricem. Adde Albe.de Rosi.in l.pen ff.de fur.
b Dicit quod matrimonium. Adde Anton. Cor.in sing. occultæ.
c Sed vbi est plusquam. Adde Hippol.de Marsil. in suo sing.xxvij.incip.iuramentum,&c.vbi idem tenet.
d Quæ confessio.Adde Ludo.de Roma.in sing.dcxvj.incip.tu audiusti.l.fin.C.de transact.
e Opinio vnius. Adde Anto.Corseti in sing.opin.
f Torturam illatam. Adde Hipp. de Marsil. in suo primo sing.
g Tum peremptoriè. Adde quod idem tenet Thom.Ferratij in sua cautel xiiij.
h Vbi tenet,quòd testis. Adde Amanellum de claris aquis ,in suis casibus specialibus.versi.gloss.quòd si notarius cum versi.seq.vbi tenet totum contrarium,sed quòd hic dicitur verius est.
i Infinitas. Adde de hac regula videndum Pet.Rebuff.in repet.l.vnic.C.de sentēn.quæ pro eo quod interest,prol.fibi in j. notabil. ponit viginti ampliationes ad regulam & nonnullas limitationes.

SVMMÆ.

1 *Donatio facta etiam extraneo, num valeat.*
2 *Donatio etiam facta nudo,sine possessionis traditione,an valeat.*
3 *In facto suo errare quis non præsumitur.*
4 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
5 *Intellectus ad l.quoties.C.de rei vendi.*
6 *Vendidisse videtur,qui in dotem dedit,propter onera matrimonij.*
7 *Donatio facta in contractu matrimonij , ter confirmata & approbata,an possit deinde ob ingratitudinem reuocari.*
8 *Dos non reuocatur propter ingratitudinem commissam in dantem,& id non solùm constante matrimonio,sed ne quidem soluto.*
9 *Donatio simplex num reuocetur ob ingratitudinem.*
10 *Donatio facta prædoni,ab eo,qui per ipsum spoliatus erat,an valeat,an verò ob ingratitudinem reuocetur.*
11 *Donatio an sit reuocanda nomine ingratitudinis, etiam si in ea interuenerit pactum de non reuocando.*
12 *Iuramentum præstitum contra bonos mores,non est obligatorium ,limit.nu.seq.& 14.*
15. *Pactum de non reuocando donationem vel feudum, propter ingratitudinem an valeat.*
16 *Contractus iure quæ debentur, possunt remitti : non ea quæ iure personæ.*
17 *Mores boni,quidam sunt naturales , quidam ciuiles,& iuramentum contra bonos mores ciuiles,valet.*
18 *Iuramentum non obligat , vbi patitur vitium formæ.*
19 *Iuramentum tres comites requirit.*
20 *Lex sancta & iusta est.Et non æquè desideratur iustitia atque honestas .*

CONSILIVM XLI.

VIsa facti narratione, & instrumentis donationis & contractus matrimonij.videtur mihi quo ad primā quæstio.quòd præfatus Bonaire , fouet & habet bonam cautam petendi reditos & prouentus sibi per dictum Alanum in contractu matrimonij donatos, in præsentia Catharinæ de podio extremo primæ donatricis , quæ primo loco donauerat eidem Alano.Et tandem idem Alanus fauore matrimonij prædicto Bonaire,eadem Catharina donatrice præsentę,donauit:quia dicta do. Catharina † potuit donare eidem Alano , etiam si fuisset extraneus,vt l.data.& in l.in extraneos, & sæpe ignotos, C.de dona.per quam donationem effectus est dominus rerum donatarum:vt l. si quis argentum. §.primo.& §. final. C. eodem titul.& sibi competebat condictio ex dicta leg.si quis. licet nulla fuerit sibi tradita † possessio , cùm nudo pacto hodie valeat:vt ibi dicitur,& in §.perficiuntur. Institu.de donat.Ergo pariter competit eidem Bonaire condictio ex l.si quis argentum.vt ipsa compellatur ad sibi tradendum & deliberandum dictos reditus loci de Penne. Tum, vbi dicta donatio facta per dictam Catharinam eidem Alano non fuisset valida, quòd imò, vt suprà dictum est : tamen ex eo,quòd dictus Alanus dedit eidem Bonaire prædictos reditus in præsentia eiusdem Catharinæ dominæ dictorum iurium , quæ non contradixit,imò donando eidem Bonaire locum & dominum de Castellano & alia iura in eodem contractu matrimonij donata, retento sibi vsufructu , concessisse & approbasse ac laudasse videtur donationem per ipsum Alanum de dictis reditibus eidem Bonaire factam,l. fideiussor.§.pater Seii.ff.de pig.cum not. in l. Caius.ff de pign.act.quia dictam donationem factam Alano non poterat ignorare,cùm † eadem die , & ante contractum matrimonium fecisset , & sic in suo facto errare non potuit. tex. cum gloss. in leg. Titius Sempronio. in fin. ff. quibus modis pigno. vel hyp.fol.Quo ad secundam & tertiam quæstionem,† dictus Bonaire non potest petere locum prædictum de Castellano , durante vita dictæ domi. Catharinæ : licet in eum dominium & possessio sint per donationem , eidem à dicta domina Catharina , retento vsufructu facta , translata , & sit verus dominus: vt leg. quisquis. & dicta lege si quis argentum.§.si quidem de dona. quoniam ipsa donatrix,eius vita comite , debet gaudere fructibus & iuribus dicti loci: & per pactum & conuentionem expressam ita dictum & accordatum extitit,quòd si dictus Bonaire cum eius vxore non posset morari , seu moram trahere cum dicta domina Catharina,non posset petere nisi victum & vestitum ipsorum.Ideò solum victum & vestitum possunt petere.Igitur debet expectare mortem dictæ dominæ Catharinæ,quæ non potuit secundo loco donando domino de Forsessio præiudicare eidem Bonaire , etiam tradendo , vel alio modo in eum transferēdo dictum locum de Castellano,nisi in solo vsufructu.Nec † l.quoties. C.de rei vendicatione.habet locum:quia ex prima donatione eidē Bonaire facta,retento vsufructu,translatum fuit dominium,& possessio in ipsum sine traditione, per iura suprà allegata: vt tenent omnes doctores in dicta leg.quoties.insuper Iason,versic, tertio princi-

paliter limita.&c. Præterea ipſe de Bonaire primò habuit, titulo oneroſo, ſcilicet matrimonij cauſa, leg. pro oneribus. C. de iure dot. bonus text. in leg. ſicut. §. ſed & ſi permiſerit. ff. quibus modis pign. vel hypothec. ſol. qui text. dixit, quòd vendidiſſe videtur, † qui in dotem dedit propter onera 6 matrimonij. Et præfatus de Forteſſio longè poſtea habuit ex titulo aſſociationis cum eadem domina Catherina factæ & initæ, & ſic ex titulo lucratiuo. Et poſito quòd ſit ex titulo oneroſo, tamen tanquam primus & verus dominus debet præferri: vt voluit Bald. in rubr. C. de his, qui in prior. credi. locum ſucced. & Iaſon in d. l. quoties, verſic. decimò ergo limito, &c. Et ita mihi videtur. ADDE quòd poſteà anno præſenti quingentegeſimo vigeſimoquarto, ſupra milleſimum, fuit proceſſus in curia noſtra, & camera inquæſtarum, in qua pro tunc præſidebam, (deciſus in iſthmo, id eſt, inter duo maria: vt l. g. Lucius Titius. ff. de ſeruit. ruſti. præd. quæ nos dicimus, inter feſta Aſſumptionis, & Natiuitatis beatiſſimæ virginis perpetuæ. quia hic Burdegalæ habemus iſthmum, id eſt, terram inter duo maria exiſtentem, (quæ eſt bona terra & fertilis) inter dictam Catharinam de 7 Podio, extremò actricem, † reſciſſionem donationis prædictæ ob ingratitudinem per dictum Alanum in eam commiſſam petentem, & præfatum Alanum reum: per quem obiiciebatur ipſam actricem non eſſe admiſſibilem. Et primò, quia ter dictam donationem ſibi in contractu matrimonij factam, confirmauerat & approbauerat. Et ſic propter ingratitudinem, ſi commiſſa foret, reuocari non poterat. Pro hoc ego allegaui text. in leg. final. ibi, vera & irreuocabilis. & ibid. Bald. C. de dot. promiſ. & in leg. ſi poſt dotem. C. de iure dot. & in l. cùm poſt diuortium. §. patrona. ff. eod. tit. Et 8 ſpeciale eſt in dote, † quæ non reuocatur propter ingratitudinem, non ſolùm conſtante matrimonio, ſed etiam ſoluto, contra dantem commiſſam, dicta leg. ſi poſt dotem. & ita gloſſ. & doctor. & tenet Baldus in dicta leg. poſt dotem. Et ibid. Imol. & Iaſon. ff. de ſoluto matrimonio. & in §. fuerat. de actio. & Ioan. Lap. doctor Palatius Ruios in capitulo, per veſtras. de dona. inter virum & vxorem. Gulielm. de Petr. ſingul. quicquid voluerit de Ripa, in leg. final. quæſtione prima. C. de reuoca. donat. Tum etiam vbi † fuiſſet 9 ſimplex donatio: licet regulariter ob ingratitudinem reuocetur & alias cauſas not. in dic. leg. final. & leg. viis ſolis. de reuoca. donat. & in capit. final. de donat. inſtitut. eo. §. ſciendum tamen videtur quòd attento pacto de non reuocando ob ingratitudinem committendam de futuro, non poteſt reuocari, poſtquàm expreſſè de ingratitudine actum fuit arg. leg. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. Et † quid in capto à latronibus, qui dedit illi, qui eum eripuit? talis donatio non reuocatur ob ingratitudinem, leg. penultima. §. primo. & ibi Bartol. & Alberic. de Roſa. & Ludouic. Bolog. in primis interpret. in l. final. C. de reuoca. donat. quia talis donatio eſt remuneratoria: & ibi & Attilius Regulus. & tenet Ludouic. de Roſa. in ſing. v. xvj. incipien. donatio reuocatur. & Andr. Barbat. conſil. lj. numero 10. volum. iiij. licet Andr. Barbat. in cap. final. de donat. (niſi fuiſſet donatio remuneratoria) teneat contrarium. Sed primum tenet Cardin. Alexand. in capit. j. in quæ- 11 ſtio. pen. Sed in hoc contrarium † eſt verius quod non obſtante tali pacto, de non reuocando donationem, etiam prætextu ingratitudinis, poterit reuocari: ne per tale pactum donatarius inuitetur ad delinquendum, l. g. ſi vnus. §. illud & §. pacta. ff. de pact. ita dicit Specu. in titul. de donat. §. j. verſic. quid ſi actum eſt. & idem Ioan. And. in addi. niſi, ſecundum eum interuenerit iuramentum in tali pacto: nam tunc ratio iuramenti valet, per text. in capit. quemadmodum, in fine. verſicul. quod ſi expreſſe. de iureiuran. Sed contra Ioan. Andr. tenet Ludoui. de Ro. in l. donationes in concubinam. §. j. in fine. ff. de donat. Et hoc per regulam generalem, Non † eſt obligatorium contra bonos mo- 12 res iuramentum præſtitum. & idem in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. vbi reſpondet ad dic. capit. quemadmodum. quòd loquatur, quando expreſſè iurauit non reuocare propter ingratitudinem futuram. Et idem ibi Pet. de Ancha. in fin. dicens ſe reperiſſe in addit. quas fecit Rayner. ſuper Ci. quod valet tale pactum, qui reſpondebat ad leg. ſi vnus. §. illud, quia hic non remittit ius agendi propter delictum futurum. Et idem ibi do. Zabarel. in vltim. quæſtio. & ſingulariter idem Bellenz. in additionibus Abb. Sicul. in dic. capit. ſi. in apoſtil. incipien. & ita dicit Bal. & ibi dicit Anto. de Butr. ibid. in ij. quæſtio. quod credit iſtam partem contra Ioann. eſſe veram: licet demum dicat in dic. capit. quemadmodum. ratione huius vltimi dicti Docto. tenere opinionem Ioan. And. & eandem partem tenet Philipp. Corn. in conſil. cij. incipien. in cauſa licet. & idem tenet Ioann. And. in dic. capit. final. Limita etiam non habere locum, ſequendo vnum dictum Bald. in dic. leg. j. de rerum diuiſ. De hoc autem ampliſſimè Ioan. de Imo. in dic. leg. final. verſic. vlterius quæritur Ioan. Andr. & etiam in vltim. verſicu. quid ſi in donatione. & Alexand. in dic. leg. ſtipulatio hoc modo concepta, verſic. tangit in hac quæſtio. & in dict. conſi. xl. incipien. ſuper j. dub. verſic. fruſtra enim. & Iaſ. in dic. leg. fin. de pact. verſic. adde, quòd ſi filius commiſit. Et text. in dic. cap. quemadmodum. qui loquitur etiam in delicto committendo. Nec † obſt. 13 quòd iſtud dat materiam delinquendi: quia non obſtante iuramento poterit accuſare de delicto, quo ad imponendam pœnam, non quo ad propriam vtilitatem: per text. in dic. capi. quemadmodum. Et ita ſecundum Alexand. ſeruatur in practica. & idem in conſi. xl. & Ioan. de Imo. in conſi. xxxv. verſicu. an autem res donatæ. & ſingulariter Felin. in capi. ſi delegati. verſi. quintum corollarium. Et mirum, quod non fecerit mentionem de Alexan. Et idem Abb. Sicul. in dic. cap. quemadmodum. §. fin. verſi. concludo totam materiam non tamen reſidet. Et idem Ioan. Fab. in dict. §. ſciendum. verſicul. quid ſi renuntiatum ſit. Sine tamen dubio, ſecundum ipſum tutius eſt, quo † ad intereſſe priuatum non 14 cogere, ſed bene criminaliter propter publicum. Et ſic magis adſtringit. Et Alberic. de Roſa. in dic. leg. final. verſicu. ſed nunquid beneficio huius legis. licet videatur ſequi diſtinctionem Specu. in qua Specula. non ſedet. Et Barba. in leg. final. verſicul. venio ad quæſtio. ibi, ſed ſi quis vellet facere pactum. poſt Bartol. vbi. C. de pact. & in leg. fina. verſicul. extrà quæro. & etiam in fina. C. de bon. liber. & idem Paul. de Caſtr. in dic. leg. final. de pact. verſic. vlt. Bartol. vbi dicit quòd illud dictum Bald. allegauit in quodam conſilio per eum edito. Et idem Salice. in leg. pactum quod dotali. de pact. Et idem Lancel. dec. in dicta leg. final. verſicu. ij. not. & Ludo. de Rom. in conſil. xxvj. verſicul.

Quintò

Quintò poteſt dubitari. & tenet Bald.in capi. j. §. item verſicu.porrò,ſi dominus.de feudo guardiæ,
15 vbi quærit † an valeat pactum de non reuocando donationem,aut feudum propter ingratitudinem: dicit aut illa ingratitudo reſultata ex contractu: vt quia alienauit domino inconſulto vel alio modo, quàm dolo & delicto, & tunc valet tale pactum de non reuocando propter ingratitudinem etiam futuram reſultantem ex contractu. lege quærit. §. ſi venditor. ff. de ædili. edict. & idem ibi Card.Alexand.in pen.quæſtio.Aut ingratitudo committitur delinquendo dolo malo, & tunc pactum non valet,per quod dolus futurus remittitur.dic.§.illud.& leg.conuenire. ff. de pact.& ibi doct.& bon.tex.in ca. ex parte. de conſuetud. & l.contractus.& ibi Philip.Dec. in v.nota. nume. 37.ff.de regu.iur.& idem dicit Bald.in conſi.xviij. incip. Notiſſimum eſt, quòd ratione ingratitudinis.verſi.Sed quid ſi actum eſt.volu.iij.& in c.ſi cautio. verſicul. nunquid valet pactum.de fide inſtru. & idem And. Barba.in conſil.iiij.numero 3.lib.iiij. & idem tenet Bald.in leg. verſic.lij.quæritur.ff. de rerum diuiſ. Quia ſecundum eum ibi illa quæ de-
16 bentur † iure contractus,vt eſt reuerentia,poſſunt remitti, ſed non ea quæ iure perſonæ. & iſtam tenet Collect.in dict.capi. fin. verſi. ſed cùm hîc ponantur.titu.an mutus, ſurdus, vel aliter imperfectus.& Franci.Curtius,in tracta. feudo. in v. parte, verſic.vj.ad limitationem.& Abb.Sicul.in rubr. & in d.c.final.de do.& Guliel.Bened.in ſua repet.ca. Raynutius. numero 378. de teſtam.& Ioann. Berberius,in viatorio ſuo, tit.de reuocandis don. verſicu. Nota etiam quod donatio. & Tiraquellus in repetit.dictæ leg.ſi vnquam. numero 14. cum aliis per eum allegat. loquitur de feudo dato ob bene merita, quòd non reuocetur propter ingratitudinem.Et pro hoc facit,quod ſi imperator conceſſit alicui in ſpecie, quod poſſit ſpurios legitimare, quos procreabit, illud priuilegium eſt iniquum: quia alliceret & inclinaret ipſum ad peccandum:vt tenet Socin. in conſilio xcv.numero 8.volum.iiij.allegat quòd in ſimili not. Bart. in l. quarta.ff.de teſta.Et ad hoc mouetur,quia quidam ſunt
17 boni † mores naturales.Et quidam ſunt boni mores ciuiles.Iuramentum verò contra bonos mores ciuiles, valet,& firmat. ita not. ſecundum eum in cap.cùm contingat.de iureiuran.& in dicta regula. non eſt obligatorium. ſed cauſæ poſitæ in dicto capitul. final.concernunt bonos mores naturales. ergo ſequitur quòd tale iuramentum non poteſt firmare talſe pactum, ex quo eſt contra bonos naturales.Secundò,eo ipſo quòd iuro non reuoca-
18 re donationem propter † ingratitudinem, tale iuramentum patitur vitium vitiat iuramentum. vnde ſingulariter tenet Bald. in capitul. j. de iureiurand. quòd ſi ego iuro ſoluere aliquid nomine vſurarum, quod tale iuramentum non obligat:quia patit ur vitium formæ. expreſſa enim nocent. leg. expreſſa. de re iud.in vj. neſcio vbi eſt illa decretal. Et ideo dicit ipſe. Tene animoſè & intrepidè tale iuramentum non obligare : & idem tenet Maſueri. in ſua praxi.in titul.de dona. verſicu. Item donatio facta inter viuos &c. ſaltem habita diſpenſatione iuramenti cauſa cognita coram iudice,iuxta l.ſi manumiſſus.C.de liber.& eorum libe.hanc tenet & Ioã. Berberius vbi ſuprà.verſi.an autem iuramentum. vbi ponit ſeptem caſus, in quibus non obſtante iuramento licitum eſt recedere à contractu. Et tertius caſus eſt, ſi iuramentum ſit contra bonos mores. c. quintauallis. de iureiurando. & in titul. de donat. verſicul. Quia tamen maxima eſt vis iuramenti.dicit tamen diſpenſationem obtinendam. Et ſignanter,quia in omni iuramento † tres comites ſunt requiſiti,ſcilicet veritas,iudicium, & iuſtitia:vt Ieremiæ iiij.capi.xxij.quæſtio ij. animaduertendum gloſſ.in authen.quod eis. C. de nupt. & in capi. & ſi Chriſtus. de iureiuran. requiritur, quòd iuretur in veritate conſcientiæ, in iudic. diſcreto, & deliberato,& tertiò iuſtitia:vt ſcilicet quod iuratur, ſit licitum. ſed hîc deficerent iuramenti comites,cùm ſit inductiuum delicti & peccati mortalis:quia lex hoc expreſſè non polleet,cum debeat eſſe ſancta & iuſta. capitul. erit autem lex.iiij. diſt. quia non tam † delideratur iuſtitia, quàm honeſtas.inſtit.de nupt.§. Et ſi qua vxor.& cap. porrò. xxxv.quęſtio.iij.Nec etiam conſuetudine poſſet introduci.dic.capi.ex parte.vbi erant duæ conſuetudines in Rupella:quarum prima viros ad diſſipandum bona ſua inuitabat: & reliqua mulieres proniores ad adulterium committendum,quod videtur facere contra dic.capi.quemadmodum. §. fina. Quæ tamen conſuetudo reprobatur per Papam ibi.accedat.capi.cum iuramento .de homici. Ergo nec per pactum iuramento vallatum. leg. non dubium.C.de legit.Et iſta parificantur l. non impoſſibile.ff.de pact.& gloſſ.in rubric.C.de decret. decuri.libro x.& dixi libro conſuetud.titul.de præſcrip. §.v.& alibi ſæpe.& per Bar.in l.omnes populi.in iij. princip.quæſtio.ff.de iuſti.& iure.Et Georg. Nata. in repet.capi.quanuis pactum. verſic. fallit primò. de pact.lib.vj.verſicu.circa tertiam ſpeciem. inclinat in opi. Ludoui. de Roma. Et licet præcedens ſit communior,tamen iſta eſt æquior,quando nulla occaſione ab ipſo donatore procedente ac data donatario ingratitudinem committendi:aliàs ſecus,ſi ab ipſo donatore occaſio hoc faciendi procederet,ſecundum omnes docto.ſuprà in locis allegat.tunc habita diſpenſatione iuramenti ab epiſcopo,qui ſine partis vocatione poterit eam ad effectum agendi concedere:per not.in cap.j.& c.debitores. de iureiurando. vt tenent domini de Rota.in deciſ. dcclxvij. incipien. ſciendum eſt quòd aliquoties. in antiq. ad reuocationem donationis agere poterit præterquam in dote:vt ſuprà dictum eſt:quia illa non poteſt reuocari etiam ſi dictum non fuerit multò minus, ſi conuentum fuerit ne poſſit reuocari etiam prætextu ingratitudinis.

SVMMÆ.

1 *Retentionis iure quando liceat vti domino feudali, contra vaſallum,& num.ſeq.*

3 *Feuda hodie venduntur in Francia, & redaſta ſunt ad inſtar patrimonialium.*

4 *Portio accreſcens, ſapit naturam eius rei cui accreſcit.*

5 *Epiſcopus redimendo decimas ab aliquo milite, videtur res eccleſiaſtica liberationem feciſſe.*

6 *Vaſallus non præſtans fidelitatem, quòd priuetur feudo,quomodo ſit accipiendum.*

7 *Dominus feudi non poteſt rem feudalem ex cambio ſeu permutatione acquiſitam, iure prælationis habere, vel retinere.*

8 *Res qualibet facilè ad ſuam naturam reuertitur.*

9 *Retractus non habet locum de conſuetudine.*

10 *Creditor an poſſit facere, vel debitor detineatur tanquam ſuſpectus, ratione debiti modici.*

Digitized by Google

quantitatis.

11 *Postea, verb. ten. pœnis interuallum denotat.*

12 *Vasallus si alienauerit feudum, aut reditum super eo, ex voluntate domini, quæ tamen hodie de consuetudine non requiruntur, & postea illud, aut reditum recuperauit, penes eum remanebit.*

CONSILIVM XLII.

Videtur, viso casu supra narrato, quòd dictus de Brisbuart dominus feudalis nõ potest habere iure retentionis reditus viij. solid. j. den. obo. turonen. nec petere aliquod ius rachaptus. Tum quia feudum non est in aliquo diminutum: imo ex illa acquisitione per ipsum Pelletier vasallum facta dechargiatum seu exoneratum fuit. vnde de † iure communi, ac secundum consuetudines feudales, dominus directus potest solum retinere, & vti iure prælationis, nisi quando totum feudum in totum vel in parte per vasallum venditur, aut reditus constituitur si per eum de iure. Hoc probatur in leg. iij. ibi: si quidem dominus maluerit, & ibi Alber. de Rosate, Salice. & Iason. C. de iure emphy. & capi. potuit de loca. & de consue. feudor. probatur in cap. j. §. porrò. & ibi Bald. & Cardi. Alexan. post Aluaro. qualiter olim feudum aliena. pote. & ita de consuetud. Biturig. & generali Franciæ seruatur. & plenè dixi in titu. de retractatu. Sed hic vasallus non vendit partem aliquam, aut reditum constituit, sed dechargiauit, redemit, & amortizauit reditum super ipso feudo aliàs constitutum. Ideò dictus dominus vti non potest iure retentionis: cùm reditus sit sopitus & extinctus, & in causam feudi consolidatus, ac si nunquam fuisset constitutus. Quinimò volunt communiter doctor. quod ex tali † acquisitione resolutiua nihil debeatur domino pro iure rachaptus, aut accordamentorum: vt per Iason. in leg. fin. in xj. quæstio. C. de iure emphy. & in leg. ab emptore. ff. de pact. Nam dominus debebat tempore primæ venditionis dicti reditus, si ipsum volebat habere, vti prærogatiua retentionis, & non profectò nunc, quando in causam feudi reincidit: quia in hoc regno † Franciæ feuda venduntur, & sunt redacta ad instar patrimoniorum: vt voluit Ioann. Fab. institu. de emptio. & vendi. in princip. quæ possunt vendi & acquiri sine consensu, & voluntate domini: vt plenè dixi in §. primo de consuetudi. feud. & in tractat. de custod. clauium. in solut. & alibi sæpe. & ideò in hoc casu videtur quòd nihil debetur domino, nec possit retinere dictum reditum extinctum, & consolidatum: quia non videtur separatum. Quinimò habetur pro non tradito, per ea, quæ dixi in §. secundo. versicu. sed quæritur stante consuetudine. titul. de consuetudin. retractus. quia † portio accrescens sapit naturam eius rei, cui accrescit. lege si ex toto. in princi. ff. de legat. primo. & per Bartol. Socin. in consil. cliij. versicul. confirmatur etiam ratione volum. ij. Maximè, cùm hic agatur de exiguo & modico feudo, scilicet de acquisitione octo solid. seu de amortizatione ipsorum, per ea quæ not. gloss. in capitul. altare. j. quæstion. iij. quæ vult, quòd episcopus redimendo † decimas ab aliquo milite, videtur rei ecclesiasticæ liberationem fecisse. Vnde videtur non teneri dictus le Pelletier facere homagium, & præstare fidelitatem de amortizatione & consolidatione dicti reditus parui, & modici, ex causa permutationis facta. per not. quæ vult Bald. in capitul. j. §. ett & alia, quæ fuit prima causa beneficij amitten. vbi voluit, quòd licet de more & vsu feudorum † vasallus non præstans fidelitatem, priuetur feudo. capit j. §. præterea. de prohib. feudo. alie. per Freder. vt dixi in §. ij. de præsc. tamen intelligi debet secundùm ipsum, quando feudum est magnum: secus est si exiguum, quia tũc non priuatur, licet non præstet fidelitatem. Et idem tenet Ludouic. de Roma. in suo singul. cxviij. incipien. tu qui habes feud. &c. Et potest secundùm ipsos, cognosci feudum magnum, aut paruum, etiam ex qualitate personæ: vt quia Imperator donat vni magno Comiti aut Duci vnum castrunculum, &c. Præterea est hic vnum peremptorium, quod imponit ipsi domino silentium perpetuum: quia vbi prædicta in veritate non sufficerent, licet habeant apparentiam & æquitatem magnam: tamen hic ex causa permutationis fuit acquisitus prædictus reditus. vnde rem feudalem ex cambio seu permutatione acquisitam, non potest † dominus habere, nec iure prælationis retinere: vt tenet Pet. Iaco. in titul. de actio. in rem, in fin. & Specul. & Ioann. Andr. in addit. titul. de emphy. §. nunc. versicul. cxxj. & ita tenui, in §. j. versicu. fallit etiam si res permutetur. & capi. de consuetut. retent. rerum feudalium. Per quæ soluitur ij. quæstio. quòd nec proximior potest ipsum reditum extinctum & consolidatum in vim consuetudi. retractus habere, licet factus esset perpetuus, & sic per consequens effectus de patrimonio seu de dominio ipsius nunc vendentis, etiam si alio modo quàm ex causa permutationis fuerit acquisitus per ipsum vasallum emptorem: quia res reuersa est ad suam naturam, prout de facto reuertitur, leg. si vnus §. pactus ne peteret. in fin. ff. de pact. † quia alienata esse non videtur, quæ sic reuertitur, & extinguitur & textus est sing. in leg. ex hoc edicto. §. si quis ff. de alie. mutan. iudic. facta. & in leg. prima. §. si rem depositam. & ibi gloss. & Salice. ff. depositio. & in leg. sequen. §. Labeo. ff. de vsucap. Et sic cessat ratio consuetudi. retractus: vt plenè dixi in §. j. de consuetudi. retract. quia regulariter in conquestibus, vt ibi † dicitur, de consuetudi. non habet locum retractus: vt ibi dixi in glossa ij. igitur. Et per hoc dicit Baldus in authentic. Sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. quod ratione debiti modicæ quantitatis creditor † non potest facere detineri debitorem tanquam suspectum: quia non est verisimile, quòd fugiat pro tam modica summa: tamen secundùm Cyn. ibi & Baldum in noua lectur. facultates debitoris sunt considerandæ. Et idem Iacob. de sancto Georg. in lege si ab arbitr. numero vij. ff. qui satisdare cogantur. Nam dictio, postea recuperauit, denotat † temporis interuallum secundùm Iacobum de Bellouisu, & And. quos refert & sequitur Præpositus Mediolanen. cum aliis per eum alleg. & ista est æquior, vt plenè dixi in §. ij. in princip. versicul. sed quæritur de consuetudi. ret. Et pro decisione vtriusque quæstionis videtur text. in dicto capitu. vno. §. profectò quid iuris, si post aliena. feud. vasal. id recupera. vbi † si vasallus alienauerit feudum aut reditum super eo ex domini vo-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

mini voluntate,quæ hodie de consuetu.non requiritur,vt latè dixi in §.j.& ij.de consuetu.feud.lib.cõsuetud.Biturigum.Et postea illud aut reditũ recuperauerit, quòd penes eum remanebit & in causam recadit seu incidit.& ibi Bald.in j. not. Et sic à domino iure prælationis vel proximiore reuendentis non potest retrahi,cum hic non vendiderit feudum,sed solum reditum,quem recuperauit & liberauit feudũ ab hoc onere.Et ita sentit Præpositus.ibi in tribus vltim.quæstion.Et idẽ econtra secundùm Alberic.de Rosa.in prima parte.quæstio.lxxxvij.vbi dicit quòd si aliquis vendat, & infra tempus ad retrahendum recuperat antequàm aliquis agnatorum vendentis obtulerit pretiumemptori,quod sit melior conditio ipsius redimentis, allegat Guid.de Suza ita tenere,ar.leg.fina.C.de rerum permuta. & l.quod dicitur.§.sed impensis.& l.fina.ff. rerum amota.& leg.si mulier.ff.solu.mat.& d.l.ex hoc dicto.§.si quis semel.& Alber.de alienat.iudi.mutan. causa facti. Si autem agnati præuenerunt pretium emptori,offerendo tunc,non est licitum venditori redimere,quia præuentus est.argumen.l.si quis posteà.ff.de iudi.cum aliis per eum allegat. & dicit istam opinio.esse æquam.& idem dicit in l.final.ver sic.adhuc.quærit Dyn.C.de iure emphyteu. quamuis plures teneant quòd res vendita sine voluntate domini, & posteà redempta cadit in commissum. Per quod datur responsum ad tex.in cap.j. quid iuris,si post alienat.feud.vasal.illud recuperauit. quia licet dominus possit retinere dictum reditum per ipsum vasallum redemptum, aut accordamenta, vel rachaptum accipere:tamen quę consolidantur, non videntur acquisita illo titulo, & iure,quo res, cui res consolidatur,& censetur alia à rei proprietate.Et ideò alia tanquàm alia iudicanda est per se: vt tenet Ioan.Fab.& Angel.Areti.in §. si cui. instit. de legatis. & dixi in §. ij. versiculo, sed quæro aliquid de consuetu.matrimo.vbi ego refero ita fuisse iudicatum.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Appellãs à grauamine,dedit suam appellationem Iudici,& petiit apostolos:ad quos dandum Iudex eidem appellanti certum terminum,scilicet ad octo,vel ad diem Iouis,vel Veneris proximè venturum præfixit.& assignauit: cuius termini assignationi non consensit appellans,quinimò ab eadem termini assignatione,adhærendo suæ appellationi,prouocauit, & appellauit. Iudex in die assignata obtulit & se daturum, si inuenisset qui pro appellante reciperet apostolos. Nec minus idem appellans suam appellationem ad metropolitanum releuauit post dicti termini assignationem,coram quo appellatus dicit appellationem desertam.Quæritur quid iuris.

SVMMÆ.

1 *Itineris arreptio habetur pro appellatione.*
2 *Absens possum dari apostol. & nu.12.*
3 *Appellatio vnde colligatur deserta.*
4 *Iudex ad quem,si pronuntiet super negotio principalis causa appellationis, quæ erat deserta, talis sententia nulla est.*
5 *Terminus quando datus est, non sufficit ante terminum comparere.*
6 *Appellans si in termino non petierit, quod apostolos iudex dare non teneatur,non propter hoc desinit esse iudex.*
7 *Appellationis frivola non est deferendum.*
8 *Apostoli sunt pars appellationis.*
9 *Iudex postquàm recepit appellationem, & prefixit diem ad apostolos recipiendam,non potest appellans se excusare ob aliquod impedimentum superueniens postea in tempore dato ad petendum illos.*
10 *Apostoli si non petantur ab appellante, sed ille fingat se appellasse,iudex a quo potest procedere in causa sine partis citatione.*
11 *Appellatio verbo facta,secundum formam schedulæ, dicitur sine scriptis.*
13 *Terminus quando statuitur ad dandum apostolos, non censetur satisfactum termino ex sola timoris abreptione.& nume.sequenti.*
15 *Appellans potest suam appellationem relevare,dum tamen infra terminum iuris possit apostolos petere.*
16 *Appellatione pendente nihil innouandum.*
17 *Prouocandi temerè ac passim facultas non est præbenda.*

CONSILIVM XLIII.

VIdetur primò dictam appellationẽ non esse desertam, quia itineris † arreptio habetur pro appellatione, c. dilecti filij.in j.de appella. quia si appellans antequàm petat apostolos, vadat releuatum eius appellationem coram metropolitano,& citare faciat appellatum ad procedendũ,prout in præsenti casu,valet processus,si posteà infrà xxx. dies petat apostolos. Ita tenet Lapus in c. ab eo per illum tex.in verbo vadat.de appel.lib.sexto.quem ibi sequuntur Pet.de Anch.& Philip.Francus.in fina.princip.& Dominic.in §.illud.alleg.Domini de Rota in Decis.declix. in antiquis sed reperies decxxxiiij.& in decis.ccccxiiij. incip. vtrum si appelletur à grauamine.& in decis.ccxiiij.eod. vol. &c.Tum † quia absenti possunt dari Apostoli,secũ- 2
dùm Bald.in leg.eos.§.apostolos.C.de appellat. & Philip.Francus.in c.ab eo.in ij.not.& in §.j.in verbo,requisitus.de appel.li.vj. dum tamen secundùm eos,notificetur appellanti, vt voluit in simili gl. in cle.fina.in verbo,præfixionis.In contrarium videtur,quòd appellatio prædicta censetur † esse deser- 3
ta.tex.est clarus in cle.quamuis rigor. & ibi Cardina.Zabarel.& Ioan.de Imo.de appel & in d.c.ab eo tit.eo.libro vj.vbi glossa.respondet ad cap.dilecti.imò fortius,quòd si iudex à quo,præfixerit sibi diem & horam,quòd si ante vel post horam compareat, & non illa hora, appellatio est deserta. Ita tenet Matthæ.de Mates. in suo nota. xxj. incipien. nota practicam.& Cæpol.in cautel.lxxiiij.& Felin.in ca. personas.post princip.de appel.& hoc per tex.in dicta clemen. quanuis. Et ideò non potuit iudex ad quem dictam appellationem desertam conualidare ac corroborare per concessionem suæ citationis,in qua dicit, priùs obtentis à iudice, à quo apostolis: cùm terminus per ipsum ad ipsos dandum esset iã elapsus:vt not.Domin. de Rota in decisi.ccccccciiij.in antiq.vbi volunt,quòd si iudex ad quem,pronuntiet super † negotio principali causæ appella- 4
tionis,quæ erat deserta,quòd talis sententia est nulla:quia appellans & appellatus non possent expresse nec tacitè facere,quin appellatio ob negligentiã petendi in termino apostolos, vel prosequendi infra tempus iuris,sit deserta.text.cum sua glo. in verbo per negligentiam.in cle.si appellationem.de appell.& Domini de Ro.decisi.ccccccxcj. in antiq. & text.in c.personas.c.cùm sit Romana.& ibi per omnes.insuper Feli.de appel.& in leg. præses. C. eod. quia in hoc casu,quando † certus terminus est da- 5
tus,non sufficit appellanti ante terminum comparere:vt tenet glo.quam sequuntur d.Zaba. de Imo.

in d.cle.quamuis.in ver.infra dictum.quoniam iudex non arctatur ad dandum apoſtolos, niſi aduenien̄te tertio fuerit ad illos dandos requiſitus,dicta clem.quamuis.in dicto cap.ab eo.& ca.vt ſuper. & ibi glo.in verbo, requiſitus. & ibi tenet Dominic. Petr.de Ancha.& Philip.Franc.de app.lib.vj niſi ſecundum ipſos iudexappellationem receperit,l.eos. in fin.C.de appella.& cap.cordi.in fin.princip.eodem libro ſexto.ideò dicunt Domini de Rota, de-
6 cis.cccclvj.inci.Item,ſi auditorum.in fi.quòd ſi † appellans in termino non petierit, quòd apoſtolos iudex dare non teneatur,nec propter hoc deſinit eſſe iudex.& tenet Philip.Francus.in d.cap.vt ſuper.per quæ non videtur obſtare, quod appellans appellauit ab aſſignatione termini dandorum Apoſtolorum.cùm ſit tempus à iure eidem iudici à quo, indultum:vt d iurib.vt d.l.eos.§.apoſtolos.C.de appel.& hoc ad intormandū ſ. periorē iudicē,ad quē, de cauſa appellationis,d.c.vt ſuper.& d.l.eos.§. ſuper iis.& plenè Spec.in tit.de appel.§.ſequitur vide
7 re de apoſtolis,&c.& fruſtratoria † & friuola cēſetur talis appellatio,cui non eſt deferendum,cùm iura ei non deferant.c.cùm appellationibus friuolis. de appella. libr.vj.ita in terminis tenet ſingulariter Felin.in dicto capitulo, perſonas.verſicul.amplia etiam, de appella. vbi dicit, quòd ſi appellans pendente termino ſibi ad dandum Apoſtolos per iudicem,à quo, præfixo, iterum appellaret, quod per hanc appellationem ſecundam,prima deſerta, non iuuabitur.Allega. deciſ. Rotæ in antiq. xxiij. quam tamen inuenies vltimam in recollectis per Bernar.de Biſigneto.in titu.de appella.in fin.vbi alleg. Ioan.Calde.ita tenere.in d. cle. quamuis.quia non proſequendo in termino eſt quæſitum ius appellato, quod per ipſam ſecundam appellationem non tollitur.d.c.ab eo. Et ibi ita videtur dicere Philip.
8 Frā.in vltimo no.vbi dicit per illum tex.quòd † apoſtoli ſunt pars appellationis, in tantum quod ſi non petantur debito modo,& infra debitum tempus, præſumitur renuntiatum appellationi. Et eſt præſumptio iuris,& de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium,ca.is qui.& ibi gl. de ſponſa.& l.final.ff. quod metus cauſa. Præterea
9 Bal.in d.§. Apoſtolos in princip.dicit,quòd † poſtquàm iudex recepit appellationem, & præfixit diē ad apoſtolos recipiendum,non poterit appellans ſe excuſare ob aliquod impedimentum ſuperueniens poſteà in tempore dato ad petendum apoſtolos.Et in hanc partem videtur inclinare Dominic.in d. c. ab eo.verſicul.ſed quæro,an ille,qui non petit apo-
10 ſtolos,&c.vbi dicit quod ſi appellans nō petat † apoſtolos,ſed fingat ſe appellaſſe,quod iudex à quo, poteſt procedere in cauſa ſine citatione partis: per not.in ca.cum qui de dolo & contuma.& cle.ſi ante.in vlti.gloſſ.eodem titu.Et pro † hac parte facit
11 quod dicunt Domini de Rota in deciſ.cccixij.in antiq.quòd ſi iudex ſucceſſiuè pluribus vicibus id vel omnino ſimile grauamen attulerit, & prima vice fuerit ab illo in ſcriptis appellatum,& in debita forma,& poſt alia vice ab alio grauamine appellet ſolùm verbo, quam quo ad iſtum effectum petiit inſeri in inſtrumento appellatorio,ac vult haberi pro inſerta, quod hæc ſecunda cenſetur facta ſine ſcriptis:quia verbo appellauit,ſecundùm formam ſchedulæ, vt ibi. Et non obſtat † quod abſenti poſſunt
12 dari apoſtoli: quia iudex à quo obtulit aduenien̄te termino ſe daturum,& vocari fecit procuratorem, & notarium,qui inſtrumentum appellationis interiectæ pro appellante receperat,cui dare voluit apoſtolos,quod ſufficit,dicta clementi.quanuis.§.ſimiliter. in fin. ibi: vel ſi recipere recuſat oblatos. igitur,&c.Nec etiam obſtat itineris arreptio, quia ſecundùm Dominic.in dicto capitul.ab eo.in vltimo not. quando † ſtatuitur terminus ad dandum apo- 13
ſtolos,non videtur ſatisfactum termino ex ſola itineris arreptione,remittendo ad not.in capit.perſonas.de appella. Secus eſt in termino appellanti ad releuandū eius appellationem per iudicem à quo, præfixo:tunc ſufficit infra illud tempus iter arripere,ſecundum Specul.in tit. de appellat.§. nunc breuiter.verſic.item,quid ſi pars allega.capi.cùm cauſa.de re iudi.& c.ſtatuimus.de elect.& tenent Domini de Rota.deci.ccccxxxviij.incip. not.ſi certus terminus.cum ſeq.deci.in antiq. Quod vltimum ſecundum ipſos non habet locum quando præfigitur terminus † ad ſe præſentandum apoſtolico con 14
ſpectui:tunc enim non ſufficit itineris arreptio,niſi ſequatur realis præſentatio.Et idem in deciſ.ccccclij.eo.vol.antiq.& in deciſ.clv.in nouis.incip.ſi certus terminus,&c.& Matth.de Mat.in d.no. xxj. per tex.in d.c.perſonas.& idem Cæpo.in d.cautel. lxxiij.verſi.ij.& ſeq.& omnes in d.l.ſi præſes. & Abba. Sicul.in d.c.cùm cauſa.& Felin.in d.c.perſonas.verſicul. circa terminum ad proſequendum. Sed ab iſta termini aſſignatione & præfixione ſolet appellari per ipſos appellantes. Item non obſtat quod
† appellans poteſt releuare eius appellationem, dū 15
tamen infra terminum iuris poſſit apoſtolos petere:quia iſtud ſecundum Domin.de Rota in locis ſuprà allega. habet locum, quando appellatum eſt à diffinitiua.Secus ſi ab interlocutoria:quia tunc impetratio reſcripti vel citationis in cauſa appellationis non valet.Et vbi valeret, tamen ſecundum Lapum,Petr.de Ancha.Dominic.& Francum. dependet ex futuro euentu,ſcilicet ſi iudex,à quo,non reuocauerit grauamen: quia ſi reuocet:non tenet. Idem,ſecundum Dominic.ſi appellatus non opponit coram iudice, ad quem, dependentiam termini:quia ſecundum Felin.in d. ca. perſonas.ante fin. verſi.non ſufficit quòd habens terminum † ad reci 16
piendum apoſtolos. impetrauerit interim cauſam committi,cùm huiuſmodi diligētia inanis ſit: quia pendente hoc termino nihil debuit innouari. Et ſi apoſtolos non petiit, non reputatur adhuc appellans: cùm ſuper non ente nihil fieri potuit : cùm apoſtoli ſint pars appellationis.capitul.cord. & d. c.ab eo.Sed hīc appellans non erat infra tempus ſibi præfixum,quinimò lapſum erat ante impetrationem citationis, & ſic deſerta. de cuius deſertione appellatus inſiſtit,& petit deſertam declarari : quia ius eſt ſibi acquiſitum. Ideò concludo appellationem deſertam,† non obſtante appellatione ab aſ- 17
ſignatione termini interpoſita,& amplius non debere appellantibus concedi tales citationes in caſu releuaminis,etiam cum quacunque clauſula,niſi primò conſtet debitè de dictis apoſtolis:ne temerè,ac paſſim prouocandi omnibus facultas præbeatur,d.l.eos.§.ne temerè.Et poſteà ita iudicatū fuit. Et ita mihi videtur, correctione alterius meliùs me ſentientis ſemper ſalua.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Proceſſus fuit motus ſuper certis hereditagiis:quorum aliqua dependebant, & mouebantur ex feudo alicuius domini directi,qui ſecundum conſuetudinem de Lauoriaco debebat gaudere feudo,& omnes eiuſdem debet, quouſque habuerit hominem,percipere fructus.Dominus nunc directus dedit in cenſam aliquibus ex dictis litigantibus dicta feudalia hæreditagia pro certa penſione ſoluenda ſingulis annis, quouſque proceſſus fuiſſet terminatus & finitus,ac quandiu duraret inter i-

ter ipſas partes: modò dictus proceſſus fuit per ſententiam ſopitus, quæ ſententia tandem per arreſtum fuit confirmata: Super cuius executione pendet proceſſus: quo pendente dominus in vim literarum cenſæ executari fecit dictos accenſatarios: qui opponunt, quòd indebitè attento quòd proceſſus eſt diu ſopitus & finitus. Quæritur quid iuris.

SVMMÆ.

1 *Res iudicata quando dicatur. & num. ſeq.*
3 *Reſcriptum ſi mandat, vt aliquis cogatur parere iudicato, non poteſt cogi, ſi eſt appellatum.*
4 *Iudicatum, verb. deſiderat tranſitum in rem iudicatam.*
5 *Actorum finis, eſt ipſa pronuntiatio.*
6 *Sententia condemnatoria executionem deſiderant & expectant.*
7 *Agendi finis vbi prorſus idem eſt, etiam ſi varietur modus, obſtat tamen exceptio rei iudicatæ.*
8 *Actorum nomine quid comprehendatur.*
9 *A ſententia executione poteſt fieri interpretatio & declaratio per ipſam curiam.*
10 *Ad dominy acquiſitionem requiritur, quòd poſt ſententiam ſequatur traditio.*
11 *Vxorem ſine ſponſam licet conſtet eſſe ductam ad domum viri, quamuis non fuiſſe cognitam conſtet: tamen præſumitur inter eos contractum matrimonium de præſenti, de iure ciuili.*
12 *Pro coniuncta & copulata habetur, quæ de proximo copulanda eſt.*
13 *Leges adaptantur circa ea, quæ ferè contingunt.*
14 *Virum ire ad domum vxoris funeſtum & triſte ſignum eſt.*
15 *Matrimonium vt ſit conſummatum, quid requiratur. & nume. 17. & 19.*
16 *Ad copulam carnalem nixus, non ſufficit ad conſummationem matrimony.*
18 *Sponſa in quocunque loco fuerit cognita, ſiue in domo viri, ſiue vxoris, cenſetur eſſe vxor, etiam ſi ſtatutum vel conſuetudo requireret expreſſam traductionem ad domum viri.*
20 *Matrimonium inde præſumi, quòd ſponſa fuerit tradita ad domum viri, quomodo ſit accipiendum.*
21 *Donatio vſufructus conſtituti poteſt, etiam matrimonio conſtante.*

CONSILIVM XLIIII.

VIDETVR mihi breuiter, argumentis omiſſis, eſſe dicendum quòd dominus potuit in vim literarum cenſæ executari facere dictos accenſatarios: quia dictus proceſſus durat adhuc inter ipſas partes, & non eſt ſopitus, licet interuenerint ſententia & arreſtum
1 confirmatorium: quoniam † licet res iudicata dicatur ſtatim poſtquam lata eſt ſententia, ſecundum Bartol. & omnes in rubr. C. & in l. j. ff. eo. hoc verũ, niſi ſit appellatum, ſecundum Bald. in l. j. C. eod. tit. & Bal. in litigatoribus. C. de appel. per text. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condic. indebit. vbi dicitur res iudicata, quando † lata eſt ſententia, quæ
2 nullo remedio appellationis vel ſtipulationis retractari poteſt: vt plenè Abb. & Felin. in rubr. de appel lat. gloſſ. & Alexand. in l. j. ff. de re iudica. vnde dicit Ludouic. de Ro. in conſi. cccxxiiij. incip. circa primum articulum. quòd ſi reſcriptum mandat vt
3 aliquis † cogatur parere iudicato, non poteſt cogi,
4 ſi eſt appellatum: quia verbum, iudicatum, † requirit tranſitum in rem iudicatam: per l. primam. C. de execu. rei iudica. & Felin. in dicta rubric. Ergo non cenſetur proceſſus finitus per ſententiam, ſed per executionem ſententiæ: quæ executio eſt finis actorum, & proceſſus. Ita in terminis tenet ſing. Lanfran. de Oria. in repet. c. quoniam contra falſam. verſicul. not. hîc videri caſum. de probat. contra Bald. in leg. ſecunda. C. vt lite penden. quæ voluit quòd † pronuntiatio ſit finis actorum. Pro quo facit tex. 5
in l. ſecunda. C. de vſu. rei iudica. ibi: à die confirmationis ſententiæ, &c. ſed non eſt, ſecundum Lanfrã. imò executio eſt finis actorum, ſeu proceſſus. Et eſt ratio, quia ſententiæ condemnatoriæ † executionẽ 6
expectant, & deſiderant: ſecus eſt in ſententiis abſolutoriis, vt not. Salice. in l. executorem. C. de execut. rei iudicatæ. Nam ſecundum Anto. & Abb. Sicul. in c. pen. quos ibi ſequitur Felin. verſi. dum ſubdit Abbas, &c. & de except. quòd vbi † prorſus i- 7
dem eſt finis agendi, dato quòd varietur modus: tamen obſtet exceptio rei iudicatæ, vt tenet Bart. in l. j. C. de ord. iud. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obligat. ſed hîc non eſt finis, cùm pendeat executio ſuper dic. arreſto, nec variatur materia. igitur. Et ideò dicit Bal. in l. interrogatam. C. de libera. cauſa. per illum text. quòd nomine actorum continetur † quicquid factum eſt in iudicis præ- 8
ſentia, etiam ſi non in figura iudicij, vt not. gloſſ. in l. acta. & ibi Paul. & Alex. ff. de re iudica. & Alexand. in addi. ad Bart. in l. fraudem. §. neque inſtrumenta. de iure fiſci. qui allegg. Bald. in l. ij. C. de ſacroſanct. eccle. & idem Felin. in d. c. quoniam contra falſam. in v. not. in fin. vbi poſt Abb. & Lanfran. in loco ſuprà allegato. ponit quòd ſententia eſt de proceſſu. & alia multa ibi per eum recollecta. & idem Paul. de Caſt. & Alex. in l. actorum. ff. de re iudica. & Bal. in conſil. cccxxxviij. volum. j. & Bal. in d. l. ij. C. vt lite. penden. & omnes in capi. fina. de re iud. lib. vj. & Bartol. & ibi Alex. in addit. in leg. in fraudem. §. neque inſtrumenta. ff. de iure fiſci. Tum † ab iſta exe- 9
cutione poterit appellari: licet regulariter contrà, vt l. ab executore. C. quorum appella. non recip. de quo per Specul. tit. de ſententiæ executio. §. breuiter. verſicul. ſed ſecundùm eum. & omnes in l. ſi vt proponis. & in l. executorem, de execu. rei iudi. ſuper qua poterit fieri interpretatio & declaratio per ipſam curiam: vt voluit gloſſ. quam ibi ſequuntur Bald. & Salic. in d. l. ſi vt proponis. & Specul. in d. titul. de ſententiæ executi. §. j. & Alex. in conſil. cxiij. volum. v. maximè à pronuntiatione de exequendo: & ſignanter in executione ſententiæ latæ ſuper vniuerſali iudicio, ſecundum Bald. in conſil. cxc. vol. j. & Angel. in l. qui reſtituere. verſic. in glo. quæ incip. executio. ff. de rei vend. Bartol. & Alex. & Iaſo. poſt gloſſ. in l. j. ff. de edend. & Bald. & doctor. in l. ij. C. de execut. rei iudic. quia euentus executionis poteſt eſſe incertus. l. quod debetur. ff. de pecul. Faciunt quæ not. Fely. in c. cùm venerabilis. de except. vbi dicit quòd ad acquiſitionem dominij † requiri 10
tur, quòd poſt ſententiam ſequatur traditio: per gl. in §. ſi. in princip. inſtit. de offi. iudic. & tenet Alber. de Roſa. & Benedi. de plumb. in l. ſtatuliberi. §. j. & l. ſtatuliberi. §. finali, & vtrobiq. dixi in addi. de ſtatuliber. & ſic requiritur executio, quæ erit finis actorum, & proceſſus. Hoc clarè tenet Alexand. in conſil. xc. verſicu. & licet laudum latum. volumin. ij. per textum in leg. iij. in fin. de publicia. in rem action. & ibi Ang. & Bart. & omnes, inſuper Iaſon. in l. ex hoc iure. cum ij. ſeq. ff. de iuſtit. & iure. vbi recitat quinque opin. tamen hanc dicit eſſe communem. & te-

nent Cyn.Bald.Ang.& Salic.in l. traditionibus.C. de pact.& in l.ij.C.communia vtriusque iudic.quia parum eſſet fieri ſententiam,niſi lata deman letur executioni,l.ſ.ſ.poſt originem.ff.de orig iur.& gl. in rubr.C.de execut rei iudi.Spec.in d.titu. de ſententiæ execut.& breuiter dicen ſum.verſicu.ſed ſecundum eam quæritur.vbi dicit,ſecundum Alber-
11 tum Gibelin.non autheu.habita.quia † licet vxor ſitæ ſponſa reperiatur ducta ad domum, quamuis non conſtet quod fuerit cognita: tamen præſumitur de iure ciuili matrimonium inter eos de præſenti contractum.text.eſt cum gl. in l. cui fuerit legatum.& ibi Paul. de Caſt.ff.de condit.& demonſt. & l.cum inter.& ibi Bald.& Salic C.de donat. ante nupt.& l.mulierem.& l.denique.cum l.ſeq.& ibi Bald. ff.de ritu nup. & notant Host. & Ioann.And. in c.ſi de conſa lepro.& Fel.in rubr.de ſponſ. verſi.
12 hanc eam,&c. quæ poſt contracta † & copulata habetur,quæ de præſenti copulanda eſt,arg.l. pen. ff.de eſſ.mulſ.vbi eſt ratio alia ſecundum Bal. in d. l.cum in te.& Bar.Socin.in d.l.cui fuerit.poſt prin. verſic.ſed in aliquibus (quæ ex quo ſponſæ de futuro (arg.tradita à Cum nimiter accidentibus) non dicun tur ducta domum,niſi ſint deſponſatæ de præſenti, ideo ſi reperiuntur ductæ præſumuntur deſponſatæ. Et eſt gloſſ.in dict.l.mulierem hoc tamen ve-rum,ſi probentur ſponſalia de futuro præceſſiſſe: alias ſecus,ſi ducerentur non deſponſatæ ad domũ viri,tunc non cenſetur matrimonium, nec ſponſalia. Tex eſt celebris cum ſua glo.& ibi expreſſe Bartol.in l.quæſitum.ff.de ſpon, vbi decidit hæc qu. Ad idem textus quem Bal.dicit ibi eſſe ſingul. in d. l.cum in te.& Alex.in addi.ibi,& Bart.Socin. in d. l.cui fuerit.poſt pr.verſi. ſed tu aduerte.& in conſil. viii.in 3.q vol. iij. niſi ſecundum eum ſponſa fuiſſet minima,vel tempore prohibita,vt ibi per eũ. Cum ergo in hoc caſu non fuiſſet deſponſata, nec longè poſt,nec etiam poterat fieri niſi per parentes. cap. j.de deſpon.impub.li.vj. Ex quibus infertur ſecundum Socin.in d.l.cui fuerit.ſecus eſſe,quando mari-
13 tus † duceretur ad domum vxoris.Pro quo allego text.in d.l.mulierem.quia ſecundum Soc. raro hoc contingit,& regulæ à ſingularibus ad ea, quæ communiter contingunt, non ad ea. ff. de legib. Illa fuit ratio gloſſ.in d.l.mulierem.de quo diſputat glo.in §. nuptias.Cumulen.de aupt. & tenet Archi. in capit. prius quàm.xxvij.quæſt.ij.& idem Socin.in conſil.
14 cxxxiij. imo dico, † quòd ſæpe contingit,vt dicit Bald.in leg.vſus.§.mulieri ff.de vſu & habita.quod vir vadit ad domum vxoris,ſed eſt ſignum maximę triſtitiæ, quando maritus intrat domum vxoris:vt dicit Franciſ de Crema. in ſuo ſingulari. lxvj. incipien.ſtatuto Florentino. Et prædicta ſunt vera,quo ad donationem propter nuptias,& doherium ac augmentum dotis lucrandum in vim pacti.vel conſuetudinis,aut Statuti. Tamen quòd ad veram conſum-
15 mationem matrimonij, vt † dicatur inter ſponſos de futuro copula carnali conſummatum,certè non ſ ficiet de iure canonico,quod ſeruari debet in hac materia,ſecundũ Socin.in d.l.cui fuerit.niſi ſponſalia de futuro præcedant,& ſequatur copula: quia tunc cenſetur matrimonium præſumptum, aliàs non, cùm iure cautum non reperiatur: vt c.is qui fidem. de ſpon.vnde non ſufficeret ſola ductio ad domum.
16 Quinimo † nec nixus ad copulam,vt eſt text.in ca. ſi.de ſpon.vbi hoc tenent Ioan.Cald.Anto.de But. Abb.Sicul.in ſi.& Præpoſitus Mediola.& ita de cõ ſue.Bituricen. obſeruatur: imò requiritur non ſolum quòd matrimonium fuerit de præſenti contractum,& etiam ſolennizatum in facie ſanctæ matris eccleſiæ,ſed quòd fuerit conſummatum, ad hoc vt donatio ſit prohibita,ſicut inter virum & vxorem: aliàs appellatione vxoris continetur ſponſa de præſenti:etiam non ducta ad domum viri.in fauorabilibus:quia ſolus conſenſus de præſenti, facit matrimonium,non concubitus.d.l.cui fuerit.& l.nuptias non concubitus. ff. de regul.iur.capi.ſufficiat.xxvij. quæſt.ij.ſecus in odioſis :quia odioſum eſſet, quòd pater aut parentes perderent dotem, aut donationem, vel doherium, & ſponſus vel ſponſa de præſenti reſpectiue lucraretur tantum.C.de legib. vbi dicit illum tex.eſſe not.pro ſtatutis de dote lucranda,quòd vir etiam vnius momenti lucretur:dum tamen cubauerit cum viro, licet non fuerit cognita. quod corroboratur per d.l.mulierem.cum leg. ſequent.de ritu nupt.& arg.d. l. quamuis non in cubiculum mariti venerit,&c.& cap literis.ibi:ſolum cum ſola,nudum cum nuda,in eodem lecto iacentem,&c.de præſump. in leg.iij.& ita fuit iudicatum per arreſtum,vt dixi in §.j.de conſuetu.matr.niſi fuiſſet ducta ad domum, & cubauerit, vt dictum eſt, cum ea,vt dixi in §.iij.in gloſſ.j.verſicul.& aduerte quod vxor.cod.titu. Vel ſecundum ipſum Socin. in d.l.cui fuerit.poſſet procedere, vt ſola ductio † ad 17
domum ſufficiat,altero de duobus modis.Primò,ſi fuiſſet ducta virgo, & appareret corrupta. Sed in hoc non eſt dubium. Vel ſecundo, quando iuiſſet corrupta,& maritus iuraret ſe cognouiſſe, quia tũc matrimonium probaretur,ſecundum Ioan.And.& alios in d.c.ſi.de coniug.leproſo.& gl.in d.c. ad id. de ſpon.& iſtud eſt etiam verum : quia in quocunque loco,ſiue in domo mariti, ſiue vxoris fuit cognita † ſponſa,cenſetur eſſe vxor,etiam ſi ſtatutum 18
vel conſuetudo requireret expreſſam ductionem ad domum viri:vt ſingulariter tenet idem Socin. in d.conſi.ccxxviij.Et iſtam partem tenet Fran.de Aret.in conſi.cxlij.verſi.venio igitur ad ſecundum.vbi dicit hanc eſſe communem opin.quòd per cohabitationem,non traductionem ad domum: tamen virgine deſponſata per verba de futuro non præſumitur matrimonium:vt d.c.ſi.ſecus vbi eſſent ſponſalia de præſenti, verbis & mente contrahentium, vel futura legis interpretatione,vt eſt quando ſponſalia per verba de præſenti inter inhabiles ad illa contrahendum interuenerint & perſeuerauerint vſque ad pubertatẽ.d.c.j.de deſpon impub.& l.quod Seruius.ff.de condict.ob cauſam.& ibi per doct. & idem Philip.Corn.in conſi.lxxxiiij.vol.ij. Et Bald. in d.l.quæſitum & tenet gloſſ quam ibi ſequuntur doct.in d.c.ad id.quia eo quòd in domum viri traducta patienter perficit ætatem,vt hic fecit,præſumitur conſenſiſſe.leg.minorem.ff.de ritu nupt.tamen plerunque contingit in iſtis impuberibus deſponſatis,† quòd puella ducitur nutrienda apud pa- 19
trem aut parentes ſilij : tamen dico quòd per hoc ſponſalia non tranſeant in matrimonium, nec iura aut doctores hoc volunt,niſi perſeuerauerint,vt dictum eſt vſque ad pubertatem.pro hoc bonus text. quem ſingul.facit ibi Bald.in l.pen.§.ſi.ff.quod ſal. tut.aut.& ſimul cohabitauerint,vt tenet Phil. Cor. in d.conſil.lxxxiiij. & in conſi.cxlix.volum. j. Et doct.quos † volunt per traductionem ſponſæ ad do- 20
mum viri preſumi matrimonium,intelligunt in potente ad copulam,per illum text.& tunc quòd deſponſata præſumatur de iure, quod intelligo prout ſuprà dictum eſt.Ideò in præſenti caſu valebit donatio vſusfructus,cùm matrimonium fuerit in ætate ſolennizatum, & conſummatum. & ipſa donatio

confir-

confirmata, in qua perseuerauerit vsque ad mor-
b1 tem: quia † donatio vsusfructus potest constitui etiam constante matrimonio, vt plenè not. Fran. de Curte. in consi. vj. & vij. feud. & dixi in §. j. de consuetu. mat. lib. consuet. Bituri. & And. Barba. in consil. xij. vol. j. Et hæc in proposita consultatione dicta sufficiant.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Et quidam reditus debitus certis hæredibus ex successione eorum patris, seu aliquibus ius habentibus ab eisdem hæredibus: qui quidem reditus spectat omnibus prædictis pro indiuiso: quia nunquam fuit factum partagium neque diuisio inter eosdem hæredes, seu ius super hoc habentes: & adhuc remanet communis inter ipsos.

Vtrum aliquis eorundem hæredum, seu ius habentium ab eisdem pro aliqua parte, possit experiri, & habere contra debitores eiusdem reditus solus sine aliis.

Itẽ, si aliquis agit solus, sine suis consortibus, nõne alij possint se opponere deliberationi portionis prætensæ, & dicere accipiat quò ad hanc partem, quousque fiat diuisio, seu partagium de eodem reditu, & ipsius reditus partitus seu diuisus fuerit primò & in anteà.

Item, & quibus mediis potest obiici per consortes contra agentem, ne experiatur agens sine ipsis.

SVMMÆ.

1 *Sociorum vnus potest conuenire & conueniri pro omnibus insolidum, si alij consocij tolerent. & numer. seq.*

3 *Agere non potest, cui alienatio interdicitur.*

4 *Socij quando separatim non possint agere.*

5 *Fratrum vnus non potest exercere iurisdictionem sine aliis in territorio communi, ex eo quòd successerunt patri: quia communiter id debent. Et quid si est maior natu. nu. 5. & 9. limit. 7.*

8 *In communione stare nemo cogitur, vbi res commodam diuisionem recipit.*

9 *Sociorum vnus, si intermauerit actionem nomine communitatis an iudicio suspenso per alios possit ipse prosequi partem suam.*

CONSILIVM XLV.

1 Viso facto, dico vnico verbo, quòd licet vnus † sociorum possit conuenire & cõueniri pro omnibus insolidum: vt not. Bal. & Ange. Aret. in l. iustissimè. §. præponitur actio. ff. de ædil. edict. & leg. j. in princ. & ibi gloss. in verbum. socióve. ff. de loco public. fruendo. cum not. in leg. iij. per gloss. & doctor. ff. pro socio. & bonus text. in capitul. cum M. Ferra. ibi, pro se & quatuor sociis. de constitut. quem tacit ibi singularem
2 Bal. vers. ibi, pro se, † quòd vnus potest prosequi causam communem, suam & sui consortis. & plenè ibi Felin. ante fi. vbi ponit hanc conclusionem cum pluribus limitationibus. & Barba. post Anto. & Abba. Sicul. in cap. præsentia. num. 10. & 11. de probat. hoc
a verùm si alij consocij, [a] vel cohæredes tolerant, & non contradicant, leg. ex parte hæres. ff. familia. ercisc. & ibi gloss. aut ex conuentione, & pacto inter eos habito, tunc vnus posset agere, vel vbi alij sunt absentes. leg. si tamen plures. ff. de exercit. act. tenet Bald. in dicto capi. cùm M. versi. sed nunquid, si sint duo socij. vel secundum Bald. ibi, si essent socij contractus: vt leg. fin. C. de duobus reis. & illi potest fieri solutio, & eodem modo aliis sociis: vt tenet Paul. de Castr. in consi. xxxvj. incip. Satis clara apparet res ista. volu. antiq. aliàs secus, si contradicant, & nolint quòd amplius agat. leg. quod si nolit. §. si plures. & ibi Bald. Angel. & Cæpol. Veronen. eod. tit. accedat leg. vnica. C. si communis res pign. data. & leg. ij. C. commu. diui. vbi interdicitur vni consociorum alienatio. Est † enim absurdum cui cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere, leg. ait prætor. §. j. ff. de iure delibe. possunt tamen omnes cogi constituere vnum procuratorem: & per illum litigare, per tex. in d. §. si plures. & in leg. iam tamen. §. si tamen plures. ff. iudica. solui. & ibi Bar. Pau. & Ange. & leg. huiusmodi. §. si. ff. de lega. j. Aut si omnes, secundum Cæpolam conueniant, & velint simul agere vna actione, vno libello. & eadem instantia, tunc possunt, si natura negotij hoc suadet, secundum Bartol. & doct. supra allegates. aliàs quilibet non posset agere eadem actione, de per se diuerso iudicio, vel diuerso tempore per l. j. §. item. cum ll. sequent. ff. de exercitor. actio. Et intelligo, † quando omnes sunt maio- 4
res, qui possunt prouocare ad diuisionem, & sunt capaces ad agendum: qua vnus sine aliis non possit agere, vt leg. j. & ibi expresse Guilelm. de Cug. & Bald. ff. de offic. consul. vbi † volunt, quòd vnus tra- 5
trum non potest exercere iurisdictionem sine aliis in territorio communi, ex eo quòd successerunt patri, ideo coniunctim debent exercere. allegat text. in §. canonicum. in authentic. de manda. princip. qui §. est vltimus. Si verò vnus est maior aliis, tunc de iure † & consuetudine maior natu habet tutelam, & 6
administrationem corporum bonorum ipsorum fratrum minorum: vt dixi in §. vij. & x. de statu personarum. libr. consuetudinum Biturig. & sentit Bartol. in leg. cùm pater. §. pater pluribus. ff. de lega. iij. quamuis ipse Bartol. in leg. Pomponius si vni. aliàs incipit: si vni. ff. de re iudicata. tenet contra Gul. de Cugn. quòd vnus † possit sine aliis exercere iurisdi- 7
ctionem. Sed eos concordani, prout supra, vt ; plenè dixi in tractatu, de custod. clauium portarum ciuitatum. Igitur postquam in casu præsenti non concordant, sed expresse se opponunt, & volunt venire ad diuisionem: cùm † nemo cogatur stare in commu- 8
nione, quando res commodam recipit diuisionem, vt d. §. si plures. & ibi Angel. in fin. non tortem. §. si centum. ff. de condictione indebiti, & leg. final. C. communi diuidundo. Quare possunt impedire consocium agentem, quominus possit agere insolidum sine ipsis, iuribus suprà allegatis. & ita tenet Bartol. Socin. in consi. cccxxj. versicul. iij. cum seq. & versicul. iiij. casus volu. ij. Vbi ponit, quid si † vnus intẽ 9
tauerit actionem nomine communitatis, & societatis, an iudicio suspenso per alios, possit ipse prosequi partem suam: & concludit quòd non, prout ibi vide, & in consil. xvj. num. 21. & nu. 37. volum. iiij. Et ita vt suprà, mihi videtur, correctione alterius melius me sentientis semper salua.

ADDITIO.

Si alij consocij. Adde & limita hoc non habere locum in a
sociis ædilium actionum: quia vnus tenetur & conueniri potest pro aliis. nam si sunt plures socij equorum, vel boum, & aliqui ex iis reperiuntur morbosi, tunc vnus solus tenetur insolidum, si alij non reperiantur, vt Iustissimè § primo hic al leg. de quo vide Bald. & Salic. in leg. si prædium. C. de ædil. act. & Franc. de Crema. in sing. clxv. & vide hic Rap. Fulg. in consil. ccix. incip. duobus fratribus. versic. & generali ratione probatur: & Ang. in leg. reos. §. cùm tabulis. ff. de duo. reis. & Rap. Cu. in consi. viij. cuius initium est, duo erant socij. Item secus est in custode porcorum, qui nomine domini vendidit porcos, quorum venditionem dominus non habet ratam, & negat mandatum, quòd dominus habet actionem, vt tenet Baldus in l. mandatum.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Quid si pater & mater, cùm maritarent filiam aut filias suas, fecerunt pactum, quòd dictæ suæ filiæ succederent eis: tamen nihil petere possent, nisi post mortem ipsorum parcn-

tum: & quòd superstes gauderet tanquam vsufructuarius, & ita iurauerunt: modò dictæ filiæ dicunt se saisitas post mortem alterius ipsorum tantùm, scilicet patris vel matris, quæritur an sint admittibiles

SVMMÆ.

1 *Pactum de non succedendo patri & matri, intercedente iuramento, valet.*

Et quid de pacto de non succedendo, factum in tempus mortis vltimi ipsorum, mediante iuramento.

2 *Argumentum de toto ad partem, valet.*

3 *Pactum factum inter aliquos de successione & hæreditate alicuius viuentis, non valet, nisi consensum præbeat ipse dominus.*

4 *Pactum de succedendo in totum, vel certo modo, non valet.*

5 *Pacto vbi prohibetur aliquid fieri, vt pote quia contra bonos mores, nihil tum potest consuetudo vel statutum.*

6 *Ruricensis consuetudo est, quod matrimonio consummato vir non possit inter viuos, nec in vltima voluntate, directo vel obliquè donare, vel relinquere vxori tam in proprietate, quàm in vsufructu.*

7 *Donatio inter coniuges, inter viuos prohibita, quomodo sit accipienda, & intelligenda.*

8 *Consuetudo ita accipienda est, vt quàm minimum lædatur ius commune.*

9 *Statuto stante, quod maritus nihil possit relinquere vxori præter vsumfructum medietatis bonorum, tamen licitum erit relinquere legatum alimentorum.*

10 *Alienare prohibitus extra familiam, vendere potest de consensu ipsorum, aut etiam ipsis requisitis, & nolentibus emere.*

CONSILIVM XLVI.

1 HÆC quæstio non videtur esse sine dubio. Primò videtur, quòd non sint admittibiles: quia sicut † pactum de non succedendo patri & matri, interueniente iuramento, valet, capitul. quamuis pactum. de pactis. libr. vj. & per omnes, in leg. pactum quod dotali instrumento. C. de collationibus. & in leg. pactum. C. de pactis. & in leg. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligation. ita in fortiori valere debet pactum de non succedendo factum ad tempus mortis vltimi ipsorum mediante iuramento, † cùm sit bona argumentatio de toto ad partem, leg. quæ de tota. ff. de rei vendicatione. Præterea, licet pactum † factum inter aliquos de successione, & hæreditate alicuius viuentis, non valeat, nisi consensum præbeat ipse dominus, leg. fin. C. de pactis. quæ lex habet locum in liberis, sicut in extraneis, secundum gloss. j. ibi: sed dictæ filiæ cum parentibus præbuerunt consensum non posse venire ad partagium, nisi post mortem vtriusque. igitur, &c. ¶ In contrarium quòd hîc sint duo pacta. † Primò, 4 pactum de succedendo in totum. Secundò, de succedendo certo modo, scilicet post mortem vtriusque, & non anteà sed pactum de succedendo in totum, vel certo modo, non valet. textus cum glo. in leg. ex eo. C. de inut. stipulationib. etiam cum iuramento factum, cùm sit contra bonos mores: vt tenent doctores in locis supra allegatis. & dixi in addit. ad Dynum, in regula, non est obligatorium. de regul. iuris, lib. vj. etiam si esset consuetudo approbans tale pactum, quia † vbi aliquid prohibetur fieri per pactum, quia contra bonos mores, ibi nihil potest consuetudo, aut statutum, vt not. Bartol. in leg. omnes populi. in iij. quæst. ff. de iustit. & iure. licet Bald. teneat contrarium, in l. cùm Archimedoram. C. vt in possess. lega. tamen opin. Bartol. est verior, de iure. & dixi in §. fina. de consuetud. matrimon. Item si tale pactum valeret, sequeretur, quòd maritus posset donare vsumfructum vxori, & econtra, quòd esset contra consuetudin. Biturigum, quæ prohibet quòd matrimonio consummato † vir non possit 6 inter viuos, nec in vltima voluntate de directo, vel per obliquum donare, aut relinquere vxori tam in proprietate, quàm vsufructu, vt §. j. & ibi latè dixi de consuetud. matrimon. ¶ Quid dicendum? Dico breuiter primam partem esse veram: quia licet † ex consuetudine sit prohibitum aliquid donari inter 7 viuos, vel in vltima voluntate inter coniuges, tamen debet intelligi, quando vir & vxor sibi donant inter se: secus, si omnes liberi vel proximiores capaces ad succedendum ab intestato, in quorum fauorem videtur consuetudo inducta expresse in mali vsufructus retentione consenserint, cui renuntiasse videntur, quia tunc valet, & tenet, & eis præiudicat: vt leg. fin. & ibi Bartol. Bald. & omnes Moderniores de pact. & Ioan. Alexander, & Ludouic. de Roman. in dicta leg. stipulatio hoc modo concepta. & Albertus Brunus in tractatu suo, de statut. fœminas à success. exclud. in vj. Arti. capitul. quæstion. xiij. Tum, quia licet consuetudo prædicta debeat strictè interpretari: tamen verba sunt latè † extendenda & 8 intelligenda, vt minus lædatur ius commune, quàm fit possibile: vt voluit in simili Raphael, in consil. xxx. incip. statuto cauetur quod stante † statuto, 9 quòd maritus nihil possit relinquere vxori præter vsumfructum medietatis bonorum: quòd tamen permissum erit relinquere legatum alimentorum vxori, quia inter se differunt: vt ibi per eum, quia hoc modo minus lædit ius commune. & eandem doctrinam tradidit Franciscus de Curte, in consilio septimo, versicul. quinta præmittitur conclusio. ita in hoc casu de consensu filiorum vel agnatorum ab intestato succedentium sit viro permissum donari vxori suæ, vel econtrà, ita quòd tales non possunt contra eorum iuratum consensum venire, nec impugnare illam donationem, l. post mortem. ff. de adoptio. & ita tenet Bald. in capitul. j. §. sacramenta. versicul. quæritur, si faciens testamentum, de pace iuram. firman. videntur decidere Dyn. Bartol. & doctores in leg. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verborum obligation. vbi dicunt, quòd si aliquis † est prohibitus alienare extra familiam, * potest 10 vendere de consensu ipsorum, aut etiam ipsis re- a quisitis, & nolentibus emere: bonus text. & ibi gloss. in verbo, ex familia in leg. peto. §. fratre. & ibi doct. ff. de lega. ij. & in leg. quoties. C. de fideicom. & ibi Baldus, Angel. & Iason. Et idem tenent doctores, insuper Paulus de monte Pico in repetitione leg. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de legatis. j. & Socinus in consil. ccxxvij. versicul. secundo fortius induco. volumin. j.

ADDITIO.

Extra familiam. Adde quæ suprà dixi in consil. lxxiij.

Le cas est tel.

Guillaume, Pierre, Iean, & Iean Maunourris, freres communs demourans ensemble, & estans seigneurs de la moitié a d'vne

d'vne piece de pré, assis, &c. Ledit Guillaume Maunourri le cinquiesme de Nouembre, mil quatre cens, quatre vingts & dix, vendit à perpetuel à Girard quatre liures tournois de rête sur ledit pre, & autres heritages. Le quinziesme de Septembre quatre cens, quatre vingts douze, ledit Guillaume & Pierre Maunourris, freres, prenans en main pour leurs autres freres de leur faire ratifier, &c. vendirent à perpetuel à feu Iean Augier ledit pré à la charge de sept sols six deniers tournois de rente, & des cens anciens. Le vingtiesme de Septembre, audit an, ledit feu Augier acquist dudit Girard lesdites quatres liures tournois de rente constituees par lesdits Maunourris audit Girard qui fut cinq iours apres qu'il eut acquis ledit pré. Le quinziesme de Feburier, mil cinq cens & dix, Geruais Augier fils heritier dudit feu Iean Augier vendit à perpetuel icelui pre à Iean Moireau, franc & quitte, sauf de vingt deux sols six deniers tournois de rente, & quatre deniers obol: parisis de cens, deus au seigneur Doch. Il est à noter, que ledit Guillaume Maunourri le dixhuictiesme iour de Decembre, mil quatre cens, quatre vingts & dix, qui est enuiron cinq sepmaines apres la constitution desdites quatre liure tournois de rente, taite par ledit Guillaume Maunourri audit Girard, sur ladite moitié de pré, vendit à maistre Nicole Mareschal, duquel à present Claude Rimbert ha le droit, six liures tournois de rente sur ledit pre: dont depuis ils en racheterent soixante sols tournois & par ainsi n'en reste plus que autres soixante. Desquels soixante sols tournois, ledit Rimbert fait demande audit Moireau, & des arrerages à tempore restitutionis, ensemble declaration d'ypotheque sur deux arpens dudit pré.

Quæritur, si par le rachapt que feit ledit feu Iean Augier lors estant seigneur dudit pre, icelles quatre liures tournois, seroyent & demoureroyent pas eiteintes sur luy, & tous autres, qui de luy ont cause, pourautant qu'il estoit seigneur dudit pre. Et si ledit Iean Moireau, qui en ha le droit, s'en pourroit point aider contre ledit Rimbert a present demandeur, parce qu'elles sont premier constituees, que lesdits soixante sols tournois de rente querellez par iceluy Rimbert. Ou s'il seroit point bon, que ledit Geruais Augier qui n'a vendu que ledit pré audit Moireau, intentaſt proces contre iceluy Moireau, & luy fiſt demande desdits quatre liures tournois de rente, des arrerages & declaration d'hypothecque, par ce qu'elles ont esté premieres constituees, que lesdits soixante sols tournois. Et pource que ledit Augier promiſt audit Moireau garentir ledit pré, sauf de vingtdeux sols six deniers tournois de rente, deus au seigneur Doch, s'il ne seroit pas bon, que ledit Moireau se laiſſat condamner enuers ledit Geruais Augier, ou autre ayant droit de luy, sans appeler ledit Augier, ne autre à garantie. Sur tout soit aduiſé pour le mieux, & pour le profit dudit Moireau, s'il se pourra aider de la premiere rente, & s'il seroit bon la mettre hors des mains dudit Geruais Augier: & la bailler à quelque autre, qui en feiſt demande audit Moireau: car ledit pré ne pourroit porter si grande charge, comme desdits quatre liures d'vne part, & soixante sols tournois d'autre.

SVMMÆ.

1 *Credits & debiti ius confunditur per additionem hæreditatis debitoris.*

2 *Res sua nemini seruit.*

3 *Creditor si fuerit hæres institutus, & rogatus instituere hæreditatem, nihilominus potest retinere contra petentem, virtute fideicommissi pro debito.*

4 *Successor non debet esse peiori conditione, quàm fuerit author.*

5 *Incontinents quæ fiunt ineſſe videntur.*

6 *Debitor quando acquirit, & priori creditori soluit de suo, non succedit in locum priaris, excepto iure retentionis. & numero sequenti.*

8 *Diligentia non debet suo authori nocere.*

9 *Decimam habens in aliquo agro, si ipsum agrum emat, deinde eum ipsum vendat, an decima transeat in emptorem.*

CONSILIVM XLVII.

VIsis & ponderatis omnibus supra narratis, præsens consultatio non videtur esse sine dubio: tamen prima facie videtur quòd licet per acquisitionem factam per dictum Geruasium Augier de ipso reditu quatuor librarũ Turonen. super prato debito & constituto, sit dictus extinctus, l. si is cui. ff. de statu liber. sicut per additionem hæreditatis † debitoris, ius crediti & debiti confusione extinguitur. l. debitori. C. de pactis. & hoc quantum ad effectum agendi: quia non potuit sibi remanere ius agendi contra seipsum. l. frater à fratre. cum ibi notatis. in fine primæ gl. magnæ. ff. de conditione indebiti. & ibi doctores, insuper Iason, & Paulus de Castro in consi. xix. incip. vltra ea, quæ tanguntur, vol. ix. quia † nemini sua res seruit, l. & qui duas. & l. in re communi. ff. de seruitutibus. & l. neque pignus. ff. de reg. iur. tamen si idem creditor vendat hæreditatem sui debitoris, potest consequi debitum ab emptore hæreditatis actione primæua, qua debitor tenebatur, acsi creditor nunquam fuisset hæres. text. & ibi gloss. in l. jj. §. cùm quis debitori. ff. de hæred. vel actione vend. quem ad hoc Iason in d. l. frater à fratre. facit singularem. Pro hoc † facit quòd dicit Paulus de Castro in d. consil. xix. versic secundo, quæritur, &c. quòd si creditor fuerit hæres institutus, & rogatus restituere hæreditatem, quod nihilominus potest retinere contra petentem bona virtute fideicommissi pro debito. Et sic quo ad effectum excipiendi quia secundum eum quantum ad hunc effectum, confusio, quæ resultat ex additione, non nocet, l. imponenda. C. ad legem Falcidiam. & l. debitor. ff. ad Trebellianum. sic in hoc casu videtur competere actio prædicto Augier venditori patri, pro prædicto reditu per eum acquisitio: per textum in dict l. si is cui. & ibi Benedictus de Plumbino. ff. de statuliberis. saltem exceptio, quo ad suam hypothecam duntaxat priorem respectu alterius creditoris posterioris, & subsequentis. Et quòd potest se opponere pro iure hypothecæ sui reditus ad repellendum secundum creditorem: si res non potest omnes reditus, & chargias portare, prout ponitur in facto: quemadmodum ipse Girard, à quo dictus Augier emit ipsum reditum. potuisset se opponere, in cuius locum ipse Augier succesit: aliàs † esset deterioris conditionis, & sua acquisitio sibi multum nociua, & alteri creditori tempore posteriori vtilissima: non quod videtur habere apparentiam. Et pro hac decisione videtur textus in terminis in l. si priores creditores. & ibi gloss. Bald. & Salicet. C. de iis qui in priorum cred. loc. succeſſ. vbi emens à debitore rem, si pretium perueniat ad creditores priores, quòd emptor succedit in locum ipsorum, vt possit se tueri contra omnes posteriores, vt ipsi poterant, vt l. qui à debitore. ff. qui potiores in pignore habeantur. Et sic dicatur, quod † pretiũ emptionis nõ peruenit ad priorẽ creditorẽ, sed fuit emptio, & acquisitio secũda alia per ipsũ Augier emptorẽ facta, dico q ex quo incõtinẽti quatuor aut quinque diebus post emptionẽ prati, ipse emit dictũ reditũ quatuor librarũ turo. videtur in eodem, esse cõtractu: quia quę incõtinẽti fiũt, ineſſe videtur. l. lecta. ff. si certũ petatur. & l. perẽs. C. de pact. Hoc sẽtit Bar. ff. quę res pignori vel hypothecę datę obli. nõ possũt in l. Arist. ver. itẽ primò quęro quomodo ꝓbatur, quòd ex pecunia secũdi primus creditor sit liberatus. Et ipse respõdet, q ex cõiecturis, quia fortè incõtinẽti post pecunia acceptã à secũdo, soluit pri-

mo, vt l. si ventri. §. fin. & ibi glo. & Bartol. de priuilegiis creditorum. igitur, &c. Et sic non videtur obstare. gloss. in l. j. C. de his, qui in priorum creditorum. & in d. l. Aristo. ff. quæ res pignori vel hypo-
6 thecæ datæ obligar. non possunt. quæ † tenet quòd quando debitor acquirit, & priori creditori soluit de suo, non succedit in locum prioris: hoc verum secundum Bartolum in dicta l. Aristo. nisi quo ad ius retentionis, l. vsucapio. ff. de pignoribus, & sic habetur loco pignoris, nec etiam si de alieno soluat:
7 vt quia mutuam accepit † pecuniam pro illa acquisitione, tunc quia requiruntur, vt succedat in hypotheca ille, qui sibi tradidit pecunias: vt volunt glo. in d. l. j. licet in d. l. Arist. dicat, quòd quatuor requirantur. Sed primum verius, secundùm doctores, scilicet, quod ille ad hoc dederit pecuniam, vt primò creditori soluatur. Secundò, quod verè fuerit soluta. Tertiò, quòd actum expressè sit, quod succedat in locum ipsius prioris creditoris. Et cum gloss. transeunt communiter doctores, qui casus non habent hîc locum, cùm dictus Augier non esset verus debitor primi, à quo acquisiuit: nec pariter secundi, sed emptor rei, & iuris primi creditoris. Sed gloss. & doctores loquuntur, quando debitor met, qui fecit omnia debita soluit primo creditori, quod non succedat, nisi modo suprà dicto. quoniam si prior creditor emisset à debitore rem sibi obligatã,
8 retinet rem loco pignoris: † quia sua diligentia ei obesse non debet: vt tenet gloss. quam sequitur Bartolus in dicta l. si à debitore. & textus in l. j. si antiquior creditor pignus vendiderit. & ibi Baldus & Salicetus. Quinimò etiam, si secundus creditor possideret rem sibi hypothecam, habet ius retentionis aduersus priorem creditorem: vt tenet Bartolus in l. qui generaliter. ff. qui potiores in pignore habeãtur. Et ideò hîc est necesse, quod secundus creditor offerat primo, cùm habeat ius retentionis: præcipuè cum ius hypothecæ est sibi cessum per dictum Girar priorem creditorem. dicta leg. vsucapio. & ibi Bartolus, Baldus & Salicetus. Et istud est verum, si dictus Augier non alienasset, sed per alienationem factam eidem Moireau transtulit omne ius. d. l. si is cui. ff. de stat. lib. vbi Alb. de Rom. & de Plumb. di-
9 cunt per † illum text. quod si habens decimam in aliquo agro, emat ipsum agrum, deinde vendat agrum, quod transeat decima in emptorem. Et sic dictus Moireau poterit vti iure retẽtionis & pignoris, quemadmodum Augier, & præferetur secundo creditori: nisi secundus offerat sibi debitum ratione primi reditus. Et ita in terminis tenet Guido Papæ in consilio cxxix. signanter in versic. ad tertiũ. & versi. ad quartum. & versi. ad quintum: Et ita mihi videtur, correctione alterius meliùs me sentientis, semper salua.

SVMMÆ.

1 *Episcopi an possint ex generali consuetudine, testari, & disponere de suis.*

2 *Testamẽtum suum vbi quis scripsit solenne, debet illud signare suo signo, & curare signandum sigillis testium adhibitorum & rogatorum.*

3 *Consuetudo non valet, quòd credatur literis sigillatis continentibus testamentum alicuius, nisi sit signatum.*

4 *Testamentum manu patris factum inter liberos an valeat.*

5 *Testandi omnis solennitas in testamentis ad pias causas, hodie remissa est, dum tamen appareat de voluntate perfecta.*

6 *Instrumenta sine testibus, & econtrà, non faciunt testamentum: sed simul iuncta sic.*

7 *Notarius etiã si scripserit testamentũ de testatoris voluntate, lectionẽ etiã requirit corã testibus.*

8 *Notarius debet signare testamentum à se receptũ.*

9 *Testator si declarauerit corã duobus testibus, & presbytero suã voluntatem, an valeat, sine scriptura.*

10 *Testes deponens de aliquo testamento, nisi deponant de toto tenore testamenti, non probant.*

11 *Testamẽtum factum corã septẽ testibus, si casu vel furto perierit, probari potest per duos testes.*

CONSILIVM XLVIII.

VIso certo papyri caterno, quod dicitur esse testamentum defuncti domini Petri de Sacierges, episcopi Lucionens. quod est interlineatum parafatum, glossatum seu apostillatum, & figuratum. Et habito pro constãti, quod episcopi possunt † de consuetudine generali 1
testari & disponere de eorum bonis, secundum glo. quam ibi sequuntur omnes scribentes in capit. finali. de officio ordinarij. libro sexto. & plenè dixi in §. vj. in quæstione vltima, de testamentis, libro de consuetudine & per Ioannem de Anania, in consi. xxvij. & in consil. lxxxvij. & vtrobique per Ludouicum Bologninum in addit. videtur quod testamentum sit nullum, & nullius valoris tam de iure, quàm consuetudine, quoniam dictum testamentum non est eiusdem defuncti manu, aut notarij, vel alterius signatum: quia secundum dispositionem iuris communis, quando quis † suum scripsit testamentum 2
solenne, debet illud signare, & signari ac sigillari signis & sigillis testium adhibitorum, & rogatorum facere. l. hac consultissima in principio, & l. iubemus, & ibi doct. C. de testamentis. & Instit. eodem titulo. in principio. & §. testes. ita quòd secundum Ioann. Fab. in l. omnium. C. de testamentis. non † valet consuetudo, quòd credatur literis sigillatis 3
continentibus testamentum alicuius, nisi sit signatum. vnde requiritur, vt valeat testamentum, manu propria alicuius scriptum, quod sit de consuetudine signatum, licet non sit signatum testium signis & sigillatum, vt dixi in §. j. de testa. lib. consue. Biturig. vt tenet Ange. in consi. cccc. incip. testator sua propria manu, &c. & Luc. de Pen. in l. vnicuique. quæstio. ij. & iij. C. de prępositis sacro. scrinio. lib. xii. & Paulus de Castro. in consi. cclxxviij. volu. antiq. vbi dicit, † quòd testamentum manu patris factum 4
inter liberos valet, inter quos omnis solennitas iuris est remissa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & authen. quod sine. de testa. & l. fi. cum sua authen. C. familiæ erciscundæ. & ibi Bartol. in l. si is qui testamentum, versi. quæro, quid si testator. ff. de testam. idem Phil. Corneus cons. ccxxxviij. in princ. vol. iiij. & Matthæus de Matesil. in suo sing. xlj. incip. Nota mirabilem doct. dum tamen sit per eum signatum, vel etiam consignatum, si contineat & narretur, quod eius manu sit scriptũ: vtl. cùm antiquitas §. fi. & ibi Bald. Paul. & Alex. & Iason de testam. C. & d. auth. Et si negetur, quòd probetur eius voluntas, & testamẽtũ per duos testes, etiam mulieres non rogatas, vt voluit gloss. Quam sequuntur doct. ibi in auth. quòd sine. C. de testam. Iason consi. clxxxiiij. inchoante. Circa legitimationem. num. 6. volum. ij. tenet contrarium. quòd illud testamentum manu propria scriptum & subscriptum ac sigillatum, vel per vnum testem adhibitum, non valeat sine duobus testibus, siue sit miles, siue pater inter liberos. Nec potest probari per comparationem literarum, vt voluit Alex. in consi. lxxvj. vol. iij. Nec sufficeret, q testes deponerent se literas suas cognoscere, si non

fuerunt

tuerunt præſentes, quando ſcribebat, vt tenet Angelus in authen. de teſtament. imperfect. poſt gloſſ. ibi. Sed quòd præcedens eſt communior, quam ſequitur Ludouic. de Roma. in conſi. clxxix. verſi. Non aduerſatur ratio tertia. limitat eſſe verum, quando pater diſponit in fauorem liberorum eiſdem relinquendo, vt d. §. ex imperfecto. ſecus vbi diſponit inter eos odioſè, ſcilicet adimendo, quia tunc non eſt remiſſa iuris ciuilis ſolennitas: vt in authen. hoc inter liberos, de teſtament. & ibi vide per eum. & de iſto dicto alibi dixi. Et quod dictum eſt de teſtamento patris, idem in teſtamento matris, eius manu ſcripto: quia poteſt ſcribere ſuum teſtamentum, l. cùm quis decedens. §. Titia honeſtiſsima fœmina. ff. de legatis iij. Nam in artibus liberalibus inſtrui poſſunt, l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. debeat. Et idem Ioan. de Ana. in conſilio lvij. ante finem & ibi Bologn. in addit. & Paulus de Caſtro, conſilio cccclxlvij. aliàs cccclliij. incipien. viſis & examinatis. eodem volum. antiq. dicentes quod hodie eſt remiſſa † omnis teſtandi ſolennitas in teſtamentis ad pias cauſas, dum tamen appareat de voluntate perfecta, vt dictum eſt. Sed teſtamentum dicti defuncti epiſcopi Lucionenſ. non eſt ſignatum eius manu, nec notarij, aut teſtium, nec coram teſtibus declaratum dictum caternum papyri eſſe ius teſtamentum, & vltimam voluntatem: ergo imperfectum ratione voluntatis & ſolennitatis, vt l. ex ea ſcriptura. ff. de teſtament. & ibi per omnes. tenet Bartolus in l. j. §. idem Cornelio. ff. de quæſtio. dicens quòd † inſtitutio ſine teſtibus, & econtrà, non faciunt teſtamentum, ſed ſimul iuncta faciunt teſtamentũ: licet gloſſ. in l. tractabatur. ff. de teſtamen. militari dicat ibi, quòd valet teſtamentum ſine inſtitutione hæredis. quod eſt, ſecundum Baldum ibi cauſale, & non regulare. & idem Barba. in conſilio v. lib. j. igitur, &c. Et licet dicitur † in fine dicti caterni, quò ipſe ſignaui, & ſignare fecit per duos notarios in præſentia teſtium ibidem nominatorum: quia de hoc nihil apparet. Nam etiam vbi notarius ſcripſiſſet teſtamentum de voluntate teſtatoris, ſi illud non legit coram teſtibus tale teſtamentum non valet iure teſtamenti, nec codicillorum, vt tenet Bartol. in l. fideicommiſſa. §. j. per illum textum. & glo. ibi ff. de legatis tertio. & Ioan. Andr. in addit. Specul. in titul. de inſtrumenti. edit. §. oſtenſo. verſicul. illud quoque. & per textum in l. contractus. C. de fide inſtrumento. & tenent Antonius, & Imo. in capit. j. eodem titul. & in capitul. cùm Petrus tabellio. quamuis Abbas Sicul. in dicto capitulo primo. & in cap. cum Petrus tabellio. intelligit hoc verum, quando talis actus requirit ſcripturam: aliàs ſecus, ſecundum eum: quem articulum plenè examinat Philippus Corneus, in conſilio lxxvij. in litera, L. volum. iiij. quia notarius † debet ſignare inſtrumẽtum per eum receptum, l. fina. C. de conuenien. fiſci. debi. lib. x. & l. in contractibus. C. de non numera. pec. & ita tenet Barba. in conſilio quadrageſimoſecundo verſic. præterea facit, quia illud teſtamentum, volum. iiij. & ſingul. tenet Aegid. Bellamer. conſilio j. verſicul. circa quartum, pro hoc text. in l. ſcripturas. C. qui potio. in pign. hab. ibi manu contrahentium vel notarij iuncta gloſſ. ibi. aliàs vbi probaretur per illos teſtes in illo caterno nominatos fuiſſe totum teſtamentum & vltimam integram voluntatem, & quòd coram ipſis dictus defunctus epiſcopus ita declaraſſet, tunc teſtamentum bene valeret, c. cùm eſſes. & cap. relatum. de teſtament. & Corn. in d. conſi. lxxvij. & ſing. Ioan. de Ana. in d. conſi. lvij. vbi etiam vult plus, ſi teſtator declaruerit coram duobus teſtibus & presbytero eius voluntatem, quòd † valeat ſine ſcriptura, quia ſecundum eum, quælibet vltima voluntas valet ſine ſcriptura: vt not. in d. l. fina. fam. erciſc. cùm ad eius eſſentiam non differat ſcriptum à non ſcripto, ſed bene quo ad executionem, vt not. in l. fina. C. de edict. diui Adrian. tollend. tamen aduertendum eſt ſi in iſto teſtamento dixiſſet quòd illud manu propria ſcripſerat, tunc bene valeret: vt dictum eſt, per textum in d. l. cùm antiquitas. §. fina. quòd ſi teſtes deponant † de aliquo teſtamento: niſi deponant de toto tenore teſtamenti, non probant. Eſt autem verum, quòd ſi teſtamentum factum coram ſeptem † teſtibus fuiſſet perditum vel furatum, poſſet probari per duos teſtes, ſcilicet probando caſum admiſsionis illius ſcripturæ & continentiam ipſius: vt tenet Baldus in ſing. clvj. incip. nemo prudens, &c. Tum alia ratione dictum teſtamentum, indubitanter eſt nullum, & nullam facit fidẽ, ex quo teſtator vel notarij de illis apoſtillis, & interlineaturis nullam generaliter vel ſpecificè, mentionem facit, per id quod not. Bartolus in l. diuus. §. item Senatus. ff. de falſis. & in l. ſi vnus. & ibi Paulus, Alexander, & Iaſon diſtinguit. C. de teſtament. & in l. j. §. & ideò. ff. de iis quæ in teſtamentis delentur. Baldus in authen. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo. & per Angel. & Moder. in leg. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verbo. oblig. & plenè Ioannes de Anania. in conſi. xxviij. incip. viſis & ponderatis, &c. vbi hoc probat, & poſt eum Ludouic. Bolog. ibi in addi. & Franciſcus Curtius iunior. conſi. cxlv. numero 17. & Matth. de afflic. in conſti. Neapolita. nu. 72. Et ita mihi videtur, correctione alterius melius me ſentientis ſemper ſalua.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

SVMMÆ.

1 *Ius idem vbi duo prætendunt, agens docere debet de titulo.*

2 *Allore mortuo ſubrogatus poteſt cauſam continuare, etiam cum procuratore rei ſuperſtitis, non intimando hoc aliter reo abſenti.*

3 *Beneficij ſucceſſor ex eiſdem actis, & cauſa in eodem ſtatu manente, conuenitur ſicut principalis. Eſt inſtantia tranſit in ſucceſſorem. nu. ſeq.*

5 *Caſus quando ſunt diuerſi, & nullus eſt proceſſus, tertius veniens pro intereſſe, non impedit ſententiam diffinitiuam latam inter colligantes.*

6 *Sẽtentia lata in poſſeſſorio, imponit perpetuũ ſilẽtiũ.*

7 *Subrogatus non poteſt obtẽdere contra alium, de nõ iure ipſius, niſi habeat ius ante litẽ inchoatam.*

8 *Superſtes contra tertiũ impetrantem ius defuncti litigantis, poteſt petere caſſari & annullari impetrationem factam per ipſum tertium.*

9 *Contra beneficij poſſeſſorẽ infra tamẽ annum illius, quod beneficium ex permutatione habuerat à quodam, qui ipſum pacificè tenuerat per triẽnium, an tertius poſsit titulo colorato experiri.*

10 *In beneficiorum titulis, qui ſunt omnino ſingulares, poſſeſsio vnius, alium non iuuat.*

CONSILIVM XLIX.

DIco, quòd quando duo impetrauerunt per mortem vacãtẽ dignitatem, aut beneficium, primus tuẽdus eſt, ſi parte (quæ remanſerat in proceſſu) citata, fuerit miſſus per ſententiam in poſſeſsionem: vt voluit Antõ. de But. in cap. ſæpe contingit. verſic. ſed ſi ambo cõcurrunt. de reſtitu. & ſpolia. & maximè in inter-

dicto, vnde vi, vbi arctatur agens docere de titulo: vt ipſe nota. ibi verſic. nota ergo limitationem. quia iſti duo concurrunt ad idem ius, quod defunctus,
1 litigans † habebat, & ad vtilitatem primi impetrantis ſuperſtes litigans beneficium conſentit manum regiam appoſitam leuari, cuius conſenſu viſo ita per ſententiam declaratum fuit. & ita tenet Felin. in c. quia Guliel. verſi. Item allego Rotam. &c. de iudiciis, vbi allegat Dominos de Rota deciſio. xj. incip. Item ſi agens petitorio ſuper certo beneficio. in no-
2 uis, &c. vbi dicunt quod mortuo † actore ſubrogatus poteſt cauſam continuare: etiam cum procuratore rei ſuperſtitis, non intimando hoc aliter reo abſenti. credo quod voluit allegare Rotam deciſ. ccccxl. & maximè propter literas ſubrogationis per ſubrogatum impetratas, in quibus petebat ſe admitti in eo ſtatu cauſæ, in quo erat cum defuncto: vt tenent idem Domini de Rota deciſ. iij. in antiq.
3 vbi † dicunt, quod ſucceſſor beneficij, ex eiſdem actis, & cauſa in eodem ſtatu manente conuenitur, ſicut principalis: iuxta c. ſi ij contra quos. eſt ij. vt lite pendente. lib. vj. Quid ſi vnus litigantium pendente proceſſu renunciauerit beneficium alicui, & cùm proſequeretur per alterum in cauſa procedi debere declarauit: & quòd ſi ſibi bonum videretur vocare, & adiornare faceret illum cui renuntiauerat, & quòd ampliùs non intendebat litigare, cùm nullum haberet ius. Alius verò in contrarium dicebat quòd ipſe reſignans tenebatur in ipſa cauſa procedere. Et ipſe ſi vellet, vocari faciet illum, cui reſignaſſe ſe dicit. Vnde ita fuit per arreſtum dictum, reſignantem teneri procedere, & quòd adiornari vel venire faceret illum, cui reſignauerat ad cauſam, & inſtantiam loco ſui capiendam. Et latū fuit xxiiij. Feburarij anno domini milleſimo quingēteſimo 23. Et hoc per nota. in cap. ij. vt lite non conteſta. lib. vj. & per alia iura hîc allega. aliàs cauſa non permanente in eodem ſtatu, non conuenitur, ideò opus eſt noua in petitorio inſtantia, ſi ſibi bonum videa-
4 tur. Nec † obſtat dicere, quòd inſtantia tranſeat in ſucceſſorem, hoc verum, quando agitur actione reali, ſecus ſi perſonali: vt ſi agatur petitorio, vel poſſeſſorio ſuper eccleſia, ratione tituli: quia tunc nō tranſit inſtantia ad ſucceſſorem, ſecundum Antonium de Butr. in d. capit. quia Guilielmus. & tenet Dominicus, Stephanus Aufreri. in prima parte ſtyli parlamenti. tit. de adiornandis hęredibus mortuorum, verſi. & ideò ſiue litigetur cum priuato. Tamen hodie lis tranſit: per text. in capit. ij. vt lite pendente. libro ſexto. & gl. in pragmat. titul. de pacificis poſſeſſo. in verbo poſſedit. ſed ius beneficij non, cùm ſit merè perſonale. Et vbi in hoc caſu trāſiret inſtantia, deberet intelligi, quando ſuperſtes litigans agit, & proſequitur. Sed in caſu iſto ipſe litigans qui remanſit in proceſſu, conſenſit manu leuari, prout per ſententiam leuata fuit, ad commodum primi impetrantis, ius defuncti, quod ſecundus etiā
5 poſt primum in data impetrauit. Et ſunt † caſus diuerſi, & nullus eſt proceſſus. Ideò tertius veniens pro intereſſe nō impedit ſententiam diffinitiuam latam inter iam dictos collitigantes: vt decidunt Domini de Rota. deci. cccxciiij. in antiq. etiam ſi iſte tertius appellaſſet à dicta ſententia: quia ſententia lata in
6 poſſeſſorio † imponit perpetuum ſilentium, ſecūdū ipſos Dominos de Rota, deciſio ccxxj. Prætereà nō
7 † obſtat quòd ſubrogatus nō poteſt obiicere cōtra alium de non iure ipſius, niſi habeat ius ante litē inchoatā: vt voluere Domini de Rota. deci. cccexxxiij. licet Compoſtel. voluerit contrariū, in capitul. mādatū de reſcript. Sed ipſi loquuntur, quādo ſubrogatio fuit facta per ordinariū de beneficio litigioſo in curia Romana. Secus ſi per Papam, vt voluit Rota deciſio. ccccxj. in nouis, volentes ibi plus. ante fin. verſi. ſi verò non actor, &c. quod † ſuperſtes contra 8
tertium impetrantem ius defuncti litigantis, poteſt petere caſſari & annullari impetrationē factam per ipſum tertium. Et quòd ſecundus eſt ſolùm ſubrogandus. ergo hic: cùm dictus ſubrogatus habuerit ius à ſuperſtite, & impetrauerit primò, an tertiū ius defuncti, & in eius fauorem ſententia leuationis manus Regiæ fuerit lata, tertius ad ſuſcitandā litē mortuam & extinctā non eſt admiſsibilis, l. cauſas. C. de tranſacti. Et hæc ad primā q. Quò ad ſecundā quæſt. in qua † quæritur, vtrum tertius contra poſſeſſorem 9
beneficij, infra tamen annū illius, quòd beneficium ex permutatione habuerat à quodam, qui ipſum pacificè tenuerat per trienniū titulo colorato, poſsit experiri. Hæc quæſtio, videtur per ſuprà dicta decidi, cùm ius & poſſeſsio non tranſeant in ſucceſſorem, vt volunt docto. in dicto capit. quia Gul. de iudi. maximè in iſtis collatiuis: ſecus in electiuis, vt per Innocen. & doct. in capit. quod ſicut. de elect. & quaſi in terminis tenet glo. pragma. in d. titu. de pacifi. poſſeſ. in verbo. poſſedit. vbi quærit, ſi prędeſſor poſſedit biennio titulo colorato, & ſucceſſor in eodem vno anno, & ſic triennio, quòd non obſtante poſſeſsione prędeceſſoris poterit inquietari, per iura ſuprà alleg. & in fin. dicit ita tenere Guliel. in extrauag. Ioann. xxij. execrabilis. in verbo, pluralitatem, vbi dicit, quòd in titulis † beneficiorum, qui omni- 10
no ſunt ſingulares, poſſeſsio vnius non iuuat alium: cùm in ipſis non cadat ſucceſsio iuris, vel facti: licet bene cadat ſucceſsio litis, vel inſtantiæ incœptæ, vt in præcedenti. quæſt. dictum eſt. Tamen ſi impetrauerit propter incapacitatem prædeceſſoris, qui triennio titulo colorato poſſedit illud, quòd non poſsit, per titu. de pacifi. poſſeſſ. Si verò ꝓpter ipſius poſſeſſoris incapacitatem, vt quia non eſt promotus ad ordinem ſacerdotalem. Et etiam tunc non potuit, cùm infra dictum annū beneficium ſit ſuum vt volunt communiter doct. in c. commiſſa. de elect. lib. vj. volentes quòd infra totū annum poteſt illud permutare vel reſignare, licet non poſſet infra annum promoueri ad ſacerdotium. & idem deci. capel. Tholoſ. q. ccclxxj. ſecus ſi ob alium defectum & incapacitatem, quia obtinens beneficium in irregularitate vel incapacitate exiſtens. non poteſt illud retinere, niſi vitio purgato. quod purgare non poteſt, niſi alius habuerit ius in re ad rem: vt tenet gl. in extrauag. Benedict. xj. dudum. in verb. reddimus. titulo de ſciſmati.

CASVS CONSILII SEQVENTIS.

Nobiles viri, Franciſcus le Bourcier, patruus, Maria Baſtard, mater, & Petrus le Bourcier, eiuſdem Mariæ filius, maritauerunt defunctam Magdalenam ſororem dicti Petri. Et in primo contractu matrimonij ſuprà nominati patruus, mater & frater, promiſerunt eidem Magdalenæ & eius futuro ſponſo. pro & nomine dotis, eidem Magdalenæ ſummam quingentorum ſcutorum auri. Et vltra prædictam ſummā nobiles Claudia Verniere, vxor dicti domini Franciſci promiſit centum aureos. Et in ſecundo contractu prædicti patruus, mater, frater, & Verniere, promiſerunt ſummam nongentorum aureorum, comprehenſis dictis ſex centum ſcutis prius per ipſos promiſſis, quoniam dictus ſponſus nolebat ſolennizare matrimonium, niſi haberet ampliorem dotem: ex eo quòd poſtea officium Senatus parlamenti Prouinciæ emerat. quod facere promiſit dictus patruus, qui potens erat, licet pro dote dictæ Magdalenæ non fuiſſet debita longe tanta exceſſiua ſumma, attentis defuncti eius patris facultatibus, & bonis & numero liberorum: quibus conſideratis non habuiſſet pro omni ſubceſſione patris, & dictæ matris centum libras turonen. nec profectò centum florenos. Et in ipſo contractu

ipſo contractu poſtquam dicta defuncta Magdalena quittauerat & renuntiauerat ſucceſſioni paternæ, & maternæ, mediante dicta ſumma, tunc ſoluta, voluit, & expreſsè conſenſit iuramento medio, quòd ſi decederet ſine liberis, prout accidit, quòd dos reuerteretur ad ipſos patruum, & fratré ſuum, qui ita ſtipulati ſunt: qua non obſtante, ipſa diſpoſuit de dicta dote, & in ea inſtituit maritum ſuum. Quæritur vtrum valeat tale teſtamentum in præiudicium ſtipulationis, & pacti in ipſo contractu interpoſiti. Secundò an dos prædicta poſſit peti ante annum, cùm ſit mobilis. Tertiò an poſſit conueniri ratione promiſſionis dotis reſtituendæ in loco celebrati contractus.

SVMMÆ.

1 *Matrimonium an valeat in quo dantes dotem, ſtipulati ſunt eam ſibi reddi.*
2 *Extranei qui dicantur in materia dotis.*
3 *Mater non habet locum inter liberos in poteſtate: nec regulariter tenetur dotare filiam.*
4 *Frater in dubio videtur dare dotem de bonis patris filiæ, & etiam alij extranei habentes adminiſtrationem mulieris.*
5 *Patruus & nepos ſi non fuerint ſtipulati dotem ſibi reddi, licet ad nepotem & fratrem ſpectaret onus donandi, patruus tamen non præſumitur animo donandi dotaſſe, & num. 7.*
6 *In legitima non poteſt apponi vlla conditio, onus, vel grauamen.*
8 *Pactum de futura ſucceſſione, licet non valeat: fallit tamen ratione contractus præambuli.*
9 *Dos quatenus excedit quantitatem legitimæ, eatenus poteſt ab hæredibus mulieris repeti. limi. nu. ſeq.*
11 *Contractus ſecundus primo derogat.*
12 *Extraneus ſi dotet, inſpicitur tempus contractus, ſeu promiſſionis, non tempus traditionis.*
13 *Dotis contractus, re perficitur.*
14 *Extraneus, qui dederat dotem, ſi ſtipulatus fuerit illam ex interuallo ſibi reſtitui, an valeat & operetur.*
15 *Dos metienda & conſtituenda eſt pro modo bonorum paternorum, & liberorum numero.*
16 *Res ſua quiſque poteſt legem imponere.*
17 *Dos, quæ conſiſtit in pecunia numerata, ſoluto matrimonio ſolui & reſtitui debet hæredibus mulieris, & ſtipulantibus, poſt annum, non ante: quæ autem conſtat in re immobili, ſtatim exſoluenda eſt.*
18 *Dos an ſit reſtituenda eo modo, tempore, & forma, quibus fuit ſoluta, ſi ita conuentum fuerit inter partes. Et an non habeat locum dilatio anni ad eam reſtituendam à iure ſtatuta, ſi is cui id incumbit, dilues ſit & potens. nu. ſeq.*
20 *In dotis repetitione, oportet attendere domicilium & forum viri.*
21 *Remiſsio an & quando locũ habeat in contractib.*
22 *Dotis reſtitutionis locus adiectus, attendendus eſt.*

CONSILIVM L.

A VIDETVR primò breuiter, † quò ad primã q. dicendum, Viſis dictis contractibus matrimonij, & clauſulis in ipſis contentis, quòd teſtamentum defunctæ Magdalenæ non valeat, ex quo in contractu matrimonij dantes dotem ſtipulati ſunt ſibi reddi. tex. eſt clarus. & ibi Cy. Bal. Ang. & Saly. in l. vnic. §. accedit. C. de rei vxo. act. & in l. auia. & l. fin. in princip. & ibi Bal. in verſi. ſtipulatus eſt. Et Ang. ſingulariter. C. de iure dotium. Accedant not. in l. ſi cùm dotem. in princip. & §. ſi mulier. & in l. poſt dotem. & in l. Caius. & l. quoties. in prin. & §. j. & vtrobique per omnes. inſuper Alex. ff. ſol. matr. Quoniam præfati patruus, mater, & frater defunctæ Magdalenæ, & Verrinicre tanquam extranei promiſerunt dotem, d. l. vnic. §. extraneum. vbi dicitur † quòd omnes illi dicuntur in hac materia extranei, qui non habent mulierem in poteſtate, 2
& d. l. Caius. De matre certum eſt, quòd † non habet 3
liberos in poteſtate: vt §. fœminæ. inſt. de adopt. nec tenetur dotare filiam regulariter: vt l. neq; mater. & d. l. auia. de iure dot. & gl. Sal. & doct. in l. ſi. de dotis promiſ. & licet † frater videatur dare dotem de bo- 4
nis patris filiæ, & etiam alij extranei habentes adminiſtrationem mulieris: vt voluit gl. quam ſequuntur Iac. de Rubal. Ang. & Saly. in iij. & vj. q. in d. l. fin. de dotis promiſ. & Barth. Sozi. in conſ. ccxcj. incip. viſis literis. verſ. præterea dico, & verſ. iij. quia tunc. vol. ij. tamen non animo donandi, ſed repetendi: vt per gl. & doct. in d. l. ſi. & tenet Bal. in conſ. lxxiij. in pr. vol. j. & conſ. cclv. vel inſtrumenti. vol. iiij. Et hanc concluſionem tenet Phil. Corn. conſ. cxxiiij. incip. viſo puncto. lib. j. vbi in fortioribus terminis vult, q
† patruus, & nepos ſtipulati non fuerint dotem ſibi 5
reddi, licet ad nepotem & fratrem filiæ ſpectaret onus dotandi, quòd tamen patruus non præſumitur animo donandi dotaſſe: vt ibi per eũ. Sed in caſu præſenti omnes ſtipulati ſunt dotem patruo, & fratri reddi, & reſtitui in caſu mortis dictæ Magdalenæ, ſi ſine liberis decederet: & hoc ante nuptias, quod fieri ſemper poteſt: d. l. quoties, ſoluto matrimonio. Quæ ita expreſsè poſtquam quittauit, & renuntiauit ſucceſſioni paternæ & maternæ conſenſit. per quod eſt dare reſpõſum ad id quòd † maritus obiicere ni- 6
titur, quòd in legitima apponi non poteſt aliqua cõditio, onus, vel grauamen. l. quoniam in prioribus, & l. ſi quando. in prin. ff. de inoff. teſta. c. Raynaldus. de teſtam. & c. j. eo. lib. vj. quia nullum appoſitum fuit grauamen in dote ſibi promiſſa. Sed poſtquam ius fuerat † ſibi quæſitum, de expreſſo eius ſponſi conſenſu, voluit, quòd dos in caſu præmiſſo reuerteretur ad patruum, & nepotem, quod potuit: vt tenet gl. in d. l. auia. vnde ſecundum Cy. Iac. de Aret. Bal. & Sali. ibi: licet nullum ius fuerit mulieri dotatæ quæſitum: tamen valet propter dotis, & mulieris conſenſum, vt 7
ibi. Præterea, licet † pactum de futura ſucceſſione, 8
non valeat, l. ſi. C. de pact. & l. hæreditas. C. de pact. conuen. ſuper dote. & l. pactum, quod dotali. C. de colla. tamen fallit in caſu iſto, ratione contractus præambuli: vt l. ſi cùm dotem. §. ſi vir. qui. §. legitur cum §. ſiue autem. & ibi Alexan. ita tenet in primo not. ff. ſoluto matrimonio. Quinimò poteſt grauari in teſtamento ſub prædicta conditione, ſi decedat ſine liberis, quòd † dos reuertatur: quia quatenus ex- 9
cedit quantitatem legitimæ, eatenus poteſt ab hæredibus mulieris repeti: vt tenent doct. in iuribus ſuprà allega. & plenè Philipp. Corneus conſ. cclxxxix. incip. viſis nonnullis inſtrumentis. volum. iij. Bald. conſ. cliiij. verſ. iij. quæritur. volum. ij. & conſ. lxiiij. verſic. Modò venio ad ea. vol. iij. & in l. fin. §. filiæ. ff. de lega. ij. & And. Barba. in conſ. lxvj. verſic. Nunc aggredior dubium. volum. iij. & Guido Papæ in tract. ſuo caſu matrimonialis. cum ſequen. Secus ſi pater in teſtamento legaſſet dotem filiæ, & poſteà † frater dotans ſororem pactum dotis reſtituendæ 10
ſibi appoſuerit: quòd non poteſt minuere ius teſtamenti: vt voluit Bal. in d. l. auia. verſ. ex hac dicta gl. Sed hîc non agitur ex teſtamento, ſed ex conuentione, vt dictum eſt: per quam voluit dicta defuncta in dotis promiſsione & ſolutione, quòd dos ipſa reſti-

tueretur, ſeu reuerteretur ad patruum, & fratrem: quæ conuentio & pactum etiam nudum valuit: vt d. §. accedit. & d. l. auia. & ibi Bald. & Salice. & aliis iuribus ſuprà alleg. cùm ſit veſtitum cohærentia contractus, & traditionis: vt ibi, & tenet Corneus in d. conſ. cclxxxix. Per quod eſt dare reſponſum ad id,
11 quod allegat † maritus, quòd in primo contractu fuit pactum de reſtituendo hæredibus ipſius Magdalenæ. hoc facit contra ipſum: quia nunc per ſecundum contractum fuit illi in hoc derogatum, & innouatũ: vt apparet per ipſum ſecundum contractum, dum in eo dicitur: Item quòd alia quæcunque pacta & conuentiones, tam iocalia quàm alia quæcunque appoſita in dicto contractu matrimonij, de quibus hic non eſt facta mentio nec derogatum, remaneant in eorum robore, & firmitate. Tum quia licet in
12 † extraneo dotante inſpiciatur tempus contractus ſeu promiſſionis, non tempus traditionis: vt voluit gl. in d. §. accedit. quam ſequuntur ibi Bart. & Salic. hoc verum ſecundum Bald. niſi pactum cœpiſſet à traditione dotis, vt d. l. ex morte. in fin. & ibi Bald. & Salic. C. de pact. conuen. ſuper dote. & d. l. quoties. ff. ſol. matrim. & l. perfecta donatio. C. de do. quæ ſub. mod. & ſic intelligit Bal. illam gl. & idem dicit Bal. in conſ. xlij. incip. ad euidentiam eſt præmittendum. vol. primo. quod quidem repetitur de verbo ad verbum in iiij. volu. ccclxvj. Et per hoc. Nam contra-
13 ctus † dotis eſt contractus qui re perficitur. Et ſi non incipiat à traditione, ſed à promiſſione, non dicitur contractus dotis, prout declarat Bart. in l. iuriſgentium. in fin. prin. ff. de pact. & tenet Bart. & Sozin. in conſ. lv. vol. ij. verſ. ſed ad hoc reſpondet. & in conſ. lxvj. in fi. vol. j. Sed hîc in contractu per maritũ nouato ſeu de nouo celebrato ante diem nuptiarum, quo ad maiorem dotem, & ſolutionem ſeu traditionem, factum fuit expreſſe pactum & conuentum inter omnes ipſas partes, medio iuramento, de dicta dote tam in primo, quàm in ſecundo aucta, ſcilicet de nongentis aureis, & ibidem de incontinenti ſoluta reſtituenda: quod valuit vt dictum eſt, vnde cùm maritus eius nollet ſtare primæ promiſſioni dotis, conueniens fuit factus nouus contractus dotis, quod poteſt fieri, etiam conſtante matrimonio, d. l. quoties. & l. fi. C. de dona. ante nupt. & tenet Bal. in cõſ. xcj. in fi. vol. ij. & Ang. in conſ. v. inci. Andræas Ioannis. & ita tenet Alb. de Roſa. in d. §. accidit. & Pet. de Ancha. in conſ. xxij. cum ſeq. & Alex. & pro hoc eſt gl. in d. l. ſi cùm dotem. §. ſi mulier. & ibi Lud. Bologn. in primis interpret. in l. ij. ſoluto matrimonio. ſecus autem ſecundum Sozin. ibi in iij. notab. & etiã doct. ſuprà allegatos, ſi promiſſio de reddenda dote ex interuallo ſine conſenſu mulieris fieret per maritum extraneo, quia fieri tunc non poſſet, ex quo ius eſt quæſitum mulieri, d. §. accidit. pro quo allego ſing. tex. in l. cùm pater. §. mater filiis ſuis. ff. de leg. ij. Et tenet Philip. Corn. in conſ. cclxxxvj. incip. pub. conſultatio. vol. iiij. & Paulus de Caſt. in cõſ. ccccliij. aliàs ccccxlviij. incip. pro fundamento prædictorum. vol. antiq. tamen Soz. in ſuis reg. videlicet ccclxxxij. videtur ſentire oppoſitum, quòd ſi extraneus, qui
14 dederat † dotem, ſtipulatus fuerit illam ex interuallo ſibi reſtitui, quòd valeat, & operabitur iſta ſecunda ſtipulatio, vt ſtatim & incontinenti dos mobilis, quæ ante annum ſoluto matrimonio exigi non poteſt, vt dicã in ij. q. poſſit exigi, vt aliquid operetur, ſicut operatur legatũ caſu prædicto, allegando Iac. de Aret. Bar. & Moder. in l. diuortio. in fi. ff. ſol. mat. Et alium operatur effectum dicta promiſſio facta extraneo de reſtituenda dote, vt integraliter teneatur, & ſic perdat priuilegium, ne cõueniatur niſi in-
quantum facere poteſt. l. Neſennius. in pr. & l. ſi prętor. & ibi gl. Bar. & omnes Moder. ff. ſol. matr. Et in omnem euentum, vbi legitima deberet remanere eidẽ Magdalenę integra, de qua poſſet teſtari: tamen illa aſcendere non poſſet ad centum florenos Delphinales, attentis bonis patris & liberorum, ſecundũ quos † dos conſtitui debet, l. quæro. ff. de iure dot. Et 15
niſi dictus dom. Franciſcus patruus interuenuiſſet ipſas neptes, quæ erant numero ſeptem vltra dictum fratrem, & ipſas maritaſſet, profectò remanſiſſent indotatæ: & hoc eſt plus quàm manifeſtum: ideò illud quod excedit, debet reſtitui. & iſtud eſt clarum, quia † dictus patruus potuit imponere legem rei 16
ſuæ, d. §. accidit. Tum quia mater, cui minus legitima per ipſam Magdalenam filiam relinquitur, poteſt agere ad ſupplementum, per not. in l. cùm filium. & l. omnimodo. C. de inof. teſt. ¶ Quo † ad ſe- 17
cũdam q.ª dico, quòd licet de iure ſol. mat. dos, quæ a
in pecunia numerata cõſiſtit, ſolui & reſtitui debeat poſt annum, hæredibus mulieris, aut ſtipulantibus, & non antè, vt in l. diuortio. tradunt Bar. & Moder. ff. ſol. mat. tamen † hîc inter partes cõuentum eſt do- 18
tem reſtitui eo modo, tempore, & forma quibus fuit ſoluta: vt patet per primum contractum. Sed dos integraliter ſoluta, & pagata fuit in ipſo contractu, & ante diem ſolennitatis nuptiarum, vt patet per ſecundum contractum, ergo ſtatim ſoluto matrimonio ſolui debet. tex. eſt ſingu. in l. Attilicinus. ff. de pact. dot. & in l. aliud. eo. ti. Tum etiam vt ſecunda ſtipulatio aliquid operetur, ſecundum Bart. in d. l. diuortio. §. fi. vt dictum eſt. Tum quia in diuite b & potẽ- b
te, vt ſunt pater & filius partes aduerſæ, tunc nõ habet locum ad ſoluendum † & reſtituendũ dotẽ anni 19
dilatio, ſed ſtatim, non expectato anno, ſecundum Ang. in d. §. interdum. & in §. fi. in auth. de fideiuſ. & idem Iac. Cyn. & Goffre. in d. §. exacto. licet Salic. ibi teneat contrarium. ſequendo Bar. in d. l. diuortio. §. fi. Et idem Iaſ. in §. fuerat. verſ. ad id autem quod dixi ſuprà inſt. de act. vbi dicit iſtam vltimam opinio. Salic. eſſe communem: tamen ex quo hîc conuentũ eſt dotis reſtitutionem fieri debere terminis, quibus fuit ſoluta, ſtatim ſoluto matrimonio, cùm in ipſo contractu matrimonij fuerit integraliter ſoluta, vt dictũ eſt, reddi debet. ¶ Quo ad tertiam q.ª dico, ꝙ c
licet regulariter † in repetitione dotis attendatur 20
domicilium & forus viri, l. exigere dotem. & ibi Bar. Angel. & Paulus de Caſtr. ff. de iudic. & omnes in l. cunctos populos. C. de ſumma trinita. Fallit ſecundum Bald. in rubr. de priuilegio dotis. verſicul. quædam in eius repetitione, &c. quando extraneus ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi, quòd in hoc caſu non habet locum d. l. exigere, & ceſſat ſecundum eum, ſequela fori. Nam extraneus non transfertur in forum viri. idem tenet Felin. in cap. primo, verſic. iiij. limita, niſi extraneus. de ſponſa. vbi ponit ſeptem limitationes ad d. l. exigere. & iſta eſt quarta in ordine.
† Tum quia in contractibus non habet locum re- 21
miſsio, vt habetur in l. hæres abſens. §. ſi quis tutelam. de iudi. & in cap. Romana. §. contrahentes. & ibi Lanfranc. in repet. de foro competen. tamen ex quo principaliter prorogauerunt, & ſe ſubmiſerunt iuriſdictioni & coertioni curiæ Delphinalis, ideò poſſunt conueniri in Delphinatu, non obſtante priuilegio Prouincialium. text. eſt in capitul. dilecti. de foro competen. & omnes in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. quia videntur renuntiaſſe priuilegio eorum: vt voluit gloſſ. ſingularis in l. prima. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. Item, quia ita

iuraue-

iurauerunt,ideò tenentur ibi reſpondere,vt §. quidã iurent. in authen.de exhiben.reis.& tenet Ludo.de Rom.in ſingul.cclxxxj.& Paul.de Caſt.in d.l.hæres
22 abſens. §. ſi quis tutelam. quia locus † reſtitutioni dotis adiectus eſt attendendus,vt voluit Bald.in cõſi. ccxxix. vol. j. Et ita mihi videtur,correctione alterius meliùs me ſentientis ſemper ſalua.

ADDITIONES.

a Quo ad ſecundam q. Adde Quid ſi res dotalis immobilis vendatur, & ex pretio maritus emat res mobiles, an debeat ſtatim reſtitui.cùm cenſeatur ſubrogata:quia ſubrogatum ſapit & cap.an verò debeat expectari annus?Lud. de Rom.ſingul. ccxxvij. incip. tu habes. l.vnicam,de rei vxoriæ actione, &c. tenet quòd debet expectari annus : & iudicantur vt res mobiles. allegat tex.qui clarus eſt in l.cùm in fundo.§.ſi fundus communis.ff.de iure dotium.& ita dicit ſe conſuluiſſe.

b Tum quia in diuite. Adde Ludo de Rom.in ſingul.ccccclxj. & Alex.in l.debitoribus.ff.de re iudica. Et Paul. de Caſtr.in l. non ſolùm.ff.ſol.mat.vb. limitat hoc dictum,quòd hæres dicitur teneri ſtatim mobilia ſoluere niſi hæres fuiſſet percepturus aliquam commoditatem ex recentiore talium iurium mobilium.& idem Alexand. in d.l.diuortio.§.fin. Et alium caſum adde, quando maritus legauit dotem vxori,quòd ſtatim debet ſolui, vt inſtitutionib. de lega.§.ſed ſi vxori.& ibi Ang. Aret.& in tra.de teſta.in gl. Item relinquit B.rius vxori dotes ſuas.

c Quod ad tertiam quæſtionem. Adde quid in promittente dotem.quæ mutauit domicilium in alia ſeneſchalia, an maritus ſequi teneatur forum ipſius promittentis? Dic quòd non. Tum primo, quia ratione contractus, ibi promittens & contrahens ſortitur forum. c. fin.de foro compet.l.hæres aliquis. de iudi.l.contraxiſſe.ff. de act. Tum ſecundo, quia forum viri attenditur tam in exactione quàm retentione dotis. ibi habet domicilium,vt l.exigere. vt vol. Bald.in d l. hæres abſens & Fel.in d.c.j.verſi.v. limitari poteſt.de ſpon.quia ſecundum ipſos nedum ubi poteſt eo uenire in loco, in quo deſtinatur ſolutio, vt l.quæro.ff.de ſolu. ſed etiam in loco contractus, ſi ibi habet vir domicilium & præcipuè ſecundum Felin.quãdo eſſet vtilius marito vti conſuet. loci contractus & ita fuit dictum per arreſtum latum Parmæ die x. Februarij, anno domini quingenteſimo decimonono ſupra mille, contra Iaquetam Bertrande à Seneſchalo Xantonenſi appellantem,in fauorem Iacobi de Rabayne, tam nomine ſuo, quàm adminiſtratorio Bonaventuræ filiæ ſuæ appellati.

Le cas eſt tel.

Il y a enuiron xx.ans, que Pierre B.& Marie, &c. furent mariez & conioincts enſemble, & communs en biens meubles & acqueſts, à la perſuaſion dudit Pierre,mari,qui cuidoit que ladite Marie ſa femme qui eſtoit malade, deuſt mourir dans xx.iours, ou plus toſt, feirent don mutuel l'vn à l'autre de tous leurs meubles & acqueſts, paſſé par vn notaire, qui qui eſt auſſi & eſtoit irreuocable, & fait le plus ample, qu'on l'euſt peu faire.

Ledit Pierre mari, puis demi an ença, voyant qu'il eſtoit malade, auant ſon treſpas vn mois ou deux reuoque ce don mutuel, ſans le conſentement de ladite femme, ne ſans l'appeler.

Quæritur, ſi ceſte reuocation eſt ſuffiſante pour annichiler le don mutuel,&c.

SVMMÆ.

1 *Donatio inter virum & vxorem licet regulariter non valeat, niſi morte confirmetur : fallit tamen,quando eſt mutua donatio, & reciproca.*

2 *Iuramentum de futuro, ſeruandum eſt quando eſt ſine interitu ſalutis æternæ.*

3 *Donatio de mobilibus & conqueſtibus ſolum fieri poteſt inter coniuges, etiam ſi conſuetudo prohiberet donationem inter ipſos.*

4 *Donatio inter coniuges, num valeat, in qua ſunt inſertæ multæ cauſæ,renũtiationes,ac clauſulæ ipſam donationem corroborantes.*

CONSILIVM LI.

VIDETVR breuiter in caſu præmiſſo dicendum, quòd licet † regulariter 1 donatio facta inter virum & vxorem non valeat, vt l.j.&ij.cum l.ſequenti. ff.de dona.inter virum & vxorem.niſi morte confirmetur l.cùm hic ſtatus. §.j ff.eod.tit. & l.donationes.C. eo. cum aliis per nos allegatis.in §. j. de conſue. matrim. in prin. lib. conſue. Biturigum. & ſic poſsit reuocari talis donatio, vt d. iurib. fallit tamen,quando eſt mutua donatio,ſeu reciproca,& viſitudinaria facta inter coniuges,etiam conſtante matrimonio : quæ valet, vt tenet formaliter Cyn.in l.ſi pater. quem ibi ſequuntur Bald. Salicetus,Paulus de Caſtro in ſi.& Iaſon plenè.C.de inofficio.teſtamento, & alij doctores per nos allega. in dicto §.j.cum tribus ſequentibus : & maximè quando eſt iuramento vallata:quia iuramentum in hoc † 2 caſu interponitur ſuper expreſſa donatione, quæ non reſpicit aliquid de præterito,in fraudẽ legis,ſed futurũ reſpicit ſcilicet ꝙ non venient contra. quo caſu iuramentum de futuro ſeruari poteſt, & ſeruandum eſt, quando eſt ſine interitu ſalutis æternæ, ca.ſi verò de iureiurando. & ita tenet Alexander in l.ſi donatione.C.de collationi.& Ioan.de Imo. in c. cum contingat. de iureiurando. & Ang. Aret. in §. fiierat.Inſtit.de actionibus.& Bart.Soxmus, in conſil. lxvij. verſiculo ſecundò videtur. cum verſiculo ſequenti.& conſi.lxviij. & in conſil.cxv.volum.primo.& Bald.in conſil. xxix.incipien.caſus, vir donauit vxori. volum.iij. & ſic † maritus non potuit re- 3 uocare prædictam donationem reciprocam, inſcia & ignorante dicta eius vxore:præcipuè in hoc caſu, cùm d.donatio ſit facta de mobilibus & conqueſtibus ſolum,quæ fieri potuit inter coniuges, etiam ſi conſuetudo prohiberet donationem fieri inter ipſos:vt voluerunt Domini de Rota. in deciſione cccxlij.incipiente, cõſuetudo.in antiq.& Bernardus de Biſgneto. in deciſione ij. titul. de pactis, & idem Nicolaus de Vbaldis in tracta. ſuo de ſucceſſione ab inteſtato.in quarta parte.quæſt. vltima.& Paulus de Caſtro in conſil. clxxij.incipiente, in caſu præſenti, volumine nouorum. cum aliis per nos allegatis in §.ij.in additio. & intellige de conſuetudine matrimonij & alibi ſæpe.Quid ſi proprer diſcordiam cum marito habitam vxor de domo eius receſsit,& vadit ad domum parentum:& non vult redire domum, niſi maritus donet vel ſibi remittat pactum factum in contractu matrimonij de dote lucranda,vel parte eius, aut illud maritus ex ſtatuto vel conſuetudine de dicta dote lucrari debet, ſibi quitet. Et maritus propter ſcandalum euitandum, & pacem concordiam futuram cum vxore habendam,remiſerit,aut donauerit quòd talis remiſsio vel donatio non valet : quia venalis concordia inter coniuges eſt prohibita, textus eſt celebris, ſecundum lecturam glo. veram in l. ſi libris ſublatis. ff.de pactis dot. & ita tenet Ludouic. de Roma. in ſuo ſingulari ccccclxxviij.incipiente,pone caſum. Tum † quia in dicta donatione ſunt incertæ multæ cau- 4 ſæ,& renuntiationes ac clauſulæ (vt dicitur in prædicta facti narratiua) ipſam donationem corroborantes, & confirmantes, ſuper quibus non poſſum aliquid ſcribere, cùm mihi non fuerint tranſmiſſæ. Et cum iis tranſeo pro præſenti.

SVMMÆ.

1 *Biturigenſis conſuetudo, quod tenens rem in cenſum non primetur re cenſuali, etiam ſi ceſſaris ſoluere cenſum,an valeat.*

2 *Venditor tenetur ostendere emptori instrumenta, per quæ iura fundatur.*

3 *Vasallus vbi negat se tenere rem in censum à domino, domini est, probare rem illam dependere à suo dominio. Et quando ille possit vti iure retentionis. vn. seq.*

5 *Et num possit dominus protestari de commisso contra emphyteutam, seu censatarium si ille animo fraudadi celet instrumentũ acquisitionis.*

6 *Vasallus seu emphyteuta quomodo & quando cadat in commissum.*

CONSILIVM LII.

LICET de consuetudine Borbonien si, Burgundiæ, & Bituricensi, cẽsatarius, & tenens rem censatariam, propter cessationem solutionis census, & aliorum † iurium non priuetur re censuali: pro qua consuetudine est gl. quam ibi sequuntur Innocentius, & Abbas Sicul. & Moderniores in capitul. constitutus, de religion. do. & Hippolytus de Marsiliis in singulari xcv. & Antonius Corset. in singul. citatio. incipiente, licet citatio de comparendo, &c. circa medium. cum aliis per me allegatis in §. xxiiij. & xxv. de consuetudine feudorum & censualium. libro consuetud. Biturigum tamen dominus directus, potest cogere censatarium aut emphyteutam, vel vasallum ostendere instrumenta aut denumerationes rerum, quas ab eo tenet: vt voluit Baldus in l. instrumẽta. C. de fideicommissis. per gloss. quam facit singularem in l. secunda. & ibi idem tenet Ioannes de Platea. versiculo, septimò nota. & Lucas de Penna. C. quando & quibus quarta pars debe. libro decimo. Et tenet singulariter Iacobus de sancto Georgio in tractatu suo feudorum, in gloss. dictique vasalli promiserunt. versiculo, insuper quæro. & versiculo, nunc quæro. de quotidiana quæstione. vbi arguit pro vtraque parte: & tamen concludit, quòd tenetur docere de instrumẽto, acquisitionis, & Speculator in titulo de emphyteut. §. nunc aliqua. versicul. lix. & versiculo. lxvj. & Barto. Baldus, & Alexander in additionib. ad Bart. in l. Titius hæres. per illum text. ff. de actionib. empt. vbi venditor tenetur † emptori instrumenta, per quæ iura fundãtur, ostendere. & idem Baldus in consilio ccl. in fine, volumine primo, & Angelus in l. si in rem. ff. de rei vendicatione. cum aliis iuribus infinitis per me allegatis in §. duodecimo, & decimosexto. de consuetudine feudorum. libro consuetudi. Biturigum. Et hoc verum, quando vasallus vel censatarius, aut emphyteuta nõ negat se vasallum, aut censatarium: secus si negaret se vasallum, vel teneret incensum † ab ipso domino: quia tunc dominus tenetur ostendere & probare rem dependere à suo dominio. capitu. prævenit. de censib. nisi dominus esset in quasi possessione percipiendi ius suum, tunc esset tuẽdus. capitul. querelam. de electi. Ita tenet Specula. in §. nunc aliqua. versicul. lxiiij. cum sequen. Et quandiu de proprietate disputatur debet percipere censum, nec possunt rustici sibi vel eius hæredibus subtrahere, l. litibus. C. de agric. & censi. lib. xj. ita tenet Bald. in consil. xliiij. in fin. versic. concludo. volum. iij. tamen non debet facere dominus prout fecit quidam nobilis suo subdito, qui petebat vt ostenderet sibi quomodo tenebat ab eodem terram suam, qui nobilis pro instrumẽto & libello obtulit ensem, & amputauit de facto rustico eunti ad iudicium crura: vt refert Cyn. in l. cõperit. in vltim. q. C. de præscript. long. temp. qui dicit quod dictus nobilis bene fecit, quia legalis ensis non defuit secundum eum, cui humana creatura subiicitur. Et ideò dominus potest de iure & cõsuetudine saisire seu assignare rem censualem à suo censuo dependentem, illam assignationem notificando possessori. Et si se opponat, & non neget, vel neget, docto prius in hoc casu per dominum se esse directum dominum, quòd tenetur docere de instrumento acquisitionis: vt tenent doct. suprà alleg. & Albe. de Rosa. & Modern. in l. plures apochis. C. de fi. instru. aliâs dominus priuaretur iuribus suis sibi occasione mutationis factæ, scilicet rachaptis, accordamentis, & vendis, siue laudemiis, ac censu quotannis debitis, & pariter facultate, & iure retentionis siue prælationis, † quòd ius ipse de iure & consuetudine habet, vt l. ij. ver. si quidem dominus maluerit, &c. Et ibi omnes doct. insuper Iason. C. de iure emphyt. quo quidem iure prælationis & retentionis non potest vti de consuetudine, nisi post oblationem & exhibitionem, siue ostensionem dictarum literarum, & instrumentorum emptionis & acquisitionis. Et si non teneretur exhibere censatarius, aut vasallus, dominus priuatur dictis iuribus: potest tamen dominus protestari † de commisso contra tenentiarium siue censatariũ, si animo fraudandi ipsum recelat instrumentum acquisitionis, aut notarium, qui illud recipit, non nominet, vel etiam, si non recelat: sed in instrumento & litera venditionis apponere, & scribere fecit modicum pretium, videlicet decem, cum emisset viginti, vt ipse dominus minora iura caperet, vel econtrà apponere fecit viginti, cum emisset pro decem, vt dominus carius habeat rem, si retinere velit: quia in † his casibus propter mendacium potest res cadere in commissum, nisi pœniteat & dicat veritatem: vt tenet Pet. Iaco. in titu. de actione in rem pro re emphyt. & Spec. de iure emphy. §. nunc aliqua. versicu. xcij. & dixi in §. ij. de consuetu. reten. rerum feud. & Alb. de Ros. in l. eum, qui. §. cum igitur. ff. de in diẽ adiect. Et ita vt s. videtur mihi, salua alterius melius me sentientis correctione.

1 2 3 5 6

SVMMÆ.

1 *Hæredem se simpliciter gerens, sine inuentario, an præferendus sit alij se gerenti cum beneficio inuentarij.*

2 *Testatoris interest habere hæredem.*

3 *Hæres siue suus, siue extraneus, tenetur facere inuentarium, aliàs tenetur vltra vires hæreditarias. Et quid in foro conscientiæ. Et an teneatur ad pia legata soluenda, num. seq. & 15.*

5 *Hæres per realem immissionem magis est hæres, quam per existentiam sui hæredis.*

6 *Hæres adeundo simpliciter hæreditatem, videtur quasi contrahere cum legatarius.*

7 *Filius in potestate, reputatur hæres: velit nolit.*

8 *Hæredum plures sunt species.*

9 *Hæreditatem adiens cum beneficio inuentarij, non debet iure & parte eum contingente priuari, propter simplicem voluntariam alterius cohæredis additionem.*

10 *Beneficia quibuscunque concessa, accipienda sunt circa cuiusquam iniuriam.*

11 *Hæres ex asse, potest se hæredem simplicem gerere.*

12 *Testatis causa quandiu locum habet, non est locus ab intestato.*

13 *Hæres semel, non desinit esse hæres.*

14 *Hæredes plures si sunt, & vnus fecerit suo nomine inuentarium, alij id possunt facere simul, vel diuisim.*

16 *Hæredi*

Digitized by Google

16 *Hæredi inſtituto præfertur hæres, ab inteſtato, propter voluntatem defuncti.*

17 *Hæres poteſt ſibi præiudicare in hoc, quod ſibi debetur ex Falcidia.*

18 *Pater ſi exhæredauit inſtè filium ſuum, & hæres inſtitutus non vult adire hæreditatem, cui nullus datus eſt ſubſtitutus, talis filius exhæredatus poteſt ſuccedere ab inteſtato.*

CONSILIVM LIII.

SÆPE in Cancellaria per aduocatos, referendarios, & alios fuit mihi petita quæſtio, an ſi quis ſine † inuentario
1 ſe hæredem ſimpliciter gerat, præferri debeat alij ſe gerenti hæredem cum beneficio inuentarij, &c. Et præſuppono, quòd quidá ſunt hæredes effectualiter: quidá ſunt hæredes nudo nomine, & quid poſsint iſti, vide Bar. Alex. Fr. de Are. Sozin. & Iaſ. in l. ſi filius qui patri. in vlt. q. ff. de vulga. & pupill. Et videtur primò quòd ſic: quia
2 † intereſt teſtatoris habere hęredem & ſucceſſorem. l. & quia hoc. & ibi Iac. de ſancto Georg. ff. de inter. act. & maximè in l. Iulianus. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſt. aliàs impugnatur vtilitas creditorum, quorum intereſt defunctos ſine hærede non decedere: vt habeant quem conuenire valeant, l. & ſuum, §. fi. & ibi not. gl. & doct. ff. de pactis. Et no. in rub. C. de ſucceſ. edict. per doct. & Ludouic. Gomeſ. in §. item ſi quis in fraudem. nu. 19. Inſt. de actio. Et ne quis ſine ſucceſſore moriatur, vt §. adhuc ibi, ne quis. inſt. de bo. poſſ. aliàs ad ſui honorem dedecus eſſet defuncto eius bona tradi creditoribus laceranda: vt dicit text. Inſtit. de eo, cui libert. cau. bona addiciuntur. §. hoc reſcripto. & ibi Ang. Are. in j. not. & §. licet. qui manu. non poſ. & hoc ſit propter famam defuncti conſeruandam: vt l. primo gradu. ibi famæ defuncti conſeruandæ gratia. ff. de his, quæ in frau. cred. & inſtit. qui ma. non poſ. §. j. in fi. ibi, ne iniuria defunctus afficiatur, &c. & ibi gl. quid enim tam durum, támque inhumanum eſt, quàm publicatione pompáque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ exponere diuitias, vt l. ij. C. quando, & quib. quarta pars deb. lib. x. quæ omnia acciderent, ſi inuentarium de bonis defuncti fieret. Quid ſi hæres ad poſtulationem vnius creditoris, ad cuius inſtantiam alij creditores, vt adiret hæreditatem, aliquid remiſerunt ex eorum debito, adierit, an ille creditor licet expreſsè non remiſerit, cogatur quicquam remittere? & textus eſt quòd ſic, in l. cùm in eo. ff. de pactis. & gl. ibi dicit, quòd tenetur remittere non minimá nec maiorem. de quo ibi per omnes. & tenet Ludo-
3 uicus de Roma. in ſing. cccclxxxv. Cùm hæres † ſiue ſuus, ſiue extraneus debeat conficere inuentariũ, aliàs de iure ciuili olim, & hodie tenetur vltra vires hæreditarias. Probantur primò de iure antiquo, per gl. in l. j. §. hæc ſtipulatio. & ibi Ang. in j. & ij. not. ff. ſi cui plus quàm per l. Falci. vbi Ang. materiam inuentariorum ponit. Et de iure nouo Cod. habetur in l. fin. §. ſi verò poſtquàm. C. de iure deliber. & §. penult. Inſtit. de hęred. qual. & diff. & authen. ſed cùm teſtator. C. ad legem Falcidiam. & vnde ſumitur de hæredi. & falcid. nec de legatis detrahit falcidiam: vt ibi, licet de iure canonico & in foro conſcientiæ talis hæres non conficiens inuentarium, non teneatur vltra vires hæreditarias, vt voluit Hoſtien. in ſumma. de teſtamen. §. pen. verſicu. ſed quid ſi bona, &c. & Ioan. And. in cap. quanquàm. de vſur. libro vj. in nouel. idem tenet Bart. in repet. l. j. in iij. parte. de rebus. q. iiij. C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi vult quòd etiam † non teneatur ad pia legata ſoluenda. 4
& tenet idem Bartol. in rub. ff. de acquiren. hære. & ibi Fran. de Areti. in fin. & in conſilio cxlviij. & Bar. in l. gerit. eodem titu. & in d. auth. ſed cùm teſtator. & ibi Ang. & Raph. Fulg. & Abb. Sicu. in conſilio xxxiiij. lib. j. & Bald. in l. filium quem habentem. C. fam. ercíſc. & in d. l. fina. de iure delib. & in l. cùm à matre. in fin. C. de rei vend. & in l. cùm ventre. ff. de acquir. hære. & ibi Ang. ſuper rubr. & in l. more. eodem tit. ita quòd nõ perdit Trebellianicam, [a] ſed ſo- a
lùm Falci. ſecundùm ipſos. & Pau. de Caſt. in conſil. xxxvj. volum. nouo. & in conſ. cccxcvij. incip. & circa primum. eod. tit. licet contrarium voluerit Ang. in d. l. j. §. hæc ſtipulatio. vbi dicit ego teneo, quòd in foro conſcientiæ teneatur, & illud conatur probare, vt ibi per eum. Sed quæ videatur verior & communior, ſcilicet quòd non teneatur vltra vires hæreditarias. Et per Canoniſtas in c. j. de dolo & contum. idem conſuluit Oldr. in conſilio cxxxiiij. Bald. & Salic. in d. auth. ſed cùm teſtator. & Ludo. de Rom. in auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. & And. Barb. in cõſ. xlvj. verſ. Et ſi quiſpiam dixerit, vol. iij. de quo per Alex. in conſ. cxxxix. verſ. ſed ſi non fecerit. lib. j. vbi dicit eſſe communem opinionem quod non perdat legitimam. idem tenet Bernar. Landria in addi. ad Bar. in d. conſ. ij. & Iaſ. in §. ſed iſtę quidem actiones. nu. 123. cum ſeq. de actio. & Phil. Cor. in conſ. xxxix. in litera, f. vol. iiij. & plenè Barba. in rep. cap. Raynaldus. cum pluribus ſequen. & glo. in l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. in verb. geſta. ſol. mat. quam alleg. Ang. in conſ. cxiij. in fi. ideò, dicit Bal. in conſ. c. verſi. & natura ipſa, ſi filius. ergo hæres. vol. j. quòd ipſa natura filius eſt hæres. tamen magis hæres ſecundùm eum per exiſtentiam ſui hæredis quàm per deliberationem, ſi elegit hanc viam. Et etiam magis hæres per realem immiſtionem, quàm per exiſtentiam: quia † infixa eſt ex tunc ſibi hæreditas immo- 5
biliter & inſeparabiliter, l. ſicut. C. de repud. vel abſti. hæred. Quia hæres adeundo † ſimpliciter hæredi- 6
tatem, videtur quaſi contrahere cum legatariis, l. apud Iulianum. §. hæres. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. & §. hæres. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contract. & gloſ. l. his. §. ſed cùm monumentum. imò videtur contrahere cum defuncto, vt adimpleat eius voluntatem: vt tenet Bal. in rub. quib. res iudi. non nocet. & Barba. in conſ. lxix. lib. iij. cùm etiam repræſentet perſonam defuncti: vt in §. j. in auth. de iureiur. à morien. & Lud. Bolog. ff. fam. ercíſ. & magis fauendum eſt ta
li hæredi grauato, quàm non grauato, vel legatario, l. ſi ita ſit ſcriptum. cum ibi no. ff. de leg. j. Et tamen filius in poteſtate, † reputatur hæres, velit nolit, quã- 7
tumcunque abſtinuerit, licet non teneatur reſpondere creditoribus hæreditariis, ſi ſe non immiſcuerit: vt tenet Angel. in l. ſi paterna hæreditate. per illum textum. C. quæ in fraudem creditorum. de quo per Alber. de Roſa. in l. prima. C. ſi minor ab hære. ſe abſt. Et ideò dicimus † plures eſſe hæredum ſpe- 8
cies. Nam quidam ſunt hæredes hæreditatis, quidam hæredes ſanguinis: vt not. Innocent. in capitulo primo, de iure patronat. & Philipp. Corn. in conſilio ducenteſimoſeptuageſimoſecundo. in litera b, volumine quarto. & in conſilio excj. in litera d. in ij. lib. j. Et pro hac parte facit bonus text. in l. libertus qui ſoluendo. ff. de libert. ¶ In contrarium videtur, quod adiens hæreditatem cum beneficio † in- 9
uentarij, non debeat iure, & parte eum contingente priuari, propter ſimplicem & voluntariam alterius cohæredis additionẽ, & forte temerariam: vt dicit

tex. in d.l.fin. §.ſi quis autem temerario propoſito, &c.quia cenſetur ſtultus, qui adiit vel emit hæreditatem non ſoluendo exiſtentem: vt l.iij.ff.ad l.Falc. cùm iſtud ſit beneficium iuris, quod nemini eſt auferendum,vt regula,indultum à iure beneficium,de
10 reg.iur.lib.vj. Et beneficia quibuſcunque † conceſſa ſunt exaudienda, vt iuri alterius non detrahatur, vel vt minus lædant.l.ex facto.ff.de vulg.& pup.aliàs ſatis durum eſſet, imò iniquum, & contra omnem æquitatem,quòd vnus ex pluribus liberis,aut aliis cognatis inſtitutis ex teſtamento vel ab inteſtato venientibus, adiens ſimpliciter ſine inuentario hæreditatem,priuet alios cohæredes cum beneficio iuris adire volentes:contra tex.in d.l.fin.§.j.ibi. Cùm igitur hæreditas ad quendam, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato fuerit delata, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte, &c. vbi tex. eſt clarus, quòd ſi ſolus quis in toto aſſe
11 † eſſet hæres, non eſt dubium quòd poteſt ſe hæredem ſimplicem gerere: vt ibi: ſi verò ex parte, hoc etiam poteſt: non tamen in præiudicium aliorum ſe hæredes cum beneficio inuentarij gerentium: vt in-
c Certus numerus Adde Aluar. in c. j. in prin. verſ. quot autem ſint ſeu eſſe poſſint Epiſcopi vel Abba. vbi dicit quòd poſſãt eſſe lj. qui in tria genera diſtinguuntur, vt ibi vide.

fundandam intentionem actoris, vbi de iuriſdictione agitur, ſufficit proponere, & probare quòd ſit ab antiquo hactenus obſeruatum. Ita notat Hoſtien. & Innocen. in capitulo, dilectus. de capel. mo. facit quod not. in capitulo, quanto. & in capitulo finali de cõſuet. & in capi. cũ contingat. de foro cõpeté. & in cap. Abbate. & c. ſuper quibuſdam. §. primo. & in capitulo veniens. & Inno. de verbo. ſignifi. Et mos vetuſtatis antiquæ ſeruandus eſt. c. conqueſtus. ix. q. iij. facit. l. cùm antiquitas. C. de teſtam. cum alijs ſimilibus. propterea dicit Bald. quòd licet eccleſia Romana non habeat inſtrumenta de ſuis ciuitatib. ſufficit tamen, quòd habeat a famam[a] & communem opinionem. Ita dicit in l. conuenticula. C. de epiſc. & clericis. Quod nota ad probãdum regna, & domina antiqua principum, quia etiam probantur per antiquam famam, vt pulchrè per Baldum in l. proprietatis. C. de proba. & in lege cũ ſuper. de rei ven. & Mar. Lauden. in tract. de princip. q. cxliij. & hinc etiam videmus, quòd antiquiores nobilioribus præferuntur, & altiori loco ſedere debent, ſecundũ Bald. in l. obſeruare. §. antequam. ff. de offici. procõſul. & lega. & dixi ſuprà. & amplè B. conſilio lvij. volumine ſecundo. pro quo facit quod not. Innocen. quem ſequitur ibi Felin. in capitulo primo. de maior. & obedient. verſiculo, demũ. quod ille qui erit nobilior & potentior in liga, intelligitur ſuperior ad conuocandum ipſos. Et idem tenet Baldus in dicto cap. j. de pace cõſtan. verſicul. ego. & in rubr. pro ſocio. Vnde dicit Bart. in tract. de tyrannia, quod qui antiquior eſt de domo,[b] habet quaſi prærogatiuam cogendi alios, & idẽ Felin. in dict. capit. j. & pro hac parte faciunt ea quæ ſupra diximus de presbyteris præferendis diaconis, & etiam de religioſis mendicantibus, ratione inſtitutionis antiquioris. Igitur, &c. Et vbi eſſet dubium, quòd primò fuiſſent inſtituta parlamenta vel conſilium, adhuc magnum Regale conſilium venit præferen. Pro quo adduco illud quod nota. Bartol. in l. non ambigitur. ff. legib. & in tract. ſuo de inſignijs & armis. verſicul. iij. cum ſequen. vbi dicit, quòd ſi duo aſſumpſerunt arma, ſeu eadẽ inſignia, nec de proprietate apparet, præferetur ille qui à principe habuit. l. ſi duas. ff. de ex. tut. & tenet Io. de Plat. in l. j. C. de domeſt. & protect. libr. xij. vnde ſi eſſent in exercitu vel alio loco, & quæratur quis deberet præcedere: & ſecundum eum præferri debẽt illius arma, quæ à principe ſunt conceſſa. ff de albo ſcriben. l. fi. & l. j. C. de cõſuli. lib. xij. & c. per tuas, de maiori. & obedié. Et ſentit hîc ſocius meus in ſecunda ratione pro parte magni conſilij addu. Facit quod dixi ſuprà de doctore, milite, & canonico à principe, vel Papa creatis, præferendis Doctori, militi, & canonico creatis per inferiorem. Et hoc intelligit Bart. cæteris paribus, quando ſunt æqualis dignitatis: alàs præcederent arma illius, qui eſſet in maiori dignitate, arg. l. j. de albo. ſcrib. & in d. l. j. de conſulib. Sed licet magnum conſilium, & parlamenta ſint ab eodem principe erecta, tamẽ conſiliũ prius quàm parlamenta, vt dictũ eſt 3. Vnde conſiliarii ſacri cõſiſtorii debẽt præcedere, cùm ſint ſemper cum eodẽ: & ideò dicuntur periſſochoregi. i. ſtates iuxta Regẽ, vt l. ij. C. de frum. Alex. li. xj. Et ſic profectò in maiori dignitate cauſis ſuprà deductis, & ſeq. Et poſito & non cõceſſo, q̃ vltimo loco magnũ cõſilium fuiſſet certo cõſiliariorum numero q̃ ipſa parlaméta inſtitutũ, tamẽ adhuc cẽſetur nobilius, quia locus vlterior cẽſetur nobilior, quã prior, l. vt gradatim. §. j. ff. de mune. & hono. & p̃ hac parte adduco gl. in d. c. Iſidorus. & in c. vj. ſynodus. & Arch. in c. quoniã. xvj. diſt. & Domi. in d. c. epiſcopos. xvij. diſt. Et ſi quiſpiam dicat q̃ olim nõ erat numerus cõſiliariorum determinatus: dico tamẽ quòd imò. Et hęc eſt obiectio quã Iudæi Chriſto benedicto eis dicenti, Abrahã exultaſſe, vt videret diẽ ſuum: vidit, & gauiſus eſt: dixerunt, quinquaginta annos nondum habes, & Abrahã vidiſti? Io. 7. quaſi velint dicere, quod impoſſibile eſt, cùm magnũ regale cõſiliũ numero cõſiliariorũ à defuncto bonæ memoriæ Carolo viij. lõgè poſt Pariſienſe, & Tholoſanum parlaméta erectũ fuerit: quia talibus reſpondere poſſumus, id quod redẽptor noſter piiſſimus eis reſpõdit, Amen, amen, dico vobis, antequã Abrahã fieret ego ſum. Et pro hoc adduco *illud quod* d. Auguſt. in ſermone natiuitatis Domini dicit de piiſſimo redẽptore. Qui poſt me venit, ante me factus eſt: quia prior me erat. In eo nãque quod dicit ante me factus, ſublimitatẽ humanitatis eiuſ dẽ (quæ cæteris oĩbus creaturis meritò erat præferenda) deſignat: licet non quò ad ordiné tẽporis, ſed ad diſtantiã pertinet dignitatis. Sed hîc dicitur magnũ regale cõſilium ante parlaméta factum, & quò ad ordiné temporis, & diſtantiã dignitatis, vt dictum eſt. Et quod poſt parlamenta numero cõſiliariorum ordinatum fuit hoc ad omnes iudicãdum, vel vt infrà dicam. & ideò erat ſemper magnũ regale cõſilium, vbi plures erãt.

134 †Quẽadmodũ certus numerus[c] Cardinalũ olim c à iure nõ erat taxatus, ſed relinquebatur arbitrio Papæ, vt not. Martin. Lauden. in tract. j. de cardinalib. in ij. q. aliquando fuerunt domini Cardinales ccxxxvj. tempore Potentiani Papæ, qui nõ ponitur in catalogo ſanctorum, vt habetur in cronica Martinea. & not. doct. in clemẽ. ne Rom. de elec. & Archid. in c. vbi periculum. eo. tit. li. vj. & debẽt eſſe plures, vt p̃bat tex. in d. cle. ne Rom. in verſ. porro. Ibi, Cardinales plures ſimul ſecundũ Matth. quẽ refert & ſequitur ibi Flor. & Barb. 135 in tract. de præſtã. Card. in q. j. †Ideò dicit Alber. in rub. ff. de ſtatu. homi. quod deberẽt eſſe lxxij. ſicut fuerãt diſcipuli Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui

qui iudicarent omnes nationes,& indigenas. Tamen hodie certus numerus cardinalium determinatus eſt per cõcilium Baſil. tit. de numero Card.
136 ad num. xxiiij. vſque. † Sic profectò erat olim determinatus principis conſiliariorum numerus, ſ, xxx. vt l. decurionib. §. his adiicimus. & ibi Io. de Plat. & Luc. de Pen. C. de ſilẽ. li. xij. Et etiã hodie cõſiliarii ſacratiſſimi d. noſtri Frãcorũ principis in ſuo ſacro cõſiſtorio ſunt xxx. videlicet octo magiſtri requeſtarũ domus regalis, & xxii. cõſiliarii cõprehenſis magnæ Cancellariæ Franciæ referẽ-
a dario, & procuratore Regio, qui ſunt de corpore & numero ſacratiſsimi. & excelli cõſiſtorij cõſiliariorũ, quorũ nomina ſecundũ ordinẽ ipſorũ
13 ſequuntur. † Et primò magiſtrorum requeſtarũ Gal. Dauuet, Carolus des Pototij, Adam Fumee Petr. de la Vernade, Ioannes Salat, Claudius de Seſſello Epiſcopus Marſilienſis, Gabriel de Alegres: & octaui magiſtri requeſtarum officium
138 vacat. † Et ipſi ſunt iudices b omnium conſi-
b liariorum, & vxorum liberorum eorum tam in ciuili quàm in criminali, vt l. ne ad diuerſa tracti viri ſilentiarij iudicia. C. de ſilen. licet de ſtylo Franciæ ſolùm cognoſcant de officiis, & actionibus perſonalib⁹ ſuprà ſummã decẽ librarũ turonen. aſcendentibus ac poſſeſſorijs, & actionibus mixtis duntaxat. Et de eorum dignitate ponit Luc. de Pen. in l. tertia. C. de caſtrienſiariis lib.
139 xij. † Et clariſſimorũ, ac ſpectabilium conſiliario-
c rum nomina c ſunt hæc: domi. Anton. de Stagno epiſcopus Angoliſmen. Epiſcopus Comenſ. cognomine de Scarte muſſe. Ioan. de Salaſart. Atrebaten. epiſcopus, qui ſucceſſit in locum reuerendiſſimi domini Senonẽ. archipræſulis eius patrui digniſſimi, Armãdus vicecomes Podiuiaci Britanniæ præſes cognomẽto Quintinili, Albertus Benot, Anto. de Ville, Petr. Goffier. Ioan. Marnat. Guliel. Chambellam. Ioan. Godon, Carolus de Chancey, Ioan. Vaillant, ego Nicolaus Boetius, Io. de Plantis, Ioan. de Baulato, Aegidius de Rouge, Ioannes de Montilio, Carolus de Motha, Marcus de Roques, Humilis de Beuento, Abbas Nicolaus Boileau, & Petrus Bonin regius procurator. Per quæ ceſſant omnia per ſocium meum in quinta ratione pro parlamentis adducta, in qua dicit quod in parlamentis eſt numerus cõſiliariorum amplior quàm in ipſo magno conſilio, quia ex prædictis apparet de contrario, excepto venerabili Pariſienſi ſenatu. Nam in duobus parlamentis ſunt xxix. Toloſano ſcilicet & Burdegalen. computatis præſidibus, & patrono, & fiſci procuratore, & in Diuionen. parlamento. xix. & aliis regni parlamentis xj. aut xij. non comprehenſis in eiſdem generibus Regiis. Et ſi dicatur magnum regale conſilium num. 20. conſiliariorum ordinariorum fuiſſe erectum tantùm: poſſumus dicere hoc fuiſ-
d ſe ad inſtar Alexandri Imperatoris, d qui ſecundũ Euſebium in chronicis, quem refert Anto. in prima parte hiſtori. tit. vij. in fin. nullam legem ſanciuit niſi prius xx. viri doctiſſimi ſuas ſententias præmeditatas inſcripſiſſent. Et hæc quò ad ordinem temporis, & inſtitutionis ſufficiant quæ
240 digito compeſcunt labellum. ¶ † Veniamus ad ordinem ſcripturæ. probatur enim de iure in d. l. quiſquis C. ad leg. Iul. maieſt. Ibi, de nece enim virorum illuſtrium qui conſilio de conſiſtorio noſtro interſunt, ſenatorum etiam, &c. & in l. humanum. C. de legib. ibi, id ab omnibus, tam proceribus noſtri palatij, q̃ glorioſiſſimo cœtu noſtro, &c. quæ iura loquuntur de cõſiliariis, q̃ qui interſunt conſiliis imperatorum, & principum, & ſecũdò de ſenatorib⁹ Romanorum. & in c. Cõſtãtinus. in princ. Ibi, vtile iudicamus vnà cũ omnibus ſatrapis noſtris, & vniuerſo ſenatu, &c. xcvi. diſt. & in aliis plurib⁹ iurib⁹ fit mẽtio de ipſi⁹ principis cõſiliariis, ſeu procerib⁹ cõſiſtorialib⁹, vt in l. i. & ibi Luc de Pẽna. C. de comiti. cõſiſtor. & in l. i. de ſilent. lib. vndecimo. & infrà dicã in ii. addi. Et pariter in proœ. pragm. ſanct. §. in qua quidẽ ſolenni con- b gregatione, &c. Ibi, aſſiſtentibus nobis, &c. & ibi, pluribúſque magnatib⁹ ꝓcerib⁹, & viris peritiſſimis ecclẽſiaſticis & ſecularibus, de magno noſtro conſilio: & ibi ita tenet gl. in verſi. comitibus, &c. Et pariter in data eiuſdem pragmatic. & etiam in ordinationibus Caroli. vii. in præfatione ante finẽ: & ibi, *en ſur ce grãde & meure deliberation auecques pluſieurs Seigneurs de noſtre ſãg, & lignage, & pluſieurs Prelats, Archeueſques, Barons, & Seigneurs de noſtredit Royaume, & les gẽs de noſtredit conſeil, & aucũs des preſidẽs, & autres gẽs de noſtredite cour de Parlemẽs, &c.* Et idẽ in ordinationibus Caroli viij poſt princip. & facit quod dixi ſuprà de Rege, Duce, Marchione, Comite, &c & tex. celebris in authẽtic. habita. ibi, & aliorũ procerũ ſacri noſtri palatii. C. ne filius pro patre. & ſic ordine ſcripturæ proceres ſacri regalis conſiſtorii præcedunt ſenatores, ſeu parlamẽtorum cõſiliarios, vt tanquã primò nominati cenſeantur digniores, vt no. gl. in clem. vna, in verbo, Regũ. de Bapt. quã ibi facit ſing. Abba. a Fráciæ refe-
rendario. Ad de quòd ſanctus Dado fuit primus referẽdarius Dagoberti Regis, ſecundum Sigibertum in chronic. fol. 39. ver. florebat in Francia, & ibi vide quæ eſt eius poteſtas.

b Et ipſi ſunt iudices. Adde quòd ipſi ſunt conſiliariorum & ſecretariorum ordinariorũ tãtum & non ſupernumerariorũ, vel referẽdiariorum iudices, vt l. penult. & fin. C. de apparito. magiſtror. mi-
li. lib. xij.

c Cõſiliariorum nomina. Adde Æg. de Ro. in tra-
ct. de regimini. prin. di cẽtem quòd príceps, vel Rex conſueuit ſecum habere multos conſiliarios valentes viros. & idem Bar. in tract. de regi. ciui. verſic. ad quæ reſpondens dicit, & Martin. Lauden. in tract. de princip. §. cliij. & quod epiſcopi poſſint eſſe conſiliarii principis. vide quæ dixi ſuprà de Cancellario, & per Franc. Purpur. in l. quæcunque. nu. 196. ff. de offic. eius.

d Alexandri Imperatoris. Adde Marc. Salom. in §. reſpõſa prudentum. inſti. de iure nat. gen. verſ. Ælius Spartianus quem reperies poſt l. Gallus. de lib. & poſt. & poſt paradoxa. dicti d. Alciat. Et nomina ſigillatim conſiliariorum Alex. ponit Lampridius in ſi. operis, vt refert Hiero. Cag in proœm. ff. nu. 18. quos ipſe ibi deſcribit d. Fabius Sabi. Sabini inſignis viri filius, Cato, domi. Vulpia iuriſperitiſſ. Ælius Gordianus Gordiani Imperatoris pater, Iulius Paulus iuriſperitiſſimus. Claudius Valens orator ampliſſimus, Pomp. legum peritiſſimus, Alphenus, Affri, Flor. Martia. Caliſtratus, Hermogenianus, Venuleius, Tryphoninus Metianus, Celſus, Proculus, Modeſtinus, ij omnes fuerunt in eius conſilio.

a Duo instrumenta. Adde Feli. in c. pastoralis. ver. ad identitatē. de reſcri.

b Nomē & ordinem. Adde text. in l. ij. in verſ. æquiſſimum enim. ff. ad l. Rhod. de iact.

c In ipſo tamē actu. Adde tex. & glo. in verb. poſteriores. in l. ex agētibus. C. de prin. agēti. in reb°. li. xij. & in l. j. C. de prox. ſacr. ſcri. eo lib.

d Nā honor. Adde glo. in l. j. C. de muneribus. & hono. lib. xj. & Barba. in addit. ad Bal. quib. modis feudū amit. in verbo, carebit.

e Multis periculis. Adde tex. celebrē. b & ordinē[b] cōſequuti ſunt, l. cùm ī l. prīcipes.

Sicu. qui allegat gl. in d. cap. quorundam. de elect. lib. vj. & eſt alia gloſſ. in cap. alienus. xxiiij. q. prima. & in aliis iuribus ſuprà

141 alleg. † Et ideò ſi reperiantur a duo inſtrumenta [a] eadem die confecta, & dubitatur quod factū fuerit prius, ratione prælationis in pignore, in quo præferturprior tēpore, vt C. qui po. in pign. hab. l. ſi fundum. quod ex ordine ſcripturæ protocolli tabellionis hoc perpēdatur. & idē in duobus teſtamentis eadem die cōfectis. de quo in l. finali. C. de edicto diui Adriani. Et per Albe. & Moder. in d. l. j. §. quibus. in verſicul. primis quidem. de nouo. C. faciend. Et ita fuit obſeruatum tempore diui Caroli quinti, tūc ſedētis in parlamēto Pariſiēſi in prolatione cuiuſ. à arreſti in fauoré procuratoris Regis lati contra archiepiſcopum Lugdunen. ad deliberationem etiam conſiliariorum de magno conſilio. Et ſecundum tenorem dicti arreſti ad eius latus aſſiſtebant conſiliarij de ſuo magno conſilio: & illud arreſtum legi inter manus magiſtri Antonij le Viſte domini noſtri in ſuo magno cōſilio conſiliarij, & grādis Cancellariæ Franciæ referendarij. Ceſſāt ergo conſiſtorialib. togæ parlamentorum, ſicut arma togæ. Et gratias agere fratribus ſuis poſteriores debēt, quorū beneficio ipſi ſunt iuſti filij, & nomē ordinē[b] cōſequuti ſunt, l. cùm ī l. prīcipes.

ibi, quos ſæpe ſæua pericula, vitæq; interdum renuntiatio, C. de princip. agen. in reb. lib. xiij. vbi dicit, quod ille renuntiat vitę, qui ſe ſupponit periculo. & text. ſing. in l. vna. C. de caſtr. omnium palatinorum pecul. eod. lib. ibi, nec alieni ſunt à puluere & labore caſtrorum, qui ſigna noſtra comitantur. qui præſto ſunt ſemper actibus, quos intentos & eruditos ſtudiis itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exerceret. & ibi gl. dicit no. de puluere, & bene dicit, & illi ſciunt qui dietim experiūtur. in cuius teſtimoniū Chriſtus dicit Luc. ix. & x. exeuntes de ciuitatib° etiā puluerē pedum veſtrorum excutite. & idē Matt. xvj. nec mirum cùm omnis noſter ſtatus ſuper perpetuo motu conſiſtat, vt inquit Imperator in auth. de non alie. §. vt autē lex. Et talis peregrinatio facit nō pauperes. vt auth. de exhib. reis. & ibi gl. in ver. agātur, quia nullā amicitiā (vt inquit Seneca) peregrini acquirūt. & facit tex. in l. j. de caſtren. & miniſt. lib. xii. & l. ſi. de tyro. & l. j. de diuerſis officiis. & ī auth. de tab. §. ſi verò indignus. qui dicit quòd melius eſt pauca agere cautè quā multis intereſſe periculoſē. concordat, c. cùm ſit ars. de ætat. & qualita. vnde glo. in d. §. ſi verò indignus, in verbo, cautè. allegat illud Salom. quòd melior eſt bucella panis ſicca cum gaudio, quàm tota domus plena victimis cum iurgio. Et etiā illud melius eſt parū cū iuſtitia, quā multi fructus cum iniquitate. Et talis profectò labor non erit ſine

142 quis. C. de natu. libr. igitur, &c. c † Præterea nō ſolum ratione, & ordine ſcripturæ, ſed etiam ratione rei, tū quia ipſi ſunt in maiori actu, ſcilicet cū adminiſtratione & exercitio rerū, & cauſarū, quā domini parlamētorū, Ideò (poſito q̄ eſſent poſteriores) præferri debēt dominis de parlamēto, vt l. ij. in principio. & ibi Lucas de Pēna. C. vt dig. ordo ſeruetur. & ſimile verbum eſt in l. fina. c ibi. in ipſo tamē actu [c] C. de decu. lib. x. quia cōſiliarij laborātes pro regimine populi debēt habere prærogatiuas ſupra alios. l. bene à Zenone. ad fi. C. de quadri. præſc. Ibi qa enim ſuis cōſiliis ſuiſq; laborib. pro toto orbe terrarū die noctúq; laborant, quare non habeant dignam ſua prærogatiua fortunā, &c. & ibi Sali. in ix. nota. Pro quo dicit Ioan. de Plat. in d. l. ij. quod doctores & magiſtri actu legentes debeant honorari à non legentibus & ab aliis qui lecturam dimiſerunt,

143 † quia adminiſtrantes in actu debent anteferri, vt ibi. & idem tenet Ioā. de Pla. in l. j. de conſuli. vt dixi ſuprà. Et ſi quiſpiam dixerit, quòd illa lex bene à Zenone. loquitūr de Imperatrice, & ſic in perſona ita indigniſſima: vnde nō eſt trahenda ad conſequentiam. l. ius ſingulare. & l. q̄ vero. ff. de legi. ergo ſecus eſt in priuatis perſonis. Ad iſtud reſpondet Barb. in conſilio lvij. volum. j. quod licet dicta lex bene à Zenone. diſponat de Impetratrice, tamē ratio quare mouetur ad diſponēdū eſt generalior diſpoſito & dicto legis, ergo diſpoſitum legis ampliatur ad impletudinem rationis legis. & ita voluit gloſſ. quæ reputatur ſingularis in capit. primo. de electio. Et probatur in l. pater filiū. §. fundū. ff. de leg. ij. Cùm ergo ratio illius l. cōprehēdat omnes, qui in ſeruitio principis ſe exercent, ſequitur quod omnes debent habere dignam ſua prærogatiua fortunā, vnde melioris cōditionis debet eſſe ſeruiens, quàm non ſeruiens. Per quod eſt clarè dare reſponſum ad ſecundam rationem ſocij mei dicentis, parlamenta eſſe firma & ſtabilia, & ſimiliter magnum conſilium ambulatorium & laborioſum: ideo magis atque etiam magis honorandum, & merito præferendum: quia iſtud eſt minus perſonale cum dignitate, ſeu habens d annexā dignitatē. Nam honor [d] eſt adminiſtratio reip. cum dignitatis gradu. l. honor. in prin. ff. de mu. & honor. Ille enim qui operatur bonū in ſe & in alio, magis meretur, quàm ille qui tantum meretur in ſe, vt l. nuper. C. de na. liber. Similiter probatur in eo, qui delinquit in ſe & in alio, plus delinquit quam ille qui delinquit in ſe tantū, vt l. Atletas. §. ait prætor. ff. de his qui not. infamia. & l. quicunq;. §. fi. C. de hære. tex. in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. eos auth. ibi, p alios aūt delinquant. vbi gl. in ver. quod magis. ponit verſum, Peccādo peccare docens, hic peccat & in ſe qui reus eſt, & in his quos facit eſſe reos. & ibi per Ang. Sed cōſiliarii magni cōſilii diuerſis miniſteriis vtūtur, ſcilicet in ſe & in alio: ergo plus merentur, q̄ parlamentorum cōſiliarii. verſatus enī circa duo bona debet præferri illi, q verſatur circa vnū bonum tantùm, vt in auth. de ſangui. & vter. fratri. §. j. & l. re cōiuncti. ff. de leg. ij. Sed ſic eſt, q̄ cōſilium verſatur circa duo, ſcilicet in corpore & animo, vt aut. habita. C. ne fili. pro patre. ibi, quis eorū nō miſeratur, qui amore ſciētiæ fa

144 cti ſūt exules. † Pręterea pluralitas periculi ducit maioré remunerationé beneficii, vt d. auth. ha- e bita. ibi, vitam ſuam multis periculis [e] exponunt

& pe-

& pericula ſunt remuneranda. quoniam ille qui præeſt maioribus periculis plus debet remunerari, vt l. ſemper. §. negotiatores. in verſ. Quamdiu in huiuſmodi actu ſunt. Nam remuneranda pericula eorum, quinetiá coronáda præmij merito placuit, &c. & in §. quibuſdá. verſiculo, nec omnibus promiſcuè, qui aſſumpti ſunt in his collegiis immunitas datur, artificibus duntaxat, &c. ff. de iuris ĩmmunita. & probatur in l. milites. & l. ne quidá. ibi, his ſolis qui in expeditione occupati ſũt. C. de teſtaméto militis. & l. diuus. ff. eod. & adduco text. in c. cùm de electione. li. vj. in verſi. Literarũ ſtudio inſiſtétes. & pluralitas laborum
145 inducit prærogatiuá beneficiorũ. † Ná profectò ille præponi debet qui alium ſuperat cõparatione laborũ, vt l. vnicuique. in princip. C. de proximis ſacro. ſcrin. lib. xij. & l. ij. C. de offi. mag. offi. & l. cõtra publicam. in fin. C. de re milita. lib. xij. ibi, quia honoris augmentum non ambitione ſed labore ad vnũquenque conuenit deuenire. & tenet Lucas de Pen. in l. vna. C. de comiti. & tribu. ſchola. eod. lib. & in l. j. de diuerſis officiis. li. xij. in ver. meritorum. Sed laborioſius eſt verſari in magno cõſilio, quá in parlamétis: quia domini parlamétorũ viuũt cũ vxorib⁹, & decedũt in eorũ lectis: curiá verò ſequétes ſeorſim à familia moriũtur in paleis, niſi de gratia ſpeciali decedát
a in hoſpitali. ª Et hoc textus in authentico, quibus modis naturales efficiũtur legitimi. §. quiſquis autẽ in abiecta deget vita. & ibi gloſſ. dicit quòd ille qui iacet in vita tota, qui habet quæ exigit vita: & ille in nouiſſima parte qui vix habet, quod ſufficit ad vitam. & ſingular. textus in l. prima. C. de præto. & hono. prętur. libr. xij. ibi maneat vnuſquiſque domi ſuæ tutus atque ſecurus, & ſua dignitate lętetur. per quem textum, ibi notat Luc de Pen. quòd dignitas honoraria lætitiá præſtat. qui autem adminiſtrationẽ habet plerunque parit amaritudinẽ, & laborẽ, nec non ſtudium, curam, miſeriá, & vigiliam ac calamitatẽ patitur. Et notat Luc. de Pẽ. in l. iubemus, in verticul. labore de proximis ſacrorũ ſcrinior̃ũ. libr. xij. licet plerunque hominibus etiá mors accedat: & periculum in terra marique, tã in pace quàm in bello, tam domi, quàm militiæ. leg. ſenatus. §. mortis cauſa. ff. de dona. cauſa mortis. vbi gl. allegat illud Pau. periculum in mari. & idẽ in authentico, vt nouæ factæ conſtitut. §. prouinciarum. Accedant hic not. per ipſum. Luc. in l. decu. in verſi. curiá. C. de dec. lib. x. & in l. cornicularij. C. de appar. præfect. præt. lib. xij. vbi ponit de multiplici curialiũ miſeria. accedat tex. in c. omnes huius ſeculi dilectores. xlvij. diſt. & ideò hac ratione monachis & religioſis inhibetur curias principũ ſequi. capitul. quãto de officio ordina. & clemẽ. ne in agro. §. quia verò nonnulli. de ſtatu monacho.
b & ibi glo. ſing. in verbo, curias. ᵇ Et per Felin. in d. rub. de maiori. & obed. & Ant. Corſe. in tract.
146 de poteſta. regia. quæſtio. lx. † Et ideò præfertur damnum patiens habenti laborem, vt no. gl. in l. ſed & miles. in verbo, labor, quàm ibi facit ſing. Bal. de excuſa. tut. Nã dicimus de piiſſimo ſaluatore noſtro, vt ſacroſancta dicit ecclęſia factus eſt obediẽs vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod exaltauit illum Deus. Nec eſt veriſimile, quòd princeps domin⁹ noſter voluerit ſuffocare diligentiá conſiliariorũ de magno conſilio qui continuè ſtant in curia & expendunt ſuũ patrimoniũ, & honorant curiam, vt l. ne ad diuerſa. ibi ſacris abſtrahi videantur obſequiis. C. de ſilen. lib. xij. Et magis priuilegiare cõſiliarios parlamentorum qui curiæ non ſeruiunt, qui curiá nõ honorant, vt præferantur illis. Non enim vt in ſacro ſcribitur Euãgelio, debemus auferre panem filiorum, & dare canibus. Nec eſt præſumendũ q̃ Chriſtianiſſimus Francorũ princeps, & dominus meus ſupremus, qui eſt (quá qui maximè vſque ad præſẽtia fuerit ſecula) ver⁹ Rex, & reipublicę zelator, vt ſup. dixi, ita diſponeret. Ná Apoſtoli (vt ſacro ſcribitur in Euãgelio, qui reliquerãt retia, vt dicit gl. in l. p⁹. C. qui bõ. ce poſſunt. & in l. pen. ff. eodẽ titu. quæ dixit. q̃ Petrus reliquit omnia & tamẽ ſolá nauiculá dimiſit) dixerunt, ecce reliquim⁹ omnia & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? & ſic petierũt præmiũ ſeruitiorũ, quo eos pollicitus eſt præmiare, vt ſcribitur apud Lucam in paſſione Dominica, vt edatis & bibatis in menſa mea, & in regno meo iudicantes duodecim tribus Iſrael. Si Chriſtus prẽmiauit aſſiſtẽtes ſibi: ergo & princeps id facere debet: quia omnis Chriſti actio, &c. vt dicit Hierom⁹ in prologo Bibliæ, vt habetur in c. ſignificaſti de elect. Et ideo dicebat tex. elegãs præmia virtutũ tribui merẽtibus cõuenit. & aliorũ honores aliis dãnorum occaſione fieri nõ oportet. Ita dicit tex. valde ſingu. in l. & virtutum prẽmia. C. de ſtatuis & imaginib. gl. in reg. in iudicis. de regu. iu. lib. vj. & in c. ſi quis verò nõ obediat. xi. q. iij. ita eſſet in caſu noſtro, ſi dicerem⁹, q̃ princeps do. noſter intelligeret p̃ferre cõſiliarios parlamẽtorũ: tũc daret occaſionẽ dãnorũ merẽtib⁹ prẽmiari. Vnde deplorent ſuá diligentiá, & morá factá circa honorãdá curiá, qđ ꝓfecto nõ eſt ſentiẽdũ. Et pro ſine grandi remuneratione. §. ne autẽ in authẽt. de iud. vbi glo. allegat illud Catonis, *Si labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas:* & virtuoſis præmia ſunt danda, quòd inducit ꝓ donis doctorũ. Et facit bo. tex. in l. j. C. de prin. agen. in reb. ibi, ſed is qui ordine ſtipẽdiorum & laborum merito ad gradum militiæ ſequebatur. & in l. eos enim ad hæc officia volumus aſpirare quorum labores ſcholæ agentium in reb⁹ teſtimonio cõprobatur. C. de prin. agen. in reb. & in l. fi. §. viri etiam. ibi, hoc etiá nos corroborantes intuitu laborum. quos multos lõgo prolixóque tẽpore pertulerunt. C. de dec. lib. x. Et ideo poſt laboresvictoriæ expectamus palmã. vt lætitiæ pub. l. j. quá Principes pollicentur nobis dare. l. j. C. de princ. agent. in rebus. ibi, poſt palmam laboris, & meriti principatus honore remuneramus. Cætera curialium pericula & damna, vide per Æneá Siluium in epiſtola de miſeriis curialium. & text. in §. Romani vero cardinales, ibi, actu in curia ſuis officiis inſiſtentes, tit. de cauſis. in pragm. ſanct. Boerius præſes.

a In hoſpitali. Adde Io. de Neuiza. in ſua ſylua. vbi applicat hoc noſtrum dictum Io. Montaigne. & idem in ſimili facit Bru. in conſ. xij. & vide gl. in reg. x. & vl. cancellatiæ apoſt.

b Curias. Adde an aduocatus qui ſuſcepit aduocationẽ in curia principis, vel pontificis teneatur ſequi curiá ſi Papa aut Rex ſe transfert ad aliam ciuitatẽ. Bal. in c. ex parte. de poſtul. alleg. tex. in l. Mæuia. §. j. ff. de annuis legat. & nihil vltra dicit.

a Sed ex neceſſitate officii. Adde Pet. Gerar. in ſuo ſingul. vlt. & Angel. in l. j. C. de naufr. libr. vndecimo. vbi dicit quòd ſi aliqua nauis venit ad portũ propter tempeſtatem maris vel timoré hoſtium, vel piratarum, non debet ſoluere gabellam vel portorium, per illũ textum. & in l. Cęſar. & l. final. §. ſi propter neceſſitatem. ff. de public. & idem ſecundum eum ſi tempore æſtatis homines vicini territorii veniant ad macinandum in molẽdino alterius territorii, quòd poſſint ſine gabella reportare: quia propter neceſſitatem fames venerunt, quæ eſt magna, l. j. de pa. qui fil. diſtr.

Pro militia. hoc facit tex. celebris in ca. nullus inuitus. lxj. diſtinct. ibi, primum illi reprobandi ſunt, vt aliqui de alienis eccleſiis merito præferantur, habeat vnuſquiſque ſuum fructum militiæ, &c. quia non poteſt de illius proueẽtione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actibus ſtrenuis loci præmiũ debetur. c. mira. lxj. d. & ibi ſequitur: ad honoresmũdi ſine ſuffragatione temporis, ſine merito laboris indignum eſt peruenire, & ibi vide. Et accedant hîc notata per Bar. in conſ. lxvij. vol. j. vbi inſerit regulam cancellariæ papalis, quæ diſponit q̃ clerici cameræ Apoſtolicæ numerarij, & participantes, præferantur omnib. aliis qualitercũq; qualificatis, & graduatis, nõ ſeruiẽtib. camerę. Et pro hoc eſt tex. clarus in extrau. g. Ioã. xxij. execrabilis. de præben. ibi, Car. in ſancta Romana eccleſia, qui circa nos vniuerſali eccleſiæ ſeruiendo ſingularum eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt, &c. vt in pluralitate beneficiorum clericis interdicta. & ibi, & c. de multa. eod. tit. in antiq. excipiũtur Cardinales curiæ Romanæ deſeruiẽtes, & Regũ filij duntaxat & textus in §. Romani verò Cardinales. ibi, actu in curia ſuis officiis inſiſtẽtes. tit. de cauſ. in pragmati. ſanctione. per quæ & infrà dicẽda eſt dare reſponſum ad illud quod poteſt allegari, videlicet quòd præmiũ nõ datur exercẽti actum ex neceſſitate officij. text. eſt in l. fin. quis in grau. §. vtrũ. ff. ad Sillanianum. Et ibi dicũt omnes ſcribẽtes, quòd ſi ſtatuto cauetur quod capitaneus capiẽs bãnitũ habeat certũ præmiũ, quòd non comprehendit poteſtatem vel alium officialem capientem bannitũ: quia nõ ſpõtè & voluntariè illũ capit, ſed ex neceſſitate officij facit optimus text. & ibi

b Adde quæ circa hæc dixi in deciſio. curiæ ſupremæ Burdegal. q. cxxvj. incip. & in dicto proceſſu.

c Territorium. Adde quòd arbitri non habent territorium, vt not. Ioan. And. in nouel. in cap. j. de foro compet. & tamen citãt partes, per quod apparet, quod territorium non eſt de ſubſtantia iuriſdictionis vel citationis, vt not. Bald. de pace Conſt. in verb. poſſeſſ. in fin. & Alex. in cõſ. cxxiij. vol. ij. Et ideò dicit Bart. in tit. quomodo in læſæ maieſta. crimine proce. in gloſſ. per edictum in illa quęſt. an quis poſſit citare extra territorium, &c. quod Imperator, & eius officiales poſſunt citare, in qualibet prouincia Imperii, quia officiales hoc facinnt authoritate Imperatoris. l. omnes. §. ſi verò apparitor. C. de epiſc. & cler. & ibi per omnes.

Bal. in leg. ſe. C. de ope. lib. & in nulla macula. C. de dela. libr. x. & quod not. ibi Barto. Io. de Plat. & Luc. de Penn. d. Barb. in cõſi. xlv. volum. iij. & quod not. Ioan. Fabr. in d. l. & virtutum præmia, quod milites qui militant ex priuilegio, nõ poſſunt imponere collectas hominibus ſuis. Quod inducit cõtra illos, qui collectant ſuos homines pro feſtis ſuis, & pro militia. Sed de cõſuetudine & ſtylo Frãciæ Dominus aliæ iuſtitiæ poteſt imponere taleam pro militia, b pro filia maritanda, pro ipſius redẽptione, & pro voto vltra marino. & tenuit Specu. in titu. de officio ordina. verſicul. eo modo dominus cõtra vaſallũ. & Manſuerius in titul. de taleis, &c. Sed cõſiliarii de excelſo cõſilio ſequũtur curiã ex neceſſitate officii. reſpon. quia propter adminiſtrationem & alia pericula, & damna quæ patiuntur, debẽt magis præmiari, vt dictum eſt. Sicut plerũq; minor in dignitate maiori, vt ſuprà diximus de presbytero Cardinali, & epiſcopo, & archidiacono & archipresbytero. Et iſta eſt cõmunis concluſio Domini. & Cardinalis Alexãd. in d. Capitul. epiſcopos. & Felin. in d. rubr. de maioritate & obedienti. Accedant no. per gloſſ. in clemẽ. ũ dominũ in ſanctis. in verbo, rationes. de reliquiis & veneratione ſanctorum. † Præterea certum eſt, quòd ille debet præferri cuius exercitũ eſt communius & vniuerſalius: ſed communiora & vniuerſaliora præponuntur, vt leg. nam ad ea, ff. de legibus. & leg. eius §. militia. ff. de teſtamento militari. & in authentico, de non alienã. §. quia verò. & probatur in l. j. ff. ſi certum petatur. & quod not. in rub. de in integ. reſtitutio. ff. & bonũ cõmune eſt dignius quam bonũ ſpeciale. Sed ita eſt, quod magnum regale conſilium habet exercitium communius ac vniuerſalius, quam parlamenta: quod apparet ex eo, magnum conſilium per totum Franciæ regnum exercet iuriſdictionem: quia habet ordinarium ſecundum Bartol. & ſequen. in l. præcipimus. C. de appella. & Anto. Corſet. in tractatu de poteſtate regis. quæſti. xcvj. Sed in parlamentis ſecus, quia non habent exercitium, niſi in prouinciis & reſortibus ac finibus eorũ, l. de philoſophis. §. legum doctores de excuſati. tutorum. Et ex hoc inſurgit alia ratio, illud debet præferri, quod vniuerſalius imminet publicæ vtilitati, l. vtilitas. C. de primipilo. lib. xij. & l. vnica. §. fi. C. de cad. toll. l. ex omnibus. & ibi Luc. de Pẽ. de decurio. li. x. Sed iſta eſt in propoſito per iura ſuprà alleg. ergo. Per quod eſt dare reſpõſum ad tertiã rationẽ per ſocium meum pro parte parlamentorum adductã, & cæteras in tertia parte adductas, ſcilicet q̃ parlamenta habent territorium c & ſuos limites: magnũ verò conſilium nullos: quia hoc arguit maiorẽ authoritatẽ. Nã Rex Chriſtianiſſimus dominus meus, de aſſenſu gentium ſui magni cõſilii parlamenta, & præſides ac iudices prouinciarum conſtituit: & territorium, quod habent, eis conceſſit & tribuit: ſed ſacrum excelſum cõſilium quod fuit ſemper innatum ad ſuper toto Franciæ regno iuſtitiã faciendum, poteſtatem ſuã extendit: quia tale eſt Regum officiũ, vt diſus ſcripſit Hieronymus, ſuper Hierem. 7. à Gratiano recitatus in cap. Regum officium. xxiij. q. v. vt idẽ Cyprianus in ix. genere abuſionis relatus in capit. Rex ea. cauſa. & quæ. quia ſi parlamenta hodie non haberent limites, poſſent per totum exercere iuriſdictionẽ, quẽadmodum ipſum ſacrum Regale conſiſtorium. Et ideò prę-

c rogatiua

rogatiua in eo cuius est finis concludenda est & præponenda.patet,quia cuius finis prælationem habet, ipsũque habere debet.hoc probatur,quia vnaquæque res denominatur à fine.l.rẽ nõ nouã. C.de iudi.& l.cuius effectus.ff. de reg.iur. l. metus.ff.ex quibus cauſis maio.& quod n.in l.iij. C. de ſicariis. Sed finis domini noſtri Regis, & ſui magni cõſilij eſt vniuerſaliter miniſtrare omnib' iuſtitiã,& iuriſdictionẽ cõſeruare,quę parlamẽtis ſpectat intra eorũ diſtrictũ reſſortũ, vt omnia legitimo tramite ꝓcedãt & cõſeruẽtur, & vt faciant in eis iudiciũ conſcriptũ,gloria eſt omnib. cõſiliariis eiſdẽ magni cõſilij.Pſalmo exlix. Quia cõſtituit eum ſuper omnia opera manuũ ſuarum. Quia vt dicit Damaſce. Nulla res diſtinguitur propria operatione:ſed ſecũdũ Philoſophum de cœlo & mũdo,ad ſuã operationẽ vna quęque res ordinatur,ſicut nauigatio ad nauigãdũ, & medicina ad ſanãdũ.Quũ igitur ad hoc fuerit repertũ magnũ conſiliũ, vt ſederet ſuper throno Regali iudicãtes duodecim tribus Iſrael,& vt vim iuſtitiæ aperiat legũ doctrina. Deinde gubernationẽ tradãt,ex qua gubernatione efficiãtur reipublicę cõſeruatores,vt inſtit.in prœm.in fin.& ff.eodẽ §.incipite.Et hic finis habet prælationem alteri. Nã primò habetur ratio volentiũ cõſeruare,quã acquirere,vt l.fi.C.de codicil.& de nouo C. cõpo.alias de cõfirma.in prin.ibi,cùm dicitur primo ſeruando.& l.fi.§.ſi verò creditores.C.de iu-

148 re deliberan.†Nec valeret conſuetudo,quòd ipſi domini de parlamentis præcederẽt nos de magno conſilio: quæ eſſet contraria omni iuri: vt in ſimili notat Abb.Sicu.in conſi.xxj.volum.primo de Archidiacono:quod in vim conſuetudinis, & etiam priuilegij nõ præcedat vicarium epiſcopi, & probatur primò iure diuino,vt ſatis colligitur ex d.capit. ad hæc. lxxxix. diſt. Secundò, ordine naturali,colligitur ex capitul.eſt ordo. xxxiij. q. v. Tertiò iure canonico, cùm maior in adminiſtratione præferendus ſit,vt ſuprà plenè fuit allegatũ.Item ciuili,vt colligitur ex l.vt gradatim.ff. de mune.& hono.ergo impræſcriptibilis. & potius diceretur peſtis quã cõſuetudo,iuxta ea quæ habentur in ſimili in capitul.ad noſtram in textu & gloſſa de probationib.Item conſuetudo cõtra honeſtatem non valet, vt in capitul.decorem de vita & honeſtate clericorum. Et nimirùm cùm ſit principale. quod ſequitur in l. ſit ipſa honeſtas,vt cap.erit autem lex honeſta,iij.diſtinct.Si ergo iſta quæ procedunt ex conſenſu expreſſo nõ valẽt ſine ratione vt ibi, quãto minus cõſuetudo non valet,quæ inducitur ex cõſenſu tacito.Et regulariter minus operatur cõſenſus tacitus,quàm expreſſus,iuxta no.in capitu,dilecto,de cõſuetu. & in l. ſecunda.C. quæ ſit long.conſuetu.& viij. diſtin.cap.mala cõſuetudo.& capit.conſuetudo. & eſſet contra rationẽ, vt patet ex prædic.Et ſolum proceſſiſſet, quadam vecordia & ambitione ſeu ſtultitia,vt innuit tex.in d.capitul.legimus in principio,ergo nõ poſſet valere:quia quod ratione caret, extirpare neceſſe eſt. lxxviij. diſtin. corripi.in fin.& potiꝰ eſſet corruptela:quia cõtra primũ gradũ humilitatis neceſſariũ, qui eſt deferre maiori,& nõ præferre ſe æquali,vt not. gl. celebris in clementina prima. de religio. domib. in verſicul.Humilitatis.quem ſequitur alius gradus. & facit capitu.de Conſtantinopolitana. xxij. diſtinctio.Et expreſsè probatur quòd dicta conſuetudo non valeat, in d. capitul. legimus. vbi reprobatur mos locorum, in quibus diaconi volebant ſe præferre pluribus quibus tamen non erant ſubditi reſpectu iuriſdictionis:fortius non valet, vbi magnum conſilium habet iuriſdictionem in parlamenta, vt prædictum eſt,& latius dicetur. Facit c.illud.xciij.diſtinct. de quo per Abba.in d.cõſilio. xxj. Quinimò ſi haberẽt priuilegiũ generale ꝙ deberẽt primã ſedem poſt magiſtros requæſtarũ obtinere,adhuc nõ poſſent præcedere ipſos ſacri conſiſtorij cõſiliarios: quia illud priuilegiũ ſic generaliter loquẽs deberet intelligi reſpectu aliorũ conſiliariorum nõ habentium iuriſdictionem in ipſos dominos de parlamento, & non intelligeretur de conſiliariis ſacri magni cõſilij ſuperioribus. Et etiam deberet reſtringi,vt abſurditas euitetur,vt eſt text. not.in ſimili materia in c.ex ore.de priuileg. Abſurdum enim foret, ſi præcederent nos conſiliarios de excelſo cõſilio vt patet ex prædictis & ſequẽtibus. †Præterea etiã & fortius ratione loci:[a] quia dignitas collata preſenti reſpectu loci honoratior & præſtãtior eſt ea quę confertur abſenti & remotiori, ſiue vtraq; ſit dignitas cũ adminiſtratione:vt quia vnꝰ adminiſtrat Romæ,alius in Prouincia.Nã præfertur adminiſtrãs Romę propterexcellẽtiã ciuitatis,ſecũdũ Ioãnẽ de Plat.in d. l.ij.& ideò præfectus vrbis eſt in maiori dignitate,quia illuſtris vt n.in rubrica.ff. de offic. præfect. vrb.& d.l.fi.& ibi Ioãnes de Plat. de curi.& l.j.C.de ſilent.& l.vna. de præpoſit.labo.libro duodecimo.& l.ius ſenatorũ. de dignita. & l. municipes. ibi quibus ſumma Reipublicæ commiſſa eſt. ff. ad municipal.& ſic ratione loci, & adminiſtrationis quis eſt præferẽdus,vt dictis iuribus,& bonꝰ eſt tex.in l.quilibet.ibi,nõ ſolũ à vobis,quibus propter loci dignitatẽ rerũ ſumma commiſſa eſt.C. de decurio.libro decimo. vbi dicit Bald.per illum textum, quòd tãto maior eſt officialis quãto digniori preſidet.l.prima.C.de priuile.corp.vrb.Romanę.lib.xj.& tenet Innocẽt in c.iii.de ſepultu. & Card.Alex..in d.c. epiſcopos. vbi etiam dicit, ꝙ officialis in ciuitate præfertur officiali in vico:& ratione officii filius eſt dignior patre & ſuperior. ff. ad Trebellian.l.nã quòd.Sed intellige prout ſuprà dixi & pulchrè no. Bal. in d. cõſi.cccIxxxvii.quod eſt ſingulare pro hac parte. & Luc.de Pẽna.in l.mulieres.verſi.Octauò

[a] Ratiõe loci. Adde quod illi cẽſentur magis priuilegiati, qui nati ſunt in terra, in qua Chriſtus benedictus natus eſt,vt no. glo.in l.vna. C.de colonis palatinis, li. xj.quia ſecũdum Lucã de Pen. ibi, Iudæa non eſt regio per ſe, ſed portio Paleſtinæ, & ipſa Paleſtina eſt pars prouinciæ Syriæ, in qua Chriſtus eſt natus.&vide infrà de nu. eccleſiarum cathedraliũ, verſic.in Syria.

a Metus præſumptioné. Adde quòd præſentia iudicis facit ceſſare metum. Bal. in l. tutores. ff. de cõfi. tuto. text. Bar. Ioan. de Plat. & Luc. de Pen. in l. j. C. de p̃bus dec. & Petr. Gra. in ſuo ling. lvii. text. in l. cùm oſtẽdimus. §. fin. ff. de fideiuſſ. tu. & Barb. in conſil. lxx. vol. iii.

b Ardua dubia. Adde textum in l. placet. C. de exeu. mat. li. x. in authenti. de iudi. §. fi. & ibi glo. in verbo, dubiũ. & ſi auth. vt iud. nõ expecta. ſacras iuſſiones. & ibi gloſſ. j. & in authenti. vt in medio litis non fin. ſacras iuſſio. §. ſicut enim. verſi. ſi verò aliqua dubitatio. & in c. multis. verſi. maiores. xvij diſtin. plenè per Barba. in cap. edoceri. verſi. addito primo de rẽ-ſcripti, & per totũ. C. de rela.

ex loco. de dignitat. libro duodecimo. vbi dicit, quod cuius ex verbe ſplendida oriundus nobilis eſt. alleg. ad hoc xl. diſtin. cap. nos qui capit. illud. capitul. Addá & ff. de execu. tuto. lege, non tantùm. §. primo. C. de vi public. l. ſeruos. ij. reſpon. ff. de ſtatu. hõmi. l. in vrbe. à fortiori propter præſentiã principis, qui actũ extollit, argu. leg. omnium. C. de teſt. quinimò datur authoritas in ſtrumẽtis propter cõmemorationẽ principis, text. in auth. vt prępona. nomẽ Imperato. & ibi glo. in verſi. Imperij. & omnem dolum excludit, tex. cum ſua gl. in l. probatorias. & ibi Ioan. de Plat. in iij. notab. C. de diuer. offi. ſicut & præſentia conſanguineorum a omnem metus præſumptionem excludit. l. trãſactione. & ibi omnes. C. de tranſ. Præſumitur enim rẽ geſtam ſine dolo & fraude. vbi princeps interfuit vel ſe ſubſcripſit. vt dicta lege probatorias. vel conſenſum vel authoritatem præſtitit. l. fin. §. indefeſſa. C. de vend. rerum ciuit. Similiter præſumitur omnis ambitio, & ſimoniæ labes ceſſare vbi princeps elegit officiales, lege prima. ff. ad leg. Iul. de ambi. & dixi in tract. de poteſta. regia. in ij. quæſtione. Hinc eſt quòd vbi fit confeſſio à princi. de decreti iudicis interpoſitione, quærendum non eſt. l. ij. C. quando decreto opus nõ eſt. mutat enim princeps ſubſtantialia, vt videatur loqui, qui non loquitur, & ſtipulationem interceſſiſſe, quæ non interceſſit. l. his verbis. in fi. ff. de adop. Ex quibus infertur, ſecundum Ioan. de Plat. in d. l. ij vt dignita. ordo ſeruetur. quòd maioris eſt honoris electio facta præſente Cancellario principis, quam ſi mittatur ſibi ad domum, arg. illius l. & iurium ſ. alle. & eſt tex. celebris in l. ij. & i- 150 ibi gloſſ. ff. de alb. ſcen. † præterea facit tex. in l. vna. C. de comit. & archiatris. lib. xij. vbi dicitur ꝙ archiatri, id eſt, militantes inermes militãt intra palatiũ principis, ſi primi gradus militiã obtinuerunt, eam dignitatem adipiſcuntur, quam duces, & vicarij principis qui militiam adminiſtrauerunt, quem tex. no. ibi Bar. pro medicis Papæ vel principis, vt dignitate prædicta fungantur: quia dicuntur ſecũdum Luc. de Pen. ibi, infrà palatiũ militare, licet medici æquiparentur obſtetricibus. l. ij. C. communia de lega. Tamen cæteri medici debent eis infirmorum languores, cauſas, & ſigna, & ab eis remedia expectare. Sic domini cõſi. militãtes in regali palatio, vt intrib. hîc alle. & l. aduocati. C. de aduoc. diuerſo. iudicũ. ſũt duces & vicarij dñi noſtri Frãcorũ principis, quib. debẽt parlamẽta regni cauſarũ inſinuare nodos, b & ardua dubia & abeiſdẽ remedia & ꝓuiſiones requirere. Facit tex. in c. ad hæc. de off. archi. vbi licet archid. habeat iuriſd. ſ. eos, q ſũt ſui archid. tamẽ ardua referre debet epiſcopo. & qđ habetur Exodi. xviij. c. vbi maiora referebãtur ad Moyſẽ. Et licet enim locꝰ nõ ſanctificet hominẽ, ſed homo locũ, vt §. j. & c. nõ loca. &c. multi. xl. diſt. & etiã quãdocũque ex loco præſumatur cõtra aliquẽ xxxij. q. j. diſtinctus. &c. tolerabilius. & ibi gl. xxxij. q. v. tex. in l. qui fiſcales. C. de nauicul. li. xj. & ibi Ang. inducit cõtra illũ qui reperitur cũ rebus vetitis portare extra territoriũ in via recta. & Ang. Are. inſtit. de iuſt. & iure. §. his igitur. Tamen prima frõte præſumitur pro aliqua ratione loci. lvj. diſtin. ca. i. quẽadmodũ præſumũt vulgares aliquẽ pro veſtib⁹ eſſe peritũ: talis enĩ prima facie præſumitur, qualẽ eũ eſſe iudicãt veſtes l. itẽ apud Labeonẽ. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. & de Puteo in tract. ſynd. i ver. nũtius. c. j. & plenè no. Spec. in tit. de aduoc. §. ſeq. vbi ponit verſum:

Vt bene veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à mille, quamuis idiota ſit ille.
Si careat veſte, nec ſit veſtitus honeſtè,
Nullius eſt laudis: quãuis ſciat omne quod audit.

Et idẽ Luc. de Pen. in l. ii. C. de veſtib. holob. lib. x. vbi ponit genera veſtium c, & ibi vide. † Ideò c clarè apparet per iura ſuprà & hic per ſocũ ſecunda ratione pro ipſo ſummo conſilio allegata, quòd ſilentiarii ſacri regalis conſiſtorii præferri debent conſiliariis parlamentorum, tam in ipſo cõſiſtorio, quàm extra ipſum: & in omnibus parlamentis & locis. vt l. i. C. de ſilent. lib. xii. & ibi Ioann. de Plat. ita tenet per illũ tex. ibi, in noſtro conſiſtorio, &c. vbi dicit, quòd honores & priuilegia dignitatũ, quę alicui debẽtur, ſunt ei obſeruãda, tã in cõſiſtorio principis, quàm extra: quia cùm à principe procedant omnes dignitates tẽporales, vt not. Bart. & Ioan. de Plat. in l. i. C. de dign. lib. xii. & Aluar. in c. i. quis dicatur Dux, Marchio. & in c. i. de feud. matchiç. qui alleg. tex. in l. ſacrilegii. C. de diuer. reſcri. &c. & bonũ tex. in l. in nomine domini. & ibi Io. Fab. C. de offi. præfect. prẽt. Africæ. meritò ipſe debet illis vbique terrarũ gaudere facere, arg. l. meminerit. C. vnde vi. ne inde iniuriarũ naſcatur occaſio, & c. tenet gl. in d. c. legimꝰ. in ver. nec altera in fi. † Et 152 probatur per textum in d. l. i. de ſilent. ibi, vt tã in adoranda noſtra ſerenitate, quàm in ſalutãdis adminiſtratoribus, &c. ꝙ poſt principem, qui adoratur, d non adoratione quæ Deo debetur, ſed Regia ſubiectione, debẽt ſalutari, vt dicit gl. quã ſequitur ibi Ioan. de Plat. in l. primicerium. C. de fabr. libr. x. & Lucas de Penna in leg. emictionum. per illũ textũ in verſi. Veneratione. de cur. pub.

c Genera veſtium. Adde bonam glo. in l. j. in ver. ſibullis. C. nulli lic. in fræ. & equeſtri. libr. xij. & quæ dixi ſuprà. & per diuum Hieronymum iij. parte epiſtolarum. capit. xvj. titu. de veſt.

d Adoratur. Adde text. in l. fi. ibi noſtrã clementiã adorare decernimus. Cod. de palat. ſacro. largit. libr. duodecimo, & in l. ſecunda ibi, adoranda noſtræ dignitatis purpura. C. de priuilegio ſchola. eo. lib. & in l. j. C. de aparitor. præfec. prẽt. & in l. j. de apparit. præfect. vr. eo. lib. & Archid. Car. Ale. in c. duo ſunt. xcvij. diſt. vbi inducunt illum tex. contra epiſcopos Hiſpaniæ, qui oſculantur manus Regum. Et etiam epiſcopus ſi eſt Comes oſculari debet, cùm ex conſuetu. alij magnates faciant, cap. certum. x. diſtinct.

gl.j.post Host.de mutu.pet.& Bart.Bald.Ang.& Paul.de Castr.& latè Alex. Imol.in l.j.not.ij.ff.si certum petat. Bart.in l.item Labeo,per illũ tex. ibi, & ita edictum ordinatũ videtur.ff.rer.amot. & in l.j. post Gul.de Cug & Mar. Sil.ff.de confir. tuto.determinantes ex ordine tit.quòd tut.datus in testamento ei, cui dari nõ valet mero iure per superiorem, tamen confirmatus censetur testamentarius, non datiuus, & consequenter præfertur legitimo.Idem Cin.Pist & Bart.Bal. & Salic.in l.ij.C.eo.Bar.Paul.de Cast. Alex. & dominus Iason in prædicta rub. de eo per quem fac. erit.Abb.Sicul.& Imo. post Card.in c. ex parte. Io.ij.de appellat.supradictum etiam argumentũ cõprobat Panorm.in proœm.Greg.Ana.& diuinę memoriæ Felin. Sãde.in rub. de accusat. ¶ † Tũ ad propositũ redeundo diuersitas senatus Parisiẽ. & Romani in authoritate luculẽter deprehẽditur, q̃ senatorũ collegiũ famæ restituebat.l.ij.§. de qua re. ff.de postulãdo. vt not. Inn. Ioã. And. Bal. Panorm.& Felin.in.c.cum te.de re iudi.licet hoc sit de reseruatis principi in signũ supremæ potestatis, vt legitimare, arrogationẽ authorizare tabelliones creare, iurisdictionem ordinariã tribuere:& alia huiusmodi,quæ cõtra (salte præter) naturã sunt secundũ singularem doctrinã patris veritatis Inn.in c.cum. P.tabellio.de fide instru. quæ reseruata enumerauit,& latè prosecutus fuit in repetit. rub.ff. de iurisdict. om. iud. sub trac. de mero imperio:quã repetij,& nõdũ in lucẽ edidi. Sed ad ista reseruata parlamẽta manũ apponere non possunt vel audent. Videtur quippe quotidie pro istis ad regem, & eius magnum consiliũ recurri: Vnde in ordinationibus Regis moderni Ludouici xij.articu. lxix. expressè cauetur,quòd locum tenentes generales regii vel gubernatores in aliquibus tertis, vel prouincis deputati, a non possunt dare gratias [a] vel abolitiones,nundinas,mercata,legitimationes,minúsque plebeios nobilitare,aut causas coram ordinario pendẽtes euocare.† Attamen fateri oportet quod inueniuntur multę conformitates inter prædictos,scilicet senatores Romanos & dominos parlamentum Parisiis tenentes, vt scripsi in dicta repet. in capitulo fin. tracta. de adoptionibus officiorum. Adde quòd quamuis senatores dici b non possunt nisi qui in curia Romana [b] fuerint, secundum Papam quem refert Archidia. in capitulo, senatusconsultum. secunda distinctio. & Lucas de Penna in leg. omnia in verbo, senatore. C. de decur. lib. x. tamen senatus Parisiensis fuit ad instar senatus institutus, vt hîc dicitur, qui erant in numero centum, quorum centum vtile iudicium vocabatur. tex. in l.fi. ibi magnitudo est enim, & authoritas centumuiralis iudicii.C.de petit.hęred. vbi gloss. & Cin. exponunt centumuirale iudicium, hoc est senatorum, qui erant centum numero. & idem in leg. qui repudiantis. Ibi, authoritate centum virũ. & gloss. & doct. ff. de inoffic.testamen.& in l.maximum vitium. ibi cùm etiam cẽtum virũ.& ibi gloss.C.de liber. præter. Idem dicit Bart. post glossam quam sequũtur ibi docto.in rubric.ff.de senatoribus,Archidiaco.& Cardina. Alexandri.in d.c. senatusconsultum.ij.distinct.text.cum gl.in l.petito.ibi, centumuirale iudiciũ exerceat.ff.de liberatione 175 legata,& Cin.in l.vna.C.de caducis tollẽdis† Vbi impetator in princ. vocat ipsos patres conscriptos: ex eo,secundum gloss. ibi, a Dare gratias. Adde Ange. Aretin.in §.cum autem.versicul. quid de ciuitatibus. insti. quibus mod. ius patriæ potestatis soluitur. & Lud.Bolo. in primis interpretatu.in l. nõ omnes. §. finali. ff. de re mili.cũ aliis per me al leg.in tra.de seditio.in vj. præsuppositione vers.& pariter nullus,cum aliis infra allegg. in iij. q. per istum & me in vlti. addi. pro sacro magno consili.& parla.

quòd erant nomina diademate principis scripta. cui nõ assentit Cin.ibi, quia nimium põderasset c principis diadema [c]: vel secundum gloss.per Cin. approbatam vocabantur patres propter curam & solicitudinem quam habebant ad imperium, sicut patres famil. prouident, l.ij funebris. C. ad Velleia. & sequitur Archidiaco.in d.capitu. senatusconsultum,vt infrà dicam. 176 †Sed quare vocabantur conscripti, dicit ibi Cin.nescire, vel secundum Ang.ibi sunt legum professores,quibus cura reipub. tempore pacis demãdabatur:aliquãdo vocat eos parẽtes. vt C.de locat.l. ex diui Pij. aliquando amicos, vt l. secũdum responsum. C. de contrahen.& comm. stipula. nonnunquã vocat eos prædecessores,vt in proœm.institut. & ipsorum appellatione continentur patritij,& consules vsque ad omnes illustres:quia illi soli possunt sententiam dicere in senatu. l. final.§.i.& ibi Bartol. & Bald. & sequa. ff. de senato. Quinimò etiam nomine populi continentur senatores secundum Innocẽt. b in capitul. sedes de rescript. qui alleg.text.in §. plebs. institut. de iure natu. & tenet Luc.de Penna, in l.senatorum. C.de dignit. lib. 177 xij. † Tamen est aliqua in potestate,& authoritate disparitas inter senatum olim Romanum & Parisiẽ. vt elegãter hîc per sociũ meum deducitur,& per magistrũ Badęum Regium secretarium,in suis annot. tit. de senato ff. super c d.l.fi.§.j. vt infrà dicam.hoc tamẽ erat,& procedebat ex potestate nisdem Romanis senatoribus cõcessa,Nam cùm populus Romanus ita auctus fuisset q̃ in vnũ cõuenire non potuisset causa legis faciẽdæ,visum fuit senatum vice populi cõsuli.§.senat°.instit.de iur natu. vbi dicitur q̃ senatusconsultũ est quod senatus iubet atq; cõstituit. Quia antè totus populus interrogabatur,quãdo cõsul legẽ

Curia Romana. Adde q̃ Imperator vocat senatores,amplissimũ ordinẽ. de his quinot.le.decreto amplissimi ordinis. C. de insam. Diadema.ad c de quod corona est multiplex. antiquitus habebatur in vsu regũ, & hæc erat põderis puta vnius talẽtiex auro & gẽmis pretiosissimis,& vocatur diadem.ij.Reg. xij.Tulit Dauid diadema regis eorũ de capite eius põdo auri talentũ habẽs & gẽmas pretiosissimas, & impositũ erat super caput Dauid.& idem Paral.xx. Et aliæ multæ coronarũ species apud Romanos erant quarum vsus plerumque tempore cõsulũ fuit:videlicet athletarum de qua in l.vna C. de athle. lib. x.& hęc similiter erat aurea, vt dicit ibi gl.Item erant oleagena,laurea, graminea,quernea,myrtea,palmea,frondea,hederalis & populea de quibus vide Luc.de Penna in rub. de auro corõ. lib. & ibi vide quos lapides pretiosos debet corona habere,& de proprietate ipsorum.& Albe.in dict.in verbo,corona.

a Per populũ. Adde quòd populus ex lege hortensia transtulit in principẽ omne imperium & omnem iurisdictionem. §. quòd principi placuit. l. ic allega. & l. j. ff. de constit. princ. & Bal. in cap. j. versi. criminalib. de pace constan.

b Laicos sed clericos. Adde bo. tex. in c. j. ver. hortatu itaq; & const. ar. hiepiscopo. d., episcoporũ, ducũ, comitũ, marchionũ, palatinorũ, cæterorumq; nobi- lium similiter, & etiã iudicũ. de prohibi. feud. alie. per Lotha. & in cap. j. in prin. ibi habito ergo cõsilio episcoporum, ducũ, marchionum, & comitum, de prohi. feud. alien. per Feder.

c Sed illud dictum. Adde Bal. in l. placet. in primo no. & ibi Iason. C. de sacrosan. eccles. & Ias. in l. fin. in primo not. Cod. de pactis.

ferebat ad populum eius cõsensu lex ferebatur, vt l. lex est cõmune. & ibi Alb. & in l. nõ ambigitur ff. de leg. Ita vice populi senatores interrogãtur, quãdo cõsul legẽ ferebat: & ita eorũ cõsensu senatusconsultum vocatum est. Hinc est q̃ magistratibus nõ recognoscẽtibus superiorẽ & alios deputatos cõsiliũ, aut alios consiliarij, qui adhuc eandẽ authoritatẽ habẽt quam populus in republ. gubernãda, & leges & ordinationib. faciẽdis, vt volunt glo. in l. sed ex dolo. §. j. ff. de d. lo. & in rub. C. quę sit lõg. cõsue. Et Luc. de Pẽ. in rub. de decu. li. x. & ibi vocãtur secundũ ipsũ patres ciuitatis, vel senatores ciuitatis. & hoc modo, vt inquit, quælibet ciuitas habet senatũ. & illi dicuntur curiæ principes, secũdum Luc. de Pen. in d. l. omnes. Sed quæ solennitas & ordo quò ad hos seruetur, not. Bart. Io. de Plat. & Luc. de Pen. l. ij. C. de decur. li. x. & Car. Alex. in d. c. senatusc̃onsultum. Sed parlamẽta fuerũt instituta per Reges Franciæ ad iura partiũ reddẽdum, & nõ profectò ad alia regiæ maiestatis reseruata, & per populum[a] in ipsum principẽ translãta faciẽdũ. Licet † gl. & doc. in l. nõ ambi. ff. de legib. multũ se inuoluãt an senatores possint cõdere leges. Io. Fab. & omnes Moderni in d. l. humanũ. & in l. fi. C. e. ti. vbi dicũt insu p Pau. de Cast. in d. l. nõ ambigitur q̃ iuris cõsulti fuerũt post Octauianũ imperatorẽ, & cõdebãt leges: & sic possent senatores (si hodie essent) cõdere leges. Tamẽ Ioã. Fab. in d. l. fi. dicit q̃ magistri curiæ parlamẽti Parisius possunt facere leges de cõsensu principis. Et si sine cõsensu principis fecerint, princeps potest illas tollere. & tenet glos. in data pragma. hic alleg. & Aufre. cuius anima requiescat in pace. in additio. capellæ Tholosæ. quæstio. cccev. de quo latius per Ioan. Fab. & Ang. Aret. in §. sed & quod principi placuit. institu. de iur. natu. gen. & ciui. Vbi concluditur quòd hodie illa lex nõ ambigitur, est correcta, & quod senatores, vel domini de parlamẽtis nõ possunt facere leges sine licentia & consensu & mãdato expresso principis, vt in prima cõstit. C. §. quibus. & latè dixi in tracta. de offi. & potesta. lega. in ij. parte. j. quæ. Quare forma per Imperatorem in d. l. humanũ. tradita seruatur in regno Fraciæ. Quoniam Christianissimus & supremus dominus meus, quãdo super aliquo dubitat, statim conuocat nonnullos prælatos præsidentes, ac etiam consiliarios parlamentorũ regni sui ad se, & suũ magnum consilium. Nam habet in suo grandi cõsilio b nõ solùm laicos sed clericos, b vt authen. habita. ibi episcoporum, abbatum, ducum, &c. C. ne fil. pro patr. & ibi Bal. in j. not. & Lud. Bolog. in secundis interpret. & idẽ est in parlamentis, vt dicit socius meus in vlt. ratione pro mag. cõsi. & parlamentis simul adductis, quorũ consilio facta per illustrissimum & clarissimũ Franciæ cancellariũ propositione leges & cõstitutiones, quas Regias vocamus ordinationes promulgari facit, & cõdit prout præsenti Anno 1510. in ordinationibus per eum Lugduni editis factum, ac etiam per alios reges prædecessores Fraciæ in omnibus ordinationibus olim per ipsos conditis obseruatũ extitit. Probatur etiã in proœmio pragm. sanc. §. in qua quidem solenni congregatione, &c. ibi, assistentibus nobis, &c. & ibi, plerisque magnatibus, proceribus, & viris peritissimis ecclesiasticis, & secularibus, de magno nostro consilio, &c. Et pariter in data eiusdẽ pragm. ibi præmissis & aliis iuris, &c. & ibi per regẽ in suo magno consi. Et etiã nostra tempestate factum fuit in congregatione ecclesię Gallicanę Turonis & Lugduni, pro reformatione ecclesiæ & Romani põtificis Iulij secundi facta. † Ex quibus patet dominos de parlamento de iure nec de facto posse leges aut ordinationes facere, secundum communẽ & verã sententiam doctorum in locis ꝛ. alleg. & Alb. in rub. de legi. & in d. l. humanum. & sic debent intelligi hic per socium meum in quarta ratione pro magno cõsilio & parlamẽtis simul adducta. † Sed bene econtrà Princeps sine consilio procerum vel Papa sine cardinalibus potest condere leges decretales, nõ obstãte clausula, de qua in d. l. humanũ. & illa de fratrum nostrorum cõsilio. Quia videtur magis decentia quàm necessitatis, maximè in materia non ardua, ibi vide per Alberic. & dixi in tracta. de officio & potesta. lega. de quo amplè per Felin. in rubri. de constitu. Et secundũ Albert. in dicta l. humanũ. in princip. multi sunt reges & barones qui conuocant suos consiliarios, quorum consilium nolunt sequi, vt no. glo. in capitul. j. & in capitul. peruenit. lxxxiij. distinct. quemadmodum fecit Roboam, qui perdidit regnũ suum, quia noluit audire cõsiliarios suos sapientes, sed consilio iuuenum, iuxta illud, Consilium iuuenum Roboam fecit egenum. de quo per glossã in dicto capitu. peruenit. lxxxiij. distinctio. & Specul. in titulo. de aduocat. §. iij. versiculo, habito. & in titul. de requisitio. consil. & Martin. Lauden. in tract. de consi. prin. quæst. xix. accedant not. per Luc. de Pen. in l. omnes. cum seq. de decurio. lib. x. in quæst. an præses consilium assessoris teneatur sequi. Sed illud dictum[c] non habet locum in supremo, & illustrissimo, ac sacratissimo domino meo Francorum Rege & Italiæ domino, qui nihil sine suo mag. cõsilio facit. Igitur. Et vbi parlamenta aliquid possent, sacrum & magnum regale Franciæ cõsistorium maiorem haberet in his potestatẽ, ac in cæteris omnibus regimen & bonum publicum concernentibus, quàm ipsa parlamenta, per iura & rationes supra in prima addit. adductas. Sed quanquam iura & Doct. ꝛ. alleg. velint & dicant Senatores Romæ centum numero fuisse, vt tenet Martin. Lauden. in tract. de consi. princip. q. xxx). qui alleg. Archid. & Ioan. Andr. in capit. fideliter

deliter. de elec. lib. vj. ita tenere, & adaptent seu æquiparẽt senatum ad iudiciũ centumuirile, & econtrà iudicium centumuirile ad ipsos senatores: tamen Budæus regius secretarius in annotationibus suis super d. l. fin. de senato. ff. reprehendit Accursium & doct. exponentes, centũuirile iudicium, hoc est senatores, qui erant centum numero. Quia secundum eum aliud est centumuirile iudicium, & aliud sunt senatores. & aliud iudicium areopagitarum, quorum iudiciũ & potestas erat diuersa, vt ibi eleganter per eum. Ad quos omnes scilicet, centumuirile iudicium, & areopagitarum ad senatum Ro. postea adaptat senatum Parisiens. & quamuis plenissimè scripserit, tamen non est verisimile tantos doct. supra alle. in hoc errasse. Nam Archi. in d. c. senatusconsultum. & Luc. de Pen. in l. omnes. in j. C. de decu. li. x. dicunt quod fuerunt centum homines electi à Romulo qui senes vocati sunt, vt not. in Martiniana de personis, à quibus Roma incepit, postea Numa Pompilius secundus Romanorum Rex glorioſus qui Romulo successit: vt in expositione Valerij continetur, qui primus Romæ fabricari fecit nũmos. non tamen primus fuit qui numinos in mundo fabricari fecit. Fuit enim Thare pater Abrahæ optimus faber, qui ad petitionem Nini regis Niniuæ filij Beli fabricauit illos xxx. argenteos, quibus Iudas vendidit Iesum Christum benedictum dominum nostrum, vt dixi in addi. ad Din. in regu. in obscuris. in addi. i. de reg. iu. & etiam Rex Numa, anno qui erat tantum decem mensium addidit Ianuariũ, & Februariũ: illósque senes per Romulum electos senatores appellauit: & inde cẽtũuirile iudiciũ dictum est, vt ſ. Et tenet Alb. in dictio. suo in ver. Num hæc dicẽdo cõstare ex gestis Romano. in mutatio vniuersi orbis in quinta parte. lib. ij. ru. seu. ti. Numa secũdo Romanorũ rege. & sic apparet senatũ, & cẽtumuirile iudicium idem esse, & q Romulus illos delectos senes nõ vocauit senatores, vt voluit dictus Budæus in annot. prædictis. sed Numa Rex qui vocauit senatores à senectute, quasi senes nati, vel quia in illa dignitate eligebantur senes nati, vel nascebantur in ea, id est eligebantur senes saltem prudentia, vt no. Arch. in d. c. senatusconsultũ. Prudẽtia enim habet donũ correspondẽs puta consilij, habet etiã ꝓfectò partes integrales, vt sunt ratio, intellectus, circunspectio, ꝓuidentia, docilitas, cautio, memoria, & custodia. j. solertia. de qua ſ. in addi. proxi. † Item subiectiuas, vt est prudentia, per quam aliquis seipsum regit: & aliam, per quã regit multitudinẽ. Et hęc diuiditur in politicã, regnatiuã, militarẽ & œconomicam. † Itẽ potest sumi prudentia largius, vt includat in se speculatiuam, & tunc partes eius congruè ponũtur, dialectica, rhetorica, & phyſica. Itẽ sunt potentiales, embula, id est rectitudo consilij, vt ſ. in additio. proxim. dixi, Gnome, id est perspicuitas iudicii: & synderesis, id est rectitudo iudicii. Sed præcepta prudentię data non sunt, sed solum præceptum prohibitiuum, scilicet ne fiat astutia & hæc debent esse in quolibet bono consiliario, innata. & pro hoc bon. text. in cap. estote. Ibi, graues expertósque viros consilii vestri adhibete participes. & ibi Archidia. i. quęstio. prima vbi dicit graues ab anno 50. vsq; ad sexagesimũ. Nã secundũ Ioã. de Ana. in c. quanto. de iureiurãd. cõsiliarius principis debet esse purus vndiq;, iustus, optimus, & contẽtus his quæ dãtur à fisco, vel à principe, aliàs debet repelli, & idonee subrogari &

a Secundus Romanorũ. Adde q Aeneas Troianus fuit primus Romanorum Rex, & secundus Romulus, & tertius Numa Pompilius. text. in authen. vt proponatur nomen imperator. §. i. & Bald. in l. ii. ibi Romulũ. ff. de origine iur. & Antonius Corset. in tract. de potest. regi. quæstio. lxv.

b Thare pater. Adde Guid. Pa. in q. ccccxcviii.

c Consiliarius principis. Adde quòd quæstor & consiliarii sacri regalis consilij & parlamentorũ ac alii iudices debent esse manibus puri nõ sordidi: neque turpis acceptionis paratis: sed purè & liberè administrare iustitiam: aliàs puniuntur, vt authẽtic. de quæstor. §. maximè autẽ omnũ. cum §. sequenti. quoniam (vt ibi dicitur) sunt Dei & principis subtiles cultores. quare debẽt esse cõtenti suis stipendiis, vt authẽtic. vt iudi. sine quoquo suffragio. §. hæc enim. §. sic igitur. & §. imò quoque. ibi, si etiã purè me exhibebo circa subiectos pissimorum dominorum nostrorum contentus iis quæ statutæ sunt mihi de fisco annonis. & in authentic. vt differ. iudic. §. si verò refutarit. & in authentic. iusiurandum quod præsta. ab iis. & Propheta ait, Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Et Christus benedictus in suo sacro dicebat Euangelio Lucæ tertio: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contẽti estote stipendiis vestris, quæ verba recitantur in c. paratus. in fin. & c. quid culpatur. & c. mulier xxiii. q. prima. accedat tex. id l. fin. C. ad legẽ Iul. repet. Et ideò gl. in authentic. iusiurand. dicit q xenia, hoc est esculentum & poculentum nõ debent accipere, postquam eorum salarium est sufficiens. & idem gl. in §. secundo in versi. auaritiã. per illum textum in authentic. script. exemplar. & in authentic. de man. princip. §. oportet. in verb. dabant. volendo quod l. solent. §. fi. ff. de offic. procon. & leg. l. plebiscito. ff. de offic. prætor. sunt hodie correctæ per supradicta iura. nec valet cõsuetudo in contrarium. §. nulli verò. in authentic. vt nulli iudic. collatio. ix. ibi. malè enim adinuentæ malæ consuetudines, neque ex longo tempore confirmantur, licet videatur tex. in §. pro consuetudinibus. in auth. de sanct. episcopi. in contrarium. de quo in capitu. cùm ab omni specie. de vita & honesta. cleric. & capitulo statutum. §. insuper de constitut. libro sexto. vbi dicitur quòd potest capi mera liberalitate oblatum. sed prima verior & sanctior postquã sunt à republica salariati. nisi fuerit per cõsilium, aut parlamentum ordinatum pro raportu siue speciebus processuum: quia ita permittit princeps. & singul. Petr. Lac. in sua praxi. titu. de stat. ciuiarum. & si aliter extra illam taxã accipiant incurrunt hîc & in futurum maledictionem, de qua in d. authentic. iusiurand. in fin. & alias iuris pœnas, de quibus in d. iuri. nec etiam (vt inquit textus) in Lombarda. titu. de aduocat. & vicedo. l. vt episcopi. in final. dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant. & per Hippo. sing. cxc. & amplè per Pari. de Puteo in tract. syndic. in verbo, esculenta. & capit. seq. incip. consiliarii. & in ordi. Caroli viii. ordinatione xviii. & xii. ordinatio. xxii. & quæ dixi in quæstio. Burdegalen. cxv. inchoante iudex, de pactis est. Boërius præses.

ibi Papa vocat malos cõsiliarios deceptores regũ. Et idem tenet Matt. Lauden. in q. viij. de cõsiliariis princip. & de Pu. in tract. syndica. de excessib. consiliar. regum. Quæ faciunt ad ornatum eorum quæ socius meus hîc in sexta ratione pro
18; parlamentis adduxit. † Vel secundũ Archid. vbi suprà senatus potest dici à numero. quia facultatẽ eligendi habẽt. Nam sine eorũ licentia nullus licebat magistratum aliquẽ facere. Vel dicitur à senio, quod interpretatur sensus lxxxiij. dist. cap. vlt. ad idem. lxxxvj. dist. c. si quis verò. & Archid. in c. ecclesia. xvj. q. j. unde dicitur senatus reipubl. summũ consiliũ. vt dicit Tullius lib. de senectute. Nã senatus est propriè is qui de quo cõsultur, dat sententiã, vt ait Titus Livius de secũdo bello Punico, lib. viij. Vel dicitur senator quasi sanator, quia vulnera & cutas reip. sanat, secũdũ Luc. de Pen. in d. l. omnes. & hodie Romę non est nisi vnus senator, qui à summo põtifice eligitur. c. fundamẽta. de elect. li. vj. & Bal. in proœm. ff. & ibi per Moder. & Martin. Laudẽ. in tract. suo de consiliis. princip. q. xv; & Cin. in d. l. fin. de pett. hæred. dicens quòd habet tantã potestatẽ quãm habebant olim. Certum. ff. quod cuiuscunque vniuersitatis. l. sicut. & l. planè. & c. gratam de postulat. prælato. quia successit in locum & potestatem eiusdem, & idem dicit in d. l. fin. de legib. sub dubio fortè. Sed Car. Alex. in d. c. senatui cõsuluit. dicit quòd ille senator non habet tantã potestatem, vt ibi vide. & an ab illo appelletur, sicut olim ab ipsis centum non appellabatur Cin. in d. l. fin. de petit. hæredit. dubitant. sed Ioan. And. in addit. Specu. in tit. de appellat. § vltimò dum
184 videtur tenere quod nec hodie appelletur. † Sed videtur quod in locum senatorum successerunt cardinales, quia ecclesia senatum habet, cuius cõsilio omnia agit Papa, in d. ca. ecclesia. xvj. q. j. & ibi Arch. in prin. & Mart. Lau. in trac. suo ij. de cardin. q. xj. & plenè Barb. in consi. j. vol. j. & per Inno. Abbat. Sicul. & Felin. in c. cùm te. de rescript. & Specul. in tit. de leg. § nij. & Card. Alex. in cap. abbat. so. distin. & Ana. in cap. ad deliberandũ. de iudæis. In quibus locis tenent quòd non procedit argumen. de senatu ad Cardinales æquiparando Cardinales senatoribus. prout ibi vide. tamen Cardinales cùm Papa faciunt sacrum collegium: quia in administratione rerum vniuersalis ecclesiæ cõgregatur, vt Papæ consulant, vt eum dirigant. probatur in clemen. Romani. iũcta gl. in verbo. cœtũ. de elec. de quo per Ar. & Card. Alex. in c. in nomine domini. xxiij. distin. dixi suprà in prima addit. & An. de Butr. in cõsilio quodã posito inter cõsilia Paul. de Castr. volumine antiq. numero 412. incip. viso puncto, &c. & Matthæ. de Mateſil. in suo cõsi. ibi immediatè posito & sequen. cui se subscripsit Ioande
185 Ganuẽtulo. † Isto respectu collegũ cardinalium potest dici senatus Papæ, licet nõ per omnia habeant potestatem antiquorũ senatorum, vt not. Abb. Sicul. in d. cap. cũ te. & ibi Felin. Temẽ in aliquibus longè plus habent: quia eligunt Papam, vt d. cap. in nomine dom. † Et pariter Papa
186 renuente concilium possunt conuocare generale, & eligere locum, vt singul. tenuit Ant. de Butr. in d. consilio proximè allega. & Cardin. de Zabarel. in consi. cl. & in negligentiam ipsorum cardinalium, patriarchæ qui primates sunt post Cardin. possunt congregare cõ-
187 cilium. † Et propter aliquas causas secundum ipsum de Butr. in l. fin. est congregatum concilium. Prima propter notoriam apparentiã delicti scãdalizantis totã ecclesiam. Secunda vbi apparet incorrigibilitas Papæ. Tertia propter euidentem necessitatem & vtilitatem reformationis in capite & in membris. Tum propter obseruantiam iuramenti Papæ & Cardinalium, qui tenẽtur congregare cõcilium: in quibus super his est necessaria connectio & decisio cõcilii. & idem tenet Mart. Laud. in tract. de cardinal. in n. q. xxxv. & Dec. in quodam suo consil. nouiter edito, cuius verba fuerunt Andr. Barba. in d. consi. j. lib. j. quod est elegantissimum & amplissimum de potestate & authoritate Papæ & Cardinalium & etiam Cataldin. de Boncompagnis in suo tract. de transla. sacri concil. Basil. ad inclytam ciuitatem Ferrariæ. & ibi Ludo. Bolog. in addit. sed senatores olim non eligebãt imperatorem neq; hodie. cap. venerabilem. de elect. & c. apostolicæ. de reiud. lib. vi. & plenè ponit Cor. in consil. j. vol. iij. vnde exercitus olim eligebat imperatorem, & populus obediendo admittebat. de quo dum Card. Alex. in c. in synodo. lxxx. dist. ct.

Finis tertiæ addit. D. Boërii.

Et hæc quantum ad Parisiense Parlamentum.
188 † Aliorum verò parlamentorum sub Augusta ditione nostri principis inuictissimi consistentium originem non inueni, præter tria, quæ idem princeps noster in maximum reipub. compendium, & sapientiæ exultationem erexit. primũ in Normania, Rothomagi metropoli, & opulentissima ciuitate insulatus sui anno secundo & Dominicę incarnationis ccccxcix. supra mille. Prius enim curia appellationum vocabatur scaquerium, in Gallico *Eschequier*. quod vocabulum apud indigenas nondum amisit: & erat interpolatum, modò cõtinuum. Secundum Mediolani insigni vrbe ducatus Mediolanensis (quem iusto titulo de faucibus tyranni & parricidæ Ludouici Fortia armata manu euulsit præcipua & archiepiscopali sede tertium in superba Genuensi populosa ciuitate, quam etiam priùs rebellantem suo adduxit imperio. Omnia tamen parlamenta quæ sub regis prædicti nomine iustitiam administrãt, notorio cõcluduntur numero. Primum Parisiis, sedet: Secundum Tholosæ à tempore Ludouici xj. qui curiam prædictam de Montepessulano illuc transtulit: Tertium Burdegalæ: Quartum in Delphinatu ciuitate Gratianopoli: Quintum Diuione Burgundiæ Ducatus: Sextum Aquis, Gallicè *Aix* Prouinciæ comitatus metropoli: Septimum Rothomagi: Octauum Mediolani: Nonum Genuæ, de quib° tribus vltimis statim dixi. Ex hac ratione videtur dicendum, quòd consiliarii per parlamẽta collocati, sunt ij, qui magno assident cõsilio in honoribus præferendi: iuncto quod de institutione eiusdẽ consilii nulla habetur authoritas, vel authẽtica chronica, cui fides sit adhibẽda.

Quarta Additio Nicolai Boërii.

189 Adde † quòd institutiones siue erectiones parlamentorum regni fuerunt aliis temporibus, & per alios reges factæ, quam hîc socius meus describebat. Nam parlamentum Parisien. secundum quod habui ab illustrissimo domino meo D. Cãcellario, & magistro Paulo Æmilio, & postea ita compes-

comperi ſcriptum per magiſtrum Guliel. Budæũ in annotationib⁹ quas fecit in libros Pandectarũ, titul. de ſenato. ſuper l. fina. fuit per dictũ Philippum Pulchrum Anno 1264. inſtitutum. Et rurſus ccccvj. ſupra mille. per regem Philippum cognomine Longũ in tartarũ genus duiſum, vt ibi per eũ. Et ſic in ordinationibus eiuſdẽ Philippi comperitur. Et ita profectò nõ fuit tempore Pipini: qui nec pariter Carolus magnus inſtituerũt parlamentum, nec profectò etiam duodecim pares Franciæ. Sed Philippus Pulcher prædictus, Anno prędicto 1294. Et parlamẽtũ Tholoſanũ per Carolum ſeptimũ, Anno 1444. ex quo tunc exiit edictum in regno duo erant parlamenta. Et parlamentum Delphinale primo fuit per Humbertum Delphinum Vienen. die primo Auguſti, Anno M.XL. in conſilium erectum. & inde Ludouicus primogenitus Caroli vij. qui poſtea fuit Rex huius nominis xj. mutauit nomen conſilij in parlamentum, Anno 1453. ſecundum Guido. Papæ in quæſtio. xliij. & in quæſtio. ccccliij. Parlamentum verò Prouinciæ fuit primò erectum per Ludouicum huius nominis ij. comitem Prouinciæ genitorem Renati vltimi comitis Anno 1415. Et deinde mutatum nomen in conſilium, quod vltimo loco iterum Chriſtianiſſimus dominus meus ſupremus mutauit in parlamentum, Anno 1501. vt reperi in archiuis cameræ computorum Aquen. Prouinciæ reſiden. Sed parlamẽtum Burdegalẽ. & reliqua regni parlaméta fuerunt temporibus à Chriſtianiſſimo domino noſtro rege Ludouico xij. prout ſocius me⁹ hic deſcribit, excepto quod Genuæ nullũ eſt parlamentũ, ſed ibi gubernatorẽ & vicariũ ducalẽ ad complementum iuſtitiæ reddẽdum præpoſuit. Sed magnum regale conſilium ſemper fuit, nec eſt ſibi dare initium, quia innatum fuit regibus & imperatoribus, vt ſuprà dixi in ij. additio. Tamen quò ad parlamentum Pariſien. opin. ſocij mei probati videtur per text. in l. fin. de his qui ad placitũ venire coguntur. in Lombarda: quæ fuit per ipſum Carolum condita, ſed noſtra verior eſt opinio.

Finis quartæ additionis Nicolai Boërij.

TRACTATVS DE STATU, & vita Eremitarum.

SVMMÆ TOTIVS TRACT.

1 *Religioſorum regula quatuor approbata.*
2 *Auguſtiniani ordinis antiquitas.*
3 *Baſilij ordo antiquior.*
4 *Carthuſienſium ordo.*
5 *Eremitæ ſunt ſub regula Auguſtini.*
6 *Auguſtini regula eſt latior quàm Benedicti.*
7 *Ordinum variorum monachorum inſtitutiones.*
8 *Benedictinorum variæ regulæ & ordines.*
9 *Franciſcanorum regula.*
10 *Baſilij regulam qui ſeruent.*
11 *Serabitarum religio.*
12 *Anachoritarum religio.*
13 *Eremitæ an ſint ſub iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici. & numero 14.*
15 *Recluſi, an ſint ſub iuriſdictione iudicis ſecularis.*
16 *Eremitæ poſſunt de bonis ſuis diſponere.*
17 *Eremitica vita periculoſa.*
18 *Camaldulenſes an ſint Eremitæ.*
19 *Cœnobitarum religio. & nu. 20.*
21 *Mendicantium origo.*
22 *Eremitarũ religio eſt approbata.*
23 *Monachi de generali cõſuetudine Franciæ non ſuccedunt.*

Quæſtio.

An ſtatus Eremitarum ſit de iure licitus & permiſſus. an cenſeantur perſonæ eccleſiaſticę, & religioſæ, ac voto paupertatis & caſtitatis aſtrictæ: vel dicãtur acephali, id eſt, ſine duce, & capite viuentes. Et quam ducere debeant vitam.

ANTEQVAM ad deciſionem condeſcẽdã, præſuppono illud quod tradit beatus Antonius Epiſcopus Florentinus in ſua ſumma in tertia parte titulo xvj. ca. j. §. v. † quod quatuor ſunt regulæ[a] ab eccleſia approbatæ, ſub quarum aliqua militant omnes religioſi catholicæ eccleſiæ. Prima fuit beati Baſilij: ſecunda diui Auguſtini: tertia S. Benedicti: quarta deuoti Franciſci. † Tamen videtur quod regula diui Auguſtini fuerit iij. per tex. in c. periculoſam. xvij. quęſtio ſecunda. vbi Papa enumerãs quaſdã approbatas regulas: primò regulã ſancti Benedicti, & Baſilij, & poſteà nominat Auguſtini regulã, à quo dicuntur habuiſſe regulares canonici eorũ regulam, vt ſtatim dicam, & idẽ dicit Felin. in rubrica de maioritate & obedientia, & dixi in tractatu de authoritate magni cõſilij & parlamentorũ regni in prima magna additione. † Tamẽ ordo beati Baſilii eſt primus & antiquior, vt ibi dixi ſecundum Cardinal. Alexandrũ in ca. & epiſcopos, decimaſeptima diſtinctione: qui fuiſſe videtur tempore Symmachi Papæ. c. bene quidem. xcv. diſtinct. fortè ibi non loquitur de beato Baſilio: ſed patricio Baſilio, qui vices gerebat Odoacris regis, de quo fit mentio in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. & iſtud videtur verius. † Carthuſienſes tamen, quorum caput eſt in Delphinatu, non militant ſub aliqua iſtarum, ſed habẽt ſua ſtatuta pro regula. Et habẽtur ſecũdũ diuum Antonium Floria. in magna veneratione ab eccleſia de quibus in extrauag. Martini iiij. incip. viã ambitioſæ cupiditati, tit. de regula. vt infrà dicã. Et ſic non vna tantùm, ſed plures ſunt religiones Deo famulãtes. cle. i. de electione. & c. vno de relig. domib. vj. & not. Ioã. Andr. in c. ſanè de regula. Et ſub regula beati Auguſt. vt inquit beat⁹ Antonius

1 2 3 4

a Quatuor ſũt regulę. Adde Felin. in d. c. eccleſia ſanctæ Marię in primo nota. & Sozin. in conſ. xiij. incip. præſens conſultatio eſt ſatis. ver. Eſt enim aduertendum cum verſic. ſeq. vol. j.

militãt omnes canonici regulares & fratres prędicatores. Idẽ dicit Ioã. And. in d.c. ſanè qui prædicatores fuerũt inſtituti ab Inno. iij. qui etiã ordiné inſtituit ſãctę Trinitatis de redẽptione captiuorũ. †Et etiam omnes eremitæ ſunt ſub regula beati Auguſtini, licet gloſſ. in cap. qui verè & purè. xvj q. j. dicat quod non legit quam vitam ducere debeant: quoniam vitam cęteri omnes religioſorum in eremo exiſtentium (de qua infra patebit) ducere debẽt. Et pariter ſorores pœnitẽtes Mariæ Magdalenæ in vulgari võcatæ *Repẽtes*. ac ſimiliter ſeruitæ, quorum ſeruorũ beatæ Mariæ ordo incepit Anno 234. & credo illo beatæ Mariæ ordine meminit Specu. titu. de ſta. mona. §. qualiter. q. xxxvj. qui ſecundum eum incepit Bononiæ, & ſolũm debent obedientiam, & ſunt vxorati habẽtes proprũ, de quo ibi per Io. Andr. in ver. diligẽter. & in cle. cùm ex eo. in gl. iij. de ſen. excõ. Et de iſtis fratribus prædicatoribus eremitanis, & carmelitis ponit Bal. in conſi. cxx. vol. ij. & Fel. in c. in præſentia. ver. v. cum plurib. q. ſeq. de proba. & Abb. Sicul. in cõſi. xxvij. dubiũ ſuper quo cõſiliũ. vol. ij. †quæ regula beati Auguſti. eſt latior valde quam beati Benedic. regula, vt tenet Lap. alle. lxij. ver. ad ſecundũ caput. Ordo †verò ſanctæ Brigidæ, & ordo beati Hieronymi ab Eugenio iij. fuerũt inſtituti, & per Martinũ quintũ cõfirmati, vt habetur in iij. parte epiſt. xlj. ordo ſcopetini à Gregorio xij. inſtitutus. Ordo ſancti Ioannis Hieroſolymitani, qui dicũtur vulgariter. ſerueri. Ordo Hoſpitaliorum beati Antonij: & ordo cruciferorũ ab aliis põtificibus: differũtque iſti ordines, & religioſi inter ſe per cõſtitutiones varias additas regulæ, & in habitu, vt ibi per ipſũ Anto. & §. ſeq. ſcilicet vj. vbi ponit quid cõtineat regula beati Auguſtini. †Sub regula verò ſancti Benedicti militãt multi ordines, vt monachi nigri, de quibus in clemẽ. ne agro. de ſtatu monacho. quæ etiã habet locum in canonicis regularib⁹, vt ibi, & voluit Oldradus in cõſi. ccxxij. qui cum eſſẽt relaxati, reformati ſunt in ſpeciali cõgregatione, quæ dicitur ſanctæ Iuſtinæ. Et idẽ Ioan. Andr. in d. c. ſanè. & quę dixi in decretio. curiæ parlament. Burdegal. q. clxxxij. incipiẽ. an a ſinam. Et habent ſpeciales conſtitutiones & exẽptiones per Eugenium iij. cõfirmatas. Et ſub eadem militant Ciſtercienſes, quorum caput eſt in Burgundia vt vidi, qui ſunt multipliciter priuilegiati, vt per doct. in cap. recolẽtes de ſtatu monach. & in c. ex parte de deci. & in cap. ij. eo. titu. libr. vj. & cap. cùm ordinem. & ibi per docto. de reſcript. vnde Ciſtercienſes & Præmonſtratenſes ex priuilegio cõfirmant electiones ſine aliqua examinatione præcedente, ſecundum Inno. Cardin. de Zabarel. & doctores in capitulo, venerabilem. de electio. quos beatus Bernardus mirabiliter dilatauit. Et ſic canonici eccleſiæ ſeculares & collegiatæ ſancti Æmiliani Burdeg. diœcelis, in electione eorum decani prætendunt formam. cap. quia propter. extra electio. non ſeruate. Nec in confirmatione inquiſitionum ſuper meritis electi & eligentium fieri debere: licet de contrario prima facie per quandam confirmationem electionis decani via inſpiratione de perſona electi appareret. ob quam cauſam dominum Ioãnem Dibarrola, & Bertran. de Baſſac. vicarii à reuerendiſſimo domino Briando de Valee, Bertrãdo de Moucaup. & nobis Boerii de cõſenſu partium aſſiſtentibus ordinauerunt die xj. Septembris, Anno præſenti 1532. vltimam electionem penes eos ponendam, & in aliis factis partes contrarias. Camaldulenſes inſtituti per beatum Rominardum ordinis vallis vmbroſæ, quẽ inſtituerat beatus Gualbertus ordinis humiliatorum, de quibus infrà dicam. Ordo etiam Cluniacẽſis qui cenſetur vnũ caput in Burgundia etiam exiſtens, & poteſt viſitare ſubditos tam mediatos quã immediatos, vt dicit Oldrad. in conſilio cciij. & etiam Cæleſtini quos inſtituit beatus Petrus de Murrone, qui fuit Papa cæleſtinus, ſed renuntiauit papatui. Ordo montis oliuarum, ordo montis ſaui, ſeu Sylueſtrini. Omnes ij ſunt ſub regula beati Benedicti, & differunt in conſtitutionibus, & aliqui in habitu. Et omnes ſunt exempti, niſi Sylueſtrini. & de præceptis regulæ prædictæ vide ibi per ipſum diuum Antonium. †Sub regula verò beati Franciſci militãt ſoli minores, & memini ſub nomine Franciſci de Paula. & inter ipſos minores eſt diuerſitas in recognitione ſuperioris: quia nec regale conſiſtorium, nec parlamentum Pariſien. potuit eoſdem cõcordare: quorum diſcordia fortè multos à deuotione ingreſſus religionis beati Franciſci retrahit: tamẽ Papa Leo x. dedit eis viuere ſub miniſtro generali & prouinciali, ſcilicet his de obſeruantia, & aliis conuentualibus ſub magiſtro prouinciali. Et hic ſanctus Franciſcus incepit ordinem ſuum Anno 1210. ſub Innocentio. Et cõfirmatus fuit non per miſſione, ſed ſolenni approbatione ab Honorio tertio poſt confirmationem ordinis prædicatorum, vt notat Ioannes Andręas, & Abb. Sicul. in cap. nimis. in ſecundo. de exceſſib. prælato. & Io. Andr. in cap. quorundam. de electio. libro ſexto, & de præceptis regulæ habetur in clementi. exiui de paradiſo. cum ſeq. de verbo. ſignific. & per Bart. in tracta. minoritatum. & Bal. poſt Iacob. de Aret. & Cin. in auth. ingreſſi. C. de epiſco. & clericis, & per beatum Antonium vbi ſuprà. §. viij. & in extrauag. Ioann. xxij. incip. ad conditorem canonum. & in alia incip. quia quorundam mentes ſic pater mendacii. & ibi Zenzelli. de verborum ſignific. Et ego à domino noſtro rege commiſſarius deputatus vnà cum fratre, & religioſo viro de Verduzan reformaui conuentus ciuitatũ, ſcilicet Burdegal. Reole, ſiue de regula, Marmande, & Rioncip, ſeu Rionnij, ſed alios conuentus reſorti noſtri parlamenti ob defectum religioſorum reformare non potuimus. †Sub regula enim beati Baſilij quæ prima fuit, militãt omnes monachi orientalis eccleſiæ, ſeu gratiæ, ac etiam in occidente. Fratres verò Carmelitæ aliquando ſub ea fuerunt: quibus Anno 1247. Innocent. iiij. addidit quaſdam ordinationes per modum regulæ traditas eis à quodam patriarcha Hieroſolymitano dicto Alberto, extractas ex regula beati Baſilij cum quibuſdam additis, declarantes & mitigantes regulam illam, per dominum Hugonem Cardinalem ordinis prædicatorum dictatas. Et de regula & ordine Carmelitarum. ponit Bald. in authent. ſi qua mulier. C. de epiſcopis & clericis, & in conſil. cxx. in fine ſuprà allega. & latius in conſil. lxxx. incip. ſuper infrà ſcriptis. volum. ij. Quæ autem ſint præcepta regulæ Baſilii, vel non extra eſſentialia religionis, dicunt beatus Antonius Flor. in loco ſuprà alleg. non inueniſſe à quodam declaratum. Et proh dolor. quia ſi contigiſſet mihi mei iuris aliquando eſſe, deliberaueram intrare eremitagium beati

Digitized by Google

beati Basilij supra quendam montem in diœcesi Magolonen. prope villam nouam, & oppidum mirę vallis, siue miræ valentis existens, & à quolibet per leucam distans. Et in pedemontis est quædam capella Mariæ Magdalenæ sola boni valoris, in qua paucum aut nullum diuinum celebratur officium: & tales sunt ecclesiæ quas Lombardi petunt, qui non curant de seruitiis: sed de reditibus bursalibus quantum valent importatis, vt dicit Baldus de pace constanti. cap. in causis, in verb. libellariæ. ante finem. & Iason in l. placet. versiculo, dixi secundo loco. C. de sacrosanctis ecclesiis. & Baldus in sua Margari. ad Innocen. in verbo, ecclesia. prima q. vbi dicit in Italia, vbi homines viuunt, & nescit quomodo. Et ibi facere vnum eremum pulchrum valde, ac deuotum, licet magis debeamus studere procreationi, & generationi liberorum, quàm ingressui religionis, vt dicit Baldus in l. si paterfamilias. §. finali. & in l. si tibi. ff. de adoptio. dicens etiam quod si filius regis vnicus ingreditur monasterium peccat, & non meretur: sed Papa potest dispensare, ne regnum pereat. & idem Iason in repetitio. legis, si arrogator. in fine, eodem titulo, de quo Ioannes Andræas in regula, actus legituni. in mercu. & Abb. Sicul. in cap. ex publico. de conuersi. coniugato. & aliàs super hoc consului. Tum quia vt dicit Host. in procem. suæ summæ, aduocati & iudices (quin & doctores dicuntur) legibus iuris communis vtentes (prout facere tenentur) meliorem vitam ducunt, quam fratres prædicatores. Et ita honesta res est cõtrahere matrimoniũ, sicut etiam intrare monasterium, vt §. nunc autem in authentico, de episcopis & clericis. & tenent gl. in §. Cúmque super filio. inst. de nup. facit cap. per venerabilem. qui filij sint legi. non æquiparantur carnale & spirituale, c. inter corporalia. de transla. episco. vel elect. & dixi in cons. liiij. incip. viso processu moto & pendente. His pro constanti habitis, & ad q. facientibus. dico secundum Hiero. in epist. xlj. cap. iij. in iij. parte. & beatum Benedictum in regula sua, ac Anto. in sua summa tertiæ partis, tit xvj. cap. j. §. iiij. triplex esse genus monachorum seu religiosorum qui omnes dicunt se Christum sequi. † Primi dicuntur serabitæ, discurrentes hincinde, & viuentes in spiritu libertatis, qui dicunt se Christum sequi in eo, quòd Christus circuibat ciuitates, & castella: tales appellantur etiam circuncelliones. ij bini vel trini, nec multò plures simul habitant. de eo quod laborauerũt, in mediũ partes conferũt, vt habeant alimenta communia, & quasi ars sit sancta non vita. Inter eos sæpè sunt iurgia, quia suo viuentes cibo non patiuntur se alicui esse subiectos. Apud hos affectata sunt omnia, laxæ manicæ, caligæ follicantes, vestis crassior, crebra suspiria, visitatio virginum, & detractio clericorum. Et si quando dies festus aduenerit, saturantur ad vomitum. Et hi secundum ipsos non approbantur à doctoribus, nec iure communi. c. qui vere. & c. quidam monachi. xvj. quæst. j. Et ideò dicit glo. in dicto cap. qui verè. quod quidam istos locustas vocant, id est, sine capite. & idem Abb. Sicu. in c. ex parte. de conuersi. coniug. tamen dico, quòd ex quo se alienos à populo faciunt, & ad opera vitæ contemplatiuæ conuertuntur, quòd laudandi sunt secundum gloss. in cap. penult. in verbo, secreta. de verborum significat. libro sexto. vbi ponit de cellis eorum. Et re vera secundum diuum Hieronymum in dicto cap. iij. solent certare ieiuniis, & rem secretæ victoriæ facere. Et intelligo de iis eremitis, qui vrbes & castra fugiunt, licet propter vitium aliquando eas frequentent: nam multum est vrbes despicere ob crebras salutationes, obsequia matronarum, variásque illecebras, quibus etiam rigidissimi moliuntur: cùm & Sireneo cantu ad naufragia pertrahantur, vt inquit Hieron. vbi suprà. ca. xj. cùm enim tanta reperimus in cœlo, cur parua & caduca non quæsisse doleamus in terra? Ambitio namque potentia, magnitudo vrbis, videri & videre, salutare & salutari, laudare, vel detrahere, vel audire, vel proloqui, & tantam hominum frequentiam saltem in vico videre, à monachorum proposito, & à quiete sunt aliena. Aut enim videmus ad nos venientes, & silentium perdimus. Aut si non videmus, superbię arguimur interdum vt vicem reddamus, ad superbas fores pergimus, inter linguas rodentium ministrorum postes ingredimur deauratos, dicentes his rationibus inuitatòs multos philosophos reliquisse frequentias vrbium, & hortulos suburbanos, vbi ager irriguus, arborum comæ, & susurrus aquarum aut fontis speculum immurmurans, & multæ oculorũ anxiæque illecebræ, ne per luxum, & abundantiam copiarum animæ fortitudo mollesceret, & eius pudicitia constupraretur. Inutile quippe est crebrò videre per quæ captus aliquando sis, & eorum experimento committere, quibus difficulter cares. Nam quos seculi carcer includit, nunc ira, nunc auaritia, nunc aliorum incentiua vitiorúmque pertrahit vtroque. Abiiciendæ sunt animi voluptates, relinquenda delectationum studia: nitendum in summa, vt naturalibus amputatis, conuersatio nostra tendat ad cœlum. Quid fiet, si ludi, si iocus, si conuiuia, si sermo penè familiarium deferatur: hæc ille. Et faciunt ea, quæ dicit in loco allega. in capitul. octauo. de solitudine. & in cap. sequen. de vtilitate eremit. Et sic qui sedet in solitudine, & quiescit: à tribus bellis eripitur, scilicet locutionis, auditus, & visus, & contra vnum tantummodo pugnam habebit, scilicet cordis. Ideò cauti esse debent eremitæ, quia secundum Cæsarium in admonitione xxviij. dicentem, Videte vocationem vestram, fratres charissimi: venire ad eremum summa perfectio est, non perfectè in eremo viuere, summa damnatio est. Quid prodest si in loco quies teneatur, & inquietudo in corde seruetur, si in habitatione silentium sit, & in habitatoribus clamor vitiorum, tumultus, & colluctatio est passionum, si exteriora nostra seueritas teneat, & interiora tempestas obruat? Et idem dicit & refert Leonard. de Vltino, in sermo. de festo beati Anton. versiculo primo. vbi ponit de quadruplici gradu religionis. † Secundi dicuntur anachoritæ Hebraicè, Græcæ verò eremitæ solitariè viuentes, quos Græci etiam vocant ἀναχωρητὰς, ab eo quòd procul ab hominibus soli recesserunt, in desertis viuere nuncupantur. capit. vno. de excessibus præla. libro sexto. & ibi Philipp. Franc. in vltim. notabil. & textus in authentic. de monach. §. cogitandum. vbi gloss. in verb. hesichastus. allegat nouel. constitut. de monach. vbi pro iisdem anachoritæ & hesichastæ ponuntur, vt in §. in omnibus autem monasteriis. & ibi dixi, quæ reperiuntur post ll. Longobardorum. Et talis habitatio eremitica dicitur. Qui etiam dicunt se Christum imitari, in eo quod solus agebat in desertis, Matthæ. iiij. Et in montem ascendit solus orare, Matth. xiiij. & Lucæ vj. Hi traxerunt initium ab Elia vel Ioanne Baptista, qui sanctificatus in matris vtero cùm puer esset, in desertis erat, Luc. j. & ij. quæst. vij. cap. fin. Quem verò virum, vt refert Hieron. in d. c. iij. Hie-

11

12

a Et in vtroque. Adde Felin. in dicto capit. ſanctæ Mariæ. in j. nota. de conſti. & Ancharan. in rubr. de regula. Et Felin. in c. de monialibus. de ſent. excommu. & in c. non dubium. eod. tit.

remias propheta deſcribit Hieremiæ iij. bonum eſt viro cum portauerit iugum domini ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius, & tacebit: quia ſuſtulit ſuper ſe iugum, & dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis: quia non in ſempiternum abiiciet dominus horum laborem, & conuerſationem in carne, & non carnis: vel etiam à Paulo primo eremita, qui tantæ perfectionis fuit, vt beatus Antonius animam eius egreſſam de corpore in choro Angelorum viderit collocari. Et de his dicitur xvj. q.j. qui verè & pure ſolitariam vitam eligunt, digni ſunt conuenienti honore, &c. & in c. fin. xv. diſtinct. ibi, item vitas patrum Antonij, Pauli Hilarionis, & omnium eremitarum: quas tamen vir beatiſsimus ſcripſit Hieron. cum omni honore ſuſcipimus, &c. Et ipſi ſubſunt epiſcopis ſecundum glo. in d. cap. qui vere. per text. in cap. nulla ratione. xciij. diſtin. & ibi tenet Card. Alex. in ca. ſinautem. xij. q. iij. & in cap. indemnitatibus. §. ſupradicta. & ibi Domin. in j. notabili. & Phil. Francus, in tertio, de electionibus, libro ſexto. volentes per illum text. † Quòd eremitæ 13
& mulieres viuentes ſine obligatione profeſsionis in regula non approbata, ſint ſub iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici, vt not. glo. in clemen. pen. de ſenten. excommunica. & ſingulariter Domini de Rota. in deci. clxvij. aliàs deci. j. de regularibus. in antiq. & hoc quandiu in eccleſia, & ſeruitio Dei geſtant habitum religioſorum, arg. l. ſtigmata. C. de fabri. & l. omn. C. de aquæduct. libro xj. & l. ſemper. §. negotiare. ff. de iure immunita. & idem tenet Imo. in cle. ij. de præben. & Anto. de But. in conſ. xix. verſ. ad nouum. bene conſiderandum, &c. dicens quòd vita eremitarum eſt approbata tanquam in ſtatu pœnitentium, vt ſunt nunc fratres Ieſuitæ, qui ſtatum pœnitentium, & vitam eremiticam ducunt: tales ſunt & eſſe debent ſub obedientia epiſcopi. x. q. j. aliud. Et iſti non ſunt locuſtæ: quia veritas eſt ſecundũ eum, quòd ſunt ſub epiſcopo, & reputantur perſonæ eccleſiaſticæ, & gaudent priuilegio clericorum. Nec aliud caput vel ſuperiorem compelli poſſunt habere, quia Chriſtum habent in caput, & epiſcopum ſuum, & Papam & parochianum in cuius parochia ſunt. Et ſi habent Abbatem, tunc quo ad iuriſdictionalia, & forum pœnitentiæ ſunt ſub ipſo Abbate, ſicut ſuberant Epiſcopo. Et idem tenet glo. quam ibi ſequuntur Bart. & Ang. in l. ij. ff. de in ius vocan. volentes eremitam in ius vocari nõ poſſe, ſed eius prælatum, qui reſpondere debet pro eodem, & debere gaudere priuilegio monachorum, & clericorum. & Zabarel. in d. clemen. penult. q. ij. de ſent. excommu. & Doct. in c. ex parte. in ſecunda. ſuper verbo, caſtitatis. de ſenten. excommunican. & plenè Anton. de Butrio, in c. ij. de foro compet. & ſecundum Angelum in d. l. ij. debent iurare ſe continentiam ſeruaturos. per text. in §. ecce. xxvij. q. ij. & idem dicit in cõſil. cxxj. verſic. quinimo etiam eremitæ. & Inno. in c. cùm monaſterium. de elect. licet Abb. Sicu. teneat contrarium. ibi. & in d. c. ij. de foro compe. per gl. in d. c. ex parte tamen. tex. in d. §. ecce videtur velle eremitam vouere debere continentiam: imò hæc vita eremitica dirimit matrimonium non conſummatum, vt ibi. tamen Abb. Sicu. in d. c. ex parte, & communiter Doct. tenent gl. ibi & Fel. in d. c. ij. de foro compe. dicens dictum §. ecce. loqui ex reuelatione diuina, ibi, gratia diuina vocatis. vel ſecundum Archid. ibi loquitur de tali eremo, qualem ſuſtinẽt Camaldulẽſes, quia eſt vna ſpecies eremitarum, de qua res eſt clara. de quibus in d. c. vno. in fi. de exceſ. prælа. & c. priuilegium. de verb. ſig. ibi, in cellis ad monaſterium ſpectantibus. & in d. c. monachum. xx. q. iiij. & ibi dicit Archi. quod non peccant eremitæ eligendo cellas pro arbitrio, quando ab initio non elegerunt vitam communem: aliàs ſecus, vt ibi. hinc eſt, quod dicit Bal. in l. in adoptionem. C. de adopt.

†quod eremita dicitur ciuis loci in quo moratur. li- 14
cet de Zabar. in d. cle. ij. q. xij. & ibi Ioan. de Lign. de præben. teneant quòd non ſint perſonæ eccleſiaſticæ, quia ad hoc vt aliqui gaudeant priuilegio clericali, requiritur quòd ſint clerici vel profeſsi in aliqua religione approbata. xvij. q. iiij. ſi quis ſuadente. & de ſenten. excommunic. ca. non dubium. quia ſicut laici nati ſunt, ita laici perſeuerãt, & ſub iuriſdictione imperatoris. Et cum eiſdem non ſuperueniat aliquid diripiẽs eos ab ipſius iuriſdictione, quod eſt duplex, ſcilicet, receptio ordinis, vel conuerſio ad aliquam religionem approbatam, vt dictum eſt in cap. finali, de religio. domi. & ita tenet Abba. Sicul. in dicto c. ſecundo. verſicul. quæro quid de pœnitentibus. cum verſic. ſeq. & idẽ Paul. de Caſtro in conſilio cccliiij. aliàs cccxlvij. incip. quæritur an laicus. volumine antiq. in fin. niſi ſecundum eum agatur ſuper re ipſorum, vel ratione criminis conueniantur, & ibi ponit de hoſpitalario. Et etiam Roma. in ſing. cccj. incip. laicus. Et in vtrobique * ſcilicet eremita & hoſpita- a
lario tenet Aufrer. in deciſio. capellæ Tholoſ. q. viij. & Collecta. in dicto capitu. ex parte. de conuer. coniuga. & in c. cùm Ioannes eremita. de fide inſtrum. & Aufrer. in repet. clemen. j. & in fallen. ſecundæ regulæ. verſic. quarto, extendo ad eremitas. de offi. ordi. vbi dicit ſecundum hanc partem iudicatum fuiſſe per curiam parlamenti Tholoſę contra quendam eremitam, qui propter egregia furta, & rapinas vltimo fuit affectus ſupplicio. & Abbas Sicul. & ſui ſequaces dicunt hanc opinio. eſſe de iure veriorem: & præcedentem benigniorem & æquiorem, & religioni fauentem. Quoniam ſalua pace ipſorum præcedens eſt de iure etiam verior, ſecundum Butr. Barb. Aretin. & Felin. in dicto capitulo ſecundo, de foro competen. vbi Felin. allegat text. nouum in dict. capitul. final. xv. diſtinct. licet ſecundum eum ille text. poſsit reſtringi ad vitas patrum ſcriptas per diuum Hieronym. vt tenet ibi Card. Alexand. tamen hoc verum vt illi dicantur ſancti: ſed non reſtat, quin ille textus probet, quòd origo vitæ eorum religioſa ſit: ideò ſecundum eum in litaniis inuocantur iſtorum ſanctorum patrum auxilia. Et idem tenet Ioann. de Turrecremata in dicto capitul. qui verè. in ij. quæſt. & beatus Anton. in d. ſua ſumma vbi ſuprà. Et iſta eſt vera & communis: quia verberantes & manus violentas in eos iniicientes ſententiam incurrunt excommunicationis à canone latam. dicto cap. ſi quis ſuadente diabolo. ſecundum Anton. de Butr. & alios in dicto cap. ſecundo. de foro compe. licet Hoſt. & Hen. Bo. in d. cap. non dubium. intelligant hoc verum, quando ſe & ſua dederunt eccleſiæ, & quod ſint tonſurati. Sed hoc ſubſiſtere non poteſt quoniam clerici coniugati qui non dederunt ſe nec ſua, retinent duo priuilegia, canonis ſcilicet & fori. c. vno. de cleri. coniu. lib. vj. Idem eſt de muliere recluſa, ſecundum Ant. de But. in d. cap. ij. per cap. aliud. & c. de perſona. xj. quæſt. j. Et generaliter

enim

enim omnes perſonæ, quæ regulariter viuunt ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, licet non faciant profeſſionē, & gaudent priuilegio clericorum, per tex. clarum in d.c. indemnitatibus. §. ſuprà dicta. & ita tenet Aug. in Authentic. apud quos opor. cauſas dicere mona-
15 chos. vbi notat ex gloſſ. ibi abſiſteris ſed ideo. †quod licet recluſi in loco ad ieiunandum non ſint perſonę eccleſiaſticæ, vt ſunt iſti fratricelli, qui vt plurimum ſtant ad orandum in locis ſylueſtribus, & etiam mulieres, quæ vt Deo ſeruiant, ſe recludunt in vna domo ad ieiunandum, & orandum: quas recluſas, dicit glo. vulgariter appellamus: tamen priuilegium monachorum conuerſorum, & ſub iudice ſeculari conueniri non poſſunt: imò ſunt religioſæ perſonæ: quia tam earum veſtimenta, quàm perſonæ benedicuntur, vt vidi in recluſis Burdegalæ nouiter conſtructis. Et idem tenet Ioan de Turre cremata in d.cap. qui verè. in vltima quæſtio. Sed illi qui ſimulant ſe non eremitas, ſed de ordine ſancti Franciſci reſpectu habitus, & aliorum morum, qui quoſdam inter ſe conſtituunt ſuperiores: tales enim non ſubſunt prælatis ordinis, ſed ſunt reprobati, per extrauagan. Ioan. xxij. inct. ſancta Romana atque vniuerſalis eccleſia. titul. de relig. domibus. Præterea eremitæ habitum, & regulam profitentes, & aliàs idonei poſſunt vocari ad prælaturam monachorum. d. ca. cùm monaſterium: quia tranſeunt à minus ſtricta ad magis ſtrictam, ex eo quod monachus renuntiat propriis, non autem eremita, cap. placuit. xvj. quæſt. j. de quo per gloſſ. & Abb. Sicul. in d.cap. cùm monaſterium. & in cap. cauſam. eod. tit. & Berth. in tract. ſuo de epiſcopo, prima parte. lib. ij. quæſt. lxviij. dixi in additio. de Mandag. in tract. de elect. c. xvij. & Ioan. de Turre cremata in d.c. qui verè. in iij. q. Et retinēt propria ex quibus nutriantur, vt tenet Bald. in auth. ſi qua mulier. verſicul. Et hæc ſunt vera, &c. vbi loquitur de iſtis fratricellis, qui ſtant in montanis, qui
16 non ſunt profeſſi, & non habent aliquam regulam. † Vnde ſecundum eum poſſunt teſtari, & diſponere de bonis ſuis, ſicut fecit diuus Paulus primus eremita, qui collobium ſuum, id eſt veſtem ſine manicis, qua vtebantur olim virgines & diaconi, quæ hodie eſt dalmatica, in teſtamento reliquit Anaſtaſio epiſcopo Alexand. Tunicam verò reliquit beato Antonio, vt cap. perlectum. §. econtra Paulus primus eremita, xix. quæſt. iij. & idem tenet gl. in d.c. qui verè. in fin. & Ang. in d. l. ij. de in ius voc. & gl. in d.c. ex parte. & omnes doct. ſuprà alleg. & Bald. in d. conſ. cxx. incip. punctus, quædam habuit. vol. ij. Et ideò monachus non poteſt tranſire ad vitam eremiticam niſi de licentia Abbatis. Sed bene econtrà eremita poteſt fieri monachus, vt tenet gl. in c. ſi clericatus. xv. q. j. per tex. in d.c. monachum. xx. q. iiij. & Barth. de Firmo in d. tract. de epiſcopo. in j. parte. libr. ij. q. lxviij. Sed habita Abbatis licentia, & non conuentus poterunt cellas ſiue habitacula in eremo ſeu locis, vbi non ſit hominum habitatio de propinquo capere & mutare, cap. penul. de verb. ſign. lib. vj. & tenet Felin. in d.c. ij. Et idem in mendicantibus fratribus, vt poſſint eligere vitam ſolitariam de maiorum ſuorum licen. d. c. vno, de exceſsib. præla. & Io. And. in d.c. ſanè. de regula. Tamen prælati nemini debēt dare licentiam, niſi iam in ſocietate perfectis: cum periculoſum ſit ſolitariè habitare imperfecto: cui dicitur, Væ ſoli, quia cùm ceciderit, non habet ſubleuantem. ſecundum beatum Antonium vbi ſuprà. & Ioan. And. in d.c. ſanè. verſ. circa ſecundum. de ſolitudine. Et ideò beatus Thol. ij. q. xxviij. ar. viij. quem refert diuus Anton. loco. & c. ſuprà prę alleg. & Ang. de Claua. in ſua ſumma, in litera, eremita. §. fin. dicit, Quod quamuis vita ſolitaria, ſi debitè aſſumatur, præmineat vitæ ſociali, vt plenè Archid. in d.c. pen. & ibi aliquid per Io. And. Domi. Ancha. & Philipp. Fran. de verb. ſig. & Io. And. in d.c. ſanè. & Abb. Sicul. in c. niſi cùm pridem. de renuntia. & Iac. de Belouiſu in d. §. cogitandum. in auth. de mona. tamen vita ſocialis neceſſaria eſt ad exercitiū perfectionis: quia mutuò ſe inſtruunt verbo, & exemplo, & correctione, quæ ad perfectionem perducūt. ſolitudo autem competit iam perfectis, qui aliorum regimine
non indigent, ſed ſolo ſpiritu Dei aguntur. † Et ideò 17
ſi abſque exercitio præcedenti talis vita aſſumatur, periculoſiſſima erit, niſi ſuppleatur per diuinam gratiam. Vnde beatus Hierony. in loco ſuprà alleg. c.x. tractans de periculo vitæ ſolitariæ, quærit, vtrū quis ſolus an cum aliis in monaſterio viuere debeat: reſpondit, mihi placet vt habeat ſanctorum contubernium, id eſt, ſocietatem: nec ipſe te doceas, & abſque ductore ingrediaris viam, quam nunquam ingreſſus es, vbi ample & ſing. hoc proſequitur ponens. & deſcribens vitam ſuam, quam in eremo ſolus geſsit, & etiam aliquid in c. ij. loquendo de obedientia. cuius verba recitantur à Gratiano in d.c. ſi clericatus. xvj. quæſt. j. vbi gloſſ. dicit, quòd plus valet vita communis quàm eremitica. & idem tenet Ioan. de Turre cremata in d.cap. qui verè. in j. quæſt. Et hac vita anachoritica ſeu ſolitaria participant Carthuſienſes, qui ſecundum Ioan. And. in d.c. ſanè. plurimam vitam ſolitariam ducunt in cellis: ſingulis tamen diebus ad miſſam, veſperas & matutinas, conueniunt: certis etiam diebus conueniunt in refectorio & in
collocutorio, vel clauſtro ſecreto. † Et etiam com- 18
prehendunt eremitæ Camaldulenſes, licet iſti participent de cœnobitis: quia ſimul quandoque conueniunt: de quibus Camaldulenſibus loquitur gloſſ. ij. in d.c. cum monaſterium. quæ dicit, quòd ſunt in Tuſcia. & Io. And. in d.c. ſanè. dicit caput religionis ipſorum eſſe in diœceſi Aretinæ. quia dicti eremitæ licet habeant vitam ſocialem, tamen aliquæ eorum cellæ ſunt in cacumine montis, qui ſolitariam vitam ducunt diuiſim locatæ per nemus, vbi eſt vera contemplatio, & aliquid actionis. † Tertij dicuntur cœ- 19
nobitæ, id eſt in congregatione viuentes. ij videntur exorti ſub Eliſeo, qui conſtituit cuneum prophetarum, id eſt, religioſorum, ſecundum gloſſ. ſed fuerūt reuocati à Chriſto, qui diſcipulos habuit pariter habitantes, & in communi viuentes, cum quibus in monte aſcendens docebat eos, Matth. v. Et vt dicit Ioan. Da. quem refert beatus Anto. Flo. in ſumma vbi ſuprà, ipſos in principio habuit, vt nouitios docens in doctrina de beatitudine, quid deceat agere in religione, & plura alia. Secundò quaſi voluerit eos profiteri, cum quibus ex diſcipulis recedentibus dicit ad Apoſtolos, Nunquid & vos vultis abire? Et Petrus reſpondens pro omnibus dicit, Domine ad quem ibimus, &c. Ioan. vj. quaſi dicat, non tandem eos ad ſtatum perfectionis perduxit, quando in vltima cœna eos epiſcopos fecit, & conſecrauit, vt dicit gloſſ. in c. in nouo. xxj. diſtinct. & ibi Card. Alexand. ſed perfectiſsimos fecit die Pētecoſtes. Habuit enim Chriſtus benedictus quoſdam ex diſcipulis deditos vitæ actiuæ: vt Marthain, & alias mulieres, ſibi de facultatibus miniſtrantes: quoſdam contemplatiuæ deditos vt beatiſsimam virginem matrem, & Magdalenam: quoſdam mixtæ, vt Apoſtolos, & alios. Et ſic opin. illorum qui pertinaciter aſſerunt Chriſtum & eius diſcipulos nihil habuiſſe in ſingulari, vel in communi, & in iis quæ habuerunt nullum

ius eis fuiſſe, eſt erronea & hæretica, vt in extrauag. Ioan.xxij.incipien. Cùm inter nonnullos viros.titu. de verborum ſignificat. & ibi per Zenzeli. Tamen in actibus apoſtolorum legitur,quòd apoſtoli & diſcipuli accepto ſancto Spiritu omnia eorum bona vendi, & pauperibus erogari ordinauerunt, & ſic nihil in cõmuni vel particulari habuere, vt Actuum
20 primo. † Et iſti cœnobitæ habent diuerſos modos viuendi,& ad diuerſa deputantur,vel ad actiuam,vel contemplatiuam, vel vitam mixtam, ſecundum regulas,& conſtitutiones eorum quas profitentur: de quo per beatum Anto. vbi ſuprà §.iiij.& Ioan.And. in d.cap.ſane.verſic. diuerſificantur ergo religiones ſecundum diuerſitatem operum ad quæ ordinantur, vt quia vna ordinata ad peregrinos hoſpitandos, vt eſt ordo cruciferorum beati Antonij Viennen.aut Arelaten.Alia ad captiuos viſitandos vel redimendos, vt ordo de Trinitate ſeu beatæ Mariæ de mercede: vna ad actus contemplatiuos, alia ad actiuos,alia ad mixtos,&c. & quæ ſequuntur. Et ipſi in Ægypto diuiſi ſunt per decurias atque centurias, ſecundum beatum Hieronym.in d.cap.iij. Ita vt nouem hominibus præſit decimus. Et rurſum præpoſitos ſub ſe,centeſimus habebat,manebant ſeparati: & ſe iunctis cellulis vſque ad horam nonam (vt inſtitutum erat) nemo ibat ad alium, exceptis his decanis, vt ſi cogitationibus fortè quis fluctuaret, illius conſolaretur alloquiis,vt ibi per eum,qui vitam eorum deſcribit deuotiſsimam, ac religioſiſsimam. Et ſub his cœnobitis comprehenſi ſunt omnes monachi, quorum beatus Benedictus dicitur primus pater in Occidentali Eccleſia: & beatus Baſilius in Orientali,vt ſuprà dixi.quamuis & prius etiam multi ſancti patres præfuerint magnis congregationibus,vt beatus Antonius,Pachouius,Iſidorus, & alij. Sed ita ſub determinatis regulis, & ceremoniis quibus aggregati ſunt canonici regulares tanquam contemplatiui,vt ſuprà dixi in præſuppoſitione. Ex quibus ſecundum beatum Anton.Flo.in tertia parte,titul.xxx.capit.x.§.quarto.fuit vnus de ſancto Victore magnus magiſter, & deuotiſsimus homo, qui
21 eſt in Marſilia apud Prouinciam iacens. † Poſtea ſucceſſerunt mendicantes, quorum primi fuerunt ſancti, videlicet Dominicus in Hiſpania,& Franciſcus in Italia,replentes ſemine totum orbem,cum aliis ordinibus eremitarum, carmelitarum & ſeonitarum. Hi tamen ſtatum medium in clericos ſeculares,& monachos habent: vnde de vtroque participant. Nam à ſtatu monachorum accipiunt contemplationem in ſtudiis, & officiis, & modeſtiam in ceremoniis, & abſtinentiis. A clero autem accipiunt actionem, ſcilicet prædicandi, viſitandi infirmos, & confeſsiones audiendi, &c. & plenè Ioann. Andr. in dicto capitul. ſanè. verſicul. Circa hoc ſciendum,&c. † Ex quibus concludo ſecundum ve- 22
ram,& communem opinio. iurium & docto. ſupra allegatorum, ſtatum eremitarum, ſeu vitam eremiticam tam primorum, quàm ſecundorum, & vltimorum,ſcilicet ſerebitarum,anachoritarum,& cœnobitarum religioſorum, de iure eſſe approbatam, & ipſos inter perſonas eccleſiaſticas, & religioſas numerari, ac Epiſcopo loci ſub eſſe, tanquam eorum vero ſuperiori, vt tenet Abb. Sicu. in clemen. cupientes. de pœ. dicens quod eccleſia habet iuriſdictionem ſuper illos qui viuunt ſub quadam religionis ſpecie ſeu clericali, licet eorum ſtatus non ſit per ipſam eccleſiam approbatus. imò potius reprobatus. & ſentit Cardin. Alexand. in cap. ſi quis nuptiis. xxx. diſtinct. Et ſic gaudere debere priuilegio clericorum. Et hoc quandiu in eccleſia, & ſeruitio Dei habitum geſtant religioſum:licet caſtella,& ciuitates eremo,& cellulis propinquas pro victu quærendo circuant, & frequentant: & illud quod eleemoſynis, & fidelium largitate, aut aliàs donis Dei acquiſierunt ſibi proprium habere,& de illo diſponere poſſe,ſecundum gloſſ. Innocent. & Abb. Sicu. in capit. cum monaſterium. in verb.in eremo.de elect.& Albe.in authentic.ingreſſi.numero 17.de ſacroſanct.eccle.& Felin.in cap.in præſentia.verſicul. & exprædictis inferri poteſt.de ſentent.excommun.
† Aduerte quod quamuis monachi, ac cæteri re- 23
ligioſi ſuprà nominati cuiuſcunque ordinis fuerint de iure ſuccedant parentibus ab inteſtato deſcendentibus, ſiue ſit maſculus ſiue fœmina religioſa, dicta l.Deo nobis. & aliis iuribus ſuprà alleg. Tamen de conſuetudine generali regni Franciæ non ſuccedunt, nec dicta l. Deo nobis. ſeruatur in hoc regno, vt plenè dicit Maſuer. in tract. ſuo practico,tit.de ſucceſſ. & vltim. voluntatibus. verſicul. item conſuet. regni. & latius Benedictus in repetit. cap. Raynut. numero ducenteſimovigeſimo. & ita fuit per arreſtum dictum & pronuntiatum, vt refert Aufrer. in ſtylo parlamenti. in quarta parte de arreſtis.§.lvj.& aliàs conſului, vt in conſilio decimo incip.quæſtio talis,quidam volens ingredi,& etiam in pluribus quæſtio. parlamenti Burdegal. & in §. final.& in additio.de teſtamen. libro conſuet. Biturigum.

FINIS.

PRÆCLARVS ET elegans tractatus de ſeditioſis omnibus ciuitatum, villarum, & caſtrorum, dominis Scabinis ſeu conſulibus, ac cæteris reipublicæ adminiſtratoribus vtilis, quotidianus ac neceſſarius, per clariſſimum virum do. Nicolaum Boerium I.V. interpretem de Montepeſſulano, Chriſtianiſſimi domini noſtri Francorum principis in ſuo excelſo conſiſtorio conſiliarium ordinarium, nouiter editus.

SI ſummo ingenio parique fretus ſcientia officium ſcribendi facilè me implere poſſe crederem: tamen tam arduum hoc opus ingredi ſine magno difficultatis timore non poſſem. Scribendum tamen eſt, cùm temporibus decurſis ſæpe ortæ ſint, & nũc in dies oriantur in ciuitatibus, villis & caſtris huius Chriſtianiſſimi Francorum regni ſeditiones, tumultus, ſeu populorum commotiones, aduerſus illuſtriſſimum ac Chriſtianiſſimum principem dominum meum ſupremum, vel eius officiarios, conſules, ac adminiſtratores ciuitatum & locorum regni ſui: necnon alios terrarum dominos, & quod peius, & ægrè ferendum eſt, in eccleſias & miniſtros Dei. Cùm longe grauius ſit æternã quàm temporalem offendere maieſtatem. Quæritur qua pœna tales ſeditioſi veniant de iure plectendi. Ad cuius euidentiam aliqua puto eſſe præmittenda & præſupponenda.

SVMMÆ.

1 *Seditio generatur per propry commodi procurationem.*
2 *Mores nouos ad vitæ rectitudinem nõ neceſſarios inducere, eſt diſcordiam inducere.*
3 *Seditio & diſcordia generatur ſi alijs alleuiatis alij nimis in collectis grauentur.*
4 *Seditio facilius oritur ſi delicta non puniantur.*
5 *Juſtitia dicitur anima ciuitatis.*
6 *Iudex toto conatu ſeditionibus obuiare debet. Officium Irenarchæ quale.*
7 *Clericos arcens à ſeditione nõ incidit in canonem, ſi quis ſuadente diabolo.*
8 *Impotentia ſeu difficultas puniendi, excuſat iudicẽ à puniendis delictis.*
9 *Iudex non imputatur, ſi aduerſus ſeditioſos potentiores non proceſſerit.*
10 *Fatuitas maxima ex ſeditione oritur. Crudelitas nimia deſcendit ex partialitate & ſeditione.*
11 *Crudelitas Adonibeſec regis Iebus, hic memoratur.*
12 *Libertas ſumma eſt ſub domino iuſto degere.*
13 *Seditiones fugere qui debeant. Crimina quæ ex partialium ſeditionib. oriantur.*
14 *Seditio Lucij Catilinæ olim Romani qualis.*
15 *Seditionum cruentarũ exempla hîc recenſentur.*
16 *Seditio C. Marij & aliorum Romanorum militum qualis fuerit.*
17 *Mutius Scæuola quid aduerſus Porſenam regem tentauerit.*
18 *Fortitudo quando virtus dici poſſit.*
19 *Seditio qualis à Tiberio Graccho Africano excitata fuerit.*
20 *Caius Gracchus qualẽ olim excitauerit tragœdiã.*
21 *Seditio Lucij Druſi & aliorum Romanorum qualis fuerit.*
22 *Lemouicenſes in ſeditione Marcũ exactorẽ tributorum tempore Chilperici regis interemerunt. Scholares Pariſienſes qualẽ aduerſus ciues tempore diui Ludouici regis mouerint ſeditionem. Paſtorelli in Francia qui fuerint & qualem fecerint ſeditionem.*
23 *Paſtores Francigenæ in Syriam profecturi prope Carcaſſonam ab incolis ſunt interfecti. Monetæ variatio tempore Philippi Pulcri Pariſiis fuit in cauſa ſeditionis.*
24 *Stephanus Barbetus ciuis Pariſienſis quid ſuo tempore fecerit.*
25 *Autores ſeditionis ſunt illaqueandi furcis. Domum delicatam habere noſtra non intereſt, ne ob id à forenſibus vexari nos oporteat.*
26 *Ædificare volentes domos quid facere debeant: Seditio qualis, & ob quam rem apud Atrebatum orta fuerit temporibus Ioannis regis.*
27 *Seditio ob monetæ mutationem Pariſiis orta fuit Ioannis regis tempore.*
28 *Prædones Conſlantienſes, & Ebroicenſes agrum Pariſiorum populati ſunt.*
29 *Seditio quanta fuerit Lutetiis aduerſus Carolum regem Ioannis regis primogenitum.*
30 *Seditio qualis in Montepeſſulano fuerit tempore Caroli quinti Francorum Regis.*
31 *Pariſienſes aduerſus Carolum ſextum ob nimiam vectigalium exactionem grandem mouerunt ſeditionem.*
32 *Onera plurima ſubeunt qui populo præſunt.*
33 *Gandenſes qualem ob nimiam pecuniarum exactionem aduerſus Ludouicum Flandrenſium Comitem excitarint ſeditionem.*
34 *Lutetiani quantam ſeditionem fecerint tempore Caroli ſexti 35.36.*
37 *Aruerni etiam aliquando ſeditionis fuere authores, ducem ſibi Petrum Bruerium conſtituẽtes. Gandenſes Caroli ſeptimi tempeſtate à ſuo Philippo Burgundorum duce deſciuerunt.*
38 *Ianuenſes populares aduerſus nobiles ſeditionem fecerunt aliquando.*
39 *Agenenſes ob ſubſidium ſuper rebus venalibus ſeditionem qualiter excitarint, & nota. ſeq.*
42 *Trecẽſes aliquãdo à ſeditione nõ fuerũt immunes.*

§. j. ET PRIMO QVOD TRIA SVNT quæ generant ſeditionem & diſcordiam in ciuitatibus & villis ſecundũ beatum Ant. archiepiſc. Florẽtinũ in ij. parte ſummæ ſuæ. tit. iiij. c. viij. §. iij. † Primò proprij commodi procuratio inordinata, quando aliquis nimis intẽdit ſuæ vtilitati, & alij inde grauantur, & modicã cum eo poſſunt habere concordiam. vnde ait Senec. prouerb. Principiũ diſcordiæ eſt aliquid ex cõmuni ſuum facere. Turpiúſq; nihil eſt quàm cum illo bellũ gerere, cũ quo familiariter vixeris: propter quod dicitur in c. erit autem lex. iiij. diſt. quòd lex quæ ligat homines ſubditos ad ſui obſeruãtiam, ligat in cõcordia & pace, quod nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate debet eſſe ſcripta. Exemplum de Roboam qui nimis voluit prouidere burſæ ſuæ, vt poſſet facere expẽſas ſuperfluas in curia ſua, vt pater eius Salomon. Et diminuere noluit exactionem tributorum ſeu tallearum. ex hoc eſt orta diſcordia inter tribum Iuda &

Digitized by Google

tribus Iſrael, quod nunquam tolli potuit, & amiſit magnam partem dominij ſui:vt habetur iij.Reg.xij.
2 †Inducere enim nouos mores non neceſſarios ad rectitudinẽ vitæ inducit diſcordiam. & in decre. dicitur,diſcordiam parit præſumptio nouitatum, vel ſecundum Petr.Iaco.in tract.de refectio.murorum. verſ.modò quæritur an principes,&c.quòd propter monetæ ſeu pecuniæ mutationem & deteriorationẽ quæ fit plerunque quæſito colore adinuento, vt ex illo lucro à Deo & hominibus maledicto princeps poſsit guerram ſuſtinere.Ideò deſcendunt machinationes & maledictiones populi:intellige quando tributa ſine cauſa imponit, & grauat ſubditos ſecus ſi propter iuſtam defenſionem ſtatus,ſecundum Inno. in c.quòd ſuper.de voto. & Bal. in c. cùm ab eccleſiarum.de offi.ordi.quia tũc po eſt ſuperindicta ponere.l.j.& per totum. C. de ſuperindi.lib.x.& tenet Mar.Lauden.in tract.de prin.§.vij.tamen ſi ſine cauſa opprimeret.non debent in eũ conſpirare, vt ſing. voluit.d.Steph.Buynardus.in rep.l.quiſquis.in j.no. C.ad l.Iul.maie. licet ſit permiſſum in finibus defenſionis ſtare,vt ibi per eum, qui extendit & corrobo-
3 rat prædicta per plures rationes,& dicta,&c. ¶† Secundũ generans diſcordiam & ſeditionem eſt,quando aliqui nimis vexantur in collectis,& in aliis laboribus, & alij nimis alleuantur, vel cum honores & officia aliquibus copioſè conferuntur, aliis verò parum aut nihil,l.quis tam inueniri. C.de decur.lib.x. vnde generatur diſcordia inter eos,vel etiam quãdo rectores & adminiſtratores reipu.grauant ſubditos, propter quod ſubditi minus diligunt eos.tex.eſt celebris & mente tenendus in authorit. de man. prin. §.deinde conueniens eſt.ibi, vt nulli populi ciuitatũ alterutri ſeditiones faciant: ſed pacem omnem Dei eſſe ciuitatibus,dum æquitas etiam hinc ſubiectis ſeruatur: & neque lucri,neque paſsionis alicuius cauſa ad aliquam partium declinatur. vnde dicit Greg. in c.ad hoc diſpenſationis prouiſio.lxxxix. diſtin. dum reuerentiam minores potentioribus exhibent:& potentiores minoribus dilectionem impendunt, vera concordia fit, & ex diuerſitate contextio, & rectè officiorum adminiſtratio geritur ſingulorum,& dixi in tract. de authoritate magni conſilij & parla-
4 mentorum regni,poſt princip.ij. poſtil. ¶† Tertium eſt per quòd ſequitur ſeditio & diſcordia, non punire delicta.Nam per hoc datur audacia malis ad lædendum alios:ex quo ſeditiones, diſcordiæ & inimicitiæ ſequuntur: Et ſi puniantur aliqui impotentes, & non alij potentes & maiores, oriuntur indignationes & murmurationes. exemplum de tribu Beniamin, qui voluit punire ſcelus commiſſum ab hominibus ciuitatis Gabaa, qui erant in tribu ſua, inde orta eſt diſcordia inter eos & alias tribus: & propter hoc mouentes bellum contra eos penè totam gladio peremerunt. & hoc in caſu erant claues iuſtitiæ,vt dicit gloſſ.in verbo,velut. in l.ad ſplendidioris. C.de diuerſis officiis. libro xij. quando delicta potentum celantur & non puniuntur: de quo dixi de authoritate magni conſilij & parlamento-
5 rum regni.†Nam iuſtitia eſt anima ciuitatis, ſecundum Alberic.de Roſa.in l.iuſtitia.ff.de iuſtitia & iure.Multum ergo,ſecundum beatum Antonium vbi ſuprà, caueri debet diſcordia, maximè quia, vt ait Hierony. poſt Saluſti. in Iugurthino. Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximè dilabuntur, quia ſicut virtus vnita eſt magis firma,id eſt,fortior: ita quanto magis eſt diuiſa,tanto magis debilitatur, & demum deficit: quoniam omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur.& idem dicit Lucas de Penna in l.vnica,in verbo concordiam. C.de Irenarch. libro vndecimo. Et de prædictis conquerebantur Agenenſes contra Conſules & iuratos ciuitatis, vt infrà dicam. & maximè quòd honores conſulares continuantur in illos, qui erant eiuſdem domus & familiæ, vt de patre in filium, vel generum, aut in nepotem,vel alios conſanguineos,& in ſeipſos,quod fieri non debet, l.prima, C. de mu. & honoribus non continuand. libro vndecimo. niſi alius idoneis deficientibus,l.honor. §.penultimo,& fin.ff.eodem titulo. Nulli autem magis commaculant communitatem diſcordiis,quàm ſeditioſi,& parnales. † Ideò 6
quamprimum iudex videt prouiſiones, & materiam diſpoſitam ad ſeditiones, monopolia, rixas, tumultus, ad delicta committenda, totis conatibus debet obuiare:vt dicit text. in dicta auth.de manda.prin.§. deinde conueniens eſt. & ibi gloſſ. in verbo,pacem. & Iac.de Bellouiſu,quia ad eius officium ſpectat, ne veniatur ad rixas & arma.l.æquiſsimum. ff. & de vſufruct. & Lucas de Penna in vnic. verſiculo,ſed ſecundum ius Romanorum,&c. C.publ.lætitiæ libro xij.& in d.l.vnic.de Irenarch. & officium Irenarchæ erat, qui ad prouinciarum tutelam quietis & pacis per ſingula territoria faciebat ſtare concordiam. & ibi gloſſ.ſuper rubric.& Ioannes de Platea, & Iacobus Rebuff.& tenet Paris de Puteo in tractat. ſyndicatu.in verbo,iudices, verſiculo, vbi fiunt prouiſiones.& in verbo,officialis.verſiculo ſi duo ſunt, &c. quoniam ſcriptum eſt Luc.xxj.Cùm autem audieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri, &c. & primæ ad Corinth.vj.cap.In multa patientia,in tribulationibus,in neceſsitatibus,in anguſtiis,in plagis,in carceribus,in ſeditionibus,&c.† Quinimò etiam clericos arcere à tali turba & ſeditione, nec incidunt in 7
canonem, ſi quis ſuadente diabolo. xvij. quæſtione quarta, vt tenet ibi gloſſ.in verbo, violentas. aliàs ſi non occurrant debent priuari officio,vt notat Cyn. in l.ſeruus.C.de nox.actio. Bartol. Bald.in l.prima. ff.de offic.præfect.vrb.& Bald.in l.nullus.C.de ſumma trinitate.& Paris de Puteo in dicto tractat. titulo, de officio ſyndicat. §. ſyndicantur etiam officiales qui violentas manus, &c. Et etiam incurrunt ſententiam excommonicationis. cap.fœlicis. §.fina. & ibi Philippus Francus in primo notabili. de pœnis.libro ſexto.Et hoc ſi poſſunt ſine grandi periculo obuiare:vt dicto cap.fœlicis.§.fina.ibi,& facultas ei affuerit,&c.& ibi Philippus Francus in quinto notabili.†dicit,quòd pœna quæ imponitur ratione ne- 8
gligentiæ excuſat impotentia, ſeu difficultas, ſi delictum puniri non poteſt propter potentiam facientis,vel multitudinem delinquentium,vel graue ſcandalum, vt quia armis ſe defendunt, vel loci difficultate ſe protegunt, ſecundum Archid. & Ioannem Andræam ibi. Quòd facit ad quæſt. ſecundum Philippum de Villa, vel iudice obligato capere malefactorem,vt excuſetur ſi capere non poteſt ſupradictis interuenientibus. de quo per Bartolum in l. prima. §. occiſorum. ff. ad Silan. quia, vt dicit Baldus in tract.de ſchiſma.verſi. porro multitudo modum non ſeruat. Et nemo eſt qui furentis populi rumorem non paueat. per hoc adducit text. in capitul. ſtatutum. §. cùm verò. ibi, niſi actor eandem ciuitatem,vel diœceſim intrare non audens, aut aduerſarij potentiam meritò perhorreſcens, &c. de reſcriptis.libro ſexto. vbi glo.in verbo, non audens. dicit fortè erat Gibellinus, & ibi regunt Guelphi, vel econuerſo. † Ideò non poteſt imputari or- 9

dinario

dinario & maioribus iudicibus Agenenſium, qui non fecerant informationes, nec proceſſerant ad captionem ſeditioſorum ad aduentum vſque domini fratris mei domini Bertrandi de Chaſſaignes iurium profeſſoris, ac ſupremi Burdegalæ parlamenti conſilij optimi, ac boni & recti iudicis per dictam curiam, ad contra ipſos ſeditioſos procedendum commiſsi, & deputati: cui poſtea fuit collega adiunctus, vt infrà dicam, cum ob metum ſeditioſæ communitatis Agenenſis auſi non fuerint, vt ex infrà dicendis apparebit. Quia in huiuſmodi ſeditionibus, & partialitatibus reperiuntur, & deſcendunt tria magna mala, ſecundum beatum Antonium, vbi ſuprà. † Primum, magna fatuitas: quia non videtur ſub cœlo eſſe ſtultitior gens, quàm partiales, qui ex appetitu & deſiderio mali dum partialitatem & diuiſionem affectant, ponunt in periculo ſubſtantiam temporalem, corpus, filios, conſanguineos, amicos & eorum bona. Quid enim boni ex partialitate lucrentur, non videtur: niſi hæc pericula experiri? Et huiuſmodi partiales ſimiles ſunt frenetico, qui gaudens exponit ſe magnis periculis nihil reputans ea, & hoc quia ratione caret. Secundũ malum eſt nimia crudelitas non enim inuenitur tanta crudelitas in aliquo genere hominum, quanta in partialibus & ſeditioſis. ratio enim eſt ſecundum eum, quia habitum odij ſemper habent contra homines contrarię partis tam notos quàm ignotos, præſentes, præteritos, & futuros: aduerſus infantes & ſenes. Aliquando aduerſus conſanguineos & affines, & contra eos qui aliquando ſibi in multis ſeruierunt, & eorum omnium quibus odium gerunt. Et in mente homicidæ dici poſſunt. Qui enim odit fratrem ſuum, homicida eſt. j. Ioann. iij. Sed vltra odium cordiale quis exprimere valeat ſeueras & immanes crudelitates, quas contra aliam partem exercent? non parcunt ætati, non ſexui, non conſanguinitati, non amicitiæ, non fidei, non religioni, non ſanctitati, ſed vſque ad deuorationem humanæ carnis perueniunt. † Sed iſtis iuſto Dei iudicio frequenter euenit, quod crudeliſsimo Adombeſech Regi Iebus, ſeu Hieruſalem, cui capto fuerunt abſciſsi pedes & manus, & poſitus fuit ſub menſa comedentium ſicut canis, qui memorans ſuæ exercitæ crudelitatis, ait: Reddidit mihi Deus quod feci. Septuaginta enim Reges abſciſsis manuum & pedum ſummitatibus colligebant ſub menſa mea reliquias ciborum: ſicut feci, ſic mihi factum eſt: Iudicum primo capitulo. Et quòd etiam accidit crudeli Cyro Regi Perſarum, qui ex crudelitate delectabatur effundere ſanguinem humanum, ſed hunc captum Regina Tomyris (cuius filium occiderat) decapitari fecit, & caput eius in ollam, ſeu vtrem ſanguine plenum demergi iuſsit: dicens, Sanguinem ſitiſti: ſanguinem bibe. Sub iuſto enim † domino viuere ſumma libertas eſt, ſecundum Angelum in l. prima, ff. de ſerui. vrb. præd. qui allegat Senecam. Quid Bartolomeo de Saliceto iurium profeſſori propter iſtas partialitates acciderit, qui expulſus, relegatúſque & confinatus ad ciuitatem Paduanam extitit, vt refert Andræas Barba. in repe. Ioan. in capitulo, Raynaldus. verſiculo, pro certo ſe valde commendat, &c. de teſta. & in capitulo, Rodulphus. & ibi Felin. de reſcript. ¶ Quartum malum eſt, magna in eo diuturnitas. Nam ſemper morantur in huiuſmodi diuiſionibus & partialitatibus. Et multum difficile eſt dimittere partialitatem, in qua inueterati ſunt, & firmiter habituati. vnde ſecundum beatum Antonium vbi ſuprà, de talibus ſeditionibus & diſcordiis quæ fiunt in ciuitatibus & caſtris dici poteſt illud quod Pſal. præclariſsimus diuino cantauit ore, Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, tota die circundabat eam ſuper muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniuſtitia. quod exponit ipſe ſingulariter ibi. Qualem ciuitatis ſtatum deſcribit Virgilius,

Ac velut magno in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſæuit que animis ignobile vulgus.
Iámque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.

† Ideò homines honeſti, ſagaces ac præcipuè iuriſperiti iſtas ſeditiones, diſcordias & partialitates fugere & præcauere debent, nec ſibi aſſumere nomen Guelphi, vel Gibellini, aut communitatis, vel ſectæ ſeditioſæ, vt Not. Bartol. in tract. de Guelphis in tertia quæſtione, in princip. in fin. argum. l. facta. §. ſi dandæ. ff. ad Trebel. & Martin. Lauden. in tracta. de princip. §. cliij. dicit, quòd iſta nomina ſunt diabolica, quæ non poſſunt eſſe ad bonum publicum, imo ad conſumptionem reipublicæ vt experientia docet. Multa enim profectò crimina ex malevolentia partialium, & ſeditioſorum oriuntur. Hinc homicidia, hinc adulteria, illinc meretricia, raptus, fornicationes, monialium violationes, rapinæ, furta, incendia, ſacrilegia: alij fame moriuntur, alij igne comburuntur, alij decapitantur, alij membris detruncantur, manibus, lingua, & aliis membris etiam, quod verecundum eſt dicere, pudendis, &c. In clericis continentia, in religioſis deficit vita regularis, vt apparet claris exemplis infrà dicendis. Poſtquam enim, vt inquit beatus Antonius, in ciuitate Romana conquæſito dominio vrbis ingreſſæ ſunt vrbem partialitatum & ſeditionum diſcordiæ, agente Mario contra Syllam: & econtrà Catilina contra Sertorium & Ciceronem: Cæſare contra Pompeium, innumeræ cædes ciuium ſequutæ ſunt, ſanguis humanus ſupra modum effuſus, vt infrà dicam. Et ſi tempore Octauiani imperium pacificum fuerit, hoc ſummo Deo ob natiuitatem Chriſti operante euenit, demum paulatim ad nihilum dedectum eſt. Et orta eſt ſeditio in Ephraim & Iephthe, & occidiuntur Ephraim cogniti in prolatione cuiuſdam verbi, vt Iudicum duodecimo. Item alia aduerſus reges, vt primi Eſdræ iiij. Et etiam apud Macchabęos alia ſeditio, vt ſecundi Macchabęorum quartodecimo capitulo. † Et illam Catilinæ conIuratione quam Saluſtius deſcribit ſciunt omnes. Et de ſupplicio agentibus Cæſar parcendum dignitati: Cato animaduertendum pro ſcelere cenſebat. quam ſententiam ſequutis omnibus in carcere paricidæ ſtrangulantur. & quanuis parte coniurationis oppreſſa, tamen ab incepto Catilina non deſtitit. Sed infeſtis ab Ethruria ſignis patriam petens obuio Antonij exercitu opprimitur: quàm atrociter dimicatum ſit exitus docuit. Idem Iuſtinus in Lucij Flori epitome libro quarto. Et Valerius Maximus libri noni, capitulo ſeptimo. titulo, & vi & ſeditione, & de populo Romano tam violentiæ & ſeditionis togatæ quam etiam armatæ facta refert. Et primo Togatorum L. Equitiũ, qui ſe Tib. Gracchi filium ſimulabat, tribunatúmque aduerſus leges cum L. Saturnino petebat, à C. Mario quintum conſulatum gerente in publicam cuſtodiam ductum, populus clauſtris carceris conuulſis raptum humeris ſuis per ſummam animorum alacritatem portauit. † Idémque Quintum Metellum Cenſorem, quòd ab eo tanquam Gracchi filio

cenſum recipere nolebat: lapidibus proſternere conatus eſt, affirmantem tres tãtummodo filios Graccho fuiſſe: è quibus vnum in Sardinia ſtipendia merentem, alterum infantem Præneſte, tertium poſt patris mortem natum Romæ deceſsiſſe: nec oportere clariſsimæ familiæ ignotas ſordes inferi: cum interim improuida concitatæ multitudinis temeritas pro imprudentia & audacia aduerſus conſulatum & cenſuram tetendit, principéſque ſuos omni petulantiæ genere vexauit. Veſana hæc tantummodo, illa etiam cruenta ſeditio. Populus enim Numium competitorem Saturnini nouem iam creatis tribunis, vnóque loco candidatis duobus reſtante, vi prius in ædes priuatas compulit, extractum deinde interemit: vt cæde integerrimi ciuis facultas adipiſcendæ poteſtatis vterrimo ciui daretur. Prætereà creditorum quoque conſternatio aduerſum Sempronij Aſellionis prætoris vrbani caput intolerabili modo exarſit: quem, quia cauſam debitorum ſuſceperat, concitati à L. Caſsio, Tr. Pl. pro æde Concordiæ ſacrificium facientem ab ipſis altaribus fugere extra forum coactum, inque tabernula latitantem prætextatam diſcerpſerunt. Deteſtanda fori Rom. conditio: ſed ſi caſtra reſpicias, æquè magna orietur indignatio. Itaque etiam de ſeditioſis mili-
16 tibus refert. † Et primò quod cum C. Mario lege Sulpicia prouincia Aſia, vt aduerſus Mithridatem bellum gereret, priuato decreta eſſet: miſſum ab eo Gratidium legatum ad Luc. Syllam conſulem accipiendarum legionum cauſa, milites trucidarunt: proculdubio indignanti, quòd à ſummo imperio, ad eum qui nullo in honore verſaretur, tranſire cogerentur. Sed quis ferat militem ſcita plebis exitio legi corrigentem? Pro conſule iſtud tam violenter exercitus, illud aduerſus conſulem. Quintum enim Pompeium Syllæ collegam, ſenatus iuſſu ad exercitum Cn. Pompeij, quem aliquandiu inuita ciuitate obtinebat contendere auſum, ambitioſi ducis illecebris corrupti milites, ſacrificare incipientem adorti, in modum hoſtiæ mactauerunt: tantumque ſcelus curia caſtris cedere ſe confeſſa inultum habuit. Tum quod ille quoque exercitus nefariè violentus, qui C. Carbonem fratrem Carbonis ter conſulis, propter bella ciuilia diſſolutam diſciplinam militarem præfractius & rigidius aſtringere conatum priuauit vita: ſatiúſque duxit maximo ſcelere coinquinari quàm prauos ac tetros mores mutare. Reperio præterea Cornelium nepotem, aliàs Plinium, aut Sueto. appellatum, de geſtis Romanorum
17 referentem capitulo duodecimo, † quòd cùm Porſena Rex vrbem obſideret, Mutius Scæuola vir Romanæ conſtantiæ, ſenatum adiit, & veniam transfugiendi petiit, necem Regis repromittens: Accepta poteſtate in caſtra Porſenæ venit, ibique Purpuratum ſcribam pro Rege deceptus occidit. Apprehẽſus ad Regẽ pertractus dexteram aris impoſuit: hoc ſupplicij à manu veluti rea exigens quod in cæde peccaſſet. Vnde cum miſericordia Regis diſtraheretur, quaſi beneficium referens ait, trecentos aduerſus eum ſimiles coniuraſſe: quare ille territus bellum acceptis obſidibus depoſuit. Mutio prata trans Tyberim data, & ab eo Mutia appellata, ſtatuáque ei honoris gratia conſtituta eſt. Idem refert de eodem Mutio Titus Liuius, in ſecundo libro, decadis primæ: tamen videtur proter illius manus combuſtionem voluntariè factam, aut necem quam is ſibi iactationis cauſa conſciuit, vt fecit Empedocles, actũ non eſſe virtuoſum. l. ſi quis filio. §. eius. ff. de iniuſto rupto teſtament. quia ſecundum Bartolum ibi faciunt vt oſtendant ſe fortes & de nulla re timere: ſed non eſt actus virtuoſus: † quia ad hoc vt fortitudo 18
ſit virtus, requiritur quòd tendat ad debitum finem: quia attentare magna pericula non eſt magnanimitas: ſed temeritas, vt voluit Ioannes de Platea, in l. in his. in ſexto notabili. C. de prædiis nauicul. libro vndecimo, allegans illud Senecę in libro de quatuor virtutibus: Eris magnanimis, ſi pericula non apetas, &c. Idémq; Cornelius, capitulo decimonono, refert de Cn. Neomarcio, qui capitis Coriolis vrbe Volſcorum Coriolanus dictus, ob egregia militiæ facinora à Poſthumo optionem munerum accipiens: equum tantum & hoſpitem ſumpſit virtutis & pietatis exemplum hic conſul graui annona aduentum è Sicilia frumentum magno pretio populo dandum curauit: vt hac iniuria plebs agros non ſeditiones coleret. Ergo à Tr. Pl. Decio dicta die ad Volſcos conceſsit, eóſque duce Actio Tullio aduerſum Romanos concitauit, & ad quartum lapidem ab vrbe caſtra poſuit. Cúmque nullis ciuium legationibus flecteretur, à Veturia matre & Voluminia vxore matronarum numero comitata, metu omiſſo, vt proditor occiſus eſt. Ibi templum Fortunæ muliebri conſtitutum. hoc idem refert Titus Liuius eodem libro. ſic accidit Holoferni, cui Iudith caput amputauit, vt Iudith tertiodecimo capitulo, & dixi in tractatu de cuſtodia clauium portarum ciuitatũ in vltima præſuppoſitione. Item refert idem Cornelius Nepos de Tiberio Gracco Africani ex filia nepos, Quæſtor Mancino in Hiſpania fœdus eius flagitioſum probauit: periculũ deditionis eloquentiæ gratia effugit. Tr. Pl. legem tulit ne quis plus mille agri iugera haberet. Octauio collega intercedente nouo exemplo magiſtratu abrogauit. Dein de tulit vt ea familia, quæ de Attali hæreditate erat ageretur, & populo diuideretur. Deinde cùm prorogare ſibi poteſtatem vellet aduerſus auſpicia, in publicum proceſsit: ſtatímque capitolium petiit, manum ad caput referens: quia ſalutem ſuam populo commendabat. hoc nobilitas ita accepit, quaſi diadema poſceretur. Segnitérque ceſſante Mutio conſule Scipio Naſica ſequi ſe iuſsit, qui ſaluam rempublicam vellent, Gracchum in capitolium perſequutus oppreſsit. Cuius corpus Lucretij ædilis manu in Tiberim miſſum, vnde ille Veſpillo dictus. Naſica vt inuidiæ ſubtraheretur per ſpeciem legationis in Aſiam ablegatus eſt, huius Tiberij Gracchi ſeditionem refert etiam Iuſtinus in tertio Epitom. Lucij flori. † Necnon aliam cauſam Grac- 19
chi, fratris Tiberij mortui, ſeditionis & etiam Cornelius idem refert. Nam cùm ſtatim & mortis & legum fratris ſui vindex non minore impetu incaluit ipſe Caius, qui cum pari tumultu atque errore plebem in auitos agros arceſſeret: & recentem Attali hæreditatẽ in alimenta populo polliceretur: iámque nimius & potens altero tribunatu ſecunda plebs volitaret: abrogare auſo legibus ſuis Municio tribuno fretus comitum manu fatale familiæ ſuæ capitolium inuaſit. Inde proximorum cæde depulſus, cùm ſe in Auentinum recepiſſet: inde quoque obuia ſenatus manu ab optimo conſule oppreſſus eſt, inſularum quoque reliquis illud caput tribuni plebis percuſſoribus auro penſatum eſt. Nihilominus Apuleius Saturninus, vt ait Iuſtinus, Graccханas aſſerere leges non deſtitit: tantum animorum viro Marius dabat, qui nobilitati inimicus, conſultu præterea confiſus, occiſo palam comicus animo competitore tribunatus ſubrogare conatus in eius locum Caium Gracchum hominem, ſine tribu, ſine no-

ne nomine, sed subito titulo in familiam ipse se adoptabant: cum tot tantisque ludibriis exultaret impune rogandis Gracchorum legibus ita vehementer incubuit, vt senatum cogeret in verba iurare cum annuentibus aqua & igni interdictarum seminaretur. vnus tamen extitit qui mallet exilium. Igitur post Metelli fugam in omni nobilitate percussam, iam cum tertium annum dominaretur, eo vesaniæ progressus est, vt consularia quoque comitia noua cæde turbaret: quippe vt satellitem furoris sui Clauciam consulem faceret, Aulum Memmium competitorem interfici iussit. Et in eo tumultu Regem ex satellitibus suis appellatum lætus accepit. Tum verò iam conspiratione senatus, ipso quoque iam Mario consule, quia tueri non poterat aduerso directæ in foro acies, repulsus inde Capitolium inuasit, sed cùm abruptis fistulis obsideretur, senatuique per legatos pœnitentiæ fidem faceret, ab arce digressus, cum ducibus factionis receptus in curia est: ibi in eum facta irruptione populus fustibus saxisque coopertum, in ipsa quoque morte la-
21 cerauit. † Item de Liuio Druso seditionem adduxit ibi Iustinus, eodem libro. Denique idem Titus Liuius libro tertio, in principio. refert seditiones alias fuisse Romæ ob legem de Agrariis à T. Æmilio consule cum Quinto Fabio latam, & atrox certamen aderat: nisi Fabius consilio neutri partium acerbo rem expedisset. Eodémque libro plures magnas discordias & seditiones ibi fuisse propter creandos decem tribunos, qui summæ rei præessent, militarique honore illos tribunos militum appellari. Aduersus quos S. P. Oppius senatui præsidens: nihil asperè quippe agi voluit, ne ipsis seditionibus esset locus. Sed mittuntur tres legati consules, C. Iulius, P. Sulpitius, Sp. Tarpeius, qui quærerent senatus verbis cuius iussu castra deseruissent, aut quid sibi vellent. Et tandem plebs decem creari tribunos obtinuit. Et tempore etiam Martini Papæ quarti fuit Romæ seditio: ex eo quòd Carolo Siciliæ Regi senatoriam dignitatem, qua à Nicolao Papa tertio priuatus fuerat, restituit, quòd non ita ab omnibus probatum est, maximè ab Vrsinis & Hannibalibus: vt refert Platina in dicti Martini quarti chronica. Non omitto illas vesperas Siculas siue Sicilianas contra Gallos: qui nullo sexus discrimine habito cæsi sunt: quia in re adeò certa fæuitum est, vt etiam mulieres gallico compressu prægnantes cæsæ dicantur: vt ibi per Platina-
22 nam. † Sed in regno nostro Franciæ maiores numero seditiones fuisse factas comperio. Tempore enim Chilperici regis, qui in singulos imposuit, qui vineas vel possiderent, vel colerent, vt pendere deberent quotannis vini vrceolum, id est, amphoram. Cui tributo legendo Marcus quidam apud Aquitanos exactor positus, dum pensionem superbè cõtumelioséque exegit: à Lemouicensibus occiditur: vt patet in chronica eiusdem per Gaguinum edita. Alia insuper tempore diui Ludouici inter scholares & ciues Parisienses: ita vt nonnullis vtrinq; occisis, cùm sibi de iniuriis illatis satis nõ esse factum scholastici dicerent: eo indignati de vniuersitate transferenda: quos Rex Anglus Francorum perpetuus & implicabilis hostis clandestinis nuntiis vt id faceret, sollicitabat: vt in eiusdem diui Ludouici apparet chronica. Item suo etiam tempore Pastorelorum fuit seditio: qui Parisios Aurelianósque & & Bituriges profecti: cum non furto, non adulteriis abstinerent, à Biturigibus non longè à vico, qui mortuum mare dicitur, quo ad nouam villam itet est: perempti sunt. Hi enim pastorelos se nominari volebant. De quibus hoc distichon scriptum recitat Gaguinus. verso. N. Semel & bis cap. li. coniuge dice. Dixit pastorum sæua Megæra chorum.
† Alia pastorum seditio fuit tempore Philippi lon- 23
gi, qui admoniti cœlesti (vt ipsi dicebant) oraculo in Syriam religionis Christianæ causa profecturos se iactabant. Qui postquam magno numero aucti sunt latrunculis non dissimiles, cùm prædas agerent, Carcassonam vsque progressi ab incolis dissipati aufugerunt pluribus interfectis & patibulo strangulatis. Præterea fuit alia tempore Philippi pulchri Bellouacorum in eorum episcopum nomine Simonem seditio facta, quæ eò processerat vt ciuitate extorris præsul nobilium quorundam manu collecta ciues quosdam ex insidiis ceperit, suburbiis igne consumptis. Eodem tempore Parisiis ob monetæ vsum alia fuit non immodica orta seditio: diuites enim qui suas inquilinis & variorum ministeriorum opificibus domos locauerant, minoris pretij monetam accipere annuæ pensionis loco recusabant, alteram quæ iustioris ponderis erat existimantes. Cuius inuenti author Stephanus Barbetus habebatur. † Et hic Stephanus in delitiis habebat 24
hortos à suo nomine barbetos appellatos cum præclaris ædibus in eo loco (cui Barbeti porta nomen postea mansit) populus furens in Barbeti possessiones delatus, quicquid in ædibus & hortis suis vastat, atque incendit: mox inde mouentes ad viam sancti Martini, vbi ipse Barbetus incolebat se cõferũt: fustibus clauisque & verubus, vt cuiq; arma furor ministrabat instructi, effractis Barbeti portis domũ supellectilémq; omnẽ diripiũt. erat per hos dies Philippus pulcher apud templarios, quem nihil periculi expectantem seditiosi in templo confestim obsident. Nec quicquam ad eum inferri sustinebant, quod non vel raperent, vel coeuo interficerent. tam repentino populi motu attonitus Rex misso ad seditiosos Parisiano, cum quibusque aulicis præposito: dicere illis impetrat, si quid in illos à quopiam commissum esset, aut iniuria illata, se regem esse qui eos tueri possit: petant modo si quid à Rege optent, & domum abeant, se protinus curaturum, vt populo melius consultum sit. his pro tempore simulatis, leuis populus à furore temperans cùm domum quisque petisset, † nihil cunctatus ipse Rex 25
Philippus seditionis authores ad octo viginti correptos furcis ad quatuor vrbis celebriores portas erectis illaqueari & strangulari mandat. Nec multum post monetam ad legitimum æris valorem cudit, vt in eius chronica videtur. Nec omittendum quod his temporibus Ludouicus Hutinus Philippi filius Pampeloniæ à Nauarris Rex coronatus atque appellatus est anno domini millesimo trecentesimo-septimo. Tum etiam proditus est Templariorum error, qui apud Hierosolymam fidei defensionem professi, cùm primùm religionis contemplatione opulentissimos se effecissent, præclarissimis per orbem Christianum ædibus comparatis, Christo reiecto falsis se religionibus dediderunt. Non intercedentibus post hæc multis diebus Lugdunenses coniuratione facta à Rege deficiunt: mouentésque S. Iusti castellum diripiunt. No. quod non interest nostra habere domum delicatam & habilem, vt eius intuitu à forensibus vexemur immensè. & tenet Angelus in lege prima, in glossa magna, in verbo, officiendi, per illam glossam, in versiculo, non licere, ibi: quia plures homines veniebant ad me. ff. de seruitu. vrb. prædiorum. dicens, tene menti tu qui

viridariis delectaris, quia premeris sumptu continuo. Et hoc faciunt nonnulli qui eorum nomen perpetuare cupiunt, cùm ex magnitudine ædificiorum præsumatur, quis magnanimus: textus in lege, in his. in fine. ibi, per industriam hominis animosi accessit. C. de prædiis & aliis rebus Nauicula. lib. xj. vbi Bart. dicit, quod ex illo textu habemus vnum modum probandi hominem ingeniosum & magnanimum, & idem ibi Ioan. de Plat. in sexto notabili. & Luc. de pen. ibi dicit, quod sunt nonnulli qui id laboriosæ ætatis initio quæstu omisso, & agricultura & delitiis in eorum vita sumunt auspicia, decorem domus excogitant, eam tandem laboriosè constructam vacuum habitare coguntur.
26 contra quos adduxit illud Prouerbio. xxiij. † Præpara foris opus tuum: exerce diligenter agrum tuũ: vt postea ædifices tibi domum. Item Bernardus ad quendam nobilem ait: Vis ædificare domum, inducat te necessitas, non voluntas. Cupiditas ædificandi, ædificando non tollitur: nimia & inordinata cupiditas expectat ædificiorum venditionem. Turris completa, & archa euacuata, faciunt tardè hominem sapientem, vt ibi per eum, qui plura adduxit. Nam qui altam facit domum suam quærit ruinam, Prouerbiorum decimoseptimo. Non omittit illud Tullij primi off. ornanda est dignitas domo, non ex domo tota quærenda, nec domo dominas, sed domus domino honestanda est: & vti in cunctis habenda ratio non sua solùm sed etiã aliorum. Fuit deniquealia tempore Ioannis Regis apud ciuitatem Atrebatensem seditio, Cuius seditionis ipsorum plebeiorum aduersum primores ciuitatis, causa fuit impositi ab belli vsum census exactio. plebs enim in opulentos insurgens, aliquot interfectis reipublicæ regimen vsurpauit. Ad quos missus à Rege Arnulphus Dangregus Senescallus, centum supplicio affecit: vt in Gaguini chronicis
27 videtur. † Et eodem tempore fuit alia Parisiis ob monetæ mutationem, quam non animo Parisienses ferentes Andegauo rum Comitem vicarium à Carolo Normaniæ Duce (qui Ioannis Regis ab Anglis capti primogenitus erat) relictum plurimo populo comitante conueniunt, vt monetæ vsum inhibeat. quod comes, dum Carolus ab Imperatore rediret, concedit: Carolo ab Imperatore reuerso mercatorum præpositum ad sanctum Germanum Altisiodorensem per archiepiscopum Senonens. vocat. Quem cùm ingenti armatæ plebis multitudine venientem archiepiscopus monet non aduersari legi quam de moneta Carolus tulerat. Sed plebis frequentia fretus præpositus pernegat id se facturum neque permissurum eam monetam in vsum venire, atque ita loquutus domum discessit, móscq; quosdam opifices ab opere cessare, & in armis esse paratos iubet. Trepidatum est ne quod à plebe insigne flagitium patraretur. Exacta nocte Carolus sub initium lucis palatium petiit: quò idem mercatorum præpositus se confert, quem Carolus alloquens dicit: Ego Præposite, bono animo fero, quod à conciuibus tuis commissum est. Et si quid culpæ est, illam tibi remitto, nec impedio conuentum Procerum haberi, eósque ab officiis semouere placet, qui sub patre potestatem gessere. Monetæ verò considerationem atque vsum ad arbitrium eorum deferre placet, qui à publico conuentu delegabuntur. Caroli verba Præpositus libens excepit, petit de ipsis chirographum ab ipso conscribi: quod Carolus facilè admisit, Nam pro rerum temporúmque conditione vir consultus sese accommodat. Conuentum igitur Carolus iterum Parisiis cogit: vbi constitutis quæ ad rem præsentem expedire videbantur, concionem ad parlamentum Carolus vocat. Et obtinent Parisienses in petitis sine alia punitione. † Eodem tempore non pauci ex 28
Constantiensi atque Ebroicensi territorio prædones agrum Parisiorum incursantes, cuncta populabantur. Et licet in eos cum copias missus esset Petrus Villarius præfectus vigilum, nullo grassatores damno affecit. Ea propter occasione sumpta Carolus copias contrahit, siue vt prædonibus (vt ipse dicebat) occurreret, siue (vt plerique sentiebant) Parisio & vicinis oppidis præsidium collocaret: idque metuentes Parisiani Carolum admonẽt ne id faciat, declarando se in vrbem milites non admissuros. Quibus tametsi Carolus se nihil tale cogitare respondisset, custodibus tamen ad vrbis portas attributis, nemini nisi apprimè noto ingressum patere patiuntur. Nauarrus postquam à Carolo copias intelligit paratas, ipse quoque se pluribus armatis instruit: palàm profectus quandoquidem conuentorum fides non seruaretur (nondum enim arces quę suæ in Normania erant, receperat) se eas vindicaturum. Et ob id veriti Parisienses ne aperto bello arma circumferrentur, signum sibi ciuilis concordiæ accommodant. Capuciola rubri & blaui coloris consunt quæ quique ferant. hæc ad discensionem spectare aduertens Carolus ad forum (quem halas vocant) vbi Parisienses conuenire frequenter soliti essent prodire constituit: & ad illos orationem habuit, vt ibi. Et paulo pòst monetæ pretium mutatum est. Nam mutonus (id enim monetæ aureæ nomen erat, quòd arietis effigiem, quem mutonem Franci dicunt, sculptam haberet) solidis Turonens. triginta æstimatus est: vnde Perrinus marcus campsoris cuiusdam institor Ioannem Bailletum Caroli prædicti thesaurarium incautum à tergo occidit: quem in ædem diui Mederici latentem Carolus inde euelli iubet: † & manu qua Bailletũ per- 29
emerat Parisius in æde diui Eligij magno populi cœtu cęso priùs Reginaldo daucy dum à palatio domum petit, mercatorum præpositus Stephanus Marcellus cubiculum Caroli ingressus. Nihil (inquit) serene princeps inter ea quæ gesturi sumus contristeris. Et simul hæc dicens Conflauum Campanum marescallum Carolo conspiciente necant: Robertúmque Claromontensem inde fugientem penetrali interimunt. Quibus cædibus perterritus Carolus atque à suis desertus, ait illi: tu Præpositæ libera Carolum & serua. Securus esto, Præpositus respondit: & hoc tuo capiti caputiolum impone: id enim vestimenti genus erat quod sibi populus ad diuersæ partis discrimen desumpserat. Carolus igitur commutato cum Præposito cãpucio, per omnem diem illam populari insigni vsum suum Præposito capucium ferre permisit. Cæsorum cadauera trahi à satellitibus, & ad mensam marmoream quę in atrio ad gradus palatij est proiici, inspiciente Caro Præpositus iubet: vbi ad populi spectaculum ad vesperam vsque relicta iacuere. Itaque eo superbiæ processit populi furor, vt Præpositus tyranno persimilis abuteretur magistratu. Et laneos Carolo pannos bicolores misit. Ex quibus capuciola suis aulicis conficeret futura munimenta aduersus seditiosos. Id quoque Carolus nõ recusauit. Conuocatis præterea in Augustinensium cœnobio permultis, qui per eos dies in communi Francię conuentu agebant: cædem à se factam præpositus (adnitẽte maximè Roberto Corbio) laudari probariq;

imperat

imperat, Carolum deinde in ſenatu parlamenti ius dicentem cum pleriſque armatis conueniẽs petit ea omnia libata ſeruari quæ à trium ſtatuum delegatis inſtituta decretáque eſſent, neque impediret aliquot ex ſuis magiſtratu amoueri: ſed ſineret eos rempublicam moderari: quibus regendam eſſe populus decreuerat. Reciperétque in ſuum conſilium tres ad ſummum quatuor Pariſianos ciues, quos populus deſignaret. Poſtulata Carolus admiſit. Cúmque Nauarro rege donationibus ab ipſo Carolo factis pacato, Pariſiani conſiderantes ne per principium beneuolentiam malè cum eis ageretur, & peſſimorum facinorum pœnas luerent, ad alias ciuitates & regni primores literas dant: ſuadentes ſuam ſocietatem profiteri: & capuciolum Pariſienſ. fœderis atque communis amicitiæ præ ſe ferre, quod iam Carolus ipſe, & Nauarrus rex: Philippus præterea Aurelianus Franciæ regis frater, & Comes Stampenſis aſſumpſiſſent: literis acceptis pauci aſſumpſere. Inter tot reipublicæ damna Carolus conſilium cœpit, non ſe regis vicarium, & locum tenentem (vt ſolitus erat) ſed regentẽ appellare, plus authoritatis in ea appellatione eſſe ratus. Et ipſo Carolo apud Compendium exiſtente, Pariſiani arcem lupatam occuparunt: & præſidio impoſito machinas inde belli ad ædes publicas vrbis tranſduxerunt. Itaque parum abfuit quin ad priorem aduerſitatem nouæ factiones accederent. Nam abeũte Pariſio Carolo, nemo nobilium Pariſios inuiſebat, Carolum ſequentes, & aliquot ciuitates cum Pariſiis ſentiebant: ſed longè plures Caroli partes tuebantur, & infinitæ ſeditiones ſequutæ fuere: vt
30 ibi, folio octogeſimotertio, cum ſequenti. † Fuit præterea eodem Carolo tunc rege quinto exiſtente cædes apud Montempeſſulanum nobile caſtrũ, in quo originem ſumpſi, à ciuibus truculenter occiſis octoginta viris ingenuis atque nobilibus: inter quos fuere Gulielmus Pontellus eques Andegauorum ducis, cancellarius Guido deſſerus & Arnoldus eiuſdem loci prætor. Cædis cauſa hæc fuiſſe memoratur ſecundum Guaguinum in chronica eiuſdem Caroli. Erat in prouincia Narbonenſi (cui linguæ Occitanæ nunc nomen eſt) Ludouicus Andegauus Caroli frater poſitus à rege gubernator, cuius nomine cùm ob bellum quod in ea regione gerebatur penſum magiſtratus exigerent ſeditione facta ſannarij ciues eos trucidarunt deiectis in altos puteos cadaueribus occiſorum, tam deteſtabile flagitium non prætermiſerunt impune. nam armatis inſtructus dux apud Montempeſſul. cùm aduenisſet omnis populus fletu mœrore lachrymiſque confectus vrbe egreſſus, & loci conſules funes ex canabe collo tanquam morti obnoxij geſtantes per vias proſtrati duci obuiam pergunt miſerabili clamore ignoſci ſibi flagitantes. Aſsiſtebant duci cardinales Auerniæ, cum pontificis Clementis oratoribus, qui eò placandi ducis cauſa cõuenirẽt: poſtridie aduentus ducis in villam. ipſe in tabulatum quod ei in loco editum erat cum pluribus præcipua dignitate viris comitatus conſcendit. Ex quo ab omni plebe conſpectus cùm grauem admodum in ciues ſententiam tuliſſet: ſublato rurſus clamore populus veniam frequenter repetebat: quorum fletibus notis Cardinales oratorésque pontificis accedentes animum tandem ducis inflexerunt, ſententiæ ſeueritatem rigorémque moderantes quod ipſorum miſertus fuit. habuit igitur locum miſeratio. nam quum ſexcenti necis iudicium excepiſſent, ſolis ſedis authores & qui operam ſceleri dederant regis arbitrio reſeruati ſunt: cúmque omnium incolarum bona fiſco deputata forent, dimidium remiſſum eſt, armis omnibus quæ apud illos extant deditis, penſata inſuper ad plenum impenſa quam dux ob huiuſmodi cædem ſuſtinuiſſet: & ibi vide. † Item etiam tem- 31
pore Caroli ſexti, quædam ex Pariſianis plebecula, nouis furis acta eſt, videns ſe vectigalium magnitudine premi: itaque Præpoſitum mercatorum aggrediens ad concionem venire hominem cogit: vbi vnus ex plebe audentior, vice multitudinis petit pẽſiones & vectigalia tolli. Quod quandoque quidam olim poſtulaſſent nec fuiſſent exauditi, iam adeſſe tempus, cùm ſatis illis factum eſſe oporteat. Concitatæ multitudini plerique ſobriè obſiſtere cupientes, rati ſi res in craſtinum deferretur, compeſci furorem poſſe, in poſteram diem negotium remittebant. quod intelligens quidam veterum calceorum ſutor temerè exurgens, pompa inquit aulicorum & faſtus in humeros populi recidunt: & quæ ab illis per luxum profunduntur, damna noſtra & calamitates ſunt. Hanc vilis opificis temeritatem arguere auſus eſt Ioannes Dormanus, regius Cancellarius, obtinuitque in alteram diem poſtulata tranſferri. Non reſtrinxit mora furorem. Enimuero rediit poſtridie concitatior plebs: & petita, ex regis primorum atque eius ſententia reportauit. Et vt ſedatior domum plebs repeteret, ad illam adhuc furentem concionari Ioannem Nareſium, Carolus imperat, atque cauſas memorare, quamobrem cenſus & vectigalia reipublicæ moderatoribus pendantur. † opportere eos qui præſunt multa onera ſubi- 32
re: bella plurima à Carolo patre geſta: & item à filio gerenda eſſe: quæ ſine populari ope bene procedere non poſſunt: Regios prouentus & fiſcum Anglorum iniquitate immunitos eſſe. Regem publicæ libertatis & populi tutorem, populum coadiutorem eſſe, deberéque æquo animo ferre, ſi quid nonnũquam durius per neceſsitatem imperetur. Nihilominus tamen gratum tunc regi eſſe vectigalia tolli, dicendo Abirent. Abeant ipſi domum, & quieſcant tumultuari. Et cùm ad hanc Ioannis orationem ſedata turba eſſe ſperaretur, ſublato clamore: Volumus, inquiunt Iudæos vrbe expelli. Quibus reſpondente Ioanne de reipſa ad Regem relaturum ſe, procurrens confeſtim quiſque plebeius publicanorum ædes aggrediuntur, atque effractis pixidibus vbi repoſita de vectalibus pecunia erat, nũmos in vias diſpergit: libellóſque rationum miniſtris interfectis capit & laniat: Iudæorum domos aliquot & bona diripit, quæ tametſi reddi reſtituíq; Rex iuſsiſſet: nequaquam tamen obtemperatum eſt: & vide in chronica eiuſdem. † Item eo tempore 33
alia fuit apud Flamingos & Gandenſes ſeditio, ob nouam pecuniæ à Ludouico Flandrenſi comite exactionem: qui namque ſiue egens, ſiue pecuniæ auidus à Gandenſibus, qui propter oppidi magnitudinem & populi frequentiam primi inter Flandrenſes habebantur, grandem pecuniam arrogantiſsimè petens, cùm ea ſibi conſtanter negaretur, loco diſcedens: & ego (inquit) huic populo me principem & dominum exhibebo. Et Halſo militi attributis copiis & Anglorum manu, mandat Gandenſibus bellum inferre: qui mox Gandenſem agrum quotidianis incurſionibus vexat. Ibant nihilominus Gandenſes armis inſtructi, ſéque viriliter tuebantur, incommodis multis hoſtem afficientes. Recordati tamen debitæ ſuo Comiti ſubiectionis, petunt ab illo ſe audiri. Admiſit eos comes. Quorum hæc breuis oratio fuit. Tui ſumus inquiunt, ô comes,

tu nobis es princeps & comes: tibi cum ratione parere nos decet: tu nos tueri debes. Si quid in te peccauimus, quod tibi moleſtum ſit, id nobis condonari ſuppliciter flagitamus: tantùm ne libertatem tollas, quàm à maioribus acceptam. Gandenſis populus tueri inſtituit: cogi ſe vectigalibus neſcit. Si rebus tuis per aliquem neceſsitatem opus eſt pecuniarum ſubſidio, id tibi non coactione, ſed ſua ſe ſponte daturum liber populus offert. His comitem verbis placaſſe rati, aulicis imprudentibus, & per ætatem rerum imperitis, iniurias acceperunt, iactantibus in Comitis poteſtate eſſe illorum obſtinatam rebellionem flectere, calcaribus & perinde ac ſtimulis aſellum illos agi oportere, & omnimodo iugum imponere. Quo accepto conuitio Gandenſes abiere. Comes verò magnopere ſtudebat illos rerum & commeatus penuria afflictari, vt egentes, poteſtati eius ſe ſubiicerent. At Gandenſes animo erecti vim propulſare bello conſtituunt, adeò vt in fugam Comes dederit, vt in præfati Ca-
34 roli ſexti chronica videtur. † Fuit denique alia apud Pariſianos eiuſdem Caroli ſexti tempore & duce Andegauo Franciæ regente orta ſeditio. Andegauus enim durum, alij item principes & regij plerique comaltores, qui rebus gerendis præerant, nouum tributi genus inſtituere contendunt: habitis aliquot concionibus, nunc blandis, nunc amicorum interuentu, adducere non paucos in ſuam ſententiam ſtudebant. obſiſtebat tamen populus: nec populus Petro Dilerio, nec Ioanni Mareſio (qui maximè populares erant) aures accommodabat: tametſi dicerent ex ea pertinacia regem irritatum iri, & tunc periculum grauioris alicuius pœnæ impendere. Itaque diſcedens à principibus populus arma capit: decanos quadragenariósque & quinquagenarios per ciuitatem ponens: cathenas quæ ad compita viarũ intra vrbem erant prætendebat: poſitis contra nocturnas inſidias excubiis, cuſtodibus prætereà ad portas ordinatis. Idque facere incipientibus Pariſianis reliquæ ferè regni vrbes ſequuntur. Itaque ducenti ex Rotomagenſibus plebei homines hoc exemplum imitati, quendam obeſum ciuem qui ob craſſam corpulentiam Craſſus vocabatur alioqui renitentem ſibi regem præficiunt, curruique impoſitum per vrbem circũferentes: tandem in rerum venalium foro conſtitutum de abolendis vectigalibus legem ferre, & eam promulgare compellunt, à cæde non abſtinentes. Sæuitum enim eſt in vectigalium quæſtores, & expillatum diui Audœni cœnobium: propterea quod in eo priuilegiata quædam repoſita eſſe audierant, quæ libertati ciuitatis non congruerent. Arcem quoque oppugnare adorti: inde à præſidio repulſi ſunt aliquot interempti. Dum hæc Rothomagis geruntur, Andegauus dux regens poſt quartum menſem cùm Pariſianæ plebis ſeditionem ſedatam eſſe putat: legẽ de vectigalibus exigendis tulit: & in foro iudiciali apud Caſtelletum promulgare iubet, inſtitutis miniſtris qui legendi vectigalis officium exequerentur.
35 † Ad Calendas Martias cùm eius officij cauſa quæſtor ad mercatum apud hallas aduenisſet, obolũmque pro naſturtio à muliercula, cui Perota morela nomen erat exigeret, quæſta & vociferans anus, mercatores aliquot in quæſtorem excitauit, qui hominem multis vulneribus confoſſum trucidauerũt. Eius facinoris fama vbi per ciuitatem vulgata eſt, protinus vilium artium miniſtri arma capiunt, pérque ciuitatis vias circumcurſant ad cædem perpetrandum animati: quibuſcum perditi plerique & nullius æſtimationis homines facilè accedebant. Et vt inermibus arma nõ deeſſẽt publicas ædes adoriũtur: vbi amotis cuulsíſque poſtibus communia arma rapiunt, & ea induuntur. fuere ex prudentioribus nonnulli & inter alios Pariſianus antiſtes, qui tot malis inſurgentibus coactas fortunas ſuas ciuitates exportarent, tutiore ſe loco committentes. Inter arma quæ furibunda plebs deſumpſerat, erant plũbei mallei, quibus obuios quoſque ſubſidij pecuniarij exactores trucidabant, domos eorum fortunis omnibus ſpoliantes: nec ad eccleſiam profugientibus immunitas præſtabatur, vñum enim in diui Iacobi hoſpitalis æde, diuæ Mariæ ſimulachrum amplexantem, protinus necauerunt. Simile ad diuum Germanum de pratis, quò nonnulli confugerent, cum facere molirentur, defendẽtibus ſe incolis, inanes in vrbẽ reuerſi, Caſtelleti, itẽ & epiſcopi carcere recluſo, captiuos omnes & Hugonem Aubriotum ſoluerunt. hunc ſibi ducem præficientes. Sed cõſcius quid penſi furiis incitata plebs haberet, noctu ſe ex vrbe proripuit: quo in ſequente luce domi non inuento, fæuius furere omnes cœperunt: conſtituerúntque Charentonum pontem petere, & proſternere. Sed deſtiterunt à Ioanne Mareſio admoniti: túncque frigeſcere illis cœpit heſternus furor & mentis inſania. † Pariſiana ſeditione ad Carolum 36
perlata, authores ſupplicio grauiſsimo plectere cõſtituit. Sed regis indignationem quidam ex ciuibus & ſchola Parienſi delecti ſapientes mitigauerunt. De his tantùm pœna ſumpta eſt qui Caſtelletum violauerunt, ſubſidio pecuniario abrogato, de quo poſtea contentio fuit non modica, & ibi vide. Nam in Curtraci publicis ædibus literę repertę ſunt Pariſiacæ factionis, quas illis de ſeditione Pariſienſes dediſſe ſubſcriptio annotabat. Id Carolus ægerrimè admodum tulit, atque ſupra morem, furia correptus, pleríſque mortem minatur. Et ipſi regi per ciuitatem pergenti, Præpoſitus magna ciuium multitudine ſtipatus, humilis pronúſque occurrens, cùm loqui cœpiſſet, rex audire noluit, Præpoſitique preces omnino aſpernatus eſt, iubétque eũ à conſpectu procerum diſcedere. Sed præteriens, ad diuæ Mariæ templum profectus ſupplicatione abſoluta Palatium rediit. Erant per compita & diuerſoria vrbis diſpoſiti ad cuſtodiam milites, prohibituri, ne populo, & ne militi populus iniuriam faceret: detecti tamen contemptores duo ex plebe fuere, qui mox cõprehenſi à ſuis feneſtris illaqueati ſtrangulatique pependerunt, & ſic contumaciæ & ſuperbiæ pœnas dederunt. Inceſſerunt eo die per vrbem Biturigum & Burgundiæ duces, magna armatorum manu vallati, & ſeditionis inſigniores authores tercentum in vincula primùm coniectos, paulò poſt per carnificem capite mulctant: inter quos fuerunt Gulielmus Cenomanenſis, Iohannes Filiolus, & Martinus Doublus, & paucis interiectis diebus, Nicolaus Flammingus. ſupplicio eorum expleto, catenæ omnes ex compitis euulſæ in arcem Vincennarum, arma per quaſque domos inuenta, partim in Luparam, partim in Palatium deportata ſunt. Et Ioannes Mareſius homo populo gratus delatus quòd inter ſeditioſos furenti plebi fauiſſet: & cum eo duodecim capite puniti, prius Scabinis & Præpoſito mercatorum ab eorum officiis priuatis. Inter hæc gradus Palatinos, vbi Philippi pulchri ſimulachrum viſitur. extructo throno Carolus patruelibus & aulicorum nobilitate circunſeſſus. Petrum Diogemontem Cancellarium affari, qui conuenerat populum, iubet. Qui à Carolo quinto ad

præſentia

præsentia tempora orationem deducens, præteritas seditiones & populi flagitia, regis prætereà gesta, & ex Flammingis habitas victorias, prolixa oratione memorauit. Hæc postquam loquutus est Cancellarius ad Carolum conuersus, Hæc ne sunt, inquit, serenissime Rex, quæ mihi dicenda commiseras? Assentiente Rege, Patrueles eius ad genua Caroli proclines, populo indulgeri orant: nobilitate quoq; atque fortunis insignes fœminæ, passis crinibus lacrymantes, procumbẽte humi populo, regis miserationẽ expectabant. Mouit Regem miserabilis clamor: & mortis supplicium pecuniaria mulcta commutauit. Nam dimidiam fortunarum omnium partem, reus quisque redimendi sui causa pendit, quæ militi
37 ad stipendium distributa est. †Eadem quoque tempestate Aruerni, adiunctis Lemouicensibus atque Pictauis, grauissimam seditionem excitauerunt, ducem sibi quendam Petrum Bruerium instituentes, atque ita per nequissimam licentiam grassantes, nobilem quemque clerum, item & alicuius pensi hominem sibi obuium sine miseratione obtrũcabant. Nam deprehensi fortè per Scoti equitis capiti initiũ cassidem imponunt. Sacerdoti amputatis digitis, capitis verticem deglubunt, deinde cremant. Religiosum hospitalis ordinis per alas proceræ arboris appensum, sagittis telisque confossum necant. Nec modus illis erat vllas fœuiendi. Pluris inter illos habebatur qui ditiora flagitia committeret. huius tam detestandæ inhumanitatis nuntio accepto, Biturigum dux, qui Aucnionem salutandi pontificis causa petebat: delecto nobilium exercitu in seditiosos mouet, quos non difficili prælio multis occisis multisque laqueo strangulatis superauit. Item tempore Caroli vij. Gandenses à Philippo Burgundionum duce desciuere, ob salis tributum, quod illis annuum imponere conabantur. Hinc bello excitato, magna pars regionis cæde atque incendio vastatur. Redierunt tandem in ducis beneuolentiam Gandenses, rebellionis pœnas magno ære luentes. Et apud Parisios tempore Ludouici xj. qui ad principes regni Ludouico ob bonum publicum aduertentes oratores misissent, proscriptionis pœnam Ludouicus in oratores qui coniuratorum legati fuerant pronuntiauit: & ibi vide. Prætereà apud Bituriges eodem tempore, ob tributum aliquod super rebus impositum, fuit populi eleuatio aduersum ipsius tributi receptorẽ, quem trucidarunt, cuius mortis pœnam non euasere. Nam Rex ipse Ludouicus armatos misit milites, & in eorum stillicidiis decem & tres ex fautoribus laqueo strangulari præcepit. Et alios plures eiusdem ciuitatis primores prisonarios supra currum per ali-
38 quot menses sequi quocunque ibat loco iussit. † Itẽ apud Ianuenses communis populus aduersus nobiles irruit: & tandem aduersus dominum nostrum supremum regem Ludouicum xij. (cuius animam possideat paradisus.) Et hoc nostra tẽpestate anno præsenti ccccxiij. supra mille, in ciuitate Agenensi propter subsidium super rebus venundandis imponendum, ad refectionem siue reparationem pontis ciuitatis supra fluuium Garonę existentis, conuertendũ, ac propterea alia grandia quæ sibi communitas dicebat non iure fuisse, sed contra ipsius ciuitatis priuilegia, consuetudines & statuta imposita. Quorum etiam denariorum siue reipublicæ reditum sibi à consulibus & consiliariis (quos vulgus iuratos vocat) rationem reddi postulabat. Necnon ob electionẽ consularis dignitatis (quæ quotannis est fieri solita) deligendo vno ex prudentioribus cuiuslibet status siue
guiethi non celebratam, sed veteres consules suos parentes affines & amicos contra ciuitatis morem ex quadam (vt ipsi dicebant) inter eos firmata pactione eligebãt. Aduersus quos communitas die quo subsidiũ deliberatum fuit, quę secũda Iulij erat circa solis occasum insurrexit. Inter quos authores erãt Petrus de la Sarre, dictus Cleiguet, Andreas de la Brosse, vocatus Brosset, Guirandus de Podio veteri, in vulgari Vasconio dictus, de Peylo viet, & plures alij ad numerum mille, & vltra: sed non æquè principales authores erant, vt j. in sentẽtia incerta contineturi qui per vias ciuitatis publicas paucis armatis circumcursant: ad iniurias & cædem (vt aliqui dicebant) consulibus & iuratis ac aliis regiis officiariis inferendũ & perpetrandũ animati, quibus perditi plerique & nullus æstimationis homines & pueri accedebãt vociferantes: Vbi sunt nũc isti latrones cõsules vectigal nouũ (q̃ ipsi reuam appellant) imponere volentes: trucidare enim eos oportet, & altum communis plateę puteum ex cadaueribus ipsorũ repleri, clamantésque more Tuscorum & Apulorum: viuat viuat Rex, & communitas: tandem in communi platea se cõtulerunt: manum incircũstantibus leuare præcipiũt, eósque & eorũ partem sequi adstringentes. †Et ne con- 39
sules iuratique consiliarij ac alij officiarij à ciuitate nocte illa vel sequenti luce fugam arripere possent, ad clauiũ portarum ciuitatis custodes seu clauigeros accesserũt, eisque claues quas pluribus noctibus seruandas quibusdã ex ipsis tradiderũt. inter quos fuere præfatus Petrus de Peylo viet, Petrus Darque, Ioannes Bastardus, dictus trumpeta, & Petrus de domo noua remouerũt. Et exacta nocte sequenti die lunæ (quæ tertia Iulij erat) post initiũ lucis, in diuæ Marię carmelitarũ conuentũ & pradello eiusdẽ in numero duorũ millium ad campanarũ ecclesiarum eiusdem cõuentus sanctorum Hilarij, Fidis, & Caprasij sonũ seu pulsationẽ (quæ ad hominum vocationem ignis extinguendi causa fieri solet) se congregauerunt. Ad quos eo in loco nobilis Petrus Gaillardus, dominus de Busconio, ciuis plebi gratus, causa placãdi & pacis inter eos cõponẽdæ se cõtulit. Eósq; hortatus est vt ex ipsis aliquos magis honestiores ab ipsis cõsulibus sua prætẽsa grauamina remõstrãda eligerẽt. Id quoque facere turibũda plebs recusat: declarántsq; omnẽ plebẽ interesse velle. Et subito ad cõmunẽ seu publicã domũ accesserũt, per vias publicas cridando, Vbi sunt latrones cõsules, & virgas more bidellorũ vniuersitatũ, ante se deferri facientes. Sed cũ illic cõsules ac cæteros ciuitatis cõsiliarios nõ inuenissent, centũ ex ipsis peiores ad ipsam cõmunẽ domũ inuitos consules adducendũ delegerũt. † Qui eosdẽ consules ad 40
domos eorũ & vias publicas ac ædes sacras circũquerẽtes, duos (quibus nomẽ erat Rolãdus, alius Ioãnes Theobaldus iurisperitus, & integræ famæ vir, & Petrus Brecõbus) in diui Stephani æde missam audientes violẽter diuina perturbãres officia, extra ad domum cõmunem adduxerũt. Aliũ autẽ qui ad diui Domini primaeuum, quò confugerat, nomine Armaniacum, sutorem (qui eos de seditione increpauerat) eripuit. Quendam nomine Ioannem de Proba, publicum scribam in vicini domo absconsum, per crines extrahi iubent, qui præ timore mortis in suas caligas se extercorauit: ex quo in derisum postea extercorator seu iuxta eorũ vulgare, Cacator vocatus fuit. Eosdẽq; ac plures alios ciues prisonarios constituerũt. Claues archiuorũ à manibus consulũ, propterea quod in eis priuilegia quædã reposita esse dicebãt, quę libertati ciuitatis cõgruerent: ac paritet

feras archiuorum ferreis inſtrumentis per vnum ex fabris euelli tonati ſunt. Statutorúmque libros & rationum in numero quinque à domo communi exportari per Antonium Rinhacum fecerunt. Alias inſuper ſeditiones & congregationes tam die quàm de nocte (quamuis ter à iudice maiore, ne ipſas ſub mortis pœna & bonorum confiſcatione facerent, admoniti fuiſſent) peregerunt. itaque eò ſuperbiæ proceſsit populi furor, vt omnes primores ſe mor-
41 tuos eſſe crederent. † Cúmque Agenenſes conſiderãtes ne per iuſtitiam male cum eis ageretur: & peſſimorum facinorum pœnas lucrent, ad aliarum ciuitatum & caſtrorum primores literas dant, ſuadentes ſuam ſocietatem profiteri. & eorum fœderis ac communis amicitiæ eſſe. Quorũ literis habitatores caſtrorum ſancti Clari, & de podio mugio acquieuerunt, idem in eorum locis committentes. Itaque quòd cæteras Vaſconiæ ciuitates exemplo eorũ maximè in caſtro de Logmaine, in comitatu Armanacij exiſtente, contra conſules ac proprios dominos & officiarios regios (niſi quod hanc Agenenſium ſeditionem ad Chriſtianiſſimum principem dominũ noſtrum ſupremum perlatam, ac nonnullos cõmiſſarios per ipſum ad ſeditioſos puniendos deputatos intellexiſſent) moueri & ſe leuari omnes dicebant. Póſtque per compita & diuerſoria vrbis Agenij diſpoſiti fuere ad cuſtodiam, prꝛeter cuſtodes ad portas ordinatos, ducentum & plus armati homines ne noctu in eorum lectis priſonarij ad Burdegalenſem curiam vbi adiornati fuerant ducerentur. Sed hanc Agenenſium ſeditionem rex Ludouicus dominus noſter ſupremus (cuius anima requieſcat in bona pace) ægerrimè admodum ferens illorum punitionem clariſsimo viro & illuſtri domino Bertrãdo de Stiſſaco, equiti domino eiuſdem loci, ac Petragoricenſis ſeneſchallo conſiliarióque, & ipſius regis chambellano: Et nobili ac ſpectabili viro iurium profeſſori, domino Bertrando de Chaſſaignes, domino loci Stanfortis, etiam in ſuprema Burdegalæ curia conſiliario, & mihi Nicolao Boerio, inter cæteros ſui ſacri regalis conſiſtorij Conſiliario minimo, per patẽtes literas commiſit & deputauit: de quorum punitione apparet per ſententias per nos commiſſarios
42 ante dictos in fine huius operis inſertas. † Prꝛeterea nobis apud Agenenſes ſic exiſtentibus, ſimilis populi commotio facta in Campania apud Trecenſes, ad quos puniendos potens dominus de Auraualle, eiuſdem Campaniæ gubernator, & nobilis ac clariſsimus vir dominus Petrus de la Vernade, iurium profeſſor & eques conſiliariúſque & magiſter requæſtarum regalis hoſpitij ordinarius miſsi fuere. Qui per eorum ſententiam duos principales ſeditionis authores ad mortem in patibulo ſubeundam, aliósque in emendam retinentes condemnauerunt, quorum ſententia (quæ appellatione ſuſpenſa fuerat) per arreſtum fuit confirmata, ac etiam profecto hoc anno apud Pannoniæ ſeu Vngariç regnum fuit magna aduerſus eorum principem populi ſeditio, qui ſeuerè puniri fecit eoſdem, vt in exemplo & hiſtoria expreſſa patet.

SVMMÆ.

1 *Seditio dicitur perturbatio quietis ſeu pacis publicæ.*
2 *Seditioſus dicitur qui animorum diſſentiones facit & diſcordias gignit.*
3 *Seditio proprie ſit inter partes multitudinis inter ſe diſſentientes.*
Bellum & rixa differunt à ſeditione.
4 *Seditio quid ſit, & in quibus locum habeat.*
5 *Congregatio multis nominibus vocatur.*

§. ij. SECVNDO PRÆSVPPONO quid ſit ſeditio † & eſt quietis publicæ perturbatio. 1
l.j. & ij.C.de ſeditii. vnde ſecundum gl. ibi ſeditio dicitur quaſi ſeorſum itio: quia in diuerſum vadunt alióſque trahunt. vel dicitur à ſedo as, per contrariũ: quia plerunque populo diſcordante itur ad manus, & apud Græcos dicitur στασις, corrupte pharatrea. c. cõurationum. xj.q.j. vbi gl. exponit à phares quòd eſt diuiſio, inde Phariſæi capitulo. ſeditionarios xlvj. diſt. & ſeditio ſecundum beatum Ant. archiep. Florentin. in ij. parte ſuæ ſum. tit. iiij. c. viij. §. j. importat diſcordiam, non quancunque, ſed inter partes alicuius multitudinis: quia diſcordia eſt ſexta filia inanis gloriæ, ſub qua continetur ſeditio, ſecundum beatũ Thom. ij.q.xlij.ar.j. Ideò Iſid. in libro Etymo. dicit
†quòd ſeditioſus eſt, qui diſſentiones animorum fa- 2
cit: & ſic diſcordias gignit. Conuenit autem ſecundum diuum Thom. vbi ſuprà in aliquo cum ſchiſmate, rixa & bello: & in aliquo differt. Conuenit in hoc, quia importat quandam cõtradictionem, ſicut illa. differt autem à ſchiſmate: quia ſchiſma opponitur vnitati ſpirituali ſ. multitudinis eccleſiaſticæ. Seditio verò vnitati temporali ſeu ſeculari. i. multitudinis ciuitatis. Differt autem à bello & rixa: quia bellum propriè eſt contra extraneos hoſtes, quaſi multitudinis ad multitudinem. Rixa verò eſt vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos, vt per Barth & Ang. in l. ſi in rixa. ff.de ſic. & l. quoniam multa facinora. C.de vi pub. † Sed ſeditio propriè eſt inter partes v- 3
nius multitudinis inter ſe diſſentientes, puta cùm vna pars ciuitatis excitatur in tumultum cõtra aliam: vt colligi poteſt ex d.ll.de ſedi. & tamen Card. Alex. in d.cap. ſeditionarios. poſt Archid. & idem Ang. de claua. in ſua ſum. in verbo, ſeditio. Secundò etiam bellum & rixa in hoc differunt à ſeditione: quia bellum & rixa important impugnationem in actu: ſed ſeditio dici poteſt ſiue ſit huiuſmodi impugnatio in actu, ſiue fiat præparatio ad impugnationem huiuſmodi, vt infrà dicam in ſolutione. q.prin. qua pœna puniãtur ſeditioſi. vnde gl. dicit ſecũda. ad Corinth.
xij. †quòd ſeditiones ſunt tumultus ad pugnam, ſci- 4
licet quibus ſe præparant & intẽtant pugnare: vt videtur Iudicum xij. ideò ſeditio habet locum in exercitu, in claſſe, in campo, in ſchola, & vbicunque multitudo eſt hominum. Ideò ſecundum Bonifac. de vitali, in d.ſuo tract. criminum. tit. de ſeditio. ſeditioſus dicitur ille qui ſeditionem vel proditionem tractat. de aliqua ciuitate vel caſtro habendo vel dando cauſam faciendi guerram contra publicam vtilitatem: vel tractat facere nouitatem in ciuitate vel contra bonum publicum, vel ſtatum ipſius, vel tractat ſe fieri dominum terræ vel alterius loci. Et ad præmiſſa facit illud quòd tradit Bal. in conſ. cxxx. incip. decretum domini. vol.j. & ſecundũ impreſsionẽ Lugdunenſem eſt conſ. cclxij. vol.ij. quòd verbum congregationis eſt genus generaliſsimum. l.j. §. conuentionis. ff.de pact. ibi dum dicit, in vnum locum congregantur & veniunt, &c. & prædicatur de congregatione nuda in qua aliquid pactionibus non firmatur, ſicut eſt congregatio ad audiendã aliquam prædicationem vel harengã, vel aliquod parlamentum. †Item etiam de congregatione in qua aliquid pactionibus vel ſtatutis firmatur: quæ habent diuerſa

uersa nomina secundum quod congregati ei nomē imponunt: vel secundum quòd ius imponit. nam aliquando vocatur vnio, aliquando confederatio, aliquando secta, aliquando conuenticula, aliquando coniuratio, id est, simul iuratio: aliquando conspiratio, id est, simul vel in diem spiratio. & de vtroque est tex. cum sua gl. in c. constitutionem. §. j. cum seq. de verb. sig. li. vj. vbi licet coniuratio capiatur pro conspiratione, & conspiratio pro coniuratione, secundū doct. insuper Fel. in c. fi. de testi. cog. & in c. exhibita. vers. nota limitationem. de iudic. & Cepol. Veronen. in cons. iiij. & Lucas de Penna in l. magistros. C. de profes. lib. x. & Archid. in c. coniurationum. xj. q. j. Aliquando mutinatio: & inde mutini in Francia vocantur, quæ omnia fere colliguntur ex l. j. & ij. ff. ad l. Iul. maie. Aliquando monopolium, vt C. de monop. Aliquando cōsilium, vt d. l. j. & in passione Dominica dicitur, Matth. xxvj. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium pontificis sacerdotum, qui dicebatur Cayphas: & cō silium fecerunt vt Iesum dolo tenerent & occiderēt. Dicebant autem, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret. & idem Marc. xiij. & Lucæ xxiij. Nam hæc omnia secundum Bal. in d. cons. significant quendā consensum inter se fidei interpositione firmata, quibus homines ad seditionem & tumultum contra rempub. vel tertium prouocantur, vt not. Fel. in d. c. fi. de testib. cogen. & in aliis iuribus in iiij. præsuppositione alleg.

SVMMÆ.

1 *Homines quatuor gentem constituunt.*
2 *Multitudo an possit in quatuor consistere.*
3 *Populus ex decem hominibus constitui potest.*

1 §. iij. TERTIO PRÆMITTO† quot homines faciant congregationem: & Bartol. in l. ij. ff. vi bo. rapt. & in l. j. ff. de prob. dicit quòd quatuor homines faciunt gentem. & pro eius opin. est text. in Lombarda. in l. j. de aggre. in vico facta, quæ est canonizata. xij. q. ij. cap. cum deuotissimam. ibi, si quis manu armata vsque ad quatuor homines in vicum alterius, &c. & in l. ij. C. de sedi. contra iudicem vel ciuitatem leuata. eodem libro. & cap. j. & ibi per omnes. & in cap. congregato, de elect. Sed Bal. in l. j. §. fin. ff. de iust. & iure. & in cons. clxxxvj. in fi. vol. j. aliàs secundum nouissimam impressionem Lugdunens. est cons. cccxix. inci. Decreto domini cauetur, ne fiant ligæ. in fin. vol. ij. tenet contrarium: quia d. l. j. hoc non dicit, quia ibi ponitur genus pro genicu lo: non pro collectione multitudinis, maximè in statutis & decretis seu ordinationibus punientibus facientes congregationem: vt l. secunda. & ibi Bald. in versiculo, collegerit. C. de sedi. de quo statim dicam

2 †& quòd quatuor homines non dicantur multitudo. adducit text. in l. fin. C. de testam. ideò secundum ipsum quatuor aut quinque congregantes se ad malefactores puniendos, non incidunt in pœnam statuti congregationes prohibentis: ideò Bituriges qui pastorellos de quibus dictum est ꝛ. occiderunt, non tenent: licet sine authoritate principis se cōgregauerint, faciunt not. in l. si barfatoram. C. de fideiuss. & quæ dixi in §. xxix. de iurisdict. omnium iud. Et idem secundum Bald. in d. cōs. clxxxvj. aliàs cons. cccix. incip. decreto domini. ver. Item lex expressa. volum. ij. si conuocauerint amicos benevolos ad extirpandas istas bestias condemnatas, quæ regioni nocent, vt no. in l. iij. §. cùm igitur. ff. de vi & vi arm. sicut enim ad tuitionem rerum licet congregare amicos, vt ibi, cum not. in l. j. C. vnde vi. multomagis ad tuitionem publicam, & idem tenet Bart. in suo tracta. de Guelphis & Gibellinis. in iij. principali quæstio. Et dico quòd debet relinqui arbitrio iudicantis quot homines faciant congregationem, secundum gl. & doct. in cap. latores de cleri. excommu. ministran. & in c. disciplina. xlv. dist. & Felin. in capitulo dilect s. in ij. in fi. de simo. † Sed decem homines bene faciunt po 3
pulum, vt not. in d. cap. j. & aliis iuribus. ꝛ. allega. gl. & Ioan. Fab. in §. fin. grex. inst. de lega. Bald. in d. l. j. §. huius. vbi dicit quod facile fit turba coadunata. id est, decem hominibus vel pluribus ad idem flagitiū committendum. nam turba à turbo dicta est ex genere tumultus, l. prætor. vi bo. rap. sicut dicitur tempus turbatum, quando est inuolutum, & aër commixtus, & turbare idem est, quod cōfundere, vel inquietare, vel imbrigare, l. j. §. fi. ff. de seruo corrup. & per Bar. in tit. qui sint rebelles. in verbo, rebellis: & in verbo tenore.

SVMMÆ.

1 *Qualitas personarum in delictis puniendis attendi debet.*
2 *Qualitas causæ in puniendis delictis debet considerari.*
3 *Inimicitia priuata excusat à rebellionis pœna.*
4 *Amicos & cognatos conuocare quando sit licitum.*

§. iiij. QVARTO IVXTA PRÆDICTA præmitto quòd in talibus congregationibus punien dis vel non puniendis vel remissius plectendis, debet considerari qualitas personarum & causæ. l. aut facta. §. causa. & §. persona. & ibi per doct. ff. de pœn. †Et de qualitate personæ apparet: quia ex personis 1
hominum dictum pensamus. l. j. C. si quis imperato. maledi. & l. famosi. §. j. ff. ad l. Iul. maie. & l. fina. ff. de act. & obliga. & l. si quis aliquid. §. authores. ibi, pro qualitate dignitatis. ff. de pœn. Ideò si prolata fuerūt aliqua verba contra principem tempore seditionis furore durante, veluti quòd se alteri regi s. Angliæ vel Aragonum redderent, si vellet rex noster eos subsidiis opprimere vel contra consules & consiliarios ciuitatum, dicendo quòd eos occidere oportebat, & puteum corporibus eorum repleri totum, vt aliqui Agenen. dicebant non veniunt in considerationem: quia lubricum linguæ ad pœnam facilè non est trahendum. d. l. j. famosi. §. j. & olim Præpositi laborum corrigebant eos qui malè loquebantur de principe, vt not. gl. super rub. C. de præposi. labo. li. xij. tamen si nobiles Burgenses & alij diuites hæc dicerent contra principē, magis essent puniendi quàm ciues plebeij & pauperes, vt voluit Martin. Lauden. in d. tract. de crimine læsæ maiest. §. xxxvj. alleg. Bar. in l. j. C. de conducto. & procur. lib. xj. tamen genus istud maledicendi sub crimine læsæ maiest. non cō prehenditur, vt d. l. iuris. & tenet Dominus Stepha. Buynardus in d. l. quisquis. in no. vers. secundo dictū notabile. † De secundo, scilicet de qualitate causæ 2
patet per tex. in l. mulier. ff. rerum amota. & d. l. ij. ff. vi bo. rap. tenet Bald. in d. consilio. cclxij. versicul. secundò præmittendum volum. ij. pro hoc bon. tex. in l. Pomponius in ij ff. de neg. gest. & Oldra. in terminis in cons. cccxv. in fin. vers. ex præmissis itaque apparet. & hoc probatur Numer. xx. cap. in prin. quòd cùm populus aqua indigeret, conuenerunt aduersus Moysen, & Aaron, versi. in seditionem dixerunt:

Quare nos feciſtis aſcendere de Ægypto,& eduxiſtis in locum illum peſsimum, qui ſeri non poteſt, nec gignit nec vineas, nec malagranata, inſuper & aquâ non habet? Et tunc Moyſes & Aaron orauerũt pro populo: & exaudiuit Dominus clamorem populi. vel ſecundum Bal.quando eſt inimicitia priuata, nõ præſumitur talia fieri contra principem vel rempublicam, ſed ſolummodo vt priuatus à priuato ſe defendat. textus eſt celebris in l. ſi quis ingenuam. §.in ciuilibus.ff.de capt.licet ipſe idem Baldus teneat cõtrarium poſt innocentium in cap.primo. de off.deleg.ſed Bart.† tenet primum, quòd priuata inimicitia excuſat à pœna rebellionis,in l.hoſtes.de cap.cuius ſententia videtur humanior ſecundũ Mart. Lauden.in tract.de crimine læſæ maieſtatis.§.xxj.& hoc fieri natura inductum eſt. Quia vt ait Ariſtoteles, cõgregat ſeparatiſsimos communis timor. vnde ſecundum Baldum in dicto conſ.cclxij.vol.ij. hæc cõſuetudo inoleuit,vt in feud.tit.de pace iur.fir.§.conuenticulas. cùm ibi not. quia ſi quis vult diuidere aliquam cognationem, debet ei reſiſti ſaltem conſulendo & ſuadendo, quia dura & abſona eſt diuiſio propinquorum.l.poſſeſsionũ. C.communia vtriuſque iudi. Nam qua mente aliquid fiat, animaduerti conuenit.alleg.text.in l.pe.ff.ad exhiben.deinde addit, conſilium igitur quod fuit oblatum, fuit principaliter ex charitate amicitię:quia amicus amico vult bona.l.officio.C.de neg.geſt.& d.l.iij.§.eum igitur. ff.de vi & vi arm.& Heſter.v. vbi Aman reuerſus ad domum,conuocauit ad ſe amicos, ex eo quòd Mardochæus ſedens ei non aſſurgit.& etiã habetur Luc. xv.vbi dominus qui ouem perdiderat, & inueniens, conuocauit amicos & vicinos. & ſecundo Machab. viij.cap. vbi Iudas Machabæus & qui cum illo erant conuocauerunt cognatos & amicos,&c.& idem tenet Card.Alex.in d.§.conuenticula.verſic.vnde ſi aliquis,&c.de pace iura fir. & per prædicta & alia per ipſum Baldum adducta in d.conſ. cxxx. decidit, † ſtante conſtitutione & decreto domini diſponente quod nullus audeat vel præſumat palàm vel ſecretè directè vel indirectè vel aliquo quæſito colore contrahere vel fabricare, nec modo aliquo celebrare ad inuicem aliquam ligam,vnionem,confœderationẽ, ſectam vel conuenticulam, nec vllam conuerſationem vel conſpirationem,ſub pœna æris & perſonæ, eiuſdem domini arbitrio imponenda,&c.quòd ſi aliqui (ne eorum amici de ſtirpe domus diuidantur inter ſe ad diſtantiam quorundam) acceſſerint ad quendam locũ vbi plurimos conuocauerint & congregauerint: qui inter eos hæc verba habuerunt & protulerũt. Amici vos cognoſcitis & nos cognoſcimus inſtigationes & aſtutias illorum de Gambarinis, qui volunt vos diuidere:& quia virtus vnita fortior eſt ipſa diuerſa, rogamus vos vt eis non credatis nec aliqualiter adhærere velitis. Quinimò veſtro ſolito more in defenſionibus & offenſionibus vbi offendi vobis velint eſſe debeatis in idem,aliàs in finalem conſumptionem facilter incurrere poteritis, &c. quod non debeant puniri, ſed eorum pœna eſt ipſi principi reſeruata:qui pro motu animi ſui ſit declaraturus, cui nil poteſt aliud quàm perſuaderi, quòd imponat pœnam pro motu & pietate animi ſui iuxta modicitatem non enormem.

4

S V M M Æ.

1 *Populus quando licitè poſsit ſe congregare ſine ſuperioris aut ſuorum iudicum authoritate.*

Ciuitas de conſuetudine faciunt iuratas confœderationes:maximè ſi fiant ſuper licito tangente communitatem.

2 *Monachi an poſsint licitè iurare ſe defenſuros aduerſus quemlibet monaſterij bona diripiẽtem.*

Conuentiones allicientes homines ad lites & iurgia & ad peccandum,reprobantur à iure.

3 *Confraternitates laicorum an ſint licitæ.*

Superior poteſt mandare collegijs, vt portent ſibi ſtatuta ſuorum collegiorum.

4 *Congregatio licita cenſetur,cuius finis licitus reperitur.*

Congregationes tendentes principaliter ad bonũ publicum,ſunt licitæ.

5 *Guelphis ſua permittuntur ſtatuta, & Gibellinis ſua.*

6 *Seditioſi non dicuntur, quia regimen tyrannicum perturbare nituntur.*

Tyrannus in populo ſibi ſubiecto ſeditioſus eſt: & ideò expellendus.

§. v. QVINTO IVXTA PRÆMISSA

†præmitto an populo licitum ſit ſe congregare ſine 1
ſuperioris aut ſuorum iudicum authoritate.& videtur quòd non probatur.j.Machab.xiiij. ante fin.ibi: ne liceat vlli ex populo & ex ſacerdotibus irritum facere aliquid horum & contradicere his quæ ab eo dicuntur,aut conuocare conuentum in regione ſine ipſo,&veſtiri purpura.Sic & etiam Pſalmo decimoquinto, Non congregabo conuenticula eorum. & in auth,de mand.princip.§.deinde conueniens. & §. deinde competens.colla.tertio,& in l.denuntiamus. C.de his qui ad Eccle.confu.& tenet Abb.poſt Hoſtien.in d.c.fi.de teſtibus cogen. & doctores per illum textum in l. conuenticula. C. de epiſ. & cler.& in d.§.conuenticula.& Card.Alexan.in c.illud.xxiij. diſt.& ita habetur in ſtylo & libro conſuetudinum. & ibi per Aufrerium in titulo, quorũ cognitio pertinet ad regem. & tenet Io.Fab. in l.addictos. C.de epiſ.aud.& in l.j.de off.milita.iudi. & Inn.in c.ſignificaſti. & ibi per doctores, inſuper Felinus de offic. deleg.& bo.text. in auth.vt neque miles neque fœdera.colla.viij.& in c.j.& iij.xxiij.q.iij. In contrariũ quòd poſsit ſe congregare,vt voluit glo.in d.§.conuenticulas.vbi dicit quòd de conſuet.ciuitates faciũt iuratas confœderationes, maximè in Italia, & in ciuitatibus expreſsis in pace Conſtantiæ: & præcipuè ſi fiat ſuper licito tangente communitatem:vt puta, vt clerici non permittant epiſcopo res Eccleſię alienare:vt tenẽt Archi. Pet.de Anch. & Philippus Frãcus in c.conſtitutionem.de verbo.ſign. lib.vj. in illa quæſtione,an † monachi qui videntes ſuum monaſterium in temporalibus labi ex dilapidatione Abbatis, iurauerunt inſimul ſe iuuare & defendere pro poſſe, tam contra Abbatem, quàm contra quamcunque aliam perſonam monaſterium deſtruẽtem, dicantur coniuratores à iure reprobati. vbi concludunt quòd ſi ex cauſa de præſenti & communi contra prælatum & ſuperiorem, quia iam dilapidabat &malè tractabat perſonas & bona monaſterij,quòd poſsit fieri prædicta conuentio, ſed ſi contra ſuperiorem nihil apparet de præſenti iniuſtum vel præſumptum, quòd tunc non licet ſubdito coniurare vel conſpirare contra prælatum.per dict.capit.conſtitutionem. quia iſtæ conuentiones alliciunt ſubditos ad peccandum & ad iurgia : quæ licet per ſe non ſint malę:tamen quia malum ex eis ſequi poteſt reprobantur à iure, vt notat in capitul. & ſi Chriſtus. de iureiurando, & tenet Lucas de Penna in l.magiſtros.de profeſſo.& medi. libro decimo. Et Ioannes Fab. C.de monopolis. & Andr. de Iſern.& Cardin.Alexand.in dicto §.conuenticulas.& docto. in l.periniquum. C.de iuriſdiction. omnium iudic. & Bart. 2

& Bart.in l.ſi.ff.de colleg.illic.& Hoſt.in ſum.de iureiur.§.ſed an ſit licitum. & Bald. in dict.conſ.cxxx.
3 aliàs conſ.cclxij.volum.ij. †Et ideò iſtæ fraternitates quæ fiunt per laicos,ſiue matres,ſiue mulieres ad bonum,ſunt licitæ.de quo per Archi.in c.ſi quis deſpicit.quadrageſimaſecunda diſt.& Fel.poſt Abb.Sicu. in cap.accedentes.de præſcript vbi Feli. ponit ſigna cognoſcendi collegia licita, tamen requiritur quod iſtæ conuenticulæ mercatorum ſint authoritate ſuperiuris approbatæ vel confirmatæ, vt not.Bal.in l. fin.de colleg.illici. & in l.prima. §.primò. ſub prætext.de extraordin. crimin. vbi etiam dicit quòd ſuperior poteſt mandare collegiis, vt portent ſibi ſtatuta collegiorum ſuorum.de quo plenè per Cardin. Alex.in d.§.conuenticulas. vbi ponit regulam quòd omnia collegia, congregationes & ſodalitates ſunt prohibita. l.prima, in principio. ff.de colleg.illicit.
4 †Vnde ſecundum eum : per ſinem licitum,licita cognoſcitur congregatio, & econtrà, per ſinem illicitum quòd ſit illicita. l.ſi à reo. §. fin. ff.de fideiuſſ.& per Angel.in conſ.cccl xxvj.& Ludouic. de Rom.in conſ. xxxvj. & huiuſmodi confratriæ ſolent de ſtylo Franciæ per ipſum principem approbari,& ita tenet Bonifa.de Vitalinis,de tractat. maleſi.tit. de colleg. illici.vel ſecundum Bart.in tract.de Guelphis & Gibelli.in tertia quæſtione principali.quando congregationes tendũt principaliter ad bonum publicum, vt ciuitas rectè & quietè gubernetur:licet tamen nõ poſsint aduerſariis reſiſtere,niſi ſub vno partialitatis nomine,vt Guelphorum &Gibellinorum communitatis: tunc licitum eſt communi ſe congregare. Et ideò dicit Bald.in l.ij.§.deinde cum eſſet. ff.de orig. iur.quod plebeij poſſunt ſibi facere legem de per ſe,
5 & magnates de per ſe. † & ſic ſecundum eum Guelphi poſſunt habere ſua ſtatuta, & Gibellini ſua. & idem dicit Bald.in conſ.clx.in princi.volum.j. & dixi in tracta.de cuſto.clauium porta.Sed quando vna pars non ſolum vult reſiſtere, ſed vult ponere in adminiſtratione & regimine alios regentes.&iſtud eſt ſimpliciter illicitum,vt dict.l.j.de ſedi.& ibi not.per gloſſ.de eo qui volebat deponere poteſtatem, vt dicam infrà in ſolut.q. princip. niſi ſecundum Bartolum tales regentes quos volunt deponere eſſent tyranni : tunc duobus concurrentibus licitum & permiſſum eſt deponere. Primò ſi habendo recurſum ad ſuperiorem non poſsit tyrannis deponi ſine magna difficultate.Secundò quod ipſi hoc faciant propter vtilitatem publicam vt ſtatus ciuitatis reſtauretur : ſecus ſi hoc facerent,vt aliis expulſis nouam tyrannidem innouarent, vt ipſe hoc probat iuribus & dictis ſanctorum doctor.vt ibi per eum. tamen iſtis duobus interuenientibus, ſi peruenerint ad actum, ita quod rumor vel tumultus irrepſerat in ciuitate, non incidunt in l.primam. C.de ſedit. alleg.beatum Tho.ij.ij.quæſt.xlij.articulo ſecundo & idem Marti.Lauden.in tract.de princi.§.cxj.& Angel. de clau. in ſua ſumma, in verbo, ſeditio. in vltima quæſtione.& etiam diuus Anton.in dicta ſua ſumma,ſecunda parte,titulo quarto,capitul.octauo.§.primo.
6 vbi volunt† quod cum regimen tyrannicum non ſit iuſtum quia non ordinatur ad bonum commune, ſed ad bonum priuatum regentis. vt dicitur iij. Politic. Ideò perturbatio huiuſmodi regiminis non habet rationem ſeditionis, niſi fortè quando ſic perturbatur inordinatè tyranni regimen, quod multitudo ſubiecta maius detrimentum patitur ex perturbatione ſequenti,quàm tyranni regimine. Magis autem tyrannus ſeditioſus eſt in populo ſibi ſubdito ſeditiones & diſcordias nutrit, vt diutius dominari poſsit, & tenet Bartolus in tractatu de tyrannide & in l.decernimus.& ibi Modern. C.de ſacroſan.eccl. & Martin.de Laude.in tract. de confœdera. pace & conuentione principum. §. xiiij. Vnde Ioiada ſummus ſacerdos, qui cum multitudine armata abſtulit regnum Iuda ab Athalia, quod ſibi iniuſtè vſurpauerat,non fuit ſeditioſus, ſed virtuoſus. iiij. Regum vndecimo. Similiter Aioth, & Gedeon auferentes dominia ab oppreſſoribus ſuis: vt in libro Iudicum habetur.

SVMMÆ.

1 *Oppugnans vel prodens propriam ciuitatem vel alium principem ab Imperatore,an incidat in crimen læſæ maieſtatis.*

2 *Monetam & imaginem Cæſaris falſificans crimen læſæ maieſtatis incurrit.*

3 *Forenſis licet conſpirationem à populo factam ſciuerit,non tamen punitur.*
Clericus an poſsit committere crimen maieſtatis læſæ.

4 *Marchio Ferrarienſis iura de crimine læſæ maieſtatis loquentia contra ſuos ſubditos exercet.*

5 *Ciuitas Florentiæ ex priuilegio ſibi indulto regalia habet.*

6 *Crimen læſæ maieſtatis etiam aduerſus dominum ciuitatis committi poteſt.*

7 *Crimen læſæ maieſtatis incurrunt qui cardinales, clericos vel religioſos inſultant.*

8 *Ciuitates quæ ius fiſci habere dicantur.*

9 *Crimen læſæ maieſtatis committere dicuntur, qui in principem, vel eos qui ad latus eius ſunt moliuntur.*

10 *Conatus in quibus puniatur criminibus.*

11 *Maieſtas duplex eſt, diuina ſcilicet & humana:& poſtrema hæc triplex reperitur.*

12 *Filij non puniuntur ob crimen læſæ maieſtatis à parentibus commiſſum.*

13 *Oppugnans ciuitatem Imperatori ſubiectam & obedientem,in perduellionis crimen incidit.*
Inimicos principis ſui in terram intrare permittens,læſæ maieſtatis crimen incurrit.

14 *Cines mittentes literas rebellibus ciuitatis, aut aliquod ſignum dantes,criminis læſæ maieſtatis rei efficiuntur.*

15 *Nuncium vel literas hoſtibus mittens, aut aliud ſignum faciens quo poſsint ciuitas & eius dominium occupari, crimen incurrit maieſtatis læſæ.*
Crimen læſæ maieſtatis qui propriè dicantur committere.
Perduelles qui dicantur.

16 *Crimen læſæ maieſtatis non committitur vbi ſubſtractio non fit à iuriſdictione principis.*

17 *Maieſtas Papæ eſt maior imperiali maieſtate.*
Rex Francorum de iure ſuperiorem non recognoſcit.
Ciuitatem regi Francorum ſubditam oppugnans reus eſt maieſtatis læſæ.

18 *Laicus iuramentum violando prophanans quod regi & domino ſuo iurat,& peruerſè & doloſè regnum eius tractat, & in mortem ipſius inſidiatur crimine maieſtatis læſæ ſtringitur.*

19 *Maieſtas dicitur maior ſtans,ſiue maior poteſtas.*

20 *Crimen maieſtatis læſæ an extinguatur morte.*

21 *Confiſcatio quælibet bonorum ad ipſum regem*

deuenire debet.

22 *Rex Francorum ſolum in regno ſuo gratiam ſeu remiſſionem concedere poteſt.*

23 *Crimen læſæ maieſtatis locum habet contra regem Franciæ, tamen filij eius qui commiſerunt non ſunt infames.*

24 *Princeps occupatori violento ciuitatis vel prouinciæ non poteſt ipſam concedere.*

§.vj. PRÆSVPPONO ETIAM SEXTO

1 †an oppugnans, vel rebellans, aut prodēs propriam ciuitatem, vel alium principem ab Imperatore inferiorem, recognoſcentem, vel non recognoſcentem ſuperiorem, incidat in crimen læſæ maieſtatis, ita q̄ habeat locum l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſtat. Vel dicatur ſeditionem committere, quæ non ſolùm contra principem cōmittitur, l.prima.C.de ſeditio. ſed etiam contra ciuitates, caſtra & alia oppida ac loca: vt l.ij.in princ.de ſeditio. dum dicit: in nonnullis locis aut ciuitatibus, &c. & l.denuntiamus. ibi collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis vel vici vel cuiuſlibet loci, &c. C.de his qui ad Eccl.confu.& l.j. ibi, locáve occupantur. & l.tertia. ff.ad l.Iuliam maieſtatis. Et circa hanc quæſt. gl. & doctores ſunt varij. Nam gl.in l.fallaciter. §.fin.in verbo, prodita. quā ibi ſequitur Baldus. C.de abol. tenet quod committit crimen læſæ maieſtatis. Et Baldus ibi not. illum textum in verſiculo, oppugnata. ad duo. Primò contra venientes cum vexillis elcuatis hoſtiliter contra ciuitatem. Secundò contra proditores populi, qui incidunt in crimen læſæ maieſtatis. & idem tenet

2 Baldus in l.ſi quis nummos. C.de falſa moneta. † qui dicit quòd qui falſificat monetam & imaginem Cæſaris in derogationem ſuæ maieſtatis, committit crimen læſæ maieſtatis, & idem dicit in ciuitate iſta, loquendo de ciuitate Peruſij: ſi quis ſubditus eiuſdem ciuitatis falſaret monetam ipſius. alleg. Paul.de Leaza.in clc.paſtoralis. de re iudic. Bene dicit Baldus quòd qui vult prodere populum, incidit in crimen læſæ maieſtatis. quòd dicit eſſe verum in ſubdito ſecus in non ſubdito per textum. ibi: quia nō ſubditus non committit crimen læſæ maieſtatis. & gloſſ. in d. clc. paſtoralis, in verbo, non ſubfuit. quam ibi ſequuntur doct. & idem tenet Ægid. Bellamera in cōſ. xv. in ſecunda quæſtione. & Stephanus Buynardus in d.l.quiſquis. in j.not. verſ.vj. addendo prædictis. & Io.Fab.in l.meminiſſe. C.ad l.Iul.maieſt. & Bald. in l.ij.ad fin. C.de vindi. man. Et ideò dicit An.in l. frater. ff.de parr. in fi. †

3 quod forenſis qui non eſt de populo: & ſic ius populi non debet tueri, licet ſciat conſpirationē: tamen non debet puniri ex hoc quòd non reuelauit. & ſingulariter Oldradus in conſ.xliij. verſ. circa ſextam quęſtionem. & Martin.Lauden. in tracta. de crimine læſæ maieſtatis. §.xxij. Et ſic videtur quod clericus non dicitur committere crimen læſæ maieſtatis. nec habeat locum in eo l. quiſquis ad l.Iul.maieſta. vt voluit And.Barb. in conſ.xxj. volum. iij. de quo per Barth. Sozin. in conſ.xij. in iij. & iiij. quæſt. volu.j. & Abba.Sicul. in cap. at ſi clerici. in prin. in fi. de iudi. & textus in cap. ſi quis laicus. xxij. quæſtione v. de quo dicam infrà circa fin. quæſtio. princ. & ſingulariter Hieronymus de Tortis in ſuo eleganti conſilio in fauorem Florentinorum (qui archiepiſcopum ſeditioſum ſuſpenderunt) edito, quod reperitur inter conſilia domini Anton. de Butr. vltimum. & per Baldum in conſ. xxiiij. vol.iiij. incip. ſi quidem plebanus. & Stephanus Buynardus in d.l. quiſquis. in j.not. verſic. quinto declaratur. Et hanc Baldi opin. ſequitur Cæpola in conſ.xvij. verſ. cùm ergo caſus noſter, dicens in verſ. præterea licet, &c. quòd in Italia eſt talis conſuetudo inter principes etiam recognoſcētes ſuperiorem Eccleſiam Romanam: †vt eſt Marchio. Ferrarien. qui publicat bona, 4
& exercet iura loquentia de crimine læſæ maieſtatis contra ſubditos ſuos ſibi rebelles & proditores. & idem And.Barb. conſuluit pro prædicto marchione Ferrar. in conſ.lxx. incip. vbi Chriſtus. cum ſeq. verſic. capio primò. vol.iiij. vbi hanc tenet partem multum ſingulariter: & pro ipſa abducit textum in d.c.ſi quis laicus. xxij. q.v. per quem textum probat quòd crimen læſæ maieſtatis committit, qui offendit regē aut dominū terræ. & idē tenet Ang. in conſ. cccl vij. incip. Dominus Gregorius Pagnocij, &c. Qui Gregorius fuit ob cauſam turbationis ſtatus condemnatus ad mortem, & omnia eius bona confiſcata cō munitati Florentiæ: & talis ſententia tenuit de iure, 5
ſecundum eum: † & quòd ciuitas Florētiæ habet regalia ex priuilegio ſibi indulto per Cęſarem, quę ſint regalia. c.j. aliàs eſſet nulla publicatio: tanquam facta à iudice iuriſdictione carente. l.j. C.de bon.vac. libr. x. & pariter Odofred. in d.l.ij. C.de ſedi. per textum in d.l.j. ad l.Iul. maieſt. & etiam Ang. Aret. in tract. malef. in gl. che ha tradito la patria ſua. in j.q. in ciuitatibus ſuperiorem non recognoſcentibus: quia tales ciuitates æquiparātur ciuitati Ron anæ vel principi. vt not. Bar. in l. hoſtes. circa fi. ff. de capti. Et habebit locum hoc crimen quocunque modo aliquid contra ipſas fiat ſicut ſi fieret contra ciuitatem Romanam. d.l.j.ij.iij. & iiij. Et idem tenet ipſe Ang. Are. in §. per cōtrarium quem ipſe legit cum. §. interdum inſti. de hæred. quę ab inteſt. deferuntur. Et idē Paul. de Caſt. in l.iij. per illum text. C.de epiſc. audi. & hoc quando per ſeipſas ſe regūt. vt Peruſia & Bononia: etiam ſi ſint alicui ſubditæ. & ita dicit ſeruari de facto quicquid ſit de iure dicens quod in hac q. Bal. & Ang. fratres, fuerunt in conſulendo contrarij. 6
† Et idem tenet Bar. Brixien. in repertor. in verbo, maieſtas. dicens quod nedum aduerſus Reges, ſed etiam aduerſus dominum ciuitatis committitur crimen læſæ maieſtatis. alleg. d.l.iij. & in hanc partem videtur inclinare Fel. in c. cùm non licear. de reſcri. & Arch. in c. felicis. & ibi Pet. de Anch. in iiij. not. de pœnis lib.vj. & de Zabarel. in d.clc. paſtoralis. in v.q. & ibi Io.And. & de Imol. & Io.Fab. in procemio inſt. per tex. in l.nō dubito. ff. de capti. & idem tenuit Odofr. in l.fi. in iiij. nota. C.de iure reipub. lib.x. vbi dicit quod reſpub. Romanorum & aliarum ciuitatū in hoc pariſicantur: quia pariter puniuntur ſeditioſi cōtra Rom. vel aliā ciuitatē. d.l.j. ad l.Iul. maieſt. & d. l. fallaciter. & iſtam partē tenet Mart. Laud. in tract. de crimine læſæ maieſt. in prin. ſi nō recognoſcat ſuperioré: ſed ſi recognoſcat, cōmittitur crimen læſæ maieſt. l.j. ad l.Iul. maie. nō tamē pœna extēditur ad liberos, ſecundū d.l. quiſquis. & idē tenet Lud. Bolo. in cōſ. lxxv. volēs † q̄ etiā habeat locū cōtra inſultā- 7
tes vel delinquentes aduerſus epiſcopos, & cardinales & clericos vel religioſos familiares Papæ & cardinaliū. de quo per Io.de Ana. in conſ. lxxv. & prædictā ſententiā tenuit Ægidius Bellamera, in d.cōſ. xv. in j.q. ex priuilegio vel permiſſu Imperatoris, aut de conſuetudine tanti temporis, de cuius initio nō eſſet memoria, ſi vnus rex haberet ſupremū dominiū, & ſic ab eo appellari nō poſſit: tunc contra talē principē crimen læſæ maieſtatis cōmittitur. & ibi ita conſuluit pro Ludouico rege Hieruſalē & Siciliæ, ac comite Prouinciæ, à quo nō appellatur: & eſt ſuprem⁹, licet recognoſcat Imperatorē ſecundū eum. & ego

vidi

vidi in Archiuis ciuitatis Aquenſis, comitatus Prouinciæ iuramentum fidelitas ſub ſigillo aureo: & in comitatibus Prouinciæ & Forcalcherij habet comes iura imperialia ex priuilegio : vt dicit Alberic. de Roſa.in prima parte ſtatu. quæſtio.cxlv.& iſtam partē tenet ipſe in tertia parte ſtatu. quæſtione decimanona.† vbi dicit quòd licet de ſtricto iure ciuitates & regna ius fiſci non habeant, fallit in ciuitatibus Lõbardiæ, quibus per pacem Conſtãtiæ cõceſſum fuit merũ & mixtũ imperium & regalia. Et idē credit in aliis dominis & ciuitatibus & habentibus merũ & mixtũ imperium ab Imperatore:& idem in regno Franciæ & aliis regnis:tamē ſecundũ Baldum in Rubric. ff. de rerũ diuiſ.ciuitas vel dominus non recognoſcens ſuperiorem habet de cõſuetudine regalia & iura fiſcalia.& etiam Martinus Laudē.in dicto. tractat. de princip. §. cxxij.& clxxxviij.& idem tenet Guido Papæ in quæſtione trecenteſima vigeſimaquarta. volēs quod habeat locum in Delphino & duce Burgũdiæ & etiam duce Sabaudiæ, licet recognoſcat ſuperiorem Imperatorē. ita dicit fuiſſe iudicatum. & in Delphino duce comite & conſanguineis regis,& in paribus Frãcię reſpectu ad principem, & per quandam conſequentiam, & non reſpectu ad eos. tenet Stephanus Buynardus in dicta lege quiſquis. in tertio notabili.ſed ſecundum Ægidiũ in dicto cõſilio cõtra aliquem Ducem, vel Comitē, vel Baronem regni Franciæ:ſed ſolum contra ipſum regē qui ſupremus eſt dominus in regno, crimē læſæ maieſtatis intra regnũ committi poteſt:quia nullus alius rex, ſupremus dominus in regno dici poteſt. Ille enim à quo appellatur, ſupremus dici non poteſt,vt etiam dixi in tractat.de cuſt.clauium portarum.&hoc tenet Ioan.Berberius in viatorio iuris. titul.de crimine læſæ maieſtatis,in ſecundo mẽbro. Sed contrarium tenet gl. d. l.prima. ad l. Iul. maieſtat. † quia illi dicuntur committere crimen læſæ maieſtatis, qui contra principem vel contra eos qui iuxta latus ſuum ſunt, aut cõtra rẽpublicam Romanorum moliuntur:vt ibi.& d.l.quiſquis. Nõ autem illi qui contra alias ciuitates moliuntur,vt dicta leg. fallaciter. in fina. vbi crimen læſæ maieſtatis.& crimen patriæ oppugnatæ ponuntur vt ſpecies differẽtes. ciuitates enim aliæ ab vrbe Rom.ſunguntur iure priuatorũ,l.eum qui vectigal.ff.de verborũ ſignificatione.& Baldus in conſil.xlix.in princ.volum.ij. aliàs conſil.lix.incip.licet elegãter.volum.j. & ſecũdum hanc opinio. conſuluit Baldus, prout refert & ſequitur Nellus de ſancto Geor. in tracta bãnitorũ. in prima parte. vbi dicit ita viditſe per viros magnæ authoritatis conſultum. & quod pluries in ciuitate Florentiæ obſeruatum fuit.Et hanc ſimiliter tenent Ang.Ariminem.& Bernardus Land.in addi.ad Ange.Aret.in d.tractat,malefic. in glo. che ha tradito. Nam ſecundum ipſos titulus talis criminis eſt ſeditionis,non perduellionis vel maieſtatis allegat textũ in d. l. j. C. de ſeditio. & ideò Auguſt. Arimi. dicit glo.in d.l.fallaciter. eſſe falſam per textũ. ibi in quo ponũtur caſus ſeparati,ſcilicet demolitio contra patriam:& crimẽ læſæ maieſtatis,vt dictum eſt l.alleg. Baldus in dicto conſilio incipien. quanquam allegata ſint multa & plura, &c.quod non potui inuenire. & Angelus, Paulus de Caſtro,Alexander & Iaſon in l.prima. §. final.ff.quod quiſque iu.dum volunt † q̃ conatus non punitur: niſi in crimine læſæ maieſtatis.& crimine patriæ expugnatæ vel turbationes ſtatus.& Angelus in l.vj.ad l.Iul.maieſt.vbi dicit q̃ nõ ſolum pœna capitalis per textum in dict.l.prima.C. de ſedit. vbi idem tenet per textum in authentic. de mand.princi.§.fi.& in l.capitalium.§.ſolēt quidam. ff.de pœn.vbi gloſſa ponit exemplum in Ioſeph decurione Bononienſi & Bergollo Piſano, qui aduerſus quietem ciuitatum ſuarum ſępe conuenerunt,& populum concitauerunt. Et facit ſecũdum eũ Eccl. xxvj. cap. circa princi.dum dicit delecturam ciuitatis & collectionem populi,&c. & idem vult Baldus in d.l.prima,de ſedit. dum dicit quòd tenẽs caſtrum rebellatum contra principem debet mori.&Ang.in l.lex.xij.tab.in fina.ff.ad l.Iul.maieſtat.& Alexand. in addi.ad Bart. in d.l.prima.ad l.Iul.maieſtat.& dixi in quæſt.de cuſt. clau. † Nam certũ eſt quòd duplex eſt maieſtas,diuina & humana authẽt.gazaros. C. de hæret. & dicam infrà circa fina.quæſtio.principalis. Et eſt humana triplex, ſ.Imperatoris:vt in procę. inſti.ibi, imperatoriam maieſtatem,& etiam regia. l. prima. C. vt nemo pri.ibi,regiæ maieſtatis, &c. Item populi Romani. d.leg.prima.ad l.Iul.maieſt.dicitur enim maieſtas prætoris,l. ſi familia.& ibi Alexand. ff.de iuriſdict.omn.iudi.vt infrà dicam. Sed aliarum ciuitatum & partis Gibellinæ & Guelphę nulla eſt maieſtas:cùm loco priuatorum habeãtur:vt dictum eſt, ita tenuit Cyn.in d.l.quiſquis.quẽ ibi ſequũtur Angel.& Sali.in j.oppo.vbi dicit Ang. quòd hodie de conſuetudine in filiorum & filiarum perſonis non habet locum:idem dicit in d. l. fallaciter.& in l.vna.C.ne ex delict.defunct.&tuba veritatis Bart. in d.l.j.in fi. ad l. Iul maieſt. vbi dicit quod tenetur ſolum l.Iul.de vi.pub.& latius extrauag.qui ſint rebelles in verbo, rebellando. poſt prin.verſic. Sed an hęc conſtitutio habeat locum,&c.& hoc per textum in d. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus.ff.de cap. & Ang. in d. l. frater. de parrici. & Hippo. de Mar. in ſuo ſin.clxiiij.ante fi.& Io.de pla.in d.§.j.inſtit. de pub, iud. & Pet. de Anc.in d.cle.paſtoralis. verſicul.octauo.not.de re iudicat.& Cald.in cõſilio vlt.tit.de accu.& ſingulariter Ang.conſil.ccxxiij.incip. caſus talis eſt forti guerra,&c.maximè vt filij nõ puniãtur,ſecundum d.l.quiſquis.& idem Ioan. Fab. in §.publica.de pub.iud. † vbi dicit quòd filij tantũ puniuntur in terminis d. l.quiſquis.licet aliàs poſſet dici crimen læſæ maieſtatis.tamen filij non puniuntur. & pulchrè & ampliſsimè tenet hanc partem illuſtris doctor Barthol. Sozi. in conſil. cclxxv.incip. in cauſa fratris Andreę.vol.ij.qui dicit hanc eſſe cõmunem, & reſpondet ſingulariter ad iura in j.parte adducta, volens illud habere locum, etiam ſi tales principes non recognoſcant ſuperiorem,ex priuilegio vel ex conſuetud. præſcripta, aut ex conceſsione ſuperioris: quæ ſingula mẽbra ſeparatim examinat, Idem tenuit Ant.de But.in conſil.lxj.in principio.

¶Quid dicendũ?Sali.in d.l.falliciter concordat iſtas opiniones. videlicet aut patria proditur vel oppugnatur, vt principi, vel populo Romano auferatur: & tunc procedit opin.glo.in d.l.fallaciter,ſuprà primo loco relata, quòd tunc crimen læſæ maieſtatis cõmittatur:quia maieſtas cui debent obedire offenditur:vt dict.l & l.pẽ.ad l.Iul.maieſt. Aut oppugnatur, vel proditur patria aut ciuitas:ſed non ad finem vt principi auferatur,tunc non committitur crimen læſæ maieſt.& ita loquitur gl. in d. l. prima. ad leg. Iul maieſt.ſuprà ſecundo loco adducta.& ſic Sali.tenet quòd in dubio vel indiſtinctè nõ eſt crimẽ læſæ maieſt. quod committitur cõtra inferiorem à principe.Et iſta diſtinctio eſt valde ſingularis:quã ſequitur Ioan. de Pla.in dict.§.primo.in vltim.quæſt.inſtit de publi.iudi.Et illuſtris doct.Bartol.ſoci.in cõſil.xxij.verſicul.ſed hîc aduertẽdũ,cũ ſeq.volũ.j. diſtinguit, quia 2. cum aut loquimur de his qui op-

pugnant per partialitatem, expellendo vnam partẽ aut factionem, eo quod ſunt de alia parte ſeu factione, & introducendo partem ſuam. non tamen occupando dominium ipſius ciuitatis: & tunc non dicitur crimen læſæ maieſta. committi. & ita loquuntur iura ſecundo loco allegata: quia ſecundum eum Gibellinę & Guelphæ partes ſunt duæ ſectæ ſolum approbatæ pro locis in quibus ſunt, alleg. Bart. in l. ſi quis à filio. §. l. ſi prin. ſed non vbi. & Ioan. An. in c. ſtatutum. §. cum verò. in verbo, non audens. de reſcript. lib. vj. & idem Card. Alexand. in dict. §. conuenticula. ver. quæro quid in parte Gibellina & Guelpha. & dixi ſuprà in proxima præſuppoſitione.

15 † Aut oppugnat ciuitatem imperio ſubiectam & imperatori obedientem, illius dominium & iuriſdictionem mixtum & merum Imperium occupando: talis indubitanter dicitur crimen læſę maieſt. incurrere: quia qui contra principem arma ſumunt, eum tangere totum videntur. l. vulgaris eſt quæſtio in princip. ff. de furt. & ita loquuntur iura ſuperius in prima parte adducta: quia ille dicitur facere contra ſtatum principis, qui vult dirigere ſtatum ad aliud regimen: puta ad alium, vt voluit Bald. in l. prima. §. huius ſtudij. verſicul. Et dicitur ſtatus, à ſto, ſtas. ff. de iuſti. & iur. & Martin. Lauden. in d. tractat. de crimine læſæ maieſt. §. xij. vel etiam ſi inimicos principis permitteret intrare in territorio vel regno principis. tex. celebris in l. ſi quis Barbaris ſcelerata factione. C. de re mili. libro duodecimo. vbi gl. ponit exẽplum de poteſtate caſtri Franci, qui permiſit venire Mutinẽſes corruptus ab eis. tenet Baldus in l. j. quæſtio. xlij. ff. de rerum diui. & Martin. Lauden. vbi ſuprà. §. xxxviij. quia qui non tenetur ponere fortalitiũ in manibus inimicorum, tenetur curare ne per inimicos occupetur quantum poteſt: vt eleganter dicit Angelus in leg. non eſt impoſsibile. in leg. fin. ff. de pact. & Martin. de Lauden. in tract. de caſtel. & caſtris. §. trigeſimoprimo & trigeſimotertio. pro quo adduco bonum textum in l. dolo. in princip. ff. ſi vẽt. nomin. in poſſeſſ. & ibi glo. fin. & dixi in tractat. de cuſtod. clani, in iij. præſuppoſitione. Et pro hac parte facit quod dicit Angelus in d. l. prima. ad fin. ad

14 leg. Iul. maieſtat. † Nota vt curent & aduertant ciues, vt rebellibus ciuitatis non mittant literas, neque aliquod ſignum præbeant eis, per quod ipſi poſsint ſe iuuare contra ciuitatem. Nam contrarium faciẽtes incidunt in maieſtatem: per illum textum, accipiendo maieſtatem largè: vt ipſe dicit. quod dictum adducit Barba. in dicto conſilio ſeptuageſimo contra Sali. & ego pro Salic. quia Ang. ibi in principio ſequitur gloſſ. quòd non habeat locum in aliis ciuitatibus & dominis inferioribus à principe, & ſic nõ eſt veriſimile quod in fine per dictum ſuprà allegat. voluerit contrarium: quia dictum docto. debet intelligi ſecundum legem quam alleg. vt dicit Bart. in l. non ſolùm. §. ſi liberationis. ff. de lib. leg. & dixi in addit. ad Mandago. de elect. in j. addit. ſed dictum Angeli in dicta l. prima. ad l. Iul. maieſtat. & etiam opin. Salic. probatur per textum. ibi, quíve hoſtibus populi Romani nuntium literáſve miſerit, ſignúmve dederit, feceritve dolo malo quo hoſtes populi Romani conſilio adiuuentur aduerſus rempublic.

15 qui textus clarè vult. † quod mittens nuntium vel literas, aut ſignum faciens hoſtibus, quo poſsint occupare ciuitatem, & dominium illius vſurpare, committit crimen læſæ maieſtat. ergo ſequitur, ſi ad hũc finem non fecerit, non incidit in crimen læſæ maieſtat. & tenet Martin. de Laudẽ. in dicto tract. de crimine læſæ maieſt. §. ſecundo, vbi dicit quod doloſe mittat. & Ludouic. de Rom. in conſilio ccclxv. in final. & Cæpol. in d. conſilio decimoſeptimo. & Oldr. in dicto conſilio quadrageſimotertio. in vj. quęſtion. vbi dicit quòd ille propriè dicitur crimen læſæ maieſtat. committere, qui iuriſdictioni & poteſtati Imperij ſuppoſitus, ab obedientia ſe realiter ſubtrahens, hoſtis animum aſſumit, ſe domino ſuo aduerſarium parat. & ideò tales perduelles vocantur, id eſt perfectè ad duellum ſiue bellum clandeſtinum vel publicum parati & accincti. vnde & tale crimen vocatum eſt crimen perdueliionis. leg. donationes. §. fina. ff. de donation. & §. per contrarium. inſtit. de hære. quæ ab inteſt. defer. & l. cùm filius. §. reis. ff. de legat. ſecundo. idem tenuit Bartol. in titul. qui ſint rebelles. in verſicul. rebellis. & in verſicul. tenore. & Martin. Lauden. vbi ſuprà. §. xxvij. facit. l. amiſsione. §. deficiunt. ff. de ca. dimin. † vbi ergo nõ 16
eſt ſubſtractio à iuriſdict. poteſtatis princip. non eſt crimen læſę maieſt. ſecundum eum. In hoc articulo, ego, ſaluo ſemper ſaniore iudicio, hanc vltimã partẽ tanquam in iure veriſsimam, & in conſulendo & in iudicando firmiter tenẽdam cenſeo & ſequor: quod contra rebellem & proditorem Ducum, Marchionum, Comitum & aliorum dominorum temporalium ac ciuitatum ſuperiorem recognoſcentium, pœna l. quiſquis. ad leg. Iul. maieſt. non habeat locũ quò ad bona & perſonas liberorum, ſed ſolùm pœna erit capitalis, per dictam l. primam, de ſeditio. niſi proditio fieret cum armis: tunc propter vim publicam bona veniunt publicanda, vt infrà dicam in ſolutione quæſt. qua pœna puniantur ſeditioſi: iſto in caſu filij non erunt incapaces actiuè nec paſsiuè, ſecundum d. l. quiſquis quia indicens taliter bellum non dicitur committere crimen læſæ maieſtat. l. hoſtes. ff. de capit. vt voluit Oldra. in dicto cõſilio quadrageſimoquarto in quæſtio. & iſtam partem tenet Alberic. de Roſa. in dicta l. quiſquis. Secus verò eſt quando ſit rebellio contra propriam perſonam ipſius Imperatoris. d. l. quiſquis. † Idem ſi conſpiretur 17
contra Papam. c. in primis. in fin. ij. quæſtione prima Cuius maieſtas maior eſt Imperiali. c. ſolite. de maio. & obedien. aut rebellio fiat in perſonam ſupremi domini noſtri regis: qui de iure nõ recognoſcit ſuperiorem. cap. per venerabilem. §. inſuper. qui filij ſint legitimi. & ibi per Innocentium & Modernos, & dixi de authoritate magni conſilij & parlamentorum regni. Aut etiam contra eos qui iuxta latus eorum ſunt: vel ſi oppugnatur aliqua ciuitas eis ſubdita ad finem vt eis auferatur, & tunc habet locũ pœna, dictæ leg. quiſquis. vt tenet ibi Cynus & Stephanus Buynardus in tertio notabili. & idem dicit ſi contra Auguſtum committeretur, per illum textum. Et ſemel vidi in magno conſilio: ſcilicet Anno quingẽteſimooctauo ſuprà mille, proceſſum in crimine læſæ maieſtatis, per ſummum pontificem Iulium ſecundum, motum contra illos de Bentiuoille, ex eo quòd præfati de Bentiuoille, dominium ciuitatis Bononiæ ſibi occupabant: qui tandem fuit per conſilium remiſſus perficiendus & determinandus coram certis non ſuſpectis iudicibus per ipſum Papam deputandis. Et hanc concluſionem probo per textum in d. capitu. ſi quis laicus. vigeſimaſecunda quæſtione quinta. de quo facit feſtum Barbatia. in dicto conſilio ſeptuageſimo ſuprà in prima parte allegat. Nam textus dixit: † Si quis laicus iuramen- 18
tum violando prophanat, quòd Regi & domino ſuo iurat: & poſtea peruersè & doloſè eius regnum tractauerit, & in mortem ipſius aliquo machimamento inſidiatur, &c. Et ſic copulatiuè loquitur, non ſolùm

quando

quando prodit Regnum : sed in mortem ipsius Regis insidiatus est. Non enim videtur habere locum in alio domino terræ à Principe inferiore : nec est sub correctione mens illius literæ. & ita tenet Oldradus in dicto consilio quadragesimotertio in sex-
19 ta quæstione.vbi vult †quòd maiestas dicitur maiorstās,siue maior potestas,arguēdo ab etymologia vocabuli leg.decernimus.C.de epis. &cle.& leg.tugurij.ff. de verborum signifid. leg.prima. ff. de acquirenda possessione. leg. final. ad municipa. & omnes post Bartolum in l.prima.ff.soluto matrimonio.sed crimen læsæ maiestatis non committitur, nisi cùm lęditur maior potestas.sed in inferiore nulla est potestas in læso respectu lædentis : loquendo de potestate,prout accipit l.potestatis. ff. de verborū significatione. Posito etiam quod talis rebellis teneat ab eodem inferiore domino feudum, quia secundum Oldradum illud non dat domino imperium in suū vasallum. Est enim quidam contractus in quo quis alteri obligatur : vt de noua forma fideli. cum aliis per eum allegat.vbi consuluit pro quodam rege,qui auxilium prebuerat aliquibus contra Imperatorem, concludendo, quod ille Rex non commisit crimen læsæ maiestatis, vt ibi per eum. Et istud tenet Baldus in consilio lx. volumine secundo.incip.punctus
20 seu facti narratio, &c. vbi vult † quòd crimen læsæ maiestatis contra principem vel reipublicam Ro. commissum, morte non extinguatur:sed bene contra alios ptincipes & ciuitates commissum per mortem extinguatur : allegat l. final. ff.ad legem Iuliam maiestatis.idem tenet glossa in d.l.meminisse.C.eo. titulo.Et ista est vera communis opinio.& etiam in non cognoscentibus superiorem de facto, ex priuilegio vel ex consuetudine præscripta, vt patet per Sozinum in dicto consilio trecentesimo septuagesimoquinto.Quia in delictis mitior &benignior pœna est accipienda.l.interpretatione.ff.de pœnis. Et in hoc regno Franciæ ita obseruatur in ipsis dominis & principibus ab ipso rege inferioribus & ipsum recognoscētibus,secūdū Alberi.de Ro.in dicta quęstione decima nona. & sing.per Ægid.de Bellamera in dicto consilio xv. & ita reperi in grandi consuetudinario Franciæ nouiter in vulgari impresso titul. de iuribus regal. versic. Item *là où vne ville n'obeist au Roy*, &c. quia ad eum solum spectat cognoscere de crimine læsę maiestatis:prout in dicto libro consuetud,eodem titulo. versicul. Item *au Roy nostre sire*, &c. quod de facto fuit iudicatum contra regem
21 Nauarræ.† Et ibi etiam dicitur quòd omnis confiscatio bonorum spectat ad ipsum regem, & non ad alium, etiam altum iustitiarium,de quo vltimo an bona publicata spectent ad ipsum principem, vel ad dominum immediatum, vide Ægidium in dicto cōsilio decimoquinto.in secūda quæstione.& Guido Papæ in quæstione trecentesima quadragesimaprima.& Aufrerium in quæstion.capellæ Tholosa. quæstione trecentesima nonagesimaquinta.& plenè per Bartolum & omnes Moder. in l. si finita. §. de vectigalibus. ff. de damno infecto,& Alber.de Rosa.in tertia parte.quæstione decimaseptima,& Ioan. Fab. in authentic. bona damnatorum. C. de bon. damn. & Specul. tit.de feud. versiculo quadragesimo. & quid de bonis clericorum, vide quæ dixi in §. decimo. de iurisdict.omn.iud.& Felin.in capitul. excommunicamus.in princip.de heretic.& Stephanus Buynardus in dicta l. quisquis in iiij.not.versic. tertio procedit. cùm versic. sequen. quia in hoc regno solum contra ipsum regem, & non contra alios principes sibi subditos crimen læsæ maiestatis committitur: vt suprà dictum est. Præterea habet solus cognitionem quo ad portum armorum, si fiat publicè cum multitudine gentium,vel in itineribus publicis, quia ipse solus prohibet vsum armorum, ideò solus offenditur. & vide in stylo parlamenti in prima parte tituli de iuribus regalibus, & ibi per Aufrerium. † Et pariter nullus princeps præter i- 22
psum in toto regno potest gratiam & remissionem criminosis facere : cùm solùm ad supremum dominum illud spectet. leg. tertium.C.de episc.aud.& l. cum indulgētia.& l. fina.C.de senten.pass.& l.final. C. de genera. aboli. & tenet Signo.de homodeis in consilio centesimo quinquagesimoquinto, versicu, præterea non est nouum quod princeps, &c.& etiā reappellare deportatos vel bannitos ad ciuitatem. l. relegati. in fin. ff. de pœn.nisi inferior ex causa faceret. l. is qui reus. per glossam & Bartolum. ff. de publ. iud. & Angel.in l.si decesserit.ff.qui satis.cog. & in leg.prima.§.non fuit.ff.de dolo.faciunt no.per Baldum in l.prima.C. de iure aure.anulo. qui possit reseruata principi. sed hic nullo modo possunt etiā ex causa.& per Felinum in sermone, hodie mecum eris,&c.& istam partem tenuit dominus Gulielmus domini Accusarij in quadam quæstione per eū disputata incip. quidam Albertus Armixij,&c.secundum Albertum de Rosa.in dicta quæstione decimanona,quæ de iure communi & etiam diuino procedit vt ibi.† Et licet in hoc regno habeat locū crimē 23
læsæ maiestatis cōtra principē nostrum supremum, vt dictum est, tamen pœna dictæ l. quisquis,quò ad filios & incapacitatem, seu inhabilitatem ipsorum non habet locum quin possint succedere, & capere eis relicta in testamēto suorum parentum aliorum, & etiam ab intesta nec efficiuntur infames, sed ad honores possunt promoueri, sed habet locum quò pœnam corporalem & confiscationem bonorum omnium : quia consuetudo est generalis in hoc,secundum Ang.in d.l.quisquis.vt suprà dictum. Si alij domini & principes contrariam habeant consuetudinem : ego me remitto consuetudini & conscientiæ eorum & suorum consiliariorum.Et etiam de iure d. l. quisquis loquitur in filiis in potestate constitutis, & non in emancipatis, vt voluit Augu, arimi.in addi.ad Ang.Are.in tract. malefi. in gl.cho hay tradito.ver.matrem.per gloss.in c.si quis.vj.q.j. quam non inueni. volens plus Ang. ibi,quòd pœna d. l. quisquis. non habeat locum si filij sint clerici, per glo. in c. satis peruersum.lvj.dist.non priuantur beneficiis. & tenet Mart. de crimine læsæ maie. §. xxxj. de quo plenè dixi in addi. ad Dy. in regu.non debet aliquis alterius odio prægrauari. de reg. iur. lib. vj. † Et no. quod violento occupatori ciuitatis 24
vel prouinciæ, princeps non potest concedere ciuitatem vel prouinciam violenter occupatam, l.meminerint. C.vnde vi.& ibi Bart.nisi ex causa vera & iusta princeps faceret concessionem, non obstante dicta violentia. l. lucius. ff.de euict.& tenet Martin, Laud.in d.tract.de prin.§.xij.

SVMMÆ.

1 *Seditio est crimen graue & enorme.*

2 *Appellatio & si per iudicem à quo, non admittatur,tamen executio differri debet.*

3 *Iudex vnius ciuitatis non potest cognoscere de seditione facta in alia.*

Delictum vniuersitatis nisi notorium & famosum esse potest.

4 *Delictum per decem homines commissum, potest*

dici notorium.

5 Conſulor non tenetur ſi per viam iuſtitiæ procedatur.

6 Vniuerſitas vel populus ſeditionem vel tumultũ faciens qualiter puniri debeat.
Vniuerſitas delinquere poteſt in omittendo.

7 Vniuerſitas qualiter in committendo delinquere poſſit.

8 Syndicus vniuerſitatis quando legitimè cenſeatur ordinatus.

9 Deliberatio conſilij non requiritur in delicto conſiſtente in omittendo.
Ciuitas ſine deliberatione delictum continuatum committere poteſt.

10 Voluntas & intentio potius facti quàm verbis demonſtratur.

11 Vniuerſitati quando poſſit præiudicare pars maior.

12 Vniuerſitas ex conſilij deliberatione delictum committens an cenſeatur delinquere.

13 Ciuitas an teneatur de delicto conſulum.

14 Vniuerſitas non dicitur delinquere in eo quod à quolibet priuato commiſſo poteſt.

15 Vniuerſitas qua in faciendo deliquit, an poſſit criminaliter puniri.

16 Pœna quæ infligi poſſit pro delicto vniuerſitatis.

17 Ciuitas priuatur priuilegio epiſcopali ob delictum homicidij.

18 Inquiſitio facilius fit contra vniuerſitatem quàm contra perſonas ſingulares.

19 Ciuitas tota ob hæreſis crimen poteſt comburi.

20 Punitio temporalis vni quandoque infligitur ob delictum alterius, ſed non ſpiritualis ſeu æterna.
Ciues omnes puniuntur ob iudicis delictum.

21 Vniuerſitas decapitari non poteſt.

22 Vniuerſitas nil aliud eſt ab hominibus ipſam repræſentantibus.

23 Vniuerſitas verè dicitur deliquiſſe in his qui reperiuntur conſenſiſſe delicto.

24 Multitudo delinquentium eſt cauſa rigoris iuris relaxandi. Papa non poteſt omnes clericos vel epiſcopos priuare.

25 Multitudini in ſeptem caſibus non parcitur.
Multitudini, in delicto maxime non parcitur, nec etiam multitudini religioſorum.

26 Multitudini non parcitur in delicto committendo: licet bene in commiſſo.

27 Vniuerſitas illa puniri poteſt ob delictum in qua infantes aut perſonæ ſimiles non reperiuntur.

28 Seditioſi qua ſint pœna afficiendi.

29 Seditioſi ædes alienas expilantes capite plectuntur.

30 Bona damnatorum hodie non ſunt publicanda, niſi in crimine læſæ maieſtatis.
Deportatio nil aliud eſt quàm omnium bonorum publicatio.

31 Bona damnatorum non cenſentur confiſcata, niſi hoc expreſsè in ſententia dicatur.

32 Seditioſi derobatores puniuntur per l. ſi quando. C. vnde vi.

33 Violentia præcedens non confunditur propter delictum ſequens.

34 Seditionem ex propoſito, dolo & conſpiratione machinata mouentes pro dignitatis qualitate ſunt puniendi.

35 Dictio ſtudiosè, in delictis malum animum ſignificat.
Seditioſi mori debent ſi ſeditio inualuit cruenta & factio prærupta.

36 Offendere perſonam publicam grauius eſt quàm priuatam.

37 Delictum coram iudice pro tribunali ſedente cõmiſſum nullam probationem aliam exigit.

38 Authores ſeditionis ſunt capite puniendi.

39 Præparamenta ad aliquid faciendum ſufficere dicuntur, vt ipſum factum cenſeatur.

40 Procedere in delicto quid ſit, & quid ipſum conſummare.

41 Tractatus ſolus etiam id atrociſſimis non eſt puniendus.

42 Conatus ſolus in quibus criminibus puniatur, nullo etiam effectu ſequuto.

43 Turba non punitur, ſed bene quod in turba perpetratur.

44 Seditio iuſtitiæ opponitur & communi bono.

45 Seditio Chore qualis fuerit & qualiter perierint qui in ſeditione fuerunt.

46 Plaga in Iſrael ceſſauit Moyſe & Aarum pro populo orantibus.

47 Seditioſis toto conatu reſiſtere licet etiam eos occidendo.

48 Conſulatum ſibi propter ſuam nobilitatem vſurpare volentes ſunt fuſtigandi, & poſtulatis priuandi.

49 Agenenſes ſeditioſi de quibus arguuntur.

50 Perſona honeſta non ſunt fuſtiganda, ſed viles bene.

51 Lapidem iaciens ex laſciuia, ſi aliquem interfecerit, mitius puniri debet.

52 Tumultu per accidens incidente, pœna pecuniaria locum habet & non corporalis.

53 Aurelianenſes clamantes aduerſus ſcholares, morianiur, vel occidantur, pecuniaria pœna multati ſunt.

54 Malitia creſcente debet etiam pœna augeri.

55 Seditioſi vtcunque ſunt excuſandi ſi magiſtratus aut conſulum authoritate ſeditionem fecerint.

56 Clerici in epiſcopum proprium ſeditioſi, depoſiti traduntur curiæ ſeculari.
Extrahentes aliquem de eccleſia crimen læſæ maieſtatis incurrunt.

57 Maieſtatem cœleſtem offendentes grauius puniũtur quàm qui temporalem.

58 Pœna extrahentium aliquem de eccleſia qualis ſit hodie de iure canonico.

59 Mulieres tempore guerræ poſſunt ciuitatem tueri & defendere. Carcaſſona ciuitas à Carcaſſa vetula dicta eſt, quod ſolo eam ciuitatem defenderit.

60 Mulieres poſſunt in crimen læſæ maieſtatis incurrere.

61 Milites ex propoſito & doloſè ſeditionem facientes in exercitu bellis debent capite plecti.

62 Patrem velle filium mori non eſt veriſimile.

63 Miles qui per laſciuiam aliquibus vixantibus ſeditionem fecerit militiæ gradu priuari debet.

64 Pugilum fortitudo clamoribus incitatur, & ſeruo imperatoris paratas ad prælium acies acutóſque mucrones accendit.

§. vij. SEPTIMO ET VLTIMO PRAEſuppono qualiter contra ſeditioſos & conſpiratores & ſimiles ſit procedendum. Et quomodo probetur rebellio & ſeditio, vide Ang. Aret. in d. tract. malefic. in glo. che hay tradito. in prin. † vbi dicit quòd quanuis iſtud crimen ſit enorme & graue, vt probatur

batur in paſsione dominica, Lucæ xxxiij. vbi Iudæi accuſabant Ieſum Chriſtum benedictum, dicentes: Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, &c.& ibi ſequitur:at illi inualeſcebant dicentes:Cõmouit populum,docens per vniuerſam Iudæam.incipiens à Galilea vſque huc, &c. Sic etiam diuum Paulum, vt Actuũ xxiiij.Inuenimus hunc hominẽ peſtiferum, & concitantem ſeditiones omnibus Iudæis in vniuerſo orbe, & authorem ſeditionis ſectæ Nazarenorum, &c. ita quod appellari non poteſt.l. conſtitutiones.& ibi Bartol. Ang. Are.& Moder.ff. de app. & Alexand. in addi. ad Bartol.in d.l.ſi quis à filio.§. hi autem,de iniu.rup.teſta.& in l.pantonius. §.rei perduellionis.ff.de acq.hær.& Ioã. And. Arch. & ſequa. in c. felicis. de pœ. li.vj. † licet ſecundum Bart. in l. j.ff.de off.eius cui man.eſt iuriſdi.appellatio per iudicem à quo non recipiatur, nihilominus executio debet differri per ipſum. idem tenet Alex. in d. §. hi autem.& Mart. Laud.in d.tract.de crimi. læſæ maie.§.vij.tamen procedi non poteſt ad torturam,niſi præcedẽtibus indiciis & aliis præſumptionibus. per text. glo. Cy. Bar. Bal. Ang.& Sali.in l.ſi quis alicui. C. ad l. Iu. maie. & ipſis præcedentibus omnis poteſt torqueri nullo priuilegio obſtante, ſiue ſit miles armatę vel cœleſtis militiæ,ſiue doctor, cap. j. depoſito. & Barb. in conſi. xliij. verſic.& ſi quiſpiam, lib.j. & tex.in l.nullus.& ibi omnes.C.ad l.Iul maie.Et contra ſeditioſos proceditur per viam inquiſitionis.vt in auth.de man.prin.§.fi.& ibi Ang. pro hoc alleg.l.j.in fi.C.de abo.& aduertendum eſt
3 ſecundum Ang. ibi,† quod de hoc crimine ſeditionis vnius ciuitatis, puta Peruſij,non poteſt cognoſcere iudex Florentiæ. per tex. ibi: quia de ſeditione commiſſa in ciuitate Conſtantinopoli, non poteſt præſes Prouinciæ cognoſcere: ſed debet inquirere & inueſtigare diligenter contra facientes ſeditionẽ, & ipſos ad ciuitatem remittere: quod eſt ſingulare: quia regulariter delictum alibi commiſſum poteſt hic puniri, vt volunt doc. in l. j.C.vbi de cri.agi.opor. & per Bart. in l. ſi cui. §. cùm ſacrilegium.ff.de accu.& dixi in §. xxiiij. in gloſſ. j.de iuriſdi.om.iud. lib.conſue.Bitur.Sed faciliùs inquiritur contra vniuerſitatem, quàm contra ſingulares perſonas: quia delictum magnæ vniuerſitatis non poteſt eſſe niſi notorium & famoſum. l.iuſtiſsimos.C.de offic.rec. prouin.& tenet Alex.in addit.ad Bart.in l.aut facta. §. non nunquam. de pœn.Et hoc verum ſecundum Bar. ibi: ſi vniuerſitas delinquit vt vniuerſitas: quia propoſito & deliberato conſilio hoc fecit, vt infrà dicam:ſecus ſi non propoſito &deliberato conſilio: quia tunc debet inquiri contra ſingulos atque ſingula. Pau. de Caſt. in d. conſi.ccccxv.verſi.ſecunda pars verborum vol. antiq. aliàs eſt conſi. ccccxxiij. incip.quia ſcio,quòd ſuper iſto facto.vol.j.vbi conſuluit pro communitate Ianuenſium, quæ tunc trã-ſtulerat omne dominium ciuitatis Ianuæ in regem Franciæ, vt ipſe refert ibi,verſic. nunc ad propoſitũ. & idem tenet Pau. de Caſt. in conſi.cv.inci.in cauſa forcij.vol nouo.Ideò dicit Bal.in l.j.§.fi.ff.de iuſt.& 4 iu. † quod delictum quod fit per decem homines, vel ſuprà, eſt notorium.vnde ſecundum Bart.in ſuo tract. de Guelph.in iiij.principali.quæſt.quis poteſt probari eſſe de affectione Gibellinorum vel Guelphorum, vel illis adhærere,quando expreſsè dicit ſe eſſe illius factionis:quod ſufficit.nemo enim videtur dicere quod mente non agitauerit. l. Labeo. ff. de ſupplect.leg.vel quia illi parti fauebat in conſiliis,& in armis, ac in aliis factis. Et hoc intelligit in factis voluntariis, prout faciebat nobilis vir & eques veteranus Betrãd.de Forces eiuſdem loci dominus: qui in conſiliis & aliis fauebat communitati ſeditioſæ Agenẽſi: & pro ipſa vniuerſitate iuit erga Chriſtianiſsimum regem noſtrum,& pro hoc tex.in d.l.j.de ſeditio. ibi aduerſus publicam diſciplinam defendere fortaſſe tentauerunt,&c.quòd exponit Ioan.Fab. ibi de facto & non de iure,vt infrà dicam.† Quia v- 5
bi proceditur per viam iuſtitiæ, aduocatus conſulendo iura & leges citando, non tenetur,ideò dominus Nico. Betrandi iuris vtriuſque doctor, qui fuit aduocatus pro dicta communitate coram nobis commiſſariis antè dictis,teneri non poteſt de conſilio, & etiam ſtatim dimiſit illos.Ideò eſt intelligendum de conſilio fraudulento circa ſeditionem faciendam, aut poſt factam & commiſſam.defendendo verbo & facto. l. conſilij non fraudulenti. ff. de re. iu. & in regula, nullus ex conſil.& ibi dixi poſt Dy. eo. lib.vj.bo.eſt tex.in.d.l.aut facta.in prin.ibi, conſilia vt coniurationes, &c.ff.de pœ.& Collec.in c.nuper.&ibi per d.Celſum Hug.in addi.de ſen.excom. & in ca.ſanè. de renun.Et tractatus & conſpiratio per complices & ſocios criminis poteſt probari, vt not.Bal.in l.quoniam liberi.C.de teſti.maximè quę ſit contra principem.tenet Mart.Lauden. in d. tracta. de crimine læſæ maieſt.§.viij.volens ibi in §.xj. quòd cõtra notoriè tenentes ciuitates eccleſiæ Romanæ,ſine citatione proceditur ad ſententiã. alleg.Bal. in proœ.feu. Et laicus contra clericum in crimine læſæ maie. poteſt teſtificari: vt tenet gl. in ca.cum P.Manconella.de accu.& Mart.vbi ſuprà.§. xxvij.de quo per omnes in d.c.cum P. Manconel.

¶His praesvppositis venio ad ſolutionẽ quæſt.† Qua pœna de iure puniatur populus,collegium, capitulum vel vniuerſitas ſeditionem & tumulum faciens,aut aliud delictum committẽs. Circa quam doct. infrà allegandi mouent plures quæſtiones, quas omnes per vnam claram diſtinctionẽ & breuem, omiſsis argu.comprehendam. Ideò aut agitur de ſeditione facta in ciuitate: aut in acie & bello. Si in ciuitate, tunc aut vniuerſitas delictum committit in omittendo, aut in faciendo. Si in omittendo, & tunc vniuerſitas poteſt verè & propriè delinquere, vt tenet Cy.in l.ſi qui in tantam.verſicu. ſed pone iuxta hoc.C.vnde vi.vbi mouet iſtam quæſtio.&etiam Bar.in l.aut facta.§.nonnunquam.ff.de pœ. & Sali. in d. l. j. C. de ſeditio.in j.quæſt.& ij.& Ant. de But.Abb. Sic.in d.c.dilectus.& ibi Ioan.de Ana. de ſimo. & ſecundum ipſos punitur totũ collegium ſeu vniuerſitas, licet ſecundum Sali. nulla conuocatio & conſilij deliberatio fuerit facta, vt l, iubemus nullam nauem. C.de ſacroſanctis eccleſiis, &ratio eſt:quia licet negligentia regentium vniuerſitatem hoc contingat, tamẽ ipſa vniuerſitas dicitur negligere: vt d. l, iubemus. & negligentia illorum quibus mandatur non excuſat mandantem,l.procurator.§.ſi tutores.in fi.ff.manda.† Si verò in faciendo & committendo:&tunc aut per modum vniuerſi, vt quia populus & vniuerſitas conuocata extitit per ſonum campanæ vel tubæ, vel alio ſimili ſigno more ſolito. l. ij. iuncta gl.C.de decu.lib.x.& conſilio deliberato ad hoc delictum committendum proceſsit, dicitur delictum committere: aliàs vniuerſitas ipſa non dicitur committere, ſed ſingulariter, ſing. tex. eſt celebris. in l. ſemper. §.ſi in ſepulchro.ff. quod vi aut clam.& hoc eſt quòd vult gl.in l.ſi ex dolo.§.j.ff.de dolo.&expreſsè in l.aliud.§.auſertur. ff. de reg. iud. & in l. ſicut. ff.quod cuiuſque vniuer. & Sali. in d. l. j.in iiij.quæſt.de ſedi.& Bart. in d. l.aut facta.§.nonnunquam.verſi.vlterius quæ-

Digitized by Google

ro.& Ang. in l.metum.§.animaduertẽdum.ff.quod metus cauſa. & ſingula. Oldr. in conſilio cccxv. & gloſſ. in pragm. ſanc. in titul.de numero cardina.in verbo, collegialiter. & etiam in titul.de interdic.in princip.in verbo,locorum.& Paul.de Caſtr.in conſi. cv. incip.in cauſa Sbortij. ver.nouorum.& Dy. in regula, delictum perſonæ.& quæ ibi dixi in addit.& poſt me. d. Celſus Hugo. de reg. iur.lib. vj.& Collect.in capitul.plerunque.in pen.queſt.& ibi d.Celſus. de reſcript. & amplè Hiero.de tortis in d.conſi. 50.in fauorem Florentinorum ædito. vbi refert Ioann. de Lignano in clemen. j. de pœnis dixiſſe coram ſummo pontifice, & cardinalibus in ciuitate Bononienſi. facit tex. & quod no. ibi Bartol.in l.
8 actuarios.C.de muner.&chartul.lib.xij.†quod ſyndicus creatus non cõgregata vniuerſitate ad ſonum cãpanę vel alio ſigno,vel nõ congregata in loco,vbi aliàs conſueta fuerat congregari:vel non congregata de mandato ſuperioris, prout conſueuerat, non dicitur legitimè ordinatus. & ita dicit de facto ſe obtinuiſſe.& idem Ant.Corſeti in ſingul.conſuetudo. Ita etiam quod ſi omnes ciues velo eleuato, & vexillo erecto, & pulſata priùs campana iuiſſent ad hoc faciendum. non dicitur vniuerſitas delinquere, ſi deliberatio non præceſſerit. Et iſto caſu illi qui conuocauerunt,& eleuauerunt vexillum,& campanam pulſauerunt,dicuntur incitatores perſonarum, & tenentur tamquam ſeditioſi,ſecundum Bartol.in d. §. nonnunquam.& Sali.in d.l.j.in iij.quæſt.de ſeditio. & Abb. Sicul. in d. capit.dilectus.in quæſtio. pen. & ibi Ioan. de Ana.quæſtio iij.verſicul.dicit etiam per not. in capitul. cùm omnes. de conſtitu.& idem Fel. in dicto. capit.dilectus.verſic.vj.inquãtum omnes,&c.vbi hoc limitat tribus modis.†Primò vt habeat locum in delicto,quod conſiſtit in faciendo, ſecus in omittendo, in quo non requiritur conſilij deliberatio, vt §. in primo membro dixi. Secundò conſiſtit verum in delicto quòd non habet tractum ſucceſsiuum: ſicut eſt homocidium & ſimilia: ſecus ſi eſſet delictum continuatum: vt rebellio, guerra,tolerantia præſidis erga ſubditos opprimẽtes. vnde in iſtis credit quòd ſine deliberatione & pulſatione campanæ,& congregatione ſolenni,ſi fuerint ab vna vniuerſitate perpetrata:vel ſi fuit vna ciuitas paſſa per ſubditos perpetrari aliquo tẽpore:quod verè illud dicatur delictum vniuerſitatis, poſtquam totus populus concurrit,ſecundum Petr. de Anch. in conſi. clviij. incip. ex narratis in facto apparet,&c.& in cle.j.poſt Card.ibi in iiij.quæſt.de
10 pœ.†Satis enim,ſecundum cum,factis ipſis declaratur intentio vniuerſitatis, & euidentius declaratur voluntas hominis factis quàm verbis, c. dilecti filij. de appel. & l. reprehendenda tu magis es, C.de inſti. quod etiam ſequitur Io. de Ana.in d.c.dilectus. verſi.& circa prædicta an & quando eccleſia, &c.Et ſic videtur feciſſe communitas Agenenſis, quæ die Lunę tertia Iulij continuando tumultum &ſeditione nocte præcedente inchoatam,pulſare fecit campanas eccleſiarum, & virgas tanquam vexillum anteferri faciebat ad conuẽtum Carmelitarum vſque, vbi ſe congregauit. Ad requiſitionem tamen domini Dubuſcon volentis ſedare tumultum, & communicato cum eodem Dubuſcon, qui nihil potuit proficere, velo eleuato acceſsit ipſa communitas ad domum ciuitatis communem, & poſtea continuauit per menſem & vltra, faciendo quietum cum armis, & alias peregit: prout ſuprà narratum eſt:vt in ſententia per dominos mihi collegas lata ad longũ inſerta continetur.Sed non per hoc dicitur vniuerſitas Agenenſis deliquiſſe. Tum quia totus populus non occurrit, nec hoc fecit quòd requirebat:vt volunt docto. §. alleg. licet eſſent mille & plus de plebeis ruſticis & miſerabilibus perſonis. † Tum quia 11
ad hoc vt maior pars poſsit præiudicare vniuerſitati, ſecundum l.quod maior.pars.ff.ad muni.requiritur quòd illa tendant ad vtilitatem, vel ſaltem non tendant ad damnum. Sed quando tendunt ad damnum & delictum, requiritur quod omnes concordent:aliàs contradictio vnius faceret ne ideatur geſtum ab ipſa vniuerſitate:vt tenet Guli. de Cug. in d. l.iubemus.quem ibi ſequitur Pau.de Caſtr.&Felin. in d. cap. cùm omnes. verſi. in eadem gl. ibi, ſi ſint plures. de conſtitu. & Alex. in dicta l. quod maior pars. vbi in fi. dicit quod illa lex, non habet locum in criminalibus. alleg. gloſſ.in cap.milites.lvj.di.Et tenet Bald. in d. l.metum.§.animaduertendum.vbi dicit,quòd ſi maior pars canonicorum delinquit,nõ videntur propterea omnes delinquere,l.j.in prin.ff. de magi. conuc. quod not. quia videtur reſtringere dictum omnium docto. †volentium vniuerſitatem 12
delinquere,ſi ex conſilij deliberatione commiſerit delictum. ſed non facit. Nam iſtud intelligitur quãdo maior pars delinquit ſine conuocatione & deliberatione precedente:quia vniuerſitas tunc non dicitur delinquere, vt ſuprà dictum eſt.faciunt no.per Abb.in c.auditis de elect.& c.j.de his quę fi.à maio. Et ideò nos proceſsimus tanquam contra ſingulares & particulares,vt §.dictum eſt. Tertiò niſi per coniecturas & actus ſequentes detegitur voluntas populi: fortè non puuiur.t,nec in exilium ponunt delinquentes. ita colligitur ſecundum Feli. ex verbis Card. in d. cle. j. in iij. quæſt.de pœ.† Et prædicta 13
concluſio procedit, etiam ſi conſules & officiarij ciuitatis delictum ipſum commiſerint:vt voluit Bart. in d. §. nonnunquam. & Ioan. de Ana.in d.capitul. dilectus, verſ.quartò principaliter.licet Cyn.in d.l. iubemus,teneat contrarium,ſed opi.Bar.eſt verior. quam tenet Old.in d.cõſi.cccxv.& quod nullo modo dicatur vniuerſitas delinquere, niſi fecerit per liberationem, vt dictum eſt:& hoc caſu vera eſt concluſio, quando delictum eſt commiſſum circa id q̃ à ſola vniuerſitate fieri potuit, puta ſtatuta illicita condendo, vel collectas imponendo:& tunc ſecundum Bart. in d. §. nonnunquam, cum priuatis hoc facere non poſsit, ipſa vniuerſitas dicitur verè & propriè facere, in qua hoc ius reſidet. l.omnes populi.ff.de iu.& iur.&auth.caſſa & irrita.de ſa.ſan.ec. & authen.item nulla communitas.C.epiſc.& cle.& iſtud tenet Sali. in d.l. j.in iiij.quæſtio.de ſeditio.& Abb. Sicul. in d. cap.dilectus.& ibi Ioan.de Ana.in fin.qui ambo poſt Anto.ibi alleg.tex.in d.capit.grauem. & in capitu.nouit.de ſen.excom.Idem Maria. Sozi.in d.ca.dilectus.† Si verò eſt commiſſum circa 14
id quod à quolibet priuato fieri poteſt:vt eſt crimen homicidij,rapinæ vel violentiæ,aut doli,& tunc ſecundum Bart. vniuerſitas propriè non dicitur illud committere, quia non cadit in vniuerſitatem,& ad eorum commiſsionẽ & perpetrationem vera perſona exigitur. & per hoc alleg.d.l.ſed ſi ex dolo.§.l. j.ff. de dolo. & l. j. §.fi.ff.de acq.poſſ.ſed vniuerſitas non eſt vera perſona, ſed ficta.l.mortuo. ff.de fideiuſ. ideò fictè & non verè delinquit: vt ipſe probat, & ipſum ſequitur Ioan. Berberius in ſuo viatorio, eo tacito. & tenuit Spe. titul.de accu.in fin. & Abb. Sicul. in d. cap. dilectus & ibidem Ana.Sed Sali.in d. l.j. de ſedi. in iij. & iiij.quæſtio tenet contrarium circa hoc vltimum, quod vniuerſitas vt perſona repræſentata dicitur verè facere: quia vniuerſitas nihil

nihil aliud eſt quàm homines vniuerſitatis, ſed homines vniuerſitatis vere fecerũt: ergo & vniuerſitas vere facit q̃ homines. Pro hoc alleg. tex. in d.l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. ff. q̃ vi aut clã. & in l. ſi familia. ff. de iuriſ. om. iud. Et hoc dicit eſſe verũ, quãdo homines vniuerſitatis ad hoc faciendũ conuenerũt, vt vniuerſi, vt dictũ eſt: aliàs ſi vt in ſinguli conuenerũt ſine deliberatione vniuerſitatis: tunc vere dicit Bart. Et iſtã partẽ tenuit Alber. de Gãdino in tract. maleſi. tit. de homic. ver. quæſtio talis eſt. ſæpe de facto
15 cõtingit cõmune ſeu vniuerſitas, &c. † Sed in modo puniẽdi ipſam vniuerſitatẽ quę delinquit in faciẽdo, q̃ puniatur criminaliter eſt altercatio non modica. Nã Cy. d.l. ſi quis in tantã. ver. ſed pone q̃ facit homicidiũ, &c. varias refert opiniones, & finaliter cõcludit q̃ teneatur criminaliter, ſed alterabitur pœna propter multitudinẽ: ſecundũ gl. in d. §. nonnũquã, quia fieret magna hominum ſtrages. & idem tenet Ang. in d.l. ſi familia. ff. de iuriſ. omn. iud. in prima tallentia. ſed Inn. in d.c. dilectus. & in d.c. grauem. de ſen. excõ. tenet cõtrariũ, q̃ vniuerſitas nõ puniatur: ne innocentes, vt pupilli, furioſi, & ſimiles perſonæ, quæ nõ poſſunt delinquere, puniãtur. ſed pœna trãſmutetur in pœnã pecuniariã: niſi ex delicto aliquid peruenerit ad ipſam vniuerſitatẽ, tũc tenetur d.l. ſed ſi ex dolo. §. j. & hoc tenẽt omnes tex. in cap. ſæpe. de reſti. ſpol. & in cap. quia. vt. de iud. & Paul. de Caſtr. conſil. cccxxiij. incip. quia ſuper iſto facto, verſicu. tertiò videdũ eſt, &c. vſque ad fin. vol. j. quod eſt ſingulare cõſilium. Sed Bart. in d. §. nonnunquã. reatſu-
16 mit illas opi. & tandẽ diſtinguit. † Aut dilecti pœna eſt realis, aut perſonalis: primo caſu, aut nõ æque cadit illa pœna in ſingulos de vniuerſitate, ſicut in ipſa vniuerſitate. exemplũ publicatur res ex delicto: ſi illa res eſt vniuerſitatis, ipſa vniuerſitas punitur, d.l. iubemus. de ſac. ſan. eccleſiis. & in hoc cõueniũt omnes ſcriben. in locis. ſ. alleg. & Ab. & Ioã. de Ana. in d.c. dilect'. alleg. c. cũ dilectus. de off. ord. Aut pœna æquè cadit in ſingulos, vt pœnæ certæ pecuniæ vel q̃ũtitatis: & tunc dicit, Aut collegiũ eſt paruũ: vt eſt collegiũ Ancianorũ vel capitulũ canonicorum, vel collegiũ doctorũ. Aut magnũ, vt puta ciuitas aut caſtrũ. Primo caſu q̃ nõ punitur collegiũ, ſed tantũ hi cõſenſerũt: per tex. in l. j. in prin. ff. de magiſt. conuẽ. Secundo verò caſu q̃ puniatur vniuerſitas, vt d. authẽ. item nulla cõmunitas, &c. §. j. de pace tenẽ. Ratio diuerſitatis ſecũdũ Bart. eſt: quia in collegio amplo & diffuſo non ita de facili cognoſcuntur diſſentientes à cõſentiẽtibus, ſeu delinquẽtes à non delinquẽtibus: ſicut in collegio paruo. Et idẽ tenet Abb. Sicul. & Io. de Ana in d.c. dilectus. poſt Ant. qui am-
17 bo allegãt tex. in c. ita nos. xxv. quæſt. ij. † vbi ciuitas priuatur dignitate epiſcopali propter delictum homicidij: quod proprie non cadit in vniuerſitatẽ, ſed tenetur ex eo quod mandauit, vel ratum habuit. pro quo etiam allegãt c. vbi periculũ §. ciuitas. de elect. lib. vj. accedat ſimilis tex. d. ca. fœlicis. §. fi. & ibi Frãcus in vltimo not. Sed Sali. in l. j. C. de ſedi. dicit q̃ eſt truffa: quia infantes, furioſi, mulieres, ac multi alij poſſent diſcerni. ergo nõ eſt bona ratio in caſu certi. vt ipſemet Bartol. ſecundũ Sali. videtur fateri, dũ dicit, quòd ſi pro pœna ſoluenda debet collecta imponi, quòd non conſentientes non tenentur ad contributionẽ, per d.l. j. in prin. de magiſt. cõue. & ideò nõ placet ſibi diſtinctio collegij parui, vel diffuſi, vt
18 intradicã. † Item etiam quia facilius inquiritur cõtra vniuerſitatem, quàm contra ſingulares perſonas: quia delictũ magnæ vniuerſitatis non poteſt eſſe niſi notorium: vt dixi in vltima preſuppoſitione. ſ. Sed quando *pœna* eſt perſonalis. & tunc ſecundum Bartol. Aut *tale* eſt crimen quod afflicit filium propter patrem, vt *crimẽ læſæ ma.* d. quiſquis. C. ad l. Iul. ma. vel crimen *hęreſis*. ca. ſtatutum. de her. li. vj. & c. fœlicis. de pœ. eo. lib. & tunc vniuerſitas vel communitas criminaliter punitur: vt factum fuit de Carthagine, quæ paſſa fuit aratrum. l. ſi vſufructus ciuitati. ff. quib. mo. vſusfr. amit. vbi gl. idẽ dicit de Troia. Vnde Bart. refert ſe vidiſſe quandam ſententiam diffinitiuã Imperatoris Henrici, quam dedit cõtra ciuitatem Brixiæ, quæ fuerat ſibi rebellis: in qua dicebat illam ciuitatem eſſe ſubiicienda aratro: quã pœnam ex miſericordia relaxauit. Et etiam dicit Bonifaciũ Papam ita feciſſe propter hæreſim quorundam tẽplariorum, quod totũ collegiũ deſtruere fecit. Vnde Fel. in d.c. dilectus. verſicul. ſecundo inquantum dicunt. & c. alleg. tex. in cap. ſi audieris. xxiij. quæſt. v. † 19
vbi propter hæreſim tota ciuitas poteſt comburi. & idẽ Petr. de Ancha. in c. Romana. §. vniuerſitatẽ. de ſen. excom. lib. vj. Et ſic bona in communi exiſtentia publicantur. & idẽ voluit Bart. in tit. qui ſint rebelles. in verbo rebellãdo, & Abb. Sic. in c. dilectus. & Io. de Ana. dicentes, quod ciuitas Bononiæ etiam fuit prorſus deſtructa. & paſſa aratrum ex ſententia Imperatoris: ſed poſt ex indulgentia fuit reędificata: vt legitur in legenda ſancti Ambroſij, vt refert Bart. in proœmio. ff. §. hæc tria. Sic etiam ſecundum eos Deus deleuit funditus Sodomam & Gomorram, &
tres finitimas ſeu vicinas ciuitates: & tamen ibi erant multi infantes & furioſi, qui non poterant delinquere. † Ex atrocitate ergo delicti, ſæpe vnus punitur 20
pro alio temporaliter, non autem ſpiritualiter. pro quo vide bonam glo. xxiij. quæſt. iij. in ſumma. & in §. eccleſia. j. quæſt. iiij. Et ſic, ſecundum ipſos, in huiuſmodi delictis ceſſant rationes Inn. Et hæc. opin. videtur ſeruari in hoc regno, ſecundum quod reperi ſcriptum in magno conſuetudinario Franciæ. tit. de iuribus rega. vj. verſi. Item *là où vne ville n'obeiſt au Roy, elle doit eſtre raſée*. Et pro hac opi. facit text. in l. iudices. C. de nauic. l. xj. vbi propter delictum iudicis puniuntur omnes ciues: quem text. inducit Bart. ibi, quod propter denegatam iuſtitiam à iudice vel rectore loci, concluduntur repræſaliæ contra omnes ciuitatis. text. cum gloſſ. in capitu. dominus noſter. xxiij. queſtio. ij. idem Ant. Corſet. in ſingulari. iudex. imò ſecundum Inn. in c. cùm ex iniuncto. de noui oper. nun. ciuitas poteſt mori, ſi princeps eam damnat ad aratrum, & tenet Mart. Laud. in tract. de prin. §. cij. Aut crimen non eſt tale, quòd affligatur alius quam committens: vt eſt homicidium, violentia vel rapina. & ſecundum Bartol. † 21
cùm vniuerſitas non habeat caput, ſed fictum, decapitari non poteſt: ſed pœna illa commutabitur in pecuniariam: vt l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. & l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accu. & iſto caſu habebit locũ opi. Inn. ne innocẽtes pro nocentibus puniantur. & ipſum Bar. ſequitur Abb. Sic. in d.c. dilectus. verſi. ſed in modo puniendi. & etiam Ioan. de Ana. Sed prædictam diſtinctionem reprehẽdit Salic. in d.l. j. de ſeditio. dicẽs: quòd ſiue collegiũ ſit vniuerſale, ſiue particulare, magnũ & diffuſum ſiue paruum, quòd ſolùm puniantur qui cõſenſerunt, per d.l. j. in prin. de magiſtra. cõue. & illius l. fuit ratio: quia preſentes qui fuerũt maior pars totius, totam vniuerſitatẽ repręſentãt. l. quod maior pars. ff. ad munic. Ergo per eos repræſentata verè facit: vt §. dictũ eſt: cũ vniuerſitas nihil aliud ſit, quàm 22
homines ipſam repræſentantes: meritò lex ipſos ſolùm puniri voluit, & dicitur vniuerſitas punita, tali-

ter, qualiter fuit repræſentata. Et idem ſecundum eum, vbi pœna eſt perſonalis eadem ratione, tam in homicidio quàm in crimine læſæ maieſtatis: in quo ex patris delicto filij puniuntur, & non alij de genere ſuo. Ideò ciuitas non ſubiicitur arato fine principis conſcientia: vt voluit ipſemet Bart. in extrauag. qui ſint rebel. in verbo, rebellando, quaſi ad fi. Et iſtam opi. tenuit Gandi. in tit. de homic. vbi dicit quod authores & participes homicidij, ſi appareant, puniri debent: per text. in l. quoniam. C. ad Iul. de vi pub. Si verò non appareant, tunc pecuniariter. Sed in hæreſi, bene dicit Bart. ſecundum Sal. quia ſingu-
li de collegio dicuntur peccare, meritò puniuntur. Sed ſi opi. Sali. eſſet vera, fruſtrà quæritur an vniuerſitas tractatu præcedente & conſilio deliberato deliquerit: ſi ſolum ſinguli conſentientes, tenentur quemadmodum ſi ſine conſilij deliberatione deliquiſſent vt dictum eſt, & ipſemet voluit in d. l. j. de
23 ſedi. in iij. q. † Sed poteſt reſponderi, quod vniuerſitas tunc verè delinquit, & etiam punitur in illis qui reperientur conſenſiſſe & culpabiles ipſam vniuerſitatem repræſentantes, cùm per deliberationem conſilij vniuerſitas ipſa deliquerit. Et eius opin. eſt æqua, & multum mihi placet, vt ſtatim dicam tamẽ ſecundum Sali. eo. in caſu, ſi collegium eſſet magnũ, ita quòd ex præſentium pœna ſequeretur magna ſtrages: tunc principalioribus punitis pœna aliorum in pecuniariam, vel aliam commutari debet. arg. l. qui cædem. ff. de ſica. & hoc eſt quod vult dicere glo. in d. l. aut facta. §. nõnunquam. & facit text. in l. ſi quis aliquid. §. authores. ff. de pœ. & in c. dilectus. de ſimo. & in l. ſi familia. ff. ſi fami. fur. & c. vt conſtitueretur. ibi, ſed populorum plurimorũ ſtrages iacet, detrahendũ eſt aliquid ſeueritati, &c. & Albe. de Roſa. in l. à procedente. C. de dila. & Martin. Lauden. in d. tracta. de princip. §. cxij. & in §. ccxxxv. & not. in cap. ſane. de tempo. ord. & ſentit Bar. in ſuo tract. de Guelphis & Gibelli. in iiij. princ. quæſt. verſic. quid enim ſi vna pars erat extra ciui-
24 tatem, &c. † quia multitudo inducit iudicem ad diſpenſandum contra iuris rigorem, cùm ob populum multum crimen pertranſeat inultum. v. diſt. iurib. & cap. non poteſt. xxiij. quæſt. iiij. Et etiam propter ſcandalum euitandum: quia ſcandaloſum eſſet totum populum vnius ciuitatis interficere, & depopulare vrbem in detrimentum reipub. cuius intereſt amplam habere ſobolem, ad replendas ciuitates liberis hominibus. l. j. ff. ſol. matri. vnde interrogatus Homerus, quod maximum eſſet ornamentum ciui-
* tatis: Pueri (inquit) & turres: per pueros numeroſitatem ſignificans, de quo per Sozi. in conſi. cxxxix. verſicul. vltra oſtenditur. lib. j. & dixi in §. j. de conſuetu. iuri. ſtat perſona. quoniam in lata gente, gloria Regis, & in diminutione plebis contritio principis denotatur. prima quæſtio. iiij. ca. Eccleſiaſt. §. item Dauid. & ideò dicit gloſſ. in cap. ſi. ix. quæſtio. vl. quod Papa non poteſt priuare omnes clericos, vel omnes epiſcopos: quia vniuerſalem ſtatum eccleſiæ turbaret. Et licet multitudini parcatur: vt d. iurib. hoc fallit in ſeptem caſibus, ſecundum Ioan. de A-
25 na. & Felin. in d. cap. dilectus. † Primò niſi multitudo defenderet ex quadam authoritate delictum ſuũ: tenet gl. in c. comeſſationes. xliiij. di. prout feciſſe videtur ſeditioſi Agenenſes: qui per plures noctes ibãt per portas ciuitatis faciẽdo gayetum, dicentes quòd nullum commiſſarium authoritate curiæ ſupremæ
* Burdegalen. deputatum intra ciuitatem introire ſinerent. Quinimo eundem in quadam parua nauicula vocata in eorũ vulgari, *gabarrot*, ſine aliquo remo ſupra Garonam ponerent, poſteáque ei dicerent venitis de Burdegala, reuertimini Burdegalam, & ab excluſis molendinorum præcaueatis, & plura verba de quibus in ſententia inſerta ſit aliqua mentio: ratione cuius proceſsimus magis rigoroſè, quia ex quo quis perſeuerat in malitia, grauius puniendus eſt quàm alius. xj. queſt. iij. cap præcipuè. & ij. queſt. iiij. c. quanto. & dixi in §. xxij. de iuriſdi. om. iud. Secũdò niſi eſſet delictum maximum, vt voluit Arch. in c. denique. iiij. d. facit ij. quæſt. j. multi. Tertiò niſi eſſet multitudo religioſorũ. tenet Hoſt. in c. ea quæ. de ſtatu mona. Quartò niſi loquamur in pœna æterna, gl. in d. c. denique. † Quintò niſi eſſet delictũ nõ 26
commiſſum, ſed committendum: vt voluit Bart. in d. §. nonnũquam. Sextò niſi ceſſaret ſcandalum: quia illo ceſſante poteſt puniri. gl. in c. latores. de cler. ex communi. Septimò, niſi in multitudine eſſent aliqui principaliores, quia illi poterunt puniri: ſecundum gloſſ. in d. cap. latores. vt ſ. proxim. dixi. Et iſtas limitationes ponit Domini. poſt Archi. in d. cap. denique: & d. cap. vt conſtitueretur. l. d. & omnes iſti caſus fallent. recidunt cũ d. Bart. Et quanuis opi. Bart. ſit communis: tamen mihi magis placet opi. Sali. quod ſolùm cõſentiẽtes teneãtur, nõ alij, nec tota ciuitas, qui non deliquerunt, qui fortè erunt maior pars totius, quia in ipſis congregationibus conſilij populorum, non ſunt ſenſu carentes vt mulieres, infantes, furioſi hebetes, & huiuſmodi ſimiles vocati, nec vocari conſueuerunt, ſecundum Ang. in conſi. lxiij. in fi. & in d. §. animaduertendum. & dixi in §. x. in gl. j. ante fi. de cõſue. iur. ſtat. perſo. licet tales perſonæ ſequantur alios, qui tamen ignorant quo pacto & animo, aut iure res agatur & fiat. l. j. C. de fal. mone. l. diuus. ff. de offi. præſi. & l. omnes. C. de pœ. quia peccatum vnius alios prouocat ad peccandum. ij. q. vij. Pau. in j. & c. magnæ deuotionis. §. j. de voto. ergo iniquum eſſet quòd tales perſonæ quæ non conſenſerunt propter delictum aliorum punirentur. hoc voluit Bart. Brix. in c. epiſcop. qui mancipium, xij. q. ij. dum dicit † quòd illa vniuerſitas poterit crimi- 27
nal. puniri, in qua non ſunt infantes & ſimiles perſonæ. Et in pœnis mitior pœna eſt amplectenda. l. præſes. ff. de pœ. & in regula, in pœnis. de re. iu. & quæ ibi dixi poſt Dy. & ſ. in vj. præſuppoſitione. Et profecto Cy. Inn. & eorum ſequaces videtur habuiſſe bonam & æquam rationẽ. & ipſos ſequitur Alb. de Roſa. in d. l. aliud. §. refertur. qui alle. Gandi. in d. tit. de homi. aliàs ſequeretur quòd appellatione perſonæ in odioſis comprehenderetur vniuerſitas. quòd no. vt voluit Io. An. in c. cum in illis. circa fi. de præben. li. vj. Secus in fauorabilibus, vt ibi per eum, & Card. Alex. in d. §. conuenticulas. in primo not. de pa. tenen. vbi vide. & iſtam opi. tenet Paul. de Caſtr. in dicto conſil. cv. & Angel. in l. qui ſedẽ. ff. de ſica. qui alleg. Inn. in d. ca. grauem. & ſentit Alberi. in ij. parte ſtatu. quæſtio. lxxj. & q. lxxvij. & facit Eccle. xxvj. vbi dicitur: A tribus timuit cor meum: in quarto facies mea metuit. Delegaturam ciuitatis & collectionem populi, &c. & in iſtam partem inclinat Bonifa. de vitali. in dicto tract. & titul. de ſeditio. in fin. & in tit. ad legem Iul maieſt. Si verò per modum particularium & tanquam ſingulares fiat ſeditio, & tunc pœna ſequitur ſuos authores. l. ſanci-
mus. C. de pœ. & capitu. quæſiuit. de his quæ fi. à præla. † Quia aut cũ ſeditione occurrit. & commiſ- 28
ſum eſt aliud delictum: aut non. Si non accidit aliud delictum: aut eſt facta in ciuitate Romana: & tunc tales committunt crimen læſæ maieſtatis: ſi qua ſpecie ſunt hi qui fecerunt homines armari

cum

cum telis & lapidibus : conuenerúntve vt homines ad ſeditionem conuocẽtur aduerſus rempublicam: aut quo quis magiſtratus qui Imperium habet, occidatur. & aliis caſibus no. in l.j.& ij.& iij.cum ſeq. ff.ad legem Iul.maieſt.& per Ioan.Fab. Ang. Arc.& Io.de Pla.in §.j.inſti.de publ.iud.&hoc tenet.Card. Alex. in d. ca. ſeditionarios. xlvj. diſt. In aliis verò ciuitatibus. qui turbæ ſeditioniſve faciendæ conſilium inierunt, & gentem cum armis congregauerunt, vim publicam committunt.l.j.& viij.in princ. & l. qui dolo. ver. hac lege tenetur. ff. ad leg.Iul.de vi pub. & l.fi. C. eo.& iſta fuit opi.Bar.& vera in d. l. j. ad legem Iul. maieſt. vt ℨ.dixi in vj.præſuppoſitione. Quorum pœna eſt mortis,l.j.C.de ſeditio. ſaltem deportatio cum publicatione bonorum omnium. inſt. de pub. iud. §. item lex Iul. de vi. & ibi Ang. & doct. ℨ. alleg. & l.j.ij.C.de vi publ.Et tenet Boniſa. de vitali. in tract.de malefi.tit.de colle.illic. verſi. vnde notandum eſt. & tra. ad legem Iul. de vi
29 pub. † Et ſi in tali turba & ſeditione ædes alienas, aut villas expillauerint, eff egerint, expugnauerint cum armis: tunc capite puniuntur,l.hi qui ædes alienas.ff.de vi pub.& Alex.in conſil. cxj. verſic. nec prædictis obſtat. volum. j. quod fecerunt Agenenſes accipiendo per vim ex archiuis ſtatuta & alia ciuitatis documẽta illáq; ad eorũ domũ importãtes. & idem Guido Papæ in deciſ. ccccxxij. vbi tenet quòd qui extrahunt aliquem per vim cum armis de domo ſua in qua debebat eſſe tutus, l.j.C.de præto. lib. xij. & l. plerique cum l.ſeq.ff.de in ius vocan.& l. nemo de domo ſua.ff. de reg. iu. & conſtituerunt priſonerium, quod committunt tria delicta.Primò iniuriam per dicta iura. Secundò crimen capitale triplici modo.vt ibi per eum.Tertiò vim publicam
30 per iura ℨ. alleg. † tamen in hoc caſu, ſecundum ipſum, hodie non publicantur bona:ſed deferuntur aſcendentibus & deſcendentibus:niſi in crimine læſæ maieſt.authẽt.bona damnatorum.C. de bo.dam. ex quo perdit vitam, aut ciuitatem, vel ſtatutum, non perdit bona, vt tenet ibi Bald. & Ang. ſed ſub correctione d. aut bona damnatorum.non corrigit iura antiqua in illis caſibus in quibus imponũt pœnam ademptionis bonorum expreſsè & per ſe, & non in conſequentiam alterius pœnæ : vt tenet Petr. de bellapertica,quem ſequitur Cy.in d.auth.bona. & Bart. in l. j. ff. de bo.dam. vbi iſtam dicit eſſe communem. ſed pœna l.Iuliæ de vi publ.eſt deportatio.d.l.qui dolo.§.fi.cũ ſua glo.& d.§.item lex Iul. ſed deportatio nihil aliud eſt quam omnium bonorum publicatio, l. j. §.fina.ff.de fal. & in §. item lex Cornelia. in verbo, deportatio. inſti. de pub. iudi. Tum etiam non habet locum d.auth.bona damnatorum. quando expreſsè per ſententiam bona publicantur.& fiſco applicantur:vt tenet Ang.Aret.in tracta. malefi. in gl. & eius bona publicamus, in princ.alias ſecundum eum bona regulariter non intelliguntur confiſcata : quanuis quis damnatus ad mortẽ naturalem vel ciuilem.Idem tenet Albe. de Gandi.in titu.de bo.malefact.in prima quæſti.ideò iudex debet eſſe cautus, quòd in ſententia confiſcet & publicet bona deportati,propter opin.euitendas, prout fecimus in ſententia per nos contra ſeditioſos Agenenſes lata: vt infrà per tenorem eius apparebit. & ſic ſe habet ſtylus curiarum Franciæ.tamen in aliquibus ciuitatibus & locis ſunt conſuetudines & ſtatuta circa publicationem bonorum : vt apud Bituriges,apud quos bona delinquentium pro quocunque crimine, etiam læſæ maieſt.vel hæreſis,non confiſcantur : ſed remanent eorum parentibus, vt dixi plenè in §. x. & xij. de iuriſ. om. iudi. † Et not. 32
quòd contra tales ſeditioſos derobatores, habet locum diſpoſitio l. ſi quando. C. vnde vi .& cap. fina. quod met. cau. vt tenet Ioan. de Imo. in conſi.ij.& etiam ad omnia reſarciendum damna tenentur, ſecundum Bald. in capi.primò §.iniuria.quem ibi ſequitur Card. Alex. in fin. de pace iura. fir. Si verò ſine armis,tunc non perdunt omnia bona,ſed etiam partem, vt d. §. item lex Iul. de vi. Et ſi fortè banniantur ad tempus, debent ipſis reſeruari;& reuerſis reſtitui bona dimiſſa. ſecundum Odof. Alb. de Roſa. in d. authen. bona damnatorum. refert & ſequitur Mart. de Laude, in tract. de crimi. læſæ maieſt. §. quinquageſimo. vel etiam ſi homicidium commiſſum fuerit in ſeditione, quod pariter teneantur de homicidio, vt tenet gl. in l. quoniam multa facinora. C. de vi.pub. & pro hoc tex. in d. l. qui dolo. verſi. hac lege tenentur & qui conuocatis hominibus vim fecerint, quo quis verberetur & pulſetur : & ſi neque homo occiſus ſit, &c.& legitur in paſsione Dominica. Marci xiij.& Lucæ xxiij. de Barraba qui cum ſeditioſis erat vinctus propter ſeditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, &c. Et ita iudicatum fuit per Carolum v. contra primum Marcum ſeditioſum : qui à tergo occiderat Ioan. bailletum eiuſdem Caroli theſaurarium in ciuitate Pariſienſi, vt ℨ. in exemplis oſtenſum eſt: † quia violentia præambula non con- 33
funditur propter delictum ſecutum, ad cuius factum tendebat, l. ſi confidis. & ibi ita tenet Ange. C. de vi pub. Et ideò circa iſtum arti. concluditur quòd ſi contra principem Ro. aut vrbem Romanam, vel regem Franciæ committatur, quod tenentur crimine læſæ maieſt. vt dictum eſt ſuprà in vj.præſuppoſitione,& ſuprà probatum eſt in exemplis in prima præſuppoſitione poſitis, tempore regis Philippi Pulchri : tunc in ciuitate Pariſien.apud Templarios exiſtentis. Si verò ſimplex ſeditio fiat contra rempu. aliarum ciuitatum aut dominorum, & tunc ſecundum Bar. in l.capitulum.§.ſolent quidam qui ſe vulgo iuuenes appellant : ver. nonnunquam. ff. de pœ. aut ſi per laſciuiam & inſolentiam populi, aut ex dolo & propoſito ac militia, l.reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis.† Si ex propo- 34
ſito, dolo & machinata conſpiratione : vt quia ſecundum Bar. acclamauerunt fortiter, quod moriantur conſules,qui regunt,vel incitauerunt & cõgregaueruñt popnlum per campanarum pulſationem & vexilli delationem: vt ℨ.dictum eſt in princ. huius q. & in vj. præſuppoſitione:& tunc debent tales auth. ſeditionis pro qualitate dignitatis puniri: iuxta formam text. inl.fi.quis aliquid.§. authores.ff. de pœ.quia aut in furca tolluntur, aut beſtiis ſubiiciuntur, aut inſulam deportantur.hoc videtur velle etiam text. in dicto §. ſolent ibi,qui ſi nihil amplius admiſerint, &c.in l. j.& ij.cum ſua gl.C.de ſedi.vbi gl. dicit quòd volebant deponere poteſtatem & alium facere. & idem tenet Bartolus in dicto ſuo tract.de Guelph. in tertia quæſtio.principali.quando ſecundum eum poſſunt habere recurſum ad ſuperiorem, hoc facere non debent,etiam ad vtilitatem reipubl. ideò debent puniri dictis pœnis. & tenet Bald. in d. l.fallaciter.§.fi.de aboli.& in l.denũtiamus. §. j. de his qui ad ecc.confug. & tenet Ang. in l. j. ad l.Iul.maieſt. & in d.l.ij.de ſedi.vbi dicit q̃ requiritur quòd ſtudioſi rumorem concitauerint & ad finem tumultus : † quia in delictis, ver- 35

bum ſtudioſè, ſignificat malum animum, id eſt doloſum. ſed in actibus bonis ſignificat actum meritorium ſecundum Bal. in l. j. §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iure. vbi adducit ad quæſt. de ſtatuto puniente aliquid ſtudioſe factum. & idem not. verſic. Item ſi ſtatutum eſt factum cõtra turbantes. & quòd ſic debeant puniri, tenet Barto. in l. ſi in rixa. ff. ad Iuliam. de ſica. & Ioan. de Plat. in §. j. in fina. de Inſti. de pub. iud. & Ioan. An. Anton. de Butr. Abb. Sicu. Felin. in d. cap. fin de teſtib. cog. & Alex. in d. conſil. cxj. verſic. nec prædictis obſtat. volum. j. & Card. Alexand. in d. cap. ſeditionarios. vbicumque enim inualuit ſeditio cruenta & prærupta factio : debent tunc tales ſeditioſi mori, l. ſi quis filio exhęredato. §. vbi autem omnes. ibi, ſeditio prærupta factióque cruenta, &c. ff. de iniu. rupt. teſtam. Et exemplificant ibi Bald. & Imo. pręruptam factionem & ſeditionem euentam quãdo ſeditioſi interficiunt magiſtratum aut patritium ciuitatis, vel conſulem, vel aliquem de maioribus. idem tenet Hier. de tortis in d. ſuo cõſil. verſic.

36 ſed ipſa occiſio fuit facta, &c. † Nam grauius eſt offendere perſonam publicam quàm priuatam : ideò grauior pœna eſt imponenda, ſecundum Alex. in d. l. ſi familia. per illum text. de iuriſdi. om. iud. allego bõ. text. in l. aut facta. §. perſona dupliciter. verſicul. in magiſtratum vel in priuatum. ff. de pœn. & in l. prætor. §. ſi. ff. de iniur. quia iudices & magiſtratus dicuntur habere maieſtatem : vt voluit Ioan. Fab. in proœmio inſtitu. in prin. & Ægid. Bellamera. in d. conſi. xv. non dico quòd habeat locum crimen læſę maieſt. vt dixi ſ. in vj. præſuppoſitione. licet Cyn. in l. ſi nõ conuitij. in iiij. quæſt. C. de iniu. videatur ſentire cum Pe. de bella pertica. ibi, quòd omnis iniuria illata officiali regis actu gerenti officium, intelligitur facta regi. & idẽ Luc. de Penna in l. j. in princip. C. de cohort. & prin. lib. xij. & Stepha. Buynardus in d. l. quiſquis. in ij. no. ante fin. verſi. per quos text. quando in contemptum regis dicũt ſe nõ curari de Rege, nulla quoq; allegata cauſa : ſecus ſi cũ cauſa in contemptum præſidis vel odiũm partis aduerſæ, vel indebitè ſe grauatum ex priuilegio prætendit. & ibi

37 exemplificat de Normanis, & de Burgundis. † Vnũ circa hoc nota, quòd delictum commiſſum in conſpectu iudicis adhuc ſedentis pro tribunali, non exigit aliam probationem : quia de eo conſtat, & iudici ita not. gl. in capit. Deus omnipotens. §. quando autẽ crimen. in verbo, ſedentis. ſecunda quæſtio. j. quẽ reputauit ſingu. Albe. de roſa. in l. illicitas. §. veritas. ff de offic. præſi. & Ant. Corſeti. in ſingulari delictũ. & ſic videtur quòd poſſit cognoſcere & eſſe iudex. de quo in clement. j. de pœn. & plenè dixi in §. xxj. de iuriſdiction. omnium iudic. Expedit enim reipub. tales ſeditionum cõcitatores & duces factionũ occidere, leg. conſtitutiones. ff. de appellatio. & l. iij. §. item qui author ſeditionis. ff. de ſicar. ita vt multis graſſantibus opus ſit exemplo mortis acerbiſsimę. l. aut facta. §. fi. & l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. & l. j. C. ad legem Iuliam repetun. Et idem ſecundũ

38 Longobaream, † vt qui authores in capite fuerint, capite puniantur, & cæteri qui in ſeditionem cucurrerunt, in emendam condemnentur. l. ſi pro quacũque cauſa. & l. penu. de aggreſ. in vico facta. & in l. j. de ſeditione contra iudicem vel ciuitatem leuata. Authores enim magis ſunt puniendi : vt probatur per id quòd dixit dominica veritas Pontio Pilato Ioan. xviij. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet. bonus text. in d. c. latores. ibi, eos quos magis cauſam delicti eſſe conſtiterit, &c. Et idem ſecundum Ioan. Fabri. in d. l. j. & ij. C. de ſeditio. quando plebs de facto, & per potentiam ſe defendit : ſecus ſi de iure ſe opponeret. Et non ſolum ſi ſe defendat de facto, ſed etiam ſi tentauerit ſe defendere, propter verbum ibi poſitum tentauerit. & in d. l. denunciamus. & tenet Ang. in l. in eadem cauſa. ff. de vi public. quod tenens homines armatos in domo, vel qui ineunt conſilium cauſa ſeditionis : licet ad nullum alium actum peruenerint, tenentur eadẽ lege. & ratio reddi poteſt : †quia per ſola præ- 39
paramenta dicitur res quaſi peracta, l. ſi partem. ff. quemadmodum ſeruitu. amit. cum nota. in l. is qui cum telo. C. de ſicar. & idem tenet Ang. in dicta authentic. de mandatis principum. §. final. per illum textum ibi : qui populum in turbas ſolicitare tentant, &c. vbi dicit nota contra tentantes pacificum ſtatum ciuitatis Pariſij, vt puniantur. Et voluit Bald. in conſil. xxiiij. volumine iiij. vbi ponit quid ſit attentare, procedere & conſummare. Quia attẽtare idem eſt quod ad aliquẽ actum procedere, l. ſi quis non dicam rapere. & ibi per omnes. C. de epiſc. & cleri. & in authen. habita, ne filius pro patre. & c. quanuis. de offic. ordina. libr. vj. tractare eſt colloquium habere, qualiter quid geri queat. capit. cùm olim. de arbitris. cap. dudum. de rebus eccleſi. non alienandis. libr. vj. l. Pomponius ſcribit. cum ſua gl. in verb. probauero. ff. de negotiis geſtis. † Proce- 40
dere eſt proſequi inchoata & maleuolum actum animi & propoſitum conari producere ad finem. l. poſſeſſio. ff. de vſucapio. Conſummare delictum eſt, id facere quòd ceſſat eſſe delictum. vnde aliqui dicunt delictum eſſe conſummatum, quando lex ponit conſilium principaliter non acceſſorię, l. j. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrupto. Et quædam non conſummata in opere, ſunt conſummata in crimine : quia factioſam voluntatem notant. Et multo fortius factioſam factionem, l. quæſitum. ff. qui & à quibus. Et tales ordientes ſecundum eum lex cenſet eſſe reos : quia poſt factum non haberent iudicem punitorem. debet enim factum habere vltorem. d. l. quiſquis. ad leg. Iul. maieſt. & §. per contrarium inſtit. de hæredi. quæ ab inteſta. deferun. ſed propter ſolum conatum ſine aliquo actu ex propoſito celebrato, videtur durum quòd debeant ſuſpendi : vt in ſequenti membro dicam, quia ſecundum Bald. in l. non ideò minus. in vj. quæſtio. C. de

41 accuſa. † ſolus tractatus ſola ordinatio non punitur etiam in atrociſsimis : niſi ſit proceſſum ad aliquem actum ordinatum de præſenti ad ipſum factum, quia vbi lex punit affectum, cùm delictum eſſet conſummatum, iudex poteſt ex poteſtate ſibi à lege conceſſa mitigare pœnam, ſed non tenetur. ita dicebat Bald. in voce, ambulauerit prout refert Salic. in d. l. is qui cum telo. per text. ſingula. & optimum in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. quod eſt cordi tenendum : ſecundum Sali. & etiam Feli. in tracta. de conat. in fin. verſi. vltimo ſcias, quem poſuit poſt tit. de appellatio. ideò dicit Speculator in tit. de accuſat. §. j. verſi. quid ſi in primo actum actum fuerit, &c. eſſe omnibus legibus volentibus. conatum puniri derogatum per contrariam conſuetudi. quæ verba multum commendant Ang. Paul. de Caſt. in d. l. j. §. fi. quod quiſque iuris. & Fel. in d. tract. verſi. & ideo dicit Bart. &c. quòd intelligunt verum Ang. & Paul. † præterquam 42
in crimine læſæ maie. & crimine oppugnatæ patriæ, in quibus non ſperatur euentus, ſed ſufficit ſimplex conatus : quia ſerò pararetur

vindicta

vindicta crimine conſummato: vt ſi quis faceret tractatum contra ſtatum ciuitatis. & ipſos ſequitur Alex. ibi & Iaſ. & Mart. Lauden. in d. tract. de crimine læſæ maie. §. xix. & iſta eſt communis in iſtis duobus caſibus, & in ſimonia, & in volente intoxicare aliquem veneno: de quo per Feli. in trac. verſ. quinto fallit. cum verſi. ſeq. & intelligo quando conati ſunt prodere & expugnare patriam vel ciuitatem, & ad aliquem proceſſerunt actum vt tenet Bald. in d. cõſi. xxiiij. & Bonifa. de vitali. in d. tracta. de criminibus. tit. de ſedit. verſicul. vt dixi perueniendo ad actum, &c. ſed in aliis delictis non punitur conatus de conſuet. nec l. is qui cum telo. habet locum in patria conſuetudinaria: vt not. Aufreri. in ſtyl. parlamenti. iiij. parte. §. cxxxvj. licet Bart. in l. j. §. Diuus. ff. de ſica. reprobet illud Specul. dictum: & ibi vide.

43 † Quia lex dicit non punitur turba, ſed factum in turba. l. prætor. ff. de vi bõ. rap. & d. leg. metum. poſt prin. quod met. cau. & voluit Bald. in d. conſi. cxxx. volumine j. aliàs conſi. cclxij. volu. ij. Præterea Albt. de Roſa. in dictionario ſuo in verbo, ſeditio: dicit quod facere ſeditionem eſt graue peccatum. vnde Apoſtolus numerat ſeditiones inter alia peccata ad Gala. v. etiam iuriſ. in d. l. conſtitutiones. de app. & in alijs iuribus. ſ. alleg. & eſt ſpeciale peccatum: quia habet ſpeciale bonum (cui opponitur) ſecundum vnitatem & pacem multitudinis. Et ratio eſt ſecundum beatum Thom. ij. ij. quæſt. xl. arti. ij. & etiam diuum Ant. in ſua ſumma. in ij. parte, titul. iiij. capitul. vij. & Ang. de claua. in ſua ſumma. in verſic. ſeditio. in j. q. & ij. quia ſeditio opponitur vnitati multitudinis populi ciuitatis vel regni. Et dicit Augu. xxj. de ciuita. Dei. Dic, quòd populum determinant ſapientes, non omnem cœtum multitudinis: ſed cœtum iuris conſenſu & vtilitatis communione ſociatum. vnde manifeſtum eſt vnitatem cui opponitur ſeditio, eſſe vnitatem iuris & communis vtilitatis.

44 † Ex quo patet quod opponitur iuſtitię & bono cõmuni: ideo ex genere ſuo eſt mortale, & tãto grauis quantum bonum commune, quod impugnatur per ſeditionem eſt maius quàm bonum priuatum quod impugnatur per rixam. Et delictũ huiuſmodi ſecundum ipſos primò quidem & principaliter pertinet ad eos qui ſeditionem procurauerunt, qui prauiſsimè peccãt, ſicut filius Bochri, aliàs Bochori, qui clamans coram omni populo Iſrael, Non eſt tibi pars in Dauid, &c. fecit ſeditionem faciens tribus Iſrael recedere à regimine Dauid: ſed Ioab procedens cõtra eum, fecit eum decapitare: vt habetur ij. Reg. xx. Secundò pertinet ad illos qui ſequuntur eos perturbantes bonum commune: ſicut illa multitudo quæ ſequuta eſt Abſalonem in coniuratione contra patrem ſuum Dauid & ſuos adhærentes & ſequaces: ſed puniti ſunt quãdo ex peſte mortui ſunt. lxx. millia virorum, ij. Reg. xxij. Non enim ſolùm propter peccatum Dauid, ſed propter cõiurationem populi occiſi ſunt ſecundum Tho. Et Dauid tamen planxit Abſalonem tribus diebus & tribus noctibus: vt not. Cy. in l. propter inſidias. C. qui accu. nõ poſ. & Tho.

45 Ferratius in caut. xxxv. ante fi. † Itẽ legitur de Chore filiis Eſau, filiis Cahat, filiis Dathã atque Abiron, de filiis Eliab, Hon quoque filio Pheleph, & de filiis Ruben qui ſurrexerunt contra Moyſen & Aarõ, dicentes, Quare ſe eleuabãt ſupra populũ domini, &c. Et ait is Moyſes valde air ad Dominũ, Ne reſpias ſacrificia eorum, &c. loquénſque dominus ad Moyſen & Aaron, Separamini de medio congregationis huius: vt eos repente diſperdã, & ſeparatis Chore, & Datan, & Abiron cum vxoribus & liberis ac bonis: confeſtim dirupta eſt terra ſub pedibus eorum: & aperiens os ſuum deuorauit illos, deſcenderúntque viui in infernum, & perierunt de medio multitudinis: vt habetur Numeri xvj. & ibi ſequitur cũque oriretur ſeditio, & tumultus increſceret, Moyſes & Aarõ fugerũt ad tabernaculum fœderis, quod poſtquam ingreſſi ſunt operuit nubes, & apparuit gloria Domini dixitque ad Moyſen: Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc delebo eos. † Cúm- 46
que iacerent in terra dicit Moyſes ad Aaron: Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari, mitte incẽſum deſuper pergẽs citò ad populum, vt roges pro eis: iã enim ingreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſæuit. q; cùm feciſſet Aaron, & cum curriſſet ad mediã multitudinem quã vaſtabat incendium, obtulit thymiama, & ſtans inter mortuos & viuentes pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit: fuerunt autẽm qui percuſsi ſunt, xiiij. millia hominum & ſeptingenti, abſque his qui perierant in ſeditione Chore. Illi verò qui bonum commune defendunt eis reſiſtentes, non ſunt dicendi ſeditioſi: ſicut nec illi qui defendũt ſe cùm inuaduntur ab illis, dicendi ſunt, vt contingit domino du Buſcon: vt ſ. dictũ eſt. Sic factum fuiſſe legitur in actibus Apoſtolorum per quendam nomine Iaſonem, qui Theſſalonicam pro diuo Paulo Apoſtolo ſeditionẽ commouentibus turbis ſemetipſum dederit: vt Apoſtolo dicendi faceret libertatẽ, vt refert diuus Hier. in epiſtola lxxxij. ſcribens ſuper epiſtolam ad Roma. quæ incipit, Paulus ſeruus Ieſu Chriſti. lib. primo, & dixi ſuprà in tertia præſuppoſitione. † Imò licitũ eſt eiſdem toto conatu reſiſtere 47
etiam eos occidẽdo, vt ſingulariter voluit Hiero. de tortis in d. ſuo conſi. Si verò per laſciuiam, tunc debet procedi ſecundum Bart. eo ordine & forma per illum §. ſolent tradita. quia aut non eſt peruentũ ad actum: ſed ſolum eſt ſtatum & remanſum in terminis inſolentiæ & acclamationis: vt quia ſecundum Bart. in d. §. ſolent acclamauerunt vt turbarent populares, dũ falſo clamant foras vel ad arma. & gl. ff. ibi exẽplificat in Bergollo Piſano, & non de Ioſeph decurione Bonon. credo q; voluit dicere de Ioſeph ab Arimathia nobili decurione, qui nõ acclamabat ſicut cæteri Iudæi, quòd Chriſtus crucifigeretur quoniã ipſe diſcipulus Ieſu erat, occultus autẽ propter metum Iudæorũ, & debet eſſe loco Bononiẽſis, bonus & iuſtus: vt Lucæ xxiij. in fin. pro hoc bonus tex. in leg. iij. §. ſi intra vociferationẽ, aut leuẽ querelam ſeditio mota eſt, &c. ff. de re mil. vel ſecundũ gloſſ. in d. l. ij. C. de ſedi. † volebãt eſſe conſules pro- 48
pter ſuam nobilitatem, & non proceſſerunt vltra, tales debet de rigore fuſtigari per text. in d. §. ſolent. & carere debent effectu poſtulatorum. d. l. ij. de ſedi. & illam glo. multum commendat ibi Ang. in fi. cõtra facientes rumorem in palatio, vt ad officia aſſumantur. Et eſt in Tuſcia multũ in vſu, vt ipſe dicit: quia contentioſis verbis non eſt ſtrependum. c. in loco benedictionis. v. q. iiij. ibi nullus debet, aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuſlibet tumultibus perturbare, nullis etiam fabulis vanis vel reſibus agi. Et (quod eſt deterius) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. Et ne vndique cachinnis & vocibus aër reſonet & audientium aures præ ſtrepitu terreãtur: vt dicit Hie. in epiſtola xiiij. c. vij. li. iij. Sed cum omni modeſtia ſtantes vno loquente cæteri ſileant. Nec alter alterum ex auiditate loquẽdi interrumpat & præbeat impedimenta loquenti. Secus ſi acclamatio per populum fieret propter lætitiã dicẽdo, Viuat viuat talis: tũc non debent in aliquo puniri. gl. & doc. inſuper Lud. bolo. in ſecundis

interpre.in l.j.C.de quæſt.libr.xij. vbi Lud.alle.bo. text. in l. iuſtiſsimos. ibi, publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus poteſtatem: vt honoris eius authores proferamus. C. de off.rect.prouin.

49 †ſed ſi fiat ſecundum eum propter ſeditionem, tunc debent puniri, quemadmodum Agenenſes fecerũt, qui per vias & vicos ciuitatis acclamabant, Viuat Rex & communitas, faciẽdo deferri enſem & virgas ante eos, congregando populũ & dicendo, Vbi ſunt iſti fures conſules, & alia plura: vt ꝫ. dictum eſt. ſic etiam fecit quidam plebanus de prouincia Romandiolæ, vt refert Bald. in d. cõſi. xxiiij. vol. iiij. qui clamauit poſtquam ingreſſus fuit portam ciuitatis quã prodere intẽdebat, Viuat, viuat nobilis ante dictus: & ibi vide. Et non ſolũ propter talem vociferationẽ ſeditioſam quis teneretur: ſed etiam profecto quando quis concitauit alios ad vociferationem, vel ſubmiſit vt vociferaretur. l. apud Labeonem. §. feciſſe conuitium. ff. de iniu. faciunt quæ dixi in conſil. j. inci. ſi quis animo iniuriandi, poſito in fi. lib. conſue. Biturig. vbi poſui de ſcholare vociferante contra doctorem legentem. & etiam quod dicit Bald. in d. tract. ſchiſmatis: de Romanis acclamantibus tempore electionis papæ Vrbani ante conclaue cardinalium, *Romano lo volemo, Italiano lo volemo*: & dixi in addi.

50 ad Mãdag. in tract. de cler. c. liij. † Et intellige quòd fuſtigari debent ſi ſint viles perſonæ: quia nobiles & honeſtæ perſonæ non patiuntur illas viles pœnas: & tenet Bar. in §. fi. in fi. cæſi. q. §. dependet ex d. §. ſolent. & Cæp. in conſi. xl. verſic. quantum ad mortem. &c. dixi in tract. de cuſto. claui. ſed debent alias in emẽdã cõdemnari ſecundum facultates eorum: qui cauſa & perſonæ cõſiderari debent, l. vna. C. ſi quis impe. maledi. vt dixi ꝫ. in iij. præſuppoſitione, & iſto modo debet procedi ad punitionem talium ſeditioſorum, niſi ad proditionem ciuitatis vel patriæ, aut domini ipſius per aliquem actum proceſsiſſent: vt ꝫ. dictũ eſt, aliàs oporteret deſtruere, text. in d. §. ſolẽt gl. & doct. hic allega. & mẽs & intellectus Ange. & ſequa. eſt iſte. Et pro hac concluſione facit quòd

51 not. Pau. de Ca. in l. j. C. vbi ſena. vel clariſsimi. † q quãdo noctis tẽpore quod potius ex laſciuia quam dolo præſumitur, vt ſi aliquis proiecit lapidem & percuſsit vnum qui mortuus eſt: ipſe cõſuluit quòd debet mitius puniri, ſcilicet pecuniariter, vel forte ſibi dare bãnum pro aliquo tempore. & idem Cæp. in l. j. ver. ex quo refert. C. de ſer. fugi. dicens eſſe bene notandum ad adiuuandum pueros & homines ludentes per laſciuiam ad lapides, ſicut ludunt Veronæ ſecundum ipſum, & Pe. de Anch. in conſi. cclxxxiij. inci. iure ſcripto & conſuetudine. & dixi in §. xxiiij. in addi. iij. de iuriſd. om. iu. vel ludunt ad niuem, vel ad poma aureicentia. vt in Mõtepeſſulano & Auenione tempore carniſpriuij, ſicut etiam fit in multis aliis locis, & aliquis in eo ludo occidatur per iactum lapidis vel niuis aut aureicentium pomorũ, quòd occidens non debet puniri pœna mortis vel corporali. facit l. item ſi obſtetrix. §. ſed ſi per laſciuiam. cum §. ſeq. & l. ſeq. ff. ad l. Aquil. vbi Bal. in §. quemadmodum. no. illum text. contra iſtos qui faciunt ſeditiones, & in l. omne delictum. §. pe. ibi per

52 vinum aut laſciuiam. ff. de re milli. † Quia etiã quãdo per accidens tumultus inciderit, quòd debeant pœna pecuniaria condemnari: voluit Ange. in d. l. ij. ff. de ſeditio. quoniam non fuit mota controuerſia in exitum reipu. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capt. & ibi Alexan. in addi. per quem text. dicit ibi Bar. quòd propter diſſentiones ciuiles reſpublica leditur. & Feli. in d. c. fi. de teſt. cogen. vbi alleg. Bal. in l. j. §. fin. ff. de iuſtitia & iu. quòd ſi ſtatutum puniat morte turbantem ſtatum ciuitatis, debet intelligi ſi principaliter hoc agit, non autẽ ſi venit in cõſequẽtiam alterius delicti. & eſt ratio: quia debet attẽdi q principaliter agitur. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. quod intelligit Fely. quãdo occaſionaliter & per cauſam valde remotam cõtingit turbatio ſtatus: ſecus ſi immediatè & ex actibus proximis eſt deuentũ ad concitationẽ & rumorem populi, allegãdo Bald. in d. cõſil. ex inſulto. & idem tenet Ang. in d. l. metũ. §. animaduertẽdum. vbi dicit quòd ſi populus cogat per legem ſubditum ad aliquid faciendũ, non poteſt conqueri de populo. Et ideò ne res tranſeat in exẽplũ malũ debent remiſsius puniri, d. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. & tenet Bal. in c. cõſil. cxxx. in fina. Et Agenenſes ab initio bene fecerant ſe opponendo & contradicendo, ne ſubſidium & rena, pro ponte reficiendo, imponeretur. Sed malo freti conſilio ſe poſtea congregauerunt modo & forma quibus ſupra dictum eſt: & ita ſecundum iſtam concluſionem fuit iudicatũ per arreſtum ſupremæ curiæ Pariſienſis, † pro vniuerſitate Aurelianenſi, contra quoſdam 53
particulares ciues eiuſdem ciuitatis, qui fuerũt in emendam condemnati, ex eo quòd clamauerunt cõtra ſcholares *A mort, à mort*: vt refert do. Steph. Aufrerius in ſtylo parlamenti in quarto parte de arreſtis. §. lxxvj. & idem Io. gallus in q. cxxj. in fi. ſequendo de verbo ad verbum ipſum Aufrer. licet alio ſtylo, ſcilicet per modum queſtionum referens. Si vero tales acclamantes fuerant prius admoniti & prohibiti à iudice ne talia facerẽt: tunc grauius puniuntur propter contemptum iudicis, vt dicit tex. iuncta gl. in d. §. ſolẽt. ibi nec ante ſint à prẽſide admoniti, &c. prout fuerũt Agenenſes qui per iudicem maiorem fuerãt prohibiti, tam in iudicio quàm extra per vocẽ præconis: igitur, &c. pro hoc facit text. in c. ſi quis clericorum authoritate interdicente. xj. q. j. vbi doc. dicũt quòd & ſi intercedit authoritas ſuperioris etiã ad bonũ, tamẽ eſt prohibita cõiuratio licet aliàs authoritate non intercedente valeat, vt per glo. ibi, & dixi ꝫ. in v. prẽſuppoſitione. Si verò ſemel fuſtigati & correcti ſecundò acclamauerint, tunc debẽt mitti in exiliũ per d. §. ſolẽt. Sin autẽ ſæpius ſeditioſè & turbulenter ſe geſſerint, & in eadẽ temeritate propoſiti perſeuerauerint, tunc capite plectẽdi ſunt: vt dicit tex. in d. §. ſolent. † Quia creſcente malitia, creſcere 54
debet & pœna. l. ſi diutino tempore. & ibi gl. ff. de pœn. & dixi in §. xxij. in prin. de iuriſd. om. iudi. Et intelligo ſæpius qui ter ſeditioſè ſe habuerit, per d. §. ſolent. & tex. in l. ſeruos. §. ſeruos. ibi, viles autẽ infaméſq; perſonæ, & hi qui bis aut ſæpius violentiã, &c. C. de vi public. prout fecerat dictus Clerget, qui author triũ fuerat ſeditionũ, videlicet duarũ præcedẽtiũ, vt ſpõte corã nobis cõfeſſus eſt, & huiuſmodi vltimæ, quæ fuit grandis & continuata ſeditio duorũ menſiũ ſpatio, ex qua ſolum debebat ſuſpendi: tamẽ miſericorditer cũ eo & aliis cõplicibus ſuis procedẽdo: ipſe & plures alij in ſententia nominati, fuerũt fuſtigati. Nã ipſi Agenenſes ſoliti ſunt ſeditiones facere, quoniã archidiaconum maioris eccleſiæ intra Garonæ fluuiũ violẽter ab eccleſia extractum ſubmercerũt, vt à fide dignis ibi tũc intellexi. † Si verò 55
ſeditio fiat ex mandato & inſtigatione iudicum ſeu magiſtratuũ aut cõſulum, quòd committentes ſunt excuſandi, ſed non in totũ, quia iuſſu magiſtratus & ſuæ ciuitatis, villæ, vel caſtri voluntate id fecerunt, l. quenquam, ff. de aqua plu. arc. & l. non videtur. §. qui iuſſa. ff. de reg. iu. & quę no. Dy. in regula. quod quiſque mãdato iudicis. & ibi dixi in addi. eo. tit. lib. vj.

& hoc

& hoc tenet Alb.de gandi.tit.de homi.vbi dicit hac ratione motum fuiſſe Imperatorem Fredericum, ad parcendum ambaſiatoribus Lombardiæ, qui miſſi fuerant contra eum in Alamania pro diſcordia concitanda inter eum & filium eius Henricum: quia iuerant præcepto eorum ciuium & magiſtratuum. Sed de iure canonico, ſeditioſi ſi ſint clerici puniuntur pro ſimplici ſeditione: quia promouerit ad ſacros ordines prohibentur d.cap.ſeditionarios.xlvj.diſtin.& iam promoti priuantur honore quo vtebantur. c.cõ iuratorum.& c.ſeq.xj.q.j.de quo vide quod dictum
56 eſt.§.in vj.præſuppoſitione. † Et ſi fiat contra proprium epiſcopum & ſint incorrigibiles debent deponi & tradi curiæ ſeculari, vt tenet gl. Abb. & docto.in d.c.fi.de teſti. cog. Si verò laici excommunicantur, & in vna libra aurt condemnandi. d.§. conuenticula.& §.epiſcopus.de pace tenen. Aut ſeditio ſit in eccleſia,& per laicos, tunc vltimo ſupplicio debent plecti, d.l.denuntiamus.& ibi Odof.& doct.C. de his qui ad eccleſ.confu. & gl.in c.j. §.prohibeantur etiam ne diuina officia tumultuoſi quorũmque per eccleſiam,& c.in verſ.perturbent.de his qui tempore diuinorum off.vag.per eccle.in pragma.ſan.& Alex.in d.conſ.cxj. verſ.nec prædictis obſtat. vol.j. & non immerito: quia tales extrahentes de eccleſia, ad quam propter deuotionem acceſſerant, aut ſeditionem & tumultum euitandum confugerant, tenentur crimine læſæ maieſtatis. ac ſi illud crimen commiſiſſent.l.j.C.de his qui ad eccl.confug.vbi Odof.dicit quod eſt priuilegium eccleſiarum, præcipuè Gallicarum: quia in eis confugientes ſunt ſecuri. Idem tenet Lucas de Penna, in l.j.de palatiis & domib.do
57 mini.lib.xj. † Nam ſicut tenentur crimine læſæ maieſtatis qui offendunt terreſtrem, l. quiſquis.C.ad l. Iul.maieſt.crebrò allegata: multofortius qui offendunt cœleſtem.l.ſi quenquam.verſi.cùm ſane.& l.ſi quis hoc genus ſacrilegij. C.de epi. & cleri. canonizata ij.q.j.ſi quis hoc genus. & ibi glo.& auth.gazaros.C.de hæreti.& vnde ſumitur de ſtatu.& conſue. contra liber.§.gazaros.quæ eſt inter conſtit. Frederi. Imp.poſitas ſtatim poſt feud.& in c.vergentis.de hære. Et tenet Stephanus Buynard. in d.l. quiſquis. in tertio no. & non ſolùm qui ab eccleſia de facto adduxerũt, ſed qui conati ſunt abducere, vt tenet gl. ſi.per illum tex.in d.l.ij. quam ibi ſequitur Sali. propter verbum ibi, tentauerit, poſitum: vt ſuprà dixi. Et aliquando tales ſeditioſi extractos ab eccleſia carceribus mancipant & intrudunt, quod eſt aliud crimẽ capitale.l.j.de cohorta.& prin. lib.xij. imò cenſetur eſſe crimen læſæ maieſt.l.j. C.de priua. carc. de quo ibi per doc.& Bart. in l.capite quinto. ff. de adul. & Lucas de Penna in d. l. j. verſ. quid ergo ſi quis capiat.de cohorta. quod eſt notan. quia ſæpe cõtingit: vt ſupra viſum. Sic ſeciſſe videntur Agenenſes, qui conſules & iuratos villæ per quos ciuitas regebatur, c.ſi.de procu.ac etiam alios qui eorum ligam nõ ſequebantur, vel qui eos de factione reprehendebant à maiori & Iacobitarum eccleſiis extraxerunt, necnon à domo propria, & intra carceres domus communis induxerunt. Per quos etiam actus videtur regem dominũ eorum poſſeſsione ciuitatis priuaſſe.l. j.§.pen.ff.de vi & vi arm.no. Bal.in repe.l.ſi aquam. C.de ferui.& aqua.& Mart.de Lauden.in d.tract.de crimine læſæ maieſt.§.v.incip.rebellio ſubditorum.
58 &c. † Sed hodie eſt alia pœna de iure canonico, ſecũdum Io.Fab.in d.l.ij.de his qui ad eccle.confug.contra tales tumultuoſos extrahentes homines de eccleſia, videlicet quod vltra excommunicationẽ debent condemnari in ſumma xxc.librarum argenti, & ad damnorũ reſtitutionem. xvij.q.iiij.quiſquis. c. nullus.& c.ſi quis contumax.ea cauſa,&q.& in c.ſi quis. in conſ.xj.q.iij.de quo per gl.Archi. & ſequa.in d.c. conſtitutionem.§.j.& ij.de verbor.ſig.lib.vj. Et no. quod non ſolum viri, ſed etiam mulieres poſſunt facere ſeditionem & inſultum, vt ſ. viſum eſt exemplis de Perota merela Pariſien. Quem plerunque & pro maiori parte ex conſilio & perſuaſione maritorum committunt, vt in Lombarda. de aggreſ. in vico facta.l.relatum eſt nobis. ſecundum quam legem illæ mulieres tonſæ capillis debent fuſtigari per ciuitatẽ. Et ego vidi in prouincia Prouinciæ mulieres cuiuſdam caſtri, quæ præſentibus maritis ſe irruerunt in porcos eorum domini temporalis, & illos occiderunt, vt dixi in d.l.relatum eſt nobis.in annotationibus noſtris: † quia mulieres poſſunt delinquere, & 59
tueri ciuitatem tempore guerræ, vt no. Lucas de Pẽna, in l.eſt verum.C.de incol.lib.x.& dixi in q.de cuſtod.clauium. Et apud Valerium Maxi.lib.viij.tit.de amore coniugali. Legitur de Hipſicratea vxore Mithridatis, quæ tonſis capillis equo ſe & armis aſſuefecit. Et in Francia de Ioanna puella, quæ tempore Caroli vij. Francorum Regis purgauit Franciã Anglis, vt dixi in §.vij.de conſue. feu. & facit text.in l.j. de vxo. mil. tamen ſine licentia principis vxor non debet ire ad maritum militem in exercitio armorũ exiſtentem.l.quicunque.& ibi Io. de Pla. Iac. Rebuf. & Lucas de Penna. C. de re mil. lib. xij. & Martin. Lauden.in trac.de milite.§.xj.& xl. Et communiter dicitur de quadam bauci,& vetula Carcaſſa, quę ſola defendit ciuitatem Carcaſſonæ.& inde ciuitas illa Carcaſſona à prædicta vetula Carcaſſa nomen aſſum pſit. Et agenti per informationes comperimus quod quædam Guilardina de Columber vidua fecit de nocte durante ſeditione pulſare campanam eccleſię de capella. Et ideò dicebat Virg.ij.Æneidos:

Noctem quid furens quid fœmina poſſit.

†Et licet lex eas minus auſuras quàm viros præſu- 60
mat, d.l.quiſquis C.ad l.Iul.maieſt.& l.optimam.C. de contrah.& commit.ſti. tamen ſecundum gl.in l. quiſquis.in verbo, auſuras. crimen læſæ maieſt. committere poſſunt:& idem tenet Ang.Are.in d.tracta. maleſ.in gl.che hay tradito.vlt. & aduertendum eſt. de quo ibi per Aug.Arimi.& Bernar.Landri. in addi.& Fran.de Are.in xxxix. & facit l. ſi quis in tantã. C.vnde vi.vbi gl.extendit illam l.pœnalem.loquentem in viro ad mulierem.& Pau.de Caſt. in l.ſi quis quod.ff.de iuriſ.omn.iud.& doct. in l.ſi quis maior. C.de tranſact.de quo ibi per Tho. Parpaliam in ſua repet. Sed in pœnis eiſdem infligendis, vel euitandis, ſufficit mulieribus paruus ſeu modicus error, ſecundum Oldra.in conſ.ccxcj.ante fi.† Aut verò ſeditio 61
ſit in acie ſeu exercitu belli per ipſos milites ex propoſito & dolo, tunc capite plecti debent, l.iiij.§.ſeditionem, ff.de re mi. vbi gl.ponit exemplum: Primò in eo qui incitauit milites in aliquem, & non in hoſtem. Secundò quando quis retraxit ſeu remouit milites ſæuientes in hoſtes ab illo propoſito. Tertiò quando incitauit etiam in hoſtem, ſed non præcepto ducis belli, vt d.l.iij.§.in bello.ff.de re militar. vt fecit T. Manlius filius T. Manlij Torquati conſulis, qui contra edictum conſulum pugnauit aduerſus Latinos, quamuis proſperè pugnaſſet, pater ad ſe vocari iuſsit: Quandoquidem, inquit, tu T.Manli, neque imperium conſulare, neque maieſtatem patriam veritus aduerſus edictum noſtrum extra ordinem in hoſtem pugnaſti: & quantũ in te fuit diſci-

plinam militarem, qua ſtetit ad hunc diem Romana res ſoluiſti, néque in eam neceſsitatem adduxiſti, vt aut reipub. mihi, aut mei meorúmque obliuiſcendũ ſitmos potius noſtro delicto plectemur, quàm reſp. tanto ſuo damno noſtra peccata luat. Triſte exemplum, ſed in poſterum ſalubre iuuentuti erimus. Me quidem cum ingenita charitas liberûm, tum ſpecimen iſtud virtutis deceptum vana imagine decoris in te monet: ſed cùm aut morte tua ſancienda ſint conſulum imperia, aut impunitate in perpetuum abrogata, nec te quidem, ſi quid in te noſtri ſanguinis eſt, recuſare cenſeam, quin diſciplinam militarẽ tua culpa prolapſam, pœna reſtituas, l. hictor. inquit, deligat ad palum. Exanimati omnes tam atroci imperio, nec aliter quàm in ſe quiſque diſtrictam cernentes ſecurim, metu magis quam modeſtia quieuere. Itaque velut emerſo ab admiratione animo cum ſilentio defixi ſtetiſſent, repentè poſtea quam ceruice cæſa fuſus eſt cruor: tum libero conqueſtu cohortæ voces ſunt, vt neque lamentis, neque execrationibus parceretur: ſpoliſque contectum iuuenis corpus, quantum militaribus ſtudiis ſinus vllum concellebrari poteſt ſtructo extra vallum rogo cremaretur: Manliánque imperia non in præſentia modo horronda, ſed exemplo etiam triſtis in poſterum eſſent. fecit tamen atrocitas pœnæ obedientem duci militem. ita refert Titus Liuius octauo decadis primæ.

62 †Non enim verſimile eſt patrem velle mori filium, l. qui vno. §. qui filium. & l. milites agrum. §. deſertorem. ff. de re mil. per quem tex. dicunt doct. quod ſi pater filium qui commiſit aliquod delictum, puta crimen læſæ maieſt. offerat & exhibeat iudici, quòd filius non debet mori nec eſt ita puniendus, de quo per Cæpo. in ſua prima cautela. & Bal. in l. fin. C. de vſuris rei iudic. & Iaſ. in l. de quibus. ff. de legibus. de ſeueritate & indulgentia parentum in liberos vide Valerium v. circa fi. & Cy. & doct. in d. l. propter inſidias, qui accu. non poſ. in iſtis tribus caſibus debẽt pœna capitali puniri. & tenet Mar. de Laud. in tract.

63 de mili. §. xlix. †Sed ſi per laſciuiam aliquibus rixantibus vel vociferantibus, aut leuem querelam habentibus miles fecerit ſeditionem: debet militiæ gradu priuari, d. l. iij. §. ſi intra vociferationem, ff. de re militari. & in §. fi. in auth. de mand. prin. vnde Iuſtinus lib. xij. grande narrat iudicium factum per Alex. magnum, qui dimiſsis veteranis exercitum ex iunioribus ſupplet: ſed retenti veteranorũ diſceſſum ægrè ferentes, miſsionem & ipſi flagitabant: nec annos, ſed ſtipendia ſua numerari iubebant: pariter in militia lectos pariter ſacramento ſolui æquũ cenſentes. Nec iam precibus ſed conuitio agebant: iubentes eũ ſolum cũ patre ſuo Hammone ſimire bella, vt milites ſuos faſtidiat. Contra ille nunc caſtigare milites, nunc lenibus verbis monere, ne glorioſam militiam ſeditionibus infuſcarent poſtremum cum nihil proficeret verbis, ad corripiendos ſeditionis authores, è tribunali in concionem armatam inermis ipſe deſiluit: & nemine prohibente tredecim correptos manu ſua ipſe ad ſupplicia duxit, tantam vel illis moriẽdi patientiam metus regis, vel huic exigendi ſupplicia conſtantiam diſciplina militaris dabat. Et diuus

64 Hier. in xvij. Epiſt. in iij. parte dicit, †pugilum fortitudo clamoribus incitatur, paratas ad prælium acies, acutóſque mucrones ſermo imperatoris accendit. Et de pluribus aliis militaribus ſeditionibus viſum eſt ẽ. in exemplis enarratis ſecundum Valerium & alios ẽ. alle. Vnum non omitto in hac ſedionum materia ſingulare, quod quando aliquis fuit expulſus de ciuitate propter ſeditionem & proditionem, vbicunque arma eius ſunt depicta in ſui honorem, debent deſtrui, vt no. Bar. in l. eorum. per illum text. ſing. ff. de pœn. & vbi ad infamiam talis proditoris eſt depicta imago, vt quia ſuſpenſus pedibus, vel aliquod aliud, quod corrumpens vel radens talem imaginem punitur in quingentis aureis. leg. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omn. iud. & ibi per doct. ita tenet Mart. Lauden. in d. tract. de crimin. læſæ maieſt. §. xxvj.

FINIS.

TRACTATVS DE CVSTODIA clauium portarum ciuitatum, caſtrorum, & aliorum locorum ſortalitiorum: per clariſsimum & ſpectabilem virum dominum Nicolaum Boerium, de Montepeſſulano doctiſsimum I.V. Interpretem.

SVMMÆ.

1 *Stationarij ſunt qui portam in caſtro limitis cuſtodiunt.*

2 *Oſtiary dicuntur quorum cuſtodiæ portæ palatij, & caſtrorum regum committuntur.*
Atriary ſeu atrienſes qui dicantur.

3 *Valuaſores qui dicantur.*

4 *Bandery dicuntur qui ad fructuum cuſtodiam committuntur.*

5 *Gregarij qui ſint, & qui porcarij.*

6 *Stratores qui dicantur.*

7 *Aquarij ſeu hydrophylaci qui ſint.*

8 *Nauphylaces appellantur qui nauibus gratia cuſtodiæ præponuntur.*

9 *Cuſtodes ſigillorum regum, aut aliorum dominorũ, ſeu ciuitatum, quo nomine vocentur.*
Claues duæ ſunt, quarum altera ſpiritualis, altera materialis dicitur.

10 *Clauis materialis quæ dicatur.*

11 *Cuſtos quis propriè ſit dicendus, & qualis eſſe debeat.*

12 *Cuſtos diſcretus, induſtrius, & fidelis eſſe debet.*

13 *Paſtor non excuſatur quod lupus oues comederit.*

14 *Epiſcopi ſuper gregem dominicum vigilare debent: ſuperintendentes enim dicuntur.*

15 *Cuſtodia ſemper domini res cuſtodita expenſis facienda.*

16 *Cuſtos capitis ſui periculo, vires ſuas impendere tenetur pro re ſibi commiſſa.*
Aggredi an ſit idem quod aſſalire ſeu inſultare.

17 *Aſſaltus non dicitur, ſi in perſonam ſeſe attingere nequeant.*

18 *Iudices de nocte vagari non debent.*

19 *Cuſtodes quibus veſci debeant.*

20 *Vini nomine quæ veniant.*

21 *Cuſtodes caſtrorum quibus debeant vti potibus.*

22 *Luxuria à caſtrorum cuſtodibus explodenda.*

23 *Capitaneus ſeu cuſtos loci recedere non debet, niſi prius ſucceſſor præſens fuerit.*

24 *Capitaneus caſtrum à rege recipiens cuſtodiendum, potius excommunicationem pati debet, quam quia eidem à quo recipit non reſistat.*

25 *Capitaneus caſtelleti Genuenſis Iabita dilu, qui ipſum caſtrum tradidit Genuenſibus, Lugduni dignam mercedem recepit.*

26 *Capitaneus caſtrum non reddens ei, à quo eiſdem cuſtodiam recepit crimen incurrit læſæ maieſtatis.*

27 *Socius*

Digitized by Google

27 *Socius de proditione per socium facta non tenetur.*
28 *Capitanei seu custodes ciuitatum nullam habent in facinorosos iurisdictionem.*
29 *Capitanei exercitus de criminibus per armigeros commissis cognoscunt.*
30 *Domini subditis sunt infesti, sicut clericis laici.*
31 *Prouisio consulibus ciuitatum, quare sit tradenda.*
32 *Mulieres tempore necessitatis ad tuitionem tenentur ciuitatis.*
33 *Priuilegia reipublicæ Romanæ ad alias ciuitates extenduntur hodie.*
34 *Vniuersitas, non ita cito corrumpitur sicut vnus dominus.*
35 *Scabini ciuitatum præferendi sunt in custodia clauium.*
36 *Administratores ciuitatum tenere debent claues earum.*
37 *Domini terrarum affectare non debent vltra modum sui iuris augeri.*
Principes seu domini Imperatore inferiores infeudare non possunt aliquem de villa in territorio alicuius ciuitatis.
38 *Consules & administratores ciuitatis qualem & in quibus habeant iurisdictionem.*
39 *Consules voluntaria potiuntur iurisdictione.*
40 *Ciuitates quædam iurisdictionem cum mero & mixto imperio, ex longissimi temporis præscriptione sibi quæsierunt.*
41 *Ciuitates regni aliquid in communi habere possunt diuersum à camera & iure fiscali.*
42 *Custodia clauium ciuitatis an spectet ad dominos & capitaneos.*
43 *Vasallus guerra imminente non potest feudo renuntiare.*
44 *Vniuersitas an possit nouos muros construere, aut veteres reficere sine licentia principis.*
45 *Castra & turres sumptu proprio facere cuique licet, absque principis licentia.*
46 *Domini locorum absque principis iussu subditos cogere non possunt ad reparationem faciendam.*
47 *Barones & alij domini an teneantur conferre pro murorum refectione.*
48 *Ecclesia & persona ecclesiastica an possint cogi ad murorum reparationem.*
49 *Episcopus non tenetur ad reparationem castrorum per hostes destructorum.*
50 *Rex faciens reparationes in castro vasalli non potest eas repetere à vasallo, nisi pro rata sua.*
51 *Castrum & villa honorem, iurisdictionem, districtum, & ius patronatus continet.*
52 *Consules consulatum ingredi non possunt, nisi prius domino aut eius officiariis iurauerint.*
53 *Officiarij officium gerere non possunt, nisi iuramento in manibus superiorum præstito.*
54 *Domino & suis officiariis spectat monstras seu recognitiones fieri facere.*
55 *Imperium merum nobilius est, & potentius ipsa iurisdictione.*
56 *Electionem quis habere dicatur cùm res aliqua diuiditur.*
57 *Ciuitas habens duos dominos, quorum alter iurisdictionem, alter verò merum Imperium habet, vtri eorum ciuitatis committitur custodia.*
58 *Par in parem imperium non habet.*
59 *Indumenta ad hæredes in solidum transmittuntur.*
60 *Iudices delegati & si sportulas habere possint, commodum tamen eius de quo principaliter agitur non habent.*
61 *Filij ad quos deuoluta est iurisdictio in castro paterno, qualiter eam vti debeant.*
62 *Iurisdictio diuidi non potest, licet eius administratio quandoque diuidatur.*
63 *Antiquitas cæteris paribus in quouis negotio præferendus.*
64 *Pater filio suo alicuius castri custodiam committens, non censetur in feudum guardiæ concedere.*
65 *Dignitas vna & eadem pluribus conferri non potest.*
66 *Iurisdictio in ciuitate Gratianopolitana à rege & episcopo alternis annis exercetur.*
67 *Iurisdictio pluribus dominis aut fratribus competens, qualiter exerceri debeat.*
68 *Frater natu maior iurisdictionem sibi & fratribus competentem exercere debet.*
69 *Iurisdictiones diuisæ sunt vltra montes.*
70 *Feuda de facto & consuetudine domino irrequisito venduntur & donantur in regno Francia.*
71 *Monarchia optimus est regendi modus.*
72 *Matrimon. temporale inter principem & rempublicam contrahitur.*
73 *Officium tribunorum seu exercitus præsidentium quale.*
74 *Comites & Barones, quædam iura sibi præcipua habent in terris suis.*
75 *Imperator an possit infeudare alicuius ciuitatis castrum in Lombardia, cui iurisdictio competebat ex pace Constantiæ.*
76 *Custodia communis regni & ciuitatis est non permittere aliquem vltra modum crescere.*
77 *Præscriptio quando contra aliquem induci dicatur.*
78 *Domini locorum quando clauium prærogatiua & aliis iuribus vsi censeantur.*
79 *Malefactores non protegendi sunt, sed puniendi.*
80 *Dominus terra bulletam dans transeuntibus fiduciam & securitatem præstare censetur.*
81 *Custodia clauium an sit nudum ministerium, vel habeat iurisdictionem annexam.*
82 *Custodes clauium possunt committere suum officium.*
83 *Laicus custodiens conclaue cardinalium, potestatem in ipsos cardinales habere censetur.*
84 *Rusticus iura emens vnius ex dominis, remanet sub iurisdictione condominorum.*
85 *Consul moram trahens in suburbio, an possit habere clauium ciuitatis custodiam.*

CVM SÆPENVMERO à quampluribus baronibus, militibus, & dominis, ac consulibus, & ciuitatum administratoribus requisitus fuissem, vt ad quē iplorum clauium custodia ciuitatum, castrorum, & aliorum locorum fortalitiorum de iure spectaret, & pertineret (cùm plus otij nactus essem) scriberem: & rogantium annuendo votis, & supplicationibus, eorúmque nutibus atque voluntatibus semper paren-

Digitized by Google

do.&complacere volendo,quia qui rebelliter viuit, & dicere atque agere bona recusat, magis diaboli, quàm Christi membrum ostenditur: & potius infidelis,quàm fidelis esse monstratur. Quoniam bonæ rei est dare consilium, & terrenæ habere subsidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium. Refert enim Cicero in illa oratione quam habuit pro Planco, Porcium Catonem illum Censorium scriptorem opinatissimum, & virtutum imaginem lucidissimam in principio suarum originum scriptum reliquisse,hominum qui in aliquo numero sunt,& è natura viuunt,non minus ocij,quàm negocij rationem reddere oportere. Sed egregiè factum est, ac prudenter ab his qui veterum respublicas legibus atque decretis instituerunt:quoniam cùm alia multa in his, tum illud etiam decreuerunt, vt in illis omnibus præcipuè ornandis,atque illustrandis ratio haberetur, qui plurimum forent consecuti in bonis studiis,atque honestis artibus. Et quia hoc tempore bellicoso (licet raro regnum Franciæ sit sine bello: vt dicit text.in extrauaganti Sixti iiij. incip. Ad vniuersalis ecclesiæ regimen.§.& quia propter guerras assiduas. titulo de treuga & pace.) ortæ sunt plures quæstiones inter dominos capitaneos ciuitatum,castrorum, & aliorum fortalitiorum ex vna: & decuriones,siue consules,siue Scabinos,& ipsorum locorũ administratores, & defensores, videlicet ad quos ipsorum custodia clauium ciuitatum, & castrorum pertineat,& ipsas claues custodire debeat. Et quorundam(qui instanter rogarunt aliquid in iure super hoc scribere) precibus annuendo præmittam prius antequam ad illius decisionem condescendam, ea quę tradit Luc.de Pen.in l.quicunque.C.de exactio. & execu. lib.xij. & in rub. de littorum & itinerũ custo.co.lib.quia non debet quis exponere factum arduum,nisi prius præmittat aliquale proœmium, l.j. in princ.& in fin. ff.de orig. iur. vbi Bal.dicit, quòd in hoc lex illa aduocatos instruit in foro,& oratores in vulgo: quod dictum bene seruat ille bonus aduocatus sacri regalis consistorij de la Chasse, qui semper præmittit aliquas iuris rationes.& idem no.Bar. in rub.ff.de acquir.hære. Et primò præmitto quòd quædam est custodia itinerũ,siue viarum,& littorũ: vt in d.rubr.de lit.& itine.custo.& etiam portuum, de qua in Lombarda.de cerariis & libella. chartula, l.j.ij.& iij.& Felin.in c.Rodulphus. versi.ij. conclu. de rescrip. & ibi vide an portus veniat appellatione ciuitatis.Quædam alia limitum, l. quamuis. C.de adult.& de fund.lim.per totum.li.xj. † Et isti dicuntur 1
stationarij, qui custodiunt portam in castro limitis,vt dicit glo.in l.nequis.C.de digni.li.xij.& dixi in tract.de autho.mag.consilij:vel dicuntur limenarchæ.l.non idcirco, C. de li. cau. vel irenarchæ.l. diuus.ff.de custo.reo.& l.j.C.de curiosi. & statio.& l.j.C.de cohor.prin.li.xij. & l.in nomine domini.§. præterea verò.& ibi Alb.de Rosa. C.de off.præfect. Africæ. & per totam legem, vt quos repererint in angusto itinere,& passu cum literis,vel rebus portari vetitis,capiant,aut denuntient, l.fin.de decurio.& statio.& ibi gl.Io.de Pla.& Luc.de Pen.& in Lombar.de bruncis. i. loricis extra regnum non venden. vel etiam si patriam deserant, vt in Lombarda, qualiter cùm fata sua alicui migrare permissum sit, & probatur Iudith.vij.& viij. & per Spec.in tit. de accusa.§.j.in fin.& l.j.C.de irenar.l.x. & in l.fi. §.irenar.& §.hi quoque qui custodes.ff.de mune. & hon. Alia est custodia publici cursus.l.iij. C.de curs.pub. lib.xij.& tales custodes vocantur secundum glo.ibi, agentes in rebus,l.ij.& fi.de curio.& statio.† Est & 2
alia portarum palatij, & castrorum regum, & principum custodia: & isti vocantur ostiarij, vt l.quæstum.§.ostiarij autem.ff.de fundo instr.leg. & in cap. Constantinus.ver.& quemadmodum.ibi,necnon & ostiariorum.xcvj.dist.& l.fi.§.hi quoque.ff.de mun. sic in ecclesia Dei sunt ostiarij, cap. ostiarius. xxiij. dist.qui idem sunt,quòd ianitores erant in veteri testamento ad custodiam templi, ne ingrederetur in illud immundum in omni re.de quo per Card.Alexand.in d.cap.ostiarius.& tenetur reddere rationem eorum quæ sunt in ecclesia, secundum Abb. de Rosa.in l.clauibus,ff.de contrahen. emp.per tex.in d.c. ostiarius.& possunt dici atrienses,seu atriarij,qui custodiunt aut purgant atrium.tex. iuncta sua glo.in l. instrumento fundi.in fi.in versi.atrienses.ff.de fund. instru.leg. & in l.j. §.cæterum. in verbo, atriarij.ff. nau.caupo. Et scribitur Ioannis c.18.in passione dominica, quòd Petrus stabat ad ostium foris, & alij Euangelistæ dicũt in atrium principis sacerdotum, & Io.dicit ibi,ancilla ostiaria,& introducit Petrum: & non possunt dici valuasores,qui secundum Andr. de Iser.& Card. Alex.in c.j.in prin.qui feu.dare pos. †dicuntur qui assident ad valuas & portas in festis, 3
quibus consueuerunt dominos curtizare, & eis reuerentiam exhibere, & istos ostiarios habent excelsum regale consistorium, & supremæ parlamenti curiæ,de quibus loquitur tex.& Luc.de Pen.in rub. de comiti.consisto.in fi.li.xij.item est custodia portarum ciuita.de qua per Luc.de Pen. in l.est verum. C.de incolis. lib.x. & Nehemiæ vlt. c.quæ per vices hominum agitur.Hiere.xxxvij. vbi erat custos portæ per vices. cuius officium erat apprehendere perfugas.Et ibi subiungitur,quòd hi volentes ad hostes confugere,capite puniuntur. & l.iij.§.his qui ad hostes. ij. respon. ff. de re mili. & isti in plerisque locis apprehendunt fures, & derobatores lignorum clausurarum, siue bocheturarum viridariorum, & prædiorum, ac etiam perticarum, seu pessellorũ vinearum.l.j. ff.de tigno iniuncto. & hoc vidi in Delphinatu, & præcipuè in ciuitate Vapicen. pro quo est bo.tex.in auth.de quæst. vbi Ang.no. illum tex. pro consuetudine dominorum Lombardiæ,qui habent in eorum ciuitatibus exploratores quotidie explorantes forenses, qui veniunt ad eorum ciuitates, & 4
causam ob quam veniunt. † Et nonnunquam deputantur ad fructuum prædiorum, & vinearum custodiam, & committuntur quotannis. & appellantur Banderij:vt no.Spe.in d.tit.de accu.§.j.in fi.& plenè Alb.de gandin.in trac.malefic.tit.quomodo de maleficiis cognosca.per denuncia.post princ.de qua & etiam de custodia animalium dixi plenè in §. xxv. de iurisd.omnium iud.& in §.iij.cum seq.vsque ad §.ix. de consue.prædiorum.lib.consue.Biturigum. & isti animalium custodes vocãtur pastores, siue caprarij, l.fi quis fundum.§.Imperator. ff.loca. vel appellãtur pastores opiliones: quia oues fuerunt opes, vel quia earum vellere cooperimur.tex.cũ gl. in l.cùm quæreretur.§.prædiis.ff.de leg.iij. vel dicũtur ouiliones. tex.in l.fundi.xxvj.§.fin.de fun.instru.vbi glo.alleg. illud Ang.ad pastores ait: vel propriè pastor ouium dicitur archimandrita,ab archi, quod est princeps, & mandros Græcè,quod est ouis Latinè. Quandoque ponitur pro Abbate præsidente monachis suis: vt no.glo.in epistola.inter claras.in verbo archimandritæ.C.de summa tri.& glo.in authen. de mona.§. competens. & in c.dispensationis. j. q.vij. vel etiam saltuarij:vt d.l.instrumento fundi. in vlt. verbis.ibi,

pasto-

paſtores ſaltuarij.de fun.inſtru.leg.& ibi gl.ſi.& tex. in l.quæſitum.v.ſaltuarium. quia ſiue fructuum conſeruandorum, aut gratia finium cuſtodiendorũ depu tentur,ſaltuarij dicuntur. Et qui Imperatoris,vel Regum gregibus preſunt,beſtiarij,imo beſtiagiarij vocantur.rex.in l.quod ad præſens. C.de murilegulis.li.xj. & ibi Luc.de Pen. dicit, † quòd tales in regno Neapolitano vocantur gregarij : & qui porcos cuſtodiunt,porcarij,ſiue porciarij, vel ſuarij dicuntur, vt C. de ſuariis. & ſuſcepto. & ibi Iac. Rebuf.& Luc.de Pen. ſuper rub. & in l.j. & in Lombarda. de homic.ſeruorum.l.ſi quis porcarium, & ſeq. & in l. fi.de eo qui peculium in damno.eo. lib. & cuſtodes equorum ſtratores,ſiue aſturdones: & Bononiæ vocantur ſcarij,& in Tuſcia appellantur Caſtaldij,imò Berrorarij:vt not.gl.ij.in l.obſeruare.ff.de offi.proconſ.& hodie vocantur palafranarij,ſecundum Luc. de Pen.in rub.de ſtrato.lib.xij.& præſunt equis ferrandis in hippodromo, id eſt ſtabulo ſtantibus ac ſellis,& frænis.l.j.C.de ſtratori.lib.xij.& ibi gl.ſing. & ſuper rub.& in l.pen.in prin.ff.de act.emp.vbi gl. facit mentionem de Cæſare qui intrauit hippodromum ſuam, & inuenit aſturconem flentem, quòd iudicium foret ſuæ mortis.& de ſtabulo,vide glo.in l. palam.in prin.ff.de rit.nu.& Cæpol. Veronen.in tracta.ſerui.c.lxxiiij. de ſtabulo : vel ſecundum Luc.de
6 Pen in d.rub. de ſtrato † dicitur cuſtos ſtratæ,ne equi ſubinde transierantur:& dicuntur in regno Neapolitano paſſagerij:qui cuſtodiunt paſſus, vt dictum eſt : vel eſt qui ducit per frænum equum quem aliquis equitat: vt fecit Conſtantinus Imperator beato Silueſtro:vt patet xcvj.diſt.Conſtantinus Imperator quarta die.ver.Phrygium verò candido,&c. vbi dicit ipſe Conſtantinus,quòd tenens equum ipſius beati Silueſtri per frænum, exhibuit ipſi ſtratoris officium.Et etiam poſſunt dici agitatores equorum,qui olim in publico trahebant carrum, & qui ſpargunt aquam frigidam equis,vt citius currant.tex.& ibi gl. in l.athletas.poſt prin.ff.de his qui no.infa. vbi gl in verſ.agitatores.cum ſeq.dicit ſic fieri Romæ,Bononiæ, & Conſtantinopoli, ſic in Montepeſſulano, & Prouincia currunt equi ad caligas, ſiue brauium, quod datur velocius currenti,vel etiam nudi & ſpoliati equos ſudatos in flumine balneant,l.cùm ſuprà.
7 & ibi.gl.C.de re mil.lib.xij. † Et ductus aquæ Imperialis aulæ Cuſtodes dicuntur aquarij, vel hydrophylaces.l.decernimus.§.vniuerſos.& ibi gloſ.C.de aquęductu.li.xj.vbi gl.ponit de gazophylacio,quod dicitur locus vbi gazę cuſtodiuntur,l.moris.§.ſolet. ff.de pœn.vbi gl. in verb. grammatophylaciũ. idem eſt, inquit, gazophylacium à gaza, quod eſt diuitiæ, quaſi dicat, cuſtodia diuitiarũ vel repoſitorium. vel dicũtur hydraulæ, quod idem eſt, l.hydraulæ. & ibi gl.C.de excu.munc.lib.x. & dicitur ab hydrops,vel ab ὕδωρ Græcè,quod eſt aqua Latinè,& aula.Et inde hydropiſis quæ eſt ægritudo intercutanea, ſic aquæductus intercutaneus terræ, ſecundum Luc. de Pen.in d.§.vniuerſos.accedat tex.in l.ſi.§.ſed & cura cuſtodienda aquæductus.ff.de mune. & hon.& etiã hydromantici ab aqua dicti ſunt: eſt enim hydromantia in aquarum inſpectione vmbras dæmonum euocare,&c.c.ne mirum.§.hydromantici. xxvj.q.v. Et iſti cuſtodes ſignandi ſunt ſigno principis in manibus eorum:vt dicitur in d.l.decernimus.§.vniuerſos. Et qui cuſtodiunt perſonam principis, milites fortes dicuntur.C.de domeſti.& protec. & ibi Luc. de Pen. lib.xij & de quibus dixi in tract. de autho. magn conſilij. & tex. in l.qui excubias palatij, ff.de re mili. † Et qui cuſtodiæ gratia nauibus præponuntur nauphylaces appellantur,vt in d.l.j.§.nauicapo. 8
Alia eſt cuſtodia delatorum, ſiue reorum & carcerum.de qua. ff. & C.de cuſto. reo. per totum. & in cle.j. §.ſanè. cum ſeq. de hære. & cuſtodia hominibus minor debetur quàm rebus.l.ſi vt certo.§.cuſtodiam.& ibi Bar.ff.commoda. Item cuſtodia partus. l.j.& per totum.ff.de ven.inſpicien.cuſtodiendóque partu. Itẽ eſt alia ſigilli cuſtodia:vt c.j.§.j. ibi ſigillo communi.cum ver.ſequen.& ibi Bal. de pace Conſtan. & in l.ſi qua per calumniam. C. de epiſcop. & cle.Innoc.Abb.& Feli.in c.inter dilectos.de fide inſtru.& in c.poſt ceſſionem.de prob.& de ſigillo regis Franciæ habes tex.in c.ad audientiam.de crimine falſi. & ibi vide qua pœna puniantur falſificantes ſigillum Franciæ, cuius falſitatis cognitio ad ſolum dominum Cancellarium ex priuilegio Cancellariis Franciæ conceſſo, & aliàs ex communi obſeruantia & conſuetudine Franciæ ſpectat, etiam ſi committatur in cancellaria alicuius parlamenti regni, vt vidi pluries allegare coram defuncto domino meo, domino Cancellario de Ganay,& etiam coram domino Pariſien.epiſcopo moderno ſigilli Franciæ cuſtode.Et ita fuit dictum per arreſtum certorũ commiſſariorum loco Cancellarij Francię commiſſorũ, vt patet per ſtylum parla.in iiij.parte.§.cxiij. † Et in 9
ciuitatibus & villis Franciæ officiarij,ſiue præpoſiti, ſiue procuratores qui habent ſigillum domini, appellantur,&dicuntur cuſtodes,ſeu guardiæ ſigillorũ contractuum,de quo per Io.Fab.in l.ij. C. de reb.alie.non alie. Et de cuſtode parui ſigilli Montiſpeſſulani,vide per ordinationes regias,tit.de off.iud. parui ſigilli Montipeſſulani.Et de cuſtodibus nundinarũ vide ibi in vij.parte,tit.de elect.c.ij. ¶ Item ſecũdò præmitto quod duæ ſunt claues,vna videlicet ſpiritualis,de qua per Abb.in c.licet. de elect. & Card. Ale.in c.j.xx.diſt.& eſt tex.celebris in extrauag.quia quorundam.§.quòd autem in j. & ibi Zenze. in verbo,clauem.& per totum tit.de verb.ſign. Et dicitur clauis eccleſiæ.& per Moder.in c.tanta eſt clauis Petri.de exceſ.præla.& gloſſ.& Card.Alex.in c.j.xx.diſtinct.Alia eſt materialis.& iſta eſt de cuius cuſtodia
10 agitur,† dicitur ſecundum Zenzelinum, inſtrumentum ſeu miniſterium, quo clauſum aperitur hoſtiũ vel arca,quia principaliter eſt id claudendum, & ex conſequẽti adaperiendũ.facit tex.in c. vbi periculũ. §.j.verſi. in eodem autem palatio vnũ conclaue. de elec.lib.vj.vbi Io. And. dicit quòd conclaue dicitur quòd pluribus caſibus clauditur:vel ad quod per plures claues itur.Ad idem text.in d.cle.j.§.ſanè. ibi,in quolibet etiam conclaui eiuſdem carceris ſiue muri erunt duę claues diuerſæ, &c. de hær. ſed qui arcæ clauem cuſtodiunt,arcarij dicuntur.l.duos.& l.ſi.C. de ſuſcept.& arca.li.x.& ibi gl. ſuper rub. vel cuſtodes archiuij,de quo habetur in l.moris. §. ſolent. ff. de pœnis.& in §.præcepta. in auth. de defen. ciuita. & per Luc.de Pen.in d.rub. ¶Præmitto & tertiò, quid ſit cuſtos, & cuius qualitatis eſſe debeat, & ad quid teneatur,& quam iuriſdictionẽ habet † cuſtos 11
propriè ſecundum Luc.de Pen.in d.rub.de lit.& itinerum cuſt.C.li.xij. dicitur qui apponitur ad ea cuſtodiendum,quæ aliàs ſalua eſſe nõ poſſunt. l.j,§.penul.ff.de ven. in poſ. mitten. & iſtud patet intuenti, qui primò antequam ſuum exequatur officiũ corporale ſuper ſacroſanctis Dei Euangeliis iuramentum præſtare debet.d.c.vbi periculum. §.præterea.verſ. ſuper his autem.de elec.li.vj. & d.cle.j. §.porrò. de hær.quod ſacramen.tria debet continere, vt per gl.

& Cardin.& talis cuſtos debet eſſe ad cuſtodien. idoneus,valens atque ſufficiens. cap.vobis. xij. q.ij. C.in cap. j. ibi, ſi verò minus idoneus ad hoc peragendum,&c. de off.cuſto. Nam experientia multa indiget quicunque circa cuſtodiam ad bellicas opportunitates ordinatur: vt dicit Ariſt. vj. poli.quia eos oportet in pace & bello portarum & murorum vacare cuſtodiæ:vt ibidem dicitur,ad quod potiſsimè cũ Dei beneuolentia militariũ rerum eſt ordinatio:vt dicit tex. elegans in authen.vt neque miles
12 neque ſœneratus. in prin.† Præterea debet eſſe diſcretus,induſtrius & fidelis:vt d.clem.j.§.ſanè.& ibi Imo.poſt Zaba.& bon.text.in l.j.C.de cõdi.in pub. horre. libr. x. ibi, arbitratu ac iudicio tuo nobilis, prudens,fidelis, optimè ſibi cõſcius pro integritate mentis apponatur cuſtos, &c. de quo ibi per Io.de Pla.Luc.de Pen. & Iac. Rebuf. quem vide in j.not. vnde ſcire tenetur quid agitur de re ſibi commiſſa, vt ſacroſancta dicit ſcriptura Gen. 4. recitatiuè verò in cap.ſerpens.de pœni. diſt.j.de Cain qui interrogãti Domino vbi eſſet Abel frater eius, reſpondit,Neſcio : nunquid cuſtos fratris mei ego ſum? ſi cuſtos eſſem, ſcire deberem vbi eſſet. cap.ſi cuſtos.
13 xxvij.q.j. † & ideò nõ excuſatur paſtor,ſi lupus comedit oues.c.quamuis.& ibi bo.gl.Inn.& doct. de reg. iur. in anti & c.tres perſonas.xxiij.q.iij.& Bart. in conſi.xcj.vol.iij.Sed an ei ſufficiat,cum vult probare diminutionẽ & mortẽ animaliũ,quod illo anno ita contingit in regione de quolibet grege, videlicet quòd mortua eſt dimidia, vel tertia pars. vide Bar.in l.pretia.§.nonnunquã.fi.ad leg.Fal.& Luc.de Pẽ.& Iac.Rebuf.in d.l.quid ad prẽſens.C.de murile. li.xj.quia tenetur circa rei cuſtodiã quã poterit ſolicitudinẽ & diligentiã adhibere.d.§.porrò.& dicã j. ac certè vigilare,&nõ dormire.c.oportet.lxxxj.diſt.
14 qui tex.loquitur de dominis epiſcopis,† qui vigilare debẽt ſuper gregẽ dominicũ : & ideò optimus dicebat Pſal.in Pſal. 121. Leuaui oculos meos. Ecce non dormitabit,neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael:aliàs de negligẽtia tenetur,l.cõgruit.& ibi Bar.ff.de off.prẽſi. l.j.& ibi Bart.in prin.ff.de offi.præſe.vigil.Quinimo ſe pro ipſius rei ſalute periculo mortis exponere,c.cõuenior.23.q.8.nec permittere debet vt labatur,ſed eã in bono &decẽti ſeruare ſtatu.c.generali. in fi. de electio.li.vj.Sed an poſsit repetere expenſas factas pro arce cuſtodiẽda, vel caſtro ad cuſtodiã aſſignato, vide Bar.in l.cùm quæreretur.§.prædiis,de leg. iij. qui tenet quod ſic :non cõpenſantur cũ fructibus: licẽt teneat contrariũ:quod videtur verius in l.fin.ff.de impenſis in reb.do talib.& ipſum ſequitur Bald.in l.j.verſi.quæro nũquid expen.C.de fruct.& lit.expen.&ſic videtur trãſire Alex.in d.§.prædiis.in addit. de quo per Archi. & Cardi.Alex.in c.ius naturale. j.diſtinct.per Alex.poſt Ang.& Imo.in l. diuortio.§. impendia.ff.ſolu.matr.& ibi etiã ponũt de marito qui facit expenſas in cuſtodiendo caſtrũ dotale, an poſsit repetere. de quo in d.l.fin. de impen. & Iaco.Rebuf.in l.nemo.de anno.& tribu.lib.x.vbi dicit,quòd dominus ſuis expẽſis habet cuſtodire,vt l.j.ff.de offi.prẽſec. vigilum. ibi, erat familia. & ibi mercede,vel gratia:ideo concludendũ eſt in hoc ſe-
15 cũdũ doct.&.alleg. †quòd cuſtodia eſt ſemper faciẽda expẽſis ipſius domini, quas repetit cuſtos ab ipſo domino l.actione.ff.depo.& l.fin.C.de bõ.authorita.iudi.poſſi. Sed ſi fructus aliquos perceperit,tenetur cõpẽſare,vt volũt docto.in locis ã.alleg.ſecus eſt in vſufructuario qui nõ tenetur ſoluere mercedẽ cuſtodib.artiũ ſeu fortalitiorũ,ſecũdũRo.in cõſ.cccxx. incipiẽ.prẽſupponitur primò quod in ipſis caſtrorũ fructibus,&c.Et hoc vt omni violẽtiæ reſiſtere poſſit.l.in lege.&l.itẽ quẽritur.§.exercitu.ff.loca.&bonus tex.& gl.in l.dolo.in prin. ff.ſi vẽtris nomine in poſ.mit.vbi tex.dicit quod dolo facit mulier,nõ quę in poſſeſsionẽ veniẽtẽ nõ prohibeat: ſed quæ circũſcribendi alicuius cauſa clam & per quandã machinationẽ in poſſeſsionem introducat.&ibi glo.j.facit differẽtiã inter prodere & tradere: & ſic de caſu fortuito tenetur, vt no.Io. And.in addit. Specul.ſuper rubrica loca.&omnino per Alexã.in l.ſed & ſi quis. §.quæſitũ.ff.ſi quis cau.quod intelligitur ſecundum Luc.de Pen.inquantũ poteſt, quia aduerſus vim ſola cuſtodia parũ proſit,l.ſi ea res. in prin.ff.de actione empti. & Bald. in l.ad eos.ff.cõmoda.& in l.quæ fortuitis.C.de pigno.actio.& quòd no.in l.qui mercedem.cum l.ſequen.ff.loca.ſed fingere ſe,aut cũ fictione aliqua eſſe nõ debet:† cùm vires ſuas pericu- 16
lo capitis ſui impendere teneatur, l. j.in princi.ff.ad Silani.debet enim expectare aſſaltus.&dicitur aſſaltus,id eſt.ad aliũ ſaltus,qui fieri poteſt & pedes & eques in ſolo & in aqua, ſecundũ Bal.in cap.j.§.ſimiliter.quibus modis ſeu.amit.alleg. l.j.§.tum arietes. ff.ſi quadru.pauper.fec & l.quemadmodum.§.ſi nauis alteram.ff.ad legem aquiliam.Et idem eſt ſecundũ Bar.& Floria.in d.§.cùm arietes. dicere quẽ aggreſſum fuiſſe: cùm aggredi & inſultare idẽ importãt. nã aggredi eſt dicere ad alium ire: & aſſalire aduerſus alium ſalire:de quo per Ang. Aret.in tracta. maleſi.in verbo,fecit inſultũ.qui alleg. text.in c.j.§. porrò.quæ fuit prima cauſa benefi.amitten.&Bald. Ludouic.Bolog.in ſecũdis interpret.in l.fi.C.de ludæis, † quando ſe attingere non poſſunt nõ dicitur 17
aſſaltus in perſonã:vt ſi ſunt duo qui bellãt in duabus turribus dicitur aſſaltus ad locum ſiue turrim, & ad caſtrũ ſeu arcem:ſed profectò vt dicatur inſultũ quẽ feciſſe ad caſtrum, eſt neceſſe quòd tãtùm ſe approximent, ꝙ poſsint proiicere iacula & expugnare vel expugnari. Quod facit ſecundum Bald.ad ſtatutum quod prohibet accedi ad eccleſias inuadendas.quod not.pro ordinationibus regiis prohibẽtibus ingredi eccleſias ſede vacante, quod eſt de iure,d.cap.generali.Nec etiam ipſum caſtrum incautè relinquere debet.argument.cap.j.de cuſtod.euchariſt.graue enim crimẽ eſt ſuſceptam rei cuſtodiam delinquere, cap.nerui teſticulorũ.§.alius pẽſare põdus. verſi.ſed timens ne grauius delictum ſit ſuſcepti gregis cuſtodiam reliquiſſe, &c. xiij. diſtinct. nec metu hoſtium fugere debet, aliàs tenetur de fuga, l. contractus ad finem. ff. de reg. iur. Non debet aperire portam maximè de nocte, vt no. Floria. in l. iter.ff. communia prædio. & Cæpo. Veronen. de ſeruitu. vrba. prædio. cap. xxxviij. † ſic iudices cuiuſcun- 18
que qualitatis ſint, non debent vagari de nocte, ſecundum Paridem de puteo in tract. ſyndica. titul. de exceſsi. conſil. in fi. vbi ponit de Andræa. de Iſer. qui fuit à quodam Barone Gallico, contra quem protulerat quandam ſententiam exiens de ſero ex caſtello nouo Neapolitano ante portam petruciam interfectus : quia ſecundum ipſum veritas & iuſtitia odium pariunt condemnatis : & noſtra tempeſtate fuit occiſus locumtenens generalis Lemouicen. proditoriè in lecto ſuo per dominum de Rochechoart, contra quem fuit latum Pariſiis mirabile arreſtum, ſi executioni demandetur: ideò pæcaucant iudices. Et ſemel accidit cuidam Regis conſiliario magiſtro Rodulpho de cogneris, qui percuſſus fuit per quendam Bertrãdum litigantem coram eodem : & vide in ſtylo parla. in iiij. parte de arreſtis.§.cxxxvj. † Et ſignum bonæ cuſto- 19
diæ non

dia non eſt bibere ſemper aquam, etiam in infirmo ſecundùm Signo. de Homodeis in conſil. clvj. in fi. in ver. xviij. ſed ego dicerem quod ſic per tex. in l. j. & ibi per glo. in verbo, acetum. C. de erogat. mili. anno. vbi duobus diebus bucellatũ, tertio die panem: vno die vinum, alio die acetum: vno die lardum, biduo carnem veruecinam aſſumere debent. & ibi gloſſ. dicit quod acetum accipiunt cum lactucis & herbis: & etiam ad bibendum, ſicut ſolent Florentini dare ſuis militibus, vt reſpubli. non grauetur, arg. l. iubemus. eo. tit. de erogat. mili. anno. Item vt alliciant ad malum, l. j. ff. de teſtamen. milit. Item vt non fiant ebrij, ſicut ſi quotidie vinum & carnes haberent, de quo ibi per doct. in d. l. j. Inſuper ibidem Luc. de Penna ſingulariter in verbo acetum. & bonus text. & glo. in l. vna. C. de ſalgamo hoſpi. non præſtan. & gl. ibi ſuper rubr. & in l. modios. C. de ſuſcepto. & archa. li. x. ſed quod vini appellatione acetum non continebitur, cùm extinguendi ignis cauſa fuerit paratum, l. qui penum. §. penori. ff. de pen. lega. hoc verum ſi modo vini numero pater fam. non habuerit. l. ſi quis vinum. §. item acetum. ff. de inſtru. vino & oleo leg. † Alioquin omnia quæ vini numero paterfa. habuit vini appellatione continebuntur: vt d. iuribus. & loco vini appellatione continebuntur: vt d. iuribus. & loco vini habeant & vtuntur capitanei & milites caſtrametati in defectum vini (qui dicantur caſtrametari, vt de tex cum gl. in l. qui mittuntur. §. fin. ff. ex quib. cauſis maio.) multa enim poculenta, & potui deſtinata non cõtinentur appellatione vini: vt muſſum ſiue nectar, ſeu claretum, quo vtuntur in feſtis Natalis domini, & Regũ, & alis feſtis delphinales, prouinciales & tota lingua occitana: ſed Galli hypocrate. Item zytum, quod in quibuſdã prouinciis ex tritico, vel ordeo, vel ex pane conficitur, quæ biera vocatur, nec ceruiſia quæ fit ex filigine & auena Item cydoniũ, quod fit ex pomis & pyris: quorum potu vtuntur Normani, Picardi, Britones, & etiam Pariſien licet habeant vina francigena multum delicata, & naturæ humanæ amica, ſimili modo nec carnum hydromelum, quod fit de aqua, vel melle, vel zacaro qui poteſt dici thizana, de quibus & alij loquuntur tex. & gl. in d. l. ſi quis vinum. & per totum tit. de penu. leg. & de alimen. & cibaria. leg. tamen continebũtur, ſi vini numero paterfa. aut regio habuerit, vt ibi, † & melius eſt q; vtantur his brenagijs quàm vino, & inebriari, & perdere caſtrũ, victoriã & corpus, vt fecit Holofernes ebrius cui Iudith caput amputauit, & ipſum importauit, vt Iudith. cap. xiij. accedat tex. in c. denique. ver. vinum. iiij. diſt. & in Lomnes delictum. §. per vinũ autem laſciuia. ff. de re mili. & ideò dicitur: Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. c. luxuriosa res eſt vinum. cum ij. ſeq. xxxv. diſt. cum not. in l. quæ adulterium. C. de adul. nam caſtra vbi milites ſunt, dicta ſunt quaſi caſta, vel quòd ibi caſtretur libido. vel licentia eugandi: vnde ſecundum Luc. de Pen. in l. vna. C. de caſtren. omniũ pala. peculio. li. xij. hodie caſtra militum lixis ſcortiſque repleta ſunt contra diſciplinam Metelli & minoris Affricani cùm Numantiam expugnauit: ideò facilius & frequẽtius Hannibalis caſtra quàm Annibalis videmus euerti. & pulchra dicta ſcribit in l. ſicut. in verſ. ad caſtra de erogat. mili. anno. li. xij. & idem ſcribit Valerius Maximus lib. ix. tit. de luxuria. c. de Annibale. † vbi dicit Cãpana luxuria fuit vtilis ciuitati Romanæ: quia inuictũ armis Annibalẽ illecebris ſuis complexa, vincẽdum Romano militi tribuit. Illa vigilantiſſimũ dutem, illa exercitum acerrimum, dapibus largis, abũdanti vino, vnguentorũ fragrãtia, veneris vſu laſciuiore, ad ſomnum & delitias euocauit. Ac tũ demũ facta & contuſa punica feritas eſt, cùm ſeplaſia et albana caſtra eſſe cœperunt. Et ibi vide in habẽte officiũ, ſi periculũ incidat amiſſionis caſtri, ſem per præſumitur culpa; niſi probat caſum, vt not. gl. ing. in l. cùm ita. §. ſpecies. in ver. nec doloff. de l. ij. & Oldra. conſi. xcij. & Barba. in addi. ad Bald. ſuper rubr. de feud. guardię in princi. & in fine addit. limitat hoc verum: niſi ſimto tempore guardiæ cuſtos offerret domino caſtrum: quia tũc ſi dominus non recipiat caſtrũ, & exinde fortè perdatur: ipſius domini erit periculum: quia oblatio facit cuſtodẽ non teneri niſi de dolo, vt not. Bald. & Moder. in l. ſi mora. ff. ſol. mat. quia amplius non dicitur capitaneus poſt tempus: vt tenet Bart. in l. item quæritur. §. qui impleto. ver. ex hoc infero. ff. loca. † Sed aliàs non debet recedere, niſi veniat ſucceſſor ſuus cuſtodiæ deputatus, vt tenet Bald. in l. ex diu. C. loca. Item ſi capitaneus aut caſtellanus tradat arcem caſtelli alteri quàm domino ad literas, vel cõtra ſignum domini, quòd non teneatur, argu. l. ſi quis vxori. §. apud Labeonem. & ib: Bartol. ff. de iur. licet Bart. ibi non loquatur in capitaneo: ſed in bidello qui dat librũ famulo ſcholaris. & l. Lucius. ff. de fideiuſ. & Io. de Prato. in l. ſi procuratorem abſentem. ff. de procu. & gl. in verbo, ad citationes, in c. ſignificauit. & ibi Butri. Bal. Abb. Sicul. & Philip. de Peru. de appel. Quod intellige quando cõtra ſignũ domini eſt ſpeciale: ſecus ſi eſt generale, aut literæ generales: quia tunc non liberaretur, ſecundũ Bald. & Philip. ibi: de quo per Signor. de Homo. in conſi. ccxxiij. Quinimò ſecundum Oldr. in cõſi. xciij. † potius debet capitaneus qui recepit caſtrũ cuſtodiendum à Rege, pati excommunicationem à Papa vel delegatis Papæ, quàm non, reſtituere Regi à quo recepit nec eſt excõmunicatus, quod no. quia ſing. ad prædicta. Item quando capitaneus ſiue cuſtos non poteſt cum munimentis & victualibus ſe tueri & caſtrum cuſtodire, & expectare adiutorium ac auxilium à domino, tunc impunè poteſt ſaluis baguis, vel alio honeſto modo ſe ſaluare, & ipſum caſtrum relinquere: aut in manibus inimicorum per cõpoſitionẽ tradere, prout factum fuit per ſtrenuũ & valentẽ militem & capitaneum dominũ de Albigniaco de ciuitate Breſſiæ, & alios capitaneos: ſed hoc colorẽ captato non debet vendere, aut aliquod pro hoc faciendo pretium recipere, vt tenet Luc. de Pen. in l. eſt verum. C. de incolis. lib. x. qui alleg. l. ſed & ſi pupillus. §. ſed ſi in totum. ff. de inſtit. action.

† Ideò malè accidit à Labite capitaneo caſtelleti Genuenſis, qui vendidit ipſum caſtelletum Genuenſibus: qui loco pretij quod cum literis cambij Lugduni recipere debebat, caput amiſit, & eius corpus patibulo datum, & ſupra rotã poſitum. nam milites de conſuetud. generali non ſuſpenduntur, etiam pro delicto pro quo plebeius ſuſpenderetur, vt dicit glo. in leg. deſertorem. §. pœna militum. in verſi. torquentur. ff. de re mili. & Bald. in ca. j. §. ſi ruſticus. in fin. de pace tenen. aliàs autẽ capitaneus, ſeu cuſtos caſtri, cum nulla perſona de mundo debet aliqua verba habere proditoria, aut pacta facere ſine licentia principis qui eum commiſit. text. in l. iij. in principi. ibi, aut arcem tenuerit, aut caſtra conceſſerit. ff. ad legem Iuliam maieſta. vbi gloſſ. in verbo, tenuerit, in ſecunda expoſitione dicit tenuerit, non reddendo principi petenti à

quo habuerat in cuſtodiam.& glo.ſequens. in ver. aut caſtra.dicit conceſſerit,ſcilicet hoſtibus.† & ſic non reddendo principi petenti , vel hoſtibus tradendo crimen incurrit læſæ maieſtatis: quia in hoſtem ſe conuertit.& ita tenet ibi Ang.& Bal.in cõſilio cccciij.vol.j.& ſing.in l.j.per illum text.C. de ſeditio.vbi dicit quod tenẽs caſtrum rebellatũ cõtra rempubl.vel dominum debet mori.& idem Alex.in addi.Bar.in l.j.in vlt.addit.ff.ad l.Iul.maieſt. & Bart.in trac.de tyrannia.verſ.vj.& Bal.in l.decernimus.C.de ſacroſanc.eccl.& Abb.Sicul. in conſil. iij.quæſt.v.vol.ij.Et pro hoc facit quod not. idem Bald.in l.debitori.C.de pac.q̃ ſubditi nõ poſſunt facere ligam ſeu confœderationẽ, vel pactionẽ in præiudicium eorũ domini.& idẽ tenuit Bar.in authẽ.qui ſint rebel.in ver.occultè.& Bar.in c.j.§.cõuẽticulas.ver.vl.no.de pace iura.fir.& in c.j.§.item ſocietatẽ.de pace Cõſt.& in l.ij.ver. ſed nũquid ciuitas.C.de ope.libe.& Ang.in d.l.iij.ad l.Iul.maie.

27 † Tamẽ ſocius nõ tenetur de proditione facta per ſociũ,vt tenet ſing.Alex.in l.ſi.in addi.ad Bar.ff.de cuſto.reorũ.de quo ibi per Ang.& Lud. Bolog. in ſuis primis interpr.& Pari.de puteo,in trac.ſyndi.in ver.carcer.c.an ſi plures carcerati.& idcò Baro Mõtiſalconis nõ tenetur de proditione d.Labire. Sed quid ſi aliquis fuit ad cuſtod.caſtri præpoſitus, qui dedit fideiuſſ.poſtea iſte capita.prodidit : iudex eũ condemnat in magnis ſummis:numquid iſta pœna poterit peti à fideiu. Dy.in l. libertus. §. fideiuſſores.ff.ad munici.per illum tex.dicit quod nõ.& ita

28 dicit fuiſſe determiniatum Bononiæ , ſed ſolum ad illud tenetur quod ciuitas intereſſet.† Item capitanei & cuſtodes ciuitatum & caſtrorum nullam habent iuriſdictionem circa delicta, ſed tenentur denuntiare iudici loci,vt not.Bald.in l.j.Co.loca.quia cuſtodia arcis dicitur officium ſine iuriſdictione, ſecundum Alex.in l.j.ff.de iuriſdi.omn.iudi.vbi dicit quod ſtatutum de officiali reformando nõ habet locum in cuſtode arcis:ſed in officiali habet iuriſdictionem:niſi ex verbis ſtatuti aliud colligatur.& tenet Bal.in d.l.j.ff.de off.præfect.vrb. quod intelligitur de capitaneo guardiæ , qui non habet niſi modicam correctionem, ſcilicet fuſtigationẽ. & vbi ſeuerius debet puniri,debet ipſum remittere ad capitaneum,vel poteſtatem.l.ii. in fin. ff. de accu.ſed duces & capitanei in crimine militari habent iuriſdictionem,vt quia arma vendiderint, vt l.j.C.vbi ſenato.& l.magiſterijs.& ibi gl.& omnes ſcriben.C.de iuriſdi.om.iu.& etiam in mediocri,

29 ſecundum gl.ibi,ſed de more & conſuet. † guerrę capitanei de omni crimine per armigeros. & pedites commiſſo cognoſcunt & puniunt,aut puniri faciunt,& ad capitaneos recurri ſolet. Pro hoc videtur text.in l.fin.in princip. & ibi Ioan. de Plat. Lucas de Penna,& Iaco.Rebuff.C.de re mili. libro xij. ¶His pro cõſtanti habitis,videtur primò quòd ad ipſos conſules ſiue Scabinos & adminiſtrateres caſtrorum pertineat cuſtodia clauium. nam illi eſt profecto tradenda cuſtodia quem eſt magis verſimile diligentiorem & fideliorem guardiam adhibere in authentic.de defen.ciuita.§.interim.& l.ad ſubeunda.C.de decu.lib.x.& talem,vt quilibet bonus paterfamil.in rebus ſuis adhibere conſueuit. l. cuſtodiam.ff. de pericu. rei vendi. vt dictum eſt ſuprà in præfatione.& facit bonus text. in capitul. j.§.imperialis.quaſi in fin. ibi qui nec contra ciuitatem,&c.de pace Conſtan.ex quo Bal.ibi elicit argumquod bonus ciuis eſt qui patriæ iura tuetur, & talis eſt ad regimen eligendus , non autem qui eſt contra patriam.Et Ariſtot.vj.polit. ait prauos dominos non eſſe ſecurum facere cuſtodes: ipſi enim potius indigent cuſtodia aliorum, quàm vt alios cuſtodiant.vt inſti.de fiducia. tute. §. fin.ibi , vt is qui perfectæ ætatis non ſit alterius tutela , igitur.

† Quemadmodum laici infeſti oppido ſunt cle- 30
ricis.c.clericis laicos.de immu. eccl. li. vj. ita tales domini ſunt hominib. ſubiectis infeſti & pleni auaritia,quã de die cogitat,de nocte verò ſomniat, vt dicit Pet.de antiboli in trac.ſuo munerum. in vl. parte.verſi.quia verò domini.& iſtos vocat Barba. in rep.c.Raynaldus.verſ.xxxiiij.non habet locum, &c.de teſta.tyrannellos , qui ſanguinem populorũ excoriando emungunt & eliciunt : quia qui multum emungit , elicit ſanguinem.Prouer.xxx. & c. denique.iiij.diſt.& vix præcarium dimittunt eis ſpiritum.& quæ dixi contra tales dominos, in dominorum mala adminiſtratione & cuſtodia contingere ſolet magnum & promptum vniuerſitati & communitati damnum quod homines & pauperes ſubditi cum grandi penuria ſuſtinent:cùm teneantur in dãnis prouidere. l. j. ff.de deere. ab ordi.faciẽ.& d.l.vna.de irenach.& l.ij.§.exactis deindę. ff. 31
de orig.iur.† Ergo promiſio in talibus eſt ipſis cõſulibus tradenda. Dum quia eorum ciuitatem defendere adtricti ſunt.l.poſt.limmium.§.filius quoq;.ibi,quia diſciplina caſtrorum antiquior fuit parentib.Romanis quã charitas liberorũ.ff de ca. & poſth.vbi gl.in verb.charitas dicit quòd prius data fuit opera bellis quã iuri.& facit Inſt.in prœm. in pr.Et Cato ait,Pugna pro patria.vt l fallaciter.§. fin.& ibi gl.ii.Cod. de aboli.Vt ideò dicat Bar. in tract.de Guelphis & Gebellinis , quòd quilibet præſumitur eſſe talis qualis eſt patria ſua : quia de iure naturali quilibet tenetur obedire patriæ ſuæ. l. ij.ff.de iuſtitia & iure,& Barba.in c conſ.iiij.vol.ij. qui alleg.tex.elegantem in l.j.§.ibi,reipublicæ naſcimur.ff.de vent.in poſſ.mitten.licet non incurrãt infamiam,ſi ciuitatem & patriam non defendant. l.neminem.C.de infamia.quia alia actione punitur ſecundum gl.ibi & dicẽ.& ad idem gl. in d. l. ij.& ibi doct.ff.de iuſti.& iure.& tex. in Lombarda,de his qui ad defendendam patriam ire neglexerint:& reipubl.intereſt plures habere defenſores. l.nam reipubl.ff.de nouo oper.nun.quia eis nõ nocet,ſed prodeſt.l.ij.§.variis. ait.ibi , nã hac ratione, &c.ff.de aqua plu.arc.& in hoc ſunt magis diligentes quàm alij. text.in l.ſi in aliquã.in pr. & ibi Bal. ff.de offi.proconſu.facit tex.in l.ſi pupillo.§.videamus.ibi quod ab eo exigimus.ff.de nego.geſt. nec tenentur eam deſerere,l.j.C.ſi curialis relic.ciuit.& plenè per Luc.de Pen.in Left verum. de incolis.vbi dicit † quòd etiam mulieres teneantur tempore 32
neceſſitatis ad tuitionem & cuſtodiam ciuitatis, prout ſecundum eum factum fuit Romæ tẽpore q̃ Annibal de Campania contra ipſam vrbẽ duxit exercitum:& ibi vide bo.text.gl.& Ioan. de Pla.& Ang.in l.vna.C.de mulie.& in quo loco.lib.x.nam & ipſi defenſores appellantur ciuitatum , vt de admi.rerum publ.C.li.xj.& ibi gl.in rub.&ff.eo.& in auth.de defen.ciuita.& C.eo. per totum. & repub. fiſci §. & princeps præſupponunt quaſi pro eodẽ,ſe cum dum Inno.in c cum venerabilis.de relig.do. & Bal.in cap.j.in princip.de feud.march.duca.verſ. & dicit,&c.& in c.j.verſi. & eſt ſciendum de capita. qui curiam vend.& reſpub.fiſcus,minor & eccleſię æquiparãtur.tex.cum ſua gl.in l.reſpu.Co. ex quib. cau.maio.in integ.& quæ dixi poſſ. Dyn. in regula delictum perſonæ,in j.addi.de reg.iur.lib. vj.& li-

cet iura loquantur de repub.Romanorum, & quòd aliæ ciuitates habeantur loco priuatorũ.l.eum qui. ff.de verb.signif.& l.nihil ad Mace. † tamen hodie extendimus priuil.reipub. Ro. ad certas respub.aliarum ciuitatum.de quo per glo.Ioannem de Platea,& Lucam in rubr.& in l.rempubl. Cod.de iure reipubl.lib.xj. Præterea ipsi munera eis imposita sustinent,l.rescripto.§.fin.& l.fi.ff.de munc. & hono.ac illa & honores ciuitatum æqualiter inter se diuidunt:quod regimen Arist.appellat politicũ, vt iij.polit.sic etiam apud nos,sed in Italia secundum Bart.o.in tract.de regimine ciuita. vocatur regimẽ ad populum,quod recidit in idem.& hoc quando regimen tale est bonum cùm per regentes cõsideratur bonum commune principaliter omnium,secundum statum suum : aliàs vocatur secundum Arist.Democratia, quẽ nos dicimus populum peruersum.& hoc probatur secundum Bar.ibi per tex. in l.ij. §. præses prouinciæ. ff.de munc.& hono. præterea illa quæ ad vnum finem ordinantur & tendunt, non debent contrarium operari,l.quod fauore.C.de legi.& quæ dixi post Dy. in regu.odia restringi.de reg.iur.lib.vj.Sed consules & administratores reip.tendunt ad finem politicum,& regimen & custodiam ciuitatis:vt ẽ.dictum est. Et domini tendunt ad finem contrarium, s. priuationis regiminis ciuitatis & custodiæ clauium:igitur,&c.

34 † Tum etiam quia facilius potest corrumpi & decipi vnus solus dominus quam ipsa vniuersitas & communitas,arg.l.hac cõsultissima.in fi.C.de test. aut hoc amplius.C.de fidei arg.u.l.iurisiurandi. C. test.& c.licet vniuersis.eodem tit.cum ea sententia fauorabilior videtur quæ pluribus corroboratur authoritatibus,vt dicit text.in c. qui recedit.§. verum illa sententia.de pœni. distin.iiij. & c. prudẽtiam.ver.illa quippe.de offi.delega.& in Lõbarda. de dec.l.decimis. Tum quando in aliquo actu vnũ principaliter & immediatè venit, & aliud ex consequentia & mediatè:illud est præferendum quod venit principaliter & immediatè.l.finali. ff. de impen.in reb. dot.& fac.& l.ij.§.idẽ Labeo.ff.ne quid in loco publ.& l.j.in princ. si vsufruct. pet.& quæ dixi post Dy.in regu.alleiforium.de regul.iur. Sed decuriones siue consules allegant ius quod principaliter & immediatè venit: scilicet commodum, vel damnum quod habere & pati possunt mediãte vniuersitate, & quod eis competit & pertinet ex propriis personis, vt in auth.vt iudi. sine quoquo suff.§.cogitatio.colla.ij.& in l.vna.§.pen.C.de cadu.tol.domini verò ex cõsequentia & illud quod ipsis competit ex personis subditorum.l.quod principi.cum l.sequen.ff.de legatis ij.& l.plenum.§.si vsus.ff.de vsu & habita.& l.iij. §.j .ff. de adimen.lega. & nota. in authentic.licentiam. Cod. de epis-

35 co.& cleri.& c.requisisti.de testa.† ergo Sabini in clauium custodia præferri debent tanquam potiora iura & fortiora allegantes l.fin. C. de edic. diui. Adria.tollen. Præterea consuetudo ciuitatum & castrorum in hoc est attendenda. l.neminem. in fin.C.de suscept.& arca.lib.x.& etiam permissum & licitum est cuilibet ciuitati proprias habere cõsuetudines:vt not. Bal. per illum textum in capit. j.§.hoc quod nos.in versi. secundum mores & leges illius ciuitatis.de pace Constant. & in l. si in aquam. ff. de offic. proconsul. & in l.ij. §.deinde cum esset.& ibi Bal.ff.de origi.iur. vbi dicit quòd plebei possunt sibi facere legem per se, & magnates per se. & sic secundum eum Guelphi possunt habere sua statuta, & Gibellini sua. facit text. in capi.cùm venisset.& ibi Inno.Ioann.And. & Abb. Sicul.de eo qui mit.in poss. causa rei seruan. imo habent potestatem statuendi in his quæ concernunt administrationem bonorum ipsius communitatis, per id quod legitur & not. in l.j.§. quibus. ff.quod cuiusque vniuer. nomine. & capitul. constitutionem.§.j.de verborum signific.lib. vj. & expresse Bart.in l.omnes populi.in prima principali. ff.de iusti.& iure.& Ioan.de Imola.in consi.xxxiij. q. ver.circa primum. † Sed consuetudo est gene- 36
ralis vbique locorum.quòd Scabini & administratores reipub.habent regimen & custodiam clauiũ. & aliquos ad portas ciuitatum nocte aduenta claudendum & aperiendum mane committunt & deputant:& quod factum est per ipsos,per omnes factum videtur, l. municipibus. ff. de condi. & demonst.& l.municip.ff. ad municip. & tenet Petr. Iac.in tit.de consul.quæ consuetudo dat ipsis decurionibus seu consulib.iurisdi.l.viros.C. de diuersis offi.li.xj.& l.j.& fi.Co.de eman.libe. c. cũ contingat.de for.cõpe.c.conquestus.ix.q.iij. & tenet Bal. in d.§.hoc quod nos.& tex.inLõbarda.in l.j.de his qui ad mortem fuerunt iudicati. Quinimò cùm fuerit ab omni æuo obseruata,saltem à tanto tempore cuius initij memoria in contrarium non existit,censetur habere vim priuilegij.c. super quibusdam.§.præterea.de verb. signif. cũ aliis per me alleg.in §.xj.in gl.j.de consue.prædi.Tũ quãdo princeps mandat,vel statutum dicit quod magistratus studeãt ad custodiam ciuitatis,videtur eis data potestas & iurisdictio cõpescendi ad hoc vt custodia fiat:vt dicit Paris de puteo in trac.syndi.in verbo, pœna.c.quid si per statutũ.qui alleg.Ang.in authẽ. iusiurandum. in pr.sed non est ibi, sed voluit allegare Ang.in §.audiant.in fi.auth.de defenso.ciuita.colla.iij.& ideò domini non possunt neque debent vsurpare nunc talem clauium administrationem,quam hactenus nunquam habuerunt,neq; eadẽ vsi fuerunt.Quoties enim vna domus propriũ & specialem habet gubernatorem: licet alicui superiori subiiciatur in aliquo iure quod sibi competit illam administrationem quæ ad gubernatorẽ specialem domus pertinet,illi relinquere, & non sibi assumere debet:vt tenet Inno.in c.olim causã. in pr.ver.verò non sint.de resti.spolia.& in c. cùm venerabilis.circa fi.ver.si autem nõ habet.de relig. domi.& latè Abb.Sic.& Moder.in c. cùm deputati.in iij.& iiij.casu.de iudi.& Philip. Decius in cõsil.lxxij.Suis igitur terminis † contẽti domini sint, 37
nec supra mensuras iuris sui affectent augeri, vt inquit text.celebris.in c.si quis episcopus.in fin. q. j. & l.si constiterit.C.finium regun.& gl.in l. si irruptione.in prin.ff.eo.ti. Nam Duces, Marchiones, Comites,vel Barones, & alij inferiores ab Imperatore,non possunt aliquem infeudare de villa sita in territorio alicuius ciuitatis:& sic non possunt auferre sine causa iurisdictionem ipsi ciuitati : vt determinat Alexand.in consilio j. volumine v.qui alleg.l.toties.in fi.ff.de pollici.& l.si priuatus. ff. qui & à quibus.& per ipsum in cons.xvj.eo.li. Tũ etiã homines subditi possunt priuilegia, honores & iura superiori competentia præscribere , & sibi acquirere,c.licet causam. de proba. quemadmodum Abb.potest iura episcopalia præscribere. c.auditis. cùm olim,de præscript. ergo & honorem seu prærogatiuam custodiendi claues, cum illa prærogatiua clauium consistat in facto & nõ in iurisdictione,nec per hoc plus in iurisdictione ipsi domini habere censentur secundum Iason. in l.cùm quid.

citur & appellatur caſtrametari, vt ibi & Pet.Iac. in tit. de refectione murorum, in princip. quia tunc quilibet priuatus poteſt occurrere, & eos ſuo ſumptu reiicere, vt infrà dicam. Nam tunc tua res agitur paries cum proximus ardet: & neglecta ſolent incendia ſumere vires, vt l.ſi quis tumo.§.j.ff. ad legem Aquil.& neceſſitas non habet legem. vt ff.de offi.proconſul.l.vna.& C.de ope.liber. lege j.

43 †quia maximè in tempore guerræ vaſallus non poteſt feudo renunciare, cum tunc ſeruitium incipit eſſe certum, & vaſallus incipit efficaciter obligari, & ſic non poteſt dimittendo feudum reiicere onus, vt gl.ibi.in Lincola.in ij.ff.ad municip. volens quod poſt impoſitum minus non poſſit renuntiari incolatui. ita tenet Ioann.in addi. Specu.in titu.de emphyt.§.nunc aliqua.verſicul.cxxviij.& Bald.in c. quæ in eccleſiarum.& ibi Felin.de conſti. vbi ponit illos quatuor caſus, in quibus vaſallus non poteſt renunciare feudo, &c.& illud tenet Bald. in c.j. §.j.verſicul.munitione ciuitatis & in §.ciuitatis.de pace Conſtantiæ.& ſingul.in conſil. ccclviij. volu. j. volens etiam ibi quod quando dominus dubitat de guerra, poteſt vitare caſtra aliorum nobilium, etiam ipſa caſtra ab epiſcopo vel eccleſia in feudũ tenent.tum, ac profecto turres & fortalitia eccleſiarum in eiuſdem domini territorio exiſtentes, & exiſtentia incaſtellare, & hoc propter ſalutem publicam, vt not.Cyn.& doc.in l.nullus hæreticus.C. de ſumma trini.& Inno.& Abb. Sicul.in c. Piſanis. de reſt.ſpol. aliàs niſi haberent iuſſum à principe, hoc facere non poſſunt, vt dicit Bald.in d.§.ciuitates, arg.l.ſi ad quando.& l.nemo iudicum. C.de o-

44 per.publ. licet videatur †quòd vniuerſitati ſit permiſſum nouos aut veteres muros ſine licentia principis conſtruere & facere, dum tamen ſuo ſumptu hoc faciat, vt tenet glo.per illum text. in d.l. ſacra. §.muros.& gloſſ.in l.opus nouum. ff. de ope.pub. quam ibi ſequitur Bar.& pro hoc text.in l. omnes. in ij.C.eo.tit.quamuis glo.teneat contrarium, per text.in d.§.muros.& idem gl.in l.per prouincias.in fin.C.de ædifi.priua de quo per Card.Alexan.in c. ius gentium.in quæ.pe.& fi.j.diſt.& Abba.in l.ſi vt proponis.in ij.in fin.C.de nup.vbi dicit quòd nobiles quorum caſtrum olim ex delicto fuit æquatum ſolo non poſſunt reconciliari, & illud reficere inconſulto principe, aut Papa à quo dependet.& per Alex.in addi.Bar.in l.ij.ff.de ope.publ.& Abb. Sic.in c.conſuluit.& ibi ſingu.in Feli.de iudi.& Iaſ. in l.ex hoc iure.verſic.nunquid autem. de iuſti. & iure.vbi vide.ſed priuato etiam domino non licet muros ciuitatis nouos facere, vel veteres renouare ſumptu pub.l.intra vrbem.C.de oper.publi.a-

45 liàs tamẽ cuilibet ſuo ſumptu permittitur de iure caſtra facere, turres, & etiam alia fortalitia in ſuo abſque principis licentia pro tuitione ſui & rerum ſuarum.d.l.per prouincias.& d.l.opus nouum.cum ſua gl.præterquam ad æmulationem alterius ciuitatis, & ſecundum formam in d.l. opus. vel niſi ſit in locis limitrophis, d.l.quicunque. & per Bald. in conſil.lviij.volum.j. vbi dicit quòd rex Franciæ facit caſtra in finibus ſui regni ad æmulationem regis Angliæ, & econuerſo.& etiam omnes domini ſecundum.eum.& Iac.Rebuff.in d.l. quicunque. vbi adducit predicta pro baronibus & militibus habentib.iuriſdictionem omnimodam quòd poſſint ſua loca propria authoritate incaſtellare & ædificia, vt in eis habitent volẽtes ſic ſibi collocare, cõſtruere, & ædificare, pro hoc all.tex.in l.ex hoc iure.ff. de iu.& iur.& per Abba.in conſil.lxij. in iij.dubio. vol.ij.& Car.Alex.in l.ius gentium.j.diſt. aliàs princeps poteſt illa æquari facere ſolo & ſubiicere aratro, vt fecit rex Ludo.xj.in prouincia Prouinciæ, & alibi.& ita tenet Pet.Ia. in tit. de foſſatis & muris, & Cæpol. Veronen.in tit.de ſerui.vrb.c.xxxix. ver. caſtella autem & fortalitia & ita obſeruatur de cõſuetudine, vſu, & ſtylo Franciæ, † quod domini lo- 46
corum non poſſunt cogere ſubditos ſuos ad reparationem etiam imminente guerra, ſine expreſſo principis iuſſu: prout anno præſenti quingenteſimo xij. ſupra mille vidi in cancellaria Franciæ expedire pluribus dominis locorum maximè limitrophorum reſcripta ſiue literas regias ad ſubditos eorum pro reparatione tam in foſſatis quàm muris ciuitatum & caſtrorum facienda compellendũ, ſub certa tamen modificatione & forma per dominum Pariſien.ſigilli Franciæ cuſtodem datis, & in ipſis literis ſpecificatis. & not quod formulæ cãcellariæ ſeruantur pro lege, vt not. Lud. de Pen. in l.fin.verſicul.extat autem forma in cancellaria regia, quæ pro lege ſeruatur. Cod.de fund.limitro. li. xj.alleg.text.in l.j.C.de vend.rerum fiſca. lib.x. Et ita pluries fuit per arreſtum dictũ. & vide in ſtylo parla.in iiij.parte de areſti. §.lix. & §.cxxiij. Et ſolent per ſupremum dominum noſtrum regem pro reparatione ciuitatum ad x. vel aliud tempus concedendi ciuitatibus certa pedagia & vectigalia exigenda & leuanda ſuper vino aut aliis rebus intra eandem ciuitatem diſtractis, vel delatis, quæ vectigalia in Gallico vocantur, *Aydes*. de quo eſt text.celebris in l.ne ſplendiſſimæ vrbes.C. de ope. pub.vbi datur per principem tertia pars canonis qui ex fundis percipiebantur, de quo vide per Iac. in dicto titul.de refectio.muro. verſicul.quæſtio, modo quæritur.& in queſt. ſeq.ponit † an baro- 47
nes & alij domini teneantur aliquid dare in refectione murorum: & dicit quòd non, niſi habeant domicilium in illo caſtro, vel villa ſeu in eorũ mãdamento: per tex.in l.omnes prouinciarum rectores.c.de ope.pub.vt j. dicam, quando eſt prope finẽ & terminũ temporis per regem ciuitatibus cõceſſ. ad referendũ dictas aydas & ſubſidia ſolẽt in aliud tempus ſimile per dominum Cancellariũ continuari & prolongari. Sed eo functo oportet, quòd per regiam maieſtatem rurſum cõcedatur. pro hoc facit l.ſed & ſi manente.ff.de præcario. Et mirandũ eſt quod ciuitates noſtræ magis non reſplendent (propter iuuamina & vectigalia tanto tempore eis conceſſa) vt lucent caſæ Cardinalium, vt dicit glo. in l.j.C.de meta.lib.xj. Et ideò ſi in terra vel fundo alicuius turres murorum ciuitatis ædificantur, debent vſui deſeruire eorum quorum in terra ſunt ædificatæ tex.& gl.in l.turres.Co.de oper. publ. ſic etiam eaſdem tenetur reparare eorum ſumptu, vt dicit ibi tex. ſic ſeruatur in ciuitate Aquen. in Prouincia: & debet fieri in aliis ciuitatib. vbi ſunt turres, quod darentur vſui aliquorum qui teneantur ipſas reficere: & eſt ratio ſingularis quam reddit tex. ibi in fin. quia ſic faciendo & ſplendor operis & ciuitatis munitio cum priuatorum vſu & vtilitate ſeruabitur. & in hoc poſſent prouidere præſides prouinciarum, l.fi.Co. de ope. pub. & in l.ſi in aliquam. verſicul. ædes ſacras. & opera publica circuire inſpiciendi gratia, an ſarta tectaque ſint. vel in aliqua refectione indigeant, &c. ff. de offi. procõſul. & lega. & in §. deinde competens. verſi. ſed etiam pro vbertate neceſſariorum, &c. in auth. de mãda. princip. coll. iij. † Et an eccleſia & perſonæ eccle- 48
ſiaſticæ ad hanc murorum reparationẽ teneantur,

vide Bald. in d. c. j. §. j. de pace Conſtan. & And. Barb. in conſil. j. volum. iij. & omnes in l. ad inſtructiones pontium. C. de ſacroſanct. eccle. & Guid. Papæ in deci. vij. & lxxviij. omnes in c. non minus, & c. aduerſus. de immun. eccle. & in c. j. & c. clericis. eo. lib. vj. & Pet. Iac. in d. ti. de foſſatis & muris. Et plene Lucas de Penna in l. ſi. in ver. quartò ex his, vſque ad fi. C. de fund. & limi & Abb. Sicu. in conſ. iij. vol. j. quod eſt ſingulare. & Ant. de But. in conſ. xiij. & Pet. de Anch. in repe. c. poſtulatti. in v. q. de foro compet. Cæpol. de ſerui. ruſti. c. de via. & Alex. in conſil. lxviij. volu. ij. & Barb. in conſil. xxix. volum. iij. & Signo. de homod. in conſil. lxxxij. & de Zabarel. in conſil. xij. & Iaſon in l. placet. Co. de ſacroſanct. eccle. & Bal. in conſilio cccexlvij. volum. j. & Petr. de Anchar. in conſi. lx. & in conſi. xcvj. in quibus locis reperies ad quæ munera teneantur eccleſiæ. & per magnum regale conſilium fuit latum arreſtum contra perſonas eccleſiaſticas villæ Dinon. quòd contribuere tenerentur pro reparatione murorum prædictæ villæ. Item tenentur ad cuſtodiam murorum tempore neceſſitatis imminentis, vt cap. peruenit. de immunita. eccleſi. & ibi vide per omnes. Sed in ſtylo parlamenti & arreſtorum in quarta parte de arrettis, articulo xxxvij. di-
49 citur † quod per arreſtum fuit dictũ epiſcopũ nõ teneri ad reparationem caſtrorum per hoſtes deſtructorum. Et ita fuit pronuntiatum pro epiſcopo Aurelianen. ſed pro nunc aliter non expedio, ſed de hoc vide ordinationem Caroli vj. tit. de reparatione eccleſiarum. Præterea dicit alibi Bald. quod dominus poteſt cuſtodire caſtrum inuito vaſallo tempore neceſſitatis. ff. de vſu & habitat. l. ſi ita. §. dominus proprietatis. qui eſt ad hoc ſingul. & quidem ſimul cum vaſallo. ff. vſufruct. quemad. caue. l. pe. & hoc ſine malo ingenio, vt de prohi feud. alie. per Lotha. c. quoniam ita dicit Bal. in §. j. quid ergo. verſi. extra not. de mueſti. de re alie. facta. Et eſt ratio ſecundum eum quia proprietatis dominus ſecurus eſſe debet de proprietate, l. ſi cuius. ff. de vſufruct. & idem tenet Bal. in d. §. dominus proprietatis. qui alleg. text. in l. ſi vt certo. §. ſi de me petiiſſes. ff. como. vnde ſecundum eum ibi in omnibus terris in quibus aliquam iuriſdictionem habemus, poſſumus mittere milites ad cuſtodiã. Et ipſi ſubditi quieſcunt principe vigilante vt authen. vt iud. ſine quoquo. circa prin. colla. ij. Et idem tenet Bal. in l. ſi in aliquam in princip. in vlti. quæ. per text. in l. j. C. de naui. non excuſ. li. xj. & in l. ſi. §. fin. de
50 pig. act. volens † quòd ſi eo tempore Rex vel dominus fecerit in caſtro vaſalli aliquas reparationes pro cuſtodia caſtri, quod poſtea finita guerra non poteſt expenſas niſi pro rata ab ipſo vtili domino tanquam vno de populo repetere, vt le. j. §. idem Labeo. ff. ne quid in loco pub. & per text. ibi & tenet Cæpol. Veronen. in titul. de ſeru. vrb. cxxxix. in fi. præterea domini adepti ſunt poſſeſſionem caſtrorum per traditionem clauium. l. clauibus. & ibi Bar. & Alex. in addi. ff. de contrahen. empt. vbi Alber. de Ro. dicit quod eſt bene mirabilis mod. tradendi poſſeſſionem, & l. cùm pater. §. pater plurib. & ibi expreſsè Bar. & Moder. ff. de leg. ij. Ioan. Fab. & Ang. Aret. §. item ſi quis merces. inſti. de rerum diui. gloſſ. omnes. in cap. ij. de conſue. & Inno. iij. c. ij. de fide inſtru. & text. in dict. c. Hoſtiarius. & ibi Card. Alex. & Fran. de Zabarel. in conſi. cxv. cum aliis infinitis, ſaltem in nouo ingreſſu caſtrorum fecerunt dominis more ſolo per ſubditos traditæ claues ipſorum caſtrorum & ciuitatum inſignium ad recognitionem ſuperioritatis cum illa acclamatione & lætitia, Viuat viuat dominus. l. j. & ibi gl. in ver. acclamatione. & docto. inſuper Ludo. Bolog. C. de quæſtori. lib. xij. & alibi dixi. li. cõſue. Bitu. in tit. de conſue. feudo. §. penult. in vltim. addi. ſubmittẽdo ſe & ſua protectioni & defenſioni ac ſaluæ guardiæ ipſorum dominorum, vt auth. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. eos autem. colla. ij. & in §. denique competens. de manda. princi. † Nam 51
caſtrum & villa continet honorem, iuriſdictionem, diſtrictum, & ius patronatus, vt tenet Inno. in cap. ex literis. de iure patro. & Lucas de Pen. in d. l. quicunque. de fund. limit. & domini recipiunt ipſos ac audiunt eos & harengas eorum: vt dicit text. celebris in d. l. ſi in aliquam. & ibi Bal. in j. no. dicit quod docet harengare coram regibus & proconſulibus intrantibus nouiter ciuitatem aut caſtrum. nam laudandi ſunt, & qui loquitur debet eis recommendare ciuitatem pro qua loquitur, & laudare ciues de affectione, deuotiõe, & prõptitudine ad honorem & obſequia regis vel alterius domini. Sed caſtrum vel ciuitas recognoſcendo aliquem in dominum videtur in ipſum omne ius ſuum etiam fiſcale tranſtuliſſe, vt no. per Bart. in l. non dubito. ff. de ca. & in l. j. C. de excuſ. mune. li. x. & Abb. Sic. in conſ. lj. & in conſ. xciij. ver. trãſterẽdo. ergo poſtea ſeu recognoſcẽdo, maximè quando habeat ius in ipſos recognoſcentes. & idem in conſi. iij. qu. v. vol. ij. & Alexan. in conſi. xxiiij. vol. v. Præterea ciues & homines negare non poſſunt quin ſubiecti ſint dominis, & ſeruitium, honorem & reuerentiam eis debeant l. potiores. Co. de offi. recto. prouin. & l. j. C. de offi. præfe. vigil. & cap. j. qualiter vaſal. domi. iura debeat. & ca. j. de for. fideli. & etiam de noua forma. fidel. & c. j. §. his conſequenter. & ibi Bald. Car. Alex. Aluaro. hic finitur lex domi. Frede. deinde inci. conſue. & Bal. in l. cùm plures. C. de condi. inſertis. & per iuramentum fidelitatis probatur poſſeſſio dominij. cap. longinquitate. xii. q. ij. & in Lombarda ſi actor regis res, &c. l. fin. & Io. Andr. Abb. & Felin. in c. ſi diligenti. de præſcript. & Abb. in conſi. l. xij. in prin. vol. ij. vbi conſuluit pro duce Auſtriæ contra ducem Burgundiæ. † Nam certum 52
eſt quòd conſules non poſſunt ingredi conſulatũ, niſi domino aut eius officiariis iurauerint vel fidelitatem promiſerint antequam conſulatum recipiant. text. in c. j. §. hoc quod nos. verſi. conſules. & ibi Bal. Aluaro. & Card. Alex. de pace Conſtan. & venientes. verſi. & ibi Abb. ſic de iureiuran. & Bart. in l. publius. ff. de condi. & dem. & tex. in Lombarda. in l. iij. de Scabi. & cancella. ſinguli vniuerſitatũ debent iurare vniuerſaliter per ſyndicos ſuos ſecundum Bald. in capit. j. verſi. quid de ciuitate. quo tempore miles inueſti. pete. tamen mulieres non iurant ſecundum eum fidelitatem, & poſt dictũ fidelitatis iuramentum ſcabini inueſtiri debent de ipſo conſulatu per dominũ, vt not. Bar. in d. §. hoc quod nos. verſi. in ciuitate. aliàs ſi conſulatum intrauerint prætermiſſo iuramẽto ſunt tanquam malo ordine ingreſſi. & inde extrahendi & etiam puniendi vt tenet Bald. in c. j. §. vaſalli noſtri. quæro quid ſi iſti conſules. de pace Conſtan. † Et an ſit 53
verum quod officiarij non poſſunt gerere officium antequam iurent in manibus ſuperiorum: & geſta alia ſint nulla: vide gl. Bald. & doc. in l. rem nouam. in verſicul. præferatur. C. de iudi. qui tenent quòd valent. ſed Lud. Bolog. ibi in ſecundis interpret. tenet contrarium, prout vbi vide. Sed in conſulibus eſt expreſſum: vt in iuribus ſuprà al-

leg.

leg. Igitur domini tanquam superiores & nobiliores præferendi sunt l.fin.ff.de fi.instru. l.fin.ff.de albo.scri.& in l.iij.§.fi tamen plures sunt. ff.de liber. homine exhib.l.in reficiendo. ff. de damno infect. Tum quia melius.& vtilius est populum & reimpublic.regi per vnum bonum regem &dominum, quàm peripsum populum.l.fi plures.§.quod in tutoribus.ibi,sanè enim facilius vnus tutor, &c.ff.de administ.tuto.vbi gl.ponit versum, Segnius expediunt commissa negotia plures: quia nihil honestum est eorum quam multitudo tractat: vt auth. de referen.sacri palat. de quo vide quæ dixi in §.ij. in glo.iij.& etiam in addi.de iurisdi.omnium iudi. & ita tenet Arist. iij. politico. pluribus rationibus quas prosequitur Ægidius de Ro. intra de regimine princi. & Bart.in tracta.suo de regimine civita. vbi ante fi. distinguit triplicem gradum magnitudinis civitatum seu populorum. & ibi vide. & hoc etiam tenet Card. Alexand.in c.in apibus. vij.quæstio.j.& quod not.Bal.in j.constit.ff.§.itaque.versi. Item consuetudo dominorum, & omnes in l.ij.§. nouissime.per illum text. ad hoc singularem. ff. de orig.iur. Et quòd ad dominos pertineat clauium custodia videtur inclinare Guido Papæ in decisiõ.
54 ccccxxxj.ver.ad quintum dubium,† vbi dicit quòd domino & suis officiariis spectat & pertinet fieri facere per homines suos monstras, guietum, & echarguitum,& ipsos puniri si deficiant,vt ibi.Et in hoc regno circa excubias faciendas sunt certę constitutiones siue ordinationes regiæ: vbi quando & in quib. locis homines per dominos & capitaneos compelli possunt, & qua pœna homines mulctentur ob contumaciam & defectum faciendi guietum,de quo vide Bal.in l.cum mulcta.C.de bon.li. & Alexan. in consi.cxlv.incip.quoniam abundè & recte allegatum,&c.vol.ij.& etiam Pet. Antibo.in suo tract.munerum in vlti. parte versic. exoritur ex his alia quæstio vtrum dominus alicuius castri possit apascaiare alienigenis seu extraneis territorium inuitis suis hominibus.& tenet quòd sic,& idem in sequen.quęstio.quod banna consueta possit crescere citra consensum hominum: & ibi vide cum sequenti quæstio.& hanc partem tenet Lucas de Penna dicta l.est verum.de incolis.in illa quæst. qui compellantur ad custodiam civitatis: vbi dicit quòd custodia civitatis non alij quàm domino, vel ei qui vice domini fungitur committenda est. argum.l.tertia.ff.de acqui.rerum domini. & idem tenet in dicta lege quicunque.de exacto.libr.xij.in illa quæstio. quando sunt duo domini alicuius civitatis vel castri, quorum vnus habet iurisdictionem tantùm in parte sua: & alter habet imperium in sua parte: & iste qui habet merum imperium imminente bello vult totam civitatem custodire, alter vult etiam custodire, nec pati quòd in parte sua exerceat potestatem: vbi concludit, quod ad habentem merum imperium spectat & pertinet totam civitatem custodire:& fundat se pluribus &
55 singularibus rationibus. † Tum quia merum imperium est nobilius, potentius, & dignius ipsa iurisdictione,l.imperium. ff.de iurisd.omnium iudic. sed quando concurrunt in idem nobilius & ignobilius, potens & impotens, dignius & minus dignum, nobilius, dignius & potentius semper trahit ad se id quod est ignobile, impotens, & indignum.l.in rem actio.§.j.& sequent.ff.de rei vendi. & l.cum quidam.§.fin.ff.de auro & argen.leg.cum similibus per eum allegat.& dixi in tractat. nostro de authoritate magni rega.consilij: ergo is qui merum habet imperium eius ratione totam prærogatiuam sibi in civitatis custodia vendicabit: ita in proposito dicendum est ad dominos qui ad vtrunque habent, scilicet imperium & plenissimam iurisdictionem, & non ad consules seu scabinos qui imperio & iurisdictione carent, vt dictum est, custodiam clauium spectare debere, nec aliquam profecto habent in his experientiam,saltem talem qualem domini habent, vt his temporibus nos de habitatoribus civitatis Tornacensis docet experientia, qui noluerunt à domino nostro supremo armigeros ad tuendam eorum civitatem suscipere ob prodendam civitatem & intelligentiam, quam forte cum illis godonibus Anglicis civitas inimicis Franciæ antiquis habebant: vnde ab hac hora perdidit nomen Tornacen. de immutabili mutabile vocabitur, Tornacensis à tornando, quæ proditorie tornauit. † Tum etiam cùm res inter 56
aliquos diuiditur is habet electionem qui maiorem in ipsa re portionem habet, ac eligendo præfertur,l.ij.C.de metat.& epi.lib.ij. & l.lancimus.§. ne autem. C.de dona. vt videtur in fisco, qui ratione præeminentiæ potest vendere totam rem communem & partem pretij consorti suo (cuius est rei maior pars)numerare.l.j.C.de vend.rerum fiscal. lib.x. & non solum rem communem cuius partis est dominus, sed etiam rem sibi & priuato obligatam.l.res quæ. §.res autem ff. de iure fisc. ita is qui habet in toto, vel in parte civitatis merum imperium, quòd excessiuè nobilius & potentius est, quàm sola iurisdictio, ad quod pertinet cogere & coercere dict. l. imperium: præferendus est in custodia civitatis. facit l.si pluribus.ff.de leg. j.& quod not.Innocent.in capitul.ad hæc. in gloss. vel de offic. archidiacon. cum ratione nobilitatis imperij quò ad custodiam & protectionem tota ipsi domino habenti merum imperium censeatur esse subiecta: & etiam de proprietate imperantis potius est protegere & custodire quàm alterius nõ imperantis,vt not.in proœ.ff.in prin.ad hoc bon. text.& ibi omnes in l.iij. quæ habet, nam salutem reip.tueri nulli magis crediderit conuenire:nec alium sufficere ei rei quàm Cæsarem. ff.de offi.præfe. vigil. & aliis iuribus per ipsum Lucam eleganter in d.l.quicunque,adductis.vbi in fi. per prædicta,& alia per eum allegata decidit aliam q. si † duo 57
domini sunt eiusdem civitatis,& alter habet in sua portione iurisdictionem tantum,alter merum imperium in tota civitate, quòd iste potest altero inuito totam civitatem custodire: quia si is qui in sua tantum parte merum habet imperium, totam potest custodire: à fortiori qui ipsum imperium habet in integra civitate. & ibi vide. pro hoc facit l.contra pupil. §.is qui ad maius. ff.de re iudi. vbi dicitur quod in pluribus superioribus maiori est obediendum.& ca.qui resistit.xj.quæstio.iij. & no. Bartol.in lege secunda.§.fin.ff.de custo. reorum.& Bald.in l.Senatus.ff.de accusa.Sed aliud in pluribus filiis alicuius domini videtur secundum Guil. de Cug.in l.j.ff.de offic.consul. quòd vnus non potest exercere iurisdictionem sine aliis in territorio communi: quia licet secundum eum quando sunt plures iudices ordinarij vnus ipsorum possit exercere iurisdictionem sine aliis. & Lucas de Penna. in l. nihil. circa medium. Codic. de palat. sacra. largi.l.x. & Paul.de Castr.in consil.lxxxij. incipien. in causa quæ vertitur inter reuerendum patrem,

&c.volum.ix.& Ioann.Fab.& Sal. in l.cum magiſtratus. C. quando prouoc.non eſt neceſ.Innoc.in c.cum M.Ferrarien.& ibi Felin.in verſ.extra gloſſ. & conſtitu.& Felin.in cap. cauſam matrimonij. in princ.de offic.delegat.& Calder.in conſ.xcj.tamen non ſic in hoc caſu.ratio differentiæ eſt ſecundum eum:quia plures ordinarij habent à principio vſq; diſtinctam iuriſdictionem: ſed filij à principio vſque non habent diſtinctam iuriſdictionem: quia ſucceſſerunt patri: & ideo coniunctim debent exercere iuriſdictionem.alleg. §. ſi verò canonicum. in authentic.de mandat.princip.qui §.eſt illius authentic.& cum iſta opin.domini Guil. tranſit Bal. in dict.l.prima,de offic.conſuet.in vij. quæſtion.&

58 in l.final. ff. de rerum diui. † vbi dicit quod vnus dominus non poteſt punire alium.& idem Barto. in l.inter tutores.ff.de adminiſtra.tuto.& Lucas de Penna in d.l.nihil.Cod.de palati ſacra.lar.lib.xij.& hanc ſententiam videtur tenere Barto. in ſuo conſilio clxxxix.incip.primò quæritur.verſicul. ſecundò oportet videre. dum dicit quòd iuriſdictio & imperium competit omnibus filiis inſolidum, & quilibet poteſt exercere diuiſim pro parte ſua. Et hoc ſi diuiſio fuerit facta: ergo cùm hoc operetur diuiſio ſecundum eum,ſi nõ fuerit facta diuiſio exercitij iuriſdiction. concludendum eſt quòd vnus non poſſit ſine alio. Sed idem Bartol. tenet contrarium in l.Pomponius,ſi vni alias incipit.l.ſi vni. ff. de re iudic. quòd vnus ſine aliis poteſt iuriſdictionem exercere abſque diuiſione. mouetur:

59 †quia ea quæ ſunt indiuidua tranſeunt ad hæredes inſolidum. lege ſecunda. §.ex his. ff.de verborum obligationibus.& l.hæredes. §. an ea. ff. famil. erciſcund. limitat tamen hoc procedere niſi agatur de commodo mulctarum ſeu pœnarum,quia tunc vnus ſine aliis non poteſt iudicare ſeu exercere iuriſdictionem. allegantur in argumen.lex hæredes. §.final.ad Trebellian.& Angel.in dicta. l. Pomponius. ſequitur Bartol. in parte dicens ſimpliciter quòd vnus ex dictis filiis poterit exercere iuriſdictionem ſine aliis, etiam ſi agatur de commodo mulctarum. mouetur, quia tam iudices ordinarij quàm delegati debent habere commodum ſportularum.l.cum clericis. Codic. de epiſcopis & clericis.& authentic.offeratur.C.de litis conteſt.& tamen ſi iudices ſint, vnus ex eis poteſt exercere iuriſdictionem & iudicare ſine aliis,vt habetur in dicta l.j. de offic. conſul. item ſi ſint plures delegati ſubalternatiua de qua in c. cùm plures. de offic. deleg.libr.vj.vnus ex eis poteſt exercere. dicto capitul.cùm plures.licet habeat commodum ſportularum. §. ne autem labor.in authentic.de iudic.Ergo idem debemus dicere in quæſtion. prædicta, quòd vnus ex filiis poſſit ſine aliis exercere iuriſdictionem, & iudicare, licet agatur de commodo mulctarum ſeu pœnarum. ſed hoc motiuum Ang. reprehendit Ioann.de Imo. in d.l. Pomponius,di-

60 cens † quòd licet iudices delegati habeant ſportulas, tamen non habent commodum eius de quo principaliter agitur.& ipſe ſequitur Barto.quando commodum eius de quo agitur ſpectat ad ipſos iudicare debentes,quia cum habeant regalia in loco debent habere commoda pœnarum & mulctarum. ſed Alex. ibi dicit quòd non videt rationẽ diuerſitatis vrgentem.vnde veriorvidetur opi.Angel.indiſtinctè ſecundũ eum,qui ſequi. Bart.quem etiam ſequuntur Pet.de Ancha.Card.Flor.Imo.& Abb.Sicul.in c.prudentiam.de offi.delega.& idem de ſanct.Gemi.de arbi.lib.vj.ſed Ant.de Butr.in d. c.prudentiam.ſequitur Guil.de Cug. & idem Pau. de Caſt. in dict.l.Pomponius.& ſingulariter Iaſ.de ſanct.Georg.in tract.ſeu verſi. dubitatur etiam vbi dicit opin. Guil. & ſequacium in ſecreto iuris eſſe veriorem, vt ibi per eum qui adducit plures rationes. † ſed ipſis filiis diſcordantibus ſuperior poterit eos cogere a l ſe concordandum, vel ſaltem diuidendum vſum iuriſdictionis alternis annis. ar. l. Lucio,& ibi Bar.& Moder. ff.de aqua.quot.& eſti. idem & Alex.in conſil.vij.& conſi.xxvj.volum.v.& Angel.in d.l.ij.§.ex his.& ibi pulchrè Andr.Bartol. cum ſeq.ff.de verſic.ob. qui ſequitur Bart.dicens ſepluries conſuluiſſe. & idem in d.c. prudentiam.& Abb.in c.fi.de re iud.alleg.glo.celebrem in c.licet. xvj.qu.iij. quæ dicit quando eccleſia quæ eſt ſita in limite duarum diœceſium,&in vtraque diœceſi habet parochianos, ſi diſcordent ſuperior poteſt cogere, vt alternis annis vtantur.de quo per Bart.in l.quod conciane.in fi.ff.de dam.infect. & Ioann.de Plat.in l.omnes profugi.verſi. quid autem. C.de agric.& cenſit.libr.xj.& text.in cle. plures.ibi,alternis vicibus præſentando,&c.de iure pa.quia ſecundum Bar.in l.inter tutores.ff.de admin.tut. & in d. conſ.clxxxiv. † iuriſdictionis adminiſtratio diuidi 62
poteſt,non tamen ipſa iuriſdictio.& idem Felin.in d.c.prudẽtiam.vbi dicit quòd in iuriſdictione non cadit vera diuiſio,maximè in tribus caſibus,videlicet in iuriſdictione feudali ſecundò in iuriſdictione vnius loci tantùm,etiam ſi nõ ſit feudalis,tertiò in dignitate, & in duobus primis caſibus ſecundũ Fel.cogantur fratres cõcordari,vt §. in tertio nullũ eſt remediũ,ſed primogenitus omnes excludit, & non fit diuiſio,vt no.Abb.in d.c.prudẽtiã.per tex. & gl.in c.licet.de voto.& eſt glo.in c.ſi hæredes.in gl.de teſta.vt j.dicã.Sed quo ad cuſtodiam clauium in pluribus fratribus dicit Bart.in d. l.cùm pater.§. pater plurib.ff.de l.ij.quod pertinet ad maiorẽ & antiquiorẽ.per tex.in d.l.fi.de fide inſtru. prout quotidie videmus quãdo adminiſtratio alicuius domus plurib.cõpetit,maior in tali adminiſtratione prepo nitur,vt tradunt Inno.& doct.in c.cùm deputati.de iudi.& in c.j.de maiori.& obedien.& ibi Fel.verſi. demũ,&c. vbi adducit in ſimili Bar. de pace Conſtant.in ver.ergo quod ille qui eſt nobilior & potẽtior in liga,intelligitur ſuperior ad conuocandũ alios.& de hoc vide quæ dixi in tract.de autho.magni regni regalis conſilij.itẽ adducit Bald.in c.quoniam contra falſam.verſic. quid ſi iudex. de proba.
† quòd ad notarium antiquiorem pertinet cuſtodi 63
re originalia actorũ.quod not. per conſuet. Franciæ,vbi duo notarij in receptioneinſtrumentorum & contractuum requiruntur.Et idem in codicib.rationum qui debent manere penes antiquiorem, l. certè.§.fin.cũ l.ſequen.ff. famil.erciſc.& l.procurator.C.de eden.vbiBal.dicit,quòd cuſtodia clauium pertinet ad antiquiorem & maiorẽ natu.& idem in trac.ſchima.poſito poſt tit.ſi quis aliquẽ teſta.prohib.& Iaſ.in d.l.cùm quid.ſi cer.pet.ver.vlti. alleg. Pe.de vbal.in tract.de duobus fratribus. in xj. q.xj. partis,quòd ſi duo fratres habent caſtrum commune: primogenitus debet tenere claues portarum & ſigil.ũ,per dd.cùm pater.§. pater pluribus. per quẽ text.decidit etiam Andr. Barb. in addi.ad Bald. de feud.guardiæ.in j.§.item in verbo.& ibi not. quòd
† ſi pater dicat,concedo cuſtodiam caſtri tali filio 64
meo, non intelligitur conceſſum in feudum guardiæ,ſed in meram cuſtodiam & tanquam prudẽtiori

tiori aliorum fratrum.& ideò non lucratur fructus. alleg.d.l.cùm pater.§.pater pluribus.Cardin.Alex. in d.c.ius naturæ. vbi dicit quòd ſi dominus alicuius Rochæ vel Arcis dicit alicui caſtellano, recommendo tibi talem Rocham,intelligitur in cõmendam vel depoſitum ſibi tradidiſſe. l.commendare. ff.de verb.ſignifi.l.patronus.§.Sempronio.ibi, ſub cura.ff.de leg.i.j.quod enim ſecundum eum cuſtodiendum conceditur naturam depoſiti non excedit,quando non accepta pecunia depoſitum committitur, &c. & ideò non lucratur fructus per d.§. pater pluribus.& idem Pet. de Anch.in d.clemen. j.§.ſane. & Alex. in d.l.clauibus. & an cuſtos faciat fructus ſuos.vide gl.& doct.in d.c.generali. in ver. reditus.& hodie ſtant ſuper ordinationes regiæ in hoc regno Franciæ per chriſtianiſſimum regem Lud.xij.& dominum meum ſupremũ editæ. Quid dicendum eſt in hac quæſt.& aliis adductis? Videtur pro opi.doctorum cõcordanda eſſe diſtinguẽdum.Et primo quod quando ſunt plures fratres & filij alicuius domini,aut ſunt plures domini, vt ſæ-
65 pe contingit,†licet ſecundum Aluar. in c.vnico.§. fi.de feu. alie. à principio pluribus non poſſit dari vna & eadem dignitas:quia eſſet mõſtruoſum duo capita eſſe in eõdem corpore: vt not.in l.j.Cod.de metropo.Beryto.lib.xj.& in c.quoniam.de off.ord. ideò ſecundum eum duo in ſolidum habere non poſſunt,l.ſi vt certo. §.ſi duob.vehiculum. ff.commo.licet in talib. feudis hodie detur ſucceſſio quò ad filios qui habentur loco vnius & pro vno reputantur,cùm ſuccedant in locum vnius: vt l.cui fundus.ff.de condi.& demonſtra.& no.gloſ.optimam in c.omnes.ſi de feud. fuerit controu. & ideò dicit quod tex.in cap. Imperialem. §. præterea ducatus dum loquitur de conſortibus, loquitur de hæredibus qui ſucceſſerunt in locum vnius.licet Andr.de Iſer.ibi ſecundum Aluar.ſentiat contrarium. ſed ipſum Aluaro.ſequitur Bart.Sozin.in conſ.clxv.ver. vltim.prædicta concluſio.& lib.ij. & ideo tales filij & domini ſi ſunt æquales & pares in iuriſd. & imperio & omnes ætate maiores, quòd hoc caſu opi. Guliel.deCug.in d.l.j.de offi.conſul.procedat mero iure inſpecto, quòd vnus ſine aliis & ipſis inuitis non poſſit exercere iuriſdictionem: quia par in parem non habet imperium.l.nam magiſtratus. ff. de arbi.& l.ille à quo. §.tempeſtiuum. ff.ad treb.& c.innotuit.de elec.quoniam filij omnes ſunt,vt dicit tex.in §.illud quoque.in auth.de nup. & ſic erit vnicuique tradenda vna clauis ciuitatis vel caſtri, ſecundum de Zabar.& Imo.in d.§.ſanè. tamen debent ſe concordare in exercitio & vſu iuriſdictionis.l.huiuſmodi.§.fi.de leg.j. Et ſi concordari non poſſunt,compelli debent ad ſe concordandum. d. l.huiuſmodi.§.fin. ff.de lega.ij, vel diuidendum vſum iuriſdictionis alternis annis, vel conſtituere vnum iudicem ſeu locumtenentem,ſecundum do-
66 cto.in locis ſupra allegatis.†Et ſic videmus ſeruari in pluribusdominis huius regni qui tenent ciuitates & caſtra in parili ſocietate, hoc eſt in *pareage* Gallicè, vt in ciuitate Gratianopoli, vbi rex exercet iuriſdictionem ab anno per ſuos iudices, & epiſcopus eiuſdem ciuitatis alio anno: & etiam ſic fit in ciuitate Condonuen. & aliis multis locis regni. & ſentit Io.Fab.in d.l.cùm magiſtratus. in fin. C.quando proup.non eſt necc.Quia licet Barto.& ſequentes loquantur indiſtinctè quòd iuriſdictio ſpectet ad quemlibet filiorum inſolidum. & hoc verum eſt, & in hoc conueniunt omnes docto. ſed non quò ad exercitium iuriſdictionis. Si verò fratres vel domini ſunt diſpares & inæquales in iuriſdi.& imperio pro diuiſo: & tunc qui eſt maior in iuriſdictione vel imperio præponitur imminente guerra & neceſſitate in adminiſtratione & cuſtodia totius ciuitatis vel caſtri,vt tenet Luc.de Penn. in d.l.quicunque.& ſupra dictum eſt, ſed non eſt intelligendum, quòd per hanc adminiſtrationem & cuſtodiam abſorbeat totaliter iuriſdictionem aliorum condominorum, quam in parte ſua habẽt, ſed quòd ſolum habeant regimen ſeu cuſtodiam & ſuperintendentiam: aliàs confunderetur ordo, niſi vnicuique ſua ſeruaretur iuriſdictio.c.peruenit xj.q.j.quia quando ordinarij habent ſe non vt pares,ſed vnus eſt maior altero: tunc maior præueniens eſt potentiõr,vt not.Bal.in c. vno delegatorum.de offic.deleg.& doct.in d.l.j.de offic.conſul. & in d.c.prudentiam.& in c.ij.de arbi. lib. vj. † ſi 67
verò in ætate ſint diſpares fratres ſolum: quia vnus eſt maior aliis, & tunc cum de iure & conſuetud. maior natu habeat tutelam & adminiſtrationem corporum & bonorum ipſorum fratrum minorum,vt plenè dixi in §.vij. & x. de ſtatu perſonarum, lib.conſuet.Biturig. debet habere exercitium iuriſdictionis & cuſtodiam clauium, vt tenet Bart. in dict.§.pater pluribus.& Bald.in d.l. procurator. & doc.ſupra alleg. quid ſi aliàs eſſent inhabiles vt cæci,an poſſint exercere: videtur quod non. l.cæcus.ff.de iudi.& l.j.§.caſum.ff.de poſtu.tamen Bar. Angel.& doctor.in dict.l.cæcus.tenen.quòd cæcus poteſt ſuccedere Baroni etiam habenti iuriſdictionem. licet de nouo talis dignitas ei conferri non poſſit. & poteſt ſententias ferre per vicarium, vt ibi.& idem tenet Abbas Sicul.in conſil.xlvij.volumin.j.Item etiam de vſu & more Franciæ, ſecundum quos primogenitus maſculus inter nobiles habet anagium, id eſt, ſignoriam ſeu dominium loco ſui patris, ſimul cum volatu caponis, vt tenet Ioan.Fab.in §.cæterum.inſt.de hæred.quæ ab inteſta.deferuntur. & latè dixi in §.ij.verſicul.præterea nota vnum. de teſta. debet igitur habere exercitium iuriſdictionis. Item etiam quando in dignitate conſiſtit iuriſdictio, vt ducatus, marchionatus & comitatus qui diuidi non poſſunt. text. in capitul.primo.§.præterea ducatus.& prohibit. feud. alien.per Frideric. & dixi in §.j. & ij. de conſuetud. feud.& Abb.Sicul.in conſil. xij.verſicul. ſciendum eſt enim. volum.j. & Alexand.in dict.conſil.vij.& xxv.& his caſibus † ad maiorem natu pertinet to- 68
tam exercere aut exerceri facere iuriſdictionem, cum omnes excludat in eadem. ſin autem loquamur de dominis particularibus & conſulibus ciuitatum & caſtrorum, & mihi videtur eſſe diſtinguendum inter principem qui ſuperiorem non recognoſcit, qui habere poteſt hoſtes, prout nunc chriſtianiſſimus dominus meus ſupremus qui Papam, Imperatorem, Hiſpanum & Anglum reges, Suenos, Venetos, & totam Italiam quicquid illud diſſimulet, hoſtes & inimicos habet (qui piiſſimus dominus noſter Ieſus Chriſtus ſua benigna pietate & miſericordia aduerſus eos victoriam concedere dignetur.) Et alium principem aut Baronem qui ſuperiorem recognoſcit in principem: & tunc ad eum vel eius capitaneum ad gradum ciuitatis commiſſum ſpectat cuſtodia clauium ciuitatum & caſtrorum regni: & etiam in limitibus poſitorum, & non ad baronem loci,vel ad conſules. dict. l. quicunque. de fun. limitro. & dict.l.nam ſalutem. de offic. præfe.vigil. quia ſecundum Innocent.in d.c. piſanis.in talibus

caſtellis in confinibus poſitis etiam ſi alterius domini minoris ſint, nullus citra principis authoritatem poterit deputare cuſtodes & caſtellanos. & idem Cardin. Alexand. in d.c. ius gentium. q. pen. licet quidam dicant ad Baronem, aut alium dominum pertinere & non ad principem, cum hodie ſciſſum ſit imperium, & maximè in hoc regno Franciæ, ſecundum Alber. de Roſ. in l. fin. C. de iur.
69 omn. iudic. dicen. † quod in partibus vltra montanis iuriſdictiones ſunt diuiſę, & merum & mixtum imperium per comites & barones exercerì debèt, & ibi venduntur & donantur, ac de iis faciunt ſicut aliis rebus. Et ſubiicit ibi Alberic. ſe credere, quòd hoc ſit potius de facto quam de iure. & idem Iaſon. de ſanct. Georg. in tractat. ſent. verſicul. quid ſi rex vel dux. tamen regulariter omne feudum eſt diuiſibile. de vſu & natura feudorum, exceptis feudis dignitatum, vt regni, ducatus, &c. d. §. præt. ducat. & tenet doc. in locis ſuprà allegat. & Bald. in dict. cap. vno delegatorum. verſicul. quæro cum iuriſdictio. & in l. ſi plures. C. de condit. inſer. & iſtæ dignitates poſſunt diuidi, ſi conſuetudo ſit diuidèdi ſecundum omnes in dict. §. prætor. duca. & latè dixi in dict. §. j. ij. vel niſi princeps diuideret. quod facere poteſt. vt notat Bald. in dict. capit. vno delegatorum. allegat text. in l. ſi eadem. ff. de offic. aſſeſſ. bonus eſt textus in dict. l. in nomine domini.
70 C. de offic. præfe. Afri. † Tamen reſponetur quod licet feuda hæc vendantur & donentur irrequiſito domino, hoc eſt de facto & conſuetud. Franciæ. & non vſu feudorum. & in hoc bene dicunt, de quo recurre ad ea quæ dixi in dict. §. j. & ij. Item quod licet quò ad quędam ſit imperium ſciſſum, non tamen quo ad omnia, cùm omnia ſint principis, & in toto regno eſt ſuperior & domin. directus ſupremus, non ſolum quo ad tuitionem & protectionem regni. l. bene à Zenone. C. de quadrienn. præſcript. c. quo iure. viij. diſtinct. & aliis iuribus. ſuprà allega. ſed etiam profectò quo ad exercitium iuriſdictionis meri & mixti imperij per totum ſuum regnum ſaltem mediate: quia omnes appellationes à ducibus comitibus & aliis baronibus & dominis iuriſdict. habentibus interiectæ ad ipſum & ſuas parlamentorum curias ſupremas deuoluuntur, l. imperatores. ff. de app. & iſtud regimen cum per vnum vniuerſaliter totum regitur, vocatur ſecundum Ariſt. regnum, quod nos dicimus imperium: ſecundum Bartol. in dict. tractat. de re-
71 gi. ciuitat. † & eſt optimus regendi modus ſcilicet monarchia ſiue gubernatio vnius regis: vt ſupra dixi. & quæ pulchrè notat Anton. de Butr. in capitul. final. cum ſequent. de cauſa poſſ. & propriet. Nam, vt inquit Luc. de Penn. in l. quicunque. nota. fin. Codic. de omni agro deſerto. lib. xj. quod ſicut inter virum & vxorem matrimonium carnale contrahitur & œconomicon: ſic inter principem & rempu. matrimonium morale contrahitur & politicum. Item ſicut inter eccleſiam & prælatum matrimonium ſpirituale contrahitur & diuinum. vt vij. quæſtion. j. c. ſicut. & de immunitat. eccle. c. quoniàm. lib. vj. & plenè Feli. in c. quoniam frequenter. §. porrò. in princip. vt lite non conteſt.
72 † ita inter principem & rempub. matrimonium temporale contrahitur & terrenum. & ſicut eccleſia eſt in prælato, & prælatus in eccleſia, vt vij. qu. j. c. ſcire quàm caſtè regere debet. xxj. quęſtio. ij. ſicut ita princeps in repub. & reſpub. in principe. vt ibi per cũ qui latè proſequitur. Si verò loquamur in duce, comite, barone aut alio domino: & dico ad ipſos dominos ſpectare & pertinere guardiarti clauium per iura ſuprà alleg. cum habeant regimen particulare ſuorum locorum, quod appellatur regimen domini naturalis, & non ad ipſos conſules & decuriones ciuitatum vel caſtrorum. Non obſtant iura & rationes pro parte ipſorum conſulum adductæ, quibus faciliter quilibet per ſupradicta reſpondere poterit. Et præcipuè ad conſuetudin. generalem, quæ potius dicitur corruptelæ quàm conſuetudo, cum dominis de iure naturali gentium & ciuili competat clauium cuſtodia, vt eſt caſus expreſſus ad literam quæ ponit ſecurim ad radicem in l. ad officium. §. officium. ff. de re
73 milit. vbi inquit textus, † officium tribunorum eſt, vel eorum eſt, qui exercitui præſunt milites in caſtris continere, & ad exercitationem perducere, claues portarum ſuſcipere, vigilias interdum circuire, &c. hoc probat Ariſtoteles vj. politicorum. vt dixi ſuprà. verſicul. Nam experientia multa indiget, &c. Et ſic habent intentionem in hoc de iure communi fundatam, vt nota. Hoſtien. & doctor. in ca. ſi diligenti. de præſcript. & in capitul. minus. & ibi Ioann. And. de iureiuran. aduerſus quos ipſi conſules ſeu homines ſubditi non poſſunt aliquo tempore illud ius vel obedientiam eiuſdem rationis ſubiectionis integralis, & non in parte, ſeu aliquo iure tantum debitam præſcribere. ſic loquitur Innocent. in dict. capitul. olim cauſam. & alia iura pro parte conſulum allegata. licet alius hoc poſſet, cuius nomine præſcriptionem allegaret. c. cùm ex officij. cum ibi not. per Abba. & Felin. de præſcript. cùm nomine & voluntate expreſſa dominorum habuerint cuſtodiam clauium, & eiſdem claues tradiderunt cuſtodiendas: igitur præſcribere non potuerũt, l. malè agitur. & l. competit. & ibi omnes. C. de præſcript. xxx. anno. niſi ſecundum Bald. in d. l. malè agitur. interueniſſet ex parte ſubditorum contradictio, & ab illo contradictionis tempore remanſiſſent in poſſeſſione: quia tunc inciperet currere præſcriptio: aliàs non, de quo vide quæ dixi in §. j. & latius in §. iij. de præſcri. & Abb. Sicu. in conſ. lxij. vol. ij. vnde ſecundum Luc. de Pen. in d. leg. quicunque. ver. ſic etiam, &c.
74 † Comites & Barones, tam ex forma priuilegiorum quàm etiam ex vetuſta conſuetu. habent in caſtris & terris eorum nonnulla præcipua domanilia, puta iuriſdictiones, aquas, & decurſus aquarum, montes, nemora, paſcua, fortalitia, & in partibus Apuliæ clabana, & etiam in Francia. de quo per Ioannem Fab. Ang. Aret. & Iaſon in §. æquè ſi agat. inſtit. de act. & alia huiuſmodi quæ per eorum vaſallos poſſideri non licet, neque præſcribi. l. fin. de fund. limitr. Et poſſunt infeudare caſtra alicuius ciuitatis, & tollere eis iuriſdictionem. Et tenet Baldus quem ibi ſequuntur Aluaro. Mart. Laud. & Cardin. Alexand. in c. j. de nat. ſeu. vbi quærunt an Imperator poſſit infeudare caſtrum alicuius ciuitatis Lombardiæ, cui competebat per legem & pacem
75 Conſtãtiæ iuriſdictio. † & dicunt quod ſic. & idem tenet Fran. de Curte in tra. feu. in ij. parte. ver. ſecũdò principaliter quæro. Tamen contrarium fuit iudicatum in magno conſilio pro ciuitate Breſſiæ contra nobiles de Gambera, quib. chriſtianiſſimus & ſupremus dominus meus dederat certa caſtra & iuriſdictiones Briſſienſibus competen. & ſeruata fuit opin. Alexan. in d. conſi. j. vol. v. ſuprà pro parte conſulum alleg. Et vbi conſolib. competeret cuſtodia, eſſet dicendũ dominos eſſe eiſdem in hoc ſubditos, quod ridiculum eſſet. l. minor autẽ magiſtratus.

tus.ff.de minor.c.cùm inferior. de maior.& obed. Nam ciuitates & vniuersitates locorum quæ habent plerunque processus cum dominis iura & deueria prosequentibus denegare possent aperturam portarum castri, quod ius abhorret subditum fieri correctorem superioris in authent. de nup.§. sed quòd sancitum est coll.iiij.&no.Bal.in l.etiam. ver.quæro quòd si rustici claudùt portas.C.de executioni.rei iudic.quia ipsis dominis frequenter inuident populares,vt dicit gl.vlti. in l.famosi. §.fin. ff.ad l.Iul.maie.& vt ait Arist.quē Bal. alleg.de pa-
76 ce Constan.in c.j.§.conuenticula.† communis custodia regni & ciuitatis est non sinere vllam crescere præter cōmensurationem, quod esset si permitteretur hominib.custodia clauium.vnde Bar.in consi.cxxxvj.incip. capitaneus patrimonij. videtur ita decidere, dicēs, si capitaneus fecerit cōstitutionē,quòd nulla ciuitas castrū vel villa eligeret in potestatē aliquē ciuitatensem sub certa pœna,& communitas, & homines castri prædicti qui erant in possessione sibi eligendi potestatem quē vellent à tempore cuius non extitit memoria, eligerent in potestatem communē Perusij: modò capitaneus condemnauit eos in dicta pœna,quod potuit facere in vim præcedentis constitutionis: quia dicta consuetudo non est proprie cōsuetudo sed potius prescriptio, cùm consuetudo sit quæ ex tacito cōsensu populi & cuius reporis inducat aliquod ius, quod populus expresse consentiendo facere potuisset.& ita loquitur l.de quibus.ff.de legib. & l.j.
77 C.quę sit longa consuet.† sed quando quis præscribit contra alium,quod si vellet statuendo non posset inducere, vt quod habeat ius eligendi potestatem,vel custodiendi claues: tunc est præscriptio,& idem consilium reperitur nu.227. sed hic consules non potuerunt præscribere,vt dictum est, & cùm non habeant territorium,non possunt præscribere, l.j.C.de cohortali.lib.xij. Præterea clare etiam demonstratur & respondetur, quoniam certum est, quòd qui in iuris incorporali vtitur iure corporali in parte seu in vno arti.& his in cęteris seu in totum retinet.l.si stillicidium.§.final.ff.quemadmod.ser. amit.& l.vna est vltim fin. ff.de ser.rust.prædi. & hoc tenet Inn.quem sequuntur doct. in c.cùm dilect.de simo.Sed vt dictum est, domini habēt merum & mixtum imperium,& plenissimam iurisdictionē,qua per se & suos officiarios vti sunt,& fuerunt,ac de præsenti in eorū territorio vtuntur,quā clausula vtitur cancellaria Fraciæ in priuilegiis per regiam maiestatē cōcessis,vel ipsis renouandis,siue confirmandis, quæ in cuiuslibet regis aduentu, vel propter antiquitatem renouari debent, vt in authē. de hæred.& fal.§.sed quoniam.& ibi glo.in verbo, reparare.& in auth.de quęst.& in l.fi.C.de diuersis prædiis.lib.xj.pro qua clausula allego text. qui hodie nascitur in l.vlt. ibi itaque arare consueuerant,
78 & in præsenti colūtur.C.de feud.limitro.† Et quāuis reperiatur quòd domini vsi non fuissent prærogatiua clauium,& iure eas custodiendi: attamen in aliis iuri. seu capitulis iurisdictionis vsi fuerunt vt dictum est:certè per hoc retinēt iurisdictionem in iurib.quibus vsi non fuerunt. Et illud tenet Angel.quem ibi sequuntur doct.in l.si prius. per glo. in verbo,plures.ff.de aqua pluu. ar.& Guido Papæ in d.decis.dcxxxj.ver.his igitur.Et hoc tenendo cōtra Iasonem & alios per ipsum allegatos, quòd custodia clauium consistat in iurisdictione nonfacto. Nam actus custodiendi dominium iurisdictionis & superioritatis, non autem dominium ipsarum rerum particularium.& hoc probatur quia domini terrarum & castrorū tenentur custodire & protegere subditos homines ab iniuriis & incursionibus latronum, & etiam profecto extraneos transeuntes vel existentes in eorum territorio: cum teneantur stratam tenere securam, maximè si in eodem percipiunt pedagia,vt tenet Bart.& Ang.in l. ne quid.ff.de incen.rum. naufra. qui alleg.l.j.C.de lit.& itinerum custo.& tenet singu. Alex.in consil. lxxxviij.ver.præterea ille actus custodiendi,&c.vol. v.& intelligendum est de hominibus bonis: † quia 79
malefactores vel eorum bona non debet protegere, sed eos puniri facere, vel remittere ad suos iudices,vt not. Bald.per illum tex.in c.j. §.si index.de pace tenen.& ideo si aliquid derobetur in illo territorio,domini tenentur emendare damnum. Bal. in c.j.§.marchio. vertic. extra quæro.qui feud.dare possunt. qui alleg. Archid. in c. si quis Rompetas. xxiij.q.iij.vbi tex. hoc probat & idem Bald.in d.§. conuenticulas.pro quo allego glo. in auth. vt nulli iu.§.quoniam vero.in verb.vitiis. & Ant.de But.& Abb.Sic.in c.j.de rem.ispo. & Bart. in l.j.§.fin.ima. ff.de his qui aciec.vel effude.vbi dicit esse illa l ve- rum, quando damnum est illatum directa via, & non quando cùnti datum est in via obliqua & insolita,vt per syluas.vbi per eum & modern. † Eo 80
enim ipso quod dominus terrę facit dare bulletam tranſeuntibus, intelligitur eis dare fiduciam & securitatem per totum suum territorium,per ea quę not.Bald.in c.quæ sint regal.dum allegat Odofr.ed. in authent.habita.C.ne filius pro patre.& not.glo. & doct.in c.super quibusdam. §. præterea.de verb. signifi.nam hospites tenentur ad custodiam hospitum & rerum ipsorum, intantum quod non liberantur à custodia,per traditionem clauium factam hospitibus à custodia, vt tenet glos.Bartol.& doct. in l.debet.§.item si prædixerit.ff.naut. caupo.stabu.& Ioann.Fab.in §.item Seruiana. de actio. nisi protestatus fuerit antequam reciperet hospites,secundum Bartol.in d.§.item si prædixerit.per illum textum.& Felin.sic in capcum M.Ferrarien. versi. prima conclusio.de constitutio, sed plerunque custodes seruitorij,& in finibus territorij deprædantur viatores, vt dicit de Zabarel. in clement.ij. in princip.de pœnis.Et illæ bulletæ vocantur de iure literæ tractatoriæ ad transeundum datę,l.vna.C.de tractatoriis.lib.xij.& ibi glo.ff.dicit quòd datur bidenti his qui accipiunt literas ad transeundum per castrum francum.& pro hoc text. in l.j.si quis literas nostras despexerit,in Lombarda.per quæ clarè patet actum custodiendi esse in iurisdictione, qui connumeratur inter actus iurisdictionis: vt clarè probatur in d.l.officium.ibi,claues portarum susci pere,delicta castigare,& querelas audire, &c. Nec obstat quòd posset dici de cōmētariensi siue custode carcerum,qui habet clauium custodiam: vt per totum.ff.& C.de custo.reo.& in d.cle.j.§.sanè.versi.in quolibet etiam conclaui,&c. † Et sic est nu- 8
dum ministerium sine iurisdictione, in quo videtur electa industria personæ.cap.fin. §. cæterum.ff. de offi.deleg.& ita tenet glo.in dict.§.sanè. in versi.subdelegare,&c.dico quòd talesad illud officium custodiendum eliguntur & deputantur per iudices & alios dominos habentes iurisdictiones, sub quorum potestate & nomine exercent illud officium,vt dictum est.& quos possunt remouere: & tale officium olim in Francia erat perpetuum: sed hodie datur ad firmam & censam annuam, & vocantur geolerij. sed videtur quod hodie habeant

82 aliquam iuriſdictionem per d.§. ſanè. in fin. †vbi tales cuſtodes poſſint committere vel ſubdelegare tale officium etiam ſecundum glo.ibi ſine conſenſu domini. igitur, &c. quod verum eſt quo ad id & nó in alio, cum incarcerare ſit iuriſdictionis, ſecundum Ioan.Fab.& doct.in l.j.C.de priuat.carc.lo.et Spec.tit.de iuriſd.om.iud.§.notandum. teneat quod ſit imeri imperij.quod verum non eſt,vt eſt text.in §.audient.& ibi Ang. in authent. de defens. ciuitat. vbi defenſor ciuitatis non habet merum nec mixtum imperium. vt §. non volente. & tamen malefactores capit, & eos in carcerem dedit, quia ſecundum Ang. pœna carceris eſt potius mixti imperij quam iuriſdi.l.incredibile.C.de pœnis.& l.qui in carcerem. ff. quod met.cau. quam & quod non habent cuſtodes carcerum,& licet poſſit committere alij: non tamen liberaretur illum tradendo.l.ad commentarienſem. C.de cuſto. reo.& hoc ſi fuerit in dolo vel minima culpa, ſecundum Io. Fab.ibi, alias pro modo culpæ teneretur. Vel poſſumus dicere in can.d.§.ſane.cuſtodes clauium habere iuriſdictionem authoritate legis ſeu canonis: vt in ſimili eſt text.in d.c.vbi periculum. §.præterea.& ibi glo.in verbo,præſumant.quæ no.† laicum 83
cuſtodem conclaue Cardinalium habere poteſtatem in ipſos Cardinales.& idem in cle. ne Romani.§.porro.de electio.ibi compellant,&c.Ita tenet Landu.quem ſequitur Card.de Zaba.in d.§.ſanè.& Domi.& Phili.Franc.in d.§.præterea. Tamen vltimò quãdo committitur officium alicui, licet cum iuriſdictione etiam ordinaria, per hoc non derogatur maiori,l.j.C.de offic.præfect.vrb. & in c.per hoc. de hæretic. lib. vj. igitur iuriſdictio ſeu prærogatiua quam conſules prætendunt & habent ab ipſis dominis ſeu permiſſu eorum in clauibus cuſtodiendis non poteſt derogare iuriſdictioni dominorum,etiam in cuſtodia clauium.quamuis dicit Dyn.in l.Lucius.ff.de iure patro. † quòd ſi ruſticus eſſet intra vnius ex dominis, quod nihilominus duret ſub iuriſdictione aliorum dominorum. 84
argumen.illius textus.& ita mihi videtur: tamen domini extra neceſſitatem & periculum guerræ potius committere debent conſulibus ſiue Scabinæ cautis & rationibus per ipſos conſules adductis.l.vita vitã Chriſti miſſimum dominum meum ſupremum dimittere adminiſtratoribus ciuitatis Ambian. eo exiſtente ibidem tempore guerræ, quam Anglici ſibi inulte faciebant, cuſtodiam clauium: & etiam nihil eiſdem dominis conſtabat pro cuſtodia clauium ciuitatis & caſtrorum. † Quid ſi eſt quæſtio prout intellexi fuiſſe de facto 85
inter ipſos conſules: vnus qui manet in ſuburbiis vult habere cuſtodiam portæ illius partis ſuburbij, ſaltem particulæ, vt in caſu guerræ & neceſſitatis habitantes in ſuburbio ſe cum rebus eorum retrahere poſſint,cùm ſint de ciuitate, l. vrbis appellatio.ff.de verbor.ſignific.& plenè dixi in §.j.de conſuet. ſtatus perſo.ſed alter conſul qui eſt intra villam dicit quod ad ipſum non ad conſulem ſuburbij ſpectare debet, propter pericula & prodi.tiones quæ fieri poſſent:& etiam non tam ſecurè eſſe poteſt ciuitas, aut caſtrum, quod aperitur & clauditur tam extra quàm intra. Et ita fuit iudicatum, & bene.

DECISIO.

FINIS.

DECISIONES INSIGNES DOM. ÆGIDII MAGISTRI, EQVITIS, ET in ſuprema Pariſienſi Curia primi Præſidis.

CVM ARRESTO DE IVRE REGALIORVM Eccleſiæ Nannetenſis Britanicæ, pronunciato à morte dicti domini Præſidis.

Ex Gallico in Latinum conuerſæ.

BENEVOLO LECTORI.

SCripſerat olim Appius Claudius librum, quo legis actiones ad formam redegerat. Hunc Cneus Flauius ſcriba ſurripuit populóque tradidit, cui adeò fuit gratum id munus, vt Tribunus plebis, & Senator, & AEdilis fieret: quanto maiore præmio dignus videbitur is, cuius opera hic libellus exit in lucem reipublicæ noſtræ vtilitatem multò vberiorem allaturus? Nam actiones ab Appio Claudio compoſitæ, non poſt multum temporis ſpatium mutatæ, aliáque agendi genera ex fori diſputatione orta ſunt. Quæ verò hic libellus continet, edicti perpetui Gallicarumque conſtitutionum perpetuæ ſunt interpretationes, ex ſanctiſſimi ſenatus mente ac iudicio deprompta: quas cùm ipſius authoris, tum reipublicæ gratia, in aſpectũ lucémque proturi, recognoſcens me vtrique quamplurimis beneficiis deuinctiſſimum: reſpublica enim maiorem mei partem ſibi vendicat. Defuncto AEgidio Magiſtro quantum ego ac cæteri debeamus, puto nemini eſſe incognitum. Ille cùm in literis humanioribus progreſſum feciſſet nõ mediocrem, Iuri Pontificio & ciuili operam adeò ſedulam dedit, vt in cauſis priuatorum agendis primi nominis cauſidicus fuerit: exẽplóque Manlij, quem legimus tranſuerſo foro ambulaſſe, vt omnibus ſui copiam faceret, in patrociniis atque officiis forenſibus omnium ſuæ ætatis celeberrimus extiterit: ac tandem cùm publicas cauſas honorificè egiſſet, ſenatus ampliſſimi clauum tenuerit, illíque annos plus minus duodecim cum immortali nominis ſui gloria præfuerit, nihil iis, quæ à maioribus inſtituta ſunt, & longa veluti manu nobis tradita vel addens, vel adiiciens. Exiſtimabat enim immutatione morũ quos ab antiquis accepimus, rẽpublicam labefactari, ac tandẽ funditus euerti, vt eleganter notat Iſocrates in oratione, quam de pace ſcriptã reliquit: nouiſque moribus dicebat res non tam cõmutari, quàm euerti: vt quod Iulius Cæſar de M. Catone ſapienter dixit, Qui præſentem ſtatum ciuitatis commutare non volet, is ciuis & vir bonus eſt. de illo tanto præſide dicere ac affirmare audacter velim, qui dum aduocati aut præſidis officio ita fungeretur, omnibus non ſibiipſi ſatisfaciebat: ſed & iuriſprudentum libros diligenter ſcrutabatur, & quid ipſe cum ſenatus conſilio de cauſis elegantioribus iudicaſſet, quando otium dabatur, in tabulas referebat. Ex quibus induſtriam hominis, & imparem erga rempub. amorẽ facilè cognoſcimus, quod vel in muſæolo literis operam daret, vel domi, vel in baſilica Pariſienſi ius ſuũ cuique indeſinenter redderet, & præter ætatem velut alter Menedemus, aliquid meditaretur, aut quæ didicerat ſcriptis mandaret: aut denique cùm nullum tempus laboris vacuum ſibi daret, aliquid in reipub. commodum aggrederetur: cúmque hanc nobis operam tribueret, turbulentis temporibus cum armatis cohortibus militum animi furerent, non ſine magno apud nos relicto ſui deſiderio de vita deceſſit. Quo defuncto aduerſaria pleraque hæredibus conſentientibus lubentiſſimè perlegi, & notatu digniora excudenda curaui: quæ ſpero multò auctiora fore, ſi authoris operam & laborem tibi voluptatis & vtilitatis aliquid ferre intellexero. Vale.

De Nomine D. Ægidij Magiſtri, Equitis, & in ſenatu Pariſienſi primi Præſidis æquiſſimi, Tetraſtichon.

Cui commiſſa fuit totius cura ſenatus,
Illa ſuæ gentis nomine dignus erat.
Integra dignus erat cui regni cura daretur:
Plurima ſic rebus nomina conueniunt.

TRACTATVS DE AMORTIZATIONIBVS, SIVE DE REMISSIONE Iuris quod Rex Galliæ habet in omnia bona immobilia tam feudalia quàm cenſualia ſui regni.

SVMMA.

1 *Rex poteſt amortizare, hoc eſt concedere vt bona immobilia iure manuſmortuæ poſſideantur.*

2 *Vnde homines manuſmortuæ dicti ſint.*

3 *Origo & initium Eccleſiarum cathedraliũ, collegialium, & monachalium.*

4 *Homines manuſmortuæ domino ſuo feudali exhibere debent hominem viuentem, morientẽ & confiſeantem.*

CAPVT I.

PRonuntiatum fuit, quòd capitulum Catalanenſe, acquiſita in fundo Epiſcopi Cathalanenſis, tenere non poterit ſine volũtate Domini Regis. Similiter dictum fuit, quod Epiſcopus Cathalanenſis manumittere non poterit ſeruientes ſuos, etiamſi capitulum conſentiat, ſine volũtate Domini Regis. Inter iudicia, conſilia, & arreſta expedita in parlamento Epiphaniæ Domini anno eiuſdem ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

1 HOC arreſto ſatis liquet † nemini prætet Regẽ licere amortizare, aut concedere hominibus manuſmortuę immobilia poſſidere, quãuis immediatè aliũ dominũ feudi agnoſcãt. Nã in ſpecie propoſita Epiſcopus Cathalanenſis (qui eſt Par Frãcię) erat dominus feudi, in cuius iuriſdictione decanus & capitulũ eccleſiæ aliqua prędia quę ſierant, quę cùm eſſent ab Epiſcopo amortizata, dicti decanus & capitulum ſatis eſſe putabant. Verũm Curia hoc decreto aliter cenſuit, nec poſſe eos ſine amortizatione Regis ea poſſidere iudicauit. Vt autem huius decreti & ſimilium omniúmque quæ ad hanc quæſtionem pertinent facilior ſit cognitio, † primũ omnium
2 conſtituendũ eſt homines manuſmortuę, cuiuſmodi ſunt eccleſiæ, capitula, collegia, & vniuerſitates ita appellari quòd nunquam moriãtur, atque adeò immobilia ab ipſis poſſeſſa in aliũ nũquam transferantur: quòd ſemper ſit idem capitulum, eadem eccleſia, idem collegium, eadem ciuitas, arg. l. proponebatur. ff. de iudic. per ſubrogationem videlicet eorum qui naſcuntur ac in decedentium locum ſuccedunt. Notãdúmque eſt id dominorum feudalium magni intereſſe: prædiũ enim ab aliquo ſingulari poſſeſſum poteſt identidem mutare dominum venditione, permutatione, donatione, legato, diuiſione, multíſq; aliis modis: iſque caſibus ſi ſit feudale prædium, domino feudi debebuntur quintana & requintana, redẽptiones, recognitiones, aut alia id genus iura pro cõſuetudine regionis. ſin verò cẽſuale ſit prædium, domino competũt laudemia, venditiones, ſaiſiuæ, mulctæ, & alia ex conſuetudine loci: quod non continget ſi eiuſmodi prędia ab hominibus manuſmortuę poſſideantur, quoniam id genus perſonis interdicta eſt omnis vẽditio & alienatio, nec eis ſuccedi poteſt, quia nunquã moriũtur, ſed à ſucceſſoribus ſemper repræſentantur. Quod ſi dominorũ feudi intereſt prędia ab eorũ feudis mouentia ab iis poſſideri qui habeãt liberã de iis ſtatuẽdi poteſtatẽ, nõ ab hominibus manuſmortuæ: multo certè magis regis intereſt, cũ certo certius ſit omnia huius regni feuda Regẽ pleno iure feudi aut retrofeudi agnoſcere: qui quidẽ Rex parum admodũ emolumenti percipit ex apertura feudi aut retrofeudi pro cõſuetudine locorũ: illúdque emolumẽtum, vt plurimum in perceptione fructuũ poſitũ eſt: aliquoties etiam feudum redditur ad Regẽ. Nam vt tradit Baldus in §. ad hoc. de allod. col. 3. verſ. ex pręmiſſis, omnia feuda à principe procedunt, & ad principẽ redeunt, ſicut omnia flamina per meatus terræ procedũt à mari, & ad mare redeunt. vt eſt textus de ea re, in cap. 1. Eccleſiaſt: Quod fieri nõ poſſet ſi feuda ab hominibus manuſmortuæ poſſiderentur: quoniã nunquã cõtingerẽt mutatio vaſalli, nec apertura feudi. Inde vſu & Gallica lege receptum eſt, non licere hominibus manuſmortuæ immobilia occupare ſine regis amortizatione, hoc eſt ſine expreſſa regia cõceſſione ac diſpẽſatione, qua liceat eis ſub cõditione manuſmortuæ poſſidere: in eámque rẽ certa ſũma regi numerãda eſt, quæ eſt æſtimatio tertiæ partis eius prędij, cuius amortizatio petitur. Quæ quidem ſumma olim præſtanda erat in immobilibus quæ regis patrimonio adiungerẽtur & vnirẽtur, vſque ad dicta tertiã partẽ, iuxta cõſtitut. de qua inferius dicetur. Alioquin homines manuſmortuę cogebantur (id poſtulãte procuratore generali regis) illud prędium à ſe cõparatũ alij vẽdere, eiúſq; rei extãt multa arreſta de quibus in proſecutione iſtius tractatus videbitur.

bitur. Hæc cõsuetudo cùm in Gallia moribus recepta & comprobata esset, Pares Fráciæ, Duces, Comites, alique proceres sibi licere circa suas iurisdictiones amortizare, contendere cœperũt, eóque iure per aliquod tẽpus vsi, siue potius abusi sunt, nemine palã cõtradicente, adeò vt amortizationes cõcederẽt hominib⁹ manusmortuę qui in suis iurisdictionib⁹ immobilia acquirebãt. Sed veritate rerũ cognita & perspecta sæpissimè iudicatũ fuit ipsis nõ licere amortizare, sed soli regi. Cuius rei ratio est, quòd solus rex in suo regno omnũ tẽporaliũ supremus sit dominus, soluſq; possit incapaces possidẽdorũ immobilium capaces reddere, cui⁹ generis sunt ecclesiastici tã iure diuino quã lege regni, quoniã scriptũ est, Deuteronom. c. x. *Nõ habuit Leui partẽ neque possessionẽ cũ fratribus suis, quia ipse dominus possessio eius est.* Cõstat in primitiua Ecclesia ecclesiasticos nulla bona nec occupasse, nec possedisse, iis enim cedebant, omniaque distrahebant, offerebantúrque omnia pedibus Apostolorum, siue mobilia siue immobilia, pretiúmque ex venditione redactũ distribuebatur, vt traditur in capitul. futurã ecclesiã. xij. q. j. Tunc tẽporis nihil erat opus petitione aut cõcessione amortizationis, quia homines manusmortuæ nulla immobilia possidebant: sed postea præstari visum est immobilia quæ ipsis donabantur penes eos manere, quorum fructus ad vitam inter eos diuiderentur. †Hæc est cathedralium ecclesiarum institutio, ac deinceps collegialium simplicium & monasteriorum, vt refertur d. c. futurã, & c. vidẽtes xij. q. j. Tũc cœperunt actiones siue persecutiones aduersus alios ecclesiasticos, ac deinceps aduersus alios homines manusmortuæ, quibus cogerẽtur cedere prędiis à se quæsitis tanquam eorum occupandorũ ex causis supradictis incapaces. Ex aduerso ecclesiastici atque alij homines manusmortuæ vt eiusmodi cessioni obuiam irent hac dispensatione regia sibi cõsuluerũt quã nos amortizationẽ vocamus: ad cuius impetrationẽ regi persoluenda est certa summa: simul & domino feudi à quo eiusmodi prędia amortizata mouẽtur, cauendum est de indẽnitate, siue persoluendo aliquod pretium, †siue exhibendo aut surrogando hominem viuentem, morientem, & confiscantem, vt infrà suo *loco* docebitur. Hic tantùm quæritur à quo possit hęc amortizatio siue remissio cõferri. Hoc decreto iudicatum est soli regi competere ius amortizationis, huiusmodi potestate Papæ, Imperatori, omnibusque proceribus ablata in hoc regno, in quo solus rex omnium temporalium supremus est dominus, nec in iis quicquã iuris Põtifex Maximus sibi vindicare potest: quia

Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

vt notatur in cap. per venerabilem. Qui filii sunt legitimi.

SVMMA.

1 *Pares Franciæ retrofeuda à se mouentia duntaxat amortizare possunt.*

CAP. II.

ORdinatum fuit per consilium Domini regis, rege præsente, quod Archiepiscopus Remensis, & Episcopi Pares Franciæ, non poterunt amortizare domanium suum, nec feuda quæ ab ipsis tenentur immediatè, sed sua retrofeuda poterunt amortizare. Alij verò Episcopi qui non sunt Pares Franciæ, nec domanium suum, nec sua retrofeuda, nec sua feuda poterunt amortizare. Inter consilia, iudicia, et arresta expedita in parlamento Epiphaniæ Domini anno eiusdem & millesimo ducentesimo septuagesimo septimo.

Item aliud est arrestum in data anni 1270. quod nos omisimus.

1 HOC decreto apertè significatur †Pares Fráciæ ea vti prærogatiua quæ aliis dominis denegata est, nempe vt ius habeant amortizandi retrofeuda à se mouentia. Ad eámque rem facit iudicium quoddam redditum in Curia rationum cuius verba sequuntur.

Religiosi fratres minores Niuernenses.

AMortizatio trium obolorum annui & perpetui census, per dominum Ludouicum Comitem Flandriæ, Ducẽ Brebensem, Comitem Niuernensem & Rhetensem, facta eisdem fratribus minoribus: quem censum Benaguido pro augmentatione seu ædificatione ipsorum ecclesiæ dedit, & concessit capiendum quolibet anno super domum quam tenet Ioanna Puissande vxor Ioannis de Cartelage, sitam Niuernis in vico Siluerię ante puteum dictæ Siluerię, per literas dicti comitis datas septima die Augusti, anno 372. signatas L. *Blanchet. Quæ literæ non expediuntur per Cameram: quia ex deliberatione consilij existentis in dicta* Camera, *dictum fuit quòd nullius essent efficaciæ vel valoris, eò quòd dictus Comet, aut alius* Baro *non potest, nec tenetur dictum reditum, aut aliquem alium in regno* Franciæ *amortizare: & ideò dictæ literæ remanserunt in dicta* Camera *cancellatæ, & positæ in sacco quatuor* Bailiarum Campaniæ *de annis finitis ad Magdalenam 370. & 371. Et postea dictus census seu reditus trium obolorum amortizatus fuit per* D. *regem Carolum, & eius literas in filis sericis, & cera viridi, datas mense Augusti, anno 372. signatas à rege* L. Blanchet.

EX his decretis liquet regem, vt ſuprà demõſtratum eſt, poſſe amortizare feuda & retrofeuda: Pares verò Franciæ ſola retrofeuda ab ipſis mouentia.

SVMMA.

1 *Regi propter ſua amortizationis debetur tertia pars eius rei cuius amortizatio petitur.*

CAP. III.

CAROLus Dei gratia Rex Franciæ omnibus præſentibus & futuris notum facimus, &c. Nos iis conſideratis cupientes omnes difficultates tollere, ſupradictiſque incommodis & obſtaculis obuiam ire, harum tenore conſtituimus omnes cuiuſcunque ordinis aut qualitatis qui à nobis literas amortizationis alicuius reditus, prædij, aut poſſeſſionis impetrabunt aut obtinebunt, ſoluturos realiter & de facto ante verificationem & comprobationẽ literarum, in commodum & augmentum noſtri patrimonii, tertiam partem æſtimationis prædiorum à nobis amortizatorum: quæ tertia pars in prædiis, poſſeſſionibus, aut reditibus conſiſtens, ſita in noſtra ditione ac iuriſdictione directè noſtro patrimonio adiungetur. Datum Lutetiæ anno Domini 1402. 23. anno noſtri regni, menſe Octobri.

1 HÆc conſtitutio diligẽter obſeruata magnã patrimonio Regis acceſſionẽ faceret: † ſed paulatim actitatum eſt, vt loco tertiæ partis rei amortizatæ præſtaretur aliqua ſumma pecuniaria, quæ vt plurimum regis ærario non infertur. Ex aduerſo ſæpe fit vt qui à rege hoc ius donationis titulo obtinent, Eccleſiaſticos & alios fatigent, ac tandem ab iis quod volunt, extorqueãt, cùm omnia in commodum regis cedere debeãt.

Forma obtinendæ amortizationis.

SVMMA.

1 *Res amortizata inter prophanas non eſt annumeranda.*

2 *Aduerſaria in Curia rationum in ſcriptis redacta dici non poſſunt conſtitutiones.*

3 *Suprema Curia ſola eſt conſeruatrix patrimonij Regum Franciæ.*

CAP. IIII.

QVoties collegiũ, capitulum, cõfraternitas, aut ciuitas aliquid vult amortizari, in primis impetrare debet à rege literas amortizationis ſigillatas in formam inſtrumẽti regii cum fibulis ſericis & cera viridi. quæ nominatim & expreſſè eiuſmodi prędia & poſſeſſiones contineant: ac deinceps perquiſitio atque æſtimatio fieri debet ex decreto Curiæ quæ rationibus præeſt, ab aliquo eorum, aut à vicinioribus regiis officiarijs locorum vbi res ſitæ ſunt valoris annui reditus, longitudinis, latitudinis, & amplitudinis, ſimul & omnium quæ ad ea pertinent, ſingulatim cum comparatione eorum quæ ea cõtingunt & determinãt: & quomodo, à quo, & ob quam rationẽ in feudum tenentur: eiuſmodique literas inſtrumentales neceſſe eſt expeditas eſſe & verificatas in dicta Curia rationum, redigique in volumen inſtrumentorum dictæ Curiæ ex eius decreto, addito pretio dictæ tertiæ partis vt conſulatur indemnitati regis & ſucceſſorum, quemadmodum conſtitutionibus regiis cautum eſt. Si verò literæ eiuſmodi amortizationis conceſſæ ſint, vt ſuprà vſque ad aliquam ſummam reditus annui, ſiue hoc fiat ad inſtitutionem capituli, aut aliter, neceſſe eſt dictam ſummam nominatim & apertè in dictis literis exprimi cũ ſingulis ipſius particulis. Quòd ſi minus expreſſæ ſint ſingulæ partes, ii qui eiuſmodi literarum expeditionem perſequũtur, neceſſe habent eas tradere aut mittere in ſcriptis vt opiſtographo dictarum literarum ſigillatarũ inſerãtur: ſiquidem omnes inſeri poſſunt: ſin minus, redigendæ ſunt in quaternionem membraneum, atque diligenti perquiſitione habita ac remiſſa, vt dictum eſt iuxta formam cõſtitutionis, probãdum eſt eiuſmodi particulas tales eſſe quò ad æſtimationem, ſitum, & cætera, quales traditę ſunt, eiuſque naturæ & qualitatis quæ ad eã rem ſunt neceſſariæ. His ita conſtitutis dictæ literæ expediantur, ſcriptiſque redigantur, vt dictum
1 eſt: † his enim deficientibus eiuſmodi prædia & reditus amortizati aut extra prophanitatem eſſe nec dici nec cenſeri poſſunt. Atque ita quidem ſolet obſeruari in dicta Curia rationũ, vt ſcriptũ eſt in libro anni 1472. die ſabbathi. 23. Auguſti.

Hæc forma tradit modum perſoluendi pretij iuxta conſtitutiones regias, cùm tamen nulla de hoc conſtitutio regum extet præterquam regis Caroli ſexti, de qua ſuprà. Multæ quidem ſchedæ extant inſcriptæ in dicta Curia rationum diuerſorũ temporũ & plurimũ inter ſe diuerſæ, in nonnullis enim traditur regi cõpetere eſtimationem reditus ſex annorum: aliæ amplius, aliæ minus tribuunt: nonnullæ etiam continent certam dictionem, de qua nihil eſt neceſſe tractare. Quæ quidem ſchedæ redactæ ſunt à præfectis ratio-
2 num in volumen conſtitutionum, † ab iiſque (non ſine vocabuli abuſu) conſtitutiones appellantur: quia eiuſmodi ſchedæ dici non poſſunt cõſtitutiones, cùm nunquã fuerint viſæ, receptę, publicatæ aut comprobatæ in curia ſuprema, in qua verificari debent omnes conſtitutiones,
3 quæ de regũ Frãciæ patrimonio editæ ſũt: † quoniam dicta Curia ſuprema cenſetur tutrix & cõſeruatrix patrimonij regij, vt docebitur in tractatu de patrimonio regum Franciæ.

SVMMA.

1 *Ignobiles habent ius poſſidendi feudi ſine conceſſione Regis.*

2 *Homines manumortuæ nullo tempore ius amortizationis præſcribere poſſunt.*

3 *Ius amortizationis debetur ratione ſuperioritatis, quam rex in temporalibus ſibi vindicat.*

4 *Ius quod domino à vaſallo debetur præſcribi non poteſt.*

5 *Omnia immobilia ſuapte natura ſunt allodialia.*

6 *Feuda*

6 *Feuda consuetudinibus non iure introducta sunt.*
7 *Feuda quibus annexa est dignitas ignobiles possessores nobilitant.*

CAP. V.

VN. dominus Rex olim quandã ordinationem fecisset. super alienatis in domum mortuam, vel villenagium mouentibus de feudis, vel retrofeudis ipsius, necnon de alloiis regni sui: in qua ordinatione pro ecclesiarum, & subditorum suorum vtilitate communi concessit de gratia speciali, quod villani & ecclesiæ supradicti acquisita huiusmodi à triginta annis citra computando à tempore ordinationis ipsius extra manum suam ponere minimè tenerẽtur, dum tamen vellent soluere deputatis ad hæc ab eodem domino rege duos, vel tres, vel quatuor fructus alienatorum huiusmodi, secundum distinctionem rerum legatarum, & contractuum, prout in literis dictæ ordinationis continetur: plures de diuersis partibus regni grauiter conquererentur super eo, quòd deputati à domino rege ad leuandos fructus huiusmodi, vel super eis financias faciendum, secundum formam ordinationis exigere vel leuare volunt ab illis villanis, quibus nobiles aliqui terras, prata, vineas, vel possessiones alias arrentauerunt pro aliqua annua bladi vel pecuniæ quantitate, quamuis de nullo vel modico homagio constiterit in contractibus antedictis. Super quibus deliberatione habita, dictum fuit per arrestum quod præcipiatur gentibus regis ne tales arrentationes fieri impediant in futurum, & ne occasione eorum aliquid exigant à villanis: & si aliquid exegerint huius occasione, reddant & restituant illis villanis, vel eorum hæredibus à quibus talia exegerint. Inter iudicia, consilia, & arresta expedita in parlamento beati Martini, anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſecundo.

HOc decreto duo potiſſimũ docẽtur. Primũ nunquam homines manuſmortuæ ius habuiſſe immobilis acquirendi ſine diſpenſatione regis, vt abundè ſupra demonſtratũ eſt. Alterum
1 licere in hoc regno Franciæ † ignobilibus feuda ſine regis diſpenſatione poſſidere. Præterea
2 hoc decreto ea quæſtio ſoluitur, † quia dubitabatur quanto tempore homines manuſmortuæ præſcribant, ita vt non cogantur cedere immobilib. à ſe quæſitis ſine amortizatione. Hæc quæſtio ad ſolum regem pertinet, nam ſequenti capite docebitur nõ licere inferioribus dominis cogere homines manuſmortuæ vllo tempore ne lapſu quidem triginta aut quadraginta annorũ, vt cedãt quæſitis in eorũ feudo, modò offerant eis exhibere hominẽ vmentẽ, morientem, & confiſcantem, aut eorum indemnitati conſulere, vt multis ſupremi Senatus iudiciis inferiùs demõſtrabitur. Huius rei ratio eſt quod hac ratione domini feudales extra omnem iacturam ſint poſiti. Hic vero quæritur an rex poſt lapſum triginta annorum aut alterius temporis, poſſit cogere homines manuſmortuæ ad cedendum, ſuis immobilibus non impetrata amortizatione eorũ quæ ab ipſis quæſita ſunt: an verò dicti homines manuſmortuę ſe præſcriptione tueri poſſint. Hæc quæſtio videtur prima fronte & extra
3 omnem difficultatem, † cum homines manuſmortuę ad impetrationem amortizationis non teneantur niſi ratione ſuperioritatis q̃ rex ſibi in omnia tẽporalia vindicat, & ratione ſeruitij feudalis ac dominij q̃ regi exhiberi debet quoties feudũ aut aliud prędiũ in cõditionẽ manuſmor-
4 tuę redigitur: † quod quidẽ ius vſq; adeò præſcribi non poteſt, vt aduerſus illud vaſallus ne longiſſimi quidem temporis præſcriptionem vllo modo poſſit opponere. Quod enim vaſallus domino debet, hoc eſt in iudicium obſequij, ſubiectionis, ac fũctionis, quæ nec ratione tẽporalitatis, nec ſpiritualitatis præſcriptionẽ admittũt l. cõperit. C. de præſcript. xxx. annorum. c. cum non liceat. vbi gl. magna. De præſcript. xxx. annorũ. nihilominus tamen hoc decreto iudicatum eſt ſi eccleſia, collegium, ciuitas, aut aliud genus hominũ manuſmortuæ poſſederint feudum aut aliud quid immobile in ipſos collatum donationis legatiue alio titulo, aut alter ab ipſis quęſitũ ſine amortizatione, regẽ nõ poſſe poſt lapſum triginta annorum eos cogere aut perſequi vt eis cedãt propter defectum amortizationis, ſed tantũ poſſe homines manuſmortuæ compelli ad perſoluẽdam regi certam ſummã aut ius amortizationis quod eſt ius ſuperioritatis præſcriptioni minimè obnoxium. Quod hoc decreto probatur his verbis, *Dũ tamen vellent ſoluere deputatis.* Ex quibus liquet de eo quod ſupradictũ eſt atque amplius homines manuſmortuę ante triginta annorũ ſpatium liberari non potuiſſe per oblationem iuris amortizationis, ſed ad ceſſionẽ cogi potuiſſe. Atque ita præſcribitur poſſeſſio ſed non ius, quod cũ ſit ſuperioritatis & obſequij, nemo poteſt vſucapere, vti dicemus alio capite. Quod verò ad ſecũdũ huius decreti caput attinet in his verbis, *Nihil exigatur à villanis*, manifeſtè demonſtratur ignobiles per acceptionem in cenſum prædiorum nobilium etiam ſub cõditione vt hominũ præſtent, regi tamen in nihilum teneri. Quod ſummè notandum eſt aduerſus veterum quandam praxim quæ in Frãcia obtinuit, ne homines ignobiles poſſent feuda poſſidere ſine licentia & diſpenſatione regis pecuniæque numeratione: qui quidẽ abuſus in Gallia non obtinuit nec obtinet ideirco, † quia omnia immobilia ſuapte na-
5 tura ſunt allodialia. Res enim non præſumitur feudalis, ſed allodialis ſeu libera niſi probetur vo rẽ vel præſumptiuè, vt notat loã. Andr. atque alij poſt eũ in c. nimis de iureiur. & in c. fin. in ver-

ho, reſpondere. de iudic. probatur cap.ij. & ibi notant doct. in tit. ſi de feudo fuerit controuerſ. inter domin. & agnat. & in cap.ij. cum gloſſa ibi. in tit. de controuerſia inter maſ. & fœmi. de benef. & notat Ioan. And. in additione ad ſpec. in tit. de feudo. §. quoniam, ſuper verſi. xxj. in additione incipiente, ceſſante. Et notat Baldus in l. libertas, ff. de ſtatu homin. Id quoque alia ratione probatur, quod res quæ dicitur feudalis, dicatur quandam ſeruitutē debere, notat gloſſa in l. ſi cuius, §. ſi vſusfructus, in verbo, oportet. ff. de vſufructu. notat Baldus in cap. pri. circa vlt. col. de controuerſ. inueſtit. Res autē quælibet præſumitur libera niſi probetur ſeruitus, l. altius. C. de ſeruit & l. ſi. ff. eod. tit. de quo plenè per Iaſon. in l. ſi
6 priuſquā, col. xiij. ff. de noui oper. nūtiat. †Quod verò res ſit feudalis, id moribus nō iure introductum eſt. Omnes enim libri qui de feudis cōſcripti ſunt à ſolis moribus & conſuetudinibus proficiſcuntur extra corpus iuris cōmunis, atq; idcirco conſtitutiones ſeu conſuetudines appellātur. Nonnulli tamen contenderunt non licuiſſe olim ignobili feudum poſſidere niſi prius ſoluta regi pecunia, aut licētia, ſiue diſpēſatione impetrata: in eāmq; rē extant documēta in magna Curia rationum in quibuſdā voluminibus, quibus fidem non habeo. Qui hanc opinionem ſequuti ſunt, eā rationem afferebāt quod feudum nobile poſſeſſum ab ignobili eum nobilitet, atque adeò eum omni perſolutione vectigalium impoſitionumq; liberet, quod in detrimentum regis conuertitur. Quibus duplici ratione reſponderi poteſt. Primùm, quia falſum eſt quod ruſticus eiuſmodi feudum nobile, ex eo fiat nobilis. Lucas de Pēna eius eſt ſententiæ in l. cum neque. in fi. C. de incolis. lib. x. per illum text. vbi quis emerat domum decurionis, nec tamen tactus eſt decurio vt ſungeretur munere decurionis. Adde text. in l. j. C. de prædiis & omnib. reb. nauicul. eod. lib. vbi nō fit nauicularius qui emit rem nauicularia, facit quod res accedant hominibus non homines rebus, l. iuſtiſſime. ff. de ædil. edict. Secundò quoniā vectigalia regi à ſubditis penduntur iure ſubuentionis quam populus ſuiſſi in gratia in eum confert, in eámque rem conſulendi ſunt libri Curiæ rationum quibus erectio vectigalium continetur. Ex quibus conſtat ideirco vectigalia inſtituta eſſe vt bellicis impenſis conſuleretur, nec amplius quàm tempore bellorum præſtita. Sed ea eſt Gallici populi bonitas & erga principem obſequentia vt ea cōtinuarit & in hunc vſq; diem perſoluere: vnde tamen rectē inferri non poteſt
7 ignobilibus feuda poſſidendi ius non eſſe. †certum quidem eſt ſi eiuſmodi feuda eſſent ducatus, comitatus, marchionatus, aut baroniæ, quoniam iis feudis adiuncta eſt dignitas, nobilitatē ignobilibus collaturæ, ſecundum tradita per Lucam de Penna, in l. mulieres, col. ij. ver. quar. ex comitatura, C. de dignitat. lib. xij. And. de Iſernia in c. ij. in fi. de cap. qui curiam vendid. Sed hoc vel raro vel nunquam accidit vt ignobilis comitatum, baroniā aut marchionatum poſſideat. Vnde nec ſcriptum comperitur controuerſum fuiſſe inter Sem, Cam & Iapheтum filios Noe (vnde omnes trāxerunt originem) quiſnam eorum poſſideret feuda nobilia aut bona ignobilia. Nec etiam vlla extat conſtitutio in Francia in ſuprema Curia comprobata aut vſu recepta inter populum, quæ ignobiles à poſſeſſione feudorum arceat, ab eo tempore quo ſeruitutes ac manumiſſiones in regno ſublatæ ſunt, de quibus infrà dicetur.

SVMMA.

1 *Cum rex occupet feudum propter non exhibitum hominem, poteſt quoque mitti in poſſeſſionem retrofendi, fructuſque omnes ſuos facere.*

2 *Dominus non poteſt cogere homines manuſmortuæ ad cedendum propter non impetratam amortizationem, ſed ea ſola poteſt ac procuratori generali data eſt.*

3 *Homines manuſmortuæ domino feudi exhibere debent hominē viuentem, morientem & confiſcantem, aut ei perſoluere indemnitatē alternatim.*

4 *Duobus caſibus hominum per procuratorem præſtari poteſt.*

CAP. VI.

ARreſtum pronuntiatum eſt inter Georgium du cheſnay & capitulum du Viuier die 22. Maij, anno 1539. quo cautum eſt dominum inferiorem non poſſe homines manuſmortuæ compellere vt cedant prædio ab ipſis ſine amortizatione occupato, modò ei exhibeant hominem viuentem, morientem, & confiſcantem, ſecus in procuratore regis.

AD huius decreti intelligentiam notandum eſt omnia feuda huius regni nudè & in merum feudum à rege mouere aut mediatè, vt latè ſuperius demōſtratum eſt. †Idcireo in Gallia re-1 ceptum eſt ſæpiuſq; iudicatum, ſi feudū aliquod à rege mouēs apertum fuerit, in eiuſq; poſſeſſionem rex mitti poſtulet propter hominē nō exhibitum, poſſe eadē quoque via iubere poſſideri omnia feuda inde mouentia & dependentia, eáq; retinere ac percipere & facere fructus ſuos, ex ea dē cauſa qua fructus principalis feudi iā poſſeſſi: cui cōuenit trigeſimus ſextus articulus conſuet. Pariſ. tit. de feudis. Quod cùm ita ſit, ſi homines manuſmortuæ feuda aut alia immobilia nudè & immediatè à rege mouētia acquiſierint, certū eſt nullius præter regem intereſſe, ſolus enim poteſt amortizationem concedere: indemnitas autem ſoli regi deberi poteſt. Vbi verò homines manuſmortuæ feuda immediatè ab alio domino inferiori mouentia acquirunt, hoc caſu duorum intereſt, videlicet domini à quo mouetur feudum, cui ſoluenda eſt indemnitas & exhibendus homo viuens, moriens, & confiſcans: tum regis propter ius amortizationis. In hac ſpecie quærebatur an inferior dominus à quo feudum quæſitum ab hominibus manuſmortuæ ſine medio tenetur, dum adhuc feudum ipſis non eſt à rege amortizatum, poſſit eos co-2 gere ad ceſſionem: † hoc decreto iudicatum eſt ſoli regi aut generali procuratori competere homines manuſmortuæ compellere ad cedēdū bonis ab ipſis quæſitis, quorū amortizationem non obtinuerint. Quo iure non vtuntur inferiores domini, quamuis prædia ab eis moueant, modò eis offeratur homo viuens, moriēs, & confiſcans, eorúmque indēnitati proſpiciatur.

tur. Ratio eſt quia hoc modo extra omnẽ iacturam ſunt poſiti, nec eorum eſt quærere an prædium ſit amortizatum, an ſecus, vel an homines manuſmortuæ ſint poſſidendi capaces: id enim
3 ſoli regi competit. † Notandum quoque eſt hoc arreſtum in eo quod comprobat cõfirmátque id quod ſuprà dictum eſt, ſufficere alternatiuè hominem viuentem exhibere, aut ſoluere indem-
4 nitaté domino feudi. † hoc quoque decreto colligetur dominum hoc caſu cogi recipere hominium per procuratorem: quoniam homo viuẽs, moriens,& confiſcans, fidelitatem & hominium præſtat: & hic eſt caſus quo fit hominiũ per procuratorem, quod iure fieri nẽ poteſt citra voluntatem domini feudi. c. j. §. verum de ſtatu reg. lib. vj. de quo per Bal. in cap. j. §. fi. per quos fiat mueſtit. In eámq; rem extat arreſtum pronuntiatum die noua Decemb. 1486. quo expreſſum eſt Marchionem de Saluſſes receptum iri de gratia, ſi ita regi videretur, ad exhibendum hominium & fidelitatem per procuratorem, ea conditione vt quamprimum poſſet, ipſe regi hominium præſtaret. Conſimile eiuſdem rei arreſtum extat ad 12. menſis Martii 1536. pronuntiatum in ipſo iudicio inter Ioannem de Valenciennes dominum d'Ormoy, & Abbatem & conuentum S. Victorii ad Lutetiam, vt tradetur ſub titu. de feudis & hominiis.

SVMMA.

1 *Legatum relictũ loco pio quantopere ſit fauorabile.*
2 *Quanto etiam fauore dignum ſit quod in alimenta pauperum relinquitur.*
3 *Xenodochiorum quàm eccleſiarum potiora ſunt priuilegia.*

CAP. VII.

DEcretum notatu dignum, quo demonſtratur eum qui donat inter viuos aut legat feudum, aut aliud quod prædium capitulo, eccleſiæ, aut ciuitati, cogi amortizationem ſuis expenſis perſequi. Datum in curia cõſilij, xxij. Martij 1558. *inter adminiſtratores Xenodochij trinitatis Lutetiæ, & dominam Mariam Briſſonnet de feudo de Lhiemille.*

SVmma eſt huius arreſti ratio, agebatur enim de legato pio quod caducum aut exigui commodi fieri poterat, propterea quod bona totius feudi pars in expenſas conuertenda fuiſſet à Xenodochio ad perſecutionem amortizationis cõtra voluntatem teſtatricis, quæ in alimenta pauperum legauerat feudum integrum ipſis pauperibus. † Iure autem tam ciuili quàm canonico le-
1 gatum relictum ad pias cauſas non debet caducum fieri, ſed integrum debetur. cap. nos quidem, & ibi gloſſa magna de teſtamen. Bartol. in l. pater, §. Tuſculanus, ff. de lega. iij. Bald. in l. poſt mortem. C. de fideicommiſſ. quo fit vt legatum pium etiam captatorium valeat contra regulas iuris. in l. captatoriæ. de legat. j. notatur in l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. & incertum relictum eccleſiæ aut alteri loco pio debetur, quod declaretur certúmque fiat arbitrio epiſcopi, Cardinal. in Clement. quia contigit, de religioſis domib. Bartol. in l. legatum. ff. de vſufructu lega. Hinc eſt quod legatum pium præſtandum ex certo fundo, non renouatur alienatione fundi, gloſſa eſt notabilis in l. fina. ff de contrahen. emptio. tantuſque eſt fauor huiuſmodi legatorum, vt legata pia cauſis relicta peti poſſint etiam ante aditam hæreditatem. Bald. in l. j. col. iiij. C. communia de ſucceſſ. eorumque petitio eſt adeò fauorabilis in ſeculari foro & eccleſiaſtico per Albericum in c. relatum de teſtamen. vt debeantur & peti poſſint à quolibet ſucceſſore quoquomodo ſuccedat. Bald. in l. eam quam. col. v. C. de fideicommiſſ. Secunda huius arreſti ratio inde elicitur quòd teſtamenta largiſſimam interpretationem recipiũt. l. in teſtament. de regul. in cap. cùm dilecti. de donat. lib. j. ff. de vino, tritico, & oleo legat. l. Titiæ textores. ff. de legat. ij. Atque hanc quidem largam interpretationem ſuadet publica vtilitas, vulgata, l. vel negare, ff. quemadmodum teſtamen. aperiũtur, quod quándo agatur de intereſſe publico latiſſima interpretatio fieri debeat. l. ij. §. exercitum, vbi Bar. ff. de iis qui notant. infa. l. quemadmodũ, vbi Bartol. C. de agricolis, & cenſit. lib. xj. Tertia huius arreſti ratio eſt, quòd defuncta intelligeret dictum Xenodochiũ eſſe manuſmortuæ, ſuámque voluntaté nõ aliter poſſe valere quàm feudo amortizato: vnde vero ſimile fit eam fuiſſe ipſius mentẽ, argumento ducto à teſtatore, qui ſciens legatũ alienam quam hæres tenetur redimere, & ſi obligata eſt, debet eam hæres luere, §. non ſolùm. inſtit. de legat. l. ſi tibi homo, ff. de legat. j.

Quarto ſi amortizatione huius legati oneratũ fuiſſet Xenodochiũ, perinde fuiſſet ac ſi ei ablata fuiſſet tertia eius pars, vt ex cõſtitutione ſuperiꝰ relata conſtat: at de legato pio nihil poteſt detrahi. hinc efficitur nẽ de legatis piis detrahatur falcidia. ſunt enim adeò fauorabilia, vt etiã præferãtur impẽſis funeris, notatur in l. j. C. de ſacroſan. eccleſ. quòd funeris impenſa non ſit animæ præſidium, ſed magis officium humanitatis, c. non exiſtimemus. & c. animæ. xiij. q. ij.

Quinto afferri quoque poſſet ad confirmatio-
2 nẽ huius arreſti hæc ratio, † quòd tale relictũ reſpicit paupertum alimenta, quorum priuilegia ſunt multa quæ aduerſantur iuri communi. Bart. in l. Mela. in princi. ff. de alimẽt. & cibar. legat. Poſſunt enim relinqui incapacib⁹, vt apparet ex caſu noſtro. nec diminuũtur per clauſulã generalẽ debenturque ex voluntate minus ſolenniter relictũ quoque nominatim ab hærede inſtituto cẽſetur repetitũ à ſubſtituto. Aliud priuilegiũ eſt in modo exigendi, de quo ſuprà. Itẽ aliud in breuioribus dilationibus cõſiſtit, quòd appellatio nõ admittatur, neque compenſatio, & ſine authoritate iudicis non remittantur alimẽta, poſſintque peti etiam feriato die: quæ omnia priuilegia vide apud Bartol. in d. l. Mela. huc accedat quod cum Xenodochio aut hoſpitali donatur, nihil niſi quod ipſius Dei iã ſit donatur, quippe ab eo bo-
3 na omnia procedunt: † vnde fit, vt xenodochia paribus aũt maioribus priuilegiis gaudeant ac eccleſiæ. Felin⁹ in c. de quarta. de præſcrip. Card. in clem. quia contigit. de religioſ. domib. Idem Card. conſ. xj. & Caldericus conſ. iiij. ſub tit. de de religioſ. domib. Videtur textus ad hoc ſingularis in l. his verbis. §. fi. ff. de legat. iij. in quo textu videtur fundatum arreſtum cùm loquitur de introitu militiæ.

Digitized by Google

SVMMA.

1 *Homines manuſmortuæ præter ſolutionẽ indemnitatis quam domino feudi præſtant, hominium quoque exhibere debent.*
2 *Homines manuſmortuæ exhibendi hominij ſunt capaces, obſequiúmque domino feudi præſtare per ſubſtitutum poſſunt.*
3 *Quando vaſallus dormit, dominus vigilat.*

CAP. VIII.

ARreſtum pronuntiatum die 13. Martij, anno 1536 inter Ioãnem de Valẽciennes dominũ d'Ormoy, & Abbatem & conuentum S. Victorii ad Lutetiam: quo cautum eſt dictos Abbatem & conuentum S. Victorii præſtituros hominium dicto domino de Valenciennes de quodam feudo quod ab eo agnoſcebant, quanus inter eos conueniſſet, vt quoties Abbatis mutatio contigiſſet pro indemnitate, redemptionem vnam perſoluebant loco hominis viuentis & morientis, quia eiuſmodi tranſactione non fuerat ipſis remiſſum hominium. Eodémque arreſto cenſitum eſt manus iniectionem ab anno 1517. factam, perduraturam quamdiu dicti Sanctivictorienſes obtinuiſſent à rege amortizationem.

HOC arreſto exponuntur ſuperiora, quibus traditur homines manuſmortuæ cogi à domino feudi non poſſe cedere poſſeſſionibus quæſitis, dummodo offerant hominem viuentem, & morientem, aut ſoluant indemnitatem, quia hac ratione dictorum dominorum nihil intereſt. Imò amplius quoties vaſallorum mutatio contingit, habent ius dominicũ quod eis vtique deberi nõ poſſet. Nam quo caſu fit mutatio à patre in filiũ, ex multorũ locorum conſuetudine redemptioni nõ eſt locus, neque multis aliis caſibus pro locorum conſuetudine † facto propoſito quærebatur an poſt exolutam domino indemnitatem
1 homines manuſmortuæ inſuper teneantur ad præſtationem hominij: quod prima quidẽ fronte non videbatur, cùm ex ſuperiorum arreſtorum decreto alterius præſtatione liberentur, nempe aut exhibendo hominem viuentem & morientẽ, aut indemnitatem ſoluendo. Indemnitate itaque ſoluta ſequi debebat liberatio. Prætereà ecclaſtici ad præſtandum hominium idonei non ſunt, præterquam quòd id eorum dignitati non conuenit, quoniá in præſtatione hominij interuenit etiam promiſſio obſequij & ſeruitij in temporalibus, puta auxilij ferẽdi domino quoties bellum aut alia neceſſitas vrget. Innocen. in regula, indignum. de regul. iur. cano. de forma. xxij. q. vlt. quo loco gloſſa notat quòd vaſallus præſtans homagium domino, promittit eum iuuare contra omnes. At eccleſiaſtici armorũ gerendorũ & ferendi auxilij domino feudi ſunt incapaces, arma enim clericorum ſunt lacrymæ. Beatus Ambroſius in cano. cõuenior xvij. q. vlt. cano ſi xxxvj. diſtin. cap. porrò. xvj. q. iij. nihilominus tamen hoc arreſto contra iudicatum eſt, ob eam cauſam quòd dicti Sanctivictorienſes dũ de indẽnitate cum domino ſuo conuenirent, expreſſè, vt par erat hominij liberationem ac remiſſionem ſtipulati non erant, iure enim capaces ſunt hominiúmque præſtare debent, cap. j. §. verum. de ſtatu regul. lib. vj. † Seruitium autẽ perſonale poſſunt præſtare per ſubſtitutũ. Prætereà ſi loco ſoluẽdæ indẽnitatis exhibuiſſent domino ſuo hominem viuentẽ, morientẽ, & confiſcantẽ, dubitandum non eſt, hominem viuentem in eorum vicẽ hominium præſtiturum fuiſſe, quoties obtigiſſet mors aut mutatio Abbatis. Ex hoc ſubnotare oportet ex præſtatione indẽnitatis domino feudi nõ ſtatim ſequi liberationẽ ab hominio. Sed quæro quid commodi allaturum ſit eiuſmodi hominium: videtur enim mutile, quia dominus feudi indemnitatem acceptãdo renũtiauit omni commodo feudi, nempe quintanorum & retroquintanorum, redemptionum, & reliquorum id genus. Huius tamen hominij vtilitas ſatis hoc arreſto demonſtratur in eo quod dicitur miſſionem in poſſeſſionem factam ab anno 1517. propter non præſtitum hominem & hominium, pronuntiatum fuiſſe validum: ex conſuetudine enim præfecturæ & vicecomitatus Parriſienſis vbi feudum ſitum erat, † quandiu vaſallus dormit, 3 dominus vigilat, hoc eſt, quandiu vaſallus cuius feudum eſt poſſeſſum propter neglectam præſtationem fidelitatis & hominij, dormit, ceſſátque in exhibitione fidelitatis & hominij, dominus feudi facit fructus feudi poſſeſſi ſuos, commodúmque non præſtiti hominii eſt amiſſio ſtructuum feudi ad cohibendam contumaciam & pertinaciam vaſalli.

SVMMA.

1 *Amortizatio generalis admittitur & valet.*
2 *Amortizatio generalis in fauorem eccleſiæ Dorateñſis & omnium eccleſiarum Xenodochiorum Normaniæ.*
3 *Præſumpta ſolutionis fundata ſpatio annorum trigenta non ſufficit contra fiſcum.*
4 *Quanto tempore probetur res eſſe feudalis.*

CAP. IX.

LIteræ amortizationis in fauorem totius Normaniæ quod attinet ad libera feuda & nouos cõquæſtus factos ab hominibus manuſmortuæ, conſentur amortizata poſt triginta annorum ſpatium, omniáque feuda nobilia ab ignobilibus quæſita poſt quadraginta annos: neque coguntur poſſeſſores iis cedere aut perſoluere ſummam pecuniæ. Tradunt præterea dictæ literæ, omnes ignobiles qui in ducatu Normaniæ feuda acquiſierunt, nobilitatos cenſeri cum omnibus liberis:

fue-

Fuerúntque dictæ literæ verificatæ per Curiam, fol. 226. lib. j. Conſtit. regis Ludo. xij.

HÆC conſtitutio ſiue literæ inſtrumentales inſcriptæ pro conſtitutione, quatuor complectuntur capita quæ ad amortizationis quæſtionem pertinent. † Primum, quod amortizatio 1 generalis admittatur ſicque valida, quod antea ſummam habebat difficultatem vt inferiùs docebitur. Secundum, quod omnia immobilia quæſita ab hominibus manuſmortuæ tricenuo cenſeantur amortizata, vt ſuperiùs demonſtratum eſt. Tertium, quod omnia feuda ab ignobilibus quæſita poſt quadraginta annorum ſpatium amortizata cenſeantur, nec ns poſſeſſores cederent pattem pretij ſoluere cogantur. Quartum denique, quod in Normania feudum nobile ignobilem dominum & poſſeſſorem eiúſque liberos nobiliter. Quod ad primum attinet quod de generali amortizatione traditur, inter multos controuerſum fuit, in eáque ſententia fuerunt quod non valeret. Eorum ratio videtur ſuffulta, l. cum Aquiliana. ff. de tranſactio. quoniam liberationes generales cenſentur captatoriæ & fraudulentæ. facit l. iij. §. contrarium. ff. de contrario iudicio tute. quem textum dicunt optimè ad rem pertinere, vt aſſerit Iaſon in d. l. cum Aquiliana. referens Oldradum, Albericum, Baldum, & Bartolum. Exiſtimant enim quod vitandæ fraudis gratia creditur compelli non poteſt debitorem generaliter liberare. In propoſita autem ſpecie facilè rex eiúſque patrimonium per generalem amortizationem decipi poteſt, ſi ſingula prædia quorum à rege petitur amortizatio non exprimantur: ſed quando de eccleſia aut capitulo agitur, per expreſſionem ſingularum partium ſemper ſolet amortizatio 2 admitti, eiúſque rei extant multi libri. † Præter cæteras autem extat amortizatio generalis omnium temporalium ab eccleſia S. Petri Doratici apud Lemouicenſes poſſeſſorum conſcripta lib. iij. conſtit. Ludo. xij. fo. 50. Altera pro eccleſia du Puis noſtre Dame apud Andegauos fol. 168. eod. libr. atque eiuſmodi quidem amortizatio totius patrimonij eccleſiæ non eſt eiuſdem momenti ac amortizatio generalis totius regionis aut prouinciæ. Alia extat amortizatio generalis pro omnibus eccleſiis & xenodochiis Normaniæ, de omnibus quæ à triginta annis & infrà quæſierant. Quæ quidem amortizatio eis fuit conceſſa à rege Franciſco eius nominis primo, mediante ſumma octoginta millium librarum turonenſium inſcripta fol. 382. anno 1522. Conſimilis amortizatio extat de omnibus ſubditis Ducatus Burgundiæ pro ſumma quinquaginta millium librarum, vt videre eſt fol. 94. eodem libro conſtitut. regis Franciſci. Eiuſmodi tamen amortizationes multum regi damni afferunt, nec videntur impetrantes liberandi apud regem niſi ſingulatim exprimant quicquid volunt amortizare, quod in generali remiſſione non veniat dolus, l. ſi ſeruus vetitus. de legatis. prima. l. Aurelio, §. Caius. ff. de liberat. lega. De ſecũdo capite ſuperiùs tractatum eſt, cum diximus homines manuſmortuæ poſt triginta annorum ſpatiũ non compelli cedere, ſed procuratorem regium poſſe eos cogere ad exolutionem partis pretij regi, niſi doceant de amortizatione: † eó- 3 que caſu notandum eſt, tutum eſſe ns regis in petendo pretio poſt triginta annos, quia id iuris præſcribi non poteſt: quamuis enim præſcriptio triginta annorũ hominibus manuſmortuæ profit, aduerſus fiſcum tamen non ſufficit, quia rex communi iure vtitur in exactione cenſus & iuris feudalis, l. ij. & ſi. C. ſine conſenſu & reliquis. † Cur autem homines manuſmortuæ 4 poſt lapſum triginta annorum emancipare feudum non cogãtur, indicat §. ſi quis per triginta annos. ſi de feudo fuerit controuerſ. vbi feudum probatur ex eo quod quis poſſedit rem vt feudalem per triginta annos. In ſpecie autem propoſita ſi capitulum aut collegium prædium tanquam humano commercio exemptũ poſſederit per triginta annos, velitque iureiurando affirmare inſtrumentum emancipationis periiſſe, videtur fides ei habenda, nec cogendus ad exolutionem pecuniæ, per text. in cap. vnico. in fi. ſi de inueſtit. inter domi. & vaſſal. lis oriatur, vbi ſi quis ſit in poſſeſſione feudi de quo dominus dicit eum non eſſe inueſtitum, vaſſalus iurat ſe vel patrem ſuum inueſtituram accepiſſe, illi creditur. Tertium caput ſuperius tractatum eſt. Quartum caput continet ns ſpeciale iuri communi contrarium, quo feudum nobile poſſeſſori vt ſuperiùs dictum eſt non confert nobilitatẽ niſi ex eorum ſit numero quibus annexa eſt dignitas, cuiuſmodi ſunt Comitatus, Marchionatus, & id genus de quibus ante dictum eſt.

SVMMA.

1 *Verbis narratiuis legis antiquæ fides adhibenda.*

CAP. X.

EXtat *arreſtum quo latè continentur quæcunque de rebus ab hominibus manuſmortuæ acquiſitis diximus, quæ cenſentur humano commercio exemptæ poſt triginta annos: aut ſaltem homines manuſmortuæ eas emancipare non tenentur: memorantúrque eo arreſto multæ conſtitutiones in eam rem quæ non extant, ſed belli iniuria perierunt. Notandum tamen eſt antiquæ conſtitutioni fidem eſſe adhibendam in verbis narratiuis, cum veriſimile ſit eiuſmodi conſtitutionem ſancitam decretóque Curiæ confirmatam fuiſſe, arg. text. cum gloſſ. in cap. cum cauſam, de probat.*

TRACTATVS DE FEVDIS, hominiis, & vaſſallibus.

ARreſto pronuntiatum eſt, ſi feudum Ducem, Comitem, Baronẽ, aut Parem Franciæ agnoſcens, regi tanquam commiſſum addicatur, aut alia ratione ad eum reuertatur, regem non teneri Duci, Comiti, Baroni, aut Pari Frãciæ fidem & obſequium præſtare. Ad 25. Febr. anno 1558. inter dominum de la Trimouille actorem, & Procuratorem regis & dominam de la Floſſeliere reos.

SVMMA.

1 *Rex non cogitur præſtare fidem & obſequium pro retrofeudo, ſi ad eum reuertatur.*

CAP. I.

HAnc queſtionem mouet ac decidit Speculator tit. de feudis. §. quoniam. de homagiis. & fidelitatibus, quæſt. xxiiij. vbi proponit ſpeciem de rege Aragoniæ tũc domino Montiſpeſſulani, quod iure clientellari poſſidebat ab epiſcopo & eccleſia Magalonenſi, ſi fortè rex Franciæ ab ipſo dictam vrbem acquireret, an obſequium præſtare dictis epiſcopo & eccleſiæ teneretur. Speculator multa diuerſorum doctorum qui in eam rem ſcripſerũt, refert ſententias in vtráque partem. Sed eius quæſtionis definitio eſt, regem non compelli fidem & obſequium vaſſallo ſuo præſtare, cùm neminem ſuperiorem in temporalibus agnoſcat, ſitque dominus feudi ſuperioris. Altera quoque ratio afferri poteſt, quod omnia prædia iure feudi ab inferioribus dominis regis vaſſallibus, mouentia à rege pendeant iure retrofeudi: quoties autem feudum ad regem reuertitur, redit ad primam ſuam naturam. ideóque liberatur à præſtatione fidelitatis & obſequij, facit cap. quæris. de conſecrat. diſt. 4. L. ſi vnus. §. pactus. verſ. ſed ſi pactum. ff. de pact.

ARreſtum pronuntiatum die 2. Martij 1534. inter magiſtrum Iohannem Gilbert Aduocatum regium apud Curiam vectigalium, pronocantem à ſententia Recuperatorum Pallatinorum, aduerſus Commẽdantem de Villeroy: quo ſancitum fuit malè iudicatum à dictis Recuperatoribus, qui dicto Commendanti liberam poſſeſſionem decreuerant quorundam prædiorum poſſeſſorum inſtante dicto Gilberto, propter neglectam præſtationem hommis, fidelitatis, & obſequij, hoc prætextu quod dictus Commendans dictum Gilbertum dominum ſuum eſſe diffiteretur, cum tamen eiuſmodi inficiatio authoritate & decreto ſuperioris confirmata non eſſet vt res poſtulabat.

SVMMA.

Abnegatio facta ab hominibus manuſmortuæ feudum non committit, niſi abnegatio decreto confirmata ſit.

CAP. II.

AD huius arreſti intelligentiam, præſupponendum eſt prælatum aut alium beneficiarium nõ poſſe alienare prędia aut alia immobilia ſui beneficij, niſi certis caſibus cum cauſæ cognitione & decreto ſuperioris, per text. in Clement. de reb. eccleſ. non alien. & in Authent. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccleſ. Sciendum quoque eſt conſuetudinibus Prefecturæ & Vicecomitatus Pariſiẽſis cõſtitutum eſſe vt vaſſallus dominum abnegans feudo mulctetur, ſi poſtea cõperiatur feudum ab ipſo domino mouere, & vaſſallum tenere dominum abnegaſſe. Extat & alia conſuetudo, qua vaſſallus qui pendente lite de poſſeſſione feudi dominum abnegat, mitti debet in poſſeſſionem ſui feudi. In facto autem propoſito Commendantis illius feudum poſſeſſum erat propter neglectam fidem & obſequium, iuráque feudalia non præſtita. Ad hæc Commendans ille vir aſtutus & vafer, dominum feudalem abnegat, vt hac ratione in poſſeſſionem feudi mittatur abſque vlla ſolutione aut depoſitione iurium feudaliũ: nihil inde prędudicij eccleſiæ ſe allaturũ putans, quoniam abnegatio nec approbata, nec decreto ſuperioris confirmata alienationem inualidam reddebat. Recuperatores Pallatini non detecta aſtutia vi conſuetudinis liberam feudi poſſeſſionem ei addicunt, vt pote dominum abneganti, à qua ſententia dominus feudalis prouocat. Suprema Curia, re propius inſpecta, intellectiſque partium allegationibus pronuntiat malè iudicatum ac meritò appellatum, ſententiamque in melius reformando manus iniectionem duraturam decreuit.

ALiud arreſtum pronuntiatum die 4. Ianuarij, anno 1534. inter dominum Carolum de Tournebeuf appellan-

pellantem à Recuperatoribus Pallatinis, & dominam Mariam Pichon, quæ diuerterat à magistro Sepaphino du Tillet, quo sententia dictorum Recuperatorum confirmata est, qui iudicarant dictam Pichon admittendam esse ad præstationem fidelitatis feudi des Coudreaux iure maioris imperij, licet nullus esset manus iniectionis concursus, sed solus dictus dominus de Tournebeuf feudum possedisset, sólúsque dominus de Tranas qui iùs feudale prætendebat, controuersiam ad instrumenti exhibitionem mouisset: cautúmque est eo arresto posse vassallum iure maioris imperij admitti, etiamsi non sit concursus duplicis possessionis, sufficeréque concursum actionum motarum à duobus feudi dominis: quod antea decisum non fuerat.

SVMMA.

Vasallus mitti debet in possessionem à superiori domino, si duo domini possederint: aut si ab altero mota sit controuersia, alter verò interdicto possessorio vtatur.

CAP. III.

AD huius arresti facilé intellectum, primum omnium statuendũ est in quæstione feudali quoties fit concursus duorum dominorũ quorum quisque feudum possideri postulat prætẽdens tenutam feudalem consuetudine cauere vt vassallo libera feudi possessio à superiore domino concedatur, vt eo pendente lite vtatur interposita cautione de præstanda fidelitate ei secundum quem sententia lata fuerit, itaque definitum est innumeris Curiæ arrestis ex consuetudine Parisiensi. In proposita verò quæstione monebat difficultatem, quòd vnus solus ex duobus dominis feudum prætendentibus manum iniici curauerat, alter verò iure agebat. Vnde is qui interdicto possessorio vtebatur, contendebat sibi possessionem competere sub periculo damnorum & interesse si causa caderet, vassallóque liberam possessionem non esse concedendam cùm nullus esset possessionis concursus. Ex aduerso vassallus dicebat sufficere concursum diuersorum dominorum feudalium, nec ad rem pertinere possessorióne interdicto an actione vterentur. Ad huius controuersiæ definitionem Senatus pronuntiat rectè iudicatum à Recuperatoribus Pallatinis, hoc arresto iudicans quoties fit concursus dominorum per manus iniectionem aut actionem, vassallum admitti posse ad fidelitatem à superiore domino. Eius arresti ratio inde peti potest quòd eiusmodi receptio ad fidelitatem pendeat à sola controuersia quæ vertitur inter duos dominos de tenuta feudali: qua pendente incertus est vassallus vtri fidem & obsequium præstare debeat, quem interea iudex admittit in clientelam regis quæ dicitur manus superior, quòdab eo omnia feuda mediatè vel immediatè procedant, vti superiùs demonstratum est.

ARrestum pronũtiatum vltima die Decembris 1535. inter dominum Iohannem Desaincts Equitem, prouocantẽ à Præfecto prouinciæ Bellonacensis, & Robertum d'Aubourg dominum de Neufueillette prouocatum, secundum quem sententia lata erat: quo iudicatum fuit dictum Desaincts, qui manum feudo de Villembray tanquam dominus feudalis iniecerat, quòd vnius anni reditum pro iure redemptionis elegisset, ac dicti feudi de Villembray fructus per se percipere vellet, non posse dictum Aubourg domo & arce expellere, sed dictum Aubourg integro anno redemptionis possessurum, ea conditione vt pretium locationis domus siue arcis persolueret: columberio vero & cæteris pertinentiis prædictum Desaincts potiturũ.

SVMMA.

Qui caduci aut alio iure in re aliena vtuntur, ipso in re fauorabiles non sunt.

CAP. IIII.

AD huius arresti intelligentiam, notandũ est in multis huius regni prouinciarũ præfecturis moris esse, vt quoties fit apertura feudi mutatione vassalli, morte, venditione, aut alio modo, domino à quo feudum mouetur debeatur ius nouationis & redemptionis, hoc est prouentus vnius anni totius feudi, aut quod arbitrio boni viri æstimabitur, aut certa pecuniæ summa, ad optionem dominij: adeò quidem vt si dominus feudi fructus vnius anni elegerit, habeat integrum vsum fructum illius feudi cui apertura contigit. In specie autem huius arresti dominus feudi reditum vnius anni elegerat pro suo iure: atque adeò contendebat sibi competere ius habitationis in domo siue arce, quòd habitatio esset in fructu, nouúmque vassallum expelli debere à possessione dictæ domus, columberij, horti, & cæterorum quæ dominis cedunt, donec integrum annũ possedisset. Ex aduerso nouus vassallus defendebat id esse duriſſimum, magísque inuidiæ plenum quàm rationi cõsentaneum, cum dominus feudalis cõmodam alibi habitationem haberet: neque attendendam esse ad id quod dominus prætexeret habitationem arcis esse in fructu, cũ vassallus id agnoscens ei æstimationem locationis illius anni offerret. Ad hæc dominus replicabat incommodam sibi esse perceptionem fructuum atque vsum fructum annui reditus nisi loco inhæreret. Huic controuersiæ Curia vt finem imponeret præcipuæ æquitatis quàm stricti iuris habita ratione, suo arresto definiuit domino ius non esse vassallum domo aut arce expellendi, modò ei æstimationem locationis

præſtaret: colúmbario tamen & cæteris dominũ per ſe vſurum fruiturum. Quamuis autem hoc arreſtum ſumma æquitate nitatur, poteſt tamen ſtricto quoque iure defendi. Nã conſuetudo tribuit tantùm domino prouentum vnius anni, aut quod arbitrio boni viri æſtimabitur, aut ſummã pecuniæ ſemel ſoluendam: huiuſque conſuetudinis ratio inde pẽtenda eſt quod omnis reditus æſtimationem admittit: ideóque ſi in perceptione reditus vnius anni intelligatur contineri vſus & commoditas arcis & domus vaſſalli, id ex iuris interpretatione & ſanè accipiendum eſt, vt notat text. in §. j. inſtitut. de vſu & habitat. cuius hæc ſunt verba, in eodem quoque fundo hactenus licet ei morari, vt neque domino fundi moleſtus ſit, nec iis per quos opera ruſtica fiunt, impedimento. Ad hanc quæſtionem animaduertendum eſt omnes quibus ius eſt in re aliena caducariã obuentionẽ exigere, de iure nõ eſſe fauorabiles, quales ſunt qui fructus alienorum beneficiorum vnius anni percipiũt vi conſuetudinis aut priuilegij, cuius generis ſunt multi epiſcopi & archidiaconi in Francia, qui hoc ius vocare ſolent ius deportũ, hoc eſt ius caduci, de quo inferius tractabitur ſuo loco. Vſque adeò autẽ ius eis nõ fauet, vt integer reditus illius anni ad decimam redactus ſit nec amplius quicquã exigere poſſint, vt expreſſè declaratur in extrauag. Sufcepti regiminis, ſub tit. de electio. in extrauag. Pap. Ioan. XXII. Quod ſi quis exiſtimet fauorabiliorẽ eſſe cauſã dominorũ feudalium quod ius illud percipiendorũ fructuũ vnius anni procedat ab inueſtitura q̃ á de ſuo feudo fecerunt: epiſcopi quoque & archidiaconi allegabũt eandẽ eſſe cauſam iuris caducarij quod ipſis in beneficiis competit. Cùm enim ab initio proprietas eccleſiarum ipſis competeret, ſub iis oneribus & conditionibus eas tradiderunt iuxta cap. Conſultationibus, de donat. in antiquis.

IN magna Curia inquiſitionum conuocatis nõnullis aliis claſsibus examinata eſt lis mota inter Carthuſianos actores, & Robertum Beeſle Præfectum Villenouæ S. Georgij reum, in eo quod dicti actores tanquã domini feudi de Vigneux quod erat Roberti Binet vaſſalli, poſtulabant ſibi addici iure retractus feudalis centum ſexaginta iugera ad dictum feudum pertinẽtia, & à dicto Binet dicto Beeſle vendita bis mille libris: in quorum tamen ſingula iugera quatuor denarios Pariſienſes annuos iure cenſus ſibi retinuerat vnà cum iuriſdictione: cui quidẽ redhibitioni ſeu retractui feudali obſtitit dictus Beeſle reus allegans retractui locum non eſſe propter retentionẽ dicti cenſus & iuriſdictionis ex vi conſuetudinis Pariſienſis, qua vaſſallus liberè ſuo feudo ſtatuere poteſt, modo ne iuriſdictione cedat, nec idcirco quicquam ab eo emolumenti dominus exigere poteſt. Huius controuerſiæ diſtributa fuit cognitio in magna Camera inquiſitionũ: poſtea paruæ Cameræ inquiſitionum cõmiſſa cognitione pronuntiatum fuit eo caſu ea centum ſexaginta iugera iuri retractus nõ eſſe obnoxia, ſeruata actione, ſi quã habeant dominis feudalibus, quando feudi apertura contingeret. recitatum 15. die Febr. anno 1538. Hoc arreſtum extat in libris ſportularum ſub ſigillo Verius & Quelin: & in libris eiuſdem anni & diei apud armamentarium cauſarum.

SVMMA.

1 *Quomodo intelligendum ſit vaſſallum poſſe gaudere ſuo feudo.*
2 *Id quod Curiæ decretis definitum eſt amplius in controuerſiam deduci non debet.*
3 *Homines manuſmortuæ poſſunt vti iure retentionis feudalis.*
4 *Rex poteſt vti iure retentionis feudalis.*

CAP. V.

HVius arreſti bene intellecti ſumma eſt vtilitas, multáſq; ſoluit quæſtiones, interpretátúrque conſuetudinẽ Pariſienſem artic. 41. tit. de feudis: vbi vaſſallus poteſt ad libitum de ſuo feudo ſtatuere, modò ne fidelitatẽ abneget, neque propterea dominus ab eo vllum cõmodum
1 conſequi poteſt: † hócque arreſto iudicatur vaſſallum intelligi gaudere ſuo feudo etiãſi feudum redigat ad inſtar minoris cenſus quanuis inde magnam pecuniæ ſummã accipiat. In eámq; rẽ extat arreſtũ inter magiſtrũ Ioã. Bouchart dominũ de Chãpigny, & magiſtrũ Guilielmũ le Sueur, generalẽ monetariũ, datũ 25. Iunij. 1516. id tamen præſũptione fraudis nõ caret, ideóq; mirũ videri non debet ſi in caſu propoſito ſententiarũ concurſus interuenerit, poſſent enim multa in
2 vtrãq; partẽ adduci ſi locus poſtularet: † ſed cũ res duobus arreſtis ſit definita, conſiſtẽdũ eſt: huc accedit quod vaſſallo pecuniæ indigo fauendum eſt ſi vndequáque pecuniã cõficiat, abſque tamẽ venditione aut alienatione feudi, aut tranſlatione in alterius poteſtatem, ſi fieri poſſit. † Secundo deciditur hoc arreſto magna & ſolẽnis quæſtio, an homines manuſmortuæ retentione feudali vti poſſint. Verbi gratia, ab Abbatia S. Germani & S. Genouefæ feudum mouetur, quod à vaſſallo diſtrahitur. Abbas & conuẽtus à quibus feudũ tenetur, dicẽ emptori dicunt vt feudum iure retractus feudalis ſibi vindicẽt: emptor negat admittẽdos cũ ſint manuſmortuæ, nec eis liceat abſque regis amortizatione, vt notum eſt prædia poſſidere. Hoc arreſtum in fauorem Carthuſianorum definit homines manuſmortuæ feudi dominos retẽtione feudali vti poſſe vt his arreſti verbis demõſtratur: Saluo iure dominorũ feudaliũ cũ feudi apertura cõtinget, vt tũ ſibi vt videbitur cõſulãt. Ex quibus ſatis intelligi poteſt, Curiã ius petẽdi retractus feudalis non fuiſſe denegaturam ſi aperturã feudi contigiſſe iudicaſſet. Quod enim ad amortizationem ab emptore propoſitã attinet,

attinet, reſpõderi poteſt non fuiſſe neceſſariam in inſtanti, ſed ſatis fuiſſe ſi hominibus manumortuæ concedatur quod ab eis ceſſio rei poſtulatur. Imò implus per eos annorum præſcriptionẽ fundit amortizatas cenſetur, nec ab eis manus poſſeſſio uelli poteſt, vt pluribus ſuprà dictũ eſt in tractatu de amortizatio. † huc accedit quod non ſolum homines manumortuæ hoc iure feudalis retentionis vti poſſunt, verum etiam ipſe rex vt patet exẽplo regis Caroli vi qui eo iure vſus eſt in quodam feudo ſito apud S. Quintinum vendito à domino de Clin Maiori & iuratis illius vrbis, vt cõſtat ex inſtrumentis in armario notato litera O, apud Curiam rationũ. Iuxtà indẽque tenet arreſtũ Curiæ cuius principiũ ita habet, Cũ Comes Flan. Inter iudicia, cõſilia & arreſta expedita in parlamẽto Pent e Mariæ Magdalenes, anno domini 1277.

ARreſtum recitatum die 13. Maij, anno 1530. inter magiſtrum Auguſtinum de Thou aduocatum regium, & Franciſcum de Monceau equitem, dominum de S. Cyre, quo generale mandatum Curiæ de poſſidendis omnibus feudis apertis improbatur, omnibuſque iudicibus huiuſmodi mandati conceſſione interdicitur.

SVMMA.

1 *Minimus feudi dominus quàm potentiſſimo vaſſallo præferitur.*
2 *Soli regi licet mandata generalia decernere.*

CAP. VI.

SCiendum eſt eiuſmodi mandata generalia de poſſidendis omnibus feudis apertis latè patere, ſumque eſſe prætudicij. Poſſeſſio enim feudalis, ſiue iure ſiue iniuriâ fiat, datur pendẽte lite in præiudicium vaſſalli de poſſeſſione detecti: apparitorique in vim huiuſmodi mandati licet quẽ volet mittere in poſſeſſionẽ, aut poſſeſſione detrudere. † Nec refert quòd vaſſallo in exitu litis addici debeat quanti ipſius intereſt de poſſeſſione detectum non eſſe, ea enim expectatio puſilli eſt momenti, nam vt dici ſolet, infimus dominus vaſſallum potẽtiſſimum ſuperat: cùmque litium tam diuturna ſit perſecutio, minimum non eſt ſi eiuſmodi mandata generalia curiæ non probentur. † Soli regi competet mandata generalia decernere, quibus ſunt Committimus, aut litteræ in formâ debitis, quib. cogi poſſũt omnes debitores ad ſolutionẽ, quæ æquiualent dictis mandatis. Præfectis verò prouinciarum & iudicibus expreſſè interdictũ eſt conceſſio litterarum debitis, aut diplomatũ ſaluegardiæ, conſtitutio Ludo. XII. publicatis anno 1512. Cuius conſtitutionis hæc ſunt verba. Præterea interdicto prohibuimus prohibemúſque omnibus Præſidibus prouinciarum aut eorum legatis, ne in poſterum vllas litteras debitis aut diplomata ſaluegardiæ generalia concedant. Notandúmque eſt ab hac conſtitutione petitum eſſe hoc arreſtum.

SVMMA.

1 *Ius primogenituræ locum habet nummis redactis ex venditione prædiorum in quæ ius primogenituræ exerceri poteſt.*

CAP. VII.

ARreſtum notatu dignum ex die 7. menſis Septẽb. 1552. extat in libris Curiæ inter Claudium Gaſtelier filium primogenitum hæredẽmq; præcipuum defuncti Franciſci Gaſtelier, & Caſſine Vergoigne parentum ſuorum, actorem poſtulantem vt ſibi ius primogenituræ adiudicaretur quod ipſi morte parentum obtigiſſet, & Ioannem Gaſtelier filium minorem natu, dicto iuri aduerſantem, alióſque reos. Iudicatum fuit de nummis redactis ex venditione mobilium & immobilium, deducto omni ære alieno paterno maternóque, de eo quod ſupereſſet filium maiorẽ natu ablaturum æſtimationẽ præcipui & iuris primogenituræ quod ei competebat in feudis venditis, propterea quòd plus quàm cæteri cohæredes ex ſuo præcipuo exoluiſſet.

TRACTATVS DE REGALIIS.

SVMMA.

1 *Duo regaliorum genera.*
2 *Rex iure regaliorum ſibi vindicat in omnia bona temporalia & eccleſiarum Cathedralium.*
3 *De iuramento fidelitatis, præſtando regi ab omnibus epiſcopis.*
4 *Origo regaliorum ab antiquis tradita.*

CAP. I.

1 NOtandũ † eſt duplex eſſe regaliorum genus. Primum eſt de bonis temporalibus eccleſiæ, alterum de ſpiritualibus. † Primum cõpetit regi in omnibus eccleſiis Cathedralibus ſui regni citra & vltra Ligerim. Hoc iure vtitur rex primò ratione feudi: omnes enim epiſcopi fidẽ & obſequiũ ei exhibere tenẽtur pro temporalibus eccleſiæ, etiamſi amortizata ſint, quoniam amortizatio non liberat homines manumortuæ quales ſunt eccleſiaſtici, à præſtatione hominij, vt ſupra latius demonſtratum eſt. Secundo rex eo iure vtitur ratione cuſtodiæ eccleſiæ vacantis, quæ regi competit iure communi, cap. generali, de electio. in 6. Ideóque quoties alicuius Cathedralis eccleſiæ vacatio contingit in hoc regno, ſolet curator dari bonis, qui authoritate regis poſſideat donec epiſcopus ſucceſſor fidẽ & hõmagiũ regi præſtiterit, † quod honoris gratia ſacramen-

tum fidelitatis appellatur de quo postea docebitur in constitutione regaliorum quæ incipit, Dũ episcopus: sicq; accipiẽdum est quod tradit Baldus in proœmio decretalium, & in cap. quanto. De iudiciis, quod rex sit patronus omnium ecclesiarũ Cathedraliũ sui regni: q̃ sanè multos deduxit in errorẽ, vt notarũt Canonistæ in cap. Imperium. 10. distin. Id intelligendum est de custodia & tuitione tantũ, nõ de collatione beneficiorũ, Archidiaconus in cap. lectis 63. dist. Panormita. in cap. venerabilẽ, de electio. In eámq; rẽ extat præclara doctáque actio ad Senatum, habita à magistro Matthęo Chartier pro regaliis Cenomani, vltima die Ianuarij 1520. inter magistrũ Ioãnẽ Alegret actorẽ iure regaliorũ, & magistrũ Ioannem Rõsardũ reum. Ius autem regaliorum quod regi in spiritualia cõpetit, cõtinet etiã collationẽ beneficiorũ, de quibus nunc tractaturi sumus. † Arnulphus Ruſæus & Philippus Probus
4 qui de regaliorũ iure scripserũt, multũ sibi negotij facessũt in perquirẽda causa & origine regaliorũ. Nõnulli deducũt à cõsilio Aurelianẽsi habito temporibus Regis Clodouei, in quẽ collata fuit electio & nominatio episcoporum in præmiũ sine compensationẽ cladis quam intulerat Alarico Regi Visigottorum hæreticorum: vti etiam postea idem ius in Carolum magnum & successores collatum est ob Arrianorũ deletã sectã: Itidémque in Carolum Caluũ, qui regni & imperij falces obtinuit. Laudátque Ruſeus huius controuersiæ authorem Papã Bonifacium viii. contendentẽ ius regaliorũ nihil aliud esse quã violentam & iniquam vsurpationem. Alij existimãt regaliorum antiquam institutionem fuisse, & concilio Basilienſi confirmatam. Tandem singuli hoc ius firmare nituntur tam veteri iure, constitutionibus canonicis, cõciliisque generalibus ab ecclesiis habitis. Sed vt omnis dubitatio tollatur, sciendum est in armamentario memorialium apud officium Cameræ rationum Parisiensium in libro notato litera B, folio 52, 53, 54, 55. vbi de iure regaliorum mentio est, déque potestate regis in collatione beneficiorum diuersarum ecclesiarum sui regni, extare constitutiones infra scriptas: ex quarum lectione facilè intelligetur initium & origo iuris regaliorum. Sequitur prima.

Vera regaliorum origo.

PHilippus Dei gratia Rex Franciæ, omnibus præsentibus & futuris significamus, Cum à nonnullis dubitatum sit an nobis cõpetat collatio præbẽdarum, dignitatum, & beneficiorum vacantium tempore nostrorum regaliorum in ecclesiis nostri regni, in quibus dictum ius regaliorum nobis competit: diligenti perquisitione habita, satis supérque nobis constat maiores nostros Reges Franciæ iure regaliorum nobilitatisque qua sceptrum Gallicum insignitum est, vsos fuisse, continuæque ac perpetuæ possessionis iure conferre consueuisse præbendas, dignitates, & beneficia vacantia de iure & de facto, aut de iure tantum: aut si non possessa & vacantia reperiantur, de facto tantum: nósque eo vsos esse, vti, & vsuros tanquam nostro regali iure, quoties aliquid eiusmodi aut simile continget. Datum Vincennis mense Octobr. anno 1334.

IN libro authoris extant eiusdem sententiæ & diei constitutiones duæ, quæ breuitatis causa prætermissæ sunt, vt etiam epistola scripta ad Regem Philippum à Cancellario Angliæ, qua continetur ab omni æuo Reges Angliæ iure regaliorum vsos esse.

SVMMA.

1 *Quando beneficium de iure censeatur vacare.*
2 *Quando censeatur vacare de facto tantum.*
3 *Recusatio capituli non sufficit ad impediendum effectum regaliorum.*
4 *Possessio per procuratorem apprehensa non impedit effectum regaliorum.*
5 *Adepto possessionis à domino facta potior est ei quæ à procuratore apprehenditur.*
6 *Vulgatum arrestum de duobus cõpermutantibus.*
7 *Hominium præstitum per procuratorem non impedit effectum regaliorum.*
8 *Commenda æquinalet titulo.*
9 *Necesse est beneficium possessum esse de iure & de facto respectu eiusdem personæ, vt regaliorum effectus inhibeatur.*

Cap. II.

Constitutio vulgò Philippina dicta.

PHilippus Dei gratia Rex Franciæ supremæ Curiæ salutem. Cùm in lite corã vobis mota inter magistrum Stephanum Roigier, & Gulielmũ de S. Germain sacerdotem, de præbenda Carnutensi, cui quidem Stephano iampridẽ literis nostris dictam præbendam contulimus vtpote nostræ collationi subiacentem ratione regaliorum, dictúsque Guilielmus sibi collationem à sanctissimo patre nostro Papa concessam prætexat: prædictúsque Roigier cupiat coram vobis vti certa constitutione iamdudum redacta in libros vestræ Curiæ, cuius hæc sunt verba, Philippus Dei gratia Rex Franciæ, &c.

NOtandum est Regem Philippum hic inserere totidem verbis constitutionem suprascriptam, nec vna amplius quàm alia quicquam contineri: sola diei adscriptione differunt, superior enim constitutio data est Vincennis, anno 1334. hæc verò data est Poissiaci ad 5. Maij 1346. à Philippo Valesio eodem authore.

Ex particulis constitutionum superius recitatis, satis potest inferri initium & origo regaliorũ, nempe quod sit ius regi cõpetens, ratione diadematis quæsitum à maioribus longissimi temporis

possess-

possessione, consuetudine inueterata, longissimóque tempore cuius non extat memoria præscriptum, dicta constitutione quę Philippina dicitur, secundum quam abhinc ducentos annos sæpissimè iudicatū est à suprema Curia, cōfirmatum. Ad cuius intelligentiam sciendū est beneficij vacationē posse cōtingere tam de iure quā de facto: nonnūquam etiam de facto tantūm, ac
1 sæpissimè de iure tantum.† Vacatio de iure contingit per mortem, religionem, incōpatibilitatem aliorum beneficiorum, per non promotionē ad sacros ordines intra tēpus iuris, per cōtractū matrimonij, per ingressum religionis, & professionē secutā, multisq; aliis modis quibus beneficium de iure communi censetur vacās & impetrabile. Quodsi fortè episcopus decedat antequam contulerit, aut eius collatio non valeat, si quidem sit beneficium simplex sit locus regalis: hoc amplius si antequam regalis sit locus dictum beneficiū in capacē collatū sit, si tamē de facto vacet impetrari potest tanquam vacans
2 iure regaliorum. † Notandum est vacationē facti cōtingere, cum nullus reperitur possidere de facto. Sed ne res exemplis egeat paucis agā. Parisiensis Episcopus cum Titio præbendam cū canonia contulisset, non postulante eodem Titio in collegium canonicorum cooptari, vita functus est. Præbenda censetur vacare in regalibus, habētque rex eius collationē iure regaliæ, quoniam Titius qui designatus erat canonicus, possessionem adeptus non erat, nec à capitulo inauguratus. Itaque accipiendum est quod Philippi-
3 na de vacatione facti dicit.† Atque in hanc rem mota est insignis hæc quæstio. Quidam in collegium canonicorū cooptatus, literas collationis capitulo offert, petitque inauguratri: repulsam à capitulo patitur, interea contingit mors episcopi, fitque locus regaliæ. Quæritur an actus repulsæ æquipolleat receptioni ad impediendūius regaliorū. Hoc cōtigit in facto inter capitulum & decanū Meldenses prouocantes, & magistrum Bonnauenturā Gryn prouocatum. Nōnulli censuerunt actum repulsæ non sufficere ad inhibēdum effectum regaliæ, sed obtinendum esse diploma regium primo cuiq; apparitori regio inscriptū, quo præciperetur capitulo vt eū inauguraret, eóq; recusāte induceret in possessionē, in eáq; eū morari iuberet. Aliis visū est repulsā sufficere, cū officio functus esset, nec ei imputari posset quod de facto nō possideret: adeò vt ipsius diligentia receptioni exequenda esse videretur. Verū hoc senatus cōsulto omnis cōtrouersia definita est, quo decisum est repulsā capituli nō sufficere ad excludendum effectum regaliæ. Hoc senatus consultum, factum est die 27. Nouemb. anno 1389. inter magistrum Mattheum Anquetil, iuris canonici doctorem, actorem in regalia, & magistrū Robertū de Freta reum, ratione præbendæ & canoniæ ecclesiæ Rothomagensis. Nihilominus tamen postea inter magistrum Ludouicum Lacerem, Franciscum Iorré, & Iacobum Aligre, rem esse consilij pronunciatum est die 21. Nouemb. anno 1527. dum quærebatur an necessaria esset actualis inauguratio ad excludendum
4 effectum regaliæ.† Alia quoque nostris temporibus quæstio mota est, an possessio apprehensa per procuratorem impediat quominus beneficium vacet in regalia. Perspicuè videtur ius stare à parte affirmatiua: nam ex communi opinione doctorum in l. j. §. per procuratorem, ff. de acquir. possess. per procuratorē possessio nobis acquiretur verè & propriè: quod videtur probari cap. accedēs, de præbē. l. quod meo, ff. de acquir. possess. & regula seu theorica iuris, qua cauetur ne possē per procuratorē quod possū per me. l. sed si vnus, §. idē Iulianus, ff. de iniur. Exceptis casibus nonnullis, quibus nō licet quædam agere per procuratorem, quæ notat glossa in l. minorum. C. de prędiis mino. quod obtinet non modo in caulis secularibus, sed etiā in beneficialibus, in quib. certū est possessionē possē quæri & perdi per procuratorem, Clement. vnica. De renuntiatio. vt tenet Ruſęus in tractatu regaliorum in primo priuilegio, §. ex ipsis potest dilucidè agnosci.

His non obstantibus contrariā sequor sententiam, constitutione, iure communi, & variis arrestis subnixam. Primùm ea constitutione quæ Philippina vulgo dicitur, qua traditur omnia beneficia simplicia iure & facto, aut iure vel facto tantum vacantia, censeri in regalia vacare. Animaduertendum itaque est quando iure canonico beneficium censeatur possessum reipsa, aut vacans re ipsa: nec difficilis est huius quęstionis explicatio, cum expresso iure definita sit, in cap. cū nostris de concessio. præbendę, vbi textus loquitur de præpositō Ecclesiæ Lausanensis, qui cum in episcopum assumptus fuisset, ad præpositurā tamen fuerat electus, præpositurámque vnà cum episcopatu possidebat, cuius permāsit possessor vt antea, adeò vt dicta præpositura de facto non vacaret: eo loco glossa refert triplicem speciem possessionis. Quædam plus iuris habet quàm facti: quædam iuris & facti multum habet: alia parum iuris habet, sed facti plurimum, qualis est ea quam quis corpore acquirit, & cui corpore incumbit. Déque hac posteriore loquitur dictum cap. cum nostris, vt glossa ibi notat: adeo quidem vt ex eo textu & glossa dilucidè concludi possit possessionem quæ impedit quominus beneficiū de iure vacet, càm esse quæ parum iuris, facti verò plurimum habet, qualis est ea de qua paulo antè dictum est quā nos ipsi nobis acquirimus.
5 †Quòd autem ad possessionem nobis per procuratorem quæsitam attinet, certum est non esse veram neque ita perfectam vt est ea quam ipsi per nos quærimus: quod multis quidem, sed duobus præsertim modis facilè ostendi potest. Nam possessio quæ per procuratorem acquiritur cum vera non sit, vsucapiendi causam præstat soli scienti, l. j. C. de acquir. possessio. Alia planè causa est possessionis quam nos ipsi nobis acquirimus: per hanc enim dominium, aut saltem vsucapiēdi causam acquirimus. Secūdò, si per procuratorem possessio beneficij acquisita sit, eáque procurator vtatur per spatium trium annorum, titularius non iuuatur beneficio decreti de pacificis possessoribus arg. l. ij. ff. pro soluto, l. possessor quoque, §. fina. ff. de acquir. possessio. & l. j. C. eo. Ad rem verò quod attinet arresto inter quēdam dictum Rogeri & alium dictum de S. Germain, ratione canoniæ & præbendæ Carnutensis, anno 1551. decisum est possessionem per procuratorem apprehensam non impedire vacationem beneficij in regalia, si tam forte contingat. Nec ad rem facit argumentum quod solet obiici, quod procurator à capitulo inauguratus sit loco titularij tanquam eius personam

referens, & quod persona domini & procuratoris sit eadem. hoc enim fictione iuris verum est, sed definitum ius est regaliam fictionem nullam
6 admittere. † Quod ita sit, tritum & vulgatum de duobus compermutãtibus arrestum satis docet: donec enim resignatarius appareat, resignans in possessione permanet & fingitur non resignasse, sed tamen si contingat regaliæ apertura, beneficiũ resignantis cẽsebitur vacare in regalia: atque ita aliàs iudicatum est ratione præbendæ Tornacensis. † In simili specie arresto definitum est,
7 quod si quis recẽs beneficio donatus in fidem & obsequium à rege fuerit receptus per procuratorem, id non sufficit ad excludendam regaliam quoad collationem beneficiorũ, donec ipse per se fidem & obsequium exhibuerit: quamuis ea possessio ei prosit ad possessionem temporalium, itaque arresto iudicatum est die 24. Iulij 1406. inter magistrum Ioannem de Sorpy & magistrum Heruetum Bordequin, ratione præbẽdæ ecclesiæ Renensis. Eius fuit sententiæ Arnulphus Ruseus in tractatu de regalis, priuilegio 43. quod videtur contrarium ei quod tradiderat priuilegio primo, vbi tractat de possessione per procuratorem quæsita.

8 † In simili quoque casu ita iudicatum est inter cõmendatarios. Posito enim quod in hoc regno ius sit quod commenda sit titulus aut loco tituli, iuxta glo. in cap. nemo deinceps, de electio. in 6. & per modernos in c. dudum ij. de electio. quia tamen commendatarius non est verus possessor, sed simplex procurator aut depositarius, c. cùm nobis olim, in fi. ibi, Vobis in procuratorem concedimus, de electio. Arresto definitum est quod si apertura regaliæ contingat, beneficia in cõmendam possessa vacant, iure regaliorum. Idcirco ex stylo Curiæ Romanæ, quoties Papa confert alicui beneficium vacans morte, aut cessione commendatarij, hæc verba solent inseri instrumento prouisionis, Cessante adhuc eo quod vacabat modo vacare noscatur, hoc arrestum pronuntiatum est anno 1335. die 15. Iunij, in fauorem magistri Ægidij de Fricourt, cui adiudicatus fuit subdiaconatus ecclesiæ Baiocensis.

Quæstio notatu digna.

9 HIc †incidit difficilis quæstio ad huius constitutionis quæ Philippina dicitur, intelligentiam, An ad inhibendum effectum regaliæ necesse sit beneficium de iure & de facto ab eadem persona possideri, an verò satis sit possideri de facto & de iure à diuersis personis. Quã quæstionem nõ animaduerterunt Ruseus & Probus. Causæ constitutio hęc proponi potest. Præbenda ecclesiæ Parisiensis morte alicuius vacauit, Titio priori ordinarius, Sempronio deinde Papa confert. Contigit Sempronium posteriore loco designatum à capitulo inaugurari negligẽtia aut absentia Titij prius ab ordinario designati. Mortuo episcopo Parisiensi rex hãc præbendam cõfert iure regaliæ. Designati ab ordinario & à Papa reclamant, contendũntque præbendam de facto & de iure occupatã tum cũ regalia in ecclesia Parisiẽsi aperta est: de iure enim possidebatur à Titio, qui cũ designatus esset continuo post vacationem, verum ius in dicta præbenda sibi quæsierat: Sempronius quoque per se possessionem naturalem erat adeptus, indèque à capitulo cooptatus fuerat, sicque præbenda iure & facto repleta erat. Contrà is qui iure regaliæ immittebatur, quoad Titiũ dicebat præbẽdã vacare de facto, quia nũquã à capitulo fuerat receptus: quoad Sempronĩũ etiã vacare de iure, quoniã à Papa collationem acceperat postquam Titius ab ordinario designatus fuerat ideòque præbendam vacare iure regaliæ. Vt enim regalia claudatur, eiúsque effectus inhibeatur, necesse est beneficium repleri iure & facto ex eadem persona seu respectu eiusdem personæ: nec potest ius vnius cumulari cũ possessione alterius, vel cõtra ad impediẽdũ effectũ regaliæ. Itaq; iudicatũ est arresto recitato die 18. Ianuarij, anno 1487. Inter magistrũ Nicolaum de la Houllue actorem in regalia, & magistrum Henricum Roussilly reum ratione cuiusdam præbẽdæ ecclesiæ S. Bartholomei Bellouacensis, cuius arresti hæc sunt verba, Cùm nuper in nostra Parlamenti curia, &c. Cætera arresti verba de industria à nobis prætermissa sũt quia sensũ suprà declarauimus. Eiusdẽ argumẽti extat senatusc̃onsultũ ex 23. die Decẽbris 1481. inter magistrũ Nicolaum Roussilly actorẽ in regalia, & magistrum Guilielmum de Belcya reum, ratione præbendæ ecclesiæ S. Vasti. Bellouacensis. Ex supradictis satis patet quomodo & quando sit locus regaliæ in aliqua ecclesia: superest vt videamus quomodo regalia claudatur, hoc est quomodo finiatur. Id vt facilius percipiatur primum omnium statuendum est extare constitutionem inscriptam in curia rationum in hæc verba.

SVMMA.

1 *Rex non competit ius Regaliæ in omnibus ecclesiis cathedralibus ratione spiritualium.*
2 *Quibus Ecclesiis rex ius regaliæ remiserit.*

Cap. III.

DVm Episcopus alicuius episcopatus, vbi Dominus rex habet regaliam, ab humanis decedit, immediatè per obitum, seu mortem ipsius, est regalia in dicto episcopatu aperta, & succedit rex loco boni & legitimi administratoris in omni temporalitate dicti episcopatus, confértque beneficia non curata: & hoc, durante tempore ipsius regaliæ: quæ quidem regalia debet vigere, & habere locum in dicto episcopatu, donec & quousque futurus successor episcopus legitimè intrans debitum fidelitatis iuramentum dicto Domino *nostro regi, prout tenetur, fecerit, quódque literæ regiæ attestantes dictum iuramentum sic fuisse factum, præsentatæ, registratæ, & expeditæ fuerint in camera computorum: & quod receptor seu commissarius ad receptam ipsius regaliæ receperit mandatum à dicta camera emanatum, per quod ei mandetur, vt leuet*

manum

manum Regis, & permuttat dictum episcopum vti & gaudere, ponendo ipsam temporalitatem ad plenam deliberationem. Nec ante receptionem huiusmodi mandati à dicto receptore seu Commissario reputatur dicta regalia clausa: sed vsque ad diem ipsius receptionis, tenetur reddere computum & rationem de fructibus huiusmodi temporalitatis. Et confert rex beneficia tanquam in regalia vacantia: & hoc de iure & consuetudine regis, & suæ coronæ Franciæ.

HVius constitutionis multa sunt capita notanda. Primum in his verbis, Vbi dominus rex habet regaliam: quibus expresse significatur †regi non competere ius regaliæ in omnibus episcopatibus sui regni, sed tantum in nonnullis, vt patet ex constitutione Ludouici XII. promulgata anno 1499. cuius hæc sunt verba, Præterea prohibuimus ac prohibemus omnibus nostris officiarijs ne possessionem Archiepiscopatuum, Episcopatuum, Abbatiarum, aliorúmve beneficiorum in quibus ius regaliæ aut custodiæ nobis non competit, inuadant sub pœna sacrilegij, &c.

Deinde ex voluminibus Curię rationum libro cui superscriptum est, Qui es in cœlis: apparet regem non habere ius regaliæ in omnibus episcopatibus sui regni: cuius libri sequitur formula.

DOminus rex, prout constat per antiqua scripta Cameræ, consueuit capere regaliam cùm vacauerit, in prouinciis & dioecesibus quæ sequuntur. In tota prouincia Senonensi, & eius suffraganeis, excepta dioecesi Antissiodorensi, in qua Decanus & Capitulum dicuntur fecisse permutationem cum rege, prout est inferius fo. ccxxij.

In tota prouincia Remensi, excepta dioecesi Cameracensi.

In tota prouincia Bituricensi, exceptis Lemouicensi, Cathurcensi, Ruthenensi, Albiensi, Mimatensi.

In tota prouincia Turonensi, exceptis Maclouiensi, Trecorensi, &c.

In prouincia Burdegalensi solùm, verumtamen de Pictauiensi, fuit computatum anno ccc vj.

In tota Normania habet Regale.

In prouincia Auxitanensi, & Arelatensi, & per consequens in tota lingua Occitana nihil habet.

HOc libro satis liquido cõfirmatur quod supradictũ est. Notandũ tamen est ibi agi de Regalia temporalium, non spiritualium, vt his verbis designatur. De Pictauiensi computatũ fuit
2 anno 306. †Ne autem possit illud intelligi de Regalia spiritualium, facit quod addit regi nõ competere ius Regaliæ in episcopatu Maclouiensi, Briocensi, Redonensi, qui sunt Britannię episcopatus in quibus notum est regem habere ius Regalię ratione temporalium vacantium, quem admodum habuerunt Duces Britanniæ antequam Ducatus ad regis patrimoniũ redactus esset: certúmque est eorum rationem quotidie miri apud curiá rationum Britanniæ. Vtque huius rei maior sit fides, cõsulendus est in curia rationum Parisiensiũ liber notatus littera C. Incipiens ab anno 1346. & finiens anno 1359. folio 120. Ex eo apparebit Regaliæ locum esse in Britannia quo ad temporalia. Quod Probus non animaduerterat, cum ait indistinctè regi non competere ius Regaliæ in Britannia. Extat tamen libro primo regis Ludouici XI. fo. 96. quædam declaratio facta à Rege Ludouico, qua significat se nullum ius Regaliæ nec custodiæ ecclesiarum habere in episcopatu Nannetẽsi & cæteris Britanniæ Episcopatibus sede vacante. Sed hoc mirum videri nõ debet: tum enim Británia erat Ducatus separatus, Regẽ Galliæ in superiorẽ dominũ agnoscens. Vbi verò patrimonio regni vnitus est, Reges Galliæ semper iure regaliæ vsi sunt quo ad temporalia ecclesiarum. Vnde sequitur fidem nõ esse habendam dicto libro Curiæ rationum cum non sit vsquequaque verax. Nihilominus tamen cum nuper incidisset controuersia in senatu Parisiensi de Regalia Nannetensi, magister Renatus Choppinus causarum in curia patronus, causam agens in maiore auditorio pro magistro Philippo du Bec Episcopo Nannetensi sanctoris interioríque consilij regio Senatore, reo in Regalia, aduersus quæstorem, canonicos, & capellanos S. capellæ pallatij Parisiensis, actores, ad defensionem causæ dicebat diuersam esse conditionem, & qualitatem episcopatuum Britannię & aliorum huius regni episcopatuum, quoad rationẽ Regaliæ. Nã quãuis sola vox Regaliæ haberet emphasim, notãq; regiæ & supremę authoritatis in prouinciis à regno iure feudi dependentibus, in quibus siti erant nõnulli Episcopatus, Ducatúsque Britanniæ esset eiusmodi, antiquúmque Frãciæ feudum ita designatũ non tantum per inuestituram Petri Mancleri anno 1231. verumetiá agnitione seu cõfessione iudiciali Britonum Regis quĩ Dagoberti gratiam sibi redemit, iuxta relata à Sigeberto: vndéque Neomenius successor rex Britonũ dãnatus est in comitiis publicis tãquã rebellis Regi Carolo Caluo domino suo, vt refert Lupus Ferrarienſis Abbas in epistolis à Bodino in illa sua actione citatus: insignem tamen semper fuisse differentiam ac disparitatem inter feudum Ducatus Britanniæ & alia feuda huius regni, quo ad exercenda iura regia regum Franciæ, maximéq; quo ad Regaliam: cúmq; Ioannes Comes Montisfortis Dux Britanniæ fidem & hominiũ præstitit Carolo V. regi, 13. die Decemb. 1366. fidelitatem quidem tanquam Comitẽ Mõtisfortis genibus flexis, discincto ense, sublatisque calcaribus præstitisse: verumtamẽ continuo post tanquã Ducem Britanniæ stetisse, fidelitatémq; in ea qualitate exhibuisse erectum accincto ense, capite solũ nudato, in eóq; ornatu receptum esse more maiorum. Similẽ distinctio-

nem feudi, fidelitatis & hominij obſeruatam eſſe in forma iureiurandi ab Arthuſio Duce Britanniæ præſtiti anno 1458. adeò vt ex ea diuerſitate feudi liquido pateat Ducem Britanniæ præditum fuiſſe quibuſdam iuribus ſummi imperij in eiuſque Ducatu Regé nõ exercuiſſe vniformiter omnia iura & actus regiæ poteſtatis puta Regaliæ aut aliorum, atque in aliis feudis, Ducatibus, & Comitatibus huius regni: quemadmodũ etiá iudicatũ eſſet à Senatu ab hinc 10. annos, videlicet in extremo menſe Auguſto 1567. in facto Comitatus de Vertus quem addixerat deſcendentibus à baſtardo Britanniæ aduerſus procuratorem regium tanquam iure natalibus reſtituto à ſolo rege Frãciſco patre ſuo naturali in publicis comitiis ſtatuũ Britanniæ, non à rege. Specialiter verò quoad ius Regaliorum Petrum Manclerum ſua inueſtitura excepiſſe cuſtodiam eccleſiarum cathedralium vacantium in ſuo ducatu, cum multis aliis notis & inſignibus ſupremæ authoritatis, quorum inſtrumẽta inueſtituræ relata eſſent plene in ſtylo Parlamenti & libro Feraldi de iuribus & priuilegiis regni Francorum. His addebat cùm Rex Ludouicus xi. mouiſſet quæſtionẽ Duci Britonum, de eo quod poſtularet inter cætera vt ſacra beneficia Britanniæ Regem patronum agnoſcerent, quibus verbis vtitur Paulus Aemilius in hiſtoria Franciæ, Ducem ei iuri reſtituiſſe: rémque eo deductam vt conuentione tranſactum concluſúmque fuerit Regibus Galliæ nõ eſſe ius patronatus cuſtodiæ, nec Regaliæ in epiſcopatibus Britanniæ: eámque tranſactionem redactam eſſe in libros curię rationũ ad vndecimum Octob. anno 1465. Quod ſi Regalia vt ſolet, metienda eſſet ex iure patronatus & fundatione eccleſiarum Cathedralium, vt dicebat Baldus cùm de eccleſiis epiſcopalibus Germanię loquitur in cap. quanto. de iudic. & Archidiaconus, cùm de eccleſiis Angliæ & Hungariæ verba facit in cano. Imperium, 10. diſtin. & in cano. lectis, 63. diſtin. Reges Galliæ non eſſe primarios & originarios patronos & conditores eccleſiarum cathedralium Britanniæ, quarum inſtitutio præcedebat Monarchiæ Gallicę erectionẽ, quippe cum in conciliorum volumine reperiretur Euſebium epiſcopum Nannetenſem interfuiſſe concilio primo Turonenſi habito circa tempora Merouei ſecundi Regis Francorum: ſimiliterque Epiphanũ epiſcopum Nannetẽſem ſubſcripſiſſe cõcilio Aurelianenſi primo: præterea Fortunatum Rauennatem epiſcopum Pictauiẽſem in ſuo poemate ſcripſiſſe ad Fœlicem epiſcopum Nannetẽſem de eccleſia cathedrali S. Petri Nannetenſis circa annum 580. à quo mille propemodum anni effluxerant. & de antiquiſſimo concilio Nannetenſi mentionẽ fieri ab Yuone Carnotẽſi in ſuo magno decreto parte ſecũda. Ab eo tẽpore & ab ipſis Monarchiæ Francorum incunabulis extitiſſe principẽ, Ducem aut Regem Britanniæ: de quibus Britonum regibus latè Rhegino Prumiẽſis Abbas ſcripſiſſet in ſuo chronico ædito ante ſeptingẽtos annos, quorum Britãniæ Ducum ac principum primus fuiſſet Conanus Meriadec, qui regnabat apud Britannos temporibus Conſtantini Magni & Maximiani, eiúſque ſucceſſores continua ſerie nomen ac titulum Regum Britanniæ retinuiſſe, donec, vt refert Gregorius Turonenſis, poſt obitum Clodouei, primi Chriſtiani Francorum Regis, Britanniæ reges coacti fuerunt in ordinem & Comites iam inde non Duces appellati. Vnde conſequens eſſet cùm ab eo tempore & antea Eccleſiæ Britanniæ inſtitutæ rectæque eſſent, nõ poſſe præſumi reges Franciæ iure Regaliæ originaliter inniti ex patronatu & fundatione Eccleſiarum Britanniæ, quæ hac ratione diuerſo differentique iure & qualitate ab aliis huius regni epiſcopatibus cenſerẽtur, maximè ratione iuris Regaliæ. Quod Feraldus qui magiſtratum ſub Ludouico xii. Rege gerebat, regiámque procurationem apud Cenomanum exercebat, eíque data opera opus ſuum De iuribus & priuilegiis regni Francorum dicauerat, confiteri apertè dicto tractatu coactus erat: quem ſequutus erat Probus, quæſtio. 60. de Regalibus, vbi demõſtrabat núquá Regaliæ ius in Britannia obtinuiſſe ex regio veteri Gallorũ diademate. Inſuper inſtrumentis magis authenticis quæ extabant apud panchartas Curiæ rationum in hac vrbe Pariſienſi, apertis verbis contineri inter vndecim epiſcopos ſuffraganeos prouinciæ Turonenſis (quorum in numero recenſentur nouem epiſcopatus Britanniæ, vt refert Nicolaus pri. Papa ſcribens ad Salomonem Regem Britanniæ. in cano. hæc quippe iij. quæſt. vj.) duos tantùm ex illis vndecim epiſcopatibus ſuffraganeis iuri Regaliæ eſſe obnoxios, Andegauenſem videlicet & Cenomanenſem: Britãnicos nõ item. Hinc inferebat Regaliorum ius cenſendum, iudicandúmque eſſe ex veteri poſſeſſione qua vſi ſunt reges tempore vacantium epiſcopatuum, iuxta formá cõſtitutionis Philippi Pulchri promulgatam anno 1302. tranſcriptam in ſtylo Parlamẽti in hæc verba. In quibuſdã Eccleſiis regni noſtri in quibus Regaliã percipere cõſueuimus, idémque conſtitutũ eſſe edicto Philippi Valeſij anni 1334. & Regis Ludouici xii. anni 1499. quæ referũtur ad poſſeſſionẽ Regaliæ in certis tãtùm eccleſiis huius regni. Conſequenter cùm in Britannia ab omni æuo incognita & inuſitata eſſet Regalia, nec vnquam ea vſi eſſent reges Francię, non poſſe hodie vllum ius Regaliæ prætendi in epiſcopatibus Britanniæ ratione temporalium aut ſpiritualium. Aduerſus poſſeſſionem allegatá paratam eſſe exceptionem ex arreſto Curię ſupremę Britanniæ pronuntiato ad 6. Aprilis, anno 1556. inter Bernardum des Mõtils hæredẽ Oeconomi epiſcopatus Nannetenſis, cõſtituti poſt obitũ Ioannis Cardinalis Lotharingiæ ab vna parte, & procuratorem regium dictæ Curiæ ab altera, ſuper eo quod procurator regius Curiæ rationum Britanniæ propoſuiſſet Regẽ dicto Oeconomo defuncto, vt pote Italo, extraneo, atque adeò fructibus epiſcopatus Nannetẽſis quos perceperat tanquã Oeconomus vacante epiſcopatu, ſucceſſiſſe: quãuis dictus hæres rationem reddidiſſet domino Antonio de Crequi epiſcopo ſucceſſori: eóque prætextu inſtante dicto procuratore regio iudicatum fuiſſet à Curia rationũ dictum des Montils pro hærede gerentem, redditurum rationem apud Curiam rationum dicto procuratori regio, de Oeconomia & adminiſtratione fructuum dicti epiſcopatus. A qua ſentẽtia prouocaſſet dictus des Montils ad ſupremã Curiam Britanniæ, vbi dominus Bariotus patronus regius in ea Curia cauſam agens, ingenuè agnouit fructus illius epiſcopatus, quãuis per Oeconomũ vacãte epiſcopatu perceptos, futuro tamen ſucceſſori epiſcopo conſeruandos, cui ſoli

ratio

ratio & reliqua adminiſtrationis reddenda eſſent iuxta caput, cum vos. de off. ordinarij, non autem regi, vt perpetuo obſeruatum erat: adeò quidẽ vt cùm Oeconomus aut eius hæres rationem reddidiſſet ſucceſſori epiſcopo apochãque præ manibus haberet reliquorum quæ exoluerat, perperam iudicatum eſſet hæredẽ regi rationẽ redditurũ. Tandẽm arreſto dictæ Curiæ prouocationem, idque quo de prouocatũ eſſet, antiquatum eſſe iudicatúmque in melius reformando pronuntiatum eſſe dictum des Montils nec Curiæ rationum, nec alij cuiquam rationem redditurũ: vnde liquido pateret nullũ vnquã fuiſſe vſũ Regaliæ in Britãnia. Immo regulariter quoties cõtingeret vacatio epiſcopatuũ in Britãnia ſolitũ eſſe capitulũ cuiuſq; eccleſiæ Cathedralis cõferre beneficia, ſempérque cõtuliſſe, nec vnquam reges Franciæ ſibi ius collationis in Regalia vindicaſſe, vſque ad annũ 1573. quo cum quidam tentaſſet accipere collationem cuiuſdam canoniæ ſeu præbẽdę eccleſiæ Cathedralis Treguyeri in Britannia à rege iure Regaliæ: eíque capitulum deſignatúſque canonicus fortiter reſtitiſſent, defendiſſẽtque nullum ius Regaliæ vrgere in Britannia, res ad conſilium remiſſa eſt nona die Martij 1573. nulla adiudicatione facta regaliſtæ aut beneficij aut prouiſionis. His addebat magiſter Renatus Choppinus ius eſſe conſtans diuturnóque vſu comprobatum in Gallia, Regi non cõpetere ius Regaliæ in terris obediẽtiæ, quales ſunt Comitatus Prouinciæ & Delphinatus, in quorum epiſcopatibus nullum vnquã ius Regaliorum ſibi vindicaſſent, quoniam ſint terræ obedientiæ S. patris Papæ. A pari ratione in Britannia quæ eſt terra obedientiæ, vbique Papa conferebat beneficia omnium epiſcopatuũ per octo menſes cuiuſq; anni, epiſcopi quadrimeſtris collationem tantùm quotánis habebant, inauditum fuiſſe, vt reges Galliæ vnquam ſibi ius Regaliæ tribuerent. Ad hæc duobus argumentis in contrarium ab actoribus adductis ſatisfaciens, quibus ius Regaliorum confirmare conabantur, quorum primum erat, Reges ſi veteri illo iure non iuuarentur, quo Duces Britanniæ regnabant, ſaltem nouiſſimo iure inuiti tanquam heredes Ducum Britanniæ, quos Regaliæ iuſ in tẽporalibus epiſcopatuum ſuę ditionis habuiſſe in cõfeſſo eſt, de qua Regalia hic agebatur, quãuis Regaliam ſpiritualem non habuiſſent quę poſita eſſet in collatione beneficiorũ: alterũ argumẽtũ erat ex vnione Ducatus Britãniæ cum diademate Galliæ, quę cõtigit mẽſe Nouẽbri, anno 1532. Idẽ ius ſtatuendum eſſe de re vnita ſicuti de re principali cui ipſa vnitur, ſiue ratione Regaliæ, ſiue ratione aliorũ iurium, quorũ frequẽs vſus & praxis eſt in Gallia: afferebat in contrariũ quo ad primũ argumentum, vocem Regaliæ quę merè regia vox eſt, nunquam competiſſe Duci cuiquam, neque vnquam auditum eſſe vt Duces Britanniæ perciperent ſuóſque facerent fructus epiſcopatus vacantis. Obſtare quippe inueſtituram Petri Mauleti, qua ſibi retinebat gardam ſeu ſaluamgardiam eccleſiarum Cathedralium in Britannia vacantium. Vnde liquido conſtaret Duces nudos eſſe cuſtodes & depoſitarios, cuiuſmodi cuſtodes & depoſitarij ſibi non poſſident, nec faciunt fructus ſuos refragante iure quominus nudus depoſitarius & cuſtos tantũ ſibi acquirat & poſſideat. Re vera quidem olim contingente vacatione epiſcopatus Duces Britanniæ miſſos fuiſſe in poſſeſſionem fructuum, ſed id factum ad conſeruationem iurium eccleſiæ, & ad opus futuri epiſcopi: adeò quidem vt ſucceſſor epiſcopus rationem ab Oeconomo qui medio tempore adminiſtrauerat, exigeret. In quarum rationum expenſis Oeconomus annumerabat onera ordinaria epiſcopatus & eccleſiæ quæ durante vacatione exoluerat, quibus ordinariis oneribus deductis quę detrahi exoluique debent ex fructibus & reditu epiſcopatus vacantis. Iuxta capit. quia ſæpe, & capit. is cui, de electio. in vj. cap. præſenti, de offic. ordin. in vj. Reliquum quod erat fructuũ penes œconomũ, reſtituendum erat ſucceſſori epiſcopo, non autem conuertendum in vtilitatẽ Ducis, vt ſemper in Britãnia obtinuerat: cuius rei fides eſſet penes multos cõmẽtarios Curiæ rationum Britanniæ. Tantúmque abeſſe vt Duces Britanniæ voluerint fructus & reditus epiſcopatuum vacantium ſuos facere, vt etiam in feudis merè prophanis & temporalibus immediatè Ducem in patronum agnoſcentibus contingente apertura aut vacatione, Duces (qui ſoliti erant ab antiquo fructus dictorum feudorum facere, ſuos quandiu vaſſalli minores erant ætate, tanquã incapaces occupãdi feudi, fideique & obſequij præſtandi) coacti fuerint ab armata nobilitate conuertere locationẽ in redemptionẽ tranſactione ad hanc rem confecta à trecentis circiter annis inter Iohannẽ Comitem Rufum, & nobiles Britãnię. Et ſic Duces Britãniæ vnius anni vſum fructũ feudorũ tantũ habuiſſe, quanuis eorum apertura & vacatio plures annos minoris ætatis duraret, vt ſatis cõſtabat ex cõſuetudinibus Britãniæ, & in eas ſcriptis cõmentariis. Multò itaq; magis in rebus ſpiritualibus & fructibus eccleſiarum Cathedralium vacantiũ, quique eccleſiæ deſtinati erãt. Duces nũquã ſibi vindicaſſe ius percipiendorum & acquirendorum fructuum, qui futuro ſucceſſori cuſtodiendi ſunt iuxta cenſuram canonicã. Quamuis enim dictus ſucceſſor perfunctus nõ eſſet munere eccleſiaſtico eo tempore quo percepti ſunt fructus, quia tamen erãt fructus eccleſiæ lõgè æquius eſſe ad eccleſiã reuerti & ad præfectũ eccleſię epiſcopũ quã per laicos & extraneos ab eadẽ eccleſia auferri: præterquam quod ſubductis oneribus ordinarius epiſcopatus & eccleſiæ, quæ primùm omnium detrahenda perſoluendáque erant ex fructibus epiſcopatus, pauxillum admodum ſupereſſe ſolebat futuro epiſcopo. Vnde conſequens eſſet Regem vtpote hæredem in directa linea Ducum Britanniæ, non poſſe meritò plus iuris in fructibus epiſcopatuum vacantium ſibi vindicare quam olim Duces Britanniç habuerint. Ad alterum autem argumentum de regalia quod ſumebatur ab vnione Ducatus Britanniæ cum diademate Franciæ, dicebat eiuſmodi vnionem & confuſionẽ eſſe aduentitiam non naturalem: quo caſu res vnita non cenſetur omnino eodem iure quo res cui vnitur: vt de Comitatu Tholoſano vnito diademati Franciæ dicebat Bartolus in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pignorat. actio. Baldus in capit. j. §. ſi quis de manſo, de controuerſia inueſtit. in vſibus feudorum, feudũ Britanniæ vnitũ eſſe regno nõ naturali vnione, nec reſolutoria ac cõmiſſoria lege feudi quaſi finita generatione Ducum

Franciæ vaſſallorum: ſed matrimonio Annę Duchiſſæ cum rege Carolo VIII. & ſucceſſiuè cum Ludouico duodecimo: quæ quidem filia ex ſuo capite capax erat feudi Britanniæ tanquam feudi promiſcui & fœminei deficientibus maſculis in pari gradu, vt iudicatum fuerat in hac Curia aduerſus Iohannę Montiſſortis. pro vxore Caroli de Bloys, filia natu maioris proximioris Ducatui Britanniæ, menſe Septembri, anno 1341. præterquam quod inſtrumentis dotalibus adiectæ erant nonnullæ clauſulæ quibus eius generis vnioni quam ſtatuere volebant manifeſtè derogabatur. Secundò, quanuis dictus Ducatus indiuiduè huic monarchiæ vnitus eſſet, id obtinere in eo quod pertineret ad patrimoniũ principis eiúſque diadematis: non tamen trahendum ad diminutionem aut ademptionem veterum libertatum, iurium, priuilegiorum, & immunitatum ſubditis regioni ac prouinciæ nuper diademati vnitæ competentium: quæ quidé iura non obſtante vnione ſubditis intacta illibatáque cõſeruanda eſſent, maximè eo caſu quo nouus dominus ſuccedit principatui titulo vniuerſalis hæredis & iure ſanguinis, Felinus in cap. nouit. de iudic. & cap. j. de probatio. Decius in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. & in conſilio cclxxxvj. Adhanc rem addebat Imperatorem Neruam edicto quodam deſcripto à Plinio lib. 10. epiſtol. conſtituiſſe vt in prouinciis adiectis quæſitiſque Romano imperio, priuilegia immunitatéſque populo, ſubiectiſque ab antiquo competentes, ipſis cuſtodirentur, ratæque eſſent. Præterea quanuis Britannia cenſeretur inter antiquius diadematis Gallici patrimoniũ, non ſequi ex eo epiſcopatus Britanniæ obnoxios eſſe regaliæ, cùm non promiſcuè omnes poſſeſſiones quæ eſſent de antiquo patrimonio neceſſariò regaliæ eſſent obnoxiæ. Comitatum Petragorienſem vnitum eſſe diademati ab annò 1398. per contumaciam & delictum vltimi Comitis Harquembaldi, eóque titulo dictum Comitatum táquam patrimonialem traditum fuiſſe Ludouico Duci Aurelianenſi, fratri Regis Caroli ſexti, ad amplificationem ſui apennagij, anno 1399. Nihilominus tamen iudicatum eſſe arreſtis natalitiis 1564. in epiſcopatu Petragorienſi regaliæ locum non eſſe. Similiter Comitatum Ambianenſem vnitum fuiſſe diademati pactione inita inter Regem Philippum Auguſtũ & Philippum Comitem Flandriæ & Veromanduorũ, vt conſtabat ex veteri inſtrumento anni 1185. quod extabat apud eccleſiam Ambianẽſem, nihilominus tamen iudicatum eſſe multis arreſtis quorum poſterius pronuntiatum eſt menſe Ianuario 1561. non eſſe regalię locũ in eccleſia Ambianenſi. Quæ cum pluribus à magiſtro Renato Choppino acta eſſent pro epiſcopo Nannetenſi, in contrariúmque pro S. Capella palatij magiſter Iohannes de Villecoq. ius generale regaliæ regibus competens propoſuiſſet, ſenatus rem ad conſilium retulit die 17. Maij, 1576.

Eccleſia Altiſſiodorenſis.

NOtandum quoque eſt nullum ius regaliæ in eccleſia Altiſſiodorenſi Regi competere, neque temporalium, neque ſpiritualium ratione: adeò vt epiſcopatu vacante collatio prębendarum & fructus qui percipiuntur futuro ſucceſſori reſeruentur. Huius rei ratio eſt quoniã dictũ ius regaliæ olim remiſſum ac liberatum eſt, vt videre eſt in apocha inſcripta repertorio primo archiui, fo. 132. art. 2. eius folij, & in Curia rationum libro ſignato † fo. 190.

Eccleſia Cænomanenſis.

QVoniam autẽ Philippus Probus libro quẽ de regaliis ſcripſit, tradidit Regi competere ius regaliæ in eccleſia metropolitana Turonẽſi, & in duabus eius ſuffraganeis tantùm, videlicet Cænomanenſi & Andegauenſi: in eo errauit, pace ipſius dixerim, cùm in caſu Archidiaconatus Sablenſis qui eſt in eccleſia Cænomanenſi, res ad conſilium remiſſa ſit die vlt. Ianuarij 1520. inter magiſtrum Iohannem Aligret Regaliſtam. Reperitur tamen inſtrumentum fo. 6. verſ. 22. & 123. libro Conſtitut. quæ Barbinæ dicuntur, vbi loquitur de eccleſia Cænomanenſi. In eo libro extant codicilli à Rege impetrati, quibus Rex conſtituit beneficia dioceſis Cænomanenſis (quæ epiſcopus contulerat quandiu Angli Cænomanum occupabant) intacta permanſura, non obſtantibus collationibus iure regaliæ à Rege vrgente bello de dictis beneficiis conceſſis: ex quo apparet Regi competere regaliam in eccleſia Cænomanenſi ratione ſpiritualium, eóque iure tunc vſum fuiſſe, quod notandum eſt. Cur autem perdifficilis ſit probatio iuris regaliæ, facit quod Comites Cænomanenſes poſſederunt Comitatum aliquo temporis ſpatio quo Rex ſuo iure regaliæ non vtebatur, eáque ratione ex hominum memoria excidit. Quod duplicem nobis vtilitatem affert. Primò ad demonſtrandam nouam aperturæ regaliorum in eccleſia rationem aliter quàm per mortem, ceſſionem aut reſignationem epiſcopatus: videlicet quando epiſcopus contra iuramentum fidelitatis Regi præſtitum ſtat à partibus hoſtis Regis: quæ quidem ratio non eſt noua, cùm iamdiu viſa exercitáque fuerit aduerſus Erardum de la Marche epiſcopum Carnutenſem, qui poſtea in epiſcopum Eburonenſem & Cardinalem euaſit: contra quem contigit apertura regaliæ in epiſcopatu Carnutenſi tam propter promotionem ad Cardinalatum, vt ſuperius demonſtratum eſt, quàm quod ad hoſtem nempe Imperatorem tráſfugiſſet, eiúſque aperturę nota eſt ratio: non quẽadmodum iureiurando fidelitatis quod epiſcopus Regi præſtat regaliæ præcluduntur per conſtitut. *Dum epiſcopus*, ſuprà relatam, ita fide fracta eſſet clauſura, fitque noua apertura. Secundò ex ſupradictis colligi poteſt Regi competere ius regaliæ in epiſcopatu Cænomanenſi, quanuis controuerſia ab anteceſſoribus noſtris ad conſilium relata ſit, die vlt. Ianuarij 1520. inter quendam dictum Aligret, & alium dictum Rouſſard, vt ſuprà docuimus: poſteáque iudicatum eſt inter Petrum Ripa deſignatũ in regalia, & magiſtrum Petrum Guyen die 24. Martij 1555. Adde quod in curiæ rationum archiuo multa extant iuramenta fidelitatis præſtita Regi ab epiſcopo Cænomanenſi, multæ miſſiones in poſſeſſionem, liberationéſque à miſſionibus in poſſeſſionem temporalium vſque ad tempora Cardinalis Bellaij vltimi epiſcopi Cænomanenſis: quibus omnibus inſtrumentis ſuperius tractata probantur. Quod autem attinet ad regaliam

Digitized by Google

gàliam temporalium dictarum ecclesiarum Cænomanensis & Andegauensis, absque dubio Rex in eis iure regaliæ vtitur: nam in hanc rem extat arrestum ex 2. Iulii 1523. aduersus episcopum Andegauensem, vt apparet ex quodam libro Curiæ eiusdem diei & anni, quo continentur quæcunque Curia Regi super hoc iure consulùit.

Ecclesia Attrebatensis.

NOtandum quoque est Regem regaliorum iure nō vti in ecclesia Attrebatensi, nec ratione temporalium nec ratione spiritualiū, quia id remisit, extátque apocha in inuentario archiui, fo. 154. & fo. 188.

Ecclesia Ambianensis.

DE ecclesia Ambianensi, nonnulli quoque existimauerunt nullum ius regaliæ regi in ea competere: ad cuius rei probationem proferuntur tria arresta, quorum verba hæc sunt, *Quæstio vertebatur inter dominum Regem ex vna parte, & episcopum Ambianensem ex altera: super hoc quod dominus Rex dicebat quod ipse erat in possessione conferendi prebendas in ecclesia Ambianensi tempore regaliæ. Episcopus dicebat contrarium, & dicebat quòd ipse & predecessores erant in tali possessione, quòd prebendæ quæ vacabant tempore regalium in predicta ecclesia reseruabantur futuro Pōtifici conferendæ. Facta fuit appriſia super hoc de mãdato domini Regis, & virtūtiū fuit per appriſiam quòd dicti episcopi Ambianenſes sunt & fuerunt in possessione supradicta. & ideò pronuntiatū est quod in possessione supradicta debēt remanere: inter inquestas & appriſias expeditas in Parlamento omnium sanctorū, anno domini milleſimo ducenteſimo septuageſimo octauo.* Aliud quoque in eandem rem extat arrestum ex anno 1208. incipiens, *Philippus Dei gratia Francorum Rex.* Reliqua duo arresta quæ ad hanc rem citantur, vt pote prolixa prætermittentur: sufficitque si intelligamus alterum datum esse die Ianuarij 1327. alterum 5. die Iunij 1413. de episcopatu Andegauensi infrà dicetur. Liber tamen Curiæ rationum suprà descriptus desumptus ex codice signato per hæc verba, *Qui est in calo*, videtur contrarium tradere: eius enim hæc sunt verba, *In tota Prouincia Remensi Rex habet regale, excepta diœcesi Cameracensi:* ipso autem iure exceptio firmat regulam in cæteris: præterea in inuentario armatiorum iuxta magnum pluteū in Curia rationum, inscripti sunt codicilli Regis Caroli v. dati Vincenis anno 1373. quibus Rex ei qui tunc Ambianensem episcopatum occupabat donauit ac remisit fructus eius episcopatus perceptos & percipiendos, & ad Regem iure regaliæ pertinentes donec plenius ei de dictis temporalibus satisfieret. Sed his duobus libris opponi potest quòd vel sint apocryphi, aut id obtinuerit antequam liberatio & apocha regaliæ concessa esset Ambianensi ecclesiæ. Vt vt sit certo scio Regem non vti iure regaliæ in ecclesia Ambianensi nec ratione temporalium nec ratione spiritualium. Quinimo memini ante vigintiquinque circiter annos, cùm in supremo senatu causarum patronus essem, hanc quæstionem agitatam fuisse ratione Archidiaconatus ecclesiæ Ambianensis qui impetratus fuerat tanquam vacans in regalia. Causa acta est, dictúmque à Regalista cuius partes obtinebat magister Carolus de Nully tunc in Curia aduocatus, postea supplicum libellorum magister, Regi competere ius regaliæ in ecclesia Ambianensi, quod aduocatus designati ab ordinario denegauit: verùm quoniam non habebat in promptu superius relata senatus arresta, nec in ipso momento docebat de apocha regaliæ eius diei, rem esse consilij iudicatum est, vbi indecisa permansit. Ex quo apparet Regi non competere ius regaliæ in vniuerso, nec in omnibus ecclesiis Cathedralibus sui regni: vtque res magis pateat, notandum est extare constitutionem Regis Philippi Pulcri publicatam anno 1302. conceptam in hęc verba, *In aliquibus ecclesiis nostri regni*, quibus demonstratur Regem non sibi vindicasse id iuris indefinitè in omnibus ecclesiis regni, sed tantùm in nonnullis, in quibus solebat hoc iure vti, non in cæteris. Extat & alia constitutio eiusdem Regis Philippi Pulchri data Vincenis mense Octobri, anno 1334. in illis verbis, *In quibus competit nobis ius regaliæ.* In eámque rem extat adhuc nouissima constitutio Regis Ludouici XII. anni 1499. art. 12. promulgata in dicta Curia Rege præsidente, in hæc verba, *In quibus ius regaliæ aut custodiæ nobis non competit:* quibus verbis vt pote negatiuis, Rex mentè suâ aperit sibi competere ius regaliæ in solis ecclesiis in quibus eo iure vsus est. Præterea superius relata constitutio manifestè id confirmat his verbis, *Vbi dominus Rex habet regaliam*, quæ sunt verba limitatiua & restrictiua dicti iuris regaliæ.

Ecclesia Petragorienſis.

IN eandem rē extat actio habita in eodem senatu die 6. Augusti 1556. de præbenda ecclesiæ Petragorienſis inter magistrum Petrum Pollet actorem in regalia, & magistrum Petrum de la Nauue procuratorē in Curia, reum: postquā senatus intellexit quæ à magistro Ægidio Bourdino tunc aduocato nunc procuratore regio, relata sunt, rem esse consilij pronuntiauit: nihilominus tamen dicto de la Nauue fructus dictæ præbendæ adiudicauit aduersus Regalistam. Vnde colligi potest Regi non competere ius regaliæ in omnibus ecclesiis Cathedralibus sui regni, aliàs possessio addicenda fuisset Regalistæ. Præterea certum est Regem hoc iure non vti in ecclesia Altissiodorensi, vt patet ex apocha & remissione inscripta primo inuentario instrumētorum, fo. 132. art. 2. eius folij, & in Curia rationum libro sic signato† fo. 190. Accedat quod regaliæ iure non vtitur Rex in ecclesia Attrebatensi, eius enim apocha reperitur in primo inuentario instrumētorum, fo. 134. & fo. 189. ex quibus apochis liquet collationem beneficiorum fructúsque qui vacante episcopatu percipiuntur futuro successori custoditi. Postremò extat & alia apocha à Philippo rege concessa in fauorem Attrebatensis ecclesiæ. Hæc apocha sine die & anno repetitur, in eáque extrema scriptum est, *Vacante cancellaria.* ratione tamen magni Archidiaconatus ecclesiæ Cumingensis, qui vacare dicebatur in regalia die 23. Aprilis, 1556. aduocatio regia contendebat Regem ratione regaliæ inniti iure vniuerso, quannis superiorum temporum regia aduocatio contrarium censuisset: vnde res consilij esse pronuntia-

Digitized by Google

ta est. Postea tamen secundum designatum ab ordinario ius dictum est aduersus regalistam, referente domino Brissonneto, cùm tu domine primas in Senatu obtineres. Quòd si Rex iure vniuerso innitatur in petitione regaliæ, frustra redacti sunt in archiuum libelli, tituli, ac sententiæ de ecclesiis in quibus rex habet ius regaliæ tam ratione temporalium quàm spiritualium, & de aliis in quibus regi ius in vtroque denegatur. Notandum enim est in archiuo esse scrinium signatum num 88. notatúmque litera B, aut G, sic inscriptum, *Litera hommagiorum perpetuorum, in quo scrinio extant sequentes literæ, Litera Gerardi episcopi Heduensis, per quam fatetur tenere à domino Rege terrã & villas in litera declaratas, & generaliter totam temporalitatem episcopatus Heduensis de anno* 1181. Dicta litera notata nu. 14. in scrinio 88. quod suscribetur, *Litera hõmagiorum perpetuorum*, in archiuo. Aliæ quoque reperiuntur literæ pro regalia Andegauensi, Pictauiensi, Albiensi, Lingonensi. Ex quibus apertè inferri potest bonam partem instrumentorum extantium in archiuo interpretandam esse de temporalibus, non de spiritualibus. Quod enim attinet ad Heduẽsem ecclesiam hæc verba, *Terram & villas & totam temporalitatem*, hoc satis demonstrant, cùm de beneficiis & iure spirituali nihil sit traditum.

Ecclesia Andegauensis.

DE ecclesia Andegauensi ius idem. Nã quod attinet ad spiritualitatem & collationem beneficiorum, Regi nullum ius competit, vt & liquido constare potest ex quadam conuentione inita inter regem Franciscum eius nominis primũ, & quendam dictum de Rohan tunc episcopum Andegauensem, anno 1524. Curiæ authoritate confirmata inscriptáque lib. ij. constitut. Regis Francisci primi, fo. 14. Ex qua apparet Regem sibi ius regaliæ vindicare in temporalibus duntaxat, quod propriè ius custodiæ dicitur. Hæc constitutio promulgata est die 17. Augusti 1524.

SVMMA.

1 *Beneficia cuncta nõ vacant in regalia.*
2 *Quæ sit differẽtia inter beneficia simplicia & curata.*

CAP. IIII.

ANnotationes in dictam constitutionẽ incipientem *Dum episcopus*, in his verbis *Confertque beneficia non curata*: hæc verba notanda sunt vt intelligatur quoties in episcopatu locus est regaliæ non statim omnia beneficia vacare in regalia, sed simplicia beneficia tantùm, puta Canonias, præbẽdas, capellas, & alia eius generis beneficia quæ
1 sub simplici & sola tõsura possideri possunt; †sed beneficia Curata capitulum sede vacãte confert si collatio prouisióque coniunctim ad capitulum & episcopum spectent, per c. j. Ne sede vacante. lib. vj. aut certè collatio reseruatur futuro episcopo, nec competit Regi ius collationis. Rusæus & Probus in tractatibus suis de regaliis ita tenuerunt vi huius constitutionis, sed differentiæ rationem non reddiderunt, quanuis iuris canonici callentissimi habiti fuerint, quorum alter ius publicè professus est in Academia Aurelianensi, alter in Bituricensi. †Ratio autem differentiæ inter simplicia beneficia & alia,
2 hęc est, quoniam in Curia aut ecclesia parochiali oportet impetrans habeat institutionem authorizabilem ab episcopo, quo ad curam populi & sacramentorum administrationem, vt decidit Panormitanus in cap. authoritas, circa medium, de instit. per text. in cap. vnico, de præben. lib. vj. Idem notat Iohannes Andreæ, in cap. de monachis & præbend. Sed cùm hæc institutio authorizabilis non possit ab alio dari quàm ab episcopo non mirum si Rex beneficia Curata non conferat.

SVMMA.

1 *Regalia viget donec sequester acceperit literas à Curia rationum ad mittendum nouum episcopum in possessionem.*
2 *Regalia semel Regi quæsita vsque ad* 30. *annos durat.*
3 *Litigiosum continuat vacationem regalia vsque ad* 30. *annos.*
4 *Inter regalistas litigiosum non continuat vacationem beneficij.*

CAP. V.

IN eandem constitutionem in his verbis *Durãte tempore ipsius regalie*, quæstio est quanto tempore regalia du-
1 ret. †Certũ est quoties locus sit regaliæ, durare donec nouus episcopus præstiterit sacramentum fidelitatis Regi, donec literæ Curiæ rationum oblatæ, cõfirmatæ, ac inscriptæ fuerint, & receptor acceperit literas à dicta Curia ad inducẽdum nouũ episcopum in possessionem.
2 †Cæterùm, quanuis episcopus missus sit in possessionem, tamen vbi semel ius regaliæ Regi quæsitum est, perdurat ad trigesimum vsque annum: vt puta, si sede episcopali vacante præbenda incipiat vacare in regalia, Réxque in ea conferenda tardior sit, quia fortasse à nemine petita est, vel alia ex causa: si sequens episcopus eã conferat, eã aliquanto pòst Titius à Rege impetrat, certũ est Titio verũ & magis liquidũ ius competere, quoniam vbi semel via regaliæ est aperta, perdurat spatio 30. annorum, iuxta constitutionem expressam Regis Ludouici xii. publicatam, anno 1499. art. 11. cuius articuli verba sequuntur. *Item ediximus statuimúsque, edicimus ac statuimus in collationibus in regalia quæ in posterum à nobis concedẽtur, designari debere tẽpus apertura regalia: & si ante* 30. *annos apertura cõtigerit, locus præludatur collationi ac donationi in regalia. Quòd si fortè per imprudentiam aut aliter collationes eiusmodi contingerent, ne earum iudices vllam rationem habeant: eas enim dicto casu ab hac tẽpore nullas nullíusque roboris ac momenti esse decernimus.* Hac constitutione manifestè docetur collationem in regalia valere, si à 30.
3 annis apertura eius contigerit. †Axioma enim iuris est, beneficium semper censeri vacare in regalia vsque ad 30. annos: nisi regalia plenum
4 & integrum sortita sit effectum. †Ob eámque rẽ dici solet vitium litigiosi continuare vacationem beneficij in regalia vsque ad 30. annos. Exẽpli gratia, Lis mota est de præbẽda inter regalistã & designatũ ab ordinario, fiduciatia possessio regali-

regaliſtæ adiudicata eſt: de iuſta autem poſſeſſione lis ſuo Marte inter litigãtes decurrit: regaliſta fiduciarius poſſeſſor quindecim aut viginti annos poſſidet, tunc decedit. Quanuis initio nullus regaliæ locus fuiſſet, tamen præbenda vacat in regalia. certiſſimi enim iuris eſt in materia regali ſemper collationem ad Regem reuerti, donec regalia plenum ac integrum ſuum effectum ſortita ſit, regaliſtáq; in pacifica poſſeſſione permãſerit, aut aduerſus eum ſententia dicta ſit iudicio contradictorio ac definitiuo: id introductum eſt fauore regaliæ aduerſus collatorem ordinariũ, ab eóque deſignatum. Vtque omnis aditus colluſioni præcludatur inter regaliſtam & deſignatum ab ordinario, néve pactis, tranſactionibus, aut aliis conuentionibus liceat cuiquam ſingulari facere fraudem regaliæ. Ideirco obtinet, quòd ſi regaliſta tranſigat, conueniat, aut iudicatũ ſubeat in fauorem deſignati ab ordinario, eiuſmodi pactum non præiudicet Regi quin poſſit contingente vacatione intra triginta annos, cõferre beneficium: quoniam regaliſtæ non licuit cedere in præiudicium Regis, nec regalia plenum ſuum effectum ſortita eſt: aliàs ſequeretur eſſe in poteſtate regaliſtæ renuntiare iuri regaliæ, & pacto vel tranſactione tranſferre beneficium in eum qui non eſſet à Rege canonicè inſtitutus, facit 3 cap. ex frequentibus, de inſtitut. Sin verò controuerſia eſſet inter duos regaliſtas, alter alteri cedere poteſt, quoniam eo caſu fieri non poteſt quin regalia ſuum effectum ſortiatur. Ideircò ſi alter ex litigantibus patiatur alterum frui beneficio ad vitam, litigioſum non poteſt prorogare effectum regaliæ, quia alter alterius conſenſu vita durante poſſedit, adeò vt regalia ſuum ſit ſortita effectum: alioquin eſſet in arbitrio duorũ regaliſtarum in longum tempus regaliam producere, vt ſucceſſiuè beneficio gauderent, atque ea ratione collatorem ordinarium fraudarent.

In eandem conſtitutionem (Dum epiſcopus.)

1 *Tolerantia ſine ſufferta, non poteſt regaliam præcludere.*
2 *Epiſcopi hommagium Regi non præſtant.*
3 *Quæ ſit differentia inter hommagium & iuramentum fidelitatis.*
4 *Ex præſtatione iuramenti fidelitatis, cenſetur epiſcopus inueſtituram à Rege capere.*

Cap. VI.

IN his verbis, *Donec & quouſque futurũ epiſcopum debitum fidelitatis iuramentum*, &c. Hîc oritur quæſtio † an tolerantia 1 claudat regaliam: quia ex nota conſuetudine tolerantia æquiualet fidelitati quandiu durat: ſed de eo amplius dubitandum non eſt, quandoquidem deciſum fuit arreſto ad 20. Iulij, 1430. inter Godofredum Liltet actorem in regalia, & Rogerium, reum ratione capellæ S. Colaruille in dioceſi Diuenſi. Apertura in regalia obtigerat per obitum epiſcopi, & quia ſucceſſor epiſcopus fidelitatem & hommagium non præſtiterat: in cõtrarium dicebatur epiſcopum poſteriorem tolerantia munitum eſſe quæ æquiualet fidelitati quandiu durat: nihilominus Curia fiduciariam poſſeſſionem regaliſtæ addixit. Hoc arreſto patet tolerantiam non præcludere regaliam. In eámque rem extat cõſtitutio inſcripta tabulario Curiæ libro notato, *Ordinationes Regis*, fo. 21. vbi ſignificatur tolerantiam aut liberam poſſeſſionem temporalium prælato conceſſam, antequã Regi ſacramentum fidelitatis exhibuerit, non intercludere regaliam quo ad collationẽ beneficiorũ in regalia vacãtium. Notandũ itaque eſt ad claudẽdam regaliam neceſſariam eſſe præſtationem iuramenti fidelitatis à ſucceſſore epiſcopo: 2 †diligentérque animaduertendum eſt hac conſtitutione non exprimi quod epiſcopi teneantur facere hommagium Regi, ſed tantùm quòd præſtatur iũramentum fidelitatis, non quòd hõmagiũ non fiat pro re ſpirituali, vt tradunt Ruſæus & Probus: in quo manifeſtè fallũtur. Nã iuramentũ fidelitatis quod Regi ab epiſcopis præſtatur, non ratione ſpiritualium, ſed ratione tẽporalium epiſcopatus exhibetur, tenentúrque & ſolent id præſtare, etiamſi ratione temporaliũ nõ ſint vaſſalli Regis, ſed tum quod Regi fidẽ & fidelitatem debẽt propter multitudinem populi Regi ſubiecti quem regendum ſuſceperunt, tũ quod omnia ipſorum temporalia neceſſariò à diademate moueant mediatè vel immediatè: tũ etiam quòd plurimi Regis intereſſit ab eis eiuſmodi iuramentum exigere, propter regimen quod ſinguli in ſua dioceſi obtinent. † Lata eſt differentia inter hommagium quod vaſſallus Regi facit, & ſacramentum fidelitatis quod epiſcopus præſtat: nam in primo caſu, nunquã fiduciaria poſſeſſio vaſſallo competit, donec hommagium fecerit, ſempérque Rex lite pendente poſſidet tanquam dominus feudalis contra vaſſallũ in præſtatione hõmagij cũctantẽ: ſed iuramenti quod epiſcopi præſtãt Regi, alia cauſa eſt, vt cõſtat ſequẽti arreſto Curiæ: *Inter magiſtrum Milleum Dilliers* nuper epiſcopũ Carnutẽſem, & magiſtrum Renatum Dilliers nunc epiſcopum Carnutenſem, prouocantes à prætido Carnutenſi aut ipſius legato, actoréſque in materia prouiſionis ab vna parte, & procuratorem regiũ aſſumentẽ ſibi litẽ nomine procuratoris & exactoris regij apud Carnutenſes, prouocatos & reos ab altera: intellectis actionibus vtriuſque partis à die 6. Iulij, & 6. Auguſti nuper elapſi, Curia diligenti examine habito dictæ actionis, diplomatum, prouiſionum, literarũ, & inſtrumentorũ à prouocãtibus apud Curiã productorum, omnibúſq; procuratori generali Regis cõmunicatis, accuratéq; circũſpectis, pronuntiatũ eſt dictum procuratorẽ regiũ primo quoq; faſto die cauſis prouocationis à dictis prouocantibus adductis defenſurum: dictóſque Milleum & Renatum Dilliers reformaturos, in meliorémque formã redigi curaturos iuxta decreta ſanctorũ Conciliorum decretorúmque eccleſiæ, bullas reformationum quas dictus Milleus à Papa impetrauerat. Eiúſque rei certioraturos Curiã, aut dictum Milleũ eis bullis renũtiaturũ intra Calẽd. Ianuarias proximas, pro omni dilatione: ampliúſque dictum Renatum fidelitatis ſacramentum Regi præſtiturum. Interea dictum Renatum Dilliers temporalitatis ſui epiſcopatus poſſeſſionẽ fiduciariã apprehenſurum, nullo inde præiudicio iuribus partium afferendo. Recitatum 7. die Septemb. anno 1493. 4 ſub ſigillo Pichon. † Notandum eſt id iuramentum fidelitatis quod poſtremò deſignatus Regi præſtat, eſſe inueſtituram quam à Rege accipe-

re tenetur, per text. in c. in ſynodo, lxiij, diſt. cuius verba hæc ſunt, *Archiepiſcopi & epiſcopi per ſingulas prouincias ab eo metropolitano accipiãt & niſi à Rege laudetur epiſcopus, à nemine conſecretur.* Ex quo textu deſumpta eſt hæc conſtitutio (*Dum epiſcopus.*

In eandem conſtitutionem (Dum epiſcopus.)

IN hæc verba, *Quòd tunc litera regia & quòd receptor ſeu commiſſarius.* Hac cõſtitutione liquidò conſtat ad precludendam aperturam regaliæ non aliqua eccleſia non ſufficere iuramentum fidelitatis Regi ab epiſcopo præſtitum, ſed obtinendos eſſe codicillos regios dicti iuramenti miſſionemque in poſſeſſionem, oblatos inſcriptoſque Curiæ rationum, quæ receptori habeat vt eum frui temporalibus ſinat, ac in plenam poſſeſſionem inducat: hæ ſunt inueteratæ conſuetudines quæ immutari non poſſunt.

Intellecta conſtitutione quæ vulgo Philippina dicitur, per quam ſit apertura regalis, intellecta quoque conſtitutione (*Dum epiſcopus*) quæ docet quis ſit finis regalie, ſuperſunt tantũ vtilitates intelligendæque multæ inſignes quæſtiones ac dubia quæ circa regalia propoſ. ſolent: quorum alia arreſtis Curiæ deciſa ſunt, alia ad exactioris conſilii examen remiſſa ad hunc vſque diem indeciſa permanſerunt, de quibus Rufæus & Probus doctiſſimè ſuſiſſimeque ſcripſerunt: deóque nihil eorum quæ ab ipſis tractata ſunt repetam, ſed dubia tantùm quædam ab ipſis prætermiſſa, aut non ſatis luſè tractata deciſaque attingam.

SVMMA.

1 *Per promotionem ad Cardinalatum vtrum regalia in epiſcopatu aperiatur.*
2 *Numerus, nomen, & authoritas Cardinalium.*
3 *Si epiſcopus diſpenſatur vt retineat epiſcopatum cum Cardinalatu, an nihilominus fiat apertura Regaliæ.*
4 *Intellectus præcurrit omnẽ temporis vel citationem.*
5 *Quando epiſcopus deſignatur Cardinalis ſub expectatione tituli poſtea aſſignandi non aperitur regalia.*

CAPVT VII.

PRimùm omnium quæro, an titulus Cardinalatus ſit incompatibilis cũ epiſcopatu. Secundo, epiſcopo in Romano Cõſiſtorio Cardinale deſignato ſine aſſignatione tituli, ſed tãtùm ſub expectatione tituli poſtea aſſignandi, tan eiuſmodi nuntio inducat aperturã regaliæ in ipſius epiſcopatu. Quod ad primũ caput attinet, Albericus de Roſate in rub. ff. de ſtatu. homi. poſuit Cardinalium titulos, dicens quòd eorũ numerus taxatus non eſt. Refert quoſdam exiſtimare, Cardinales poſſe eſſe numero ſeptuaginta, quot fuerunt diſcipuli Chriſti, quos Cardinales repræſentant, ca. ſeptuaginta. xvi. diſt. tot etiam fuerũt linguæ, vt ibi dicitur. vnde cùm omnes nationes & linguas iudicent, videretur eſſe numerus ille conueniens. De facto tamen videmus, inquit ille, quòd numerus eſt ex arbitrio Papæ. Hinc refert Card. Zabar. in clem. ij. §. porrò. in principio, de elec. quòd tempore Pontiani Papæ fuerunt Cardinales ducenti triginta ſex. Dicit tamen idem Card. in clement. ij §. Irritum, in vj. q. de elect. quòd Cardinalium numerus debet eſſe certus, inſtar diſcipulorum Chriſti, per ca. in nouo. xxj. diſtinct. Sequitur Mar. Lauden. in tractatu de Card. in principio, in ij. quæſt. Et certè videmus his temporibus, quòd propter effrenatum numerum Cardinalium vileſcit dignitas Cardinalatus, & plures videmus Cardinales in curiis principum, quàm Romæ in conſiſtorio, cùm tamen teneantur in curia Romana reſidere, niſi legatione fungantur, gloſ. in cap. nobiliſſimus. vij. diſt. in ver. Nihilominus. Et ſunt Cardinales Romæ digniores quàm extrà. Alexand. de Imol. ad notat. in Rub. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. in fin. poſt Baldum quem ibi refert. in rubr. ff. de offic. procon. per textum in l. vnic. Cod. de præpoſ. lib. xij. in his verbis: Immunitate digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat: hinc dicitur quòd Cardinales ſunt pars corporis Papæ. notat Lauden. & Cardin. Zabarell. in clement. ij. in princip. de celebrat. miſſar. gloſſ. in capite excommunicatis, in verbo commiſſam. de off. leg. Inde appellantur primates eccleſiæ. cap. ſi quis ex epiſcopis. in fine, lxxix. diſt. & principales eccleſiæ cap. ij. de off. Archiepiſc. cum gl. ibidem. Arch. in c. vbi periculum. de elect. lib. vj. in iiij. col. dicit quòd ſunt Apoſtolici coadiutores in executione officij, & conſultores recti & intrepidi. Bald. in l. penult. circa medium. C. de bonis quæ liberis. notat quòd Cardinales dicuntur capitulum vniuerſalis eccleſiæ: & verũ dicit, quia Cardinales conſulunt nedum Romanæ eccleſiæ, ſed toti eccleſiæ vniuerſali: ſunt enim corpus cum Papa, ſunt canonici cum epiſcopo. Panor. in cap. honæ. & primo. de poſt. prælat. in ſexto notabili. Idem Panor. in cap. per venerabilem. qui filij ſint legit. dicit quòd Papa non explicat ardua negotia ſine conſenſu Cardinalium: dicit quoque Cardinales fundari iure diuino, reprehenditque Iohan. Monach. dum dicit in cap. ſuper eo. de hæret. lib. vj. quòd hoc habent ex conſuetudine. Adde Archid. in ca. ſunt quidam. xxv. q. j. in princip. vbi dicit, quòd Papa non poteſt condere legem generalem ſuper vniuerſali ſtatu eccleſiæ, ſine Cardinalibus. Hinc dicit Ludouic. Rom. in conſil. iiij. cap. xviij. incip. In caſu quo quæritur, in tertia columna, quòd Cardinales ſuccedunt quodammodo loco decurionum, cùm ſint conſiliarij Papæ pro regimine vniuerſalis eccleſiæ dirigendæ, per textum in cap. fundamenta. §. de elect. in vj. Aduerte tamen quòd textus loquitur de Cardinalibus literatis, & Romæ reſidentibus, non de porcis aut aſinis ferratis qui per curias regum & principum diſcurrunt & vagantur. Noſtra quæſtio in eo vertitur, an iſti tituli Cardinalium ſint incompatibiles, ſeu loco beneficij incompatibilis. De Cardinalibus epiſcopis non eſt dubium: de aliis ius idem ſtatuitur: quia Cardinales in ſuis titulis habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & Cardinalium parochia habetur pro dioceſi: comparantúrque tituli Cardinalium eccleſiis, vel parochiis epiſcoporum. cap. his quæ pro eccleſia. de maiorit. & obedientia. Et quamuis Panormitanus ibi dicat nõ eſſe alibi textum, tamen alius eſt textus celebris in cap. querelam. de elect. ibi, à Cardinali ſanctæ Suſannæ, cui eadem eccleſia tan-

ſia tanquam capella ſuo titulo in ſpiritualibus eſt ſubiecta. Facit tex. in cap. ex geſtis. de clericis nō reſid. vbi dicitur quòd titulus Cardinalis requirit reſidentiam: & quòd Cardinales habeant iuriſdictionem cum adminiſtratione. probatur d.cap. querelam. quo fit vt Cardinalatus ſit dignitas incompatibilis. notatur ab omnibus, in d. cap. de multa. Panor. in cap. bonæ. & primo de poſt. prælat. in ij.col. notat in eadem perſona epiſcopatum eſſe incompatibilē cum Cardinalatu. Hinc orta eſt quæſtio ſæpiſſimè in ſenatu, an per promotionem ad Cardinalatū fiat apertura
3 regaliæ, † etiam ſi papa diſpenſet cum epiſcopo nouiter promoto ad Cardinalatum, vt retineat vtrunque. Dubium faciebat textus in ca. eccleſia veſtra, in ij. de elect: vbi Guillelmus presbyter Cardinalis electus fuit epiſcopus Catalanenſis: nec dicitur ibi, quòd ob id electio eſſet inualida. Videtur ergo textus ille tacitè probare Cardinalatum & Epiſcopatū ſe rectè mutuò pati, & alterum cum altero eſſe compatibilē: aliàs dictus Guillelmus debuiſſet poſtulari non eligi, per textum in ca. fin. de poſt. præla. cum ibi not. cap. bonæ memoriæ. §. primo. de poſt. præla. vbi Cardinalis tituli ſanctæ præpedis fuit poſtulatus in epiſcopum Rauennatenſem, non electus: nec tamen fuit poſtulatio per ſummum pontificem admiſſa. Secundò dubium facit quod notat Panor. in d. cap. bonæ. vbi notat ſuis temporibus ſeruari, quod epiſcopus promotus in Cardinalem non perdit ipſo iure epiſcopatum: imò illum retinet, niſi Papa aliter diſponat. & ita dicit ſeruatum fuiſſe in Cardinali S. Crucis, quoad epiſcopatum Bononienſem, & in Cardinali S. Marcelli quoad epiſcopatum Senēſem. Idque ex eo procedit, quòd multi dixerint cap. de multa. locum non habere in Epiſcopatibus, Cardinalatibus, & ſimilibus, quod tamen ipſe reprobat. Contraria tamen opinio verior eſt, quòd epiſcopatus nō eſt compatibilis cum Cardinalatu, vt tenuit idem Panor. in d. cap. bonæ. in iij. not. & in d. cap. eccleſia veſtra. ij. notab. Ratio eſt euidens, quod certum ſit Cardinalatum eſſe dignitatem & officium eccleſiæ, & omnis dignitas eſt incompatibilis. Panorm. in §. qui verò. cap. extirpādæ. de præbend. habētque cap. de multa locum in Epiſcopatibus, & aliis dignitatibus maioribus. Panor. in d. cap. bonę, facit extrauag. execrabilis. de præbēdis. ſi plures obtinent dignitates de præbēd. & quod duæ dignitates obtineri non poſſint ſine diſpenſatione, quòdque vna vacet per adeptionem alterius. textus eſt in extrauag. vt quos debitus honor. de off. ord. Tertiò ratione naturali patet, Cardinalatum eſſe incompatibilem cum epiſcopatu, quia naturaliter nemo poteſt reſidere in duobus locis eodem tempore. Ideo beneficium omne requirens reſidentiam perſonalem, eſt incompatibile cum alio ſimili. Panor. in d. §. qui vero. ſed Cardinalatus requirit reſidētiam. cap. fundamenta. §. decet. de elect. cap. ex geſtis. de clericis non reſidentibus. tum etiam epiſcopatus. §. interdicimus, in auth. de epiſcopis & clericis. & in cap. qualiter epiſcopus. de clericis non reſident. Quartò, non ſolum ratione tituli probatur, quod Cardinalatus ſit incompatibilis cum epiſcopatu, ſed hac quoque ratione, quòd ſacrum ordinem requirat. Nemo enim Cardinalis eſſe poteſt, qui non ſit diaconus ad minus. Hoſtien. in cap. ij. de offic. Archipresbyter Panor. in d. §. quia vero. de monte Laudano in tractatu de Cardinalibus. Igitur liquido conſtat, per promotionem ad Cardinalatum vacare Epiſcopatum: conſequenter regaliam apertam.

Notabilis quæſtio.

SED quid ſi Papa faciendo Epiſcopū Cardinalem diſpenſat, vt retineat vtrumque, vt fit quotidie, nūquid eo modo impeditur apertura regaliæ in epiſcopatu, & videtur impediri, quòd quæ fiant vno impetu, dicantur ſimul fieri. Bald. in l. Arethuſa. in tertia lectura. ff. de ſtatu hom. & in l. nūquam plura. ff. de priuatis delict. Quæſtio hæc eſt, vt volunt, de puncto. Dic quod veritas eſt, regaliam aperiri: quia momentum, quo vacat
4 epiſcopatus, conſiderari rectè poteſt. † Certum eſt enim ſecundum ordinē naturæ & intellectus, quòd Papa prius prouidet de Cardinalatu, quā diſpenſet de retinēdo vtroque: nec enim ſubeſt cauſa diſpenſandi ante promotionē ad Cardinalatum: ergo eo inſtanti, vel potius momento, quo prouidetur Epiſcopo de Cardinalatu, vacat epiſcopatus ipſo iure. Et quanuis vno impetu, & per clauſulam ſequentem Papa diſpenſet cum eo de vtroque retinendo, tamē verum eſt Epiſcopatum vacaſſe. De ea re textus eſt optimus in d. l. Arethuſa. ibi, eo momēto quo parit. quo loco Bald. notat, quòd ſi in motu tempus non inueniatur diſtinctum, intellectu tamen diſcretum reperitur: præcurrit enim intellectus omnem temporis velocitatem. hinc efficitur, vt dicamus futura ordinari intellectu, quòd ea intellectus præcurrat, priuſquam fiant. Sic apparet prius & poſterius poſſe conſiderari in intellectu, licet in temporali vnum & idem inſtans videatur eſſe. d. l. Arethuſa. facit l. qui duos. §. in bello. ff. de rebus dubiis. Præterea in caſu de quo agitur, prouiſio Cardinalatus, & diſpenſatio de vtroque retinendo fiunt diuerſis clauſulis, ac diuerſa verborum conceptione: vnde fit, vt non videantur eodem momento fieri: hoc enim videtur eodem momento fieri, quod eadem clauſula verborum concipitur. notat Barto. in l. fundus. §. ſi duo. in fine. ff.

Adde quòd literarum prouiſionis ordo diligenter eſt attendendus: ex quo facilè apparet, prouiſionem de Cardinalatu præcedere diſpenſationē de vtroque retinendo. cap. penult. de elect. in vj. l. quotiens. de vſufruct. l. generaliter. §. ſi quidē. de fideicōmiſſ. liber. Bart. in l. ij. §. prius. de vulg. moder. in cap. cùm dilecta. de reſcript. Clarè ergo conſtat in quæſtione propoſita, momentum ſeu punctum temporis poſſe naturaliter ſecerni, ac diſtingui, tam ex ordine ſcripturæ, quam intellectus. Id colligi poteſt ex obligatione & actione perſonali. Licet enim eodē momento cùm obligatio contrahitur, actio in perſonam naſcatur, naturæ tamē ſeruato ordine neceſſe eſt obligationem præcedere, quæ ideò mater actionis appellata eſt. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. Hac ratione curia ſæpe iudicauit per promotionem ad Cardinalatum aperiri regaliam in epiſcopatu: quòd verum ſit, ipſum epiſcopatum aliquo momento vacaſſe. Neque obſtat cap. cùm noſtris. de conceſſ. præb. vbi de

facto episcopatus non vacauit: quia respondetur quòd per Philippinam constitutionem superius allegatam, satis est beneficium vacare iure, aut facto tantùm, vt regalia aperiatur. Quæ omnia nota diligéter: nec enim ab iis, qui hac de re scripserunt, disputata, & minus decisa sunt.

Ita iudicauit senatus pro canonicatu & præbenda Mormensi, die xxj. mensis Nouemb. anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo. Fuit iterum ita iudicatū à senatu pro canonicatu & præbenda ecclesiæ Rothomagensis, inter magistrum Milonem des Dormans, Iohannē de Rupe, & Guillelmum Challon, xx. die mensis Martij, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tertio: tum etiam die secunda Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, pro capellania sancti Iacobi, in hospitali de Lusarchis, inter magistrum Iohannem Foruilhon, & Damianum Musnier. De hac quæstione scripserunt equidem multi, Hostiensis. Zabar. in d. cap. ecclesia vestra el. secundo de elect. Laud. in tract. de Cardinal. in fine. Cald. in consilio j. sub titul. de translat. præla. Panor. in d. cap. bone. Barbat. in tract. de præst. Card. q. xij. vbi amplissimè scripsit de hac re, sed plura quàm oportebat, nouissimè Rusæus, qui horum omnium non meminit.

§ Quod † ad alteram quæstionem attinet, quando episcopus designatus Cardinalis in Consistorio sub sola expectatione tituli postea assignādi, an eiusmodi prouisione regalia in ipsius episcopatu aperiatur: in eam quæstionem extat alia actio habita à procuratore generali Regis, sine die, in hæc verba.

PRocurator generalis regius ait veteré fuisse quæstionem, an per promotionem episcopi ad Cardinalatū fiat apertura regaliæ in ipsius episcopatu, quanuis per eandem prouisionem Papa dispenset cum episcopo de vtroque retinéndo. Antiqui doctores & pragmatici existimarunt esse aperturam regaliæ, quoniam Cardinalatus non sit compatibilis cum episcopatu, vt concludit Panormitanus in cap. bonæ, & fide postu. prælat. Alij in c. de vnico, de maioritate lib. vj. per multas rationes à doctoribus recitatas & fusè tractatas in multis locis. Nam quanuis Papa dispenset per eandem prouisionem de episcopatu cum cardinalatu retinendo, tamen momentum dari potest ex ordine literæ & intellectus, quo momento episcopatus censetur vacare: prius enim promouetur episcopus in Cardinalem quàm dispensetur, aliàs frustrà cum eo dispensaretur: cum ea quæstione extant multorum scripta variis in locis, iuxtaque hanc opinionem tribus diuersis & antiquis arrestis Curiæ iudicatum est. Nihilominus tamē certum est postea in casu regaliæ Carnutensis, ratione promotionis episcopi Eburonensis, qui de Marchia appellabatur, ad dignitatem Cardinalatus, hanc quæstionem ad consilium, remissam esse: rei tamen in regalia contrarium defendunt: iam verò lite ad consilium relata nihil est opus maiori disceptatione, ratione sequestri de quo nunc agitur. Solū cōsiderandū est vtrique parti cōsultum esse per obitum eiusdem personæ: cúmque regalista fiduciariam possessionem postulet, nulla videtur ei ratione denegari posse, nisi vnica, videlicet quod in promptu non constet de iure agentis. In hunc articulum reus in regalia contendit Cardinalem Ambasianum designatū fuisse sub expectatione tituli, promulgatúmque Cardinalem sine titulo, ideóque non esse apertam regaliā in Archiepiscopo Rotomagensi donec fuerit assignatus titulus, cùm ex titulo Cardinalatus nascitur incompatibilitas, & consequenter apertura regaliæ, quòd Cardinales habeant curam animarum in titulis suis, cap. querelam, de elect. cum aliis tex. non paucis. Cardinales habent ius pinguius quàm plebani, quos archipresbyteros vocamus, qui & ipsi curam habent animarum, cap. vt singulæ, de offic. Archiepisc. cap. dilectus. de cap. mona. Vnde sequitur titulos cardinalium esse beneficia curata: curatum enim beneficiū est quod vel habet fori pœnitentialis curā vel fori contentioſi. Panormitanus in cap. dudū ij. colum. de electio. quem textū notat eo loco quotidie in hāc sententiā allegari: quod autem Cardinalibus immineat vtriusque fori cura, probatur apertè cap. his quibus ecclesia, de maiorit. & obedient. quod etiam episcopalem & quasi episcopalem curam gerant, rectè ostendit tex. in cap. querelam, de elect. Ibi à Cardinali S. Susānæ, cui eadē ecclesia tanquam capella sub titulo in spiritualibus est subiecta. Hac ratione Hostiensis & Ioannes Andræas in cap. de supplenda neglig. prælat. notant Cardinalem si sit presbyter vel diaconus etiā nō episcopus, posse insignibus episcopalibus vti, & cō ferre ordines minores. Nouum autem non est q̄ Cardinalis Ambasianus fuerit publicatus Cardinalis sub expectatione tituli, nam Ioannes Andrææ refert in additione ad Specul. in titu. de libelli conceptione. §. iam videndum qualiter, in additione incipiente. Non scribuntur. sua ætate Petrum de Columna fuisse Cardinalem sine titulo, séque vocasse ecclesiæ Romanæ Cardinalem donec titulum S. Angeli recuperasset. Ideóque cùm adhuc nullum haberet certū titulum, nulla videtur fuisse incompatibilitas, & per consequēs nullam aperturam regaliæ, minúsque præcipitem fore regalistæ prouisionem: verùm quoniam dicitur Cardinalis Ambasianus postea accepisse tituli assignationem, ac deinceps post assignatum titulum aliam interuenisse impetrationem regaliæ: quoniam etiam regalistæ de sequestro conuenerunt, si de hoc doceant, postulat cum regalistis secundum interdictum retinendæ possessionis iudicari aduersus designatum ab ordinario: aliàs iudicio Senatus rem committit & concludit.

SVMMA.

1 *Interrex in Gallia non confert beneficia vacantia in regalia.*

2 *Collatio facta à Carolo interrege Francia, dum Rex Ioannes eius pater captiuus detineretur in Anglia, rata est habita à Rege post reditum in Francia.*

CAP. VIII.

ITerò quæro an quandiu Rex est captiuus aut aliàs à regni gubernaculis remotus, Interrex possit cōferre beneficia vacantia in regalia. Et ita videtur prima facie per multas rationes à Rusæo relatas in tractatu de priuilegiis xvj. maximè per cap. grandi. de supplenda neglig. prælat. in vj. quo

loco

loco fit expressa mentio de fratre Regis Portugaliæ cui cura regni commissa erat, & cui dicebatur competere generalis regni administratio ad regalia, facit cap. is cui, de electio. in vj. In hac fuit sententia Antonius Corsetus in tractatu de potestate Regis, vbi notat Reg: & Proregi creato censeri omnia etiá regalia concessa. Citat suæ opinionis assertorem Baldum in titul. Quæ sunt regalia, in vlt. notabili: atque hanc sententiam sequitur Rusæus affirmans Senatui aliquando ita placuisse: qua in re omninò fallitur. † nam in contrarium sæpius decisum indicatúmque est Protegem in Gallia non posse vi suæ potestatis conferre beneficia vacantia iure regaliæ. Ita iudicatum fuit à Senatu curiatis comitiis, cùm ageretur de verificatione potestatis proregiæ in Francia, quæ attribuebatur dominæ Ludouicæ de Sabaudia matri Regis Francisci primi eius nominis: quæ quidem potestas ei attributa est, cùm Rex proficisceretur in expeditionem vltramóntanam ad subigendum Ducatum Milanensem, vbi captus & in Hispaniam abductus est. In quarum literarum verificatione decretum fuit à Curia collationem beneficiorum in regalia vacantium excipiendam, quamuis ei expresè attributa esset per dictam potestatem & protegiam dignitaté, vt patet ex dicta verificatione ad diem 5. Septéb. anno 1515. † Ad propositum multum facit, quod Carolus dux Normaniæ Delphinus Viennensis filius Regis Ioannis, Proréxque in Francia dum Ioannes Rex eius pater detinebatur captiuus in Anglia, post reditum patris obtinuerit ratihabitionem collationum quas fecerat de beneficiis vacantibus iure regaliæ in Regis absentia: quæ quidem ratihabitio decreto Senatus comprobata fuit, inscriptá que libro notato *Ordinationes antiquæ*, fol. 51. verso. Vnde elici potest responsio ad quoddam arrestum à Rusæo citatum, cùm ait eo arresto collationem in regalia præbendæ Remensis factam à dicto Carolo Delphino Viennensi fuisse à Curia comprobatum: id enim contigit vi ratihabitionis quam obtinuerat a dicto Rege Ioanne patre suo.

1

2

SVMMA.

1 *Collatio facta per ordinarium cumulari potest cum prouisione facta in regalia.*

Quæritur an collatio in regalia & collatio Papæ aut ordinarij cumulari possint. Hæc quæstio duplici Curiæ arresto definita est, quorum verba hæc sunt.

CAP. IX.

ITe mota in Curia nostra inter prò curatorem nostrum generalè pro nobis & iure nostræ regaliæ, & dilectum ac fidelem magistrum Aegidiũ de malo diuersorio clericum & consiliariũ nostrum ex vna parte, & Bertrãdum de Mota defensorem ex altera, ratione Thesaurariæ Rothomagensis, quam dicto consiliario nostro tanquam vacantem in regalia per certas literas nostras contulimus, &c.

Sequuntur verba alterius arresti.

VM per nos collati fuissent canonicatus & præbenda ecclesiæ Rothomagensis magistro Roberto dicto le Gay clerico nostro, &c.

HÆC duo arresta sunt prolixa, sed breuitatis causa satis erit intelligere prius esse ex 12 Februarij 1507. alteri dies ita adscripta est, Die 3 Iulij. Et est inter arresta prolata in Parlaméto quod incipit die Mercurij in quindena S. Martini hyemalis, anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo octauo.

Ratio quæ dubitandi vocatur, erat: Is qui contendit beneficium vacare in regalia, quique collatione Regis vtitur, ait beneficium non potuisse conferri, nec a Papa nec ab ordinario, quoniam beneficia vacatia in regalia nec iure caduci nec aliter possunt de collatore ordinari aut alio conferri, sed posita sunt in solius Regis collatione, qui in eo iure regaliæ nullum superiorem agnoscit. Quod ad dispositionem iuris cómunis attinet, & pro decisione huius quæstionis, facit cap. vt quis duas, de electio. in 6. quo loco electus non potest duabus electionibus vti: accedat l. quod in hæredem. §. eligere, de tributoria, vbi pro eadem re duplici actione vti non licet, imò electione vnius renũtiatur alteri. Præterea iure definitum est neminem vti posse titulo duplicato, l. cùm res. C. de cõtrahen. emptio. cap. inter dilectos, de fide instru. † Sed his non obstãtibus arresta Curiæ ratione tam naturali quàm ciuili nituntur: quamuis enim collationum Regis ac ordinarij diuersa videatur ratio ac finis, is tamen qui eis vtitur eásque profert ad eundem finem & effectum tendit, nempe vt beneficium contentiosum consequatur, seu vi prouisionis ordinarij, seu vi prouisionis Regis: & subordinariè si in regalia vacauerit, vt obtineat vi prouisionis Regis: in verò Regi non competierit collatio, apud se vi prouisionis ordinarij remaneat: in eamque ré textus est expressus in cap. post electionem, de concessio. præben. Ibi tam ratione primæ quam secundæ concessionis. Ea est decisio glossæ notabilis in capitu. nullus pluribus, de reg. iur. in vj. In hanc quæstionem extat oratio habita ad Senatum ab aduocato regio dicto le Maistre, ad 22. Decembr. anno 1495. ex qua apertè colligi potest in casu regaliæ licere vti collatione Regis & ordinarij.

1

2

SVMMA.

1 *Duo beneficia permutata post resignationem admissam vacant in regalia, si regalia aperta permutantes in possessionem missi non fuerint.*

CAP. X.

ALiud dubiũ de duobus beneficiis permutatis contingente apertura regaliæ ante adeptionem possessionis ab vtraque parte. Videtur leuis hæc quæstio: nam procurationes ad resignandum solent hanc clausulam habere, *In fauorem talu, & causa permutationis cum tali beneficio, & non aliás, nec alio modo.* Contrarium tamen arresto iudicatum est, cuius species erat eiusmodi: Quidam dictus

magiſter Iacobus Coſſon Curiæ inquiſitionum præſes, canonicus præbéda in eccleſia Tornacéſi præditus, & alius dictus magiſter Nicolaus Braque canonicus eccleſiæ Pariſienſis, conueniunt de permutatione ſuarum præbendarum: eorum reſignatio admittitur: Coſſon in numerum canonicorum Pariſienſis eccleſiæ adſcribitur, Braquus vult recipi in eccleſia Tornacenſi, cuius præbenda iure regaliæ à Rege in magiſtrum Philippum des Eſſars confertur: oritur controuerſia inter Braquum & dictũ des Eſſars, in cuius commodum pronuntiatum eſt die 18. Ianuarij, 1389. Huius arreſti ratio perſpicua eſt: nã contingente apertura regaliæ in eccleſia Tornacenſi, præbenda vacabat facto, quoniam Braquus reſignatione admiſſa poſtquam etiam deſignatus erat, nondum poſſeſſionem adeptus erat nec à capitulo receptus, itaque eius præbenda 2 iure repleta facto vacabat, vt ſuprà demonſtratũ eſt in conſtitutionem Philippinam, & in conſtitutionem incipientem, *Dum epiſcopus.*

SVMMA.

1 *Si beneficiatus Romæ decedat, beneficium vacat in regalia ſiquidem ſit aperta.*

CAP. XI.

ROſtremò quæritur de præbéda quam Titius in eccleſia Pariſiéſi obtinebat, & quæ Titio moriente Romæ vacat: regalia aperta in eccleſia Pariſienſi hanc ſummus Pontifex confert veluti in Curia vacantem, quam iure regaliæ Rex alteri donat: quis donatariorum potior? Videtur deſignatus à ſummo Pontifice præferendus per cap. licet, & 1 cap. ſtatutum, in præbend. in vj. †Sed è contrario vacatio in regalia eſt extraordinaria & anomala, in qua cùm Papa nullum ius habeat, non poteſt dici ordinarius ordinariorum, nec quicquam ſibi iure caduci aut aliter vindicare: nam regalia in eccleſia aperta beneficiũ nulla alia quàm Regis diſpoſitione vacare poteſt. Ius enim regaliæ oſſibus Regis ſeu coronæ ita cohæret vt ſeparari vel alteri competere nunquam poſſit, non magis quàm operæ officiales quæ patrono debitæ à perſona patroni diſiungi non poſſunt, Baldus in **l. liberti iij. colum. de oper. liberto. C. per text. in l. operæ in rerum. ff. eod. titu. De qua re abundè ſcripſit Iaſon in l. ſi non ſortem. §. libertus: ff. de condict. indeb.**

SVMMA.

1 *Curia ſuprema Pariſienſis tanquam prima & antiquiſſima, ſola de regalia cognoſcit.*
2 *Cur Pariſiis iuriſdictio erarij inſtituta ſit.*

CAP. XII.

1 QVÆ Curia de iure regaliæ cognoſcit. Duæ extant cõſtitutiones quibus cõgnitio regaliæ Curiæ ſupremæ Pariſienſi attribuitur, omni cognitione cæteris Franciæ Curiis ablata, vt patet ex conſtitutione Regis Ludouici, cui dies his verbis adſcripta eſt, Datum Luxiis ad Doulenas 19. die Iunij, anno Domini milleſimo quadringẽteſimo ſexageſimo quarto, regni autẽ noſtri tertio. Et ſuper plica erat ſcriptũ: Lecta, publicata, regiſtrata, Pariſiis in parlamẽto die trigeſima Iulij anno Domini 1464. Altera cõſtitutio incipit his verbis: Amicis noſtris ac fidelibus, &c. Datum Mureti Cumingorũ die 24. Maij. Amicis ac fidelib. noſtris ſupremæ Curiæ Pariſiéſis Senatorib. ac Præſidib. Hæc cõſtitutio eſt Regis Ludouici vndecimi inſcripta archiuo Curiæ ſupremæ lib. j. cõſtitut. dicti Regis Ludouici vndecimi, fo. 23. Ex qua conſtat Senatui Pariſienſi tanquã priorem antiquioremque locũ obtinenti competere cognitionem regaliæ, ac conſequenter omnium iurium ac prærogatiuarum Regi ratione diadematis ſui competentium, ideóque aliquandiu obtinuit ſoli Curiæ Pariſienſi competere cognitionem omnium quæ ad patrimonium Regis 2 pertinent, † eámque ob cauſam inſtitutã eſſe iuriſdictionem erarij, ad quam cognitio patrimonij Regis per vniuerſum regnum deuoluitur, appellationéſque reſortiuntur ac exercentur in eadem Curia tantùm, puta Ducatum & Comitatum in eámque rem extat expreſſa conſtitutio Regis Caroli ſeptimi.

Notandũ eſt Curiam ſupremã Normaniæ aliquando ſibi cognitionẽ eorum quæ ad regaliam pertinent vindicare voluiſſe: de quo conqueſtus eſt apud Curiã procurator generalis regius, anno 1392. Et quoniam detruſus fuerat in carcerem quidam dictus Rufus propter contumaciam ab eo commiſſam ratione præbendæ Ebroicenſis, præſes Rothomagenſis eò deuenit audaciæ ac temeritatis, vt auſus fuerit ad poſtulationẽ procuratoris ſtatuũ decernere capturã corporis aduerſus præſides & ſenatores Curiæ ſupremæ Pariſienſis. Cuius rei certior facta Curia comprehenſionem aliquorum decreuit, profectóſque Ebroicenſem & Rothomagenſem requirendos adnotauit, vt eſt inſcriptum inſtrumento conſilij. die 28. Nouembr. 1492.

CONſtitutio Senatus qua interdicitur epiſcopo S. Flori aſſeſſus in eminentioribus ſubſelliis fori, donec Regi iuramentum fidelitatis præſtiterit, deque eius præſtatione Curiæ teſtatò conſtiterit, ex 25. die Nouembr. 1484. in inſtrumento conſilij.

SVMMA.

1 *Omnibus epiſcopis Franciæ faſtis diebus patet aditus & aſſeſſus in ſuprema Curia: ſententia tamen dictionem præter nonnullos non habent.*
2 *Epiſcopi habent aditum ad Senatum ratione dignitatis, non eo quòd ſint vaſſalli Regis.*
3 *Quæ ſit differentia inter iuramentum fidelitatis & hommagium quod epiſcopus Regi exhibet.*

CAP. XIII.

1 SCiendum † eſt omnibus epiſcopis Franciæ liberum eſſe aditum diebus feſtis ad Senatum, liceréque eis aſſidere in eminentibus ſubſelliis iuxta præſides ad dextram pro eorum antiquitate: nullam tamen eis competere ſen-

tentiæ

tentiæ dictionem, niũ sint ex numero Patrium Franciæ, cuiusmodi sunt archiepiscopus Renensis, episcopus Catalonensis, episcopus Noviodunensis, aliique ecclesiastici Pares Franciæ, simul & episcopus Parisiensis qui speciali priuilegio est consiliarius supremæ Curiæ natus, in qua ius habet suffragij & sententiæ dicendæ siue aperto foro siue in interiori consilio: id tamen locum habet postquam Regi iuramentum fidelitatis præstiterunt, aliàs non admitterẽtur ad petitionem aditus. Aliud iuris esset si nondum præstitissent hommagium ratione temporalium: nam cessatio in præstatione hommagij non præcludit eis aditum ad Curiam, in quam ingrediuntur non vt vassalli Regis nec ratione
2 temporalium, † sed tanquam episcopi & prælati,
3 & ratione dignitatis episcopalis. † Vnde intelligi potest quæ sit differentia inter iuramentum fidelitatis quod episcopi Regi exhibent, & hommagium quod ei præstant tanquam vassalli, ratione temporalium. Quod multi non animaduertentes in eo lapsi sunt, vt ex capitulo sequenti constare potest.

ADmonitio procuratoris generalis Regis, super eo quod Rex noluisset admittere magistrum Renatum Dilliers ad præstationem hommagij, ratione temporalium episcopatus Carnutensis, exhibitionémque iuramenti fidelitatis propter reseruationes factas à Magistro Milleo Dilliers resignante: quòd hæc causa cessaret quia dictus Milleus iis reseruationibus postea renuntiasset ac deinde decessisset. Idcircóque dictus procurator regius non amplius obsistebat, quominus dictus magister Renatus admitteretur ad huiusmodi hommagij præstationem & fidelitatis iuramentum. Ex die 17. Februarij 1493.

SVMMA.

1 *Alia ratio cognoscendæ differentiæ inter hommagium & iuramentum fidelitatis.*

2 *Iuramentum fidelitatis Regi debetur, etiamsi episcopus nulla temporalia possideat.*

CAP. XIIII.

ALio quoque modo dignosci potest differentia inter iuramentum fidelitatis & hommagiũ quod ab episcopis Regi exhibetur.
1 † Nã iuramentum fidelitatis Regi debetur, licet episcopus nulla tẽporalia possideat. Hoc instrumento demonstratur quod sit discrimen inter hommagiũ quod episcopus Regi exhibet ratione temporalium ecclesię tanquã vassallus Regis, & iusiurãdum fidelitatis quod tanquã episcopus præstat, & ratione dignitatis episcopalis: alterũ enim debetur ratione spiritualiũ, alterum ratione temporalium, licet sint amortizata, nisi per amortizationem fuerit remissum, vt suprà demonstratum est, probatúrque apertè in cap. j. §. verùm quando Abbatissa, de statu regular. lib. vj. vbi pontifex Maximus concedit egressum monasterij Abbatissæ cum aliis religiosis vt dominum feudalem adeat hommagij præstandi causa ad quod ratione cuiusdã feudi à se iure Abbatissæ possessi tenetur, nisi eam dominus feudalis ad dictum hommagium per procuratorem admittere velit: vti iudicatũ est inter Ioannem de Valenciennes dominũ de Ormoy, & religiosos, Abbatem, & conuentum S. Victorij
2 ad Lutetiam, vt superius attigimus. † Quod verò ad iuramentum fidelitatis Regi ab episcopis debitum attinet, præstandum est, siue episcopi tẽporalia & feuda à Rege mouentia possideant, siue non, ratione tituli & dignitatis episcopalis: ratione subditorum quos custodire & conseruare debent in obsequio & potestate Regis: & in fide Catholica & Apostolica in Gallia recepta: ideóque iuramentum fidelitatis appellatur. Eámque ob causam in Gallia obtinet, quòd si extraneus episcopatum adipiscatur, non teneatur Rex eum tolerare, nisi ei gratus sit, velitque eum ad iuramentum fidelitatis admittere, vt ipsius consilio aut aduersus hostes fortitudine vtatur pro fide & religione Catholica aut aliam ab causam. Præterea differentia inter iuramentum fidelitatis sumi potest ex copula, &, quæ est in his verbis, *Hommagium & iuramentum fidelitatis*: quæ copula, vt constat, ponitur inter diuersa. Adde quod gl. in cap. ergo, de iureiurando, ponit differentiam: cui glosiæ adjici potest hæc differentia, quod iuramentum fidelitatis Papæ quemadmodum Regi debetur, vt ostenditur eo textu in d. c. ego. *N. episcopus*, & hoc notat amplissimè Speculator in tit. de feudo, part. iij. quæ incipit, *Quoniam super hommagiis*, in princip.

TRACTATVS DE BONORVM PROSCRIPTIONIBVS siue ſubhaſtationibus.

Conſtitutiones de proſcriptionibus quæ fiunt in comitio Pariſienſi aut alibi, tam ſuper forma diſcuſſionis oppoſitionum, quàm diſtributionis nummorum.

HEnry par la grace de Dieu Roy de France, à tous ceux qui ces preſentes lettres verront, ſalut. Comme pluſieurs grandes plaintes & clameurs nous euſſent eſté faites, de la longueur tenue au fait de la iuſtice, procedant des executions des ſentences & arreſts donnez, tant en nos Cours de Parlement, qu'és Bailliages & Seneſchauſſées reſſortiſſans en icelles, & auſſi és requeſtes de nos Palais, & en nos Cours eſtablies, tant ſur le fait de la iuſtice de nos Aides que de noſtre Threſor, par la malice des parties condamnées, obligées & redeuables: qui pour ne vouloir obeir auſdites ſentences & arreſts, & ſatisfaire à leurs debtes & obligations, laiſſent ſaiſir leurs heritages, & biens immeubles, & iceux mettre en criées, tendans par la longueur du temps, accouſtumé à faire leſdites criées, & à les faire verifier et rapporter, & auſſi à faire droit ſur toutes les oppoſitions, et empeſchemens, qui interuiennent auant aucune choſe adiugée par decret, à tellement vexer, & ennuyer leurs creanciers pourſuyuans leſdites criées, et les oppoſans à icelles, qu'ils les contraignent à quitter, & delaiſſer les pourſuites deſdites executions et de leurs debtes: & finalement à rendre inutiles, & de nul effect leſdites debtes, obligations, ſentences & arreſts. Au moyen dequoi euſſions chargé aucuns bons perſonnages nos officiers de iuſtice, zelateurs d'icelle, & du bien public, de penſer, & regarder à quelques bons moyens, par leſquels lon peuſt abbreger leſdites executions deſdites ſentences, arreſts et obligations, à ce qu'il fuſt facile à chaſcun de recouurer ſon deu, et adiudication, pour s'en aider à ſon beſoin & neceſſité: meſmes nous pour noſtre particulier recouurer les reſtes des comptes de nos officiers comptables, & autres nos debtes et adiudications: par leſquels nos officiers euſſent eſté ſur ce faits & dreſſez aucuns articles, leſquels ſuiuant la commiſſion ſur ce par nous à eux dirigee, ils nous euſſent enuoyez: Sçauoir faiſons, que veus & entendus par nous leſdits articles, et apres auoir eu ſur iceux l'aduis & opinion des gens de noſtre priué Conſeil, & de pluſieurs autres bons & notables perſonnages dudit eſtat de Iuſtice pour ce conuoquez et appellez en noſtredit Conſeil: Nous, par ledit aduis & opinion, & afin d'obuier à la ruine, tant des condamnez et obligez, que de leurs creanciers porteurs de leurs obligations, et ayans obtenu leſdites ſentences, & arreſts, auons dit, ſtatué et ordonné, & par ces preſentes diſons, ſtatuons & ordonnons ce que s'enſuit, pour eſtre d'oreſnauant par prouiſion, & iuſques à ce que par nous autrement y ait eſté pourueu, obſerué et gardé en noſdites Cours et iuriſdictions.

ARTIC. I.

QVand aucun heritage, ou choſe immeuble ſera ſaiſie, et miſe en criées, l'huiſſier, ou ſergent, qui fera leſdites criées, ſera tenu ſe tranſporter ſur les lieux: & en faiſant la ſaiſie, et premiere criée, de declarer et ſpecifier par le menu en icelle ſaiſie, et premiere criée, les heritages et choſes criées par tenans et aboutiſſans, fors és ſeigneuries, fiefs & droicts ſeigneuriaux, eſquels ſuffira de ſaiſir le principal manoir,

ſes

ſes appartenances et dependances, et iceux droicts ſeigneuriaux.

SVMMA.

1 *Vtrum pecunia deſtinata in emptionem prædiorum ſit res immobilis.*
2 *Pecunia apud menſarios depoſita eſt quid immobile.*
3 *Diſtinctio notatu digna pro definitione quæſtionis.*

In hæc verba, *Heritage ou choſe immeuble.*

CAP. I.

QVid de pecunia deſtinata in emptionem prædiorum; vt puta, Minor ſuccedit matri, nec quicquá eſt aliud in hæreditate præter decé millia librarum apud tertium depoſitarũ in emptionem prædiorum quæ dictæ matri propria & peculiaria eſſet, eiúſq; hæredib. in eadé linea deſcendétibus, vt ſolet in cõtractib. matrimoniorũ fieri. Mater deceſſit ante emptionẽ prædiorum, magno ære alieno & filio minore hærede relicto. Creditores petũt ſolutionem ſui debiti ex dictis decem milibus librarum, vocántque depoſitariũ in ius vt apud iudicem pecuniam deponat, déque ea ſibi ſatisfiat. Depoſitarius cõtrà nititur, cõtenditque euocandum tutorem, eámque pecuniam in emptionẽ prædiorum deſtinatá eſſe, cõſequéterque immobile quiddam céſeri quod ſine decreto alienari nõ poſſit. In eámque ré profert textum expreſſum in l. quid ergo §. quid ergo. ff. de contraria act. tute. Addit euocandum quoque maritum, qui contendit eſſe quid mobile in quo media pars ei competit: cúmque deſtinatio nullum ſit ſortita effectum non immutare naturam nummorũ qui inter mobilia annumerãtur.

1 Quid iuris? † Huius quæſtionis deciſio inde depẽdet, an pecunia deſtinata in emptionẽ prædiorũ computetur inter verè mobilia vel immobilia. In quo variæ ſunt doctorum ſententiæ, vt refert Bart. in l. cætera, de legat. j. Pecunia quidé mobilis eſt, & non tantùm mobilis, ſed quæ ſeruándo ſeruari non poteſt, vt inquit Barto. in l. ſi ex legati. ff. de verb. obl. Ideóque à minore ſine decreto poteſt alienari, gloſſ. in l. j. §. fuit quæſitũ. ff. ad Trebell. & ibi Bart. & alij. Verũ cũ pecunia deſtinata eſt in emptionẽ prædiorum, tunc videtur perdere naturam mobilis, & gerere vicé rei immobilis, per text. in l. à diuo Pio. §. vlt. ff. de re iud. vbi in pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum ſeruatur forma eadem quę in executione rerum immobilium. Ad idem text. in l. quid ergo. §. vſura. verſ. quid ergo. ff. de contr. act. tute. vbi dicitur, quòd & ſi debitor pupillus ſit tutoris ſui, tamen tutor ſibi ipſi ſoluere nõ poteſt de pecunia deſtinata ad emptionẽ prędiorum. Vnde patet eam pecuniam habere vicem rei immobilis: ſi enim eſſet res mobilis, tutor poſſet ſibi ex ea ſoluere tanquá extraneus quilibet. l. quoties §. ſicut autẽ. ff. de adminiſtrat. tuto. In eandem ſententiam extat tex. in l. ſi chorus. §. j. ff. de leg. iij. vbi his verbis, Quæ mobilia mea erũt do, lego, ait lex non cõtineri nummos in arca repoſitos vt mutui darentur: multominus igitur nummi depoſiti ad emptionem prædiorum continebuntur, & ita tenent Raphael Cumanus in d. l. à diuo Pio. §. vlt. Franc. Aret. in d. l. ſi ex legati cauſa. Franciſc. Rip. in d. l. j. ff.

2 ad Trebell. † Et in hanc ſententiam Bald. in c. cum cauſa, in fi. ext. de ſenten. & re iudic. Tenet pecuniam depoſitam apud argentarios eſſe immobilem, ideoque mendicantibus nõ licere pecuniam apud menſarios depónere. Itẽ Luc. de Pen. in l. fi. C. de mune. patrimonial. lib. xij. dicit pecuniam deſtinatam fœnori non venire appellatione rei mobilis, & in hãc ſententiã Iaſ. in l. cætera. §. ſed ſi ſeparauit. ff. de legat. j. refert deciſionem Alberici in ſecunda parte ſtatutorum quæſtio. 205. Communior tamen doctorum opinio vt Barth. Cyni, Iacobi, Rauennatis, Baldi, Angeli, Iaſonis in d. l. cætera. §. ſed ſi ſeparauit, eſt in contrarium, & pro hac opinione multum ſtringit textus in d. §. ſed ſi ſeparauit, vbi licet res ſit ædibus deſtinata, non tamen prohibetur legari niſi quoque iuncta ſit ædibus: adeò quidem vt vltra deſtinationem ad hoc vt deſtinatum habeatur pro facto, requiratur quod peruentum ſit ad aliquod opus, vt in terminis ait A-

3 lexander conſil. xcvj. num. 10. in iij. volum. † Ad ſuperioris ſpeciei deciſionẽ videtur tertij apud quem dicta decem millia librarum depoſita ſunt vt conuerterentur in emptionem prædiorum, iuſta eſſe poſtulatio, nec poſſe eiuſmodi pecuniam ſine decreto alienari: duabus aut tribus rationibus conſtat contrariorum eandem eſſe rationem, l. ſi. §. fi. ff. de legat. iij. Quemadmodum itaque res minoris per ſe immobilis diſpoſitione patris fit mobilis, & ſine decreto alienari poteſt quando teſtator declarauit ſe in ea eſſe voluntate & conſilio, vt in l. j. §. ſi defunctus l. fi. ff. de reb. eorum: ſic è contrario res per ſe mobilis ſortitur naturam immobilis quando voluntas defuncti fuit, vt in emptionem immobilium conuerteretur. Secundò communis doctorum opinio, quòd pecunia deſtinata ad emptionem prædiorũ nõ cenſeatur immobilis, obtinet, quia eſt in poteſtate deſtinãtis ab ea deſtinatione diſcedere, eáque non obſtante pecuniá in alium vſum cõuertere. Ideóque quia perinde poteſt nõ conuerti atque conuerti in vſum deſtinatum rebus integris, non eſt æquum naturam rei deſtinatione mutari. Quando verò is qui deſtinauit deceſſit, pecuniáque deſtinata peruenit ad minorem qui re aliter vti non poteſt quàm in vſum deſtinatum, tunc æquum eſt deſtinationem mutare naturam rei: & ità diſtinguendo reſoluit Socinus in conſil. ccxlix. quod incipit, materia. lib. ij. Tertio, omnes prædicti doctores eiús ſunt ſententiæ, quòd quando vltra deſtinationẽ deuentum eſt ad aliquod factum, tũc deſtinatio habetur pro re facta, vt notat Alexãder dicto conſi. xcvij. Felinus latè in c. cùm adeò. circa fi. ext. de reſcript. vbi refert ſeptem textus ſingulares in l. lex Iulia. ff. de fundo dota. per legem Iuliam fundus dotalis eſt inalienabilis. Quid ſi nondum dotalis ſit, quia nondum matrimonium contractum, ſed tantùm ſit doti deſtinatus, quòd tantùm ſponſalia interuenerint? Lex ait eum eſſe inalienabilem qui eſt quaſi dotalis per deſtinationem, cui acceſſit actus ſponſaliorum. In caſu autem propoſito præter defuncti deſtinationem interceſſit factum, quia depoſiti ſunt nummi penes tertium, & ſic huiuſmodi deſtinatio munita facto debet haberi pro re perfecta.

SVMMA.

1 *Præceptum de ſoluendo debet præcedere captionem pignoris.*
2 *Poſt præceptum de ſoluendo capi poteſt res iure pignoris ſine æſtimatione granorum.*

In hæc verba, *Saiſie & miſe en criées.*

CAP. II.

HÆC conſtitutio ſanè eſt intelligẽda: ſignificat enim exigendum prius debitũ à debitore. Certum eſt antehac nõ licuiſſe exequi aut iniicere manũ in rem mobilem aut immobilem ratione granorum debitorum, niſi prius æſtimatio facta fuiſſet ad certam ſummam præſentẽ debitore, interpellatúſque debitor fuiſſet ad ſolutionẽ: immo amplius ante miſſionem in poſſeſſionẽ immobilium diſcutiendã fuiſſe mobilia debitoris, iuxta diſpoſitionem iuris in l.à diuo Pio. ff. de re iudic. Sed vt deceptoribus obuiam iretur, qui nunquam ad exolutionem debitorũ adduci volunt, aut qui latitant & ſua mobilia auertunt, cõſtitutionibus regiis anni 1539. art. 74. ſublata eſt eiuſmodi diſcutio, † cautúmque in omnibus executionibus in quibus præceſſit interpellatio debitori facta ad ſoluendum, non fore neceſſarium ad validitatem actus proſcriptionũ aut alterius miſſionis in poſſeſſionem perſonæ aut bonorũ, perquiſitionem fieri mobilium, ſed ſufficere huiuſmodi interpellationẽ perſonæ aut habitationi factam. † Ampliúſque dictis conſtitutionibus articulo proximè ſequenti traditum eſt nihil intereſſe, interpellatio de ſoluendo benè an malè ſit facta dummodo contractui obligatorio & ſẽtentiæ quæ executioni mãdabitur ſolutionis dies certa adiecta ſit. Tertio iiſdem conſtitutionibus articulo 66. niſi ſolutio in præſtatione granorum aut aliarum ſpecierum obligatione aut ſententia executoria debitarum fiat, procedi poteſt per executionem & ſubhaſtationes, etiamſi æſtimatio non præceſſerit quæ æquè poſt miſſionem in poſſeſſionem & ſubhaſtationes fieri poteſt ac antè.

1 2

SVMMA.

1 *Executio generalis & verbalis tantùm nõ valet.*
2 *Proprietarius curator bonis dari non poteſt.*

In hæc verba, *Tranſporter ſur les lieux.*

CAP. III.

ADdita ſunt hęc verba, quoniam ſæpè contingit vt apparitores cùm ad ſolutionem alicuius ſummæ quempiã interpellant vi ſententiæ aut arreſti, aut inſtrumenti obligatorij, cunctantis debitoris in ſolutione bona mobilia capiant, inſupérque ſignificent ſe occupare omnia bona immobilia, vbicunque locorum ſita ſint. † Nam ei executioni generali & verbali duntaxat ſtandum nõ eſt, nec vi ipſius ad auctionem & addictionem procedendum, ſed neceſſe eſt apparitorem re ipſa & actualiter exequi in ipſis locis & inſignia regia opponere, quæ ſunt indicia & notæ quibus omnibus ſignificatur poſſeſſa eſſe ea prædia & iuris

1

authoritate proſcripta, vt docetur toto tit. ff. de bonis authorit. iudic. poſſiden. Et de hoc extat articulus ſpecialis infrà art. 5. pro ædibus publicis Eóque amplius ex conſtitutione expreſſa Regis Franciſci primi, art. 77. quæ eſt inter conſtitutiones anni 1539. neceſſe habet apparitor deputare curatorem bonis poſſeſſis ab eo tempore quo proſcriptio promulgari incipit. Harum quoque conſtitutionum, art. 4. infrà, apparitor tenetur curatorem bonis dare ſtatim poſt bona poſſeſſa, antequam ad primam proclamationẽ deueniatur. Notandúmque eſt ex diſpoſitione iuris ſcripti creditorem qui bonorum poſſeſſionem perſequebatur pro ſuo debito, potuiſſe petere vt ipſe curator bonis daretur: & ſi plures eſſent creditores, potuiſſe vnũ ex iis eligere cui fructus prædiorum poſſeſſorum & proclamatorum locarentur, niſi debitor cuius bona capta erãt iam antea bonorum locationem feciſſet iuſto pretio & ſine fraude, vt docet text. in l. in vẽditionẽ 5. ſi quis. ff. de bonis author. iud. poſſid. In eo tamè frequẽter multæ fraudes ac deceptiones admiſſæ ſunt. Cùm enim proprietarius curator dabatur tanquam extranea perſona proſcriptionis proceſſum in quam longiſſimum fieri poterat tempus protrahebat, addictionẽmque ex decreto morabatur vt interea in poſſeſſione permaneret: vnde fiebat vt die addictionis rei ex decreto pretium ex additione redactum non ſufficeret ſolutioni omnium creditorũ, vt quæ fructus pendẽte lite proſcriptionis percepti ab ipſo conſumpti & creditoribus deperditi reperiẽtur. Simili modo ſi is qui inſtabat aut vnus ex creditoribus curator conſtituebatur, in proſecutione ſubhaſtationum negligentior erat, eaſque ſi fieri poterat protrahebat donec ſibi plenè ſatisfactũ eſſet de fructibus pendente proſcriptione perceptis: tũ deinde omnem curam deponebat, eáque ratione cæteri creditores decipiebãtur, cogebatúrque alius creditor poſtulare vt in ipſius locum ſufficeretur ad ſubhaſtationum perſecutionẽ, qui & ipſe eadẽ ſibi ratione conſulebat: ſicque ſubhaſtationum proceſſus in infinitũ producebatur, cùm ita creditores inter ſe fraudarent. † His rationibus aliiſque ſæpe contingẽtibus adducta Curia multis arreſtis iudicauit ordinauitque neque proprietarium cuius bona proſcribuntur, neque inſtitorem auctionis, neque alios interceſſores auctionarios poſſe curatores dari, aut locatores prędiorum proſcriptorum pendente proceſſu ſubhaſtationũ: in eámque rem extat arreſtũ pronũtiatũ die Iouis 6. Decemb. 1537. in cauſa actitata inter dominum Ioannẽ Briconnet in curia rationum prælidem, & dominam de Mailly.

1 2

SVMMA.

1 *Venditor neceſſe habet deſignare fines & terminos prædij cuius venditionem perſequitur.*
2 *Suffitis quibuſuis indiciis fundum venditum poſſe dignoſci.*

In hæc verba, *Partenans & aboutiſſans.*

CAP. IIII.

VIus clauſulæ optima eſt ratio: addictio enĩ quæ authoritate publica fit, eſt vẽditio quę fit authore Prętore, ideóq; apparitor qui eſt miniſter iuris dum

dum proclamationem facit designare debet particulatim & cum expressione finium ac terminorũ id quod præter vendendũ proponit, † quẽadmodum venditor instrumento coram duobus notariis tenetur designare fines ac terminos prædij venditi, l. Titius hæres. ff. de actio. empti, quia interest cuiúsque fines sui agri nosse ac teneri, l. si ita legatus. ff. de vsu & habitat. Huic cõstitutioni conionat consuetudo Præfecturæ ac Vicecomitatus Parisiensis. art. 188. quia in relatione primi præconij demonstranda nominãdáque sunt prædia, iurisdictiones, ac feuda possessa & auctioni suppositа, locúsque vbi sita sunt: alioquin nullæ imperfectæque sunt subhastationes.

2 †Sed quid si executor qui manum regiam iecit errore prætermisit, tam in apprehendenda possessione quàm in prosecutione auctionis apponere fines ac terminos domus aut alterius fundi possessi ac proscripti, qui tamẽ aliter satis notus ac designatus est, aut nomine aliquo speciali quo appellatur, aut aliquo insigni: vt puta si in apprehẽsione possessionis & renũtiatione subhastationũ dicat se possedisse & proscripsisse domũ cui insigne est falmo, sicã in vico curculionis in hac vrbe Parisiẽsi, an hæc manus iniectio & proscriptio futuræ sunt irritæ huius constitutionis rigore qua præcisè constitutum est fines designãdos: non puto. Nam huius constitutionis sententia est vt dignoscatur prædium proscriptũ, néve lis vlla super executione decreti oriatur. Hoc autẽ casu si apparitor demõstrasset fines ac terminos, nec insigne aut vicum expressisset, minus cognita fuisset domus proclamata: fines enim sunt particulares: qui non tam noti sunt quàm ab omnibus nota est dicta domus ex insignis & vici in qua sita est designatione. Si itaque alia via nota insigni aut ratione certiori quàm sint fines, aut aliud finibus æquivalẽs, res possessa ac promulgata satis sit designata & cognita, sufficit: sic enim huius constitutionis menti ac rationi satisfactum est, textus est huius quæstionis decisiuus in l. cum pater, §. vicos ciuitati relictos, ff. de legat. 2. per quẽ textum dicit ibi Bartho. quod venditio fundi facta nõ declaratis finibus valet si certus est fũdus.

SVMMA.

1 *Cur fundus proscriptus per partes sit demõstrãdus.*
2 *Nostra interest bonum vicinum habere.*

In hæc verba, *Par le menu.*

CAPVT V.

HÆc verba significãt, si inter bona possessa adsit domus siue mansum, apparitorem debere exprimere in sua executione mansum, aream, hortũ, & ambitum, eorúmque continẽtiam aut circiter, &c. Item quandam particulam terræ continentem quadraginta iugera plus aut minus &c. cuius conterminj confinésque demonstrentur, & sic de singulis. † Id autem hæc constitutio exigit vt certi sint licitatores de eo quod empturi sunt, & de quo mittẽdi sint in possessionẽ in executione iudicati: vt etiã alacrius ad auctionẽ prædiorũ accedant certi de iugeribus terræ, quantitate & situ: quod facilè percipere possunt ex designatione situs, confinium, & conterminorũ singularum particularum: adde quod in executione decreti oriri possent controuersię ratione qualitatis prędiorum decreto contentorum. Quarto vt licitatores facilius possint scire ac intelligere iustum rerum venditarum pretium, atque adeò tutius ad auctionem vsque ad talem aut talem summã progredi. † Immo amplius veteres in ipsa auctione publico præconio proclamari iubebunt, an prædium venditum probos haberet vicinos, pacificos, probatę amicitię, iurgiorũ ac litiũ osores: quia his circunstantiis multũ incitantur licitatores ad acquirendũ prædium, cùm intelligũt sibi probos vicinos, pacificos, & à litibus alienos, adfuturos, quorum consuetudine & amicitia vti poterunt. E cõtrariò multi ab acquisitione prædiorum remouentur cùm vicinos molestos, iurgatores, & litium mouendarum cupidos esse intelligũt. Ideóq; Plutarchus in apophthegmatibus Græcis refert Themistoclẽ cùm prædiũ proscribendum exposuisset, iussisse inter proclamãdum hęc quoque verba addi, Bonũ quoque vicinũ habere. Vnde ait text. in l. quod sæpe in vers. fi. ff. de contrahenda empt. si quis in vendendo prædio confinem celauerit, quem emptor si audiuisset empturus non esset, teneri venditorẽ ad interesse dicimus. Et ibidem glossa in verbo. cõfinem, dicit: id est, malum vicinum, quia vicinos tenetur dicere si sunt mali.

1 † Animaduerti tamen cõsultos emptores feudorum aut iurisdictionũ curare solitos, vt in suis venditionib. singulatim omnia iura quoad fieri posset designarẽtur, vt aduersus vẽditores suos tuti essent quatenus sibi de euictione tenerẽtur, veluti iura cẽsualia ad talem summam quotannis ascendere, iurisdictionem maximam, mediam, & infimam, aut mediam & infimam vsque ad sexaginta solidos: retrofeuda tot numero, eáq; singulatim designare cũ aliis iurib. singularib. si quæ sint in iurisdictione, puta pędagia, tributa, pabula, seruitutes, aut alias eius generis præstationes, vt est ius vectigalis, operarum, & similiũ dominis in subditos aut in totam ditionem competentium: atque ita quidẽ contrahunt & acquirunt cauti emptores, nec verbis generalibus pertinẽtiũ aut depẽdentiũ nullo alio specialiter adiecto sibi satisfactum putant. Id quidem in voluntariis ven-

SVMMA.

1 *Cautus emptor curat omnes feudi pertinentias singulatim exprimi.*
2 *Quæ sit huius constitutionis ratio.*

In hæc verba, *Fors és Seigneuries & droits seigneuriaulx.*

CAP. VI.

RAtio est, quia incorporalia hæc aliter designari nõ possunt quàm inter immobilia cõputẽtur, vt plenè in glossa magistrali in c. ii. de rebus eccles. nõ alie. lib. vj. neque diuisionem recipiunt, vt notat Speculator tit. de ptęscript. vers. sed pone, & pro indiuiso possidentur, non pro diuiso, dicit Bar. in l. Pomponius. ii. ff. de rei vindica. & verè non dicũtur esse in bonis nostris, sed quasi in bonis, vt dicit Spec. in tit. de appellatio. §. xj. Et ideò non vindicantur quia non possidẽtur, sed quasi possidẽtur, vt dicit idẽ Spec. tit. de causa poss. & propriè. §. ij. pro quo facit tex. inst. de rebus corp. & incorp. §. vnico, & ff. de rer. diuis. l. ij † Animad-
1 uerti tamen cõsultos emptores feudorum aut iurisdictionũ curare solitos, vt in suis venditionib. singulatim omnia iura quoad fieri posset designarẽtur, vt aduersus vẽditores suos tuti essent quatenus sibi de euictione tenerẽtur, veluti iura cẽsualia ad talem summam quotannis ascendere, iurisdictionem maximam, mediam, & infimam, aut mediam & infimam vsque ad sexaginta solidos: retrofeuda tot numero, eáq; singulatim designare cũ aliis iurib. singularib. si quæ sint in iurisdictione, puta pędagia, tributa, pabula, seruitutes, aut alias eius generis præstationes, vt est ius vectigalis, operarum, & similiũ dominis in subditos aut in totam ditionem competentium: atque ita quidẽ contrahunt & acquirunt cauti emptores, nec verbis generalibus pertinẽtiũ aut depẽdentiũ nullo alio specialiter adiecto sibi satisfactum putant. Id quidem in voluntariis ven-

ditionibus facilè designari potest. Véditor enim, qui sponte fundum suũ alienat, libéter iura omnia sigillatim declarat, vt eius æstimationé maiorem esse demonstret, vtque maiori pretio vẽdat, faciléque id præstat ex antiquo catalogo quo omnia prædij iura dinumerantur.

At in venditione coacta & necessaria, vt in vẽditione per proscriptionẽ aut iudiciali, proprietarius cuius inuiti bona possidẽtur & proscribũtur, numquam exhibiturus est antiquam dinumerationẽ aut catalogũ quo omnia prædij iura dignosci possint & facilius emptor reperiri; immo potius ea celabit, nihilq; nõ mouebit vt omnia interturbẽtur & fúsque déq; eãt, néue sui prędij verũ pretiũ cognosci atque adeò proscribi ac distrahi possit. Proprietarij sæpe crebra prouocationum diuerticula confectantur, multásque leues & falsas oppositiones comminiscũtur, aut ad fines distrahendi, aut alias quibus addictionem suorum prædiorum aut morentur aut inhibeant sub spe conficiendarum pecuniarum, aut alia ratione satisfaciẽdi creditoribus persequẽtibus & opponentibus, suorúmque prædiorum conseruandorum.

2 †Ob hanc causam propter impossibilitatẽ aut infinitam difficultatem qua vexarẽtur apparitores in capiendis & proscribendis bonis, ac conquenter actores persequentes addictionẽ, huic constitutioni adiecta est hæc clausula, *Fors & exceptẽ ès seigneuries.*

SVMMA.

1 *Quid hæc verba, Pertinentia & dependentia significent.*
2 *Officium secretariorum Regiorum est vænale.*
3 *Officia apparitorũ infeudata trãsĕũt ad hæredes.*

In hæc verba, *Appartenences & dependẽces.*

CAP. VII.

1 Vid verò his verbis, † Pertinentiarũ & Depẽdentiarum significatur, & in quibus rebus fiet executio decreti vi horũ verborũ? Iurisconsulti & doctores dicunt nomine pertinentiarũ ea omnia venire quæ lege, statuto, vel consuetudine, vel destinatione patris familias deputata sũt, adiecta vel destinata, per text. in l. quod in rerum, §. fi. ff. de lega. 1. & in l. prædiis, de legat. 3. & quod in eo sit maximè sequenda destinatio patris familiàs, vide text. in l. quæsitum §. si quis instrumẽto. ff. de fundo instructo. & in l. binas quis ædes, & in l. Olympico. ff. de seruit. vrba. prædio. & in l. testatrix. ff. si seruitus vindicetur. & per Innocentium plenè in cap. cùm ad sedem. de restitu. spoliato. & ibi per glossam in verbo Pertinentiis, & in c. ex literis, de iure patro. sed plenius quàm alibi per Innocẽtium in d. cap. cùm ad sedem. Et verbum (pertinere) quid significet vide glossam in cap. fin. de electio. lib. vj. & in l. verbum, (pertinere) ff. de verb. signific.

2 †Quid de munere capto & proscripto pro debito? hæc quæstio mota est in supremo Senatu. Quidam regius Secretarius nihil in bonis præter munus suũ quod vt notũ est vænale est, habens, multo se ære alieno premi animaduertit à diuersis creditoribus, quorum alij mittebãtur publico instrumento obligatorio hypothecá generalẽ omniũ bonorũm cõtinente: alii solis chirographis priuata manu conscriptis: proscribitur vænitque ipsius munus ad exolutionẽ ærtis alieni: creditor qui fide publica tabulisque obligatoriis munitus erat, vrgebat ius hypothecæ, cuius ratione præferẽdus erat in solutione omnibus aliis creditoribus chirographariis qui nulla hypotheca nitebantur: ex contrario creditores chirographarij defendebant hypothecam in munere non posse subsistere, alioquin cõsequuturũ si officiarius qui munus suũ oppignorallet vita fũgeretur, eũ qui in eius locũ suffectus esset tenere ad exolutionem debitorum, quia hypotheca sequitur rem oppignoratam in quemcumque possessorẽ transeat. Pro parte affirmatiua citabatur l. Commodis prædiorum. ff. de re iudica. & l. stipendia. C. de executio. rei iudic. vbi in causam iudicati præmia & stipendia capi possunt. Item allegabatur l. omnimodo, §. imputari. C. de inoffic. testa. vbi militia empta per patrem filio venit in collationem. Si itaque minus emi & vendi potest collationique sit obnoxium, sequitur hypothecæ quoque subiici posse; præterea omnia iura & res incorporales, puta iurisdictiones, iura patronatus, seruitutes, vsusfructus, cæteráq; id genus hypothecæ nomine obligari possũt, habẽturque pro immobilibus: quinetiam nomina debitorũ quamuis actionem tãtùm personalem contineãt, possunt & generaliter & specialiter obligari, l. nomen debitoris. C. quę res pigno. obligari poss. Ex aduerso pro parte negatiua allegabatur l. Spẽ præmiorũ. C. quæ res pigno. oblig. possũt. Itẽ militia empta dicitur esse in bonis nostris, quia põt vendi, ergo venit in generali hypotheca in qua de iure cõprehenduntur omnia quæ sunt in bonis nostris vel futura sunt, l. fi. C. quæ res pigno. oblig. poss: Item allegabatur l. j. §. si impuberi. ff. de collatio. bono. vbi militia empta quæ non trãsit ad hæredẽ nũ cõfertur. Atqui munera Galliæ sunt tantùm ad vitam possidentis nec ad hæredes
3 transeunt, † exceptis apparitorum officiis infeudatis aut aliis similibus hæreditariis quorum exiguus est numerus in Gallia de quibus parũ esset controuersiæ. Verùm quoad munera personalia ad vitam tantùm durantia, oporteret hypothecá esse temporalẽ quãdiu viueret debitor, quod est cõtra naturam hypothecæ quæ sequitur rem hypothecæ subiectam etiam contra tertium, l. alienatio. ff. de contrah. empt. & vendit. & l. traditio. de acquir. rer. domi. cum aliis.

ARTIC. II.

ET la saisie faite, sera **tenu de** *laisser vne attache, cõtenant la declaration telle que dessus est dit, desdites choses criées, laquelle sera mise & attachée à la porte & entrée de l'Eglise parochiale desdits lieux criez. Et si les heritages sont assis en diuerses paroisses, sera fait le semblable en chacune desdites paroisses, pour le regard de ce qui sera assis en icelle paroisse.*

SVMMA.

1 *Quidnam instar auctionis significare teneatur proprietario.*

2 An

2 *An addictio ex causa iudicati facta contra curatorem bonis datum, sit valida.*

In hæc verba, *Laisser attache.*

CAP. VIII.

AD huius articuli præcedentis & subsequẽtis intelligentiam, notandum est nusquam
1 exprimi † quod necesse sit antequam procedatur ad possessionem & proclamationem prædij, vt interpellatio fiat debitori proprietario dicti prędij de cuius possessione & proclamatione agitur ad exoluendum ęs alienum. Neque etiam dicitur hoc articulo post captum prædium significandâ esse possessionem dicto debitori, quod videtur durum contra omnem iuris formam, & contra iuris communis dispositionem, qua requiritur in omnibus executionibus necessariis præcedere interpellationem seu præceptum de soluendo, primúmque mobilia excuti quàm ad distractionem aut venditionem immobilium condemnati vel obligati deueniatur. l. à diuo Pio. §. in venditione, cum duabus sequent. ff. de re iudica. l. j. & fi. & l. ordo. C. de executio. rei iudica. cum aliis.

Cui conuenit articulus septuagesimus quartus Constitut. Regis Frãcisci promulgatarũ anno 1539. quo traditur in omnibus executionibus vbi præcesserit præceptum de soluendo, necesse non fore ad validitatem executionis, proclamationum, siue aliarum possessionum & manus iniectionũ personarum aut bonorũ, fieri perquisitionẽ mobilũ, sed sufficere eiusmodi præceptũ personæ aut domicilio debitè factũ. Item sequẽti dictarum Constitut. anni 1539. art. 75. traditum est non esse ambigendum de validitate aut inualiditate dicti præcepti quoties dies certa solutionis obligationibus aut sentẽtiis iudicatis aut cõdemnationibus debito modo significatis, erit adiecta, quia hoc casu dies interpellat pro homine vt supra dictum est.

Præterea his Constitutionibus triplici auxilio consultum est debitori vt præter præceptũ possit certiorari de captione pignorũ & subhastationibus. Primùm cum dicitur, art. ij. apparitorem qui pignora in causam iudicati cepit, teneri affigere programa valuis ecclesiæ parochialis prædiorum captorum, quo programmate designatio prædiorum possessorum & proclamatorum per confines & conterminos teneatur, secundum tradita, art. j. quo programmate absque dubio proprietarius certior fiet de subhastationibus, arg. l. sed & si pupillus, §. de quo palam proscriptum, ff. de instit. actio. vers. proscribete palàm. in his verbis. sed & si quis ignorasse se literas vel non obseruasse quod propositum erat, cùm multi legerẽt, cúmque palã esset propositũ, nõ audietur. Secũdo traditur tertio articulo harũ constitutionũ, ab ipso initio possessionis curatores dandos esse regimini & administrationi fructuum prædiorum captorum & proclamatorum: quod fieri non potest sine scientia proprietarij, si fit in possessione bonorum possessorum: hac enim ratione possessione detruditur. Tertio harum cõstitutionum articulo quinto expressè traditur post significatam proscriptionem proprietariũ aduersus quem proscribitur vocandum esse in ius vt interpositioni decreti intersit. His tribus modis proprietarius certior fiet de possessione & proscriptione suorum prædiorum: ideóque hac cõstitutione expressum non est significandam esse missionem in possessionem aut primam proclamationem proprietario. † Cautius tamen meo
2 iudicio facturi sunt institores auctionis si post iussionẽ de soluendo & missionem in possessionem prædiorum sui debitoris in solutione negligentioris factã ei significet, curatorúmque dationem: tum vt nullam deinceps ignorantiã prætexere possit, tum ne curatores datos in sua commissione turbet ac impediat, iuxta constitutionem anni 1539. immo amplius ei significet diem quo prima proclamatio fieri debeat: sic enim sẽper obseruatum vsitatúmque est mea memoria, hoc modo semper fit deterior causa debitoris, quãuis id hæc cõstitutio præcisè nõ requirat propter alios supradictos modos quib⁹ huic rei prouidit. Iure tamen traditur abundantem cautelam non nocere: facta enim aut dicta ad tollendam dubitationem, licet sint superflua nõ nocẽt. l. qui mutuã. ff. mandati. l. quæ extrinsecus. ff. de verb. oblig. Neque possunt vere dici superflua: satis enim operantur quia tollunt dubitationẽ, vt dicit Panorm. in cap. certificari. col. pen. de Sepult. & dom. de S. Gemin. in c. si Papa. de priuileg. lib. vj. Ideóque dici solet quòd non nocẽt quæ superabũdant vitiare scripturas. l. nõ solent. ff. de reg. iur. & quæ dubitationis tollendæ causa cõtractibus inseruntur, ius commune non lædunt. l. quæ dubitationis. eod. tit.

Quid, si defuncti, cuius nullus extat hæres, bona propter defectum hęredis, capiantur, proclamentur, & addicantur decreto iudicis aduersus curatorem bonis vacãtibus datum, an eiusmodi decretum valeat? Videtur non valere, nisi prius proclamatum, publicatúmque solẽni tubæ præconio fuerit, vt si quis hæredem dicat aut putet, in medium progrediatur. Ita Bart. in l. si quis instituatur. §. si conditioni. ff. de hæred. instit. in j. q. Immo dicit ibi Bart. quod nominatim citandi sunt obtinentes primum gradum, & ad quos pertinet hæreditas. Bald. in l. si curatoris. in j. nota. C. de iure deliber. dicit, quòd debet specialiter fieri citatis illis, quos proxima causa successionis cõtigit. per l. j. §. penult. ff. de vent. inspici. In simili Bar. in l. pen. §. fi. C. ad Trebell. in iij. col. versiculo, Venio ad secundum. dicit quòd antequam fideicommissarius petat se immitti ex beneficio. l. fi. C. de edi. diui Adr. tol. debet fieri proclamatio generalis, vt hæredes debitoris, si qui sint, compareant. Idem Bal. Bart. & alij in aut. si omnes. C. si vt se hæred. abst. Et in simili proclama generale requiritur de creditoribus in confectione inuentarij, quando hæres ignorat veros creditores. Bald. in l. fi. §. cum igitur. in iij. col. versic. Quæro ergo nunquid. C. de iure deliber. & in auth. sed cum testator. col. j. §. qualiter. C. ad l. Falcid. Et regulare est, quòd fiat proclama generale, quando non est certus aduersarius. Bal. in l. certum. in vj. col. C. de test. probat. text. in c. fin. de maio. & obedi. & in l. eo tempore. C. de remis. pig. Bart. in l. de ætate. in j. quæstio. principali. versic. Item quæro. ff. de minor. vbi dicit quòd in quæstione ætatis, si non est certus aduersarius, debet fieri proclama generale, vt compareat quilibet, cuius interest, si velit. Innocent. in cap. tum in tua qui matri accusa. post.

SUMMA.

1 *Cur programma ianuæ Ecclesiæ sit relinquendum.*

2 *Quo idiomate scribendum sit programma.*

In hæc verba, *Sera tenu laisser vne attache.*

CAP. IX.

1 HÆc constitutio promulgata est, † vt facilius missio in possessionẽ & proscriptio omnibus innotescat: quia præponendũ est omnes veros Christianos sæpius delubere parochialia inuisere, maximéque festis diebus, & Dominicis missam parochialẽ audire secundum statuta synodorũ: ex contrario multi fora nunquã frequentãt. Ideircò si proclamationes nũdinis fierẽt, possent ab illis ignorari: vnde eis iactura debiti propter nõ formatam oppositionem contingere posset, aut etiã auctioni possent non interesse, propterea quod certificati de proscriptionibus nõ fuissent: quod summè proprietarij interesset: eius enim prædia maiore pretio vendita fuissent: ideóque hic articulus facit in fauorẽ tam proprietarij quàm creditorum. Dicitque Bald. in l. mandatum. in iiij. quæst. C. mand. quod debẽt affigi in locis magis frequentatis, per textum quem dicit ad hoc singularem, in l. iubemus. C. de defens. ciuitat. in his verbis, in frequẽtioribus ciuitatum locis. Ordinarium quoque est remedium iure traditũ, quãdo aliquid omnibus significandum est, ne quis eius ignorantiã prætexat: quia vox præconis paucis innotescit, fieri debet propositis edictis. Auth. qui semel. C. quom. & quand. iud. Atque text. in l. sed & si pupillus. §. de quo palã proscriptũ. vers. proscribere. ff. de institor. si quis dicat ignorasse se literas, vel non obseruasse quod propositum erat, cùm multi legerent, cúmq; palàm esset pro-
2 positũ, non audiretur. †Hoc textu fundata est hæc constitutio, neque oportet hoc proclama conceptum esse sermone Latino aut Græco, sed vulgari Gallico vt fieri solet, vt ab omnibus intelligi possit, vt ait textus in d. l. sed etsi pupillus. in his verbis, Literis Græcis, an Latinis puto fieri secundum loci consuetudinem, ne quis excusari possit ignorãtia literarum. Sed quæro quid profuturum sit proclama valuis ecclesiæ affixũ, quãdo prædium proscriptum, est alicuius villici aut miseri vinitoris, aut alicuius miseræ viduæ quæ literas ignorat? Respondendũ est, posse eos certiorari ab aliis qui literas scient, affixúmque valuis parochiæ animaduertent. Secundò per significationẽ proscriptionis & proclamationis, quæ ipsis fuerit notificata, quámque significationem suadeo fieri etiamsi hac cõstitutione non contineatur, præcisè. Tertiò innotescet eis per diei dictionem qui ipsis in libello tradetur, vt adsint cũ decretum interponendum erit quadragesimo die post proclamationes in ius relatas, perfectas, & certificatas: quo interuallo temporis, licebit eis, si possint nummos conficere aliquomodo, aut alia ratione institorem auctionis alióque creditores placare, decretúmque suorum prædiorum impedire. Quartò insignium regiorum affixo, satis certiorantur vt posthac dicetur.

SUMMA.

1 *Locus, modus & tempus in subhastatione sunt necessaria.*

2 *Ecclesiæ Cathedrales non amplius dicuntur parochiæ.*

3 *Auditorium (quem succursum vocant) representat ecclesiam parochialem.*

4 *Domus eius est parochia versus quam habet ingressum & tanuam principalem.*

5 *Solum est eius parochia, cui consueuit solui decima prædialis.*

In hæc verba, *A la porte & entrée de l'Eglise parochiale.*

CAP. X.

TExtus in l. sed etsi pupillus, ver. proscribere. ff. de institit. act. ait, Proscribere palam sic accipimus claris literis, vt de plano rectè legi possit ante tabernã, vel ante eum locũ in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, sed in euidenti. Hæc autẽ cõstitutio valuas ecclesiæ parochialis elegit, tanquã locum magis apertũ, & in quem sæpius homines conueniunt, vt suprà dictum est. Innoc. ait in c. cùm inhibitio. de clandest. desponsa. quando sit proclama publicum, vt veniant qui velint se electioni opponere, debet affigi proclama valuis ecclesiæ, in qua fit electio, per tex. in c. fin. de ele. lib. vj. facit c. j. de postul. prælat. ext. iuncta ibi gl. magist. in verbo, publicè promulgauit. Aug. in §. etiã. in au. de alie. & emp. col. ix. dicit, quòd subhastationes fieri debent tri-
1 bus respectibus. †Primò respectu loci, videlicet vt fiant in loco publico, vno vel pluribus, secundum consuetudinẽ loci. Secundò respectu modi, quia subhastator debet dicere, quòd res venalis dabitur plus offerenti. Tertiò respectu tẽporis, quia durare debet xx. dies. per auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. Sed in hoc vltimo seruanda erit consuetudo loci: hodie hæc cõstitutio præfigit terminũ xl. dierum, vt infra artic. vj. Sed quid si proclama affixũ esset tantummodò valuis ecclesiæ cathedralis, nunquid sufficeret? videtur quòd sic, quia ecclesia cathedralis dicitur parochia episcopi, & est parochia parochiarum totius diocesis, vt dicit Card. in cle. dudum. §. verùm. in xix. quæst. de sepultu. Pro hoc etiam est tex. in c. cùm in tria. ext. qui matri. accusa. poss. vbi dicitur rationabiliter præsumi, quod denunciationẽ publicè factam existens in ipsa diocesi minimè ignorauerit. Et tota diocesis dicitur esse parochia episcopi. c. ad apostolicæ. de dona. c. significauit. de offi. ordinarij, c. bonæ rei. xij. q. ij. Potest quilibet de diocesi dici parochianus episcopi, licet habeat alium presbyterum immediatum. Panor. in c. fi. de sepul. & in d. cap. de apostolicæ. & glo. in c. j. de pœnit. & remiss. lib. vj. Contrariam tamen sequor sententiam, quòd non sufficiat affigi programma valuis ecclesiæ cathedralis. Hæc enim constitutio de ecclesia parochiali loquens, debet intelligi secundum communem vsum loquendi: videlicet de ecclesia parochiali particulari, in cuius limitibus sitũ est prædiũ proscriptũ.
2 dato enim † quod olim ecclesiæ cathedrales fuerint ecclesiæ parochiales in primitiua ecclesia, temporibus apostolorum: tamen à diuisione parochiarum facta per Dionysiũ de qua in c. j. xiij. q. j. iũcta ibi glossa, ecclesiæ cathedrales desierũt fungi vice parochialium, & parochiæ appellari: sed factæ sunt dioceses & prouinciæ: & in parochiis designati fuerunt singuli presbyteri, vt habetur in c. j. & in c. episcopi. lxxx. dist. Sed quid erit dicẽdum in casu cap. ad audientiã. de eccles. ædif.

ædif. Quando eccleſia non eſt propriè eccleſia matrix & parochialis, ſed tantùm adiutorium ſiue ſuccurſus, an ſufficiet affigere proclama ad valuas eccleſiæ adiutorij? Exempli gratia, Ecce domum aut vineam ſitam in pago Puteoli circa portum qui de Nully dicitur, eccleſia Puteoli eſt tantùm adiutoriũ parochiæ S. Genouefæ Nanterrenſis, quam pagus Puteoli pro parochia agnoſcit: an neceſſe erit apparitorem programma ſuum affigere valuis eccleſiæ S. Genouefæ Nanterrenſis, quæ eſt vera eccleſia matrix & parochialis, an ſufficiet programma affigi valuis eccleſiæ Puteoli, quæ quidem eccleſia eſt tantùm ſuccurſus eccleſiæ S. Genouefæ, matricis & parochialis? Hæc quęſtio quotidie oriri poteſt: ſexcentæ enim extant in hoc regno eccleſiæ parochiales ex quibus dependent capellæ qui ipſis adiutoriorum loco ſunt propter cauſas declaratas in dict. cap. ad audientiam. Dico hoc caſu ſufficere ſi apparitor
3 affigat ſuum programma valuis eccleſiæ Puteoli, † quia eccleſia ædificata in adiutorium alterius eccleſiæ parochialis, repreſentat ſuccedítque in locum eccleſiæ parochialis, quamuis non ſit matrix eccleſiæ: & vtráque pro vnica habetur, quia vna pendet ex alia. cap. eam. de ætate & qual. & ibi gl. in verbo pendeant. capitul. ad audientiam. de eccle. ædif. Panor. in capitul. cum eccleſia. in iiij. colum. verſicul. tertio & vltimo caſu. de elect. Innocent. in capitul. cum venerabilis. de except. Et ibi moder. canon. Inde eſt quod eccleſia parochialis, & eccleſia ædificata intra ſuos limites in adiutorium eius, quam ſuccurſum appellant, non ſunt beneficia incompatibilia, neque cenſentur duæ parochiales, ſed vna duntaxat, ex eo quod vna pendet ab alia. dicto capitul. eam, in his verbis, quæ ex vna non pendeant, &c. Ideò comprehendi non poſſunt ſub ea. de multa, & ſub extrauag. execrabilis. de præbend. Panormit. in repel. §. quæ verò. in cap. extirpandæ. de præb. & ibi communiter omnes Ioan. And. in mercurialibus. in reg. qui contra. de reg. iur. lib. vj.

Quid ſi prædium proſcriptum ſitum ſit ſuper limitibus duarum parochiarum, neque certò ſcitur cuius ſit parochiæ, quid apparitori agendum eſt?
4 Reſponſio: Si ſit domus proclamata, † cenſenda eſt eius eſſe parochiæ & eccleſię, verſus quam habet ingreſſum & portam principalem. ita decedunt Bart. & Angel. in l. quod conclaue. ff. de damno infecto. & per illum textum idem tenuit Alber. de Rozat. in d. l. quod conclaue, pro quo etiam dicit facere l. ſi cui
5 ædes. & l. prędiis, §. penultim. ff. de leg. iij. † Si ſit ager arabilis, reputandus eſt eius parochię cui exolui ſolet decima fructuum in agro naſcentium: quia prædium cenſetur eſſe illius parochiæ & eccleſię, in qua ſolui conſueuit decima prædialis. vt notat Panormitan. in cap. fin. vlt. notab. de paroch. & omnes ibi. idem Panorm. in cap. j. de decim. niſi conſuetudo in loco eſſet contraria. cap. cum ſint homines. de decimis. Quod § cognoſci non poſsit in qua parochia ſit fundus proſcriptus per ſolutionem decimę aut aliter, tutius eſt apparitorem affigere ſuum programma valuis proximioris eccleſię parochialis. argu. text. in §. inſula. inſtit. de rerum diuiſ. & in l. æde ſacra, §. intra. ff. de contrahen. emptio. adeóque amplius valuis eccleſiæ cathedralis, arg. text. in c. quoniam à nobis. de decimis: vbi dicitur quando non conſtat in qua parochia ſit prędium, decima prędialis ſolui debet epiſcopo.

ARTICVLVS III.

QVE en toutes ſaiſies de maiſons aſſiſes és villes & villages, meſmement en la ville de Paris, en faiſant la ſaiſie, ou deuant la premiere criee, ſera mis & affigé ſur l'entree de la maiſon vn pannonceau, portant nos armes, au deſſous duquel ſera eſcrit, que ladite maiſon eſt ſaiſie, & miſe en criees: & de ladicte attache en fera l'executeur mention par ſon rapport, & procez verbal. Et ce fait, ſeront les criees faictes & continuees, ainſi qu'il eſt accouſtumé faire aux iours de Dimanche, & iſſue de grand Meſſe parochiale, tant és villes que villages, ſans ce qu'il ſoit plus beſoin faire leſdictes criees és auditoires, ainſi que l'on auoit accouſtumé de faire.

SVMMA.

1 *Propter defectum ſignorum regiorum, decretum nullum iudicatur.*

2 *Proſcriptio aduerſus maritum tantùm facta de prædio vxoris ſine mentione vxoris, eſt nulla.*

In hæc verba, *Vn pannonceau.*

CAP. XI.

HÆC additur vt ſignificetur ac intelligatur ab omnibus eas ædes eſſe poſſeſſas, & ſub manum regis decreto iudicis poſitas, nequis iis vti præſumat, aut fructus percipere, aut curatorem à iudice datum in ſua poſſeſſione turbare aut impedire. Neque licet eiuſmodi ſigna regia apponere prædio niſi authoritate iudicis: neque permiſſum eſt authoritate iudicis affixa auellere. l. j. vt nemini lic. ſine iudic. authorit. ſigna. Aliud dicendum eſſet ſi ſine iudicis authoritate ſigna regia eſſent affixa: poſſet enim eo caſu proprietarius priuata authoritate ea auellere dicta, l. j. & toto titulo, C. vt nemo priuatus titul. prædi. ſuis vel aliis impon. vel vela regia ſuſpend.

†Nec verò iſta ſignorum regiorũ appenſio prætermittatur: nã alioquin proſcriptiones nullius momenti futuræ ſunt, quamuis id hac cõſtitutione precisè non exprimatur: quia ſupremus ſenatus eam ſic interpretatus eſt. Nam die Iouis poſtrema Martij 1557. arreſtum pronuntiatum eſt inter præfectos confraternitatis S. Claudij, quendam dictum des Rues, & alios: quo decretum antiquatum fuit, quia in conficiendis proſcriptionibus & ſubhaſtationibus, ſigna regia appenſa non erant ſecundum hanc nouam conſtitutionem. † Eodem arrecto iudi- 2
catum eſt proſcriptionem factam aduerſus, maritum de fundo vxoris, vxore non nominata, eſſe nullam, quamuis mulier iudicio ſe ſtetiſſet vt conſenſum præberet, poſt perfectas proclamationes: pronuntiatúmque eſt interceſſionem di-

ctorum confraternitatis Sancti Claudij, recipiendam esse propter iustam ipsorum ignorãtiam quod vxoris proprium prædium proscriberetur, cùm in missione in possessionem & proclamationibus nulla esset mentio vxoris, aut quod ipsius esset fundus proscriptus, sed aduersus maritum possessio & proscriptio processisset, ac si ad ipsum fundus pertineret.

Quid si quis intercessorum, neget institori auctionis fundum proscriptum fuisse in bonis debitoris, tempore instrumenti obligatorij cuius vi progressus est ad possessionem & proscriptionem, institórque auctionis contrarium defendat, cui incumbat onus probandi? Creditori auctionem persequenti, cum sit actor, incumbit onus probandi: & debet probare rem immobilem quam subhastari facit, fuisse in bonis debitoris sui, tempore obligationis, vt notat Cyn. in l. matrem. C. de probation. & Bart. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. Idem Bart. in l. j. C. de iure fisc. lib. x.

SVMMA.

1 *Fundus possessus, à proprietario vendi non potest.*

In hæc verba, *Au dessus duquel sera escrit.*

CAP. XII.

OLIM sola signa regia apponebantur quibus satis significabatur possessio & proscriptio fundi cui appendebantur. Hac tamẽ constitutione additum est amplius, vt in ædium proscriptionibus sub impressionẽ signorum regiorum præterea adscribatur eiusmodi ædes esse possessas & proscriptas: quod non aliò tendit nisi vt omnibus innotescat possessio & proscriptio tam in fauorem proprietarij, quàm creditorum quorum interest intercedere auctionis pro suo debito, & eorum qui prædia comparare cupient, néve proscriptionis notio quemquam vt supra dictum est lateat. Præterea nequis à proprietario, si fortè ad venditionem procedere vellet, emere præsumat: nam ex eo quod possessa proscriptáque sunt prædia, decreto iudicis, facta sunt pignus prætorium vel iudiciale: adeò vt non amplius proprietario aut creditori eorum distractio permissa sit priuata authoritate, sed ea soli iudici necessariò competat. l. ij. & iij. C. si in causa iudic. pign. cap. sit.

SVMMA.

1 *Solennitas extrinseca non præsumitur.*

In hæc verba, *Et de ladite attache sera mention par son rapport.*

CAP. XIII.

EX his verbis iudicandum est hanc solemnitatem esse substantialem, nullúsque momẽti futuras proscriptiones & subhastationes si apparitor in possessione, aut proscriptione ædium, signa regia apponere prætermitteret, iuxta formam huius constitutionis, & in sua renũtiatione seu processu verbali mentionem facere negligeret: eiusmodi enim solemnitas extrinseca non præsumeretur intercessisse: regulariter enim non præsumitur solennitas extrinseca. l. quicunque. §. fin. ff. de public. glossa ordinaria, & omnes in l. sciendum. ff. de verb. obligat. & facit regul. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. eodem titul. Præterea subhastatio facta, non seruata forma statuti, est ipso iure nulla. Bald. in l. ordo. in ij. col. versic. nota tamen quòd si statuta, &c. C. de exec. rei iudic.

In hæc verba, *Ainsi qu'il est accoustumé.*

CAP. XIIII.

FORMAM faciendi subhastationes ponit glo. in l. j. & in l. si tempora. C. de fid. instru. & iur. hast. fisc. libr. x. & Bart. in l. licitatio. ff. de pub. & vectig. vbi dicit quòd forma subhastationis est, quod publicetur & præconisetur res venalis tali die plus offerenti: & lapso die adiudicetur ei, qui plus obtulit, nec admittatur alius tunc plus offerens. Ponitur etiam forma subhastationis per Angel. in §. hoc etiam. in auth. de alien. & emphy. & per Spec. in tit. de primo & secun. decre. §. v. versic. sed qualiter. in tit. de emptionibus & venditionibus. §. nunc dicendum. versic. hoc quoque.

SVMMA.

1 *Exercitio iurisdictionis voluntariæ, diebus festis non est prohibita.*

In hæc verba, *Aux iours de Dimanche.*

CAP. XV.

HOC videtur contra ius ciuile & canonicum, quo prohibitũ est diebus feriatis, maximéque Dominicis, actus iudiciarios exercere, quamuis de sola iuramenti receptione ageretur. cap. j. de feriis in his verbis, Neque placitum, nec sacramentum. l. omnes. C. eodem titul. Imo quamuis id fieret consensu litigantium, nullus esset processus, cap. fi. eodem titul. Ante hanc constitutionem proscriptiones fiebant diebus mercatum, & si fortè celebris esset non mercatus in eo loco, fiebant in vicinioribus nundinis, & in nonnullis locis in prætorio ordinario iuris. Sed hæc constitutio summa cum ratione sancita est: multi enim neque quod vendant, neque quod emant habent, nec vnquam nundinas frequentant: ex aduerso nemo est catholicus qui die Dominica ad fanum se non conferat, aut saltem aliquo mensis die missam parochialem adeat: & si adire negligat, à vicinis qui eò conueniunt admonebitur: frequentiórque hominum concursus sit ad ecclesiam, præsertim eorum qui sunt eius loci & parochię cuius est fundus subhastatus. Contrà ferè in nundinis soli extranei conueniunt, qui merces venales afferunt, aut ad emendas accedunt, qui solas suas merces ac negotiationem curant: nec intelligent quid proclamationes prędiorum sibi velint, nec in eorum emptionem numinos suos expensuri sunt. Præterea proscriptio aut præconizatio fundi venalis, non est actus contentioſę iurisdictionis, sed est actus iurisdictionis merè voluntarię, cuius exercitio non est prohibita diebus feriatis. l. actus omnes. C. de feriis: & l. ij. C. eodem.

ARTICVLVS IIII.

QVE doresnauãt incõtinẽt apres la saisie, & au parauãt que faire la premiere criee, serõt establiz commissaires au regime & gou-

Digitized by Google

& gouuernement des choſes criées, ſur peine de nullité d'icelles criées. Et ſeront leſdicts commiſſaires tenus bailler leſdictes choſes criées à ferme aux plus offrans & derniers encheriſſeurs, moyennant bonnes cautions, ſuyuant nos ordonnances. Et auons faict inhibitions & defenſes à tous proprietaires deſdites choſes criées, & à tous autres, de troubler & empeſcher indirectemẽt ou directement leſdicts Commiſſaires & fermiers en la iouiſſance de leurs commiſſions & fermes, ſur peine à ceux qui directement ou indirectement auront fait ledict trouble ou empeſchement, d'eſtre declarez rebelles, & deſobeiſſans à nous, & à iuſtice, & de confiſcation de leurs biens.

SVMMA.

1 *Fructus prædij ſunt proprietarij pendentibus ſubhaſtationibus.*

2 *Actus ad eam finem inutilis ad quam confectus eſt, aliquando ſortitur effectum ad aliam finem.*

3 *Is cui fundus addictus eſt, non repetit fructus niſi à die conſignationis pretij.*

Cap. XVI.

HÆc conſtitutio tradit quidem de curatoribus dandis, ſed non docet cuius fiant fructus à curatoribus percepti pendentibus ſubhaſtationibus. † Certũ eſt vſque ad diem addictionis ex decreto eſſe proprietarij, diſtribuendóſque eſſe creditoribus, inſtitori & interceſſoribus in liberationem proprietarij per deciſionem textualem, in l. Valerius patronus. in princip. ff. de iure fiſc. Sed quid ſi inter primam & vltimam licitationem, fructus colligantur? Exempli gratia: Iugerum vineæ proſcribitur: inter primam & vltimam licitationem meſsis vindémiarum eſt percipienda: curator, fructus colligi iubet: cuius erit vindemia? Videtur debere poſteriori licitatori addicenda: nam ſi prẽter priorem licitatus eſſet, vindemia prioris fuiſſet, tanquam licitatoris & emptoris pendentibus adhuc fructibus. Poſitóque quòd prior licitatio valeat niſi interueniret poſterior quæ eſt auctior: tamen prodeſſe debet poſteriori licitatori vt in eum tranſmittat fructus cùm in prioris locum ſuccedat. † Nam ipſo iure non eſt inconueniens quin actus ea fini in quam confectus eſt inutilis, effectum ſortiatur ad aliam finem. probat text. in l. & ſic transferam. & l. legatum ſub conditione. §. pater hortos. ff. de adim. legat. vbi ſi teſtator legauerit prædium alicui, & deinde prædium idem legauerit alteri incapaci, quanuis ſecundum legatum eiuſdem prædij factum, perſonæ incapaci ſit nullum, habet tamen effectum vt operetur ademptionem legati primi, quòd aliàs erat validum. Præterea ſi ſecundus idémque poſterior licitator, actione ſua deſiſteret, aut eam exoluere nequiret, addictio permaneret in commodum prioris licitatoris. l. Sabinus. ff. de in diem addict. Bartolus per illum textum in l. licitatio. ff. de publican. & vectigal. Idque in praxi receptum eſt, itaque obſeruatur, quod ſi poſterior licitator auctioni non ſatisfaciat, prædium remaneat penes precedentem immediatè licitatorem, pro ſua auctione. Prima itaque auctio non eſt omnino inutilis, ſed eſt in pendenti: Ideóque ſaltem id efficere debet, vt fructus eius diei acquirat poſteriori licitatori cui prædium addicetur. In contrarium tamen concludo: quoniam venditio prædij proſcripti non cenſetur perfecta, donec addictio facta ſit poſtremo licitatori: ideò proprietarius cuius prædium ſubhaſtatur interea ſemper eſt dominus prædij: Eiuſque rei eſt deciſio textualis in dicta lege, Valerius patronus, verſicul. planè. ff. de iure fiſci. & in lege, item quod dictum eſt. ff. de in diem addict. † Addo amplius 3
poſteriorem licitatorem cui prædium addicitur, non poſſe fructus petere niſi ex die qua pretium addictionis apud officium ſcribarum depoſuerit & conſignauerit: ea enim eſt natura contractus venditionis, per text. in §. Venditæ. Inſtitut. de rer. diuiſ. cuius hæc ſunt verba: venditæ verò res & traditæ, non aliter emptori acquiruntur, quàm ſi is pretium ſoluerit, vel alio modo ſatisfecerit: Imò ſi licitator nullũ moraretur in conſignatione pretij addictionis, ac interea fructus prædiorum auferrentur, fierent proprietarij, diſtribuendáque eſſent inter creditores in ipſius liberationem. Neque enim poſterior licitator verè emptor & dominus dici poteſt, niſi poſtquam conſignauit pretium adiudicationis ſibi factæ intra ſpatium viginti quatuor horarum: & quandiu eſt in mora deponendi, tamdiu lucrari nõ poteſt. per text. in l. acceptam. C. de vſur. & in l. obſignationes. C. de ſolut. quia non poteſt antè dici dominus per dict. §. ven litæ. ff. de tribut. ait l. procuratoris. §. ſed & ſi dedit. & l. diligenter. §. j. ff. manda. & l. ea quæ. ff. de preca. & l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empti, cum infinitis ſimilibus.

In hæc verba, *Auparauant la premiere criee.*

Cap. XVII.

HÆc conſtitutio in eo quod loquitur de datione curatorum rebus proſcriptis, ſuperflua eſt: nam extat conſtitutio expreſſa anni 1539. articul. 77. qua cauetur ſtatim à prima proclamatione curatores bonis proſcriptis deputari non obſtantibus omnibus conſuetudinibus in contrarium ſtatuentibus, quæ iſta conſtitutione eſt adhuc expreſsior. Ratio qui eius conſtitutionis & iſtius eſt, quòd ſæpe contigerit, vt vafer fructuator longo interuallo poſt prædium venditum, adiudicatúmque ex decreto, venerit vt ſe executioni decreti opponeret, allegans ſe proprietarium & poſſeſſorem, nec ſe nominatim vocatum: aut prædium poſſeſſum: ſed ſemper poſſeſſorem pacificum permanſiſſe, & ſine controuerſia, cúmque aduerſus quem ſubhaſtationes & addictio factæ eſſent, nullum ius in prædio vendito habere, poſſeſſorémque eius non eſſe: Ideóque nullum eſſe decretum ipſo non vocato qui eſſet proprietarius & poſſeſſor. Hoc prætextu infirmata fuerunt multa decreta: ſed vt eis fraudibus & ca-

Digitized by Google

uillationibus aditus præcluderetur, hac conſtitutione introducta decretáque eſt datio curatorum ante primam proclamationem, vt de facto poſſeſſor poſſeſsione ſpoliaretur, eáque ratione interuenire cogeretur: ſi enim ſe proprietarium prætexat, neceſſe eſt opponat ſe: ſin verò conductor tantùm ſit, locatorem euocare debet qui ſe proprietarium dicit, qui de facto poſſeſsionem amittit per treationem curatoris, ac conſequenter eloqui cogitur: alioquin adiudicatio decretalis faciet ei præiudiciũ quia ſubhaſtationes ad eius notitiam peruenerunt, cùm de facto poſſeſsione ſit deiectus, nec tamen interceſsit, nec iura ſua perſecutus eſt. per reg. l. ſæpè conſtitutum. ff. de re iud.

SVMMA.

1 *Forma cenſetur ſubſtantialis, quando clauſula annullatiua adiecta eſt.*
2 *Clauſula annullatiua non eſt neceſſaria, quando lex verbis prohibitiuis vtitur.*

In hæc verba, *ſous peine de nullité.*

CAP. XVIII.

HÆC conſtitutio hoc reſpectu addit quoque conſtitutioni anni 1539. in eo quod ait, † Ante primam proclamationem: pérque hanc clauſulam, creatio curatorum eſt de forma ſubſtantiali & eſſentiali ſubhaſtationum, adeò vt non poſſit prætermitti citra nullitatem ſubhaſtationum, his verbis, Sub pœna nullitatis dictarum ſubhaſtationum: vulgata eſt theorica, quando lex vel ſtatutum requirit certam formam vel ſolennitatem, & procedit vltrà annullando actum, vt in caſu propoſito, actus eſt nullus, per text. in l. ſecunda. iuncta. l. ſtatutis. verſicul. hinc adiicimus. C. de ſenten. ex pericu. recit. Nam in l. ij. dicitur quod ſententia debet ferri in ſcriptis: & in l. ſtatutis, quæ ſequitur, adiicitur, quòd ſi lata fuerit, cum non ſcripta eſſet, ſit nulla. Et per illos duos text. Cyn. Bald. Salicet. & communiter alij ponunt iſtam theoricam, quòd quando lex vel ſtatutũ ponit certam formam vel ſolennitatem in aliquo actu, ſi procedit vltra annullando actum, non ſeruata illa forma, ſine dubio actus eſt nullus. Ideóque ſi in hac conſtitutione 2 adiecta non eſſent hæc verba, † Sub pœna nullitatis, omiſsio dationis curatorum non redderet ſubhaſtationes nullas: alia enim iuris eſt theorica, quando lex vel ſtatutum vult aliquid fieri certo modo vel certa forma ſeruata, licet non ſeruetur, actus tamen non eſt ipſo iure nullus, ſi in lege vel ſtatuto non eſt clauſula annullatiua. Et hoc probat text. in d. l. ſtatutis, quę alias eſſet ſuperflua. Quia nihil aliud dicit vltra l. præcedentẽ, niſi quod vlterius procedit annullando. Et ita tranſeunt Bald. Salicet. & communiter cæteri in dict. l. ſtatutis. C. de ſent. ex peric. recitant. Idem Bald. & Alex. de Imo. & alij in l. ij. ff. de liber. & poſthum. quando ſtatutum non loquitur per verba prohibitiua, vt non facit hæc cõſtitutio. Sed ſi loqueretur per verba prohibitiua, etiã quod non vltra procederet annullando, ſubhaſtationes eſſent nullæ per deciſionem textualem & expreſſam in l. non dubium. C. de legib. in his verbis, Vt legiſlatori, quod fieri non vult, tantum prohibuiſſe ſufficiat. Et rurſum poſteà in his verbis, Vt ea quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia, ſed pro infectis habeantur, licet legiſlator fieri prohibuerit tantum, nec ſpecialiter dixerit inutile debere eſſe quod factum eſt: & ita conciliantur l. non dubium. C. de legi. & l. ſtatutis. cum l. ij. de ſentent. ex pericul. recit. De quo plenius per Alexand. de Imol in d. l. ij. ff. de lib. & poſthum. & in conſilio ſuo xxiiij. incip. *Inſpecto* proceſſu. in iiij. colum.

In hæc verba, *A ferme au plus offrant.*

CAP. XIX.

HÆC conſtitutione nihil noui introducitur in hoc articulo: nam alia cõſtitutione publicata anno 1539. art. 82. dicitur, Omnes ſequeſtros, commiſſarios, & depoſitarios iuris, regimini aliquorum prædiorum deputatos teneri ea prædia elocare authoritate iudicis, partibus vocatis pluris licitanti, qui tenebitur locationis pretium domus cõmiſſarij deferre, prædiáque arta tecta, vt ipſis tradita, ſunt conſeruare, ſine fraude aut damno ſub pœna mulctæ arbitrio iudicis. Addit tamen hæc conſtitutio pluris licitantes, quibus bona locationis titulo addicentur, tenere cauere ſatiſdato: quod non tradebat conſtitutio anni 1539. nec alia quam legerim, quanuis hęc ſint huius verba, Secũdum noſtras conſtitutiones.

SVMMA.

1 *Sola auctione poſteriores licitatoris, præcedens licitator non liberatur.*
2 *Poſt addictionem factam poſteriori licitatori priores liberantur.*
3 *Index tenetur, ſi vltimo licitatori, qui ſoluendo non eſt, rem addicat.*

In hæc verba, *Aux plus offrans.*

CAP. XX.

VID, ſi plus offerens fugiat, vel non ſit ſoluendo, an recurratur ad priorem offerentem, an verò fiet noua licitatio? Bart. in l. licitatio. in principio. ff. de pub. & vectig. mouet hoc dubium, & dicit, quod ſi duo vel plures licitauerunt, & vltimus non reperitur ſoluendo, recurritur ad priorem: † quia per oblationẽ 1
ſecundi non fuit liberatus primus, per text. in l. Sabinus. ff. de in diem addict. & ita ſeruat curia Franciæ. Sed Paul. de caſt. ibi dicit ſe recordari vidiſſe Bald. conſulentem contrarium Papiæ pro quodam de ciuitate Arimini, & dicentem quòd per oblationem ſecundi cẽſetur receſſum ab oblatione primi, & ſtatim primus eſt liberatus ab oblatione ſua. argumẽto text. in l. ſtipulatus es opus. ff. de fideiuſſ. & in l. cũ in plures. §. l. dicta. ff. loca. & l. Valerianus. ff. de præto. ſtipula. Tandẽ reſoluit diſtinguẽdo, Aut lapſa ſunt bannimẽta, & res eſt iam adiudicata ſecundo plus offerenti: tunc procedat opinio Bal. habebitur recurſus contra officiales, qui receperunt licitationem ſeu addictionem ſecundi, non præſtita per eum cautione de ſolutione, ſi res illi tanquam plus offerenti adiudicaretur: aut nondum lapſa erant bannimenta, nec res ſecundo tanquam plus offerenti adiudicata. & tunc procedat opinio Bart. Angel. de Peruſ. in §. hoc etiã. in aut. de alien. & emphyt. col. ix. dicit quod in rei veritate primus offerẽs non eſt liberatus ſecundo non ſoluente, per l. quòd autẽ Sabinus. ff. de in diem addict. niſi expreſſe actum ſit de cõtrario per l. Sabinus. in fin. ff. eodem titulo,

vel niſi

Digitized by Google

vel niſi ſecundus offerens præſtitiſſet cautionem de ſoluendo:quia tunc prior eſt liberatus.gl.Bar.& Salicetus in l.penes. C.de vectigal. & commiſ. alioqui minus offerens tenetur emere, ſi plus offerens non ſit idoneus:& hanc opinionem ſequitur Bertachy.in tractatu gabellæ,parte ſecunda,quæſt.vij.& viij.Sed Bald.in conſ.cxcj. in iij. libr. quod incipit, Factum
2 ſuper quo conſilium poſtulatur, diſtinguit. † Aut ſubhaſtatio facta fuit per præconem, quod talis res venalis eſt, & plus offerenti dabitur, & eſt appoſitus aliquis terminus,& ille terminus eſt lapſus,ita quod tempora ſtatuta non patiuntur vlteriorem licitationem:tunc certum eſt quod ei qui plus obtulit,& qui acceptatus fuit & admiſſus, venditio eſt perfecta, ſi non appareat vlterior licitator. Nam ſatis idoneus videtur, qui tanquam idoneus acceptatus eſt, & admiſſus,vt ff.de fideiuſſo.l.quæ ſatiſdare. & ff.manda. l.inter cauſas. §. abeſſe. Ideóque prævalet quod nouiſsimè factum eſt,arg.ff.de acq.poſ.l.ſi quis ante.C. de pact.l pacta nouiſsima: & poſterior licitator nouatione perſonæ & contractus liberatus eſt, imò verò non incidit efficaciter in obligationē quæ à principio fuit in pendenti. Si autem poſterior incantator(hæc ſunt verba Bald.)ſeu poſterior licitator plus offerens non fuit acceptatus,quia fortè nō idoneus, tunc non eſt libertatus primus. l.vbi autem. §.idem ait. ff.de in diem addict. Quia igitur facta eſt tranſlatio contractus à primo licitatore ad vltimum licitatorem ſeu plus offerentem, & res fuit illi vltimo licitatori deliberata,concluſa ſeu adiudicata,primus promiſſor ſeu licitator eſt liberatus, & non incidit in obligationem. Ad hoc allegar.dict.l.Valerianus. ff.de Præto.ſtipu.l.ſi cum Hermes.ff.loca.& l.ſi cum in plures.§.lege dicta.eod.tit.& l.ſtipulatus es opus,
3 in ratione literæ. ff. de fideiuſ. † Et ſi officialis malè contraxit, vt puta quia vltimus licitator non ſit idoneus,& ſoluendo,periculum erit ipſius officialis,nō autem primi licitatoris,cuius oblatio acceptata non fuit,vt ff.ſi cert. petat. l. periculum. & l.cùm quæritur.ff.de adminiſtrat. tuto. Hæc ſunt propria verba Bald.in dicto conſilio,quod fecit in ciuitate Penſauri, anno milleſimo trecenteſimo octuageſimo primo,quinta die Iunij.

SVMMA.

1 *Opponens ad fines diſtrahendi, non poteſt depelli de poſſeſsione à Commiſſario.*
2 *Sententia executioni mandari poteſt,aduerſus eum qui ius condemnati habuit,pendente lite.*
3 *Inſtrumentum obligatorium executioni mandari non poteſt aduerſus eum qui habet ius inſtrumenti obligatorij.*

In hæc verba,*De troubler & empeſcher.*

CAP. XXI.

HIC quæſtio oritur de tertio poſſeſſore, qui ſe dominū proprietarium & poſſeſſorem dicit,ſubhaſtationibúſq; intercedit, ad fines diſtrahendi : An poſsit de facto curatorem datū poſſidere volentem, An verò curator poſsit & debeat eum expellere via facti, nulla habita ratione eorum quæ allegat. Quoniam verò iuri minimè conſentaneum viſum eſt detrudere de poſſeſsione, maximè quando res poſſeſſa nō eſt pro ipſius debito, ſed pro alterius qui proprietarius & poſſeſſor rei putabatur, cùm non eſſet:† In hunc articulum Curiæ ſupremæ 1
interpretatio & limitatio interuenit,in verificatione huius conſtitutionis, Nempè iſtas inhibitiones de non turbando aut impediendo Commiſſarios, locū non habituras aduerſus tertios opponentes, ad fines diſtrahendi,qui tempore miſsionis in poſſeſsionem poſsidere actualitérque rei inhærere comperirētur, ob cuius diſtractionem intercedebant: cuius ratio eſt optima. Durum enim eſſet tertium poſſeſſorem & detentorem,qui ſe proprietarium dicit, expellere pro debito alieno,ſine eius culpa indictáque cauſa.

Singularis quæſtio.

SED † quid ſi tertius poſſeſſor poſſeſ- 2
ſionē adeptus eſt vi vēditionis quam cum damnato aut obligato cōtraxit poſt ſententiam,arreſtum, condemnationem aut obligationē,cuius virtute ad poſſeſsionem & ſubhaſtationes proceſſum eſt,quod fraudis præſumptionem dat : an apparitor qui exequitur differet curatoris dationem, ánve curator conſtitutus poſsidere dubitabit?Nonnulli ſteterunt pro parte affirmatiua,attendendúmque tempus miſsionis in poſſeſsionem, quique eo tempore poſsideat: Et ſi ſit tertius nec obligatus nec dānatus, non eſſe poſſeſsione deiiciendum, aut expellendum de poſſeſsione indicta cauſa:fierique poſſe vt nitatur titulo ſingulari,& ex ſua perſona,nō ex perſona damnati aut obligati. Pro hac opinione faciunt loci iuris,Res inter alios actas,vel iudicatas,aliis non nocere.cap.res inter alios acta.in rubr.& nigro.& l.Modeſtinus.ff.de excepr.l.Claudius. ff qui pot.in pign. hab.l.ſi petitor. ff.de iudiciis.l.ij. C.de fide inſtrum. l.& quia.ff.de iureiur.cum infinitis aliis. Alij dicunt ceſsionem & tranſlationem factas à condemnato à die condēnationis,aut paulò antè,factas eſſe in fraudem à condemnato, ad eludēdam iuſtitiam & inhibendam executionem rerum iudicatarum: ita fraudatores ſolitos facere:ideóque nullam earum eſſe habendam rationem quanuis factæ ſint eiuſmodi ceſsiones & remiſsiones ante ſententiam, modò factæ ſint poſt litem conteſtatam.Pro hac ſententia faciūt vulgatæ iuris deciſiones,quibus definitur,arreſtum, ſententiam aut rem iudicatām mandari executioni aduerſus eum qui ius à damnato lite pendente habuit:ſententia enim lata contra vnum,mittitur executioni contra tertium, qui habuit ius à condemnato lite pendēte, ſiue ſit ſucceſſor vniuerſalis, ſiue ſingularis. De ſucceſſore vniuerſali eſt text.in l.ex contractu paterno.ff.de re iudic.De ſucceſſore ſingulari eſt text.in l.ſi mater. §.ſi egero. & in l.iudicatæ. §. ſi debitor.ff.de except.rei iud. de quo per Bart. in Repeti.l.creditores.C.de pig.in vij. col. verſ.videamus ergo.& in l.ſi ſuperatus.ff.de pig.per Cy.in l.j. C.de alie.iud.mut.cau.fact.per alios in dict.l.ſi ſuperatus, ff.de pig.

Multo maiore ratione, quando venditio aut ceſsio facta eſt à condemnato poſt cōdemnationem, & in vim dictæ condemnationis, prædium poſsidetur & proſcribitur, emptor quamuis poſsideat non poteſt tanquam tertius opponens impedire conſtitutionem cōmiſſarij, in caſu quo eſt præſumptio fraudis:veluti quando condemnatus nihil aliud habet in bonis aduerſus quæ iudicatū executioni mādari, aut capi poſsit ſufficitq; per exequentē docere prædium fuiſſe in poſſeſsione cōdemnati, tēpore condemnationis.l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.in pr.ff.de re iudi.in his verbis. Et ſi cognouerint eius fuiſſe,qui cō demnatus eſt,rē iudicatam exequātur. vide ibi Bart.

Aliud iuris eſt de fundo poſſeſſo & ſubhaſtato vi inſtrumenti obligatorij, ſi poſſeſſor, qui ſe tertium emptorẽ dicit opponit & impedit curatoris dationẽ, néue à poſſeſsione expellatur allegans debitorem alia habere bona quæ antè excutienda ſunt vtiturque beneficio Auth. hoc ſi debitor poſsideat. C. de pignor. Id enim facere poteſt. Agendúmque prius aduerſus alia bona condemnati, & obligati, eáque proſcribenda & addicẽda, excuſsióque eorum facienda antequam deueniatur ad prædium poſſeſſum à tertio poſſeſſore emptore. d. auth. hoc ſi debitor. Idque eſt quod ait text. in d. l. à Diuo Pio. §. ſi. ſuper rebus, verſicul. ſed & illud. cuius hęc ſunt verba: Sed & illud debet dici, vbi controuerſia eſt de pignore id admitti debere, & capi aliud ſi quod eſt ſine controuerſia. Olim eo iure vtebamur, vt ſi creditor auctionem perſequens ſpecialem haberet hypothecam in re proſcripta, præcedẽtem titulum tertij emptoris & poſſeſſoris, poſſet vlteriùs progredi, ſubhaſtationéſque & addictionem peragere, niſi tertius emptor offerret perſequi proſcriptionem, proclamationem & addictionem aliorum bonorum debitoris, déque iis creditori ſatisfacere, intra certum tempus quod ei ad id concedebatur: intereáque differebátur ſubhaſtationes, vt tradit antiquus pragmaticus dictis Maſuerius in libello quem inſcripſit Pract. Parlamenti, in rubr. de executionibus & ſubhaſtationibus. verſicul. Item creditor poteſt facere executionem ſuam ſuper re immobili iam alienata, &c. Et hoc notanter in creditore habente expreſſam hypocam. Ad propoſitum facit, l. diſtractis. & l. debitorẽ. C. de pignor. l. eſt in arbitrio. C. de action. & oblig.

3 † Sed id hodie non obtinet, priuſque agendum eſt aduerſus perſonaliter obligatum, & is excutiendus, ſi ſit locuples, paritérque vades, ſponſores & fideiuſſores, ſi habeant vnde ſatisfaciant, antequam ad tertium poſſeſſorem deueniatur, emptorem prędij ſpecialiter hypothecati: per authentic. hoc ſi debitor. C. de pignor. Auth. ſed hodie nouo iure. C. de action. & oblig.

Quid verò de accuſatis de crimine, qui vendunt aut donant ſua prædia pendente accuſatione conſcientia criminis, poſteáque illis maximæ mulctæ infliguntur, reliquáque bona fiſco applicantur: An hoc caſu tertij emptores, aut donatarij poſſeſſores poterunt impedire miſsionem in poſſeſsionem, ſubhaſtationes & curatorum dationem? Non: eiuſmodi enim alienationes nullæ ſunt, tanquam in fraudem legis factæ, conſcientia criminis, & in contemptum iudicati. l. poſt contractum. ff. de donat. capit. per tuas. de ſimon. in his verbis finalibus, Vnde non expectata ſententia, malè conſcius ſibi ceſsit, &c.

SVMMA.

1 *Poſterior fructuum licitator non cogitur ſemper in ſua auctione perſeuerare.*

In hæc verba, *Rebelles & deſobeiſſans.*

CAP. XXII.

CAVEANT proprietarij aduerſus quos fit proſcriptio, vllo modo impedimentum afferre curatori conſtituto, in poſſeſsione prædiorum aut bonorum captorum & proſcriptorum, ſub pœna iacturæ ſui iuris, mulctæque arbitrariæ, expreſſa conſtitutione anni 1539. articul. 78. Inſanos tamen reperias qui aliquando hanc conſtitutionem aſpernentur, feriant, vulnerent ac depellant commiſſarios: in his itaque iudices ſeuerius animaduertere deberent per priuationem proprietatis ſuorum bonorum, & pœnæ corporalis inflictionem ad cohibendam eiuſmodi audaicam ac temeritatem qua vim faciunt auctoritati manus regiæ & iudicis, quæ eſt ſpecies perduellionis.

Vt autem impediantur commiſſarij cõſtituti regimini & adminiſtrationi prædiorum captorum & proſcriptorum quominus fructus & reditum abliguriant & conſumant in viaticis, & commiſsionum expenſis, vt olim ſolebant, conſtitutionibus anni 1539. cautum eſt, vt cogantur prædia ſibi commiſſa decreto iudicis pluris licitatori locare, nequâ fraudem committant, vt patet ex 81. artic. dictarum cõſtituit. Eodémque tempore tenentur procurare vt auctoritate iudicis ratio expenſarum in locatione prædiorum factarum ineatur, concludatúrque præſentibus partibus, vbi habitant, vocatis: neque alias expenſas facere poſſunt ſine decreto iudicis, per dictas conſtitutiones.

Notabilis quæſtio.

SED quid, Ecce prędia poſſeſſa & proclamata. Miſsio in poſſeſsionem facta in extremo menſe Maio, inſtantibus meſsibus fructuũ, Cõmiſſarius vult ea locare per licitationẽ: ea proclamari curat ad eccleſiã: quidam auctionatur ad octingentas libras, alter ad nongentas: commiſſarius animaduertit paucos adeſſe licitatores, pluréſque adfuturos poſtero die ſi addictionem in eam differat. In poſterum diem addictionem locationis differt, ſperans id commodo fore rei ſubhaſtatæ acceſſurúmque aliquem, qui pluris licitetur: ea nocte grando aut tempeſtas oritur, quæ calamitatem affert omnibus fructibus meſsium illius regionis ac parochiæ, & vnius aut alterius milliaris circumcirca, vt ſæpe accidit: tũc cõmiſſarius addicere vult pluris licitatori præcedentis dici, qui eo prætio accipere recuſat propter grandinem aut tempeſtatem obortam ante addictionem, ſibi factam: commiſſarius vrget quòd ſit poſterior licitator, nec auctionẽ ſuam reuocauerit, nec poſsit reuocare, ſed in ea perſeuerare debeat: quia licitando quaſi contraxit cum iudice. Quid iuris? Baldus in ſpecie mouet hoc dubium, in conſilio tricenteſimo nonageſimotertio: incip. In Chriſti nomine. incip. præmiſsis duabus regulis. Et concludit eo caſu, poſteriorem licitatorem, habita ratione ex inopinato obortæ tempeſtatis ante additionem ipſi factam, non poſſe cogi ad perſiſtendum in ſua auctione, niſi deducendo ei de prætio, arbitrio boni viri: quia periculum contingens ante perfectam venditionem, eſt venditoris: ſed contingens perfecta venditione eſt emptoris. l. neceſſario. de peric. & commod. rei vend. & C. eodem. l. ij. Alia etiã ratione, quia iſta ſubhaſtatio fructuum cenſetur potius locatio, quàm venditio: & in contractu locationis, quando contingit damnum vi maiore, veluti grandine, mercedis fit remiſsio. l. damni infecti. C. loca.

SVMMA.

1 *Bona clericici ſunt priuilegiata, ſicut bona eccleſiæ.*
2 *Titulus preshyteri poteſt capi, proſcribi & decreto adiudicari.*

In hæc

In hæc verba, *Et auons fait defenſe à tous proprietaires.*

Cap. XXIII.

QVAERO, Ecce præsbyterum, cui vt promoueatur ad ordines ſacerdotales, quia nullo alio beneficio fruebatur, nec volebat eum aliter epiſcopus promouere, vt etiam ius canonicum prohibet, pater, qui erat diues agricola, triginta terræ iugera pro ſuo titulo donauit: fit præsbyter ſub hoc titulo: poſtea obligurit ſua omnia, aut ad inopiam redigitur, adeò vt cogatur contrahere magnum æs alienum & hypothecas, quarum nomine dicta triginta iugera capiuntur & ſubhaſtantur inſtante vno ex creditoribus: quibus ſubhaſtationibus multi alij creditores intercedunt hypothecarum & debitorum conſeruandorum cauſa: ipſe ex aduerſo prouocat à dictis ſubhaſtationibus, contenditque pro cauſis appellationis, titulum ac patrimonium præsbyteri cuius contemplatione factus eſt præsbyter, non poſſe iure pignoris capi, quia ei traditur victus & alimentorum cauſa, ne cogatur mendicare in præiudicium totius cleri, ſinéque eo titulo præsbyterum non euaſurum fuiſſe: id enim prohibet ius canonicum, vúltque epiſcopos, qui præsbyteros ſine titulo creant, compelli eis beneficium conferre, aut alimenta aſsignare. Hæc eſt deciſio text. cap. epiſcopus. & in cap. cùm ſecundum. de præbend. Eáque inter antiquiſsimas eccleſiæ conſtitutiones recenſetur, de prompta ex veteribus canonibus, & ſanctis decretis. vt in capi. fin. verſi. clericos autem. xvj. q. j. & c. cleric. j. quæſt. ij. fuitque hæc cõſtitutio introducta in honorem dignitatis eccleſiaſticæ, & ornamentum eccleſiæ catholicæ: turpe enim eſt & indecorũ præsbyterum vitam emendicare. Ideò prima fronte æquiſsimum videtur poſsint capi in executionem iudicati, aut ſubhaſtari prædia quæ ipſi tituli loco tradita ſunt, cuius contemplatione promotus eſt ad ordinem ſacerdotalem, maximè quando aliud beneficium non poſsidet, nec aliunde alimentis ſuis ſufficere poteſt. Alia quoque ratione: quia patrimonium præsbyteri quod ei tituli loco donatum eſt, quo promotus eſt ad ordinem ſacerdotalem, eodem priuilegio gaudet, quo & perſona ipſius presbyteri. vt in ſpecie tenuit gloſſ. in cap. epiſcopus. de præben. in verbo, 1 ſubſidium. & eſt certum, † quòd bona clericorum ſunt priuilegiata. capit. eccleſiam Sanctæ Mariæ. de conſtit. & c. fi. de vit. & honeſt. cleri. Præterea certum eſt eiuſmodi patrimonia, quæ præsbyteris ratione tituli aſsignantur in eorum promotione ad ſacros ordines, eſſe illis ſtipendia. itáque ea vocat textus expreſſus. in d. cap. epiſcopus. de præben. vbi ait, epiſcopus ſi diaconum aut præbyterum fecerit, tandiu eum alat, donec in aliqua eccleſia ei conuenientia ſtipendia militiæ clericalis aſsignauerit. At ipſo iure non poſſunt ſtipendia capi in cauſam iudicati. l. ſtipendia. C. de execut. rei iudic. & ibi ſingulariter. dicit gloſ. idem eſſe in præbendis clericorum. videretur igitur prouocator iure prouocaſſe.

Nihilominus vidi aduocatum generalem regis in contrarium fortiter eniti. In ſuæ autem ſententiæ confirmationem dicebat, canoniſtas in cap. tuis. de præben. hanc quæſtionem in terminis agitaſſe, variáſque fuiſſe opiniones ſuper ſollennitate alienationis tituli patrimonialis præsbyteri: omnes tamen inter ſe cõuenire quod poſsit alienari. Ea eſt communis opinio Innocen. Panorm. & aliorum, † quod poſsit poſsideri 2 & capi in cauſam iudicati: & hanc opinionem dicit Panorm. veriorem de rigore, licet contraria videatur magis æqua. Ad id quod allegatur aſsignationẽ tituli præsbytero futurum inutilem, ſi poſsit capi & diſtrahi, quia poſtea cogeretur mendicare: reſpondet ſufficere, ſi tum cùm promotus eſt ad ſacros ordines, haberet vnde ſe aleret: & ſi velit poſtea vendere titulum ſuum & eſſe pauper, poteſt, ſicut & poſſet beneficium ſuum reſignare, ſi aliquod haberet: quia non eſt in clericis reprobata paupertas voluntaria, Actuum j. & ij. cap. Idque demonſtrari experientia ordinum quatuor mendicantium, qui admiſsi & approbati ſunt. Si ergo pro voluntate præsbyter poteſt prædium ſibi pro titulo aſsignatum vendere, ſequitur poſſe quoque oppignorare, & conſequenter quod poteſt capi in cauſam iudicati vel obligati: lex quoque ſtipendia permittit, ſtipendia militum capi in ſubſidium. Præterea conſtitutio nullum clericis & præsbyteris priuilegium tribuit, niſi ratione mobilium: ſed quo ad ipſorum immobilia, & temporalia beneficiorum, certum eſt, infinitiſque arreſtis iudicatum, itaque vſurpatur in praxi quotidie, poſſe capi in cauſam iudicati pro ære alieno & hypothecis.

ARTICVLVS V.

QVE leſdictes criees parfaictes, elles ſeront certifiees pardeuant le Iuge des lieux: lecture ſera faicte d'icelles à iour de plaids, & iceux tenans: & apres que le proprietaire aura eſté adiourné, pour veoir adiuger le decret, le ſeront les oppoſans à fin de diſtraire, ou annuller, leſdictes criees, ſi aucune en y a, preallablement vuydees, & terminees: & pareillement les oppoſitions, pour les charges foncieres.

SVMMA.

1 *Triplex interceſſorum ſeu opponentium genus: ad fines diſtrahendi annullandi, conſeruandi.*
2 *Duo genera opponentium ad fines conſeruandi.*
3 *Materia cladis eſt, quando debitor non habet vnde omnibus debitoribus ſatisfaciat.*

Cap. XXIIII.

HOc conſtitutionis articulo perſpicuè demonſtratur, in materia ſubhaſtationum tria † eſſe 1 opponentium penitus diuerſorum, & ad diuerſos fines ſpectantium genera. Aliquando exiſtunt opponentes ad fines diſtrahendi, hoc eſt quando tertius interuenit, dicítque prædium captum & ſubhaſtatum, aut partem & pórtionem ipſius ad ſe pertinere, non ad condemnatum aut obligatum aduerſus quem executio facta eſt: petítque eiuſmodi prædium aut partem ad ſe pertinentem diſtrahi, extráque proſcriptionem poni, ſéque in eius poſſeſsionem mitti. Exempli gratia. Ædes

aliquæ ſunt duorum fratrum aut aliorum: alter condemnatus eſt aut obligatus in aliquâ pecuniæ ſummam: creditor exiſtimans ipſius eſſe integras ædes, iubet capi & proſcribi ſui debiti nomine: alter frater intercedit, vt ex ſubhaſtationibus media ſua pars diſtrahatur, quod debito fratris non ſit hypothecata, nec ipſe debitis fraternis obnoxius. Item ſi apparitor qui exequitur & proſcribit per errorem comprehendat in ſubhaſtatione partem prædij vicini, vicinúſque intercedat vt tale prædium diſtrahatur, aut talis particula tot iugera continens, quæ ſubhaſtationibus factis de prædio vicini condemnati aut obligati, pro quo non tenetur, comprehenſa ſunt. Effectus autem & concluſio eiuſmodi oppoſitionum eſt, vt diſtrahantur & tollantur ex ſubhaſtationibus prædia quæ non ſunt condemnati aut obligati aduerſus quem proſcriptio fit, ſed opponentis: eiuſmodíque oppoſitiones nituntur, l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. in primo reſpon.

Secundò alij ſunt interceſſores ſeu opponentes ad fines annullandi, veluti quando celebratis perfectíſque ſubhaſtationibus, proprietarius aduerſus quem proſcriptio fit, intereſſit aut intercedit contendens ſubhaſtationes eſſe nullas, & perperam factas, aut pro ſumma indebita celebratas. Tunc dies ei dicitur ad proponendas cauſas oppoſitionis, aut rationes nullitatis, & ad interponendum addictionem decretalem ſi res ferat: eiuſque generis opponentes, dicuntur opponentes ad fines annullandi: eáq; oppoſitionis ſpecies fundata eſt hac conſtitutione, in eo quod ſtatuit formam ſubhaſtationum obſeruari ſub pœna nullitatis.

2 Tertiò alia eſt ſpecies oppoſitionum, quæ proponuntur conſeruandæ rei gratia. Huiuſque oppoſitionum generis duæ ſunt ſpecies: alij intercedunt conſeruandarum hypothecarum ſuarum cauſa, aut aliorum iurium realium, puta ſeruitutum, aut aliorum iurium & præſtationum annuarum, quæ ſibi competere contendunt in prædiis captis & proclamatis: alij opponunt ratione debitorum perſonalium, quæ ſibi debentur per obligationem, chyrographum, ſententiam aut arreſtum, rationem litis ſumptum, aut aliam condemnationem. Ac ij quidē ordine ſuo admittuntur, nempè creditores hypothecas habentes, creditores chirographarij ratione ſuorum debitorum perſonalium. l. pro debito. C. bon. auct. iud. poſſid. Et inter creditores hypothecarios, ſecundum antiquitatem & prærogatiuam ſuarum hypothecarum. l. ſi fundum. C. qui pot. in pig. hab. opponentes verò pro debitis perſonalibus, ſecundum diem & antiquitatem debitorum ſuorū,
3 niſi agatur de clade, † hoc eſt ſi debitor in omnibus bonis non habeat vnde ſuis creditoribus ſatisfaciat: quo caſu fit diſtributio inter omnes creditores opponentes ratione debitorum perſonalium, æquali portione pro rata debiti quantitate: eiuſque rei extant conſuetudines expreſſæ in multis præfecturis, maximè in præpoſitura & vice comitatu Pariſienſi. Nititúrque ea conſuetudo textu iuris. in l. pro debito. in fi. C. de bon. act. iud. poſſ.

SVMMA.

1 *Nullitas ſignificationis, non reddit ſubhaſtationes nullas.*
2 *Subhaſtationes nullitatis argui non poſſunt propter defectum ſolennitatis, poſt ſignificationem.*
3 *Proprietario qui interceſſit, dies dicitur duplici ratione.*
4 *Conſuetudo regionis, & vſus ſeu formula fori, probantur agminatim, ſiue per turbam.*
5 *Conſuetudo per duos teſtes probari poteſt.*
6 *Conſuetudo probari poteſt communi fama.*
7 *Singula decuriæ, habentur loco vnius teſtis.*
8 *In qua præfectura ſubhaſtationes ſignificare debeant.*
9 *Significatio fieri debet ad inſtantiam eius qui ſubhaſtationes perſequitur.*

In hæc verba, *Lecture faible d'icelles au iour des plaids.*

CAP. XXV.

HAc conſtitutione traditur formula ſignificādarum ſubhaſtationum. Neceſſe enim eſt ſignificationem continere, quod die bus faſtis in ipſo iudicio recitata fuit renuntiatio ſeu proceſſus verbalis ſubhaſtationum talis fundi, præſentibus talibus aut talibus aduocatis, procuratoribus, apparitoribus aut aliis pragmaticis qui omnes vno ore dixerūt ac retulerūt ritè ac debito modo factas ſecundum vſum & conſuetudines loci, præfecturæ aut dioceſis: iudicémque eorum relatione intellecta, ſignificare ac declarare ſubhaſtationes debitè factas & relatas. Quò autem maior & frequētior eſt pragmaticorum aſtantium numerus, eo meliùs res cedit, vt ſaltē adſint ſex aut octo numero: Sin autè in eo foro pauciores ſint aduocati aut procuratores, vt aliquādo cōtingere, poteſt aduocādi ſunt apparitores & tabelliones ſiue notarij aut alij pragmatici, vt numerus octo aut decem compleatur: quamuis certus numerus hac conſtitutione non ſit deſignatus: ſicque in ſuprema curia ſemper factum & obſeruatum eſt. Similter, non ſufficit in actu exprimi lecturam factam, niſi addatur factam in ipſo iudicio dum cauſæ agebantur: itáque nullus arreſtis iudicatum eſt. alioquin exiſtimari poſſet eiuſmodi ſignificationem eſſe commentitiam, in priuatis ędibus factam ianuis clauſis in fauorem vnius, & fraudem alterius. Præterea quoniam in ipſo iudicio dum actiones exercētur multi coeunt tam pragmatici quàm alij, qui contradicere ac reclamare poſſunt, ſi ex lectione intelligāt ſubhaſtationes eſſe inualidas, aut aliquo errore ac vitio laborantes. Nec ſufficit iudicem eas certificare ad relationem vnius conſiliarij illius præfecturæ, cui inſpicienda litis inſtrumenta aut proceſſum verbalem commiſerit, aut dicere ſeipſum inſpexiſſe: ſed neceſſe eſt ex ſupradictis rationibus publicè recitari in iudicio dum actiones exercentur: ſicque iudicatū fuit arreſto ad 14. Nouembris, anno 1500. Inter Abbatem & cōuentum de Morigny, & quendam dictū Ioannem Abraham: quo pronuntiatum fuit ſignificationem ſubhaſtationum fieri debere in iudicio poſt recitationem proclamationum, & à ſcriba ſignari: eáque forma eſt eſſentialis & ſubſtantialis, qua obmiſſa ſignificatio inualida eſſet: quia quod fit præter formam, eſt ipſo iure nullum. l. item eorum. §. ſed ſi ita decreuerat, ff. quod cuiuſque vniuerſit. Et forma quæ debet interuenire in ipſo actu, ſi non interuenerit, actus eſt ipſo iure nullus. Baldus in l. vniuerſi. C. de prec. imper. offer. Debet enim forma ſeruari ad vnguem. c. cum dilecta, de reſcrip. quia dat eſſe rei. l. Iulianus. ff. ac exhib. vt ſuprà demonſtratum eſt. Sed quid ſi ſignificatio malè preceſſerit, prætermiſſúmque fuerit in ſignificatione exprimere recitationem die faſto in iudicio eſſe factam

ctam, an ſubhaſtationes rurſus inchoandæ erunt? Minimè: nam nullitas ſignificationis nõ reddit ſubhaſtationes nullas, ſi alioquin ritè proceſſerint, quãuis male ſignificatæ ſint: ſed ad nouam ſignificationem procedendum erit, iuxta formam huius conſtitutionis.

Notandúmque eſt hac conſtitutione nihil noui in hac curia introducere: quia multis iam antè arreſtis curiæ ſupremæ, eadem hæc forma ſubhaſtationum ſignificandarum introducta erat, inſertáque eſt arreſto quodam pronuntiato in fauorem cuiuſdam dicti Alphini de Bethune die 26. Aprilis, in libro conſilij curiæ incipiente à die S. Martini, 1530.

Notandum quoque eſt neminem admittendum ad impugnandas ſubhaſtationes propter defectum ſolennitatis, poſtquam ritè ac debito modo ſignificatæ ſunt iuxta formam conſtitutionis, niſi is q̃ defectum ſolennitatis allegaret, in promptu de eo doceret: déque eo extat concluſio & conſtitutio ſupremi Senatus ex die 19. Iulij, anno 1520.

Idcirco ſciant apparitores, poſt ſubhaſtationes celebratas & ſignificatas, quando diem proprietario dicunt vt addictioni interſit, ſi nunquam an ea interuenerit, non eſſe proprietario diem dicendum vt oppoſitionis cauſas, & nullitatis proferat, ſed tantùm eſſe vocandum vt interſit addictioni: ex aduerſo ſi ante ſubhaſtationum ſignificationem interceſſerit apud apparitorem, aut apud officium ſcribarũ, aut in iudicio, duplici fini vocandus eſt in ius, nempe vt cauſas oppoſitionum & rationes nullitatis, ſi quas exhibere velit, proferat: tum vt addictioni, & decreti interpoſitioni interſit: & hoc caſu ad addictionem ex decreto procedi non poteſt, niſi prius cauſas oppoſitionum & rationes nullitatis protulerit, aut facultate earum proferendarum excluſus ſit. Quod animaduertere debet procurator inſtitoris ſubhaſtationum: alioquin impetrari poſſunt codicilli regij ad formam ſupplicis libelli cuilis ad annullandum decretum.

Memini vidiſſe vniuerſam curiam ſupremam conuocatam ratione ſequentis quæſtionis, nempe, an in ſignificatione proſcriptionum neceſſe ſit adfuiſſe decem certificatores, aliis partem affirmatiuã, aliis partem negatiuam defendentibus. Qui à parte affirmatiua ſtabant, dicebant conſtitutionibus, ad verificationem alicuius conſuetudinis requiri vt in turba inquiſitiones fierent: turbam autem non dici non poſſe niſi decem teſtium interuentione, alioquin verificari nõ aliter poſſe: idémq; eſſe de praxi & quotidiano vſu fori, qui eadem ratione qua conſuetudo quæ decuriatim probatur, probari debet. Addebãt præterea ita in vſu & praxi ſemper obtinuiſſe, ad eámque rem extare arrectum in libro ſportularum, à tribus inquiſitionum curiis pronuntiatum, idque in curiis inquiſitionũ ſupremi ſenatus haberi pro notorio. Contrà alij dicebant in maiore curiæ auditorio, aliud obtinere, ac iudicari ſolitum: in eámque ſententiam ire Tholenſis curiæ, ſimúlque ſecretioris conſilij cõſiliãrios, ſicque vulgò in dictis curiis vſurpatum multis rationibus. Primò quoniã veteribus arreſtis ac decretis dictæ curiæ, vbi de ſignificationum ſubhaſtationum præciſa forma tractatur, non erat expreſſum vt neceſſariò decem pragmatici certificatores adeſſent. Addebant etiam conſtitutione nouiſſimè promulgata, anno 1550. nõ requiri decem certificatores, nec certum nũmerum præciſe deſignari. Ait textus quòd, vbi numerus teſtium non adicitur, etiam duo ſufficiunt. l. vbi numerus, ff. de teſtib. Imo e contrario expreſſè dicitur ſufficere, modò ſignificatio ſubhaſtationum fiat, faſto die dum actiones exercentur, & quod non dixit prætor, nos dicere non debemus. Tertiò dicebant multa in hoc regno tribunalia in quibus decem pragmatici non reperiantur: idcircóque futurum vt in iis ſignificari ſubhaſtationes non poſſent. Si excipiatur euocãdos eſſe ex præfecturis vicinoribus, id eſſet contra conſtitutionem: præterea dici poſſet, pragmaticos aliorum iudiciorum, non ſatis percipere ſtilum & vſum fori in quo nec verſati eſſent, nec praxim exercuiſſent: quia quælibet curia poteſt habere ſtylum particularem, Bald. in l. fin. C. quæ ſit longa conſuetudo.

Addebant ad probandam notorietatem ſtili, non requiri decẽ teſtes, ſed ſufficere quatuor aut ſex, imò duo duntaxat ſi plures in curia non eſſent: quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. c. nouit. de iudiciis. l. vbi numerus. de teſtib. Quando autem tex. plures quàm duos teſtes exegit in aliquo negotio, expreſsis verbis id ſignificauit. vt in l. hac conſultiſsima. C. qui teſtam. fac. poſſunt, & in l. fin. C. ſi cert. pet. in l. fin. §. fin. C. de codicillis. Poſſe autem ſtilum & vſum duobus teſtibus probari, tenet Cynus in l. ij. C. quæ ſit longa conſuet. in x. col. verſ. ſecundò quæritur quomodo probetur. Ang. & omnes in §. ex non ſcripto. inſtit. de iur. nat. gent. & ciui. Bart. in l. iiij. ff. de teſtibus. Bald. in l. j. in fin. C. vt quæ deſ. aduo. Alexan. de Imo. in conſil. xiiij. incip. Redemptoris noſtri. & viſo proceſſu. in principio. in v. lib. vide Felinum in c. ij. in vj. col. de reſcript.

Præterea addebant, quanuis ante redactionem conſuetudinum, quoties de probatione conſuetudinum per teſtes agebatur, eiuſmodi probatio decuriatim fieret: id tamen neceſſarium nõ fuiſſe ex iuris ciuilis diſpoſitione, aut conſtitutionibus: ex contrario poſſe conſuetudinem per duos teſtes probari ex diſpoſitione iuris cõmunis, vt copioſè traditur per Cynum in d. l. ij. C. quæ ſit long. conſuet. & per alios in locis ſuprà allegatis: ſufficeréque teſtes deponere bis vel ſæpius vidiſſe ita iudicari. iudicio contradicto, eſſe concordes in tempore, & in actis, vt latius per Alexã. de Imo. cõſi. xlv. in ij. lib. de quo eſt gloſſ. ſingularis in l. nemo. in verb. magiſtratus. C. de ſenten. & interloc. omn. iud. & in cap. cum cauſa. de re iud. & tex. cum gl. in l. cùm de conſuetudine. ff. de legib. De quo per Panorm. in cap. abbate ſancti Stiuani. de verb. ſign.

Certum quidem eſſe probationem quæ decuriatim fit eſſe certiorem & apertiorem: non tamen ſequi, quòd conſuetudo per teſtes probari non poſſit. Imo poteſt probari per communem famam iudice inquirente ex officio, vt concludit Alex. de Imo. in d. conſi. xiiij. in princip. in v. lib. vbi refert Cynũ hoc dicentem in d. l. ij. C. quæ ſit long. conſ. Bart. in l. iiij. ff. de teſtib. per textum in l. 3. eod. tit. & Anthon. de Butrio in cap. fin. in pen. col. de conſuetud. Addebant conſtitutiones nuſquam de inquiſitionibus decuriatis verba facere, nec legibus quicquam de iis tradi: ſed procedere ex inuentione pragmaticorum, vt ex pluralitate teſtium maior fides probationi habeatur. Ad huius rei probationem arreſto ſupremæ curiæ definitum eſſe, per conſtitutionem quæ plures quàm decẽ teſtes de viuo facto examinari prohibet, ſi decuriatim inquiſitio fiat, turbam vnius teſtis depoſitioni tantùm æquari, adeò vt liceat in vna eadémque lite plures turbas facere, cùm tamen in ſingulis turbis decem teſtes requirantur.

Sed quid ſi proſcriptio fundi fiat vi arreſti aut

Digitized by Google

executorij ſupremæ curiæ, vt quotidie vſuuenit,aut vi ſententiæ aut iudicati recuperatorum palatinorum, vt ſæpe accidit:an neceſſe erit ſignificationem proſcriptionis fieri in ſupremæ curiæ auditorio dū actiones exerceantur, aut in auditorio palatinorum? Minimè. Sed fiet ſignificatio coram iudice ordinario prędiorum proſcriptorum,vt conſtat arrecto & decreto curiæ ex die decima Februarij,1532:quo definitur in ſubhaſtationibus prædiorum ſitorum in præfectura Pariſienſi, de quibus erit quæſtio apud recuperatores palatinos,ſignificationem faciendam eſſe coram præfecto Pariſieſi in iudicio,& faſto die: itaque obtinet & vſurpatur in praxi de prædiis ſitis apud Pictauienſes, Andegauos & alias præfecturas & dioceſes huius iuriſdictionis: idémque de ſubhaſtationibus quæ fiunt vi condemnationis iudicum & commiſſariorum datorum.

Notandum diligenter ad curam inſtitoris auctionarij pertinere vt ſubhaſtationes ſignificentur: deberéque continuò poſt perfectas proclamationes curare vt actus ſignificationis libello renuntiationis ſubhaſtationum adiungatur ſub ſigillo iudicis, qui eas ſignificauit, antequàm iis vti poſsit, aut eas perſequi ſub pœna nullitatis. In eámque rem eſt expreſſa conſtitutio Regis Franciſci, anni 1539.art.79.

SVMMA.

1 *Addiſſio ex decreto cum onere actionis quæ ſuper petitorio mota eſt.*
2 *Hæc conſtitutio contraria conſtitutioni promulgatæ,anno* 1539.

In hæc verba, *Et apres que le proprietaire,&c.ſeront les oppoſitions à fin de diſtraire ou annuller preallablement vuydées.*

CAP. XXVI.

SANCTISSIMA eſt,& rationi conſentanea hæc conſtitutio: nam alioquin nunquam reperiretur licitator, aut emptor prędij proſcripti,niſi certus eſſet de eo quod emit, priúſque oppoſitiones ad fines diſtrahendi deciſæ eſſent, cognitúmque ac iudicatum, an prædium proſcriptum totum vel pro parte ſit proprietarij aduerſus quem proſcribitur. Idcirco perquam neceſſe eſt,prius oppoſitiones ad fines diſtrahendi iudicare, quàm addictionem progredi, ne ſub ſpecie authoritatis iudicialis qua prędium diſtrahitur,quiſpiam decipiatur: quod accideret, ſi poſt addictionem vni factam, in alterius commodum diſtraheretur, iudicando oppoſitionem ad fines diſtrahendi poſt interpoſitionem decreti.

Verùm qua ratione conueniet hæc conſtitutio cùm arreſtis antehac pronuntiatis, quibus iudicatū
1 eſt, poſſe † procedi ad addictionem decretalem alicuius prædij proſcripti ſub onere litis quæ ſuper petitorio mota eſt,cuius definitio adhuc pendet ratione prædij ſubhaſtati? De hoc extat arreſtum ex die 14.Decembris,1536.inter dominam Anthoniam du Pallieu,& D.Ludouicum Lucas equitem, dominū de Courcelles, ratione feudi d'Aigreuille:quo pronuntiatum eſt, addictionem ex decreto rerum proſcriptarum faciendam ſub onere litis petitoriæ. Aliud conſimile arreſtum inter Decanum & capitulū Altiſsiodorenſe,&magiſtrum Germanum de Germoy.ex die 23.Decembris,1539.

Magna fuit anthac quæſtio, de vlterius progrediendo ad addictionem prædij ſub onere litis petitoriæ: nemo enim reperitur qui ea conditione auctionetur, ne poſtea res euincatur,pretiúmque perdat. Ideò cauti litigatores, aut potius deceptores, cùm ſe multo ære alieno premi animaduertebant, ſuorúmque prædiorum imminere ſubhaſtationem, litem petitoriam mouebunt:ea ratione nemo ad licitationem audebat accedere:item nōnulli ſæpe ſuſcitabant opponentes ad fines diſtrahendi, vt addictionem morarentur ac impedirent. Cui malo vt medicina fieret,additus eſt articulus,81. Cōſtitutionum Franciſci Regis, publicatarum,anno 1539.Cuius verba ſequuntur.

Que par les oppoſitions à fin de diſtraire,ne ſera retardee l'adiudication par decret, s'ils ont eſté ſix ans auparauant que de intenter leurs actions, ſur leſquelles ils fondent leurs diſtractions, à commencer depuis le temps que preſcription aura peu courir: & neantmoins en verifiant leurs droicts,ſeront payez de leurſdits droicts ſur le pris de l'enchere,ſelon leur ordre de priorité & poſteriorité.

At † dicta conſtitutio huic omnino aduerſatur, 2
qua traditur ante addictionem definiendas eſſe oppoſitiones ad fines diſtrahēdi. Neque verò vnquam vllus fuit vſus aut praxis dictæ conſtitutionis anni 1539. quod animaduerterim: hácque abrogatur qua ei incommodo ſatisfactum eſt: quod autem ad lites petitorias attinet, poſtremus harum conſtitutionum articulus ſatisfecit, vt in dicto articulo pluribus docebitur.

SVMMA.

1 *Quæ ſpecies oppoſitionis primo loco indicari debeat.*
2 *Oppoſitiones ad fines annullandi ſunt diuerſæ.*
3 *Lex à diuo Pio,abrogata in Gallia.*
4 *Proſcriptiones factæ pro re indebita, uſque adeò ſunt nullius momenti, vt opponens pro ſuo debito ſubrogari non poſsit.*

In hæc verba,*Ou annuller.*

CAP. XXVII.

NOTANDVM eſt oppoſitiones ad fines annullandi primum omnium eſſe decidendas.† Si enim ius dicendo ſuper op- 1
poſitiones ad fines annullandi,ſubhaſtationes nullę pronuntientur,non eſt vlterius progrediendum: omnia corrunt & ad nihilum rediguntur ac ſi nunquam contigiſſent,ac de integro ad nouam miſsionem in poſſeſsionem & proſcriptionem eſt procedendum. Animaduertendum eſt interceſſores ad fines annullandi fere eſſe proprietarios, aduerſus quos ſit proſcriptio, quique addictionem ſuorum prædiorum ex decreto impedire volunt. Hæ oppoſitiones † ad fines annullandi ſunt in multiplici dif- 2
ferentia:nonnunquam enim formam,nonnunquam rem ipſam ſpectant: formam,quoties proprietarius allegat rationes nullitatis, dicítque ſubhaſtationes non ritè factas, continuatáſque per ſpatium quater quatuordecim dierum, aut aliter pro ſtylo & praxi regionis: aut non præceſsiſſe præceptum de ſoluendo perſonæ aut domicilio ſignificatum: aut realem occupationem non interueniſſe,curatoríſque dationem, vt exigit conſtitutio:aut ſubhaſtationes eſſe in aliqua alia forma aut ſolēnitate imperfectas. Quinimò

imò alius præterea modus olim obtinebat, quando proprietarius dicebat non fuisse perquisita & excussa bona sua mobilia, sed recta via apparitorem prædia cepisse: verùm hodie constitutione Regis Francisci, anni 1539. art. 74. Hic modus nullitatis sublatus est. Ea enim constitutione expresse traditum est, in omnibus executionibus quibus præceptum de soluendo interuenit, non fore necesse, ad validitatẽ subhastationum aut alterius occupationis aut missionis in possessionem personarum aut bonorum, procedere ad perquisitionem mobilium: sed sufficere præceptum de soluendo personæ aut domicilio
3 prius factum. Adeò vt per dictam constitutionem † l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. sit antiquata in hoc regno. Id introductum est ad inhibendas fraudes eorum qui mobilia sua subtrahebant.

Aliæ præterea sunt rationes nullitatis quæ in materia consistunt: veluti quando proprietario intercedenti dies dicitur, vt proferat causas oppositionis, aut rationes nullitatis, aut addictioni interest, & pro causis appositionis dicit subhastationes esse nullas tanquam pro non debito factas, exhibétque apocham, & solutionem factam ante captionem pignorum summę, cuius ratione subhastationes celebratæ sunt aut in promptu per testes probare offert, quod ei concedi debet. Quòd si solutionem probet, sine dubio subhastationes nullius sunt momenti, debétque emptitor proscriptionum mulctari in expensas, damna & interesse: & quanuis exortus sit aliquis op-
4 ponens pro vero debito: † non tamen subrogabitur persecutioni subhastationum quæ pro non debito celebratæ sunt: sed cogitur ad nouam missionem in possessionem & proscriptionem confugere pro suo debito, si videatur.

SVMMA.

1 *Omnes addictiones tacitè fieri intelliguntur sub onere census.*
2 *Dominus censualis præfertur omnibus ratione reliquorum census.*
3 *Onera quæ ratione fundi debentur sunt varia.*
4 *Huic constitutioni non est locus, quando de ædificio in vrbe muris septa agitur.*
5 *Omnes anni reditus constituti & assignati super ædificijs vrbium clausarum, redimi possunt.*
6 *Priuilegium ciuibus Parisiensibus concessum.*

In hæc verba, *Et pareillement les oppositions pour les charges foncieres.*

CAP. XXVIII.

VIDETVR superflua hæc clausula huius cõstitutionis. Necesse enim nõ est subhastationibus interuenire pro cẽ-
1 su, aut tenuta feudali, † quia omnes addictiones, fieri intelliguntur cum onere census domino debiti, siquidem sit prædium feudale, quanuis nulla eius mentio fiat in decreto, quoniam aliter vẽditio perfici potest. tot. tit. in rubr. & nigr. C. sine sẽsu & reliquis fund. cõp. nõ pos. toto tit. de cens. ff. Nec valeret pactum contrarium in decreto vel venditione appositum. l. 2. C. sine censi. & reliquis. l. inter debitorem. ff. de pact. cum aliis. Ratio, quia census & ius feudi semper sequitur prædium, eiúsque possessorem. l. omnes. C. sine cens. & reliq. l. 2. C. de alluuio. l. fin. C. de præd. & al. reb. mino.

Notúmque & vsu comprobatum est, in omnibus addictionibus ex decreto, prima duo esse onera quibus res addicitur, esse vt sumptus subhastationũ, & iura dominica & feudalia præstentur, quanuis nulla de iis in subhastationibus facta fuerit mentio. l. etiam. ff. qui pot. in pig. hab. in his verbis, Ita tamẽ vt potior causa domini soli sit, si non soluatur ei salarium. l. quoties, vers. erit sanè. C. de rei vind. in his verbis, Ita tamẽ vt sumptuum ratio habeatur. l. grege. §. & in superficiarijs. ff. de pign. cum aliis simil. Adeò quidem vt suprà dictis decisionibus, † Dominus census omnibus aliis interuenientibus præferatur, ratione reliquorum census, si quæ ei debeantur, modò eorum nomine interuenerit. Quanuis enim ratione census non sit necessaria oppositio, si tamen aliqua petantur, eorum nomine est interueniendũ alioquin emptori fraus fieret, qui præsumere debet census quotannis pendi die iudicata, metu mulctæ. Quòd si adiectũ id non sit, subintelligi debet. Sciendum verò est alia quoque fundi † onera esse præter 3
ius census & feudi, cuius generis est, reditus quod domino fundi penditur, & quod locationis prædij nomine post primum censum præstatur: sicque intelligenda est hæc constitutio in hoc casu: adeò vt si quis sit opponens ratione reditus domino fundi debiti, aut ratione locationis prædij, prius hæc oppositio sit dirimẽda, quàm addicatur fundus: cuius oppositionis ratione ius dici potuit etiam post addictionem, vt antea. Huius tamen constitutionis hæc fuit ratio, quia eiusmodi oppositiones, mirũ in modum licitatores morãtur, reique pretium valde minuunt: & si fortè contingat non deberi, multo maiori pretio fundus proscriptus vænit: † hæc tamen 4
cõstitutio in hoc articulo nullius est momenti, maximè ratione ædiũ quę in vrbib' clausis, aut earũ suburbiis sitæ sunt: quarum ratione duo extant edicta & constitutiones, quibus, omnes † reditus ædificiis 5
vrbium aut suburbiorum impositi, facti sunt redimibiles, etiamsi ecclesijs debeantur. Primum horũ edictorum publicatum fuit in curia suprema, die quinta Februarij, anno 1539: posterius verò die 18. Iunij 1554.

Ad hanc autem quæstionem sciendum est, veterem extare cõstitutionem Regis Caroli septimi, quę insecta est articulo decimosexto cõstitutionum, anni 1441. dicti Regis Caroli septimi, publicatarum in suprema curia, die vicesima prima Ianuarij, eiusdem anni 1441: & in comitio Parisiensi die Prima Februarij sequenti: eodem anno, cuius articuli verba hæc sunt.

Item que toutes manieres de rentes constituees par achapt & pris d'argent, par assensement, partages faicts entre coheritiers, ou autres, par dons, legs, ou autremẽt en quelque maniere que ce soit, sur les maisons & possessions, qui selon ledict priuilege se peuuẽt crier & subhaster, si depuis ledict assensement, partages, dõs, ou legs, elles ont esté vendues, ou transportees de main en autre: à quelques personnes qu'elles appartiennẽt, soient Eglises, Colleges, ou autres personnes, les proprietaires d'icelles maisons & possessions, qui sont à present, ou qui seront pour le temps à venir, les pourrõt rachepter: c'est à scauoir au denier douze monnoye courant à present, quelque pris que lesdictes rentes ayent esté vendues ou achetees.

Notandum itaque est hanc cõstitutionem intelligendam in casu speciali, nempe de reditibus præstandis super ædificiis Parisiensibus, vagis ac ruinosis, quæ proclamantur virtute priuilegij ciuium qp tamen multi voluerunt referre, ac interpretari de

Digitized by Google

omnibus reditibus fundorum, exiſtimantes toties redimi poſſe reditum duodecimo nummo quoties dictus reditus in alterius poteſtatē redigitur, quod eſt falſum. Quinimo textus articuli ſupradicti manifeſtē id arguit, in his verbis, Super domibus ac poſſeſſionibus, quę pro tenore priuilegij proſcribi poſſunt, &c. Itaque non eſſet æquum, vt propter mutationem dominij reditus redemptionis priuilegium minueret, aduerſus partium conuentionem expreſſam, inſtrumentúmque cōſtitutionis dicti reditus: neque enim ita hæc conſtitutio niſi à fatuis pragmaticis intellecta eſt.

6 Vt autem intelligatur quale ſit hoc ciuium † Pariſienſium priuilegium, & ſubhaſtationes, quę ipſius virtute celebrantur, ne tādum eſt, Imm̄s bellis diuturnis quæ temporibus Regis Ioannis, regúmque Caroli quinti & ſexti viguerunt, aduerſus Anglos, Nauareos, & Burgundos, & poſt captam Lutetiam Pariſiorum, occupatámque ab Anglis per octodecim annos, videlicet ab anno 1413. vſque ad annum 1436. vt ex chronicis cōſtat, & libris curiæ ſupremæ: Regem Carolum ſeptimum, poſt expulſos Lutetia Anglos, vrbem Pariſiorum ita proſtratam, exciſam hac inhabitatam comperiſſe, vt maior ædificiorum pars euerſa eſſet, nec quiſquam proprietarius ſeſe offerret qui diceret aut dicere auderet eas ædes ſuas eſſe, ne reliquationes onerū prędialiū exoluere cogerentur, quæ à tēpore quo bella viguerant, & vrbs ab Anglis occupata erat debebantur, à quo tempore plerique proprietarij ſeceſſerant, atque interea deceſſerant è viuis, paucique reuerſi erant qui non habebant vnde edificia reficerent aut inſtaurarent, aut reliqua perſoluerent: quoniam nemo conductor inueniebatur, nec alia ratione vtilitatem inde percipere poterant. Ob id domini fundorum apud Regē conquerebantur, non poſſe reditus annuos percipere vrbem, ruinam ac excidium minari, non habere ſe quem conuenirent, bonam ædium partem vacuā ac ruinoſam eſſe propter incertitudinem dominorum: nec audere dominos fundi aliis eas domus tradere qui eas reficerent aut rēædificarent, annuúmque cenſum, ſupercenſum, aliáque onera continua ſerie perſoluerent. Ad hæc viſum fuit, vt ruinæ & excidio vrbis obuiam iretur, renouandum eſſe ciuibus Pariſienſibus antiquum priuilegium, quod vocatur Priuilegium Burgenſium, quod aliquando ipſis conceſſum fuerat à Rege Philippo eius nominis primo, cuius hæc ſunt verba,

PHilippus Dei gratia Francorum Rex. Nouerint vniuerſi, præſentes pariter & futuri, quòd cùm ciues noſtri Pariſienſes ſupplicaſſent nobis, quòd nos ordinaremus & ſtatueremus certum terminum, infra quem illi, quibus debētur incrementa cenſuum, vel redditus, poſſent aſsignare ad domos & poſſeſſiones, & earum pertinentias ſitas Pariſiis, vel eius ſuburbiis, de quibus eiſdem ciuibus debētur incrementa cenſuum, & redditus de eiſdem, quando domus vel poſſeſsiones huiuſmodi ſunt vacuæ, & ad hoc redactæ, quod non poſſunt ipſi ciues ibi percipere cenſus & redditus ſuos aut poſſeſſores earundē domorum vel poſſeſsionum, ſunt deficientes in ſoluendo cenſus & redditus, dicendo quod plures domus corruerant, & ruina deteriores erant redditus in villa Pariſienſi, & eius ſuburbiis, & loca remanſerant vacua, & plures poſſeſsiones inanes erant & vacuæ, quæ non eſſent, ſi illi quibus cenſus & redditus de eiſdem debentur, poſſent ad domos vel poſſeſſiones proprias aſsignare. Nos ipſorum ciuium indemnitati, & totius villæ Pariſienſis, quod ex hoc diffor matur immundiciis & ruinis, commoditati prouidere volentes, penſata etiam circa hoc publica vtilitate, ordinamus & ſtatuimus, quod illi ſeu aliqui eorum, quibus cenſus vel redditus huiuſmodi debebantur, per vnum annum continuum ter in ipſo anno continuo, videlicet in craſtino omnium Sanctorum, in octauis Natiuitatis Domini, & *in octauis* Pentecoſtes, citabuntur, vel ad iudicium vocabūtur ad locum, vel in loco, vbi cenſus vel redditus debētur, in cuiuſque dominio vel transfundo exiſtant illi, vel illæ, qui domos vel poſſeſsiones huiuſmodi poſsidebunt, coram noſtro præpoſito Pariſienſi, & in præſentia fide dignorū, in Caſtelleto, & ibi monebunt eoſdem, quod ſoluant arregaria, vel ponant illas domos, vel poſſeſsiones in tali ſtatu, quòd illi quibus cenſus vel redditus debentur, poſsint capere pro cenſu ſuo & redditu, & pro arreragiis: & fiant citationes per quadraginta dies ante diem litis: & erit citatio ſufficiens, quæ fiet ad locum, vel in loco vbi cenſus vel redditus debebuntur, vel in Caſtelleto. Et ſi citati non veniant, vel mittant ſufficienter, quanquam ſint abſentes, vel extra patriam, noſter præpoſitus Pariſienſis reputabit eos contumaces: & ſuper cōtumacia illa, vel contumaciis, aut ſuper monitione, vel monitionibus, dabit literam ſuam ſigillo præpoſituræ Pariſienſis ſigillatam, in qua continebitur maior pars illorum, qui erunt præſentes in monitione prædicta, & nocebit eis contumacia, vel contumaciæ, eo modo quo nocet monitio, ſi facta eſſet coram præpoſito Pariſienſi, & in præſentia eorundem. Et monitionibus ſic factis, vel contumaciis habitis, nomine prędicto, ſi poſſeſſores vel proprietarij dictarum domorum & poſſeſsionum, antedictorum locorum, non ſoluerint arreragia dictorum cenſuum & reddituum, & poſuerint eaſdem domos vel poſſeſsiones in tali ſtatu, quòd cenſuarij poſſent ibidē capere pro arreragiis cenſuum & reddituum prædictorum, in continenti prædicto anno elapſo amittent totum ius ſibi competens ibidem, aut competiturum, nec extunc poterunt ibidem ratione prædictorum, ius aliquod reclamare: & nihilominus illi, quibus cenſus debebuntur vel redditus, poterunt exigere & petere ab illis, qui fuerunt proprietarij, arreragia ſuorum reddituum, & cenſuum, eo modo, quo exigere aliàs conſueuerunt. Præterea ex clauſis prædictis ſtatuimus & ordinamus, quòd ſi plures ſunt, qui cenſus ſuper cenſus, alióſve redditus habebunt, ſed ius aliud in locis, ſeu domibus prædictis ruinoſis, vel per annū vacuis, abſq; denariorū ſolutione, & aliqui, ſeu aliquis ipſorum cenſus, cæterorum ius habentes, quandocunque ipſos monuerint, ſeu moneri fecerint, & vocari ad iudicium coram noſtro præpoſito Pariſienſi per interualla prædicta, & requiri, prout eſt ſupra inter cenſuarium & proprietarium ordinatum ſeu ſtatutum. Et dicti cēſus, ſuper cēſus, redditus, ſeu ius aliud, vt dictū eſt, habentes, ſic citati vel moniti nō venerint, ſeu cōparuerint ſufficienter ad hoc, quod poſsint inter ipſos de prædictis diſcuti, & fieri quod fuerit rationis, ꝙ extunc anno elapſo priuentur omni iure, quod habebunt ratione quacunque in locis, ſeu domibus prædictis: volentes quantum ad priuationem omnium iurium prædictorum, quòd illud quod eſt ſuperius ordinatum, ſeu ſtatutum inter proprietarium & cēſuarium, indeficientes, ſeu facientes ſic vocatos ſeu monitos inter cęteros inhabentes, vendicare ſibi locum. Quæ vt robur perpetuæ ſtabilitatis obtineant, præſentem paginam ſigilli noſtri munimine, ſaluo in alijs iure noſtro, & quolibet alieno, fecimus roborari.

rari. Actum Parisiis, anno incarnationis Domini milleſimo trigeſimoquarto, menſe Nouembri.

Huis priuilegio olim à Rege Philippo Regis Hērici primogenito filio conceſſo, ratione ingētis ruinæ ac excidij vrbis Pariſienſis, quam intulerat magnorum ac diuturnorum bellorum calamitas: nouum quidpiam additum eſt propter ſimiles cauſas à Rege Carolo ſeptimo poſt diuturnam Anglorum ac Burgundiorum bella anno 1441. additique ſunt multi articuli conſtitutionum quibus dictum priuilegium exponebatur, qualiſque eius vſus ac praxis eſſet quáque ratione redimendi eſſet reditus dictis ædificiis vrbanis impoſiti, vt ipſius vrbis ruinæ obſiſteretur: quoniam proprietarij domus deſerebant pro reditibus: quæ conſtitutiones publicatæ inſcriptæque fuerunt in dicta curia, & in libris curiæ rationum die vltima eiuſdem menſis & anni, & in libris Præfecturæ Pariſienſis, die prima Februarij ſequentis. Notandum eſt proſcriptiones vi huius priuilegij non poſſe celebrari niſi de ędificiis vrbis Pariſienſis, quæ ruinoſa vacuáque ſunt, quorum proprietarij non extant, aut quorum onera proprietarios iis cedere compellunt. Huius autem generis nulla amplius Dei optimi maximi beneficio, extāt. Ideóque nullum amplius locum eiuſmodi proſcriptiones ſibi vendicant: ſed in vſu ſunt tantùm proſcriptiones quæ quater quatuordecim diebus celebrantur: quæ ſunt frequentes & ordinariæ proſcriptiones, in quibus obſeruanda eſt deinceps harum conſtitutionum forma, vt vbique alibi per totam ditionem curiæ ſupremæ Pariſienſis.

SVMMA.

1 *Seruitutes reales ſunt onera fundo inhærentia.*
2 *Tutius eſt interuenire ſubhaſtationibus conſeruādæ ſeruitutis realis cauſa.*
3 *Vtrum ſolennitas decreti probetur per verba narratiua.*
4 *Minor aduerſus decretum duobus caſibus reſtituitur.*

In hæc verba, *Charges foncieres.*

CAP. XXIX.

SED quid de ſeruitute reali, cuius nomine oppoſitio celebrabitur: an eiuſmodi oppoſitio habebitur in numero onerum fundo inhærentiū, adeò vt ſit locus huic conſtitutioni, priúſque dirimenda ſit, quàm addictio prædij ex decreto fiat? Puta, Ædes proſcribuntur, vicinus opponit vt ſibi conſeruetur ius ſeruitutis aditus & exitus per ianuam & fores ipſarum ædium, quæ eſt ſeruitus vię & itineris: vel forte petit ſeruitutē areæ cōmunis, aut aquæ hauſtus in puteo dictarum ædium quoties libuerit, aut dicit ædes venditas debere ſibi ſeruitutem cloacæ, aut aliam ſeruitutem realem, vt puta tigni immittēdi, vel ſtillicidij, vel aquæductus, vel luminum, vel altius non tollendi, aut aliam eius generis: † omnes eiuſmodi ſeruitutes ſunt reales, ac vera onera prædialia, & debentur à re rei, videlicet à fundo ſeruiente fundo dominanti. Nemo enim poteſt ſeruitutem acquirere vel vrbani vel ruſtici prædij, niſi qui prædium habet: nec quiſquam debere, niſi qui habet prædium, vt dicit textus in l. j. ff. communia præd. Et hæ ſeruitutes minuunt maximè æſtimationem fundi ſeruientis: adeò vt quiſpiam libenter empturus ædes, ab earum comparatione dimoueatur, ſi intelligat eas vicino debere ſuruitutem aditus & exitus per fores, aut iter per aream, aut viam ad puteum: putabit enim ſe in ſuis ædibus abſolutè dominum non eſſe, aut fores ſemper apertas relinquēdas, nec liberū ſibi fore ſuis ædibus pro libito vtendi. Idcirco ſuadeo, ſi quæ ſint eius generis oppoſitiones in proſcriptionibus prædij, inter onera fundi eſſe habendas, iudicandáſque ante interpoſitionem decreti: quia ſine dubio fundus longè pluris aut minoris poſtea væniet: Secus eſt, quando oppoſitio interuenit ratione reditus tantùm aut hypothecam: nam pro pecunia redimitur, at verò eiuſmodi ſeruitutes antiquæ, & longiſſimo tempore cuius non extat memoria præſcriptæ, aut impoſitæ per diuiſiones inter cohæredes factas, nunquam redimi poſſunt, niſi voluntate eorum quibus debentur.

Sed quid, An neceſſe eſt opponere ſubhaſtationibus rationum eiuſmodi ſeruitutum realium? Non videtur, vt tradit expreſſè textus in l. cùm fundus. ff. commun. præd. cuius hæc ſunt verba, Cùm fundus fundo ſeruit, vendito quoque fundo, ſeruitutes ſequuntur: ædificia quoque fundis, & fundi ædificiis eadem conditione ſeruiunt: & in ſpecie deciditur in l. via conſtitui. §. ſi fundus ſeruiens. ff. de ſeruit. ruſt. præd. cuius hæc ſunt verba, Si fundus ſeruiens, vel is cui ſeruitus debetur, publicaretur, vtroque caſu durant ſeruitutes, quia cum ſua conditione quiſque fundus publicaretur: ad idem text. in l. cum fundo, eod. tit. & l. neque. ff. quemadmod. ſeruitus amitt. cuius hæc ſunt verba, Neque vſusfructus, neque iter actúſve domini mutatione amittitur. Tamen re proprius perpenſa, omnes ſupra dictæ leges loquuntur in ſeruitute reali ruſtica. Itaque ſuadeo tutius fore, opponere ratione eiuſmodi ſeruitutum † 2
realium, quæ ſuper ædibus vrbium aut ſuburbiorum petuntur, quandiu publicantur, vt omnis quæſtio tollatur.

Quid ſi decreto exprimatur in narratiuis, proclamationes factas quater quot quartodecimo die, aut aliter pro forma regionis, debitóq; modo ſignificatas, decretúmque interpoſitū: nec tamen conſtet de eiuſmodi proclamationibus, nec de ſignificatione, niſi per verba narratiua decreti? Gloſſa in l. j. C. de fid. inſtru. & iur. haſt. fiſca. lib. x. in verb. Omni ordine, † dicit quòd ſolennitas decreti probatur per 3
verba narratiua, & quòd ſtandum erit ſcripturæ, quæ dicit ſolennitates interueniſſe, niſi contrà probetur, arg. l. cum precibus. C. de probat. & qui obiicit defectum ſolennitatis, probare debet. l. ab ea parte. ff. de probation. Econtrario, non creditur ſententiæ de actis cauſæ, niſi de illis conſtet. c. fin. de probat. in antiq. Et ſolennitas extrinſeca regulariter non præſumitur, niſi probetur. l. quicunque. §. fi. ff. de publician. l. ſciēdum, vbi glo. ord. ff. de verb. obligat. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. eod. tit. cū aliis. Hæc quęſtio frequenter incidit: aduertendúmque eſt an decretum ſit certum recentérque interpoſitum, ſiue per ſententiam à qua prouocatum eſt, aut arreſto aduerſus quod impetrati fuiſſent codicilli regij in formā ſupplicationis ciuilis ſuſpenſum: ſi is qui conqueritur de decreto, & addictione nuper facta, dicitque non ritè peractas proclamationes. & & ſignificatas, programmata affixa, aut alias ſolennitates obſeruatas quas ſigillatim deſignat ac docet: iſque qui decreto vtitur, recenter interpoſi-

Digitized by Google

to, & qui acta omnia in promptu præ manibus habere debet vt decretum comprobet, ea non exhibeat : eo casu ferenda sententia est in fauorem prouocantis, siue actoris in supplicatione ciuili, antiquandúmque decretum. Sin verò sit decretum ante quinque, sex, decem, viginti annos interpositum, vt sæpe contigit prouocationes interuenire decretorum multo ante iudicatorum, ratione prætermissarum solennitatum post tantum temporis spatium, diuturnámque possessionem vi decreti, mortuósque licitatores quibus res addicta est: actáque deperdita: hoc casu præsumendum est pro decreto, & pro solennitatibus, ex narratiuis decreti, propter diuturnitatem temporis, propter quam præsumitur solennitas extrinseca præcessisse. per tex. quem Ang. reputat singul. ad hoc in l. si filius. C. de peti. hæred. Facit tex. in l. qui in aliena. in versi. sed & si non audierit. ff. de acquir. hæred. Tenèt Alexand. de Imo. & communiter omnes. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. Host. Ioan. And. & communiter can. in cap. Albericus. de testib. & in cap. illud. de præscr. & in c. continebatur. de his quæ fin. à præla. si cons. cap. & in hac specie concludit Ias. in d. l. sciendum. in vij. col. versic. septimo, limita : vbi limitat iudice faciẽte actum iudicialem, vel interponente decretum, quòd tunc præsumitur solennitas extrinseca intercessisse. pro hoc alleg. text. in l. ab ea parte. ff. de probat. & in l. ij. C. de offic. ciuil. iud. & in c. sicut. & in c. cum inter. de ge iud. & in c. in præsentia. de renuntia.

4 † Quid de minore, an restituatur aduersus decretũ prætextu minoris ætatis? Dic quod non, nisi fraus interuenerit, vel enormis læsio. Vide glo. magnam in l. fi. C. si aduer. vendi. pign. & ibi Cyn. & alios. Vide Innocen. in c. dudum. de reb. eccle: non alie. in verbo Tractatus: regulariter enim non restituitur, si interuenerit tutor vel curator, l. quicũque. C. de fide instru. & iur. hast. fisc. Sed datur ei regressus contra tutorem, si læsus est minor. dict. l. fi. C. si aduersus vend. pigno.

ARTICVLVS VI.

OVe incontinent apres que les oppositions à fin de distraire, ou d'annuller ou pour charges foncieres, auront esté vuydées, soit par mesme iugemẽt ordonné, que le decret sera adiugé au quarantiesme iour ensuiuant, sauf apres l'adiudication, à discuter des autres oppositions, pour debtes personnelles, ou hypothecques, si aucunes en y a.

SVMMA.

1 *Dilatio à lege concessa, non potest à iudice anteverti.*

2 *Iudex ex causa potest dilationem legis prorogare.*

3 *Tempus additionis ex decreto, vnico casu erat peremptorium siue præcisum.*

In hæc verba, *Au quarantiesme iour.*

CAP. XXX.

NOtandum est hunc terminum quadraginta dierum, esse terminum aut dilationem introductam ad auctiones proponendas ab iis qui auctionari aut licitari volent. Ei enim qui plurimi licitabitur, die quadragesimo prædium proscriptum addicetur : nec quisquam elapso quadragesimo die ad auctionandum admittendus est, quamuis plus offerat, text. & ibi Bart. in l. si tempora. C. de fid. instrumen. & iur. hast. fisc. lib. x. † Quòd si iudex addicere fundum vellet ante dictum quadragesimum diem præfinitum addictioni, id efficere non posset, quin si quis ad auctionandum pluris accedat intra quadragesimum diem iure posset postulare rem proscriptã sibi addici : quia quando statuitur à iure certus terminus ad aliquid faciendum, talis terminus non potest præueniri, vt notat Bald. in l. fin. col. j. C. qui admitti ad bon. poss. possunt. 1

In hanc rem vidi sæpe quæstionem moueri, an iudex possit prorogare terminum à se præfinitum addictioni prædij ex decreto, postquam per affixa publicatum est, tali die in auditorio ciuili Castelleti addictionem horum vel illorum prædiorum ex decreto plurimi licitanti faciendam, vt fieri moris est vt licitatores certiorentur eóque conueniant. Bartolus mouet hanc quæstionem in d. l. si tempora: dicítque, † quòd iudex ex causa potest augere seu prorogare terminum, sæpéque ex magna causa vidi vsurpari: veluti quando die in dicta addictioni, nullus extat licitator, aut certè tam pauci conueniunt, vt proculdubio prædia proscripta addicenda essent nimium vili pretio: & hoc casu necesse erat noua programmata affigere, & eiusmodi prorogationem & protelationem de termino ad alium terminum ad addicendum fieri ex causa, euocatis ac auditis proprietariis, institoribus auctionis & intercessoribus. Id autem in gratiam rei proscriptæ fiebat, vt pluris veniret, & consequenter in fauorem institoris auctionis & opponentis, vt amplius esset vnde ipsis persolueretur: imò etiam fisco vendente id fieri potest: quia fauore fisci id fieri videtur. Ita Bart. in d. l. si tempora in princip. Sed idem Bart. in illa eadem l. si tempora, circa medium, versi. quæro vtrum post lapsum primum terminum: hoc limitat post glossam, ibi, † nisi in primo termino fuisset aliquis licitator offerens, cui ius iam esset quæsitum, per text. in l. ij. C. de locat. præd. ciuil. lib. xj. quia hoc casu tenet iudici non licere addictionem in aliam diem remittere: & idem tenet glo. in d. l. si tẽpora, in verbo, Profitereris, dicens, quòd semel tantùm facienda est addictio. Quanuis verò superioribus annis sæpe addictionum prędij protelationes siue prorogationes in praxi vsurparentur ex aliqua iusta causa, tamen vi huius constitutionis, crediderim nec posse nec debere fieri, decretúmque fore nullum, quia antehac nulla extabat constitutio qua præfinitus esset addictionis terminus, & de iure hoc erat in arbitrio iudicantis. vt dicit Bart. in d. l. si tempora, in princip. exceptis prædiis ecclesiarum quarum ratione adiecti erant viginti dies, per authen. hoc ius porrectum, C. de sacrosc. eccles. 2

SVMMA.

1 *Vetus formula, quo ad discussionem omnium oppositionum correcta.*

2 *Hæc constitutio desumpta ex stilo olim in Castelleto obseruato.*

In hæc verba, *Sauf apres l'adiudication à discuter.*

CAP. XXXI.

HÆc constitutio hoc casu corrigit † veterem formam, & placitum curiæ supremę, quo ad discussionem oppositionum in subhastationibus. Intelligendum quippe est antea Curiam supremam nunquam procedere solitam ad addictionem decreti, nisi prius ingeruenisset arrestum 1

Digitized by Google

arrestum discussionis: adeò vt hæc forma obseruaretur, nempe discussiēdas esse omnes oppositiones, cuiuscunque generis fuissent, ante addictionem: ejúsque rei extabat arrestum insigne anni 1492. cuius hæc sunt verba:

POur ce que la Cour est souuent trauaillee, tant par requestes, que par lettres Royaux, par lesquelles plusieurs tendans estre receuz à opposition aux criees faittes par ordonnance d'icelle Cour, ou en executant les arrests d'icelle, apres la discussion faitte des oppositions à icelles criees, & de la priorité & posteriorité d'iceux, & ne reste plus que d'adiuger le droict au plus offrant & dernier encherisseur: à cause dequoy les decrets des heritages criez sont longuement empeschez & retardez: la Cour a ordonné & ordonne, que aucun ne sera receu à soy opposer à aucunes criees faittes par ordonnance d'icelle Cour, ou en executant les arrests d'icelle, apres qu'elle aura cogneu & discuté des oppositions mises à icelles criees, & de la priorité & posteriorité d'icelles: mais sera l'on receu seulement à encherir, iusques à ce que le decret des heritages criez soit seellé. Et outre ordonne, que doresnauant apres que par arrest sera dict, qu'aucunes terres, rẽtes, & autres choses criees seront vendues, & adiugees par decret au plus offrant & dernier encherisseur, auant que faire la dicte adiudication, & deliurer le decret des heritages, & choses criees, & le pris auquel ils seront mis & encheris, & par qui, & que si aucun les veut encherir, il y sera receu, lequel pris ou enchere seront publiees à la barre: & sera attachee au tableau vne cedule, contenant la declaration des heritages, & desdictes choses criees: & durera ladicte cedule xv. iours, lesquels passez le iour de la deliurãce dudict decret, & le dernier pris ou enchere seront publiez en iugement au iour de la plaidoirie ordinaire, & les plaidoiries finies, se publiera à la barre. Fait en Parlement, le xvij. iour de Feurier, l'an mil quatre cens quatre vingts & vij.

Et ab eo tempore semper obtinuit in praxi illa constitutio, donec per hanc fuit correcta: & qua ratione mota curia olim eam cõstitutionem promulgauerat, eadem quoque Regem ipsiúsque consilium mouit ad contrarium statuendum. Cùm enim curia animaduerteret, anno 1492. tarditate opponentium subhastationes prorogari; vt eos incitaret, & acceleraret addictionem ex decreto, statuit neminem post discussionem admittendum opponentem, quod pro ratione temporis rectè consultum ac ordinatum erat: nam singuli creditores veriti ne arrestum discussionis pronunciaretur, néve postea tanquam opponentes admitterentur, ad proponendam suam oppositionem, eam instruendam ac ad iudicandum parandam sine mora accedebant, vt arresto discussionis continerentur. Fuitque huius constitutionis aliquandiu magna vtilitas: sed hominum crescente malitia, euenit vt hæc constitutio, quæ acclerandorum decretorum causa introducta erat, contrarium effectum produxerit. Nam proprietarij aduersus quos proscribebatur, quibus nõ vocatis nec discussio, nec addictio procedere poterat, vt discussionẽ morarẽtur, ac per cõsequẽs decretũ, excitabãt nouum quempiam opponentem à se instructum, adeò vt discussioni semper mora afferretur, & consequenter decreto: neque enim poterat addici priùs quàm discussis oppositionibus, per dictam constitutionem anni 1492. Atque eiusmodi astutiis proprietarij contra quos proscribebatur, litem auctionis producebant ad 25. & 30. annos, antequam perueniri posset ad addictionem decreti. Ex aduerso in Castelleto Parisiẽsi, aliisque præfecturis ordinariis, aduersus omnino erat stilus: nam discussio oppositionum non erat necessaria ante addictionem: sed statim perfectis subhastationibus, significatis & relatis, dies proprietario dicebatur vt interesset interpositioni decreti, fiebátque addictio ex decreto, siue præiudicio discussionis prioritatis aut posterioritatis opponẽtium tam post addictionem quàm ante: admittebantúrque opponentes donec decretum expeditum & sigillatum esset: ea ratione subhastationes & addictio ex decreto ad exitum perducebãtur nec poterant proprietarij aut alij excitare opponentes ad morandam addictionem. Postquam autem proprietarius cõtra quem proscribitur, prædium ex decreto addictum videt, sentitque se spoliatum, nihil eius interest discussionem oppositionũ morari: imò potius è re ipsius est accelerare discussionem, vt videat, an exolutis creditoribus opponẽtibus supersint nummi liberi quos auferat. Idcirco hic stilus Castelleti, quo proceditur vlterius ad addictionem ex decreto, nulla priùs discussione facta prioritatis aut posterioritatis opponentium, & sine præiudicio discutiendi pòst æquè ac antè magis expedire visus est, aptiórque esse ad sistendas moras, & cauillationes tergiuersantium, accelerandáque decreta: † quod huic constitutioni causam dedit. †

SVMMA.

1 *Lex secunda. C. de pigno. explicata.*
2 *Creditori licet prædia, siue generaliter, siue specialiter hypothecata, capere.*
3 *In executionibus admittitur concursus, non etiam in actionibus.*
4 *Sententia nullam tribuit hypothecam.*
5 *Executio super executione non valet, sed per oppositionem procedendum est.*
6 *Arrestum seu sententia tribuit hypothecam dũtaxat à die executionis.*
7 *Executio prodest tam instantibus quàm opponentibus.*
8 *Qui in executione prior est, potior est opponentibus eodem iure utentibus.*
9 *Opponens vi arresti, inter simplices creditores annumeratur.*
10 *Specialis hypotheca ratione prolationis, non præualet generali.*
11 *Specialis hypotheca eiusdem diei cum generali, potior est generali.*
12 *Generalis hypotheca non comprehendit bona restitutioni subiecta, neque prohibita alienari.*

In hæc verba, *Ou hypotheques.*

CAP. XXXII.

QVID dicendum de proprietario, cuius bona proscribuntur, qui opponentem expellere vult, quod habeat alia prædialia specialiter oppignorata, contendítque ea prius excutienda esse, quàm ad oppositionem fundi subhastati deueniat, qui generali tantùm hypotheca est ei obligatus? Verbi gratia reditum annuum centum librarum constitui super domo mea, & generaliter super omnibus bonis meis Titio. Mæuius capi ac publicari curat vineam quæ mea est, vt exoluantur sibi centum aurei coronati, quorum nomine

perſonaliter ipſi ſum obligatus. Titius ſubhaſtationibus intercedit ratione centum librarum annuarũ, & reliquorum debitorum. Contenditur non admittendum eum eſſe opponentem ſubhaſtationi meæ vineæ: quod munitus ſit alia ſpeciali hypotheca pro ſuo reditu, ex qua ſpeciali hypotheca poteſt ei plenè ſatisfieri de ſuo reditu & reliquis, ideóque per l. quãuis. C. de pignorib. non eſſe admittendum opponẽtem ſubhaſtationibus vineæ, antequàm ſpecialem ſuam hypothecam diſcuſſerit, nempe domum quam primum omnium iubere capi, proſcribi & addici debet: tum demum, ſi ex nummis ex venditione domus redactis, non ſit vnde ipſi ſatisfiat de reditu & reliquis, deuenturum eum ad opponendum ſubhaſtationibus vineæ, non anteà. Ad hanc quæſtionem profertur l. quanuis, prima, C. de pignorib. vbi dicitur, diſcuſsiendam prius ſpecialem hypothecam, quàm ad generalem deueniatur. Ad quam perſpicua
1 eſt reſponſio, quòd l. quanuis. j. † C. de pignorib. nõ loquatur nec accipiatur inter creditorem & debitorem, nec vnquam ea fuerit eius ſententia, ſed loquatur inter duos vel plures creditores: déque ea re extat arreſtũ pronuntiatũ die 20. Auguſti 1558. inter magiſtrũ Iohannem Fraciſcum, Ludouicum, & Antonium les Picots, liberos defuncti magiſtri Ludouici Picot, in curia vectigalium primi præſidis, actores in ſupplici libello, & magiſtrum Renatum Bomery, ſupplicum libellorum magiſtrum, Claudium Voyer, & Marcum du Muſſeau, reos: quo iudicatum fuit dictos Picots perſequẽtes ſolutionem octingentarum librarum annuarum, & octodecim millia librarum reliquorum nomine debitorum, cogi priùs agere aduerſus prædia ſpecialiter hypothecata ſuo reditui, eáque priùs executere, ac vendi curare: ac demum ſi non ſufficiant, poſſe ad generales hypothecas accedere. Aliud arreſtum, quo cùm dictũ Picots cepiſſent ſuorum reddituum nomine alia prædia quàm ſpecialiter obligata, dictæ Buhyer eorum prædiorum libera poſſeſsio adiudicata eſt, ipſis Picots ad ſpecialiter ſibi obligata dimiſsis: datúmq; eſt id arreſtum die decima ſexta Decembris, 1540. Ideóque non eſt ambigẽdum, quin, ſi meus debitor
2 multa prædia poſsideat, quorum † alij ſpecialiter, alij generaliter mihi ſunt obligata, poſsim quæcunque libuerit occupare ſiue generaliter ſiue ſpecialiter obligata, etiam omnia ſimul, nec cogar prius excutere ſpecialiter obligata: ſed curabo capi prædia quæ videbuntur mihi quæ ſint mei debitoris: imò amplius ſi mihi ſit obligatus in corpore & bonis, poſtquam bona omnia erunt poſſeſſa, quãuis decuplo debitum meum excederent, ipſum comprehendi iubebo, & incarcerari in defectum ſolutionis, ita vt perſonam & bona detenturus ſim vſque ad integram ſolutionem: idque ea ratione, vt cogam eum ad ſoluendum citius, & per ſolutionem ære meo liberetur. Ita obſeruatur, & in praxi vſurpatur, iudicatúmque fuit innumeris arreſtis curiæ ſupremæ. Ratio huius praxis iure communi nititur. Quanuis enim iure communi in actionibus electione vnius tollatur altera. l. quod in hæredẽ. §. eligere. ff. de tri-
3 butor. tamen † in executionibus ſecus, quia in illis admittitur concurſus: adeò quidẽ vt ſi debitoris mei bona & corpus ſint mihi obligata, poſtquam bona omnia ipſius cepero, comprehendam quoque perſonam, cúmque incarcerari iubebo donec mihi perſoluerit, etiamſi bona poſsideri iuſsiſſem maioris æſtimationis quàm ſit debitum. Ita iudicatum fuit multis curiæ ſupremæ arreſtis, adeò vt l. à diuo Pio. ff. de iudic. qua traditur prius in executione rei iudicatæ capiẽda eſſe mobilia, quàm ad immobilia, aut actiones & nomina deueniatur, non obſeruetur in Gallia: ſed è contrario recta via in executionibus, capi poſſunt mobilia, immobilia, nomina & actiones, quinetiam perſona debitoris, ſi corpus quoque oppignorauerit: in eámque rem extat expreſſa conſtitutio Regis Franciſci edita, anno 1539 art. 74. Idque deſumitur ex doctrina Bart. in l. conſentaneum, verſus finem, C. quomo. & quando iud.

Orta eſt hæc quoque mea memoria difficultas: Notum eſt † ſententiam non inferre hypothecam, 4
ſed tantùm tribuere actionem in factum, vel ex iudicato, quę eſt perſonalis, contingit Titium obtinere ſententiam aduerſus Mæuium qui damnatus eſt ei quingentos aureos coronatos exoluere: Titius hac ſententia munitus, mittit apparitorem cum ea ſententia, vt Mæuium compellat ad ſolutionem dictorum quingentorum aureorum, alioquin bona mobilia & immobilia exequatur: apparitor inuenit omnia bona Mæuij tam mobilia quàm immobilia ad poſtulationem alterius creditoris poſſeſſa, pro alio debito, curatoréſque eorum adminiſtrationi datos: vnde fit vt poſsidere amplius non poſsit: quia † 5
executio irrita eſſet, procedendúmque eſt per oppoſitionem priori executioni. Idcirco Titius opponit executioni ac ſubhaſtationi prædiorum Mæuij, vt in ſuo ordine collocetur, eiúſque oppoſitio apud acta inſcribitur, ac inſtitori auctionis ſignificatur aliiſque opponẽtibus dictis ſubhaſtationibus: decreti fit adiudicatio. Iam quæritur quo diſtributionis ordine collocandus ſit ad ſui debiti ſolutionem. Nonnulli cẽſebãt collocãdũ inter perſonales ex die ſentẽtię: ſola enim ſententia nititur quę hypothecam non continet, vt ſuprà dictũ eſt. Alij dicebant collocandum eſſe inter hypothecarias à die oppoſitionis in acta relatæ, & ſignificatæ proprietario, & perſequẽtibus: horum ratio erat quòd quanuis ſimplex ſententia, iudicatum aut arreſtum hypothecam non contineat, ſed duntaxat actionem in factum ex iudicato. l. nam & poſtea. §. fin. vbi gl. & Bart. ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſſori, in princi. eod. tit. Sicque incipit hypotheca ex iudicato ab executione, id eſt, à pignoribus captis in cauſam iudicati, l. ij. & toto tit. C. de execut. rei iud. tamen à die executionis, ex quo
virtute ipſius fit executio in bonis damnati, poſt † 6
iuſsionem ipſi factam, infert hypothecam: quia tunc pignus & hypotheca cõtrahitur, cùm res in cauſam iudicati capitur. l. à Diuo Pio. ff. de ſent. & re iud. §. ſi ſuper rebus. & l. ij. & l. fin. C. de execut. rei iud. Atqui Titius non poterat exequi bona damnati, quia occupata priùs erant ab alio creditore: quare opponẽdo ſe eorum ſubhaſtationibus, quod in ipſius poteſtate fuit præſtitit: vnde tantùm debet ei prodeſſe oppoſitio, quãtum ſi ipſe executus eſſet. l. cùm vnus. in prin. ff. de bon. auth. iud. poſsid. Tertiò ſi is qui proſcriptioni inſtat qui exequi curauit, ſolutionem ſui debiti auferat, vnus ex opponentibus qui diligẽtior erit, ſurrogari ſe curabit, ſe velit, in perſecutione ſubhaſtationum & decreti, vt notum eſt: itaque in praxi obſeruari ſolet, ſicque vult d. l. cùm vnus, in fine principij, cuius hæc ſunt verba, Aliter atque ſi creditor, cui permiſſum eſt poſsidere, poſteà recipit debitum ſuum, cæteri poterunt peragere bonorum venditionem. Certum itaque ac indubitatum eſt, † 7
executionem ac proſcriptionem non tantùm prodeſſe perſequenti, ſed omnibus creditoribus interuenientibus dictis ſubhaſtationibus. Sicut itaque continet hypothecam ratione perſequentis à die executionis, quanuis antea nullum

lum ius hypothecæ haberet, eundem effectum ac vtilitatem afferre debet cæteris perſequẽtibus ac opponentibus à die ſuæ oppoſitionis, qui executuri erant, niſi iam antea executionem factam inueniſſent. Fateor tamen eum qui executus eſt, † diligentiórque extitit præferendum omnibus aliis opponentibus eiuſdem qualitatis: veluti ſi vnus virtute ſententiæ aut arreſti executus eſt, alij autem virtute aliarum ſententiarum, aut arreſtorum, proceſſerunt ad oppoſitionem dictæ executionis & ſubhaſtationum: is qui executus eſt quia diligentior extitit, aliis præferetur. Contra tamen iudicatum fuit arreſto in diſcuſsione opponentium ſubhaſtationibus terrę ac iuriſdictionis de Groix, menſe Februarij, anno 1558. vbi iudicatum fuit, eum qui executus eſt in vim iudicati, hypothecam habere: collocatúſque eſt in ordine creditorum hypothecariorum à die executionis, & ex quo die habuit pignus prætorium: cæterique creditores qui poſt eum acceſſerant, opponentes ſubhaſtationibus virtute aliorum arreſtorum, ſententiarum aut rerum iudicatarum, † collocati ſunt inter perſonales: fuitque ea quæſtio diu agitata, dictúmque arreſtum fundatum ſuper opinione eorum qui ita ſenſerant, itaque obtinuit ex l. ij. C. qui potiores in pig. hab.

8

9

Quid de vrbe, vniuerſitate, aut ciuitate, aut Rege, aut fiſco, qui habet obligationem cum hypotheca ſpeciali in aliquo prædio, priuatus autem aliquis habet hypothecam generalem precedentem, quis præferetur? Is videlicet qui prior erit in hypotheca, quamuis ſit tantùm generalis, ſitque perſona priuata: eóque caſu Rex, fiſcus, aut reſpublica nullo priuilegio vtuntur, per tex. in l. ſi fundum pig. accept. iuncta ibi gl. & l. generaliter. C. qui pot. in pig. habeãt. & l. ij. C. de priui. fiſc. & l. dotis. C. de iur. dot. l. ſi ignorãte. ff. de remiſ. pign. cum ſimil. Nec hypotheca ſpecialis vllam prærogatiuam habet amplius quàm generalis, quo ad prælationem: quia prioritas facit, vt qui prior eſt in hypotheca, prior collocetur in ordine diſtributionis: ſed ſpecialis hypotheca vtitur prærogatiua in aliis caſibus, vt in ſpecie l. quamuis. de pign. & aliis multis rebus, vt alibi ſuo loco dicetur.

Quid ſi duo opponentes ſubhaſtationibus prędijnitantur hypotheca eiuſdem dici, alter generali, alter ſpeciali, vter prior erit in ordine? Dico eum prę-
10 ferendum qui ſpeciali hypotheca † munitus eſt, ratione prærogatiuæ ſpecialis hypothecæ in re proſcripta: quia ſibi cautius cauit. arg. tex. l. quamuis. C. de pigno.

Quid ſi teſtator prohibeat alienationem domus ſuo teſtamento, aut per ſubſtitutionem aut fideicõmiſsũ diſponat de ea, & accedit vt creditor præcedẽs dictam diſpoſitionem generali omnium bonorum hypotheca munitus, ad proſcriptionem domus accedat: hæres allegat prohibitam alienationem à defuncto, An ea prohibitio impediet curſum ſubhaſtationum? Non: quia teſtator non potuit in præiudicium ſui creditoris in hypotheca præcedẽtis eam prohibitionem facere. Idem de fideicommiſſario, aut ſubſtituto: text. eſt in l. j. & ij. C. debit. vend. pig. imp. non poſſe. Sin verò prohibitio alienationis, aut alia diſpoſitio per inſtitutionem, aut fideicommiſſum antè facta eſſet, ac poſtea obligatio & hypotheca contracta, talis obligatio vel hypotheca ſequens in præiudicium fideicommiſſarij, aut ſubſtituti, aut contra prohibitionem alienãdi, non valeret: poſſétque ſubſtitutus aut fideicommiſſarius impedire curſum ſubhaſtationum: quia in hypotheca generali non comprehenduntur bona reſtitutioni ſubiecta, auth. res quæ. C. commun de legat. neque etiam veniunt bona alienari prohibita. l. codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. ij. ſicut nec in cõfiſcatione, aut alienatione generali. l. Statuis Florus. §. Cornelio Fœlici, ff. de iure fiſc.

ARTICVLVS VII.

ET ſera l'enchere leue & publiée en iugement à iours de plaids, & iceux tenans, & icelle enchere attachee à la diligence de l'encheriſſeur, à la porte de l'auditoire du ſiege auquel ſera faict l'adiudication, pour y demeurer l'eſpace de quinze iours.

SVMMA.

1 *Poſt quindecim dies libros, elapſos à quadraginta diebus, curia nullam auctionem admittit.*

CAP. XXXIII.

SEmper antehac ita obſeruatum eſt, ſæpéque ita iudicatum, nouum licitatorem debere ſignificare ſuam auctionem præcedenti immediatè licitatori ad eius perſonam aut domicilium, aut procuratorem: eſt arreſtum viduę magiſtri Ludouici Paſquier Pictauienſis, ex 16. die Iulij, 1546. poſt prandium, in auditorio: eſt conſtitutio anni 1492. die 18. Februarij. Quod autem ad poſteriorem auctionem, nõ eſt neceſſe publicari. Eſt arreſtum Montrichardi pro domina Bonna Cottereau, ex die 10. Iulij 1539.

Verùm hæc conſtitutio cum præcedenti apertiſsimè declarant id de quo procuratores nonnulli dubitarunt: nã quadrageſimo die auctio fieri debet, hęcque auctio prima, per antiquam conſtitutionem anni 1492. publicanda eſt, & affigenda portæ, ibique per quindecem dies manere: idque repetit hæc conſtitutio, vt ibi quindecim dies remaneat, & ſi intra eos quindecim dies aliqui auctionatores oriantur, nouus licitator ſuperueniens debet ſignificare ſuam auctionem immediatè præcedẽti licitatori: & quindecim diebus liberis præteritis, poſt dictos quadraginta dies, iudex debet pronuntiare adiudicationem ex decreto, ei qui poſterior licitator inuenitur, nulla alia admittenda auctione: eáque eſt ſententia huius conſtitutionis: itaque debet obſeruari. Referunt tamẽ apud recuperatores Palatinos nõ ita obſeruari: ſed ſi contingeret prouocatio ab auctione admiſſa poſt lapſum quindenæ liberæ à quadraginta diebus, pronuntiaretur à curia, malè proceſſum, maléque addictum per recuperatores palatinos, alióſque omnes iudices inferiores, qui ita procederent: neque verò vnquam in curia admittitur auctio poſt quindenam liberam elapſam à quadraginta diebus: ſed addicitur ei qui poſterior licitator inuentus eſt intra quindenam. Ita arreſto iudicatum eſt, cum magna cauſæ cognitione, in fauorem domini Longueual, aduerſus Comitiſſam de grand Pré, ratione terræ ac iuriſdictionis de Han, vi huius conſtitutionis, & poſt eam publicatam.

ARTICVLVS VIII.

ET ſeront tous autres encheriſſeurs receuz dedans ladicte quinzaine à encherir és greffes des Cours, où leſdictes criees ſeront pendantes; à la

charge toutefois, qu'ils ſeront tenus faire ſignifier au dernier encheriſſeur, ou ſon procureur ladicte enchere: & la quinzaine paſſee, ſera deliuré le decret à celuy qui ſe trouuera le dernier encheriſſeur, lequel ſera tenu de cõſigner & mettre les deniers de ſon enchere és mains de tels perſonnages, marchands ou autres que les pourſuyuãs leſdictes criees, & oppoſans à icelles voudront nommer & eſlire, ayant eſgard à la quantité & plus grande ſomme de deniers deux auſdicts pourſuyuans, & oppoſans, non au nombre deſdicts oppoſans.

In hæc verba, *A la charge toutefois qu'ils ſeront tenus faire ſignifier.*

Cap. XXXIIII.

CONtinuo vſu; confirmatáque praxi obſeruatũ eſt in ſuprema curia quoties addictio ex decreto ſit, vt poſterior licitator teneatur auctionem ſuam præcedenti immediatè licitatori ſignificare: ſicque iudicatum fuit arreſto, die 16. Iulij, 1546. in auditorio poſt prandium, inter viduam magiſtri Ludouici Paſquier Pictauienſis, actricẽ virtute codicillorũ regiorum ad formam ſupplicationis ciuilis. Imò amplius ſancitum fuit, actuarium curiæ cogendum inſcribere ac redigere in acta auctiones, quorum copia omnibus procuratoribus fieret.

S V M M A.

1 *Poſt addictionem decreti, nemo debet admitti ad auctionem.*

In hæc verba, *Et la quinzaine paſſee.*

Cap. XXXV.

QVID ſi quindena elapſa appareret alius licitator, qui lõgè maius pretium offerret, an admittetur? Ita videtur, maximè ſi decretum nondum ſit adiudicatum aut traditum idque fiat intra duos vel tres dies, aut aliud breue tempus poſt quindenam: quia in iudiciis poſt paucos dies admittitur purgatio moræ. l. & ſi poſt tres. ff. ſiquis cautio.
1 Contrarium tamen ſentio, ſi decretum † ſit addictũ quanuis nondum ſit traditum: nam alioqui conſtitutio inutilis & eluſoria eſſet, nec vllus vnquam eſſet decreti finis: déque eo extat arreſtum in auditorio diei Martis manè 7. Iunij, 1547. inter quendam dictum Parent, & quendam dictum Ægidium Philippum & alios, quo deciſum eſt poſt addictionem ex decreto, licitatorem, qui volebat ſexcentas libras poſtremæ auctioni addere, non admittendum, quãuis id fieret in fauorem fiſciac re quidem vera ſi hoc admitteretur, ea ratione omnia decreta reuocarentur ſub prætextu plus offerendi, quod fieri non debet: quemadmodum iudicatum fuit ratione terrę ac iuriſdictionis Montrichardi die decima Iulij, 1539. in fauorem dominæ Bonæ Cottereau, contra dominum de Bouchage.

Præterea quindena elapſa, addictionéque rerum proſcriptarum facta ei qui pluris licitatus eſt, quanuis decretum nec tranſcriptum, nec ſigillatum ſit, res non eſt amplius integra, quia eſt ius quæſitum adiudicatario per lapſum quindenę, cum poſtremus licitator inuctus ſit, réſque ei addicta ſit, ius eius fieret deterius: eius enim addictio irrita fieret, réſque ei addicta, auferretur ei, ideò non poteſt mora purgari. l. ſi cùm dies. §. fin. ff. de arbit. l. mancipator, in his verbis. Si omnia integra ſint. ff. de opt. leg.

S V M M A.

1 *Temeraria auctio locum habet tantùm in vectigalibus regis.*

2 *Si poſterior licitator non ſit ſoluendo, præcedens poteſt poſtulare, ſi velit rem ſibi addici.*

3 *Arreſtum notabile.*

In hæc verba, *Lequel dernier encheriſſeur ſera tenu.*

Cap. XXXVI.

HÆc quæſtio mea memoria orta eſt. Poſterior licitator reperitur non ſoluendo: inſtitor auctionis petit decretum addici proximè præcedenti licitatori: reculat, dicitque tum temporis cùm licitatus eſt ſibi præſentes pecunias adfuiſſe: cùm verò animaduerteret alium pluris auctionatum, exiſtimauit ſe ſua auctione excluſum: ideóque in alios vſus ſuos nummos conuertit, nec poteſt aliundè cõficere, aut ſuæ auctioni ſatisfacere. quid iuris? Nonnulli dicebant ſtricto iure communi, ſi vltimus licitator auctioni nõ ſatisfacit, nec vnde habet ſatisfacit, venditionem & decretũ valere fauore immediatè præcedentis licitatoris: & ad propoſitũ allegabant Bart. in l. licitatio. ff. de public. & vectig. qui hãc opinionẽ ſequitur, nec per auctionẽ licitationẽ præcedẽtẽ licitatorẽ liberari aut exonerari ſua auctione. Ad hãc rẽ afferebãt deciſionẽ textualẽ in l. Sabinus. ff. de in diẽ addict. Alij contrà dicebãt, præcedentes licitatores, animaduertentes alium exiſtere pluris licitatorem, nõ cogi ſuos nummos perpetuò ſeruare, ideóque vbi ſe alterius prædij addictio offert, ad auctionem eius accedere, pecuniáſque ſuas expendere: eáque ratione nullũ ipſis dolum imputari poſſe, potiúſque imputandum id culpæ poſtremi licitatoris, qui temerè auctionatus eſt, cùm non haberet vnde pretio quo licitatus eſt ſatisfaceret: ideóque ſi inſtitor auctionis aut proprietarius cuius bona proſcribuntur, damnum accipiant, agere debere aduerſus poſteriorem temerarium licitatorem. Ex aduerſo alij dicebant, nec ius commune, nec conſtitutiones quicquam de temeraria auctione tradere, quãdo pluris licitator ſuę auctioni ſufficere non poteſt, niſi in locationibus † vectigalium regiorum: 1 ſicque iudicatum fuiſſe arreſto, die 18. Aprilis, 1558. poſt Paſcha, inter dominam Margaritam de Montagu, vxorem Gabrielis Daulzy anticipantem, ac etiam prouocantem à quadam ſententia, lata à domino Iacobo du Bourg, legato generali Aluerniæ, cõtra Franciſcam de Montagu, prouocantem à decreto quodam emiſſo à domino Iacobo Regnault, legato præfecturæ Aluerniæ, & anticipatam, & dominum Ioannem de Pollignac equitem, prouocatum. Item iudicatum fuiſſe alio arreſto ratione terræ ac iuriſdictionis de Goix, vt ſuperius dictum eſt. Quod verò attinet ad addictiones ex decreto quæ fiunt de prædiis priuatorum, nunquam fuiſſe receptum nec obſeruatum, vt locus ſit temerariæ auctioni, ſed tantùm captioni corporali, aduerſus poſteriorem licitatorem, vt ſuæ auctioni ſatisfaciat: nec vnquam aliter obſeruatum, receptum vel iudicatum fuiſſe. Itaque poſtremo auctionatore bonis cedente nec habente vnde licitationi ſatisfaciat,

Digitized by Google

ciat,ad immediatè præcedentem licitatorem regrediendum eſſe,ſecundum dictam l.Sabinus. Sicque affirmabant iudicatum arreſto curiæ ſupremę ratione terræ ac iuriſdictionis de la Touche d'Aurigné,in fauorem domini Guyonis le Roy equitis, domini de Chillou: illud arreſtum datum die 19. Nouembris, anno 1530. Deciſum fuit ſi pluris licitator non ſit ſoluendo, nec poſsit ſuæ auctioni ſufficere, euocandum eſſe proximè præcedentem: vt ſi velit
2 † acceptare addictionem, aut nullas cauſas & rationes validas in contrarium afferat, ei prædium ex decreto addicatur, alioquin ad nouas auctiones & decretum procedatur: repertumque fuit in addictione ex decreto terræ ac iuriſdictionis de la Touche d'Aurigné, cùm poſtremus licitator inuentus eſſet non ſoluendo,præcedentem poſtulaſſe vt ſibi ex decreto addiceretur.

Mota eſt ſimilis quæſtio in curia ſuprema, menſe Februario 1557.ratione ſubhaſtationum terræ ac iuriſdictionis de Goix, in qua Ludouicus quidam de la Ballue poſtremus in auctione reperiebatur ad ſummam viginti quatuor millium librarum: proſcribebatúrque dicta terra ac iuriſdictio aduerſus ipſius patrem. Hic filius plurimi licitator, non erat ſoluendo. Dominus Ludouicus Guillard epiſcopus Cabillonenſis inſtitor auctionis, offert curiæ ſupplicem libellum continentem facti narrationem, peritque nouas auctiones fieri, & ad nouam addictionem procedi: quod decernitur ſuper dicto libello ſupplice,non auditis precedentibus licitatoribus, nec auctionē perſequentibus, excipiuntúrque damna & intereſſe & mulcta ratione temerariæ auctionis aduerſus dictum Ludouicum de la Ballue. Paulo pòſt decedit dictus Ludouicus de la Ballue. Aduerſus ipſius viduam dictam Spiſame agitur,vt intereſſe & mulctā ſoluat ratione temerariæ auctionis factę à marito,cui non ſatisfecerat,tum quia reliqua redituum, quarum ratione multi exiſtebant opponētes, interea decurrerant, tum quia dicta terra auctionibus & iterata addictione ad quatuordecim tantùm millia librarum æſtimata erat, in quo erat opponentium damnum & iactura decem millium librarum. Quia conſtitit in functione arreſti, quo dictum fuerat ſuper libello ſupplice dicti domini Ludouici Guillard, procedendum eſſe ad nouas auctiones & addictionem, præcedentes licitatores nec auditos nec vocatos fuiſſe: nec ex inſtrumentis litis apparebat aduerſus dictum Ludouicum de la Ballue lege actum eſſe ad ſolutionem auctionis, nec interpellatum ad conſignationem faciendam, niſi per narrationem dicti arreſti ex die quinta Septembris, quo continebatur ſupplex libellus dicti domini Ludouici Guillard: non probatis nec viſis iis quæ dicto libello continebantur,nec auditis præcedentibus licitatoribus, nec opponentibus dictis ſubhaſtationibus,litigantes† curia cedere, litique renuntiare iuſſi
3 ſunt ſine expenſis:extátque arreſtum in libro menſis Februarij, 1557. inter dominam Ludouicā Herouet actricem, & dominam N. Spiſame ſuo & liberorum minorum dicti Ludouici de la Ballue & ſuorum nomine,quorum tutelam &adminiſtrationem nobilem gerebat.

SVMMA.

1 *Addicatarius prætendens nomine alterius ad auctionem acceſſiſſe, nihilominus cogitur auctioni ſatisfacere.*

2 *Incarceratio pro debito ciuili.*

3 *In opiſlographo decreti,adſcribi debet,eum cui res addicta eſt pecuniam depoſuiſſe.*

4 *Poſt rem venditam iure creditoris, ceſſat ius offerendi.*

In hæc verba *Lequel dernier encheriſſeur ſera tenu conſigner.*

CAP. XXXVII.

SEMPER obſeruatum, vſurpatum ac iudicatum eſt, licitatorem iudicialem corporaliter cogi poſſe ad deponendam auctionem apud acta, poſtquam ei prædium addictum eſt tanquam plurimi licitanti. Sed quid ſi licitator alij rem addictam iterum vendiderit, aut incontinenti ſignificauerit ſe alterius nomine licitatum? Id nihil prodeſt: vbi enim ſub ſuo nomine auctionatus eſt, cogi poteſt † in corpore.ſicque arreſto iudicatum eſt 1
die Martis poſt prandium 27 Februarij, 1536. inter Martinum Quatre-hommes prouocantem à Præpoſito Pariſienſi, & magiſtrum Petrum Carel prouocatum: quo pronuntiatum fuit dictum Quatre-hommes, qui ſub præſtatione annua licitatus erat prædium,eique prædium ex decreto addictum erat, compellendum ſuis omnibus bonis eam præſtationi imponere ac perſoluere,déque eo nomen contractum inire:ad idque corporaliter † cogendum,quā- 2
uis non amplius eſſet in poſſeſsione prędij addicti, ſed cuidam dicto Hardy denuò vendidiſſet. Optima eius eſt ratio: nam ius diſtrahens, neminem præter emptorem habet obligatum, qui auctionatus eſt, cuique tanquam plurimi licitanti,prędium à ſe venditum addictum eſt: nec quidquam præiudicant pactiones,reuenditiones & ſignificationes ab eo initę, l.inter debitorem.ff.de pact.cum ſimil. Sed qua ratione id nititur, quòd emptor iudicialis cogi poſsit per carceres ad ſoluendum? prima ſpecie non videtur compellendus perſonaliter: nam materia ſubhaſtationum merè ciuilis eſt, & iuridica: Condemnatus in cauſa ciuili, non poteſt detineri in carcere. l. minimè. & ibi Bartol. C.de appellat.l.ob æs alienū. C.de action. & obligat. Imò creditor incarcerans debitorem pro ciuili debito, punitur triplici pœna, quia cadit à debito,tantundem reddit,& corporaliter punitur.auth.imò à debito. C.de act. & obligat. Contrarium obtinet in Gallia: nam is qui prædium licitatus eſt quod authore prætore venit,cuique prędium tanquam in auctione vincenti addicitur, contrahit cum prætore,& videtur cauere iudicio ſiſti,& iudicatum ſoluit:ac ne prætor eludatur,ſemper receptum fuit ac obſeruatum, cogendum corporaliter pro depoſitione auctionis. Si iuris ſcripti rigor obſeruaretur,nemo auctionator admitteretur, niſi ſatisdato de ſoluendo,ſi vinceret in auctione,per text. in l.licitatio,in princip.& ibi etiam glo.& Bart.ff.de publican.& vectig. Quòd ſi poſtremus licitator cui prædium addictum erat, non eſſet ſoluendo, iudex qui eius auctionem admiſerat ſine ſatisdatione pro ſua auctione, ipſius nomine perſoluere cogebatur, vt dicit Paul. de Caſtro in d.l.licitatio. Ideóque requirebatur de iure vt auctiones coram iudice fierēt. vt dicit Bald. in l.ſi C.noua vectig. imp.non poſſe. Præterea hoc caſu eſt pręſumptus dolus: quando enim is qui non eſt ſoluendo, accedit ad auctionem prędij,quod à iudice venali proponitur,aut iudicem

eludere vult,aut malitiosè impedire & morari addictionem decretalem,réſque ad eum caſum reducere à quo inceperunt. Idcirco non abſque ratione receptum eſt,compellendum eſſe in corpus.arg.tex.iuncta ibi gloſſ.in verbo vinculis. in l.iij. §.authores.ff. de ſuſp.tutor. Præterquam quòd iure ſcripto, regulariter quilibet non ſoluendo carcerari poteſt pro debito, niſi cedat bonis, vel ſatiſdet. l.j. & ibi Bald. C.qui bon.ced.poſſ. Bartol. & Alexand.in l.ſi debitori.de iudic.Panorm.in cap.quoad conſultationes. de re iudic.idem Panor.plenè & reſolutiuè in cap.ij. de pigno.Barthol.in tract. Car.in iiij.quæſt.Angel. in authentic.vt cùm de appella. cog.§.ſi quemlibet. Specul.in tit.de fideiuſſ. in princip. verſicul.qualiter ergo.

Sed an fides haberi poſsit de pretio per iudicem, adeóque emptor non teneatur conſignare pretium? Dic quod non, tenet Bartol. in l. prima. ad finem verſicul.ſed nunquid in hac venditione.Cod.de fide inſtrument.& iur.haſt.fiſca.libro decimo.& l.à Diuo Pio.§.ſed ſi emptor.ff.de re iud.Et ſic ſpeciale eſt in hac venditione, quæ fit ex decreto iudicis, vt non poſsit iudex habere fidē de pretio, quàuis in cæteris venditionibus, quæ fiunt inter priuatos, id poſſit venditor, vt eſt textus in §. venditæ. inſtit. de rerum diuiſione. Sed ille loquitur de eo qui rem propriam vendit: iudex verò & procurator fidem de pretio non habent, quòd hoc illis permiſſum nō ſit.

Præterea notandum eſt nunquam apud Scribarum officium expediri decretum, ei qui vicit in auctione cui prædium proſcriptum ex decreto addictum eſt, quin prius pretium addictionis exoluerit: neceſſéque †eſt in opiſtographo decreti inſcriptam 3
eſſe conſignationem, & apochas ſolutionum factarum opponentibus,pro liberatione emptoris: eiúſque rei extat arreſtum in fauorem Guyoto Henry, mercatore Lugdunenſi,ex die 14.Auguſti,1531. Idcirco caueant procuratores adiudicatariorum, qui fidelem operam ſuis partibus præſtare volent, ne eiuſmodi inſcriptiones in opiſtographis decretum prætermittant.

Sed quæro, Creditor perſequutus eſt ſubhaſtationes,& licitatus eſt,réſque decreto ei addicitur: ecce creditor alius poſterior animaduertens diſtributionem nummorum ad ſe non peruenisſe,caderéque ſe ſuo debito:mauult rem habere,offértque dicto creditori integram ſolutionem ſui debiti, expenſáſque ſubhaſtationum,& cætera omnia:quæritur an adiudicatarius teneatur rem ei tradere. Videtur prima fronte ita eſſe, cùm poſterior creditor ei debitum ſuum offerat, & reſtitutionem omnium quæ expendit. De iure poteſt ſecundus creditor, offerre priori etiam fiſco. l. & ſi. C.de his quæ in prior. cred. loc. ſucced.l.ſecundus. C.de pign. Contrariam partem 4
negatiuam ſequor: quia poſt †rem venditam iure creditoris,ceſſat ius offerendi. l. obligata pign.iure. C.ſi antiquior cred. pigno. vend. Eiúſque ratio eſt optima:nam poſterior iſte creditor, poterat rem liceri antequam addiceretur,ipſíque imputandum eſt quòd hanc oblationem & auctionem non fecerit ante addictionem: & ſi id locum habeat, nullus vnquam eſſet decretorum exitus.

ARTICVLVS IX.

IT ſeront tenus les encheriſſeurs de nommer leur procureur en faiſant leur enchere, & eſlire domicile en la maiſon de leurdict procureur: & autrement ne ſera receüe ladicte enchere.

Cap. XXXVIII.

HÆc conſtitutio ſancita eſt vt innumeris deceptionibus quæ admittebantur occurreretur. Nā cùm proprietarius habebat in animo addictionem morari, aut malis artibus cogere licitatores ad pluris licitandum quàm res proſcripta valeret,excitabat quempiam ignotum,qui nihil haberet in ære, aut aliquoties fictitium hominem ſupponebat, & ſub nomine ficto magnam auctionem fieri curabat, vt alios ea ratione inuitaret ad amplius licitandum, taliſque poſterior permanebat licitator, qui poſtea nunquam apparebat.prædiúmque addicendum erat immediatè precedenti licitatori:quo facto ipſe proprietarius ſe ipſum decipiebat, alios fallere putans. Nam ſi ſuppoſititius licitator leuem tantùm aliquā auctionem adieciſſet,potuiſſet aliquis alius licitator accedere, qui commoditatis ſuæ cauſa non dubitaſſet aliquam exiguam aut mediocrem ſummam adiicere vt auctionem præcedentem vinceret, quamuis id eſſet præter iuſtum rei pretium & æſtimationem: nonnunquam enim homines qui per affectionem amœnitatis aut ſitus prædij aut ratione vicinitatis alteriúſve commoditatis quam inde ſe percepturos putant, vltra iuſtum pretium non morantur prædium comparare: ideò veterum iuriſconſultorum ſententia erat,quòd ſæpè confines fundos ſupra iuſtam æſtimationem intereſt noſtra acquirere:tex. in l.ſi cui fundus. ff.de legat. ij. Vt autem via huiuſmodi fraudibus ac deceptionibus præcluderetur conſtitutum fuit,licitando procuratorem ſuum nominandum,domiciliúmque eligendum apud domū procuratoris: alioquin non admittendam eorum auctionem, quia ignoti eſſent, iudiciúmque eluderent. Huius conſtitutionis fundamentum videtur petitum ex rubrica,In ius vocati vt eant,aut ſatis vel cautum dent. Si enim vocatus in ius cogitur cauere iudicio ſiſti, multò maiore ratione compellendus eſt voluntarius opponens proſcriptioni qui ſua ſpōte iudicium ſuſcipit, vt impediat quominus alter rem venditam auferat, aut vt iudicem fallat, quemadmodum ſolent eiuſmodi ſuppoſititij licitatores. Hæc conſtitutio nititur quoque l.ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog. eiuſmodi enim licitatores nulla immobilia poſsidentes, & ignoti, non ſunt admittendi ad auctionandum, aut imponendum pretium fundo proſcripto, niſi domicilium & procuratorem notum habeant,vt cogantur auctioni ſuæ ſatisfacere,ſi prædium ipſis addicatur, aut niſi cauerint iudicio ſiſti, quod perinde eſt ac ſi auctioni ſatisfacerent, ex ratione d.l.ſciendum.

ARTICVLVS X.

IT par ce que ſouuent y a pluſieurs perſonnes ſuſcitees par les proprietaires, qui pour empeſcher l'adiudication par decret, font faire enchere par gens ſuppoſez, & incogneus, & par vertu de procurations paſſees, & Procureurs non cognoiſſans les parties:

Digitized by Google

ties : Nous auons ordonné & ordonnons, qu'aucun ne ſera receu à encherir en perſonne, qu'il n'ait Procureur au ſiege, qui ait de luy cognoiſſance, & que ledict Procureur ne ſoit preſent à faire icelle enchere.

In hæc verba, *Suſcitees par les proprietaires.*

Cap. XXXIX.

QVid ſibi vult hæc conſtitutio? Certum enim eſt proprietarium cuius bona proſcribuntur, non admittendum licitatorem rei propriæ: quomodo igitur poteſt admitti alius ipſius nomine, aut ab eo excitatus? Quia qui per alium facit, per ſe facere videtur: regula iuris eſt. Reſponſio: Hæc conſtitutio non intelligit quòd à proprietario ſuſcitatus auctionetur vt procurator, aut ſub nomine proprietarij, ſed ſuo: nec habet in animo prædium comparare, ſed licitatur duntaxat vt moretur addictionem ex decreto, & tacita fraude quam commentus eſt cum proprietario.

Mirabile videtur, quòd licitator præſens non admittatur ad auctionem, niſi ſecum habeat procuratorem cui ſit notus: idque videtur omnino contrarium iuri ſcripto: vbi enim adeſt is cuius intereſt, procuratoris nullæ amplius ſunt partes: imò ſi dominus litis compareat in propria tractans cauſam, videtur tacitè reuocare procuratorem, niſi expreſsè proteſtetur, quòd non intendit reuocare. tex. in cap. penult. de procurat. lib. 6. & ff. mandati. l. qui mutuã. §. non ideò minus. Idcirco in curia eccleſiaſtica, quãdo litigans comparet in propria, ſemper in actis adiicitur hæc clauſula, Citra tamen ſui procuratoris reuocationem. Verùm hoc introductum eſt inhibendarum fraudum cauſa: poſſet enim accedere homo ignotus ciuis locupletis ſpeciem habitu referẽs, cùm tamen eſſet mendicus ſuppoſititius, qui auctionem adderet: hoc prætextu decretum protelaretur, iudéxque deciperetur: quia poſtea reperiretur irrita auctio, quia non poſſe, licitator apprehendi. Hac conſtitutione cauetur, vt quilibet licitator procuratorem habeat ſecum, cui ſit notus: alioquin non admittatur auctio.

Sed quid, ſi auctio admittatur, etiamſi non habeat ſecum procuratorem, ſecundum hanc conſtitutionem: nec tamen id ei obiicitur per errorem, aut aliàs à perſequente aut opponente, ſed eius auctio admittitur & publicatur, an eius habebitur ratio? Ita videtur, arg. eius quod dixit Bart. in l. poſtquam. in fin. ff. de adopt. vbi dicit quòd ea quæ non poſſunt fieri per procuratorem, ſi fiant, valent, ſi non opponatur: in ſimili, ea quæ non poſſunt fieri per partem ſine procuratore, ſi fiant & nõ opponatur, valere debent. Sed contrarium aſſero. eiúſque ratio eſt: hæc conſtitutio loquitur per verba prohibitiua & negatiua, quòd aliter non admittetur ad licitandum: quando enim ſtatutum concipitur in verbis prohibitiuis, etiamſi non adiiciat actum fore nullum, non tamen valet quod agitur. Textus eſt deciſiuus in l. non dubium C. de legib. in his verbis, Vt legiſlatori quod fieri nõ vult, tantùm prohibuiſſe ſufficiat: & rurſum in his verbis, Vt ea quę lege fieri prohibentur, ſi fuerint, facta, non ſolùm inutilia, ſed pro infectis habeantur. Et per hunc textum dico quòd quoties fiet auctio ab aliquo ignoto, & ſine procuratore, aut aliter contra formam huius conſtitutionis, iudex debet vlterius ad addictionem ex decreto progredi, nulla habita ratione talis auctionis, quàm pro infecta, & non adiecta habere debet.

ARTICVLVS XI.

AVONS inhibé & defendu, inhibons & defendons à tous Procureurs, de n'encherir par vertu de procurations, qui leur ſeront baillees, ou enuoyees, ſinon qu'ils cognoiſſent les parties, ayans paſſé leſdictes procurations, ou bien celuy ou ceux qui les voudront charger d'encherir, dont ils ſeront tenus prendre acte, pour en auoir recours à l'encontre de ceux qui les auront chargez d'encherir, s'il eſt trouué, que par fraude ou malice l'enchere ait eſté faicte.

SVMMA.

1 *Mandatum de vendendo, includit mandatum de pretio recipiendo.*

2 *Sufficit procuratorem ſiſtere non pro quo licitatus eſt.*

In hæc verba, *Sinon qu'ils cognoiſſent.*

Cap. XL.

QVæritur an Procurator qui auctionem adiecit non debuerit ſcire licitatorem eſſe ſoluendo & idoneum ad ſolutionem pretij quod pro ipſo adiecit: quid enim alioquin ſibi vellet hæc conſtitutio, quæ procuratoribus inhibet ne procurationem ad auctionandũ recipiant, niſi cõſtituentem cognoſcant? ampliúſque addit, debere eos authoritatem conſignatam habere ab iis qui munus auctionandi ſibi impoſuerint, vt aduerſus eos regreſſum habeãt. Ergo ſequitur conſtitutionis iſtius mentem eſſe vt teneantur: aliàs nullo regreſſu opus haberent: & de iure, mandatum vt quis ſe obliget, includit mandatum vt ſoluat text. ſingularis ſecundũ Bal. in l. indebitam pecuniam. ff. de condict. indeb. Et mandatum de vendendo, includit ſub ſe mandatum de recipiendo pretium. Paul. de Caſtr. per illum textum in l. quòd ſeruus. ff. depoſiti. & l. ſi vnus. §. j. ff. de pact. & mandatũ ad emendũ, videtur mandatum ad accipiendum mutuo pecuniam neceſſariam. Paul. de Caſtro, in l. cuicunque. §. non tantùm, ff. de inſtit. actio. Præterea omnes actus ſpeciale mandatum requirentes, non poſſunt per procuratorem ſine ſpeciali procuratione fieri. ca. qui ad agendum, & ibi gloſſ. penult. de reg. iur. libro vj. & gloſſ. magiſtralis, in c. nonnulli. de reſcript. in quibus locis ponuntur caſus requirentes ſpeciale mandatum: ſed quòd quis vendat, vel emat pro alio, & obliget alium, hoc requirit ſpeciale mandatum. l. procuratorem. C. de procurat. Imò ſi procurator licitetur nomine tertij prædium quod ex decreto vẽditur, obligat corporaliter eũ pro quo auctionatur, ad conſignationem pretij, ſi fortè prædium ei addicatur tanquam plurimi licitatori. 1

Non tamen videtur hac cõſtitutione ſanciri quòd procurator teneatur auctionem idoneam eſſe cauere, aut eum cuius nomine licitatus eſt ſoluendo eſſe, niſi fraus interueniat veluti ſi pro ignoto licitatus ſit, hominéve ſuppoſititio, aut pro ſeruo, aut alio qui notorie non eſt ſoluendo. Ex quibus facilè deprehenditur, eiuſmodi auctiones factas in iudicatorium iuris, aut ad morandum aut impediendum addictionem ex decreto: videtúrque hac conſtitutione ſufficere quod procurator† ſuum licitatorẽ ſiſtat, eámque cognoſcat, ita vt non ſit homo fictitius: neque enim procurator inuit rationem facultatum eorum omnium à quibus mandatum accipit, nec eorum facultates diſcuſſit, vt ſcire poſſit ſint idonei nécne ad ſoluendam auctionem quam adiecerunt. ſæpe etiam nonnulli ad emptionem accedunt, quibus non ſuppetit pecunia ad ſoluendum, ſed opera amicorum vtuntur, aut ſibi annuos prouentus imponunt, aut aliis licitis modis nummos conficiunt: nec ea eſt huius conſtitutionis mens, vt procurator, qui mandatum accepit ad licitandum prædium, teneatur perquirere de mandatore, aut alias, an ſit idoneus ad ſatisfaciendum auctioni: ſed ſufficit ab eo dolum & fraudem abeſſe, mandatorémque poſſe exhibere & agnoſcere ſi res poſtulet.

2

ARTICVLVS XII.

VE tous heritages criez ſeront adiugez à la charge des droicts & deuoirs ſeigneuriaux, frais & miſes deſdictes criees & des charges reelles, & foncieres, qui ſeront contenues és iugemens de diſcuſſion; & où les heritages criez ſeroyent de plus grand valeur que leſdictes charges, ſera l'enchere faicte à prix d'argent.

SVMMA.

1 *Dominus feudi debet intercedere pro reliquis debitis ratione iurium feudalium.*

2 *Reliqua iurium feudalium perſoluuntur ante expenſas ſubhaſtationum.*

3 *Reſponſiones cauſis oppoſitionum interuenientium, non numerantur inter expenſas ſubhaſtationum.*

4 *Ex multis bonis alienatis, poſteriora ſunt reuocanda.*

In hæc verba, *Droicts ſeigneuriaux.*

CAP. XLI.

HIc notandum eſt ſi publicetur feudum, dominum feudalem non teneri opponere ratione iurium poſſeſſionis feudalis, agnitionis, redemptionis, quintorum, retroquintorum, aut aliorum iurium aut obſequiorum feudalium, quę ipſi deberi poſſunt per venditionem futuram ex decreto: addictiones enim ex decreto fieri debent ea conditione. Sin verò reliqua† eiuſmodi iurium aliqua prætendat, aut aliquas alias agnitiones, redemptiones, quinta, retroquinta ex mutationibus præcedentibus, neceſſe habet eorum nomine interuenire: itaque iudicatum fuit notabili arreſto pronuntiato in auditorio die Martis poſt prandium 29. Maij 1554. cauſam agentibus de la Vergne, & Porteau partium aduocatis, inter quendam prouocantem à præſide Pictauienſi aut eius legato Pictauij, & Petrum Girardum prouocatum: quo ſancitum fuit, emptorem feudi ex decreto, qui domino feudali iura feudalia exoluiſſet debita ratione dicti decreti, quorum apocham habebat ab eodem domino feudi, admittendum ad præſtandum fidem & homagium, quamuis dominus feudalis cauſaretur ſibi debita alia iura feudalia propter mutationes alias præcedentes, quarum ratione proſcriptioni non oppoſuerat: ſaluo iure referendę queſtionis per dictum dominum feudalem, ratione dictorum iurium dicto domino feudali competentium pro aliis præcedentibus aperturis, aduerſus eos ad quos res pertinebit alios à prouocante emptore ex decreto: pronuntiatúmque fuit malè iudicatum à legato Pictauienſi, qui ſua ſententia iudicauerat dominum feudalem non cogendum, emptorem admittere, damnatúſque eſt dominus feudi eum recipere. Sicque iudicatũ eſt dicto arreſto, quòd quauis dominus feudi non teneatur interuenire ſubhaſtationibus feudi à ſe mouentis, pro conſeruatione iurium feudalium ipſi in futurũ competentium, aut quæ ipſi debebuntur ratione venditionis decretalis, tamen ſi putet ſibi aliqua iura ratione præteriti temporis deberi, pro aliis aperturis, aut mutationibus, debet opponere: alioquin licitatores, qui iuſtam ignorantiam prætexere poſſunt, deciperentur.

Notandúmque eſt, quando dominus feudalis interuenit ratione reliquorum iurum feudalium, propter alias præcedentes feudi mutationes debitorum, debere collocari in ordine, vt eorum reliquorum† nomine, ipſi ſatisfiat etiam antè expenſas ſubhaſtationum. Sicque iudicatum eſt arreſto in curia, anno 1567. idque præciſis verbis hoc articulo continetur. 1

Sed quæro, vtrũ defenſiones quæ ſuppeditare cogitur inſtitor auctionis cauſis oppoſitionum, literis ac titulis ſingulorum opponentium, veniant in rationem expenſarum quæ ſubhaſtationum cauſa fiunt. Ita videtur prima fronte: quandoquidem ſunt neceſſariæ, ſæpiúſque abſque iis opponentes auferrent quicquid poſtulant, rémque proſcriptam abſorberent: cuius ratione eiuſmodi defenſiones cedũt in commodum proprietarij, ipſius bonorum conſeruandorum cauſa, aliorúmque verorum opponentium. Contrà tamen iudicatum eſt defenſiones† cauſis oppoſitionis intercedentium non recenſeri inter expenſas ſubhaſtationum: ſicque deciſum, ac definitum fuit in conſilio à Senatu ſupremo, die 12. Auguſti 1504. 3

Vlteriùs quæro an ſportulæ commiſſariorum, qui de lite proſcriptionem ius dixerunt, déque oppoſitionibus, earúmque diſcuſsione, inter expenſas ſubhaſtationum adſcribantur. Reperitur in libris curiæ, ex die 18. Nouembris 1524. quod ſequitur: Super eo quod deliberandum propoſitum eſt, An videlicet ſportulæ commiſſariorum inter expenſas ſubhaſtationum annumerarentur, aut quomodo exoluerentur, Decretum fuit à curia id referri ad arbitrium iudicantis.

Quæſtionis fuit. Quidam dictus Ballay, qui tres domus Lutetiæ poſſidebat, quibus multas hypothecas & redditus impoſuit, poſtea tres ſuas domus vendidit tribus diuerſis emptoribus, ac paulò poſt diem obiit. Creditores qui habebãt ius hypothecæ in ſingulas

gulas tres domos agunt aduerſus priorem emptorem, quia domum præſtantiorem poſsidebat, maioríſque precij. Reluctatur: tandem nouum contractũ inire damnatur, ſaluo ipſi iure referendæ quæſtionis aduerſus eum ad quem res pertinebit, eíſque ſuis defenſionibus in contrarium. Dicti creditores proſcribi has ædes procurant. opponit ad fines diſtrahendi, dicitque alias duas domos poſt ſuam venditas, priúſque aduerſus eas agendum, eſſéque idoneas ad exoluenda omnia debita: quod ſi iis addictis non ſit ex pretio addictionis vnde omnibus creditoribus ſatisfiat, offert domum ſuam proſcribendam ac vendendam. Contrà creditores dicebant, eam domum ſuis debitis hypothecæ nomine obligatam: nouos contractus ſecum iniuiſſe, quibus ipſe perſonaliter tanquam poſſeſſor obligatus eſt: potiorem tutioréque eſſe hypothecam: poſſe eũ referre quæſtionem aduerſus alios emptores, quos conuenire poteſt, & perſequi ſi velit: licere verò ſibi creditoribus in multis rebus hypothecam habentibus ſui debiti nomine aduerſus quaſcunque libuerit agere, nec iure ſe compelli vnam potius quàm alteram aggredi. Huius quæſtionis diſſinitio ac iudicium fuit, non dubitandum quin creditor, cui multa diuerſáque prædia debitoris obſtricta ſunt ſui debiti nomine, poſſit in quemlibet agere pro arbitrio quandiu in debitoris poteſtate ac poſſeſsione ſunt: ſin verò mutauerint dominum, eáque debitor alienauerit, primo loco agere teneri contra prædia nouiſsimè alienata: nam de iure hypotheca quam quis habet in bonis alicuius, non impedit alienationem aliquorum bonorum, ſi remaneant alia ſufficientia, & vltimò † alienata ſunt primò reuocanda. l. ſi quis habens creditores plures. ff. qui & à quibus. Alioquin ſequeretur, ſi debitor vnum ex prædiis hypothecæ nomine pro debito, aut reditu obligatis vendiderit, ac nihilominus multa alia bona poſsideat exoluendo ære alieno, creditoribus licere recta via agere aduerſus tertium emptorem, iuberéque capi ac publicari quodcunque libuerit prædium: quod eſſet directè contra textum Auth. hoc ſi debitor poſsideat. C. de pign. Præterea quando debitor multas hypothecas contrahit, & nonnullos ex ſuis prædiis vendit, cætera quæ apud ipſum manent obnoxia ſunt euictioni prędiorum primo loco venditorum: idcirco prius conueniendi ſunt nouiſsimè venditorum & alienatorum prędiorum emptores: ij enim omnibus ſunt obnoxij.

4

ARTICVLVS XIII.

QVE tous pretendans droicts non ſeigneuriaux, ou cenſuels, ſur les choſes criées, ſoyent foncieres ou autres, ſeront tenus eux oppoſer pour leſdits droicts & pour les arrerages d'iceux, s'ils pretendent aucuns en eſtre deus.

SVMMA.

1 *Ius decimæ, eſt ius feudale.*
2 *Laicus habens ius decimæ, non tenetur opponere, quòd fungatur vice eccleſiæ.*
3 *An intercedendum ſit pro iure vectigalis quod fundi nomine debetur.*

In hæc verba, *Droits ſeigneuriaux.*

CAP. XLII.

QVid de iure decimarum, vtrum teneatur curator opponere ſubhaſtationibus prædij in ſua parochia aut decimatione ſiti? Minimè. Ius † enim 1
decimarum eſt ius feudale, quod primo loco præſtandum eſt de iure diuino. Numer. xviij. cap. Deutero. x. & xij. cap. Et de iure poſitiuo, toto tit. de decimis in antiq. & in vj. Nec poteſt prædium tranſire de manu in manum per venditionem aut aliter, niſi cum onere iuris decimalis fructuum in eo naſcentium, ſicuti cum onere cenſus & feudalitatis. Imò dominium decimarum eſt penes eccleſiam: ideò poteſt curatus vendicare decimam, cap. moderamine, vbi gl. magna ampliſsimè hoc tractat, xvj. q. j. & ius decimæ ſequitur quemlibet poſſeſſorem prædij. cap. per decimæ. & cap. reuertimini eadẽ cauſa, & quæſt. hoc eſt enim priuilegium eccleſiæ, quod re nondum tradita efficitur domina. l. vt inter diuinum. C. de ſacroſ. eccleſ. & cap. ij. in fin. extra. de conſuetud. Sed quid ſi ius decimæ ſit laici qui poſsidet omnes decimas totius parochiæ tanquam infeudatas, nec vllum aliud ius ei competit in prædio publicato: an teneatur opponere ſubhaſtationibus pro conſeruatione ſui iuris decimalis, cum non nitatur iure communi, iúſque diuinum ei aduerſetur locis ſuprà allegatis, iuncto cap. cauſam quæ, de præſcrip. in antiq. & cap. ad decimas, de reſtitut. ſpol. lib. vj. Puto non † teneri 2
opponere: quia quandiu ius decimarum eſt penes illum, tandiu fungitur vice eccleſiæ, & perinde eſt ac ſi eccleſia teneret. per ea quæ notantur in c. cum apoſtolica. extr. de iis quæ fi. à præl. & cap. prohibemus. de decimis. Facitque ad propoſitum cõſtitutio Regis D. Ludouici.

Quid de eo qui ius vectigalis prædialis ſibi vendicat in prædio proſcripto, an tenetur opponere? Ad hoc ſciendum eſt, in quibuſdam regionibus ius vectigalis prædialis eſſe ius feudale, iuríque cenſus comparari: in quibuſdam locis eſſe merum ius prædiale, pro locatione fundi, qualis eſſet reditus prædialis. Cenſeo itaque non neceſſe eſſe opponere ſi ſit ius feudale, non magis quàm ratione cenſus: ſin minus, opponendum eſt tanquam pro reditu fundo inhærente.

ARTICVLVS XIIII.

QVE ſi les oppoſans à fin de diſtraire le tout, ou portion des choſes criees, ou bien pretendãs droict reel & foncier ſur icelle, ne font apparoir des droicts par eux pretendus, par lettres, ou inſtrumens authentiques, ains ſe veulent fonder en preuue de teſmoings, ſeront tenus au iour, qui leur ſera aſſigné pour bailler leurs cauſes d'oppoſition, articuler faicts receuables, ſur leſquels ils entendent faire preuue: & dedans le delay, qui leur ſera prefix, pour informer & faire leurs enqueſtes, & à faute de ce faire dedans ledict delay, ſera paſſé outre à l'adiudication par decret deſdictes choſes criees, nonobſtant leſdictes oppoſitions: à la charge toutesfois,

que leſdits oppoſans, en verifiant par apres les droicts par eux pretendus, le proprietaire & oppoſans appellez, ſeront mis en leur ordre à la diſtribution des deniers de l'enchere, pour l'eſtimation de ce que ſeront eſtimez les droicts de proprieté, ou charge reelle par eux reſpectiuement pretendus.

SVMMA.

1 *Hypotheca conſtituta per vnum ex ſociis in re communi, non extinguitur diuiſione.*

2 *Notabilis quæſtio de eo qui opponit, vt fiat ſeparatio in proſcriptionibus, eius quod aliquando ipſius eſſe debet.*

CAP. XLIII.

EX facto propoſitum fuit: cùm domus inter Titium & Mæuium eſſet communis ex indiuiſo, Titius vendit ac ſibi imponit eorum libras annui reditus, & ad earum præſtationem bona ſua omnia generaliter obligat: poſtea diuidunt inter ſe eam domum: alteri media pars ab oriente, alteri alia media pars ab occidente obuenit. Creditor propter cunctationem debitoris in exolutione reliquorum ſui reditus, proſcribi curat totam domum. Mæuius proſcriptioni opponit, vt ſuæ mediæ portionis ſeparatio fiat, dicítque ſe nihil ei creditori debere, nec Titium potuiſſe mediam ſuam partem obligare. Creditor replicat tempore contractæ obligationis ac hypothecæ, domum fuiſſe inter eos indiuiſam: Ideóque Titium habuiſſe partem in toto, & in qualibet parte, nec potuiſſe diuiſionem poſtea inter ipſos factam hypothecam ſuam in qualibet parte tollere: idcircóque opponentem perperam poſtulaſſe ſeparationem, ſaluo ei iure referendæ quæſtionis aduerſus Titium vt ab eo indemnis redderetur. Quæritur quid iuris?

Nulla in hoc verſatur difficultas de iure communi, quòd vna hypotheca conſtituta per vnum ex ſociis in re communi pro indiuiſo, comprehendit vtramque partem, neque extinguitur facta diuiſione in parte alicuius l.fin.& l.ſi conſenſit.§.fin.ff.quibus mod. pig. vel hypotheca ſoluitur. & l.creditor poſt diuiſionem.ff.qui potior. in pig.hab. vide Bart. in l. qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.oblig.& Paul.de Caſtr.in l.Iulianus.§.idem ſenſus.ff.de act.empt.vbi optimè declarat. 1

Quid de eo qui generaliter omnia ſua bona vni reditui, aut debito obligauit, inter ea autem bona habet prædium aut domum quæ ei donata eſt ea conditione, vt poſt eius mortem, ad filium maiorem natu aut alium reuerteretur? Creditor eam domum capi & proſcribi iubet. Is ad quem redire debet poſt mortem debitoris aduerſus quem proſcribitur, opponit ſubhaſtationibus, vt fiat ſeparatio, allegátque illud prædium aut domum reſtitutioni eſſe ſubiectam, & conſequenter non potuiſſe obligari à debitore. nec poſſe eius debiti nomine publicari aut addici. Ac prima quidem fronte videtur is qui ſeparationis faciendæ cauſa opponit non admittẽdus: nam ante euentum conditionis reſtitutionis, nullã habet actionem, debitórque eſt eius verus dominus, aduerſus quem proſcribitur, quandiu viuet: quia fideicommiſſum relictum in diem mortis, non cedit antè diem mortis. l. Statius Florus. §. Cornelio Fœlici. ff. de iure fiſci. & l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat. ij. Præterea ſaltem opponens perperam opponit, ſeparationis obtinendæ cauſa de re capta, maléque impedit quominus curatores bonis proſcriptis dati fruantur durante vita debitoris, ratione fructuum percipiendorum in vita dicti debitoris cuius bona proſcribuntur, ex quibus fructibus creditoribus aut eorum nonnullis exolui interim & ſatisfieri poterit: videtúrque non poſſe petere ſeparationem, ſed duntaxat vt ipſi ſaluum ſuum ius fideicommiſſi conſeruetur, hoc eſt vt dicatur, Prædium proſcriptum non addicendum, niſi vt adiudicatarius eo fruatur, quandiu debitor, cuius bona proſcribuntur, viuet, eáque conditione vt opponenti reſtituatur poſt mortem dicti debitoris. Hac de re magna eſt in iure diſputatio, vtrum bona alienari prohibita vel aliàs reſtitutioni ſubiecta veniant in generali hypotheca. quod ampliſsimè tractat. Alexand. de Imo. in conſilio ſuo xxiij. in j. lib. & Docto. in dicta l. cum pater. §. hæreditatem. & in l. fin. §. ſed quia. & in authentic. res quæ. Cod. communia de legat. Angel. & Bald. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſt. Bartol. in l. codicillis. §. inſtituto. de lega. ij. vbi concludunt quòd non. Et an talia bona reſtitutioni ſubiecta vel alienari prohibita veniant in generali confiſcatione, per Alexand. in dicto conſil. xxiij. per glo. & Bartol. in l. j. ff. de fideicommiſſ. liber. & eundem Bartol. in l. cum pater. §. libertis. de leg. ij. cum aliis locis ſimilibus. 2

ARTICVLVS XV.

SVE tous oppoſans à fin de diſtraire ou d'annuller, ou pour charges foncieres, par le moyen deſquelles oppoſitions l'adiudication ſera retardee, s'ils ſont deboutez de leur oppoſition, ſeront condamnez en trente liures pariſis d'amende enuers nous, & en pareille amende enuers le pourſuyuãt criees: & neantmoins ſeront tenus des arrerages des rentes, qui auront cependant couru par le moyen de leurs oppoſitions, ayans retardé l'interpoſition du decret. Pour leſquelles amendes & arrerages liquidez, s'ils n'ont de quoy payer, ils tiendront priſon, ſinon que le Iuge par aucunes conſiderations à ce le mouuans, trouue qu'ils en deuſſent eſtre excuſez.

SVMMA.

1 *Chirographum agnitum extra iudicium, coram notarijs, infert hypothecam.*

In hæc verba, *Par le moyen deſquelles oppoſitions, l'adiudication par decret ſera retardee.*

CAP.

CAP. XLIIII.

NOta hîc pro creditoribus aut chirographariis, hoc eſt, iis qui nituntur ſolo chirographo ſui debiti nomine, qui nõ rediguntur in ordinem cum creditoribus hypothecariis, ſed manent inter perſonales, per text. in l. cùm tibi pro dote. C. qui potior. in pign. hab. Scriptura enim priuata, cuiuſmodi eſt chirographum, non continet hypothecam. l. ſcripturas. cum ſua auth. eod. tit. niſi chirographum in iudicio eſſet agnitum, quod infert hypothecam, à die agnitionis, per expreſſam conſtitutionem regis Franciſci, anni 1539. cui videtur conuenire text. in cap. ſi cautio. de fide inſtrum. in antiq. Nam ſcriptura priuata in iudicio agnita, æquiualet iudicio publico, quo ad fidem & probationem faciendam, inférque iudicium iuris pigneratitij pendente lite, quemadmodum obligatio à notariis publicis recepta. Eiuſmodi creditores chirographarij ſi ſua oppoſitione depellantur, non debent mulctari: nã eorũ oppoſitio nõ moratur addictionem decretalem, ſed diſcutitur ac iudicatur poſtea vt antea. Sed quid de chyrographo extra iudicium agnito coram duobus notariis, an hypothecam, & pignoris dationem infert? Cõſtitutio regis Frãciſci, anni 1539. habet hæc verba, In iudicio recognita. Videtur hypothecã inferre, quemadmodũ cõfeſſio debiti coram notario, aut obligatio: aliâs fruſtra eſſet præſentia notariorũ. Hócque loco notanda eſt cõſtitutio regis Franciſci, anni 1539. art. 80. qua omnes ſubhaſtationib. opponentes, quorum oppoſitio reiicitur, plectendi ſunt mulcta ſexaginta librarum pariſienſium, ſi id contingat in inferiori iuriſdictione: aut maiorib. mulctis arbitrio iudicis, ſi res ferat: eóque amplius eadem pœna ipſis partibus. Quamuis autem conſtitutio vtatur verbo, Calomnioſè, dico eo ipſo quod opponens ſubhaſtationibus ſua oppoſitione cadit, declaratúrque iniuria oppoſuiſſe: eſt in præſumpta calomnia quòd ſe oppoſuerit animo impediendi, aut ſaltem morandi addictionem ex decreto: veriſimiléque eſt eum eſſe impulſum à proprietario, aduerſus quem proſcribitur, ad id agendum, niſi ex magnis cauſis excuſari poſſit: intelligitúrque conſtitutio de omnib. opponentib. proſcriptioni, ſiue ad fines cõſeruandi, aut annullãdi, aut diſtrahendi: nullo enim modo dicta conſtitutio diſtinguit: & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Magnæ tamen ſunt rationes in contrarium, maximè ratione opponentis pro debito aut hypotheca: nã talis oppoſitio nullo modo addictionem ex decreto moratur, quia diſcutitur æquè poſt addictionẽ, ac ante. Hoc verũ his temporib. verùm quãdo diſcuſſio celebranda erat ante addictionẽ, vt obtinebat anno 1539. tunc oppoſitio debiti aut hypothecæ conſeruandæ cauſa, impediebat ac morabatur addictionem, æquè atq; oppoſitio ad fines diſtrahẽdi aut annullandi: vetúſq; erat cautela & aſtutia olim, quando proprietarius volebat impedire addictionem ex decreto, excitabat nouum opponentem, eáque ratione ſubhaſtationum proceſſum ad viginti & triginta annos protelabat: ſed animaduerſa ea aſtutia & malitia, hac conſtitutione ei prouiſum eſt.

Hæc itaq; conſtitutio de ſolis opponentibus ad fines diſtrahendi aut annullandi, aut ratione onerum fundo inhærentium loquitur: eiuſmodi enim oppoſitiones poſſunt morari addictionem ex decreto, quia diſcutiendæ ſunt ante addictionem decreti.

ARTICVLVS XVI.

QVe s'il y a oppoſition formee pour l'euenement d'vn procez petitoire intenté pour raiſon des choſes criees, où aucun droict reel pretendu ſur icelles puiſſe prendre long traict, ou bien pour recours de garantie, ou autre ſemblable droict, dont n'y auroit procez encommencé: au moyen deſquelles oppoſitions eſt empeſchee l'adiudication par decret, & diſtribution de deniers, ſera preſix temps certain à l'arbitrage de Iuſtice, pour faire vuyder leſdicts procez commencez & pendans: & à faute de ce faire dedans ledict temps, ſeront leſdicts procez petitoires intentez auparauant la ſaiſie euoquez, & apportez deuant le Iuge, par deuers lequel ſeront pẽdantes leſdictes criees, & leſquels nous auons dés à preſent cõme pour lors, euoqué & euoquons, en l'eſtat qu'iceux procez ſerõt lors trouuez, pour faire droict par meſme moyen ſur ladicte demande petitoire, comme ſur vne oppoſition afin de diſtraire, par les pieces. Et ſur l'inſtruction & eſtat, auquel ſera trouué iceluy procez, apres le delay deſſuſdit paſſé, ſera auſſi paſſé oultre pour le regard des oppoſitions de recours de garantie, à la charge, que les oppoſans poſterieurs ſeront tenus obliger, & en hypotheque tous & chaſcuns leurs biens, & bailler caution idoine & ſuffiſante de rẽdre & reſtituer les deniers, qui par luy ſeront receus à l'oppoſant ou oppoſans, pour ladicte garantie, qui ſeroyent trouuez eſtre precedens en hypotheque leſdicts oppoſans, auſquels la diſtribution auoit eſté faicte.

SVMMA.

1 *Propoſitio erroris locum non habet aduerſus arreſtum interlocutorium.*

2 *Prior creditor non præfertur, ſi eius conſenſu res fuerit poſteriori creditori obligata.*

3 *Prioritas non perditur per nouationem hypothecæ.*

4 *Creditor cuius nummis militia aut alia res empta eſt, omnibus præfertur.*

5 *In fructibus beneficy nondum ſeparatis à ſolo conſiſtit hypotheca.*

6 *Dotalitium aliquando impedit addictionem ex decreto quandoq; non.*

In hæc verba ¶ *Au moyen desquelles oppositions est empeschee l'adiudication.*

CAP. XLV.

PEr consuetudinem prefecturę & vicecomitatus Parisiensis, titulo de subhastationibus per quatuor quatuordenas antiquas, articulo 181. dictarum consuetudinum vnusquisque admittebatur opponēs subhastationibus prædij siti in præfectura & vicecomitatu Parisiensi, donec decretum addictum, transcriptum & sigillatum esset. Tamen in subhastationibus quæ celebrabantur nonnullorum prędiorum, virtute arrestorum supremæ curiæ, sitorum in dicta præfectura & vicecomitatu Parisiensi, aut alibi in iurisdictione curiæ Parisiensis, pronuntiatum est arrestum, anno 1492. quo cautum est, neminem admittendum opponentem subhastationibus prædij publicati per decretum curiæ, post arrestum discussionis datum, cuius arresti verba hæc sunt: *Pource que la court est souuent trauaillee, &c.* vt supra relatū fuit. Sed notandum est hoc arrestum accipiendum de opponentibus proscriptioni duntaxat, vt iura sua, debita & hypothecas conseruent: aliud esset in opponente subhastationum annullādarum causa: nam hi opponentes annullandi causa non admittuntur post significationem subhastationum celebratam. Ita pronuntiatum iudicatúmque fuit arresto curiæ supremæ ex die 19. Iulij 1519. quo cautum fuit neminem deincepsadmittendum ad impugnandum subhastationes fundi, post earum significationem. Optima est ratio: nam recipiendo opponentem causa annullandi post significationem subhastationum, esset recta via significationes euertere, & de iudicato dubitare: nam significatio subhastationum fieri debet coram iudice, dum exercentur, ex consilio pragmaticorum: nec potest illud iudicium nisi prouocatione reuocari, si à iudice à quo appellandum sit emanarit: Sin verò iudicatum fuerit à magistratu à quo prouocare non liceat, non potest reuocari nec per propositionem erroris, nec aliter. Nam propositio † erroris locum non habet aduersus arrestum interlocutorium: addè quòd proprietarius cuius bona proscribūtur potest sistere cursum subhastationū satisfaciendo persequenti & opponenti de eorum debito. Notandúmque significationem subhastationum faciendam statim post perfectas subhastationes diligentia Institoris auctionis: deberéque significationem subhastationum adiungi expleto subhastationum sub sigillo iudicis qui eam celebrauerit: aliàs irritæ sunt subhastationes, ad eámque rem est expressa constitutio Regis Francisci publicata anno 1539. art. 79. Quòd autem attinet ad formam celebrandæ significationis subhastationum, in iudicio fieri debet, dum actiones exercentur, coram pragmaticis illius fori, post publicam lectionē factam subhastationum: & iis intellectis pragmatici referre debent ritè ac debitè factas, pro vsu & consuetudinibus locorum: iudéxque lectione ac relatione celebrata debet declarare ritè ac debitè factas & perfectas: debétque actus à scriba signari. Déque hac forma extat arrestum supremæ curiæ ex 14. die Nouembris, anno 1500. inter abbatem & conuentum de Morigny, & quendam dictum Ioannem Abraham, à quo secuta sunt innumera arresta eiusdem tenoris: idque ad vnguem obseruatur in magna camera dictæ curiæ, vbi eius generis quæstiones quotidie proponuntur: & hæc forma significandarum subhastationum, tradita quoque est alio arresto pronuntiato, in fauorem cuiusdam dicti Alpini de Bethune, die 26. Aprilis 1551.

Species facti proposita est de duobus creditoribus disceptantibus coram Commissario castelletti, pro ordine distributionis: vbi secundus contendebat se præferendum primo in distributione, quamuis esset prior in hypotheca, quia adfuerat & consensum præbuerat contractui secundi: ideóque consentiendo creationi secundi debiti ac hypothecę: tacitè suæ prærogatiuæ renuntiasse: dicebátque se aliàs nec contracturum nec pecunias suas mutuas daturum fuisse. Contrà prior creditor fatebatur quidem se interfuisse ac consensisse contractui ac hypothecæ posteriori: sed tamen non ea mente vt renuntiaret aut præiudicaret suo debito & hypothecę, satisque esse vnde vtrique exolueretur. Commissarius anceps consilij eos remittit, quia ius ciuile ignorabat: sed in eo nulla est difficultas: quia si de † consensu primi creditoris, res secundo hypotheca- 2
tur, primus perdit priuilegium prioritatis, & erit secundus potior co. l. creditor qui prior. §. si tecum de hypotheca. ff. qui potior. in pign. hab.

Orta est memoria mea in terminis hæc quæstio. Quidam mercator Parisiensis, dictus Bourdon, domum habens Lutetiæ, & alteram Aureliæ: vendit ac constituit cuidam dicto Ruffé quadraginta libras annui reditus super sua domo simpliciter. Postea vendit ac constituit reditum triginta librarum annuarum super domo quam Aurelię habebat cuidam dicto de l'Orge: ac iterum postea penuria nummorum dicto Ruffé primo creditori triginta insuper libras reditus annui constituit. Quoniam autem sciebat domum sitam Aureliæ longe prævalere ei quæ Lutetiæ sita erat ad vtrunque reditum persoluendum: per nouationem prioris venditionis quadraginta librarum annui reditus, dictum est ac conuenit expressè, domum Aurelianēsem obnoxiam & hypothecatam fore, tam priori reditui quadraginta librarum, quàm posteriori viginti librarum. Accidit vt pro solutione vtriusque reditus, vtraque domus tam Aurelianensis quàm Parisiensis proscribatur: cui opponunt Ruffé & de l'Orge, prior & posterior creditores, singuli ad tuitionem reditus ac reliquorum, sibi debitorum. Ruffé petit præferri in ordine distributionis ratione vtriusque reditus: & quo ad priorem reditum quadraginta librarum nullam esse difficultatem dicit: quoniam sit prior tempore, nec vlla possit quæstio versari ratione pretij domus Parisiensis: contra de l'Orge contendit se præferendum, tam super pretio redacto ex venditione domus Parisiensis, quàm Aurelianensis: quia quamuis Ruffé esset prior in hypotheca super domo Parisiensi, tamen nouauit suam obligationem, & hypothecam, tacitéque renuntiauit prioritati ac prærogatiuæ suę, persequentem constitutionem viginti librarum annuarum. Præfectus Poissiaci apud cuius tribunal hæc quæstio mota est, consuluit antiquiores aduocatos Parisienses, qui censuerunt nullam in eo versari difficultatem: quia de iure prioritas † non 3
perditur per nouationem hypothecæ. l. 3. ff. qui potior. in pig. hab. Sed ferè iudices rustici non eo eruditionis progrediuntur.

Item quid? Duo millia aureorum coronatorum dedi mutua Titio vicino meo, ad emendā militiam, (loquor autem de militia quæ licitè vēdi & emi potest non de iudicaturis.) Multi alij creditores hypothecarij exoriuntur qui super ipsius bonis immobilib. solutionē petunt. Profero meū instrumentū obligatorium, quo continetur me in creditum iisse ad emendum officium tale: contendo me præferendum

dum omnibus aliis,etiam tempore prioribus.Quid iuris? Vide cùm hæc quæstio oriretur pro quodam præside rationum,dicto Bailly;aduersus quem arresto sancitum fuit ipsius officium Prætidis rationum vænale exponendum ad solutionem debitorum instante quadam vidua aurifabri. Communis opinio est, quod si agatur de vendendo officio ex decreto, cuius emendi causa pecuniam credidi, præferendus
4 † sum omnibus creditoribus etiam hypothecam meam præcedentibus: sed si de venditione aliorum ipsius bonorum & prædiorum agatur, veniam ordine meo,quemadmodum cæteri creditores. Ratio est, quia lex id priuilegium tribuit ei qui pecunias suas mutuas dedit nominatim, vt in eam causam impenderentur: quemadmodum creditori,qui nominatim pecuniam suam credidit in emptionem certi prædij ab ipso instanti acquisitionis eius prædij, prædium est pro suo debito obligatum, eóque priuilegio gaudet vt omnibus cæteris creditoribus in venditione ex decreto dicti prædij præferatur.l. licet.cum sua auth.C.qui pot.in pig. hab. Nonnulli tamen tenuerunt id esse intelligẽdum,quando prædium aut officium meis nummis in eam causam creditis emptum,mihi fuit expressè ac specialiter obligatum & hypothecatum,pro securitate & solutione meorum nummorum;aliudque dicendum si hypothecam tantùm generalem habeam: & pro isto dubio vide amplius gl.in illa l.licet.in verbo,conuenit. C.qui potior.in pig.hab.

Alius videtur quod si officium aut prædium meis nummis comparatum est, idque probare possum, habeo tacitam hypothecam, iusque prælationis aduersus omnes alios creditores mihi est quæsitum & concessum per legem, quamuis nec officium nec prædium mihi fuerint specialiter hypothecata securitati acsolutioni meorum nummorum,per textum quem dicunt ad hoc expressum in Auth. quo iure. C.qui potior.in pig.hab.

Olim non fuisset processum ad decretalem addictionem prędij proscripti cùm onere litis petitoriæ.Ratio est apertissima: nam licitator emens prædium,cuius causa pendet lis petitoria, sub conditione euentus litis, nihil aliud quàm litem emit, cuius exitu fortè ab eo prædium euincetur,lite, prædio ac nummis cadet. paucique reperiuntur qui ea conditione licitari velint,multæ in eo fraudes admitti possunt. Nam quispiam vicinum suum obæratum sentiens, inuitúmque illum ante paucos dies coactum iri sua prædia ex decreto vendere, mouebit ei aut moueri curabit ab aliquo alio per collusionem, litem petitoriam,iure vel iniuria:deinde animaduertens prædium proscribi, formabit aut formari curabit oppositionem,ratione euentus litis petitoriæ. Tum nemo ad auctionem accedere audebit propter dubium euentum huius litis. Is sciens eam litem nullius esse momenti aliquantulum adiciet auctionem,eáque fraude minimo pretio prędium obtinebit. Ex aduerso quoque magnas fraudes committi animaduersum est. Nam proprietarius cupiens subhastationes in infinitum protrahere, ac inhibere addictionem ex decreto suorum prædiorum, suósque creditores in angustiam summam redigere, aut cogere ad remittendam sibi mediam debiti partem, vt aliam auferret,excitabant quempiam ipsi qui eum actione petitoria impetebat ratione eius prædij: litémque inter se simulatam mouebant, eóque modo iustitiam eludebant: eáque fraude tam frequenter proprietarij aduersus quos proscribebatur, vti sunt, vt tandem fuerit iudicibus cognita & intellecta.Idcirco antehac multis arrestis iudicatum est, vlterius procedendum ad addictionem ex decreto, sub onere litis petitoriæ, extátque eius rei arrestum ex 14. die Decembris 1536.ratione terræ & iurisdictionis d'Argeuille, inter dominum Anthonium du Paillier, & dominum Ludouicum Lucas,dominum de Courselles, quo cautum fuit vlterius progrediendum ad addictionem ex decreto sub conditione litis petitoriæ.

Aliud extat arrestum simile præcedens inter decanum & capitulum ecclesiæ Altissiodorensis, & magistrum Germanum Chermoy, ex die 24. Decembris 1530. iam verò hæc constitutio ad eam rem est expressa.

Olim mos erat inserere decreto, expleta,iudicia & processus subhastationum de verbo ad verbum: adeo vt decretum quantumuis exigui esset valoris prædium subhastatum, contineret, viginti, triginta, etiámnon quadraginta membranas, adeo vt ea res omnibus admirationem moueret: idque scribæ se ideo exequi causabantur, vt in posterum appareret omnia solemnia esset obseruata. Sed re vera id ab ipsorum auaritia tantùm procedebat,& vt a litigantibus maiorem vim pecuniarum emungerent. Ob hanc causam sancita est constitutio anni 1539. artic. 85.qua cauetur ne deinceps,in arrestis aut sententiis addictionis ex decreto,adiiciantur expleta subhastationum,aut alij actus qui antea solebant inseri: sed adiiciendam duntaxat recitationem summariam actuum necessariorum,vt fieri solet in arrestis & sentẽtiis in aliis causis latis.Et verò sufficit mentionem facere cum adiectione diei solemnium obseruatorum, quia solemnitas decreti probatur per verba narratiua, vt notat glo.in l.j.C.de fid.instrum.lib.x. in verbo,omni ordine, & concludit quod probatur solemnitas interuenisse in decreti interpositionem eo ipso,quod contrarium non probatur. Idque notandum est aduersusdeceptores,qui post decem aut quindecim annos a decreto prouocant,& nonnunquam post viginti annos prouocant: suámque prouocationem causantur ob non obseruata solemnia. Post actus & instrumenta deperdita, post mutationem proprietariorum,petunt sibi probari solemnia esse obseruata: nonnunquam etiam eiusmodi processum recuperantes, exusserunt, vt posita appellationem interiicerent ac decretum euerterent. Verùm id nihil debet iudices morari:nam sufficit narratiua decreti ad probanda solemnia: nec admittendi sunt eiusmodi prouocantes, sed non leuibus & extraordinariis mulctis plectendi essent, vltra mulctam ordinariam temerariæ prouocationis vt suprà diximus.

Quęro,Beneficiatus quidam,nihil in bonis prętersuum beneficium habens, contraxit obligationem cum generali omnium suorum bonorum hypotheca:creditor animaduertens præter beneficium nulla bona possidere,capi iubet fructus temporalium ei° beneficij,fructibus adhuc pendentibus, curatoréſq; decerni procurat: multi insurgunt opponentes, nõnulli chirographarij,nulla hypotheca muniti,nõnulli hypothecam habentes per obligationem authenticã,coram duob. notariis publicis celebratam in forma probata.Creditores generalẽ hypothecam habentes in omnib.bonis,contendunt se in solutione præferendos creditoribus chirographariis: quia creditores chirographarij non habent hypothecam. Leum tibi.C.qui pot. in pig. habeant. Contrà chirographarij dicunt,nullã esse hypothecæ prærogatiuam,nec vllã constitui posse. hypothecam in fructi-

bus beneficiati,qui ſunt quòd mobile: nullam eſſe perſecutionem hypothecæ ſuper mobilibus, nec in re mobile cõſiſtere hypothecam, aut ſaltem procedendum eſſe;contingente clade,ad contributionem pro rata. Ex aduerſo debitor ait ſub generali hypotheca omnium bonorum, non intellexiſſe, nec potuiſſe obligare fructus ſui beneficij, qui ſibi alimẽto rum loco ſunt,& vt Deo inſeruiat in ſuo beneficio, beneficiáq; non eſſe in commercio hominis, & hypothecæ obnoxia:ideóque neutrum poſſe agere aduerſus fructus ſui feudi hypothecariè:præterea obligationem clerici beneficiati accipiendam eſſe legaliter,deducto ne egeat: alioquin fame periturũ,nec poſſe diuina miniſteria in ſuo beneficio exequi:quia ſpiritualia ſine temporalibus præſtare non poſſunt. ca.inter corporalia.de tranſlat.epiſc.Addit eiuſmodi fructus eſſe bona mobilia clerici, quæ ex priuilegio iuris,&ex conſtitutione non poſſunt capi in executionem aduerſus ipſum : per cap.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtit.& ibi gl.in verbo,Perſonis.ex tex. in ca.fin.de vita & honeſt.cleric.& ibi glo.in verbo, Suis facultatibus,cum aliis ſimilibus.

Sæpe orta eſt mea memoria hæc quæſtio, definitáque arreſto,aduerſus ſacerdotes,& epiſcopos: meminique cùm iudicata eſt aduerſus epiſcopum Gergouienſem,dictum Duprat:tenebátq; cõmuniter curia ſuprema,quòd executio valeat, ſi creditor capi iubeat per modum executionis fructusbeneficij clerici,presbyteri,aut Epiſcopi,adhuc pendentes,nec à ſolo ſeparatos,mobilésque factos. Eiuſmodi enim fructus inter immobilia numerantur,quia non ſunt ſeparati à ſolo.per tex.in l.fructus,ff.de rei vendicat. cuius hæc ſunt verba : Fructus pendentes fundi pars eſſe videtur,& in illis fructibus non ſeparatis à ſolo, etiam ſi ſunt fructus beneficij, poteſt conſtitui pignus.Ita in ſpecie tenuit Specul.in titul.de hæret.ad fin. verſic. In fauorem autem fidei. pro quo allegat textum,qui parum facit, niſi videretur in antiqua compilatione ad longum. Sed pro hac opinione facit,quod vſus & vſusfructus poſſunt pignorari: imò & nomen debitoris.l.nomen.C.quæ res pign. obli. poſſ.etiam penſi obligari poteſt. l.cum conuenit.ff. de pign.Et in ſpecie noſtra,quòd fructus pendentes poſſunt hypothecæ dari, eſt text.apertus,in l.ea quæ nondum ſunt.ff.de pign. Et ſiue dicas beneficiatum eſſe vſuarium, ſiue vſufructuarium, omiſſa diſputatione glo.in c.præſenti.de off.ord.lib.vj.vtroque caſu poterit pignus conſiſtere in fructibus ſui beneficij.Atqui ſi fructus beneficij iam recollecti & à ſolo ſeparati,& in horreo cõditi ſunt,bona mobilia executione capi non poſſunt, propter priuilegium clericale,vt ſupra dictum eſt : & cum hac diſtinctione tranſit curia Franciæ.

Ingens orta eſt quæſtio ſuper oppoſitione facta ſubhaſtationibus pro dotalitio quòd nullum debitum aut hypotheca præcedebat,cuiuſq; nomine mulier cui dotalitium competebat pecuniam accipere recuſabat, neque enim hoc caſu poteſt auctio in nummis fieri,niſi cum onere dotalitij. Emiſſum eſt arreſtum in auditorio,die Martis 28.Septemb.anno 1542.quo anno accidit continuatio Parlamenti:quo ſancitum eſt, inter Simonam des Rues, viduam defuncti Ioannis Deſgrets organiſtam, & Nicolaum Durant, Malum iudicatum à præfecto Parienſi,aut ipſius legato, qui ſtatuerat inter hæredes dicti defuncti ; domum ſitam Pariſiis proſcribendum, non obſtante dotalitio viduæ competenti in media parte illius domus, hæredéſq; inter quos decreta fuerat eiuſmodi licitatio, teneri obſeruare obligationem dotalitij contractam à defuncto: pronunciatúmque eſt dotalitium viduę licitandum,vt in ea domo morari poſſet ſoluendo alteram dimidiam locationis partem,proprietatis iure illibato permanente.Iuris tamen ſcripti diſpoſitione, dotalitium non poteſt impedire addictionem ex decreto, ſed æſtimari debet,æſtimatióq; capi ex pretio auctionis, ſecundum ſuum ordinem: & eſt hoc ſingulare contra mulieres volentes impedire rem ſubhaſtari,& vendi propter dotem, vel vſumfructum quem habent in ea, cum hocnon debeat impedire ſubhaſtationes,nec decretũ,ſed ex pretio rei debet dari illis æſtimatio dotis aut vſusfructus.De hac re eſt textus ſingu. in l.partis tertiæ,ff.de præſcr.verb. Id tamen intelligẽdum eſt, quando eſt aliqua hypotheca dotalitium præcedẽs: ſed ſi dotalitium prius ſit, nec redemptioni obnoxium, mulierq; cui dotalitium debetur opponat ſeparationis faciendæ cauſa, non poteſt repelli, & ad ſubhaſtationes vlterius progredi neglecta eius oppoſitione, ſicq; iudicatum fuit arreſto,ratione domus cui inſigne eſt, Gornu Cerui, ſitæ in vico Curcilionis Lutetię.Facit ad propoſitum quęſtio quam vidi moueri. Titius cùm vendidiſſet, impoſuiſſétq; reditum annuum ſuis omnib. bonis, cáq; hypothecaſſet,vendit domum quæ ſuâ erat, ſitam in vico S. Dionyſij, nec vllam dicti reditus oneris aut hypothecæ mentionem fecit. Hic emptor per decẽnium ea domo fruitur,pro dicto reditu nullo modo laceſſitus aut fatigatus. Poſt decennium ea domus proſcribitur, opponitque creditor dicti reditus ratione ſuæ hypothecæ, quæ omnia alia debita præcedit, eo quòd eſt contracta ante venditionem. Alij creditores excipiunt, non poſſe eam hypothecario aut alio nomine agere aduerſus eam domum : quia emptor aduerſus quem proſcribitur,eſt pacificus tertius poſſeſſor per decem annos : & quod tam ex conſuetudine Pariſienſi quàm iure communi, tertius poſſeſſor per decennium cum titulo & bonę fidei præſcribit hypothecam.Quæritur quid iuris?Non eſt dubiũ quin de iure hypotheca præſcribitur per tertium poſſeſſorem contra creditorem decem annis. l.1. & 2.C.ſi aduerſ.cred. Et in eam rem eſt expreſſa conſuetudo Pariſienſis in ca.de præſcriptione, primo & ſecundo articulo. Et idem in quolibet extraneo poſſeſſore, quia tunc præſcribitur decem annis: ſed à debitore non præſcribitur hypotheca, niſi quadraginta annis.l.cum notiſſimi. C.de præſcript.30. vel 40.annor.& l.ſi obligata prædia.C.de euict.

Sed quid de illo, qui conſtituendo reditum, ſpecialiter hypothecat & obligat domum, in qua nullum ius habebat : tamen caſu accidit vt ipſius fieret per ſucceſſionem,donationem aut per aliam acquiſitionem.Aduerſus eum proſcribitur:primus creditor opponit,cõtenditq; ſuam eſſe hypothecam: poſteriores creditores contrà negant, dicúntq; tempore contractæ ipſius hypothecæ eam domum non fuiſſe in bonis debitoris. Hic eſt caſus l.cum res.C. ſi alien.res pig.data ſit:vbi deciditur ex equitate obligatam fore dicto creditori:quia hypotheca conualeſcit ex ſuperuenientia iuris. Verùm hodie notarij ſolent in ſuis contractibus, in clauſula generalis hypothecæ,apponere omnia bona debitoris tam præſentia,quàm futura:& quamuis non expreſsè de bonis futuris mentionem faciant,tamen de iure in generali hypotheca omnium bonorum, veniunt præſentia & futura,vt eſt text.in l.final. C.quæ res pign. obligat.poſſunt.

TRA.

TRACTATVS DE APPELLATIONIBVS TANQVAM AB ABVSV.

ARrest donné en plaidant, le Mardy au matin xxiij. Auril, apres Pasques, mil cinq cens lx. au profit de frere Claude de Xainctes, appellant comme d'abus de l'executiõ & homologation de certain indult, octroyé par le Pape & l'Abbé de S. Vincẽt des Bois, par lequel il luy permettoit de tenir deux benefices dependans de son Abbaye, qui luy seroient conferez per vicarium ab eo deputandum: & fut dict qu'il auoit esté mal & abusiuement executé, & homologué, l'intimé cõdemné és despens de la cause d'appel.

SVMMA.

1 *Quomodo accipiendum sit quod ordinarius possit tribuere potestatem conferendi generaliter, & specialiter beneficium.*
2 *Vicarius confert tertio, non ordinario.*

CAP. I.

HOc arrestum est admodum singulare prò interpretatione & extensione cap. fin. extra de Instit. & cap. fin. extra de iure patronatus. Videbatur enim prima fronte, Indultum à Papa concessum Abbati S. Vincentij des Boys non esse abusiuum: quia ex dispositione iuris canonici, certum est ordinarium habere non solùm potestatem delegandi in genere potestatem cõferendi beneficia Vicario suo generali, sed & in specie pósse alicui delegare, seu donare potestatem conferendi certum beneficium, per ea quæ notat Panorm. in cap. constitutus. extra de constitu. præb. num. 5. Curia tamen iudicauit hoc inductum abusiuum contra sancta decreta, concordata, & contra dispositionem iuris cõmunis. Quod attinet ad dispositionem iuris communis, certum
1 quidem est ordinarium † habere potestatem non tantùm delegandi in genere potestatem conferendi, sed etiam in specie: sed hoc duplici modo intelligitur, scilicet conferendi in specie beneficium vacans, non etiam beneficium vacaturum, ne fiat fraus Lateranẽsi concilio. Hęc est formalis decisio textus in d. cap. constitutus. vbi habens potestatem conferendi non potest alteri delegare potestatem conferendi primum beneficium quod vacabit: quo loco Panorm. distinguit delegationem Cilletonis beneficij vacaturi, a delegatione beneficij vacantis: & notat quod hæc valet non etiam altera. Ad hanc rem textus est singularis in ca. liberatione. §. inhibemus. de officio deleg. in vj. vbi dicitur, ipsum legatum non posse in genere, nec in specie cuicunque concedere, vt ab iis qui beneficia intra legationem eiusdem habentes, ea in illius manibus voluerint liberè resignare, ipsorum resignatione recepta, illa valeat idoneis conferre personis, quòd eo modo aperiri posset via contra Lateranense consilium ad beneficia vacatura. At inductum de quo agitur, vt Abbati S. Vincentij des Boys liceat possidere duo beneficia ipsi collata per vicarium ab eo deputatum, continebat delegationem pro duobus beneficiis vacaturis, certo vicario & speciali, itaq; contra dispositionem iuris. Alia ratio est, Quamuis per dispẽsationem aut aliter ordinarius possit delegare alicui potestatem conferendi certum, vel certa beneficia, tamen id intelligendum est, vt possit † conferre tertio, non et- 2
iam ipsi ordinario delegantí: quia quemadmodum ordinarius ad beneficium vacans nõ potest seipsum præsentare, cap. fin. extra de iure patron. vel sibi ipsi conferre, cap. fi. extra de instit. quia inter dantem & accipientem debet esse differentia, & distinctio personalis, simili modo non potest occupare aut sibi curare conferri beneficium per vicarium suum ab eo deputatum, vel deputandum, quia vicarius non confert iure proprio, sed iure ordinarij delegantis. cap. fane de offic. deleg. Et in terminis, Panor. in d. cap. fin. ext. de institut. tenet q. od quamuis Abbas possit occupare beneficium dependens à sua abbatia, per collationẽ Papę, aut legati, tamen non potest illud tenere per collationem sibi à suo vicario factam: redditque rationem, quia Papa vel legatus in conferendo, iure proprio vtuntur: vicarius verò, non iure proprio, sed iure ordinarij delegantis confert. Ad sui dicti confirmationem allegat l. 1. ff. de off. ęius cui mand. est iurisdict. Accedit, quod tale indultum continet in effectu speciem reseruationis duorum beneficiorum, contra decretum, de reseruationibus sublatis.

LE mardy dixiesme iour de Mars, mil cinq cens xxxiij. fut donné arrest, Maistre Iaques Aubery plaidant pour maistre Odo Belliot intimé: par lequel vne citation super decimis & aliis actionibus personalibus fut declaree abusiue, pource qu'elle estoit trop generale. Et le lundy seiziesme iour dudict mois & an, fut donné autre pareil arrest pour vne citation decernee en termes generaux super actionibus personalibus: laquelle fut declaree abusiue comme trop generale.

SVMMA.

1 *Quare citatio generalis sit abusiua.*
2 *Prohibitum est concedere lucras debitũ, & salua guardia generalis.*

CAP. II.

HÆc duo arresta nituntur constitutione regis Ludouici duodecimi, publicata anno 1512. art. 1
46. quo articulo præcipitur omnibus iudicibus ecclesiasticis huius regni, exprimere in omnibus citationibus ab ipsis emissis earum causas, vt ecclesiastici aduersus laicos citatos possint intelligere an cognitio rei ad iudices ecclesiasticos pertineat. Ea autem generalitate, causa nõ exprimitur specialiter: hac ratione † committitur abusus contra constitu- 2
tionem. Facit text. in l. j. ff. de edendo. vbi textus ait, Qua quisque actione agere volet, eam prius edat.

reus inſtructus ad deffendendum veniat cõgnitionē qua cõuenitur. Præterea videmus generalitatem valde improbari vt in l.j.C.de iure dominij impetrando. vbi dicitur quod Creditor poteſt quidem impetrare à principe, vt hæc vel illa debitoris bona, iure dominij poſſideat: non etiam vt poſſideat generaliter bona debitoris. Sic conformiter huic legi, cõſtitutio Regis Ludouici xij. anni 1512. art.60. prohibet † omnibus Præſidibus prouinciarum curiū vel legatis, vllas literas debitis cõcedere, aut ſaluas guardias generales, quæ per dictam conſtitutionem nullius ſint momenti & effectus. Similiter dicta conſtitutio, art.88. prohibet, ne in cancellariis concedatur literæ reſtitutionum, niſi pars impetrans exprimat & ſpecifice declaret & per quas cauſas, pro quibus petit reſtitui, non in terminis generalibus. Articulo 57. prohibitum eſt, ne expectantur reſtitutiones in cauſis appellationum à ſententia interlocutoria, aut grauaminibus illatis extra iudicium, niſi pars exprimat ſpecialiter ſua grauamina, & minutim, non generaliter. Ad hanc rem addi poteſt quod ſupra diximus de amortizatione generali, & de confirmationibus in poſſeſſionem generalibus, ſub tit. de feudis.

1

2

ARreſt du feudy neufieſme iour de Mars, mil cinq cens xli. entre Pierre de Tinteniac, Eſcuyer, Sieur du Pecher en Aniou, & Damoiſelle Frãçoiſe de Lizian, appellans cõme d'abus, & René d'Oruaulx, Eſcuyer, Sieur de la Mothe d'Oruaulx intimé: par lequel fut dict mal & abuſiuement decerné, & executé, en ce que pendant la queſtion en matiere de Rapt par deuant le Seneſchal d'Aniou ou ſon Lieutenant à Angers cõtre ledict d'Oruaulx, que l'on pretendoit auoir commis Rapt en la perſonne de ladicte Françoiſe de Lizian, iceluy d'Oruaulx auoit faict citer ladicte Françoiſe en matiere de mariage par deuant l'Official d'Angers.

SVMMA.

1 *Raptus cum rapta an recte contrahant matrimonium.*
2 *Si raptor cum rapta contrahit, an debeatur pœna.*
3 *Ius canonicum in hac parte non obſeruatur in Gallia.*
4 *Matrimonium diſſolutum per funem.*
5 *Ius canonicum obſeruatum, quando contractum matrimony præcedit.*
6 *Iuramentum habuum pro veritate.*

CAP. III.

HOc arreſtum ſummè notandum eſt, eiuſdémque generis ſunt alia innumera: eius ſumma eſt, Pendente quæſtione raptus coram iudice laico, ſiſtet quæſtio fœderis matrimonij coram eccleſiaſtico. Videtur prima fronte, hoc arreſtum eſſe durum: quia ex diſpoſitione iuris canonici, † non prohibetur matrimonium inter raptorem & raptam, ſi inuicem poſtea conſenſerint, & velint matrimonium contrahere, quod poſſint eo modo pœnam euitare: per text.in c.penult.& in c.fin.de rapt. Ergo videtur noſtra oportere prius quærere de raptu coram iudice laico, quia lata ſententia ſuper raptu, ſi velint matrimonium cõtrahere, eluſoria videbatur. Sed intelligẽdum eſt, quòd iure ciuili inter raptorẽ & raptam prohibetur matrimonium, ne videatur quadam vi cõtractũ, aut ſaltem ex vi initium cepiſſe, vt eſt text. in auth.de raptis mul. quæ raptor.nub.col.9. Ratióque eſt, quod oporteat matrimonia eſſe adeo libera, vt in eis etiam ius canonicum reprobet ſtipulationes pœnales.c.gemma.de ſponſ. & matr. & ob eandem rationem conſtitutionibus canonicis prohibitum erat matrimonium inter raptorem & raptam: conueniebántque hac in re cum iure ciuili. Nam in conſilio Aquiſgrani celebrato ſtatutum fuit raptorem cum rapta matrimonio iungi nõ poſſe propter præcedentem violentiam, & diſſenſionem, quamuis conſenſus ſubſequeretur, vt habetur in c. placuit. xxxvj.q.j. cuius hæc ſunt verba, Placuit vt hi qui rapiunt fœminas, eas nullatenus habeant vxores, quãuis cum eis poſtea conuenerint. Sed poſtea autoritate Hieronymi, qui pluribus ſententiis veteris teſtamenti probant tale matrimonium eſſe legitimum, in c.tria.eadem cauſ.& quæſtio. fuit alter ſtatutum, vt apparet ex textu in dicto c.placuit. §. hæc autoritas.& habetur in c.fin.de raptor. Deque eo magna orta eſt quęſtio ac diſſentio inter canoniſtas & legiſtas: videlicet, an matrimonio † contracto inter raptorem & raptam ex cõſenſu ſubſecuto, habeat nihilominus locum pœna iuris ciuilis poſita in §. ſancimus.in aut.de rapt.mulier.& in l.vnica.C.de rapt. virg. Nonnulli in ea fuerunt ſententia, pœnæ locum eſſe in locis quæ non ſunt de temporali iuriſdictione eccleſiæ: & hanc opinionem tenuit gloſſ.in cap. cùm ſecundum leges.de hæret.lib.vj.in verbo, Certóque caſu.& gl.in cap.de libellis, in verbo, Illorum. xx.diſtinct.

3

4

5

6

Contrariam opinionem tenuit glo.in ca.de puellis, in verb. Nullatenus.in fin.xxxvj.q.j.& communiter ſequuntur omnes canoniſtæ hanc ſentẽtiam, his potiſſimum fundamentis: Cum ceſſet principalis diſpoſitio legis, nempè prohibitio matrimonij, debet etiam ceſſare eius pœna: ſecundo, quia cum legitimè & ſecundũ canones matrimonium contrahi poſſit inter raptorem & raptam, quod lege permittente factum eſt, pœnam non meretur.l.Gracchus. C.ad legem Iul.de adulter. tertiò, In ciuſmodi quæſtionibus, quæ de ſpiritualibus ſunt, leges non dedignantur ſacros canones imitari: debéntque tractari ac decidi ſecundum conſtitutiones canonicas non ſecundum conſtitutiones ciuiles. c. decernimus, & c.quanto.de iudiciis. Hanc etiam opinionem tenuit Hoſtienſ. in ſumm. de rapt. virgin. ſed ſi puella contrahit matrimonium, non deberi pœnam notat Goffr.& Panorm.in c.j.de ſponſ. & ma.& in c.pen. de rapt.& Philip. Decius in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. in xvj. col.de conſtit. motus hoc fundamento, quòd cauſa finalis pœnæ introductæ à iure ciuili eſt prohibitio matrimonij. ergo ceſſante cauſa finali, ceſſare debet pœna.ca.cum ceſſante.de appel. l. adigere.§.quamuis.de iure patro.ff. Tenuit etiam hanc opinionem inter legiſtas Paul.de Caſt.in l.raptores. C. de epiſc. & cle. vbi dicit ita conſuluiſſe in facto Mutinæ, & liberaſſe eum qui de raptu arguebatur. Hanc quoque opinionem tenuit Panormit. diuitis ductus argumentis, in conſi.xij.incip. Vt clare materia thematis liqueat. Sed quicquid tradant canoniſtę

in hac

ist hac parte,opinio legistarum est,fuitque semper
3 recepta in Gallia: † & ad eorum rationes prompta est responsio vno verbo: eorum enim fundamentum nõ est verum, videlicet quod prohibitio matrimonij inter raptorem & raptam, sit causa finalis pœnæ capitalis indictæ aduersus raptorem iure ciuili:quia ius ciuile nunquam habuit rationẽ matrimonij,nec cõsensus aut dissensus raptoris,& virginis aut mulieris raptæ. Quod ita sit lex expresse ait,quamuis virgo aut fœmina rapta consentiat, raptorem tamen pœna capitali plectẽdum:textus est expressus in l.vnica.C.de rap.virg. in iis verbis,Vt huic pœnæ omnes subiaceant siue volentibus, siue nolentibus virginibus siue aliis mulieribus tale factum fuerit perpetratum:ideo Canonistæ (pace eorum dixerim) non bene attenderunt ad hanc l. vnicam.C.de rap.virg. Nã pœna capitalis quã infligit raptoribus,est ratione vis illatæ personæ,aut ratione doli,seductionis ac subornationis virginis seductæ & subornatæ insciis parentibus, aut affinib. quibus æqua aut maior iniuria illata est,ac virgini, contra dispositionem dict.l. vnicæ, cuius hæc sunt verba:Oportet enim, vt quicunque vxorem ducere voluerit,siue ingenuam,siue libertam secundum leges nostras,& antequam consuetudinem, parentes,& alios quos oportet,petat, & eorum voluntate fiat legitimum coniugium.Præterea quamuis canonica constitutio matrimonium possit permittere inter raptorem & raptam, contra ius ciuile: non tamen potuit tollere aut remittere pœnam capitalem iure ciuili introductam contra raptorem:eoque casu dici solet, nullum tam strictum
4 contrahi matrimonium, † quod tunc dissolui non possit.

Ita semper fuit iudicatum,cognoscendum ac iudicandum de raptu coram iudice laico,antè quam ad quæstionem matrimonij deueniatur coram iudice ecclesiastico: frustrà enim iudex ecclesiasticus cognosceret de matrimonio,eósque desponderet, matrimoniumque consummari iuberet,si octiduo post iudex laicus cognoscens de raptu,maritum ad furcas pro raptu adigeret : quo facto frustrà oleum & opera perirent, & quod est amplius,virgo innupta vt antè permaneret, & tamen longè remota,minúsque nubilis,quia corrupta restitui nõ potest,vt ait textus d.l.vnicæ. Et hic considerandũ est,quod si raptor pœnam defugeret sub prætextu matrimonij contracti cum rapta, maxima clades inferretur reipublicæ:via enim aperiretur seductionibus ac subornationibus omnium virginum, sub spe contrahendi postea cum ipsis matrimonij earum consensu, insciis parentibus, affinibus aut tutoribus:& post earum raptum, ad excusationem criminis,eas persequendi,ac consensum matrimonij obtinendi,qui quidem consensus dolo ac subornatione extorqueri posset à filia deceptioni obnoxia insciis parentibus:In quo secundum Deum, Reipubl.iniuria infertur præcipuè cum eius interfit,filias custodiri & honestè dotari, matrimonióque collocari ad replendas liberis personis ciuitates,vulgata l.j.ff.solut.matri. Et huic opinioni tandem adhæsit Panor.in capitul. penult. super gloss. ij.de raptor. vbi dicit, quòd vbi tractatus de nuptiis non præcessit, raptus semper dicitur committi, siue puella consenserit, siue non: quia mulier non potest se exponere raptui, neque alia delicta committere, nec consequenter membra sua exponere.l.liber homo.ff.ad l.Aquil.& capitul. significauit.de corpor.vic. & hoc aperte vult, vt inquit text.in dict.l.vnica.iuncta gloss.in capit.scienti.de regu.iur.lib.vj. Sed vbi † præcessit tractatus 5
matrimonij inter parentes, & pro matrimonio contrahendo fuit abducta,seu rapta, tunc dicit sibi veram videri opinionem canonistarum, neque eo casu committi raptum pœna dignum. Ideo notat in hoc ius ciuile & canonicũ esse poti' diuersa,quã contraria: quo fit vt semper debeat causa raptus prius institui coram iudice laico:e qui si videat tractatum matrimonij præcessisse raptum, ideò non debere raptum pœna affici,ac iudicem ecclesiasticum super fœdere matrimonij cognitionem causæ remittere,neque amplius de illa cognoscet:sed si viderit & agnouerit oportere raptum huiusmodi punire,laqueo causam diffiniet. Pro confirmatione huius sententiæ,quando præcessit tractatus matrimonij,raptus non sit pœnalis, tenuit Cępola in suis consiliis criminalibus.consi.lvij. incipi. Super querela raptus Apolloniæ. & ad hoc allegat gloss. quam dicit esse singularem in l. si fideiussor. in verb.Confessus.Cod.de fideiussorib. quæ dicit per illum text.quod si quis deprehenditur cum aliqua, & iuret se prius cum ea matrimonium contraxisse,illud iuramentum † habetur pro veritate. quam 6
gl.sequuntur ibi Cynus & Salic.& referunt Bal.idẽ tenentem in l.vnica,in xij. col.C.de confess. versi. Si modo fuit quæstio : & eandem opinionem tenuit idem Bald. in l.eam quam.in x. col. Cod.de fideicommiss.

SVMMA.

1 *Laici opponentes se publicationi monitionis, remittendi sunt coram suo iudice.*

2 *Monitio est abusiua,si contineat hanc clausulã, In casu oppositionis diem dicendum.*

CAP. IIII.

MOnitiones,excõmunicationes,aut censuræ, quæ solẽt in conscionib. ecclesiarum parochialiũ publicari, aut quæ per libellos & programmata affiguntur in cõpitis aut vicis publicis vrbium & parochiarum,sunt introductæ vt rerum abditarum veritas innotescereet,de quibus probatio iudicialis idonea haberi non potest, siue quòd sint res clam perpetratæ,siue quòd de iis testes eloqui nolint:eáque forma monitionum & publicationũ censurarum, nititur his verbis, quibus dominus noster Iesus Christus discipulos suos est allocutus cùm ad Cœnam procedere vellet,Vnus vestrũ me traditurus est:absque designatione,aut nominatione Iudæ quamuis non ignoret eum futurum.quandoquidẽ omnia ipsi nota erant & sunt: idq; manifestè docetur decretali incipiẽte si sacerdos. extra, de offi.ord.Notandũ est eiusmodi monitiones, cẽsuras & excommunicationes publicari authoritate superioris ecclesiastici,puta Papæ, aut episcopi & diocesenorum,eorúmve officialium:debétque publicatio fieri per curatum, aut vicarium parochialem,vt apparet ex principio dicti textus, si sacerdos.Sæpéque contingit in publicationibus earum monitionum & censurarum, multas opponere tam clericos quàm laicos vt inhibeant cursum eiusmodi monitionũ & fulminationum censurarũ, quæ audiendæ sunt vt ius reddatur super oppositionibus. Quæstio fuit, coram quo iudice eccle-

siastico an laico debēt vocari aut citari ad proponendas oppositionum causas: ac prima quidē nō te videbantur citandi coram iudice ecclesiastico, à quo monitio proce ebat, & cu us authoritate publicabatur, quemadmodum in curia seculari, quando iudex decernit commissionem cū causa, Et casu oppositionis dicti intelligitur dicē dictā opponēti vt coram ipso stillat se, vt notum est. Nihilominus multis curiæ arestis inter se conuenientibus, iu
1 dicatum fuit, cp't quādo opponētes monitionib. & censuris publicatis, sunt laici, vocandi sunt in ius corā iudice seculari qui est eorum iudex, vt ibi exponāt causas suæ oppositionis: ipsisque auditis, iudex secularis cursū monitionū permittet aut prohibebit vlteri' progredi ad ipsius publicationē, ratione opponentis, prout negotium ferre arbitrabitur. Ratio est, quia monitio efficere non potest vt homo laicus opponens se ei, mutet forū, aut iudi-
2 cem: adeo vt si monitio † contineret clausulam, Casu oppositionis, citari opponentes coram iudice ecclesiastico, sine distinctione clericorum à laicis esset abusiua: esset enim vsurpare super iurisdictione laica, quia per constitutiones Gallicas, laici non possunt vocari corā iudicib. ecclesiasticis, nisi in materia mere spirituali & ecclesiastica vt in causis matrimonialib. aut decimarū, Sacramētorū, aut aliis similib. iuxta relata in quarto articulo cōstitutionū Francisci Regis eius nominis primi, anni 1539. oportētque citationē fieri per libellū, cōtineréq; causa cur cognitio ad iudicē ecclesiasticū pertineat: alias laicus citatus corā iudice ecclesiastico, pōt prouocare tāquā ab abusu, nisi per libellū fiat citatio, vt sæpe iudicatū fuit aresto Curiæ, vt interi' memorabitur. Hisq; cōuenit expresse art. 45. cōstitutionū Regis Ludouici xii. publicatarū ann. 1512. Sed quid tamē decretales sequatur, iudici ecclesiastico cognitio cōpetit, per tex. in c. nouit. de iudi. sed si huius decretalis ratio obtineret, iudicib. ecclesiasticis cōpeteret omniū causarū & quæstionū cognitio. Quinimo ex toto titu. de iudiciis liquidò constat, & ex tit. de foro cōpetenti fuisse ipsis in animo sibi assumere ac tribuere cognitionē omniū materiarū realium, personaliū, possessoriarū, petitoriarū, ciuilium & criminaliū, & omnis generis, inter laicos & clericos, quod à ratione nimis alienum est: scriptū enim est in Euāgelio, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo: vnde emanauit quod vulgò dici solet, Diuisum imperiū cum Ioue Cæsar habet. Et ad hāc rē notandū est, omnes cōmissiones, monitiones, citationes, aliásque expeditiones fori ecclesiastici, cōtinentes clausulā, Et in casu oppositionis: eā clausulā his, aut similib. verbis esse exprimēdā in iis. Et in casu oppositionis, citetis ad certā diē corā nobis opponētes (fori nostri) &c. deberéq; hæc verba præcisè adesse, Fori nostri, ad excludēdos laicos qui nō sunt de foro ecclesiasticos nec possunt vocari corā iudice ecclesiastico, nisi quando de Sacramentis agitur, aut de alia causa mere spirituali, vt tradetur fusè suo loco.

Arrest du Iudy dixieſme iour de May, l'an mil cinq cēs xxxv. au plaideyé: par lequel fut dit entre les Doyen, Chanoines & Chapitre du Mans, & maistre N. Chanoine en ladicte Eglise, Messieurs Bruslard, & de Thou, Aduocats, plaidans pour les parties, qu'il auoit esté mal & abusiuement ordonné & procedé par lesdicts Doyen & Chapitre, ayans ordonné sur vne accusation de crime instituée contre ledict Chanoine, que il tiendroit prison en sa maison claustrale.

SVMMA.

1 *Episcopi Gallia nullum habent territorium.*
2 *Index ecclesiasticus potest decernere capturam corporis.*
3 *Ius prahendendi laicos an competat iudici ecclesiastico.*

CAP. V.

HOc arestum non nititur defectu iurisdictionis: nā inter litigātes conueniebat, Decanū & capitulum in casū propositō, habere iurisdictionē in suos canonicos: sed nititur eo quòd esset vsurpatio super iurisdictione seculari: & quando episcopus aut eius officialis eadem iudicasset, pronuntiatū fuisset malè & abusiuè iudicatum. Nam obtinet in Gallia quod episcopi † & alij iudices ecclesiastici 1
